BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XV
G
14

Google

Digitized by Google

XIV
G
14

Digitized by Google

FLAMINII PARISII

JURECONSULTI CONSENTINI,

ET IN ALMO URBIS GYMNASIO

JURIS PONTIFICII PRIMARII INTERPRETIS,

AC DEINDE EPISCOPI BITONTINI,

TRACTATUS DUO.

PRIMUS, DE RESIGNATIONE BENEFICIORUM,

Tomos duos continens: cum animadversionibus P. Duclos *I. V. Doctoris, Secretariique Regis, & in Cancellaria Galliæ Narbonensis Antigraphi.*

ALTER DE CONFIDENTIÂ BENEFICIALI.

Complectentes totam ferè praxim Beneficiariam,

Decisionibus Rotæ Romanæ, & receptis Doctorum opinionibus attestatam, & copiosè comprobatam.

AC IN HAC POSTREMÂ EDITIONE LUCULENTIS OBSERVATIONIBUS Joannis Solier, in Senatu Tolosano patroni, & pro expeditionibus Romanæ Curiæ Bancarii hac notâ ¶ distinctis illustratam, & moribus Galliæ accommodatam.

CUM INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS.

NOVA EDITIO.

GENEVÆ,

Sumptibus FABRI ET BARRILLOT.

M. DCC. XXXI.

Digitized by Google

CLARISSIMO COLENDISSIMOQVE

VIRO DOMINO,

DOMINO GABRIELI CIRONIO,

IVRIS VTRIVSQVE PROFESSORI,

CANONICO ET CANCELLARIO ECCLESIAE ET ACADEMIAE TOLOSANÆ MERITISSIMO.

VIX *mihi priùs in mentem venit* (COLENDISSIME DOMINE) *insignem hunc Flaminij Librum typis iterum nostris excussum prodere, quam id auspicijs tuis agendum, in signum obsequij, & gratitudinis ex animi propensione æquè ac debitò consecrandum putarim: neque enim ego paternæ in tuos obseruantiæ hæres, alium mihi patronum quærere debui quam paternæ in meos beneuolentiæ successorem. Id etiam superque vel ipsa operis materia suasisset: cui enim conuenientiùs vterque tractatus de Resignatione Beneficiorum, & de Confidentijs Beneficialibus offerri potuit, aut debuit, quam tibi ecclesiasticæ disciplinæ obseruatori religiosissimo, qui arduam de abdicandis beneficijs scientiam perfectissimè callens, sanctissimè seruas, & exemplo tuo efficacissimè doces. Dum vno contentus beneficio cœtera vel oblata abiecisti, vel collata prorsus eiurasti, ac vnicum illud, non tibi, sed miseris possides. Sanctissima in spiritualibus nundinatio, quâ vt terrena omnia pro cœlesti beneficio commutes: nullis aut laboribus, aut sumptibus parcis. Quæ est ista nisi Apostolica, & penè diuina in alios, vni tibi inimica dilectio, quæ*

ã 2

Digitized by Google

te facultatibus exuit, vt nudos induat: Te curis premit vt securos efficiat: Te sudoribus fatigat assiduis, vt fessos leuet, nec vllum sinit à te pijs munificentiæ tuæ gratijs abire vacuum? cibos tuos extranea absumit fames, aliena langues infirmitate, mirata est tota ciuitas, & prouincia cum grassante vesana lue, te fortunasque tuas pro conciuium incolumitate, & solatio deuouisti: vtque doloris acerbitatem leuares cœlesti verborum vnctione delinisti: languidis famulatus es: famelicos vtroque pane recreasti, & in sacra exomologesi, pijs adhortationibus pestiferos morientium halitus excepisti. Te insuper viduata Metropoli, Vicaria Præsulis sollicitudo exercuit. Te etiam moris vigor Ecclesiastici in publico Cleri cœtu considentem aduersus assentantium flexibilem indulgentiam strenuum habuit defensorem, te demum patre luminum duce de Xenodochijs ad Palatia meantem, mirabilis omni sæculo pietatis in principe funeri superstite suasorem & cultorem toto orbe fama celebrauit. Accedit ad te Flaminius Parisius, qui sibi, suoque nouo tibi addictissimo scholiastæ aduersus inuidentiū obtrectationes si quæ forent præsidium quærit. Reuerendum spero non despicies, qui contemptos colis, neque aduenam rejicies perpetuò veracem, qui foraneos ab erroribus conuersos hospitio recipis. Accipe igitur hoc grati animi pignus, fidei monumentum, obseruantiæ testimonium, rei sacræ ac literariæ donum, quod aris tuis, virtuti, & doctrinæ summâ reuerentiâ audet appendere.

Tibi addictissimus & obsequentissimus.

RAYMVNDVS BOSC.

INDEX
LIBRORVM ET QVÆSTIONVM
HVIVS PRIMI VOLVMINIS
COMPLECTENTIS LIBROS SEPTEM

Ac centum, & quatuordecim Quæstiones principales.

LIBER PRIMVS.

Quid sit resignatio, Quotuplex, Quid per eam amittat resignans. Quid consequatur resignatarius, & ad quid teneatur & quando vacet beneficium, & quando licita sit pœnitentia. Decẽ & octo cõtinet quęstiones.

LIBER SECVNDVS.

Quæ beneficia possint resignari, viginti septem continet Quæstiones.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS.

Qui possit resignare beneficia, decem & octo continet Quæstiones.

1 AN omnes possint beneficia resignare, an habentes dignitatem, aut priuatus ipso iure, & qui priuentur ipso iure, an promotus ad incompatibilia, & hac sumpta occasione ponitur tota ferè materia Beneficiorum compatibilium, & incompatibilium.

2 An consecutus parochialem Ecclesiam, ex qua tenetur se promoueri facere intra annum, possit illam resignare in fine anni, agitur de materia cap. licet Canon. de elect. lib. 6.

3 An possit resignare beneficium non soluens pensionem.

4 An possit resignatarius resignare non facta intimatione resignanti vt ex literis tenebatur.

5 An impetrans beneficium per annum pacificè possessum ab alio, possit illud resignare: hac orta occasione ponitur tota ferè materia regulæ de annali, & examinantur nouem quæstiones ad illam pertinentes.

6 An promouendi ad Ecclesias Cathedrales seu Metropolitanas possint resignare: & per sexdecim quæstiones interpretatur regula Cancellariæ de beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & Monasteria, scilicet an sit odiosa. Quæ differentia sit inter primam partem, & secundam regulæ: an comprehendat resignationes, quæ fiunt in curia: an sit vsu recepta: an habeat locum in resignationibus in fauorem: an comprehendat commendas: an loquatur etiam in beneficijs iurispatronatus, an habeat locum in beneficijs promouendorum ad partes infidelium. Quomodo fiat derogatio, an comprehendat beneficia familiarium Cardinalium, an comprehendat promouendum ignorantem se promouendum: an fraudis præsumptio excludatur, ex eo, quod supplicatio sit manu Papæ signata, an ex possessione decennali insurgat præsumptio derogationis, an comprehendat resignationem, in qua fuit præstitus consensus post promotionem, an habeat locum in beneficijs electiuis, an deroget concordato.

7 An minor 25. ann. maior autem 14. possit resignare beneficium quod obtinet, & possit procuratorem ad hoc constituere, & an sit restituendus aduersus renunciationem ob ipso factam, & quando potest dici læsus in ea, & quæ læsio requiratur, & cui incumbat onus probandi illam, & quomodo consideretur dolus tertij. Et quid de minore 14. ann. & an requiratur auctoritas tutoris, & an requiratur noua collatio in restitutione, quæ fit minori, & infrà quantum tempus.

8 An mente captus, furiosus, habens dilucida interualla possit resignare, & quomodo probetur furor.

9 An resignatarius possit resignare, ponitur regula affirmatiua cum multis ampliationibus, & limitationibus.

10 An infirmus possit beneficia quæ obtinet, resignare.

11 Exemptus an possit resignare, & qui sunt exempti: & hac sumpta occasione ponuntur casus, quibus exempti subijciuntur ordinarijs locorum, ex Concilio Trid. & qui sint ordinarij.

12 Fœmina an possit resignare, & plenè agitur de renunciatione Abbatissatus.

13 An volentes ingredi religionem possint renuntiare, & quando, an in anno probationis.

14 Non habentes vnde viuere, an possint renuntiare.

15 An possit renuntiare habens reficere Ecclesiam vetustate collapsam, & destructam.

16 An criminosi possint resignare, an lite pendente, an post conclusum in causa, an post sententiam latam in resignatione debeat fieri mentio inquisitionis, quid in crimine grauissimo, quid post impetrationem beneficij, & quid in resignatione in fauorem, ac plures limitationes ponuntur.

17 Senex an possit resignare.

18 Qui possint cogi ad resignandum, & quid in criminoso, illiterato, scandaloso, irregulari, priuando, & alijs casibus: & plenè differitur, an petens licentiam cedendi, illa obtenta possit cogi etiam si sit Episcopus, iuxta textum in cap. quidam, de renun. & si inter Cardinales existentes in conclaui fuit factum pactum, vt qui assumetur ad summum Pontificatum teneatur renuntiare infrà certum tempus, an creatus postea Papa, teneatur renuntiare, & an Papa teneatur renuntiare si detegatur habere vxorem, & an renunciatio coacta sit nulla.

LIBER QVARTVS.

Quibus personis possint beneficia resignari. Vndecim complectitur Quæstiones.

AN omnibus possint beneficia resignari, & qui sint idonei ad ea. 1

An renunciatio facta in fauorem laici, sit nulla, & quid de Hospitali, & quid si fiat cum clausula quamprimum clericali charactere fuerit insignitus: & circa hanc clausulam aliqua dubia explicantur, & agitur de ordinato à non suo Episcopo, vel ab hæretico, vel ante legitimam ætatem. 2

An possit Beneficium resignari criminoso, homicidæ, periuro, schismatico, hæretico, simoniaco, sacrilego, falsario literarum Apostolicarum, vsurario publico, apostatæ, irregulari, Bannito, notoriè infami, Excommunicato, Insordescenti, suspenso, Lusori. 3

An possit resignari Furioso, Illiterato, Illegitimo, Bigamo, Neophito, & filio Iudæi. 4

An beneficium sæculare possit resignari Regulari, & è contra. 5

An fœminæ possit beneficium resignari. 6

An beneficia possint resignari exteris à Regno & his, qui non intelligunt Idioma loci, vel non sunt de ciuitate, vel oppido, & illegitimo. 7

An beneficia possint resignari infirmis, senibus, habentibus dignitatem, affinibus, seu consanguineis. 8

An beneficium possit resignari minori 25. annorum & maiori 14. annorum, & quid de dignitate, & an aliter facta sit nulla, & quid si beneficium est sacerdotale, & resignatarius non sit sacerdos, & an minor possit acceptare beneficium sine Curatore. 9

An beneficium possit resignari in fauorem Capituli, seu conuentus. 10

An bona conscientia possit aliquis procurare, vt sibi beneficium resignetur, & resignans an peccet, resignando in fauorem idonei, indigni, atque digni, & minùs digni. 11

LIBER QVINTVS.

Ex quibus causis resignentur beneficia. Sex continet Quæstiones.

AN causa in dubio præsumatur. Et quæ causa requiratur in renunciatione Papatus. 1

Quæ causa requiratur in renunciatione Cardinalatus. 2

Quæ causa requiratur in renunciatione Episcopatus. Diffusè explicantur sex causæ relatæ in cap. nisi cum pridem de renunc. propter conscientiam criminis, debilitatem corporis, defectum scientiæ, malitiam plebis, graue scandalum, irregularitatemque personæ. Et an liceat Episcopo deserere Ecclesiam propter persecutionem, & an possit illam resignare ratione otij, vel ob labores, aut ratione inspirationis, vel humilitatis, siue ratione ingressus Religionis, & ob intemperiem aeris, & propter inimicitias. 3

Quæ causa requirantur in Resignatione dignitatis Ecclesiasticæ, aut beneficij curati. 4

Quæ causa requiratur in resignatione beneficiorum simplicium. 5

Quæ causa requiratur in resignatione quæ fit coram ordinarijs, & ex quibus causis ipsi possint recipere renuntiationes. Ponitur constitutio 58. Pij V. illaque diffusè interpretatur explicando plures casus ibi contentos, ex quibus ordinarijs id licet, scilicet ob senectutem, ob valetudinem, ob impedimentum corporis, ob vitium corporis, ob crimen, ob censuras, ob scandalum, ob incompatibilitatem: & ponitur, quæ pœna sit imposita aduersus dictam constitutionem contrafacientes, & quibus, &c. 6

LIBER SEXTVS.

De resignatione cum reseruatione omnium fructuum, vel medietatis Pensionis, Regressus, Accessus, & Translationis Pensionis. Quinque continet Quæstiones.

Digitized by Google

INDEX.

LIBER SEPTIMVS, & VLTIMVS huius primi Tomi.

An resignatio debeat fieri in manibus superioris. Quibus casibus aliter facta sustineatur. Qui dicatur superior, & plenè agitur de Papa, Cardinali, Episcopo, Abbate, & aliis inferioribus, viginti nouem continet Quæstiones.

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII

A CHRISTIANISSIMO GALLIARVM REGE CONCESSI.

LVDOVICI XIV. Galliæ & Nauarræ Regis, auctoritate sancitum est, litterisque patentibus cautum; ne quis in Regno suo, alijsue locis ditioni suæ ac imperio subiectis, intra proximos septem annos, à die impressionis absolutæ inchoandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quouis modo ac ratione attentet opus quod inscribitur *Flaminius Parisius de Resignatione Beneficiorum, & de Confidentijs Beneficialibus*, cum glossis *Joannis Solier, in Senatu Tolosano Patroni, & pro expeditionibus Romanæ Curiæ Bancarij*, præter RAYMVNDVM BOSC, Bibliopolam Tolosanum, & eos quibus ipse concesserit. Prohibitum insuper eâdem auctoritate Regiâ, ne quis ex subditis eundem Librum extra Regni limites imprimendum curet, aut quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum instiget, sine consensu dicti Raymundi Bosc, aut eorum quibus ipse permiserit. Idque omne sub confiscatione Librorum, aliisque pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisijs 27. Aprilis an. 1666.

De mandato Regis.

SIGNATVM DENIS.

Relatum in Librum Societatis Bibliopolarum Parisiensium, secundum Senatus decretum 8. *Aprilis* 1653. *Parisijs hac* 14. *die Maij* 1666.

E. PIGET Syndicus.

Impressum die primâ Aprilis 1668.

FLAMINII

FLAMINII PARISII IVRE-CONSVLTI CONSENTINI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM,

LIBER PRIMVS.

In quo quid sit Resignatio, Quotuplex, Quid per eam amittat resignans. Quid consequatur Resignatarius, & ad quid teneatur, & quando vacet beneficium, & quando licita sit penitentia, Decem & octo quæstionibus diligentissimè pertractatur.

QVÆSTIO I.

Quid sit resignatio expressa, & quid tacita, quæ differentia sit inter verba Renunciare, *&* Resignare *&* Cedere, *& quid vnumquodque importet.*

SVMMARIVM.

1 *Definitio debet præcedere omnem tractatum.*
2 *Aequiuoca prius sunt distinguenda, postea definienda.*
3 *Renunciatio beneficij duplex, tacita, & expressa.*
4 *Renunciatur tacitè, & expressè iuri patronatus, nominationi, sententiæ, rei iudicatæ, fidei commisso, appellationi, instantiæ, hæreditati, exceptionibus, attentatis, & priuilegijs.*
5 *Quisque potest renunciare iuri sibi competenti in spiritualibus, & temporalibus.*
6 *Quisque potest renunciare expressè, & tacitè.*
7 *Renunciatio tacita tantum operatur, quantum expressa.*
8 *Taciti, & expressi eadem est virtus.*
9 *Renunciatio tacita inducit priuationem beneficij, vt expressa.*
10 *Tacita renunciatio quid sit.*
11 *Clericus contrahens matrimonium tacitè videtur renunciare beneficijs.*
12 *Matrimonium etiam nulliter contractum, priuat beneficijs.*
13 *Priuatio, quæ fit per contractum matrimonij inducitur ipso iure.*
14 *Clericus contrahens matrimonium, videtur renunciare regressui, & litis ad beneficia.*
15 *Clericus contrahens matrimonium videtur renunciare pensioni.*
16 *Per assecutionem secundi incompatibilis, videtur renunciari primo.*
17 *Primum beneficium vacat per translationem ad incompatibile.*
18 *Beneficium primum vacat per electionem ad incompatibile.*
19 *Expectatiua gratia amittitur per assecutionem incompatibilis.*
20 *Litis renunciatur per assecutionem incompatibilis.*
21 *Possessio pacifica quæ, remissiuè.*
22 *Clericus effectus Miles secularis amittit beneficium.*
23 *Consentiens, vt beneficium suum alteri conferatur, videtur illud renunciare.*
24 *Consentiens, vt suum beneficium possideatur ab alio per triennium videtur illud renunciare.*
25 *Rei iudicatæ renunciatur, patiendo, vt producantur iura, & dentur articuli.*
26 *Decimæ renunciatur patiendo, vt alius illas exigat.*
27 *Appellationi renunciatur, si appellans petit prorogationem à iudice à quo.*
28 *Appellationi renunciatur, si causa non committatur infra decem dies.*
29 *Expressa renunciatio fit verbis expressis.*
30 *Renunciationis beneficij definitio.*
31 *Definitio debet exprimere quidditatem rei definitæ.*
32 *Definitio debet esse congrua materiæ subiectæ.*
33 *Definitio debet conuerti cum suo definito.*
34 *Renunciare est cedere, dimittere, & derelinquere.*
35 *Renunciatio est donatio.*
36 *Donatio excedens summum quingentorum aureorum debet insinuari.*
37 *Renunciatio excedens summam quingentorum aureorum debet insinuari.*
38 *Renunciare est dimittere reditus.*
39 *Renunciatio est alienatio.*
40 *Verbum* Dimittere, *est admodum generale.*
41 Dimitto *idem est, quod relinquo, & derelinquo.*
42 *Verbum* Dimittere *proprium est etiam in permutatione.*
43 *Renunciatio beneficij debet sponte fieri.*
44 *Renunciatio coacta non est propriè cessio.*
45 *Actus nullus non est propriè actus.*
46 *Actus renunciationis debet esse voluntarius.*
47 *Dimissio, quæ fit per priuationem non est spontanea.*
48 *Renunciatio debet fieri liberè, & purè absque pactione.*
49 *Renunciatio simoniaca, & confidentialis, est prohibita.*
50 *Beneficium nondum collatum non potest renunciari.*
51 *Beneficium alteri collatum non potest renunciari.*

DE Resignatione beneficio-
rum ecclesiasticorum tra-
1 ctaturis † à definitione inci-
piendum erit iuxta Cice-
ronis præceptum libr. pri-
mo officiorum relatum a
Bald. in preludijs Feud. nu.
2 8. Et quia † æquiuoca prius
sunt distinguenda teste phi-
losopho; Ideò in primis sci-
3 re oportet renunciationem beneficij, † vel esse tacitam
vel expressam, vt scriptum reliquerunt Host. in cap.
veniens, n. 1. de renunc. Anto. de Butr. in cap. ex transmis-
sa. numer. 1. & 10. & in cap. quod in dubijs, numer. 1.
eod. tit. Abb. in cap. ex ore sedentis, num. 10. de his,
quæ fiunt à mai. part. capit. Io. And. in c. clerici. num. 6.
de cleric. coniug. Card. Alexand. in cap. qualiter nu. 4. 7.
q. 1. Rot. decis. 15. de off. deleg. in nou. Rebuff. in prax.
beneficior. tit. de renunc. tacit. num. 1. Christophorus
Roffiniacus in tract. de benef. c. 14. num. 3. Petrus Gre-
gorius lib. 17. syntag. iur. c. 17. nu. 21. Fuscus de visita-
tione c. 20. num. 20. & communiter ab omnibus passim
receptum est, vt egregiè ostendit D. meus Car. Paris.
cons. 76. in princ. vol. 4. Ita tacitè, & expresè renun-
ciatur Iuri patronatus, † vt tradit idem Card. Paris.
4 consil. 144. num. 8. vol. 4. ac Nominationi, Rebuff. in
tract. de nominat. q. vlt. num. 18 & 19. & Regressui, Card.
Paris. d. cons. 76. nu. 7. vol. 4. Caputaq. decis. 12. in prin.
p. 3. & Sententiæ, Card. Paris. cons. 5. nu. 42. vol. 1. Rei
iudicatæ. Corn. cons. 148. num. 20. vol. 2. Appellationi,
Caputaq. decis. 29. & decis. 31. p. 1. Roland. à Vall. con-
sil. 52. num. 22. vol. 4. Alexan. in l. 1. num. 4. C. de in
integr. restit. fidei commisso, Bal. cons. 450. num. 2. lib.
3. & cons. 440. num. 3. eod. lib. 3. Caputaq. decis. 20.
p. 2. Instantiæ. Paul. de Eleazar. in c. finem litibus, nu.
59. de dolo, & contum. Io. Crot. in c. cum sit Romana.
numer. 24. de appellat. Hæreditati. Bald. cons. 195. nu.
7. lib. 4. Dec. cons. 89. nu. 5. & cons. 266. num. 4. Card.
Paris. cons. 12. num. 53. vol. 1. & cons. 69. num. 7. vol 3.
Roland. à Vall. cons. 99. num. 4. lib. 4. Menoch. cons.
6. num. 9. volum. 1. Gabriel. cons. 60. num. 2. vol. 1. Ex-
ceptionibus Bal. cons. 210. num. 4. lib. 5. Card. Paris.
cons. 20. num. 37. vol. 1. Ferijs Alex. in l. 1. num. 8. de
ferijs, Attentatis, D. Rober. Lancelot. de atten. p. 2. c. 4.
limit. 15. & p. 3. c. 3. num 53. & Priuilegijs, Rolan. à
Vall. cons. 2. n. 31. lib. 4. Melci. Palaez. in tract. Maio-
rat. p. 1. q. 38. num. 1. Port. Imol. cons. 22. num. 15. &
plures casus refert Iacobus Butrigarius in tracta. de re-
nunciatione iuris, & omnibus alijs rebus, cum quisque
† possit renunciare iuri sibi competenti in spiritualibus, 5
& temporalibus. Archid. in c. quam periculosum, num.
4. 7. q. 1. & in c. denique, num. 4. 6. q. 3. Iacob. de Arena
in tract. deposit. §. 5. nu. 2. Alex. cons. 116. num. 2. lib. 3.
D. meus Card. Paris. cons. 65. nu. 24. vol. 2. Cor. cons.
109. num. 1. vol. 1. & cons. 239. num. 2. vol. 3. Rol. à
Vall. cons. 85. num. 63. libr. 2. Rot. decis. 32. num. 3. de
appell. in nou. & decis. 1. num. 3. de iure pat. per Bisig-
nett. & decis. 31. num. 4. de re iud. in antiq. Soc. iun.
cons. 50. num. 2. vol. 2. Menoch. cons. 57. num. 15. &
cons. 84. num. 61. vol. 1. cons. 89. num. 7. eodem vol. non
solum † expresè, sed etiam tacitè. Cæphal. cons. 18. 6
numero 5. Menoch. cons. 78. num. 22. vol. 1. & idem † ef- 7
fectus resultat ex vtraque, cap. ex ore, & ibi gloss. &
omnes, de his, quæ fiunt à maio. part. cap. Cardin. Paris.
cons. 76. in princ. vol. 4. cùm † taciti, & expressi eadē 8
sit virtus, l. cùm quid ff. si cert. pet. quæ ad hoc semper
allegatur, vt ibi scribit Ias. num. 5. Card. Paris. cons. 69
num. 11. vol. 3. & faciunt not. per glo. Bald. & alios in
l. emancipata. C. de iur. & fact. ignoran. Io. Andr. in c.
clerici, num. 6. de cler. coniug. cum alijs, vt per Card.
Paris. cons. 19. num. 152. cum sequen. vol. 2. Io. Crot.
in cap. personas, num. 3. de appell. Dec. cons. 166. num.
2. Robert. Lancelott. de attenta. p. 2. cap. 4. lim. 15. nu.
20. ideò dicimus vtramque † inducere priuationem be-
neficij. Card. Paris. in ca. cùm ecclesiæ, num. de excep. 9
& est communis opinio teste Alfons. Hoied. in tracta.
de incompat. beneficio. p. 1. c. 3. & c. 4. num. 7. Man-
dos. in addit. ad Lap. alleg. 16. lit. A.

Tacita renunciatio † est, quæ ipso iure fieri intelligi- 10
tur absque verborum expressione, cum deducatur ex
quadam iuris interpretatione, clem. gratiæ. vbi omnes
de rescript. not. in c. de multa. de præben. tradit Rof-
finiac. dict. c. 14. de benef. sub num. 3. Quæ primò exem-
plificari potest † in eo, qui in minoribus ordinibus con-
stitutus contrahit matrimonium, nam iste tacitè vide- 11
tur renunciare beneficio, quod obtinet. cap. quòd a te.
vbi glo. Hostiens. Imol. & alij omnes de cleric. coniug.
Doct. in cap. 1. eod. tit. lib. 6. Card. Paris. consil. 40.
num. 30. volum. 4. Caputaq. decis. 215. num. 2. p. 1. Ca-
pell. Tholosan. decis. 239. Mascard. de prob. concl. 182.
num. 3. Nauarr. cons. 3. num. 1. de renunc. & est commu-
nis opinio teste Euerardo cons. 111. circa principium,
etiam si matrimonium sit nullum † ex causa consangui- 12
nitatis, vel affinitatis, communis opinio teste Imol. in
cap. Ioannes nu. 24. de cleric. coniug. & † ipso iure pri- 13
uatur, communis opinio, de qua attestatur Menchiaca
lib. 3. de testam §. 22. num. 45. in fin. Clar. lib. 5. recep.
senten. §. vlt. q. 73. vers. clericus, ac etiam videtur re-
nuntiare † regressui, & omni iuri competenti ad bene- 14
ficium ecclesiasticum, communis opinio teste Couarr.
super 4. decret. p. 2. c. 6. §. 3. num. 5. & † etiam pensioni 15
ex causa cessionis sibi reseruatæ, communis opinio te-
ste Gig. de pension q. 54. secundum quam opinionem
fuit conclusum in Rot. Rom. coram Io. Paulo in vna
Adiacen. pensionis. 4. Iunij 1546. teste Put. decis. 459.
libro 2.

Secundò exemplificatur in eo, qui consequitur † pos- 16
sessionem secundi beneficij incompatibilis, nam vide-
tur eo ipso renuntiare primum, c. De multa. ca. quia in
tantum. c. ad hæc. ca. præterea. de præben. cap. sanctorum
dist. 70. c. 1. & 2. 21. q. 1. clem. Gratiæ. de rescript. c. 4.
sess. 7. Conc. Triden. de refor. & c. 17. sess. 24. etiam de
reform. Io. de Lignano in tract. de pluralit. benefi. in
prin. Gemin. in c. beneficium. num. 4. de regular. in 6.
& in c. pauper. num. 3. de præben. eo. lib. Ber. q. fami-
liar. 80. nume. 1. latè Duenas reg 71. Corasius tract. de
benef. c. 5. num. 59. latissimè Mascard. de probat. con-
clu. 183. Pet. Greg. lib. 17. syntagm. iur. cap. 17. nu. 22.
communis opinio, de qua attestantur Alfons. Hoied.
tract. de incompat. benef. p. 1. c. 4. ad princip. Bursat.
consil. 353. num. 1. volum. 4. sicuti † per translationem ad 17
beneficium incompatibile vacat primum. cap. in api-
bus 7. q. 1. Rebuff. in prax. tit. requisita ad collationem

Digitized by Google

18 num.52. Ferret. conf. 29. num. 13. ac † per electionem,
communis opinio teste Bursat. dict. consilio 353. num.
19 6. & † per assecutionem incompatibilis perditur etiam
gratia expectatiua. capit. si pauper clericus. de præbend.
libro 6. vbi omnes, Roman. consilio 356. num. 1. Calder.
consil. 5. de præbend. Ancharan. consil. 214. num. 4.
20 Mœdan. decis. manuscr. 130. & videtur † renunciari liti
super alio incompatibili. gloss. in dict. clem. Gratiæ,
vbi Card. Zabarell. Gammar. decis. 17. manuscr. & hæc
procedunt quoties possessio fuit pacifica, nam alias se-
cus, vt fuit resolutum in Rot. in vna Florentin. canoni-
catus, & præben. die 11. Martij 1558. coram R. P. D.
Prospero de sancta Cruce, nunc Cardinali Amplissimo:
teste Caputaque. decis. 415. libr. 1. in manuscr. & fuerat
idem resolutum coram Vestano, 10. Ianuarij 1552. in
vna Barchinonen. beneficij, teste eodem Caputaq. de-
21 cis. 294. p. 2. in impress. & † quæ dicatur possessio pacifica
docet ex pluribus Mascard. in alleg. concl.

22 Tertiò exemplificatur in † eo, qui est effectus miles
secularis, nam videtur tacitè renunciare beneficio quod
obtinet, gloss. in cap. vltim. verb. redierint de cleri.
non resid. Barb. consil. 11. colum. vltim. vers. præterea
facit. lib. 1. Gig. de pens. quæstio. 55. num. 2. Curt. sen.
consil. 80. Rebuff. de nominat. quæstio. vltima. com-
munis opinio teste Imol. dict. cap. vltim. num. 6. de
cleric. non residen. de communi etiam attestatur Clar.
lib. 5. recep. sent. §. vltim. quæstio 73. vers. item cleri-
cus.

23 Quartò potest exemplificari † in eo, qui consensit,
vt beneficium suum conferatur alteri, namque videtur
tacitè renunciare illud. gloss. in cap. beneficium. verb.
assensu, de regular. in 6. Card. Alexand. in cap. quam-
uis. num. 1. 7. quæst. 1. Abb. in cap. ex ore. nu. 5. & 9.
de his, quæ fiunt a maior. part. cap. Mœdan. dec. ma-
24 nuscr. 335. incip. an indultum, & † patitur, vt ab alio
possideatur per triennium. Rot. decis. 3. de renun. in
nou. Imol. in d. cap. ex ore. Mascard. de probat. concl.
1263. nu. 28. nam videtur illud habere pro derelicto.
25 Hostien. in c. veniens 2. de renunc. Ita † tacitè renun-
ciatur rei iudicatæ patiendo, vt post illam producantur
iura, & dentur articuli, prout fuit resolutum in Rot. in
vna Tirasonen. seu Vasconen. canonicatus, & præben-
dæ, coram Mœdano die 29. Martij. 1547. teste eodem
Mœdan. decis. 39. in manuscr. & in alia Placentin. co-
ram Io. Paulo, teste Peregrin. decis. 39. & decis. 114.
26 lib. 1. in manuscr. & † renunciatur tacitè decimis pa-
tiendo, vt alius illas exigat, vt per Balb. tract. præs-
criptio. p. 5. q. 7. rubr. de decim. Caputaq. dec. 242. p. 1.
27 & † tacitè videtur renunciatum appellationi quoties
appellans comparet coram Iudice à quo, & petit pro-
rogationem, vt fuit resolutum in Rot. in vna Lucan.
Charitatiui subsidij, coram Accorambono, die 27.
28 Aprilis 1551. teste Caputaq. decis. 29. p. 1. sicuti † renun-
ciatur appellationi si causa non fuit commissa infra de-
cem dies, vt fuit conclusum in Rot. in vna Vlisbonen.
coram Reumano. 18. Octobr. 1551. teste Caputaq. de-
cis. 31. & 32. p. 1. Et de hac renunciatione tacita non erit
29 noster tractatus, sed de expressa, † quæ fit verbis ex-
pressis, & explicitis, vt scribit Petrus Gregor. dict.
libr. 17. syntagm. in cap. 17. num. 23. & est communis
opinio omnium Doct.

De expressa igitur resignatione beneficiorum Eccle-
siasticorum loquuturus, Primò quæro quid sit, commu-
30 nis responsio ita se habet: † Renunciatio est iuris pro-
prij spontanea refutatio, seu dimissio. Hostien. in sum.
titul. de renunciat. num. 2. Speculat. libr. 4. titul. de
pact. transact. §. 1. numer. 6. Vitalis de Cambanis
tract. clausularum, in verbo clausula renunciauit. Car-
di. quem refert, & loquitur Petr. Gregor. syntagm. iur.
lib. 17. cap. 17. numer. 13. Caccialup. tracta. de transact.
quæstio. 3. num. 10. Mœdan. in recollectis manuscr. de-
cis. 72. Christophorus col. 2. sed hæc definitio mihi non
probatur, nam congruit renunciationi in genere, vt tra-
dit Mandos. in tract. de signat. grat. verbo resignatio-
nes. col. 2. vbi dicit, quod ita deffinitur renunciatio in
genere sumpta, & in his terminis loquuntur Speculat.
Vital. de Camban. Caccialup. vnde cum non exprimat
† quidditatem, naturam, & substantiam rei definitæ, 31
non est bona. Bald. in l. maximum vitium. C. de lib.
præt. Bart. in l. 1. ff. de testamen. Ias. in l. si is, qui pro
emptore, num. 88. ff. de vsucap. Alciat. lib. 6. paradox.
cap. 9. & regulare est, vt definitio, † quæ non congruit
propriè subiectæ materiæ rei definitæ, non sit bona. l. 32
si vno. ff. locat. c. solitæ de maior. & obed. Ange. in l.
damni infecti. ff. de damno infect. cum alijs, vt per Se-
bast. Medic. tract. de deffin. p. 1. quæstio. 4. num. 44.
vnde secunda datur definitio. Renunciatio est iuris pro-
prij spontanea, & libera dimissio seu cessio. ita Rebuff.
in praxi beneficiorum, titu. de resignat. in princi. Se-
bastian. Medic. dict. tract. de diff. p. 2. deffinit. 96. vbi
explicat. verba, sed hæc etiam definitio eodem morbo
laborat, congruit enim, quemadmodum & superior,
generali renunciationi, & non conuertitur cum suo de-
finito, datur namque spontanea, & libera cessio iuris
proprij, & tamen non est renunciatio de qua loquimur,
& quando fit de iure temporali, vel quando fit de iure
spirituali, vel quando fit de beneficio coram non suo
superiore. cap. quod in dubiis. de renunciatio. & cla-
rum est non esse bonam definitionẽ, quæ cũ suo definito
† non conuertitur, glo. in l. vlt. ff. de verb. signific. & 33
in l. prima, ff. de cap. dimin. glo. Inst. de oblig. in princ.
Petr. de Bellapert. in §. superest. num. 6. de action.
Bartol. in l. prima, §. dolum. vbi Angel. num. 1. ff. de
dol. Paul de Castr. in l. si quis seruo. num. 4. C. de furt.
Gellius lib. 4. cap. 1. noct. Attic. Alexand. in l. 1. nu-
me. 4. ff. de acquirend. possess. & est communis opinio
omnium Doctor.

Quare ita definirem seu magis describerem. Renun-
ciatio, de qua nos agimus, est dimissio spontanea, &
libera beneficij obtenti facta cum causa coram superio-
re. Dico dimissio, quia renuncians † cedit, dimittit, 34
derelinquit, & donat ius suum. l. hoc iure. §. 1. ff. de do-
nat. l. si quis delegauerit cum ibi notat. ff. de nouat. Bal.
in l. venditrici. in fi. C. de reb. Eccl. non alien. Alexan.
consilio 22. n. 7. vol. 5. & propterea † renunciatio appel- 35
latur donatio. Alexand. cons. 115. num. 1. volum. 5. Card.
Paris. consil. 26. num. 58. & consil. 65. num. 57. volum.
3. Rolan. à Vall. cons. 64. num. 20. vol. 2. Menoch.
cons. 80. num. 57. & cons. 1. num. 211. & 214. volu. 1. &
sicuti donatio † excedens summam 500. aureorum de- 36
debet insinuari, l. sancimus. C. de donat. ita † renun- 37
ciatio prophana excedens dictam summam. Bal. in l. il-
lud. C. de sacrosan. Eccles. quem refert, & sequitor
Afflic. in tract. de iur. protomis in princ. legis. num. 3.
Card. Paris. dic. cons. 126. nu. 58. Hinc scribit idem D.
meus Card. Paris. consil. 127. num. 16. volum. 1. † quod 38
renunciare est diminuere redditus. Hinc capitur † pro 39
alienatione, Menoch. consil. 80. num. 21. & 56. & hoc
verbum dimissio, erit loco generis, nam † complectitur 40
quemcunque actum, per quem quis à se ius proprium
abdicat, vt colligitur ex Mandos. in regu. Cancell. de in-
fir. quæst. 13. num. 8. in fin. & nume. 9. tam in tempo-
ralibus, quàm in spiritualibus. Petr. Gregor. dic. libro
17. cap. 17. num. 14. nam † dimitto idem est, quod re-
linquo, & derelinquo. Cic. in 4. Academ. & Matth. 41
cap. quinto l. meminisse. §. legatum suum ff. de off. pro-
cons. cap. ex parte, prim. de off. dele. & est verbum
proprium huic materiæ, nam de dimissione beneficij
habemus plures canones, cap. si beneficia. vbi pluries
reperitur huiusmodi verbum. de præbend. libro sexto,
extrauag. execrabilis Io. 22. & Mandos. dic. quæst. 13.
cum illa reg. cancellariæ loquatur de dimissione bene-
ficij, eam interpretatur habere locum etiam in permu- 42
tatione, quod fuit etiam decisum in Rot. pluries, vt
infra suo loco dicetur.

Dico spontanea, quia resignatio beneficiorum debet
sponte fieri. Host. in summ. tit. de † renunc. §. qualiter 43
Geminian. in c. in ordinarijs. §. in conferendis. num. 3.
de off. ordinarij libr. 6. Rot. decis. 5. num. 2. de renunc.
in nou. & decis. 6. num. 2. eo. tit. in antiq. Io. Monac,

Digitized by Google

in c. licet. num. 5. & ibi Frant. & Gammar. & commu-
niter alij de rer. permut. libi.6. & ita tota die practica-
tur, & sic hoc verbum excludit vim, dolum, metum,
44 & ponitur ad differentiam renunciarionis coactæ, † quæ
oon est propriè cessio. not. in c. super boc de renun. c.
ad audientiam, quod met.cau. & est communis opinio:
45 namq; est nulla, vt omnes scribunt, & actus nullus †
non est propriè actus.l.4. §. condemnatum. ff. de sent.&
re iudic. c. illud de iur. patron. cum actus renunciatio-
46 nis debear esse † voluntarius. Lambertin. de iur. patr.
in 6.arti.6. q. princ. p.2. lib.1. nu.21. & dicetur infra, &
ad differenriam dimissionis, quæ fit per priuationem,
47 † nam illa est spontanea, vt omnibus notum est. Dico
libera, quia resignatio beneficij debet liberè, & purè
48 fieri † absq; aliqua pactione, conditione, & modo,
cap. cum pridem. de pact. cap.ex parte.1. de off. deleg.
vbi omnes, Oldra. cons. 324. sub num. 5. Calderin. in
cap. mandarum. nu.4. de rescripr. Crauet. Cons. 122.
num.2. Mascard. de probat. conclu. 1395. nu. 10. & est
communis opinio omnium Doct. vt suo loco infra dice-
49 tur,& es hoc excluduntur renunciationes † simoniacæ,
& confidentiales, quæ prohibitæ, & nullæ sunt, &
etiam ponitur ad differenriam litis, cui ceditur ob ra-
tionem. c. finem litibus. de dol. & contumac. & tradit
Sebast. Medic. loco cit.

50 Dico beneficij obtenti, nam beneficium nondum †
collatum renunciari minimè potest. Rot. decis. 26. de
procur. in antiq. Ioan. de Grass. de rescript. apostol. nu-
mero 88. Boer. decis. 205. num.4. & 308. Rossiniac. de
benef. c. 14. nu.43. & est communis opinio, de qua di-
51 cetur sequenti libro, nec etiam potest † renunciari be-
neficium alteri collatum, vt communiter omnes Doct.
52 affirmant, quia iuri alieno † non potest renunciari. cap.
dilecto. in fin. de præben. toto tit. C. res inter. ali. act.
53 Er quia † qui beneficium ooo habet, resignare non po-
test. Put. decis. 166. in princ. libr. 1. & est communis
54 opinio, cum † nemo possit dare, quod non habet. l. tra-
ditio. ff. de acquiren. rer. domin. l. nemo. ff. de regul.
55 iuris, priuatio † enim præsupponit habitum. l. qui de-
cem. ff. de verb. oblig& hoc verbum beneficij,est gene-
56 ricum, aptum † comprehendere Cardinalatum, Epis-
copatum, Abbatiam, & alia beneficia, vt infra sequen-
ti libro dicetur.

57 Dico facta cum causa, quia in resignatione † requiri-
tur causa: ca. super hoc. de renunc. vbi.Ant. de Butr.
Innoc. Card. Abb. Imol. & alij omnes, & dicam infra.

Dico coram superiore, namque beneficium debet re-
58 resignari † coram superiore, Abb. in c. audita. n. 3. de
restir. spoliat. Turrecrem.in c.denique. nu.2.6.q.3. Cas-
sad. decis.2. n.3. de renunc. D. meus Paris. cons. 93. nu.
25. vol.4. & alij omnes, & hoc ad eacludendam renun-
59 ciationem tacitam, † quæ non requirit auctoritatem
superioris. Benedic. Capr. in clement. Gratiæ. nu.5. de
60 rescript. Et hæc definitio cum habeat † genus, & diffe-
rentias, ac cum suo definito conuertatur, erit optima.
Bart. in l. prima. in princ. ff. de testamen. & in l.1. §.
dolum ff. de dol. Ber. in Robr. de const. num. 76. Eue-
rard. in loco à defin. nu.3. Dec. & Cagnol. in l. omnis
definitio.ff.de regul. iur. Alciat. libr. 6. paradox. cap.9.
61 Ac comprehendit non solum † renunciarionem factam
coram ordinarijs, sed etiam illam, quæ fit coram sum-
mo Pontifice. Fusc. de visit. lib. 2. cap.28. nu.12. Rossi-
niac. de benef. cap. 14. nu.21. comprehendit etiam resi-
62 gnationem † simplicem, & resignationem in fauorem
factam cum reseruarione fructuum, vel pensionis, nam
63 hæc † quoque liberè fieri dicitur, & condirio apponi-
tur de volunrate Papæ, qui es causa hoc facere consue-
64 uit. Card. Paris. cons.76. vol.4. & ab eo † resignatarius
habet ius, & non à resignante. Cassador. decis. 15. sub.
num.1. de præbend. quem refert, & sequitur Mandos.
regul.33. de signat.per fiat,q.7. nu.8. ideò attenta natura
originaria, potest dici pura, quæ in vnaquaque materia
65 † est spectanda, l. 3. C. ad Macedo. l. si procurator. r.
respons. ff. mandar. l. clam. possidere. ff. de acqui. poss.
Marian. Soc. sen. in c. veniens num. 52. de accusat. Cra-
nett. con.318. nu.4. Et disi in principio definitionis, re-
nunciatio expressa beneficij ecclesiastici, tum ad exclu-
dendam tacitam, tum etiam quia † verbum renunciare, 66
est æquiuocum, vt tradit Mandos. tract. signar. grariæ,
verb. resignationes, vers. resignare, renunciare. i. arca-
num deferre l.si quid aliqnid ff.de pœn.renunciare.i.re-
ferre. Cicero 8. Philipp. cum legari renunciarint &c.
Cæsar in Comment. 7. & lib. 4. & habetur in l. cum in
plures §. mandaui tibi ff. locar.l. qui fundum 1. respons.
ff. de contrahen. empr. & ibi Bud. renunciare id est
declarare Teren. in Andria. Cic. pro lege Manilia, &
li.9. epist. renunciare, idest remittere. Quintil. lib. 10.
Bud. in annot. pandect. in l. minor.ff.de minor. Renun-
ciare, idest cedere, & ius suum repudiare. l. si quis in
conscribendo. iunctis his, quæ ibi scribit Alcia. C. de
pact. l. destitisse. ff. de iudi. l. si filius. ff. de minor. l. si
mandauero, §. vlt. ff. mandar. l. postquam liti. C. de
pact. Alciar. in l. detestatio. col.4. in princi. ff. de verb.
signif. & hoc modo sumitur in tit. de renunc. extr. in 6.
& in clem. & nos accipimus. Ita etiam † verbum cede- 67
re est æquiuocum, secundum Bonifac.de Vitall.in clem.
vnica, num. 6. de renunc. nam aliquando, vt ipse dicit,
sumitur pro percutiente, aliquando pro incidente, ali-
quando pro danre locum, aliquando prn renuntiante,
cedere tempori, Cicer. famil.4. ibi, te cedentem tem-
pori. cedere intercessioni, vel prouocationi. Bud. in
pandect. super l.2. ff. de orig. iur. cedere legibus, ce-
dere patriæ, cedere vitæ, cedere oneri, vel honori.
Bud. in l. hominem. §. quoties. ad fi. ff. depositi. ce-
dere fortunæ. Cæsar in Commen. lib. 6. belli Gallici
prope finem. cedere amicitiæ, Virg. lib. 11. Æneid. &
lib. 12. cedere obsequijs, Virg. libr. 3. Iouian. Maius
in suo repertorio cedere. cedere causæ, Cassador. de-
cis.12. num.7. de appel. cedere liti, l. si filius. ff. de min.
Rot. decis.309. in nou. cedere diem, l. cedere diem.ff.
de verb. oblig. cedere iuri, causæ, priuilegio, actioni,
c.2. de alien. Iud. mutan. cao. fact. cedere beneficio,
idest à beneficio discedere. Mandos. in praxi signar. gra-
tiæ, in verb. cessionis, in principio, & ex roro illud
dimittere, vt tradit Card. Zabarell. in clem. vnica, nu.
4. de renunc. sicuti cedere bonis est à bonis discedere,
& illa tradere creditoribus, vt habetur in Rub. & tot.
tit. C. qui bonis cedere poss. Roffred. in tract. libel. in
rub. de off. Iudic. Azo in summ. in tit. qui bon. ced.
poss. Bald. in l. vltim. eo. tit. in princ. Alberic. de Ro-
sat. in l. penult. eod. tit. latè Roland. à Vall. consil. 7.
libro 2. & consil. 87. eo. lib. Mar. Brun. de cessio. bo-
nor. q.1. & cedere iuri, est discedere à iure, & illud al-
teri tradere, cap.4. Ruth.ibi, cedo iuri propinquitati, &
tradit Lucill. libr. 28. relatus à Iouian. loco citat. &
cedere possessionem, vel vsumfructū, est alteri possessio-
nem, & vsum tradere, l. & similiter.ff. de leg.2. l.sæpe.ff.
acquir.possess.& hoc modo accipitur in materia nostra.

Ita etiam verbum † resignare, est æquiuocum, vt
tradit Mandos. d. tract. signat. grat. verb. resignationes. 68
ver. resignare, & est communis Doctorum sententia:
resignare, quod signatum erat aperire, l. si testamen-
tum ff. de testamen. l. 2. ff. de fals. Plaut. in Trinum.
Horat. 1. eppistol. 7. & in epistol. ad Mæcenatem
lib. 1. l. si testamento quod signauerit. & ibi glo. ff.
qui testamen. facer. poss. Rebuff. in l. 39. ff. de verb.
sign. fol. 294. litt. M. resignare pro perfecte signare,
Columel. lib. 3. Mandos. loco citat. resignare 1. clau-
dere, Virg. lib. 4. Æneid. & lomina morte resignat. re-
signare pro abrogare, siue dissoluere, Cicer. in ora-
tione pro Archia Poeta. Hic autem sumitur resignare † 69
beneficium pro dimittere, Mandos. in reg. de Infirmis.
13. num. 10. & penitus abdicare ius à resignante Innoc.
Host. & Abb. & alij omnes in c. quod in dubiis. de re-
nunc. Rota decis. 6. de rerum permut. in nou. & decis.
4. de renunc. eo. libr. & decis. 5. nu. 2. eo. tit. per Bi-
signet. Cassador. decis. 2. n. 3. de renunc. & decis. 4.
num.3. de rest. spoliat. Card. Paris. cons. 39. nu.3. volu.
4. & est communis opinio omnium Doctorum.

Et quamuis Alfons. Sot. super reg. 43. Cancel. Inno.

Digitized by Google

70 cen. VIII. vers. Nam. consideret differentiam † inter
renunciare, & cedere, vt renuncietur beneficium, quod
possidetur, & cedatur iuri competenti super aliquo be-
neficio, quem videtur sequi Petr. Greg. lib. 17. syntag.
iur. c. 17. num. 21. Mandos. dict. tract. de signa. grat. tit.
71 cessiones, vee. cessiones, tamen verius est, hæc † tria
verba scilicet renunciare, cedere, & resignare, inter
se confundi, & vnum accipi pro alio, vt in loco citat.
firmat Alfons. Sot. Rebuff. super Concordat. rub. de
reg. ad prælat. nominat. facien. §. Monasterijs, in vers.
cessionem. Mandos. in dic. trac. signat. gra. tit. regres-
sus, & accessus. col. 2. vers. illa verba. Bonifac. de Vi-
tallin. in cle. 1. num. 6. de renunc. Doct. in c. susceptum,
per illum text. de rescrip. lib. 6. & sequuntur omnes, ac
ita practicari videmus, quandoquidem vocabulorum
72 diuersitas † non semper diuersum ostendit, vt docte &
eleganter explicat Excellentissimus D. & præceptor
meus D. Cinus Campanus in l. contractus, num. 105. ff.
73 de reg. iur. addunt quidam † quartum, scilicet Eiurare.
Christophorus Rossiniac. de benef. ca. 14. 15. 16. 17. 19. &
74 20. Petr. Greg. syntag. iur. lib. 17. cap. 18. quod verbum †
ostendit renunciationem factam cum iuramento, vt
scriptum reliquit Nauarr. in cap. accepta oppo. decu-
plex. nume. 10. de restit. spol. Achill. de Grass. in re-
coll. manuscr. decis. 317.

Lib. 1. q. 1. n. 20. Ibi, Et hæc procedunt quoties possessio fuit pacifica.

ITa etiam nemo, quandiu sibi, de Parochiali Ecclesia prouiso, lis super ea, seu eius possessorio mouetur, priùs ad Sacerdotium, etiam post annum, promoueri tenetur, quàm definitiuam sententiam pro se obtinuerit: vel aliàs eandem Ecclesiam pacificè assecutus fuerit. cap. commissa. de elect. in 6. Possessio autem tunc demum pacifica dicitur, quando super ea, nulla contentio seu controuersia iuris vel facti, in iudicio vel extrà mouetur vt Rebuffus in suo de pacificis possessoribus tractatu, n. 164. & Parisius lib. 3. q. 1. n. 130 ac etiam lib. 10. q. 4. n. 12. docent De quo qui plura voluerit, consulat Nicolaum de Milis, & per eum citatos in suo repertorio, in verbo, possessio quando dicatur. Necnon glosam in præallegato cap. Commissa. in verbo, pacificam, versic. Si autem. Cum nouella in margine ad verbum, aliquando. Cassadorum quoq. decis. 8 & 9 de causa possessionis & proprietatis. Et Staphileum in tit. de qualitate & statu beneficiorum. cap. simplicia beneficia quam ætatem desiderent. n. 13. ac tandem (qui rem digito tetigit, Carolum Molineum super regula de annali possessore. n. 132. Verùm in Gallia, annum promotionis à fine anni pacificæ possessionis computari, tam idem Rebuffus in praxi tit de non promotis intra annum. n 45 & dicto tractatu de pacificis possessoribus n. 171 quàm Paponius in collectione Placitorum lib. 3 tit. 15. *de la fauts & necessité*, de promouendo arresto 1 testantur.

Eadem q. n. 71. Ibi, Ac ita practicari videmus.

QVinimo, si praxim spectemus, non eadem sed prorsus diuersa sunt resignatio & cessio: Siquidem illa, de pacifico, seu non litigioso beneficio aut iure in eo vel ad illud, fit & enunciatur. Adeò vt quando supplicatur pro admissione resignationis & collatione beneficii pacificè possessi ita dici soleat: Beatissime pater, cum deuotus vester N. rector Parrochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ de N. N. diœcesis, dictam Ecclesiam quam obtinet, in manibus Sanctitatis vestræ spontè & liberè resignare proponat, & exnunc resignet, supplicat. &c. Cum autem iuri ceditur, sic concipitur supplicatio, Beatissime pater cum talis (inter quem & N. lis & causa seu molestia super possessorio Parrochialis Ecclesiæ beatæ Mariæ de N N. Diœcesis, coram certis partium iudicibus pendet indecisa) liti & causæ seu molestiæ huiusmodi necnon. &c Vel sic cum talis (cui nuper de Patrochiali Ecclesia Beatæ Mari de N N Diœcesis tunc per liberam resignationem talis, vel per obitum quondam talis, vel certo tunc expresso modo, vacante, ordinaria, vel apostolica auctoritate prouisum seu prouideri mandatum extitit,) omni & cuicunque iuri & actioni. sibi in dicta Ecclesia vel ad illam quomodolibet competenti. & per eum prætenso, in sanctitatis vestræ manibus spontè & liberè cedere proponat & exnunc cedat, Supplicat &c. En ergo quomodo hæc duo verba, cedere scilicet & resignare, longè inter se, iuxta praxim & Romanæ curiæ stylum differant. Quod & idem author infrà, lib. 1. q 24. n. 5. in fine, annuere videtur dùm ait, quòd resignatio, (de qua ibi) de stylo Cancellariæ appellatur cessio. Cui conuenit textus regulæ Cancellariæ Apostolicæ, de prestando consensu in pensionibus, de qua fit mentio infrà, lib. 3. q. 8. num. 1. His iunge, nunquam dici resignationem commendæ, sed cessionem. Adde postremò animaduersionem nostram, quæ est infrà. lib 11 q. 5. n. 51. Si autem ipsum ius spectemus non distinguimus cessionem, resignationem, renunciationem, eiurationem, & dimissionem, plerumque confundi & vnum pro alio vsurpari, maximè in cap. Nisi cum pridem. de renunciat. apud Gregorium. Vide Mandosium in praxi signaturæ gratiæ. tit. Regressus & accessus Versic. illa verba (per cessum, seu decessum) interpretantur.

Quæst. 1. num. 3. Renunciationem beneficij esse tacitam vel expressam.

§ EA potissimum dignoscitur inter tacitam & expressam renunciationem notabilis distinctio quod ista non nisi in manibus collatoris qui ipsam admittat cap. admonet, & cap. vltimo de renunciat. illa verò absente inscio & inuito Superiore seu collatore fieri potest gloss. in cap. ex ore in verbo renunciasse, de his quæ fiunt à mai. part. capit. Rationem differentiæ hanc arbitror quia nemo seipsum destituit vnde expressa resignatio vt sortiatur effectum & vacationem inducat Superioris admissionem requirit: tacitam verò minimè quia ipso iure est admissa & vacatio inducta quicquid aliqui in contrarium dicant vid. Garc. de benef. parte 11. cap. 3. ex num. 239. & quæ nos infra lib. 7. q 3.

QVÆSTIO II.

Quotuplex sit resignatio expressa; & dantur exempla conditionalis resignationis.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio duplex pura, & conditionalis.*
2 *Resignatio pura, quæ sit.*
3 *Resignationes antiquo tempore fiebant purè*
4 *Renunciatio conditionalis quæ sit.*
5 *Renunciatio debet esse libera.*
6 *Papa permittit fieri coram eo resignationes sub conditione.*
7 *Quotidie fiunt hodie renunciationes cum conditione.*
8 *Stylus curiæ seruatur pro lege.*
8 *Conditiones permissæ à iure, possunt apponi in collatione.*
9 *Conditiones permissæ de stylo, tolerantur in renunciatione.*
10 *Papa admittendo resignationes sub conditione, habet respectum ad supplicationem humiliter sibi factam.*
11 *Clausula* non aliàs, nec alio modo, *apponitur à Copistis.*
12 *Renunciatio dependet à voluntate superioris.*
13 *Resignatarius habet ius à Papa.*
14 *Renunciatio in fauorem dicitur conditionalis.*
15 *Renunciatio in fauorem recipit conditionem, si resignatarius acceptet.*
16 *Resignatarius debet acceptare.*
17 *Clausula*, & non aliàs, *de stilo, in renunciationibus solet apponi.*
18 *Clausula*, & non aliàs, nec alio modo, *conditionem inducit.*
19 *Clausula*, & non aliàs, *est limitatiua.*
20 *Papa de iure ordinario non potest alteri conferre, quàm nominato beneficium renunciatum cum dicta clausula*, & non alias.
21 *Renunciatio dicitur conditionalis, etiamsi non apponatur dicta clausula*, & non alias.
22 *Dispositio quæ fundatur in duabus rationibus, cessante vna, sustinetur in alia.*

Digitized by Google

23 *Renunciatio conditionalis est, quoties in eadem supplicatione vnus renunciat & alter supplicat.*
24 *Renunciatio facta in manibus Papæ de stylo interpretatur in fauorem.*
25 *Correspectiue dicuntur qui fiunt eodem die.*
26 *Clausula* non alias, nec aliomodo, *non est hodie necessaria.*
27 *Matthæus Contarellus Cardinalis sancti Stephani laudatur.*
28 *Petrus Paulus Cardinalis Parisius legit Romæ, Patauij, & Bononiæ.*
29 *Gregorius XIII. fuit familiaris Cardinalis Parisij.*
30 *Vincentius Laurens Cardinalis montis Regalis laudatur.*
31 *Renunciatio in fauorem duplex, simplex & qualificata.*
32 *Renunciatio simplex in fauorem, quæ.*
33 *Renunciatio qualificata in fauorem, quæ.*

SEcundo quæro quotuplex sit hæc resignatio ex-
pressa beneficij? communis Doctor. omnium res-
1 ponsio est, esse † duplicem, scilicet puram seu
simplicem, & conditionalem in fauorem tertij, aut
præuia conditione. Rebuff. in sua. prax. titu. de resigna
tione express. num. 2. Rossiniac. de benefi. cap. 14. num.
3. vers. prior. Couarr. pract. q. cap. 36. sub num. 9. Petr.
Gregor. syntagm. iur. dic. lib. 17. cap. 27. Sebast. Medi.
in leg. vltim. gloss. 3. num. 306. C. de legibus. Mandos.
in prax. signat. gratiæ, tit. regressus & accessus. col. 2.
2 & alij omnes: simplex, † & pura dicitur, quoties be-
neficium purè, & simpliciter renunciatur in manibus
superioris. Put. decis. 158. in fi. lib. 3. & Doct. omnes su-
pra citati, & nulla fit resignanti reseruatio iuxta com-
munem opinionem, de qua omnes Doct. passim. & ita
3 simpliciter fiebant † resignationes antiquo tempore,
nam resignationes in fauorem non erant in vsu tempore
Alexandri III. Innocent. III. Bonifacij VIII. & Clem.
V. vt tradit Put. decis. 428. ante medium, libr. 1. & ideo
non nisi de resignatione simplici fit mentio in Decreta-
4 lium lib. ca. 6. & Clementin. Conditionalis † verò est,
quæ voluntate summi Pontif. eiusq; permissione recipit
aliquam conditionem, vel modum, vt colligitur ex
his, quæ scribunt D. meus Paris. cons. 5. col. 1. vol. 4.
Ptolomæus decis. 10. in manuscr. & quamuis natura
5 resignationis est † vt sit libera, & pura, ac absque
pactione, conditione, & modo. Innoc. gloss. Abb. num.
4. Anton. de Butr. Card. Imol. Dec. & alij omnes in ca.
ea parte, 1. de off. deleg. Archid. Bellam. & Card. Ale-
xand. num. 33. in c. ordinationes, n. 33. 1. q. 1. glos. in c.
Apostolica. 8. q. 1. glo. in l. illa institutio. ff. de hæred.
inst. Calder. in c. mandatum. num. 4. de rescrip. Imol. in
c. cum inter. num. 5. de delect. Rot. decis. 6. n. 2. de re-
nunc. in antiquior. Oldrad. cons. 324. sub. n. 5. Card.
Zabarell. in c. cum dilecti. num. 2. de præben. Geminian.
in c. dudum. n. 12. de præben. lib. 6. Petr. de Bais. in di-
rect. elect. p. 3. c. 1. num. 4. Rossiniac. de benef. c. 27. n. 8.
Gig. de pens. q. 4. nu. 5. Arnul. Rux. de iur. regal. priui-
leg. 32. nu. 6. Bonifac. de Viall. in clem. vnica, num. 1.
de rerum permut. Iac. de Rum. cons. 91. n. 2. Crauett.
cons. 122. num. 2. Redoan. de simo. p. 2. ca. 10. in princ.
Card. Paris. in c. venerabilis, n. 45. de except. Nauar. in
Manual. c. 23. numer. 107. Mascard. de probat. concl.
1395. num. 10. & communiter alij, tamen stylus contra-
6 rium obseruat, vt † Papa sciente, & hoc permittente
fieri possit resignatio sub modo & conditione, prout de
stylo attestantur Cassad. dec. 2. num. 3. de simon. & de-
cis. 4. loc. Fel. in c. ad audientiam. 2. col. 1. de rescript.
Ber. de auctor. leg. a later. col. antepenult. Redoan. dict.
tract. de simon. p. 2. c. 12. & c. 13. num. 3. Abb. in c. non
satis. n. 8. de simon. Dec. in c. ea parte 1. n. 15. de satis. n.
8. de simon. Dec. in c. ea parte 1. n. 15. de off. deleg. Caccia-
lup. de pensio. q. 19. in prin. Gig. in eo tract. q. 83. n. 9. Io.
Carrasa in tract. de simon. mental. n. 63. optimè Mandos.
in prag. signatur. grat. tit. regressus. col. 2. vers. notandum.
7 Ptolomæus in decis. 200. in manusc. vbi † dicit, quòd quo-
tidie fiunt in manibus Papæ renunciationes cum con-
ditionibus, & hunc esse stylum à multis seculis serua-
tum attestatur Nauar. in Manual. c. 23. n. 107. vers. ad
decimum, & tamen † stylus curiæ pro lege seruatur. Lap. 8
alleg. 6. Calder. cons. 8. nu. 4. de rescript. Card. Paris.
cons. 44. num. 17. & seq. vol. 1. & cons. 14. n. 8. & 9. &
cons. 128. n. 4. vol. 4. Gabr. cons. 73. n. 78. vol. 1. &
est communis opinio omnium Doct. vt per Bursat. cons.
393. n. 15. vol. 4. Et sicuti conditiones permissæ ex † di- 8
spositione iuris communis tolerantur in resignationibus
ac collationibus beneficiorum, prout notat Ant. in c.
cum M. Ferrariensis col. 32. vers. venio ad sextum.
de const. & habetur per Dec. cons. 118. & egregiè per
Card. Paris. cons. 29. n. 8. vol. 4. Io. Selu. de benef. p.
3. q. 9. n. 4. ita † & conditiones permissæ de stylo. Guid. 9
Papæ cons. 119. n. 4. & sequen. Mil. in reper. verb. sty-
lus curiæ. Cur. Iun. cons. 178. n. 13. Fran. de March. decis.
Delphin. 158. n. 3. & decis. 276. n. 5. p. 1. Dec. cons. 699.
nu. 4. Card. Paris. in c. illud nu. 2. de præscript. Octa-
uian. Cacher. decis. Pedemont. 22. n. 6. Cassane. in con-
suet. Burgund. n. 8. Alciat. cons. 220. in fin. & prædi-
ctus stylus videtur fundari, quia Papa admittens sup-
plicationem † resignationis, non habet respectum ad il- 10
lam clausulam, quod ille renunciet ad commodum talis,
& non alias nec alio modo, vel cum reseruatione, sed
ad supplicationem humiliter sibi factam, vt in terminis
tradit Nic. Boer. d. tract. de auctor. leg. à later. nu. 127.
allegans ad hoc Feder. de Sen. in tract. permut. q. 29.
sequitur Redoan. de sim. p. 1. c. 27. n. 17. & eadem p. 1.
c. 25. col. vlt. vbi dicit prædictam † clausulam apponi 11
à Copistis, & per hoc non debere nocere partibus. gl. &
Salicet. in l. vlt. C. de fid. instr. Crau. cons. 220. in fi. &
de clausula codicillari Bart. in l. 1. in 6. q. ff. de iur.
codicil. Barbat. cons. 48. nu. 56. 62. li. 1. Hinc dicimus
resignationem † dependere à voluntate, & potestate su- 12
perioris. Mascard. de prob. conclus. 1395. n. 11. & re-
signatarius † non habet ius à resignante, sed à Papa. Abb. 13
in c. 2. de præscrip. Cassad. decis. 15. sub nu. 1. de præ-
ben. quos refert, & sequitur Mandos. reg. 33. de signat.
per fiat. q. 7. n. 8. Et hæc resignatio conditionalis exem-
plificatur in renunciationibus, † quæ fiunt in manibus 14
Papæ in fauorem alicuius, nam hæ dicuntur conditiona-
les vt scriptum reliquerunt Ant. de Butr. c. inter cæte-
ra, n. 6. de præbend. Put. decis. 158. n. 2. lib. 3. Crescent.
decis. 37. lib. 1. in manuscr. Ias. cons. 162. li. 2. & cons.
86. lib. 3. Rossiniac. de benef. cap. 24. num. 23. Fusc. de
visit. lib. 2. cap. 28. nu. 20. & tenuit pluries Rot. teste
Ptolom. decis. 102. in manuscr. & est recepta apud om-
nes opinio etiam in praxi. Ideò renunciatio causa per-
mutationis, quia fit in fauorem, dicitur conditionalis.
Anto. de Butr. in dict. cap. inter cætera, num. 6. Felin.
in cap. cùm venerabilis de except. & ibi Card. Paris.
num. 45. in fin. Petr. Gregor. libr. 17. Syntag. iur. capit.
17. num. 31. & volunt communiter Doctor. ex traditis
in cap. vnico de rerum permut. libro 6. Gabriel. consil.
199. lib. 2. & huiusmodi resignationem in fauorem di-
cunt Doctor. dici conditionalem duplici respectu. pri-
mò quia recipit conditionem † si resignatarius acceptet 15
beneficium resignatum, vt quia est absens, aut aliàs, vt
tradit Hieron. Gabriel. cons. 192. num. 2. lib. 1. Hinc
pluries fuit decisum in Rota debere constare † de vera 16
acceptatione resignatarij, vt fuit resolutum in vna Cæ-
saraugustana Vicariæ Sancti Ægidij, coram Accoram-
bono, & in alia Oxomen. pensionis, vt per Moedan. in
recollect. manuscr. decis. 235. Secundò quia tunc appo-
nitur † clausula, & non aliàs, aliter nec alio modo, 17
iuxta stylum vulgarem, de quo attestatur Cassador. de-
cis. 2. num. 3. de simon. Redoan. de simon. p. 2. cap. 12.
& 23. num. 3. Mandos. in prax. sign. grat. titu. regressus,
& accessus colum 2. vers. notandum, & in titu. resigna-
tiones col. 2. vers. in resignationibus quæ † clausula 18
conditionem inducit. Bal. in l. siquidem. C. de except.
& in auth. ingressi. no. 7. C. de sacrosanct. Eccles. Alex.
cons. 3. numero 5. lib. 1. Socin. sen. cons. 251. col. 4.
lib. 2. Ias. in l. vlt. num. 142. C. de iur. Emphyt. Dec.
consil. 528. num. 11. Rebuff. cons. 4. n. 24. & consil. 38.

num. 3. & cons. 93. num. 14. Grat. cons. 135. numer. 13. cum sequen. Card. Paris. cons. 19. num. 18. vol. 1. Ioan.
19 Petr. Surd. cons. 143. num. 43. & est † limitatiua potestatis, ac præseruatiua. Card. Paris. cons. 10. numer. 28.
20 vol. 4. Caputaq. decis. 84. num. 10. part. 3. & est † tantæ potentiæ huiusmodi clausula, vt Papa ex potestate ordinaria non videatur posse alteri conferre beneficium resignatum cum dicta clausula, quam nominato. Mandos. in tract. signat. grat. tit. resignationes, col. 3. vers. item & in simili. Cassador. decis. 2. nume. 6. ad fi.
21 vol. 4. Et si huiusmodi clausula, † & non alias, nec alio modo, non apponatur in resignatione in fauorem, vt hodie, vt plurimum fit, nihilominus dicitur renunciatio conditionalis, vt fuit pluries resolutum in Rot. scilicet in vna Cæsenaten. Monasterij de mense Aprilis 1542. coram Sam. teste Moedan. decis. 338. licèt regressus. in manuscr. & in alia Bononien. Monasterij die vlt. Februarij 1558. teste R. P. D. Gabriel. Palcott. tunc auditore Rotæ, nunc Cardinali Ampliss. ita etiam attestatur Caputaq. decis. 82. li. 1. in manus. & tradit Mandos. dic. prax. signat. grat. tit. regressus colum. 1. vers. notandum, vbi etiam dicit de raro accidere, vt fiat absque dicta clausula, quod si fiat, subintelligitur, nam
22 hoc casu † licèt cesset hæc ratio secunda, viget tamen prima, argum. §. affinitatis. Instit. de nupt. Immò quod est plus, & valde notandum si quis renuntiat non in fauorem cum dicta clausula, vel absque, sed simpliciter,
23 † & in eadem supplicatione in qua ipse renunciat, alter supplicat pro collatione, hoc etiam casu dicitur resignatio conditionalis in fauorem, vt fuit etiam resolutum pluries in Rot. in vna Tranen. & in vna Vicentin. Cantoriæ. & in alia Firman. Prioratuum coram. R. P. D. Prospero de sanctaCruce; nunc Cardinali Illustriss. die 28. Ianuarij 1547. vt ipse attestatur decis. 150. aliàs 156. in manuscr. & attestatur etiam Put. decis. 513. lib. 2. & in vna Gebbenen. coram D. Camillo de Baleonib. de anno 1534. teste Sam. decis. 4. lib. 1. in manuscript. decis. 78. libr. 1. & nouissimè in vna Tuder. Beneficij. coram R. P. Domino Blanchetto Rotæ Auditore meritissimo, quod probatur tum ex eo, quod scribit Cassad. decis. 10.
24 numer. 10. de concess. præbend. dum vult, † quod quando renunciatio fit in manibus Papæ quomodocunque sit concepta renunciatio, videtur de stylo facta in fauorem, tum etiam quia ex quo in eadem supplicatione vnus renunciat, & alter supplicat, videntur omnia correspectiue facta. ad not. per Felin. in cap. pastoralis de re-
25 script. nam † correspectiui actus dicuntur, qui fiunt eodem tempore. Dec. in l. certi conditio. §. si nummos. num. 13. ff. si cert. petat. & fuit dictum in Rot. in vna Ciuitaten. Abbatiæ, die 6. Octob. 1551. coram Accotam-
26 bono. Ex quo infertur † dictam clausulam, & non alias, aliter, nec alio modo, non esse necessariam in supplicatione, ideo hac de causa, & alijs bon. memor. Illustriss. & Reuerendiss. D. Matthæus † Contarellus cum annis
27 elapsis superioribus Prodatarius esset, mandauit, vt dicta clausula non apponeretur, nec certè mirum, fuit enim longo vsu, & exercitatione in Curiæ Romanæ negotijs maximè versatus, & exierat de familia illa omnium bonarum artium, & virtutum florentissima Petri Pauli Parisij Consentini Card. amplissimi gentilis mei,
28 † quem virum ob eius in legum disciplina præstantissimam eruditionem, egregiasque virtutes animi, postquā Romæ Patauij ac Bononiæ in prima Cathedra Pontificia, & Cæsarea iura de loco superiori multos annos esset interpretatus, Paulus III. Pontifex maximus Cardinalatus dignitate dignissimum iudicauit. Ex qua etiam familia quam plures præstantissimi viri prodiere: Inter
29 quos non reticebo † D. Hugonem Bon compagnum Bononiensem I. C. clarissimum a Pio IIII. Cardinalatus insignibus ornatum, qui postea Pontifex maximus crea-
30 tus Gregorius XIII. fuit nominatus. Nec silentio † prætenbo Illustrissim. & Reuerendiss. & Vincentium Laureum Tropiensem, quem propter multiplicem eruditionem, vitæque pietatem, & in rebus grauissimis tractandis summam prudentiam à Pio V. Episcopum Montis regalis creatum, Greg. XIII. Fel. record. post multas in longinquas regiones fœliciter defunctus legationes, Cardinalatus dignitate decorauit.

Et hæc resignatio conditionalis in fauorem † duplex 31
est. scilicet simplex in fauorem, & qualificata, vt voluit Mœdan. decis. 115. circa intellectum, & decis. 184. &
185. in manuscr. Dicitur † simplex in fauorem, quoties 32
quis resignat beneficium in fauorem. N. absque vlla re-
seruatione. Qualificata † autem est quoties reseruatur 33
aliquid resignanti, vt quia fit resignatio in fauorem reseruato regressu. Ptolomæ. decis. 104. in manus. Cott. decis. 11. Cat. Paleott. decis. 33. Mœdan. decis. 338. Crescen. decis. 107. in manuscr. Petr. Greg. lib. 17. syntag. iur. c. 17. num. 30. vel reseruatis fructibus, aut medietate eorum: nam hæc quoque dicitur conditionalis. Crescen. dec. 64. lib. 2. in manuscr. Petr. Greg. dict. lib. 17. syntag. c. 17. num. 29. & 30. aut reseruata pensione, nam hanc esse conditionalem est communis opinio Ptolom. decis. 63. Guido. bon. decis. 14. & 59. Cott. decis. 318. in manusc. Put. decis. 248. lib. 2. Petr. Greg. dict. c. 17. num. 29. & ita fuit resolutum per Rot. in vna Comen. coram R. P. D. Bubalo 4. Iulij. 1584.

Lib. 1. q. 2. n. 15. Ibi, Si resignatarius acceptet beneficium resignatum,

SI tamen idem resignatarius, post sex menses, etiam nulla acceptationis declaratione expressè facta decedat: beneficium vtique per eius obitum vacare censebitur, & tanquam sic vacans impetrari poterit. Vt rectè tradit Rebuffus in commentarijs ad regulam de publicandis resignationibus glo. 13. num. 18. ad finem. Quem nos etiam infra, lib. 10. q. 8. num. 68. sequimur. Si quoque is, cui de beneficio Ecclesiastico per resignationem vacante, auctoritate Apostolica in forma gratiosa, iuxta Ordinarij fidem seu attestationem (quam ipsemet super sua ipsius idoneitate expediendam procurauerat) prouisum extitit, etiam literis super signatura non expeditis, & possessione non adepta, moriatur. beneficium huiusmodi per illius obitum indistincte (siue ante sex menses siue post decesserit) vacare censemus. Nostræque sententiæ adstipulari videtur Cassadorus decis. 8. num. 9. de restitut. spoliat. De illo etiam, cui beneficium per resignationem vacans. prædicta Apostolica authoritate in forma dignum conferri mandatum extitit, idem iudicium statuendum est: Si modò is aut expeditionem signaturæ cum mensulario pactus sit aut Iuri sibi desuper etiam literis non confectis & possessione non habita competenti cesserit. satis enim prædictis casibus acceptasse videtur, secundum Rebuffum in §. volumus. in verbo. obtineat. *Vers. Idem diceremus.* De collatio concordat. Ideoque ipso quandoque præmoriente, dictum beneficium per illius obitum vacare censet, probatque Molineus in regula de publicandis resignat. num. 249. E contra verò si resignatarius in fauorem, quandoque siue ante siue post sex menses, viuo adhuc resignante repudiauerit, & deinde moriatur resignans, vacabit verè beneficium per eiusdem resignantis obitum teste eodem Molineo super dicta regula. num. 245. De acceptatione quoque Deo fauente dicemus pauca lib. 10. q. 8. num. 68.

Eadem q. n. 32. Ibi, Non in fauorem.

TEr aut quater imo quinquies beneficia Ecclesiastica per puras & simplices resignationes possessorū, in Pontificis maximi manibus, vigore mandatorū seu procuratoriorum, nullam clausulam in fauorem alicuius continentium, factas vacantia, eis pro quibus scribebamus (licet ipsi in dictis procuratorijs nominati non essent) conferri obtinuimus. Maximè verò & nouissimè pro discreto viro Magistro Francisco Foresterio Tolosate in decretis Baccalaureo, ratione Archipresbiteratus Beatæ Mariæ de Alano Conuenarum Diœcesis per iuris cessionem Magistri Iacobi Bulu, in eiusdem Pontificis maximi manibus purè & simpliciter factam vacantis. De simplici quoque resignatione nullius fauore, in prædicti Pontificis manibus facta & expedita, loquitur Molineus in regula de publicandis resignat. num. 31. & in regula de infirmis resignant. n. 103. Vbi illam rarò in curia Romana fieri ait, quod & verum est. Meminit quoque Dominus Georgius Louetus quon-

Digitized by Google

dem Consiliarius Parisiensis Senatus in recollectione nobilium placitorum pag. 696.

4. n. num. 15. Si resignatarius acceptet beneficium resignatum.

5 HÆc conditio subsequutæ scilicet acceptationis resignatarij omnio requiritur ad hoc vt beneficium vacare possit per ipsius obitum, quandocumque contingentem, quicquid ea Rebuffo distinguat ibi Duclosius affirmando beneficium vacare per obitum resignatarij post sex menses, etiam, nulla acceptationis declaratione expressè facta, & tanquam sic vacans impetrari posse quia hæc sententia nullo iure nititur, imò vtrique iuri & rationi aduersatur. Certum est enim beneficium absenti collatum non acquiri collatario ante eius acceptationem cap. Si tibi absenti de præb. in 6. nec mirum cum collatio, quã inuoluit resignatio in fauorem, sit species donationis cap. si de offic. vicar. in 6. donatio autem non acceptata non dat ius l. absenti ff de donationibus & quia acceptatio est quid facti non præsumitur nisi probetur l. in bello §. factæ ff. de cap. & postlim. reuers. cap. Cum Ioannes §. verum de fide instrum. satis tamen probatur. Si constet quod fuit ex parte resignatarii sollicitata seu procurata expeditio vel si fuerunt expeditæ literæ resignationis eum impensa notabili vt docet auctor infra lib. 10 q. 8. num. 30. & cum hoc temperamento intelligendus est Rebuffus. Plus dico quod quantumuis expressè acceptauerit resignatarius, Si tamen possessionem omnino sit assequutus beneficium non vacat per eius obitum sed remanet penes superstitem resignantem possessioni semper incumbentem. Ratio est, quia resignauit in fauorem & non aliàs, quæ verba sunt accipienda cum eff&tu iuxta l. nomen §. Habere de verbor. signif. cap. relatum de cler. non resid. Ita vt beneficium cum effectu acquiratur resignatario vt est communis conclusio de qua testatur auctor infra hoc lib. q. 7. num. 10. Verum vt ipse subdit non dicitur acquisitum nisi fuerit capta possessio cum antea non possit se ingerere beneficio resignato. Ioannes de Silua, de benef. part. 2. q. 15. & interim resignans incumbat possessioni & omnia gerat iuxta doctrinam Rebuffi ab omnibus receptam tit. de Simonia in resig. num. 17. in praxi vt pote iure à se non abdicato ante purificatam conditionem huiusmodi quod per consequens non potest interim vacare per obitum resignatarii. vt pluribus demonstrat Auctor, q. seq. ea num. 47. Et hoc iure vtimur Peleus act. forens. lib. 2 cap 3 Mayn. lib. 6. cap. 62. vnde Melch. Pastor de benef. lib. 2. tit. 3. num. 1. rectè infert prouisum ex causa resignationis in sui fauorem facta non posse resignare viuo resignante nisi possessionem prius aprehenderit ex conditione resignationi insita ne beneficium vacet nisi resignatio fuerit ad missa & sedes à resignatario repleta. Verùm inquit hæc conditio in gratiam solius resignantis est, Et resoluitur, eo non conquerente.

QVÆSTIO III.

Qua differentia sit inter simplicem, & conditionalem resignationem, & plenè ponitur materia, quando abdicatur ius per resignationem conditionalem, & quibus casibus non abdicatur.

SVMMARIVM.

1 *Aliud est renunciare simpliciter & aliud cedere alteri.*
2 *Renunciatio simplex coram quocunque potest fieri.*
3 *Resignatio conditionalis in manibus Papæ est facienda.*
4 *Renuncians coram ordinario non videtur habere animum transferendi possessionem.*
5 *Renunciatio simplex statim abdicat ius.*
6 *Beneficium resignatum potest, vt vacans conferri.*
7 *Possessio ciuilis, & naturalis admittitur per renunciationem simplicem.*
8 *Conditionalis renunciatio non abdicat ius, nisi adimpletis conditionibus.*
9 *Conditionalis renunciatio non seruatis conditionibus, perinde est ac si non esset facta.*
10 *Resignanti competit actio spolij, non seruatis conditionibus.*
11 *Beneficium manet resignanti, conditionibus non seruatis.*
12 *Conditio est seruanda.*
13 *Conditio formam importat.*
14 *Forma seruanda est ad vnguem.*
15 *Conditio debet impleri in forma specifica.*
16 *Conditio non potest pro parte adimpleri.*
17 *In conditione minimum non potest relaxari.*
18 *Conuentio censetur violata, si in minimo fuerit mutata.*
19 *Conuentio fit vt seruetur.*
20 *Conditio suspendit actum conditionalem,*
21 *Conditione pendente actus non dicitur perfectus.*
22 *Contractus conditionalis non est propriè contractus.*
23 *Gratia conditionalis est perfecta.*
24 *Conditione pendente actus non dicitur actus.*
25 *Conditio nihil ponit in esse.*
26 *Quid sit conditio.*
27 *Conditione deficiente, omnia conditionaliter disposita ruunt.*
28 *Iurisdictione data sub conditione, gestum ante est nullum.*
29 *Conditione deficiente actus habetur, ac si non esset factus.*
30 *Conditione tacita deficiente actus est nullus.*
31 *Tacitum tantum operatur quantum expressum.*
32 *Paria sunt non facere, vel sub conditione, si non purificetur.*
33 *Conditione deficiente nihil dicitur actum.*
34 *Ex actu conditionali, deficiente conditione, nihil perditur, vel acquiritur.*
35 *Actus non operatur vltra intentionem agentis.*
36 *Actus non operatur cum cessat consensus.*
37 *Consensus præstitus super actu nullo non præiudicat.*
38 *Consensus præstitus super matrimonio nullo non præiudicat.*
39 *Purificata conditione fingitur omnia à principio interuenisse.*
40 *Asserens conditionem purificatam debet probare.*
41 *Conditionis purificatio probatur à duobus testibus.*
42 *Renunciatio habetur ac si non esset facta, non seruatis conditionibus.*
43 *Prouisio facta non seruatis conditionibus est nulla.*
44 *Renuncians ex certa causa, illa non sequta sibi non præiudicat.*
45 *Renunciatio habet tacitam conditionem, vt pacta seruentur.*
46 *Reseruatur regressus si non seruet resignatarius pacta.*
47 *Resignanti non abdicatur ius, nisi beneficium acquiratur resignatario.*
48 *Resignatio videtur semper facta sub conditione, vt beneficium acquiratur resignatario.*
49 *Permutatione non sequuta non abdicatur ius.*
50 *Non abdicatur ius si non fuit renunciatio admissa à superiore.*
51 *Donatio iuris præsentandi habet effectum cum interuenerit authoritas superioris.*
52 *Renunciatio non nocet resignanti, si fuit admissa in fauorem alterius, quàm illius pro quo supplicabatur.*
53 *Resignans potest continuare possessionem, cùm ob eo non abdicatur ius.*
54 *Papa consueuit resignationes admittere in fauorem personarum expressarum.*
55 *Renunciationes, vt plurimum admittuntur ad vota resignantium.*
56 *Resignans non abdicat ius, antequam acceptet resignatarius.*
57 *Gesta per resignantem ante acceptationem resignatarij sunt valida.*
58 *Censuræ lata contra resignantem ante quam acceptet resignatarius, tenent.*
59 *Si resignatarius non est viuus, ius non abdicatur à resignante.*
60 *Filio qui renunciauit patri propter fauorem fratrum, illis deficientibus admittitur ad bona patris.*

61 Resignatario existenti excomunicato ius remanet resignanti.
62 Renunciatione annullata quia resignatarius non est clericus, resignans potest agere spolia.
63 Resignans in fauorem dicitur, possidere, donec resignatarius acquirit.
64 Gratia si neutri non intrat vbi non datur vacatio.
65 Resignans scienter nulliter abdicat ius.
66 Resignans reseruata regressu non abdicat ius si ei non reseruetur.
67 Regressus hodie sunt sublati.
68 Procurator qui debet renunciare reseruato regressu, resignans simpliciter nulla facta diligentia de eo, cessio non tenet.
69 Procurator debet seruare formam mandati.
70 Resignans reseruato regressu non abdicat ius, si ei non acquiratur.
71 Resignans scienter nulliter abdicat ius.
72 Resignans reseruato accessu non abdicat ius, si ei non acquiratur.
73 Resignans reseruatis fructibus non abdicat ius, si ei non reseruentur, vel non acquirantur.
74 Naturalis possessio retinetur in reseruatione vsusfructus.
75 Resignans seruata medietate fructuum non abdicat ius, si reseruatio est nulla.
76 Contra resignatarium dicentem pensionem nullam, datur actio spolij.
77 Resignans scienter nulliter abdicat ius.
78 Resignans reseruata pensione si ei non reseruetur ius, non abdicatur.
79 Resignans cum pensione libera, si ita non fuerit reseruata, non abdicat ius.
80 Resignans cum pensione exempta potest agere spolio, si eam ita non reperiat.
81 Resignans reseruata pensione, quatenus medietatem fructuum non excedat, si reperiatur excedere, pensio non est nulla, sed reducenda.
82 Renuncians liti reseruata pensione si pensio est nulla, lis non censetur extincta.
83 Cassans pensionem, vt alia sibi reseruetur, ea non reseruata, pensio non videtur cassata.
84 Consentiens pensioni ad effectum translationis in alium videtur consentire conditionaliter.
85 Clausula ex tunc, in actu conditionali refertur ad conditionem & nihil antea efficit.
86 Pensione annullata resignans potest agere spolio.
87 Pensione existente nulla, beneficium impetratur per obitum resignantis.
88 Subrogatus potest dicere pensionem nullam, sicut poterat resignans.
89 Resignanti potest pensio reseruari super alio beneficio.
90 Si pensio reseruata resignanti existat nulla, resignatio non tenet, etiam si resignans ratificauit.
91 Resignans reseruata pensione fructibus & regressu, si aliquid deficiat, ius non abdicatur ab eo, & n. 92.
93 Resignans qui habuit beneficium simplex in recompensam, potest agere spolio si reperitur curatum.
94 Consensus resignantis requiritur in capienda possessione, quoties fuit facta resignatio cum hac conditione.
95 Renunciatione nulla existente, ius non abdicatur à resignante.
96 Renunciatio beneficij iuris patronatus facta sine consensu patroni est nulla, & non abdicat ius à resignante.
97 Resignans in manibus non habentis facultatem recipiendi resignationem, non abdicat ius.
98 Resignans in manibus non superioris amittit possessionem, & ei non datur restitutio.
99 Resignans simoniacè non abdicat ius.
100 Beneficium resignatum vacat per obitum resignantis, cum ius non abdicatur.
101 Noua prouisio non tenet, cum beneficium non vacat, vt narratum fuit.
102 Noua prouisio non purgat vitia præterita.
103 Resignatio non facta mentione interusurij annalis, est nulla, & ius non abdicatur.
104 Gratia si neutri, dicitur noua gratia.
105 Gratia si neutri, habet tacitam conditionem, si beneficium vacat.
106 Resignatio nulla ob non expressionem veri valoris non abdicat ius.
107 Prouisio est nulla non expresso vero valore.
108 Culpa resignatarij non debet nocere resignanti.
109 Regula de valore an operetur ante productionem.
110 Decretum irritans annullat gratiam.
111 Expressio mala veri valoris facta scienter à resignatario, non nocet resignanti.
112 Expresso vero valore abdicatur ius à resignante.
113 Resignatio subreptitia non abdicat ius à resignante.
114 Renunciatio non facta mentione vnionis, non abdicat ius.
115 Renunciatio facta à procuratore non seruata forma mandati, est nulla.
116 Renunciatio non publicata non abdicat ius, hodie secus.
117 Renunciatio nulla non abdicat ius.
118 Renuncians scienter nulliter abdicat ius.

TErtiò quæro, quæ differentia sit inter simplicem
resignationem, & conditionalem? nam differre
apud omnes receptum est, cùm aliud sit † resi- 1
gnare simpliciter, aliud cedere alteri. Bald. consil. 403.
num. 3. lib. 2. Duæ tamen afferuntur principales diffe-
rentiæ. Quarum prima † est, vt resignatio simplex possit 2
fieri coram ordinario, & coram summo Pontifice, re-
signatio autem † conditionalis coram Papa dumtaxat 3
fieri potest, vt est communis omnium Doct. sententia
in praxi obseruata, & secundum quam pluries resoluit
Rot. Mandos. in reg. de infir. resign. q. 16. num. 11. &
io reg. de annal. q. 46. nu. 2. Caputaq. decis. 225. libr. 1.
in manuscr. vbi dicit, † quòd renuncians coram ordina- 4
rio, & si habeat animum amittendi possessionem, non
tamen videtur habere animum illam transferendi in
alium, cùm hic actus coram eo non possit fieri, Redoan.
de simon. p. 2. cap. 10. cum sequent. & alij multi vt infra
dicetur.

Secunda differentia est, quia † resignatio simplex 5
statim abdicat ius, siue fuerit facta coram ordinario,
siue coram Papa, & resignans remanet sine tit. etiam
colorato, & beneficium videtur haberi pro derelicto,
& illud † vt vacans potest liberè conferri aut impetrari. 6
Abb. Anto. de Butr. Imol. & alii omnes per illum tex. in
cap. sollicite. & cap. accepta. de restit. spol. Cassad. de-
cis. 4. eod. tit. Cardin. Put. decis. 158. in fin. nu. 4. lib. 3.
vbi refert ita fuisse decisum in Rot. in vna Burgen. præ-
stimonii coram Fabio 15. Octobris. 1548. attestatur
etiam Achill. de Grass. decis. 10. sub tit. de rest. spoliat.
aliàs. 317. Pelegr. decis. 287. lib. 3. in manuscr. & est
communis opinio vt amittatur † etiam possessio ciuilis 7
& naturalis. Put. dict. decis. 158. num. 3. libr. 3. Resigna-
tio verò conditionalis non abdicat † ius nisi adimpletis 8
conditionib. Rot. decis. 4. de rer. permutat. in antiq.
Ias. cons. 86. libr. 3. Card. Par. cons. 5. num. 7. vol. 4.
Cresent. decisio. 131. in manuscr. Thom. de Tan. in re-
collect. manusc. decis. 39. Mœdan. decis. 32. & 183. ma-
nuscr. Pelegrin. decis. 75. Ptolom. decisio. 63. Achill. de
Grass. decis. 11. de pens. Guidobon. decis. 59. Cotta de-
cis. 318. & 321. in manusc. Caputaq. decis. manuscr. 2.
l. 1. Mandos. in regul. cancell. de impetra. benefic. va-
cant. per obit. famil. Card. q. 31. num. 16. Idem Mandos.
in prax. signat. grat. tit. regressus & accessus. capit. 2.
vers. notandum. & ita fuisse sæpius in Rot. resolutum
attestantur Mœdan. decisio. 83. Corradus in manuscr.
Put. decis. 245. lib. 1. Caputaq. decis. 342. lib. 1. & habe-
tur in li. diuers. manuscr. decisio. 14. & 54. & ita fuit
nouissimè resolutum in vna Lucan. beneficiorum co-
ram R. P. D. Seraphino Auditore Rotæ doctissimo, die 4.
Nouembris 1579. vt idem Seraphin. attestatur decis. 298.
in manuscr. vbi etiam dicit rem esse claram & resolutam

Digitized by Google

pluribus caussis, ita quoque fuit resolutum in vna Cla-
ramontana Pensionis, coram R. P. D. Hippolyto Al-
dobrandino nunc S. R. E. Cardinali Amplissimo, & hæc
est communis omnium Doctorum sententia in praxi
quoque obseruata, nam † perinde est ac si facta non
9 esset, si conditiones non seruentur, vt egregiè ostendit
D. meus Paris. dict. consil. 5. n. 7. vol. 4. & est communis
opinio. quia ius remanet penes resignantem, ac etiam
10 possessio, † & actio spolij ei competit. Rot. decis. 4. de
rer. permutat. in antiq. Mœdan. decis. 18. 183. & 341. in
manusc. Caputaq. decis. 342. lib. 1. in manuscr. Card.
Paleott. decis. 148. Salamantin. de Aquila aliàs, 212.
Pelegr. 75. Ptolom. decisio. 63. Achill. de Grass. decisio
11. de pension. Thom. de Tan. decisio. 39. Put. decisio.
197. num. 5. libr. 3. & decisio. 248. libr. 2. Cotta decis.
401. in manuscr. vbi attestatur ita fuisse resolutum per
Rot. coram Cardinali sanctæ Crucis, 10. Aprilis. 1559.
ac aliàs pluries, teste Caputaq. dict. decis. 342. & est
11 communis omniũ Docto. resolutio, † vt ante conditionẽ
vel modum implerum, beneficium maneat resignanti.
Samen. de triennal. q. 27. & 33. Gabrie. cons. 185. num.
2. lib. 1. & sic resignatio in fauorem est priuilegiata.
Cassa. decisio. 3. de renunc. Put. decis. 357. lib. 1. nec mi-
rum, nam † conditio est eius naturæ, vt sit seruanda, l.
22 Mæuius. & l. qui hæredi. ff. de cond. & demonstrat. &
ibi omnes, nedum in vltima voluntate, sed etiam inter
viuos. l. fistula. §. qui fundum. ff. de contrahen. empt.
l. si fetuus. §. si plurium. ff. si quis caut. Menoch. cons.
13 35. nu. 4. vol. 1. & quidem ad vnguem, cùm conditio †
formam importet. Card. Paris. cons. 97. num. 159. vol. 1.
Ruin. cons. 119. num. 1. lib. 1. Soc. Iun. cons. 122. num.
19. vol. 1. & cons. 85. nu. 15. vol. 2. Tiraquel. de retract.
conuent. §. 2. glos. 1. num. 2. Ande. ab Exea in rub. de
constit. num. 179. Menoch. cons. 60. numer. 48. vol. 1.
14 & † forma obseruanda sit ad vnguem, vt dicunt com-
muniter Doct. in l. 1. ff. de lib. & posthu. Dec. cons. 532.
n. 4. & 5. Tiraquel. de retract. consang. §. 1. gloss. 11
num. 11.

15 Hinc est † quòd conditio debet adimpleri in forma
specifica, dict. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de condit.
& demonstratio. Bartol. & communiter alij in l. Gal-
lus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. Alcian.
cons. 59. num. 8. lib. 3. Corne. consil. 283. num. 1. libr. 1.
& cons. 67. num. 4. & cons. 199. num. 13. lib. 2. & cons.
75. num. 2. lib. 3. Cardin. Paris. cons. 32. numer. 7. & 66.
vol. 1. & cons. 22. num. 8. vol. 1. & cons. 138. num. 4.
vol. 4. Idem Paris. in cap. in præsentia. nume. 65. de
16 probat. Socin. Iun. cons. 90. num. 6. vol. 1. quo fit †
vt conditio non possit pro parte adimpleri. Alex. cons.
17 75. num. 9. vol. 7. immo † si in aliquo minimo deficiat,
non dicitur illi satisfactum, gl. in l. res bona fide. ff. de
contrahen. emption. & ibi Bal. Dec. cons. 532. num. 4.
Iaso. consil. 94. numer. 2. lib. 2. Rein. cons. 22. num. 5.
vol. 2. Gozadin. consil. 40. num. 12. Menoch. cons. 35.
18 num. 5. & cons. 60. num. 40. vol. 1. sicuti † conuentio
censetur violata, si in minimo fuerit immutata. Fulgos.
consil. 223. Comen. cons. 139. nam videtur apposita eo
19 animo † vt adimpleatur & perficiatur. Cardin. Par. cons.
20 8. num. 26. vol. 3. Hinc † conditio est eius qualitatis
vt suspendat actum conditionalem in euentum vel defe-
ctum conditionis l. cedere diem ff. de verbo. signific.
l. sub conditione. ff. de condict. indeb. l. prima in princ.
ff. de regul. Catonian. l. si quis sub conditione dando-
rum decem. ff. si quis omiss. cau. testamen. Corn. consil.
227. num. 5. vol. 4. Menoch. consil. 63. num. 28. vol. 1.
& consil. 78. num. 14. eodem vol. 1. Socin. Iun. cons. 1.
num. 35. vol. 1. & habet se ad esse. Corn. consil. 192. n.
5. lib. 2. & cons. 263. num. 5. lib. 3. ita vt ea pendente
21 † actus non dicatur perfectus. Card. Paris. cons. 82. nu.
7. vol. 4. ad quod accedat responsum Aretin. cons. 11.
22 num. 2. dicentis † contractum conditionalem non esse
propriè contractũ, quem ad hoc sequitur Menoch. cons.
23 83. n. 9. vol. 1. & est communis opinio † gratiam con-
ditionalem esse imperfectam gloss. per illum tex. in c.
si pro te de rescript. lib. 6. Menoch. cons. 245. num. 86.
vol. 1. idem Menoch. cons. 38. num. 15. eod. vol. nam
† ea pendente actus non dicitur actus, l. pecuniam quam 24
ff. si cert. petat. & ibi Alexand. num. 4. Menoch. cons.
105. num. 85. vol. 1. quia † nihil ponit in esse antequam 25
impleatur. ca. pro te & ibi gl. & Doctor. de rescript.
lib. 6. l. si quis sub conditione. ff. si quis omissa causa
test. l. quæ sub conditione. ff. de condit. institut. l. 1. ff.
de donat. l. donatarius. ff. de donat. ob caus. gloss. in
Clemen. prima, de concess. præbend. Bar. in l. prima.
de concess. præbend. Bar. in l. prima. ff. de con. & de-
monstrat. Card. Paris. cons. 164. num. 19. vol. 4. & cons.
44. num. 11. vol. 1. & cons. 23. num. 229. eodem vol. 1.
Cephal. cons. 37. num. 47. & cons. 56. num. 31. & cons.
118. num. 10. vol. 1. Bursat. cons. 47. num. 42. & cons.
46. num. 20. vol. 1. Menoch. cons. 99. num. 140. vol. 1.
quod etiam colligitur ex eius definitione, † quæ ita se 26
habet, conditio est euentus fortuitus, in quo disposi-
tum suspenditur. Socin. iun. cons. 1. num. 35. volum. 1.
& cons. 65. num. 60. & cons. 82. num. 18. eodem vol. 1.
Card. Paleott. de Noi. spur. cap. 28. num. 9. Sebastian.
Medic. de fortuit. casib. q. 11. num. 4. & de definitio. 81.
num. 1. Nauarr. cons. 2. num. 1. de condit. appos. & cons.
17. num. 1. de sent. excom. Et ideò † conditione defi- 27
ciente, omnia conditionaliter disposita ruunt, & inania
redduntur l. item quia. §. 1. ibi & in nuptijs non sequutis
ipso iure euanescit stipulatio. ff. de pact. l. qui hæredi.
§. Plautius. vbi Bartol. & Socin. sen. ff. de condit. &
demonstr. Corn. cons. 70. num. 2. vol. 3. Soc. iun. con-
sil. 85. num. 2. lib. 2. & consil. 75. num. 23. & consil.
113. num. 16. eod. lib. 3. & cons. 102. num. 6. lib. 1. &
cons. 46. num. 28. vol. 4. Dom. meus Paris. cons. 19. nu.
42. vol. 2. Cephal. cons. 143. num. 45. lib. 1. Bursat. cons.
44. num. 28. vol. 1. Menoch. con. 1. num. 420. vbi alios
citat. vol. 1. & consil. 99. num. 133. Gabr. cons. 81. nu.
2. lib. 2. Hinc † iurisdictione data sub conditione, gestũ 28
ante conditionem nullum est, vt fuit resolutum in vna
Tiburtin. 20. Maij 1545. teste Put. decis. 283. libr. 2. &
actus † habetur ac si non fuisset factus. lib. pecuniam 29
quam ff. si cert. petat. l. necessario §. quod si pendente
ff. de peric. & comm. rei vend. §. ex conditionali. Instit.
de verb. oblig. Olde. cons. 139. ad habendam, & cons.
357. factum tale est, col. 3. D. meus Card. Paris. cons.
5. num. 7. vol. 4. Soc. iun. cons. 4. nu. 16. & cons. 180.
num. 40. vol. 2. Curt. Ion. cons. 92. num. 6. Cephal.
cons. 17. num. 8. & cons. 56. num. 11. & cons. 97. num.
38. & cons. 114. num. 3. vol. 1. doctè Menoch. cons. 99
num. 139. vol. 1. Dec. cons. 179. num. 3. Cardin. Paris.
cons. 59. num. 5. & cons. 64. num. 17. vol. 1. Mandos.
de signat. grat. tit. resignationes col. 3. Gabr. cons. 72.
num. 3. vol. 2. Rebuff. cons. 74. num. 4. quod etiam ven-
dicat sibi locum † in conditione tacita & subintellecta, 30
vt ea deficiente actus habeatur pro non facto. Soc. se-
nior cons. 124. num. 17. & cons. 172. num. 15. lib. 2. Ce-
phal. cons. 22. num. 7. vol. 1. nam tacita † tantum ope-
ratur quantum expressa. Socin. iun. cons. 78. num. 13. 31
vol. 3. cum taciti & expressi eadem sit virtus, vulga. l.
cum quid. ff. si cert. petat. vbi omnes. Paria † enim 32
sunt nihil fieri, aut fieri sub conditione, quæ non purifi-
cetur. Ripa resp. lib. 1. c. 2. n. 23. Cephalus cons. 17.
num. 8. vol. 1. cum † nihil dicatur actum. Bal. in l. si-
quidem. C. de except. Idem Bald. in §. denique quæ fue- 33
rit prima causa feud. amittend. col. vlt. in vsibus feud.
Ias. cons. 162. in causa col. 4. lib. 2. Bertrand. cons. 133.
viso, num. 20. lib. 2. Rebuff. de pacif. poss. nu. 146. & 34
per consequens ex illo actu † & renunciatione nullum
ius perditur vel acquiritur. l. nec vtile. ff. ex quibus
caus. maio. l. qui absenti. ff. de acquir. possess. l. 2. §.
vltim. de donat. vbi loquitur in donatione facta, in qua
deficit conditio. Cardin. Paris. cons. 20. num. 36. vol.
1. & cons. 12. num. 91. eod. vol. 1. Paul. de Castr. in l.
eum qui. ff. de inoff. testamen. Geminian. in ca. si bene-
ficia. num. 5. de præbend. in 6. ob rationes prædictas,
& ne actus † operetur vltra intentionem agentis. l. non 35
omnis l. si quis causa ff. si certum petat. l. obligationum
substantia. ff. de actio. & oblígat. D. meus. Card. Paris.

36 conf. 18. num. 11. & conf. 41. num. 4. volum. 4. cum †
esset consensus Bald. in l. Arethusa. ff. de stat. homin.
D. meus Paris. cons. 31. num. 17. volum. 4. late Excel-
37 lentiss. Bursat. consil. 411. n. 24. volum. 4. nam † con-
sensus præstitus super actu nullo non præiudicat, vt de
consensu præstito per creditores super alienatione nul-
la, habetur in l. 4. §. vlt. vbi Bart. ff. quibus mod. pign.
vel hypot. Alex. cons. 22. colum. 1. lib. 1. Dec. in l. cre-
39 ditor. num. 7. ff. de regu iur. & de consensu † præstito su-
per matrimonio nullo. Gemin. cons. 33. Paris. cons. 52.
39 num. 7. vol. 4. Ita è contrario si † purificetur conditio,
habet naturam vt fingat omnia à principio interuenisse,
& perinde esse, ac si a principio actus puré esset factus.
l. vltim. §. 1. ff. de vulgar. & pupil. Dec. in l. pecunia in
2. not. ff. si cert. petat. Card. Paris. cons. 5. num. 39. vol.
4. Tiraquel. de retract. consangu. §. 1. glos. 2. numer.
17. Socin. iun. cons. 181. num. 22. vol. 2. Andr. ab Exea
de pact. nu. 503. Menoc. cons. 38. n. 33. & cons. 105.
num. 20. volum. 1. Nauar. cons. 1. n. 6. de condit. appos.
40 verum † asserens conditionem purificatam, debet pro-
bare purificationem, Corn. cons. 92. nu. 8. vol. 2. Me-
noch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 50. num. 35. Mas-
card. de probat. conclusio. 343. quia est facti. Cephal.
41 cons. 46. nu. 44. vol. 1. & esse † probandam duobus
testibus scribit Cor. cons. 92. num. 1. vol. 1. Ideò re-
deundo ad rem nostram non adimpletis conditionibus,
42 ius non abdicatur à resignante, & † resignatio habetur
ac si non fuisset facta, nam non aliter præsumitur summ.
Pontif. admittere has resignationes conditionales, nisi
seruentur eæ conditiones, vt scribunt optimè Ptolom.
decis. 102. Mœdan. decis. 83. Corrad. decis. 323. & de-
cis. 338. Card. Paleot. decis. 33. die vlt. Caputaq. decis.
82. libr. 1. omnes in recollect. manuscr. Hinc scriptum re-
liquit D. meus Card. Paris. consil. 114. numer. 7. colum.
43 4. † quod resignatio limitata debet obseruari, alias
prouisio illius causa facta nulliter processit. Hinc voluit
Ancharan. in cap. cum vniuersorum nu. 2. de rer. per-
44 mut. quòd † renuncians ex certa causa, illa non sequuta
potest redire, quòd etiam videtur esse de mente Gemi-
nian. in cap. si tibi beneficium nu. 5. de præbend. lib. 6.
45 † renunciationes enim habent tacitam conditionem vt
pacta seruentur, vt respondit Ang. consil. 28. num. 8. &
46 stylus obseruat vt reseruetur † regressus in beneficio
resignato, si resignatarius non obseruet, quo casu locus
est regressui. Cardin. Paris. cons. 114. num. 17. vol. 4.
Redoan. de simon. p. 3. cap. 3. num. 9. & ex hac conclu-
sione ab omnibus recepta & ita comprobata aliquæ de-
ducendæ erunt illationes, vt omnes casus habeantur. &
nihil intactum relinquatur.

47 Primo infertur † non abdicari ius à resignante, nisi
beneficium resignatum acquiratur resignatario in cuius
fauorem fuit facta cessio. Caputaq. decis. 84. num. 5. p. 3.
Ptolom. decis. 100. & decis. 102. in manuscr. Put. decis.
358. num. 2. lib. 3. & decis. 523. lib. 2. Bursat. consil. 411.
num. 4. & 5. volum. 4. Rebuff. de pacific. poss. numer.
146. secundum paruam impressionem. Achi. de Graff. de-
cis. 10. de restit. spolia. Mœdan, decis. 296. incip. magna,
aliàs 326. Rebuffus consil. 192. num. 8. & cons. 4. num.
13. & est communis opinio omnium Docto. secundum
quam fuit sæpius resolutum in Rot. & nouissimè in vna
Bononiens. transactionis bonorum coram Illustrissimo
D. Cardinali Aldobrandino de anno 1579. & in alia
Pampbilonen. coram eodem de anno 1573. Gerunden.
benefici. Mediolanen. Canonicatus, & in vna Hispalen.
48 Capellaniæ, namque semper videtur † facta cum hac
conditione resignatio, dummodo beneficium quæratur
resignatario. l. nec vtile ff. ex quibus caus. maio. l. qui
absenti. ff. de acquir. poss. Put. decis. 145. lib. 1. & de-
cis. 153. lib. 2. & d. decis. 158. lib. 3. & decis. 84. lib. 1.
Mœdan. decis. 58. 83. & 341. in manuscr. vbi dicit plu-
ries decisum, vnde si non quæratur ius, remanet; nam
abdicatur cum acquiritur illi Ias. in l. si quis hæredita-
tem, C. de Inst. & sub. & in l. in substitione ff. de vulg.
& pup. & hoc intelligitur, licèt non exprimatur, quia
mens resignantis est, vt non alius quam resignatarius
consequatur beneficium, vt etiam fuit resolutum in Rot.
de mense Aprilis 1542. teste Mœdan. decis. 342. in ma-
nuscr. ita & in renunciatione facta causa permutationis
ius non abdicatur, † si non sequatur permutatio, & fiat 49
hinc inde collatio. Collectan. in c. iniustum. nu. 2. de
rer. permut. Archid. in cap. Abbas. num. 5. 18. quæst. 2.
Geminian. in cap. 1. nu. 51. cum sequent. de rer. permut.
lib. 6. Imol. in cap. exhibita. num. 43. Anchar. num. 24.
& communiter Doct. de rer. permut. Bellam. de permut.
benefic. p. 9. quæst. 1. num. 2. & p. 1. quæst. 10. num. 2.
Rot. decis. 4. nu. 1. de renunc. in antiqu. Abb. in cap.
cum secundum. de præben. Mandos. de infir. q. 12. n. 2.
& est communiter per omnes receptum, & scribit Mœ-
dan. decisio. manuscript. 323. magna difficultas quod si
resignatio non operatur iuxta intentionem, habetur pro
non facta, sequitur Caputaq. decis. manuscr. 379. lib. 1.
Hinc communis est opinio non abdicari ius a resignan- 50
te, nisi resignatio a superiore admissa fuerit. Crescen.
decis. 332. lib. 1. in manuscript. Caputaq decis. 325.
libr. etiam primo in recollect. manuscr. Idem Ca-
putaq. decis. 84. nume. 11. p. 3. in impressis, vbi dicit
ita fuisse decisum Pelegrin. decis. 70. libr. 1. in ma-
nuscr. Put. decis. 145. lib. 1. Petr. Gregor. syntagm. iur.
lib. 37. cap. 17. num. 28. Nauarr. in cap. accepta. oppos.
7. num. 27. de restitu. spoliat. ita † donatio iuris præ- 51
sentandi, non abdicat ius a donante ante superioris
confirmationem. Put. decis. 16. libr. 2. Hinc etiam com-
muniter est receptum non abdicari ius à resignante, † 52
si resignatio fuit admissa in fauorem, non tamen illius
cui volebat & intendebat cedere, & per consequens be-
neficium non vacat, ita fuit resolutum in Rot. in vna
Tranen. & Firman. Prioratuum 28. Ianuarij 1547. coram
R. P. D. Prospero de sancta cruce, nunc Card. Illustris-
simo, teste Put. decis. 523. lib. 2. & † resignans poterit 53
continuare possessionem in suo beneficio, communis
opinio teste Soc. senior. consil. 168. in principio. lib. 2.
quam refert ad hoc & sequitur Rebuff. in tractat. de pa-
cif. poss. num. 146. hoc tamen de raro accidit, nam † 54
Papa non consueuit resignationem in fauorem certæ
personæ factam pro alio, quam pro eo, in cuius fauo-
rem cessio facta est, admittere, vt dicunt Cassador. de-
cis. 3. num. 2. de renunc. Ptolom. decis. 101. incip. Con-
chen. Card. Paleott. decis. 48. in Bonien. in recollectis
manuscr. Mandos. in prax. signat. grat. tit. resignationes
col. 3. vers. Nec Papa. & vsu esse compertum videmus,
† quia licèt à voluntate superioris pendeat admittere
resignationes, tamen vt plurimum admittuntur & con- 55
ceduntur ad vota resignantium, Cassador. decis. 32. nu.
9. in fin. super regul. Cancell. nam aut non admittitur
resignatio per Papam, vel si admittitur recipitur vt de-
tur beneficium illi, in cuius fauorem est resignatum,
alias resignans non præstat consensum, sine quo non
possunt expediri literæ iuxta regulam Cancell. de qua
infra suo loco dicetur, & stylo esse receptum omnes
sciunt.

Hinc etiam si fuit admissa renunciatio in fauorem il-
lius cuius fuit facta, † verùm ille est absens, antequam 56
acceptet ipse resignatarius, ius non abdicatur a resi-
gnante, vt fuit resolutum in Rot. teste Corn. decis. 153.
in manuscript. & tradunt Card. Paleott. decis. 33. Mœ-
dan. decis. 10. in causa in recollect. manuscript. Gabriel.
cons. 192. num. 2. lib. primo, vbi dicit pluribus deci-
sionibus Rotæ esse comprobatum, & est communis opi
nio. Caputaque decisio. 90. p. 3. vbi scribit non abdica-
ri ius, nisi constet resignatarium acceptasse, nam resi-
gnatio videtur facta cum hac conditione, si ille resigna-
tarius absens acceptet beneficium sibi resignatum, ideò
ante eius consensum ius non cecidit à resignante. Anton.
de Butr. num. 18. post gloss. in cap. cum pridem. de pa-
ctis. vbi Abb. in fin. Sarn. de trien. quæst. 27. num. 34.
Quò fit vt † gesta per resignantem ante acceptationem 57
resignatarij, post verò resignationem sint valida, & non
possint retractari, vt fuit resolutum in Rot. in vna Cæ-
saraugustan. Vicariæ sancti Ægidij, coram Accoram-
bono, vt habetur libr. diuers. 69. in manuscr. & ideò † 58

censuræ latæ ob non solutionem pensionis contra resi-
gnantem ante ratificationem resignatarij, post vero re-
signationem sunt validè illatæ, vt fuit resolutum in vna
Terdunen. pensionis. 17. Martij 1539. coram Mœdan.
teste eodem decis. 10. in causa, in manuscr. vbi quidam
resignauit in fauorem nepotis quædam beneficia, quo-
rum fuit accepta possessio absque mandato, postea fuit
excommunicatus resignans ob non solutionem, quære-
batur de validitate, fuit conclusum validas esse censu-
ras ex dicta ratione, quia non abdicatur ius ante accep-
tationem resignatarij.

Hinc si non potest beneficium resignatum acquiri re-
signatario, quia est mortuus tempore admissę resignatio-
59 nis, ius non abdicatur † à resignante, qui credebat illum
esse viuum, vt egregiè scribit Guidobonus decis. 91. in
manuscrip. quia vt ipse dicit inualidè renunciauit, ad
quod facit simile de renunciatione prophanorum in fa-
uorem certarum personarum, nam illis deficientibus
euanescit. Roman. consil. 22. propositæ. Georg. Natt.
60 in cap. quamuis. num. 39. de pact. lib. 6. vnde † filia
quæ renunciauit patri propter fauorem fratrum, si fratres
viuo adhuc patre mortui sint, filia non obstante renun-
ciatione cum iuramento, admittetur ad bona patris,
Bald. in l. pact. C. de collat. in 4. quæst. vbi Sal. idem Bald.
in l. auus col. 2. de liber. præter. Gemin. in d. c. 1.
& est communis opinio.

61 Hinc si beneficium resignatum non potest acquiri re-
signatario, quia est † excōmunicatus, vel ob aliam cau-
sam ius remanet penes cedentem, vt fuit resolutum in
Rot. in vna Gueso. præceptoriæ, coram Cardinali san-
ctæ Crucis 23. Martii 1547. teste Put. decis. 11. de re-
nunc. in manusc.

62 Hinc si beneficium resignatum † non potest acquiri
resignatario, vel si cœpit possessionem, fuit annullata re-
nunciatio, quia non erat Clericus, vt narrauit, resignans
potest agere spolio & venit restituendus. Card. Paleott.
decisio. 112. alias 163. Britonorien Hospitalis in manus.
63 Ita & aliis similibus casibus, nam vt communiter om-
nes concludunt † resignans in fauorem certæ personæ di-
citur possidere, & habere titulum coloratum ante acqui-
sitionem resignatarii. Put. decis. 558. num. 3. lib. 3. latè
64 Sarn. de trien. q. 24. Mando. prax. signa. grati. ti. resi-
gnationes. col. 3. & ob id aliàs fuit decisum † non su-
stineri gratiam si neutri, cùm non detur vacatio, teste
Ptolom. decis. 30. in manuscript. limita tamen hæc non
65 procedere † si scienter resignans nulliter resignasset, nam
tali casu abdicare ius, quamuis resignatario beneficium
non acquiratur, vt fuit resolutum in vna Rom. Canoni-
catus, coram Reueren. Patr. Domino Seraphino die Lu-
næ 17. Nouembris 1567.

66 Secundò infertur, quòd renuncians † reseruato re-
gressu, si regressus non fuit reseruatus, resignatio est
nulla, cùm non sit seruata conditio, quare ius non abdi-
catur à resignante, vt fuit pluries in Rota resolutum,
vt per Crescent. decis. 105. li. 1. in manuscr. Achil. de
Grass. decis. prima, de renunciat. aliàs 327. Pelegrin.
decis. 212. lib. 3. Caputaq. decis. 2. lib. 1. omnes in re-
67 collect. manuscr. & † quamuis regressus sint sublati à
Concilio Tridentino ca. 17. sess. 25. de refor. tamen ad-
huc est vtilis huiusmodi illatio, nam si quis constituit
68 † procuratorem ad renunciandum beneficium reseruato
sibi regressu, & non aliàs, si procurator resetuabit sim-
pliciter nulla facta diligentia de regressu obtinendo,
resignatio est nulla, & ius non abdicatur à resignante,
vt fuit conclusum per Dominos de Rot. in vna Ispalem.
portionis. 25. Octobris 1560. coram Oradino. teste, &
Cott. decis. 12. namque ibi præsupponebatur tempore
illo scilicet Pij IV. non concedi regressus, & tamen
fuit dictum debere constare de aliqua diligentia procu-
69 ratoris circa illum obtinendum, vt † seruaret formam
mandati. l. diligenter. ff. manda. cap. cum dilecta. de
rescript. Dec. cons. 77. nu. 1. Neuiza. cons. 70. n. 3. Soc.
70 cons. 22. n. 14. li. 3. Amplia idem procedere, † si re-
gressus fuit reseruatus, sed non potest resignans illum
consequi, nam ius non videtur ab eo abdicatum, vt fuit
determinatum in Rota in vna Maguntin. Caoonicatus
coram Ptolom. teste eodem Ptolom. decis. 102. in ma-
nuscr. & potest poni exemplum in causa Carthaginen.
proposita in Rot. à Fabio. 9. Martij 1545. namque fuerat
resignanti reseruatus regressus in Hispania, qui diceba-
tur nullus, quia nod aderat consensus requisitus per
priuilegium Cleri Hispaniarum, annullans omnes re-
gressus absque consensu expeditos, fuit per omnes deci-
sum ius tali casu oon esse abdicatum à resignante, teste
Put. 248. libr. 2. ac etiam potest exemplificari si fuit re-
seruatus regressus per cessum, vel decessum, verum non
poterat illum habere, cum alteri prius à Papa sit con-
cessus, nam hoc casu resignatio est nulla, & ius non
abdicatur à resignante, vt fuit sententiatum per domi-
nos de Rota in vna Toletan. parochialis 20. Decembris
1538. teste Mœdan. dec. 66. in manuscr. Limita tamen
hæc omnia non procedere, † si resignans scienter nulli- 71
ter resignauit, quia hoc casu abdicatur ius ab eo, vt
resolutum in vna Roman. Canonicatus. 17. Nouembris
1567. coram R.P.D. Seraphino. Amplia idem procedere
si quis resignauit † reseruato accessu, nam si ille acces- 72
sus haberi non potest, cum resignatio sit conditionalis,
& correspectiua, ius non abdicatur à resignante, vt fuit
sententiatum per DD. de Rota in vna Genuen. parochia-
lis 5. Martij 1553. teste Put. decis. 438. lib. 1.

Tertio infertur, quòd si quis resignauit † reseruatis 73
omnibus fructibus super beneficio resignato, si fructus
ei non reseruentur, vel si fuerit facta reseruatio, verùm
nulliter, ius non abdicatur ab eo, vt fuit resolutum in
Rot. teste Crescent. decis. 64. lib. 1. in manuscr. vbi re-
fert dubium decisum in causa Brixien. in qua quidam
presbyter resignauit parochialem, quam obtinebat co-
ram Notario, vsus verbis quæ in contractibus de rebus
prophanis apponi solent, scilicet quod parochialem
suam cedebat, transferebat, & donabat titulo donatio-
nis inter viuos irreuocabiliter, reseruato tamen sibi
vsufructu beneficij, & eius bonorum in vita sua, cuius
resignationis vigore de mandato ordinarij resignatarius
cœpit possessionem, resignans tamen forsan ductus pœ-
nitentia coram loci ordinario intentauit actionem spo-
lij dictæ parochialis, & probata sua possessione obtinuit
sententiam, à qua fuit appellatum per resignatarium, &
causa commissa in Rota, quærebatur an subintraret actio
spolij, & sic an sit restituendus? quidam dicebant, quod
non, quia etiam per renunciationem nullam amittitur
possessio ciuilis, & naturalis, contrarium tamen fuit
decisum, esse confirmandam sententiam, & per conse-
quens restituendum, quia etiam quantum ad animum 74
ipse noluit desinere possidere, † cum reseruauerit sibi
vsumfructum, ex cuius reseruatione naturalis possessio
non amittitur. l. naturaliter cum ibi not. ff. de acquiren.
possessione, sed tantum ciuilis transfertur, & sic venit
restituendus. 75

Ita etiam resignans † reseruata medietate fructuum,
si reseruatio sit nulla, ius non abdicatur à resignante, vt
fuit resolutum in Rot. in vna Florentin. Sanctæ Felici-
tæ, coram Capizuc. 15. Iunij 1551. teste Caputaq. de-
cis. 86. libr. 3. in manuscr. & die 20. Aprilis 1556. co-
ram Card. sanctæ Crucis, vt habetur in recollect. ma-
nuscr. lib. diuers. decis. 167. nam ibi quidam resignauit
beneficium reseruata medietate fructuum, & non alias,
nec alio modo, quàm exigit per 20. annos, postea re-
signatarius cessit in fauorem N. qui dixit de nullitate
resignationis, quia tempore reseruationis beneficium
erat grauatum pensione de qua non fuit facta mentio,
qua nullitate stante, reseruatarius medietatis fructuum
egit spolio, & cum de hoc dubitaretur, fuit resolutum
posse, cum regula sit, vt non seruata conditione, pos-
sit agi spolio. Mœdan. decis. 83. 91. Simonetta decis.
39. Sarn. decis. 1. Fabius decis. 16. & 40. Pelegrin. de-
cis. 70. omnes in recollect. manusc. Cassad. decis. 6. de
resti. spolia. Caputaq. dec. 342. libr. 1. Idem fuit con-
clusum in vna Placentina de anno 1559. teste Cott. de-
cis. 321. nam ibi quidam resignauit reseruata medietate
fructuum loco pensionis, non aliter, &c. non facta
mentione

Digitized by Google

mentione de quadam pensione, quæ erat super benefi-
76 cio, † si ex hoc resignatarius dicat pensionem nullam,
77 resignans poterit agere spolio. Limita tamen hæc non †
procedere quoties resignans scienter oulliter resignauit,
iuxta decisionem factam in causa Romani. Canonicatus.
78 de anno 1567. vt supra dictum est.

Quartò infertur, quòd resignans † reseruata pensio-
ne, si pensio ei non reseruetur, resignatio est nulla, &
ius non abdicatur à resignante, ac si facta non esset, vt
fuit pluries conclusum in Rot. & in vna Oueten. Cano-
nicatus coram Fantuccio 27. Martij 1555. test Caputaq.
decis. 379. lib. 1. in manuscr. Peleg. deci. 151. lib. 2. &
in vna Valen. coram R. P. D. Robusterio 14. Iunij 1585
& in vna Auenionen. Canonicatus coram Io. Paulo, te-
ste Crescent. decis. 231. in manuscri. qui dicit quòd no-
lens soluere pensionem octo Ducatorum, amisit cano-
nicatum valoris centum. Guidob. decis. 74. in manusc.
79 Idémque procedit † si fuit facta reseruatio, verùm non
liberè, provt fuit facta resignatio, nam ius noo abdica-
tur à resignante. Mœdan. decis. 183. in manuscr. & est
communis opinio, & ob id fuit resolutum in vna Vi-
centin. Parochialis, teste Prolom. decis. 63. in manusc.
80 quòd † qui resignauit reseruata sibi pensione libera, &
exempta, & non aliter, & ipse resignans exegit pen-
sionem exemptam, elapso triennio deuenit ad eius noti-
tiam, pensionem non esse exemptam, vtique potest age-
re spolio aduersus resignatarium, qui non poterit se iu-
uare regula de triennali. Idémque erit si fuit reseruata
pensio, verum inualide, puta quia erat nulla ex aliqua
causa, nam ius non videtur abdicatum a resignante, vt
fuit conclusum in dicta Ouercñ. 22. Martij 1555. coram
Fantuccio, teste Caputaq. decis. 379. lib. 1. in manusc.
& aliàs coram Cardinali sanctæ Crucis die 17. Maij 1557
teste Cotta decis. 318. in recollect. manuscr. & in vna
Bisinianen. Archidiaconatus. 12. Maij coram Cardinali
sanctæ Crucis, vbi quidam resignauit Archidiaconatum
in fauorem N. reseruata pensione 17. ducentorum supee
Ecclesia sancti Angeli, noo poterat solui pensio super
dicta Ecclesia, fuit resolutum non esse abdicarum ius a
resignante, & posse agere spolio, teste Caputaq. dec.
342. lib. 1. in manuscrip. & habetur etiam hæc decisio
in lib. diuersorum manuscrip. decis. 54. & aliàs, vt per
Crescen. decis. 534. lib. 2. in manuscrip. vbi quidam re-
81 signauit reseruata sibi pensione † quæ asserebatur me-
dietatem fructuum non excedere & quia verè me-
dietatem fructuum excedebat petebatur in totum an-
nullari, cùm subreptio vitiet, fuit resolutum posse re-
signantem reuerti ad suum beneficium, vel reducatur
pensio ad medietatem in eo quo excedit, & habetur
etiam per Cott. decis. 321. Pelegrin. decis. 112. lib. 3.
Caputaq. decisio. 2. libr. 1. Mœdan. decis. 181. Vincen-
82 tin. omnes in manuscrip. & ob id † renuncians iuri, liti,
& causæ, aliqua pensione sibi reseruata, si pensio est nul-
la, lis non censetur extincta, nec ius à resignante abdi-
catum, etiam si cedens credens illam pensionem proba-
biliter esse bonam, per aliquos annos eam exegisset, vt
fuit resolutum in vna Barchinonen. Canonicatus &
præbendæ, coram Guicciardino. 7. Ianuarii 1567. teste
Robert. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. numer.
83 256. Ita cassans pensionem vt alia sibi † reseruetur, si
non fuit alia validè reseruata, non videtur cassata
pensio prima, vt fuit decisum coram Put. 4. Februarij
1540. teste Mœdan. decis. 83. Conradus de Grassis. vbi
dicit, quòd licèt pluries fuisset decisum, vt non abdi-
cetur ius non seruatis conditionibus, hic tamen casus
in specie non erat decisus, vnde idem statuendum cùm
adsit eadem ratio, ita quoque fuit conclusum in vna
Eugubin. die 2. Iunij 1559. teste Gardin. Paleott. de-
cis. 326. Mandos. in prax. signat. grat. tit. extinctiones.
84 colum. 3. versic. dubium. Ita † consentientes extinctio-
ni pensionis ad effectum translationis & non aliter, con-
sensus est conditionalis & ante conditionis euentum,
perinde est ac si præstitus non fuisset, vt consuluit Ga-
85 briel. consil. 185. lib. 1. etiam si adsit † clausula ex tunc
consensisse, quia clausula ex tunc, in actu conditionali
semper refertur ad conditionem, & nihil antea efficit:
Cardin. & Imol. in Clemen. vnica de concess. præ-
bend. Cassad. decis. 3. numer. 10. de præbend. Card.
Paris. consil. 82. numer. 17. volum. 4. & 10 dict. Eu-
gubin. 2. Iunij 1539. quòd transferens pensionem
in aliquem tanquam clericum, si constet eum noo
esse clericum, ius non censetur abdicatum. Am-
plia etiam † si illam pensionem inualidam exe- 86
gerit per aliquos annos, nam si postea annulletur
pensio, potest resignans agere spolio, namque ius
non fuit abdicatum, vt fuit sententiatum per om-
nes die 10. Aprilis 1559. teste Cott. decisio. 401. in
manuscript. & alias vt constat ex supradictis. Et si
resignans inualiditatem pensionis ignorans nun-
quam aliquid dixit, sed eam exegit credendo esse
validam † si verè erat oulla, & iste resignans mo- 87
riatur, potest per eius obitum beneficium impe-
trari, cùm ob nullitatem pensionis nunquam fuerit
ius abdicatum ab eo. Et † subrogatus poterit di- 88
cere pensionem nullam, sicuti poterat resignans
dum erat viuus si sciuisset nullitatem, & per con-
sequens recuperare beneficium, ita fuit pronun-
ciatum in Rot. in vna Vlisbonen. coram Decano,
die 26. Iunij 1554. teste Guidobono decis. 59. in
manuscrip. quod procedit, siue pensio † fuerit re- 89
seruata super eodem beneficio, siue super diuerso.
Guidobonus dict. decis. 59. Amplia † etiam vt pro- 90
cedat, si resignans sciens resignationem nullam, il-
lam de facto acceptauerit ac ratificauerit, extinguen-
do pensionem, nam nihilominus non valet resignatio
vt fuit tentum per omnes in vna Tullen. parochialis
3. Iunii 1547. coram Pelegr. teste eo. dec. 70. lib. 1. &
decis. 151. lib. 2. in manusc. nam ius remansit penes
resignantem à quo abdicari non potoit, & ita pluries
fuisse decisum attestatur Pelegr. dict. decis. 70. Li-
mita tamen, nisi scienter nulliter resignasset, nam
tunc abdicat ius iuxta decis. supra allegatam.

Quintò infertur quòd si quis † resignauit reser- 91
uata sibi pensione, regressu, aut fructibus cum po-
testate transferendi, si fuit facta reseruatio pensionis
vel fructuum absque dicta facultate transferendi,
ius non abdicatur à resignante, vt per omnes fuit
resolutum in Rot. teste Caputaq. decis. 298. par. 2.
vbi loquitur in cedente Episcopatum reseruatis
fructibus, cum potestate transferendi & est communis
opinio. Hinc † si resignans pro beneficio resignato 92
habuit recompensam à resignatario, scilicet be-
neficium simplex, si illud reperiatur curatum, po-
test agere spolio, vt fuit tentum Romæ hoc anno
1589. ita quoque si habuit duo beneficia & vnum
euincatur, restituitur, vt fuit resolutum teste Bel-
lam. decis. 348. Felin. in cap. cum venerabilis, nu.
11. de except. Ita etiam si fuit facta resignatio cum
reseruatiooe fructuum & pensioois, † si vnum re- 93
seruetur absque alio, ius non abdicatur, vt fuit
conclusum in vna Verdunen. Monasterii. 26. Iunii.
1559. coram Paleott. teste Caputaq. decis. 2. libr.
1. in manuscrip. Ita quoque si aliud simile fuerit
omissum, vt fuit dictum die Mercurii 4. Nouem-
bris 1579. in vna Lucana beneficiorum, coram R.
P. D. Seraphino. Præterea si quis † resignauerit 94
cum decreto quòd non possit resignatarius ingre-
di possessionem nisi de mandato & licentia ipsius,
vtique non poterit resignatarius illam acquirere,
nisi impleta ea conditione, vt fuit dictum in vna
Carthaginen. Archidiaconatus, 13. Octobris 1557.
teste Cardin. Paleott. decis. 18. aliàs 28. in ma-
nuscript.

Sextò infertur, quòd † quomodocunque sit nul- 95
la resignatio, ius oon abdicatur à resignante, Petr.
Rebuff. cons. 75. numer. 4. & fuit pluries decisum
in Rot. teste Caputaq. decis. 216. numer. 3. part. 1.
& nouissimè coram R. P. D. Seraphino, vt ipse at-
testatur decis. 34. manoscr. incip. Domini firmarunt.
& alias sæpius vt patebit ex infra citandis, itaque

Digitized by Google

hæc est communis opinio. Ita de permutatione fuit
dictum in Rota, 28. Iunij 1585. coram R. P. D.
96 Bubalo. Hinc si quis † resignat beneficium quod
est de iure patronatus laicorum in fauorem certæ
personæ sine consensu patronorum, & sine legi-
tima derogatione iuris patronatus, resignatio est
nulla, & ius remanet penes resignantem, vt fuit
resolutum in Rota. in vna Ispalen. Capellaniæ
sanctæ Catherinæ, coram Rauell. 10. Decembris
1538. teste Mœdan. decis. 338. licèt regressus, in
manuscript. & in alia Gerunden. beneficij, 26. Fe-
bruarij 1539. coram eodem Rauellen. & in vna Me-
diolanen. Canonicatus, coram Ioan. Paulo. 13.
Ianuarij 1543. teste Mœdan. decis. manuscript. 323.
magna est difficultas. testatur etiam Bursat. qui
hanc quoque opinionem defendit cons. 411. num. 4.
97 & 5. & est communis opinio. Hinc etiam † resignans
in manibus non habentis facultatem recipiendi re-
signationem, non abdicat ius. Guid. Pap. cons. 172.
num. 1. latè Mœdan. decis. 133. tit. de renunc. in
98 manuscr. incip. Bis fuit propositum † abdicat ta-
men possessionem, & non datur restitutio. Nauarr.
in c. accepta, oppos. 7. num. 25. & 33. de restit. spo-
99 liat. & ibi Bern. numer. 34. Hinc † etiam resignans
simoniacè non abdicat ius. Innoc. in c. cum vni-
uersorum. de rer. permut. Rot. decis. 7. de renunc.
in antiquis. Aragonia decis. 12. Illerden. in manuscr.
Cassad. decis. 3. de renunc. Caputaq. decis. 251. par.
2. & decis. 368. lib. 1. in manuscr. Bursat cons. 411.
num. 24. vol. 4. & est communis opinio. & per
100 consequens † beneficium vacat per mortem resi-
gnantis, vt fuit resolutum in vna Legionen. teste
Mœdan. decis. 243. incip. de anno, sub tit. de si-
monia, nam ibi quidam Nicolaus resignauit Ar-
chidiaconatum in fauorem Petri, à quo recepit scæ-
dulam manu eius subscriptam, per quam promisit
recipere in confidentiam, & resignare cui voluerit,
fuit resolutum scædulam esse simoniacam, & ius
non esse abdicatum a resignante, & per eius mor-
101 tem beneficium vacare, & ob id † noua prouisio non
suffragatur, si narratum fuit Papæ, quod beneficium
vacabat per resignationem, & resignatio erat si-
moniaca, cum ius non fuerit abdicatum à resi-
gnante, vt fuit conclusum in vna Camaracen. Ca-
nonicatus, & prebendæ, coram Decano die 4.
102 Maij 1551. teste Caputaq. decis. 251. p. 2. noua †
enim prouisio non purgat vitia præterita, neque in
illis aliquid disponit, Cassad. dec. 6. num. 8. de
103 preben. Hinc † resignatio facta absque mentione
intrusi annalis, est nulla, & ius non abdicatur à resi-
gnante, Put. decis. 48. num. 5. libr. 1. ex quo infert in vna
Conchen. sancti Michaelis. die 20. Nouembris
1540. fuisse coram ipso tentum resignatario non
suffragari gratiam si neutri, postea impetratam,
104 quia † gratia si neutri, dicitur noua gratia, Rom.
105 cons. 362. & habet † tacitam conditionem si bene-
ficium vacat, Brun. cons. 30. Put. decis. 280. lib. 2.
sed cum ius non fuerit abdicatum à resignante. quia
non fuit satisfactum primæ parti regulæ, non potuit
illud ius tanquam vacans cessionario conferri. Hinc
106 † resignatio nulla ob non expressionem veri valoris
factam à resignatario non abdicat ius, vt fuit sen-
tentiatum pluries in Rota in vna Conchen. coram
Thoma de Tanis 27. Februarij 1542, teste Put. de-
cis. 170. lib. 1. & eodem Thom. de Than. de-
cis. 39. in manuscript. & Pelegr. decis. 123. libr.
2. etiam in manuscrip. & in vna Oxonen. Parochia-
lis de Paces, coram Guidobono die 20. Maij 1551.
teste Caputaq. decis. 84. p. 3. & in alia Dertusen.
beneficij, coram Achill. de Grass. 26. Iunij 1555.
teste Caputaq. decis. 368. lib. 1. in manuscr. & in
vna Pamphilonen. prioratus, coram Put. 26. Iunij
1551. teste Caputaq. decis. 91. p. 3. & ratio est, quia
107 cum † resignatio sit nulla ob non expressionem veri
valoris, propter regulam de valore, & propter com-
munem stylum, ergo non abdicat ius. Caputaq.
decis. 215. numer. 3. p. 1. & cum non possit bene-
ficium resignatum acquiri resignatario, ius rema-
net penes resignantem, Paul. de Castro in l. cum
qui in principio. ff. de inoff. testam. Iaso. cons. 86.
num. 16. libr. 3. Boer. decis. 343. numer. 11. & com-
muniter alij, vt supra dictum est. Præterea com-
probatur, † quia culpa resignatarii non debet no- 108
cere resignanti. l. sancimus. C. de pœnis. l. si quis
in suo. §. lex. C. de inoffic. testam. Nec obstat, † 109
quod regula de valore non operetur, nisi post
productionem; nam respondetur, quòd immo re-
gula quandocumq; producta, deregit nullitatem, &
inualiditatem ipsius resignationis, & † propter de- 110
cretum irritans in ea appositum, annullat gratiam,
Cassa. decis. 21. num. 15. super reg. Cancell. Sarn.
de ann. q. 5. Vnde non potest. agi contra resigna-
tarium ad priuationem, vt fuit resolutum in dicta
Conchen. teste Th. de Tan. dict. decis. 39. Amplia
procedere † etiam si scienter fuisset facta mala expres- 111
sio a resignatario, vt fuit conclusum in dicta Dertu-
sen. beneficii, coram Achille 26. Iunij 1555. teste
Caputaq. decis. 368. lib. 1. in manuscr. & rationem
ponit idem Caputaq. decis. 84. nu. 5. p. 3. in im-
pressis, dum scribit culpam resignatarij non debere
nocere resignanti. Limita non procedere † si in sup- 112
plicatione fuit expressus verus valor, nam hoc casu
abdicatur ius à resignante, etiam si in literis non
fuit expressus postea verus valor, nam ex quo po-
terat expedire secundùm verum valorem expres-
sum in supplicatione, fuerat a principio ius quæsi-
tum, vnde postea expediendo litteras non expres-
so vero valore, ius vacat, ita limitat Put. dict. de-
cis. 270. lib. 1. vbi dicit hanc limitationem fuisse
de mente dominorum de Rot. in causa Conchen.
proposita die 27. Februarij 1542. & tradit Pelegrin.
decis. 123. lib. 1. in manuscrip. quod comproba-
tur, quia resignans consensit supplicationi, in qua
cùm esset expressus verus valor, & sic esset valida,
abdicauit ius à se. Hinc quoque † si resignatio est 113
subreptitia, & nulla ex alia causa, non abdicatur
ius à resignante. Caputaq. decis. 315. nu. 2. & 3. p.
1. & decis. 84. p. 3. Hinc † si in resignatione non est 114
facta mentio vnionis, non abdicatur ius. Oldrad.
cons. 275. Cardi. Paris. cons. 114. numer. 78. vol. 4.
Hinc † resignatio facta à procuratore non seruata 115
forma mandati est nulla, & non abdicat ius à resi-
gnante, vt fuit pluries decisum in Rot. vt habetur
in lib. diuers. manuscr. decis. 114. & est communis
opinio, vt dicam infra suo loco. Hinc † si resignatio 116
est nulla, quia non fuit publicata, ius non abdica-
tur à resignante, vt fuit sæpius in Rot. resolutum,
& in vna Pampbilonen. 15. Martij 1573. coram Il-
lustrissimo Cardinali Aldobrandino, & in alia Au-
ximan. coram R. P. D. Brauo 13. Februarij 1583.
hodie tamen secus ex constitutione sanctæ memor.
Gregorii XIII. de publicandis resignationibus, vt
suo loco dicetur. Hinc † etiam resignatio nulla ex 117
aliis casibus non abdicat ius à resignante, & potest
agere spolio, vt pluries fuit decisum in Rot. quæ
decisiones fuerunt firmatæ in vna Roma. Cano-
nicatus, die Lunæ 17. Nouembris 1567. coram R.P.D.
Seraphino. Limita tamen hæc non procedere, † quo- 118
ties resignans scienter nulliter resignat, nam tunc ab-
dicat ius, & non potest agere spolio, vt fuit senten-
tiatum in Rota in dict. Român. Canonicatus, 17. No-
uembris 1567. coram R. P. D. Seraphino. Hinc scribit
Rebuff. cons. 192. nume. 5. vers. nec obstat, quòd
clausula non alias, nec alio modo, non operatur
quando adest culpa resignantis.

Lib. 1. q. 3. n. 54. Ibi, Nam Papa non consueuit.

OBtinuimus tamen nuper expediri signaturam resi-
gnationis pro non nominato in procuratorio ad re-

Digitized by Google

signandum desuper confecto, licet alius (ad cuius videlicet fauorem constituens resignare intendebat) in eodem procuratorio expressè descriptus & nominatus fuisset. Verùm post clausulam, in fauorem, ibidem positam, non hæc, non alias, aliter, nec alio modo, sed alia, videlicet aut alterius prout summo Pontifici videbitur) aderat & subsequebatur clausula. De cuius vi, seu potentia vide Parisium infrà, lib. 9. q. 17. n. 28. in fine. Fuit autem supplicatio signata sub datum Romæ apud sanctum Marcum Nonis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ quinti nunc fœliciter sedentis Anno tertio, & registrata lib 5 fol. 49. Consensus verò in Cancellaria præstitus die quinta prædicti mensis Augusti, Anno Domini 1607. Procuratorium autem prædictum per Arnaldum Vinc. us Notarium Regium Fuxi die 20. mensis Iunii eiusdem anni retentum. Quod vti satis rarum, & forsàn huc vsque (saltem Tolosæ) inauditum placuit adnotare.

Eadem q. n. 99. Ibi, Resignans simoniacè non abdicat ius.

HViusce rei nos rationem adferemus infrà, lib. 9. q. 18. n. 3. Et hoc est quod vulgo dici solet resignationem simoniacam non tenere, etiam in præiudicium resignantis. Verùmtamen valebit impetratio beneficij sic resignati facta, tanquam vacantis ob contractam simoniam vel confidentiam: vel etiam) suppresso vacationis genere) sub certo modo, si tamen in iudicio modus ille vacandi debitè articuletur & probetur, vt Molineus ad regulam de publicandis resignat, num. 33 & Rebuffus tit. de simonia in resignatione n. 11 in praxi beneficiaria, & alibi (nempè in tertio tomo commentariorum tit. de causis possessoriis beneficiorum) adnotarunt: sicque per Rotam aliàs iudicatum fuisse, refert Parisius lib. 8. q. 7. num. 256. qua de re videndus etiam Ioannes Baptista Caccialupus quondam Aduocatus consistorialis in suo de pensionibus tractatu q 19. vbi pag 60. & 61. (in impressis Romæ anno Domini 1539.) notat beneficium verè vacans simoniacè collatum, iterum conferri posse. Sciendum autẽ est in Gallia, eum qui simoniacè beneficiũ est assecutus, licet decreto de pacificis possessoribus tueri se nequeat, decẽnali tamẽ possessione iuuari posse. Sicque die 4. Martii 1574. Iudicatum fuisse refert Carondas parte 2. pandectarum iuris Gallici lib. 2 cap. 9. fol. 59 in principio cuius etiam rei rationem (præter relatam ab ipso Caronda) nos hanc esse existimamus, quod ex possessione tanti temporis, titulus canonicus, & sic possessio iusta & legitima præsumatur. arg. cap. illud. de præsumpt. Vide Paponium lib. 3. tit. 12. art. 1. in fine, consule etiam Petrum Guenois in annotationibus ad Ioannem Imbertum lib. 3. cap. 22. in eo parte vbi agitur de crimine simoniæ Veruntamen vix est vt quæ modo de possessione decennali in fauorem simoniacorum diximus, Sacer Senatus Tolosanus ducat admittenda, simoniacum autem beneficiis, in quibus simoniam non commisit, priuari negat idem Rebuffus in sua praxi, tit. de simonia in resignatione. num. 13 Quod de occulto intelligendum est: Licet etiam is ad alia impostterum obtinenda eo ipso inhabilis efficiatur. Puteus lib. 2 decis 80.

q. 3. num. 65. Limita, Hæc non procedere, Si scienter Resignans nulliter resignasset.

¶ ET sic Resignans nulliter ad fauorem indigni non repetit beneficium vt ibi Auctor. & Bendeau ad Louet. litera B cap. 8, . Obstãte scilicet exceptione doli quod furtim indignum in Ecclesiam intendere voluerit, nisi impedimentum in supplicatione resignationis fuerit expressum quia tunc spes dispẽsationis & absolutionis ac bona fides resignantem excusant vt aduertit. Melchior Pastor de benefic. lib. 3. tit num. 6.

QVÆSTIO IV.

Quando vacet beneficium per resignationem etiam conditionalem, vbi vacet, an possit liberi conferri, quibus, à qua, & quando, & an possessa dicatur vacans.

SVMMARIVM.

52 Beneficia resignata coram summo Pon. dicuntur vacare in Curia.
53 Sententia priuationis lato in curia, inducit vacationem apud sedem.
54 Beneficia resignata in Curia, sunt reseruata.
55 Beneficia resignata in Curia, non comprehenduntur sub consuetudine optandi.
56 Ordinarij non possunt conferre beneficia resignata in Curia.
57 Beneficium resignatum potest liberè conferri.
58 Beneficium resignatum potest liberè impetrari.
59 Beneficia resignata simpliciter possunt indistinctè conferri, conditionaliter verò non nisi personis nominatis.
60 Papa non confert beneficia resignata, nisi resignatarijs.
61 Clausula nec aliàs, nec alio modo. valdè operatur.
62 Ordinarij possunt omnibus conferre.
63 Resignata in curia conferuntur per sum. Pont.
64 Ordinarius recipiens resignationem potest conferre.
65 Si beneficium resignatum est electiuum, habentes eligere eligent.
66 Renunciatio debet præcedere collationem.
67 Collatio debet fieri de beneficio vacanti.
68 Beneficij non vacantis nulla est prouisio.
69 Beneficium debet conferri intra tempus præfinitum.
70 Beneficium dicitur vacans per resignationem.
71 Per renunciationem amittitur titulus, & possessio vtraque.
72 Canonicus iterum receptus denuo iurare debet.
73 In renunciatione conditionali resignans dicitur possidere, donec acquiratur resignatario.

QVARTÒ quærò, An per resignationem vacet beneficium? communis opinio omnium
1 Doctor. est affirmatiua † quam tenet Lap. alleg. 14. Bellam. de permut. benef. p. 11. q. 3. num. 12.
Archid. in c. denique, n. 3. 6. quæst. 3. Io. Monach. Geminian. Petrus de Ancharan. & alii omnes in cap. susceptum. de rescrip. libr. 6. Rot. decisio. 1. de rescript. in nou. & in pluribus aliis locis relatis per Card. Paris. cons. 76. nu. 4. vol. 5. & alios citat Excel. D. Fran. Bursa. cons. 393. num. 1. vol. 4. Æneas de Falconib. de reseruat. q. 5. princ. n. 8. vers. octauò quæro, Pelegr. decis. 287. lib. 3. in vna sanctæ Agathæ, in manuscr. Ptolom. decis. manuscr. 30. Bisignet. decis. 30. de renunc. Cels. Hug. cons. 16. num. 22. Port. Imolen. cons. 131. num. 3. & plures adducit Boer. decis. 2. num. 1. Mandos. regul. 30. Cancell. q. 7. per totam, Rebuff. cons. 38. num. 14. vers. nec obstat. & cons. 185. quod expresse probat text. d. cap. susceptum. ibi per cessionem eiusdem ipsum proponente vacare, &c. cap. quod in dubiis. cap. admonet. capit. super hoc. cap. nisi cum pridem. cap. vlt. de renunc. c. 1. & 2. vt lit. penden. cap. inter cuncta. vbi glo. de præb.
2 & ibidem Doctores omnes adnotant. Et hæc † dicitur vera vacatio, vt tradit Innocen. in c. accepta. num. 1. de rest. spo. vbi sequuntur Nauar. & Bero. Philippus Prob. de iur. regal. q. 5. numer. 6. & scriptum reliquit D. meus Paris. cons. 76. num. 4. vol. 4. & est communis conclusio ab omnibus recepta: nam † sicuti vacatio quæ fit
3 per mortem, dicitur vera vacatio. † cùm mors omnia
4 soluat, ita & hæc per resignationem, cum resignans se-
5 cundum communem opinionem † quoad beneficium resignatum habeatur pro mortuo. Cassad. decis. 16. n. 2. super regul. Cancell. Abb. in cap. nisi essent. de præben. Card. Paris. cons. 93. n. 25. vol. 4. Put. decis. 468. lib. 2. nam amittit omne ius quod in eo habebat. Rot. decis. 6. in fin. de rerum permut. in nou. Cassador. decisio 2. n. 3. eodem titul. Paris. consil. 39. n. 3. vol. 4. & communiter
6 alii vt infra dicetur: nam † mors ciuilis æquiparatur morti naturali, quando in casu occurrenti tantum operatur, quantum mors naturalis. l. Deo nobis & ibi Bald. num. 8. C. de episcop. & cler. Felin. in cap. licèt. num. 2. de off. de leg. Socin. cons. 92. n. 1. lib. 1. Paris. cons. 68. n. 8. vol.
7 2. Et sicuti vere † vacat beneficium per legitimam priuationem superioris, Boër. decis. 2. n. 1. Rebuff. in prax. benefic. tit. de modo amitten. benef. Staphil. de grat. expectat. tit. de var. mod. vacat. n. 5. Docto. communiter in cap. at si
clerici de iudic. ita & per resignationem, cum † renuncians 8
priuetur beneficio. Anto. de Butr. in cap. veniens. n. 27. de renunc. Rot. decis. 5. n. 2. eod. tit. in antiquior. per Bisignet. Cardin. Paris. cons. 143. n. 19. vol. 4. Doctor. communiter
in cap. ex transmissa. de renunc. immo † maior causatur 9
priuatio ex voluntaria cessione, quam ex illa quæ fit in
inuitum. Card. Paris. cons. 145. cum seq. vol. 4. & paria † 10
sunt Papam obiisse, aut renunciasse, vel depositum fuisse, Mandos. reg. Cancell. de verisim. no. q. 7. n. 14. Hinc cõ-
cilium Tridentinum ca. 18. sess. 24. de reform. † mandat 11
episcopo vt fiat examen per concursum in beneficiis curatis, siue vacent per mortem, siue per renunciationem.
Et hic modus vacandi † per resignationem est vnus ex 12
præcipuis & dignioribus, & qui in dies practicatur, teste
Mandos. in reg. Cancell. de annal. q. 46. n. 2. ex quo † col- 13
lige quod sicut ecclesia vacat per mortem naturalem, ita & per ciuilem. Staphil. de grat. expectat. tit. de var.
mod. vacat. n. 92. Mandos. de verisi. not. q. 7. n. 11. per † mor- 14
tẽ autem ciuilẽ plurib. modis, scilicet per resignationẽ, priuationẽ, trãslationẽ. Boer. dec. 2. n. 1. addit Mãdos. reg.
Cancell. de verisim. not. quæst. 7. n. 2. † per promotio- 15
nem ad Ecclesiam cathedralem, per adeptionem secundi beneficii incompatibilis, per non promotionẽ ad sacros
ordines, per contractum matrimonii, per † ingressum re- 16
ligionis, de quibus etiam Rebuff. in prax. tit. requisita ad collationem, & in 3. part. in tit. de mod. amitten. benef. &
Mandos. reg. Cancel. de infirm. qu. 1. n. 5. dicit hunc † mo- 17
dum vacandi per renunciationem induci facto hominis.

Sed dubium est, an hæc conclusio vendicet sibi locum in resignatione conditionali, vt per eam dicatur quoque vacare beneficium resignatum? communis opinio est af-
firmatiua, † Rot. decis. 1. de rer. perm. in nou. & decis. 7. 18
& 10. eod. tit. in antiq. Bellam. decis. 89. Geminian. in ca. 5. colum. 5. Franc. col. 2. de rerum permut. lib. 6. & alii omnes, Lambert de iure patr. in 2. art. 6. q. princ. p. 1. secundi lib. nu. 30. Bellam. de permu. benef. p. 5. q. 2. n. 4. Staphil. de grat. expectat. tit. de var. mo. vacat. n. 5. & Doctores omnes citat in principio huius quæstionis vbi loquuntur generaliter in renunciatione simplici & conditionali, &
probatur, quia † in tali resignatione beneficium resignatũ 19
confertur. cap. 1. de rerum permut. libr. 6. clem. vnica in
fin. eod. tit. ergo dicitur vacare, quia aliàs † conferri non 20
posset, ca. 1. & c. nulla de concess. præbend. glo. in c. si propter. in verb. vacabunt. de rescrip. libr. 6. & sic ad ef-
fectum, vt debeat interuenire † collatio, dicitur vacare 21
beneficium resignatum per renunciationem conditionalem, & vt superior conferat. Rot. dict. decis. 7. de rerum permut. in antiq. Mascard. de probat. concl. 1395. n. 3. vbi attestatur ita de facto seruari. Declara tamẽ vt non vacet
simpliciter, † sed ita demum, vt conferatur resignatario 22
cum cõditionibus appositis. Ita Mascard. de probat. dict. conclus. 1395. n. 3. & est communis omnium Doctorum sententia, dum scribunt ius non abdicari, & manere beneficium resignanti, si non acquiratur resignatario, vel non seruentur conditiones, ac si resignatio facta non esset, vt fuit pluries decisum in Rot. & dictum est supra
abundè; ita quoque beneficium † resignatum causa per- 23
mutationis non vacat simpliciter, sed ita demum vt cõferatur permutanti, ita Abb. antiq. in cap. inter cætera. n. 1. de præbẽd. Rot. decis. 4. de rerum permut. in antiq. Innocen. & Hosti. in cap. inter cætera. in principio, de præbend. Lap. in addit. ad Feder. de Senis in tract. de permut. benefi. q. 6. & 7. Feder. de Sen. cons. 62. col. 2. Cardin. in cap. quæsitum. n. 15. de rerum permut. & est communis opinio, secundum quam fuit decisum in Rot. in vna Brixien. fructuum, coram Sam. de mense Decembris 1542. ex quo sequitur recepta opinio non vacare, vt alteri conferri possit illud beneficium, & hoc ex quadam æquitate inquit Mascard. dict. conclus. 1395. n. 3. Declara vlterius beneficia resignata per renunciationem conditionalem
† non vacare ad effectum, vt illa vacatio comprehenda- 24
tur in iuribus & priuilegiis loquentib. de beneficiis va-

Digitized by Google

cantibus,& in expectatiuis,communis est opinio pluries
in Rot.resoluta,& scriptum reliquit Mascard.de probat.
dict. concl.1395. n.3.vbi loquitur etiam in resignatione
causa permutationis, & dicit ex quadam æquitate,nam,
25 † resignatio in fauorem est admodum priuilegiata. Cas-
sad.dec.3.de renunc.Put.decis.357.libr.1.Et ideò dicimus
26 non prodesse † gratiam si neutri,cùm non adsit vacatio
beneficij, vt fuit resolutum in Rot.in vna Conchen. be-
neficij sancti Michaelis, coram Puteo. 28. Iunij 1540.
teste eod. Put. decis.8. de renunc.in manuscrip. nam ibi
fuerat facta renunciatio de beneficio, in quo alius erat
annalis possessor absque derogatione regulæ de annali,
ex quo renunciatio erat nulla & ius remansit penès re-
signantem, quærebatur an valeret impetratio gratiæ si
neutri,cum derogatione dictæ regulæ, fuit per omnes
27 conclusum quod non,†cùm non adsit vacatio,& attesta-
tur Ptolom. decis.30. in manuscr.

28 Ex quo primò infertur † quod gratia expectatiua non
capit beneficium resignatum in fauorem, prout est text.
in cap. 1. de rerum permut. lib. 6. & ibi omnes & tradit
Put. decis.262. num.3. lib.2.

29 Secundò infertur,† quòd beneficium reseruatum per
cessum vel decessum,non capit beneficium vacans causa
permutationis aut resignationis conditionalis, vt tenet
30 Put.decis.262.n.4.libr.2.cùm illa † cessio dicatur quali-
ficata, & non simplex cessio.Cardin. Paleot.decis.33. in
manuscr. Petr. Gregr.lib.17. syntag. iur. cap.27. n.28. &
31 verbum † *per cessum*, appositum in reseruatione, inter-
pretatur in cessione simplici. Put.decis.523. libr.2. Mœ-
dan.decis. 338. in manuscrip. & reseruatio non habet
clausulam quouis alio modo,ad notat.in cap.susceptum.
de rescrip.lib.6. Alexan. cons.76. col.1.lib.3.& hæc opi-
nio videtur verior,quamuis contrarium tenuerit Rot.in
vna Illerden.coram.Ioan.Paulo.17. April.1545.conside-
rando diuersitatem inter hunc casum & cap.primum de
rerum permut.lib.6. quia expectans si non capit illud,
potest postea capere aliud;at hic si non capiat ex reser-
uatione illud,illa reseruatio esset frustratoria, cui ra-
tioni potest responderi, quòd reseruatarius potest suum
intentum consequi, quandocunque beneficium per sim-
plicem cessionem vacaret, & hoc eò magis si fuerit ex-
pressum,quodque videtur tenere Æneas de Falconib. 3.
quæst. pri.num.31.de reseruatio.

32 Tertio infertur † quòd beneficia vacantia per resigna-
tionem conditionalem non debentur mandatariis, vt in
facti contingent.respondit Rebuff.cons.40.nu.11.versic.
quarta quæstio. & faciunt not. in cap. Dudum. de præ-
bend.lib.6.vbi Doctor.ac fuit resolutum in Rota in vna
Canonicatus collegiatæ sancti Angeli, de mense Octo-
bris 1522. & secundum declarationem Leon. X. Pont.
33 Max.hoc nullum habet dubium,nam † beneficia tantum
per obitum vacantia debentur mandatariis ad euitandas
fraudes ordinariorum. teste Rebuff.in tract.de nominat.
quæst.15.numer.50.& 51.& fuit latum arrestum de anno
1553.in mense Decemb.teste Rebuffo cons.56.n.11.&12.

34 Quartò infertur †beneficia vacātia per huiusmodi resi-
gnationem conditionalem in mensibus graduatorū,non
deberi nominatis & graduatis,ita Rebuff.d. cons. 40. n.
21. vbi mouetur ex eo, quia is qui resignare vult, non
resignabit,nisi conferatur tali,ergo non potest deberi.

35 Quintò infertur, quod priuilegium † concessum ali-
cui,vt possit conferre beneficia etiam vacantia in curia
per cessum vel decessum, non comprehendit resigna-
tionem factam in curia in fauorem certæ personæ,vt fuit
resolutum in Rot.in vna Augustan. præceptoriæ de Vil-
lel.die 14.Nouembr.1548.coram Put.teste eodem decis.
177.lib.3.& Caputaq.dec.328.lib.3.in manuscript.vbi lo-
quūtur de priuilegio dato per Innoc.P.magno magistro
& religioni Hierosolym.quòd non valeant promissiones
faciendæ etiam per Papam de Commendis eorum va-
cantibus per cessum vel decessum. Put. decis.4. titul. de
renunciat.in manuscript. idem Put.decis.180. libro 3.&
ratio fuit,quia si in huiusmodi resignatione non fit pro-
uisio in fauorem illius, in cuius resignatur beneficium,
non datur vacatio, iuxta communem opinionem supra
relatam. Et potest etiam exemplificari in indultis †con- 36
cessis Cardinalib.conferendi beneficia vacantia in vrbe
per cessum vel decessum, nam non comprehendunt va-
cantia per resignationē conditionalem, vt fuit resolutū
in Rot.in vna Tānen.& Firmana prioratuum,28. Ianua
rij 1547.coram Cardinali sanctæ Crucis teste Put.deci-
sio. 523. libro 2. & ita interpretatur communis stylus
Curiæ ex ratione allegata.

Sextò infertur, quod per resignationem in fauorem
non † efficitur locus regressui, quem alius habebat per 37
cessum vel decessum in illo beneficio resignato,cùm in-
sit conditio quatenus acquiratur resignatario,vt fuit re-
solutum in Rota in vna Cæsenaten, Parochialis sancti
Domiti,coram Sarnen.28.Aprilis 1542.teste Put.decis.6.
titul. de renunc. in manuscript. teste etiam Mœd. decis.
338. licèt regressus. in recollectis manuscrip. & in alia
Bononiens.Monasterij,corā R.P.Domino Paleotto nunc
Cardinali doctissimo,sub die Lunæ vltimo Febru. 1558.
teste eodem Cardinal.Paleotto.decis. 33. in manuscript.

Septimò infertur, quòd † vnio facta de beneficiis va- 38
cantibus per cessum vel decessum, non subintrat in re-
signatione facta in fauorem certæ personæ, vt fuit pro-
nunciatum in vna Conchen.præstimonij,de mense Octo-
bris 1542.teste Put.decis.357. lib.1.de qua re dicetur la-
tè sequenti libro.

Octauò infertur, quòd † beneficium resignatum in 39
curia non cadit sub clausulis generalib. positis in impe-
tratione per contractum matrimonij & ingressum reli-
gionis. Bellam. decis.251. ita in aliis impetrationib. vt
Doctores communiter concludunt.

Nonò infertur,† quòd reseruatio Cardinalium causa- 40
ta propter familiaritatem eorum, cessat per resignatio-
nem factam à familiari in fauorem N.non familiaris, &
prouisionem Papæ, vt fuit conclusum in vna Ispalen.
portionis,14.Aprilis Coram Quiroga anno.1559.vt ha-
betur in libro diuers. decis. 120. in manuscr.quia per re-
signationē fuit abdicatū ius vt acquiratur resignatario.

Vltimò declara † dari hanc vacationem,si resignatio 41
fuit admissa per superiorem, & consensus fuerit præsti-
tus.Ant.de Butr.in cap. quidam n.7. & 9.de renunciatio-
ne. Put. decis. 523. lib.2. & communiter alij Docto. Et
ideò† si resignans moriatur ante admissionem, vel post, 42
ante tamen consensum præstitum in Camera vel Can-
cellaria, beneficium secundum communem opinionem
vacat per eius obitū.Put.dec.92.n.6.li.2. & gratia per re-
signationem non suffragatur. Bellā.dec.251. in causa.Ant.
Aug.dec.19.lib.3.in manuscriptis.Præterea†si non seruē-
tur conditiones,beneficium vacat per obitum& non per 43
resignationem, vt omnes concludunt,& est ratio, quia
cum ius non abdicetur à resignante, tali casu per eius
quoque obitum dicitur vacare, & ita fuit resolutum in
vna Paduan. Canonicatus, die 11.Ianuarij 1557. teste
Cott.dec.400.in manuscript.& in alia Placentin.Coram
Oradino, teste eodem Cott.d.decis.409.& in vna Tul-
leñ.parochial.teste Pelegrin. decis.112. libr. 3.& die vlt.
Maij 1538.teste Ptolom.decis.14.in manuscript Ita† quo- 44
que si moriatur resignans,antequam acceptet resignata-
rius,vel antequam consentiat reseruationi fructuum,aut
pensionis beneficium vacat per eius obitum,& nihil po-
test resignatario acquiri ex illa resignatione,vt fuit pro-
nunciatum per dominos de Rota in vna Corduben. die
9. Martij 1550.coram R. P. D. Io. Baptista, teste etiam
Cott. decis.19. in manuscript. quia non est perfecta re-
signatio. Put.decis.197.n.5. lib.3.ob non adimpletas cō-
ditiones. Paul. de Cast.in l.eum qui in principio. ff. de
inoff.testamen. quandoquidem † in formalibus nihil di- 45
citur actum,si aliquid desit.cap.1.de Baptism. Geminian.
in c.si beneficia.n.5.de præben.li.6.Sarn. de Idiomat.q.7.
Card.sanctæ Crucis decis.170.in recollect. manusc.nam
forma † est præcise seruanda. Dec. cons.90. n.6.& cons. 46
262.n.4.Card.Paris.cons.12.n.47.vol.2.Et per consequēs
dict. beneficiū potest per mortē ipsius resignantis impe-
trari,vt fuit resolutum in Rot.teste Cotta dec.19. Vnde
resignatarius † qui non consentit reseruationi fructuum
vel pensionis in vita resignantis,non poterit eo mortuo 47

Digitized by Google

hoc facere quia res non est integra, & iam beneficium
vacauit per mortem, vt fuit resolutum in vna Mantuan.
Canonicatus & præbendæ, corã Sarn. teste Crescen. dec.
37. lib. 1. in manusc. & in vna Barchinonen. Vicariæ, corã
Dño Pisaurinen. teste Crescent. decis. 229. eodem lib. 2.
48 Hinc † sententia lata contra cedentẽ ante acceptationẽ
resignatarij & eius consensũ reseruationi ei præiudicat,
vt fuit determinatũ in vna Tolet. parochialis, corã Ca-
pizueco. 2. Decembris 2551. teste Caputaq. dec. 90. p. 3. si
verò † resignatarius acceptauit vel cõsensit reseruationi
49 & postea moriatur ante confectionẽ literarũ, beneficiũ
dicitur vacare per eius obitũ Cassad. dec. 8. n. 9. de restit.
spoliat. & fuit pronunciatũ per Rot. in vna Aque. coram
Card. sanctæ Crucis die 7. Febr. 1547. teste Pelegr. dec. 37.
lib. 1. in manusc. & dec. 39. lib. 2. & decis. Ægidij 609. &
644. non seruatur in Rota & Cancellaria, teste Pelegr.
loco citato.

Secundò dubitatur, vbi vacant beneficia resignata? cõ-
50 munis opinio ab omnibus recepta est, vt † vacẽt vbi facta
est renunc. Archid. in c. 2. de præb. lib. 6. & ibi Fran. col. 3.
glo. in clemẽ. 1. verb. collatio. vt lit. pendẽ. Rot. dec. 4. de
præben. in antiq. Roman. cõs. 342. n. 2. Pauin. de potest. Ca-
pituli sed. vacan. 2. p. q. 2. n. 16. Bonif. de Vitall. in clemen.
vnica, n. 40. de renunc. Gãmar. in c. licèt. n. 131. de rerum
permut. li. 6. Ferret. cons. 354. n. 4. Rebuff. in prax. tit. forma
signatu. Rossiniac. de benef. c. 28. n. 3. Iacob. Simonet. in
tractat. de reseruat. benefic. cap. 31. Caputaq. dec. 64. lib. 1.
quod procedit etiã si quis constituit aliquẽ procuratorẽ
ad renunciandũ, nam beneficiũ dicitur vacare, vbi facta
est cessio per Procuratorẽ. Archid. cap. licet, vt lit. pend.
Bonif. de Vital. in dict. clemẽ. vnica. n. 40. & communiter
Docto. Et ratio est, quia quòad tale beneficiũ renunciatũ
51 † resignans dicitur mori eo loco, vbi facta est resignatio,
& ideo non attenditur locus vbi resignans morã trahit,
vel vbi de beneficio litigatur, sed solũ locus vbi moritur
vel fit renunciatio. Car. Paris. cõs. 10. n. 2. vol. 4. Ex quo in-
fertur, quod si beneficia fuerũt resignata corã ordinariis,
dicũtur vacare extra curiã in locis vbi fit cessio. Si verò
52 fit resignatio † in curia corã summo Pontifice, dicuntur
vacare in curia. Frãc. in c. 2. col. 2. de præb. lib. 6. post Ar-
chid. Card. in clem. 1. in 8. q. vt lit. pend. & ibi Pet. de Anch.
in 2. & 4. not. Imo. col. 2. ver. deinde. Rom. cons. 342. n. 2.
Rebuff. cons. 38. n. 14. ver. non obstan. Caputaq. decis. 64.
p. 1. Rossiniac. de benef. dict. càp. 28. n. 3. Card. Paris. cons.
10. n. 1. vol. 4. Mandos. in prax. de signa. grat. tit. resignat.
col. 3. vers. beneficia.
53 Hinc † sententia priuationis lata in curia, inducit vaca-
tionẽ apud sedẽ, vt fuit resolutum in vna Compostellan.
Canonicatus & præbẽdæ, corã Achille de Grass. 19. De-
cẽbris 2552. teste Caputaq. dec. 90. lib. 1. in manuscr. Et
54 hæc beneficia † resignata corã Papa in curia, erunt reser-
uata reseruatione iuris, qua beneficia vacantia in curia
dispositioni sedis Apostolicæ reseruantur. ca. præsenti. de
præbẽd. lib. 6. Rom. d. cõs. 342. n. 2. Alex. cõs. 67. viso pun-
cto. col. 4. & 5. lib. 4. Simonett. de reseruat. benef. cap. 31.
Ferret. d. cõs. 354. Card. Paris. cons. 47. n. 29. vol. 4. Rebuff.
loco citat. & est communis opinio, vt patet ex adductis
55 per Card. Paris. d. cõs. 10. col. 1. vbi respondit beneficia †
resignata in curia, non cõprehendi sub consuetudine seu
statuto de optando, nam huiusmodi consuetudo, vel sta-
tutũ non comprehendit vacantẽ præbendã apud sedem,
vt est tex. apertus, & ibi omnes Doctores sequuntur in c.
vlt. de cõsuet. lib. 6. Rot. dec. 4. de cõsuetu. in nou. Gemin.
cons. 39. in princip. in reseruatis enim non habet locũ ius
optandi. Rot. dec. 1. de rerũ permut. in nou. Gemin. cons.
30. cum aliis quæ adducit Card. Paris. d. cõs. 10. col. 2. & 3.
56 Ex quo sequitur, quod de dicto † beneficio resignato in
curia non poterunt disponere ordinarij, vt tenuit Rot. in
vna Zamoren. Archidiaconatus de mẽse Iunii anno 1532.
Sarn. de infirm. q. 33. col. 2. ver. prædictis. Cald. cons. 9. de
prebend. & est cõmunis opinio. Rebuff. tamen cons. 38. n.
15. tenet quòd de vacãtibus per resignationem in curia,
Papa non potest prouidere sine cõsensu Regis, quia va-
cantia per resignationem in curia, non sunt reseruata
Papæ, quæ opinio cõmuniter reprobatur, vt dictum est.

Tertiò dubitatur, An possit liberè conferri beneficium
resignatũ? cõmunis opinio est affirmatiua, † Ant. de But. 57
in c. sollicitè. n. 13. de restit. spoliat. Inn. in cap. accepta.
eodem titu. Bald. in Margarita, in verb. renuncians. Abb.
in c. ex parte primo n. 2. de offi. deleg. & alii omnes. Et
ratio est, quia cùm renuncians per ipsam renunciationẽ
amittat omne ius, & priuetur beneficio, Redoan. de si-
mon. p. 2. c. 10. n. 26. & 27. & beneficium vacet, ergo potest
liberè conferri, ita arguit Butt. d. c. sollicite. n. 13. ver. de
priuato. Bertrand. cons. 284. nu. 1. p. 1.
Hinc † etiam beneficium resignatum potest impetrari 58
à Papa. Io. And. in rub. de renunciatione n. 5. vers. item
impetrari, & ibi Abb. Bal. in Margarita super Inno. in ver-
bo renuncians. Lambert. de iur. patr. lib. 2. n. 139. fol. 152.
communis opinio, vt patet ex citatis per Mandos. reg.
Cancell. de verisimil. not. q. 7. n. 4. & ita practicatur.
Quartò dubitatur, an quibuslibet possint cõferri bene-
ficia resignata; cõmunis distinctio hæc est, vt † renuociata 59
simpliciter possint omnib. conferri aliàs idoneis: renun-
ciata verò in fauorem & sic conditionaliter, non nisi his,
in quorum fauorem resignantur, vt ex pluribus supra in
3. q. ostendi, nec † Papa consueuit resignationem in fauo- 60
rem certæ personæ pro alio quam pro eo in cuius fauorẽ
cessio facta est, admittere. Cassador. dec. 3. n. 1. de renunc.
Ptolom. decis. 101. Mandos. in prax. signat. grat. rit. re-
signationes. col. 3. & tota die fieri videmus.
Et stante clausula † & non aliàs, nec alio modo, quæ 61
apponi solet in supplicatione, non videtur de potestate
ordinaria posse illud beneficium resignatum alteri quam
nominato conferre. Ias. in l. vlt. n. 142. C. de iure emphyt.
Card. Paris. cons. 6. ad fi. vol. 4.
Ex quo sequitur, † quòd cùm corã ordinariis non renũ- 62
cientur beneficia nisi simpliciter, posse per eos conferri
liberè quibuslibet, excipias tamen casus exceptos per
cõstitutionẽ Pii V. 58. de qua latè infra dicetur suo loco.
Quintò dubitatur à quo debeant conferri beneficia re-
signata, fac duas conclusiones, quarum prima erit vt re-
signata in curia † conferantur per summum Pontificem, & 63
hæc est cõmunis opinio, nam ibi dicitur vacare, & est re-
seruatum vt supra ostendi & ordinarius nullo pacto po-
terit se intromittere, vt conclusit Rot. in dict. Zamor Ar-
chidiaconatus, de anno 1532. Sarn. de infir. quæst. 33. col.
2. ver. prædictis. Secũda quoties renũciatio facta est corã
ordinariis, & hoc casu distingue, quòd aut † recipiens re- 64
signationem habet potestatẽ conferendi, & tunc poterit
libere conferre, aut verò collatio spectat ad aliũ, & tunc
ille cui cõpetit, debet cõferre. Anto. de Butt. in dict. cap.
sollicitè sub. n. 13. de restitut. spoliat. Hostiẽs. in cap. acce-
pta. eo. tit. Lambert. loc. cit. Gabriel. cons. 187. n. 6. lib. 1.
Et aduerte, † quòd si beneficium est electiuum, habentes 65
eligere, eligent, si vero est iuris patronatus patronus
præsentabit, vt latè cõcludit per multa Boet. dec. 2. n. 3.
6. & 7. cum sequent. & est cõmunis opinio, & qui habet
priuilegium nominabit Rebuff. cons. 38. n. 14.
Sextò dubitatur, quando debeant conferri, communis
responsio est, post resignationẽ, cùm † renunciatio debeat 66
præcedere collationẽ. Gem. in c. ordinarij, §. in conferẽ-
dis n. 4. de off. ord. li. 6. Rot. dec. 12. n. 3. de re iud. in not.
Nam collatio debet fieri † de beneficio vacãte. Abb. quẽ 67
refert. & sequitur Boet. dicta decis. 2. n. 42. Bertrand. cõs.
284. n. 1. par. 1. nã † beneficii non vacantis, nulla est proui- 68
sio, ideò requiritur regulariter vt vacet de iure & de
facto. Bell. cõs. 19. in causa. col. 2. Gemin. cons. 86. in causa.
in principio, in terminis nostris. Rebuff. cons. 4. n. 8. & † 69
debẽt etiã conferri intra tempus statutum à canonibus.
Septimò dubitatur, An possessio dicatur vacans per re-
signationem, cõmunis opinio est † affirmatiua, quam te- 70
nent Ant. de But. in c. sollicitè, sub. n. 13. de restitut. spol.
& ibi omnes, & præcipuè Abb. secundũ quam opinionẽ
conclusit Rot. in vna Conchẽ. parochialis. 1. Martii 1540.
teste Mœdã. dec. 87. incip. Tertius. in manus. tit. de except.
col. pen. in fin. & col. vlt. Et ratio † est, quia per resignatio- 71
nẽ amittitur nec dũ dominium & proprietas, sed etiam
omnis poss. naturalis & ciu. Inn. Host. Card. & Abb. in ca.
quod in dubiis. de renũ. Rot. dec. 9. de rerũ permu. in nou.

Digitized by Google

Cassad.dec.2.n.3. de ren.Th.de Tan. dec.35. Car.sanctæ Crucis dec.151.Caputaq.dec.23.lib.1.omnes in recollectis mã.& videtur tex.in l.3.§.in amittenda.& in l.si quis vi.§.differẽtia.ff.de acquiren.poss. vbi Ale.n.4.Hinc dicit Philipp. Prob.in tract.de iure reg. quæst.5.n.2.quòd quoad resignantem, beneficium resignatum vacat tam quòad proprietatem,i.titulũ,quàm quòad tollendum.in
72 verbo,liberè,colũ.3.Ex quo infert† Philippus Prob.dic. q.5.n.9.ver.si igitur quòd cum per resignatioẽ fiat vacatio iuris & facti,fieri quoque aperturam regalium, vt Rex Franciæ dum fiet collatio,vtatur iure suo Regaliæ, perinde ac si vacatio per mortẽ naturalem facta esset,ex
73 quo etiã dixit idem Prob.q.5.n.4.quod † si canonicus iurauit in sua prima institutione,& postea renunciauit, si iterũ receptus fuerit in canonicum, debet denuò iurare tanquã nouus nunqoã receptus, quia per illã renunciationem fuit solutus eo iuramento antiquo. Rot.dec.67. in antiq. Federic.de Sen. cons.264. si canonici. Calder. consil.2.de rebus eccles.non alien. dec.Tolos.264.Sam. de annal. possel. quæst.66. Romanus cons.374. præsens. Et hæc cõclusio procedit in renũciatione simplici in re-
74 nũciatione † verò cõditionali resignãs dicitur possidere & titulũ coloratũ habere,donec beneficiũ quęratur resignatario.Put.dec. 158.sub n.3.lib.3.& dicam infra in sequenti quæstione,& vide Bursat. consil. 411. volum. 4.

Lib. 1. q. 4. num. 2. Ibi, Et hæc dicitur vera vacatio.

PEr illam rationem (fussulti etiã authoritate glosæ in §. item quòd omnia in verbo.faciendæ de collar.in prag. sanct.) sustinuimus aliàs,simplicem resignationẽ facere turnum inter plures collatores, vel patronos alternis vicibus conferentes,aut præsentantes Sicque scribẽdo obtinuimus placito Curiæ Parlamenti Tolosani iudicari.die tertia mẽsis Martij 1606. freuodum Petrum Domenges clericum tunc litigantem contra Ioannẽ Bosquet Presbyterũ super possessorio canonicatus & præbendæ Ecclesiæ sæcularis & collegiatæ sancti Fœlicis. Villæ de sancto Fœlice propè Caramanium Tolosancosis Diœcesis, iuxta cuius fondationem canonicatus & Præbendæ illius conferuntur alternatim per pro tempore existentem Archiepiscopum Tolosanum, & Capitulum prædictæ Ecclesiæ.

Eadem quæst. num. 21. Ibi, Vt fiat examen per concursum.

NOn tamen prohibetur quin, si vnus tantũm comparuerit in concursu, isque repertus fuerit idoneus, ei debeat Ecclesia conferri, vt sacra Concilij Tridentini congregatio censuit in cap. 18. sess. 24. de reformat.

Eadem quæst. n. 34. Ibi, Per huiusmodi resignationem conditionalem.

NOn solum beneficia per resignationem cõditionalẽ in mensibus graduatorum, & nominatorũ vacãtia nõ debentur nominatis & graduatis: sed nec si ipsa, per puram & simplicem, aut etiam ex causa permutationis factã resignationem vacent, ad eosdẽ pertinent §. volumus versic. quodque beneficia de collat. in concordat. Modò tamen in istiusmodi resignatione fraus aliqua non interuenerit, vt Rectè Rebuffus ibidem, & Carondas alibi annotarunt.

q. 4. num. 59. Renunciata verò in fauorem non nisi his in quorum fauorem resignantur.

¶ SI tamen aperiatur regalia antequã resignatarius possessionem beneficij sit adeptus, Rex alij liberè cõfert stupendo ipsius regaliæ priuilegio de quo Ruseus in tract. regaliæ priuil 32 etiam viuente & quãtumuis reclamante Resignãte. aperta enim regalia Rex confert nedum vacantia de iure & facto simul sed etiam vacantia de facto tantum vel de iure tantum vt Philippina constitutione declaratur. Vnde cum beneficium vacet de facto respectu resignatarij qui possessionem non est adeptus. & censeatur vacare de iure respectu resignantis post resignationem admissam, neuter queri potest.

QVÆSTIO V.

Quid amittat resignans per resignationem, quid de proprietate beneficij, & de possessione ciuili vel naturali, diffusè pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Per renunciationem quis priuatur beneficio.*
2 *Priuatio fit ipso iure per renunciationem.*
3 *Maior priuatio causatur ex renunciatione, quàm ex ea quæ per sententiam.*
4 *Resignans, quoad beneficiũ resignatũ, habetur pro mortuo.*
5 *Resignans poterit obtinere renunciatũ, & alia beneficia.*
6 *Monachus quòad Mundum dicitur mortuus.*
7 *Vir separatus ab Vxore iudicio Ecclesiæ, quoad ipsam reputatur mortuus.*
8 *Mors ciuilis quando æquiparatur naturali.*
9 *Beneficium Vacat per renunciationem admissam.*
10 *Beneficiũ Vacat per mortẽ, translationẽ. & alijs modis.*
11 *Superior potest conferre beneficium resignatum.*
12 *Papa per renunciationem priuatur Papatu.*
13 *Resignatio facta parte absente nocet.*
14 *Renunciatio facta cum reseruationẽ omnium fructuum abdicat ius.*
15 *Per renunciationẽ amittitur titulus, & omnis possessio.*
16 *Appellatione beneficij Venit possessio.*
17 *Possessio rei spiritualis non potest stare sine titulo.*
18 *Facilius amittitur possessio quàm titulus.*
19 *Præsumitur resignans velle cedere etiam possessionem.*
20 *Renuncians rem, Videtur illam habere pro derelicta.*
21 *Habens beneficium pro derelicto spatio decem annorum amittit possessionem.*
22 *Prophana & spiritualia in quibus æquiparentur.*
23 *Per renunciationem perditur ius, & possessio post præstitum consensum.*
24 *Per renunciationem amittitur omne ius, postquam admissa est à superiore.*
25 *Spoliatus ante admissam possessionem restituitur.*
26 *Renuncians in manibus non superioris, non restituitur.*
27 *Per spontaneam renunciationem, amittitur possessio.*
28 *Per resignationem non perditur detentatio.*
29 *Incumbẽdo possessioni post cessionẽ retinetur naturalis.*
30 *Resignatorius sine auctoritate superioris non potest capere possessionem.*
31 *Spoliatus detentatione est restituendus.*
32 *Detentatio prodest pro regula de annali.*
33 *Resignans si est absens à loco beneficij, amittit etiam detentationem.*
34 *Resignans manens in possessione per triennium potest apponere retrocessionem.*
35 *Retrocessio in resignante hodie non procedit.*
36 *Per renunciationem simplicem qui amittit titulum, possessionem vtramque, videtur habere beneficium pro derelicto.*
37 *Resignans in fauorem, dicitur possidere donec resignatarius acquirat.*
38 *Non perditur possessio, nisi Verificatis conditionibus.*
39 *Per renunciationem amittitur ius de præsenti, non autem de futuro.*
40 *Per renunciationem etiam factam in manibus ordinarij amittitur omne ius.*
41 *Per renunciationem nullam amittitur possessio.*
42 *Procurator constitutus ad lites, cessione reuocatur.*
43 *Clemẽtina Vlt. de procur. habet locũ etiã in morte ciuili.*
44 *Cessante causa mandati, cessat mandatum.*
45 *Mandatum extinguitur, Vbi non adest persona quæ repræsentetur.*
46 *Sententia lata contra procuratorẽ reuocatum, est nulla.*
47 *Procuratore reuocato potest procedi aduersus dominum per contradictas.*
48 *Procurator reuocatus non potest appellare.*
49 *Appellatio interposita ob eo cuius nõ interest, est nulla.*
50 *Per Resignationem factam reseruatis fructibus non reuocatur procurator resignantis.*
51 *Resignans reseruatis fructibus quoad suum interesse non dicitur mortuus in eo beneficio.*
52 *Manens in detentatione post renunciationem, non Videtur reuocare procuratorem.*
53 *Procurator non reuocatur post litem contestatam quoad expensas.*
54 *Procurator ad litem reuocatur cum intimatione facta aduersario.*
55 *In reuocatione procuratoris quæ fit per mortem, non requiritur intimatio.*
56 *Quibus debet fieri intimatio reuocationis procuratoris.*
57 *Mandatum factum post cessionem contra resignatarium, non expirat per secundam cessionem.*

QVintò quæro quid amittat resignans? cõmunis
1 & recepta Doctor.responsio est, † vt per eá quis
priuetur beneficio, vt scribunt omnes Docto. &
præcipuè Oldrad. & Ioan. And. relati a Card. Paris. cons.
143.n.19.vol.1. Anton. de Burt. in cap. veniens. n.27. de re-
nunc. vbi etiam Abb. n.6. & 7. Rot. dec.5.n.2. de renun. in
antiquio. per Bisignet. & dec.6. in fi. de rer. permut. in
nou. & habetur in dec. Th.286. Rip. in c. ex p.1.n.23. Ant.
de Burg. n.65. & 66. de off. del. Seb. Med. in l. vlt. gl.3.n.305
de leg. Lud. Alf. cõs.3.n.2. Cass. dec.4.n. 10. de rest. spol.
Mœd. dec.2. quod probatur in toto tit. de ren. & præcipuè
in c. ex trásmissa illius tit. ibi. *Verum quoniã iam dicta Ec-
clesia ab eo soluta dignoscitur, ex quo ea quæ sibi contule-
rat, ad petitionem suam resignauit eidem* &c. & in cap. su-
per hoc, eiusdem tit. ac in cap. accepta. de rest. spoliat.
2 Et huiusmodi † priuatio fit ipso iure. Ant. de But. in c.
sollicite. n.13. de rest. spol. Redoá. de simó. p.2.c.10.n.26. &
27. per text. in c. quod in dubijs de rẽ. & nõ caret ratione,
3 attenta volũtate ipsius. Hinc † post alios scribit. Car. Par.
cons.135.n. 19. vol. 4. quod maior priuatio causatur ex
voluntaria priuatione, quam ex illa quæ fit in inuitum.
4 Resignans † enim quoad beneficium resignatum habetur
pro mortuo, vt scribit gl. communiter recepta in c. sus-
ceptum, in verb. non morte de rescr. in 6. & ibi Io. Mon.
Gem. Arch. Anch. & alij omnes Abb. in c. Nisi essent. in
gl. vlt. de præb. Card. Par. cons.93.n.25. vol.4. & cõs.143.
n.8. eodem vol. Simonett. dec.53. Crescen. dec.227. lib.1.
in manusc. Put. dec.354. li.1. Gab. cõs.67.n.9. vo.2. Crauet
cõs.968.n.1. Lambert. de iur. patron.3. art.6. q. princ.1.p.
2. lib. n.2. Rossinia. de benef. c.22.n.5. Put. dec. 498. lib.2.
& probatur in c. in apib. §. ecce.7.q.1. & dicitur mortuus
ciuiliter tãtũ. Put. d. dec.468. lib.2. & dec.80. lib.3. quoad
5 ipsam ecclesiã, nam † poterit obtinere alias, vel ad ean-
dem reassumi. glos. in d.c. susceptum. verb. non morte. de
6 rescrip. lib.6. Put dec.468. ita † Monach. quoad mundum
mortuus dicitur & reputatur. c. placuit.2.16. q.1. ita † &
7 vir ab vxore iudicio ecclesiæ separatus, quantũ ad ipsã
8 habetur pro mortuo. c. in summa. in prin.33.q.2. & tali †
casu mors ciuilis habet eundem effectum quæ naturalis,
licèt regulariter secus. Io. Monach. in c. si Episcopus de
supplen. prælat. negl. Io. And. in c. cùm sis. de con-
uers. coniug. Oldrad. cons.224. Pet. de Anch. cons. 249.
Ant. de Butr. in c. licet de off. deleg. Gemin. in d. c.
susceptum, nume. 9. vers. aut mors ciuilis.
Hinc est quòd per resignationẽ admissam à superiore
9 † beneficium dicitur vacare, namq; renunciatio admissa
per superiorem inducit veram vacationem. Bellam. de
permut. beneff. p.11.q.3.n.12. cũ aliis adductis per Card.
Paris. cõs.76.n.4. vo.4. per Bursat. cõs.393.n.1. vo.4. vt vo-
luerũt Cels. Hug. cõs.16.n.22. Port. Im. cõs.132.n.3. & cõ-
10 muniter alii: nã † æquè dicitur vacare Ecclesia seu bene-
ficium per translationem & renunciationẽ Cassad. dec.
4.n.4. loc. & cõduc. & dec.3.n.4. & 5. de caus. poss. & pro-
priet. & super reg. Cancell. dec.16.n.2. Rom. cõs.374. præ-
sens in fi. Sarn. in reg. de public. q.20. in fi. & de ann.62.q.
Ant. de But. in c. susceptum. n.2. & 6. de rescr. lib.6. Boer.
dec.2. & est communis opinio omnium Doct. quæ proba-
tur in d.c. susceptum. ibi, *per cessionem eiusdem ipsum pro-
ponentem vacare*, &c. & ibi *cum beneficium ipsum cessione
11 non morte vacauerit*, &c. de rescr. lib.6. Ideo † superior ad
quem spectat collatio, potest beneficiũ renunciatũ con-
ferre & illi aufertur possessio sine citatione. Inn. in c. ac-
cepta. n.1. de restit. spoliat. Bal. super Margarita, verb.
renuncians. Butr. in c. 2. n. 13. de restit. spoliat.
12 Amplia vt renũciãs † priuetur beneficio, etiã si esset Pa-
pa. Dec. in c. ex parte. n.20. de resc. & probatur in c. 1. de
ren. lib.6. vbi est casus & ibi cõmuniter Doct. hoc notãt.
13 Amplia 2. etiam † si fuit facta resignatio parte absente,
ita Abb. post Inn. & alios in cap. veniens, n.7. de ren.
14 Amplia tertiò vt † per renunciationem abdicetur ius
etiam si fuerit facta cum reseruatione omnium fru-
ctuum caputaq. decis. 81. n. 1. p. 3.
15 Amplia 4. vt resignatione † non solum quis amittat be-
neficium, id est titulum & proprietatẽ, sed etiam omne
ius quod in eo habet, ac etiam possessionem naturalem
& ciuilem, vt voluerunt Inno. Hostiens. Cardin. Abb.
Imol. & alii omnes in. ca. quod in dubiis de ren. & in c.
super hoc & in c. admonet. eodem tit. Idem Abb. in c.
sollicite. de restit. spoliat. Ant. de But. in c. veniens. n.27.
de ren. & in c.3.n.6. de restit. spoliat. Rot. dec.6. in fin. de
rerum permut. in nouis. & dec.4. de ren. eodẽ lib. & dec.
5.n.2. eodem tit. in antiquior. per Bisignett. Cassad. dec.2.
n.3. de ren. & dec.4.n.3. & 10. de rest. spoliat. Pelegr. dec.
97. lib.1. Th. de Tan. dec.35. Card. sanctæ Crucis dec. 151.
Mœd. dec.12. & 236. col.2. & dec.235. Oxomẽ. Caputaq.
dec.23. lib.1. & dec.93. eodem lib. in manuscr. Paum. de
potest. cap. sed. vacant.2.p.q.2. sub n.14. Rossiniac. de be-
nef. c.16.n.5. cum seq. Redoan. de Simon p.2.c.13. num. 8.
Lancellot. de attent. c.6.n.2. Menoch. de recup. poss.1. re-
med. n.165. Card. paris. cons.39.n.3. vol.4. Crauett. cons.
341.n.3. vers. in ren. Gig. cons.20.n.9. & cõs.9.n.3. Ferret.
cons.6.n.9. & cons.207.n.17. Port. Imol. cons.25.n. 1. lib.
1. Staph. de grat. expect. tit. de var. mod. vacã. n.30. Gabr.
cõs.191.n.1. vol. Sarn. in reg. de ann. qu.57. & plures alleg.
Mandos. in eadem reg. q.28.n.4. Vincen. Carot. in reg. cõ-
cessio. ampl.4.n.3. de reg. iur. lib.6. Alex. in l. si quis vi. §.
differentia, n.5. ff. de acq. possess. Calder. cons.4. de renun.
Fusc. de visit. lib.2.c.28.n.24. Nauarr. in c. accepta. oppo.
7.n.11. de rest. spo. Gerard. Mazol. cons.60.n.16. & est cõ-
munis omniũ Doct. sentẽtia, pro qua facit l.3. §. in amit-
tẽda, & l. si quis vi. §. differẽtia ff. de acq. possess. vbi Alex.
n.5. dicit, quod renũciãs beneficio videtur renũciare pos- 16
sessioni. Accedit † quia beneficij appellatione venit & eius
possessio. Inn. in c. Episcopi, de rebus Eccl. nõ alien. Bellã.
in c.2.n.8. de restit. spoliat. Menoch. de recuperãd. posse.
remed. 1.n.265. vbi dicit † quòd possessio rei beneficialis 17
nõ potest stare sine titulo, & † facilius amittitur possessio 18
quàm titulus. Rot. dec.5.n.2. de restit. spol. per Bisignett.
Nauarr. in d.c. accepta. opp.5.n.10. & † præsumitur in du- 19
bio resignantem velle etiam renunciare possessionem, vt
egregiè vult Ant. de Butr. in d.c. veniens. n.27. de renun.
& quia hũc animum habet, ideò perdit etiam possessionẽ
Oldr. cons.227. de toto. Ioan. And. & Rot. vt refert & se-
quitur Nauarr. in d. ca. acc. oppos.7. sub n.11. de rest. spo-
liat. namq; † renuncians rem pro derelicto illam habere 20
videtur, & ob id possessionem cum dominio amittit. d.l.
si quis vi. §. differentia iuncta l.1. & 2. ff. pro derelict. Abb.
in cap.2.n.9. de rest. spoliat. Gerard. Mazol. d. cõs.63.n.16
Hinc si quis † habet beneficiũ pro derelicto, spatio decẽ 21
ann. amittit possessionem, vt fuit resolutum in vna Ge-
beneu. coram Camillo 10. Iunij. & iterum teste Sarn. dec.
46. lib.2. in manusc. & sic in hac materia, † quod dicitur in 22
profanis, habet locũ in beneficialib. Menoch. d. remed.
primo de recup. poss. n.271. Nauarr. d.c. accepta. oppo.7.
Declara tamẽ hãc ampliationẽ † procedere, si præstitus 23
fuit consensus per ipsum resignantẽ, nã anteà nõ amittit
ius quod habet in beneficio, iuxta ea quæ scribũt Put. dec.
106. li.3. Caputaq. dec.115. li.1. Bursat. cõs.393. per totum,
vo.4. & cõmuniter Doct. vt infra dicetur. Secũdo declara
† hanc ampliationem procedere, postquã admissa fuit per 24
superiorẽ resignatio, namque post admissionẽ amittitur
possessio & dominiu. Inno. & Abb. ac alij in d.c. quod in
dubijs, de ren. Ant. de But. in c. quidam. n.9. eod. tit. Paul.
de Eleazar. in clem.1. de ren. Mil. in repert. in verb. renũ-
ciatio. n.6. Gig. cõs.19. Frãc. de March. dec.1120. & 1121.
p.1. Cels. Hug. cõs.16.n.26. & cons.43.n.2. & cons.78.n.2.
Menoch. de arbit. iud. cas.201.n.47. cũ alijs allegatis per
Bursat. cõs.393.n.11. & 12. Nauarr. in cap. acc. in oppo.7.
n.16. cum seq. de restit. spoliat. Put. dec.94.n.2. li.2. & dec.
523.n. 1. eodem lib. 2. & est communis opinio omnium
Doct. ideò † non admissa, spoliatus restituitur, vt latè per 25
Menoch. de adipiscẽ. poss. primo remed. n.303. & ideò † 26
renuncians in manibus non sui superioris, quamuis amit-
tat possessionem, non tamen amittit proprietatem. Ar-
chid. in c. Abbas. n.5.18.q.2. Io. And. in c. delibera-
tione, num.2. de off. deleg. lib. 6. Ias. l.1. §. si vir. nu-
mer. 27. ff. de acqu. poss. de qua re dicam latiùs infra.
Declara tertiò † hanc conclusionem procedere in spon- 27
tanea resignatione. Ant. de Burg. in c. ex parte. n.65. de
resc. n. 66. & 67. declarat quomodo intelligatur. Card.
Par. cõs.143.n.19. vol.4. Sebast. Med. in l. vlt. glo.3.n. 305.
de leg. & est communis opinio, de qua dicetur suo loco.

Digitized by Google

Declara quartò hanc ampliationem, vt resignans perdat cum dominio possessionem iuris, non tamẽ † videtur
28 cessisse detentationi, vnde post admissam renunciationẽ
potest incumbere possessioni realiter & de facto, & † incũbendo animo cõtinuãdi retinetur naturalis. Cald. cõs.
29 4. de ren. Ant. de Butr. in cap. sollicitè de rest. spol. Cass.
dec. 2. nu. 3. de ren. Sarn. de ann. q. 57. col. 2. & in eadem
regula, q. 56. col. etiam 2. & est notabilis dec. 1. Rot. de
ren. in nou. Sequitur Put. dec. 468. nu. 2. l. 2. Caputaq. dec.
94. & 86. p. 3. Mœdan. dec. 87. in causa Conchen. & dec.
336. col. 2. Mandos. de signat. grat. tit. Fructuum reseruationes colu. 2. Sarn. de ann. q. 57. col. 2. Rebuff. consil. 4.
nu. 4. Achil. de Grass. dec. 10. de rest. spol. alias dec. 317. in
manuscrip. quia licèt per cessionem amittatur tit. &
possessio, ea tamen possessio non transfertur. Sarn. loco
30 citat. quia † resignatarius, sine auctoritate executoris illam apprehendere non potest, vt est communis opinio,
& † huiusmodi detentatio est tanti momenti, vt si spo-
31 lietur ea detentatione, sit restituendus. Rot. d. dec. 1. de
ren. in nou. Inno. in c. super hoc. eodem tit. de quo dicetur infra suo loco, post Cass. dec. 4. de rest. spol. & sufficit
huiusmodi detentatio, † vt ille iuuetur regula de annal.
32 Sarn. de ann. d. q. 56. col. 2. Mand. in ead. reg. q. 29. n. 1. & 2.
cũ seq. & facit quod scrib. Put. in hac materia decis. 531.
lib. 2. melius. dec. 158. lib. 3. si vero resignãs † est absens à
33 loco beneficij, amittit etiam detentationẽ, Mœd. dec. 2.

Declara quintò hanc ampliationem non procedere.
† si resignans post admissam resignationem manserit in
34 possessione per triennium, nam hoc casu in odium negligentiæ resignatarij præsumitur retrocessio, iuxta allegat. Lap. 84 quam sequitur Rot. in pluribus causis, vt
per Put. dec. 106. lib. 3. qui dicit ita fuisse decisum in vna
Asturic. parochial. facit quod scribit Put. dec. 250. n. 2.
lib. 2. Caputaq. dec. 24. nu. 4. & dec. 27. nu. 1. & dec. 148. n.
4. lib. 1. quæ retrocessio † hodie non haberet locum
35 stante constitutione Gregorij de publicand. resigna.
quæ annullat etiam has retrocessiones, vt infra dicetur.

Declara 6. hanc amplationem, vt in simplici † renun-
36 ciatione post eius admissionem amittatur statim omnis
possessio ciuilis & naturalis, & res videtur habita pro
derelicto. Ach. de Grass. dec. 10. de rest. spol. alias 317. in
manusc. & est communis omnium Doctorum sententia.
si vero resignatio fuit facta in fauorem alicuius, resignãs
† dicitur etiã possidere & titulum coloratũ habere, do-
37 nec resignatario beneficium acquiratur, & reseruatio fauore ipsius facta habeat locum. Put. dec. 158. sub n. 3. lib.
3. namq; possessio sine animo non transfertur. l. 3. §. in
admittenda. & l. quemadmodum. ff. de acq. possess. Sarn.
de trien. q. 24. Rebuff. de pacificis poss. n. 285. & † ille vi-
38 detur habere animum eam non perdendi, nisi verificatis
eõdit. Put. dec. 248. n. 2. lib. 2. & dec. 94. n. 4. eodẽ lib. Caputaq. dec. 215. p. 1. Mœdan. dec. 341. vbi attestatur
ita fuisse pluries resolutum. Put. dec. 377. nu. 1. lib. 2.

Declara 7. vt amittat † possessionem quam habet de
39 præsenti, non autem illam quam de futuro habere posset. Ancb. in c. ex insinuatione. nu. 6. de simo. Caputaq. decis. 215. nu. 24. p. 1.

Quintò amplia, vt etiam † per renunciationem factam
40 in manibus ordinarij renuncians amittat omne ius &
possessionẽ ciuilem & naturalẽ. Caputaq. dec. 134. lib. 1.
in manuscr. & est cõmunis opinio recepta per Doctores.

Sextò amplia vt etiam † per renunciationem nullam
41 quis amittat ius & possessionem ciuilem & naturalem,
Crescent. decis. 64. lib. 1. Put. decis. 511. p. 2.

Et in tantum resignatione beneficij amittitur possessio,
& omne ius ad illud beneficium † vt etiam cessione pro-
42 curator constitutus ad lites omnes & negotia ratione
illius beneficij, censeatur reuocatus, vt respondit Rom.
cons. 374. præsens est quæstio Rot. decis. 28. de proc. in
nou. vbi dicit fuisse resolutum per omnes, dispositionem
† Clement. vlt. de procu. volentem morte reuocari pro-
43 curatorẽ, procedere etiã in morte ciuili. Crescent. dec.
169. lib. 1. aliàs 171. eodẽ lib. Th. de Tã. dec. 106. Pele. dec.
55. lib. 1. & dec. 32. lib. 3. Sarn. dec. 36. lib. 1. Bertr. cons.
350. lib. 3. Cass. dec. 2. n. 1. de appell. Caputaq. dec. 23. lib. 1.
& ita fuit resolutũ in vna Salamãtin. portionis, corã Fab.
teste Ant. Aug. dec. 713. lib. 3. & ita etiam fuisse iudicatũ
per Rot. attestantur Sarn. de ann. q. 62. Horat. Mandu.
in addit. ad Rom. d. cons. 374. in ver. mortuus.

Et hæc conclusio communiter recepta probatur d.
clemen. vlt. ex identitate rationis, & multiplex affertur
ratio, prima quia cessante † causa mandati cessat ipsum 44
mandatum, cap. si pauper clericus in fi. de præb. in 6.
sed per cessionem cessauit causa procurationis quæ
erat defensio iuris renunciati, ergo, &c.

Secunda ratio, quia cessante ratione interesse constituentis cessat mandatum procuratorium. l. si. remunerandi. §. sicut. & §. si tibi mandauero. ff. mand. sed
propter cessionem cessat interesse quod ille habet in
prosequutione iuris, ergo, &c.

Tertia ratio quia vbi † non est aliquis qui repræsentet
in specie vt successor personam ipsius mandãtis mortui, 45
finitur mandatum morte, etiam re non integra. l. 1. C. de
act. & obl. l. si per epistolam ff. de acq. hære. sed prælato renunciante non reperitur successor in specie, cum
in beneficiis Ecclesiasticis non succedatur, & non habeat locum successio. ca. ad extirpandam, de filiis pres
byt. ergo, &c. alias rationes deducit Rom. d. cons. 374.

Et ideò † sententia lata contra illum procuratorem
est nulla. Pelegr. dec. 32. lib. 3. in causa Conchen. ca- 46
nonicatus, & ita fuisse resolutum in Rot. die 16. Decembris 1552. attestatur Caputaq. dec. 286. lib. 1.

Et ideò omisso procuratore † contra renunciantem
procedi potest per contradictas, ita fuit resolutum in 47
Rota coram Sarn. de anno 1537. pro Ludouico Lopes,
vt ipse attestatur dec. 36. lib. 1. Rom. cons. 374. quamuis Guid. Pap. dec. 547. teneat contrarium.

Et ideò si post cessionem factam de beneficio, vel de
iure competenti ad illud, lata fuit sententia, procurator
renunciantis † non poterit appellare. & si fuit interposita
appellatio, intelligitur nulla ex defectu mandati, ita in. 48
facti contingentia interrogatus respondit Rom. d. cons.
374. & ratio est, quia appellatio ipsa procuratoris ad interesse suum non refertur, sed constituentis cuius intererat à sententia aduersus se lata appellare, sed propter
cessionem constituentis cessat interesse ipsius, cùm nullum ius in illo beneficio habeat, ergo non valet appellatio, † namque nulla est appellatio interposita eius no-
mine cuius non interest. c. non solent. 2. quæst. 6. cap. 49
cum inter. de elect. l. non solemus ff. de app. recip. &
ita fuit resolutum in Rot. de mense Oct. 1519. in duabus causis coram D. Mercurio de Dipera & Nicolao de
Arezio, teste Cassad. dec. 2. de appellat. cedendo enim
videtur non habuisse animum litigandi, vel saltem declarauit illam litem prosequi non velle.

Primò limita nisi † resignans reseruasset sibi fructus &
regressum, nam hoc casu ex quo non cessat interesse, suũ 50
mandatum non expirauit per cessionem, sed adhuc durat, vt fuit resolutum in vna Vincenti. Canonicatus &
Præb. coram Io. Maria, teste Crescen. dec. 169. lib. 1.
alias 171. & huiusmodi limitatio iustificatur ex rationibus à contrario sensu positis à Roman. dict. consil. 374.
namque adhuc viget interesse suum, cùm habeat
fructus reseruatos, eò maximè si renuncians remanserit
in detentatione. Pelegr. decis. 17. lib. 2. & quia † tunc
quoad suum interesse renuncians non dicitur mortuus 51
quoad beneficium resignatum. Sarn. de annal. quæst. 62.
col. 5. Marius Anguissol. consil. 20. num. 15.

Secundò limita nisi † resignans mansisset in possessio-
ne beneficij resignati, nam hoc casu procurator non cẽ- 52
setur reuocatus, & ideò valet processus agitatus cum illo procuratore, ita resolutum in vna placentin. Canonicatus die 6. Oct. 1546. teste Card. sanctæ Crucis decis.
87. in manuscrip. quod affirmant Pelegr. dec. 17. lib. 2. in
manuscript. Crescen. dec. 169. lib. 1. alias 171 & ita etiam
fuit obtentũ in vna Perusin. die 10. Maij 1559. coram Paleot. teste Caputaq. dec. 23. lib. 1. & ratio est, quia tunc
durat interesse resignantis & per consequens durat
mandatum. Cresc. dec. 245. & 277. & cùm remanserit in
possess. mors ciuilis non operatur eundẽ effectum quē

naturalis,& per cõsequẽs non ęquiparatur.Bar.in l.ex ea parte,§. insula. ff. de verb. obli. Bal. in l. Deo nobis. C. de Episcop. & cler. Paris. consil. 67. num. 18. vol. 4.

53 Tertiò limita vt mandatum† nõ reuocetur per cessionẽ factam post litem contestatã quoad fructus & expensas, prout fuit resolutum in Rot. in vna Valentin. canonicatus die 2. Oct. 1545. coram Tho. de Tan. teste Pelegrin. decis. 35. libr. 1. eò maximè si resignans remanserat in detentatione, idem Pelegrin. dict. decis. 17. lib. 2.

54 Requiritur † tamen intimatio facienda aduersario in reuocatione quæ inducitur ex resignatione: ita Cassad. dec. 2. sub. n. 14. de app. sequitur Put. dec. 467. num. 6. lib. 2. vbi dicit ita fuisse resolutum per DD. de Rot. in vna Palentin. Canonicatus, coram Thom. de Tan. die 8. Octobris 1546. & vt etiam ipse Thom. tradit decis. 106. & Cardin. sanctæ Cruc. decis. 88. in manuscript.

55 Et ratio est, quia tunc imputatur Domino. Vnde cõtrariũ statuitur in reuocatione †procuratoris quę per mortem domini est inducta, vt non sit intimanda aduersario. Bar. in l. procuratorem. ff. de proc. Abb. in cap. mandatum, eodem tit. Felin. in cap. ex parte 21. fallen. de rescript. quia nihil est quod possit imputari domino, & hanc esse rationem differentiæ tradit Put. decis. 467. num. 6. libr. 2. Cassad. decis. 2. num. 14. de appell.

56 Quibus verò † debeat fieri intimatio, vide per Ias. in l. eius qui. §. quas verò nu. 1. ff. si cert. petat.

Sed hîc occurrit dubitare. An si quis resignauit in fauorem N. & post resignationem constituit procuratorẽ ad omnes causas motas & mouendas, & mandatum erat cõtra N. omnésque alios, & postea iterum resignauit in fauorem alterius, dubitatur an per hanc secundam cessionem censeatur procurator constitutus, reuocatus, hoc dubium fuit propositum in Rot. coram Th. de Tan. die 8. Oct. 1546. in vna Palen. canonicatus, in qua fuit resolutũ

57 †durare mandatum. vt tradit Put. dec. 467. l. 2. Th. de Tã. dec. 106 Sam. de trien. q. 62. Per. dec. 17. primo ex quo per resignationem primam erat mortuus, constitutio procurationis, post primam resignationem facta, non potest intelligi nisi pro defensione, ratione fructuum perceptorum, per eum, dum esset in possessione canonicatus, & per consequens ad omne interesse, vnde non censetur reuocatus vel ratione detentationis.

Vnde si fuit lata sententia valida est, vt per Puteum dict. decis. 467. lib. 2. Thom. de Tan. decis. 106.

Lib. 1. quæst. 5. num, 30. Ibi. Sine auctoritate executoris.

ID eoquè in Gallia, ij, quibus de aliquo beneficio Ecclesiastico, quouis modo vacante, in forma gratiosa, per solã, & simplicem signaturam, Apostolica auctoritate prouisum est, cũm nullus sit executor Apostolicus quẽ adire possint (neque enim eo casu datur is, antequam literę Apostolicę, hoc est Bullæ sub plumbo, desuper expediantur) solent regias literas à Cãcellaria impetrare, quibus Præsidi prouinciæ, aut cuipiam alii regio magistratui committitur & præcipitur, vt si facta prius cum expertis nũmulariis seu mensulariis aut (vt vulgus, & rectè, loquitur) bancariis, verificatione signaturæ, vbi constiterit eandem esse veram & originalem debitèque in Romana Curia expeditam, nulliusque falsitatis vitio aut suspicioni subiacere tunc & eo casu, impetranti permittat (prout princeps ipse per easdem dicto casu concedit) possessionem realem actualem, & corporalem beneficij huiusmodi, in vim prædictæ simplicis signaturæ, absque intrusionis vitio aut incursu adipisci, cũ onere scilicet ipsi beneficio in diuinis iuxta consuetudinẽ deseruiendi. Eisdem tamen literis vno casu non releuaretur quis ab intrusione, nimirum si, (quod semel contigisse vidimus) super simplici signatura, etiam prætextu aliarum literarum regiarum, in possessionem beneficij, non per clericum, sed per purum laicum missus fuerit.

q. 5. num. 29. retinetur naturalis.

¶ IMò & ciuilis in resignatione scilicet conditionali eum ante purificatam conditionem non abdicetur ius. In simplici verò statim vt admissa est vtraq; possessio amittitur, nec detẽtatio triennalis prodesset etiam cũ bona fide renunciantis qui admissionem ignoraret quia semel extinctus titulus non reuiuiscit per regulatem vulgarem à priuatione ad habitum &c. & sic de resignatione conditionali intellige quæ ibi in contrarium ait auctor, num. 34. vt ipse declarat num. 36.

QVÆSTIO VI.

An resignans possit percipere fructus, vsque ad quod tempus illos capiat, & quando incipiant deberi resignatario, & quid in renunciatione simplici, & ad quos spectent fructus pendentes.

SVMMARIVM.

1 *Resignans post resignationem non potest percipere fructus.*
2 *Resignans tenetur dimittere procuratorem beneficij resignati.*
3 *Titulus quem habebat resignans per cessionem est extinctus.*
4 *Resignans post resignationem non potest possidere.*
5 *Resignans percipiens fructus post renunciationem, tenetur ad illorum restitutionem.*
6 *Resignans post resignationem, reputatur intrusus.*
7 *Resignans post resignationem non habet titulum canonicum.*
8 *Intrusus est eijciendus à possessione.*
9 *Malæ fidei possessor tenetur ad fructus perceptos.*
10 *Resignanti coram ordinario vel Papa debentur fructus vsque ad tempus renuntiationis.*
11 *Admissa renunciatione, perditur titulus, & possessio beneficij.*
12 *Resignans post cessionẽ non est dominus neque possessor.*
13 *Fructus spectant ad Dominum.*
14 *Fructus percepti post renunciationem simplicem, donec beneficium conferatur spectant ad eum, ad quem spectarent si beneficiarius esset mortuus.*
15 *Vacatio per mortem, & per resignationem ęquiparãtur.*
16 *Fructus percepti post obitum beneficiati spectant ad successorem.*
17 *Fructus percepti post obitum beneficiati spectant ad Cameram Apostolicam in regno Neapolitano.*
18 *Fructus spectant ad eum cui facta est collatio.*
19 *Fructus pertinent ad quem, bona.*
20 *Fructus sunt accessorij dominij.*
21 *Resignans potest percipere fructus donec fuerint intimatæ literæ resignationis.*
22 *Resignatarius non potest percipere fructus antè expeditionem literarum.*
23 *Non sufficit, vt resignans sciat literas esse expeditas.*
24 *Debet esse notum Iudici, vt Iudicet.*
25 *In posse resignatarij est, an velit vti gratia.*
26 *Resignans restituitur si spolietur, antequam resignatarius expediat literas.*
27 *Resignans potest percipere fructus vsq; ad tẽpus Datæ.*
28 *Resignans post datam supplicationis amittit titulum, dominium, & possessionem.*
29 *Fructus debentur domino à die quo ei acquiritur ius.*
30 *Fructus debẽtur dño à tẽpore quo emphyteuta cecidit.*
31 *Data est illa quæ attenditur.*
32 *Omnia secuta retrotrahuntur ad tempus Datæ.*
33 *Consensus retrotrahitur ad tempus Datæ.*
34 *Consensus formalis non est necessarius ad perfectionem gratiæ.*
35 *Resignatario debentur fructus à die captæ possessionis.*
36 *Purificatis conditionibus Resignatarius consequitur plenum ius.*
37 *Venditori licet percipere fructus ex venditione conditionali.*
38 *Vera est opinio, vt fructus debeantur resignanti vsque ad diem præstiti consensus.*
39 *In renunciationibus correspectiuis attenditur tempus præstiti consensus.*
40 *Tempus datum ad publicandum olim computabatur à die præstiti consensus.*

41 *Resignans potest pœnitere vsque ad diem præstiti consensus.*
42 *Resignans spoliatur, restituitur vsque ad diem præstiti consensus.*
43 *Resignatio dicitur perfecta præstito consensu.*
44 *Præstito consensu per resignantem, resignatarius efficitur dominus.*
45 *Fructus spectant ad dominum.*
46 *Fructus sunt accessorij dominij.*
47 *Fructus pendentes, & futuri spectant ad emptorem.*
48 *Fructus interim percepti, spectant ad hæredem adita hæreditate.*
49 *Hæres per aditionem efficitur dominus.*
50 *Maritus habet fructus dotis contracto matrimonio.*
51 *Fructus dotis non debent restitui per maritum mortua vxore.*
52 *Maritus est dominus dotis.*
53 *Fructus legitimæ debentur filio, à die mortis patris.*
54 *Fructus debentur à tempore quo transfertur dominiū.*
55 *In renunciationib. correspectiuis, & conditionalibus, ius abdicatur præstito consensu*
56 *Renunciationes cōditionales sunt pracedente tractatu.*
57 *In renunciationibus conditionalibus supplicatio porrigitur ab vtroque parte.*
58 *In renunciationibus conditionalibus consensus præstatur ab vtroque.*
59 *Certioratus non debet intimari.*
60 *Resignatarius non potest percipere fructus ante receptionem litterarum.*
61 *Admissa renunciatione abdicatur ius irrenocabiliter vsque ad consensum.*
62 *De stylo curiæ consensus non retrotrahitur ad tempus Datæ.*
63 *Resignans potest pœnitere etiam post præstitum parum consensum ante extensū in Camera vel in Cācellaria.*
64 *In resignationibus conditionalibus consensus est formalis.*
65 *Consensus non retrotrahitur, quotiès pro forma rei agendæ requiritur.*
66 *Dictum Doctoris debet intelligi secundum allegata per ipsum.*
67 *Capta possessione debentur fructus resignatario etiam anteà debiti.*
68 *Actus conditionalis purificata conditione tribuit ius à principio.*
69 *Resignatario debentur fructus à tempore consensus præstiti etiā si per aliquos menses non expediuntur litteræ.*
70 *Gratia dicitur perfecta præstito consensu.*
71 *Ius plenè quæritur resignatario post consensum.*
72 *Fructus percepti post consensum præstitum ante captam possessionem debentur resignatario.*
73 *Resignatarius fit dominus etiam ante adeptam possessionem.*
74 *Fructus debentur resignatario, etiam, si steterit per aliquod tempus ad accipiendum.*
75 *Si conditio deficiat resignans habet fructus.*
76 *Resignatarius non habebit fructus ante consensum.*
77 *Aliud est resignare beneficium, aliud fructus.*
78 *Resignans vendicabit fructus maturatos vsque ad diem consensus.*
79 *Constituens procuratorem ad renunciandum poterit percipere fructus vsque ad diem notificationis resignationis.*
80 *Fructus pendentes sunt diuidendi pro rata inter resignantem & resignatarium.*
81 *Fructus pendentes non spectant ad hæredes.*

SExtò quæro, an resignans post resignationem possit percipere fructus beneficij resignati, communis omnium Doctorum sententia est negatiua. † Rot.
1 decis. 1. de renunc. in nou. Io. Monac. in c. si te. n. 30. de renunc. lib. 6. Card Paris. cons. 39. vol. 4. Rebuff. cons. 22. nu. 19. & alij inferius citandi, nam tenetur † post re-
2 signationem, possessionem beneficij resignati dimittere, cùm amiserit tit. possessionem naturalē, & ciuilē. Card Paris. cons. 39. num. 3. vol. 4. Gig. cons. 20. num. 9. Ferret. cons. 6. num. 9. cum alijs vt supra, & nullū habeat titulū canonicum, † cum sit extinctum quod habebat, ideò non
† poterit iure possidere, ca. 1. de reg. iur. lib. 6. cùm ibi 3
notat. ex quo deducitur conclusio communiter recepta. 4
quòd si resignās † perceperit fructus post renunciationē,
tenetur ad illorum restitutionem, cum non fecerit illos 5
suos, ita Io. Monach. in d. c. si te. n. 30. de renun. lib. 6. Egregiè Hier. Paul. in prax. Cancel. quæ solet imprimi post praxim Rebuff fol. 602. vers. consultus. Rot. d. decis. 1. de renunc. in nou. Card. Paris. cons. 39. vol. 4. Gabr. cōs. 192. col. 1. vol. 1. Rebuff. d. cons. 22. n. 19. nam intrusus † re-
putatur, vt responderūt Paris. cons. 143. n. 18. vol. 4. Port. 6
Imol. cons. 25. n. 3. cum non habeat † Canonicum titulū.
Rot. decis. 13. de caus. poss. & propriet. in antiq. Gemin. 7.
in c. propter col. vlt. dist. 19. Fel. in c. veniens. n. 2. & 3. de accus. Io. de Selu. de benef. p. 1. q. 11. n. 9. cum seq. Robert. Lancel. de attent. p. 1. c. 3. n. 73. Dec. cons. 111. Card. Paris. cons. 47. n. 40. vol. 4. Coras. de benef. p. 4. n. 13. Sar. in reg. de trien. possess. q. 47. Et cum † sit intrusus, eijciendus erit
à possessione, & non tuendus in ea. c. licèt Episcopus. de 8
præb. in 6. Inno. in c. 2. de caus. poss. Abb. in ca. cum olim. eodem tit. Dec. cons. 120. cum aliis, vt per Fere. cons. 1. n. 2. Rot. dec. 9. de iur. patr. in antiq. Rom. cōs. 465. Fel. in c. cæterū. col. pen. de rescr. Card. Paris. cōs. 47. n. 31. in fi. vol. 4. & cons. 79. n. 15. eodem vol. 4. Roch. de Curt. de iur patro. in verb. honorific. q. 53. col. 3. in fi. ita etiā †
malæ fidei possessor tenetur ad fructus, latè Corn. cons. 9
30r. nu. 4. vol. 1. vbi latè declarat, vt procedat etiam si illos percipiat nomine illius fauore cuius fuit beneficium resignatum. Rebuff. d. cons. 22. num. 19.

Dubium tamen est, quo tempore resignans amittat fructus, id est vsque ad quod tempus potest illos percipere? Distinguendum est inter simplicem resignationem, & conditionalem. In resignatione enim simplici quę fit coram ordinario, vel coram summo Pontifice, statuēda est
conclusio in qua concordant omnes, † vt admissa resi- 10
gnatione per Papam, vel per ordinarium, & præstito consensu, resignans non possit amplius percipere fructus qui ei debentur vsque ad illud tempus. Cassad. decis. 4. nu. 6. de restit. spoliat. Sarn. de public. q. 7. Gabriel. qui expresse hanc opinionem tuetur. cons. 192. qui beneficiū. num. 1. vol. 1. † namq; admissa resignatione per superio-
rem, resignans perdit non tantum titulum & dominium, 11
sed etiam possessionem. Abb. in cap. sollicitè. num. 10. & 11. de restit. spoliat. & beneficium vacat de iure & de facto. Sarn. in regul. de infir. resig. quæst. 31. n. 2.
vnde cum iste post † resignationem non sit dominus ne-
que possessor, impossibile est quod ad eum fructus per- 12
tineant, ad nota. per Bal. in l. si traditio. col. vlt. C. de act. emp. Alex. consil. 120. nu. 7. vol. 4. & cons. 73. vol. 2. fru-
ctus † enim spectant ad eum qui habet dominium, cap. 13
conquestus de vsur. l. Herennius. ff. de euict. Grat. cons. 18 nu. 2. lib. 1. Ruin cons. 25. nu. 2. & 53. nu. 23. lib. 2. Cæphal. cons. 131. nu. 14. & cons. 215. nu. 49. & cōs. 290. nu. 13. Bursat. cons. 11. nu. 7. vol. 1. & communiter Docto. Vnde do-
nec ordinarius vel Papa † conferat, illius beneficij ita 14
simpliciter renunciati fructus spectabunt ad eos, ad quos spectarent si beneficiū vacaret per obitum. cum vacatio per mortem & per resignationem † æquiparentur. Docto.
in cap. susceptum. de rescrip. li. 6. Franc. de March. de- 15
cis. 1120. nu. 2. & 3. p. 1. Bursat. cons. 362. nu. 2. id est † ad 16
successorem, vt statuit Iul. III. in constit. quæ incipit.
Cum sicut. excepto regno Neapolit. † vbi fructus à die 17.
vacationis vsque ad diem quo prouisi per Rom. Pontif. ceperint possessionem, spectant ad Cameram Apostolicam, & exiguntur à commissarijs deputatis per Nuncium, vt patet ex const. Pij IIII. 29. incip. cupientes,
& ex const. Pij V. cupientes malitijs. an. 2. sequuta 18
† collatione fructus spectabunt ad eum cui facta est collatio, vt communiter per omnes est receptum. nam
fructus † pertinent ad quos pertinent bona. l. fructus. 19
vbi Doct. ff. de rei vendicat. l. fructus. C. de fruct. &
lit. expens. Benedict. Cape. cons. 10. n. 33. nam † sunt acc. 20
sorij dominij. l. 1. C. de condict. indeb. l. indebiti. cum

bl not. ff. eo. Cæphal conſ. 63. & conſ. 131. num. 14.
In reſignatione verò conditionali, quæ fit coram
ſummo Pontifice in fauorem alicuius, & cum reſerua-
tione fructuum aut penſionis, diuerſæ ſunt opiniones.
Prima fuit opinio Rebuff. in prax. titul. de reſign.
ſimon. num. 41. & in tit. de publicand. reſign. glo. 18.
21 nu. 7. in tract. de nomin. q. 14. num. 157. vbi † tenet
reſignantem poſſe percipere fructus donec fuerint ſibi
intimatæ litteræ expeditæ in fauorem reſignatarij, poſt
autem dictam intimationem fructus ſpectant ad reſigna-
22 tarium, cuius opinio probatur, quia † reſignatarius non
poteſt percipere fructus ante receptionem litterarum,
extrauag. iniunctæ. de elect. in comm. Idem Rebuff.
dict. tit. de ſimon. reſign. nu. 31.
23 Secundò quia † non ſufficit, vt reſignans ſciat litte-
ras eſſe expeditas, niſi fuerint ei intimatæ. Nauar. in ca.
accepta, oppo. 7. n. 11. de reſt. ſpoliat. nam debet ei eſſe
24 notum vt reſignanti, ſicuti dicimus notum † Iudici, vt
iudici. l. hæc autem §. non deſendi. ff. ex quibus cauſ.
in poſſeſſ. eat. Bart. in l. mutuum. circa fi. ff. de cond. &
demonſt. Card. Zabarell. in clem. quia contigit. in ter-
tia oppoſ. de religioſ. domib. Dec. conſ. 295. n. 5. &
25 ratio † rationis, quia neſcit an pars velit vti prouiſione
facta Franc. in c. vt noſtrum. verſ. hoc tamen. col. 4. de
appel.
26 Tertiò accedit, † quia ſi ante id tempus reſignans
ſpolietur, reſtituitur, Sarn. de trien. q. 24. n. 8. Creſ-
cen. deciſ. 158. in fi in manuſcr. Pontanus de ſpol. ca-
pit. 13. num 26. & nom. 143. & communiter Doctores.
Secunda eſt opinio Sarn. in reg. de publ. q. 7. n. 2.
27 verſ. confirmatur, † vbi tenet reſignantem poſſe perci-
pere fructus vſque ad tempus datæ ſupplicationis & ex
illo tempore ſpectare ad reſignatarium ad quod allegat
Hieron. Paul. & hanc opinionem ſequuti ſunt plures
Aduocati in Vrbe, & adeſt quoddam conſilium impreſ-
ſum de anno 1586. de redd. Eccleſ. n. 78. in fi. & num.
76. & horum opinio probatur, primò, quia poſt datam
28 ſupplicationis reſignans † amittit titulum, dominium &
poſſeſſionem. Rot. deciſ. 4. de renun. in nou. Caſſad.
deciſ. 2. eodem tit. Sarn. de infir. reſigna. q. 20. & do-
29 minium acquiritur reſignatario, & fructus † debentur
domino à die, quo ei acquiritur ius, vt poſt Ang. tra-
dit Iaſ. in l. 2. num. 17. C. de iur. emphyt. vbi fructus
30 † debentur domino à die qua emphyteuta cecidit, licèt
poſtea idem dominus declarauerit caducitatem. Soc.
conſ. 167. n. 12. lib. 2. Rip. in l. ſi vnquam nu. 76. C. de
reuocand. donat.
31 Secundò accedit, † quia Data eſt illa quæ attenditur.
Cald in c. quiſquis. de elect. Bald. in l. cum apud C.
comm. ſeru. manumit. & omnia † ſequuta retrotrahun-
32 tur ad tempus Datæ. Illuſtr. Card. Paleott deciſ. 72. in
manuſcrip. Mœdan. deciſ. 60. & 189. in manuſcr. Ioan.
Paul. deciſ. 38. manuſcrip. Creſcen. deciſ. 210. manuſ-
cript. conſenſus poſtea præſtitus qui ſemper retrotrahi-
tur ad tempus Datæ, Caſſad. deciſ. 2. & 3. n. 3. de re-
33 nunc. † in fi. vbi conſiderat illa verba in litteris appo-
ni ſolita, *hodie in manibus noſtris*, &c. & ideò conſen-
34 ſus † formalis non eſt neceſſarius ad perfectionem gra-
tiæ, ſi de eo aliunde conſtare poteſt. Mœdan. deciſ. 60.
in manoſcrip. Creſſen. d. deciſ. 210. in manuſcrip. Caſſa-
dor. deciſ. 1. de renunciat. Boer. deciſ. 348. n. 4. & 5.
Dominus meus Cardin. Pariſ. conſ. 45. num. 22. vol. 4.
Tertia eſt opinio Chriſtophori Roſſinia. de beneſ. c.
35 14. n. 26. dicentis † reſignatario deberi fructus a die
captæ poſſeſſionis, namque tunc conſequitur exerci-
tium & effectus dominij, & idem Rebuff. conſ. 186.
num. 19. vult.
Quarta fuit opinio aliorum, qui dicunt fructus de-
36 beri reſignanti, donec † ius quæratur reſignatario, quod
quæritur purificatis conditionibus, & poſt acceptatio-
nem factam per ipſum reſignatarium, ad not. per gl.
Ant. de Butr. n. 18. Abb. in fi. in c. cum pridem de pact.
Sarn. de trien. q. 27. & 34. in fi. & de hoc videtur tex.
in l. neceſſario. §. quod ſi pendente. C. de peric. &
comm. rei vend. nam tunc abdicatur ius à reſignatario
vt fuit pluries reſolutum in Rota, vt latè oſtendi ſupra
q. 3. n. 47. cum ſeq. confirmatur; quia licet † vendito- 37
ri percipere fructus ex venditione conditionali, l. 1. &
2. C. de peric. & comm. rei. vend. Alex. conſ. 75. lib.
2. Card. Pariſ. conſ. 59. nu. 35. cum ſeq. volu. 1. & eſt
communis opin. Doctor.
Quid dicendum? Ego aliàs conſulendo tenui ſecun-
dam opinionem, vt fructus debeantur reſignanti vſ-
que ad tempus datæ, ex illo tempore debeantur reſi-
gnatario.
Nunc autem teneo fructus † deberi reſignanti vſque 38
ad diem præſtiti conſenſus, & ab illa die incipiunt de-
beri reſignatario, & ſecundum hanc opinionem iudica-
ui in quadam cauſa montis regalis mihi compromiſſa a
partibus in qua ſupplicatio erat data die 18. Iulij 1585.
conſenſus præſtitus die 30. Decembris eiuſdem anni, &
poſtea litteræ expeditæ, & collatio facta per ordina-
rium die 17. Ianuarij 1586. dubitabatur de fructibus
perceptis à die 18. Iulij vſque ad diem 30. Decembris
ad quos ſpectarent? cenſui, & pronuntiaui ſpectare ad
reſignantem, perceptos verò poſt diem 30. Decembris
ad reſignatarium, quamuis poſſeſſio fuiſſet capta in fine
menſis Ianuarij, & ſecundum hanc opinionem reperio
fuiſſe conſultum per Hieronym. Gabriel. conſ. 192. nu.
3. 4. & 5. & probatur hæc opinio, quia † in reſignatio- 39
nib. correſpectiuis, ac conditionalibus, attenditur tem-
pus præſtiti conſenſus, qui appellatur formalis, cum
requiratur pro forma, Docto. in ca. cum vniuerſorum,
de rerum permut. Sarn. de infirm. reſig. quæſt. 31. col.
2. in prin. qui dicit, ita voluiſſe Rot. in vna Placenti.
Archidiaconatus de Trugillo, coram Epiſcopo Marſi-
can. & in alia Toletan. coram Aquen. 1539. Mœdan.
deciſ. 213. a quo † computabatur tempus datum ad pu- 40
blicandas reſignationes, vt ſæpe tenuit Rot. teſte Sarn.
de publ. reſignat. q. 7. col. 2. verſ. ſed prædictis. licèt
hodie à die Datæ, vt patet ex declaratione Paul. III.
vt per put. deciſ. 42. lib. 3. & Pauli IIII. ac conſtitu-
tione Pij V. & Gregorij XIII. de publican. reſignatio-
nibus. Hinc, vſque † ad illud tempus, ſcilicet præſtiti 41
conſenſus, poteſt pœnitere reſignans, vt tenuit Rot.
in vna compoſtellan. Archidiaconatus, teſte Palcot.
deciſ. 257. incip. Gomeſius die 21. Octob, 1558, & aliàs
& ita ſeruat ſtylus notorius Curiæ, vt per Burſat. con-
ſil. 393. volum. 4.
Hinc † ſi ſpolietur à reſignatario, vſque ad illud tem- 42
pus reſtituitur, Caſſador. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. Put.
deciſ. 4. eodem titul. in manuſcr. Pontan de ſpol. cap.
13. num. 193. & num. 194.
Tunc † enim poteſt appellari perfecta reſignatio. 43
Put. deciſ. 106. lib. 3. & ita ſtylus obſeruat, & per con-
ſequens ab illa die debentur fructus reſignatario, & antè
ſpectant ad reſignantem, namque † tunc efficitur verè 44
dominus reſignatarius, & per conſequens ad illum tan-
quam ad dominum ſpectant fructus, † l. fructus l. in 45
fundo. l. ex diuerſo. l. non ſolùm. §. meum. ff. de vſu. l.
ſi dominium. C. de pignoribus. l. Herennius ff. de eui.
c. conqueſtus. de vſur. Paul. de Caſtr. in l. ſi pignore §.
ſi prædo. ff. de pignor. act. Ruin. conſ. 25. num. 2. &
conſil. 53 num. 23. lib. 2. Cephal. conſ. 49. num. 13. &
conſil. 50. num. 3. & conſil. 131. num. 14. & 215. num.
49. & 290. num. 13. Nauarr. conſ. 7. de ſentent. excom-
munic. nu. 2. nam † ſunt acceſſorij dominij, l. 1. ff. de 46
condict. indeb. l. indebiti cum ibi not. ff. eodem. Ceph.
conſ. 63. & conſ. 531. n. 14.
Hinc fructus † tam pendentes, quàm futuri, ſpectant 47
ad emptorem perfecta venditione. Angel. conſ. 55. in
fin. Cagnol. in l. 2. nu. 100. C. de pact. inter empt. &
vendit. Tiraquell. de retract. conuent. §. 2. glo. 1. nu.
34. cum ſequent.
Hinc fructus † interim percepti adita hæreditate, 48
ſpectant ad hæredem grauatum, vel in diem, & non
tenetur illos reſtituere, l. in fidei commiſſaria ff. ad
Trebell. Ruin. conſ. 131 num. 14. lib. primo Bertrand.
conſ. 21. thema num. 15. lib. 5. Card. Pariſ. conſ.
55. num. 22. vol. 3. quia ipſe † hæres per aditio- 49
nem

Digitized by Google

nem fuit effectus dominus. Bart. in dict. l. in fideicom-
missarium. col. 1. vers. sed posset dubitari ff. ad Trebell.
50 Hinc fructus † spectant ad maritum contracto matri-
monio. l. dotis fructus, ff de iur. doti. à die quo susti-
nuit onera matrimonij. c. salubriter, de vsuris. Gabriel.
cons. 20. nu. 86. vol. 2. vbi numer. 88. dicit communem
51 esse opinionem, † non esse restituendos mortua vxore,
52 quia tunc effectus † fuit dominus dotis, l. doce ancillam
C. de rei vendit. cum ibi notat.
Hinc † etiam fructus legitimæ debentur filio à die
53 mortis patris Bal. cons. 22 t. super t. punct. lib. 4. Cor.
cons. 265. ad fi. lib. 3. Rui. cons. 56. num. 2. lib. 2. Cap.
cons. 6. n. 8. & cons. 153. Cephal. cons. 56. nu. 49. &
cons. 95. n. 19. & 109. nu. 29. lib. 3. communis opinio
teste Menoch. cons. 77. num. 13. vol. 1. & tandem in
54 omni materia a tempore † quo transfertur dominium,
debentur fructus, l. fructus. vbi Doct. ff. de rei vendi.
l. fructus C. de fruct. & lit. expens. l. traditionibus. cum
ibi notat. C. de pact. Capr. cons. 10. nu. 33. & est om-
55 nium communis opinio, sed in resignationibus † corres-
pectiuis. & conditionalibus ius abdicatur, præstitò
consensu, & tunc transfertur ius beneficij in resignata-
rium, vt patet ex supra congestis, & est communis om-
nium Doctor. ergo resignans poterit percipere fructus
vsque ad diem præstiti consensus, & ab illa die fructus
incipiunt deberi resignatario, cui acquiritur benefi-
cium resignatum.
Non obstant adducta pro prima opinione, namque
id quod dicunt Rebuff. & Nauarr. de intimatione facien-
da resignanti, non seruatur in praxi, cum resignationes
56 † conditionales fiant præcedente tractatu Boer dec. 205
57 & † supplicatio porrigatur ab vtraque parte. Put. dec.
58 523. lib. 2. & † cõsensus præstatur ab vtroque, à resignan-
te respectu cessionis, à resignatario respectu reseruatio-
59 nis. Caputaq. dec. 217. p. 1. vnde alia intimatio † non
requiritur, cum ille sit certioratus, iux. l. 1. in fin. ff.
de act. emp. & tradit in simili Card. Paris. cons. 39. n.
34. vol. 4. vbi dicit, ita receptum esse in Palatio.
Nec primum argumentum adductum pro opinione
Rebuff. illam probat., &c. quòd resignatarius non pos-
sit percipere fructus ante receptionem literarum, nam-
que hoc verissimum est, & communiter † ab omnibus
60 receptum, tamen ex hoc non infertur, quòd capta pos-
sessione non competant ei fructus antea debiti cum in
contrarium se habeat veritas., vt suprà probauimus, ex
quo etiam tollitur secundum argumentum, nec obstat
tertium, corruit enim, quia habet aliam rationem, vt
dicetur suo loco.
Nec obstant adducta pro secunda opinione, quia res-
61 pondetur, quòd † quamuis admissa resignatione abdice-
tur ius a resignante, hoc tamen intelligitur reuoca-
biliter ante consensum præstitum, sed postea irreuoca-
biliter, vt fuit decisum in Rot. teste Put. decis. 106. lib.
3. vnde non illud, sed hoc tempus erit attendendum,
prout diximus supra: minus illud, quod adducebatur
62 consensum † retrotrahi ad tempus Datæ, namque de stylo
curiæ non vadit ad perfectionem, vt vidi consultum per
Excellentissimum Aduocatum Dominum Bernardinum
63 Biscian, qui de hoc attestabatur, † cùm etiam post
præstitum paruum consensum, & signatam supplica-
tionem, donec consensus non sit extensus in Camera,
vel Cancellaria, sit locus pœnitentiæ, vt fuit resolu-
tum in Rota in vna Parmen. pensionis, de mense Iu-
nij de anno 1577. coram Cotta. Eóque magis in his
64 † resignationibus conditionalibus, in quibus hic con-
sensus est formalis, Sam. de infirm. resignat. quæst.
65 31. colum. 2. & tamen † quoties pro forma rei agendæ
consensus requiritur, nunquam actus retrotrahitur,
vt dicit Bald. in l. prima sub numer. 1. C. ad Macedon.
vbi allegat Innocen. in cap. dudum de rebus Ecclesi.
non alien. & in cap. 1. de eo, qui dux. in matri. Vnde in-
telligo Sar. dict. q. 7. de publican. num. 2. vers. confir-
matur, loqui in resignationibus, quæ fiunt simpliciter
coram Papa, vel ordinario, nam Hieronym. Paul.
66 quem citat, loquitur in hoc casu, † & dictum

Doctoris debet intelligi secundum allegata per ip-
sum, iuxt. doctrinam Bartol. in l. non solum §. li-
berationis. ff. de liber. legat & ita intelligo Car-
dinalem Paris. cons. 143. numer. 18. vol. 4. Port. Imo-
len. cons. 25. num. 2. dum scriptum reliquerunt tener
resignantem ad fructus perceptos post resignationem,
scilicet præstito consensu.
Nec obstat tertia opinio, quia verum est, quod scri-
bit Rossiniac. de benefic. cap. 14. nu. 26. † Capta pos- 67.
sessione deberi fructus resignatario, sed non ex hoc in-
fertur, quòd ei non debeantur fructus ante id tempus
debiti, vt supra probauimus.
Ad quartam opinionem respondetur, quòd quamuis
actus conditionalis † ante conditionem purificatam 68
non tribuat ius, tamen ea purificata tribuit vsque à
principio. Geminian. cons. 107. Staphil. de lit. grat. de
mandat. de prouideo. in 5. form. ad finem.
Fructus igitur spectant ad resignantem vsq; ad diẽ con-
sensus præstiti, & secundũ hanc opinionem vidi sæpius
concludi, ab illo autẽ tempore, spectant ad resignatariũ.
Quod † Ampliatur primò procedere, etiam si stetis-
set per multos menses expedire literas resignatarius, 69
nam nihilominus ei debentur fructus a tempore con-
sensus præstiti, ita in terminis Gabrie. cons. 193. nu.
6. volu. 1. & ratio est, † quia gratia tunc est per-
fecta. Put. decis. 106. libr. 3. caputaq. decis. 3. lib. 2. 70
in Manuscr. Mœdan. decis. 213. & ius † plenè quæsi- 71
tum post consensum. Abb. in c. nostra num. 2. de rescr.
Sarn. de infirm. resignat. quæst. 18. ergo nihil obstat,
quòd literas non expediuerit, dummodo posteà fue-
rint expeditæ, cùm apud ipsum sit dominium, iuxta ea,
quæ tradunt Bursat. cons. 11. num. 7. vol. 1. Cephal.
cons. 49. num. 13. & cons. 50. num. 3. vol. 1.
Secundò, Ampliatur procedere etiam si stetisset per
aliquod tempus † post literarum expeditionem accipe- 72
re possessionem, namque fructus pendentes, vel percep-
ti medio tempore, scilicet post consensum, debentur
resignatario, ita Gabriel. dict. cons. 192. n. 6. vol. 1.
ex his, quæ dicta sunt in præcedenti ampliatione, Nam-
que dominus † illicò fit etiam ante adeptam possessio-
nem. Archidia. in cap. si tibi col. 1. Gemini. n. 2. 73
Franc. n. 7. de præbend. lib. 6. & in temporalibus
hoc videtur dicere Alexan. consil. 121. num. 6. vol. 4.
Ex his etiam quæ diximus infertur, † quòd si quis
resignauit in fauorem absentis, post præstitum consen- 74
sum, fructus debentur resignatario etiam si steterit per
aliquod tempus ad acceptandum, ita Gabriel. dict. cõs.
192. num. 2. 3. & 4. vol. 1. nam consensus ratione fru-
ctuum retrotrahitur, & perinde est ac si tempore colla-
tionis fuisset præsens. Geminian. in cap. si tibi absen-
senti. col. 4. de præbend. lib. 6. Nam † conditione pen-
dente fructus spectant ad resignantem si conditio defi- 75
ciat. Roman. singul. 538. Anan. cons. 19. n. 17. qui ita
interpretatur leg. necessario §. si pendente. ff. de peric.
& commo. rei vendi. facit. text. in l. si dominium. C.
de pignor. l. 1. & 2. C. de pignora. actio. l. 2. C. de
pact. pignor. l. 1. C. de distrahen. pignor. quæ iura ad
hoc allegantur in decis. 2. Ianuen. n. 6. si autem condi-
tio existat, fructus debent omnino restitui resignatario,
cui de beneficio fuit prouisum, Ita post euentum con-
ditionis fructus restituuntur à venditore emptori, vt
declarat egregiè Pau. Castr. cons. 269. incip. in facto
illorum lib. 1. in antiq.
Et ita in aliis casibus in resignatione conditionali
erit respondendum. Qui † resignatarius non poterit ven- 76
dicare prætextu resignationis, fructus ante consensum,
quia aliud † est resignare beneficium, aliud fructus. l. 77.
fundi Trebatiani. vbi Barto. ff. de vsufr. leg. Gabriel.
cons. 57. num. 7. volu. 2. Vnde si renuncians non po-
tuit habere fructus exactos, aut maturos ante diem
præstiti consensus, quamuis resignatarius ceperit pos-
sessionem, tamen iste resignans poterit illos fructus
petere ac vendicare, cùm ad se spectent ratione domi-
nij, & regiminis, ita Crauet. cons. 873 n. 2. vers. atque
in specie. vbi allegat Specula. ita tenentem, quod

Digitized by Google

concludenti ratione probatur, quia quòad illud tempus, fuit dominus, ergo fructus quòad id tēpus ad eū spectāt. Grat. conſ. 18. n. 7. lib. 1. Ruin. conſ. 25. n. 2. lib. 0. Capra. conſ. 10. n. 33. Cephal. conſil. 50. n. 3. & ſatis eſt, quod tempore regiminis ſui ſint maturati.

78 Ita ſi quis conſtituit † procuratorem ad renunciandum, poterit percipere fructus abſque dubio vſque ad diem præſtiti conſenſus per procuratorem. Geminia. in cap. 0. num. 10. verſ. quid ſi. de renunc. libr. 6. Imo iſte poterit fructus percipere vſque ad notificationem reſignationis factæ. nam vſque ad illud tempus facit fructus ſuos, etiam in conſcientia, quia poteſt præſumere, quod ſuperior noluit reſignationem admittere, vel procurator non reſignauit, aut pars non curauit, ita Rebuff. conſ. 22. num. 19. Prob. in addit. ad Monach. cap. 0. num. 30. de renunc. lib. 6. arg. l. ſed & ſecus §. ſi abſenti. ff. pro ſocio.

79 Dubium tamen eſt, † ad quem ſpectent fructus pendentes, ſcilicet ad reſignantem, vel reſignatarium. Couarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. 15. ſub nu. 12. conſtanter affirmat pro rata temporis eſſe faciendam diuiſionem inter reſignantem, & reſignatarium. Alberi. verò in l. diuortio. ſub n. 12. ff. ſolut. matrim. tenet ad reſignatarium fructus pendentes integrè pertinere, & hæc opinio communis eſt iuxta aliam communem opinio-
80 nem, vt fructus † pendentes non ſpectent ad hæredes de facto, ſed ad Eccleſiam, vel ad ſucceſſorem in beneficio, glo. Gemin. Franc. & alij. in cap. ſi propter. de reſcr. lib. 6. & in cap. præſenti. de offic. ordin. eodem lib. Hoſt. Card. & alij in cap. vltim. de pecul. cler. Corſet. in ſingular. verb. Clericus; opinio vero Couarr. verior eſt, & præſertim in beneficiis curatis, vel requirentibus reſidentiam, propter miniſterium, quod Eccleſijs exhibuerunt in eorum regimine, & cura, aliiſque diuinis obſequiis, cap. cùm ſecundum. de præben.]

Lib. 1. q. 6. num. 3. Ibi, Cum ſit extinctum quod habebat.

FAllit in grammaticalibus: Sic enim (noſtro quidem iudicio dici debuit, cum ſit extinctus quem habebat antea ſi quidē & immediatē de reſignāte verba faciens dixerat, eundem, poſt reſignationem teneri, poſſeſſionem beneficij reſignati dimittere, cùm, inquit, amiſerit titulum, poſſeſſionem naturalem. & ciuilem, & (quod paulò poſt ſubditur) nullum habeat titulum canonicum. Quis igitur non dixerit in prædictis verbis cum ſit extinctum quod habebat, manifeſtum eſſe Typographi errorem? qui forſan nomine adiectiuo, Canonicum, deceptus, (non animaduertens ſubſtantiuum titulum, quod præcedit, maſculini & non neutriue generis exiſtere) Nomen, canonicum, neutrum eſſe veriſimiliter autumauit: Ideoque extinctum, in neutro, (quod minime congruit) non autem extinctus, in maſculino genere (vt par erat) appoſuit.

q. 6. n. 38. Teneo fructus deberi reſignanti vſque ad diem præſtiti conſenſus & ab illa die incipiunt deberi reſignatario.

¶ TErtia tamen opinio de qua auctor. n. 35. præualuit in Gallia vbi fructus beneficij reſignati à die dumtaxat captæ poſſeſſionis adiudicantur, nam tunc demum & non prius purificatæ ſunt reſignationis conditiones vt ſupra q. 2. diximus, reſiduis eiuſdem anni à die prima Ianuarij incipiendi fructibus ad reſignantem vel eius hæredes pro rata temporis ſpectantibus Tournet. in ſua compilat. placitor. beneficial. litera E num. 36.

QVÆSTIO VII.

An reſignans poſt admiſſam renunciationem, poſſit incumbere poſſeſſioni, & omnia pertinentia ad illud beneficium reſignatum exercere, & gerere, donec alter capiat poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Reſignans beneficium ſimpliciter, non poteſt incumbere poſſeſſioni.*
2 *Intruſus non poteſt incumbere poſſeſſioni.*
3 *Ab intruſo aufertur poſſeſſio abſque citatione.*
4 *Is ad quem ſpectat collatio ſtatim poteſt conferre beneficium vacans per renunciationem.*
5 *Vacatio per renunciationem parificatur vacationi per mortem.*
6 *In beneficio curato reſignato, Epiſcopus deputat Vicarium.*
7 *In beneficiis curatis vacantibus per renunciationem, fit examen per concurſum.*
8 *Decretum Concilij Tridentini cap. 18. ſeſſ. 24. de reformat. non habet locum in reſignatione conditionali.*
9 *In reſignatione conditionali poteſt reſignans incumbere poſſeſſioni, & alia gerere donec reſignatarius capiat poſſeſſionem.*
10 *Ius non abdicatur à reſignante, niſi acquiratur beneficium reſignatario, & ſeruentur conditiones.*
11 *Capta poſſeſſione per reſignatarium, ius ei plenè acquiritur.*
12 *Reſignatarius ante captam poſſeſſionem non poteſt ſe ingerere beneficio.*
13 *Ne Eccleſia remaneat vidua, multa permittuntur.*
14 *Viuente reſignante non præſcribitur tempus reſignatario ad capiendam poſſeſſionem.*
15 *Reſignans poteſt beneficia conferre, donec reſignatarius capiat poſſeſſionem.*
16 *Quandiu quis ſuſtinetur in officio, poteſt adminiſtrare.*
17 *Excōmunicatus toleratus poteſt conferre, & præſtare.*
18 *Cardinalis poſt ceſſionem Epiſcopatus non poteſt conferre.*

SEptimò quæro, An reſignans beneficium poſt admiſſam renunciationem, & conſenſum præſtitum, poſſit incumbere poſſeſſioni, & omnia pertinentia ad illud beneficium reſignatum exercere, & gerere, donec alter capiat poſſeſſionem. Diſtinguendum eſt de
ſimplici, ac de conditionali reſignatione, In † ſim- 1
plici enim renunciatione vera eſt ſententia negatiua, quia cùm ex communi amittat omne ius, vt ſupra probauimus, ſequitur non poſſe poſſeſſioni incumbere,
iuxta ea, quæ † de intruſo tradunt Deci. conſ. 120. Per- 2
rett. conſ. in ou. 2. Pariſ. conſ. 47. nu. 31 vol. 4. & alij
omnes, & ob id aufertur ab eo poſſeſſio † abſque ci- 3
tatione, vt poſt Innocent. & Hoſtienſ. tradit Anto. de Butr. in ca. 0. nu. 13. de reſtitut. ſpoliat. vbi dicit, quod ſtatim poteſt. † is ad quem ſpectat collatio, con-
ferre, cùm ille per renunciationem ſpontaneam ſit 4
priuatus ipſo iure, & hanc opinionem egregiè probat text. Concil. Tridenti. in ca. 18. ſeſſ. 24. de reform. vt infra dicetur. Et hoc caſu poterit ſuperior, vel ſtatim conferre, vel alia remedia adhibere, vt in beneficiis quæ
vacant per mortem, † cùm hæc vacatio illi parificetur. 5
Franc. de Marc. deciſ. 1120. num. 2. & 3. p. 1. Burſat.
conſil. 362. num. 1. Quare † ſi beneficium eſt curatum, 6
debet Epiſcopus deputare Vicarium cum congrua fructuum aſſignatione, vt onera ſuſtineat, donec de Re-
ctore prouideatur, & † examen per concurſum facere, 7
iuxta tex. aureum Conſil. Trident. in cap. 18. ſeſſ. 24. de reform. vbi loquitur de vacatione, quæ prouenit ex morte, & ex reſignatione, nam inquit text. *Expedit maximè animarum ſaluti à dignis atque idoneis parochis gubernari, id vt diligentiùs ac rectiùs perficiatur, ſtatuit ſancta Synodus, vt cum parochialis Eccleſia vacatia, etiam ſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel per plures adminiſtretur, etiam in Eccleſiis patrimonialibus ſeu receptiuis nuncupatis, in quibus conſueuit Epiſcopus vni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infra ſcriptum examen teneri mandat per obitum, vel reſignationem, etiam in Curia ſeu aliter quomodocumque contigerit etiam ſi ipſa parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta fuerit generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti ſeu priuilegij in fauorem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſeu Abbatum, vel Capitulorum, debeat Epiſcopus ſtatim habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea*

Vitarium. &c. Et sic vides quod loquitur etiam de vaca-
tione per resignationem & sic text. loquitur de resigna-
8 tione simplici, † non autem conditionali quæ fit in fauo-
rem, vt fuit resolutum per sacram Congregationem in
vna Illerden. 4. Idus Octob. 1566. & in vna Imolen. de
mense Maij 1569. & in vna Aurien. de mense Febr. 1565.

In resignatione autem conditionali, quæ fit in fauo-
9 rem, statuenda est conclusio affirmatiua, posse † resi-
gnantem incumbere possessioni, & omnia pertinentia,
ratione illius beneficij resignati exercere, & gerere, do-
nec resignatarius capiat possessionem, ita Christopho-
rus Rossiniac. de benefic. cap. 14. num. 26. & ca. 23. n.
10. Rebuff. de simon. in resig. nu. 27. & nu. 31. in prax.
& in tract. nomin. quæst. 14. num. 157.

Et ratio est, quia cùm huiusmodi resignatio habeat
10 hanc conditionem, † vt ius non abdicetur à resignante,
nisi fuerit acquisitum cum effectu resignatario, vt est
communis conclusio ab omnibus recepta vt late dixi
11 supra qu. 2. planè autem non dicitur † acquisitum, nisi
fuerit capta possessio iuxta communem opinionem, er-
go vsque ad illud tempus poterit incumbere possessio-
12 ni, & alia gerere. Accedit alia † ratio, quia resigna-
tarius ante captam possessionem non potest se ingerere
beneficio sibi resignato. Aufre. decis. Cappell. Tholos.
444. Rossiniac. de benef. cap. 23. num. 8. Ioan. Selua de
benef. p. 2. q. 15. Franc. de Marc. q. 49. in 2. par. Er-
13 gò ne † Ecclesia remaneat viduata, poterit continuare
resignans, argu. l. meminisse. ff. de off. proconsul. §. vl-
tim. Auth. de administr. Extrauag. iniunctæ. de elect. c.
ne pro defectu. de elect. & alibi scribit Rossiniac. in
14 eodem tracta. cap. 12. num. 20. quòd † viuente resi-
gnante non præscribitur tempus resignatario ad peten-
dam possessionem beneficij resignati, quod hodie non
procedit stante constitutione 87. Gregorij XIII. Felic.
record. de public. resig. vt infr. suo loco dicetur. Ideò
15 qui resignauit † in fauorem donec resignatarius cepe-
rit possessionem, potest beneficia conferre spectantia
ad collationem illius beneficij: Rebuff. in prax. de si-
mon. in resig. num. 27. & in tract. de nomin. q. 14. nu.
16 157. & ratio est secundum Rebuff. quia † quandiu quis
sustinetur in officio, administrare potest, & conferre,
can. vlti. 8. q. 4. cap. ad probandum, de re iudic. vnde
17 † excommunicatus toleratus potest conferre, & præsen-
tare. Innoc. in cap. si verè. in fin. de senten. excommu.
Abb. in c. ad probandum. col. 3. de re iudi. sed vsq; ad
illud tempus sustinetur, ideò poterit conferre, quod
confirmat Rebuff. aliis rationibus, vt per ipsum. Ex quo
infert Rebuff. num. 45. ad Cardinales renunciantes E-
18 piscopatui, vt possint † conferre donec alter Episco-
pus ceperit possession. Quæ illatio non est vera, quia
ex quo, Episcopatui renunciatur simpliciter in manibus
Papæ, renuncians post renunciationem abdicauit a se
omne ius. Put. dec. 158. n. 4. lib. 3. Caput. dec. 81. n. 3.
& communiter Doctores, vnde non poterit conferre,
iuxta ea, quæ supra scripsi, & facit quod decisum fuit
in vna Salamantin. portionis coram Accorambono, teste
Anto. Maria Papazono in add. ad dec. 1. nu. 13. de re-
nunciat. in nou. nam admissa renunciatione, nullum ius
remanet penès resignantem. Lap. alleg. 24. Put. decisi.
250. lib. 2. Crescenti. dec. 14. in manusc. & fuit reso-
lutum in tota in vna Tuden. beneficij, die lunæ 9. Maij
1578. coram R. P. D. Laurentio Blanchetto.

Lib. 1. qu. 7. nu. 14. Ibi, Quod hodiè non procedit stante constitutione 37. Gregorij XIII.

IN Gallia tamen, cum ibidem constitutio ipsa (de modo scilicet & forma publicandi beneficiorum resignationes & iurium cessiones) adhùc promulgata non sit: Sed regula 34. Cancellariæ Apostolicæ de publicandis resignationibus, in Curia Parlamenti Parisiensis (vt Rebuffus initio suorum commentariorum ad eandem testatur) registrata fuerit, ac ideò tanquam lex Regni effecta seruetur: Opinioni Rosiniaci Cosagei olim Burdegalensis Præsidis (viuente scilicet resignante, tempus ad possessionem beneficij resignati adipiscendam, resignatario non præscribi) locum etiamnum esse, cum Charonda, & plærisque aliis censemus.] ¶ Secus hodie obtinet non in vim gregorianæ apud nos sed edicti regij insinuationum de anno 1646. art. 14. facultatem assequendæ possessionis post triennium à die resignationis admissæ computandum, penitus excludentis

Ead. q. 7. n. 18. Ex quo infert Rebuffus ad Cardinales renunciantes Episcopatui vt possint conferre donec alter Episcopus ceperit possessionem quæ illatio non est vera.

¶ RENunciatio Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus fit simpliciter & non in fauorem vt auctor infra lib. 2. q. 1. n. 60 commemorat: at per renunciationem simplicem vt semel admissa est omne ius à resignante abdicatur nullo alio expectato & amittitur possessio ciuilis, & naturalis vt idē supra q 5 deduxit ita vt renuncians amplius non possit se ingerere in administratione & tāo co in Gallia habemus Senatusconsulta relata per Charond in pandect. lib. 1. cap. 12. & Maynardum lib. 8 cap. 1 quibus decisum posse Episcopum qui Episcopatui renunciauit beneficia conferre, donec successor aduenerit argum. legis meminisse ff. de offic. proconsul. quod sibi locum vindicat in casu permutationis de Episcopatu ad Episcopatum licitæ vt tradit auctor dicta q. 1. n. 59. vel certè etiam aliquando renunciatione quæ licet semper fiat simpliciter quandoque tamen in fauorem fieri intelligitur. vel hoc expresso in mandato renūciationis aut aliàs etiam hoc tacito iuxta ea quæ de renunciatione beneficij in manibus summi Pontificis simpliciter facta & in fauorem fieri intellecta ex quo alius illico supplicat pro collatione, supra docuit auctor q. 2. n. 53. vel dic quod in his majoribus beneficiis propter periculum habet locum opinio immolæ de qua meminit molin. ad Regul. de public. resig. n. 157. existimantis in clem. de renunciat. renunciantem etiam purè & simpliciter possessioni incumbere vsque ad aduentum successoris d. l. meminisse. Hoc insuper notatu dignum ex eisdem placitis iuncto per Chopinum relato de sacra polit. lib. 2. tit. 6. n. 10. arbitramur Episcopum vel abbatem prouisum per obitum vel priuationem & sic sede vacua posse ante captam possessionem beneficia conferre iuxta cap. transmissam de elect. & doctrinam Abbatis ibi quem sequitur Rebuffus in praxi tit. de simon. in resignat. num. 27. & seqq nisi aliud velit consuetudo Ioannes de Selua de benef. part. 2. q. 25. num. 3. & 4. post abbatem in d. cap. transmissam.

QVÆSTIO VIII.

An resignans post receptam resignationem, teneatur ad pensiones impositas beneficio resignato, & quando teneatur resignatarius ad illas pensiones, & quæ ad hanc materiam pertinent, explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Post renunciationem admissam, resignans non tenetur ad pensionem & num. 9.*
2 *Pensio imponitur super fructibus beneficij.*
3 *Resignans non potest fructus percipere post resignationem.*
4 *Cessante causa cessat effectus.*
5 *Per mortem extinguitur obligatio soluendi pensionem.*
6 *Mortuus ciuiliter non tenetur ad pensionem.*
7 *Resignans dicitur mortuus quoad beneficium resignatum.*
8 *Pensio est seruitus, cuius liberationem Ecclesia fauet.*
9 *Conclusionem procedere etiam in resignante.*
10 *Cautio bancharia cessat resignato beneficio.*
11 *Obligatio in forma Cameræ, & Iuramentum soluendi pensionem cessat resignato beneficio.*
12 *Obligatio in forma Cameræ ad quid inuenta?*
13 *Obligatio in forma Cameræ non plus ligat, quàm actus.*
14 *Fideiussio, & iuramentum sequuntur naturam actus, super quo interponuntur.*
15 *Obligatio principalis extinguitur cessante causa fructuum.*

16 *Resignans tenetne soluere pensionem, si ad illam se obligauit post resignatiunem.*
17 *Quisque potest fide iubere pro alio.*
18 *Resignans tenetur ad pensiones decursas vsque ad diem renunciationis.*
19 *Resignans in fraudem tenetur ad pensionem.*
20 *Resignaas tenetur ad pensionem, si post renunciationem fuit assumptus ad beneficium resignatum.*
21 *Quæ fiunt incontinenti censentur inesse.*
22 *Succedens in beneficio renunciato simpliciter tenetur ad pensionem.*
23 *Vacante beneficio, Oeconomus, vel Camera in Regno Neapolitano soluit pensionem.*
24 *In Francia tempore apertæ Regalia non soluitur pensio.*
25 *Resignatarius tenetur soluere pensionem.*
26 *Resignans vt non teneatur ad pensionem, debet probare resignatarium acceptasse*
27 *Requiritur acceptatio resignatarij.*
28 *Acceptans beneficium pensione grauatum, se obligat ad illam.*
29 *Acceptatio probatur per consensum in supplicatione.*
30 *Pensio est onus reale, & transit ad quem beneficium.*
31 *Pensio transit cum re in singularem successorem.*
32 *Resignatarius est successor legitimus in beneficio.*
33 *Verbum successor, comprehendit omnes successores.*
34 *Pensio non debetur ex contractu, sed ex voluntate Papæ.*
35 *Inuito resignatario potest assignari pensio resignanti.*
36 *Pensionarius potest agere hypothecaria contra detinentem.*
37 *Intrusus, & non beneficiatus tenetur ad pensionem.*
38 *Intrusus tenetur ad Charitatiuum.*
39 *Litigans si possidet, tenetur ad pensionem.*
40 *An successor teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessoris.*
41 *An successor teneatur ad iura Episcopalia.*
42 *Successor fundi tenetur ad decimas prædiales.*
43 *Possessor beneficij absque titulo canonico si soluat pensionem, illam computabit inter fructus restituendos.*
44 *Resignatarius tenetur ad pensionem, etiam si resignatio sit nulla.*
45 *Resignatarius potest dicere de pensione nulla.*
46 *Non retardatur solutio, dum dicitur pensio nulla.*
47 *Resignatarius debet probare excessum.*
48 *Non percipiens fructus ex casu fortuito, non tenetur ad pensionem.*
49 *Per multos annos non percipiens fructus non tenetur ad pensionem, quamuis in literis dicatur, etiam si non percipiat fructus.*
50 *Resignatarius tenetur ad pensionem à die consensus præstiti.*
51 *Successor tenetur ad pensionem à die collationis.*
52 *Diuisio terminorum fit causa commodioris solutionis.*
53 *Resignatarius sicuti tenetur soluere pensionem, ita & quartam, & alia similia onera.*

OCtauò quæro, An resignans post resignatioonem
1 admissam, & illi consensum præstitum, † teneatur ad pensionem impositam super beneficio
resignato, ? communis omnium Doctor. recepta sententia est non teneri amplius. Ioan. Andr. & alij omnes in cap. Nisi, de præben. Gammar. de auctor. Leg. à
lat. lib. 6. titul. de pension. nu. 421. Bursat. cons. 361.
volum. 4. & fuit pluriès resolutum in Rota, & in vna
Terdonen. pensionis coram Mœdan. 11. Februarij.
1538. & in alia Oxomen. pensionis, teste eodem Mœdan. decis. 2. fuit facta resolutio in manuscrip. & aliàs
2 pluriès, quæ conclusio probatur, primò † quia pensio imponitur super fructibus beneficij, vt est communis opinio omnium doctor. sed renuncians post admis-
3 sam † renunciationem non potest fructus beneficii recipere, iuxta communem conclusionem de qua dictum
est suprà, ergo non tenebitur ad pensionem, quia ces-
4 sante † causa resignationis, cessat pariter obligatio
soluendi pensionem. Roman. cons. 417. post princip.
num. 3. Gig. respons. 19. num. 4. & 5. Tiraquell. in suo
tract. cessante causa. vers. promissionis causa. & vers.
concessionis, & constitutionis causa. &c.
Secundo per mortem † cessat obligatio soluendi pensio- 5
nem, vt est commune omnium eloquium non solum per
naturalem, sed etiam † per ciuilem. Rebuff. de pacif. poss. 6
n. 137. & est communis opinio, sed † resignãs dicitur mor- 7
tuus quoad beneficium resignatum. Abb. in cap. nisi essent. in glo. vlti. de præben. Parif. cons. 93. n. 25. vol. 4. &
communiter omnes, vt suprà dictum est, & tradũt Doct.
in cap. susceptum. de rescrip. lib. 6. ergo post renunciationem quis ampliùs non tenetur soluere pensionem,
& eo magis quia † pensio est seruitus, cuius liberatio- 8
nem Ecclesia fauet. Ferret. cons. 388. num. 18. & nu. 26.
Primò amplia hanc † conclusionem procedere etiam 9.
in eo resignante, qui consensit illi pensioni impositæ
super beneficio resignato, vt est communis opinio, de
qua attestatur Gammar. dict. tract. de auct. Leg. à later. tit. de pens. lib. 6. num. 421.
Secundò amplia procedere etiam si iste, qui consen-
sit impositioni pensionis huiusmodi, † promisisset sub 10
fideiussore illam soluere, data securitate bancharia per
triennium, vel per plures annos, vt solet fieri io Curia, nam nihilominus post resignationem non tenetur
soluere, & cautio prædicta bancharia expirat, & fideiussores non tenentur, vt fuit resolutum in Rota. Sam.
decisi. 43. lib. 2. Mœdan. decis. 287. incipien. Oxomen.
pensionis. titu. de pension. & decis. 292. in manuscript.
& est communis opinio, quia promisit, & se obligauit
illam soluere vti Rector, & dominus beneficij, & fructuum, ergo cessante beneficio per renunciationem,
cessat obligatio. cap. cum cessante. de appel.
Tertio ampliatur, etiam si iste, qui consensit imposi-
tioni pensionis, se obligasset † in forma Cameræ, & 11
cum iuramento ad illam soluendam statutis temporibus, nam nihilominus post resignationem non tenetur,
vt in facti contingentia respondit Bursatus dict. consil.
361. num. 1. cum seq. vol. 4. vbi in fine attestatur ita obtinuisse & fuisse pluriès per Rot. resolutum. Namque
† licet obligatio in forma Cameræ à procuratoribus 12
Cameræ ob illius credita inuenta, vt parata sit exequutio absque mora faciendi processum ordinarium, vt per
Galles. in suo opusc. de oblig. in forma Cameræ, constituat faciliorem & efficaciorem cautionem, vt tradit idẽ
Galles. in dict. tract. p. 1. quæst. 1. & quæst. 2. num. 8.
& par. 2. quæst. 1. num. 14. † tamen non plus obligat 13
quàm ligat actus, cùm sequatur eius naturam, sicuti
fideiussio, & † iuramentum. Nat. cons. 480. num. 23. 14
lib. 3. Neuizan. consil. 32. num. 14. Cephal. cons. 420.
numer. 27. lib. 3. Simon de Pretis cons. 198. numer. 130.
Riminald. iunior cons. 5. num. 123. cum seq. lib. 1. cum
aliis, vt per Gabriel. commun. opin. de iureiur. conclus. 10. per totam, & est communis opinio de iuramen.
teste Anchar. quæstione familiar. 21. numer. 16. p. 2.
& 56. numer. 17. p. prima, & quæst. 20. num. 6. & 7. eadem p. prima, & est etiam communis opinio de fideiussore, pro vt testantur Iaso. in l. cum mora, num. 10. C.
de transa. Villalob. con. opi. verb. stipulation. 126 ideòque licèt obligatio sit † personalis, tamen extinguitur
cessante causa fructuum. Socin. Senior cons. 31. col. pen. 15
lib. 1. & qui non habet fructus, non potest pensionem
soluere. Ferrett. cons. 319. num. 5.
Limita primò non procedere, si post † resignationem 16
se obligauit soluere pensionem, quæ erat imposita antiquitùs super illo beneficio resignato, nam tunc compellitur illam soluere non obstante resignatione, vt fuit resolutum in Rot. in vna Prænest. pensionis, coram Quiroga die 20. Maij. vt habetur lib. diuers. decis. 106. in manusc. & ratio est, quia tunc tenetur vi nouæ obligatio-
nis, nam † quis non prohibetur fideiubere pro alio, & 17
se obligare ac bona sua in casu proposito absque simonia, vt fuit per dominos de Rota consideratum.
Limita secundò, vt resignans † post resignationẽ tenea- 18
tur ad pensiones decursas vsque ad diẽ resignationis, &

non ſolotas, vt fuit concluſum per Rot. in vna Cremo-
nen. coram Oradino, vt habetur in lib. 1. diuerſ. deciſ.
manuſcr. incip. in vna Cremonen. Et hæc eſt communis
opinio, quæ nullam patitur difficultatem, cùm obli-
gatio ſoluendi ſit ante renunciationem contracta, vt
omnibus patet.
19 Limita 3. noo † procedere, quoties renunciatio fuiſſet
facta io fraudem, ita Gammar. in tract. de auct. Legati
à lat. tit. de penſ. lib. 6. nu. 423. dicens hoc caſu teneri
ad intereſſe, & ratio eſt, quia culpa nemini debet pa-
trocinari, iuxta communem regulam.
20 Limita 4. non † procedere quoties reſignans ſtatim
poſt renunciationem aſſumeretur ad illam Eccleſiam
reſignatam, nam tunc teneretur ſoluere penſionem, ita
Gammar. dict. tract. lib. 6. nu. 424. & ratio eſt, quia
non videtur renunciaſſe, qui ſtatim aſſumptus eſt. l. ſi
propter. §. verſum. ff. de in rem verſ. cap. diuortium. de
pœ. diſt. 1. & perinde habetur, ac ſi in beneficio ſemper
fuiſſet, l. qood ita ſenatum. ff. de ædilit. edicto. nam
21 quæ † fiuot incontinenti cenſentur ineſſe, l. lecta. ff. ſi cert.
peta. & hoc caſu ceſſant rationes ex quibus ſupra con-
cluſimus oon teneri, vnde ceſſabit diſpoſitio, cap. cùm
ceſſante. de appel. ſecus verò ſi fuiſſet ad illam Eccle-
ſiam aſſumptus ex interuallo, nam tunc tenetur pro
tempore quo eam poſſedit & percepit fructus, vt com-
muniter coocludunt Doctores.

Declara quintò, vt in reſignatione ſimplici ſtatim li-
22 beretur reſignans † ab onere ſolueodi penſionem impo-
ſitam ſuper illo beneficio reſignato, & illam tenetur
ſoluere ſucceſſor, id eſt ille cui dictum beneficium col-
latum fuit, & ſi beneficium non confertur per aliquod
tempus, vt accidere ſolet in beneficiis iuris patronatus
potentiſſimi Regis Philippi II. tunc penſio adueniente
tempore ſolutionis debetur ex fructibus ab Oeconomo,
23 † vt reſpondit Gig. tract. penſion. quæſt. 65. per totam
Burſa. conſ. 361. nu. 24. vol. 4. in regno Neapolitano
cùm fructus ſpectent ad Cameram, Camera tenetur ſo-
24 ſoluere penſionem pro rata. In Francia † tamen tempore
apertæ Regaliæ, ſcilicet a die vacationis Epiſcopatus,
vſque ad ſubrogationem alterius, non ſoluitur penſio,
ſed integri fructus Regi ſoluuntur, vt tradit Arnulf. Ruf.
de iur. regal. priuil. 95. relatus à Burſat. dict. conſ. 361.
num. 10. ea doctrina Caſtr. conſil. 442. videtur. lib. 1.

In reſignatione verò conditionali in fauorem alicu-
25 ius, admiſſa renunciatione † liberatur reſignans, & tene-
tur reſignatarius illam ſoluere, vt fuit reſolotum in vna
Præneſtin. penſionis, coram Quiroga, die 10. Februarij
1558. teſte Card. Paleott. deciſ. 167. incip. proponeba-
tur, in manuſcrip. & in alia Gratianopolitan. penſionis.
2. Iunii 1539. coram Rauell. teſte Mœd. deciſ. 2. q. 5. de
penſion. & deciſ. 10. de ſent. excommunic. incip. in cau-
ſa Terdonen. in manuſcr. & aliàs pluries fuit hoc idem
reſolotom teſte Burſat. conſ. 361. vbi atteſtatur etiam
ita obtinuiſſe, communis opinio teſte Gammar. dict.
tract. de auct. Legat. à later. libr. 6. de penſion. oum.
26 421. debet † tamen reſignans probare reſignatarium ac-
ceptaſſe renunciationem & cepiſſe poſſeſſionem ad ef-
fectum vt ipſe liberetur ab onere ſoluendi penſionem,
vt fuit reſolotum poſt longam diſputatiooem in dict.
Gratianopolitan. penſionis, 7. Iolij 1539. coram Epiſ-
cop. Rauellen. teſte Mœdan. deciſ. 292. & in alia Oxom.
penſionis, vt per Mœd. deciſ. 235. teſte etiam Sarn. de-
ciſ. 159. lib. 1. in manuſcr. vide Mœdan. deciſ. 2. Burſat.
conſ. 361. nu. 26. & ratio eſt, quia præſumitur manſiſſe in
27 detentatione, & † regulariter acceptatio reſignationis
requiritur, vt fuit dictum in vna Cæſarauguſtan. Vica-
riæ ſancti Ægidij, coram Accorambono. Melchior
Pal. in tract. maiorit. p. 1. q. 24. numer. 29. Roffiniac. ca-
28 pitu. 14. numer. 26. & acceptans beneficium † penſione
grauatum, videtur ſe obligare ad onera poſita io illo
beneficio. Guid. Pap. quæſt. 577. Gig. de penſ. quæſt. 51.
29 Caputaq. deciſ. 302. libro 2. † & probatur acceptaſſe, ſi
conſenſit ſupplicationi. Por. Imolen. conſ. 98. num. 18.
Burſat. dict. conſ. loco citat. Et hoc ſi erat reſignans
præſens in loco beneficij, ſi verò abſens, quia tunc ceſ-
ſat præſumptio detentationis, ſecus, vt fuit bis reſolu-
tum in Rot. coram Mœdan. teſte Saro. deciſ. 153. lib. 2.
in manuſcript. & vna illarum deciſion. fuit facta die 10.
Februarij 1538.

Et ratio cur hoc onus ſoluendi peoſiooem ſpectet ad
ſucceſſorem in beneficio, eſt quia penſio ſuper fructibus
conſtituta † eſt oous reale, ſicut ſunt decimæ, cenſus 30
& collectæ, gloſ. penul. in c. Niſi eſſent. de præbend.
Geminian. & alij communiter in capi. vltim, in fi. de
offic. ordin. lib. 6. Felin. in cap. ad audientiam, num. 5.
de reſcript. Paul. de Caſt. conſ. 338. qui exceptio. lib. 1.
ideóque tranſit † cum ipſa re in ſingularem ſucceſſorem 31
& rei poſſeſſorem, qui pro penſiooe venit conuenien-
dus, can. ſi quis laicus. 16. q. 1. cap. 1. de ſol. Gig. de
penſ. q. 43. & cõſ. 124. n. 1. Card. Pariſ. conſil. 82. n 2. & 36.
volum. 4. latè Put. deciſ. 189. libr. 2. & deciſ. 152. lib. 3.

Hinc ex communi ſtylo, de quo atteſtatur Burſat.
conſ. 361. oum. 12. vol. 4. apponitur in literis Apoſtoli-
cis quando imponitur aliqua penſio, per dictum mo-
dernum, &c. *Vel eius in eadem Eccleſia ſucceſſorem ſin-
gulis annis*, &c. quo fit vt amplius reſignans non tenea-
tur, ſed is cui collatum fuit, ſi fuit renunciatio ſimplex,
vel reſignatarius ſi fuit reſignatio in fauorem, † namque 32
reſignatarius ſucceſſor legitimus in illo beneficio eſt.
glo. & alij Docto. in dict. capitu. niſi de præbend. Caſtrẽſ.
conſ. 51. quem allegat Pariſ. dict. conſi. 82. oumer. 2. &
36. volum. 4. verbum enim † ſucceſſor, omnes & quoſ- 33
cunque ſucceſſores comprehendit. Pariſ. dict. conſ. 82.
vol. 4. Mandoſ. in reg. Cancell. 33. q. 14. oomer. 11.
Butrig. conſ. 55. quę verba videntur dare formam, nam
obligatio ſoluendi penſionem ſuper beneficio non con-
trahitur, neque † conſtituitur ex contractu & conoen- 34
tione partium, ſed ex ſola Pontificis auctoritate & con-
ceſſione, à quo totum negotium huiuſmodi pendet.
Caſſad. deciſ. 4. num. 5. locati. Gigas conſ. 26. nu. 13.
& conſil. 31. n. 10. & de penſion. quæſt. 44. in principio.

Hinc † etiam inuito reſignatario poteſt penſio re- 35
ſignanti aſſignari. Felin. in dict. cap. ad audientiam nu.
5. cum ſequen. de reſcrip. Caccialup. de penſion q. 5. n. 5.
Idque procedit, etiam ſi in litteris Apoſtolicis in qui-
bus conſtituta eſt penſio, nihil de ſucceſſoribus dictum
ſit. Caccialup. de penſ. q. 9. Ferret. conſ. 319. num. 4.
& 5. lib. 2. & conſ. 388. num. 8. & 15. Alſo. Aluarez
in ſpeculo Romao. Pontiſ. cap. 61. de penſioo. num. 14.
Rebuff. de paciſ. poſſeſſ. nu. 126. † nam poteſt agi hy- 36
pothecaria contra detinentem beneficium. Roma. conſ.
388. num. 5. Ber. conſ. 17. nu. 8. & ſeq. lib. 1. Ferret.
conſil. 73. competit actio perſonalis pro penſione con-
tra ſucceſſorem in beneficio, quia acceptando vide-
tur contrahere, vt fuit reſolutum in vna Mediola-
oen. die 10. Februarij 1552. coram Reomano, teſte
Caputaque. deciſ. 13. p. prima. Hinc intruſus ex quo † 37
rem habet, id eſt beneficium ac fructus percipit, tene-
tur ad penſionem, non autem verus beneficiarius, in ter-
minis Giga. conſ. 29. per totum ſicuti † intruſus & noo 38
verus beneficiarius tenetur ad charitatiuum Bellene. de
charit. ſobſid. quæſt. 34. ita & † qui litigat, ſi poſſidet, 39
tenetur ad penſionem. Rebuff. de paciſ. poſſeſſ. numer.
236. adeò quòd aliqui velint, vt ſucceſſor in beneficio † 40
teneatur etiam ad penſiones decurſas tempore præde-
ceſſoris mortoi. Caccialup. de penſ. quæſt. 11. Gig. quæſt.
39. numer. 13. vſque ad fin. & fuit reſolutum in Rot. in
vna Senen. teſte Achil. de Graſſ. deciſ. 1. de penſio. &
in vna Meliten. vt idem atteſtatur deciſ. 3. eodem titul.
& hanc eſſe communem & probabilem tradit Burſat.
dict. conſi. 361. oum. 20. vſque ad numer. 24. licet Caſ-
ſador. deciſ. 3. num. 2. & 3. loca. atteſtatur nondum Iu-
dicio Rotæ fuiſſe terminatum. Ant. Auguſt. lib. 3. con-
trouer. deciſ. 22. namque † ſucceſſor ſoluit iura Epiſco- 41
palia pro tempore etiam præterito quo ſuus auctor per-
cipit. Cardin. in clemen. prima quæſt. 11. de cenſib. &
poſſeſſor fundi † tenetur ad decimas prædiales de 42
præterito non ſolutas, Feder. de Sen. conſ. 81. inci-
pien. laicus. & conſ. 209. Gig. de penſio. dict. q. 44.
& conſ. 41. nu. 4.

Digitized by Google

Hinc scribit idem Gig. cons. 124. nu. 1. quòd si pos-
43 sessor beneficij † absque Canonico titulo soluerit pen-
sionem, deinde cogatur restituere fructus, computari
44 pensiooes solutas. Amplia vt † resignatarius teneatur
soluere pensionem, & non resignans post renunciatio-
nem admissam & acceptatam, etiam si fuisset oulliter
facta resignatio, vt fuit resolutum in Rota io vna Ispal.
pensionis, coram Ioan. Paulo, die 10. Iunij. 1541. teste
Mœdan. 216. de pension. Put. dec. 11. de pensi. in manusc.

Et ratio est, quia resignatarius percepit fructus ideo
non inspicitur ius, sed qui fructus percepit: nam ille te-
natur ad onus reale, iuxtà doctrinam Bartol. communi-
ter receptam in l. prima. C. de ann. & tribu. & in l. quæro.
45 ff. de vsufruct. legat. Castr. consi. 310. Potest † tamen
resignatarius dicere de pensione nulla, & iniusta ad il-
lam vel partem illius cassandam, vt fuit tentum in
vna Rhegien. coram Capizuce. teste Achill. de Grass.
dec. 8. de pension. Bursat. dict. cons. 361. num. 27. id-
46 que † non retardata solutione, Put. dec. 281. lib. 2. &
ita communiter da stylo seruatur, ipse tamen † debet
probare excessum Caputaq. dec. 299. n. 1. p. 2. limita
tamen in casu Caputaq. dec. 300. p. 2.

47 Et si fructus † fortuito casu non perceperit, non te-
netur soluere pensionem nam liberatur cedendo actio-
nes contra eos, qui manu hostili, vel alio modo perce-
perunt, ita fuit decisum io Rot. in vna Nouarien. coram
Rauellen. die 12. Decemb. 1544. teste Puteo, quem re-
fert & sequitur Bursat. dict. cons. 361. n. 29. oisi in litaris
fuisset dictũ, *Etsi fructus non perceperit*, nam hoc casu te-
neretur. Gig. de pens. q. 62. n. 10. liberabitur tamen
48 † etiam boc casu, si per multos annos fructus oon per-
cepit, nam promissio intalligitur de vno, vel altero
seu paucis annis, vt fuit resolutum in Rot. teste Ant.
Augustino lib. 3. decis. 707. in manuscript.

Dubium tamen est, à quo tempore teneatur resigna
tarius soluera pensionem. Respondit Card. Paris. cons.
45. num. 23. vol. 4. à die Datæ, nam ab illo tempore
liberatur, verior tamen est alia opioio, vt teneatur, † &
sit obligatus resignatarius soluere pensiooem à dia
præstiti consensus: nam ab illo tempore, ei fructus de-
bentur, vt supra dictum est, ab illo aodem tẽpore, ergo
obligatus existit arg. regul. secundũ naturã. ff. de regul.
iur. l. aum qui ff. de iure iuran. Si verò resignatio fuit
49 simplex, successor tenetur ad pensionem † à tempore
collationis sibi factæ, nam tunc ei est ius quæsitum
& hæc est communis opinio recepta ab omnibus, iux-
ta ea quæ supra dicta sunt.

Et scias, quòd licèt quis ceperit possessionem tem-
pore Maij, oon tenetur soluere terminum in natiuitate
50 sancti Ioannis Babtistæ de mense Iunij quia † diuisio
terminorum fit causa commodioris solutionis, & sic si
non percepit fructus non tenetur, quare erit obligatus,
qui percepit fructus illius anni, vt fuit resolutum in
vna Messanen. coram Mœdan. 12. Decembris 1544. teste
Put. decis. 189. libr. 2. quem vide.

Et quod dicimus de pensione vt illam teneatur sol-
51 uere resignatarius, † idem erit in alijs oneribus, quarta
& similibus, vt est communis omnium Doctor. senten-
tia, & ratio est, quia cum ipse possideat beneficium, &
percipiat fructus, æquum est vt ipse quoque ad oocra
teneatur illi beneficio incumbentia.

Lib. 1. qu. 8. num. 10. Ibi, Data securitate bancharia.

HOc verum, si post admissam resignationem, & consti-
tutam pensionem, dicta securitas bancharia data sit:
Nec per eam ius dictæ pensionis in aliquo augeatur. Secus
si ante constitutionem dictæ pensionis: hoc enim vltimo
casu, nisi cuncta summo Pontifici expressa, & ab eodem
cõprobata aatierior, datio illa vtiq; simoniaca cẽsebitur.

Eadem qu. n. 34. Ibi, Ex sola Pontificis aucto-
ritate & concessione.

CVm pensio non sit prophana, sed annexa spirituàli, vt
hodie tenet Rota, ista Flaminio Parisio infrà lib. 6. q. 4.
n. 54. versic. hodia autem. Hinc sæpius consuluimus, pen-
sionem (de media loquimur) semel apostolica auctoritate
super aliquo beneficio ecclesiastico impositam, nusquam
solo contractu aut conuentione partium alia (quàm à sum-
mo Pontifice præscripta) forma & materia constitui posse,
sed simili auctoritate opus esse. Nec mirum! Nam dum cui-
dam, qui nõ ita pridem in simile vitium (simoniæ videlicet)
inciderat, absolutio per Summum Põtificem nobis pro illo
aam prosequentibus) impertiretur, supplici desuper porre-
cto libello, subiunctum fuit Apostolicum decretum huius-
modi, & committatur ordinario viciniori, imposita ora-
tori aliqua pœnitẽtia salutari, ipsoqua ab executione suo-
rum ordinum, arbitrio eiusdem ordinarij suspenso: & citra
approbationem conuentionum seu pactorum suprãdictorũ.
Illud idem tenet Auctor lib. 6. q. 2. num 80. & num. 128.
Tu consule Caccialupum, in tractatu de pensionibus, qu.
19. pag. 58. circa finem, io impressis Romæ de anno 1519.
Adde à nobis notata iofra, lib. 6. qu. 4. nu. 51.]

¶ Ao quod ibi Duclosius ait verum sit pensionem non
esse prophanam sed annexam spirituali & io ea simo-
niam cadere dicemus infra lib. 6. q. 4. num. 54.

Ead. q. n. 1. Communis sententia est non teneri amplius.

¶ QVæstio hæc cum tribus Sequentibus veniunt aliter
decidẽdæ per ea quæ supra diximus. q. 16. n. 18. & di-
cendum resignantem etiam post admissam resignationem &
consensum præstitum pensionem aliaque beneficij resignati
onera sustinere & honores ac prouentus eiusdẽ percipere
debere donec resignatarius possessionem apprehenderit cũ
interim verè sit rector & dominus beneficij & fructuum.

QVÆSTIO IX.

An resignans post admissam renunciationem, teneatur recitare, horas canonicas, & quando resignatarius incipiat teneri.

SVMMARIVM.

1 *Resignans post renunciationem admissam non tenetur recitare horas canonicas, si alia ratione non tenetur.*
2 *Ratione beneficij quis tenetur ad horas canonicas.*
3 *Non percipiens fructus beneficij quis tenetur ad horas canonicas.*
4 *Resignãs post renũciationẽ nullũ ius habet in beneficio.*
5 *Resignans tenetur ad horas si ei fuerunt assignati omnes fructus loco pensionis.*
6 *Quid sint Horæ canonicæ.*
7 *Ad horas canonicas tenentur religiosi sacris initiati, & beneficia ecclesiastica obtinentes.*
8 *Peccat mortaliter cessans recitare septem aut vnam.*
9 *Habens beneficium non recitans Horas canonicas tenetur restituere fructus.*
10 *Religiosi, qua ratione teneantur ad Horas canonicas.*
11 *Sacris initiati cur obligantur ad Horas & num. 13.*
12 *Habentes minores ordines non tenẽtur recitare Horas.*
13 *Beneficiati tenentur suis orationibus ad deum intercedere pro laicis.*
14 *Presbyter renuncians beneficium tenetur ad Horas canonicas.*
15 *Resignatarius tenetur recitare Horas post collationem acceptatam.*
16 *Non recitans Horas post sex menses tenetur ad restitutionem fructuum.*
17 *Accipientes beneficia, & nescientes dicere Horas peccãt.*
18 *Expectantes beneficia debent præparare Breuiaria, & Horas addiscere.*

NOno quæro, An resignans post renunciationem
admissam teneatur recitare horas canonicas.
Communis opinio est negatiua, vt non teneatur,
† si ad illas astringebatur tantum ratione illius beneficii 1
resignati, vt scriptum reliquit Card. in §. 1. dist. 91. art. 8.
quem refert & sequitur Nauarr. in tracta. de horis cano-
nicis, cap. 7. n. 19. & n. 30. & in repet. ca. accepta. oppos.
5. n. 21. de restitut. spoli. & ratio est, quia non † tene- 2
tur ratione beneficii ad horas canonicas. c. quod à te.
c. diuersis fallaciis, de cleric. coniug. c. vlt. dist. 92. ac
cessante. de appel. latè Tira. in tract. cessante causa.
Quod confirmatur, quia si ille † qui non percipit fru- 3
ctus ex beneficio, neque per se neque per alium, nec

per eum stat quòminùs alter percipiat, non tenetur ad horas, quia cessat ratio obligationis. Paludan. in 4. distinct. 15. qu. 5. colum. 3. Card. in dict. §. 1. art. 14. & communiter Doct. vt per Nauar. dic. cap. 7. num. 28. vbi declarat, ergo eò magis in casu nostro, nam militat eadem ratio cùm non possit fructus percipere, immò
4 maior, † nam nullum ius habet in beneficio. Innoc. in cap. quod in dubiis, de renunc. & ibi communiter Doctores.

5 Quod limita primò, nisi † resignanti fuissent omnes fructus assignati à Sum. Pontifice loco pensionis, quia tunc verè beneficiarius est, ita Nauarr. dict. tract. de hor. canon. cap. 7. num. 30.

Secundò limita non procedere, si teneretur ad eas
6 recitandas ratione ordinis sacri, namque † horæ canonicæ sunt oratio publica sub certo numero psalmorum, lectionum, & aliorum huiusmodi à sanctis Patribus ad laudem Dei ordinata, & per septem congruentes horas distributa. Io. de lignan. in clemen. 1. de celeb. missarum, vbi Card. qu. 9. Albert. de Ferraris in c. 1. de celebr. miss. Turrecrem. in §. 1. dist. 91. art. 1. ad quas
7 horas † canonicas tria genera hominum tenentur, scilicet religiosi, sacris initiati, & beneficia ecclesiastica obtinentes, Card. Turrecrem. dict. §. 1. dist. 91. Palud. in 4. distin. 15. q. 5. colu. 1. & 2. D. Anton. in 3. p. tit. 13. §. 4. Abulen. c. 6. super Matt. Maior. dict. 4. dist. 12. & est communis opinio teste Nauar. dict. tract. de oratione & hor. canonic. c. 7. nu. 1. ver. secundo dico,
8 adeò vt qui istorum † omiserit recitare vel omnes septem, aut vnam, peccat mortaliter. Turrecrem. dict. §. 1. dist. 91. art. 5. Siluester. in summ. in verb. Hora. q. 12. Palud. dict. dist. 15. q. 5. col. 5. qui autem omnes septem non recitat semel, peccat mortaliter, quia vna tantum oratio est, nisi deliberatè proponat eas non recitare. Gerard. in tractat. de hor. canonic. quæst. 8. Nauar. vbi supra, & habens beneficium vltra pecca-
9 tum † mortale, tenetur restituere fructus perceptos, quod quamuis fuisset aliàs dubium, vt patet ex dictis per Abb. in ca. 1. nu. 5. de celeb. miss. hodie tamen est clarum ex decreto Leonis X. facto in Concilio Lateranen. in sess. 9. §. statuimus. vt licèt videre in constitutione XL. Leo. X. incipien. Super re. quod decretum est innouatum per constitutionem Pij V. incip. ex proximo, quarum constitutionum verba habentur per Nauar. in
10 Manual. c. 25. nu. 122. & religiosi tenentur, † quia Ecclesia approbat religiones ad vitam etiam contemplatiuam, vt non solùm pro semetipsis orent, sed etiam pro vniuersali Ecclesia. Diu. Ant. in 3. par. tit. 14. cap. 4. §. 2. & sustentatur, vt sint ministri Ecclesiæ. Palud. in 4. distinct. 15. q. 5. col. prima. quamuis Caietan. in sum-
11 mula. verb. Horarum. §. 1. contradicat. Sacris † initiati tenentur, cùm sint deputati ad ministerium diuinum. c. 1. de celebr. miss. c. presbyter. distinct. 91. Præpos. in c. presbyt. dist. 28. non † autem in minoribus ordini-
12 bus constituti, vt est communis omnium sententia. be-
13 neficiati † verò tenentur vt suis ad Deum orationibus intercedant pro laicis, qui persoluunt decimas, & dicta beneficia fundarunt, & laudent Deum pro eis qui id facere nequeunt propter occupationes. Card. Turrecrem. dict. §. 1. dist. 91. Diu. An. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 1. vnde redeundo ad propositum, si quis est constitutus in
14 ordinibus sacris, & habeat beneficium, † licèt illud beneficium resignet, est tamen obligatus recitare horas Canonicas ratione ordinis sacri, nam qui tenetur ex duplici causa, vna cessante remanet ex alia obligatus, not. in §. affinitatis. insti. de Nuptiis.

Dubium tamen est, quando teneatur resignatarius recitare horas. Nauarr. in dict. tract. de orat. & hor.
15 canon. affirmat teneri statim † post collationem acceptatam, quia per solam collationem ante possessionem quæritur ius in re & dominium. cap. si tibi absenti. cap. penul. de præbend. libr. 6. cum ibi not. Contraria tamen opinio est verior ac crebrior, & in praxi obseruata, vt sit obligatus recitare horas post captam possessio-
16 nem, quia tunc fructus percipit, & incurrit pœnam † restitutionis fructuum, si post sex menses ab obtento beneficio non recitauerit horas, vt expressè dicitur in dictis constitut. Leonis X. & Pij V. de quibus Nauar. in Manual. cap. 25. num. 122. & ita tenet idem Nauar. consil. 14. de celebr. miss.

Peccant tamen † accipientes beneficia & nescientes 17
dicere horas, vt egregiè tradit Nauarr. in tractat. de hor. canon. ca. 11. num. 20. arg. l. idem iuris. §. vltim. ff. ad leg. Aqui. ibi. Nemo debet accipere officium, ad quod per inscitiam non est idoneus. Ideò inquit Nauar.
loco cit. num. 27. quòd † expectantes beneficium vel 18
per viam collationis, vel per viam resignationis aut electionis, vel præsentationis, debent sibi præparare Breuiaria, & discere modum recitandi Horas, vnde multò magis peccant accipientes beneficia & non dicentes Horas, ex argumento à maiori, Auth. multò magis. C. de sacrosan. Eccl.

Lib. 1. qu. 9. num. 5. ibi, Nisi resignanti fuissent omnes fructus assignati a summo Pontifice loco pensionis.

HViusmodi assignationem non recipiunt Galli, quibus visum est, pensionem, quæ tertiam annui fructus partem excedat, tolerari non debere. Rebuff. in praxi beneficiali tit. de reseruat. nu. 18. 19. & 20. Sed de his nos fusiùs infrà. lib. 6. q. 5. num. 10. & 42. deo dante disseremus. Interim notandum quòd si forsan media reseruaretur, illa non esset ab oneribus libera: Secùs si tertia tantùm pars eorundem fructuum retineretur. Notandum insuper. de stylo Romanæ curiæ nouissimo, in constitutionibus pensionum, & reseruationibus fructuum, non ampliùs (saltèm quod pertinet ad beneficia huius Regni) concedi clausulam, quorum medietatem ipsa pensio non excedit. Sciendum tamen est, neutram dictarum clausularum (dimidiæ videlicet, aut tertiæ partis) in reseruationibus seu constitutionibus super fructibus parochialium ecclesiarum seu earundem perpetuarum vicariatum apponi consueuisse: sed loco earundem, hanc. (& dummodo ex fructibus dictæ ecclesiæ centum ducati liberi annuatim, pro tempore existenti illius Rectori remaneant) suffectam esse Idque iuxta sacro sancti Concilij Tridentini Decretum sess. 24. cap. 13. versic. adhæc in posterum. De reformat. Quorum quidem ducatorum valorem, iuxta cuiusque regionis morem intelligendum esse, decidit Rota die 31. Martij 1594.

q. 9. num. 1. Teneatur recitare horas canonicas.

5 HOræ canonicæ ex antiqua institutione & maximè dauidis dicêtis ad deum, septies in die laudem dixi tibi, per Apostolos semel in Ecclesiam translatæ feliciter perseuerant. Tertullianus cap. 10. aduersus psichos agit in primis de tribus insignioribus, vt vocat, ab Apostolis ex Iudæorum fontibus in Ecclesiam deductis nempe tertia, sexta, nona, quibus & alias duas super additas docet Sanctus Cyprianus de orat. domin. nimirum matutinam & vespertinam earumdemque omnium originem simul & mysteria explicat. demum diuus Athanasius de virg. prætes istas quinque, duas alias memorat eam videlicet quæ oriente sit sole & quæ media nocte & omnium septem mysteria exponit, plura vide apud Baron. Et Spondanum ad annum 34. vnde hæc excerpta sunt. Cæterum istæ septem horæ ideò maximè ab Apostolis obseruatæ & ad posteros sacris precum officiis transmissæ noscuntur, quod totidem insignibus dominicæ passionis actibus fuerunt consecratæ vnde versus quos refert glossa in cap. 1. de celebrat. Missar. in verbo septenarius. Hæc sunt septenis propter quæ psallimus horis. Matutina ligat Christum qui crimina purgat, prima replet sputis, causam dat tertia mortis, Sexta cruci nectit. Latus eius nona bipertit, Vespera deponit, tumulo completa reponit.

Google

QVÆSTIO X.

An resignans post resignationem, teneatur residere in beneficio resignato, & hac sumpta occasione, ponuntur qui teneantur ad residentiam, & quibus pœnis afficiantur non residentes, & quæ priuilegia habeant residentes.

SVMMARIVM.

1 *Resignans post renunciationem non tenetur residere.*
2 *Residentia ratione beneficij.*
3 *De iure cõmuni etiam beneficia simplicia requirunt residẽtiam, licèt contrariam seruetur de consuetudine.*
4 *Residere nihil aliud est quàm deseruire.*
5 *Papa tenetur ad residentiam.*
6 *Papa habet curam omnium Christianorum.*
7 *Papa post renunciationem non tenetur ad residentiam.*
8 *Cardinalis tenetur residere in Curia.*
9 *Cardinalis post renunciationem Cardinalatus non potest cogi stare in Curia.*
10 *Patriarcha tenetur residere.*
11 *Primas tenetur residere, non autem post cessionem.*
12 *Archiepiscopus cogitur residere.*
13 *Episcopus tenetur residere, non autẽ post renũciationẽ.*
14 *Canonicus dum habet canonicatum debet facere residentiam.*
15 *Parochus tenetur residere.*
16 *Curatus post renunciationẽ non arctatur ad residẽtiam.*
17 *Canonicus renuntians canonicatum reseruatis fructibus non potest agere aduersus resignatarium pro distributionibus quotidianis.*
18 *Resignatarius tenetur residere, postquam cepit possessionem.*
19 *Capta possessione resignatarius est verè beneficiarius, & debet Ecclesiæ inseruire.*
20 *Resignatarius ante captam possessionem non potest se ingerere in beneficio resignato.*
21 *Resignatarius non residens in beneficio resignato priuatur.*
22 *Priuatio est pœna non residentium.*
23 *Cardinalis non residens in Curia post monitionem potest priuari.*
24 *Cardinales debent residere in Vrbe.*
25 *Cardinales sunt latus Papæ.*
26 *Cardinales faciunt vnum corpus cum Papa.*
27 *Cardinales non possunt à Curia discedere sine licentia Papæ.*
28 *Tempore Iulij fuerunt aliqui Cardinales priuati.*
29 *Episcopus non residens in suo Episcopatu potest excommunicari.*
30 *Episcopus non residens post legitimam monitionem debet detrudi in monasterium.*
31 *Episcopus non residens potest priuari.*
32 *Qua pœna puniantur hodiè Episcopi non residentes ex Concilio Tridentino.*
33 *Ex qua causa Episcopus possit abesse à suo Episcopatu.*
34 *Nimis vituperabile est Episcopum non residere.*
35 *Per residentiam saluti proximorum intenditur.*
36 *Malus prælatus valdè nocet Ecclesiæ Dei.*
37 *Malus prælatus non est ferendus.*
38 *Episcopus residens, pluribus priuilegijs decoratur.*
39 *Episcopi non possunt citari, nisi de commissione Papæ.*
40 *Episcopi non possunt citari vt Romam veniant, nisi ex causa ex qua venirent deponendi.*
41 *Causæ Episcoporum cognoscuntur ab Auditore Cameræ.*
42 *Horatius Burghesius Auditor Cameræ laudatur.*
43 *Episcopi residentes possunt procedere aduersus quoscumque.*
44 *Episcopi residentes sunt exempti ob omnibus oneribus.*
45 *Episcopi residentes gaudent alternatiua.*
46 *Quid est alternatiua.*
47 *A principio collatio omnium beneficiorum spectabat ad Papam.*
48 *Papa est Dominus omnium.*
49 *Romani Pontifices concesserunt episcopis facultatem conferendi.*
50 *Quando episcopi conferebant in omnibus mensibus, gratiæ expectatiuæ non dabantur.*
51 *Gratiæ expectatiuæ non reperiuntur in libris decretorum.*
52 *Gratiæ expectatiuæ sunt prohibitæ à Concilio Tridentino.*
53 *Antiquo tempore confusè conferebant Episcopi.*
54 *Locus præuentionis inter Papam & Ordinarios.*
55 *Episcopi residentes possunt conferre in sex mensibus.*
56 *Episcopi non residentes habent quatuor menses.*
57 *Potestas & facultas videtur dari cumulatiuè.*
58 *Episcopi absentes causa reipublicæ habent alternatiuam.*
59 *Absens ex iusta causa non dicitur abesse.*
60 *Curati non residentes quomodo puniantur.*
61 *Curati absque licentia episcopi post monitionem possunt priuari.*
62 *Canonici non possunt vltra tres menses abesse.*
63 *Canonici non residentes qua pœna puniuntur.*
64 *Canonici non interessentes diuinis officijs, amittunt distributiones quotidianas.*
65 *Canonici non possunt percipere distributiones quotidianas, tempore trium mensium, quibus licet abesse.*
66 *Beneficium simplex de iure commune requirit residentiam.*
67 *Beneficium simplex de generali consuetudine non requirit residentiam.*
68 *Pensionarius non tenetur residere.*
69 *Pensio est beneficium.*
70 *Cap. 6. sess. 23. de reform. Conc. trid. non comprehendit pensionarium.*

DEcimò quæro, An resignans post renunciationem admissam & ibi consensum præstitum teneatur residere in loco beneficij, vt anteà
tenebatur. Omnium Docto. recepta † sententia est ne- 1
gatiua, & ratio † est euidens, quia quis tenetur ad resi- 2
dẽtiam ratione beneficij. Inno. in c. cum ex tua. de
cler. non residen. Archi. in c. peruenit. nu. 4. 7. q. 1. &
de iure communi, † etiam simplicia beneficia requi-
runt residentiam. Abb. in cap. super inordinata. num. 5. 3
de præbend. Archid. in cap. clericis. sub. num. 4. 21.
q. 1. Dec. in cap. cum omnes. num. 6. lect. 1. de const.
Idem Dec. in c. de monachis. §. sed hæc. num. 6. de
præb. & in c. peruenit. nu. 2. & 4. de appellat. cum
aliis allegatis a Gig. de pens. q. 31. communis opinio
teste Nauar. in suo manual. c. 25. num. 112. quamuis
contrarium seruetur de consuetudine, ideò residere † 4
nihil aliud est, quàm deseruire. Arch. in d. c. peruenit.
nu. 7. 67. q. 1. cessante igitur beneficio per renunciatio-
tionem, cessat & obligatio residendi & deseruiendi
in illo beneficio. c. cum cessante de appella. &
hæc conclusio nullam habet difficultatem, & ideo
Papa † qui tenetur ad residentiam. Io. Sel. de benef. p. 4. 5
q. 1. ver. siue etiam sit Papatus, propter curam quam
habet † omnium Christianorum, Car. Iacoba. de conc. 6
lib. 10. art. 1. num. 50. & lib. 6. art. 1. num. 5. & libr. 7.
art. 7. o. 36. Albin. de Pontif. potest. in verbo Diuini
numinis. num. 81. Franc. Vargas de aucto. Pontif. con-
firmatione 5. n. 3. † post renunciationem amplius non te- 7
nebitur, cum cesset causa, propter quam tenebatur, &
ideo † Cardinales qui tenentur in curia Romana reside- 8
re, Abb. in cap. 2. num. 2. ver. nota 1. de cle. non re-
siden. Præpos. in cap. filium vestrum. nu. 2. prima qu. 1.
Domin. Sot. quem refert & sequitur Alf. Hoied. de in-
compat. benef. p. 1. cap. 2. num. 6. & sub nu. 15. & 2.
par. c. 2. ou. 2. Host. in cap. Bonæ memor. ou. 1. de
postulat. prælat. † post renunciationem Cardinalatus 9
non coguntur in curia permanere cum cesset causa obli-
gationis, & ita communiter seruatur. Hinc † etiam Pa- 10

triarcha qui tenetur residere. Gig. de resid. episcop. c.
vlt. n. 5. Dom. Sot. lib. 2. de iust. & iur. q. 3. Hoied. di.
tract. p. 1. c. 17. nu. 1. post illius renunciationem am-
plius non tenebitur.
11 Hinc etiam † Primas qui tenetur residere. Gig. loc.
citat. Thom. Campeg. de resid. episc. Hoied. d. cap. 17.
num. 1. post renunciationem amplius non astringitur.
12 Hinc † etiam Archiepiscopus qui tenetur etiam reside-
re. Caiet. de pastor. resid. Domin. Sot. dic. libr. 2. de
iust. & iur. q. 3. & alij communiter infra citandi, post
renunciationem Archiepiscopatus non tenebitur, quia
13 cessat causa obligationis, & ita communiter practica-
tur. Hinc etiam † Episcopus qui tenetur in suo episco-
patu residere. D. Th. 2. 2. q. 185. art. 5. & ibi Caiet.
Turrecrem. in c. peruenit. in prin. 7. q. 1. Gig. d. tract.
c. 2. Card. Alban. de auctoritat. Papæ p. 2. nu. 36. post
renunciationem Episcopatus non tenebitur, cum cesset
causa ea qua tenebatur, & ita seruari videmus.
14 Hinc † etiam Canonicus qui tenetur residere in suo
Canonicatu, Abb. in cap. dilecti. n. 1. & 2. cum seq. &
ibi Bal. & Dec. n. 1. de appel. idem Abb. in c. inter
quatuor. n. 1. & 6. Imo. & communiter alij de cler. non
resident. Archid. in c. si qui. num. 17. q. 1. Host. in sum.
tit. de præben. n. 1. Io. Selu. de benef. p. 4. 1. q. nu. 3.
Rebuff. in sua praxi. tit. dispensatio, de non residendo.
n. 1. post renunciationem canonicatus non tenebitur,
quia cessat causa obligationis, vt suprà.
15 Hinc etiam † parochus & habens curam animarum,
qui tenetur residere, vt communiter tradunt Doctor. in
c. de multa. de præben. & ibi Abb. nu. 2. c. non nulli.
de cler. non resident. cap. ordinarij. de off. ord. lib. 6.
c. cum singula. de præben. eodem lib. clemen. gratiæ. de
rescrip. extrauag. execrabilis. Ioan. 22. de præb. cap.
16 quia in tantum. de præben. † post renunciationem non
tenebitur ad residentiam, cum cesset causa cur teneba-
tur, id est cura animarum. Ecclesiast. c. 32. Ezechiel.
cap. 3. & ca. 34. Ierem. c. 12. Io. c. 10. Petr. in 1. c. 5.
Pau. act. 20. Damas. Epist. 4. latè Greg. in suo pastoral.
& plurima huius generis deduxi in tract. de residen.
benef. quem præ manibus habeo, & hæc procedunt
17 etiam si quis resignaret reseruatis † omnibus fructib. &
stallo in choro namque iste non potest agere aduersus
resignatarium pro distributionibus quotidianis, quia
illas amisit ob non residentiam, vt fuit resolutum in vna
Burgen. fructuum. 29. Octob. 1581. coram Cantuccio.
Dubium tamen est quando tenetur resignatarius resi-
18 dere, communis opinio ex stylo ab omnibus recepto †
est, vt teneatur residere postquam ceperit possessionem
19 illius beneficij resignati, quia tunc est † verè benefi-
ciatus, & ad eum spectat inseruire in illo beneficio.
Dec. in cap. cum omnes. n. 6. lect. 1. de consti. Præposi.
in c. si quis. nu. 2. dist. 92. Marc. Ant. Marsi. de reddit.
20 eccle. c. 20. nu. 1. cum seq. & hoc nota, quia post †
consensum præstitum & ante captam possessionem non
potest se ingerere in illo, vti latissimè dicetur, vnde
requiritur possessio.
Et non abs re erit quærere qua pœna puniatur re-
signatarius non residens in beneficio resignato post
captam illius beneficij possessionem, communis res-
21 ponsio Doctorum † est, esse priuandum. Host. in cap.
peruenit. nu. 4. de app. & in sum. tit. de cler. non resi-
den. num. 3. & sub nu. 5. nam hæc ea frequentiori cal-
22 culo Doctorum † est pœna non residentium. Siluestr. in
sum. verò. residentia. num. 5. Bened. Capra. in tract.
fallen. reg. 91. n. 42. cum alijs, vt per Io. Selu. de be-
nef. lib. 4. cap. 3. in prin. Alf. Hoied. de incompat. be-
nef. p. 1. c. 4. Rebuff. in praxi. in tit. de mod. amit. be-
nef. nu. 50. sed quia huic opinioni aduersatur Card.
Alex. in c. si quis in clero. nu. 4. 7. q. 1. ex illo text. &
aliis, ideò sigillatim in materia vtili residentiæ sunt
considerandi plures casus, quamuis aliqui ipsorum ad
rem nostram non faciant, & quid hodie seruetur ponen-
23 dum, quorum primus erit in † Cardinali non residente
in curia, qui poterit post monitionem priuari vt proba-
tur in cap. ea gestis. de cler. non resid. vbi omnes Docto-
res, & in specie optimè Abb. n. 2. ver. not. 3. & Leo X.
in constitutione edita in Conc. Later. de anno 1515.
incip. supernæ. in Bullario, vndecima in ordine, statuit
vt omnes † Cardinales in Romana curia resideant, & 24
imponit pœnam aduersus inobedientes, & patet ex
constitutione Pauli IV. fol. 578. in Bullario, cum sint † 25
latus Papæ. Host. in cap. dilectus. n. 2. de præb. & fa-
ciant vnum corpus cum † Papa. Idem Host. in cap. an- 26
tiqua. de priuileg. Arch. in cap. cum redemptor. &c.
Abbatibus. q. 2. Roman. cons. 418. & ideo non possunt
Cardinales à Curia discedere sine † licentia Papæ. Car- 27
dinalis Alex. in c. filium vestrum. num. 2. 1. q. 1. & sa-
tis colligitur ex allegatis constitutionibus Leonis X. &
Pauli IV. & huiusmodi priuatio hodie † non irrogaretur 28
nisi ob contemptum magnum, vt accidit tempore Iulij
II. vt per Guicci. lib. 9. & 10.
Secundus casus est in Episcopo non residente in suo
Episcopatu, † nam in Concilio Nicæno fuit statutum 29
posse excommunicari post monitionem, vt habetur in
ca. si qui vero. 7. q. 1. in Conc. Agat. vt possit triennio
à communione suspendi, vt habetur in ca. si quis. 7. q. 1.
Gregorius Papa Anthemio subdiacono. lib. 5. Epistola
22. c. 123. scribit Monasterio † esse detrudendum post 30
legitimam monitionem, vt dicitur in c. peruenit. 7. q. 1.
& ibi Præpo. in prin. Gig. de resid. Epis. c. 3. n. 14. In-
noc. III. in cap. qualiter. de cle. non resid. pœnam pri-
uationis imponit. † hoc idem videtur facere Iustinianus 31
Imperator in auth. quomodo oporteat Epis. coll. 9. §.
illud. & in Auth. de sanctis. Epi. §. & interdicimus. Dur.
de mod. gener. Concil. celebran. tub. 35. n. 5.
Hodie autem † seruatur quod dicitur in c. 1. §. si quis. 32
sess. 6. de refor. sub Paulo III. in Concil. Triden. vbi
dicitur, quòd si absque causa rationabili per sex men-
ses abfuerint, incurrant ipso iure pœnam quartæ partis
fructuum vnius anni, & si per alios sex menses perseue-
rauerint, amittant aliam quartam partem fructuum fa-
bricæ Ecclesiæ, aut pauperib. loci applicandam crescen-
te contumacia. Metropolitanus suffraganeos Episcopos
absentes, Episcopus antiquior Metropolitanum absen-
tem sub pœna interdicti infra tres menses denunciare
debent summo Pontifici, qui prouidebit prout contu-
macia exegerit, & de pastoribus vtiliorib. prouidere
poterit, & hoc fuit confirmatum per Pium IV. vt patet
in sua constitutione 37. incip. de salute gregis. sub da-
tum Romæ anno 1560. pridiè nonas Octobris Pontifica-
tus anno primo. Idémque postea fuit innouatum in eo-
dem Conc. Tridentino, vt patet in cap. primo, sess. 23.
de reform. §. si quis autem. sub eodem Pio IV. vbi etiam
& clarius exprimitur dictos fructus amitti absque de-
claratione & ideò esse restituendos, tanquam malè per-
ceptos, si perceptos esse contra ipsius decreti disposi-
tionem reperiatur, & causæ ea quibus licet abesse ibi
exprimuntur, † scilicet ob euidentem Ecclesiæ aut Rei- 33
publicæ vtilitatem, prout summ. Pontifex iudicauerit.
Gig. de resid. Episcop. cap. 12. num. 6. nimis enim vitu-
perabile † est Episcopis non residere, & imputatur le- 34
uitati ac impudentiæ. Turrecrem. in can. peruenit. 7.
quæst. prima. & in can. non cessat. 2. q. 7. nam negligit † 35
operationem per quam saluti proximorum intenditur.
D. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 1. qu. 184. art. 5. Archiep.
Floren. in sum. p. 3. titu. 20. cap. 1. & ob id solet dici
quod nemo plus nocet in Ecclesia Dei † quàm malus 36
Prælatus. D. Gregorius in suo pastoral. part. 1. cap. 2.
Turrecrem. in cap. Nemo. 83. distinct. & tali casu † non 37
esse ferendum docet Petr. de Baisio in direct. ele. in ter-
tia par. cap. 49. numero 9. & è contrario, residens vl-
tra quod facit quod debet, pluribus priuilegiis † de- 38
coratur, nam residentes non possunt citari ad compa-
rendum in Romana curia pro quocumque delicto, & à
quocumque Iudice, † nisi de commissione Papæ, vt 39
voluit glo. memor. Pius IV. in dict. constitutione 17.
incipien. de salute Gregis. anno 1. & in §. eosdem. ad
quod facit tex. Concil. Triden. cap. 6. sess. 13. de re-
form. dum vult. Episcopos † non posse citari, vt Ro- 40
mam veniant, nisi ex causa, ea qua venirent deponen-

Digitized by Google

di & ea speciali commissione summi Pontificis, vt di-
citur in cap. 5, sessio. 24. de reformat. ex auctoritatibus
& rationibus quas ponit Leli. Iordan. in tract. de orig.
41 Rom. Sed. per totum, & hodiè has causas † Episcopo-
rum ex speciali mandato summi Pontificis, ac eius vo-
luntate ordinaria cognoscit, & iudicat Auditor Came-
ræ, qui nunc est Illustrissimus & Reuerendissimus Do-
42 minus Horatius † Burghesius vit tùm vitæ integritate,
tùm doctrinæ magnitudine & experientia nulli inferior.
43 Et Episcopi residentes gaudent prærogatiua, † vt possint
in quibuscumque ciuilibus & criminalibus & mixtis
causis contra quoscumque clericos etiam exemptos ac
regulares extra claustra degentes procedere, vt in ea-
dem constitutione 17. Pij IIII. dicitur in §. & insuper. ad
quod facit cap. 4. sess. 24. Concil. Tride. de refor. & cap.
3. sess. 6. de reform. &c. 14. sess. 25. de regula.

44 Ac † etiam sunt exempti ab omnibus oneribus ordi-
nariis & extraordinariis, vt idem Pius IV. voluit in ci-
tata constitutione 17. §. Nec non.

45 Et insuper † Episcopi residentes gaudent alternatiue,
46 vt possint conferre in mensibus † Februarij, Aprilis,
Iunij, Augusti, Octobris, & Decembr. vt scribit Sta-
phil. de expectat. nu. 6. Sarn. in eod. tract. nu. 13. Pius
V. in constitutione 164. incipien. sanctissimus. anno 1566.
Pontif. anno primo. Gregorius XIII. in constitutione
6. incipien. sanctissimus. anno 1572. Pontif. anno primo, &
D. Nost. Sixtus V. in constitut. 18. incipient. Sanctissi-
mus. anno 1585. Pontific. anno primo. A principio enim
47 collatio † omnium beneficiorom ad Roman. Pontificem
spectabat in Vrbe & in toto Orbe, capitul. 2. de præ-
bend. libro sexto Clement. 1. vt lite pendent. Archidia-
con. in cap. statutum. sub nu. 3. de præben. lib. 6. Gaspa.
de Perus. in tractat. benefic. in prin. nume. 1. quia ipse
48 † est Dominus omnium. can. postquam. §. his ita. in
princip. 1. quæst. 2. can. si quis deinceps. 17. quæst. 4.
can. si quis requirit. 27. quæst. 1. can. Adrianus. dist. 68.
can. cuncta. 9. quæst. 3. can. omnis anima de cens. can.
49 1. in fin. de pœnit. dist. 6. Postea verò attribuerunt †
Romani Pontifices Episcopis omnimodam potestatem
conferendi in eorum Ecclesiis. Innocent. in capit. postu-
lasti. de iure Patronat. glo. magna in capitul. quandam.
eodem titulo libr. 6. cum aliis, vt per Abb. in disput.
sua incipient. Augerio. in secundo dub. principali, co-
lum. 2. versi. secundo probatur. & in c. 2. not. 2. de restit.
spolit. & in capit. cum olim. colum. 2. de maio. & obed.
& tunc cœperunt Episcopi habere dispositionem om-
nium beneficiorom suæ diœcesis. can. regenda. 10. quæst.
1. can. omnes basilicæ. 16. quæstio 1. capit. conquerente.
de offi. ordinar. cap. quia diuersitatem de concess. præ-
bend. capitu. ad aures. de excessibus prælat. Rot. deci-
50 sion. 4. de concess. præbend. in nou. † & eo tempore
gratiæ expectatiuæ à summo Pontifice nequaquam con-
cedebantur. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. rubric.
de concess. præben. Æneas de Falcon. de reseruatio.
benefic. numero primo. prælud. 1. & ideò non repetiun-
51 tur in libris † Decretorum, Ioann. Andr. in capitulo
duobus. de rescripr. libro 6. Abba. in capitul. manda-
tum, colum. 2. eodem titul. Postea incœperunt sum-
mi Pontific. dare litteras expectatiuas, parcè tamen,
Abb. in capitul. constitutus, primo not. de rescript. & de-
52 mùm indistinctè vsque ad prohibitionem factam † per
Concilium Trident. capitul. 19. sess. 24. de reformat.

53 Nec reperiebatur limitata potestas † Episcoporum,
sed confusè ipsi conferebant ac etiam Papa, & inter
54 illos erat locus præuentioni, † ex quo collatio primò
facta præferebatur, cap. duobus vbi gl. in verb. si appa-
ret. de rescrip. lib. 6. gl. in cap. si à sede. de præben.
lib. 6. cum aliis vt per Menoch. tract. de arb. iud. cas.
48. num. 5. cum seq. vnde plures oriebantur lites,
55 ideo vsus successiuè introduxit, vt Episcopi † residen-
tes haberent sex relatos menses, Episcopi non residen-
56 tes quatuor dumtaxat, † scilicet mensem Martij, Iu-
nij, Septembris, & Decembris, vt ex citatis constitu-
tionib. apparet. Quare potestas ipsorum Ordinariorum
generalis in omnibus mensibus hodiè est limitata. Rot.
decis. 4. de præben. in nou. & decis. 27. eod. tit. & lib.
Card. Paris. consil. 34. in prin. vol. 4. Cassad. dec. 4. n. 2. de
præbend. Crauet. cons. 322. col. 2. namque quamuis Ro-
mani Pontifices transtulerint omnimodam potestatem
circa hoc, multo maiorem tamen penes se retinuerunt.
cap. dudum. §. not. cap. quamuis. 2. de præben. Cald.
cons. 3. de præb. & huiusmodi † potestas videtur data 57
accumulatiuè, non priuatiuè. Io. Monach. in cap. si eo
tempore. de elect. li. 6. Bal. in cap. 1. in prin. qui feu
dare pos. Selu. de benefi. p. 3. qu. 29. Rip. lib. 1. res-
pons. cap. 15. Schaph. tract. de expect. nume. 8. & fuit
resolutum in his terminis mense Ianuario de anno 1538.
Et hanc alternatiuam † habent Episcopi absentes causa 58
Reipublicæ, vt censuit sacra congregatio Concilij 9.
Iulij 1573 quia absens † ex iusta causa non dicitur abes- 59
se. cap. ex par. 2. de cle. non residen. cap. vnico. eod.
tit. lib. 6. glo. in cap. de cætero. extr. eo. tit. Card. in
cle. vt hi qui. qu. 9. de ætat. & qualit. Card. Paris. cons.
31. nn. 3. & 4. vol. 4. Fed. de Sen. cons. 246. Calden.
cons. 17. de præben.

Tertius casus in † curatis non residentibus, namque 60
Concilium Tridentin. dic. cap. primo. sess. 23. de refor.
in §. eadem, omninò mandat idem obseruandum quoad
culpam. amissionem fructuum, & pœnas, vt dictum est
de Episcopis, & stylus obseruat, vt si habentes curam
animarum discedant † absque licentia Episcopi, post 61
monitionem possint priuari: vt etiam exprimitur in dict.
capitul. primo. §. quod si per edictum citati.

Quartus casus in canonicis non residentibus, Con-
cilium Tridentinum cap. 12. sess. 24. de reform. §. præ-
terea. disponit. † vt eis non liceat vltra tres menses ab 62
eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, alioquin primo
anno priuetur † vnusquisque dimidia parte fructuum, 63
secundo anno priuetur omnibus fructibus, crescente
verò contumacia priuetur canonicatu. Et si canonici
aliqua die non inseruiunt, † amittunt distributiones 64
quotidianas illa die competentes, cap. vnico, de cler.
non resident. vbi Geminian. Anchar. Franc. & alij om-
nes Io. de Sel. de benef. p. 4. q. 1. Alfons. Hoied. de in-
compat. benef. p. prima cap. 17. num. 3. & faciunt cap.
perueniet. 2. de appella. cap. inter quatuor. de cleric.
non resid. cap. ad audientiam. & cap. de cætero. eodem
titulo. & dicto tempore trium mensium † quo licet ab- 65
esse, Canonici non poterunt percipere distributiones
quotidianas, vt censuit sacra congregatio Concil. etiam
si consuetudo esset in contrarium, vt in Toletan. die se-
cundo Augusti. 1584. censuit eadem sacra Congregatio.

Quintus casus † in habentibus beneficia simplicia, 66
quia quamuis de iure communi teneantur ad residen-
tiam. can. sanctorum. dist. 70. cap. ex parte. de offic.
Vicar. cap. conquerente. de cleric. non resid. Host. Inn.
& Ioan. And. in cap. vlt. de cler. non resid. Petr. Rebuff. in
praxi. tit. de dispensat. de non resid. Io. de Selu. de
benefi. 4. part. quæstione prima, & est communis opi-
nio teste Nauarr. in Manual. c. 25. num. 12. Generalis
tamen consuetudo totius orbis † est in contrarium, vt 67
attestatur Hoied. de incompat. benefi. p. 1. cap. 17. num.
26. & valida est. Panorm. in cap. tuæ in fine de cler. non
resid. & in cap. cum omnes. num. 2. de consti. & est com-
munis opinio teste eodem in c. extirpandæ. §. qui verò
num. 31. de prebend. Mandos. reg. prima Cancel. qu.
13. num. 8. & in addit. ad alleg. Lap. 35. in liter. B. ideo
nulla erit dubitatio, sicuti neque in pensionariis, qui
nequaquam tenentur † ad residentiam. Arch. in cap. vlt. 68
qu. 11. de cler. non resid. & in cap. quamuis. primo
numer. 2. ver. pro videri. Io. And. in verb. in pensione.
Fran. in 2. not. Anchar. num. 2. vers. 3. collige. Gemin.
in finalibus verbis de præb. li. 6. Io. Anan. in cap. non
satis. col. 2. de simon. Sarn. de anna. quæst. 21. Gig. de
pension. q. 31. numer. 4. & est communis opinio, cum
pensio † non sit beneficium. Abb. in cap. ad audien- 69
tiam. 2. de rescript. & ibi Fel. Selu. de benefic. par. pri-
ma. q. 3. Alfons. Hoied. de incompat. benc. p. 1. in præfat.
n. 3. & in parte 2. c. 7. n. 4. Saro. de grat. expectat. verbo,
gratias. n. 92. Staphil. in eode tract. verb. forma noua, n. 12.

Digitized by Google

8 Ideò censuit sacra congregatio Concilij 19. Iunij 1586. † cap. 6. sess. 23. de reform. non comprehendere eum cui fuit reseruata pensio vti clerico, si non incedat in habitu & tonsura.

Lib. 1. q. 10. n. 2. Ibi, Qua quis tenetur ad residentiam.

RESidentia autem personalis duplex est, vna videlicet quam quis post adeptam beneficij possessionem, & ante eiusdem beneficij fructuum (quos grossos vocant) perceptionem, in ciuitate & loco beneficij, ad tempus (puta sex mensium, vel aliud) facere compellitur. Vt in Narbonensi, Bitterensi, Conuenarum, & plerisque alijs huius Regni Cathedralibus Ecclesijs, iuxta earundem statuta obseruari audiuimus; & hæc, prima dicitur, cuius meminit notanda & singularis glosa Domini *Cosmæ* Guimier, in Rubrica, qualiter horæ canonicæ sint dicendæ extra chorum in ver. teneantur. fol. 330. vers. in pragmat sanct. Altera vero est, quàm quilibet ratione beneficij, non simplicis a se obtenti, facere tenetur; & ista continua, seu assidua, vel perpetua vocitatur. Duas autem species necessitatis residendi, ponit Innocentius in cap. fin. de cleric non residen. vnam scilicet qua quis continuò seruiendo residere tenetur: Alteram verò qua quis vt beneficij fructus lucretur, seruire debet, & propter priorem ait propter posteriorem autem negat idem Innocentius, posse quem priuari beneficio. *Ex* quibus (iuxta Nauarri sententiam consil. 4. eodem tit.) infertur, beneficiato duplicem incumbere ad residendum obligationem vnam quidèm ad residendum continuè seruiendo, alteram autèm ad seruiendum ne perdat fructus beneficij residentiam requirentis.

Eodem quæst. n. 56. Ibi, Quare potestas ipsorum ordinariorum generalis, in omnibus mensibus, hodiè est limitata.

HOc verum in patria obedientiæ, hoc est (vt Probus in additionibus ad glosam pragmaticæ sanctionis in §. Item quòd vniuersitates in verbo beneficiorum addit. 6. de collat. exponit.) in Prouincia Prouinciæ. Secùs in patria reducta. Quinimò in primò dicta, solet sancta Sedes Apostolica, Episcopis residentibus ad Quinquenniũ tantùm indulgere vt quæuis tam secularia quã regularia beneficia, Ecclesiastica ad eorum collationes quomodolibet spectantia, conferre valeant. Eo tamen indulto, Episcopi Dolensis, Redolensis, Maclouiensis, Nannetensis, Vennetensis, Briocensis Corisopitensis, Trecorensis, & Leonensis) quorũ sedes Episcopales, Britannicæ prouinciæ ambitu continentur) absquè Breui Regio (quo indultum huiusmodi approbetur) per Britanniæ Parlamentum verificando, vti nequeunt. Nec abs re forsitan erit, si etiàm hìc, quod aliàs ab egregio viro Domino Iacobo de Castatin iurium Doctore Canonico Bitarrensi didicisse gloriamur, nùnc adnotemus: nempe, Nouem prædictas Diœceses à dictæ prouinciæ incolis hoc pacto distingui, vt tres priores, videlicet Dolensis, Redolensis, & Maclouiensis (quia illarum incolæ Frãcica lingua vtuntur) Gallicanæ: Aliæ verò tres nimirũ Nannetensis, Vennetensis & Briocensis (propterea quòd earũdẽ habitatores, mixtim & promiscuè & Frãcica & Britannica lingua loquuntur) mixtæ: Reliquæ tandèm, nẽpè Corisopitensis, Trecorensis, & Leonensis (ea eo quòd eorum, qui easdem inhabitant, idiomata & vulgares locutiones, non aliæ quàm Britannicæ existunt) similiter Britannicæ Diœceses nuncupentur. Non est etiam prætereundum, in Diœcesi Conseranensi (quæ in Valronia existit) Quinque reperiri oppida, vbi eorum incolæ, lingua Santonensi seu materna & naturali ab ipsa infantia loquuntur. Sunt autem ea, Lasetre, Barsac, Contrari, Manbesi, & Merigon Ita vt eosdem incolas non Vascones, prout sunt, sed Santones diceres. Quænam autem & quot Ecclesiæ huius Regni reductæ sint; & quæ non reductæ censeantur dicemus infrà, lib. 21. q. 13. n. 136.

Eadem q. n. 62. Ibi, In canonicis non residentibus.

INdè fit vt quia canonicatus requirunt assiduitatem & Canonici ipsi ad residendum, hoc est (vt Auctor superiùs, hac eadem q. n. exponit) ad dese uiendum tenentur, soleat Summus Pontifex, dùm alicui, iam quodpiam aliud beneficium Ecclesiasticum curatum seu personalem residentiam requirens, aut aliàs incompatibile obtinenti confert, aut conferri mandat Canonicatum & præbendam; Soleat inquã, decernere quòd Orator, habita possessione dictorum Canonicatus & præbendæ, seu si per eum steterit quominùs illam assequatur, beneficium obtentum huiusmodi, infra duos menses dimittere omnino teneatur, aliàs tam illa quàm illud vacent eo ipso.

q. 10. num. 21. Communis responsio doctorum est esse priuandum.

¶ IVre tamen communi Parochialis Ecclesia vacat ipso iure sine monitione per non residẽtiam cap. extirpandæ §. qui verò de præb. & ibi panor. At hoc immutatum fuit & hodiè *Parochus* non residens priuandus venit trina monitione præmissa concil. trid. sess. 23. cap. 1. § eadem de reform. quod regulare est in omnibus beneficijs; sed numquid per absentiam diutinam beneficium habebitur pro derelicto? respondetur negatiuè cap. ex parte de cleric. non resident. nisi abiens permiserit se alibi intitulari gloss. in d. cap. ex parte in verb. per decem annorum, in beneficio scilicet incompatibili aliàs secus. Innoc. & Abb. ibidẽ vel nisi contrahat contrariam negotiationem vt si fiat miles gloss. in cap. qualiter d. tit vel nisi monitus redire noluerit tunc enim non requiritur sententia priuationis sed sufficit spoliatio de facto d. cap. ex parte & ibi Abb. modo fiat ab habente potestatem destituendi siue renunciationem admittendi. Verùm residere non compellitur clericus in beneficio in duodecim casibus quos refert Abbas in repetitione d. §. qui verò num. 13. quorum duo præcipui sunt dispensatio & consuetudo; dispensatio perpetua, etiam Papæ de non residendo in curatis quæ aliquando capitulis conceditur non recipitur apud nos nisi literis regiis approbetur & in senatu vnà cum literis huiusmodi verificetur Feuretus de Abusu lib. 3. cap. 2. num. 9. At temporalis dispensatio etiam Episcopi ad duos menses & vltra ex causa admittitur. Concil. trid. d. cap. 1. In non curatis verò nec pontificali nec regia auctoritate dispensatur, vbi ex fundatione residentiam requirunt: si verò ex lege etiam Episcopus ad duo dispensat Feuret. ibid. quod tamen de Episcopo verum non credimus cum hoc sibi non reperiatur concessum imò expresse prohibitum in concilio lateranensi cap. graue nimis de præb. & concilio tridentino sess. 7. cap. 3. iure tamen quo vtimur excipiuntur Capellaniæ sub eodem tecto ad quas si singulæ non sufficiant ad sustentationem dispensat Episcopus. Pastor de benef. lib. 3. tit. 25. num. 14. Consuetudo autem & statuta quibus inseruiens in aliqua diei hora aut per mensem lucratur omnes fructus & præsens reputatur abusiua est Oliueus lib. 2. cap. 10. Feuretus vbi supra.

QVÆSTIO XI.

An quis post renunciationem canonicatus possit cognoscere de causa sibi commissa a Sede Apost. dum erat Canonicus *vel illa causa veniat decidenda per resignatarium.*

SVMMARIVM.

1 *Commissa causa canonico vel N. habenti dignitatẽ an ea renunciata possit de illa causa cognoscere, & n. 6.*
2 *Committitur causa contemplatione dignitatis.*
3 *Causæ committuntur à Sede Apostolica constitutis in dignitate.*
4 *Legatus causam inchoatam finire non potest post regressum prouinciæ.*
5 *Successor succedit in locum prædecessoris.*
6 *Contraria opinio verior & communis est.*
7 *In qualibet dispositione spectatur initium.*
8 *Origo spectanda.*
9 *Satis est quòd qualitas adsit tempore quo dispositio sumpsit exordium.*
10 *Qualitas iuncto verbo intelligenda est secundum tempus verbi.*
11 *Sufficit quod dignitas semper existat.*
12 *Quoties in commissione exprimitur nomen proprium, siue præcedat siue subsequatur, delegatio videtur personalis.*
13 *Nomen proprium si præcedat, semper facit delegationem personalem.*

Digitized by Google

14 *Ratio finalis, cur causa debeat committi constitutis in dignitate, est quia hi præsumuntur periti.*
15 *Accipiens qualitatē repugnantē, effectus est indignus,*
16 *Mortuo eo cui fuit causa commissa succedit successor si delegatio fuit facta per nomen dignitatis, aliàs extinguitur,*
17 *Commissio facta Vicario Episcopi expresso nomine dignitatis, transit ad successorem.*

VNdecimò quæro, si causa fuit commissa N. canonico aut constituto in alia dignitate, qui post datam & receptionem literarum resignauit canonicatum, vel aliam dignitatem in fauorem Petri, an ipse resignans possit cognoscere & decidere causam illam, vel resignatarius. Abb. in cap. quoniam Abbas. sub
1 n.8. in fin. versicul. ex prædictis † tenet resignantem de
2 illa non posse cognoscere. Primo mouetur † quia commissio fuit realis & facta contemplatione dignitatis, vt not. in cap. statutum. de rescr. libr. 6. qua cessante cessat delegatio. cap. cum cessante. de app. quia peruenit ad casum, à quo incipere non poterat. l. si a me. ff. de iudi. Se-
3 cundo quia † cum causæ debeant committi constitutis in dignitate, ne Papa & sedes Apostolica à vili ministro repræsentetur, dict. cap. statutum. de rescrip. lib. 6. vbi communiter Doct. notant post Gl. in verb. committant. hæc ratio militat non solùm respectu principij, sed etiā circa medium & finem causæ; namquè qualitas dignitatis videtur denotare causam successiuam & permanentem, cùm eadem ratio militet etiam in omnibus casib⁹, ar. l. illud. ff. ad leg. aquil. Tertio accedit, quia legatus
4 † causam inchoatam finire non potest post regressum. cap. nouit, de offi. deleg. quia exeundo prouinciam amittit dignitatem, quam habebat. l. 3. ff. de officio præsidis, & ex mutatione status, videtur mutata persona. ca. fœminæ. dist. 50. ca. 1. dist. 33.

Quare successor in dignitate cognoscet de illa causa,
5 nam quoties commissio † facta est loco & non personæ, si existens in dignitate amittit illam dignitatem vel transit ad aliam, tunc successor cognoscet. Inno. & alij communiter, prout de communi attestatur Abb. d. cap. quoniam Abbas. sub. nu. 8.
6 His tamen non obstantib. † contraria opinio verior & communis est, vt ipse resignans post renunciationem possit cognoscere, si tempore commissionis erat canonicus vel in dignitate illa constitutus, quam opinionem tenuit glo. in d. cap. statutum. in verb. canonico. ver. & si tempore datæ. de rescrip. lib. 6. Archid. n. 3. vers. & quid si, Ancharan. n. 5. ver. quartò quæro. Gemin. nu. 9. & alij omnes, idem Gemin. in cap. licèt canon. in principio col. 3. de elect. lib. 6. Card. Zabarell. in clem. & si principalis. in 6. q. de rescript. Abb. cons. 93. col. 3. lib. 2. Paul. de Castro. cons. 327. ad primum. in 3. dub. cum aliis citatis per Dec. in dict. cap. quoniam Abbas. n. 56. qui attestatur, hāc esse communem opinionem. & ibi Bero. n. 95. Fel. n. 5. ver. sed nunquid. & sequuntur alij. & ego cum illud capitu-
7 lum interpretarer, hanc opinionem defendi. Primò † quia in qualibet dispositione spectatur initium. cap. primo. de rescrip. cap. si eo tempore. & cap. dudum. de elect. l. fœ-
8 minæ. ff. de senat. l. cæcus. de iud. † & Origo. l. 3. C. ad macedon. l. si procurator. primo respon. ff. mand. l. clam possidere. ff. de acqui. posses. vbi Ias. in 6. not. Marian. Soc. sen. in cap. veniens. sub n. 52. de accusat. Cephal. cons. 133. n. 23. libro primo, sed tempore commissionis erat in dignitate, vndè sufficiet, vt huiusmodi qualitas adfuerit tem-
9 pore † quo dispositio sumpsit effectum. l. 2. de auro & argent. legat. l. ex facto. § si quis. ff. ad Trebell. quia cum dict. cap. statutum. requirat, vt causæ committantur habentibus dignitatem ecclesiasticam, videtur text. requirere dignitatem tempore commissionis, nam qualitas †
10 iuncta verbo vel participio verbi, est intelligenda secundum tempus verbi vel participij. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxal. vbi Alexan. l. Titius. de test. milit. latè Bart. in l. ex facto. in principio ff. de vulga. & pupillar. idem Bald. in l. præcipimus. §. sane. C. de appel. & ibi Bald. in fin. idem Bald. in l. prædia. col. vltim. versic. extra quæro. C. de fideicomm. & per consequens sufficiet quòd
dicta dignitas † semel existat, licet postea deficiat. l. in 11
substitutione. ff. de vulgar. & pupilla. l. hæredi. ff. ad Trebellian. cum aliis vt per Archidiacon. in dict. capitu. statutum. num. 5. in fin. Bald. in l. generaliter. col. 6. versic. & ex prædictis. C. de Epi. & Cler.

Non obstant argumenta in contrarium adducta, nam ad primum respondetur quòd fuit contemplata dignitas vt ille sit capax commissionis, data igitur capacitate ab initio, licet deficiat, poterit tamen de ea causa cognoscere, vt ex supradictis liquet, eoquè magis, quia
quoties † exprimitur in commissione nomen proprium 12
& dignitatis, siue nomen proprium præcedat vel subsequatur, delegatio videtur personalis & non realis. vt tenuit Imola dict. cap. quoniam Abbas. colum. pen. qui dicit fuisse opinionem Abb. & Io. Alexandr. cons. 175. col. penul. libr. 5. Bero. in dict. cap. quoniam Abbas. numero 91. & numero 92. dicit esse in puncto iuris ve-
riorem & sustentabilem, † & si præcedit nomen pro- 13
prium absque dubio delegatio dicitur personalis. Abb. in cap. mandato. col. 2. de præsumpt. Barto. in l. si communis seruus. ff. de stipulat. seruo. communis opinio teste Ber. dict. num. 91. Deci. num. 41. & alij omnes. Ad secundum argumentum responsio colligitur ex superiùs adductis, & dicit Imola in clement. & si principalis. colu. 4. de rescrip. quòd præallegata ratio non videtur
finalis, sed impulsiua, Ratio enim † finalis illa est, quia 14
constituti in dignitate præsumuntur periti & honestiores. argumen. cap. cùm in cunctis. de electio. vndè licet cesset dignitas, præsumptio peritiæ remanet, propter qualitatem præcedentem, ac etiam honestatis. Geminian. dict. cap. statutum. sub. num. 8. Ad tertium respondetur, differentiam esse inter legatum finita legatione, & hunc; quia ibi nulla est iurisdictio, hic vero secùs. Accedat quia legatus legatione finita cognoscit de causa sibi commissa expresso nomine proprio. Abbas dic. c. quoniam Abbas. num. 11. verb. dubitatur. versicul. quæ opinio. & est communis opinio teste Bero. ibi sub. nu. 102. ver. in hac tamen quæstione.

Concludendum igitur est resignantem, & non resignatarium posse cognoscere de illa causa, secundum quam opinionem fuit iudicatum in Sacra congregatione Concilij die 21. Maij 1587. in qua fuit propositum dubium hoc. An si is qui tempore commissionis reperitur constitutus in dignitate & designatus inter iudices synodales, si eam dignitatem resignauerit, possit de eadem causa cognoscere, vel potius is qui eam dignitatem postea obtinuit, vel neuter. Congregatio censuit resignantem posse cognoscere etiam post renunciationem.

Hanc autem conclusionem † limita non procedere, 15
si ille qui resignauit eam dignitatem, accepit qualitatem repugnantem, & effectus est incapax illius delegationis, vt quia contraxit matrimonium, vel quid simile fecit, nam hoc casu non poterit de illa causa cognoscere. Cardin. Zabarell. in dict. clement. & si principalis. in quæst. 6. vbi Imo. colum. 4. & est communis opinio.

Quandò autem ille, cui facta fuit delegatio moritur,
communis distinctio est, † quod aut delegatio fuit facta 16
expresso nomine dignitatis, aut expresso nomine proprio. Primo casu transit ad successorem. Secundo casu extinguitur morte, vt egregiè probat dict. capitulū quoniam Abbas. de officio delegat. Speculat. in eodem titulo. §. vltim. Bald. in l. morte. in tertia quæstione. ff. de iurisdictione. omnium Iud. Geminian. consilio sexagesimo quarto. columna secunda. Communis opinio vt per Deci. qui alios citat in dicto capitulo. quoniam Abbas. in tertio notab. numero decimo tertio. & ratio est, quia dignitas nunquam moritur. capitulo. si gratiosè. de rescript libro sexto. quod exemplificatur in Episcopo, Abbate ac similibus. Ita etiam commissio facta
† Vicario Episcopi expresso nomine dignitatis, transit 17
ad successorem, vt tenuit Pan. de Elea. in dict. clement. & si principalis. de rescript. Abbas in dict. capitulo quoniam Abbas. numero vndecimo. & fuit resolu-
tum in Rota in vna † Senen. Canonicatus, & præben- 18
dæ,

dæ, coram Reumano die 15. Octobris. 1546. teste Put. decisi. 487. libero 1. Cætera vero pertinentia ad hanc materiam latè deduxi in interpretatione d. c. quoniam Abbas.

Lib. 1. q. 11. n. 16. Ibi, Quod exemplificatur in Episcopo, Abbate, ac similibus.

QVæstio est hic, Eueniente eis, cui causa fuit commissa, moriatur: quisnam posteà de ea cognoscet? Et Auctor adhibita distinctione respondet: aut enim (inquit) delegatio fit expresso nomine dignitatis, & tùnc transit ad successorem: Aut verò facta est expresso nomine proprio, & eo casu morte extinguitur. Sed optassem maximopere decisam reperire aliam non longè dissimilem, vt nobis liquidò constaret quid dicendum quandò duobus (superiore scilicet Monasterij sancti Michaelis de Pessano ordinis sancti Benedicti Auxitanensis diœcesis, & Officiali Auxitano) pro executione cuiusdam rescripti Apostolici (à Guillelmo videlicet Socquedaux Ciue Vrbis de Barrano; super declaratoria nullitatis professionis, aliàs per eum emissæ, obtenti) apostolica auctoritate coniunctim delegatis, alter eorundem (nempè Abbas dicti Monasterij) post inceptam causæ cognitionem decessit: An scilicet superstes Officialis, causam solus terminare possit: An verò successor in monasterio expectari debeat: An denique alius quiuis simili auctoritate, loco defuncti Abbatis subrogandus sit. Verùm quia nos ipsi subrogationé huiusmodi apud Summum Pontificem totis viribus persequimur, quomodo res succedat, expectamus postea clarius & certius, quid in proposita & indecisa quæstione statuendum sit, annuente Deo relaturi. Tandem die 27. mensis Nouembris 1609. Subrogationis prædictæ Breue recepimus cuius tenorem hic censuimus subiungendum, vt sequitur.

PAVLVS PP. V.

DIlectis filiis Priori Claustrali Monasterij Sti Michaëlis de Pessano Auxitanensis diœcesis, & Officiali auxitanensi. Dilecti filij, salutem & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Guillelmus Socquedaux clericus vel laicus Auxitanensis Diœcesis, quòd aliàs fœlicis recordationis Clementi Papæ Octauo prædecessori nostro, pro parte ipsius exponentis etiam exposito, quòd anteà idem exponens, tunc in decimo suæ ætatis anno constitutus, suasionibus, & minis sui genitoris tunc inhumanis rigentis inductus, habitum per Monachos Monasterij Sancti Michaëlis Oppidi de Pessano ordinis Sti Benedicti dictæ Diœcesis susceperat, & intra Annum probationis adhùc existens, professionem per eosdem Monachos emitti solitam emiserat regulares, & eoram tunc existente Abbate dicti monasterij reclamauerat, ac protestatus fuerat se habitu prædicto, vtpotè contrà eius voluntatem suscepto, vti nolle. Ipseque Abbas vocatis vocandis, & visis videndis, seruatisque seruandis, constito sibi professionem prædictam vt præmittitur emissam, contra Decreta Concilij Tridentini factam fuisse, dictum exponentem à religionis vinculo liberum declarauerat per suam sententiam diffinitiuam, quæ nulla prouocatione suspensa, in rem transiuerat Iudicatam. Prædictus verò exponēs, ne illū, temporis successu, præmissorū occasione, quomodolibet molestari contingeret, executionem dictæ sententiæ reportare cupiebat: Ac pro parte eiusdem exponentis, Clementi prædecessori prædicto humiliter supplicato, vt ei in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaretur. Idem Clemens prædecessor, ipsius exponentis precibus tunc annuens, eidem Abbati, & discretioni tuæ Fili Officialis, per suas literas dedit in mandatis quatenus coniunctim procedentes, vocatis vocandis & constito de re iudicata; quodque executioni locus existeret, ad debitam prædictæ sententiæ executionem procederetis, ac prædictum exponētem, præmissorum occasione, à quoquam molestari non posse, prout iuris foret decerneretis: & quatenus opus esset eundem exponentem religioni in genere vel in specie minimè teneri, sed habitum regularem dimittere, & ad seculum redire, ac in eo remanere, necnon in paternis & maternis aliisque sibi legitimè obuenientibus bonis sucendere liberè & licitè posse, de nouo nunciaretis & declararetis, prout in præmissis foret de iure faciendū. Successiuè verò pro parte eiusdem exponentis nobis relato, quòd in dictis literis extonéè expressum fuerat, dicti exponentis genitorem prædictum, tempore quo idem exponens vt præmittitur reclamauit, defunctum esse (cum tamen adhuc viueret) & insuper Quinquennium à die emissionis dictæ professionis lapsum reperiebatur, de quo nulla in dictis literis mentio facta extiterat: ac propterea dubitabat prædictus exponens dictas literas aliaque præmissa & inde sequuta quæcumque viribus non subsistere: Cupiebatque idem exponens pro maiori eius cautela, dictam professionem de nouo nullam & inualidam fuisse & esse, nullamque inducere obligationem, neque dicto ordini non teneri, sed matrimonium cum quauis muliere, nullo alias sibi iure prohibita contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, ac in eo postmodum remanere: nec non in omnibus bonis prædictis sucedere, neque à quoque molestari posse prolemque ex matrimonio huiusmodi suscipiendam legitimam fore iudicialiter declarari facere, si priùs aduersus lapsum dicti quinquennij per nos restitueretur. Nos ad eiusdem exponentis instantiam eidem Abbati, ac tibi, Fili Officialis, per alias nostras literas commisimus vt coniunctim procedentes, dictum exponentem (postquam habitum suum regularem resumpsisset & ad dictum Monasterium sub obedientia suorum superiorum redisset) aduersus lapsum dicti Quinquennij restitueretis & in prætensis luis iuribus audiretis & faceretis & declararetis in præmissis prout de iure foret faciendum & declarandum prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem sicut primò dicta expositio subiungebat, secundò dictis literis dicto Abbati ac tibi Fili Officialis præsentatis & in causa huiusmodi ad nonnullos actus (citra tamen illius conclusionem deuento, idem Abbas (sicut Domino placuit) rebus fuit humanis exemptus, & dictu Monasterio ab illo tempore de alicuius persona prouisum non existat, Nec speretur breui prouisum iri: Plurimum verò interfit dicti exponentis ad totalem secundò dictarum literarum executionem deueniri. Ideò nobis etiam humiliter supplicari fecit dictus exponens vt ei etiam in præmissis opportunè prouidere de simili benignitate dignaremur. Nos igitur statum & merita causæ & causarum huiusmodi, præsentibus pro expressis habentes ipsumque exponentem à quibusuis excōmunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causis latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutum fore censentes. Teque Fili Prior, (cum tu eiusdem exponentis, sicut ipse asserit, superior ad præsens existas,) in locum dicti Abbatis, quoad præmissa in statu ac terminis quibus reperiuntur, subrogantes, posterioribus supplicationibus huiusmodi etiam inclinati, discretioni vestræ per præsentes committimus & mandamus, quatenus vocatis ad id qui fuerint euocandi, ad vlteriorem totalem, ac finalem secundò dictarum literarum executionem seruata earum forma coniunctim auctoritate nostra prout iuris fuerit procedatis. Nos enim vobis citandi, ac etiam sub censuris & pœnis inhibendi, cæteraque in præmissis necessaria & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, plenam & liberam Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus facultatem: Non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisq; contrariis quibuscūnque Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die xxij. Octob. M. DC. IX. Pontificatus nostri Anno quinto ALAE. RVSPOLI. Ex quib⁹ iuncta Clem. 1. de rescr. patet quàm gratiosus in hac parte fuerit ergà nos Illustrissimus Dñs Michaël Angelus Tontus Ariminēsis, tituli Sti Bartholomei in insula. Cardinalis Nazarenus nuncupatus tunc Sanctissimi Domini nostri Papæ Datarius.

q. 11. num. 16. Quando autem ille cui causa fuit delegata moritur &c.

¶ DIstinctio ab auctore relata verissima est, & ab omnibus approbata, sed quid si causa duobus sit commissa, vt coniunctim procedant, an altero mortuo superstes poterit solus de causa cognoscere? An vero sit expectandus successor? Hæret hic Duclosius, fateturque quid, de hac quæstione iuris sit, sibi non constare saltem liquidò, Sed pace illius dixerim, res est in iure clarè expedita; nam si delegatio sit facta expresso delegatorum proprio nomine, expirat per mortem vnius, cap. vno delegatorum de offic. delegati l. placuit Cod. de pedan. Iudic. Si vero fiat expresso nomine dignitatis, expectandus est successor, cap. quoniam de officio deleg. quia censetur facta dignitati. d.

D

cap. quoniam. dignitas autem non moritur, cap. si gratiosè de rescript. in 6. licet enim iurisdictio sit in solidum penes vtrumque, cum sit ius indiuisibile, exercitium tamen non habent singuli, nisi pro parte, Abbas in cap. prudentiam n. 19. dict. tit. vnde non valet sententia vnius, cap. causam eod. Quid autem, si ambo viuant, vnus verò non possit aut nolit conuenire ad procedendum de hoc debitè requisitus? Nihil alter solus in causa decernere poterit, quia instar vnius se habent, & ambo iudicare iussi sunt, l. duo ex tribus. ff. de re iudic. limita nisi in rescripto, aut commissione adsit clausula, quod si ambo &c. cap. cum super de off. delegati, aut nisi interesse nolens, aut non valens, assensum det suo conudici vt solus procedat, quia hoc casu censetur ipsum subdelegare, quod de iure licitum est cap. quamuis d. tit. & si postmodum, re non integra, moriatur poterit collega superstes, qui ad aliqua solus processerat, processum solus continuare, & finem causæ sua sententia imponere, gloss. in dict. cap. vno delegatorum, de offic. delegat.

QVÆSTIO XII.

An resignans beneficium, possit pœnitere, & latè explicatur, quid coram ordinario, & quid coram Papa, & latissimè penstur & comprobatur licitam esse pœnitentiam, donec consensus sit extensus in Camera vel Cancellaria, & quid in renunciatione tacita.

SVMMARIVM.

1 *Resignans non potest pœnitere.*
2 *Renuncians tacitè non potest pœnitere.*
3 *Resignans post admissam renunciationem non potest contrauenire.*
4 *Admissa resignatione dicitur res perfecta.*
5 *Admissa resignatione verè vacat beneficium.*
6 *Proponens resignare & constituens procuratorem potest pœnitere.*
7 *Proponens donare potest pœnitere.*
8 *Confessio acceptata reuocari non potest.*
9 *Renunciatio primogenituræ non potest reuocari.*
10 *Literæ renunciationis non præsentatæ non præiudicant*
11 *Nuncius antequam præsentet quæ habet in mandatis non nocet.*
12 *Renunciatio præsentata superiori potest reuocari.*
13 *Renunciatio præsentata superiori antequam sit acceptata non nocet.*
14 *Renunciatio conditionalis potest reuocari.*
15 *Ordinarius admittens renunciationem statim facit vacare beneficium.*
16 *In renunciatione quæ fit coram summo Pontifice licita est pœnitentia post admissionem vsque ad præstitum consensum in Camera vel Cancellaria.*
17 *Signatura Papæ perficit resignationem.*
18 *Signatura Papæ habet tacitam conditionem, quatenus supplicantes persistunt in eadem voluntate.*
19 *Consensus retrotrahitur ad diem datæ, & sub, dicta data expediuntur literæ.*
20 *Ante præstitum consensum in Cancellaria vel Camera resignatio, non dicitur in totum perfecta.*
21 *Literæ resignationis non expediuntur, nisi fuerit datus consensus per principalem vel procuratorem.*
22 *Consensus attendendus est, quia perficit actum.*
23 *Sine consensu. resignatio est nulla.*
24 *Consensus præstitus alibi quàm in Camera vel Cancellaria non prodest.*
25 *Dum superest aliquid agendum nihil dicitur actum.*
26 *Post porrectam supplicationem per resignantem licita est pœnitentia.*
27 *Post signatam supplicationem resignationis, licitum est resignanti pœnitere.*
28 *Sola signatura Papæ dat ius in beneficio.*
29 *Resignans priuatur beneficio præstito consensu.*
30 *Consensus non retrotrahitur ad diem datæ, quando medio tempore superuenit pœnitentia resignantis.*
31 *Resignans potest pœnitere, quamuis datata sit supplicatio resignationis.*
32 *Parua datæ effectus.*
33 *Supplicatio signata in vita resignantis, potest perfici per legitimum procuratorem post mortem.*
34 *Prælatus fit ex sola pronunciatione Papæ.*
35 *Parua data remanet penes partes vt plurimùm.*
36 *Pontifex concedit beneficia.*
37 *Procurator potest consensum extendere post mortem resignantis, si eo viuente fuit signata supplicatio.*
38 *Gratia dicitur informis literis non expeditis.*
39 *Resignans potest pœnitere etiam post solutam compositionem.*
40 *Solutio compositionis non abdicat ius.*
41 *Resignans potest pœnitere etiam post registratam supplicationem.*
42 *Resignans potest pœnitere, etiam post extensam paruum consensum.*
43 *Resignans potest pœnitere etiam si iurauerit se consensum præstiturum.*
44 *Procurator constitutus ad renunciandum cum iuramento de non reuocando, potest reuocari non obstante iuramento.*
45 *Resignans potest pœnitere, etiam si se obligauit in forma Cameræ dare consensum.*
46 *Consensus qui præstatur in Camera vel Cancellaria dicitur formalis.*
47 *Resignans potest reuocare procuratorem constitutum ad resignandum, & reuocare paruum consensum.*
48 *Reuocatio consensus etiam nulliter facta tenet.*
49 *Resignans potest pœnitere etiam in præiudicium resignatarij, in cuius fauorem erat signata supplicatio.*
50 *Resignans potest pœnitere, & retinere beneficium, vel in fauorem alterius resignare.*
51 *Literæ sine consensu expediri non possunt.*
52 *Permutantes possunt pœnitere & cum alijs permutare ante consensum datum.*
53 *Permutantes non possunt pœnitere post præstitum consensum in Camera vel Cancellaria.*
54 *Resignante mortuo post signatam supplicationem, antè verò consensum præstitum, beneficium vacat per mortem.*
55 *Inter duos resignatarios præfertur anterior in consensu, quamuis posterior in data.*

DVodecimo quæro, An resignans † beneficium pos- 1
sit pœnitere? communis, & vulgaris conclusio
Doct. est negatiua, quam tenent passim Docto-
res infra citandi. Rebuff. cons. 58. num. 10.
Quæ etiam procedit in renũciatione † tacita, vt in facti 2
cõtingentia respondit Rebuff. cons. 36. n. 12. Declara hãc
conclusionem communẽ procedere, † dummodo fuerit 3
admissa resignatio per superiorem, nam tunc præiudicat,
& incipit præiudicare, & non potest resignans pœnitere,
& reuocare resignationem, Anton. de Butr. in cap. quidã,
n. 7. & 9. de ren. Put. dec. 523. n. 1. lib. 1. Cel. Vgo cons. 43.
n. 2. & cons. 78. n. 2. Bursat. consi. 393. n. 12. lib. 4. Gemin.
cap. n. col. 2. ver. quid si clericus. de ren. lib. 6. Tiraquel. de
iur. primogenit. q. 28. n. 1. in fi. Nauarr. in cap. accepta, in 7.
opp. n. 26. cũ seq. de rest. spol. Menoch. de Arbit. Iud. Cas.
201. n. 47. & plures alios allegat idem Menochius de
rec. poss. 1. remed. n. 303. & communiter per omnes est re-
ceptum, & ratio † est, quia tunc est perfectu, & est 4
amissum omne ius, not. in cap. quod in dubijs. de ren.
& tunc † verè vacat beneficium. Card. Par. cons. 76. n. 5
4. vol. 4. Por. Imo. cons. 131. n. 3. Rebuff. cons. 81. n.
11. & cons. 192. n. 4. cum alijs adductis suprà.
Ex quo primo infertur, † quòd si quis proponat re- 6
nunciare, etiam si hoc redigat in scriptis vel constituat
procuratorem ad renunciandum, potest pœnitere, ex
quo non est admissa adhuc renunciatio à superiori,
nam res adhùc dicitur integra, ar. l. si pecuniam. ff. de
cond. ob cau. vbi Barto. num. 12. quia remanet aliquid faciendum, Deci. in l. vltim. nume. 4. C. de
pact. ita quoque proponens † donare potest pœnitere, 7
& etiam postquam donauit, antè tamen quàm donatarius acceptet, Cast. cons. 195. lib. 2. Tiraquel. in tract. de

Digitized by Google

constitut. limit. 30. n. 8. cum seq. Cephal. cons. 382. similia
8 adducit; Postea verò † secus. Hinc confessio acceptata
ampliùs reuocari non potest. Bald. in l. Gallus. §. qui-
dam rect. ff. de libe. & posthum. Roma. in leg. prima.
§. si quis simpliciter, & ibi Aretin. de verb. oblig. Alex.
cons. 9. col. 1. lib. 1. Ita † renunciatio primogenituræ
9 acceptata non potest reuocari, late Tiraq. de iure primo.
quæst. 28. Ex quo 2. infertur, quod si quis scribat literas
10 † per quas renunciet, si literæ non sunt præsentatæ supe-
riori, & per eum admissæ non amittitur ius, Ant. de
Butr. in cap. 2. num. 5. Gemin. num. 9. de renunc. lib.
11 6. Ita † etiam si Nuntius nondum præsentauit quæ in
mandatis habebat. Ant. de Butr. ibidem, dicto cap. 2.
12 num. 6. Gem. sub num. 13. † Tertio infertur quòd si
renunciatio fuit præsentata superiori, coram quo fuit
de hoc instatum, vt s. admittatur ante quam admissio
fiat, potest renuncians pœnitere, communis opinio, vt
per Nauarr. in cap. accepta. oppo. 7. num. 28. de rest.
13 spol. Quarto infertur quod † si renunciatio fuit præsen-
tata superiori, & per eum non fuit admissa, renuncian-
ti tamen hic actus non nocet, quapropter potest con-
tinuare suam possessionem, & sine nouo titulo admi-
nistrare, communis opinio de qua attestatur Nauar. in
cap. accepta. oppos. 7. num. 28. de restit. spolia. tradit
Bursat. cons. 393. n. 10. vol. 4. vbi dicit rem esse inte-
gram, & ratio est quia cum non admiserit superior re-
nuncians, nihil perdidit neque proprietatem, neque
verò possessionem. Inno. in cap. quod in dubiis. de re-
nunc. Abb. in cap. vltimo eod. tit. Mil. in repert. in ver.
renunciatio. num. 6. Gig. resp. 19. Hinc dicit Iacoba.
de Conc. lib. 9. art. 11. numer. 3. † quod renunciatio
14 conditionalis potest reuocari, antequam perficiatur.

Quid autem si superior respondit remittendo con-
scientiæ ipsius, vide Butrig. in d. cap. quidam. num. 9.
de renun.

Et hoc quòd diximus, vt post admissionem resignans
non possit pœnitere, procedit in renunciatione quæ fit
15 coram ordinariis, nam † statim quòd admittit ordina-
rius renunciationem, beneficium vacat, & res cum non
sit ampliùs integra, non potest renuncians pœnitere,
& habere beneficium, vt est Communis opinio Do-
ctorum in stylo etiam receptæ, vt omnes sciunt. In resi-
gnatione verò quæ fit coram summo Pontifice, non
16 sufficit † quòd supplicatio fuerit Papæ præsentata, &
per eum admissa, id est signata, nam potest nihilominus
pœnitere, donec fuerit consensus præstitus in Cancel-
laria vel Camera, & extensus, postea tamen nequa-
quam licitum erit resignanti pœnitere, vt est per om-
nes receptum, Ant. Aug. decisi. 259. lib. 3. & decis. 186.
eodem lib. Sarn. deci. 20. lib. 1. Cot. deci. 16. Put. dec.
29. de renonc. Accorambono deci. 48. Mœda. decis.
11. Cardina. Paleott. dec. 70. & dec. 21. Caputaq. dec.
55. lib. 1. omnes in manuscrip. Put. dec. 106. lib. 3. Gabr.
cons. 198. num. 3. & ita respondit Bursat. consilio 393.
vol. 4. per totum, & fuit pluriès resolutum in Rota, in
vna compostell. Canonicatus, & in alia Camaricens. Ca-
nonicatus. coram Quiroga, mense Octob. 1556 & in vna
Gerunden. coram Capizucco, de anno 1558. & in vna
Plac. coram Oradino, de anno 1557. & in alia coram
Cardinale Paleot. die 21. Octob. 1558. vt ipse attesta-
tur, in decis. manusc. 257. vbi dicit rem non habere dif-
ficultatem, & sæpius fuisse decisum, & in vna Abulen.
Segobien. de villa castri, teste Caputaq. decis. 55. lib.
1. & in vna Acherontin. coram R. P. D. Brauo 19. Iulij.
1579. vt habetur in lib. 2. diuer. decis. 74. manuscr. &
17 ratio est, quia admissio, & signatura † gratiæ quæ perfi-
cit resignationem, Put. dec. 94. lib. 2. habet tacitam con-
18 ditionem, † quatenus supplicantes in eadem spontanea
voluntate persistunt, Abb. in c. super eo. n. 8. & in fi. de
cond. app. quem ad hoc citat Bursat. d. cons. 393. n. 9.
19 & ob id † consensus retrotrahitur ad diem Datæ suppli-
cationis, & literæ sub tali die expediuntur, Cassad. dec.
1. & 2. n. 6. de ren. Mœda. decis. 189. vnde ante præsti-
20 tum dictum † consensum resignatio non dicitur in totum
perfecta, Put. dec. 106. lib. 3. & per consequens cùm
rès sit integra, Resignans potest pœnitere.

Secunda Ratio colligitur ex regula Cancellariæ Sixti
V. 40. † ex qua prohibentur resignationes expediri, nisi 21
priùs consensus fuerit extensus, & præstitus expressè per
principalem, si fuerit præsens, vel per procuratorem
suum adhoc specialiter constitutum, & ibi Alf. a Sot. in
Commen. dict. reg. Franc. de March. dec. Delphi. 622.
n. 2. p. 2. & dec. 1168. par. 1. & dec. 1280. par. 1. & dec.
160. n. 2. ead. par. Boër. dec. 248. n. 1. cum seq. ex quo
expressè colligitur posse variare, & sic pœnitere ante
extensum & præstitum dictum consensum, ita colligunt
Paleot. dict. decis. 7. Ant. Augu. dec. 250. lib. 3. Sarn.
dicta decis. 20. lib. 1. & communiter alij Doct. supra
citati, namque hic consensus † attendendus est tanquam 22
causa formalis, per quem, actus resignationis perficitur
& recipit robur. arg. cap. si tibi absenti, de præb. lib. 6.
Sarn. de infir. resig. qu. 31. colum. 2. & sine † quo actus 23
ipso iure annullatur, vt tradit Alfon. à Sot. dict. reg.
secundum ipsum in ordine 43. versiculo, item ponde-
randum. Adde quod † consensus aliter præstitus quàm 24
in Camera vel Cancellaria, non prodest, vt fuit ten-
tum coram Ant. Aug. die 5. & 16. Martij 1548. teste
Mandos. de Inf. resig. q. 19. n. 5. ergo ante consensum
licet pœnitere, † quia dum superest aliquid agendum, ni- 25
hil dicitur actum. cap. cum super. de offic. deleg. l. vlt.
C. ad Sillan. Sar. de subrog. confit. quæst. 10. & alias
rationes ad comprobandum adducit Bursat. d. cons. 393.

Ex quibus primò deducitur post † porrectam suppli- 26
cationem per resignantem coram summo Pontifice, esse
licitā pœnitentiā, vt est communiter ab omnibus rece-
ptum, & obseruatum in praxi ac pluries decis. in Rota.

Secundò deducitur post admissam † renunciationem 27
à summo Pontifice esse licitam pœnitentiam, vt est
communis opinio, secundùm quam Rota pluriès resol-
uit, & stylus admisit.

Tertiò Deducitur post signatam supplicationem ma-
nu ipsius summi Pontific. per verbum, fiat vt petitur,
vel, fiat motu proprio, posse resignantem pœnitere,
Put. decis. 38. parte 2. & fuit resolutum in Rota coram
Thom. de Tan. teste Anto. Augustino decis. 186. lib. 3.
& aliàs plurièa, & ita de stylo obseruatur, quod est
notabile, nam dicunt Doctor. quod sola † signatura 28
admissionis resignationis, priuat resignantem benefi-
cio. Rebuff. in prax. titulo de simon. in resig. numer.
42. Card. Paris. cons. 9. numer. 3. volum. 4. Put. de-
cis. 94. numer. 2. libro 2. latè Caputaquen. decis. 88.
part. 2. quod verum est, † si postea fuerit præstitus con- 29
sensus, & sic resignans in eadem voluntate perseuera-
uerit. Abb. in dict. capitul. super eod. num. 8. & in fin.
de condition. apposit. vnde quamuis consensus retro-
trahatur ad diem Datæ, Cassador. decision. secunda.
de renunciatio. & communiter Doctores, tamen non
potest † retrotrahi, quando antè consensum superue- 30
nerit pœnitentia, & sic extrema non sunt habilia, vt
est expeditum, & probatur ex his quæ not. in l. bono-
rum. ff. rem rat. habere. Decius l. contractus nume. 23.
ff. de reg. iur.

Quartò deducitur, quòd etiam † si sit datata sup- 31
plicatio & per Papam signata, potest resignans pœ-
nitere, ante tamen consensum præstitum in Cancell.
vel Camera, vt fuit resolutum in vna Regien, Ab-
batiæ, coram Capizueco, die 2. Decembris. 1552.
teste Caputaq. decisi. 237. p. 1. vbi attestatur hunc esse
stylum notissimum Curiæ, & in vna Placen. coram
Oradino. de anno 1557. & in alia Camaricen. de anno
1556. prout attestatur ipse Oradinus, in suis recoll.
manuscript. tit. de resig. vbi attestatur hunc esse sty-
lum & mentem Rotæ. Pute. decis. 94. libr. 2. & aliàs
die 16. Decembris. 1560. coram eodem Oradino. teste
Cotta decis. 16. in vna Gadicen. & in vna Compostel-
lanea Coram Paleott. de anno 1558. teste eodem Pa-
leott. decis. 71. Bursatus dict. cons. 395. volum. 4. &
est communis † omni. Doct. sententia, nam quamuis 32
ex paruæ datæ annotatione post porrectionem suppli-
cationis videatur datus consensus dans valorem gra-

Digitized by Google

tiæ. Caſſ. deciſ. 1. de renunc. & fuit reſolutum in Rota
die 16. Martij teſte Mœda. in recollec. manuſcr. in
titulo de renuoc. in deciſ. quæ incipit, in eadem paro-
chiali, vbi atteſtatur practicari, quòd quandocumque
interueniat conſenſus ſufficiat, ad no. per Bart. & Sam.
in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de acquir. hær. &
33 ob id ſæpè † fuit deciſum in eodem auditorio Rotæ,
quòd porrecta ſupplicatione per ſimpliciter reſignan-
tem, vel procuratorem legitimum, & annotata cum
Data, poſſe præſtari conſenſum in Cancellaria vel Ca-
mera poſt mortem reſignantis. Creſcent. deciſ. 110. 210.
& 37. lib. 1. in manuſcrip. Mandoſ. de infirm. reſig. quæſt.
9 nu. 5. latè Boer. deciſ. 340. per totam, in ſecunda parte,
34 & quamuis † ea ſola pronunciatione Papæ aliquis præ-
latus fiat, Io. And. Arcbid. Gem. in proœmio. 6. Abb.
in capitu. noſtl, de elect. Selua de benef. p. 2. q. 15. oum.
4. & 5. & p. 3. qu. 23. per totam. Rebuff. de pacif. poſſ.
num. 52. nihilominus vera eſt ſententia, poſſe reſignan-
tem, etiam poſt paruam datam pœnitere, quia parua
35 data † deſcribitur à notariis, & vt plurimùm remanet
penès impetrantes ſeu illorum procuratores, quibus
licet eas lacerare, & pro arbitrio retinere, vt tradit
Burſat. dict. conſ. 393. num. 7. verſ. 1. num. 14. verſ. 3.
& ſupplicatio datatur per Datariũ, & tamen oon Data-
36 rius, & Notarij, † ſed Pontifex beneficia concedit Caſ-
ſad. deciſ. 1. numer. 6. de renunc. Franc. de March. deciſ.
220. num. 8. p. 1. Cott. Dec. 16. Paleot. deciſ. 71. vnde ad-
huc res dicitur integra poſt paruam datam, & per con-
ſequens licita erit pœnitentia, & illud quod dictum eſt,
quòd conſenſus præſtatur per procuratorem, mortuo
reſignante, ſi in vita ſignata fuit ſupplicatio, procedit
37 dummodò † principalis cedens perſtiterit in eadem vo-
luntate cedendi tempore mortis, aliàs ſecus. Menoch.
de recup. poſſ. rem. 1. oo. 243. & fuit deciſum in Rota
teſte Mœd. dec. 189. ſub tit. de renunc. & illud quod
dictum eſt ſolo verbo perfici gratiam, hodiè non pro-
38 cedit, † quia gratia dicitur informis literis non expedi-
tis. Rota deciſ. 20. numero 5. de conceſſ. præbend. io
nou. Gig. reſpo. 42. num. 11. & patet ex conſtitutione
Iulij 3. edita ſub die. 27. Maij 1553.

39 Quintò deducitur, vt etiam † poſt ſolutam compo-
ſitionem poſſit reſignans pœnitere, ante tamen præſti-
tum, & extenſum conſenſum in Camera vel Cancella-
ria, vt fuit pluriès reſolutum in Rot. vt atteſtatur
Mœd. deciſ. 189. de renun. & præſertim die 23. Ianua-
rij. 1544 & in vna Pla. canonicatus die 8. Octobr. 1548.
& in alia Salamantio. die 29. Ianuarij. 1543. teſte Put.
deciſ. 29. in titul. de renunc. in manuſcr. Accoramb. de-
ciſ. 48. Mœd. deciſ. 11. Cott. deciſ. 16. lib. diuer. de-
40 ciſ. 103. in manuſcr. Et † ratio eſt, quia ſolutio illius com-
poſitionis nullum ius abdicat a reſignante, vt per Pot.
deciſ. 106. lib. 3.

41 Sextò deducitur, quod † reſignans poteſt pœnitere,
etiam ſi ſupplicatio ſignata per Papam, & datata, fue-
rit regiſtrata, & hæc eſt communis concluſio, recepta
per omnes Doctor. ſuprà allegatos & ita fuit ſæpios in
Rota iudicatum, & nouiſſimè ſeruatur de ſtylo, & plu-
ries vidi practicari, nam poſt regiſtratam ſupplicatio-
nem licita eſt pœnitentia vſque ad præſtitum, & exten-
ſum conſenſum in Camera vel Cancellaria.

42 Septimò deducitur, † licitam eſſe pœnitentiam etiam
poſt præſtitũ paruum cooſenſum. Paleot. deciſ. 71. Cott.
deciſ. 16. & communiter DD. Burſa. in dic. conſ. 393. vbi
atteſtatur ita pluries fuiſſe determinatum in Rota, & ita
practicatur ea his quæ dicta ſunt ſuprà in 4. illatione.

43 Octauò deducitur, quòd † licet reſignans poſt ſigna-
tam ſupplicationem ac datatam iurauerit, ſe præſtitu-
rum conſenſum in ea, nihilominus poteſt pœnitere,
& aliam ſupplicationem porrigere, & in ea præſtare
conſenſum, prout eſt communis opinio, & colligitur
ex Burſat. d. conſ. 393. ſub oumer. 12. ver. ſecundum. &
fuit aliàs reſolutum io Rota die 6. Octobris 1535. nam
44 procurator conſtitutus ad renunciandum † cum iura-
mento de non reuocando, poteſt reuocari. Boë. deciſ.
322. communis opinio teſte Villalob. comm. op. verbo
procurator. n. 322.

Nonò deducitur, † quod licèt reſignans, poſt ſigna- 45
tam ſupplicationem iurauerit ſe præſtiturum conſenſum
& non contrauenire per inſtrumentum in Forma Came-
ræ, poteſt nihilominus renunciare ante præſtitum & ex-
tenſum conſenſum in Camera vel Cancellaria, vt fuit
reſolutum per Rotam in vna Vrgel & Val. benefic. die 6.
Octobris. 1535. vt refert. Sam. de inf. reſig. q. 31. col.
3. ex not. per Abb. in cap. ſuper. eod. de cond. appo.
nam huiuſmodi conſenſus præſtandus in Cancellaria
vel Camera eſt formalis. Doct. omnes † in cap. cum 46
vniuerſorum. de rerum perm. & fuit teotum in Rota in
vna Placent. & in alia Toletan. de anno 1539. teſte eod.
Sam. dict. quæſtione 31.

Decimò deducitur quod † ſi quis conſtituit procura- 47
torem ad reſignandum, qui procurator porrexit ſuppli-
cationem quæ fuit ſignata, & per dictum procuratorem
fuit præſtitus paruus conſenſus, poteſt Dominus reuo-
care procuratorem, intimando to Camera vel Cancel-
laria dictam reuocationẽ, & licèt nihil de reuocatione
conſenſus exprimat, tamen id ſufficit vt fuit reſolutum
in Rota corã Oradino in vna Gadicen. canonicatus. 16.
Decembris 1561. Mœd. dec. 179. in manuſcri. Burſ.
conſ. 393. col. vltima in fi. & eſt communis opinio, vt
latè dicam ſuo loco, quod † procedit etiam ſi reuoca- 48
tio conſenſus eſſet oulliter facta, dummodò conſtet de
mente reuocantis, Paleot. deciſ. 257. incip. Gomeſius,
in manuſcrip. Burſat. dict. conſ. 393. in fin.

Vndecimò deducitur, † quod ſi reſignatio erat facta 49
in fauorem alicuius, quamuis fuerit ſignata ſupplicatio
& datata, ac præſtitus paruus conſenſus, ſoluta com-
poſitio & regiſtrata, nihilominus poteſt in præiudicium
reſignatarij pœnitere reſignans, vt omnes Doctor. ſupra
alleg. loquuntur, & fuit pluriès, & ſæpiſſimè per Ro-
tam determinatum, & ita de ſtylo practicatur.

Duodecimò deducitur, † quòd talis reſignans poteſt 50
pœnitere, & retinere beneficium ſi volt, alias poterit
reſignare in fauorem alterius porrigendo aliam ſupli-
cationem, & ſuper ea conſenſum præſtando in Camera
vel Cancellaria, oam quamuis prima ſupplicatio fuerit
ſignata & regiſtrata hæc tamen ſecunda attenditur, cũ ſit
reuocatoria primæ, & ſuper ea ſint expeditæ litteræ † quæ 51
ſine conſenſu expediri non poſſunt. Et ſic iſte ſecundus
reſignatarius cõſequetur beneficium reſignatum, vt fuit
pluriès reſolutum in Rota teſte Mœd. dict. deciſ. 189. de
renunciat. die 23. Ianuarij. 1544. & in vna Placent. Ca-
nonicatus 8. Octobris. 1548. & in vna Salamantin. etiam
Canonicatus. 29. Ianuarij. 1543. teſte Put. deciſ. 79. tit.
de renuncia. io manuſcrip. Accoramb. deciſ. 48. Cotta
deciſ. 162. & die 6. Octobris. 1535. teſte Sam. de inf.
reſig. q. 31. col. 2. ac ſæpiſſime, & hæc eſt communis
opinio, ſecundum quam vidi pluriès practicari, & iu-
dicari, adeò quòd nullam habet difficultatem.

Ita etiam ſi fuit porrecta † ſupplicatio cauſa permu- 52
tationis ante præſtitum conſenſum in Cancellaria vel
Camera, poteſt aliquis ipſorum pœnitere, & cum alio
permutare vel ſimpliciter renunciare, quæ ſecunda per-
mutatio ſeu reſignatio erit valida, & habebit ef-
fectum, aut retinere penès ipſum. vt fuit deciſum
in Rota coram Put. 16. Ianuarij. 1545. teſte Ptolom.
deciſ. prima de renunciat. & ita eſſe de ſtylo atteſta-
tur Ordi. in recoll. manuſcrip. vbi atteſtatur aliàs ita
fuiſſe deciſum. Put. deciſ. 104. libr. 2. ſecùs † vero poſt 53
præſtitum dictum conſenſum, nam tunc oon poſſet pœ-
nitere, & minus variare. Ferr. conſ. 207. num. 19. & eſt
Communis opinio.

Vnde ſcias ad † corroborationem ſupradictorum, 54
quod ſi reſignans moriatur poſt ſignatam ſopplicatio-
nem, ante præſtitum conſenſum in Camera vel Cancel-
laria, beneficium vacat per obitum, & non per reſigna-
tionem. Put. deciſ. 92. oum. 6. libr. 2. & dicetur ſuo lo-
co. Idem Put. deciſio. 94. lib. 2. vbi dicit fuiſſe reſo-
lutum die 4. Februarij. 1544.

Et his accedat caſus † pulcherrimus in Rota reſolu- 55
tus in vna Gueſnen. cuſtodiæ, coram Domino
Camillo: namque quis bis reſignauerat in fauo.

Digitized by Google

rem diuersorum, primus erat anterior in Data, consensus autem in eius fauorem erat præstitus post præstitum in fauorem secundi, quærebatur quis sit præferendus, an anterior in Data, cui est præstitus consensus postremò, an ille, qui est in Data posterior, & anterior in consensu; Rota conclusit anteriorem in consensu esse præferendum, licet in Data sit posterior, ex eo cum liceat pœnitere, anteà quam præstetur consensus in Cancellaria vel Camera, poterit resignans secundo loco resignare, quod cum fecerit & consensum super secunda præstiterit, statim secunda resignatio est perfecta, & resignatarius secundus acquirit ius iuxta communes conclusiones supra relatas. Vndè quandò secundo loco primæ supplicationi consensit, res non est integra, nec potest ius per illam primo resignatario acquiri, quia iam erat ius alteri quæsitum. ad not. per Paul. de Castro cons. 228. part. 1. & hanc resolutionem refert. Crescen. decis. 74. lib. 2. in manuscrip.

Lib. 1. qu. 12. num. 5. Ibi, Et tùnc verè vacat beneficium.

HOc solùm obtinet in resignationibus purè & simpliciter factis: Nam in iis quæ in fauorem fiunt, ius non priùs à resignante abdicatur quàm resignatario quæsitum fuerit beneficium. vt Parisius seq. q. 0. vlt. declarat. Hoc tamen vltimum limita prout per eundem Parisium suprà, qu. 3. num. 65. & per nos infrà lib. 2. quæst. 19. nu. 4.

Eadem qu. n. 16. Ibi, Non sufficit.

SEd quo pacto cognoscetur præstitum & extensum fuisse aut non fuisse in Cancellaria vel Camera Apostolica consensũ, cum de stylo curiæ Data rõscosus & Data signaturæ sæpenumerò & ferè, semper vnius eiusdemque diei sint? Plurimùm tamen conducet iis qui ad resignandum confecta mandata reuocare intendunt, si super extensionibus consensuum tàm in Cancellaria quàm in Camera præstandorum consuetudinem notariorum deprehenderint. Quod vt facili negotio assequi possint, nos huic rei pro viribus quamprimùm deo fauente operã daturos, mox que vt res geri assueuerit adnotaturos spondemus. Sed postquàm hæc scripsimus repentè & ex improuiso incidimus in quæstionem octauam libri octaui huius operis vbi ex professo de hac materia, nimirùm de consensus præstatione, tractatur; vo.è ad nauseam expiscari, & quid nos etiam ibidèm adnotauerimus videre poteris.

Eadem quæst. num. 52. Ibi, Potest aliquis ipsorum pœnitere.

HOc falli videtur vbi conuentio de permutando adest: eo enim casu, cùm procuratoris in contractu facta constitutio, sit pars ipsius contractus, alter ex contrahentibus constitutos procuratores reuocare nequibit. Teste Rebuffo pòst multos alios quos citat in tractatu de pacificis possessoribus nu. 145. versic. Item quando. Quibus nos addimus Gregorium cap. 29. institut. rei beneficiariæ. num. 9. Idem tamen Rebuffus in tertia parte suæ praxis beneficiariæ. tit. de procuratoris ad resignandum constitutione, num. 16. contrarium tenet: vndè, quia praxis huiusmodi post dictum tractatum fuit composita, posteriori eiusdem Rebuffi opinioni inhærendum & standum esse censemus: post Iasonem consil. 121. vol. 4. & Philippum Probum, qui illum allegat in additionibus ad glosam pragmaticæ sanctionis. § . in verbo, opinionum addit. 8. de collat. Declara & limita, vt per eundem Rebuffum in dicta praxi, tit. de resignatione conditionali, quam in fauorem vocant. n. 21. & n. 22.

q. 10. num 17. & 18. Admissio & signatura gratiæ quæ perfecit resignationem habet tacitam conditionem quatenus supplicantes in eadem Spontanea voluntate persistunt.

¶ HInc colligimus resignantem, quem ante admissam resignationem pœnituit & procuratorem re integra reuocauit, non posse post admissionem pœnitentiæ suæ pœnitere, & actum reuocationis occultare, vel lacerare, aut lacerandum resignatario tradere, vt resignatio sortiatur effectum, quæ cum ab initio sit penitus nulla ex defectu intentionis, iam summi Pontificis, quàm ipsius resignantis, non potest postmodum conualescere mutata sola ius resignantis voluntate inconsulto Papa, neque enim in potestate partium esse debet, vt prouisio, quæ prorsus nulla est, & inualida, pro arbitrio valida, nullo Superioris facto interueniente, efficiatur; cum non illis, sed ille beneficia concedat, & illusio & variatio prohibeantur, maxime personis Ecclesiasticis iuribus vulgatis.

QVÆSTIO XIII.

An resignans possit repetere beneficium resignatum; pluribus modis ampliatur, & limitatur conclusio negatiua firmata & comprobata.

SVMMARIVM.

1 *Resignans non potest beneficium resignatum repetere.*
2 *Per renunciationem abdicatur omne ius.*
3 *Renuncians videtur habere beneficium pro derelicto.*
4 *Superior non debet illudi.*
5 *Variatio prohibetur.*
6 *Viris ecclesiasticis prohibetur inconstantia.*
7 *A principio voluntarium ex post facto efficitne necessarium.*
8 *Renunciantibus actiones suas, ad illas non datur regressus.*
9 *Renunciantibus beneficia ad illa obtinenda non datur regressus.*
10 *Tacitè renuncians non potest pœnitere & redire ad beneficium renunciatum.*
11 *Tacita renunciatio in præiudicium renunciantis idem operatur quod expressa.*
12 *Tacitæ & expressæ renunciationis idem est effectus.*
13 *Tacitum habetur pro expresso.*
14 *Tacitum idem operatur quod expressum.*
15 *Per renunciationem tacitam inducitur vera vacatio.*
16 *Renuncians electioni aut iuri ad rem non potest pœnitere.*
17 *Iuri ad rem & in re potest renunciari.*
18 *Ius ad rem non est ita plenum.*
19 *Argumentum à maiori validum est.*
20 *Electores possunt procedere ad electionem, postquàm quis renunciauit electioni.*
21 *Renuncians electioni potest de nouo eligi.*
22 *Non potest quis appellare ne eligatur.*
23 *Qui renunciauit electioni si eligitur, potest consentire.*
24 *Renuncians per procuratorem non potest redire ad beneficium renunciatum.*
25 *Factum à procuratore videtur factum à Domino.*
26 *Renunciatio per literas, per nuncium, parificatur renunciationi per procuratorem.*
27 *Non figura literarum, sed obligatione obligamur.*
28 *Verba sunt nuncia cordis.*
29 *Qualitas verborum scriptorum est mentis nostræ testimonium.*
30 *Renunciãs etiam absque iuramẽto non potest pœnitere.*
31 *Dictio, maximè, est implicatiua.*
32 *Iuramentum addit efficax vinculum ad excludendum renunciantem.*
33 *Iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur.*
34 *Petenti restitutionem beneficij obstat exceptio spontaneæ renunciationis.*
35 *Defectus notorius proprietatis repellit à restitutione.*
36 *Renunciatio inducit defectum proprietatis.*
37 *Exceptio cessionis operatur idem quod exceptio litis finitæ.*
38 *Renuncians perfectè, non potest pœnitere.*

Digitized by Google

39 An renuncians inconsultè possit repetere antequàm collatio alteri fiat.
40 Renuncians dolo, vi, metu, potest repetere.
41 Furiosus renuncians potest repetere.
42 Non amittitur possessio, si renũciatio non est spontanea.
43 Renuncians potest beneficium resignatum repetere ex noua causa.
44 Potest alieni cõferri beneficium quod aliàs resignauit.
45 Potest conferri beneficium ei, qui iurauit non habere illud.
46 Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum.
47 Rescripta ad lites non extenduntur ad lites, quæ non extabant tempore impetrati rescripti.
48 Transactio non extenditur ad ea, de quibus non fuit cogitatum.
49 Ea quæ de nouo fiunt nouo indigent auxilio.
50 Non dicitur rumpere pacem offendens ex causa superueniente.
51 Renuncians ob crimen, numquam potest repetere beneficium resignatum.
52 Episcopus renuncians vt Monachus fiat, nunquam potest redire ad Episcopatum.
53 Renuncians spoliatus est restituendus.
54 Renuncians potest repetere beneficium resignatum, si non seruentur conditiones.

DEcimooctertio quæro, An resignans beneficium
1 possit † illud repetere redeundo ad beneficium
resignatum? negatiuè respondent omnes Doct.
gl. in verbo, quam. Gemin. Turrecremata n. 4. & alij
omnes in can. quàm periculosum 7. q. 1. Gl. Butr. n. 1.
Abb. Bal. communiter in cap. ex transmissa. de renunc.
idem Ant. de Butr. in cap. si te præbendam. n. 3. gl. in vers.
habita. Gemin. n. 9. Fran. in vers. in gl. 1. de renun. lib. 6.
idem Ant. de Butr. in c. cum vniuersorum. n. 2. de rer. permut.
Specul. de renun. sub n. 6. Abb. in c. super hoc. n. 7.
de renun. Docto. omnes in c. accepta. de restit. spol. Petr.
de Vbal. de permut. benefic. vers. quam. num. 83. Card.
Paris. cons. 67. n. 5. & cons. 135. nu. 2. vol. 4. Bursat.
cons. 393. n. 2. vol. 4. & hoc esse planum attestatur Gem.
in d. cap. si te præbendam. n. 9. Crauet. cons. 24. nu. 4.
Rebuff. cons. 4. nu. 4. & cons. 192. nu. 4.

Et hæc conclusio primò probatur in can. quam periculosum. 7. q. 1. quàm periculosum sit in diuinis rebus
vt quis cedat iuri suo & potestati, scriptura sancta declarat, cum in Genesi Esau primatum suum inde perdiderit, nec recipere id postmodum potuerit, quod semel
cessit.

Secundò probatur in cap. ex transmissa. de renun. Ibi,
verum quoniam iam dicta Ecclesia ab eo iam soluta
dignoscitur, ex quo ea quæ sibi contulerat ad petitionem suam resignauit, eidem mandamus quatenus & si res
ita se habet, prædictum Abbatem, & socios eius ad receptionem P. nulla ratione compellas inuitos &c.

Tertiò probatur in cap. si te præbendam. in fin. de
renunc. lib. 6. vbi postquam Sum. Pont. loquutus fuit de
coniecturis ad detegendam renunciationem fraudulentam in fraudem expectantis, subdit in vltimis verbis.
Cæterum si prædicto renuncianti huiusmodi præbenda
vel dignitas pinguior forsitan conferatur, eo ipso dicta
fraus intelligatur esse probata, & idem renuncians habita omninò careat, & ambita, verbum enim *habita*, refertur ad benef. renunciatum. & ibi gl. & communiter
Doctores declarant, aliud vero verbum *ambitu*, ad ambitum per cupiditatem & fraudem, vt in cap. licet. de
2 transact. can. quanto. 7. qu. 1. & ratio † est, quia renunciando abdicauit à se omne ius, quod habebat. Innoc. communiter receptus in cap. quod in dubiis. de
3 renunc. & videtur † habere rem pro derelicta. Ant. de
Butr. etiam communiter receptus in cap. 1. n. 2. de renunc. libr. 6. vnde non poterit repetere, arg. c. 1. de reg.
4 iur. lib. 6. & ne † illudatur superior qui renunciationem
admisit, arg. cap. bon. 2. §. nec nocebat. de elect. &
propter vtilitatem Ecclesiæ, ob quam forsan fuit admissa
renunciatio, has rationes ad hoc deducit Host. in summa de renun. sub. n. 6. & vt illusio & variatio † prohi- 5
beatur. ad not. in cap. bonæ. 2. de post. præl. in cap. cum
olim. de alien. mut. iud. cas. cap. 1. de appel. cap. super gestum. de præben. cap. vnico. de rer. perm. l. si prætor. ff. de
re iud. & max. viris. † Ecclesi. cap. cum autem. de iur. 6
patr. cap. publicato. de elect. c. nulli. eo tit. li. 6. c. dilectissimi. 8. q. 2. & hoc est quod dicit Bonif. Octauus in c. 1.
de renunc. lib. 6. cum illusio, & variatio in personis Ecclesiasticis maximè sint vitandæ.

Accedat præterea, quia à principio † resignans non 7
cogebatur suum benef. resignare, ergo post resignationem illud non poterit repetere, quandoquidem quod à
principio est voluntarium, ex post facto efficitur necessarium, reg. quod semel. de reg. iur. in 6. cum concordantiis adductis ibi à Dino. l. sicut. C. de act. &
oblig. & hanc rationem in his terminis assignat Philippus Probus de iur. regal. q. 5. n. 1. & de consensu requisito,
in contractib. tradit Ang. cons. 290. col. 3. vers. præterea.
latè Tiraq. de leg. connub. gl. 8. q. 1. 4. nu. 125. Cassan. in
consuet. Burg. rub. 4. §. 1. & de assensu dato per patrem
filio testandi ad pias causas, Perusi. in rub. de test. col.
20. libr. 6. & de assensu mariti dato vxori. Bursat. cons.
393. nu. 7. vbi. alios adducit.

Hinc renunciantibus † actiones suas per viam cessio- 8
nis non est dandus ad illas regressus, c. si ille. 23. q. 4.
l. 1. §. qui semel. ff. de succ. edict. l. postquam. C. de
pactis l. quæritur. §. si venditor. ff. de edil. edi. can. si
quis Episcopus, dist. 92. c. dudũ. 18. q. vlt. c. denique 6. q. 3.

Et hoc est quod dicunt Doct. mox citandi, quòd † re- 9
nunciantibus suis beneficiis ad illa obtinenda non datur
regressus. Crauet. cons. 511. n. 3. & cons. 856. n. 12. & cons.
959. n. 1. Iacob. Emilian. cons. 92. n. 1. cum seq. & cons.
100. n. 4. & cons. 121. n. 9. 11. 12. Giga. cons. 20. n. 10. Iacob. Menoc. cons. 197. n. 87. vol. 2. Nauarr. in cap. accepta.
opp. 7. n. 1. cum seq. de rest. spol. Card. Paris. cons. 69. n. 20.
vol. 3. idem Paris. cons. 5. n. 165. vol. 4. Rebuff. cons. 36. n.
12. Cæphal. cons. 137. n. 56. & cons. 284. n. 6. & cons. 192.
num. 16. & cons. 127. num. 57. Gabr. cons. 127. num. 6.
vol. 1. Soc. iunior cons. 94. n. 31. & cons. 129. num. 1.
vol. 3.

Primò ampliatur, † & extenditur huiusmodi con- 10
clusio procedere etiam in renunciatione tacita vt tacitè
renuncians non possit pœnitere & redire ad beneficium
tacitè renunciatum, ita in terminis Archidia. in can.
denique. num. 3. 6. q. 3. & alios ad hoc citat. Card.
Paris. cons. 76. num. 1. 2. & 3. cum sequentibus vol. 4.
Dec. cons. 166. num. 2. Butr. in cap. ex transmissa. de
renun. gloss. in clem. ne in agro. §. quia vero vers.
ipso facto. de stat. monach. Bal. in Auth. habita. C. ne
filius pro pat. Ro. consil. 427. col. 1. cum aliis infinitis
allegatis per Alf. Hoied. tract. de incomp. beneficiorum
p. 1. c. 13. num. 63. & est communis opinio, idque pro-
batur in ca. si quis presbyt. 7. q. 1. & † quia tacita re- 11
nunciatio in præiudicium renunciantis idem operatur
quod expressa, prout probatur de vtraque in cap. ex
ore, & ibi gl. in verbo. renunciassent, & alij † om- 12
nes, de his quæ fiunt à mai. par. cap. not. in cap. cum
venissent. de inst. Clement. Gratiæ. de rescript. Rota
decis. 4. de ren. in nou. Bellamera decis. 1. eundemquè
effectum inducit not. in cap. ex literis. de trans. Io.
And. in c. in nostra. vbi scribentes, de rescrip. Idem
Io. And. in cap. veniens. vbi gl. de præsc. † nam tacitum
habetur pro expresso. l. cum quid. vbi Iaso. & Dec. post 13
alios. ff. reb. cred. si cert. pet. & eadem † est vir- 14
tus. Paris. cons. 59. num. 11. vol. 3. & plura de re-
nunc. tacita in proposito q. nostræ deducit Alfon.
Hoied. in tract. de incompatib. benef. par. 1. c. 13. &
tandem circa rem nostram per renunciationem † ta- 15
citam inducitur quoque vera vacatio beneficij tacitè
renunciati. 7. quæst. 1. §. ecce. cap. 1. & 2. vt lit. pend.
lib. 6. Lap. alleg. 14. Paris. d. cons. 76. num. 4. cum seq.
vol. 4. & fuit pluries resolutum in Rota, ideo etiam renuncians tacitè non poterit repetere benef. ita tacitè renunciatum.

Digitized by Google

16 Amplio, & extendo secundò procedere † etiam in re-
nunciatione iuris ad rem, nam talis renuncians non
poterit repetere, exemplum, renuncians electioni de
se factæ noo auditur ampliùs, ita Abb. num. 10. Anto.
de Butr. Card. Imol. & omnes alij in cap. in præsentia
de renunc. & præfatur in d. cap. in præsentia. vbi cum
quæstio esset inter duos electos ad quandam Abbatiam,
fuit lata sententia contrà vnum qui conquerebatur de
iudice, Papa respondit tantam esse iudicis authorita-
tem, vt semper pro ipso præsumi debeat, donec, &c.
subdit in fin. quia, tamen præter ista constitit de ipsius
renũciatione spontanea per quasdam Episcoporum lite-
ras, & confessionem ipsius, ei super eadem Abbatia,
silentium duximus imponendum, & sic oon auditur re-
nuncians sponte electioni de se factæ & ratio est, quia
omne ius quod habuit ea ipsa electione, videtur amis-
sum per spontaneam renunciationem. Innocen in d.cap.
quod in dubijs. Abb. & alij in cap. accepta. de rest. spol.
17 nam † iuri in re & ad rem potest renunciari. Paris. cons.
76. num. 1. vol. 4. & si potest illi renunciari, ergo &
18 huic cum faciliùs renuncietur, † cum ius non sit ita ple-
oum. Rot. decis. 31. de concess. præb. in antiquioribus.
19 Put. decis. 106. lib. 3. & argum. † à maiori. validum est,
reg. cui licet de regul. iur. in 6. l. iurisgentium §. adeò.
ff. de pact. Rolan. cons. 15. num. 41. vol. 1. Crauet.
cons. 290. num. 7. & cons. 326. o. 10. vnde possunt post
20 dictam † electionem electores alium eligere, & qui re-
nunciauit electioni, si appellauit ab illa electione noua,
non audiœtur, vt probatur in cap. cum inter R. de elect.
vbi idem dicit de appellatione interposita, ne canonici
21 accedant ad electionem. Potest tamen † ille qui renun-
ciauit electioni de se factæ de nouo eligi ad idem benef.
vt docet Ancha. communiter receptus in d. cap. cum in-
ter R. num. 1. de ele. cum iure oon prohibeatur, argu.
22 l. illam. C. de Coll. nec † ille potest appellare, quòmi-
nus de nouo non eligatur. Anchar. in d. cap. cum inter
23 R. in eod. num. 1. & ibi alij, & si † contigerit eum de
nouo eligi, potest consentire huic secundæ electioni,
licet in prima renunciauerit, ita Anchar. in c. per tuas,
num. 4. & 5. locati, quod est valde ootandum, quia
posset in praxi contingere.

24 Amplio 3. procedere etiam † in eo qui renunciauit
per procuratorem habentem ad hoc, ab ipso speciale
mandatum, namque post renunc. non potest repetere
benef. per procuratorem renunciatum, vt est commu-
munis conclusio omnium Doctor. de qua dici suo loco,
25 quia † renunc. facta per procuratorem, videtur per se
ipsum facta, iuxta vulgarem regulam, qui per alium
facit per se facere videtur.

26 Amplio 4. procedere io eo † qui renunciauit per li-
teras missiuas, & per Nuntium. quia ita potest fieri re-
nunciatio, & operatur effectum vt renunc. facta per
procuratorem. Anto. de Butr. post Ioan. Andr. in cap.
27 si te præbendam num. 3. & 4. Gemin. num. 9. † & alij om-
nes de renun. lib. 6. at. l. non solùm. ff. de act. & oblig.
28 quia non figura literarum, sed † oratione quam expri-
munt literæ, obligamur. l. non figura. de act. & obl.
cum verba sint nuntia cordis l. etsi labeo. §. fi. de sup. l.
Dec. in l. semper stipulationibus num. 4. ff. de reg. iuris.
Craue. cons. 20. oum. 2. & cons. 290. in fi. Boer. decis.
1. num. 8. Tiraq. in l. si vnquam. verbo liberis num. 17.
29 C. de reuo. donat. & † qualitas verborum scriptorum
est mentis nostræ testimonium. Bald. in rubr. C. de pro-
bat. Ces. Cost. lib. 3. var. amb. capitu. 12. Menoch. de
arbit. iudi. q. 7. num. 75.

30 Amplia, & extende quintò, tàm † si renun. fuerit
facta cum iuram. quàm sine iuramento, vt renuncians
non possit repetere benef. renunciatum, ita extendit
Abb. in cap. super hoc n. 7. in 1. lect. de renunc. Nauar.
in cap. accepta. in 7. opp. de rest. spol. in prin. & est
communis opinio recepta in praxi, & probatur in cap.
super hoc de renun. Ibi, maximè si non interuenerit iura-
31 mentum, &c. dictio enim † maximè, quam ponderat
Abb. est implicatiua, quasi dicat, idem esset si iuramentũ
interuenisset, gl. pen. in l. Illud. ff. ad l. aquil. Paris. cons.
65. oum. 18. & 19. vol. 1. ac etiam probatur in cap. ac
cepta. de rest. spol. vbi tex. loquitur de renun. facta
cum iuramen. & negat repetitiooem, namque licet † 32
iuramen. addat efficax vinculum ad excludendum re-
nunciantem, Card. Paris. cons. 26. num. 11. vol. 3. ta-
men † sequitur naturam actus l. vlt. C. de non num. 33
pecu. Card. Paris. cons. 86. num. 44. vol. 3. decis. Pe-
demon 92. nu. 6. cum aliis, vt per Gabriel. com. concl.
lib. 2. de iureiur. concl. 10. cum infinitis cumulatis per
Bursat. cons. 361. num. 34. volum. 4. attestatur de comm.
& hanc conclusionem confirmat Nauar. in d. c. accepta
confirmatio decuplex. num. 10.

Ideo dicimus, quòd † petenti restitutionem benefi- 34
cij obstat exceptio spontaneæ renunciationis, ita Ioan.
And. Bal. Ant. de But. Petrus de Anch. Card. Zaba. Abb.
Nauar. & com. Doct. in cap. accepta. de rest. spol. Re-
buff. cons. 4. num. 18. quod probatur in d. c. accepta. in
fi. Ibi, mandamus quatenus si vobis constiterit, quod
præfatus P. oullo metu, vel vi coactus sed spontaneè,
prælibatam ecclesiam taliter abiurauerit ei super hoc
perpetuum silentium imponatis.

Secundò probatur in cap. super hoc. de ren. quate-
nus habet ei qui benef. reposcit, obstare exceptionem
spontaneæ abiurationis.

Tertio, probatur in cap. ex transmissa, &c. in præsen-
tia, de renunc. vbi renunciatio simplex etiam non iurata
obstat renuncianti.

Quartò c. ad aures, de his quæ vi metusuè causa. vbi
probatur quod qui ad populi clamorem renunciauit
electioni suæ, sibi præiudicauit.

Ratio, quia defectus † notorius proprietatis quem 35
repellit à petitione beneficij, cap. quam, & c. constitutus
de fil. presb. Rot. decis. 2. de rest. spol. Communis teste
Nauar. d. cap. accepta confirmatio decuplex num. 9. ac
renunciatio inducit defectum † ootorium Abb. com- 36
muniter receptus in cap. sollicitè. de rest. spolia. & hæc
† exceptio cessionis operatur eundem effectum quæ ex- 37
ceptio litis finitæ, & rei iudicatæ, vt fuit resolutum in
vna Mediolan. pensionis. 1. Iulij 1551. coram Rcuman.
teste Caput. decis. 320. p. 1.

Amplia procedere, etiam in renunciatione non iura-
ta. Nauar. in d. c. accepta confir. decuplex. numero
4. versi. 5. Et hoc oon habet dubium, ex cap. ex trans-
missa, & cap. in præsentia de renunc. Nec obst. tex.
in cap. secundo, de rest. spol. quia multipliciter respon-
detur, vt per Nauarr. in d. cap. accepta confir. decu-
plex. num. 27. eod. tit.

Declara 1. si † renunciatio fuit perfecta eo modo, vt 38
dictum est latè in præcedenti quæstione.

Declara secundò † non procedere in eo qui incon- 39
sultè renunciauit, namque iste potest pœnitere, & repe-
petere, antequam collatio alteri sit facta. Barto. Brix.
in suis quæstionibus dominicalibus 96. Immo. in c. 2. de
renun. lib. 6. & ibi Gemin. oo. 12. cum aliis allegatis
per Boerium decis. 150. nu. 5. est communis opinio teste
Io. Fricar. in tract. com. op. verbo renun. de comm.
etiam attestantur Villalob. ver. renun. n. 29. Bur. cons.
393. n. 10. volu. 4. vt quando motus indignatione siue
ira renunc. Dec. in cap. ea part. 1. oum. 24. de off. deleg.
& rationes adducit Boer. loc. cit.

Hoc tamen hodie in praxi non recipitur, lo-
quendo de renunc. quæ fit coram Sum. Pontific.
namque illa non expeditur statim, sed cum interuallo
temporis, & cum licita sit pœnitentia vsque ad con-
sensum præstitum, & extensum in Cancellaria, & Ca-
mera, hoc non potest cadere, namque habet tempus
pœnitendi.

Declara tertiò non procedere, † quoties renuncia- 40
tio fuisset facta vi, metu, dolo, nam tunc posset resi-
gnans, repetere beneficium resignatum. Abb. Ant. de
Butr. & alij omnes in cap. super hoc. de renun. & in cap.
præsentia, eo. tit. cum aliis citatis per Card. Paris. cons.
66. num. 1. cum seq. vol. 4. Coras. in tract. de benef p. 1.
cap. 8. num. 9. & 10. vbi dicit has causas repetendi esse
approbatas à iure & probatur in d. c. super hoc. de

renun. Ibi. Quam si forte probabilem id est, non vi, nec
metu, nec oppressione, nec interuentu pecuniæ, nec
promissione extortam iudex inuenerit, &c.
41 Idemque posset † procedere in furioso renunciante,
Boër. decis. 350. per totum, & dicetur suo loco, &
hoc scribit Rossin. de benef. c. 37. nu. 5. in homine bo-
næ fidei renuncianre in fauorem hominis malæ fidei.
42 Immò secundùm † aliquos si renunciatio non est spon-
tanea, non amittitur possessio. Ant. de Burg. in c. ex
parte. nu. 65. de rescript. & nu. 66. & 67. Cardin. Paris.
cons. 143. num. 19. vol. 4. Sebast. Medic. in l. vlt. glo.
3. num. 305. de legibus.
43 Declara quarto, vt † possit illud beneficium resigna-
tum habere, & repetere ex noua causa, gloss. commu-
niter recepta in cap. ad nostram. 2. verbo probarent.
versic. si enim aliquis. de iureiuran. Doctor. omnes in
cap. 2. de renunc. vbi Abb. nu. 1. in 2. not. Ant. de Bu-
tr. num. 4. quod de stylo comm. est receptum, & quo-
44 tidiè practicatur, vt resignans † aliquod beneficium
possit illud iterum consequi data vacatione, ex noua
elect. præsentatione, postulatione, & collatione, seu
confirmatione superioris, Paris. in cap. cum venerabi-
45 lis. nu. 42. de except. idque procedit † etiam si ille
iurauerit, vt tradit gloss. in d. cap. ad nostram, & probatur
in d. cap. 2. Ibi: Ideóque vobis mandamus, quatenus
si præfatum P. inueneritis de consensu maioris partis
capituli fuisse de dicto beneficio, authoritate Aposto-
lica inuestitum, eum faciatis beneficium ipsum pacificè
possidere, non enim videtur nobis impedimentum,
afferre iuramentum, quod de eodem non petendo vlte-
rius proponitur præstitisse, si consensus maioris, &
sanioris partis canonicorum Ecclesiæ intercessit. Et ibi
Doct. tradunt post Abb. in 2. not. Antonius de Butr.
46 nu. 4. & est ratio, quia iuramentum † non extenditur ad
ea de quibus non fuit cogitatum. cap. clericus. vbi
communiter Doctor. de iureiur. sicuti rescripta ad
47 lites non extenduntur † ad lites quæ non extabant
tempore impetrat rescripti. c. vlt. de rescrip. &
48 transactio † non extenditur ad ea de quib. non fuit dictũ
& cogitatum. l. si de certa. C. de trans. & iuramentum
regulariter non extenditur ad ea quæ de nouo superue-
niunt. glos. in d. cap. ad nostram, 2. verbo probarunt,
quia intelligitur inesse clausula, rebus sic stantibus. cap.
quemadmodum. de iureiur. l. vlt. ff. qui satisda. cog. l.
vlt. C. de non num. pec. l. si vnquam. C. de reuocan.
dona. Bart. in l. 1. §. & post. ff. de nou. op. nunc.
49 Feder. de Senis cons. 281. incipit, casus talis. Ea † enim
quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de
ætate. §. ex causa ff. de interrog. act. Vbi Bar. Doctores
50 in l. prima. ff. de ventr. insp. Et ideò † si quis offendit
ex causa superueniente, non dicitur rupta cautio data,
de non offendendo. Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de
pœu. & in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loc. & in l.
cum quæritur. ff. de except. rei iudic. Bal. in cap. 1. col. 2.
de pace tenen. in vsibus feud. Rom. Alex. & alij in l. se-
mel mora. ff. sol. matr. Rom. cons. 183. Abb. in c. 1. de
treug. & pac. Alex. cons. 113. lib. 2. cum aliis vt per
Mars. in l. 1. §. vlt. nu. 152. ff. de quæst. Dec. cons. 531.
nu. 7. Afflict. decis. 206. communis opinio de qua at-
testatur Alex. in l. insula. colum. prima & 2. ff. de verb.
obligat. Cardin. Paris. cons. 165. num. 26. volum.
4. Dec. consil. 580. nu. 2. Perusin. de Cautione, cap. 13.
num. 3. quod procedit etiam si in renunciatione vel iu-
ramento ponatur aliqua dictio, tempus futurum respi-
ciens, vt de non repetendo vlteriùs, Abb. d. c. 2. sub
nu. 1. vers. & nota. Ant. de Butr. nu. 41.
51 Quod intellige non † procedere, quoties ob crimen
resignauit, Doctor. in cap. nisi. de renun. vbi Hostien.
52 & Abb. & in Episcopo † renunciante, vt monachus
fiat, nam vlteriùs ad episcopatum illum redire non po-
test. c. hoc nequaquam. 7. q. 1. vbi Card. Alex. Archid.
Bellam. & alij omnes Docto. in cap. post translationem.
de renunc. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 6. nu. 7.
53 Declara quintò † vt renuncians possit repetere bene-
ficium quod renunciauit, postquàm eo fuit spoliatus,
nam esse restituendum hoc casu scribunt Rot. decis. 6.
de renunc. in antiq. & decis. 3. nu. 4. de renunciat. in
nou. & decis. 8. in tit. de restit. spoliat. Card. Paris.
cons. 1. num. 151. vol. 1. cum aliis & per Menoch. de re-
cup. poss. primo rem. nu. 263. & nu. 272. qui attestatur
hanc esse opinionem, & ita fuit resolutum in vna Me-
liten. Abbatiæ coram Rubeo de anno 1557. 6. Ianuarij
teste Caputaquen. decis. 20. libr. 2. in manuscr. Cott.
decis. 320. & in alia Abulen. sancti Martini coram Al-
dobrandino. 29. Decembris 1557. teste Cotta decis. 319. in
manuscript. & habetur in libro diuer. decis. 309. in ma-
nuscript. etiam si renunciauerit in fauorem alterius,
quàm illius qui spoliauit, vt fuit resolutum in vna Bar-
chinonen. coram Cardinali sanctæ Crucis de mense No-
uembris 1546. vt ipse testatur in recollectis manuscrip.
decis. 173. & coram Pelegrin. in vna Imolen. præbend.
& canonicatus teste eodem Pelegrino, decis. 275. lib.
2. & Caputaq. decisio. 241. libr. 1. in manuscript. de
qua re dicetur latius infra.
Declara sexto seu limita † non procedere, quoties 54
ius non fuit quæsitum resignatario, vel si fuit quæsitum,
conditiones non seruantur, nam hoc casu potest re-
signans repetere suum beneficium, vt fuit pluries in di-
uersis causis resolutum in Rota, & est communis opinio
omnium doctorum, vt latè scripsi q. 3.

Lib. 1. quæst. 13.

MIramur quòd Auctor, in Rota hac quæstione, de ce-
lebri illo penitioris Regis Consilij placito, quod die
25 mensis Aprilis 1558. Ipsiusmet proprio tùnc regnantis
Regis ore pronunciatum extitit, nullam mentionem fece-
rit. Quo videlicet, Ioannes Benedictus (qui anteà, nempè
de mēse Augusti 1555. in graui infirmitate constitutus, duas
quas obtinebat Parochiales Ecclesias in fauorem Francisci
Semelle sui famuli & in altera ex prædictis Ecclesiis vi-
carij, data sibi ab eodem Francisco Fide, de eiidem, casu
quo conualesceret, retrocedendis resignauerat) ambarum
possessioni (Ipso etiam Francisco inuito & ob perfidiam
mulctato) restituens, & ita regressus, fuit. Et nisi hic ca-
sus, doli verbo (de quo in tertia declaratione n. o.) com-
prehendatur, non videmus cur silentio præteriri debuerit,
Stet ergò loco septimæ declarationis.] ¶ Non
est cur miretur Duclosius auctorem in hac quæstione nul-
lam de celebri illo Henrici secundi placito resignantes in-
firmos sanitati restitutos, beneficio quoque restituendos
decernente, mentionem fecisse: ius enim hoc speciale gal-
lis, exteris incognitum, sed apud nos in tantum fauorabi-
le, vt de casu resignationis infirmi, ad casum resignatio-
nis hominis etiam sani, sed in periculo pestis constituti
aut de capitali crimine accusati, protendatur, vt tradit
Oliueus, lib. 1. notabiliũ quæst. tit 19. An autem regressui in
casibus huiusmodi ex renunciatione simplici locus sit? di-
cetur ad q. sequentem.

Eadem quæst. numer. 44. Ibi, Possit illud
iterùm consequi.

INtellige nisi beneficium propter delictum (ob quod eo-
dem priuandus venisset) resignauerit: eo enim casu
ipse resignans non nisi postquam ab excessu absolutionem,
& ad obtinenda beneficia dispensationem habuerit, illud
iterùm consequi poterit.

Eadem quæst. numer. 47. Ibi, Rescripta ad lites
non extenduntur.

ITa etiam clausula, quouismodo, in prouisionibus
Apostolicis apponi solita, ad modos vacandi, de futuro
contingentes, non protrahitur. Vt praxis beneficiariæ
scriptoribus placet.

Eadem quæst. numer. 51. Ibi, Quotiès ob
crimen resignauit.

HOc verum, quandiu resignans in reatu permanet: sed
postquàm à sancta sede Apostolica fuerit rehabilita-
tus, cessum sic beneficium, (vlteriori illius vacatione
occurrente) denuò recipere non prohibetur.

Digitized by Google

QVÆSTIO XIV.

An in casibus, in quibus, resignans per resignationem, non abdicat ius à se, possit redire ad beneficium resignatum absquè noua collatione.

SVMMARIVM.

1 *Si permutatio non est sortita effectum, permutantes possunt redire absque noua collatione. & num. 12.*
2 *Renunciatio debet præcedere collationem.*
3 *In renunciatione conditionali considerantur duo actus, cessio & collatio.*
4 *Beneficium Ecclesiasticum sine noua collatione obtineri non potest.*
5 *Per renunciationem primus titulus est extinctus.*
6 *Quoties non abdicatur ius, resignans potest redire sine noua collatione.*
7 *Cùm conditiones non seruantur, ius non abdicatur, & beneficium non vacat.*
8 *Cùm non seruantur conditiones resignasse non censetur.*
9 *Actus habetur ac si non esset factus, cùm non seruantur conditiones.*
10 *Non impleta conditione titulus & possessio non dicitur dimissa.*
11 *Dimissio intelligitur rebus sic stantibus.*
12 *Si permutatio non habuit effectum permutantes possunt redire ad beneficia absque noua collatione*
13 *Quoties renunciatio est simplex vacat beneficium, in conditionali si conditiones seruentur.*
14 *Rebuffus declaratur.*
15 *Resignans, si non seruentur conditiones potest agere spolio, & requiritur declaratoria Iudicis.*
16 *Possessio occupata non potest propria authoritate apprehendi.*
17 *Renuncians metu venit restituendus absque noua collatione.*
18 *Quoties beneficium est resignatum contra mand. in formam, restituitur resignanti absque noua collatione.*
19 *Si resignatio conditionalis habuit effectum, resignans non potest redire absque noua collatione.*
20 *Renuncians beneficium simpliciter non potest redire absque noua collatione.*
21 *Requiritur noua collatio, siue fuerit alteri collatum siue non.*
22 *Resignans potest denuò resignare, cum non abdicatur ius & secunda resignatio erit valida.*
23 *Renuncians validè non potest rursus renunciare.*
24 *Renuncians duobus est periurus.*
25 *Resignans recuperat beneficium cùm noua collatione quamuis consequatur omnia iura, non tamen prærogatiuam antiquitatis.*
26 *Recuperans beneficium ex noua collatione non habet ius optandi.*
27 *Renuncians Canonicatum si ex collatione ad eundem redeat, non habebit eundem locum.*
28 *Rediens ad beneficium resignatum vigore regressus recuperat eundem locum.*
29 *Vbi resignatio non tenet si resignãs non redeat, aut superior non cõferat, collatio deuoluitur ad superiorẽ.*

DEcimo quartò quæro, An supradictis casibus de quibus in vltima declaratione præcedentis quæstionis, resignans possit redire ad beneficium resignatum absque noua collatione?

Quòd requiratur noua collatio videntur affirmare
1 infra scripti Doct. dùm firmant, in permutatione † inualida, quæ suum oon est sortita effectum, permutantes non posse redire ad beneficia absque noua collatione. Rot. decis. prima num. 4. ver. io 3. dubio, de rerum permut. in nou. vbi dicit ita tentum, & decis. 1. in fin. de fil. presb. ver. dicebam. in nouis, & decis. 16. num. 6. de rer. permu. in antiq. vbi dicit hanc opinionem esse tutiorem, & veriorem. & decis. 3. eod. tit. in antiquioribus per Bisignetum, Feder. de Sen. cons. 156. Petr. Antonius de Butr. Petrus de Perus. & alij relati à Fel. in cap. cum venerabilis. num. 16. de excep. & pro ea consuluit Barto. Soci. vt refert. Dec. in dic. capit. cum venerabilis. oum. 73. dicens hanc esse magis communem, & ibi Card. Paris. oum. 40. tuetur hanc opinionem affirmans esse communem; de magis. comm. attestatur Selua de benef. par. 3. quæst. 24. num. 3. vbi dicit ab hac opinione noo esse recedendum, & dicit esse magis æquam, & securiorem. Redoa. de Simon. par. 1. cap. 10. num. 30. & num. 31. Mascard. de prob. concl. 1395. num. 3.

Ita & renunciantes in fauorem, si renunciatio non est sortita effectum, noo poterunt redire absque oouа collatione, & ratio † est, quia renunciatio debet præce- 2
dere collationem. Abb. in cap. inter cætera. in principio, de præb. Rot. decis. 7. de rer. permu. in antiq. Glo. in cap. si propter. in ver. vacabunt, de rescr. lib. 6. Card. cons. 62. sigillatim, colum. 2. ver. ad tertiam, & est communis opinio. nam considerantur † duo actus, cessio 3
resignantis, & collatio in fauoem resignatarij, Boer. decis. 2. oum. 16. Mandos. de Infir. quæst. 12. in fin. dicens in permutatione considerari etiam duos actus, vndè cum beneficium verè vacauerit per renunciationẽ, vt est communis opinio, de quo latè dixi supra, sequitur oon posse redire † sine noua collatione, cum bene- 4
ficium Ecclesiasticum vacans sine canonica institutione per eum qui in eo ius non habet, vel si ius habuit illud per priuationem, seu liberam resignationem perdidit, recuperari non possit. cap. ex sequentibus. de institu. cap. primo, de reg. iur. in 6. nam primus titulus per dictam renunciationem fuit extinctus, † quo fit, vt vir- 5
tute dicti tituli extincti, noo possit venire, vt latè & egregiè comprobat Card. Paris. d. cap. cum venerabilis. numero. 41. arg. l. 4. §. condemnatum. ff. de re. iud. cap. illud. de iure patro. & hanc opin. in indiuiduo videtur tenere Rebuff. de paci. poss. 144.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem existimo veriorem, vt his casibus resignans possit redire
sine noua † collatione, vt tenet Rot. decis. 7. de rest. 6
spolia. io antiquis, Crescen. decis. 228. lib. 2. in manusc. Cels. Vgo cons. 43. num. 5. Caputaque. decis. 379. libr. primo, in manusc. Mœd. decis. 3. 2. 3. in manuscr. Archid. in cap. si beneficio. de præb. lib. 6. Card. Paris. consil. 5. nu. 7. volum. 4. Gabriel. cons. 185. num. 2. vol. primo. & fuit pluries resolutum in Rota, vt patet ex decisionibus citatis, quibus cauetur, non ius abdi-
cari à resignante non seruatis conditionibus † ergo be- 7
neficiom non vacat. Rota decis. vltima in antiq. de rer. permut. Put. decis. 523. lib. 2. & decis. 297. num. 5. lib.
3. & resignasse † non censetur. Inno. io cap. inter cætera. 8
de præb. io pein. Rot. dict. decis. vlt. de rer. permut. in antiq. Put. decis. 247. nu. 2. lib. 2.

Nam actus † habetur ac si oon esset factus, non puri- 9
ficata conditione. Card. Paris. cons. 5. num. 7. cum seq. volum. 4. Soci. Iun. cons. 4. oumer. 16. volum. 2. Cæphal. cons. 17. num. 8. volum. primo. Gabriel. cons. 72. num. 3. vol. 2.

Et titulus ac possessio † non dicetur dimissa nisi adim- 10
pleta conditione, gl. in cap. olim. de rest. spol. Inno. in cap. inter cætera de præb. Cott. decis. 318. in manuscrip. & communiter Doct.

Nam dimissio † illa intelligitur rebus sic stantibus. 11
Card. Paris. cons. 24. no. 92. vol. 2. & cons. 67. num. 70. cum sequenti eod. vol. Vincentius Franc. decis. 181. n. 12. Sam. de trien. q. 24. Put. decis. 358. libr. 3. cum oihil de nouo videatur acquirere, sed acquisitum conseruare. arg. l. filio ff. de iniust. rup. & irrit. test. l. peculium. §. si habere ff. de peculi. l. voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypot.

Et hanc opinionem videtur tenere Io. Anan. in cap. primo. de rer. permut. Feder. de Sen. in tract. de perm. benef. in 3. quæst. Rota decis. vlt. de rerum permut. in antiq. Card. & Imo. in cap. penul. colum. vlt io fin.

conf. sed iuxta prædicta eodem titu. de rerum perm.
Dec. in d. cap. cum venerabilis. num. 73. dum tenent,
12 quòd † si permutatio non habuit effectum, permutantes
possunt redire ad beneficium absque noua collatione.
Io. Andr. in cap. 1. de rerum permu. in 6. & hæc opinio
tenetur de consuetudine, teste Petro Greg. Sintag. iu.
lib. 17. cap. 17. num. 33. vbi dicit ita fuisse iudicatum
in Senatu Paris. 2. Maij 1525. & in Vigilia Beatissimæ
Mariæ de anno 1539. vt etiam refert Rebuff. de pacif.
poss. num. 166. adeò quod hodiè hæc est communis resolutio, & magis communis.
13 Non obstat quòd renunciatio † debet præcedere col-
lationem, & per renunciationem vacat beneficium,
Nam hoc est verissimum, quotiès renunciatio est sim-
plex & libera, vt communiter Doctor. concludunt. De
quo dixi aliàs. In casu autem nostro renunciatio non
videtur libera, sed limitata casu quo conditiones ha-
beant effectum, quæ si non sequantur, renunciatio non
videtur facta. Innoc. in d. cap. inter cætera. in princ. de
præbend. & quod ibi not. gloss. 2. egregiè Rota d. de-
cis. vlt. de rer. perm. in antiq. vnde poterit redire ad
suum beneficium, quod in effectu non renunciauit: cum
14 conditiones effectum non habuerint. Nec obstat † Re-
buff. loco citato, quia potest intelligi quando resignatio
habuit effectum, & ita illum declaro procedere.

Concludendum igitur est non requiri nouam colla-
tionem, cum conditiones positæ in resignatione non
habeant effectum: quia resignans potest redire absque
ea, & hæc opinio seruatur de stylo & est de mente Rotæ.
15 Requiritur tamen declaratoria † superioris, decla-
rantis ipsum posse redire. vt tenet Vbertinus de Carpa-
giano in Rep. cap. vnico, col. 17. vers. quæro septimò. de
rerum permut. lib. 6. quem refert Felin. in d. cap. cum
venerabilis. num. 11. de except. Namque in casibus, in
quibus dictū est non abdicari ius, resignans potest agere
spolio aduersus resignatarium, & restituetur, & potest
redire. Mœd. decis. 81. 93. & 325. Accoramb. decis.
16. & 31. lib. 2. Caputaq. decis. 347. libr. 1. in manus-
cript. Sarnen. decisio 41. libr. 1. Simonet. decisio. 39.
Pelegrin. decisio. 70. Cott. decisio. 321. in fin. & decis.
400. Paleot. decis. 112. alias 163. in manuscr. & com-
16 muniter alij. Et cùm possessio † sit occupata, non po-
test propria authoritate illam capere, vt in terminis fir-
mat Rota decis. 7. de restit. spoliat. in antiq. propè fi-
nem, ex Innoc. in cap. transmissam. de elect.
17 Ideò † qui renunciat metu, venit restituendus absque
noua collatione. Abb. Fel. in cap. si verò n. 11. de iu-
reiur. Card. Paris. cons. 5. num. 165. vol. 4.
18 Hinc quatenus † beneficium est resignatum contra
mandati formam, resignans potest redire absque noua
collatione. Rebuff. in prax. tit. de publ. gloss. vlt. num.
32. folio 394.
19 Si verò † resignatio conditionalis habuit effectum,
tùnc resignans non potest redire ad beneficium absque
noua collatione, vt tenet Rota, vt refert & sequitur
Felin. in dict. cap. cum venerabilis. n. 11. de exceptio.
Cel. Vgo cons. 43. num. 6. Rebuff. de pacif. poss. num.
164. Redoan. de Simonia. part. 2. capit. 10. num. 29.
cum seq. Io. de Selua de benef. par. 3. cap. 24. n. 3. Petr.
Greg. Sintag. iuris loco citato communis opinio quæ
quotidiè practicatur.
20 Ita & etiam † si quis renunciat beneficium simplici-
ter, non potest ad illud redire absque noua collatione.
Paris. in dict. cap. cum venerabilis. num. 42. de except.
& est communis opinio, nam est extinctus titulus quem
habebat per renunciationem, ideò nouus requiritur,
vt egregiè probat Paris. d. c. cum venerabilis. num. 44.
versic. non propterea. & hoc tenet Glos. in cap. quod
Dei. de stat. Mon. Nauar. in cap. cum accepta. num. 31.
opp. 7. de rest. spoliat.
21 Ampliatur procedere † siue fuerit alteri collatum siue
non: nam vtroque casu vacauit beneficium. Paris. d. cap.
cum venerabilis. num. 42. & est communis opinio, &
22 regulare est, † vt quotiès non abdicatur ius à resignante,
& nulla est resignatio, possit resignans de nouo resignare
in fauorem alterius; & hæc secunda resignatio erit va-
lida, non obstante prima. vt fuit pluriès resolutum in
Rota in vna Ispalen. canonicatus die 9. Iulij 1568. co-
ram Oradino, teste eod. decis. 32. incipit. An ex præfa-
tis. lib. 2. & in vna Burgen. canonicatus. coram R.P.D.
Gipsio Auditore Rotæ doctissimo 18. April. 1586. & ra- 23
tio colligitur ex supradictis, aliàs autem non posset †
post resignationem renunciare, cum nullum ius habeat: 24
iuxta communes conclusiones infrà ponendas. † & est
periurus ob iuramentum quod solet in resignationibus
præstari, quod non interuenit dolus, neque fraus, &c.
limita tamen non procedere si resignasset ius tantùm
quod prætendit, Put. decis. 468. lib. 2. etsi non dicat
quòd habet ius. vt fuit resolutum in vna Brixien. fru-
ctuum, coram Sam. 27. Febr. 1542. teste Put. decis. 269.
lib. 1.
Et quotiès quis redit ad beneficiū † cum noua colla- 25
tione, vt quia resignatarius ei illud retrocedat, aut alias
quamuis recuperet omnia iura beneficij, & onera &
commoda, non tamen eandem prærogatiuam antiqui-
tatis. Hinc fuit resolutum in Rot. in vna Paduan. optio-
nis. coram Accorambono 29. Nouembris 1557. teste
Cotta decis. 337. in manuscrip. non competere ius op-
tandi, Nam quidam possederat canonicatum per plures
annos, postea resignauerat, demùm resignatarius retro- 26
cessit, † quærebatur an haberet prærogatiuam antiqui-
tatis, ex qua posset optare, vt ante resignationem po-
terat: fuit negatiuè resolutum, quia per renunciatio-
nem amittit ius, & prærogatiuam antiquitatis, Paris.
cons. 93. num. 11. vol. 4. quod etiam habetur libro di-
uersarum decis. 83. in manuscr.
Ita etiam † regulare est, vt si resignans canonicatum 27
redeat ad eundem canonicatum ex resignatione, non
habebit eundem locum vt anteà, vt pluries fuit decisum 28
in Rot. quod tamen limita non procedere † quotiès quis
redit vigore regressus, vt late per Mohed. decis. 72. in
manuscr.
Et vbi resignatio † non tenet, si resignans non redeat 29
ad beneficium resignatum & superior non conferat, col-
latio deuoluitur ad superiorem. Rot. decis. 8. num. 3.
de remun. in nouis.

Lib. 1. q. 14. n. 2. Ibi, Renunciatio debet præcedere collationem.

ET nedùm hanc, sed promissionem quoque de conferendo, cap. 2. de concess. præben. & Ecclesiæ non vacan.

Eadem quæst. num. 5. Ibi, Rebuffus de pacificis possessoribus.

NOn citat numerum, qui est 144. Verùm placet admodùm Auctoris interpretatio quam ponit n. 13. in fine. Vt dictum Rebuffi eodem n. 144. (videlicet resignantem semel beneficium, ad id ampliùs, absque noua collatione redire non posse) intelligatur quandò resignatio habuit effectum (videlicet si conditionalis, sequuta collatione: si verò pura, & simplex sit, admissa resignatione.) & non aliter. Idque rationibus superiùs q. 12. deductis: quas hic transcribere nostri non est instituti.

q. 14. num. 20. Si quis renunciat simpliciter non potest ad illud redire absque noua collatione.

¶ SEd quid, si in infirmitate renunciauit simpliciter in manibus Ordinarij, nonne locus erit regressui repetita valetudine? Negat Louetius, ad Molin. in regul. de infirm. resig. num. 50. ratio est, secundum eum, quia qui purè & simpliciter, in manibus Ordinariorum resignant, successorem non quærunt, nec quem suo beneficio gratificari desiderant, ideoque talis resignatio pura & simplex, nulla conditione adiecta, nec vllius personæ intuitu facta dicitur, quo fit vt in ea non cadat perfidia resignatarij, quæ causam dedit decreto Henrici secundi infirmis resignantibus regressum concedenti; Et huic opinioni admodum fauere videtur edictum du Controrolle de anno 1628 art. 20. his verbis. *Voulons & Ordonnons, qu'apres la resignation & demission pure & simple faite entre les*

Digitized by Google

maius de l'Ordinaire, ou du Legat, & par luy admise, le resignant demeure entierement priué du benefice, & du droit qu'il auoit en iceluy, & qu'il n'y puisse rentrer sans nouuelles prouisions, soit que ladite resignation ait esté faite en maladie, ou autrement. Affirmat tamen Melchior Pastor de benef. lib. 3. tit. 9. num. 2. etiam hoc casu locum esse regressui, obtenta scilicet seu obtinenda de nouo iuxta memoratum edictum ab Ordinario prouisione, in cuius manibus prouisus cedere à Iudice regio compelletur, vel eius sententia loco cessionis habebitur. Quid dicendum? Praxis resignantem, etiam de nouo non prouisum, indistinctè admittit ad regressum, quam nos non improbandam arbitramur: quia non tantum perfidia resignatarij, quæ non Cadit in simplici euitatione beneficij, sed etiam metus, & cogitatio mortis, ac perturbatio animi ægrotantis causa sunt restitutionis, cuius effectus est, vt læsum reponat in pristinum statum, l. quod si minor, §. restitutio. & ibi Bart. ff. de minor. Abbas in rubric. de restitur. in integ. ergo non requiritur noua collatio, & ita obtinet, abrogato, quoad hoc, per contrarium vsum præfato edicto.

QVÆTIO XV.

An resignans semel possit vlterius resignare, ampliatur & limitatur multis modis negatiua opinio.

SVMMARIVM.

1 *Resignant semel non potest vlterius resignare.*
2 *Per resignationem amittitur titulus & possessio.*
3 *Non potest resignare qui non habet beneficium.*
4 *Priuatio præsupponit habitum.*
5 *Nemo potest dare quod non habet.*
6 *Qui cessit vni, alteri cedere non potest.*
7 *Venditio secunda non valet in præiudicium primæ factæ cum traditione.*
8 *Ecclesiasticis personis prohibita est variatio.*
9 *Nemo plus iuris in aliū trasferre potest, quā ipse habet*
10 *Consensus primus est validus.*
11 *Gratia est subreptitia, cum non exprimitur id quod mouet concedentem.*
12 *Papa non solet tollere ius quæsitum.*
13 *Collatio beneficij non vacantis, est nulla.*
14 *Resignatarius habens ius ab eo qui non habebat, si cepit possessionem dicetur intrusus.*
15 *Beneficium ecclesiasticum non potest obtineri sine canonica institutione etiam quoad possessionem.*
16 *Resignans non potest amplius resignare etiam in fauorem primi.*
17 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
18 *Resignans non potest secundo resignare, esto quòd resignatarius non sit vsus resignatione per duos annos.*
19 *Resignans non potest secundo resignare, etiam quòd resignatarius sit mortuus.*
20 *Resignans non potest secundo resignare, etiam si prima resignatio sit nulla.*
21 *Resignans sine consensu Regis contra priuilegium, est indignus.*
22 *Si procurator renunciat non potest Dominus secundo resignare.*
23 *Secundus resignatarius non potest se tueri regula de triennali aduersus primum.*
24 *Literæ que non valent non dicuntur literæ.*
25 *Possidens beneficium vnitum triennio, non iuuatur regula de triennali.*
26 *Resignans secundo tenetur crimine stellionatus.*
27 *Donans duobus eandem rem, tenetur crimine stellionatus.*
28 *Renunciatio est donatio.*
29 *Quæ pœna imponatur pro crimine stellionatus.*
30 *Priuatio non fit nisi ex magno crimine.*
31 *Resignans dicens in iudicio non resignasse, tenetur pœna falsi.*
32 *Falsum debet esse dolosum vt puniatur.*
33 *Falsum nocinum est punibile.*
34 *Renunciatione non admissa, potest resignans rursus resignare.*
35 *Post renocationem potest quis resignare.*
36 *Resignans potest rursus resignare in casibus, in quibus non abdicatur ius.*
37 *Resignatio secunda tribuit titulum coloratum, quando multa opponi possunt contra priorem.*

DEcimoquinto quæro: An qui resignauit semel possit vlterius idem beneficium resignare? Comm. opinio est † negatiua secundum quam 1
in facti contingentia respondit Rebuff. cons. 4. per totum, & num. 15. & cons. 38. num. 1. & 85. num. 20. & cons. 93. num. 11. vers. 4. & cons. 185. nu. 6. & ratio
† est quia per primam resignationem amisit titulum & 2
omnem possessionem beneficij resignati. DD. omnes in cap. sollicitè. de rest. spoliat. & in cap. quod in dubiis de renunc. vnde non poterit secundo resignare, quia
† qui non habet beneficium non potest resignare. Rebuf. 3
d. cons. 38. num. 1. 2. & 3. cum † priuatio præsupponat 4
habitum. l. qui decem. ff. de verb. obligat. & nemo † 5
potest dare quod non habet. §. seruus. de cap. dim. Rebuff. cons. 63. num. 11. qui enim † cessit vni alteri non 6
potest idem ius cedere. l. non quocunque. §. qui Caium. ff. de leg. 1. vbi Bar. Ias. Alexand. cons. 28. viso lib. 5.
& † si quis vendit vni, & tradat, licet alteri vendiderit, non valet secunda venditio. l. quoties. Cod. de rei 7
vend. & quia † prohibita est variatio personis maximè 8
ecclesiasticis, Clem. 1. de renunc. vbi DD. ex quo sequitur in secundum resignatarium nihil translatum fuisse, vt voluit expresè Rebuff. in cons. allegatis, & est communis † opinio, tum quia nemo plus iuris in alium transferre potest quàm ipse habet. l. traditio. ff. de acquir. 9
rer. dom. sed resignans nullum ius habet, ergò nihil transtulit. Rebuff. cons. 85. num. 11. & 12. tum etiam quia prouisio, & collatio ei facta est nulla, vt clarè
dicitur in reg. † 40. cancel. ibi. & se ipsum resignan- 10
tem, seu cedentem, pluries super vno & eodem beneficio in fauorem diuersarum personarum successiuè consentire contigerit, voluit Sanctitas sua quòd primus consensus tenere debeat, & alij posteriores consensus ac literæ illorum prætextu, etiam sub priori Data expeditæ pro tempore, nullius sint roboris, vel momenti,
&c. & subreptitiæ † quia non fuerat expressum quòd re- 11
signans antea resignauerat, quòd si expressisset, non est verisimile quòd Papa contulisset, vt scribitur in cap.
postulastis. in fin. de rescript. & voluisset, † tollere ius 12
quæsitum per primam resignationem. cap. quamuis. de
rescrip. in 6. & quia † collatio beneficij non vacantis est 13
nulla, Bellam. cons. 19. col. 2. Gemin. cons. 86. in princ. sed hoc non vacabat, cum fuerat acquisitum primo resignatario, ergò nulla collatio.

Vndè si cepit possessionem iste † secundus resignata- 14
rius, dicetur intrusus, vt respondit Rebuff. d. consil. 90. & primus resignatarius aduersus illum poterit agere, &
obtinebit: nam † beneficium Ecclesiasticum non potest 15
obtineri sine canonica institutione, etiam quoad possessionem. Glo. pragm. in verbo inquirant. §. ordinarij, de pacis. possess. resignatarius non est vsus & hoc ne aperiatur via malitiis, vt quis resignet duobus, & secundus capiat possessionem, & tollat ius tertio, & ideò renunciatio facta coram Papa post renunciationem factam coram ordinario, non valet. Rebuff. in prax. gl. 3. fol. 362.

Amplia primò, vt qui † semel resignauit non possit 16
vlterius resignare, etiam in fauorem primi, Sarn. de public. resign. q. 18. Cassad. decis. 9. de concess. præbend. Rebuff. cons. 4. num. 5. & cons. 185. num. 6. & est ratio, quia cum abdicauerit omne ius à se per pri-
mam, secunda non prodest, † & fieri non debet quod 17
factum non releuat. l. si quando. ff. ad velleian.

Amplia secundò procedere, etiam si primus resigna-
tarius non est vsus resignatione † per duos annos nam 18
nihilominus resignans non poterit alteri resignare, vt in facti contigentia respondit Rebuff. cons. 85. num. 20. ex ratione superius allegata.

19 Amplia tertiò procedere, † etiam si primus, resigna-
tarius moriatur; nam tunc beneficium vacat per obi-
tum, & resignans non poterit resignare, cum nihil ha-
beat. Rebuff. d. cons. 85. num. 10. in fin.
20 Amplia quartò procedere, etiam si prima † resigna-
tio sit nulla, quia fuit facta sine consensu Regis, vt re-
quiritur, iuxta priuilegia data Regi Franciæ, nam nihi-
lominus non potest alteri resignare etiam cum consensu
Regis, vt respondit Rebuff. cons. 38. num. 3. & cons.
21 93. num. 14. quia tanquam † indignus priuatur, cum re-
nunciatio videatur fraudulenta, vnde non operatur hoc
casu clausula, *& non aliàs, nec alio modo*. Rebuff. dict.
cons. 38. num. 6. & num. 14.
22 Amplia quintò procedere † etiam in renunciatione
facti per procuratorem, nam postquam procurator re-
nunciauit, dominus non potest alteri cedere, ita res-
pondit Rebuff. cons. 4. num. 2. ver. 1. & est communis
opinio, vt suo loco dicetur.
23 Amplia 6. vt etiam † si secundus resignatarius posse-
derit illud beneficium per triennium, nihilominus præ-
fertur primus, aduersus quem non poterit se tueri re-
gula de triennali possess. vt in facti contingentia con-
sultus respondit Rebuff. cons. 185. & ratio est, quia iste
secundus resignatarius, vt constat ex supradictis, non
habet titulum nec etiam coloratum, cum sit nullus.
can. factus. in fi. 7. qu. 2. Fel. optimè in cap. in nostra.
24 coroll. 36. de rescrip. † & literæ quæ non valent, non
dicuntur literæ, sed nullæ, Glos. in cap. cum nostris. in
versiculo de facto, de concess. præben. ergò non pote-
rit vti remedio regulæ de triennali, iuxta communem
resolutionem firmatam quoque sæpius in Rota. Hinc di-
25 cit Sarnen. de triennali. q. 8. num. 24. quòd possidens †
pacificè beneficium triennio non iuuatur regula de
trienn. quia caret titulo, qui per vnionem extinctus erat.
Amplia septimò vt non solum resignatio sit nulla, si
resignans resignat secundò, & sic iterùm, sed ipse vide-
tur delinquere, † & crimine stellionatus tenetur, cum
26 non sit alia pœna statuta in iure canonico. vt respondit
Rebuff. cons. 4. num. 11. & num. 12. & cons. 90. num. 9.
ac cons. 93. num. 14. vbi dicit idem tenere Berber. in
27 viatorio iuris, in rub. de crim. stellio. in fi. sicuti † qui
duobus donat. l. 3. ff. de crim. stellio. vbi Bar. Glo. in
28 cap. nullo, & ibi DD. omnes de reb. Eccl. non alien. † &
tamen renunciatio est donatio, vt est cõmunis Docto-
29 rum sententia, de qua dictum est supra, & hæc pœna †
est, vt priuetur beneficiis, si quæ habet. l. habemus. §.
œconomus. C. de sacr. san. Eccl. ita Rebuff. cons. 90.
30 nu. 9. cui opinioni, non de facili accederem, † namque
priuatio beneficij non fit nisi ex graui, & magno crimi-
ne, ac in casibus a iure expressis, vt latè probaui in cap.
31 ac si clerici. de Iud. & est communis resolutio, † Si verò
fuit interrogatus an resignauit, & respondit non resi-
gnasse, secundum Rebuff. d. cons. 90. num. 9. punitur
pœna falsi, quod procedit si in iudicio ita respondit, l.
si à debitore, ff. ad leg. Cornel. de fals. & si falsum fuit
32 † dolosum, Bar. in l. si quis legatum. ff. de fals. Bal. in
l. damus. C. eodem tit. Glo. in cap. quanto. de iureiur.
D. meus. Cardin. Paris. cons. 151. nu. 23. cum seq. vol. 4.
communis opinio teste Gomesio in §. penales numer.
33 6. inst de act. & † si est nociuum alicui, Glo. per il-
lum tex. in d. l. damus. Ias. in l. sub. prætext. nu. 11. C.
de transact. Dec. cons. 8. Couar. in cap. quamuis. num.
6. de pact. communis opinio teste Alex. cons. 145. col. 2.
lib. 6. Cur. iun. de feud. p. 4. q. 10. Clar. §. falsum.
versiculo excusatur.
34 Limito primò non procedere, † quoties prima resi-
gnatio non fuit admissa, nam tùnc resignans potest ite-
rum renunciare, vt est communis opinio, de qua dixi
latè supra in 12. quæst.
Limito secundò non procedere, quoties fuit admissa
35 renunciatio, sed fuit † reuocata antè præstitum consen-
sum in Cancellaria, vel Camera, nam tùnc potest in fa-
uorem alterius resignare. Rebuff. cons. 4. n. 15. & est com-
munis opinio sæpiùs resoluta in Rota, vt dixi in d. q. 12.
Limito tertiò non procedere in casibus, in quibus
non † abdicatur ius a resignante, nam tùnc potest ite- 36
rum resignare. vt sæpius fuit in Rota determinatum,
vt dictum est supra. quæst. 3. & quæst. 14. num. 22.
Limito quartò, † vt resignatio secunda tribuat titulũ 37
coloratum, ad effectum reg. de trienn. quandò multa
opponi possunt contra priorem, vt fuit tentum 21.
Martij, 1551. vt habetur lib. 6. diuers. manuscrip. decis.
299. in vna Placentina parochialis, coram Auro. Aug.
Sam. de trien. q. 27. num. 5. & 7.

Lib. 1. q. 15. Ibi, Et primus resignatarius.

IDem tenet Parisius lib. 12. q. 14. n. 34. Vbi etiam nos fauente Deo, dicemus. Interim non omittendum, quòd non solùm primus resignatarius: sed & ab eo ius habens, contra secundum resignatariam agere poterit, arg. l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. §. fuerat. de act. apud Iustinia. Quod intelligendum si secunda resignatio antè lapsum semestris, à priori resignatione computandi, facta fuerit: secus si post. Primo enim casu, secunda resignatio non valet: Secundo verò, subsistit, vt regulæ de public. resignat. Quam in morte ciuili locum habere, certum est: ex Molineo, & aliis plærisque eiusdem regulæ commentatoribus.

Eadem q. num. 15. Versic. Et Ideò.

QVod notatu dignum est, aduersus eum qui, facta priùs in ordinarij collatoris manibus pura & simplici resignatione, eaque admissa, & beneficij collatione sequuta, nihilominus (tacitis prioribus resignatione & collatione) iterùm in Pontificis Maximi manibus, & in fauorem iam prouisi resignat, eo solùm animo vt sibi pensio annua super sic resignati beneficij fructibus, siue de consensu prætensi resignatarij, seu cum derogatione Regulæ Cancellariæ Apostolicæ de præstando consensu in pensionibus. Apostolica authoritate reseruetur. Quod quàm sordidum sit, quin & detestabile, nemò non videt. De pensione autem collusoriè reseruata quòd sit illicita, firmat Gigas q. 42 num. 3. de pensionibus.

q. 15. num. 14. Et primus resignatarius aduersus illum secundum poterit agere & obtinebit.

¶ MOdò intra triennium possessionem beneficij, viuo resignante acceperit. aliàs resignatio pro infecta habetur, vt edictis anni 1638. art. 20. & 1646. art. 14. statuitur, habetque ea tunc resignans liberam facultatem iteràm resignandi ad fauorem tamen alterius, & non eiusdem, vt cauetur decreto Vrbani 8 de anno 1634. & memoratis edictis. d. art. 20. & art. 3. Sed pendente primæ resignationis termino, secunda fieri non potest, obstante regula de non tollendo ius alteri quæsitum, si prior resignans acceptauerit, vel dispositione, & prohibitione Capituli si tibi absenti, de præbend in 6. si nondũ acceptatio vel repudiatio fuerit subsequuta. nec non decreto irritanti in qualibet resignationis signatura apponi solito, dummodo super resignatione dicti beneficij, alia Data capta. & consensus extensus non fuerint: aliàs præsens gratia nulla sit eo ipso: atque ideò, caue à Molineo ad Regul de public. Resig. num. 69. & 71. & eius sequace hic Petro Duclosio perperam asserentibus secundam resignationem post semestre à prima factam potiorem esse priore (cum scilicet secundus resignatarius prior est in possessione) in vim regulæ de publicand. quam dicunt habere locum in morte ciuili, quod tamen negat Gomesius, ad eandem regulam, q. 19. & bene, vt & nos alibi dicemus; sed quidquid sit in genere, non potest esse locus regulæ in casu speciali, de quo agitur. ad fauorem secundi resignatarij in necem primi, quia stante prima resignatione, ius vetat secundam fieri, dict. cap. si tibi absenti, quod autem contra legem fit, non potest ratum haberi, quinimo nullum penitus est, & pro infecto habetur, l. non dubium, Cod. de legib quod hic clarè aliundè patet, nam resignatio non potest dici, nisi sit admissa, vt ipse Molineus acriter contendit contra Gomesium, & rectè, ad regul. de infirm. resignant, in principio: atqui secunda non fuit admissa, nisi sub conditione, & dummodo alia Data capta & consensus extensus non fuerint, quæ clausula, inquit præfatum edictum quod insinuationum vocant de anno 1646. art. 3. prodest ad excludendas plures resignationes, non solum ad fauorem eiusdem,

sed

sed etiam alterius, verba enim sunt æqualiter apta ad vtrasque excludendas: Et hæc est mens Edicti, vt apertè constat ex eo, quod Edictum Clausulam hanc, quam ex decreto Vrbani 8. in fine cuiuslibet signaturæ resignationis, apponi vult, sic concipit, dummodo alij Data capta &c. Habens alij, & non alia ad includendũ in conditione casum dubitabiliorẽ: si ergo sit alia præcedens resignatio, & in consequẽs alia seu alij Data capta, & cõsensus extensos fuerint, deficit conditio admissionis secundæ resignationis, ergo & ipsa admissio, & resignatio. Et hoc intrepidè teneas, hac agnita differentia, vt secunda, seu vlterior resignatio facta ad fauorem alterius post triennium à prima, infra quod prior resignatarius possessionem non apprehenderit iure subsistat, facta verò quocumque tempore ad fauorem eiusdem inualida sit, dict. art. 20.

QVÆSTIO XVI.

Quæ transeant in resignatarium, ponitur regula, omnia transire: cum pluribus ampliationibus, & dubitationibus.

SVMMARIVM.

1 *In resignatarium transeunt omnia quæ competebant resignanti.*
2 *Resignans non potest ampliùs in beneficio resignato se intromittere.*
3 *Resignans per resignationem amittit omne ius, & possessionem.*
4 *Ius & possessio beneficij resignati, acquiritur resignatario per collationem sibi factam.*
5 *In resignatione simplici ius transit ad successorem.*
6 *Resignatarius consequitur tàm onera quàm commoda.*
7 *Resignatarius potest percipere fructus.*
8 *Resignatarius tenetur soluere pensionem.*
9 *Resignatarius consequitur verum titulum, etiam si sit reseruata omnimoda administratio.*
10 *Ad resignatarium transit instantia in eo statu quo reperitur.*
11 *Resignatarius potest repetere à resignante iura illius beneficij.*
12 *Iura beneficij resignati sunt ...... penès resignantẽ.*
13 *Resignans percipit fructus vsquè ad cessionem.*
14 *Instantia capta per resignantem transit in resignatarium.*
15 *Instantia capta per prædecessorem transit in successorem.*
16 *Dilatio non est danda cessionario, quandò resignans illam habuit.*
17 *Post ius cessum renuncians non potest præiudicare resignatario.*
18 *Dilatio datur duorum mensium citrà montes, vltrà verò quatuor.*
19 *Dilatio denegatur in causis executiuis.*
20 *Concessio cedentis nocet cessionario, quandò est facta antè cessionem.*
21 *Resignatarius non potest reuocare confessionem procuratoris cedentis ante cessionem factam.*
22 *Confessio resignantis facta post cessionem non nocet cessionario.*
23 *Resignans non potest præiudicare resignatario post cessionem.*
24 *Confessio resignãtis non probat vltimum statũ beneficij.*
25 *Sententia lata contrà resignantem non nocet resignatario.*
26 *Cedens habetur pro mortuo.*
27 *Mors ciuilis, & naturalis æquiparantur.*
28 *Sententia lata contrà mortuum naturaliter est nulla.*
29 *Sententia lata contrà mortuum ciuiliter est inualida.*
30 *Sententia lata sine citatione est nulla.*
31 *Sententia lata citato tantum resignante non nocet resignatario.*
32 *Sententia lata contra hæredem non præiudicat fideicommissario non citato.*
33 *Desertio non nocet cum sententia sit nulla.*
34 *Sententia lata contrà resignantem nocet resignatario scienti causam agitari.*
35 *Sententia lata ad fauorem resignantis non prodest resignatario.*
36 *Resignans post resignationem est legitimus cõtradictor.*
37 *Appellatio interposita per procuratorem resignantis non prodest resignatario.*
38 *Dilatio habita per resignantem post huius cessum non nocet resignatario.*
39 *Puniri non debet qui non deliquit.*
40 *In beneficialibus non datur successor.*
41 *Resignatarius tenetur purgare attentata per resignantem.*
42 *Tenetur purgare attentata, etiam qui in re attentata mediate successit.*
43 *Et non solum ij qui per se attentarunt, vel per alium de suo mandato, sed etiam ij qui habet causam ab attentante.*
44 *Attentatorum remedium non datur contra tertium.*
45 *Sed non procedit in habente à iudice vel parte.*
46 *Attentans excusatur, si habuit causam ante attentationem.*
47 *Resignatarius non tenetur stare locationi factæ per resignantem.*
48 *Successor potest renouare vel reuocare locationem.*
49 *Resignatarius tenetur ad debita contracta pro necessitate Ecclesiæ.*
50 *Resignatarius tenetur seruare pacta, & conuentiones initas per prædecessorem.*
51 *C. primum. de solut. habet locum in debitis contractis pro vtilitate personæ.*
52 *Resignatarius non tenetur ad debita voluntaria resignantis.*
53 *Vicarius Episcopi iàm defuncti, non potest petere salarium non conuentum.*
54 *Episcopus non tenetur ex necessitate habere vicarium.*
55 *Vitium spolij est personale.*
56 *In spiritualibus non datur successor.*
57 *Spoliatus poterit agere spolio aduersus resignatarium.*
58 *Res transit cum suo vitio.*
59 *Subrogatus in ius alterius etiam quoad possessionem tenetur purgare spolium.*
60 *Remedium cap. sæpe. de rest. spol. datur aduersus successorem.*
61 *Scientia præsumitur.*
62 *Abbas habens vsumfructum quandiu obtinet Abbatiam, illâ resignata illum non consequetur.*
63 *Abbas post renuntiationem non dicitur obtinere Abbatiam.*
64 *Nobilitatis priuilegium, quod habetur propter nobilitatem, ea amissa cessat.*
65 *Resignans habetur pro mortuo.*
66 *Vsusfructus non trãsit in successorem sed finitur morte.*
67 *Proprietas non debet inutilis esse semper.*
68 *Transactio facta per resignantem ligat resignatarium.*
69 *Ea quæ fiunt nomine dignitatis transeunt in successorem.*
70 *Transactio debet fieri in vtilitatem Ecclesiæ.*

DEcimo sextò quæro quæ transeant in resignatarium? Communis opinio est in eum omnia † 1
transire quæ competebant resignanti ratione illius beneficij resignati: namq; † resignans non potest 2
ampliùs se in illo beneficio resignato intromittere, cùm pro mortuo habeatur. Crescen. decis. 227. lib. 1. Glo. in cap. quamuis tibi, verbo, *cedentium*, de præben. lib. 6. & ratio est, quia per renunciationem † resignans amittit 3
omne ius, & possessionem, & alia: Cardin. Paris. cons. 143. n. 19. volum. 4. Crauet. cons. 341. num. 3. Gig. cons. 2. n. 9. & alij suprà citati, quæ † acquiruntur resignatario 4
per collationem sibi factam, & ideò resignatarius consequitur omne ius, quod resignans habebat, vt latè per Bursat. cons. 406. sub num. 8. vol. 4.

Primò amplio, vt non solùm † transeant in resignatarium hæc, si resignatio est conditionalis, sed in succes- 5

Digitized by Google

forem, si resignatio est simplex, quia eadem viget ratio.
6 Secundò amplio, vt † transeant tàm onera quàm
7 commoda, vt omnes Doct. concludunt Hinc potest †
recipere fructus, vt est vulgaris & communis opinio.
8 Hinc † tenetur ad pensionem iam impositam super illo
beneficio. Card. Paris. cons. 45. n. 23. vol. 4. & communiter alij superiùs allegati, latè Rebuff. consil. 4. num. 7.
9 Tertiò amplio, vt in resignatarium † transeat verus
titulus, etiam si reseruata sit omnimoda administratio, vt fuit resolutum in vna Abulen. canonicatus, 27. Nouemb. 1573. coram D. Aldobrandino, vt habetur in lib. diuersorum decis. 107. 172. lib. 2. in manuscrip.
10 Quartò amplio, vt transeat in resignatarium † in-
stantia: in eo statu quo reperitur. communis opinio, vt per Burs. cons. 406. sub nu. 8. vol. 4. de qua dicitur infrà.
11 Et ideò resignatarius † potest repetere à resignante
Iura illius beneficij, putà instrumenta, priuilegia, concessiones, infeudationes, locationes & similia iura, vt scriptum reliquit Abb. communiter receptus in cap. cum pridem. nu. 5. de pact. motus ex illo textu qui hoc
12 expresse à simili probat, namque dicta † iura sunt inu-
tilia penès resignantem, & vtilia resignatario ad quem spectant, cum penès ipsum transeat omne ius, iuxta communem conclusionem suprà positam, & resi-
13 gnaos † poterit percipere fructus vsque ad illud tem-
Put. decis. 175. lib. 1.
14 An verò † instantia cœpta per resignantem transeat
ad resignatarium, affirmatiuè concludendum est, prout determinauit Rota in vna placentin. Castri Sarmatis. 24. Nouembris 1544. teste Mohedan. decis. 41. incipien. post non paucam aduocatorum &c. in titul. de Iud. in manuscrip. quia communis est conclusio in-
15 stantiam † cœptam per prædecessorem transire in sin-
gularem successorem. Bart. in l. Lucius. §. rogatus ff. ad Trebell. & in leg. si cum hominem. ff. de fideiuss. & ibi Paul. de Cast. & Ange. In statu in quo reperitur. Rot. decis. 13. io antiq. Innoc. in cap. significauit. de
16 rescrip. & in cap. dilecti de foro compet. & † ideò di-
latio non est dauda cessiooario quando resignans habuit dilatiooem ante ius cessum, quia tunc cedendo post terminum obtentum potuit præiudicare resignatario: secus autem si illam dilationem habuit cedens post ius cessum, quia tùnc debetur cessionario dilatio,
17 nam cedens † non potuit ei præiudicare, vt fuit reso-
lutum in vna Compostellan. parochialis de Cespon. coram Episcop. Montis flasconen. 7. Nouemb. 1552.
18 teste Caputaq. decis. 259. p. 1. † quæ dilatio datur duo-
rum mensium citrà montes, vltra verò quatuor mensium, vt fuit dictum in vna Tullen. decanatus. lunæ 13. Iulij 553. coram Decano Rotæ, teste Caputaq. decis.
19 261. p. 1. Et † denegatur in causis executiuis, &
quando partes non habuerunt illam, quia videtur calumniosè petita, vt fuit resolutum in vna Barchinon. parochialis sanctæ Crucis, coràm Capizucco lunæ 24. Octob. 1552. teste Caputaq. decis. 262. par. prima.
20 Hinc etiam confessio † cedentis nocet cessionario,
quando est facta antè renunciationem, quia tùnc potuit præiudicare. l. factam. §. si hæres. ff. ad Trebell. vbi Paul. de Cast. Communis opinio, teste Caputaq. decis. 93. n. 4. p. 1. tradit Guidobon. decis. 191. in manuscrp. & ità fuit resolutum io vna Tirasonen. Archipresbyteratus coràm D. Marsicano 27. Maij 1542. teste Put. decis. 149. lib. 1. & ideò aliàs io vna Astoricen. de Sorias, fuit resolutum, quod cessionarius non possit reuocare confessionem procuratoris cedentis, factam antè renunciationem, teste Put. decis. 79. lib. 2. vodè cessionarius non poterit habere regressum aduersus cedentem. Put.
21 decis. 149. lib. 1. si verò confessio † fuit facta post re-
22 nunciationem, non nocet resignatario, † quia resignans
23 tunc ei non poterit præiudicare, † communiter Docto-
res supra citati, & fuit resolutum in vna Mediolan. hos-
24 pitalis. 8. Iunij 1551. coram Reumano, quòd † con-
fessio resignantis non probat vltimum statum beneficij, quod hospitale sit ad nutum communitatis amouibile contra resignatarium, teste Caputaq. decis. 185. p. 1. ex rationibus ibi adductis, & confessio facta antè cessionem, ei non præiudicat, si nititur alio iure quàm cedentis, Guidobon. decis. 52. in manuscr.

Aliqua dubia sunt explicanda quæ huic quæstioni conueniunt. Primum est an sententia lata contra resignantem respectu beneficij resignati, noceat resignata-
rio? Communis opinio est † negatiua secundum quam 25
fuit, resolutum in Rota in vna sancti Quirici coram Domino Rossanen. 16. Decembris 1547. teste Put. de-
cis. 80. lib. 3. & ratio † est, quia cum cedens habeatur 26
pro mortuo ciuiliter, & mors ciuilis † & naturalis 27
æquiparentur, clement. vltim. de procur. ergò sicut † 28
sententia lata contra mortuum naturaliter est nulla,
iuxta communem opinionem, ita contra mortuum † 29
ciuiliter erit nulla, nec præiudicabit cessionario. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. cap. illud. de iure patr. Accedat quia præsupponimus resignatarium non fuisse
† citatum, ergo ei non nocebit, Bald. & Alex. in l. de 30
vnoquoque. colum. 3. vers. item fallit. ff. de re iud. Cur. sen. cons. 23. col. 5. Dec. in l. in iure ciuili. num. 4. ff. de reg. iur. Loffred. cons. 10. col. 1. & alij omnes.

Et ideò aliàs fuit resolutum in vna Taurinen. coram
Quiroga, quod si pendente lite quis resignauit, & † 31
postea resignatarius fuit citatus, demum lata sententia citato tantùm resignante quòd huiusmodi sententia non præiudicat resignatario, vt habetur in lib. diuers. decis. 32. in manuscr: & ideò aliàs fuit resolutum in Rota in vna Nouarien. seu Papien Bonorum. 3. Ianuarij
1548. coram Puteo † quòd sententia lata contra hære- 32
dem, non præiudicat fideicōmissario, non citato saltèm per proclamationem, teste eodem Put. decis. 91. lib. 3.

Amplia hanc conclusionem procedere etiam si lata sententia contra resignantem, resignatarius hoc sciens appellauit ab ea, & postea transiuit in rem iudicatam,
† nam nihilominus huiusmodi appellatio deserta non 33
nocet, cum sententia sit nulla, vt fuit per Rotam resolutum in dicta sancti Quirici, teste Put. dicta decis. 80. lib. 3.

Limita tamen illam † non procedere, quoties resi- 34
gnatarius sciret quòd causa contra cedentem ageretur, quia tunc ei sententia noceret ita Puteus dict. decisio. 80. num. 3. vers. & dixi. li. 3. vbi ipse tenet hanc opinionem, ex cap. pen. de re iud. licèt dicat super hoc nihil fuisse determinatum, & quod alius Auditor dixit hanc distinctionem, aut sciuerit vel ignorauerit, procedere respectu possessionis. Felin. in cap. cum super. de re iud. & non respectu iuris.

Ita pariter † sententia lata ad fauorem resignantis 35
respectu beneficij resignati, non prodest resignatario, quia post resignationem non licet resignanti prosequi litem, cum omne ius per illam amiserit, & ita fuit resolutum in vna Segobien. Archidiaconatus. 6. Iulij teste Put. de 142. lib. 1.

Ita etiam † resignans post resignatiooem non est le- 36
gitimus contradictor, ad effectum impediendi nè procedatur via executiua ad immissionem, prout fuit resolutũ in vna Pientin. beneficij, die Veneris 18. Aprilis. 1578. prout attestatur R.P.D. Seraph. decis. 25 a. manusc.

Hinc etiam appellatio † facta per procuratorẽ resignan- 37
tis non prodest resignatario. Fab. decis. 29. in manusc. & ratio est quia cessione reuocatur procurator. Rom. cons. 374. Rot. decis. 38. de procur. in nouis, Crescen. dec. 169. lib. 1. in manuscript. & communiter, vt suprà diximus.

Hinc etiàm † si cedens habuit dilationem post ius 38
cessum dilatio debetur cessionario, quia cedens non potuit ei præiudicare vt fuit resolutum in vna Compostellan. parochialis coram Episcopo Montisflasconen. 7. Nouemb. 1552. test. Caputaq. decis. 259. par. 1.

Secundum dubiũ est, an resignatarius teneatur, purgare attentata per resignantem? aliqui tenuerunt negatiuam,
tùm quia resignatarius in nullo deliquit, & † per conse- 39
quens pœnam non meretur l. sancimus. C. de pœn. tùm
etiàm quia in beneficialibus † non datur successor, sed 40
creatur nouum ius. Roma. cons. 374. col. 2.

Digitized by Google

41 Contrariam tamen affirmatiuam opinionem † quod
resignatarius tenetur purgare attentata per resignātem,
tenuit Rota in vna Ariminen. nullitatis, & attentato-
rum coram Accorambono 27. Aprilis 1556. dùm censuit
non esse procedendum in causa, nisi purgatis per eum
attentatis. vt attestatur Robert. Lancellott. in tractat.
de attent. in c. 4. ampliat. 5. num. 3. & in c. 29. nu. 102.
namque mediante resignatione fuit subrogatus in ius re-
42 signātis, qui attentauerat, & † tenetur ad purgationem
etiam qui in re attentata successit mediatè, vt tenuit
Rota in vna Camaricen. Archidiaconatus, sub die 13.
Nouembris 1558. teste Card. Palcot. decis. 116. incipit
43 Gutter. in manuscr. & quia tenentur † ad purganda at-
tentata, non solum ij, qui per se attentaruot, vel per
alium, de suo tamen speciali mandato, sed etiam is qui
licet actualiter non attentauerit, habet tamen causam
ab attentante, vt Lancellot. d. ca. 29. col. vlt. probat,
44 quià † licet regulariter remedium attentatorum non de-
tur contra tertium, Rot. decis. 2. vt lite pend. in antiq.
Afflict. decis. 354. n. 26. & fuit resolutum in vna Sal-
mantinen. portionis de mense Nouembris 1544. teste
Mohedan. decis. 205. Pelegr. decis. 97. Achilles de Grass.
decis. 6. aliàs 26. sub. rub. de attent. in manuscr. tamen
45 non † procedit in tertio habente causam à iudice, vel
à parte. ad not. in l. chirographis. §. 1. & ibi Bar. ff. de
admin. tut. vbi alienata per appellatum, seu appellan-
tem, reuocantur etiam à tertio possessore, ex quo ha-
buit causam ab eis. & in cap. cum M. in fine de const. ita
Franc. in cap. bonæ. n. 2. & seq. de appel. & ibi Imol.
col. 4. Præpo. n. 18. Afflict. decis. 354. n. 21. cum aliis,
vt per Lancellott. d. tract. c. 3. nu. 16. cum seq. & facit
decis. 3. Rotæ, vt li. pend. in nouis. vbi si tertius per-
mutat beneficium cum Titio, reo, & possessore, lite
pendente, etiam mortuo Titio contra illum tertium qui
habuit causam ab eo reuocabitur dicta permutatio, via
attentati: & ita etiam fuit resolutom in vna Albarizen.
parochialis, coram Augustino 25. Ianuarij 1546. vt ipse
attestatur decis. 1. li. 1. in manusc. reliqua habes per
Lancelott. locis citatis.

Limito hanc conclusionem non procedere in pulchro
casu disputato diu in Rota in vna Salaman. portionis,
coram D. Fabio Accorambono 16. Nouembris 1546. in
qua Didacus renunciauit portioni in fauorem Petri, &
post resignationem antè apprehensam possessionem per
Petrum, Didacus fuit spoliatus à Thoma, & commissa
causa spolij, quidam Beltramus fuit admissus ad cau-
sam pro suo interesse, & tandèm in fauorem Didaci fuit
decretum sed malè mandatum excquutiuum ideò cùm
vigore illius apprehendisset possessionem videtur at-
tentasse Petrus resignatarius; posteà per paucos dies,
cepit possessionem vigore resignationis, & possedit per
octo annos, absquè aliqua controuersia, quærebatur
an iste Petrus resignatarius excuseretur ab attentatis, &
sic possit defendi regula de trienn. Dubium faciebat,
quia iste habet causam à Didaco, cuius possessio erat
vitiosa, ergo vitium comitatur rem. Franc. in dict.
cap. bonæ. vers. 3. concl. de appe. Contrarium tamen
fuit sententiatum, scilicet Petrum resignatarium excu-
sari ab attentatis & posse se iuuare dicta regula, vt at-
testatur Pelegr. in suis recollect. manusc. decis. 14.
aliàs. 92. lib. 1. Rober. Lanc. de atten. p. 1. c. 3. n. 28. nam-
46 que licet † Petrus habuerit causam à Didaco, tamen ha-
buit causam ab eo, antequam attentaret, & conclusio
communis, vt tertius habens causam, &c. teneatur pur-
gare attentata, vt supra scripsi, non procedit quoties ha-
buit causam antequam attentaret. Put. dec. 106. & Didac.
cùm ex resignatione amisisset vtramque possessionem,
solùm fuit restitutus ad detentationem. Vnde Petrus ac-
cepit possessionem vacantem Idemquè resolutum fuit in
alia Salam. sancti Pauli, coram Oradino. 15. Decemb.
1568. vbi fuit dictum quod licet attentet, habens cau-
sam à collitigante, tamen quando illam habet antè
litem non attentat tunc capiens possessionem.

Tertium erit dubium, an resignatarius teneatur stare
locationi vel conductioni factis per resignantem? vera
est † negatiua sententia, quam tenet Thom. de Tan. de- 47
cis. 33. in manuscr. Bellam. decis. 748. & secundùm hanc
opinionem fuit resolutum in Rota in vna Portuen. 24.
Octobris 1541. teste Put. decis. 181. lib. 1. ex not. in
cap. vlt. ne præla. vices suas, superuenientià o. succes-
soris extinguitur locatio, vndè † alia fieri debet, vel 48
illa renouari, vt tradit Put. d. decis. 181. num. 1. & 2.
qui dicit hoc esse ex mente Rot.

Quartum dubium an resignatarius teneatur ad debita
contracta per resignantem, distinguendum est quòd aut
fuerunt contracta pro necessitate Ecclesiæ, † & hoc casu 49
communis opinio est affimatiua illum teneri. vt videtur
probare text. in capit. 1. de solut. vbi dicitur quòd si-
cuti filius tenetur soluere debita patris ita & successor
tenetur soluere debita prædecessoris contracta pro ne-
cessitate Ecclesiæ, & ibi glos. Abb. & omnes Doct. Put.
decis. 43. lib. 2. n. 3. hoc etiam † casu tenetur seruare pacta, 50
& conuentiones initas per prædecessorem, Cyn. & Bal.
in l. digna vox. C. de legibus. Antonius de Butr. cons.
58. Oldrad. cons. 94. ad fi. Lofred. cons. 38. col. 6. Ruy-
nus cons. 36. nu. 16. & consil. 91. lib. 1. Boer. decis. 204.
Bursat. cons. 342. num. 1. vol. 4. communis opinio teste
Rebuff. super concord. tit. de collatione, vers. item di-
cit, de communi etiam attestatur Mandos. in cap. 1. nu.
30. de probat. & quamuis † tex. in dict. cap. 1. loquatur 51
de debitis contractis pro necessitate Ecclesiæ, extendi-
tur tamen ad debita contracta pro necessitate personæ
illius qui Ecclesiam possidet, Abbas in cap. præsentium.
num. 5. de pignor. & in cap. per suas. num. 2. de donat.
Mandos. dict. cap. 1. nu. 11. versiculo in pluralibus, &
secundùm hanc opinionem iudicauit Rota in vna Cau-
rien. pecuniaria 11. Februarij 1547. nam quidam Doctor
præstiterat, patrocinium pro Episcopo Caurien. car-
cerato pro quo, & eiusdem necessitatibus pecunias ex-
penderat, euenit, quod moreretur, fuit resolutum suc-
cessorem teneri, teste Pelegrin. decisio. 34. sub titulo
de solut. in manuscript. quia videntur contracta pro ne-
cessitate Ecclesiæ. Damas. in materia Brochard. reg. 83.
quem refert & sequitur Mandos. d. cap. 1. n. 11. vbi latè
hanc conclusionem corroborauit.

Aut verò fuerunt † voluntariè illa debita contracta 52
per resignantem, & hoc casu resignatarius non tenetur
illa soluere, vt communiter Doctor. post Abb. tradunt in
d. cap. 1. de solut. per illum textum qui loquitur in debi-
tis illis pro necessitate Ecclesiæ contractis. put. decis. 43.
lib. 4. Abba. in capit. præsentium de pignor. & est com-
munis opinio: & ideò fuit resolutum in Rota 5. Nouem-
bris 1543. in vna Zamaren. pecuniaria corā Puteo, quòd,
† Vicarius Episcopi iam defuncti, non poterat petere sa- 53
larium non conuentum a successore pro seruitiis præsti-
tis eius prædecessori. teste Put. decis. 43. lib. 2. namque
dictū debitum est voluntarium, † cum Episcopus non te- 54
neatur ex necessitate habere Vicarium, Io. And. in cap.
cum absenti. de vita & honesta. cler. Gem. & Archidia-
co. in cap. statutum. de rescrip. lib. 6. Petrus de Anchar.
cons. 218. col. vlt. vers. 2. moueor. Felin. in cap. quo-
niam. de off. iud. ordin. & communiter Doctores.

Quintum dubium, an spoliatus possit agere contrà
successorem spoliantis per resignationem? Quibusdam
videbatur quòd non: quia † hoc vitium est personale, 55
& sic non transgreditur personam. Secundò, quia † in 56
spiritualibus non datur successor, sed creatur nouum
ius. Rom. cons. 374. col. 2.

His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
rior. & communis, vt spoliatus possit † agere spolio ad- 57
uersus resignatarium, vt tenet Sarnensis de trien. q. 11.
col. vlt. vers. sed istis non. Pelegrin. decis. 14. aliàs 97.
lib. 1. in manuscr. Ratio † quia res transit cum suo vi- 58
tio. c. ex parte. vbi Inno. de testi. Franc. in cap. bonæ.
versic. 3. conclusio. de appel. Hinc † subrogatus in ius 59
alterius etiam quòad possessionem, tenetur purgare spo-
lium: sicut ille in cuius locum fuit subrogatus. Doctor.
communiter in l. rem quæ nobis ff. de acq. poss. & in
cap. sæpe de rest. spol. De communi Sarn. d. q. 12. col.
vlt. vers. sed istis non obst.

60 Ideò remedium † dicti cap. sæpè datur aduersus suc-
cessorem etiam singularem, si sciens &c. vt ibi dicitur,
& voluit Bald. cons. 321. colum. 1. libr. 3. Aret. cons.
103. num. 4. Calcan. consil. 116. num. 7. Corn. consil.
61 329. oum. 10. & 11. lib. 1. Et scientia præsumitur. De-
cius cons. 160. colum. 3. in fin. Alexan. cons. 183. n. 13.
lib. 2. Soc. sen. cons. 168. col. pen. lib. 2. & in tractat.
fall. reg. 176. fall. 1. Ruynus cons. 88. num. 12. lib. 5.
Crauet. cons. 225. num. 8.

Ad primum respondetur, quòd vitium comitatur
rem: vt est communis opinio. & ita respondetur ad se-
cundum, quàmuis creetur nouum ius.

Sextum dubium, an Abbas, vel alius habens vsum-
62 fructum super aliquibus rebus, quandiù Abbatialem †
obtineret dignitatem, post resignationem illius Abba-
tiæ habeat illum vsumfructum, vel transeat ad succes-
sorem? respondetur negatiuè super vtroque capite
omissa ambagibus proùt in facti contingentia consuluit
Reboff. cons. 104. n. 22. ver. vlt. quæst. Nam quòd re-
signans illum ampliùs noo habeat, probatur ex conces-
sione facta, quandiù Abbatialem obtineret dignitatem,
ergò eu resignata cessat fundamentum consequendi di-
63 ctum vsumfructum: cùm post † resignationem non dica-
tur habere Abbatiam. vt est communis opinio de qua
dictum est suprà & cessante causa cessat effectus. l. adi-
gere. §. quamuis de iur. patro. & quia respectu beneficij
resignati, habetur pro mortuo. Doct. in cap. susceptum,
de rescr. libr. 6. Hinc si aliquis habeat aliquod commo-
dùm, præeminentiam, & vtilitatem, quia est nobilis,
64 umissu nobilitate † cessat præeminentia, & vtilitas. vt
est communis opinio, quàm prosequitur in multis casi-
bus. Tiraq. in suo tract. cess. caus. ita & in casu nostro,
cùm resignans obtineret vsumfructum ratione beneficij
resignati ampliùs illum vsumfructum non habebit, cùm
65 noo habeat beneficium, & † quòad eum habeatur pro
mortuo. Cass. decis. 16. n. 2. super regul. quòd commissio-
nes cuosarum, ac processus earum vigore desuper habiti
literis super gratia non expeditis non valeant. Put. de-
cis. 468. lib. 2. Card. Paris. cons. 93. num. 25. vol. 4.

Quòd nequè resignatarius illum vsumfructum habeat
66 † suadetur, quia vsusfructus non transit ud successo-
rem, sed finitor morte naturali vel ciuili. §. finitur, inst.
de vsufr. & est communis opinio. si enim fuit extinctus
67 per dimissionem Abbatiæ, ne † inutilis sit semper pro-
prietas. l. an vsufr. ff. de vsufr. nouus Abbas illum ha-
bere non potest.

Septimum dubium an transactio facta per resignàn-
68 tem antè resignationem † liget resignatarium? Com-
muois opinio est affirmatiua: vt respondit Rebuff. con-
sil. 104. n. 21. versic. 5. nam transactio videtur facta in-
ter Ecclesias & dignitutes potiùs quàm inter personas.
69 cap. veniens, de transact. vbi Doctor. & † quæ fiunt no-
mine dignitatis transeunt, & ligant successorem, cap.
quoniam Abbas. de off. deleg. vbi communiter Docto.
cap. si gratiosè de rescript. lib. 6.

70 Declara, si est facta io vtilitatem † Ecclesiæ, & si ad-
est confirmatio Papæ, quia tùnc ligat successorem.
Doctor. in cap. pen. de confir. vtil. vel inutil. & meliùs
dicto cap. veniens. de transact. Rebuff. loco citato, ou.
21. in fin.

Lib. 1. quæst. 16. n. 25. & vsque ad n. 31. inclusiuè.

HIs tamen ex diametro obstat fœlicis recordationis Gregorij Papæ XIII. Constitutio trigesima septima, De modo & forma publicandi beneficiorum resignationes, & Iurium cessiones. Sed ne (inquit Summus Pontifex) in beneficiis super possessione, vel proprietate litigiosis, litis prosecutio turbari valeat, vel differri, in causis huiusmodi contrà cedentem, ad vlteriora, etiam ad sententiam diffinitiuam, & rem iudicatam ac illius executionem (quousquè ille, qui gratiam ex resignatione, seu cessione, aut ex omissa forma publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel procuratorem legitimum accesserit, litemque huiusmodi susceperit) Eodem modo & ordine procedi possit, qua potuisset legitimè, si cessio huiusmodi facta non fuisset: Ac quicquid interim sic procedendo decretum & expeditum fuerit siue cum cedente, siue contrà eum (etiàm postquàm ipse, vel quiuis alius incumbentiu sibi secundùm prædicta præstiterit) non solum circà fructus, sed etiàm circa possessionem, & ipsum ius, quod cessum est, valeat omninò & vim obtineat, illumque ipsum cui gratia facta est (hic est vis argumenti) non minus afficiat, quàm si ipso legitimè citato contra eum decretum, & expeditum fuisset. Nec ipse aduersus hæc prætextu non receptæ gratiæ, vel etiam illius ignoratæ aut citationis, vel intimationis executioni contra ipsum minimè demandatæ, vllaue ratione valeat excusari. Hæc ille; cui quidem constitutioni cum ius faciat (saltem in foro Ecclesiastico) standum esse quis deneget?

Eadem q. 16. nu. 47. An resignatarius teneatur stare locationi vel conductioni factis per resignantem? vera est negatiua.

¶ ETiam in Gallia ex ordinatione Caroli 9. anni 1568. reiecta distinctione olim recepta inter prouisum ex resignatione in fauorem, vel causa permutationis, & prouisum per obitum, ante priuationem. Faber. in suo Cod. lib. 4. tit de locato, definit. 19. Charond. lib. 7. Respons. cap. 235. Luroche in sua placuor. compilat. lib. 1. tit. 5.

QVÆSTIO XVII.

An resignans post renunciationem aliquid retineat, & ponitur de Episcopo renunciante, an retineat ea, quæ sunt dignitatis, vel ordinis, & de Abbate renunciante, an remaneat monachus.

SVMMARIVM.

1 *Papa renuncians Pontificatui maximo, remanet Cardinalis.*
2 *Papa depositus à Papatu remanet Cardinalis.*
3 *Ioannes 23. fuit depositus à Concilio Constantiensi.*
4 *Ioannes 23. accessit ve clericus ad Martinum Quintum qui eum creauit Cardinalem.*
5 *Episcopus renuncians Episcopatui, retinet ea quæ sunt ordinis.*
6 *Renunciatio Episcopatus dupliciter fieri potest.*
7 *Renunciatur loco quoties ceditur cura, & administratio.*
8 *Renuncians loco retinet dignitatem.*
9 *Episcopo renunciauti solet concedi retentio nominis.*
10 *Renuncians loco & dignitati, amittit denominationẽ.*
11 *Episcopus renunciat loco & dignitati, regulariter ob crimen.*
12 *Renunciãs dignitati an possit vti vestibus Episcopalib.*
13 *Renuncians loco potest in eadem Ecclesia reassumi.*
14 *Episcopus renuncians dignitati non potest ad eandem Ecclesiam reassumi.*
15 *Episcopus renuncians loco potest alienum subditum ordinare quoad characterem.*
16 *Episcopus renuncians loco non habet diœcesim.*
17 *Pontificalia non possunt extra diœcesim exerceri, nisi accesserit consensus ordinarij.*
18 *Episcopus renuncians loco non habet exercitium.*
19 *Episcopus renuncians dignitati non potest ordinare etiam ex licentia alterius Episcopi.*
20 *Ordinatus ab Episcopo qui renunciauit etiam dignitati, recipit characterẽ, non tamen habet executionẽ.*
21 *Episcopo renunciauti potest conferri beneficium.*
22 *Summus Pontifex potest semper & vbique vti pallio.*
23 *Archiepiscopus potest vti pallio in terminis suæ iurisdictionis.*
24 *Monachus electus in Abbatem renuncians Abbatiæ remanet monachus.*
25 *Abbas per sententiam remotus, remanet monachus eiusdem monasterij.*
26 *Monachus electus in Abbatem alterius monasterij renuncians Abbatiæ, remanet monachus secundi monasterij.*
27 *Renunciãs Abbatiæ remanet monachus, & habet voc.*

DEcimo septimò quæro, An aliquid retineat renuncians post renunciationem?Et distinctè pro-
1 cedendo, in primis scire oportet, quod † Papa
renuncians Pontificatui maximo, remanet Cardinalis
2 S. R. E. ita etiam † depositus à Papatu remanet Cardinalis, vt tradit Alphons. Sot. in comment. reg. Cancella. de antelat. in nona & vlt. par. col. 2. in fin.

Limita nisi renunciasset etiam Cardinalatui & esset
3 depositus quoque à Cardinalatu, vt fuit depositus † à Conc. Constantinien. Papa Ioannes 23. qui postea accessit Florentinæ vti simplex clericus ad Papam Martinum Quintum canonicè electum, & Martinus † demum
4 illum creauit Cardinalem, vt omnes historiæ illius temporis attestantur.

5 Episcopus verò † renuncians Episcopatui retinet ea quæ sunt ordinis, vt probatur in cap. primò, de ordinatis ab Episcopo qui renunciauit Episcopatui, & ibi Inno. Abbas Hostien. & alij omnes, Iacob. de Zocchis in repetit. capit. omnis vtriusque numer. 356. de poenitent. Fuscus de visitat. libr. 2. capit. 18. num. 10. & hoc procedit quoties renunciauit administrationi Episcopatus, nam vt inquit tex. in dict. capit. vers. respondemus
6 † dupliciter potest fieri renunciatio Episcopatus, nam quandoque renunciatur loco, quandoque loco, & dig-
7 nitati: fit renunciatio loci quoties renunciatur cura & administratio illius Ecclesiæ. cap. ad supplicationem de renunc. & ita communiter solet fieri renunciatio. Ar-
8 chiepiscopatus & Episcopatus: & † taliter renuncians retinet dignitatem Episcopalem, vnde potest appellari
9 Episcopus, & solet passim † concedi retentio nominis ob quam appellatur Episcopus illius loci, etiam post
10 renunciationem. Renunciatur loco & dignitati, † quoties renuncians ex ipsa renunciatione, amittit dignita-
11 tem & denominationem illius dignitatis, quæ † renunciatio regulariter fit ob crimen, vt tradit Abb. communiter receptus in dict. cap. primo numer. 8. de ordinat. ab Episcopo qui renunciauit. Maiolus de irreg. libr. 3.
12 cap. 6. num. 6. & † an isti possint vestibus Pontificali-
13 bus vti, vide Abb. dict. cap. 1. num. 3. Qui verò † renunciauit loco, id est administrationi, poterit Authoritate sedis Apostolicæ ad Ecclesiam eandem redire, vel aliam, siue per viam electionis, siue per viam postulationis, siue per viam collationis,
14 habere. Qui verò † renunciauit loco & dignitati, nequaquam. Io. Monac. Arch. Io. Andr. relati per Ant. Butrio. in cap. cupientes. §. deniquè n. primo de elect. lib. 6. Maiol. dict. tractat. de irreg. lib. 3. cap. 6. num. 8.
15 & communiter Doctores, Rursus † renuncians loco, id est administrationi, cùm retineat ea quæ sunt ordinis, potest alienum subditum ordinare quoad characterem, quamuis non quòad iurisdictionem. cap. Lugdunen. 9. quæstio 2. Iacob. de Zocchis in d. cap. omnis vtriusque num. 356. & cum licentia Episcopi potest subditum illius ordinare, vt probatur in dict. cap. 1. de ord. ab Episcopo qui renunciauit. ibi, *uam in primo casu ordines, sicut antea, rogatus ab Episcopo aliquo poterit de ratione conferre*, &c. tradit Abb. in capit. ad supplica-
16 tionem. n. 20. de renunc. vbi dicit quod † ipse non habet
17 diœcesim, cũ renũciauerit loco, & tamẽ † Pontificia non possunt extra diœcesim exerceri, nisi accesserit consensus ordinarij. gloss. magna in clem. Archiepiscopo. de priuileg. & habetur in concil. Tridentin. sess. 6. de reform. cap. 5. Maiol. de irreg. libr. 2. cap. 2. numer. 2. Vnde licet in hoc Episcopo qui renunciauit administrationi, adsit character ordinis quod residet in charactere consecrationis dignitatis Episcopalis, ac etiam habitus
18 qui consistit in habitu dignitatis, deest tamen † tertium, scilicet exercitium, quod residet in administratione dignitatis, ideò cùm non adsit hoc subiectum administrationis non est mirum si non potest ordinare sine licentia. Abb. in d. cap. primo. num. 3. de ord. ab Episcopo. qui renun. & d. cap. ad supplicationem. de renun.
19 Renuncians † vero loco, & dignitati non potest ordines conferre etiam ex licentia alicuius Episcopi, vt dicitur in d. cap. 1. vbi Abb. & communiter Doctores. Fusc. de Visit. lib. 2. cap. 28. num. 10. Maiolus de irreg.
lib. 1. cap. 6. num. 8. si verò iste aliquem † ordinauerit, 20
vtiquè ordinatus recipit characterem, namquè ex renunciatione dignitatis non perditur potentia ordinandi. Abb. in d. cap. 1. sub. num. 3. taliter. tamen ordinatus non habet executionem, si habuit ordines sacros, secùs si minores. vt voluit Alex. III. in d. cap. 1. illis verbis, in secundo vero casu distinguendum putamus vtrum sacros contulerit, an minores, si enim à tali ordine vsquè ad subdiaconatum aliquis acceperit, quia & huiusmodi ordines à non Episcopis quandoque conferuntur, & in illis deseruire poterit, & ad maiores (si idoneus fuerit) promoueri sanè si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem officij non habebit: vbi autem non scienter (nisi crassa & supina fuerit ignorantia) discretus Pontifex dispensare poterit: Et ideò Archiepiscopus qui renunciat Ciuitati Metropolitanæ ob aliquam causam, Potest Pontificalia exercere in Prouincia, & alibi permittentibus id Episcopis, non autem poterit pallium deferre etiam ex licentia, vt probat tex. in dicto cap. ad supplicationem. de renun. qui loquitur de Archiepis-
copo Ragusin. qui absolutus à vinculo illius † Ecclesiæ 21
eo quòd ibi non poterat securè morari, & ei fuit collatum beneficium in Episcopatu Carleoli, ad sustentationem, his verbis, Cui concessimus vt in ipso Episcopatu absque vsu pallij officium Episcopale valeat exercere tibi tanquàm metropolitano obedientiam, & reuerentiam, &c. & ibi Abb. & communiter alij post gloss. Maiol. de irregu. d. cap. 6. numero 8. versic. hinc fit, &
ratio est quia † solus summus Pontifex semper, & vbi- 22
què pallio vti potest. cap. ad honorem de vsu & auth.
pall. Archiepiscopus † autem eo vti poterit intra termi- 23
nos suæ iurisdictionis, adeò quòd alibi etiam ex consensu ordinarij eo vti non potest. glossa magn. in fin. in clem. Archiepiscopo. de priuileg. neque etiam ex consuetudine, cap. ex tuarum. de vsu pall. latè Maiol. de irregu. lib. 2. cap. num. 7. cum sequen.

Monachus autem electus in Abbatem † renuncians 24
Abbatiæ remanet monachus illius monasterij, Fed. de Sen. cons. 5. colum. penult. Abb. in cap. ex transmissa. num. 7. de renunciat. Ancharanus in cap. cum ad monasteria. numer. 26. de stat. mon. Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 6. n. 7. in fin. versic. ideò, & est communis opinio.

Ita Abbas per sententiam remotus † remanet mona- 25
chus, cap. cùm ad monasterium in fine de statu monach. & si erat monachus talis monasterij, & fuit electus in
Abbatem alterius † Monasterij, si renunciat dictæ Ab- 26
batiæ remanet monachus huius secundi Monasterij, & non primi. vt tenet Feder. de Sen. post longam disputationem dict. cons. 5. col. penul. ver. sed si volumus. & alij Doct. suprà citati, nam ex quo ritè fuit translatus ad secundum Monasterium, videtur renunciasse omni iuri sibi competenti in primo can. ne pro cuiuslibet. 16.
q. 1. c. 1. 18. quæst. 2. Et ideò habebit † vocem in capi- 27
tulo prout alij monachi, quia quamdiu toleratur aliquis in officio & administratione sua, non debet priuari aliquo iure sibi competenti ratione officij, vel administrationis suæ. can. nonne. 8. q. 4. cap. querela. de elect. cap. consultationibus. de iur. patr. Feder. de Senis loco citato.

Libr. 1. quæst. 17. numer. 20. Ibi, Discretus Pontifex dispensare.

TRia supradicta verba, prout iacent, sensu & constructione carent. Proindè hæc quinque verba, vbi autem non scienter poterit, (quæ, in cap. vn. §. Sanè de ordinat. ab Episco. qui Episcopa. renunc. verbis, nisi crassa & supina fuerit ignorantia, antèposita conspiciuntur) hic etiam supplenda, & suo loco (scilicet post verbum, habebit) reponenda esse censemus. Vndè Typographo, non Auctori imputandum. Quòd verò ad propositam quæstionem attinet, an scilicet aliquid retineat renuncians, post renũciationem? Hoc vnum Auctoris dictis, (bona eiusdem venia) addiderimus, Nimirùm, resignanti in fauorem

Digitized by Google

(Etsi quippiam sibi per summum Pontificem expressè reseruatum non fuerit, honorem tamèn & reuerentiam esse à resignatario exhibendam: Sicùt dicimus de collatore, cui & respectum & honorem à collatario deberi certum est. Non quidem prætextu cuiusquam conuentionis (nulla enim desuper interuenire debet) sed tantùm iure naturali, ob quandam ordinatam & studiosam gratitudinem suadentem, vt benefacienti benefaciamus l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæredit. Nicolaus de Milis in Repertorio, in verbo, beneficiorum collatio, in t. Hinc dicimus collationes esse in fructu: fructum autem intelligimus, honoris scilicet ac præeminentiæ, ea nempè ratione, quia conferre, gratia est, & fructus honorificentiæ. Teste Probo addit. 7. in cap. licet. in verbo, causa. de elect. in prag. sanct. Non ergò quòd indè pecuniarium aliquod commodum quæratur, sed quia species quædam honoris in conferendis beneficiis subest, collationes in fructu esse dicuntur.

Eadem q. 17. n. 6. Dupliciter potest fieri renunciatio Episcopatus nam quandoque renunciatur loco, quandoque loco & dignitati.

¶ EPiscopus potest, non solum locum, sed etiam ordinem resignare. cap. post translationem de renunc. Sed per ordinem intellige ordinis executionem: quia caracteri non potest renunciari, licet renunciando perdatur executio, can. quod quidam. 1. q. 1. & ideo eum iterum promouetur non reconsecratur, sed executionem ordinis reassumit de licentia Papæ, Gloss. in d. cap. post translationem, in verbo ordini, quod procedit etiam tenendo opinionem Theologorum; nam licet secundum eos dignitas Episcopalis non habeat caracterem, tamen annectitur caracteri presbyterali; eo quod superaddit, & pendet ab illo, & ampliat virtutem caracteris presbyteralis ad reseruata Episcopo, vt probatur in cap. legimus, distinct. 93.

QVÆSTIO XVIII.

An resignatio sit fauorabilis, vel odiosa, & quid de renunciatione prophana.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio fauorabilis est coadiuuanda.*
2 *Renunciatio fit ex liberalitate.*
3 *Renunciatio est odiosa, quia per eam prouidetur personæ, non Ecclesiæ.*
4 *Impetratio etiam ex causa cessionis, est ambitiosa.*
5 *Renunciatio est fauorabilis, si fiat ob vtilitatem & necessitatem Ecclesiæ.*
6 *Permutatio dicitur fauorabilis, quando per eam prouidetur beneficijs non personis.*
7 *Renunciatio dicitur odiosa, cum fit contemplatione personæ & non beneficij.*
8 *Recipere resignationes est mera gratia.*
9 *Papa admittit resignationes ad vota resignantium. ex stylo Curiæ*
10 *Impetratio post resignationem est ambitiosa.*
11 *Mandatum ad cedendum dicitur odiosum.*
12 *Ex parte resignatarij dicitur fauorabilis renunciatio.*
13 *Resignatarius tractat de lucro captando.*
14 *Renunciatio quæ fit cum causa, dicitur fauorabilis. quæ sine, odiosa.*
15 *Regulariter renunciationis materia dicitur odiosa.*
16 *Renunciatio non continet nisi quod expressum est.*
17 *Renunciatio strictè interpretatur.*
18 *Renunciatio est strictissimi iuris.*
19 *Renunciatio est quædam donatio.*
20 *Renuncians literis non præsumitur, renunciare contentis in eis.*
21 *Beneficia magnis laboribus acquiruntur.*
22 *Renuncians instrumento debiti non præsumitur renunciare debito sed tantum probationi.*
23 *Renuncians vni priuilegio, aliis renunciare non præsumitur.*
24 *Renuncians, iuri de præsenti videtur renunciare.*
25 *Interpretatur renunciatio, vt minus præiudicet & noceat renuncianti.*
26 *Cum aliquid operata est renunciatio, non debet aliud operari.*
27 *Resignatio generalis intelligitur generaliter.*
28 *Renunciatio generalis quos casus non comprehendat.*
29 *Renunciatio non præsumitur.*

DEcimo octauò quæro, An resignatio sit fauorabilis vel odiosa.
Simonett. dec. 24. in recollet. manuscript.
tenet † resignationes esse fauorabiles & coadiuuandas. 1
per gloss. in cap. quamuis, de præb. lib. 6. hoc idem
videtur firmare Cassad. decis. 13. num. 2. de præbend.
dicens esse fauorabiles & coadiuuandas, quia à mera
voluntate, & quadam † quodammodo liberalitate fiunt 2
& procedunt.
Quòd autem sit odiosa, tenuit Mandos. reg. de infirm. q. 12. num. 3. motus † quia per resignationem pro- 3
uidetur personæ, & non beneficiis, vndè erit odiosa.
iuxta Theoricam, Card. Zabarell. in clemen. 2. q. 17.
n. 13. vers. sed Papa & legati. de off. or. Secundò accedat, quia impetratio etiam ex causa † cessionis, est ambi- 4
tiosa: & ideò restringenda. cap. quamuis de præb. lib. 6.
Pro concordia est distinguendum, quod aut resignatio fit ob vtilitatem & necessitatem † Ecclesiæ, vt quia 5
resignans non potest inseruire vt deseruiebat, & requirit necessitas Ecclesiæ, ad hoc vt beneficium habeat vti-
liorem rectorem, & hoc casu resignatio dicetur fauorabilis, & erit coadiuuanda, ita & permutatio † dicitur 6
fauorabilis, quia per eam prouidetur beneficiis
potiùs quàm personis, cap. quæsitum. resp. vlt. de rer.
perm. Feder. de Sen. in tract. de perm. benef. q. 18. &
cons. 73. col. 2. & est communis opinio, vt per Rebuff.
in sua prax. titul. de permutat.
Aut verò † resignatio fit respectu personæ in cuius 7
gratiam, & fauorem fit, & hoc casu dicitur odiosa,
cùm fiat respectu personæ, & non beneficij. Card. in d.
clem. 2. num. 13. Felin. in cap. ad aures. in 14. coroll.
de rescrip. quod tenet expressè Prosper Passetus cons.
37. num. 18. Nam † quamuis sit meræ gratiæ recipere 8
resignationes, Rebuff. de nomin. q. 17. nu. 76. tamen videmus † Papam illas de stylo admittere ad vota resignā- 9
tium. Cassad. decis. 32. num. 9. super reg. & quemadmodum impetratio † est ambitiosa, ita eò magis hæc per 10
resignationem. Cass. d. decis. 13. n. 3. de præben. † Hinc 11
mandatū ad cedendum dicitur odiosum. Rebuff. in prax.
tit. de proc. ad resig. const. n. 11. Quò verò † ad resigna- 12
tarium dicitur fauorabilis. Card. Paleot. dec. 153. alias
256. in manusc. quia † tractat. de lucro captando. Gig. 13
cons. 135. n. 11. cum seq.
Et renunciatio † quæ fit cum causa, dicitur fauora- 14
bilis, quæ sine, odiosa. Oldrad. cons. 324. num. 4.
Regulariter tamen renunciationis materia † dicitur 15
odiosa, vt scribit Cephal. cons. 62. n. 49. lib. 1. Ideò non 16
continet † nisi quod expressum est. Ceph. cons. 58. num. 22.
eo. lib. 1. Tiber. Decia. cons. 64. num. 39. vol. 3. Rol. à Val.
cons. 43. num. 16. lib. 3. † nam strictè interpretatur. Dec. 17
cons. 495. n. 19. & 20. Crauet. cons. 200. num. 10. Curt. iun.
cons. 28. in princ. Cephal. cons. 25. num. 47. cons. 189. n. 29.
& 30. Soc. sen. cons. 20. n. 26. col. 4. Bursat. cons. 147. n. 20.
Imo strictissimi † iuris est. Illustriss. Card. Alban. cons. 17. 18
num. 8. Melch. Pal. de maiorit. p. 1. qu. 38. num. 4. Gabr.
cons. 60. n. 6. & cons. 90. num. 39. vol. 1. cum sit † quædam 19
donatio. latè Tiraq. in l. si vnquam. verb. donatione. q. 8.
C. de reuo. don. Hinc † renuncians literis non præsumi- 20
tur renunciare contentis in eis, sed solùm probationi
per ipsas faciendæ. Decian. cons. 29. num. 76. vol. 2. Mascard. de probat. concl. 1263. n. 13. † nam beneficia magnis 21
laboribus acquiruntur, & sine magna causa spontè illis
non renunciatur. Gig. cons. 1. num. 16. & 45. per cap. super
hoc. de renunc. vbi omnes Doct. Hinc renuncians in-
strumento † debiti, non præsumitur renunciare debito, 22
sed tantum probationi fiendæ per instrumentum. Bart. &
Bald. in l. Labeo. §. 1. ff. de pact. Fel. in cap. capitulum. n. 24.
de rescr. Decius cons. 169. col. 2. antè medium. Hinc renuncians vni † priuilegio, aliis renunciare non videtur. 23

Paul.Castr.in l.si domus.ff.de ser.vrb.pred.Cardin.conf.
24 129. in 3. dubio. Hinc † per renunciationem iuris, iuri
tantùm de præsenti,& non de futuro renunciatum videtur.Roman.in l.2.q.18. C. quando non petent. part. Alexand.conf.170. num.6.volum.7. Dec. conf.27.num.3. & conf. 379.num.9.Aretin.conf.94.num.8.Gabriel.conf.89. num.11.& conf.156.num.15.vol.1.Cornel.conf.80.vol.4. Card.Parif.conf.95. num.15. & 16. vol.3. Gozad. conf. 82.num.5. Gig.conf.70. num. 169. Decian. conf.3. n.123.
25 vol. 1. & interpretatur renunciatio † vt minus præiudicet, & noceat renuncianti. Bald. in l. labeo. §. sedentia, col. 1. ff. de pact.& in leg. 1. in vlt. not. C. de edic. dio. Adr.toll. Card.conf.5. de præbend. & plures alij, quos citat Mascard. de probat conclus.1263.num.3.& num.11. Ideò scribunt communiter Docto. quòd quàmprimum
26 † aliquid operata est renunciatio, non debet aliquid ampliùs operari Cur.iun. conf.23. Dec. conf.177. col.1. Cornel.conf.291.vol.4. Alba.conf.25. num.3. Illustrissimus Cardinalis Alba.in lucubra. ad Bart. in leg. 1. §. si impubere. ff.de coll. bon. Card. Parif. conf.12. num.94. volum.2. Nat.conf.639.num.138.lib.3. Bertazol.conf.31. num. 29. vol. 1. Pancirol. cof.61. in fin. & conf.62.n.13.
27 Gabriel conf.59. num.15.vol.1. Hinc † quamuis renunciatio generalis intelligatur generaliter. Salic. in l. si decreta. C. de transf. Alex conf.11. num.7.vol. 2. Corn. conf.59.col.3. lib.3. Aret.conf.17. Bursat.conf.236.n.12.
28 vol.3.non tamen comprebendit † præscriptionem.Imol. in l.cum stipulatur tamen mihi col.3.ff de verb.obligat. Alex.conf.170.num.5.vol.7. nec etiam exceptionem simulationis. Bart. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Capra conf.87.nom. 176. Mascard. de proba. concl. 1264. n.23. nec insolita Crot.conf.45.num.5.Nevizan conf.91.n.25. Grammat.decis.47.num. 8. Pancir, conf.1. num. 44. Decian. conf. 39. num.18. vol. 2. nec legitimam. Boer. decis.3.num.6. Card. Alban.conf.37. num.1. Alex. conf.69. col.2.lib.2. nec dotem, Crot. conf.123. num. 9. Nec alimenta. Mascard.dicta conclusione 1264.num.39. vbi adducit alia exempla cum suis ampliationibus, & limitationibus.

Hinc † etiam repudiatio cùm sit quædam renunciationis species, non præsumitur, Antonius de Butr. in cap. 29
accedentibus de renunc. latè Tiraq. in præfat. l. si vnquam, num.128. C.de reuoc.don. Bart. in l. is potest. §. hæres institutus, ff. de hæred. institutione, & latè Mascard. de probat. conclus. 1266.

Lib.1. quæst.18. n.7. Ibi, Et hoc casu dicitur odiosa, cùm fiat respectu personæ.

QVinimò in resignationibus conditionalibus, solet summus Pontifex.etiam iuxta Romanæ Curiæ stylum,non solùm regulæ Cancellariæ Apostolicæ de viginti diebus, sed etiam regulæ de verisimili notitia obitus, fauore Gallicani resignatarij, quotidie derogare; cùm tamen vltimò dictæ regulæ apud cæteros non nisi rarò,& ex singulari gratia deroget, vt testis est Mandosius in praxi signaturæ gratiæ, tit.derogationes regularum.vers.regulæ de verisimili.

Eadem q.18. in princ. An resignatio sit fauorabilis vel odiosa.

¶. REsignationes in fauorem triplici odiò laborare ait Molinæus ad Regul.de infirm.resign. n. 205 primo simoniæ Canonicæ: sunt enim, inquit, huiusmodi resignationes, etiamsi non sit aliud vitium, quam certæ personæ fauor, iure communi reprobatæ, vt illicitæ, & Simoniacæ, cap.cum pridem cap.vltimo de pactis & cap. ex parte 1. de offic.delegati: nisi interueniente auctoritate Papæ, qui de illa Simonia dispensat, Doctores in dict. cap. ex parte. Secundò propter successionem hereditariam,cap.ad decorem, de instit. Tertiò propter præiudicium, quod fit ordinario in iure liberæ collationis.

FINIS PRIMI LIBRI.

FLAMINII PARISII
IVRE CONSVLTI
CONSENTINI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM
LIBER SECVNDVS.

In quo, quæ beneficia possint resignari, vigintiseptem quæstionibus dilucidè explicatur.

QVÆSTIO I.

An omnia beneficia possint resignari, & an Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia, Prioratus, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Omnia beneficia possunt resignari.*
2 *Vnusquisque potest renunciare iuri sibi competenti.*
3 *Omnia beneficia possunt permutari.*
4 *Papatus potest renunciari.*
5 *Papatus est beneficium ecclesiasticum.*
6 *Papa est præpositus curæ omnium Christianorum.*
7 *Papa tenetur residere.*
8 *Per assumptionem ad apicem Apostolatus vacant omnia beneficia.*
9 *Per dictam assumptionem vacant pensiones & officia.*
10 *Ecclesia approbauit quatuor renunciationes summorum Pontificum.*
11 *Ratio cur sanctus Clemens renunciauit Papatui.*
12 *Papa non potest sibi eligere successorem & num 13.*
13 *Clemens post renunciationem fuit rursus electus. Papa potest statuere circa electionem successoris, de consilio Cardinalium, aut Concilij generalis.*
14 *Ciriacus renunciauit Papatui vt coronam martirij consequeretur.*
15 *Marcellinus renunciauit Papatui propter admissam idolatriam.*
16 *Summus Pontifex non potest iudicari etiam à Concilio generali.*
17 *Celestinus cessit Papatum propter imperfectionem.*
18 *Celestinus Papa erat sanctæ vitæ.*
19 *Celestinus de consensu Cardinalium statuit Papam posse renunciare Pontificatui.*
20 *Papa potest facere constitutionem tangentē successores*
21 *Papa vices Dei fungitur.*
22 *Papa tribus rationibus potest renunciare.*
23 *Papatus est nomen dignitatis & non ordinis.*
24 *Papatus à Deo institutus.*
25 *Renunciatio Papæ recessit ab aula.*
26 *Papa potest renunciare non obstante voto.*
27 *Iuramentum debet habere tres comites.*
28 *Papa potest renunciare non obstante iuramento.*
29 *Papa potest renunciare Papatui per procuratorem.*
30 *Gregorius XIII. renunciauit Papatui per procuratorē.*
31 *Dictio maximè, est implicatiua.*
32 *Cardinalatus potest renunciari.*
33 *Cardinalatus est beneficium ecclesiasticum.*
34 *Cardinales antiquitus sepeliebant mortuos & infontes baptizabant.*
35 *Cardinales hodiè assistunt Papæ & sunt eius cōsiliarij.*
36 *Cardinales tenentur residere in curia.*
37 *Dignitas Papatus magis est annexa Papæ quàm Cardinalatus Cardinalibus.*
38 *Patriarcha potest renunciare.*
39 *Patriarchatus est beneficium ecclesiasticum.*
40 *Patriarcha tenetur residere.*
41 *Patriarchæ sunt quatuor principales.*
42 *Ciuitas Venetiarum habet Patriarcham.*
43 *Patriarchæ veniunt appellatione Episcoporum.*
44 *Primas potest renunciare.*
45 *Primas tenetur residere.*
46 *Ecclesiæ primatiales & patriarchales æquiparantur.*
47 *Archiepiscopus potest renunciare.*
48 *Archiepiscopatus est beneficium ecclesiasticum.*
49 *Archiepiscopus tenetur residere.*
50 *Archiepiscopus dicitur ex eo quòd sit summus Episcoporum.*
51 *Archiepiscopus comprehenditur sub dispositione loquente de Episcopo.*
52 *Archiepiscopus nihil habet plus quàm episcopus.*
53 *Episcopus potest renunciare.*
54 *Episcopatus est beneficium Ecclesiasticum.*
55 *Episcopus tenetur residere.*
56 *Papa est sponsus vniuersalis Ecclesiæ.*
57 *Episcopus est sponsus suæ Ecclesiæ.*
58 *Renunciatio Episcopi non est de facili admittenda.*
59 *Episcopi possunt permutare.*
60 *Papatus Cardinalatus, Episcopatus, renunciantur simpliciter.*
61 *Omnia beneficia possunt renunciari in fauorem.*
62 *Renunciatio in fauorem fit coram Papa dumtaxat.*
63 *Abbatia potest renunciari.*
64 *Abbatia dicitur beneficium Ecclesiasticum.*
65 *Abbatia non venit sub simplici appellatione dignitatum.*
66 *Abbatiæ æquiparantur Episcopatibus.*
67 *Appellatione Abbatiæ non venit prioratus.*
68 *Abbatia duplex secularis & regularis.*
69 *Monasteria quæ dicantur.*
70 *Abbatissatus potest renunciari etiam in fauorem.*
71 *Abbatissatus est beneficium fœminarum.*
72 *Clementina ad compescendum. de sequestrat. possess. & fruct. habet locum in Abbatissa.*
73 *Abbatissa æquiparatur Abbati.*
74 *Monasteria dicuntur propriè etiam Monialium.*
75 *Prioratus potest renunciari.*
76 *Prioratus est beneficium.*
77 *Prioratus est principalis dignitas.*
78 *Dignitas Ecclesiastica potest renunciari.*
79 *Dignitas Ecclesiastica est beneficium.*

PRimò quæro, quæ beneficia possunt resignari?
Respondeo constituendo regulam affirmatiuam
1 scilicet omnia beneficia † posse resignari. vt colligitur ex toto tit. de renunc. extr. in 6. & in clem.
Mohedan. decis. 266. fuit resolutum. in tit. de iur. patron. in manuscr. & communiter Doctor.
2 Et iustificatur ex eo, quia † vnusquisque potest renunciare beneficio sibi competenti tàm in spiritualibus,
quàm in temporalibus. Archid. in c. quàm periculosum num. 4. 7. q. 1. & in cap. deniq. num. etiam 4. 6. q. 3.
Alex. cons. 116. n. 2. lib. 3. Card. Paris. cons. 65. n. 24. volum. 2. Rot. decis. 32. num. 3. de appell. in nou. &
communiter Doctores, vt dixi sup. lib. 1. quæst. 1.
3 Ita omnia beneficia † possunt permutari, nisi contrarium reperiatur expressum. Bellam. in tractat. de
permut. benef. p. 3. in procm. num. 3. & alij omnes.
4 Ex quo primo infero † Papatum posse renunciari, vt
notant Io. Monach. Arch. Gemin. Anch. Anton. de Butr. & alij omnes in cap. 1. de renunc. lib. 6. vbi de
hoc est casus expressus. glo. in c. qualiter. num. 6. 7. q. 1. Aluar. de planct. Eccl. lib. 1. cap. 18. & lib. 1. c. 10.
Egid. Columna in tract. de renunc. Papæ, Io. Burgund. latè in simili tract. Archiep. Florent. 3. par. tit. 23. de
renunc. lib. 6. cap. 1. Armil. in verb. Papa. Card. Iacoba. de conc. lib. 1. ar. 3. num. 30. Io. Capistr. de auctoritate Papæ 3. p. 2. par. prin. num. 7. Aug. Triumph. de
potest. Eccle. q. 4. per totam. & qu. 7. ar. 7. Dec. in cap. ex parte. num. 20. de rescr. Petr. Andr. Gamm. in
extrauag. Iulij II. de Simoniaca election. Pont. num. 98. Coras. de benef. cap. 8. num. 6. Sarn. de infirm. resign. qu. 1. Bonif. de Vital. in clem. 1. de renunt.
Namque † Papatus est beneficium Ecclesiasticum. 5
summ. Angelic. in verb. Beneficium. §. 1. Card. Iacob. de concil. lib. 10. ar. 1. num. 50. Selu. in tract. de benef. p. 1. qu. 2. num. 35. Marc. Ant. Marsil. Archiepiscopus Salern. de Ecclesiast. redd. cap. 11. num. 20. Alphons. Hoied. in tractat. de incompat. benef. p. 1. cap.
1. num. 2. & qui illum † obtinet est præpositus curæ om- 6
nium Christianorum, Ioan. cap. 10. & ibi D. Augustinus & D. Chrisostomus, Card. Iacob. d. lib. 10. ar. 1. n. 50. & lib. 5. art. 8. num. 16. & lib. 7. art. 7. num. 56.
Petrus Albin. de Pontif. potest. ver. Diuini numinis. num. 81. Franc. Vargas de auct. Pontifi. confirm. 3. n.
5. & hac ratione Papa † tenetur residere. Io. Selu. de
benef. 4. par. q. 1. n. 5. vers. siue etiam sit Papatus. ex 7
cap. per venerabilem. §. locus, qui filij sint legit. hac
etiam ratione & alijs † per assumptionem ad apicem
Apostolatus vacant omnia beneficia etiam simplicia, 8
ac etiam pensiones † & officia. Collect. in cap. vlt. de
concess. præben. Sarn. in proem. regu. 1. ita resoluit 9
Alphons. Hoied. in tract. de incompa. benef. p. 2. cap. 2. per totum, & est communis opinio.
Hinc canones & gesta sanctorum † referunt quatuor
summos Pontifices renunciasse Papatui, quorum re- 10
nunciationem Ecclesia habuit ratam & acceptam, idque colligitur ex eo, quia illos scripsit in cathalogo sanctorum, vt tradit Augustin. Triumph. d. tractat. de potest. Eccles. quæst. 4. art. 8. in fin. 2. column. Ex quo colligit authoritate Ecclesiæ licitam esse huiusmodi renunciationem. Hi quatuor fuerunt Clemens, Ciriacus, Marcellinus, & Celestinus, quorum renunciationes non ex eadem causa & eodem fonte præcessere, vt colligitur ex relatis scriptoribus.
Nam Clemens † renunciauit propter mali exempli 11
in posterum vitationem, nàm cum fuisset institutus Pontifex à beato Petro principe Apostolorum & Capite
Ecclesiæ, ne posteris exemplum perniciosum daretur,
vt quisque possit sibi successorem † deligere & per con-
sequens Papatus daretur per successionem hæredita- 12
riam, & non per electionem, renunciauit Papatui, &
postmodum quarto loco post † Petrum fuit canonicè 13
electus, vt notat. in cap. si Petrus, 8. quæst. 1. glo. magna in cap. non autem. verb. vt non succederet. 7. quæst. 1. Ideò fuit per summos Pontifices & concilia generalia statutum, vt non liceat successorem eligere: Nec Papa potest statuere vt sibi hoc liceat Card. Zabarell. in clemen. Ne Romani. numer. 5. de elect. cùm aliis, vt per Ioan. Selu. de iuramen. par. 4. num. 41. quamuis possit facere constitutionem super electione sui successoris, vt est communis omnium doctorum sententia; vt notant omnes in cap. licet de vitanda de elect. honestum tamen est vt hoc faciat de consilio cardinalium, & in Concilio generali, vt scribit Abb. communiter receptus in dict. cap. licet num. 2. not. 2. vt fecit Alexand. III. in concil. Lateranen. vt duæ partes Cardinalium sufficiant, d. cap. licet. de elect. Gregor. X. in concil. Lugdunen. vt Cardinales includantur in conclaui. cap. vbi periculum. de elect. lib. 6. Clemens V. in concil. Viennen. vt habetur in clement. 2. de elect. Clemens VI. ann. 1532. Iulius II. in constitutione 11. Pius IV. const 81. in Bullar. & hoc quod dicit glo. de renunciatione Clementis probabile est ex con-

iecturis, nulla tamen firma auctoritate probatur, nam-
què doctores, & auctores grauissimi, qui illorum tem-
porum historiam scribunt, de hoc mentionem non fa-
ciunt. Nicephorus lib. 2. c. 35. & lib. 3. cap. 2. Dama-
sus in vitis Pontificum, Marianus. Scotus in Chronicis
S. Hieronymus contra Iouinianum, Gregorius Turo-
nens. in Eccl. Histor. Atanasius libr. contra Atticum.
Petr. de nat. lib. 2. cap. 25. D. Antonin. part. 1. tit. 6.
cap. 25. §. 3. Platina in vitis Pontificum, contendunt
tamen an clemens fuerit tertius, quartus, vel quintus
Pontifex maximus.

14 Ciriacus † verò vt coronam martirij consequeretur,
congregatis S. R. Ecclesiæ Cardinalibus eis renitenti-
bus & reclamantibus. Archiep. Florent. 3. par. tit. 23.
& de renunc. lib. 6. c. 1. Gemin. d. cap. 1. sub num. 10.
de renunc. in 6. vbi subdit hunc non denominari in ca-
talogo Roman. Pontificum, quia creditum fuit oon re-
nunciasse propter denotionem.

15 Marcellinus † autem renunciauit Papatui propter
Idolatriam, namque in immani illa Diocletiani Impe-
ratoris persecutione terrore perterritus, Thus adhibuit
Deorum simulacris, cuius peccati mox eum tantoperè
pœnituit, vt Sinuessem ad concilium centum octua-
ginta Episcoporum, indutus cilicio venerit, vbi lachri-
mis profusis scelus suum palam coram illis patribus
confessus est, dicens esse paratum obedire quicquid ab
illis, ei impositum esset, sed nemo ausus est illum dam-
16 nare † clamantes, tuo te ore, non nostro iudicio te
iudica, nam prima sedes à nemine iudicatur. quare ip-
se statim dictauit sententiam dicens. Ego Marcellinus
ob scelus Idolatriæ quod infelix commisi, iudico me
deponendum & anatematizo omnes qui corpus meum
tradiderint sepulturæ, & postea pergens ad Diocletia-
num fassus est se esse Christianum, ob quod suscepit
martyruim, vt habetur in can. nunc autem dist. 21. Da-
mas. in lib. de vit. Pontif. Arch. in d. can. Nunc autem.
num. 2. Alber. in tract. de agnosc. asser. qu. 30. num. 6.
Alber. Phrygius lib. 4. de Eccl. Hierarch. cap. 8.

17 Celestinus † verò renunciauit propter suæ imperfe-
ctionis recognitionem, nam agnoscens se impotentem
& insufficientẽ ad regimen Eccles. consilio spiritus san-
18 cti ductus Papatui renunciauit: namque Celestinus †
erat sanctæ vitæ, sed in agibilibus mundi non erat ex-
pertus. vt tradit Gemin. dict. cap. 1. num. 7. ver. quæ-
ro de renunc. in 6. Aluar de planctu Ecclesiæ lib. 2. cap.
19 10. & † ante renunciationem statuit de consensu Cardi-
nalium, Romanum Pontificem posse renunciare Papa-
tui, cuius constitutio à Bonifacio VIII. eius successore
fuit confirmata, Anno domini 1294. & reducta inter
decretales pro stabilimento sui Pontificatus, vt habe-
tur in cap. 1. de renunc. in 6. idque valdè expediens
fuit. cùm plures sint rationes, ex quibus videtur sum-
mum Pontificẽ non posse renunciare Papatui, & decem
refert Ioan. Andr. in d. cap. 1. de renunc. lib. 6. alias
addidit August. Triumph dict. qu. 4. quas non refero,
cùm hodiè ex dict. constitutione res sit admodùm clara
& nullum remaneat dubium. Corn. cons. 132. lib. 2. &
cons. 106. sub num. 1. lib. 4. Cephal. cons. 138. num.
20. lib. 1. Dec. cons. 484. num. 1. Socin. senior cons. 17.
20 num. 2. lib. 2. nec est hæsitandum, an potuerit † Papa
id statuere: vt tenent Geminian. Ioann. Andr. Anton.
de Butr. num. 4. Gemin. sub num. 10. vers. quod autem.
& communiter doctor. in d. cap. 1. August. triumph. d.
tractat. de potest. Ecclesiæ, q. 7. art. 7. ob eius pleni-
21 tudinis potestatem, † nam vice Dei fungitur Archid. in
can. quotiès. num. 1. q. 2. Host. in cap. quod super num.
14. de vot. Sarn. de expect. in princ. accedit quia tribus
22 rationibus potest iustificari † Papam posse renunciare
Papatui. vt tradit August. triumph. d. qu. 4. art. 7.
col. 2. primò ratione personæ, quæ in Papatum assu-
mitur, nam potest contingere electum in Papam effici
indispositum ad exercendum Papale officium, aut ra-
tione infirmitatis, aut ratione senectutis vel fatuitatis,
vt ei impossibile sit tale officiũ exercere. Secundò ratio-
23 ne potestatis susceptæ, quia † Papatus non est nomẽ or-
dinis, sed dignitatis, vt latè per Franc. in d. cap. num.
5. de renunc. in 6. vnde renunciat potestati iurisdictio-
nis.

Tertiò ratione finis propter quem suscipitur: nam † 24
cum officium Papatus à Deo sit constitutum, Matt. 16.
Apost. 1. Corin. 6. Gam. in d. extrauag. Iulij II. de Si-
mon. elect. Pontificis. num. 98. pro vtilitate totius Ec-
cles. Præpos. in c. sicut num. 3. 7. qu. 1. & in c. quoties
num. 5. 1. q. 4. Abb. in cap. per venerabilem num. 20.
qui fil. sint leg. consonum est, vt si electus ad tale offi-
cium efficiatur impotens, vel quod consideret se esse in-
sufficientẽ, vt possit renunciare & eligatur sufficientior.

Sunt & alia exempla illorum qui renunciarunt Papa-
tui, de quibus per Io. Burgund. in d. tractat. de renunc.
Pap. per Sarn. d. qu. 1. regul. de infirm. resign. vbi in
4. col. vers. quid tenendum, hunc casum dicit esse ra-
riorem coruo albo, & Mandos. in dict. reg. de infirm.
in proe. dicit † quod recessit ab orbe & vrbe. Boni- 25
fac. de Vital. in Clemen. ne Romani. §. sanè num. 39.
de elect. idem confirmat.

Amplia procedere etiam † si emiserit votum non re-
nunciare ex causa rationabili. Egid. col. quem refert, 26
& sequitur Aug. triumph. dict. qu. 4. art. 4. Armil. verb.
Papa, ratio, quia votum est † iuramentum, quod debet
habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam 27
D. Tho. 2. 2. qu. 79. art. 3. hoc est votum, non autem
huiusmodi, cum Papa obliget se perpetuo ad id quod
perficere non posset salua conscientia.

Amplia secundò procedere, † etiam si iuraret non 28
renunciare. Archid. Floren. quem refert. & sequitur
August. Triumph. d. qu. 4. ar. 4.

Amplia tertiò posse renunciare † per procuratorem. 29
Bonif. de Vital. in clem vnica, num. 7. de renunc. quod
euenit † in Gregor. XII. nam nihilominus potest renun- 30
ciare.

Amplia quartò procedere, etiam † si sit idoneus. Ioan.
Crotus in Rub. 6. de constit. num. 5. vers. 2. arguitur
ex d. cap. 1. ibi, † maximè si se insufficientem agnoscit, 31
quæ dictio (maximè) includit alium casum quando
esset idoneus, l. qui se patris, vbi doct. C. vnde libe.

Quomodo autem, & coram quo sit facienda huius-
modi renunciatio, dicam suo loco.

Ex quo secundò infertur † Cardinalatum posse re- 32
nunciari, vt scriptum reliquit Fran. in capit. 1. sub num.
3. de renunc. in 6. Bertach. in tractat. de Episc. par. 1.
2. lib. num. 52. Bursart. consil. 341. num. 20. lib. 5. cùm
Cardinalatus sit † beneficium Ecclesiasticum. Io. de Se- 33
lu. tract. de benef. par. 1. qu. 2. nu. 53. Hoied. in tract.
de incomp. benef. p. 1. in proem. num. 9. † cuius offi- 34
cium antiquitus consistebat in mortuis sepeliendis, & in
infantibus baptizandis, vt tradit Arch. in cap. vbi pe-
riculum. num. 4. de elect. lib. 6. dicens Marcellum
Pontificem qui fuit anno Domini 304. constituisse quin-
decim Cardinales in vrbe ad hunc effectum. Card. Zaba-
rel. in clem. ne Romani. §. porro num. 2. de elect. Bar-
bat. in tract. de præst. Card. 1. qu. 1. part. num. 5. Ho-
diè autem † eorum officium est assistere Romano ponti- 35
fici, & illum consulere ac adiuuare in sacerdotali offi-
cio, vt scribunt Arch. Car. & Barbat. loc. cit. Host. in
cap. bonæ memor. num. 5. de postul. præl. Præpo. in
can. quamquam num. 12. 2. qu. 7. & ob id tenetur † re- 36
sidere in curia Romana, vbi Papa residet, Abb. in c. 2.
num. 2. vers. oota primo de cler. non resid. præpos. in c.
filium vestrum num. 2. 1. qu. 1. Dom. Sot. quem refert
Hoied. dict. part. 1. capitul. 2. & est communis opinio.

Accedit, quia cum Papatus possit renunciari, vt di-
ctum est suprà, eò magis Cardinalatus: † quia dignitas 37
Papatus magis est annexa Papæ quàm dignitas Cardi-
nalatus Cardinalibus, vt scribit Fran. d. c. 1. sub num.
3. de renunc. lib. 6. Coram quo sit facienda huiusmodi
renunciatio dicam suo loco. Bertach. autem loc. cit.
dicit hoc esse de raro contingentibus.

Ex quo tertiò infero † Patriarchatum posse renun- 38
ciari, cum patriarchatus sit beneficium † Ecclesiasti- 39
cum, Io. Selu. de benef. par. 1. qu. 2. num. 4. Alphons.

Hoied. de incompat. benef. par. 1. in præfat, num. 7. &
40 ideò Patriarcha tenetur residere † vt scribit Gig. in
tract. de resid. episc. cap. 18. & colligitur ex Domi.
Sot. lib. 2. de iust. & iur. q. 3. & probatur per Conc.
Trid. c. 1. sess. 6. de reform. cap. 1. sess. 23. de reform.
41 & sunt quatuor, † Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus. & Hierosolimitanus, no. in cap.
antiqua. de priu. can. renouantes dist. 20. can. definimus dist. 22. & hi habent maximam prærogatiuam, vt
tradit præposit. d. cap. definimus, sunt & alij Patriarchæ Aquilei. Bituricen. Graden. Archid. in canon. sio.
cleros di. 21. & quia Patriarcha Gradensis hodie est extinctus propter desolationem illius ciuitatis, huiusmo-
42 di dignitas fuit translata † in ciuitatem Venetiarum per
Nicolaum V. Pont. Max. anno Domini 1451. vt scriptum reliquit Gigas dict. tract. de residen. Episc. c. 18.
43 num. 12. vbi etiam † firmat hos venire appellatione
Episcoporum, non ergo mirum si poterunt renunciare.
Accedit etiam deducendo argumentum à maiori ex
dict. cap. 1. de renunc. libr. 6.

44 Quartò infero Primatem † posse renunciare, nam Pri-
45 mas dicitur habere beneficium Ecclesiasticum † cum
teneatur residere. Thom. Camp. in tract de resid. Episc.
Gig. de resid. Episc. c. 18. est tex. in cap. 1. cess. 6. de
reform. Conc. Trid. & cap. 1. sess. 23. de reform. non
mirum igitur si poterunt renunciare, cum nulla sit dif-
46 ferentia inter Ecclesias † Primatiales, Patriarchales.
gl. in can. vrbes. dist. 80. gl. in can. si quis 2. q. 6. Archiep. Florent. in summ. c. 14. in princip. Card. Alex.
in d. c. si quis Gig. d. c. 18. num. 5. Hodie etiam reperitur dignitas principalis ad similitudinem Patriarchalis
& obtinens illam appellatur primas Mandos. in præfat.
reg. 2. vbi latè.

47 Quintò infero † Archiepiscopatum posse renũciari :
vt est casus in capit. ad supplicationem, & in cap. nisi
cùm pridem de renunc. cùm sit beneficium Ecclesiasti-
48 cum, † vt tradunt Sclu. de benef. par. 2. q. 1. num. 41.
Alphons. Hoied. in præfat. de incomp. benef. num. 7.
49 & ideò tenetur † residere can. rationis distinct. 100.
cap. 1. Conc. Trid. sess. 6. & c. 1. sess. 23. de reform.
50 Gig. d. cap. 18. & † dicitur Archiepiscopus ex eo quod
sit summus Episcoporum. Host. in capit. cum inferior
num. 12. de maior. & obed. in summ. in tit. de off. Archidiac. §. & quia præest omnibus Episcopis de sua Prouincia. canon. cleros. dist. 21. can. scitote 6. q. 3. Et
51 comprehenduntur † in dispositione loquente de Episcopis, ad not. in d. can. cleros. præpos. in 4. col. glo. in cap.
quia periculosum de senten. excommunicat. in 6. & ibi
Gem. in fin. vbi etiam Franc. & communiter Doctores.

52 Et † nihil habent Archiepiscopi plus quam Episcopi,
nisi reperiatur in iure expressum. can. conquest. 9. q.
3. Thomas de Tania dec. 21. manoscripta.

53 Sextò infero † Episcopatum posse renunciari, vt est
casus expressus in can. qualiter. 7. qu. 1. & in cap. 2. de
renunc. & in hoc casu consoluit Dec. cons. 219. & pater in cas. Mohedan. decis. 301. Tolet. Put. dec. 152.
54 lib. 1. nam Episcopatus † inter beneficia Ecclesiastica
computatur. Sel. de Benef. p. 1. q. 2. num. 42. Ange. in
verb beneficium. Hoied. dict. præfat. num. 7. & ideò
55 Episcopi tenentur † in suo Episcopatu residere. D.
Thomas 2. 2. quæst. 185. art. 5, Caie. latissimè. Turrecremata in can. peruenit. in prin. 7. q. 1. & ibi Archid.
& Card. Alex. Card. Alb. in tract. de auctor. Pap. p. 2.
num. 36. cum aliis à me adductis in tract. de resident.
benef. quem præ manibus habeo, sicuti enim Papa qui
56 est sponsus † vniuersalis Ecclesiæ, Card. Alexand. in ca.
sicut num. 3. 7. qu. 1. potest renunciare, vt dictum est
57 suprà, ita & Episcopus qui est sponsus † particularis
58 Ecclesiæ, & hoc quotidiè experimur, de facili autem †
non est admittenda huiusmodi renunciatio: vt dicitur
in can. quàm periculosum 7. qu. 1. tradit. Simon Maiol.
de irreg. lib. 3. cap. 6. num. 3.

59 Hinc Episcopi possunt permutare † Episcopatus, vt
tradit Gemin. in capit. vnico. num. 9. de rer. permut.
in 6. accedente tamen consensu Papæ, vt est communis omnium doctorum sententia, recepta quoque in
praxi.

Et hic aduerte, quod renunciatio † Papatus, Car- 60
dinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, fit simpliciter, vt est communis omnium docto-
rum opinio, renunciatio verò † aliorum beneficiorum 61
inferius nominandorum potest fieri simpliciter, & in fa-
uorem † coram summo Pontifice, iuxta communem 62
omnium doctorum senteotiam in stylo quoque receptam, vt quotidiè videmus, & latius dicetur infra.

Septimò infero monasterium † siue Abbatiam posse 63
renunciari, vt in cas. cap. vlt. de renunc. Bal. in cap.
cum interim. 2. de elect. & in cas. Mohed. decis. 185.
licet in manusc. in casu Put. decis. 354. lib. 3. in causa
Britonorien. Monaster. in casu Card. Paleoo. decis. 101.
Virdun. in casu super quo respondit Card. Paris. cons.
5. vol. 4. námque Abbatia † dicitur beneficium Eccle- 64
siasticum, vt tradit Selu. de benef. par. 1. qu. 2. num.
78. Hoied. dict. præfat. num. 7. & est de maioribus † 65
dignitatibus quæ sint in Ecclesia, & ob id speciali nota
est digna, & non venit sub simplici appellatione dignitatum. Lap. alleg. 84. num. 11. Io. Monach. in cap.
inquisitiones de hæret. lib. 6. Franc. post Ioan. And. in
cap. 2. de præben. lib. 6. Sarn. de infirm. resign. q. 16.
& de val. qu. 3. & ob id Abbatiæ † æquiparantur Epis- 66
copatibus Rebuff. super concord. de mand. Aposto. §.
statuimus. ver. Monasteria Mandos. in regul. de benef.
vacant. per promot. quæst. 3. num. 8. & ideo appella-
tione † Abbatiæ seu Monasterij non venit Prioratus, 67
vt fuit tentum in Rot. coram Oradino 29. Nouemb.
1553. teste caputaq. decis. 225. p. 2. Et quia † quædam 68
est Abbatia secularis, quædam verò regularis vt colligitur ex glos. in verb. ex transmissa. versic. Abbatis &
ibi Panorm. num. 5. de renunc. Io. Selu. d. quæst. 2.
num. 56. Hoied. p. 1. de incomp. benef. c. 5. num. 2.
Ideo extendo hanc illationem ad vtramque, firmo v-
tramque posse renunciari ex his que suo loco dicentur.

Et Monasteria † dicuntur, in quibus Abbates præfi- 69
ciuntur, nam Monasterium dicitur territorium Abbatis. Caputaq. decis. 225. par. 2.

Et quod est plus Abbatissatus † potest renunciari vt 70
in casu Cresc. decis. 173. contra lib. 1. in manusc. & in
fauorem, vt tradit Pap. lib. 2. tit. 8. arrest. 8. Mandos.
in tract. de signa, gra. verb. resignationes, col. 6. vers.
resignationes Monasteriorum, de quo dicetur suo loco
nam Abbatissatus † est etiam certo modo beneficium, 71
non masculorum, sed fœminarum, vt tradit Pet. Andr.
Gammar. decis. manuscript. 24. incip. Die, ex quo refert. die 29. Aprilis 1523. fuisse tentum coram D. Petrasancta, quòd lata sententia contra Abbatissam, esse
locum † clem. ad concupiscendum de sequest. poss. & 72
fruct. & ideò debere contra ipsam fieri sequestrationem
tùm quia est beneficium Ecclesiasticum, tum etiam quia
militat eadem ratio, ne bona familiæ dilapidentur.
Hinc Abbatissa † æquiparatur Abbati, Panorm. in c. 2. 73
in princ. de his quæ si. à præl. & in c. vlt num. 5. de stat
Monac. Fusc. de visit. lib. 1. c. 2. num. 19. hinc aliàs in
vna Calaguritam. fuit annullata gratia cuiusdam Abbatissatus, teste crescen. decis. 42. lib. 2. in manusc.

Et quòd Monasteria dicantur propriè † etiam mo- 74
nialium, tradit Mandos. in præfat. reg. 2. Cancel. num.
6. per ca. Monasteria puellarum 18. qu. 2. & cap. monasteria de vit. & honest. cleric. clem. 1. iuncta glo. 2.
de elect.

Octauò infero † Prioratum posse renunciari, vt in 75
casu Aragoniæ decis. manuscrip. 12. Illerden. prioratus
de petrusa, in caso Mohedan. decisio. 223. Eluen. prioratus, in casu Put. decis. 25. lib. 1. & decis. 523. p. 2.

Nam prioratus † est quoque beneficium, vt per clem. 76
2. de rescr. tradit Io. de Selu. d. qu. 2. primæ p. de benef. num. 87. est enim Prioratus principalis dignitas
in Ecclesia collegiata † seu regulari, & habet quasi iu- 77
risdictionem Episcopalem, & in effectu est eadem dignitas cum Abbatia. Hoied. p. 1. de incomp. benef.
cap. 6. num. 2. post alios quos citat. Oldrad. cons. 285.

Digitized by Google

Card. in clement. dudum. §. statuimus sub num. 5. de sepult. Mandos. reg. 3. qu. 8. num. 4. in reg. cancel.

78 Nonò infertur dignitatem † Ecclesiasticam posse renunciari, vt colligitur ex tit. de renunc. ext. & in cas. Put. decis. 142. lib. 1. in casu Cardinal. Paleott. decis.
79 153. aliàs 226. in manuscr. nam dignitas † Ecclesiastica, est beneficium habens administrationem rerum Ecclesiasticarum, cum iurisdictione, Innoc. in cap. cum accessissent. de const. & in cap. quia nonnulli de iud. Cardin. in clement. 2. vers. 5. not. de iudic. & in clement. 2. vers. quid est dignitas de præbend. Gemin. in cap. 1. de consuet. lib. 6. communis opinio, teste Abbat. in cap. de multa. num. 21. de præbend. vbi alij.

80 Hinc potest renunciari prima † dignitas, vt in casu Mohedan. decis. 141. cum magna tàm in cathedrali,
81 quam in collegiata, cum etiam Rector † aut prior collegiatæ dicatur habere beneficium cum dignitate. Paul. in clement. 1. de elect. Innoc. & Host. in cap. cum ab Ecclesiarum. de off. ordin. Rot. decis. 11. de præbend. in nou. & quæ sint primæ dignitates in cathedrali &
82 collegiata † habes signa per Card. cons. 38. colum. 1. & 3. num. 20. per Gemin. in cap. deliberationem. num. 6. de off. leg. in 6. quæ non refero, cum vera & com-
83 munis sit opinio, recurrendum esse ad † consuetudinem Ecclesiarum & prouinciarum, ad cognoscendum hanc prærogatiuam, vt tenuit Rot. in vna Tuden. Abbatiæ, de anno 1554. coràm montis Flasconen. in fauorem bonæ memoriæ Cardin. Pacecchi, proùt testatur Mandol. in reg. 3. de reseru. qu. 1. num. 2. Ideò aliquandò prima dignitas est Archidiaconatus, aliquando Archipresbyteratus, secundum diuersas locorum consuetudines, Dec. cons. 451. num. 2. Alex. cons. 142. lib. 6. Card. Paris. cons. 31. num. 39. vol. 4. Boër. decis. 286.

84 Hinc † potest renunciari Archidiacodatus, vt in casu Mohed. dec. 141. cum magna & in casu Put. decis. 142. & 145. lib. 1. in casu Card. Paleott. decis. 28. alias 18. & decis. 71. & decis. 153. aliàs 226. in manuscr. namque
85 Archidiaconatus est, † beneficium Ecclesiasticum & obtinens illud habet dignitatem. Pute. decisio. 89. lib. 1. & est communis opinio.

86 Hinc etiam potest † renunciari Decanatus, vt in ca-
87 su decis. 124. R. P. D. Seraphini, namque † Decanatus est beneficium habens dignitatem, vt tradit Hoied. in tract. de incomp. benef. p. 1. cap. 7. num. 3. & est communis opinio.

88 Hinc etiam † Archipresbyt. potest renunciari, vt in casu. Put. decis. 249. lib. 2. in casu Mohed. decis. 119. 120. cum seq. in manuscr. namque Archipresbyteratus
89 † est beneficium & dignitas Ecclesiastica, vt omnes doctores scribunt in rub. de off. Archipresbyt.

90 Decimò infero Personatum † posse renunciari, namque personatus est beneficium Ecclesiasticum, cap. cum accessissent de constitu. cap. de multa. de præben. cap. primo de consuet. lib. 6. extrauag. Io. 22. incip. execrabilis. in tit. de præben. inter com. Selu. de benef. 1. part. cap. 12. num. 3. Alphon. Hoied. de incomp. benef. part. 1. cap. 9. num. 2. vers. ex quo clarè, & persona-
91 tus † est honor & præeminentia in Ecclesia absque administratione, vt per Coras. de benef. par. 4. cap. 3. num. 7. & 6. laté per Hoied. d. cap. 9. num. 2. Stafile. in tractat. de mod. & form. impetr. §. transeo nunc ad dignitates. num. 4.

92 Vndecimò infero officium † quandò est beneficium Ecclesiasticum, vt in casu Ioan. de Selu. de benef. p. 5. quæst. 2. num. 75. Hoied. de incomp. benef. p. 1. cap. 8. num. 3. posse renonciari, nam tunc est beneficium cum administratione Ecclesiasticarum rerum, sine præeminentia & iurisdictione, Coras. de benef. p. 4. cap. 3. num. 8. Bened. Capr. tract. reg. & fall. reg. 90. n. 91.

93 Hinc Thesauraria † potest renunciari, cum dicatur officium Ecclesiasticum, vt tradit Alfon. Hoied. d. cap. 8. num. 3. & est communis opinio.

94 Hinc Plebania † potest renunciari, vt in casu Anto. de Butr. in cap. quod Dei. num. 18. de stat. Monach.
95 quia Plebania † est officium Ecclesiasticum. Ioan. Selu. de benef. d. p. 1. q. 2. num. 75.

Hinc † Sacrista & Custos renunciare possunt, quia 96
hæc etiam sunt officia Ecclesiastica, vt tradit. Hoied. d. cap. 8. num. 3. quod intellige iuxtà terminos suos.

Hinc præpositura † potest renunciari, quia præposi- 97
tura dicitur officium Ecclesiasticum, vt ex cap. dudum. 1. de elect. tradit Selu. d. q. 2. num. 75. & omnes alij sequuntur.

Hinc Cantoria † potest renunciari, vt in casu Put. 98
decis. 401. lib. 2. in cas. Cardin. sanctæ Cruc. decis. 150. & Mohedan. 106. in manuscr. & pono hoc exemplum sub hac illatione, quia † Cantoria non est digni- 99
tas, vt scribit Put. decis. 89. lib. 3. & stylus admittit.

Decimosecundò infero † Canonicatum posse renun- 100
ciari tàm in cathedrali quàm in collegiata: vt in cas. Aragonen. decis. 38. Calaguritan. in cas. Thomæ de Tanis. decis. 35. Put. decis. 268. lib. 3. & decis. 97. lib. 2. & decis. 248. eodem. lib. 2. Pelegr. decis. 33. & 157. lib. 2. Mohed. decis. 53. in causa. & decis. 72. & decis. 97. & decis. 132 fuit. & decis. 222. in Ipsalen. canonicatus. & decision. 323. Magna. & habetur in lib. diuersarum decis. 83. decis. 114. & decis. 779. in manuscriptis, namque Canonicatus † est beneficium Ecclesiasticum. 101
Archiepisc. Florent. in 3. par. summ. titul. 15. cap. 1. §. 2. quem refert. & sequitur. Ioan. Selu. dicta prima par. de benef. quæst. 2. num. 74. & canonicus † propriè non 102
dicitur habere dignitatem, sed largo modo, vt est communis opinio, de qua attestatur Cardin. sanct. Crucis, decis. 29. in manuscrip. Ideò Canonicus in Cathedrali sub larga significatione † venit sub nomine digni- 103
tatis, Achill. de Grass. decis. 327. in manuscript. & ita fuit tentum in vna Tirason. pensionis, coram Ant. Augustino die 30. Oct. 1551 teste Caputaq. dec. 284. p. 1. & idem Caputaq. attestatur dec. 152. lib. 1. in manuscr.

Decimotertiò infero † parochialem posse renuncia- 104
ri, vt in casu Arag. decis. 41. Tol. in manuscript. Cardin. sanctæ Crucis decis. 118. Cres. decis. 64. lib. 1. Pelegr. decis. 123. lib. 1. Put. decis. 85. & decis. 145. libr. primo. & decis. 341. & 342. lib. 2. & decis. 13. & 111. lib. 3. Mohedan decis. 66. decis. 58. decis. 126. per obitum, & 164. & 101. & 320. Pale. decis. 385. aliàs 250. omnes in manuscriptis. Nam parochialis † est benefi- 105
cium habens Parochiam ad eius curam deputatam, & territorium limitatum Arch. in cap. licet canon. col. 2. de elect. lib. 6. Mil. in verb. Ecclesia parochialis. Roman. cons. 356. colum. prima, Alex. cons. 74. in prin. lib. 6. ex quo illam obtinens † tenetur administrare sa- 106
cramenta Ecclesiæ, cap. primo, & per tot. de paroch. clem. dudum. de sepult. Staphil. de stat. & qualit. benef. num. 2. cum sequen. Selu. dict. qu. 2. 1. par. de benef.

Idemque erit in obtinente curatam Ecclesiam, nam beneficium † curatum dicitur quoties beneficiarius ha- 107
bet populum. & clerum. vt tradit Mandos. reg. 3. Cancell. de reseru. 9. quæst. num. 2. & ius excommunicandi, absoluendi & visitandi, similiaque regendi, quæ tendunt ad correctionem morum Abb. in 7. not. in capit. Dudum Ecclesia post gloss. de elect. & in cap. de multa. num. 24. de præb. & exercet curam animarum nomine suo. Archid. & Inno. ac omnes in clem. vnica de of. Ord. Oldr. cons. 67. Sarn. de Idiomat. q. 11. latè Hoied. in tract. de incomp. benef. p. 1. cap. 13. n. 3. & q. 4. Hinc † ex iure duntaxat sepeliendi, non dicitur Ec- 108
clesia curata, Fed. de Sen. cons. 135. Archid. in cap. 1. de sepul. & communiter Docto. Hinc neque dicitur † 109
curata ex iure baptizandi, Sarn. dict. quæst. 11. de Idiomat. Staph. vbi sup. num. 24. Rebuff. in concord. §. statuimus. vers. Ecclesiæ parochiales, cum actus † bap- 110
tizandi quandoquè per laicum exerceatur. Dom. Sot. in 4. sent. distin. 2. quæst. vnica artic. 2. siue qui tale beneficium obtinet sit secularis, siue canonicus regularis † qui ex dispensatione Episcopi potest obtinere be- 111
neficium curatum vt fuit resolutum in vna Meren. parochialis, coram Guidobono. 16. Nouembris 1552. teste Caputaque decis. 85. part. 1. vbi attestatur hanc esse communem opinionem.

Decimoquartò

112 Decimo quartò, infero † Vicariam perpetuam posse
renunciari vt in casu Put. dec. 389. lib. 1. & dec. 69. corā
Accorambono libro diuers. in manuscr. nam Vicaria est
beneficium, vt resoluit Alfons. Hoied. in tract. de in-
comp. benef. p. prima, capit. 15. vbi etiam ponit ex qui-
bus causis constituatur Vicaria, de qua re latè Rebuff.
113 in tract. de benefic. congru. port. fine † Vicariæ possunt
permutari, Gamm. in cap. licet. num. 86. de rerum
permut. in 6. & est communis opinio in praxi recepta.
114 Decimoquintò infero † Mansionariam posse renuncia-
ri quando est perpetua, quia tunc est beneficium Eccle-
siasticum, & ita reputatur, de mansionaria loquitur
Gamm. in capitul. licet. numer. 86. de rer. permut. in 6.
115 Decimo sextò infero † portiones posse renunciari,
vt in casu Aragon. decis. 53. Ciuitaten. portionis. In
casu Pelegrin. decis. 14. & 35. lib. primo diuer. decis.
216. & 252. in manuscrip. Mohedan. decis. 42. in vna in
recollectis manuscript. quod non solum procedit in in-
tegra portione, prout hi loquuntur, quibus addo Mo-
hedan. decis. 133. fuit & decis. 203. & si portionis Sa-
lamantin. Sed etiam in dimidia portione, vt habetur in
libr. diuers. decis. 112. & decis. 115. in manuscriptis,
116 nam hæc sunt beneficia Ecclesiastica, & continentur †
sub ipsorum definitione, ac veniunt appellatione bene-
ficiorum, licet sint de inferioribus beneficiis, in Ca-
thedrali, Aragon. decis. manuscript. 34. vbi ex hoc in-
117 fert, quòd dispensatus ad † beneficium, videtur dis-
pensatus ad portionem in cathedrali.
118 Decimoseptimò infero Capellaniam posse renuncia-
ri: vt in casu Pelegr. decis. 2. & decis. 202. lib. 3. namque
119 est † beneficium Ecclesiasticum, vt colligitur ex Selu.
dict. quæst. 2. & communiter per omnes est receptum.
120 Decimooctauò infero † oratorium siue Capellam
posse renunciari, vt in casu Mohed. decis. 184. circà:
121 quia † est beneficium Ecclesiasticum. Hoied. dic. præs.
de incompat. benef. num. 7.
122 Decimononò infero † Heremitorium posse renuncia-
ri, vt in casu Mohedan. decis. 178. vacante, quia est be-
neficium Ecclesiasticum. Nauarr. concil. 1. de religios.
domibus.
123 Vigesimò infero † præstimonium posse renunciari,
vt in casu. Aragon. dec. 43. Hispalen. Præstimonij, Put.
decis. 146. lib. 2. & decis. 158. 175. & 317. & 371. lib. 3.
124 namque præstimonia, quæ dantur in titulum † Clericis,
sunt Ecclesiastica beneficia. Geminia. cons. 109. & in
cap. vlt. de concess. præben. in 6. Oldra. cons. 81. Dec.
in cap. ad aures. de rescr. Pauin. de potest. Cap. sede
vacan. 2. num. 5. Rebuff. de pacif. poss. num. 90. & est
communis doct. sententia. vt colligitur ex Menoc. de
arb. Iud. casu 201. num. 59. & ita fuit pronunciatum in
vna Toletan. coràm Achil. de Grass. teste eo. in tit. de
grat. decis. 4. aliàs 162. in manuscr. tradit Cassad. decis.
125 3. in fin. de præben. Crescen. decis. 20. libr. 2. Licet alia †
quæ non dantur in titulum, non veniant: cum in sola
temporalitate consistant. Io. An. in cap. vnico. num. 3. de
rerum permu. in 6. Abb. cons. 47. n. 4. lib. 2. Fel. in capitu.
postulasti. n. 8. de rescr. Sarn. de expect. in prima forma.
Mandos. de annal. q. 18. num. 2. & communiter docto. vt
per Hoied. de incomp. benef. p. 1. cap. 21. num. 10. & p. 2.
126 cap. 8. n. 12. Ideò beneficium † non potest permutari
cum præstimonio, quod non datur in titulum. vt tenuit
Geminian. post Feder. de Sen. & Ioann. Andr. in capitu.
vnico. num. 9. de rerum permu. in 6. quem ibi sequitur
And. Gamm. num. 66. & communiter doctores.
127 Vigesimoprimò infero † Scholastriam posse renun-
ciari: vt in casu Put. decis. 295. lib. 2. quia scholastria
est beneficium Ecclesiasticum.
128 Vigesimo secundo infero † Clericatum sancti Petri
de Vrbe, posse renunciari, vt in casu Mohedan. decis.
129 118. Ambros. in manuscr. Commendam † officij
Claustralis, Hieron. Gabriel. cons. 184. lib. 2. Hospitale,
Paleot. decis. 112. in manuscr. præceptoria, Put. dec.
177. lib. 3. Ilis, Mohedan. decis. 164. in manuscrip.
130 Et tandem omnia beneficia ecclesiastica possunt † re-
nunciari, vt in casu Pelegr. dec. 247. & 266. lib. 2. &
decis. 262. 280. & 347. lib. 3. Mohedan. decis. 136. Io.
Baptista. & 214. Pensio. in manuscrip. & alij omnes. Si-
ue sint curata siue simplicia, siue requirant residentiam
siue non, siue habeant dignitatem siue non, & quocun-
que nomine appellentur secundùm diuersas locorum
consuetudines: vt ex supradictis colligitur. & stylo re-
ceptum esse omnes tradunt.

Et pro maiori elucidatione omnium casuum subijciam aliquas quæstiones, ex quibus tota materia explicabitur.

Lib. 2. quæst. 1. num. 34. Ibi, Et in infantibus baptisandis.

TAntus fuit nobis, aliàs ab Illustrissimo Domino Cardinali de Ioiosa, amplissimo protectore ac Pari Galliæ, Archiepiscopo tunc Tolosano, nunc autem Rothomagensi, ac sacri Collegij Decano exhibitus honos; vt idem Illustrissimus, vnà cum Domicella Margarita de Cambolas, vidua quondàm Domini de Caumelz, dum viueret Regij in supremo Tolosatum Senatu Consiliarij Integerrimi, die Iouis sexta mēsis Iunij millesimo quingētesimo nonagesimo sexto, natam mihi filiam, nedum de sacro fonte in sua Metropolitana Ecclesia, vti lustricus parens leuare sed & simul (mirabile visu candem nomine Margaritæ donatam, per seipsum in Pontificalibus, vti Christi Minister baptisare, splendidissimo apparatu dignatus fuerit. Hæc tamen (proh dolor) die vigesima Iulij millesimo quingentesimo nonagesimo octauo (qua festum Diuæ Margaritæ virginis à Catholicis celebratur) duobus Annis, & sexdecim diebus vixisse contenta, obijt in Domino.

Eadem q. post numerum 129.

VIgesimo tertiò infero Monachatum (hoc est, locum & Monachalem portionem Monasterij, seu Prioratus Conuentualis) posse renunciari. Est enim beneficium Ecclesiasticum, regulare tamen, Vt testatur Rebuffus in sua praxi sub tit. beneficia regularia quæ sint. n. 6. post Ioannem de Selua parte 1. q. 2. n. 56. Quod ab ipso Parisio, alioquin sanè verboso, prætermissum fuisse, satis mirari non possumus. Negat tamen idem de Selua in tertia parte q. 4. n. 14. beneficium & Monachatum æquiparari in omnibus: quinimò penitus, diuersa esse ait. Vnde vides ipsum non sibi constare, sed palinodiam canere. Attamen Monachatus secundum Federicum consil. 5. n. 5. neque est honor, neque dignitas neque officium honorificum.

q. 1. num. 13. Et hoc quod dicit glossa de renunciatione Clementis probabile est ex coniecturis, nulla tamen firma auctoritate probatur.

¶ IMò multis auctoritatibus inducitur, Clementem non fuisse immediatum sancti Petri successorem, & sic non renunciasse Papatui habito ab ipso Petro, cum eum non habuerit, nisi post Linum & Cletum: nam, vt huc aduchamus quæ ex Baronio de hoc refert Spondanus ad annum Christi 69. Sanctus Ignatius Apostolus contemporaneus Epist. ad Marc. cassiob. dicit clementem successisse Clero, & declarat tertio loco, nempe post Linum, & Cletū Ecclesiæ præfuisse, & diuus Hieronymus de script. Eccles. in Clem. & omnes illius temporis historici asseuerāt Clementem subijsse martyrium tertio anno Traiani Imperatoris, Exploratum autem est à martyrio Sancti Petri, vsque ad tertium Traiani annum, triginta trium annorum spatium intercurrisse, ipsum verò Clementem amplius nouennio Ecclesiæ Romanæ non præfuisse, vt omnes fatentur. Tamen idem diuus Hieronymus, in Isai. 52. expressis verbis asserit Clementem successisse Petro, licet alibi eum post Linum, & Cletum sedisse affirmet, idem de script. Eccles. in Clem. & Ioannes tertius In Epistola ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ relata in c. si Petrus 8. q. 1. scripsit Sanctum Petrum potestatem pontificij successori suo Clementi tradidisse ipsumque sedem Apostolicam post eum tradente sibi beato Petro tenere promeruisse: vnde glossator in eodem can. adnotat Linum & Cletum post Petrum statim non fuisse Apostolicos, sed ipsum Clementem, quem dicit renunciasse Papatui videns hoc perniciosum exemplo, quod aliquis sibi eligeret successorem, quid dicendum? certè videtur quod Clemens bis sedem tenuerit, Primò post Petrum & tunc cessisse: Secundò post Cletum: sed his non obstantibus dicendum est semel duntaxat Papatum tenuisse, idque post Linum & Cletū: quod vero supra retulimus de diuo Hieronymo, & Ioanne tertio, ad illud allusum esse, quod Tertullianus, licet quarto loco Clementem ponat. lib. 3. Carm. in Marcion. tamen à Petro ordinatum fuisse tradit de præscr. cap. 32. Secundum quod expressius Sanctus

Digitized by Google

Epiphenius hæref. 17. & Ruffinus præfation. lib. recognit. scribant eundem Clementem ab ipso Petro manus impositionem accepisse, sed Episcopatum recusasse vsq ad Lini & Cleti obitum, qui ipsius Petri coadiutores extitissent: at ista clementis recusatio non est renunciatio, quæ fit de beneficio seu iure acquisito, de qua hic agitur, sed solum repudiatio iuris acquirendi, quæ dici non potest nisi impropriè, renunciatio.

QVÆSTIO II.

An beneficia consistorialia possint resignari, & quæ sint consistorialia.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non potest conferre beneficia consistorialia.*
2 *Beneficia consistorialia sunt reseruata.*
3 *Ordinarius non potest admittere renunciationem beneficiorum consistorialium.*
4 *Beneficia consistorialia possunt resignari in fauorem in manibus Papæ.*
5 *Prouisio consistorialium debet fieri consistorialiter.*
6 *Beneficia dicuntur consistorialia, quia Papa de eis disponit in Consistorio.*
7 *Regula de annali non habet locum in Consistorialibus.*
8 *Regula de subrogandis non habet locum in Consistorialibus.*
9 *Dicenti de beneficio consistoriali non consueuisse in consistorio prouideri, incumbit onus probandi.*
10 *Beneficia scripta in libris Cameræ sunt Consistorialia.*
11 *Hodiè vt plurimum fit prouisio Consistorialium extrà Consistorium.*

QVæro secundò, An beneficia consistorialia possint resignari? Respondeo distinguẽdo, aut quæritur si possunt resignari coràm ordinario, & in hoc dicas veram esse opinionem ab omnibus receptam
1 de stylo, Ordinarium non † posse cõferre neque admittere resignationem beneficiorum consistorialium, cum
2 sint reseruata † ex regula 2. Cancell. ibi, Nec non omnia monasteria virorum, valorem ducentorum florenorum auri cõmuni extimatione excedentia, &c. & in hoc casu intelligo loqui Staphil. in tract. de lit. gra. & iust. §. dicendum. n. 67. dum scribit, quòd non admittuntur renunciationes beneficiorum consistorialium excedentium
3 valorem 200. florenorum auri, & non possunt admitti † ab ordinario, qui habet ligatas manus quoad reseruata. Rota dec. 4. n. 1. de renunc. in nou. Caputaq. dec. 45. par. 1. & communiter doct. vt dicetur infrà.

Aut quæritur an possint beneficia consistorialia resi-
4 gnari coràm summo Pont.† in hoc dicas posse, etiam in fauorem: cùm dispositio dictorum beneficiorum sit ipsi reseruata. & hæc est vera communis ab omnibus recepta conclusio, vt patet ex his quæ dicta sunt suprà, dum locuti fuimus de Episcopatu, de Abbatiis.

5 Debet tamen † prouisio per resignationem dictorum beneficiorum fieri consistorialiter, vt tradit Staphil. loco cit. n. 62. vers. quia namque dicuntur hac ratione
6 consistorialia, quia de eis disponit Papa † in consistorio coràm Cardinalib. Lap. alleg. 84. col 2. latè Maudos. de ann. q. 16. n. 2. Rebuff. super concord. de Regia ad præl. nomina. facien. vers. consistorialiter. Pet. Gregor. Syntag. iur. lib. 15. c. 4. n. 15. Ita fuit sententiatum in vna Nolan. coram Illustrissimo Cardinali Paleot. die 19. Iunij 1556. teste Caputaq. dec. 19. lib. 1. in manusc. & in his consistorialibus quæ prouidentur in consistorio,
7 non † habet locum regula de annali, vt per Sarn. de ann. q. 24. fuit tentum in vna Spoletin. Abbatiæ coràm Mohedan. teste Card. San. Cruc. dec. 176. in manuscr. de qua etiam attestatur Put. dec. 502. lib. 2. in his etiam non
8 datur † subrogatio. vt tradit Staphil. d. tract. de lit. gr. n. 66. quamuis soleat dari subrogatio, à Papa in locum vnius ex litigantibus. Cassad. dec. 1. vt lit. pend. Rebuff. in prax. in tit. de subroga. Et si aliquid dicat de beneficio consistoriali non consueuisse consistorialiter prouideri, † ei incumbit onus probandi; prout fuit decisum 9
in Rot. in vna Nolan. coram Paleot. 2. Iunij 1559. teste Caputaq. dec. 17. lib. 1. in manusc. sunt etiam aliqua beneficia † quæ appellantur consistorialia, vt quia scripta 10
sunt in libris cameræ inter consistorialia, vt tradit Caputaquen. d. dec. 19. lib. 1. in manusc. verum de illis non prouidetur † consistorialiter ex consuetudine & stylo. 11
Caputaquen. dict. dec. 17. & est communis opinio. & hæc etiam debent resignari coràm summo Pontifice qui prouidebit extrà consistorium. vt colligitur ex citatis doctor. & de stylo fit prouisio omnium beneficiorum consistorialium extra consistorium, hodiè tamen apponitur clausula in literis *ac si consistorialiter*, &c. paucis tamen exceptis, existentibus in Germania, Francia, & Sicilia, vt tota die practicari videmus.

Lib. 2. q. 2. n. 4. Ibi, cum dispositio dictorum beneficiorum sit ipsi reseruata.

IN Gallia tamen non recipiuntur prouisiones Apostolicæ de Archiepiscopatibus Episcopatibus Monasteriis & Prioratibus Conuentualibus electiuis in hoc regno consistentibus consistorialiter factæ; Nisi illas, pro tempore existentis Francorum Regis Christianissimi nominatio præcesserit. Idque iuxtà concordata dudùm inter sedem Apostolicam & claræ memoriæ Franciscum primum, olim Francorum Regem, inita. Vt Auctor quoque in fine huiusce quæstionis innuit.

Eadem q. n. 11. Ibi, Verùm de illis non prouidetur consistorialiter ex consuetudine & stylo.

ILla autem sunt, vel quæ non sunt scripta & annotata in libris Cameræ Apostolicæ: vel sunt quidèm, verùm non excedunt nec attingunt taxam sexaginta sex florenorum cum duobus tertiis similis floreni. Vide notanda infrà, lib. 8. q. 6. num. 5.

Eadem q. nu. 70. Ibi, Potest Papa continuare possessionem, & transferre.

IN Gallia tamen (vbi iudices Regij seculares, de beneficiorum possessorio cognoscunt) debet quilibet (cui iterùm de aliquo beneficio Ecclesiastico, siue per iuris cessionem, siue per obitum collitigantis vel alterius, aut quouis aliò modo vacante, siuè in forma simplicis aut nouæ prouisionis, Apostolica vel alia auctoritate prouisum extiterit, Debet inquàm, & tenetur illius realem actualem & corporalem possessionem, etiàm in eim secundò obtenti tituli, per se vel per procuratorem, speciale ad id mandatum habentem adipisci: Aliàs prouisio huiusmodi non perpenderetur, nec vllus ad eam respectus haberetur. Quò fit vt oppinio Rebuffi) qui in praxi beneficiaria, tit. De rescripto etiàm, & perindè valere. num. 51. (& ultijs locis ibidem expressis & citatis) quoad nouam, seu perindè valere prouisionem, contrarium tenet, non obseruetur; Saltèm in sacro Senatu Tolosano.

Eadem q. 2. num. 10. Scripta sunt in libris Cameræ inter consistorialia.

¶ DVo sunt taxarum libri in romana curia à Ioanne 22. vt creditur, inuenti, quorum primus iura & mercedes taxat Officialium, qui literas apostolicas capedìunt, alter verò valorem beneficiorum consistoralium ex quibus annata seu commune solui debent, describit, Gomes. In præfat. ad regul; de valor. exprim. in impet. benef. beneficia in hoc secundo libro taxata vltra 24. ducatus, sed infra sexaginta sex cum duobus tertiis non expediuntur per consistorium, sed per cameram, vel cãcellariam, & tamẽ dicuntur, licet impropriè, cõsistorialia quia reperiuntur scripta in libro huiusmodi inter cõsistorialia; beneficiũ verò taxata vltra sexaginta ducatus cum 2. tertiis. sunt propriè cõsistorialia, quia expediuntur per consistorium, & vtraque soluunt annatam, vel commune, vt vocant. Annata habet locum in beneficiis inferioribus, vt sunt parochiales Ecclesiæ, Canonicatus & præbendæ, capellaniæ, dignitates in Cathedrali post Pontificalem maiores, aut principales in Collegiata prioratus Conuentuales, & soluitur Officialibus annatistis, non autem Cardinalibus nec Clericis Cameræ: Commune verò locum habet in beneficiis maioribus, vt Ecclesiis Cathedralibus, & monasteriis vltra 24. ducatus taxatis; & dicitur commune quia fructus Ecclesiæ, vel monasterij taxæ distribuuntur inter Cardinales & Officiales annatæ. verum in Gallia omnium

beneficiorũ inferiorũ fructus exprimũtur ad 24 ducatus, vt excludatur annata: quin imò si ipsa monasteria non repertantur taxata in libris cameræ, quantumuis pinguia, fructus exprimũtur etiam ad 24. ducatus vt praxis docet.

QVÆSTIO III.

An beneficia litigiosa possint resignari, & quando, ac quomodo, coram quo, & diffusè pertinentia ad hanc materiam ponuntur, & de subrogatione notatu digna adferuntur.

SVMMARIVM.

1 Beneficiũ litigiosum, pendente lite nõ potest resignari.
2 Resignatio quæ fit lite pẽdẽte, videtur in fraudẽ facta.
3 Alienatio rei litigiosæ fieri non potest.
4 Alienatio lite pẽdẽte præsumitur facta dolo, & fraude.
5 Res litigiosa non potest donari.
6 Res litigiosa non potest pignorari.
7 Alienans rẽ lite pendẽte potest conueniri ad fructus.
8 Exequutio fructuum rei litigiosæ potest fieri contrà personam.
9 Titulus de litigiosis habet locum etiã in beneficialibus
10 Vitium litigiosi transit in resignatarium.
11 Patronus lite pendente non potest præsentare.
12 Resignatio facta in fauorem collitigantis, valet.
13 Beneficium litigiosum potest simpliciter renunciari.
24 Capiens possessionem de beneficio post cessionem super quo litigabatur, non attentat.
15 Cessio litis potest fieri corã Notario in absẽtia iudicis.
16 In cessione litis, debet fieri mentio de pendentia.
17 Lis finitur cessione, morte, re iudicata, & transactione.
18 Collitigans ingrediens possessionem vacuam, post renunciationem non attentat.
19 Ordinarius non potest conferre beneficia renunciata lite pendente, donec lis finiatur.
20 Lite finita potest beneficium renunciari.
21 Re iudicata finitur lis.
22 Negligens litem, videtur illi renunciare.
23 Quod tempus requiratur vt lis dicatur extincta ob non prosequutionem.
24 Capiens possessionem lite pendente non attentat, si Princeps sensit extare litem.
25 Possessio potest capi, lite pendente quotiès cessio fuit facta ante litem & num. 28.
26 Possessio capta lite pendente, est attentata.
27 Possessio etiam momentanea attentat.
28 Si tamen resignatio facta fuit.
29 Resignans, potest lite pendente, continuare possessionem.
30 Subrogatus gratiosè ante litem potest capere possessionem pendente lite.
31 Sententia lata post resignationem mandatur executioni contrà resignatarium.
32 Sententia lata post Cessionem mandatur executioni contra Resignantem, si sustinuit litem, aut possideat.
33 Resignatarius qui habuit gratiã ante litem potest expedire literas lite pendẽte absque vitio attentatorũ.
34 Lite pendente, potest noua prouisio, aut gratia (si neutri) impetrari.
35 Lite pendente, potest quis ius suum corroborare.
36 Lite pendente, potest à Principe beneficium cessionis impetrari.
37 Lite pendente potest fieri excutio.
38 Lite pendente permittitur alienatio necessaria.
39 Alienatio dicitur necessaria, cum habet causam de præterito.
40 Quæ fiunt ex necessitate non dicuntur fieri in fraudem.
41 Tenet Renunciatio facta ante litis pendentiam, quamuis consensus fuerit postea præstitus.
42 Consensus retrotrahitur ad diem Datæ.
43 Quoties lis cœpta est per solam citationem de ea non est facienda mentio.
44 Resignatio facta antequàm causa committatur contra resignantem est valida.
45 Resignatio facta lite pendente tenet, si super ea fuerit obtenta noua prouisio.
46 Resignatio valet si lis pẽdebat corã iudice incõpetenti.
47 Resignatio facta tenet si processus erat nullus.
48 Processus nullus non interrumpit præscriptionem.
49 Iudicium cœptum ad instantiam curialis vigore Eugeniana non facit rem litigiosam.
50 Renunciatio beneficij litigiosi non potest fieri, si dubitatur cuius sit beneficium secus si incidenter.
51 Res non dicitur litigiosa si litigatur de opera facta in ipsa re.
52 Lis super possessione, non facit rem litigiosam.
53 Potest fieri alienatio rei quoties lis nõ est super ipsa re.
54 Possessio litigiosa non potest cedi.
55 Lite pẽdẽte super iure regredit di possũt percipi fructus.
56 Lis super priuatione beneficiati non facit beneficium litigiosum.
57 Lis super priuatione beneficiati, vt adiudicetur, beneficium illud, facit litigiosum.
58 Resignatio facto lite pendente cũ mentione litis tenet.
59 Rescriptum impetratum pendente iudicio cum mentione litis, valet.
60 In impetratione beneficij debet fieri mentio litis.
61. Vnio non potest fieri nisi facta mentione litis.
62 In dispensatione debet fieri mentio, pendentia litis.
63 Gratia concessa etiam motu proprio, non facta mentione litis est nulla.
64 Facienda est mentio de processu & statu causæ.
65 In renunciatione facienda est mentio litis, etiam si fuerit mota in fauorem actoris cedentis.
66 Resignans habetur pro mortuo, cũ resignatio est valida.
67 Subrogatus gratiosè etiam quoad possessionem non dicitur attentare illam capiendo.
68 In Subrogatione gratiosa etiam quoad possessionem non debet distrui ius actoris.
69 Decreto iudicis potest fieri vt possessio continuetur.
70 Papa potest transferre possessionem de vno in alium.
71 Potestas Papæ collit vitium litigiosi.
72 Qui continuat non attentat.
73 Continuans non spoliat.
74 Attentare videtur qui prohibet ne quis continuet.
75 Subrogatus gratiosè continuat possessionem, non de nouo acquirit.
76 Hæres capiendo possessionẽ lite pendente non attentat.
77 Instantia transit in hæredẽ prout erat penès defunctũ.
78 Successor singularis potest allegare continuationem.
79 Subrogatio gratiosa, excludit attentata litis pendentis, & subsequentis.
80 Resignatarius subrogatus gratiosè potest capere possessionem post mortem resignantis.
81 Collitigans capiens possessionem non dicitur attentare, cum est subrogatus,
82 Subrogato gratiosè habenti processum fulminatum: non competit actio spolij, nisi fuerit expressum.
83 In subrogationibus fit stricta interpretatio.
84 Subrogatus in omni iure, non videtur subrogatus ad fructus.
85 Capiens possessionem ex sola supplicatione subrogationis attentat.
86 Subrogatus non expediens literas in forma subrogationis gratiosæ, attentat.
87 Perinde valere prodest.
88 Constitutio Iulij 3. de non capienda possessione ex sola supplicatione est odiosa, & restrigenda.
89 Dicta constitutio Iulij 3. est vsu recepta, & discolorat titulum.
90 Successor non potest auctoris animum declarare expediendo literas.
91 Subrogatus gratiosè capiens possessionem post inhibitionem contra eum exequutam videtur attentare.
92 Facta post inhibitionem, sunt attentata.
93 Inhibitio habet decretum irritans.
94 Possessio capta, vigore subrogationis inualidæ, est attentata.
95 Subrogatio dicitur valida non facta mentione litis.
96 Subrogatus accipit causam in eo statu, quo erat.
97 Ordinarius non potest lite pendẽte alterum subrogare.
98 Lite pendente inter duos præsentatos, vno mortuo, non potest Ordinarius alium subrogare.
99 Ordinarius debet dare possessionem ei cui competit.

100 *Renunciatio liti, & causa potest fieri coram Papa, & coram Ordinario & Notario.*
101 *Beneficium potest simpliciter renunciari coram Papa, & coram Ordinario.*
102 *Ordinarius non potest conferre beneficium litigiosum coram eo renunciatam.*
103 *Ordinarius potest recipere resignationem beneficiorum reseruatorum, non autem illa conferre.*
104 *Solus Pontifex concedit subrogationes.*
105 *Mortuo vno ex collitigantibus, Ordinarius non potest prouidere.*
106 *Lites non debent fieri immortales.*
107 *Clementina prima de procurat. habet locum in renunciatione.*
108 *Ordinarius non potest subrogare in locum cedentis, vel decedentis.*
109 *Malè prouisus ab Ordinario, potest obtinere nouam Prouisionem à Papa.*
110 *Ordinarius non potest recipere cessionem illius, qui contra se habuit rem iudicatam.*
111 *Ordinarius non potest prouidere, nisi res iudicata habuerit effectum.*
112 *Resignatio in fauorem fit duntaxat corâm Summo Pontifice.*

Tertiò quæro, An beneficium litigiosum super quo pendet lis, possit resignari? communis opi-
1 nio est † negatiua, non posse: alias nulla est resignatio. Sarn. in compend. signatu. nu. 64. & 65. Staphil. quem refert & sequitur Put. dec. 354. lib. 3. vbi refert ita fuisse tentum in vna Britonorien. Monasterij 9. & 19. Ianuarij 1551. Idem Put. decis. 511. lib. 2. & lib. diuers. decis. 32. in manuscrip. Lancelott. in tract. de attent. lib. 2. cap. 4. num. 254.

2 Ratio quia resignatio † quæ fit lite pendente, videtur fieri in fraudem, non mirùm si nulla. cap. 2. (vbi Doctor. communiter) vt lit. pend. lib. 6. hanc enim rationem in specie assignat Petr. And. Gam. de auct. Leg. à lat. lib. 10. num. 334.

3 Hinc alienatio † rei litigiosæ lite pendente fieri non potest, & facta non tenet, vt in rub. & toto tit. ff. & C. & Authen. de litig. Mil. in versiculo litigiosa res. Alex. cons. 45 num. 5. lib. 3. Guid. Pap. decis. 337. num. 4. Af-
4 flict. decis. 369. num. 10. Card. Paris. cons. 108. num. 1. 4. vol. Dec. cons. 491. quia talis alienatio † præsumitur facta dolo & fraude. Card. Paris. cons. 138. num. 28. vol. 4. Bero. cons. 120. num. 23. vol. 1. Cephal. cons. 64. num. 19. lib. 1. Menoch. cons. 2. num. 291. lib. 1. Bursat. cons. 100. num 23. li. 1. & communiter Docto.
5 passim. hinc res litigiosa † non potest donari. l. vlt. C.
6 de litig. Boet. decis. 33. n. 2. Menoch. in 2. respon. causæ Finarien. in 4. articulo num. 56. nec † hipotechari, & pignorari, Aleiat. cons. 61. num. 3. lib. 8. Hinc tali-
7 tèr alienans habetur pro possessore & potest † condemnari ad fructus perceptos medio tempore, & quos percipere potuisset vt possessor, vt fuit resolutum in vna
8 Perusina bonorum, 22. Octobris 1548. coram Put. teste eod. decis. 165. lib. 3. quamuis etiam contrà † tertium, in fauorem cuius est alienata, possit fieri executio. Ruin. cons. 34. num. 12. lib. 5. Neuiz. cons. 20. num. 13. Natt. cons. 350. num. 4. lib. 2. ita conclusum in vna Romana
9 vineæ 20. Decembris 1534. teste Mohed. decis. 12. manuscript. & tamen titulus de litigiosis habet † locum etiàm in beneficialibus, Franc. in cap. 1. in Glo. litigantibus vt lit. pend. in 6. & ideò vitium litigiosi tran-
10 sit † in resignatarium habentē causam à litigante vt colligitur ex decis. 1. vt lit. pend. in antiq. per Bisignet. Cassad. decis. 8. super regul. Cancel. Mohedan. decis. 207. Sarn. de trienn. quæst. 27. quamuis Rota in hoc variauerit, vt tradit Paleott. decis. 218. dubitaui, in manuscr. Robert. Lancell. de atten. p. 1. cap. 4. num. 363. & colligitur ex dec. 19. Ioan. Paul. & decis. 115. Crescen. in manuscr.

11 Hinc etiam si pendet lis super iure patronatus, Patronus ipse, lite pendente † non potest præsentare. Cald. cons. 1. vt lit. pend. Gem. in cap. 1. vlt. not. eod. tit. in 6. Card. Paris. cons. 47. num. 13. vol. 4. & hæc est communis opinio teste Sarn. de subrog. collitig. q. 13. magis communis teste Roc. de Curt. in tract. de iure patr. verbo, honorificum. n. 53. q. 23. ita tentum coram Crescentio in vna Barchinonen. beneficij 27. Nouemb. 158. teste Sarn. dec. 31. & in vna Compostellan. 16. Febr. 1554. coram Montis flasconen. teste Guidobon. decisio. 104. & in vna Astoricens. sanctæ Christinæ 9. Martij 1569. coram Grato. quam conclusionem pluribus modis ampliat & limitat Robert. Lancelott. de atten. part. 2. cap. 4. à num. 522. vsquè ad finem.

Primò limita non procedere, † quotiès cessio facta 12
esset in fauorem collitigantis, quia tunc est valida, & extinguit litem, namq; communis est omnium Doctorum sententia, beneficium litigiosum posse resignari in fauorem illius cum quo est lis, & tunc resignatio extinguit litem, ita Cardin. San. Cruc. decis. 237. in manuscr. & extat decis. Rot. antiq. quam refert. & sequitur Rober. Lancelott. de attent. p. 2. cap. 4. lim. 39. num. 5.

Limita secundò non † procedere, quotiès simpliciter 13
esset renūciatum liti: quia hoc casu purgatur vitium litigiosi. Mil. in versiculo litigiosum beneficium. Nat. cons. 350. n. 5. li. 2. Crauett. cōs. 182. n. 4. Alex. Ias. Dec. & alij in l. cum mota. C. de transf. communis opinio teste Lancell. de attent. p. 2. cap. 4. n. 477. Hinc † capiens possessionem de 14
beneficio post renunciationē super quo litigabatur, non dicitur attentasse, vt fuit tentum in vna Burgen. canonicatus coram Oradino 18. Dec. 1562. & ratio est, quia per renunciationē finitur lis. cap. 1. de lit. cōtest. in 6. Cassad. dec. 1. sub. nu. 2. de re iudic. Mil. in verb. lis finitur Vestr. in sua prax. Rom. Cur. li. 8. cap. 4. tit. vt lit. penden. n. 26. 15
etiam si † huiusmodi renunciatio fuerit facta coram Notario in absentia Iudicis, vt fuit conclusum in vna Palētina beneficij coram Th. de Tanis 15. Nou. 1546. Card. S. Cruc. dec. 23. cedēs liti & in vna Auaimana parochialis, coram Illustr. Card. Lancell. 12. Maij 1571. vbi ampliatur etiam si cessio fuerit facta coram Notario non actuario Put. dec. 498. n. 62. dummodo † fuerit facta mentio litis 16
Guidobon. dec. 154. & fuerit secuta possessio. Achill. de Graff. dec. 181. lis igitur † cessione finitur, sicuti etiam 17
morte finitur. Bellam. dec. 156. Cassad. dec. 1. de re iud. Mohed. dec. 142. & dec. 190. ac etiam per rem iudicatam, Rota dec. 10. n. 3. vt lit. pend. in nou. Prob. in addit ad Io. Monac. in ead. rub. in 6. Affl. dec. 342. D. meus Card. Paris. cōs. 30. n. 36. vol. 4. Ber. cōs. 54. n. 18. li. 3. & cōs. 177. n. 26. li. 1. ac transactione, Ancharan. cōs. 16. Th. de Tan. dec. 9. incip. transactio. D. meus Card. Par. cōs. 47. n. 43. vol. 4.

Hoc enim casu quia per renunciationem factā à collitigante fuit amissum omne ius ac possessio, cum fuerit renunciatio simplex & pura † si alter collitigans ingrediatur possessionem vacuam, non attentat, ita fuit iudica- 18
tum. in vna Aduersana beneficiorum coram Ant. Aug. 3. Mart. 1553. teste Caputaq. dec. 134. li. 1. in manusc. voluit Ferret. cōs. 25. in prin. li. 1. Cass. dec. 6. n. 6. de caus. poss. & proprie. non obstat. dec. Egid. 102. nam respondet latè Lancel. de atten. p. 2. cap. 4. n. 332. vbi latè de hoc.

Ex quo sequitur, quòd † ordinarius coram quo facta 19
est renunciatio beneficij lite pendente, non potest conferre donec lis finiatur: ita attestatur fuisse tentum Mohed. decis. 178. in manuscrip.

Tertiò limita nisi lis † fuisset finita. Anch. cons. 16. 20
colum. 1. Curt. Iun. cons. 174. colum. 2. Crauett. cons. 182. num. 4. D. meus Card. Paris. cons. 30. vol. 4. Menoch. de arb. iud. casu 202. num. 15. & 16. Gabriel. quem refert. & sequitur Lancellot. de atten. cap. 4. illat. 7. num. 655. vt puta † per rem iudicatam, namque 21
per eam certum est extingui, & finiri litem. Rot. dec. 10. num. 3. vt lit pend. in nou. Afflict. dec. 342. Card. Paris. cons. 30. num. 36. vol. 4. Bero. cons. 177. n. 26. lib. 1. & consi. 54. num. 18. lib. 3. Accoramb. dec. 27. & communiter Docto. Vel morte, Egidius decis. 156. Cassad. decis. 1. de re iud. Mohed. decis. 142. aut renunciatione Rot. decis. 32. de sent. & re iud. in antiq. latè Lancelott. de attent. cap. 4. n. 243. cum seq. † vel 22
quia fuerit neglecta per longum tempus, namq; licet iure canonico non sit statutum tempus, ad lites finiendas: ad not. in cap. pen. de iud. tamen si per longum tempus

Digitized by Google

23 non fuerit prosecuta, † videtur, finita, hinc in vna Vien-
nen. coram Simone fuit tentum, litem esse extinctam,
quia per 29. annos fuerat a prosecutione cessatum, teste
eod. Simonett. decis. 35. an lis. in manuscr.

Hinc in alia Compnstellan. canonicatus coràm Pe-
leg, 28. Martij 547. fuit tentum esse extinctam, quia
per 37. annos causa non fuerat prosecuta. teste eodem
Peleg. decis. 95. alias 106. incipien. dubitaui. in ma-
nuscrip.

Hinc in casu decis. 5. Cassad. vt lite pendente fuit
conclusum præsumi derelictam, quia per 18. annot non
fuit prosecuta & aliàs fuit tentum esse extinctam litem,
quia fuerat cessatum à prosecutione per 22. annos in
vna Pampilonen. parochial. coram Monrisfasc. 23. Iu-
nij 1553. & in alia Barchinon. Canonicatus coram
Guicciardino, 7. Iunij. 1567. quia erat per 18. annos
cessatum.

24 Quartò limit. nisi tacitè † Princeps sensisset extare
litem, quia esse posset in gratia clausula, *sine vitio at-
tentatorum*, nam hoc casu purgarentur ex hoc atten-
tata: & rescriptum sustineretur. Cassad. decis. 6. super
reg. ita fuit sententiatum in vna Flo. coram Guidob.
10. Febr. 1553. & in alia Oximenen. Archipresbytera-
tut coram Robusterio 31. Ianuarij 1567. vt attestatur
Lance. de attent. p. 2. cap. 4. num. 657.

25 Quintò limita non procedere † quotiès resignatio
facta est ante litem inceptam, nam hoc casu posset ca-
pi possessio etiam post litem, quamuis lite pendente non
26 possit quis capere possessionem rei de qua agitur, alias
talis adeptio reuocaretur † via attentatorum. Rot. dec.
10. vt lite pendente. in nou. Natt. cons. 568. num. 4.
lib. 3. Sarn. de subrog. collitig. q. 13. Guidobon. decis.
104. Capic. decis. 119. num. 9. Mohed. dec. 180 Peleg.
decis. 96. & communiter Doctor. etiam si possessio
27 capta † lite pendeote fuisset momentanea. vt fuit ten-
tum io vna Salamantin. Abbatiæ, coram Peleg. 7. Fe-
bruari- 1547. vt ipse attestatur d. decis. 96. vtrum sit
procedendum, etiam si huiusmodi possessio fuerit cap-
ta vigore regressus habentis decretum irritans: vt fuit
tentum in vna Rom. beneficiatus. S. Petri coram Sera-
phino 2. Maij 1569. ac etiam si possessio fuit capta vigo-
re sententiarum resiudicatæ, & literarum executoria-
lium si illæ oon fuerunt iuxta stylum præsentatæ, vt
fuit conclusum io vna Gebbeneo. spolij Serrauallis co-
ram Anto. Augustino 27 Octob. 1553. & in altera Por-
tugallen. parochialis coràm Otadino die 19. Octobris
1565. & in vna Tolet. 21. Ianuarij 1556. coràm eodem
Oradino. tradit Cassad. decis. 6. de causæ poss. & pro-
priet. Crescen. decis. 16. Mohedan. decis. 180. Ioan.
Paul. decis. 3. Sarn. de ann. q. 44. namquè his casibus
lis erat, ergò atteutatum. Cassad. decis. 6. num. 2. su-
per reg. Cancell. quòd commiss. causar. ac process.
car. vig. de sup. hab. lit. sup. grat. non exped. non val.
28 Paleot. decis. 222. Si tamen resignatio facta fuit † ante
litem motam resignatarius potest capere possessionem
pendente lite absque metu attentatorũ, namquè adeptio
possessionis quandò venit accessoriè ad aliquid quod
habebat aote litem motam, tùnc capiendo possessionem
non dicitur attentatum, vt colligitur ex Imol. in clem.
1. vt lit. pend. Abb. in cap. vt nostrum, de app. in ter-
minis D. meus Card. Paris. cons. 172. num. 12. vol. 4.
29 & sicut resignans † posset pendente lite continuare
suam possessionem, & oon attentat. Rot. decis. 44. de
30 appe. in nou. ita pari ratione resignatarius † subrogatur
gratiusè ante litem potest capere possessionem pen-
dente lite, & per hæc, ita fuit tentum in vna Gebbenen.
parochialis 27. Februar. 1553. coràm R. P. D. Anto.
Aug. vt tradit Card. Paleott. decis. 91. incip. Nihil. &
in alia Augustan. canonicatus 18. Martij 1558. coram
bon. mem. Card. Aldobrandino teste Mohedan decis.
202. ac in alia Perusi. S. Crucis 14. Ianuarij 1558. co-
ram Illustris. Card. Paleott. prout attestatur Caputaq.
decis. 50. libro primo. in manuscrip. dicit ita sæpiùs
fuisse in Rota practicarum, in Alia Augustan. paro-
chialis S. Germani, 10. Martij 1561. coram Caputaq.
teste Cott. dec. 213. vbi refert, in fortioribus terminis
fuisse decisum de ann. 1560. & citat ad hoc Mohed. dec.
42. 292. & 327. Peleg. dec. 114. & respondit Bursatt. cons.
413. vol. 4. vbi n. 18. & 19. adducit plures decisiones
Rotæ, Lancelott. de atten. par 2. cap. 4. num. 338.

Hinc resignans ante † litem in fauorem N. si postea 31
fuit cœpta lis, ac tum lata sententia, vtiq. non potest ma-
dari executioni contra resignantem, etiã si possederit vt
procurator. ita fuit decisum in vna Astoricen. coram Fa-
bio, teste Ant. Aug. dec. 455 lib. 3. nisi resignãs † institit- 32
set litem post renunciationem, vel steterit in possessione
nam tùnc sententia potest exequi contra ipsum. ita ten-
tum en vna Toletan. parochialis coram Capizucco teste
Caputaq. dec 326. p. 1. ad quod facit. quia in casibus
in quibus finitur lis, non finitur nisi secuta possessione.
Achil. decis. 181. in vna Gerunden. beneficij.

Amplia 1. hanc limitationem vt possit resignatarius,
qui habuit gratiam ante litem † expedire literas lite 33
pendente, absque vitio attentatorum, vt fuit senten-
tiatum in vna Ispalen. de qua testatur Tho. de Tan.
dec. 62. incip. in vna Ispal. in manusc. Colligitur ex
Card. Paleot. decis. 118. incip. in Perusina, de qua re
latè Robert. Lancelott. de attent. p. 2. cap. 4. lim. 19.
num. 1. cum seq.

Ratio, quia habet causam de præterito, quo casu
actus est licitus Oldrad. cons. 299. Hinc quis † ad gra- 34
tiam quam habet, potest lite pendente nouam prouisio-
nem aut gratiam (si neutri,) impetrare, Bellam dec. 102.
& dec. 662. Thom. de Thanis dec. 72. latè Lancelott.
de att. p. 2. c. 4. lim. 20. per totum, cum lite penden.
quis possit † ius suum corroborare. Bal. in 2. colo. vlt. 35
C. vt lit. pend. potent. Alba. cons. 20. nu. 13. Rebuff.
in sua prax benef. in ritul. de rescrip. si neutri, num. 29.
Gabriel. comm opin. titu. de iud. conclu. 4. num. 37.
Grauatius Calaber. in additio. ad Vestr. in prax. R.
Curt. lib. 1. num. 6.

Hinc lite pendente † potest quis à Principe benefi- 36
cium cessionis impetrare, & illo vti. Afflict. dec. 379.
Hinc lite pendente potest fieri † executio. Guid. Pap. 37
dec. 422. n. 10. Caph. cons. 112. n. 19. lib. 1. dummodo
adsit causa de præterito. Port. Imo. cons. 171. n. 29. lib.
4. Ferret. cons. 57. n. 1. Hinc lite pendente permittitur
alienatio † necessaria quæ habet causam de præterito. 38
l. alienationes. ff. famil. hercis. Tiraq. de vtroque re-
tract. §. 36. in gl. fin. n. 2. Ang. in §. 1. Auth. de liti-
gios. Aemil. cons. 51. n. 20 communis vt resoluit Lan-
cel. d. tracta. p. 2. cap. 4. in 8. lim & latis dicitur † alie- 39
natio necessaria, quando habet causam de præterito.
Afflict. dec. 191 Dec. cons. 160. col. 2. Alex. cons. 52.
n. 4. lib. 1. Gozad. cons. 94. n. 15. in fin. Ratio est,
quia quæ. fiunt ex † necessitate, non dicuntur fieri in 40
fraudem. Gozad. cons. 97. num. 15. ergò non attentatur
&c. Rot. decis. 5. de test. spoliat. in nou.

Amplia secundo hanc limitationem † etiam si con- 41
sensus fuerit post litem præstitus, nam si supplicatio re-
signationis signatur 1. Martij, renuncians citatur 15.
eiusdem mensis, consensus per resignantem præstatur
vltima Martij, vtiquè resignans dicitur pacificus pos-
sessor ad effectum allegationis Lap. 89. & tenet renun-
ciatio, vt fuit decisum aliàs io Rot. teste Petr. And.
Gam. in tract. de auct. leg. a later. lib. 4. num. 454.

Ratio est, quia † consensus retrotrahitur ad diem da- 42
tæ, & literæ expediuntur sub die datæ hodiè in maio-
nostris &c. ergo lis medio tempore superueniens non
impedit antè consensum, nam consensus est approbatio
præteritæ voluntatis.

Ad quod accedat ad corroborationem, † quia licet 43
debeat fieri mentio de lite, vt communiter volunt Do-
ctores non tamen quotiès capta esset per solam citatio-
nem in rescripto iustitiæ afflict. decis. 220. num. 13. Ro-
lan. coos. 31. n. 18. lib. 2. Ruin cons. 61. num. 2. lib. 5.
Crauet cons 68. num. 3. & communiter Doct. vt per
Menoc. de arb. iud. cas. 202. num. 4.

Limità non procedere † quotiès resignatio esset 44
facta ante quam causa committatur contrà resignan-

tem, nam hoc casu resignatarius potest iuuari allegat.
Lap. nam ab illo tempore dicitur pacificus resignans,
ita fuit tentum in vna Placentin. parochialis coram Anton.
Augustioo die 23. Oct. 1551. teste Capuiaq. decis.
94. lib. 1. in manuscr. de qua re vide Mohed. decis. 42.
in manuscr. & patet ex supradictis.

Limita nisi super resignatione facta, lite pendente,
45 fuisset obtenta † noua prouisio, cum nouæ prouisioni
consensit is qui resignauit, nam hoc casu resignatarius
&c. ita in voa Placentin. canonicatus. & præbend. coram
Reomano 1. Iulij 1551. teste caputaq. decis. 95. lib.
1. in manuscr.

46 Limita octauò non procedere, † quotiès lis esset
mota coram iudice incompetente, iuxta ea quæ oota-
47 biliter scribit Afflict. decis. 85. vel esset mota † per
falsum procuratorem: quia talis motio rem non facit
litigiosam. Osasc. decis. Pedem. 144. num. 8. Lancelot.
de atten. p. 1. cap. 3. num. 115. aut aliàs oullus sit processus.
Namquè quotiès processus est oullus, tùnc non
est in consideratione, vt subreptio possit iudicari in
impetratione, si de eo non fiat mentio. Afflict. decisio.
366. numer. 9. Ruious cons. 76. numer. 8. libr. 5.
48 hinc † processus nullus non interrumpit præscriptionem.
Ruin. cons. 47. num. 8. lib. 4. Mandos. de subrog.
quæst. 9. num. 6. & communiter alij.

Limita nooò non procedere, quotiès iudicium fuisset
super beneficio ad instantiam Curialis vigore Euge-
49 nianæ institutum, quia † tale iudicium non facit rem li-
tigiosam. vt fuit tentum coram Accorambono 8. Nouemb.
1553.

50 Limita decimò, & declara procedere quandò † agi-
tur & litigatur cuius sit beneficium: secus si incidenter
Mil. in verb. litigiosa res. post Io. Andr. & Franc. Cassad.
decis. 4. vt lit. penden. Ferret. cons. 12. num. 3.
Mandos. de subrog. coll. 913. num. 3. communis opinio,
teste Cassad. loco cit. de communi etiam attesta-
51 tur Lancellot. d. tract. p. 1. c. 3. num. 120. Hinc † non
dicitur res litigiosa, si contenditur de opere facto in ip-
sa re, gloss. & Imol. in l. quamquam. §. 1. ff. de aqua
pluu. arcend. Bar. in l. 1. §. 1. de litig. Abb. in cap. Ecclesiæ,
vt lit. pend. facit quòd scribit Natt. consil. 2.
num. 2. lib. 1. & est communis opinio.

Vndecimò limita non procedere quandò lis esset su-
52 per possessione, quia † per eam, res non efficitur litigio-
sa, sed sola possessio, glos. in cap. primo, vbi Abb.
num. 1. de confirm. vtil. vel inotil. Cassad. dec. 6. oum.
2. de rescr. Port. Imol. cons. 172. num. 17. Curt. Iun.
cons. 165. num. 5. vbi attestatur hanc esse communem
opinionem. Sarn. de trien. q. 53. oum. 8. Nam vbi oon
est quæstio super re vel aliquo iure connexo rei, tunc
53 non efficitur litigiosa † vt non possit alienari, l. quam-
quam. §. Iulian. ff. de aqua pluu. arcend. Oldrad. consil.
299. cum aliis vt per Nat. cons. 146. num. 16. lib. 5.
Osasc. dec. Pedemo. 144. numer. 10. communis teste
Cassad. decis. 4. vt lit. penden. Ferret. cons. 22. oum.
4. benè verum est quòd possessio ipsa super qua litiga-
54 tur † nonpotest cedi, neque ius ad illam adipiscendam.
vt fuit decisum in vna Reatin. coram Binarino 11. Decē-
bris 1571. teste Lancelot. de atten. p. 2. cap. 4. n. 493.

55 Hinc lite pendente † super iure regrediendi noo at-
tentat ille qui propria auctoritate percipit fructus, ita
fuit tentum coram Fabio, teste Achil. de Grass. dec. 6.
tit. de lit. in manuscr.

56 Limita doodecimò non procedere, quoties lis esset †
super priuatione beneficiati: nam hoc casu huiusmodi
lis non facit beneficium litigiosum vt fuit resolutum
in vna Ispalen. attentatorum coram D. Aquen. 16. No-
uembris 1553. teste Put. decis. 66. lib. 2. nisi lis esset
57 super † priuatione, vt adiudicetur sibi beneficium:
nam hoc casu dicitur beneficium litigiosum. Bonif. de
Vitall. in clem. 1. num. 31. de caus. poss. & prop. gl.
in cap. 2. vers. finita, vt lit. penden. in 6. Sarn. in regul.
de subrog. q. 7. num. 5. Ita decisum in vna Cæsaraugu-
stan. præceptoriæ, coram Thom. de Tanis, 12. Nouem-
bris 1546. teste Put. decis. 496. lib. 2. vide decis. Theo-
losan. 436. Paris. cons. 47. numer. 42. volu. 4. Alciat.
cons. 12. oumer. 25. libr. 1. Ferret. cons. 13.

Limita decimotertiò nisi † in renunciatione fuisset 58
facta mentio litis; nam hoc casu resignatio esset valida
vt habetur in libro diuers. decis. 32. in manusc. & com-
muniter Doct. allegati suprà, Sarn. & Staphil. citati à
Put. decis. 354. lib. 3. Guidobon. dec. 154. fuit tentum
in vna Britonorien. teste Lancelott. de atten. p. 2. cap.
4. illat. 7. num. 639.

Hinc non licet lite pendente † supplicare principi & 59
ab eo rescriptum impetrare, nisi facta mentione litis, vt
est decis. Rotæ Fastoli. caus. 35. dubio 64. incip. eo-
dem die. Franc. in cap. vt debitus. num. 34. de appel.
D. meus Card. Paris. cons. 74. num. 15. vol. 4. Afflict.
dec. 98. Petr. de Anch. cons. 17. & communiter.

Hinc non licet impetrare † beneficium nisi facta men- 60
tione litis, Cassad. decis. 8. num. 6. de præben. Felin.
cap. in nostra. num. 17. de rescript. Menoch. de arbitr.
Iudic. casu. 201. num. 131. & facta mentione de appel-
latione interposita, Mil. in versiculo, gratia dicitur,
Ant. Gabr. de iud. conclus. 4. †. n. 6. & volunt com-
muniter Doctores.

Hinc vnio non † potest fieri de aliquo beneficio nisi 61
facta mentionè litis, vt fuit dictum in vna Britonorien.
Monasterij Camaldolen. coram Fabio 12. Martij 1550.
Guidobon. decis. 103. vnio. in manuscr. Ita dispensatio
† obtenta per filium presbyteri ad ordines sacros non 62
facta mentione litis, est inualida, vt fuit tentum in
vna Bononien. parochialis de Ponticulo, coram Ora-
dino 16. Decembris 1566.

Et in tantùm est vera hæc conclusio, vt procedat
etiam si sit facta concessio motu proprio, † nam nisi fiat 63
mentio litis, nulla est gratia. D. meus Card. Paris. cons.
74. num. 17. vol. 4. Ruin. cons. 80. num. 4. lib. 5. Ro-
land. cons. 31. in fin. lib. 2. Cæphalus cons. 113. nu. 11.
lib. 1. Menoch. de arb. iud. casu. 201 num. 122. & com-
muniter Doctor.

Nec sufficit facere mentionem de lite sub generali,
putà non obstante litis pendentia, sed requiritur vt fiat
mentio † de processu & statu causæ. Sal. 10 l. 2. C. vt 64
lit. pend. cum alijs, vt per Robert. Lancelot. de atten.
p. 2. cap. 4. illat. 7. num. 645. & est communis opinio.

Sed hic quæritur, an debeat fieri mentio litis præ-
supponendo litem fuisse † introductam ad fauorem re- 65
signantis, quia ipse citauit cum possideret beneficium,
committendo causam molestationis super dicto benefi-
cio, ac agitando, litem contestando &c. & posteà re-
nunciauit ad fauorem N. non facta mentione litis, an
resignatio sit nulla? vel extincta lis? & quidèm pri-
ma facie videtur dicendum litem esse extinctam & re-
nunciationem validam, quia sicuti quando est lis in-
ter duos, super beneficio, mortuis ambobus collitigantibus,
lis extinguitur, & beneficium remanet libe-
rum, clem. vnica in princ. vt lit. pendent. ita videtur,
quòd quandò lis est pro parte vnius introducta, per
cessionem eius, lis dicatur extincta, cum mors natu-
ralis & ciuilis æquiparentur, namquè cedens quoad be-
neficium dicitur mortuus, vt communiter conclu-
dunt Docto.

His tamen non obstantibus contraria opioio est verior,
quòd cessio facta absque mentione litis sit nulla, etiam
quòd lis fuerit tantùm introducta in fauorem actoris
cedentis. vt tenuit Rot. in vna Britonori. monasterij co-
ram Put. 9. Iaou. 1551. teste Put. dec. 354. li. 3. ex his quæ
scribunt Sarn. in comp. sigoa. nu. 64. & 65. ac Staphil. per
Put. allegat. per cap. 2. vt lit. pend. in 6. namque habetur
pro mortuo resignans, qootiès resignatio † est valida, ita 66
notabiliter declarat Put. d. decis. 354. eo magis in casu
quæstionis nostræ, cum lis sit contestata &c. Vnde cessat
id quòd in fi. dicit Put. dict. decis.

Decimoquartò limita non procedere in subrogato
gratiosè, etiam quoad possessionem † per resignationem 67
factam pendente lite, nam iste resignatarius capiendo
possessionem beneficij sibi resignati, ad quod fuit subro-
gatus gratiosè, etiam quoad possessionem, non dicitur

attentare, & propria auctoritate potest illam ingredi,
vt fuit decisum in vna Lucen. parochialis coram Episcopo Aquen. 29. Octob. 1540. teste Mohedan. decis. 324.
Incipien. fuit resolutum sub. tit. vt lit. pend. vbi attestatur ita fuisse in multis obseruatum. Namquè quandò Papa gratiosè subrogat etiam quoad possessionem,
68 tunc non debet discuti ius † auctoris (prout est seruandum in subrogatione simplici, vt fuit tentum in vna Gerunden. beneficij de mense Febr. 1539.) sed statim est danda possessio subrogato, quia ita Papa mandat, cuius mandatum est obseruandum.

Ratio est, quia sicut possessio defuncti non transit in hæredem, l. cum hæredes. ff. de acquir. posses. & tamen
69 ex decreto † Iudicis, seu statuto potest fieri, quod possessio continuetur in hæredem. Alexan. in l. si actori. & ibi Ias. C. de iur. delib. sic per subrogationem gratio-
70 sam potest Papa transferre possessionem † & continuare de vno in alterum, argu. l. scriptores. C. de Episco. & cler. Ita etiam fuit firmatum in vna Cæsaraugustan parochialis, coram Aldobran. 10. Decembris 1558. teste Paleott. decis. 101. incip. Marius. Et in alia Perusina sanctæ Crucis. 24. Decembris 1558. teste eodem Paleott. decis. 119. incipiente iuxta decisionem. Mohedan. decis. 42. Pelegrin. decis. 92. aliàs 97. Cott. decis. 313. In hunc ergo resignatarium transfertur possessio ciuilis & naturalis, quæ non dicitur de nouo acquisita, sed continuata, nam ministerio principis transfertur. Abb. in cap. cum venissent. num. 7. de restitut. spolia. Rip. in l. 1. num. 36. ff. de acquir. possess. Paleott. dict. decis. 119. in manuscrip. quòd patet, quia per hanc subrogationem Papa ei videtur dare facultatem ingrediendi possessionem propria auctoritate. Sarn. de trienn. qu. 14. num. 9. vnde non attentat, quia auctoritate Papæ
71 hoc facit, cuius potestas † tollit vitium litigiosi, & effectum, clemen. 2. vt lit. pendent. vt dicit Mohedan. decis. 292. fuit dubium, & ita quotidiè in curia practicatur, vt attestatur Lancellot. de atteot. p. 2. cap. 4. lim. 12. num. 7. cum sit suprà ius. Rot. decis. 15. in fi. de rescr. in nou. Bellam. decis. 749. licet in fi. Dec. cons. 461. nu. 19. Paleot. decis. 147. cum ergo de voluntate constet, de auctoritate non est dubitandum. Rain. cons. 76. n. 6. & 10. li. 5. Put. dec. 18. vt lit. pendent. in manuscr.
72 Accedit quia † regula est, vt qui continuat non attentet. glo. in cap. non solum. de appell. in 6. & in clem. secunda, vt lit. pend. Mil. in verb. innouare. & in verb. lite pend. Rot. decis. 10. de appell. in antiq. Bellam. decis. 701. Lanfran. decis. 447. Capic. decis. 72. num. 2. Card. Paris. cons. 41. num. 38. vol. 1. Gozad. cons. 75. Ecro. cons. 77. lib. 3. Natt. cons. 606. num. 13. lib. 3. & hanc esse communem Docto. sententiam attestatur Paul. de Castr. cons. 346. forma col. 1. circa med. lib. 1. à qua nullum discrepare attestatur Ant. Gabr.
73 com. concl. lib. 5. conc. 6. in prin. Hinc † continuans non spoliat. Rot. decis. 11. de restit. spoliat. in nou. Dec. cons. 460. num. 20. quod adeò est verum, vt continuans possessionem etiam post inhibitionem non dicatur attentare, Card. Paris. cons. 39. num. 8. vol. 1. Bertrand. cons. 4. col. 1. & seq. lib. 3. Paleot. decis. 264. extabat.
74 ad finem. Neuizan. cons. 82. num. 35. immo † attentare dicitur qui prohibet, ne fiat continuatio possessionis. Card. Paris. cons. vlt. num. 14. vol. 4. vbi attestatur de communi. Ber. cons. 119. num. 2. & num. 10. lib. 3. Menoch. de recup. poss. remed. 17. num. 50. sed subrogatio gratiosa etiam quoad possessionem, operatur, vt possessio dicatur continuata a prædecessore in subroga-
75 tum principis ministerio, non autem † denuò acquisita vt tentum fuit in vna Perusina parochialis 24. Decembris. 1558. teste Paleott. decis. 119. & in alia Gebennen. parochialis. Coram Ant. Augu. die 27. Februarij. 1553. nam non solum successor vniuersalis & sic hæres
76 continuat, & sic non attentat † capiendo possessionem bonorum defuncti lite pendente. Auth. nunc si hæres. & ibi Bal. col. 1. ver. nota. C. de litigio. in prin. & fuit decisum in vna Messinen. Baroniarum coram Oradino 5. Nouembris 1565. namquè instantia cum toto iure de-
functi transit † in hæredem, prout erat penès defunctum 77
l, hæres absens. & l. si petitor. ff. de Iudic. Marant. in specul. in 5. par. nu. 12. sed etiam successor † singularis 78
potest allegare continuationem sui auctoris, & per consequens non attentat, vt fuit tentum in vna Cremon. præpositure, coram Caputaquen. 4. Decembris 1560. etiam si non constet de subrogatione gratiosa, vt fuit sententiatum in vna Asculan. coram Anton. August. de mense Maij 1556. & coram Caputaquen. de mense Decembris 1557. & in vna Viceotin. 21. Aprilis 1559. coram Caputaq. de qua re latè Lancellot. de attent. p. 2. cap. 4. limit. 1. num. 21. cum sequen.

Amplia vt subrogatio † prædicta excludat attentata 79
non solum respectu litis pendentis tempore impetrationis illius, sed etiam litis subsequentis accessoriè ad primam, vt in notabili casu fuit decisum in Rota in vna Gerunden. Canonicatus coram Grato. 26. Maij 1564. quem casum refert Lancelot. d. tract. de atten. p. 2. c. 4. num. 350.

Amplia secundò procedere, † etiam si fuerit capta 80
possessio vigore huius gratiosæ subrogationis à resignatario post mortem resignantis. Paleot. d. decis. 119. in in manuscr.

Amplia tertiò procedere, etiam si adsint duæ subrogationes, & qui posterior est in data, ceperit possessionem, puta quia ante subrogationem per obitum collitigantis obtentam, defunctus beneficium resignasset, & resignatarius in supplicatione habuisset clausulam, per quam gratiosè subrogaretur etiam quoad possessionem resignantis, etiam cum decreto irritanti, quoniam si
collitigans possessionem † capiat, non dicitur attentare, 81
vt fuit decisum in vna Regien. Abbatiæ, coram Capizucco 12. Octobris 1551. & in alia Perusina plebis de confinio. coram Caputaq. 4. Nouembris 1558. vt attestatur Robert. Lancelott. d. cap. 4. num. 351. vbi ponit casum in terminis de resignatione, & dat rationem, quia subrogatus quoad possessionem gratiosè non habetur pro subrogato, nisi possessionem apprehenderit. Sarn. de trien. q. 14. num. 8. & 10. vt fuit tentum 18. Decembris 1558. coram Capizucco teste Cott. dec. 181.
Cass. decis. 2. de resti. spol. Vnde † subrogato gratiosè 82
quoad possessionem, qui adhuc non habet possessionem, sed processum fulminatum, non competit actio spolij, quia nunquam possedit, & ex subrogatione ei non competit nisi interdictum adipiscendæ possessionis, ità resolutum in vna Gerunden. beneficij 24. Martij 1539. teste Mohed. decis. 322. in causa Gerunden. nisi fuerit dictum in specie in subrogatione vt possit agere spolio, ita tentum in vna Mediol. Capellaniæ coram Card. S. Crucis de anno 1555. teste Caputaq. decis. 339. lib. 1.
in manuscrip. nam stricta fit † interpretatio in his subro- 83
gationibus. Put. decis. 226. lib. 2. vbi refert die 6. Februar. 1545. in vna Taruisina sanctæ Helenæ fuisse ten-
tum, † quòd subrogatus in omni iure quod alicui com- 84
petebat, non videtur subrogatus ad fructus ei competentes ante cessionem, & respondet ad decis. Bellam. 359. & 951.

Sublimitatur primò dummodò † literæ super subro- 85
gatione sint expeditæ, nam capiens possessionem ex sola supplicatione subrogationis gratiosæ, attentat, & non est bona, vt fuit decisum in vna Spoletan. Prioratus coram Quiroga 4. Decembris 1557. Hinc in clausula gratiosæ subrogationis, obtentæ in noua prouisione, etiam quoad possessionem, literis non expeditis, si capiatur possessio est attentata, vt fuit decisum in vna
Lucana parochialis coram Binarino 8. Iunij 1571. sicut † 86
attentat, si literas expediuit non in forma subrogationis gratiosæ, sed prouisionis, vt fuit tentum in vna Asturicen. Archidiaconatus coràm Oradino 12. Iunij
1557. nisi expediuisset † literas in forma perinde valere, 87
vt fuit tentum in vna Gerunden. canonicatus coram Grato 6. Nouembris 1564. & hæc limitatio eo magis
procedit stante extrauagan. Iulij III. † quæ licèt sit 88
odiosa & restringenda, vt fuit dictum in vna Eugubin. prioratus coram Paleott. 28. Iunij 1556. vt ipse attesta-

tur decision. 16. incipien. obiiciebatur. in manuscript.
89 tamen est vsu recepta, & debet † obseruari, cum discolore
titulum inductum per supplicationem nouæ prouisionis, Caputaq. dec. 395. lib. 1. in manuscript. Robert. Lancelot. de attent. cap. 4. par. 2. num. 378. vbi ea hoc limitat decis. Mohedan. 292. & hoc adeò est verum, quod si ille qui non expediuit literas moriatur, successor non poterit expedire, nam successor non poterit
90 auctoris animum † declarare, vt fuit dictum in vna Vrbeuetana Monasterij coram Caputaque. 23. Februarij 1562. Mohedan. decision. 239. Sam. de ann. quæstio. 70.
91 Sublimita secundò nisi talis † subrogatus cepisset possessionem non solùm lite pendente, sed etiam post inhibitionem contra eum exequutam, nam hoc casu videtur attentare, vt fuit decisum in vna Toleta. Canonicatus coram Vestanò 1. Februarij 1555. & in vna Cosentin. spolij parochialis sancti Petri coram eodem 7. sed Martij 1545. namque ea quæ non sunt attentata, si fiant
92 post † inhibitionem, subiiciuntur huiusmodi vitio, Rota decis. 20. & decis. 31. de app. in nou. Ro. cons. 330. col. 2. Dec. cons. 103. Paleot. decis. 207. dubium. ad fi. & decis. 164. extabat in fi. Osasc. in decis. Pedem.
93 5. sub num. 1. quia inhibitio dicitur † habere decretum irritans. Casiad. decis. 2. num. 6. de restit. spoliat. Ideò actus antè licitus post inhibitionem fit illicitus, vt plura exempla ad hoc deducit Lancelott. dict. tract. de att. cap. 50. Amplia. 1.
94 Sublimita tertiò, dummodò † subrogatio huiusmodi fuerit valida, secus si inualida & subreptitia, vt fuit resolutum in vna Nolan. Abbatiæ 10. Octobris 1557. & 29. Octobris fuit iterùm decisio confirmata, & in alia Perusina. San. Crucis coram Sarmiento 18. Maij 1568. & 8. Nouembris 1568. latè Lancelott. d. cap. 4. num. 368. vbi declarat, quando dicatur dicta subrogatio subreptitia, & hic defectus inualiditatis detegetur in verificatione, quam tenetur facere, illam impetrans, vt fuit dictum in vna Virdunens. decanatus coram Oradino
95 15. Ianuarij 1571. & dicitur † valida etiam si nulla mentio litis fuerit facta, vt respondit Bursatus cons. 406. volum. 4. per totum, & fuit resolutum in vna Perusina 3. Aprilis 1560. teste Card. Paleott. decis. 428. Lancelot. de attent. lite pend. 2. par. cap. 4. in præs. num. 164.
96 cum seq. & accepit causam in † eo statu quo erat, vt fuit resolutum in vna Florentin. coram Aldobrandino 10. Decembris 1558. teste Cardin. Paleott. decis. 158. in manuscript.

Sublimita quartò vt procedat in subrogatione concessa à Papa, secùs si ab Ordinario, quia si Ordinarius
97 lite pendente non potest † in locum prædefuncti alterum subrogare. Franc. in cap. si bi contra quos. in 2. no: vt lite pend. lib. 6. multo minus poterit lite pendente immittendo in possessionem alteri præiudicare, vt in simil. Rot. decis. 10. vt lit. pend. in nou. ideò si lite
98 pendente inter duos præsentatos † vnus moriatur & superstes fuerit immissus in possessionem per Ordinariom, lite adhuc pendente, fuit decisum coram Seraphino 14. Ianuarij 1572. in vna Posnanien. parochialis, possessionem tanquàm attentatam reuocandam.

Ad quod facit, quia subrogatio quam facit Ordina-
99 rius in casib. permissis est † rigorosa, nam non debet dare possessionem, nisi illi cui de iure competit, illa verò quam concedit Papa est gratiosa, quandò id exprimit, vt in casu nostro præsupponimus, in subrogatione enim rigorosa, debet discuti de iure illius in cuius locum quis vult subrogari. Mohed. decis. 324. fuit resolutum in manusc. & fuit decisum in vna Abul. Portionis coram Binarino 21. Aprilis 1572. In alia secus, ergo non mirum si ita sublimitanda venit hæc conclusio.

Sed quæro coràm quo potest fieri huiusmodi resignatio pendente lite, de illa facta mentione, constituendi sunt tres casus. Primus quando quis renunciat liti, causæ, & in hoc casu dicendum est veram & communem esse
100 opinionem, † posse fieri huiusmodi renunciationem non solum coram Papa, sed etiam coram Ordinario ac etiam coram Notario, vt fuit decisum pluriès in Rot. teste Put. decis. 498. lib. 2. teste Cardin. sanctæ Crucis decis. 23. in manuscr. & alij supra relati, quòd non habet dubium.

Secundus casus quando quis renunciat † beneficio 101
simpliciter lite pendente, & in hoc casu dicas communem esse etiam sententiam, quòd non solùm sum. Pontifex potest recipere huiusmodi renunciationem, sed etiam Ordinarius. Bonif. de Vitall. in cle. 1. q. 4. vt lit. pend. Franc. in cap. non potest. §. vlt. de præben. in 6. & alij inferiùs citandi.

Dummodò † ordinarius illud beneficium non con- 102
ferat, nam aliàs collatio erit nulla, vt dicunt Bonif. de Vit. & Franc. locis citatis. Mohed. dec. 178. vacante Eremitorio. sub tit. vt lit. pend. in manuscrip. vbi refert ita fuisse per Dominos dictum in illa causa Ant. Aug. decis. 781. libr. 3. Lancell. de attent. p. 1. cap. 3. n. 144.
& n. 145. sicuti Ordinarius recipit † resignationem be- 103
neficiorum reseruatorum illa autem non confert, Æneas de Falco. in tract. reserua. q. 14. in 3. effect. Rot. decis. 1. de rer. permut. in nou. & alij communiter vt infra dicam, ita hoc casu vt fuit decisum in vna Caurien. Archidiacon. coram Ceputaqu. die 20. Maij 1562.
Summ. enim. † Pontifex solus concedit subrogationes. 104
Mohedan. decis. 178. Sam. in regu. de subrogat. & communiter Doctor.

Accedit, quia si lis † pendet coram Ordinario, & 105
moritur vnus ex collitigantibus, vtique ipse Ordinarius non potest prouidere de beneficio, alias collatio esset nulla. vt egregiè statuit Bonif. VIII. in cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. vbi gl. Io. Monac. Gem. Anch. & Franc. communiter notant. Rot. decis. 10. num. 1. vt lit. pend. in nou. Cassad. decis. 5. super reg. cancell. Bellam. de-
cis. 94. tùm ne dentur noui aduersarij, tùm etiam † ne 106
lites fiant immortales. Mohed. decis. 178. vacante. ergo idem erit in morte ciuili. Archid. in d. cap. 2. Franc.
col. 1. in fin. namque † dispositio clem. 1. de procur. 107
habet locum in renunciatione. Rot. decis. 28. de proc. in nou. fuit tentum in vna Caurien. Archidiaconatus
coram Caputaq. die 20. Maij 1562. Nec † etiam ordina- 108
rius poterit subrogare aliquem in locum cedentis vel decedentis lite pendente. Franc. in dic. cap. 2. in notab. Mohedan. decis. 178. vacante. aliter prouisus ab Ordinario contra formam d. cap. 2. est remouendus de facto à possessione. Rot. decis. 3. de rest. spol. in nou. Cassad.
decis. 9. num. 4. eodem tit. nisi † prouisus obtinuisset 109
nouam prouisionem à Papa cum clausula gratiosæ subrogationis, & mentione litis ac espressione tit. infecti, vt fuit decis. in vna Pisan. canonicatus coram D. de Rubeis 19. Octobris 1560. Aliæ etiam dantur limitationes ad hanc conclusionem de quibus latissimè Lancelott. de atten. p. 1. c. 3. n. 106. vsquè ad finem.

Hinc Ordinarius † non poterit recipere cessionem 110
illius qui contra se habuit rem iudicatam, & prouidere vt fuit tentum coram Aquen. 18. Octobris 1545. teste Lancelot. de atten. p. 2. cap. 5. num. 230. Mohed. dict.
decis. 178. & per consequens † Ordinarius non poterit 111
prouidere nisi res iudicata habuerit effectum per adeptionem possessionis, vt fuit tentum in vna Salamant. 28. Martij 1544. & in vna Caurien. Archidiaconatus coram Grato 28. Aprilis. 1564.

Tertius casus, quando resignatio † fit in fauorem 112
alicuius, & hoc casu dicas, quòd solus summus Pontif. ita resolutum coram Ant. Augu. teste eod. dec. 781. lib. 3. tùm quia Ordinarij non possunt ita conferre, vt est communis Doct. sententia, tum quia summ. Pontif. solus admittit ita resignationes, vt est stylus notorius & vulgaris.

Lib. 2. quæst. 3. n. 105. Ibi, Vtique ipse Ordinarius non potest prouidere.

EO tamen iure non vti Gallos, sed posse Ordinarium perindè conferre beneficia litigiosa ac non litigiosa, quamuis essent litigiosa in possessorio, vt testatur Probus addit. 6. ad glossam Pragmat. sanct. in verbo, Coloratum, de pacific. possess. & Rebuffus in sua praxi beneficiaria,

Digitized by Google

tit. de subrogat. num. 30. Vide à nobis dicenda infrà; lib. 9. quæst. 16. num. 13.

Ad Lectorem.

ANimaduersio nostra, quæ incipit, in Gallia tamen: Dum festinanter exciberetur, suis loco & ordine aberrauit; est enim posterior in secunda quæstione: debet autem esse prior huius tertiæ. Te igitur, Lector, huius rei admonitum volumus vt vnicum illud erratum æqui bonique consulas. Vale.

q. 3. num. 1. An beneficium litigiosum possit resignari? communis opinio est negatiua.

¶ DEcisio huius quæstionis, & omnes eius sequelæ & ad eam auctoris resolutiones fallunt in Gallia, vbi cessat hodiè vitiũ litigiosi, Imbert in Enchiri.d. in verbò pœnæ pecuniariæ sublatæ, nisi in duobu. casibus, vbi videlicet fit alienatio in potentiarem, vel iudicij mutandi causa, Papon. in sua placitorum recollectione tit. *du vice de litige*, & Ranchin. ad Guid. Pap. q. 337. iuxta ordinationem Caroli 5. de anno 1356. art. 4 vnde beneficium quantumuis litigiosum poterit in manibus etiam ordinarij dimitti, & ab ipso liberè conferri, etiam per obitum si contingat beneficium morte vacuari. Molin. ad regul de public. Resig. num. 422 contra cap. 0. vt lite pend. in 6. quod non seruatur apud nos.

QVÆSTIO IV.

An beneficia iurispatronatus possint resignari, & an renunciatio facta spreto patrono sit nulla ipso iure, an Papa deroget iuri patronatus, & in quibus casibus nouem causæ ponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Iurispatronatus potest resignari, etiam in fauorem.*
2 *An beneficium iurispatronatus possit resignari sine consensu Patroni.*
3 *Prouisio, spreto patrono, est nulla.*
4 *In renunciatione beneficij iurispatronatus requiritur consensus patroni ex communi opinione.*
5 *Renunciatio facta absque consensu patroni est nulla.*
6 *Patronorum interest ne dimittantur beneficia ipsis spretis.*
7 *Ignari & inhabiles non debent præfici Ecclesiis.*
8 *Patroni non debent retrahi à fundatione & dotatione Ecclesiarum.*
9 *Nihil debet fieri in præiudicium patroni eo non vocato.*
10 *Beneficium iurispatronatus non potest permutari sine consensu patroni.*
11 *Beneficium iurispatronatus non potest vniri sine consensu patroni.*
12 *Bona beneficij iurispatronatus non possunt alienari sine consensu patroni.*
13 *Beneficium iurispatronatus non potest dari in commendam sine consensu patroni.*
14 *In beneficio iurispatronatus potest constitui pensio absque consensu patroni.*
15 *Renunciatio facta beneficij iurispatronatus absque consensu patroni non abdicat ius, & eo moriente beneficium vacat per obitum.*
16 *Resignatio facta spreto patrono venit annullanda.*
17 *Collatio facta spreto patrono, non est nulla ipso iure.*
18 *Permutatio facta spreto patrono venit annullanda.*
19 *In renunciatione beneficij iurispatronatus requiritur consensus patroni, siue fuerit laicus siue clericus.*
20 *Papa facilius derogat iuripatronatus clericorum.*
21 *Renunciatio facta spreto patrono est nulla, etiam si non contradicat patronus.*
22 *Quando videatur patronus habere ratam collationem factam ipso spreto.*
23 *Resignatio facta absque consensu patroni non abdicat ius.*
24 *Non abdicatur ius, cum beneficium non acquiritur resignatario.*
25 *Renuncians simpliciter spreto patrono abdicat ius.*
26 *Impetratio facta in curia non facta mentione de iure patronatus est nulla.*
27 *Renunciatio facta spreto patrono est valida, si superuenit consensus.*
28 *Resignatio facta spreto patrono valet, eo non reclamante.*
29 *Regressus reseruatus absque consensu patroni valet ex eius tacito consensu.*
30 *Resignatio facta absque consensu patroni, quæ validatur per eius patientiam, non inducit statum libertatis.*
31 *Resignatio facta spreto patrono in curia cum derogatione iurispatronatus est valida.*
32 *Summus Pontifex potest derogare iuripatronatus Ecclesiastico & laicorum.*
33 *Laici habent iuspatronatus ex mero gratia.*
34 *Summus Pontifex in beneficialibus est dominus absolutus.*
35 *Derogatio iurispatronatus debet expressè fieri, & non præsumitur nisi in literis apponatur.*
36 *Clausulæ generales non inducunt derogationem iuris patronatus.*
37 *Clausula* etiam si ad alicuius præsentationem, *non derogat iurispatronatus laicorum.*
38 *Iuripatronatus clericorum derogatur per simplicem derogationem factam à Papa.*
39 *Iuspatronatus Ecclesiasticum est, quod ex bonis Ecclesiæ construitur, vel dotatur.*
40 *Iuspatronatus laicorum est, quod ex bonis patrimonialibus fit.*
41 *Clericus dotans Ecclesiam ex bonis patrimonialibus, acquirit Iuspatronatus laicale.*
42 *Derogationes iuris patronatus laicorum sunt odiosæ.*
43 *Derogatio iuris patronatus laicorum non admittitur in Gallia, & in Hispania.*
44 *Summus Pontifex non concedit derogationes, nisi ex causis grauissimis.*
45 *Si beneficium vacat in curia, summus Pontifex derogat iuri patronatus, etiam in totum.*
46 *Beneficia vacantia in curia, sunt reseruata.*
47 *Iuripatronatus regum non derogatur, etiamsi vacet in curia.*
48 *Iuripatronatus ducum derogatur si vacet in curia.*
49 *Derogatio datur si ius patronatus est mixtum, clericorum scilicet & laicorum.*
50 *Ius patronatus mixtum assumet naturam Ecclesiastici.*
51 *Iuri patronatus ex priuilegio, præscript. aut consuetudine de facili derogatur.*
52 *Summus Pontifex potest conferre absque consensu patroni beneficium litigiosum vacans in curia.*
53 *Iuripatronatus laicorum aliquando derogatur pro duobus tertiis.*
54 *Iuripatronatus vt plurimùm derogatur, pro medietate.*
55 *Derogatio pro medietate quid importat.*
56 *In derogatione pro medietate, necesse est habere tot voces quæ cum medietate, faciant maiorem partem.*
57 *Iuripatronatus derogatur, quando orator est vnus ex patronis.*
58 *Derogatio datur in rettentione beneficiorum, quæ datur patrono.*
59 *Clausula* (dummodò accedat patronorum consensus) *non verificatur in consensu tacito.*
60 *Forma non impletur per tacitum consensum.*
61 *In derogatione solet dici pro hac vice tantum.*
62 *Obtenta derogatione debet resignatarius probare, beneficium esse iuris patronatus.*

QVartò quæro, An beneficia iuris patronatus possint rèsignari? communis opinio recepta etiam in praxi est affirmatiua † posse resignari, 1

etiam in fauorem quam tenent omnes doctores infrà
allegandi, & hæc conclusio oullam habet difficulta-
tem.

2 Dubium tamen est † ao dicta beneficia iuris patrona-
tus possint renunciari sine consensu patroni. Cald. coo-
sil. 6. in titul. de renunciat. consuluit patronum, etiam
laicum, non esse vocandum, quando præsentatus per
eum, & posteà per Episcopum institutus, vult tenun-
ciare beneficio; quia iura loquentia de renunciatione
loquuntur tantùm de Episcopo vel prælato habente
instituere. cap. admonet & cap. quod in dubiis. de re-
nunc. ex quibus etiam elicitur quòd vnusquisque potest
liberè resignare beneficium quod obtinet, in manibus
superioris: & oon fit differentia an beneficium sit de
iure patronatus vel ne, & hanc opinionem sequitur
Pauin. in tract. de off. & pot. cap. sed vac. 2. p. q. 2. sub n.
16. & secundum hanc opinionem reperio fuisse aliquan-
do decisum in Rot. in vna Hispalen. sanctæ Caterinæ,
inter Petrum de Frias & Thomam de Lascasus, proùt
attestatur Mohed. decis. manuscr. 266. tit. de iure pa-
tto. incip. fuit resolutum. s. valere renunciationem
factam coram summo Pontifice de benef. iur. patro.
absque consensu patroni. & ibi Mohed limitat illam
3 conclusionem, quæ habet prouisionem spreto patrono
esse nullam. vt habetur in c. decernimus. 16. qu. 7. tra-
dit late Fel. in cap. cum inter. col. 3. de except. & in
tract. quando literæ Apost. noceant Patrono, vt oon
procedant in prouisione quæ fit per resignationem.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est ve-
tiot & communis, quòd in resignatione beneficiorum
4 iuris patron. requiratur consensus † patroni, vt volue-
runt Inno. in cap. vlt. in fin. de renun. vbi Abb. & alij
omnes. Idem Abb. in c. significatum. col. 2. de præben.
vbi Imo. col. 1. Idem Abb. in cap. de multa. col. 4. de
præbend Roch. de Cur. in tract. iurispat. verb. hono-
rificum. q. 3. Lamber. in eod. tractat. 2. art. 5. qu. prin.
3. par. 5. lib. num. 40. & in 5. art. 7. q. prin. 5. lib. nu.
5. & in 57. art. 6. quæst. princ. par. 1. 2. lib. num. 3. cum
seq. Craue. cons. 153. num. 10. Pelegr. decis. 101. lib. 3.
in manusc. Couar. in cap. 36. pract. quæstioonum, oum.
9. Mandos. cons. 7. num. 1.

5 Et aliter facta † scilicet absque consensu, est nulla.
Anto. de Butr. in cap. quod in dubiis num. 6. Abb. de
renunciat. Idem Anton. de Butt. & Abb. in cap. vlt,
eod. titul. Franc. in cap. 1. num. 8. de rerum permut.
lib. 6. Bursat. consil. 411. lib. 4. sub. num. 4. communis
opinio, vt habetur in primo Tomo comm. opin. & ita
fuit decisum in Rota die 15. Ianuarij coram Ptolomeo
1543. teste Put. decis. 412. num. 2. lib. 1. hanc etiam
communem & veram attestatur Mandos. cons. 7. num.
4. Idemque fuit decisum in vna Gerunden. beneficij
Disteria 29. Ianuarij 1539. coram Rauellen. Idemque
reperio fuisse decisum in causa Ispalen. die 2. Decem-
bris 1538. cotam eodem Rauellen. & non vt supra di-
ctum est, teste eodem Mohedan., decis. 326. vel 396. in
manuscript. in tit. de iure patro. incipien. magna diffi-
cultas, & hanc decisionem ad hoc citat Bursat. d. cons.
411. num. 5. & Mandos. coos. 7. num. 3. tradit Pelegr.
decis. 202. lib. 2. in manusc.

6 Ratio, quia patronorum interest, ne † beneficiati di-
mittant eorum beneficia ipsis spretis arg. not. in cap. in
Lateranensi de præb. clem. 1. hoc tit. cap. cùm & plan-
7 tare. de priuileg. ne † forsan beneficiis præficiantur
ignari & inhabiles, vel inimici ipsis patronis, ex quo
8 Patroni retraherentur à fundatione ac dotatione Eccle-
siarum, vt considerat gloss. in cap. cum dilectus. de iur.
patr. Lap. Alleg. 96. post num. 3. & in his terminis lo-
quitur Gemin. in cap. 2. post num. 11. de præbend. lib. 6.
Alex. cons. 75. Visis n. 1. vol. 4. & est communis ac
9 recepta Doctorum sententia, nihil posse fieri in præiu-
dicium pattoni eo non vocato, vt latè per Roch. in
tract. iurispatr. Verb. honorif. q. 3.

10 Hinc non possunt beneficia † iurispatronatos permu-
tari, sine consensu patronorum. Grammat. & alij com-
muniter in cap. 1. de rer. permut. lib. 6. de qua re latè
Fede. de Sen. tractat. de permut. q. 30. Dec. cons. 224.
Cassan. cons. 17. Crauet. cons. 82. communis opinio
teste Couarr. d. c. 36. pract. n. 9.

Hinc beneficia † iurispatronatus non possunt vniri 11
sine consensu patroni. Felin. in cap. cum accessissent.
colum. 7. de constit. Gemin. in cap. nemo. de elect. lib.
6. Card. Abb. in clem. vlt. de reb. Eccles. non alien.
Abb. & alij io cap. cum accessissent. de constit. Socin.
sen. consil. 1. col. 2. li. 3. Dec. cons. 174. col. vlt. Lam-
bert. de iur. patro. lib. 3. qu. 6. art. 2. communis opinio
teste Couarr. dict. cap. cap. 36 pract. q. n. 11. & secun-
dùm hanc opinionem fuit iudicatum in Rota teste
Roch. in d. §. honorificum. oum. 8. vers. An autem
præsentatio.

Hinc non possunt bona † beneficij iuris Patronatus 12
alienari de honestate, absque consensu patroni. An-
charan. consil. 121. Communis opinio teste Roch. dict.
§. honorificum. o. 112.

Hinc beneficia † iuris patronatus oon possunt dari in 13
commendam, sine consensu patroni. glos. io cap. nemo
deinceps de elect. lib. 6. Communis, teste Gemin. in
cap. quamuis. de rescr. l. 6. Barbat. cons. 23. col. 7. lib.
1. Immò multi dubitauerunt, an possit constitui pensio
in beneficio iuris patronatus, sine consensu patroni. † 14
quamuis magis communis opinio sit affirmatiua, quia
per hanc pensionis constitutionem nulla læsio datur.
Rebuff. in prax. benef. 3. part. signat. vers. & iuripatro-
natus. n. 20. & 48 latè Gig. in tract. de pens. q. 23.

Vnde ex his sequitur vera illatio & communis, quòd
si beneficium iurispatronatus fuit resignatum absque
consensu patroni, ac fuit admissa resignatio, & per
summum Pontificem vel Episcopum fuit collatum † 15
dictum beneficium si moriatur deinde resignans vtiquè
beneficium vacat per obitum illius resignantis. Felin. in
cap. cùm Bertoldus. col. 3. de re iudic. Roch. in tractat.
iurispa. vers. honorificum. quæst. 2. Dec. cons. 114. col.
4. circa med. Mandos. cons. 7. num. 3. in fin. vbi attesta-
tur ita fuisse decisum in Rota, & ratio est, quia cum
oulla fuerit resignatio, ius irreuocabile resignatario
non potuit acquiri, vnde &c. iuxta ea que suprà dixi-
mus lib. 1. quæst. 3.

Sed dubium est an huiusmodi resignatio facta spreto
patrono, sit nulla ipso iure, vel veniat annullanda
communis opinio † est quod veniat annullanda, prout 16
attestatur Thom. de Tan. decis. 90. in manuscript. scili-
cet patrono reclamante, vt bis fuit resolutum in Rot.
teste eodem Thom. de Tan. decis. 81. & agente de inua-
liditate propter contemptum, vt fuit pluriès resolutum
in Rot. teste eodem Thom. de Tan. decis. 81. io fin. &
sic de æquitate ab initio est valida. Feli. in cap cum
Bertold. de re iud. namque videtur facta & recepta re-
signatio conditionaliter. Hinc in vna † Mediolanen. Ca- 17
nonicatus coram Ptolomeo die 8. Ianuarij 1543. fuit re-
solutum collationem factam ab ordinario per obitum
spreto patrono, videri factam conditionaliter, & sic
non esse nullam ipso iure, sed annullandam. Hioc etiam
permutatio facta spreto patrono, non est nulla ipso iure.
Roch. de Curt. in tract. iuris patron. verb. honorifi-
cum. n. 8. de communi attestatur Fel. in d. cap. cum
Bertold. sub. n. 15. & est † magis communis & recepta 18
teste Coouar. in cap. 36. lib. pract. qu. sub n. 8. cum
aliis cumulatis per Lamb. in secundo. ar. 2. q. princ.
p. 3. li. 2. n. 4. & fuit pluriès decisum in Rota.

Amplia, vt requiratur consensus patroni in renun-
ciatione iuris patronatus, siue † patronus fuerit laicus, 19
siue clericus, ita extendit Lambert. d. art. 5. quintæ q.
princ. lib. 2. n. 2. vbi dicit hoc esse de mente omnium
doct. suprà allegatorum, & ita in praxi fieri videmus, &
ratio est, quia ita interest vnius, sicut alterius, † quamuis 20
facilius Papa deroget iuripatronatus clericorum. Put.
decis. 157. lib. 3.

Amplia secundò procedere, etiamsi patronus † non 21
contradicat infrà tempus datum ad præsentandum, ita
Put. Dec. 412. n. 1. li. 1. qui dicit ita fuisse resolutum 15.
Ianuarij 1543. in vna Mediolanen. Canonicatus &

Digitized by Google

præbend. coram Ptolomeo, quod est valde ootandum
nam conclusio illa communis de qua supra quod colla-
tio facta spreto patrono sit annullanda, non habet lo-
cum quotiès post dictam collationem lapsum est tem-
22 pus præsentandi: nam videtur patronus † habere ratam
illam collationem Abb. in disputat. incip. Augerio.
Card. clemen. 1. de supplen. præl. neglig. Felin. in d.
cap. cùm Bertoldus n. 14. de iud. de hoc tamen dicetur
infrà.

23 Amplia tertiò, vt ius non † fuerit abdicatum à re-
signante, vt fuit resolutum in vna Mediolan. canonica-
tus & præben. coram Io. Paulo die 15. Ianuarij 1543.
quamuis magna fuit controuersia & dubium pluriès in
Rota propositum, & per consequens si moriatur re-
signans beneficium poterit impetrari per obitum de
consensu patroni teste Mohedan. decis. 326. incip. magna
difficultas. in tit. de iure patr. vbi etiam attestatur idem
fuisse decisum in vna Ispalen. capellaniæ S. Crucis, co-
ram Rauellen. die 2. Octobris 1538. & in vna Gerunden.
beneficij. 26. Februarij 1538. coram eodem Rauell teste
etiam eodem Mohedan. dec. 338. licet regressus in ma-
nuscr.

Et hæc conclusio de plano procedit, quotiès fuit
facta resignatio per principalem, vel per procuratorem
in fauorem certæ personæ, & non aliàs, nec alio modo:
nam hoc casu si beneficium resignatum non acquiratur
resignatario ob contradictionem patroni impedientem
& irritantem resignationem, ius non videtur abdicatum
a resignante, vt declarat Mohedan. 10 d. decis. & de-
clarat Bursatt. cons. 411. sub n. 4. nam † est regulare,
24 vt si beneficium non acquiratur resignatario, ius non
abdicetur à resignante Ptolom dec. 102. Achill. de grass.
decis. 10. de rest. spoliat, communis opinio, si verò re-
25 signatio † fuit facta simpliciter, tunc ius abdicatur,
cum prouisio valida esset à principio, sed veniret irri-
tanda à contradicente patrono. ita intelligitur Put. d.
decis. 412. num. 7. vbi attestatur ita fuisse decisum die
12. Februarij 1543.

Amplia quarto, vt procedat etiam in resignatione,
quæ fit in curia: nam ita loquuntur doctor. allegati,
26 non enim valet impetratio † facta in curia, nisi fiat
mentio in literis, de iure patronatus, vt resolutum
fuit in Rot, coram Anto. August. de mense Febr. 1547.
teste Card. S. Crucis decis. 71. in manusc.

Limita primò non procedere, quoties superuenerit
27 consensus domini, nam tùnc † reconualescit resignatio
facta absque consensu Rot. decis. 5. de rer. perm. in nou.
Hinc collatio facta spreto patrono conualidatur per
superuenientem consensum. Host. in summ. de iure Pa-
tro. §. vlt. vers. quod si Eccles. Idem Host. & Io. And.
in cap. per vestras de iurepat. Card. cons. 63. in causa.
in 3. dubit. Lap. in addit. ad Feder. de Sen. in tract. de
permut. qu. 15. communis opinio, vt per Fel. in d. cap.
cum Bertoldus num. 9. de re iudic.

Limita secundò, non procedere, quotiès patronus
28 sciens & patiens † non reclamauit: nam hoc casu re-
signatio tenet: vt fuit conclusum in Rota in vna Sala-
man. capellaniæ teste Pelegrino. dec. 202. lib. 3. Thom.
de Tan. dec. 8. in manuscr. vt quia moritur resignatarius
& patronus præsentat per obitum, nam videtur ratifica-
re renunciationem, Pelegr. & Th. de Tanis d. decis.
29 Hinc etiam aliàs fuit resolutum, quòd † regressus re-
seruatus super beneficio iuris patronatus ex causa re-
signationis absque consensu patroni validatur ex scien-
tia & tacito consensu patronorum, vt in vna Salaman.
teste Pelegr. dec. 208. lib. 3. & decis. 307. in fi. in ma-
30 nuscr. & talis resignatio facta absque consensu † patro-
ni, quę validatur per eius patientiam, non inducit statum
libertatis, vt possessio præsentandi amittatur, vt aliàs
resolutum fuit per Rot. teste Card. S. Crucis. decis. 69.
in manusc.

31 Limita tertiò non procedere, quotiès † summ. Pon-
tifex admitteret resignationem, & conferret cum de-
rogatione iurispatronatus, nam tunc non requiritur
consensus, vt respondit D. meus Card. Paris. post alios
quos citat. cons. 47. num. 17. cum seq. vol. 4. & n. 24.
& 34. Archid. Gemin. Præp. in cap. hortamur. dist. 71.
& est communis opinio Docto.

Summus enim † Pontifex potest derogare non tan- 32
tùm iuri patronatus Ecclesiastico, sed etiam iuri patro-
natus laicorum. Gloss. communis & recepta in clemen.
2. verb. Apostolicis. de præbend. Archid. can. piæ men-
tis. 16. q. 7. Inno. & alij in cap. cum dilectus de iure
patr. & in cap. illud. ad finem, eo. tit. Abb. in cap. 3.
not. 2. eod. tit. vbi latè dixi. Io. And. Gemin. & Franc.
in cap. 2. de præb. in 6. Felin. in tract. quando litera
grat. noc. patro. Lamber. in tract. de iure patr. lib. 3.
par. 3. q. 9. art. 2. & hæc est communis opinio teste Co-
uarr. practi. quæst. cap. 30. col. 3. de communi etiam
Mandos. consil. 7. num. 6.

Ratio est, quia illud † laici habent ex mera gratia 33
ipsius Papæ, vt probatur in cap. 1. de iurepatr. ibi hu-
cusque eos sustinuit, & ibi latè dixi, tradit Archid. in
can. si quis. num. 3. 16. quæst. 3. Mil. in repert. in verbo
Papa potest derogare. & est communis opinio teste Ber.
d. cap. 1. numer. 3. de iure patron. & ratio est quia † 34
Summus Pontifex in beneficialibus est dominus absolu-
tus ac beneficiorum Ecclesiasticorum dispensator, & sic
suprà ius. can. cuncta per modum. 9. q. 3. Archid. in
can. 1. in. fin. 16. q. 7. vbi communiter omnes.

Requiritur tamen expressa derogatio iurispatrona-
tus laicorum, & ideò † non præsumitur nisi id expresse 35
in literis constiterit. Lap. alleg. 96. Glo. in d. clem. 2.
verb. Apostolicis. Archid. in d. cap. piæ, Abbas in
cap. dilectus numer. 4. de off. leg. vbi hanc opinionem
dicit communem. Paris. cons. 114. num. 21. vol. 4. de
communi etiam testantur Couar. dict. cap. 36. col. 3.
Mandos. cons. 7. num. 8. Bero. in cap. 3. num. 12. de iu-
repatr. Adeò † quòd non sufficiant clausulæ generales. 36
Host. & Ant. de Butr. in cap. quoniam de iurepatr. Fe-
lin. in tract. quando literæ aposto. noc. patr. Crescen.
decis. 220. incip. lite pendente coram me lib. 1. in ma-
nuscrip. nec sufficit in literis exprimere, etiam † si ad 37
alicuius præsentationem seu collationem beneficium
pertineat, nam nihilominus non comprehenditur bene-
ficium quod spectat ad presentationem laicorum. Lap.
alleg. 84. Gemin. in cap. cum illis. §. 1. de præbend. 10
6. col. vlt. Io. And. in cap. dilectus. de off. lega. Bar-
bat. cons. 23. col. 7. lib. 1. communis opinio teste Co-
uarr. dic. cap. 36. pract. q. col. 5. & ideò dico laicorum.
quia iuri patronatus † clericorum derogatur per simpli- 38
cem collationem factam à Papa. Cassad. decis. 4. tit. de
probat. Ang. in l. sed si hac. §. patron. ff. de in ius vocan.

Et dicitur † ius patronatus Ecclesiasticum, quotiès ex 39
Ecclesiæ bonis Ecclesia construitur, vel dotatur, aut
denique ratione Ecclesiæ vel dignitatis Ecclesiasticæ
competit alicui laicorum, quando a rebus propriis † & 40
secularis patrimonij originem ducit. gl. in clem. 2. verb.
præsentare. de iur. patron. Abba. in cap. eam te. col.
vlt. & in cap. illud. de iurepatr. Cæsar Lambert. de iu-
repatr. lib. 1. qu. 1. art. 5. Card. Paris. cons. 128. vol. 4.

Nec refert patronum † esse clericum, namquè annu- 41
merabitur inter patronos laicos, si hoc ius nactus fue-
rit ratione proprij patrimonij, vt est communis opinio,
de qua attestatur Couar. d. cap. 36. pract. q. & fuit con-
clusum in Rota die 29. Octobris 1526. teste Gammara
decis. 53. manuscript.

Huiusmodi derogationes † iuris patronatus laico- 42
rum sunt admodùm odiosæ, & in Gallia non admittun-
tur, namquè tribunalia † regia impediunt executio- 43
nem vt tradit Rebuff. in prax. in 3. part. signatu. verbo,
necnon. num. 12. & 36. & in tract. nom. q. 15. numer.
2. Ità etiam in Hispania vt tradunt Io. Lup. in tractat.
de benef. vacan. in cur. §. 11. & Couarr. dic. cap. 36.
practi. quæstiò.

Ideò Summ. Pontifex † non solet concedere dero- 44
gationes nisi ex causis vrgentissimis: & quidem sunt
plures, quarum prima est † quotiès beneficia iurispa- 45
tronatus vacant in curia, nam tunc Papa consueuit de-
rogare. vt tradit Staphil. de lit. grat. & iust. fol. 54.

Digitized by Google

col. 1. Couar. d. cap. 36. pract. quæst. sub num. 4. etiam in totum. Mandos. tract. de signat. grat. verbo, dero-
46 gationes iuris patronatus. idque fit ea illa † generali reseruatione statuta à iure communi, vt habetur in cap. 5. de præben. in 6. Sarn. de trienn. poss. quæst. 31. num. 19.
47 Et hoc † non procedit in iure patronatus Regum, cui non derogatur etiam si beneficia & dignitates vacent in curia per obitum. Io. Monac. Gemin. Io. And. in cap. 2. de præben. lib. 6. Card. cons. 57. Feli. in cap. Nihil. col. 2. de præscr. Lambert. 10 tract. iurispatron. lib. 2. p. 3. q. 9. art. 11. Rebuff. in prax. beneficiorum in 3. parte sig. num. 64. & 68. Staphil. super signat. de mod. & for. impetr. versic. 3. an sit locus. Card. Paris. cons. 114. nu. 14. & 18. cum sequen. vol. 4. etiam si ius patronatus pertineat ad Reges ex priuilegio aut ex præscriptione Io. Selu. tract. de benef. 2. p. q. 13. Æneas de Falco. in tract. reseruat. 3. q. prin. num. 13. Rebuff. in tract. nomin. q. 15. nom. 9. Couar. d. cap. 36. pract. q. sub num. 4. vbi etiam hoc ampliat in iure patronatus
48 Ducum, Marchionum, & Comitum. Ego † autem quòad ius patronatus spectans ad Reges vidi seruari pluriès hoc, scilicet vt non derogetur etiam si vacet beneficium in curia, & habetur in regula Cancellariæ Alex. VI. sub tit. de derog. quoad alias personas nominatas per Couarr. nequaquam.

49 Secunda causa quoties † ius patronatus est mistum Clericorum & Laicorum, quia tunc derogatio conceditur in totum. Mandos. in d. tract. de signat. grat. verbo, derogationes iuris patronatus, col. 2. in fin. & communiter est receptum.

50 Et ratio est, quia cum sit mistum † sapit naturam iurispatronatus Clericorum potiùs quam laicorum: & sic quòd tale ius patronatus censeatur verè & propriè Ecclesiasticum vt tradit glo. in cap. vnico. §. vlt. de iurepatro. in 6. Abb. in cap. 4. col. 5. de præscr. Feli. in tractat. quando literæ Apostolicæ. col. 4. Rocch. de Cur. in tractat. de iurepatr. verbo ius. q. 8. princ. & q. 5. accessoria. Communis opinio teste Couarr. d. cap. 36. pract. q. num. 4. ea his quæ habentur in l. quæritur. ff. de stat. hom. cap. quod in dubiis, cum gl. de consecrat. Eccl. Bart. in l. 5. num. 5. ff. de verb. oblig. & hoc est verum quamuis aliqui dicant dici hoc ius patronatus Ecclesiasticum quòad priuilegia & commoda iuris patronatus, quòad verò derogationem, censeatur laicale. Feder. de Sen. cons. 66. Abb. in cap. vlt. de iur. patr. Cassad. dec. 7. de iure patr. Rebuff. 10 tract nom. q. 15. num. 7. Couarr. loco cit. de re latè Mandos. in prima reg. Cancell. q. 8. num. 8.

51 Tertia causa vbi ius patronatus † est ex priuilegio, præscriptione aut consuetudine, nam tunc de facili derogatur in totum, cùm & absque derogatione receptum sit valere collationem. Ita Feder. de Sen. cons. 65. Cardin. cons. 69. colum. 5. Gemin. cons. 45. colum. 3. Cal. cons. 19. de iure patr. Alea. cons. 84. & 75. lib. 4. Dec. cons. 117. & 156. & 149. Crauett. cons. 63. n. 6. Cassad. decis. 4. de iurepatr. & decis. vlt. eod. titul. & decis. 4. de probat. communis opinio teste Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 3. quæst. 9. artic. 25. & qu. 8. art. 3.

52 Quarta causa quotiès † beneficium erat apud curiam Romanam litigiosum. Cassad. decis. 3. vt lit. pend. vbi probat posse summum Pontificem absque patroni laici consensu conferre beneficium litigiosum in curia vacans: & refert ita fuisse tentum Sarn. in regula. de impetr. benef. per obitum famil. Card. q. 8. num. 7. quæ conclusio exemplificatur pluribus modis, vt per Couar. d. cap. 36. pract. q. num. 7. & 8.

53 Quinta causa est, ea † qua solet derogari iuripatronatus laicorum, ea aliquo fauore, pro duabus tertiis. Mandos. in d. tract. de signat. grat. tit. derogationes iuris patr. fol. 7.

54 Sextò derogatur aliquando † pro medietate: latè de huiusmodi derogatione Ber. in cap. 5. n. 78. & seq. de iure patr. Mandos. cons. 7. num. 13. vbi num. 16. decla-
55 rat, † quòd derogatio pro medietate aliud non est, quam reducere consensus per plures patronos præstandos, ad medietatem: vndè infert quòd quotiès præsentatio spectat ad unum pro medietate, derogari non potest; & facta, ex stylo Romanæ Curiæ non suffragatur,
ex rationibus vt per ipsum. Et dicit † quòd quando præ- 56
sentatio spectat ad plures, si derogatur pro medietate, necesse est habere tot voces, quæ cum ista medietate faciant maiorem partem, vt requiritur in iure patronatus, cap. 3. de iure patr. clem. plures. eodem tit. & communiter est receptum.

Septimò, quando orator est vnus † ex patronis, vt 57
per Mandos. loco cit. col. 3. vers. quæro.

Octauò derogatur in retentione beneficiorum in fa-
uorem † promoti ad Episcopatum, & fit mentio, vt re- 58
quiritur, beneficium esse iurispatronatus. Rot. decis. 331. supposito. in nou.

Nono cum confertur cum clausula, dummodò acce-
dat patronorum consensus ea fundatione, † tunc enim 59
requiritur expressus consensus, & non sufficit tacitus inductus ex lapsu quatuor mensium, vt fuit senteneiatum in Rota coram Christophoro Panicarola in vna Pisana 16. Nouembris. 1556. teste Andr. Gamm. decis. 57. in
manusc. nam illa verba inducunt formam quæ † non 60
impletur per tacitum consensum, qui dicitur fictus. Aret. in l. 4. §. Cato. col. 14. ff. de verb. oblig. Fel. in cap. nonnulli, de resc. Sicuti si obtenta est inualida derogatio iurispatronatus: nam etiam si non præsentet intrà tempus patronus, collatio non tenet. vt fuit conclusum in Rot. teste Put. decis. 6. de iur. patr. in manuscr.

Et in derogatione † illud solet obseruari, vt dicatur 61
hac pro vice tantùm, ita Couarr. d. cap. 36. pract. q. & id ex stylo passim seruari videmus.

Vnum autem † non omittam, quòd quoties fuit nar- 62
ratum in resignatione beneficium esse de iure patronatus, vt obtineatur derogatio, ea obtenta debet resignatarius probare beneficium resignatum esse de iure patronatus, aliàs impetratio nulla est, vt fuit conclusum per Rot. in vna Tranen. 17. Martij 1554. teste Put. decis. 120. lib. 2. quia narratiua illa iurispatronatus, cùm sit pars gratiæ, debet per impetrantem verificari, iuxta communem regulam, de qua infrà dicetur suo loco, & de hac re latè poteris videre apud Mascard. de probatio conclu. 177.

Lib. 2. quæst. 4. Ibi. In renunciatione iurispatronatus.

MElius & veriùs ita, in renunciatione beneficij iurispatronatus, id est, quod de iurepatronatus existit.

Eadem quæst. n. 39. Ibi, Et dicitur iuspatronatus Ecclesiasticum.

QVonam etiam pacto, Ecclesiasticum ne, an laicorum ius patronatus censendum sit, facilè dignosci queat, docent Rebuffus in §. præfatique ordinarij, in verbo, patroni Ecclesiastici, de collat. in concordat. & in tractatu nominationum q. 8. num. 12. in principio. ac in praxi beneficiorum, tit. de præsentat. & institut. ex n. 15. Rochus de Curtè in tractatu de iure patr. in verbo. ius q. 7 ex n. 13. & Couarr. practicarum quæstionum cap. 36. num. 2. vers. distinguitur pag. 127. colum. 1. & num. 5. vers. Secundò illud erit. pag. 128. colum. 2. in impressis Lugduni anno 1594.

Eadem quæst. num. 62. Ibi. Debet per impetrantem verificari.

IDeóque consueuit apponi clausula, & verificato prius dicto iure patronatus ea fundatione, seu dotatione coram ordinario.

q. 4. num. 16. An resignatio facta spreto patrono sit nulla ipso iure vel veniat annullanda? communis opinio est quod veniat annullanda.

¶ HOc teneas indistinctè, siue resignatio fiat coram ordinario, siue coram Papa, siue patronus sit Ecclesiasticus, siue laicus, ita vt Patrono infrà semestre consentiente,

Digitized by Google

consentiente, vel non contradicente, aut non præsentante, resignatio & inde secuta collatio incommutabiliter, validæ remaneant, reiecta Molinæi distinctione ad regul. de infirm. resignant. num. 45. (prout eam reijcit Louetius ibidem num. 60. in fine) inter, collationem ordinarij & collationem Papæ factas spreto Patrono laico, existimantis illam esse annullandam, hanc verò nullam ipso iure propter subreptionem, nec consensu, aut patientia Patroni vltra quadrimestre conualescere: nulla enim est subreptio ob tacitam conditionem prouisioni insitam, si patronus consentiat, de qua hic Auctor, & num. 17. secus esset si Papa iurispat. laici derogaret, vt per Louetium loco citato ¶ num. 31. si beneficium resignatum non acquiratur resignatario ob contradictionem Patroni impedientem & litem, tamen resignationem ius non videtur abdicatum à resignante [Tamē si resignans consultò tacuerit iuspatronatus resignatio tenet quoad ipsum, & si Patronus alium præsentauerit, resignanti non datur regressus, quod Patronum fraudare voluerit, quamuis renunciauerit in fauorem sub illa clausula, *non aliàs, aliter nec alio modo*. Melch. Pastor. de benefic. lib. 3. tit. 3. num. 8. quia illa clausula dolum aut culpam resignantis non excusat, Molin. ad regul. de infirm. resignant. num. 118. & 119. Rebuff. ad eandem reg. gloss. 4. Secus si dolus abesset vt iudicatum refert. Dom. Seruin. tom. 1. *de ses plaidoyers*, & post eum Tornet. in sua placitor. compil. litera P. num. 105. ¶ num. 41. Ideò summus pontifex non solet concedere derogationes nisi ex causis vrgentissimis [Omnibus notum est Papam apud nos non posse iurispatronatus laicorum derogare, quia temporalia in hoc regno non attingit, ius autem patronatus patrimoniale est, & inter temporalia annumeratur, vt passim nostri ingerunt: vnde in nullo casu, seu ea nulla causa, de relatis ibi ab Auctore derogatio huiusmodi reciperetur; Et, vt de casibus dubitabilioribus dicamus, reiicitur derogatio etiamsi beneficium vacet in curia. Rebuff. in praxi tertia parte signat. in verb. nec non iurisp. num. 20. & alij communiter. vel iuspatronatus sit mixtum, gloss. prag. sanct. §. item quoad dictas, in verb. Ecclesiastico de collat. Rebuff dicto loco: nisi non coniunctim sed alternatim exerceatur, nam tunc in turno Ecclesiastici derogatio recipitur, Charond. lib. 7. Respons. cap. 191. vel etiamsi competat ex priuilegio aut præscriptione, Molin. ad regul. de infir. resig. num. 47. & quantumuis maxima & iustissima subsit causa cogendi patroni, etiam ipsi permutationi necessariæ, & vtilis Ecclesiæ consentire, vt vult idem Molin. ibidem num. 46. quod nos de patrono irrequisito, non autem de prius requisito, nullamque sui dissensus legitimam causam allegante, intelligendum putamus ex Rebuffo, vbi suprà num. 21. & Pastore de benefic. lib. 3. tit. 11. num. 8. In alijs verò casibus à fortiori reijcietur derogatio, quicquid dicat Rebuffus de derogatione ad fauorem filij vel nepotis vnius ex patronis.

QVÆSTIO V.

Beneficia electiua an possint resignari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia electiua possunt resignari in fauorem,*
2 *In beneficiis electiuis proceditur per viam electionis.*
3 *In resignatione beneficij electiui requiritur consensus eligentium.*
4 *In permutatione beneficij electiui requiritur consensus eligentium.*
5 *Sufficit quòd consensus eligentium sequatur renunciationem.*
6 *Consensus quandocunque interueniat sufficit.*
7 *Actus nullus roboratur ex consensu subsequenti.*
8 *Renunciatio beneficij electiui absque consensu eligentium venit annullanda.*
9 *Permutatio facta spreto patrono, venit annullanda.*
10 *Contemptus capituli, reddit actum annullandum.*
11 *In renunciatione beneficij electiui, an requiratur consensus omnium vel maioris partis.*
12 *Electores contempti quod possint procedere ad electionem.*
13 *Electo renunciante, eligentes habent denuò integrum tempus.*

QVintò, quæro an beneficia † electiua possint resignari? Responde posse, etiam in fauorem. 1
ita Pau. Card. Zabar. Anch. Imol. Bonif. de Vital. & omnes in clemen. vnica, de renunc. gloss. in cap. 1. Gemin. num. 15. & alij omnes de rer. permut. in 6. latè Boer. decis. 2. pars. 1.

Nam hæc non differunt † ab aliis beneficiis in alio, 2
nisi quia in eis proceditur per electionē, quæ exigit confirmationem superioris. Card. Zabar. in clement. 2. §. vt autem numer. 2. de religios. domib. Ioan. Sclu. de benef. part. 1. qu. 3. & est communis opinio.

Requiritur tamen in hac resignatione, vt † adsit con- 3
sensus eligentium. Card. Zabar. in d. clemen. vnica, n. 18. de renūc. Inno. in cap. 5. eod. tit. in 6. Abb. quem refert & sequitur Boer. d. decis. 5. num. 15. & communiter doctores. ita etiam in permutatione beneficiorum † electi- 4
uorum requiritur consensus eligentium. gl. in d. cap. 1. vbi Gem. n. 15. Gamm. nu. 102. & communiter alij de rer. permut. li. 6. Gemin. cons. 97. in fin.

Qui consensus non requiritur de necessitate præcisa in ipsa renunciatione, sed sufficit † quòd sequatur. Lap. 5
in d. clem. vnica, quem ibi sequitur Card. Zabarel. & ibi Paul. Gemin. in d. cap. 1. num. 16. vbi dicit ita fuisse disputatum & determinatum Bononiæ. Boer. decis. 1. nu. 15. in fin. & communiter doctores & ita practicatur vt quandocunque interueniat consensus, sufficiat. teste † 6
Mohed, decis. 60. in eandem. per doctrinam Bart. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæred. nam superueniens consensus animat actum. l. filio præterito. ff. de iniust. test.

Hinc actus † etiam nullus accipit robur ex subsequen- 7
ti consensu, l. cum vir prædium, ff. de vsufr. ex quo deducitur renunciationem non esse † à principio nullam, 8
sed annullandam reclamantibus electoribus: sicuti in renunciatione beneficij iurispatronatus dictum est ex communi & recepta in praxi opinione, quamuis Gam. in d. cap. 1. nu. 105. teneat contrarium in permutatione facta spretis electoribus: nam † in contrarium est com-
munis opinio, vt per Feder. de Sen. tract. de perm. benef. 10
n. 53. q. 30. arg. cap. quod sicut. de elect. cap. cum in ecclesijs. de præb. in 6. Hinc contemptus consensus † Capituli totius vel maioris partis reddit actum annullandum. cap. ea. noscitur. vbi communiter doct. de his quæ à si. à prælat. cap. illud in fin. de iurepatr.

An verò requiratur † in hac resignatione consensus 11
omnium vel maioris partis, communis est distinctio; vt si fiat in fauorem personarum & illarum vtilitatem, requiratur consensus omnium; si autem fiat ad vtilitatem alicuius ecclesiæ, sufficiat maioris partis. Paul. in d. clemen. vnica. Io. And. quem refert Gemin. dict. cap. 1. nu. 15. (vbi dicit habere æquitatem hanc distinctionem) de rerum permut. lib. 6.

Quomodò possint † electores contempti proce- 12
dere ad electionem, vide latè Boer. d. decis. 5. per totam.

Et vnum non est omittendum, quòd † quotiès renun- 13
ciat electos, eligentes habent denuò integrum tempus. ita Io. And. in rub. de renunc. nn. 6. per tex. in cap. si electio de elect.

Lib. 2. q. 5. n. 1. ibi. Responde posse.

OBseruandum tamen, in Gallia, beneficia verè electiua liberè resignari non posse Namque vt iam sup. à, hoc eodem libro q. 2. tetigimus) ad hoc, vt verè electiui

beneficij resignatio admittatur, nominatione Regia opus est. Vt apparet ex tit. de Regia ad prælat. nominat. facienda. in concordat. Et tradit Carondas in pandectis curia Gallici, lib. 1. cap. 17. pag. 189. circà finem.

Eadem q. 5. num. 6. An beneficia electiua possint resignari? Responde posse etiam in fauorem.

¶ LIcet de iure Papa possit liberè prouidere beneficiis verè electiuis præueniendo electores, vt fusè probat Ioannes de Selua de benef. part. 2. q. 1. Hoc tamen non obtinet in Gallia, vbi sæpius iudicatū refert Chopin. de sacra Polit. lib. 1. tit. 1. num. 11. beneficia huiusmodi præuentionibus Apostolicis non subiacere, vt etiam sentit Glossa Pragm. sanct. in cap. licet. §. statuit in verb. fiat de elect. & tamen resignationes in fauorem, quas sola sedes Apostolica admittit, da iisdem beneficiis verè electiuis, vt plurimum sunt dignitates post pontificalem maiores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, ad quas regiam ex concordato nominationem non extendi certi iuris est liberè fiunt, & recipiuntur, etiam apud nos vt per Chopin, loco citato; Et tunc consensus electorum non desideratur, quorum iuri pro illa vice derogatur, nisi agatur de præficienda Moniali; hoc enim casu, si verba bullæ prouisionis attendamus, consensus duarum ex tribus monialium partibus requiritur.

QVÆSTIO VI.

An possit resignari beneficium, ad cuius titulum quis est promotus, & quandò, & quomodò, & de promoto ad titulum patrimonij & ad titulum beneficij aliqua scitu digna ponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ad cuius titulum quis est promotus ad ordines sacros, non potest resignari.*
2 *Non potest quis ordinari sub titulo Vicaria temporalis.*
3 *Beneficium debet esse perpetuum, ad quod quis promouetur.*
4 *Quis non potest ordinari sine titulo.*
5 *Episcopus ordinans aliquem sine titulo, debet ei necessaria subministrare.*
6 *Titulus duplex, beneficij & patrimonij.*
7 *Ordinatus ad titulum beneficij, cuius possessionem numquam habuit, non est irregularis.*
8 *Ad titulum patrimonij ordinantur Clerici, prout Episcopus iudicauerit.*
9 *Ad titulum donationis potest quis ordinari.*
10 *Patrimonium ad quod quis ordinatur, non potest alienari.*
11 *Ob penuriam Sacerdotum potest quis ordinari, si alias spondet necessaria.*
12 *Qui debet cautundem, quantùm valet res donata, non videtur suspensus.*
13 *Patrimonium ad quod quis promouetur, debet esse sufficiens.*
14 *Quantitas patrimonij remittitur arbitrio Episcopi.*
15 *Ordinatus cum haberet bona mobilia, non videtur suspensus, sed illa debet conuertere in immobilia.*
16 *Patrimonium huiusmodi potest alienari, si promotus consequatur beneficium sufficiens.*
17 *Cedens patrimonium, ad quod quis fuit ordinatus, non est suspensus, & cessio est nulla.*
18 *C. 2. sess. 21. de reform. quas pœnas innouat contra ordinatos absque titulo.*
19 *Dictum cap. 2. sess. 21. procedit in clericis regularibus, in claustris degentibus.*
20 *Ordinati ad titulum patrimonij sunt verè clerici.*
21 *Ordinati ad titulum patrimonij gaudent priuilegio.*
22 *Episcopus non tenetur dare victualia ordinatis ad titulum patrimonij.*
23 *Episcopus non tenetur dare victualia habenti patrem diuitem.*
24 *Non dicitur pauper, qui patrem habet diuitem.*
25 *Extimum patris æstimatur extimum filij.*
26 *Valet consequentia Pater est diues, ergo filius.*
27 *Filius reputatur eadem persona cum patre.*
28 *Episcopi non debent ordinare filios diuitum, nisi eis fuerit donatum à Patre.*
29 *Episcopus debet vti magna diligentia in ordinandis clericis.*
30 *Simoniaca est pactio, quòd ordinatus nunquam petat beneficium.*
31 *Beneficiatus potest viuere de fructibus beneficij & conseruare reditus patrimoniales.*
32 *Potest quis ordinari ad titulum seminarij.*
33 *Potest quis ordinari ad titulum seruitij in aliqua Ecclesia.*
34 *Adscriptus certæ Ecclesiæ, à nullo Episcopo est recipiendus.*
35 *Beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus, non potest renunciari.*
36 *Valet renunciatio Beneficij, ad cuius titulum quis promotus est, facta mentione de hoc, & quòd habet aliunde vnde viuat.*
37 *Cessante causa prohibitionis, cessat prohibitio.*
38 *In impetratione narrandæ sunt qualitates, ex quibus posset concedens moueri.*
39 *Resignatio non facta mentione quòd ad titulum huius beneficij sit promotus est nulla.*
40 *De beneficio concesso misericordiæ gratia, facienda specifica mentio.*
41 *Clausula posita in cessione,* quia resignans habet vnde viuat, *respicit substantiam gratiæ.*
42 *Ordinarius admittens renunciationem extra casus sibi concessos, est in culpa.*
43 *Iurans resignare potest pœnitere.*

SExtò Quæro An possit resignari beneficium à cuius titulo quis est promotus ad ordines sacros? communis & ab omnibus recepta sententia etiam in praxi † est negatiua, quam tenet Nauar. in manual. 1
cap. 22. numer. 18. Sebast. Med. in l. vlt. gl. 3. numer. 312. C. de legibus. Nauar. conf. 14. numer. 1. de temp. ordin.

Et probatur expressè in cap. 2. Concil. Trid. de reform. sess. 21. ibi. *Id vero beneficium resignare non possit*, &c. & loquitur Concilium de beneficio, ad quod quis fuit ordinatus, & facit text. in can. sanctorum, dis. 70. *ibi & in qua Ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuò perseuerat*, ergo illi non potest renunciare, cum in ea debeat perpetuò perseuerare.

Hinc non potest quis ordinari sub titulo Vicariæ temporalis, & beneficiorum manualium † & amouibilium. Abb. in cap. Michael. & in cap. constitutus. 2
de filiis presb. requiritur enim vt beneficium † sit perpetuum. Maiol. post Abb. de irreg. lib. 4. cap. 15. 3
num. 4. & est communis opinio.

Et ratio est, quia † quis non potest ordinari sine titulo, vt est communis opinio, ne mendicet in 4
vituperium totius militiæ clericalis; ergo neque poterit renunciare, nam viget eadem ratio, argum. l. illud ff. ad l. Aqui. pro cuius rationis declaratione aliqua sunt ponenda, & primò quod in minoribus ordinibus clerico non est assignandus titulus. Host. in sum. in rub. de præben. Card. Alexan. in can. neminem. sub num. 1. dist. 70. & communiter est receptum in praxi, vt tota die videmus. In maioribus autem necesse est vt assignetur titulus, prout in Concilio Vrbani II. habito Placentiæ constat, de quo in can. sanctorum. dis. 70. *sanctorum canonum statutis consona sanctione, decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur &c.* ne sordidum aliquem quæstum exerceant vel cum dedecore ordinis mendicare cogantur, vt dicitur in cap. 2. sess. 21. de reform. cum non de-

ceat eos qui diuino ministerio adscripti sunt, cum
ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem
quæstum exercere. Quare statutum est vt Episcopus
5 ordinans aliquem sine titulo, † teneatur ei neces-
saria subministrare. capit. Episcopus. de præbend.
Episcopus si aliquem sine certo titulo de quo neces-
saria vitæ percipiat in diaconum vel presbyterum or-
dinauerit, tamdiu ei necessaria subministret, do-
nec in aliqua Ecclesia conuenientia stipendia mili-
tiæ clericalis assignet, &c. & ibi omnes Doctores.
6 Et hic † titulus potest esse duplex. Nauarr. cons.
14. in principio, de tempor. ord. & numer. 4. † &
est communis opinio recepta in praxi scilicet vel be-
neficij. d. can. sanctorum. distinct. 70. quod debet
esse sufficiens ad victum. d. cap. 1. Concil. Tri.
sess. 21. de reform. ibi. *statuit Sancta Sinodus, ne
quis deinceps Clericus secularis, quamuis aliàs sit ido-
neus moribus, scientia & ætate ad sacros ordines pro-
moueatur, nisi prius legitimè constet eum, beneficium
Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat,
7 pacificè possidere &c.* & si illius beneficij adhuc † non
habuit possessionem, nullam incurrit pœnam. vt res-
pondit Nauar. cons. 15. de temp. ordin.

Vel etiam patrimonij glos. in d. cap. Episcopus, ver-
bo subsidium. de præben. & probatur in cap. tuis. eod.
tit. de præben. ibi.

Tuis quæstionibus respondemus, quòd clericos
in minoribus ordinibus constitutos, de patrimo-
nialibus bonis habentes vndè possint congruè susten-
tari, etsi nondum fuerint beneficium Ecclesiasticum
assecuti (dummodo aliud canonicum non subsistat) ad
superiores poteris ordines promouere & ibi gloss.
in verbo. de patrimonialibus. dicit, quod isti ha-
bent patrimonium pro titulo Abb. numer. 3. quod
est etiam secundum mentem Concilij Tridentini, d.
cap. 2. illis verbis.

8 Patrimonium † verò vel pensionem obtinentes,
ordinari posthàc non possint, nisi illi quos Episco-
pus iudicauerit assumendos pro necessitate vel com-
moditate Ecclesiarum suarum: eo quoque priùs
perspecto patrimonium illud vel pensionem verè
ab illis obtineri, taliaque esse quæ eis ad vitam su-
stentandam satis sint: atque illa deinceps sine Epis-
copi licentia alienari aut extingui, vel remitti nul-
latenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum
sufficiens sint adepti, vel aliundè habeant vnde vi-
uere possint, antiquorum canonum pœnas super
his innouando. Ex quo textu primò colligitur,
quod potest quis ordinari ad titulum patrimonij.
9 Amplia idem esse † ad titulum donationis, ex Con-
gregationis Concilij sententia, si ita Episcopus iu-
dicauerit pro vtilitate aut necessitate Ecclesia-
rum, & si donatio est vera realiter & non ficta:
& illa bona donata ex eiusdem congregationis sen-
10 tentia non † possunt alienari absque Episcopi licen-
tia, donec beneficium ille adeptus fuerit, vel aliun-
dè habeat, vndè possit viuere. Nauarr. cons. 14. nu-
mero 2. de tempor. ordin. & communiter alij. Et
alias censuit sacra congregatio & concessit ob pe-
11 nuriam † sacerdotum, vt possit quis ordinari sine
beneficio vel patrimonio, dummodò quis spon-
12 deat necessaria ministrandi, & si debet † tantun-
dèm quantùm valet res donata, non videtur sus-
pensus, vt respondit Nauarr. cons. 13. & 47. de
temp. ord.

13 Secundò colligitur hoc † patrimonium debere esse
sufficiens. Nauarr. cons. 18. de tempor. ordin. vbi quæ-
rit de eo, qui dixit habere sufficiens patrimonium cum
non haberet, & dicit non esse benè ordinatum, nisi pa-
rum, siue quantitas quæ non esset notabilis arbitrio
boni viri deesset, & de sententia congregationis quan-
14 titas patrimonij † non taxatur, sed remittitur
ad terminos iuris, erit hoc ergò iudici arbitra-
15 rium. arg. l. 1. ff. de iur. delib. & qui † fuit ordinatus
cum esset filius diuitis, & non haberet nisi mobilia,
non videtur suspensus: sed curare debet vt quàmpri-
mùm dictus titulus bonorum mobilium conuertatur in
bona immobilia. Nauar. cons. 29. de temp. ord.

Tertiò colligitur hoc † patrimonium non posse alie- 16
nari, nisi consequatur ordinatus aliud beneficium vel
habeat aliundè ex quo possit viuere. Nauarr. cons. 13.
n. 3. de tempor. ordinat. & ideò renunciatio dicti pa-
trimonij est nulla. Nauarr. cons. 16. n. 3. de temp. ord.
vbi ex hoc respondet quòd ordinatus † ad subdiacona- 17
tum cum titulo patrimonij, cui postea renunciauit in
fauorem parentum, & postea fecit se ad superiores or-
dines ordinari ab Episcopo cui facta fuerat fides de ti-
tulo patrimonij, ex hoc non incurrit censuras, cum
non præstet impedimentum quod nullum est. hoc idem
vult idem Nauarr. cons. 42. eod. tit. de temp. ord.

Quartò colligitur ex finalibus verbis, quòd Conci-
lium innouat pœnas antiquorum canonum in ordi-
natis aduersus formam † huius decreti, id est. pœnas 18
cap. cùm secundum. de præbend. non pœnas canon.
neminem. & canon. sanctorum. distin. 70. vt censuit sa-
cra congregatio Concilij. Ideò alias censuit, quod or-
dinatus contra formam huius decreti sine beneficio &
patrimonio non est suspensus, neque aliquam pœnam
incurrit, sed cogendus est ei ordinarius prouidere, iuxt.
dict. cap. cum secundum. nam hic solus Canon & non
alij est à concilio innouatus. Vnde iste non erit suspen-
sus ab executione ordinum, quare celebrando non fit
irregularis, quicquid in contrarium voluerint. Abbas
in cap. cum contingat. ætat. & qualit. Idem Abb. in cap.
veniens in primo not. de fil. presbyt. Burgas. de irreg.
tit. de dispen. p. 1. q. 5. n. 24. Maiol. in eod. tract. lib. 4.
cap. 15. ante n. 1. quorum opinio est verior in puncto
iuris, cùm dicat Concilium generaliter, antiquorum
canonum super his pœnas innouando. Eoque magis
cum solus ordinatus est in culpa, decipiendo ordina-
naturum, dicendo quod habet titulum beneficiarium,
vel secularem sufficientem, nam hoc casu videtur sus-
pensus ordinatus & sic per Concilium tali casu est in-
nouata pœna. d. can. neminem. & can. sanctorum, vt
respondit Nauarr. cons. 14. n. 4. de temp. ord. & cons.
15. & 16. & consil. 18. & cons. 47. n. 3. eod. tit. si autem
ordinatus bona fide ab Episcopo sciente, vel debente
scire eum non habere quo se aleret, suscepit ordines,
cum non haberet titulum, non ex hoc est suspensus,
sed Episcopus debet ei prouidere, & in hoc Concilium
innouat d. cap. cum secundum de præben. ita Nauarr. in
loco citato. limita tamen nisi per mendacia & fraudem
fingendo titulum, decipit Episcopum; nam tunc ordi-
nator non tenetur ad alendum ordinatum. Dec. in cap.
Episcopus. n. 13. de præbend. Nauarr. d. cons. 14. n. 3.
ne Episcopus absque culpa puniatur. cap. 2. de const. &
quia dolus & fraus nemini patrocinari debent. cap. se-
des Apostolica. de rescr. & si vterque est in culpa, vter-
que puniendus est. Nauarrus dicto consilio 14. n. 4.

Pius tamen V. fel. rec. in const. 64. incip. Romanus,
extendendo decretum conc. d. cap. 2. † ad clericos re- 19
gulares in claustris degentes, & in perpetuum non emit-
tentes professionem, vel infrà certum tempus, statuit
non posse ordinari sine titulo, ne exeundo mendicent,
apponit pœnas suspensionis executionis ordinum, tam
in ordinato, quam in ordinante, & ab hac constitutio-
ne Grego. XIII. Sanct. mem. exemit patres de Iesu.

Quintò collige † taliter ordinatos ad titulum patri- 20
monij esse verè clericos, & effici de foro Ecclesiæ,
quamuis non habeant Ecclesiam. Glo. in d. cap. Epis-
copus verb. subsidium, allegat can. Ecclesiarum seruos
12. q. 2. & can. Sunt 16. q. 1. & gaudent priuilegio in
bonis patrimonialibus, vt scribit ibi Abb, n. 3.

Sextò collige, ordinatis ad titulum † patrimonij 21
Episcopum non teneri dare † beneficia aut victualia d. 22
cap. Episcopus de præben. Nisi talis ordinatus de sua vel
paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere. & ibi
hoc notat Inno. S. Bonauen. in 4. distin. 24. D. Thom. in
eadem distinct. 24. Idque procedit, si habeat vnde vi-
uere, tàm de sua quam de hæreditate paterna: & ibi

Imol. col.2. vers. vlterius potes, dicit quod Episcopus
23 † non tenebitur dare, si tempore promotionis ordina-
tus habet patrem diuitem, vel alium affinem, à quo
possit alimenta percipere, sequitur Dec. num. 7. nam-
24 que non dicitur pauper qui patrem † habet diuitem.
25 cap. 1. de magist. eximium enim † patris, filij reputa-
tur. Gloss. in l. 2. C. qui ata. lib. 10. Alex. in l. in suis
ff. de lib. & posth. Barbat. cons. 10. sapienter col. 1.
lib. 2. Dec. cons. 443. num. 4. Tiraquella in tract. de
iure primog. quæst. 41. num. 17. & in l. si vnquam in
26 præfat. num. 24. C. de reuocan. donat. valet † enim
consequentia, pater est diues, ergo filius Dec. d. cons.
443. num. 8. Alciat. in d. l. in suis num. 18. ff. de lib. &
27 posth. filius † enim eadem cum parte reputatur perso-
na, l. vlt. C. de impub. & aliis subst. Soc. Iun. cons. 4.
num. 4. lib. 2. & eadem caro. cap. contradicimus §.
auctoritate 35. qu. 3. Sarn. in §. actiones. num. 8. de act.
quod tamen hodie non procedit, stante dispositione
28 nouissima conc. Trid. d. c. 2. namque requiritur † vt ve-
rè & realiter habeat patrimonium, quod sit vel ex hæ-
reditate patris, aut ei donatum à patre, vel ab alio, vt
ibi dicitur, alioquin non debet Episcopus eum ordina-
29 re, qui magna † diligentia in clericos ad ordines sa-
cros promouendos, vti debet proùt faciebat sanctæ
memoriæ Carolus Borromeus Cardinalis sanctæ praxe-
dis Archiepiscopus Mediolanensis, vt omnibus compér-
tum est, & tradit Mascard. de prob. conclus. 1140.
num. 9. Qui Episcopus debet esse cautus, ne inter ipsum
& ordinatum in consignatione talis patrimonij, loco
30 tituli beneficialis, intercedat aliqua pactio, † quod
nunquam petat beneficium Ecclesiasticum ab eo ex hac
causa, quia esset simoniaca pactio. cap. penult. de si-
mon. Maiol. de irregul. d. c. 15. sub num. 2. sed si postea
31 fuerit ordinato, ad titulum patrimonij collatum bene-
ficium, † poterit licitè viuere de beneficio, & conser-
uare reditus patrimoniales, & alienare illos, vt tenuit
Innoc. in d. cap. Episcopus. & est communis opinio,
de qua testatur Abb. ibidem num. 2. vbi plura scribit
in hac materia.

32 Potest etiam aliquis † ordinati ad titulum seminarij,
causa inseruiendi beneficio vnito seminario, vt censuit
33 sacra congregatio concilij, ita † etiam poterit quis or-
dinari ad titulum seruitij in aliqua Ecclesia, cui adscri-
bitur & deseruire tenetur in ordine suscepto. cap. 16.
sess. 23. de reform. cum nullus debeat ordinari qui iu-
dicio sui Episcopi non sit vtilis aut necessarius suis Ec-
clesiis. Sancta Synodus vestigiis sexti canonis conc.
Calcedonen. inhærendo statuit, vt nullus in posterum
ordinetur, qui illi Ecclesiæ aut pio loco, pro cuius
necessitate aut vtilitate assumitur, vbi suis fungatur
muneribus, nec incertis vagetur sedibus, & hoc tradit
Maiol. de irregol. lib. 4. cap. 15. sub num. 2. & gaudet
iste priuilegio fori. cap. 6. sess. 23. de reform. & iste as-
34 criptus † certæ Ecclesiæ à nullo Episcopo recipiendus
est, vt censuit sacra congregatio concilij.

Cùm ergo (redeundo ad propositum) non possit
quis ordinari sine titulo, ea ratione ne mendicet, se-
35 quitur quod hæc ratio viget, ne possit † illud benefi-
cium resignare ad quod quis fuit ordinatus, & ita ab
omnibus tenetur, & in praxi seruatur, alioquin nulla
& inualida est renunciatio.

36 Limita, vt possit † beneficium ad quod quis fuit
ordinatus renunciari, quando ille habet aliunde vi-
uere, facta mentione de duobus, scilicet quòd ad illud
beneficium fuit promotus, & quod habet vnde viuere,
vt probatur in dict. Decret. Concil. Tridentio. cap. 2.
sessione 21. de reformatio. ibi. Id verò beneficium re-
signare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius
beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio ad-
mittatur, nisi constito, quod aliundè viuere com-
modè possit, & aliter facta resignatio nulla sit, quod
etiam colligitur ex can. sanctorum. ex can. neminem.
dist. 70. ex cap. Episcopus ex cap. tuis de præben. cum
aliis suprà allegatis. Ratio quòd in dicto casu admitta-
tur resignatio, est quia tunc quotiès habet aliundè ex
quo viuere possit, cessat ratio sacrorum canonum de
mendicitate; ergo debet cessare † prohibitio, cap. cum 37
cessante. de appell. l. adigere. §. quamuis de iure patro.
latè Tiraq. in tract. cessante causa.

Et ratio cur debet exprimi, quòd fuit ordinatus ad
titulum illius beneficij, est quia Papa potest ex hac ra-
tione moueri ad non admittendam renunciationem
arg. ex d. can. sanctorum & tamen regulariter † debent 38
narrari illæ qualitates, ex quibus posset moueri con-
cedens negare vel ne. Felin. in cap. in nostra. de resc.
Io. Selu. de benef. p. 3. qu. 11. Menoch. de arbitr. iud.
casu 201. & communiter doctor. in cap. ad aures. de
rescr. Sebastian. Medices in additionibus ad Abbatem
antiq. in cap. admonet. de renunc. vbi loquitur in ter-
minis nostris. Ideò si de hoc non fuerit facta mentio † 39
nulla est resignatio vt censuit sacra congregatio Conc.
de ann. 1588. & fuit resolutum in Rot. in vna Sala-
mantin. coram R. P. D. Orano Auditore Rotæ docti-
ssimo mense Maij eiusdem anni 1588. in vna Hispalen. 40
coram R. P. D. Platta 17. Iunij 1588. Hinc † est quòd de
beneficio concesso miserationis gratia, facienda
sit specifica mentio. Vinc. de Franch. decis. 181.
numer. 8.

Quæ ratio etiam concludit, vt debeat exprimi
quòd habet aliundè ex quo possit viuere, nam alio-
quin non concederetur & non admitteretur resigna-
tio, proùt quotidiè videmus fieri, & ideò hæc clau-
sula apposita in supplicatione, *quia † resignans habet* 41
aliundè vnde viuat, respicit substantiam gratiæ,
nam attento stylo alias non solet concedi. iux. d.
cap. 2. sess. 23. Conc. Trident. de reformat. & ita
fuit resolutum coram R. P. D. Orano, 5. Decembr.
1586. in vna Lucan. quamuis Nauar. cons. 23. in fine,
vers. 2. de præbend. teneat contrarium, cuius opinio
posset procedere in foro conscientiæ, vt ipse paulo
antè in dicto cons. firmauerat in eo, qui renuncia-
uit beneficium, ad cuius titulum fuerat ordinatus,
reseruata pensione centum, vt sit tutus in foro po-
li, cum habeat vnde viuat, licet non expresserit
quòd fuerat ordinatus ad titulum illius beneficij. Et
hoc si fuerit facta resignatio coram summo Ponti-
fice; si verò ordinarius admisit resignationem ex-
tra hunc casum, vtique tenetur de suo ministrare,
arg. d. cap. Episcopus. de præbend. nam sicuti ad-
est culpa in ordinando sine titulo, ita adest hoc casu.
Hinc congregatio Concilij aliàs rescripsit his ver-
bis, ordinarius qui admisit resignationem factam ab
aliquo presbytero qui nihil aliud præter illud benefi-
cium habebat vndè commodè sustentari possit, te-
netur eum alere, nec potest eidem beneficium illud
resignatum restituere, sed in eo institui debet ille,
qui præsentatus fuit à patrono. Ergo si fuerit col-
latum huiusmodi beneficium, tenet collatio facta,
vt aliàs eadem congregatio concilij † censuit, quòd 42
si ordinarius non habens facultatem admittendi re-
signationes nisi in certis casibus iuxtà constitut.
Pij V. si illam admiserit, extra illos casus de bene-
ficio habito in titulum, beneficium vacat, sed or-
dinarius de proprio illi prouidere tenetur. Et aliàs
fuit decisum per eandem congregationem concilij,
quòd si † aliquis habens beneficium ad quod fuit in 43
titulum ordinatus, iurauerit illud resignare, vel
constituit procuratorem ad resignandum, & iurauit
illum non reuocare, non compellitur renunciare,
& poterit procuratorem reuocare, præmissa abso-
lutione à dicto iuramento.

Et hæc sufficiant dixisse circà hanc pulcherrimam
materiam.

Lib. 2. q. 6. n. 11. Ibi. Dummodò quis spondeat
necessaria.

MEminimus aliàs nos ac reuerendum Dominum Ioan-
nem Bertetium Episcopum Riuensem, dum Castro-

nicus & Archidiaconus Ecclesiæ Tolosanæ esset, postquam Laurentius Seneda, tunc monachus expressæ prof. suæ Cistercienſis ordinis, causas nullitatis emissæ professionis, coram superiore & ordinario, dicti Episcopi prædecessore, deduxisset: dictusque ordinarius sententiam absolutionis à voto, prætextu quòd ipse Laurentius ad ordinem subdiaconatus, absque alio quàm paupertatis, seu religionis titulo promotus fuerat, nec vnde viueret habebat, proferre distulisset; eidem Laurentio (donec ipse competens beneficium Ecclesiasticum, seu patrimonium ad congruam illius sustentationem sufficiens assecutus fuisset) alimenta administraturos, coràm notario & testibus spopondisse circà annum 1592. Instrumento per quondam Ioannem Goudal notarium regium Tolosæ recepto. Et hoc conuenit priori declarationi illustrissimorum Cardinalium sacræ congregationis Concilij Tridentini sessione 18. cap. 2.

Ead. q. 6. n. 36. Resignare non possit nisi facta mentione quod ad illius beneficij titulum sit promotus.

¶ Contrarium vsus tolerat apud nos facta solum expressione, & sæpe falsa, quod aliunde resignans commodè viuere valeat. Sed circa materiam huius quæstionis notandum quempiam posse ordinari à tribus Episcopis, originis scilicet, domicilij, & beneficij, cap. cum nullus de temporib. ordinat. in 6. etiam ad titulum beneficij existentis in alia diœcesi. Garc. de benef. part. 2. cap. 4. num. 3 & posse illos variare, Corradus in praxi dispensat. Apostolic. lib. 4. cap. 5. num. 39. quamuis beneficium, cuius intuitu ordinatur ab eiusdem beneficij Episcopo sit tenue, adiuncto patrimonio sufficienti, seclusa fraude, Henriquez in summa lib. 10. cap. 21. §. 1. Piasec. in praxi Episc. part. 1. cap. 1. num. 10 Vgolin. de officio Episc. cap. 10. §. 3. ad finem, & quamuis residentiam non requirat, Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in dict. cap. cum nullus; Piasec. & Vgolin. vbi suprà, licet Henriquez d. § 1. & Lessius de Iust. & iure lib. 2. cap. 24 teneant contrarium, sed sine fundamento, cum textus simpliciter loquatur de beneficio: sed non posse ordinari ratione Capellaniæ non spiritualisatæ, cum non sit beneficium Ecclesiasticum, prout requirit textus in dicto cap. quod nullus, & ibi gloss. in verbo ecclesiasticum, quas verò Pœnas incurrat ordinatus abſq; titulo vide Garciam de benef. parte 2. cap. 5.

QVÆSTIO VII.

An beneficia exempta possint resignari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia exempta possunt resignari etiam in fauorem.*
2 *Beneficia exempta possunt permutari.*
3 *Resignatio beneficij exempti debet fieri coram Papa.*
4 *Papa est superior exemptorum.*
5 *Beneficia exempta dicuntur, triplici respectu.*

1 Septimò quæro, † An beneficia exempta possint resignari, communis opinio omnium doctorum est affirmatiua, etiam in fauorem: nam possunt ex
2 communiori opinione † talia beneficia permutari. Petr. de Perus. in tract. de permut. benefic. 2. part. qu. vlt. Petr. And. Gam. in cap. 1. num. 132. de rer. permut. lib. 6. namque nihil repugnat.

Declara tamen dummodò huiusmodi resignatio be-
3 beneficiorum exemptorum † fiat coram summo Ponti-
4 fice, si soli Papæ subiecta sunt; ipse enim † duntaxat est superior tunc. cap. auctoritate. de priuil. lib. 6. nor. in clem. 1. de rebus Eccles. & probatur in cap. si Abbatem. de elect. lib. 6. vbi ab omnibus hæc conclusio recipitur, secundùm quam pluriès in Rota decisum fuit. Et hæc declaratio procedit, si beneficium est exemptũ, quia soli Papæ subiectum est, ita Gamm. dict. cap. 1.
5 num. 132. de rerum permut. lib. 6. vbi dicit triplici † ratione dici beneficium exemptum, Primò, quia soli Papæ est subiectum. Secundò quia est exemptum à proprio Episcopo, verùm subest proprio prælato, & hoc casu si proprius prælatus habet iurisdictionem episcopalem, aut priuilegium ipse poterit recipere renunciationem. Tertio quia Ecclesia est exempta à iurisdictione Episcopi, populus verò nequaquam: & hoc casu secundum Petrum de Perusio & Gamm. poterit Episcopus recipere renunciationem.

Lib. 2. q. 7. Ibi, poterit Episcopus recipere denuntiationem.

Vltima sunt quæstionis verba: sed loco nominis denunciationem, legendum esse renunciationem, quis deneget.

Eadem q. 7. num. 3. Dummodo huiusmodi resignatio beneficiorum exemptorum fiat coram summo Pontifice.

¶ Exempti non possunt renunciare in manibus Episcopi, cap. cum venerabilis. de consuetud. renunciatio enim est voluntariæ iurisdictionis, & quæ sunt huiusmodi fieri debent coram suo iudice, cap. per venerabilem. qui filij sint legit. Exemptorum autem solus Papa Iudex est: ergo ad ipsum solum spectat receptio renunciationis eorundem, quæ nihil aliud est, quam beneficij priuatio seu personæ alienatio. Sed an legatus de latere possit illam recipere? dic posse, cum habeat iurisdictionem in exemptos, cap. 1. de verb. signif. & probatur in dict. cap. cum venerabilis.

QVÆSTIO VIII.

An beneficium sinè reddditibus possit resignari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non debent esse sine reditibus.*
2 *Beneficia sine reditibus possunt resignari in fauorem.*

Octauò quæro, An beneficium sine reditibus possit resignari; quàmuis regulariter † beneficia non debeant esse sine reditibus. Ferret. 1
cons. 312. n. 1. tamen si reperiantur, vera est conclusio, posse † resignari, etiam in fauorem. vt fuit resolutum 2
in Rot. coram Io. Paul. in vna Tarraconensi de menso Iunij 1530. teste Sarn. decis. 2. lib. 1. in manuscript.

Lib. 2. quæst. 8. num. 2. Ibi, Vera est conclusio, posse resignari, etiam in fauorem.

Ratio autem cur beneficium carens reditibus possit resignari, est, quia semel cum reditibus creatum & erectum, etiam sine illis semper remanet beneficium. Licet carò accidat sine reditibus esse. Cùm iidem sint annexi beneficio (vt corpus animæ) ac veniant consecutiuè ad illud Puteus lib. 1 dec. 37, n. 9. Illud autem permutari non posse, maximè cum pingui. docet Gomesius super regula de Annali possessore. quæst. 47. vide Rebuffum in praxi beneficiorum, tit. de non promotis intra annum, n. 13 vbi ait eum qui recipit beneficium, cuius nulli sunt fructus, habere & titulum, & curæ exercitium.

Eadem quæst. 8. num. 1. An beneficium sine reditibus possit resignari.

¶ Tale beneficium de pertica nuncupatur, quod resignari potest, permutari non potest, ob præsumptam fraudem, qua seclusa sustineretur permutatio; Decius consil. 210. num. 5 Lotter de re benef. lib. 1. q. 31. num. 25 illud obtinens non tenetur; ad horas canonicas. quia cessat ratio obligationis, Garc. de benef. part. 3. cap. 1; num. 40. licet alij aliud velint.

QVÆSTIO IX.

An beneficia vnita possint resignari, antequam vnio sortiatur effectum, & quid de resignatione qua fit in fauorem, & an sit facienda mentio vnionis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vnita non possunt resignari.*
2 *Beneficia vnita non possunt permutari.*
3 *Beneficium vnitum non dicitur ampliùs beneficium.*
4 *Vnio fit ex necessitate & vtilitate.*
5 *Res subiecta restitutioni, non potest alienari.*
6 *An per vnionem acquiratur ius ad rem vel in re.*
7 *Vnio de beneficio viuentis, fit absque præiudicio ipsius.*
8 *Resignatio facta in fauorem cum narratiua vnionis valet, & suspendit vnionem.*
9 *Papa suspendendo vnionem, non facit præiudicium considerabile.*
10 *Papa est dominus beneficiorum.*
11 *Aliud est differre, aliud tollere.*
12 *Verbum* per cessum, *non capit renunciationem in fauorem, sed simplicem.*
13 *An requiratur derogatio iuris quæsiti.*
14 *Non facta mentione vnionis, resignatio est inualida,*
15 *Gratia est subreptitia, non facta mentione vnionis.*
16 *Papa non præsumitur dare literas præiudiciales.*
17 *In generali concessione non venit illud, quod Princeps non esset concessurus.*
18 *Regula Cancellariæ tollens vniones quæ effectum sortitæ non sunt, non tollit factas auctoritate Concilij Tridentini.*
19 *In quibus casibus Concilium Tridentinum mandat fieri vnionem.*
20 *Resignatio nulla ob non factam narratiuam vnionis, ius non abdicat.*
21 *Non faciens mentionẽ vnionis, cum sciret, abdicat ius.*
22 *Subintrat vnio, facta renunciatione coram ordinario.*
23 *Verba*, per cessum vel decessum, *quomodo intelligantur.*
24 *Expectatiua capit beneficium vacans ex renunciatione facta in manibus ordinarij.*
25 *Expectatiua capit omnem modum vacationis.*
26 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*
27 *Subintrat vnio facta renunciatione simplici coram Papa.*
28 *Resignatarius consequitur beneficium, & quæ sunt annexa beneficio resignando.*

NOnò quæro, An beneficia vnita possint resignari, antequam vnio sortiatur effectum; exemplum, si beneficium Titij est vnitum beneficio meo, aut alteri, vt post eius mortem sortiatur effectum. An hoc casu Titius possit illud beneficium resignare in fauorem alicuius? communis opinio est negatiua;
1 quam † tenuit Oldrad. cons. 257. num. 20. vers. 3. Fel.
in cap. nostra. num. 33. de rescr. Petr. Greg. Syntag.
iur. lib. 17. cap. 17. num. 18. Ita etiam cõmunis opinio est,
2 talia beneficia † vnita non posse permutari. Io. Andr.
in addit. ad Spec. tit. de præbend. in princ. Feder. de Sen. cons. 195. incip. permutatio. & in tracta. permut. benef. q. 33. Rot. dec. 1. de rer. perm. in antiquioribus; & dec. 3. de rer. permut. in antiquis. Petr. And. Gam. in cap. licet num. 78. eod. tit. in 6. vbi dicit ita esse tenendum in iudicando. & num. 80. dicit hanc esse veram. De communi etiam attestatur Bellam. de permut. benef. p. 3. q. 7. num. 10.

Et probatur hæc conclusio in cap. 5. sess. 21. de reformat. ibi, Quæ vniones etiam non possint reuocari nec quoquomodò infringi vigore cuiuscumqè prouisionis. etiam ex causa resignationis aut suspensionis. & in cap. 18. sess. 23. de reform. ibi, nec per resignationem ipsorum beneficiorum, vniones, & applicationes suspendi vel alio modo impediri possint, sed omninò quacunque vacatione, etiam si in curia, effectum suum sortiantur, & quacunque constitutione non obstante, &c.

Et ratio est, quia beneficium † vnitum non dicitur 3
ampliùs beneficium. Oldrad. cons. 257. factum tale est. num. 15. & num. 18. Caccialup. de vnionib. qu. 11. ar. 8. num. 7. D. meus Card. Paris. cons. 31. num. 10. vol. 4. Mandos. de infir. resignant. qu. 14. princ. & est communis opinio.

Secunda est ratio, quia si valida esset resignatio, im-
pediretur † vnio, quæ secundùm magis communem opi- 4
nionem fit ex necessitate, & vtilitate Ecclesiæ. Rebuff.
in prax. tit de vnion. namquè vnus renunciaret alteri,
& ille aliis, ita quòd nunquam esset locus vnioni: & si-
cuti res subiecta † restitutioni alienari non potest, l. 5
vlt. §. sed quia. C. comm. de leg. Ioan. Andr. in addit.
ad Specul. in tit. de præbend. in princ. ita & beneficium
vnitum: siue teneas † per vnionem quæri ius ad 6
rem, vt per Oldrad. cons. 257. num. 29. vel in re, vt per
Put. dec. 357. num. 10. lib. 1.

Tertiò accedit, quia vnio † de beneficio viuentis 7
fit absquè præiudicio obtinentis. vt est communis opin. de qua per Caccialup. & Rebuff. locis citatis, hoc verificatur solùm semel in eo, qui de præsenti obtinet tempore vnionis. l. boues. § hoc sermone ff. de verb. sign. vbi latè Tiraq.

Limita non procedere, quotiès resignatio facta esset
in Curia ad fauorem alicuius cum narratiua vnionis,
nam hoc casu, Papa admittendo resignationem, & con-
ferendo beneficium resignatum ei, in cuius fauorem
fuit facta † cessio cum clausula, *& non alias &c.* vi- 8
detur suspendere pro illa vice vnionem, proùt fuit re-
solutum in Rot. in vna Conchen. præstimonij 23 Octo-
bris 1542. teste Put. decisio. 357. lib. 1. Mandos. in prax.
de signat. grat. tit. renunciationes. col. 4. in fi. Nam-
que summus Pontifex suspendendo non dicitur facere
præiudicium † considerabile vnioni, quia potest esse 9
quòd resignatarius præmoriatur resignanti, & sic vnio
citiùs habebit effectum, & vnio concernit proprieta-
tem beneficij, collatio verò fructus, vnde non erit ab-
surdum, vt ex facto Pontificis suspendatur pro illo tem-
pore effectus vnionis. adnot. per Ioan. Andr. in clem.
dispendiosam. de iudi. Nam † Papa est dominus omnium 10
beneficiorum. Sarnen. in prœmio reg. de iure quæsito
non tollendo quæst. 11. num. 7. & aliud est tollere,
aliud verò † differre, & suspendere. Inno. in cap. cum 11
inter. de consuetud.

Confirmatur, quia vnio fit vt habeat locum quam
primùm beneficium vacauerit per cessum vel decessum;
quæ verba † non capiunt renunciationem in fauorem 12
alicuius, sed tantùm renunciationem simplicem & mortem, vt tradit Cassad. decis. 3. de renunc. faciunt ea quæ de indulto Cardinalium in simili scribunt Card. S. Crucis decis. 71. Palegr. decis. 52. lib. 3. in manuscrip. Put. decis. 523. lib. 2. & decis. 179. & 180. lib. 3.

Et concedens vnionem videtur concedere sub tacita conditione, vt locum non habeat in renunciatione facta in fauorem certæ personæ, ex vsu Palatij scientis, & approbantia. Bellamer. decis. 167. Put. dict. decis. 357. lib. 1. & ita communiter practicatur.

Quod etiam procedit, si non sit derogatum iuri quæ-
sito: nam † quicquid voluit Oldrad. cons. 223. & 257. 13
factum tale est. num. 29. ita fuit iudicatum in Rota Put. d. decis. 357. lib. 1. meliùs tamen est, vt ponatur derogatio cum aliis clausulis solitis, & ita vidi seruari.

Vnde facta resignatione in fauorem certæ personæ cum narratiua vnionis, non subintrat vnio, vt aliqui tenuerunt sed resignatarius consequetur beneficium, vt fuit tentum in dict. Conchen. præstimonij 23. Octobris 1542. teste Put. d. decis. 357. lib. 1. Mandos. in prax. de signat. grat. tit. resignationes seu renunciationes.

Si autem non fuit facta † mentio vnionis factæ in re- 14
signatione, in fauorem alicuius, resignatio non tenet.
ita respondit Oldrad. cons. 257. nume. 20. cum sequen.

Digitized by Google

& num. 26. 27. & 29. Sequitur Put. d. decis. 357. num.
4. lib. 1. Rot. decis. 3. de rer. permut. in antiq. & est
15 communis opinio: tùm quia † gratia est subreptitia,
cùm in ea non sit facta mentio vnionis, ad not. per om-
nes, & præcipuè per Fel. in cap. super literis. de rescrip.
Tum quia non est verisimile, quòd Papa voluerit tolle-
re & impedire effectum vnionis: cum summus Pontifex
16 non † intendat dare literas præiudiciales alteri, nisi ex-
pressè exprimat. Archid. in cap. cum aliquibus, & cap.
quamuis de rescriptis. eò maximè, cùm vnio respiciat
necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ. can. vnio. 10. q.
3. can. postquam. 16. q. 1. Hinc in generali concessione
17 non venit † illud quod Princeps non esset concessurus.
cap. in generali. de regu. iur. l. qui peculij. ff. de pecul.
quod eò maximè procedit, si vnio fuit facta auctori-
18 tate Concilij Tridentini, nam † Regula Cancell. tollens
vniones, quæ effectum sortitæ non sunt, non tollit
factas auctoritate Concilij Tridentini vt in casu cap. 5.
sess. 21. de reformat. cuius auctoritate Episcopus tan-
quàm sedis Apostolicæ delegatus, potest facere vniones
quorumcunque beneficiorum etiam generaliter vel spe-
cialiter reseruatorum, & affectorum (sine tamen præ-
19 iudicio obtinentium) propter eorum † paupertatem. Et
ratione tenuitatis fructuum Cathedrales Ecclesiæ vniú-
tur per summum Pontificem, habita relatione Concilij
prouincialis. cap. 13. sess. 21. de reformat. Concil. Tri-
dent. Et ratione etiam tenuitatis Episcopus vnit benefi-
cia simplicia præbendis. cap. 15. sess. 24. de refor. Conc.
Trid. ita pro erectione seminarij. cap. 18. sess. 23. de re-
form. in eod. Conc. Trid..

Sed dubium est, an hoc casu cùm non valeat resigna-
tio ob non factam narratiuam vnionis subintret vnio?
20 Communis est opinio † ius non abdicari a resignante:
& per consequens resignantem posse continuare, seu re-
dire ad suum beneficium, vt tenet Oldrad. quem refert
& sequitur D. meus Card. Paris. cons. 114. numer. 7. &
8. volum. 4. secundùm quam opinionem fuit iudicatum
per sacram Congregationem Concilij. & sic expectan-
dus erit euentus simplicis vacationis. quod limita non
21 habere locum, † quotiès resignans sciens vnionem de
ea non fecit mentionem: quia tunc scienter nulliter
videtur renunciasse, & per consequens amittit ius, iuxta
decis. Rot. factam de anno 1567. coram Seraphino, de
qua dictum est lib. 1. q. 3.

Et hæc, quæ diximus, procedunt in resignatione
quæ fit in manibus summi Pontificis coram quo po-
test fieri renunciatio etiam in fauorem. Si autem quis
22 renunciaret beneficio vnito † coram Ordinario, teneo
subintrare vnionem, & per consequens Ordinarium
non posse illud beneficium conferre: namque vnio sor-
23 titur effectum per † cessum vel decessum: & sic in casu
mortis & renunciationis simplicis. Put. d. decis. 357.
lib. 1. Cassad. decis. 3. de renun. Card. S. Crucis decis.
71. Pelegr. decis. 52. lib. 3. & communiter Doctores.

24 Ita etiam expectatiua † capit beneficium vacans per
resignationem factam in manibus Ordinarij etiam in
mense Apostolico. Collecta. in cap. pro illorum. col. 1.
vers. sed quid. de præben. Idem Collect. cap. 1. col. 8.
in fin. vers. sed quid de regul. iur. & ita seruari attesta-
tur Æneas de Falconib. de expectat. quæst. 2. principali.
num. 31. & ita fuit resolutum in Rot. in vna Colum-
briens. Canonicatus & præbend. die 27. Februarij 1541.
teste Put. decis. 273. libr. 1. vbi dicit de hoc extare de-
cisionem antiquam decisio 135 Mohedan. decisio. 132.
sub tit. de præbend. incipit ei fuit resolutum ne in ma-
25 nuscript. namque † expectatiua capit omnem modum
26 vacationis, exceptis casibus in illa contentis. Et illi †
casus firmant regulam in contrarium in casibus non ex-
ceptis, l. quæsitum. §. deniquè. ff. de fund. instruc. cap.
2. de coniug. lepros. venit enim omnis modus vacandi.
gloss. in cap. cupientes. in princip. de elect. in 6. Franc.
& alij in cap. susceptum. de rescript. lib. 6. Lapus alleg.
6. colu 2. cum aliis, vt per Felin. in cap. in nostra. num.
47. de rescrip. Ioan. Selu. de benef. p. 3. q. 13. num. 69.
Rebuff. in praxi tit. pars tertia signaturæ in versic. alia
clausula, num. 2. & in tit. requisita ad collationem bo-
nam numero [illegible]. & 49.

Idemque erit dicendum in renunciatione simplici
facta coram summo Pontifice, vt tunc † subintret vnio, 27
quia eadem ratio viget, verum si summus Pontifex con-
ferat ad alicuius instantiam, & deroget vnioni, valida
est collatio, alias est subreptitia, per supradicta.

Et in hac materia scias, quod si alicui fuit resigna-
tum beneficium, resignatarius consequitur illud bene-
ficium resignatum, & quæ † illi beneficio sunt vnita; 28
vt fuit resolutum in Rota. in vna Abulens. Deferentin.
die 15. Martij 1543. coram Put. teste eod. decis. 442.
lib. 1. & facit text. Concilij Trident. cap. 9. sess. 25. de
reform. §. insuper.

Lib. 2. q. 9. n. 16. Ibi nisi expressè exprimat.

ATtamen his in fauorem resignatariorum obtinuimus commendas Prioratuum vniendorum quam primùm, illis (scilicet commendis) per cessum aut decessum, vel aliam quamlibet Prioratus huiusmodi obtinentium dimissionem cessantibus, dictos Prioratus vacare contingeret, etiam non facta expressa vnionis narratiua. Etenim, cùm si vnio ipsa apertè narraretur, easdem nobis denegari vereremur, vt partibus morem gereremus, & nobis quoquè ipsis in aliquo consuleremus, omissa huiusmodi narratione, post clausulam, etiamsi deuolutum, vnitum addi; ac paulò infrà nempè immediatè post verba non obstantibus) hæc, vnionibus ac, etiam apponi curauimus; resque sic nobis semper, Deo propitio, ex voto successit. Sed de his videndus Caccialupus in tractatu de vnionibus art. 9. q. 5.

Eadem q. 9. n. 14. & n. 15. Si autem non fuerit facta mentio vnionis resignatio non tenet quia gratia est subreptitia.

¶ SVstinetur tamen apud nos, quia per resignationē in fauorem non vacat beneficium, nisi ad effectū vt resignatario conferatur, & vnio fit, vt habeat locum per cessum, vel decessum; quæ verba non capiunt resignationem in fauorem, vt obseruat Auctor: quin imò si beneficium vacat per crimen, irregularitatem, aut aliàs de iure tantum, non subintrat vnio ex tali vacatione, sed deuolutarius ex hoc capite, non autem dignitas, cui facta est vnio, in possessione beneficij manutenebitur, prout nuper contingit de Prioratu seculari simplici beatæ Mariæ de Marbalz Tholosanæ diœcesis, qui Senatusconsulto Parisiensi, deiecto ob confidentiam possessore, cuidam lafont deuolutario (non autem Elemosinario Ecclesiæ sancti Pontij Thomeriarum, cuius officio per bullam reductionis in secularem statum memoratæ Ecclesiæ vacatione adueniente dignoscebatur vnitus, quantumuis id expostulanti) fuit adiudicatus.

QVÆSTIO X.

An beneficia super quibus concessa sunt expectatiuæ a Sede Apostolica possint resignari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia super quibus concessa sunt expectatiuæ, non possunt resignari in fauorem.*
2 *Beneficia huiusmodi non possunt permutari.*
3 *Expectantes non debent eludi.*
4 *Expectatiuæ hodie sunt prohibitæ.*
5 *Cessio huiusmodi beneficiorum cum derogatione est valida.*
6 *Per renunciationem simplicem expectans consequitur beneficium.*

DEcimò quæro, An beneficia † super quibus concessæ sunt expectatiuæ à sede Apostolica, possint resignari in fauorem alicuius. Communis opinio est negatiua; quam tenent collecta. in cap. 1

licet sub num. 84. vers. aduerte. de rer. perm. lib. 6.
tùm quia Papa ex certa scientia confert, vndè non po-
terit reuocare illud beneficium, iuxtà not. per Inno. in
cap. Nisi. de præbend. Doct. in cap. cum inter. de elect.
9 tùm † etiam quia quæ à superiore dantur, per inferio-
rem tolli non possunt. cap. 1. vbi Inn. Abb. Dec. Bero.
& communiter: de conf. vtil. vel inutil.

Accedit quia talia resignatio redderetur elusoria, vn-
de verisimilis mens summi Pontificis est velle, vt illud
10 beneficium sit perpetuum, † quæ attendenda erit. Bal.
cons. 180. lib. 3. Oldrad. cons. 13. cum quæst. in fin.
Confirmatur, quia ex scientia Papæ ille efficitur obe-
11 dientiarius ipsius Papæ, & inferior non potest infirmare
sententiam latam per Papam. cap. 2. de confirm. vtil.
vel inutil. & hanc opinionem tenet Bellam. de permuta-
tione benef. p. 3. q. 6. & est communis, & vera sententia.

Lib 2. q. 11. n. 1. Ibi, An beneficia manualia.

MAnualia seu si mauis manuaria beneficia dicuntur, quibus præfecti, ad Abbatis vel Prioris nutum amoueri possunt. Isthæc autem beneficia non solum secularia sed etiam regularia existunt. Nusquàm tamen (saltèm quoad collationem) perpetua. Nisi in casibus per Nicolaum de Milis in suo repertorio relatis in verbo, beneficia manualia licet per Papam Et in verbo beneficium Manuale: Ac in verbo, religiosus non potest consentire. Quod autem de amotione diximus, intellige. si iusta id agendi sit causa. Excipitur tamen si præfectio, apostolica auctoritate & ex certa scientia sit confirmata. Vt per Mandosium in praxi signaturæ gratiæ. tit. Confirmationes. Versic: Confirmatio aliquando. fol. 40. verso. In impressis Venetiis de Anno 1581. Videndus insuper Gregorius partitionum iuris Canonici lib. 1. tit. 27. cap 6. num. 6. cum annotatione sub litera N Et Hieronymus Gunzalez super regula 8. Cancellariæ, de mensibus & alternatiua Episcoporum. glosa. 55. §. 6.

Eadem. quæst. num. 6. Ibi, Quia hodie dantur in perpetuum.

REbuffus tamèn in tractatu de pacificis possessoribus n. 274. scribit, Abbatem sancti Sulpitij, apud Bituricenses, triennalem esse, singulisquè triennis eligi. Atque (vt etiam Petrus Gregorius refert) in comitiis Aurelianensibus art. 3. placuit, vt posthàc Abbatissæ & Priorissæ essent adueniente vacatione, triennales ea Vestalium seu Monialium electione. Quod & in Abbatissis & aliis Monasteriorum Monialium in Italia consistentium, locum habere, scribit Parisius infrà, lib. 3. q. 12. num. 24. Carondas tamen, Constitutionem Aurelianensem non obseruari, ait lib. 1. cap. 9. fol. 82. pandectarum iuris Gallici.

Eadem q. 11. num. 5. Dicta beneficia possunt esse perpetua, attentò quod Prælatus forsan non reuocabit.

¶ IMò beneficia manualia regularia sunt verè, & ex se perpetua, nec talia esse desinunt per remotionem obedientiarij, vt admonet Ægid. decis. 701. & elicitur ex Clem. vnica §. præmissa verò de suppl. neglig. Prælat. in quantum manualitas ibi restringitur ad simplicem reuocationem Religiosi de beneficio ad Claustrum: qualitas enim manualitatis stat in ipsa obedientia, non autem in natura beneficij; secus est de manualibus beneficiis secularibus, nam in istis, vis manualitatis consistit in ipsa beneficij substantia, et ex fundatione insita, vt sit ad nutum amouibile, quę dispositio, vbi per superiorem approbata est, seruari debet, vt ex l. traditionibus. ff. de pactis. & l. legem cod idem firmat Mandos. ad Regul. de annali q. 1. num. 2. An autem remotio possit fieri sine causa? In secularibus seruanda est voluntas fundatoris, vt dictũ est, in regularibus potest fieri cum oportuerit, text. in dicta clem vnic. cap. cum ad monasterium. §. tales autem, de stat. Monach. & sic cum causa, quæ quadruplex est, videlicet si obedientiarius præuaricator, & contemptor sui ordinis fuerit: si circa suum officium negligens, aut remissior sit, gloss. in dict. cap. cum ad monasterium in verbo negligens: si dilapidator cap vlt. de accusat. glos. in cap. 1. in fine, in verb. deferre crucem. vt lite pend. Et denique si incontinenter viuat, text. in dict. cap. cum ad monasterium. Plura de manualibus vide apud Lotter. de re benef. lib. 1. q. 33.

QVÆSTIO XII.

An beneficia patrimonialia possint resignari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia patrimonialia possunt resignari.*
2 *Beneficia patrimonialia debent renunciari in fauorem filiorum patrimonialium.*
3 *Beneficia patrimonialia quæ sint.*
4 *De beneficiis patrimonialibus iudicatur, vt de aliis.*
5 *Indulta Cardinalium capiunt beneficia patrimonialia.*
6 *Regula de mense, comprehendit patrimonialia.*

DVodecimò quæro, An beneficia patrimonialia
possint resignari? communis opinio est affirma-
tiua, † posse resignari etiam in fauorem; dum- 1
modò fiat in fauorem filiorum † patrimonialium, & 2
illis conferantur. ita Mandos. de Infir. resign. q. 15. 0.
8. vers. 1. & num. 13. & in seq. numeris explicat quæ † 3
sint ista beneficia, prout sumuntur in Ciuitate Burgens.
Calagurritan. & Palen. & aliis Hispaniæ. Et † regulare 4
est, vt de huiusmodi beneficis, iudicetur sicut de aliis;
hinc † indulta Cardinalium capiunt patrimonialia. Put. 5
decis. 163. lib. 3. Caputaquen. decisiò. 66. lib. 1. & dec.
89. lib. 2. Hinc etiam regula de mense, † comprehendit 6
patrimonialia. vt fuit resolutum in Rota in vna Cala-
guritana beneficij die veneris 30. Martij 1590. Coram
R. P. D. Orano Auditore Rotæ Doctissimo.

Lib. 2. q. 12. Ibi, Beneficia patrimonialia,

QVænam sint, & vnde originem sumpserint ista patrimonialia beneficia: & qui dicantur filij patrimoniales, meliùs forsan quàm alibi repertes annotatum apud Quintilianum Mandosium in suis ad regulam 19. reseruationum Commentariis q. 15. numeris 4. 16. & 17. Vt scilicet illa sint, quæ ex concessione Apostolica vel statutis seu Synodalibus constitutionibus, debent natis seu degentibus in certo loco, necessariò conferri, filij autem patrimoniales illi dicantur qui ex loco ipso nati sunt. Et sic naturales, quasi in tali loco nati. Quanquam inter hos duos, (patrimoniales scilicet & naturales filios) aliquid discriminis esse, idem Mandosius citata q. 15. n. 0. scribit. Cur etiam patrimonialia dicantur videndus Parisius infrà lib. 12. q. 3. n. 12. Verùm enimuerò miramur nos quòd idem Parisius dicat, huiusmodi beneficia patrimonialia posse resignari in fauorem tertij cùm nec ipse, nec prædictus Mandosius, quinimo nec Gomesius, vllam de similibus beneficiis resignationem in facti contingentia referant. Sed intellige tertium, hoc est, qui non sit etiam filius patrimonialis. Nam in fauorem filij patrimonialis valet vtique facta resignatio. vt tradit Gonzalez super regula Cancellariæ Apostolicæ de mensibus & alternatiua Episcoporum glosa 9. §. 1. n. 45. Nec est silentio prætereundum quod Nauarrus par. 1. tit. du parrochus & alienis parrochianis consil. 1. notat, de mente statuentium vt beneficium, aliquod debeatur nato in aliquo loco, non videri esse, excludere illum, qui fuerit natus extrà illum locum, eo quod mater eius peperisset eum alibi, quo iuisset causa recreationis, pestis, belli, vel alterius impedimenti, cum animo reuertendi cessante impedimento.

Ead. q. 12. nu. 2. Dummodo resignatio fiat in fauorem filiorum Patrimonialium,

¶ SEd quid si fiat ad fauorem exteri? Resignatio erit nulla, & filius patrimonialis à Papa imò apud nos, quicquid alij dicant, ab ipso Ordinario collatore impetrabit, & excludet non tantùm resignatarium, sed etiam ipsum resignantem regredi volentem, si scienter re-

Google

Lib. 2. q. 14. n. 9. ibi, Extendo ad præceptorias.

PLures equidem antehàc obtinuimus signaturas Apostolicas super prouisionibus & commendis diuersarum Præceptoriarum tam Hospitalis sancti Ioannis Hierosolimitani, quam Hospitalis sancti Spiritus de Saxia in Vrbe, Ordinis sancti Augustini, etiam per resignationem & commendæ cessionem vacantium. Hoc nos vno lætamur, quòd literarum, nedùm felicis recordationis Pauli Papæ Quarti, sed & quamplurimorum aliorum eius prædecessorum Romanorum Pontificum (confirmationem omnium & singulorum priuilegiorum facultatum & indultorum, quæ hactenùs vltimò dicto Hospitali per diuersos Romanos Pontifices concessa fuerunt, continentium) impressum transsumptum, à vita functis Reuerendo Hieronimo Melchiorio Episcopo Maceratensi, Cameræ Apostolicæ clerico, (& de illius mandato) à Nicolao Iacleti clerico Virdunensis Diœcesis, in Archiuio Romanæ Curiæ descripto Notario, sub anno à Natiuitate Domini 1556. die verò 29. Mensis Octobris Pontificatus eiusdem Papæ Pauli Anno secundo subscriptum, (sicque fidem faciens) in nostris aduersariis extat.

Eadem q. 14. num. 10. Nam comprehenduntur sub beneficiis.

¶ NEgat Lotterius de re benef. lib. 1. q. 6. num. 52. huiusmodi præceptorias militares esse propriè beneficia Ecclesiastica quia ex eo quòd non conferuntur clericis quibus tamen de iure beneficia conferri debent, cap. cū adeo de Rescript. sed militibus quātumuis religiosis, nec dantur in titulum benefi ij propter diuinum officium vt dantur beneficia, cap. vltimo eod. tit. sed in simplicem administrationem propter operas militares, & quasi in stipendium, deficit in illis causa formalis & materialis beneficij, quod verum putamus.

QVÆSTIO XV.

Pensio an possit resignari, seu transferri; & an sit beneneficium.

SVMMARIVM.

1 *Pensio est Ecclesiasticum beneficium contra num. 11.*
2 *Dictio alia, est implicatiua similium.*
3 *Pensio succedit loco beneficij.*
4 *Subrogatus sapit, &c.*
5 *In impetratione est facienda mentio de pensione.*
6 *Dispositio cap. Mandatum. de rescript. habet locum in pensione.*
7 *Pensiones non possunt resignari.*
8 *Pensiones transferuntur.*
9 *Pensiones possunt permutari.*
10 *Pensio est onus temporale.*
11 *Pensio non est Ecclesiasticum beneficium.*
12 *Mandatum de beneficio non comprehendit pensionem.*
13 *Regula de infirmis. non comprehendit transferentes pensiones in articulo mortis.*
14 *Pensio potest transferri in articulo mortis.*
15 *Cap. 6, sess. 23. Conc. Trid. de reform. non comprehendit pensionarium.*
16 *Pensionarius non tenetur residere.*
17 *Pensio non facit incompatibilitatem cum beneficio curato.*
18 *Pensionarius non obligatur ad officium magnum.*
19 *Pensionarius tenetur recitare officium B. Mariæ.*
20 *Pensio laico potest assignari.*
21 *Dictio alius, quandoque est repetitiua similium.*
22 *Regula vulgaris de subrogatione procedit, cum adsunt eadem qualitates.*
23 *Pensionarius non est titulatus.*
24 *Pensionarius non venit appellatione beneficiarij.*
25 *Pensio potest causari tacitè, & expressè.*

DEcimoquintò quæro, An pensiones quæ dantur
in titulum super beneficiis possint resignari?
Videtur quod sic: quia † pensio est Ecclesiasti- 1
cum beneficium. vt tenuit And. Barbat. in cap. Ad au-
dientiam. 2. de rescrip. tum quia d. cap. Ad audientiam,
inquit, pensiones seu alia beneficia & tamen dictio
alia, † est implicatiua similium. Bar. in l. sed & repro- 2
bari, ff. de excusa. tutor. Bald. in auth. ex testamento.
C. de collat. tum etiam quia pensio † succedit loco be- 3
neficij. Gig. de pens. qu. 56. & subrogatus sapit † na- 4
turam eius in cuius locum subrogatur. §. fuerat, instit.
de act. vbi Gomes. plura congerit Mars. sing. 255. Ti-
raquell. de legibus connubialib. gl. 5. num. 190. cum
seq. Hinc † sicut de beneficio in impetratione facienda 5
est mentio, ita de pensione, alias est subreptitia impe-
tratio. Soc. sen. consil. 260. col. 1. lib. 2. Ber in cap.
super literis. num. 72. de rescr. Crescen. decis. 237. in
manusc. Menoch. de arbit. iud. cas. 201.
Hinc dispositio † cap. Mandatum. de resc. loquens 6
de beneficiis habet locum in pensione, vt ibi tenet Imo.
in princip. Barbat. num. 15. & tenuit Rot. teste Sam. de
infirm. resign. q. 16. in princ.
His tamen non obstantibus, contraria opinio est
verior, & communis, quòd scilicet pensiones † non 7
possunt resignari in fauorem. vt in specie tenet Samen.
de infirm. resig. quæst. 16. colum. 2. in princip. quem
ibi sequitur Mandos. col. 1. vers. regula. in q. 11. Sed
de licentia transferri † vt prædicti dicunt, & commu- 8
niter alij. Hinc non possunt permutari, † vt tenuit Petr. 9
de Perus. in tractat. de permutat. benefic. in 1. par. q.
9. Gammar. in cap. licet num. 87. de permut. benefic.
in 6. namque † pensio non est perpetua vt beneficium, 10
sed onus temporale. Put. dec. 202. num. 3. lib. 3.
Et pensio † non sapit titulum beneficialem, vt dicit 11
Gammar. loco citato, nec est beneficium Ecclesiasti-
cum. Abb. in cap. Ad audientiam 2. de rescrips. & ibi
Fel. ac alij scriben. Anch. Geminian. Franc. & alij om-
nes in cap. quamuis. de præb. lib. 6. Staphil. de grat.
expectat. verb. forma. 9. num. 12. Samen. in eo tractat.
verb. gratias. num. 92. Communis opinio, de qua atte-
stantur Io. Selu. in tractat. de benef. p. 1. qu. 3. num. 10.
Hoied. de incompatib. benefic. in præfat. num. 3. & 2.
part. cap. 7. num. 4.
Hinc si mandatur alicui prouidere de beneficio vigo-
re dicti mandati, † de pensione prouidere non potest. 12
cap. quamuis. c. 1. de præbendis, lib. 6.
Hinc regula † de infirm. resignant. non comprehen- 13
dit transferentes pensiones in articulo mortis. prout
fuit decisum in Rot. tempore Leon. X. teste Samen. in
citat. qu. 16. & de anno 1541. tempore Pauli III. ac die
13. Maij 1542. coram Thoma de Tanis in vna Gadic.
prout attestatur Samen. in quibusdam addit. manusc. ad
comment. super regul. Cancel. de infirm. resig. quæst.
16. Mandos. dict. qu. 11. in fin. nam nulla lex prohibet
huiusmodi translationes pensionis posse fieri in articulo
mortis, imo pensio potest † transferri in articulo 14
mortis, etiam quòd in concessione simpliciter detur
facultas transferendi. vt aliàs fuit sententiatum teste
Put. decis. 138. lib. 1.
Hinc die 19. Iunij 1586. sacra congregatio Concilij
censuit † cap. 6. sess. 23. de reform. Conc. Trident. non 15
comprehendere quoad priuilegium fori eum, cui fuit
reseruata pensio super fructibus alicuius beneficij.
Hinc pensionarius † ratione huiusmodi pensionis 16
non tenetur ad aliquam residentiam. Archidia. in capit.
quamuis. 1. num. 2. vers. prouideri. de præbend. lib. 6.
gloss. Ioann. Andr. in verb. in pensione. Franc. in 2.
not. Anchar. num. 2. vers. 3. collige. Geminian. in fin.
verb. eo. cap. quamuis. Card. in cap. vlt. q. 11. de cler.
non resid. Io. de Anan. in cap. non satis: col. 2. de Si-
mon. Sarn. de ann. q. 21. Hiero. Paul Rom. Io. Sel. quos
refert. & sequitur Gig. de pens. q. 31. num. 4. & com-
muniter Doctores.
Hinc pensio non facit † incompatibilitatem cum alio 17

Digitized by Google

beneficio curato, vel requirenti residentiam. Imol. in clemen. gratiæ. num. 10. de rescript. Gig. de pens. quæst. 42. Duen. in Regul. 71. in 5. limitat. Benedict. Cap. tractat. regul. 90. num. 92. communis, vt per multa resoluit Alfons. Hoied. de incompat. benefic. p. 2. cap. 7. in princ.

18 Hinc pensionarius † non obligatur ad officium magnum. Gig. de pens. q. 30. num. 2. Domin. Soc. lib. 10.
19 de iust. & iur. q. 5. art. 3. licet ad officium † beatæ Mariæ Virginis ea præcepto Pij V. Pont. Max.

20 Hinc etiam † pensio Laico potest assignari. Card. in clem. 2. qu. 9. de off. ordin. Caccialup. de pensio. quæ. 12. num. 2. Gig. in eo. tract. q. 21. per totum. Petr. And. Gamm. de auct. leg. à lat. lib. 6. titu. de pens. num. 246. Redoan. de spol. Ecclesiastico, qu. 8. §. ad maiorem. num. 26. Rebuff. de pacif. poss. num. 151. Card. Paleott. in tractat. de not. & spu. cap. 58. num. 4. & communiter doctores.

Non obstant in contrarium allegata, námque doctrina Barbat. in dict. cap. Ad audientiam. communiter est reprobata, nec eius rationes concludunt, nam quatenus attinet ad ponderationem subtilem d. cap. ad audientiam super dictione, *alia*, respondetur, quòd quan-
21 doque dictio † *alius*, *alia*, *aliud*, est repetitiua dissimilium, *vt in Euangelio cap. 19.* Io. Crucifixus est Christus, & alij duo latrones. tradit latè Felin. in cap. sedes, de rescr. & in cap. cum non ab homine. de iud. & in cap. veniens. in fin. de Simon. Soc. cons. 300. causa. versic. 3. principaliter in prin. lib. 2.

Ad illud verò quod dicit de subrogatione respondetur illam communem, & vulgarem conclusionem non
22 procedere, quotiès in subrogato † non sunt eædem qualitates & conditiones quæ in principali. Barto. in l. 1. §. vlt. C. de præpos. agen. in reb. lib. 12. Bald. in l. Parabolani. C. de Episc. & cleric. Aret. in l. nemo. col. 2. in fin. ff. de duob. reis. cum alijs, vt per Ias. & Sarn. in §. fuerat. inst. de actio. sed pensio diuersas habet qualitates à beneficio. Et in casu de quo agitur, quia benefi-
23 ciatus est titulatus, pensionarius verò † non; vt est communis opinio, de qua supra. Ideò appellatione be-
24 neficiarij non venit † pensionarius. Bursat. cons. 351. n. 27. Nec obstat esse faciendam mentionem, &c. cum & mentio fiat de alijs: & tamen non omnia de quibus fit mentio, sunt beneficia: vt est communis, & latè resoluunt Io. Selu. d. q. 3. par. 1. de benef. Alfons. Hoied. d. cap. 7. par. 2. de incompat. benef. num. 16.

25 Potest tamen † habens pensionem, illam non exigere & sic renunciare tacitè hoc modo in fauorem illius, à quo soluenda est, vt est communis opinio omnium Doctorum: vel expressè illam cessare, vt dicetur latè suo loco.

Lib. 2. quæst. 15. num. 17. Ibi, Hinc pensio non facit incompatibilitatem.

Hoc verum est in sæcularibus; nisi in vno casu, quando videlicet, pensio & beneficium sub vno & eodem tecto existunt. Tunc enim vt quis vtrumque simul obtinere licitè possit, Apostolica dispensatione opus erit. Sed quoad Regulares (quibus pensio, licet minima, cedit loco beneficij, vt tenet Probus in additionibus ad Ioannem Monachum, ad cap. nemo deinceps num. 31. versic. ex præmissis. circa medium. & ad glosam pragmaticæ sanctionis § item quòd vniuersitates in verbo beneficiorum. addit. 2. de collat.) pensio ipsa indistinctè facit incompatibilitatem cum quouis & quantumuis simplici beneficio Ecclesiastico; vt ipsa praxis docet.

Eadem q. 15. num. 22. Pensio diuersas habet qualitates à beneficio.

¶ Plures aliæ vltra relatas hic à Flaminio inter beneficium & pensionem differentiæ dignoscuntur; videlicet illud esse spirituale, gloss. in summa. 21. q. 1. Hanc merè temporalem, Abbas in cap. ad audientiam, 2 de rescriptis nec quidem rei spirituali annexam, vt suo loco dicemus; illud per contractum matrimonij amitti, c. 3. e. diuersis, de cleric. coniugat. istam minimè, Cardin. in clem. 1. §. eadem. de suppl. negl. prælat. nisi agatur de pensione clerico assignata loco beneficij, vt ex causa cessionis, aut resignationis, Gigas de pensionib. q. 54: illud sine auctoritate superioris non posse renunciari, cap. admonet de renunc. hanc sola voluntate dimitti posse, gloss. in cap. Agatosa 27. q. 2. & ipse Auctor in fine quæstionis, modo non interueneriit pecunia, vt infra dicemus; Illud in impetratione gratiosa alterius beneficij esse exprimendum, cap. si proponente de rescript. hanc vero nequaquam, saltem apud nos, cum non sit beneficium, cap. quamuis. de præb. in 6. quicquid sit alibi, ex regula cancellariæ 61. Gomes. ad regul. de infir. resig. q. 16. & hic Auctor, num. 24. Illud ab inferioribus; hanc à solo Papa concedi, Rebuff. de pacif. poss. num. 105. Illud perpetuum; hanc verò temporalem, ad vitam scilicet pensionarij, Doctores in dicto cap. ad audientiam: nisi ius illam transferendi Papa concessisset quod apud nos non obtinet.

QVÆSTIO XVI.

An beneficia, reseruata possint resignari, & quæ beneficia sint reseruata, diffuse panitur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia reseruata possunt resignari.*
2 *Beneficia reseruata possunt renunciari coram ordinario.*
3 *Ordinarij non possunt conferre beneficia resignata coram ipsis.*
4 *Beneficia reseruata non possunt permutari.*
5 *Ordinarius potest percipere renunciationem Beneficij litigiosi, non tamen illud conferre.*
6 *Ordinarius non potest vnire beneficia reseruata.*
7 *Papa solus confert beneficia reseruata.*
8 *Collatio beneficij reseruati facta per inferiorem est nulla.*
9 *Per reseruationem ligantur manus ordinarij.*
10 *Reseruatio inficit titulum, & possessionem.*
11 *Renunciatio beneficij reseruati, facta coram ordinario inducit veram vacationem.*
12 *Agenti obstat exceptio renunciationis.*
13 *Exemptus non potest renunciare beneficijs reseruatis coram ordinaria.*
14 *Per nouam prouisionem ratificatur resignatio, & collatio nulla.*
15 *Inno. Octauus reuocauit licentias resignandi beneficia reseruata.*
16 *Reseruatio est duplex, generalis, & specialis.*
17 *Speciales reseruationes abierunt ab vsu.*
18 *Beneficia vacantia in vrbe, sunt reseruata.*
19 *Papa est Episcopus Vrbis Romæ.*
20 *Beneficia exemptorum sunt reseruata.*
21 *Beneficia deuoluta sunt reseruata.*
22 *Beneficia quæ vacant per incompatibilitatem sunt reseruata.*
23 *Beneficia promotorum sunt reseruata.*
24 *Reseruatio inducta per constitutionem summi Pontif. est generalis.*
25 *Beneficia collectorum, officialium, & familiarium sunt reseruata.*
26 *Beneficia collectorum sunt reseruata, quamuis non exercuerint officium.*
27 *Beneficia vacantia per priuationem sunt reseruata.*
28 *Beneficia committentium confidentiam sunt reseruata.*
29 *Beneficia vacantia propter crimen hæresis, sunt reseruata.*
30 *Beneficia omnia vacantia sede Episcopali vacante, sunt reseruata.*
31 *Beneficia collata personis prohibitis sunt reseruata.*
32 *Beneficia parochialia collata non seruata forma cap. 18. sess. 24. Concil. Trid. de reform. sunt reseruata.*
33 *Beneficia vacantia in Abbatia S. Crucis diœces. Eugubin. sunt reseruata.*
34 *Gregor. XIII. erexit plura collegia in vrbe & extra.*

35 *Beneficia*

35 *Beneficia familiarium Papæ sunt reseruata.*
36 *Qui dicantur familiares, & continui commensales.*
37 *Conclauistæ sunt familiares.*
38 *Milites Lauretani sunt familiares.*
39 *Alfonsus Gueuara Vicecamerarius laudatur.*
40 *Commissarius Cameræ, est familiaris.*
41 *Thesaurarius Datariæ, est etiam familiaris.*
42 *Auditor Causarum confidentiarum, est familiaris*
43 *Cardinales sunt familiares, non tamen continui commensales.*

DEcimosextò quæro, An beneficia reseruata
possint resignari? communis opinio est affir-
1 matiua, † quam tenuit Rot. dec. 10. de renun.
in ant. & Dec. 4. de renun. in nou. Lap. in addit ad Fe-
der. de Sen. in tract. permut. qu. 36. n. 62. Bellam. in
eo. tract. p. 3. q. 1. & q. 2. Lancelott. de attent. p. 1.
cap. 3. num. 144. & alij Doctor. communiter inferius
citandi etiam in fauorem: vt tenent Doctores præ-
dicti.

Et hæc conclusio procedit, tam si resignatio fiat co-
ram summo Pontifice, quàm etiam si fiat coram Ordi-
2 narijs, nam licet reseruatio † afficiat beneficium quoad
potestatem conferendi, non tamen afficit illud quoad
potestatem renunciandi. hanc rationem habes in decis.
3 4. per Bisignet. de renunc. dummodo † ordinarij non
conferant beneficia reseruata resignata coram ipsis. ita
Lap. loco cit. Rot. d. decis. 4. de renunc. in nou. Rot.
decis. 4. de renunc. per Bisignett. Cassad. decis. 8. num.
9. de præbend. Petr. Greg. Sintag. iur. li. 17. cap. 17.
Gabr. cons. 189. num. 6. lib. 1. Caputaq. decis. 45. part.
1. in impressis, & decis. 357. lib. 1. in manuscr. Robert.
Lancellott. in tract. de atten. p. 1. cap. 3. nu. 145. vbi
alios ad hoc citat, & refert ita fuisse decisum in vna
Caurien. Archidiaconatus coram Verallo die 20. Maij
1562. & ità fuit dictum coram R. P. D. Lancellotto,
nùnc Illustrissimo ac amplissimo Card. in vna Albiga-
nen. Canonicatus de mense Iunij. 1579. vt habetur in
quodam lib. decis. 513. in manuscript.

Hinc reseruatio † impedit permutationes coram
4 Ordinarijs, nam si possent admittere permutationes,
deberent conferre permutantibus. cap. 1. vbi commu-
niter Doctor, de rerum permut. lib. 6. Ideò prohiben-
tur admittere. Cald. cons. 3. de rerum permut. Ioan.
de Lignan. & Imol. in clem. 1. eod. tit. Fed. de Sen. in
tract. de perm. benef. & Petr. de Perus. in simuli tra-
ctat. in 3. par quæst. 1. & communiter Doctores prout
de communi attestatur Petr. Andr. Gammar. in d. cap.
1. nu. 38. de rerum permut. lib. 6. quamuis ipse teneat
contrarium, & fuit decisum in Rota die 17. Aprilis 1545.
in vna Illarden. coram Io. Paulo. teste Put. dec. 262.
lib. 2. in princ.

Hinc beneficiorum litigiosorum resignationem ad-
5 mittere potest † ordinarius; non tamen illa conferre.
Bonifac. de vital. in clem. 1. q. 4. num. 54. vt lit. pend.
Philip. Franc. in cap. non potest. §. vlt. de præb. in 6.
Mohedan. decis. 178. vacante. Ant. August. decis. 781.
lib. 3. Lancelott. loco cit. & communiter Doct. vt dixi
suprà eodem lib. quæst. 3.

6 Hinc beneficium † reseruatum non potest vniri per
ordinarium. Cald. cons. vlt. de rebus Ecclesiæ non
alien. Lap. alleg. 27. Fel. in cap. postulasti. num. 7. de
rescri. Paris. cons. 114. per totum. vol. 4.

7 Ratio est, quia † collatio beneficiorum reseruatorum
spectat ad solum Papam. Rot. decis. 30. de præbend. in
nou. & decis. 1. de rer. perm. decis. 3. de off. legat
eod. lib. Æneas de Falc. in tract. de reseruat. in prin.
Archi. in cap. cum instantia de cens. Gam. de auct. leg.
libr. 3. num. 117. Bellam. dec. 549. & communiter
8 Doctor. adeò vt omnis † dispositio inferiorum circa
reseruata sit nulla. can. nomen. 2. q. 1. can. dudum. &
can. multum stupeo. 3. qu. 6. cap. vt nostrum. & ibi
not. de appel. bonus text. in cap. si eo tempore, de elect.
lib. 6. & habemus extrauagan. execrabilis, & extra-
uag. Bened. XII. quæ incipit, dudum. Ideò Nicolaus V.
per suam constitutionem primam incipientem, ad sa-
cram Petri sedem. & Clem. VII. in constitut. 46. quæ
incipit, Admonet. anno 1534. & Greg. XIII. in constit.
42. incipien. quæ in Ecclesia Dei. anno. 1576. annullant
collationes factas de beneficijs reseruatis, † & per re- 9
seruationem ligantur manus ordinarij. Ioann. And. in
cap. si eo tempore. de elect. lib. 6. & est communis opi-
nio.

Hinc decretum Papæ † in reseruationibus non solùm 10
afficit, & inficit titulum, sed etiam possessionem, Rot.
decis. 3. de restit. spol. in nou. & alij omnes.

Et huiusmodi renunciatio beneficij reseruati facta
coram ordinario † inducit veram vacationem, cùm re-
nuncians amittat proprietatem ac omnem possessio- 11
nem: vt fuit tentum in terminis, prout habetur in de-
cis. 4. de renunc. in nou. facit decis. 4. de renun. in
antiq. per Bisignet. Æneas de Falc in tract. reseru. in
3. effec. facit etiam decis. Rot. 5. de rer. perm. in nou.
Caputaq. decis. 45. nu. 2. p. 1.

Hinc agenti obstat † exceptio renunciationis. Rot. 12
d. decis. 4. in nou. Limita non procedere, † quoties 13
quis esset exemptus, & haberet beneficium reseruа-
tum, nam hoc casu iste non posset resignare coram Or-
dinario: renunciando tamen priuatur possessione: vt
fuit tentum & habetur in d. decis. 4. per Bisignett. nisi
obtinuerit nouam prouisionem, † nam per illam bene-
ficium acquiritur impetranti, & Papa videtur ratifica- 14
re resignationem. vt per Sarn in reg. de subrog. q. 19.
ita decisum fuit in vna Leodiens. canonicatus S. Marti-
ni, coram Put 12. Octob. 1551. teste Caputaquen. de-
cis. 45. par 1. nam ibi quidam renunciauerat beneficio
reseruato coram Ordinario, cum esset exemptus.

Innoc. VIII. in constitutione 13. incip. sicut bonus
pastor. datum Romæ apud sanctum Petrum anno in-
carnat 1491. quinto Calendas Octobris, Pontif. anno
8. prope finem, † reuocat omnes licentias resignandi 15
beneficia reseruata per hæc verba. *Reuocamus quoque
omnes & singulas licentias & facultates huiusmodi ob-
tentas à nobis, & à sede Apostolica ad beneficia compér-
mutantium, seu simpliciter in fauorem habentium facul-
tates huiusmodi resignantium, dispositioni Apostolicæ ge-
neraliter reseruata, vel ex generali reseruatione affecta,
& quoad illa nolumus eas de cætera cuiquam suffra-
gari, &c.*

Et hæc conclusio intelligenda est tàm de beneficijs
generali reseruatione reseruatis, quàm de beneficijs
speciali reseruatione reseruatis: Namque reseruatio
beneficiorum † est duplex, generalis & specialis: ge- 16
neralis est illa, quæ in vna oratione id est reseruatione
includit plures species, id est beneficia: specialis, in
qua reseruatur vnum beneficium. Bellam. cons. 34. sup-
posito statuto. vers. ad tertium. Cald. consil. 7. de re-
script. Gem. cons. 30 Bonif. col. 2. cum alijs allegatis
ab Ænea de Falc. in tract. de reser. benef. 2. q. prin.
col. 1. in fi. 1. part. Rebuff. in prax. de reseru. n. 1. & 5.
Et non ab re erit ponere aliqua exempla generalis re-
seruationis, † cum speciales reseruationes abierint ab 17
vsu, nam fuerunt sublatæ à Concilio. Trid. cap. 19.
vers. sed nec. sess. 24. de reform. & priùs a Conc. Late-
ran. 3. sess. 9. tom. 4. fol. 632.

Primum exemplum, † beneficia omnia vacantia in 18
vrbe sunt generaliter reseruata Pontifici. Rom. ca. 2.
de præben. in 6. vbi Io. Monac. Flo. Archid. Gemin.
communiter hoc notant, est etiam tex. in cap. præsen-
ti. eodem tit. & lib. tum ex ratione allata à Rebuff. in
prax. tit. forma vicar. n. 228. ne Ordinarij creent Vica-
rios in Vrbe, & auferant collationem Papæ: tum etiam
ex ratione allata ab Ænea de Falcon. d. q. 2. n. 9. quia
Papa est Episcopus † Vrbis Romæ, can. si quis Episco- 19
pus. 7. q. 1. & can. si quis Episcopus 2. q. 7. & hæc est
communis ratio.

Secundum exemplum est † in beneficijs exempto- 20
rum & immediatè subjectorum sedi Apostolicæ cap.
vlt. de renunc.

21 Tertium est exemplum † in beneficiis deuolutis cap. licet. de supplen. prælat. neglig. & hæc est propria reseruatio. Æneas de Falc. d. tract. de reseruat. benef. p. r. q. 4. prin. in 4. conclus. in 5. effectu.

Quartum exemplum est in illa, quæ fit per cap. dedito. de elect. in extrauag. omnibus. Io. 22. & in cap. ad regimen. de præben. & in extrauag. comm. Bened. XII.

22 Quintum exemplum † in eo qui habet curatum, & recipit aliud, namque primum vacat, vt ex communi dictum est sup. lib. 1. q. 1. ac est reseruatum. cap. execrabilis, §. quæ omnia, de præben. in extrauag. comm.

23 Sextò in beneficiis eorum † qui promouentur ad Episcopatum. Gomm. in tract. de auct. leg. li. 3. num. 125. & 126.

Septimò in beneficiis quæ reseruantur per regulas Cancellariæ. Mil. in verb. reseruatio 3. Gam. d. tracta. lib. 3. num. 125. cum sequen.

24 Quartum exemplum † est in reseruationibus inductis per particulares constitutiones diuersorum summorum Pontificum nam hæc etiam dicitur reseruatio generalis. Æneas de Falcon. dict. quæst. 2. princip. num. 13. versic. quintus casus.

Namque Nicolaus eius nomine V. per constit. suam incipien. ad sacram Petri sedem reseruauit quam plura beneficia Germaniæ, datum Romæ apud Sanctum Petrum anno 1447. Kalendis Aprilis Pontif. anno 1.

Paulus verò II. per constit. incip. ad Romani. datum Romæ apud Sanctum Marcum anno 1467. Pontif. anno.
25 3. reseruauit omnia † beneficia collectorum fructuum Cameræ Apostolicæ, officialium Romanæ Curiæ, & familiarium Cardinalium, Caputaquen. decis.
26 138. p. 1. idque procedit etiam † si collector non exercuerit officium, nam sufficit deputatio. Rot. decis. 10. in antiq. & decis. 17. in nou. de præbend. Caputaquen. decis. 140. par. 1. & est communis opinio.

27 Et beneficia vacantia † per priuationem, sunt reseruata ea constitutione Paul. III. incipit. sanctissimus. anno 1541. quæ est in ordine 67. Hieron. Paul. in pract. Cancell. fol. mihi 442.

28 Item omnia beneficia † recepta in confidentiam vacant ipso iure, & sunt reseruata sedi Apostolicæ per constitutionem 109. Pij IIII. incip. Romanum Pontificem. datum Romæ apud sanctum Petrum Pontificatus anno 5. & per constit. Pij V. 87. incip. Intolerabilis. datum Romæ apud S. Petrum Kalendis Iunij 1569. Pontif. ann. 4.

29 Ac omnia beneficia † vacantia propter crimen hæresis sunt reseruata sedi Apostolicæ, per constitutionem 29. Pij V. incip. cum ex Apostolatus 1567. anno 2. & per constitutionem 68. Greg. XIII. incip. in Ecclesiis.

30 Rursus omnia beneficia vacantia. † sede Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Primitiali vacante, sunt reseruata sedi Apostolicæ per constitutionem Pij V. incip. sanctissimus. anno 1567. Pontif. anno tertio.

31 Et omnia beneficia † collata personis prohibitis propter genus, aut hæresim, & à fide apostasiam, sunt reseruata. per Greg. XIII. in constit. 68. incip. in Ecclesiis anno 1580. Pontif. ann. 9.

32 Item beneficia † Parochialia collata non seruata forma cap. 18. sess. 24. de reform. sunt reseruata, vt statuit Pius V. in constit. 32. incip. in conferendis anno 1566. anno sui Pontif. secundo.

33 Ac omnia beneficia † vacantia in Abbatia S. Crucis ordinis Camaldul. Dioces. Eugubinæ sunt reseruata sedi Apostolicæ per constit. Gregorij XIII. 107. incip. vt Apostolica. anno 1578. Pontif. ann. 7. nam illa Abbatia fuit vnita Collegio Germanico, vt ex hoc sustentarentur tot nobiles Germani qui incumbunt literis in hac
34 alma Vrbe: namque inter alia egregia † facta Sanctæ memoriæ Gregorij XIII. illud ab omnibus laudatur, quòd erexerit tot collegia diuersarum nationum in Vrbe & extra ad fidei augmentum, & extirpandas hæreses.

Et tandem sunt reseruata omnia beneficia † familiarium Papæ. Iul. III. in constit. 44. incip. sanctissimus. anno 1553. Pontif. anno 4. 35

Et qui dicantur † familiares & continui commensales quoad hunc effectum, & ad alios regularum Cancellariæ, habemus in propriis terminis egregiam Constitutionem Pauli III. 68. incip. sanctissimus. vbi declarat & disponit Referendarios & alios officiales ex Palatio panem habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotæ, Accolitos, Scutiferos, Secretarios literarum Apostolicarum, scriptores, Cubicularios, ac milites sancti Petri, reliquosque officiales deseruientes & custodiam facientes in Palatio Rom. Pontificis pro tempore existentis, licet in eodem non habitauerint, & non habitent, nec forsan habitabunt, nec in tinello comederint, neque comedant, aut in futurum comedent, statuit inquam, hos esse veros familiares & reputari continuos commensales, ac si in Palatio hodie habitassent, & in Tinello verè & realiter comedissent. 36

Et Iul. III. in d. const. 24. declarauit esse veros familiares & continuos commensales quoad hunc & alios effectus, Prælatos ex Palatio Apostolico panem habentes ratione personæ suæ, & non alterius officij.

Conclauistæ † sunt familiares & continui commensales: per const. 32. Sixti V. incip. circumspecta ann. 1. 37

Milites Lauretani sunt familiares & continui † commensales per const. Sixti V. 35. postquam. Referendarij etiam nunc sunt familiares & continui commensales per const. 29. Sixti V. quemadmodum. 38

Vicecamerarius † est familiaris, & continuus commensalis, qui nunc est Illustrissimus ac Reuerendissimus D. Alfonsus Gueuara filius Ducis Bouini, vir omni virtutum genere præditus. 39

Commissarius † Cameræ est etiam familiaris & continuus commensalis per const. 44. Sixti V. ad excelsum. ann. 2. 40

Thesaurarius † Datariæ est familiaris & continuus commensalis: per const. 45. Sixti V. vt ingens. ann. 2. 41

Auditor † Cameræ confidentiarum est familiaris & continuus commensalis, per constit. Sixti V. Diuina Dei prouidentia, ann. 2. 42

Et tandem † Cardinales sunt familiares, non tamen continui commensales. Simonet. decis. 24. lib. 1. & decis. 17. lib. 2. Sam. decis. 10. libr. 1. & fuit resolutum in vna Salamantina. 43

Lib. 2. quæst. 16. n. 5. Ibi, Non tamen illa conferre.

NOs autem aliter apud Gallos obseruari, suprà, hoc eodem libro quæst. 3. ostendimus.

Eadem quæst. num. 14. Ibi, Nam per illam, beneficium acquiritur impetranti, & Papa videtur ratificare resignationem.

ET collationem in sè sequutam: sed hoc ità demùm sibi locum vendicat, si tertio nullum intereà ius quæsitum est. Hoc enim nusquam Summus Pontifex præiudicare voluisse, censendus est: cùm maximè, sua, de iure alteri quæsito non tollendo, Cancellariæ Apostolicæ regula, cui (teste Mandosio in praxi signaturæ gratiæ. tit. Derogationes regularum) rarò derogatur: contrarium expressè statuat.

Eadem quæst. num. 34. Ibi, Quòd erexerit tot collegia.

ADmonet Auctor, nos hoc loco annotare, Aliàs fœlicis recordationis Gregorium XIII. & Sixtum V. Pontifices maximos, (postquàm bonæ memoriæ Dominus Donatus de Closio literarū Apostolicarum de Maiori Parco Abbreuiator, ac vtriusque signaturæ Referendarius, necnon Reuerendissimi Vicecancellarij, (ando enim illius dùm Romæ

Digitized by Google

degeret, qualitates silentio præterire) assistens, cuius ipse & nepos & (ex quo substitutione locus fuit) hæres vniuersalis extitit, se positis aut venditis officiis, nonnullas Montis Pij portiones à diuersis eiusdem Montis creditoribus comparasset, Patriamque Bearnensem (ex qua & oppido de Busio Vallis Ossæ, Olorensis Diœcesis ortus fuerat) appulisset, paucisque abhinc annis ipsa patria bellorum ciuilium clade à religionis Catholicæ Apostolicæ & Romanæ aduersariis expulsus, Tholosam se recepisset: ac de Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto die verò sextadecima mensis Maij condito vltimo & solemni elugio, inter cætera in eodem contenta legata, sexaginta tres ex centum & quinque prædicti Montis portionibus (quarum creditor erat) ad fauorem pro tempore existentium Rectoris & præbendatorum parochialis Ecclesiæ sancti Saturnini, nec non consulum & vniuersitatis Hominum eiusdem Oppidi, sub certis modis & oneribus iure expressis reliquisset: Vt eatenus à solutione cuiusdam certæ pensionis annuæ (quam Collegio seu Seminario Scotorum & Hibernorum ciuitatis Louanij soluendam constituerant) sese redimerent, prædictas sexaginta tres portiones (prætextu quòd Idem Donatus tunc eorum legatarios dictis portionibus frui voluit, eum prisinum religionis prædictæ exercitium, quod incolis eorum solius oppidi, sed etiam totius Patriæ huiusmodi, ademptum & interdictum erat, in eadem Ecclesia restitutum fuisset) eidem collegio seu seminario vsquequò per restitutionem religionis præfatæ, dicti quondam Donati testatoris menti & voluntati esset (prout Dei gratia iam ab Anno eiusdem Domini 1600. fuit) satisfactum attribuisse & assignasse. Tamen pro restitutione fructuum tam decursorum (hoc opus hic labor est) quàm decurrendorum in fauorem eorundem legatariorum, nos ab eadem vniuersitate rogati, apud Paulum Quintum etiam Pontificem maximum, tunc fæliciter sedentem, viriliter instare curamus.

Eadem q. 16. num. 21. Quartum exemplum est in illa quæ fit per capitulum debito de elect.

¶ Resetuationes de quibus Auctor hic à num. 22. citrà casum deuolutionis, vsque ad num. 35. Gallia non agnoscit.

QVÆSTIO XVII.

An beneficia commendata, possint resignari.

SVMMARIVM.

1 *Commenda quæ fit ad vtilitatem Ecclesiæ est temporalis.*

2 *Huiusmodi commenda non potest renunciari.*

3 *Commenda ad tempus, non dat ius & titulum.*

4 *Commendatorij temporales tenentur reddere rationem fructuum.*

5 *Huiusmodi commenda non est titulus canonicus.*

6 *Commenda temporalis non potest permutari.*

7 *Commenda temporalis potest simpliciter renunciari non autem in fauorem.*

8 *Commendæ perpetuæ conceduntur fauore personarum.*

9 *Commenda perpetua resignari potest in fauorem.*

10 *Huiusmodi commenda potest permutari.*

11 *Commendatarius perpetuus consequitur ius, & titulum.*

12 *Commendatarius perpetuus facit fructus suos.*

13 *Dispositio cap. quoniam Abbas. de off. deleg. habet locum in commendatario.*

14 *Commendatarius habet liberam potestatem in temporalibus, & spiritualibus.*

DEcimoseptimò quæro, An beneficia commendata possint resignari? Respondetur distinguendo, aut loqueris de commendis quæ fiunt
1 ad vtilitatem Ecclesiæ, quæ sunt † temporales & ad nutum amouibiles, donec Ecclesiæ prouisum fuerit de Rectore, vt in casu cap. Nemo deinceps. de elect. li.
6. vbi Gemin. Anch. & communiter scribentes & in
hoc constituas conclusionem, has commendas † non 2
posse resignari in fauorem, sicuti neque possunt permutari. Florian. in cap. quæsit. de rer. permut. Bellam. de permut. benef. p. 3. qu. 4. & est communis opinio.
Ratio est, quia commenda † ad tempus non dat ius, 3
& quandocunque potest reuocari. gl. & Doct. in d. cap. Nemo deinceps. Rota decis. 1. de præben. in Antiquis. Sarn. de non toll. iur. quæsit. q. 4. 22. Non dat titulum. Mandos. in reg. 31. Cancell. de benef. vacan. per obit. fam. Card. q. 9. Ideò † Commendatarij tempo- 4
rales tenentur reddere rationem fructuum. can. placuit.
10. q. 3. & talis commenda † non est titulus Canonicus. 5
Oldr. cons. 119. Rom. cons. 350. Aug. cons. 35. Cassan. cons. 10. nu. 3. communis opinio teste Alfons. Hoied. de incompat. benefic. p. 1. c. 14. num. 6. Nauar. cons. 4. de fil. presbyt. Et quamuis Imol. in cap. vlt. de rerum permut. quem sequitur Gamm. in cap. licet. num. 83. vers. contrarium. eodem tit. lib. 6. teneat, licitum esse
permutare commendas temporales, tamen contraria † 6
opinio est verior, ex his quæ scribunt Fed. de Sen. in tract. de rer. permut. q. 15. vbi Lap. in addit. Et hanc opinionem declaro, vt non possint commendæ resigna-
ri † in fauorem, quia, illud ius non est perpetuum, 7
benè tamen possunt simpliciter renunciari in manibus superioris, vt omnibus compertum est.
Si verò loqueris † de commendis perpetuis quæ 8
conceduntur in fauorem personarum, vt patet in exemplis datis per Mandos. in reg. de verisimil. not. q. 3. num. 9. Rebuff. in prax. tit. de commen. per Hoied. de incomp. benef. p. 1. ca. 14. nu. 5. vbi latè. vt quia prouidetur minori de beneficio incompatibili vsque ad ætatem legitimam, vel quia prouidetur regulari de beneficio seculari in commendam, aut è contrario.
Et hoc casu constituo conclusionem, posse has com-
mendas perpetuas † resignari etiam in fauorem vt in 9
casu Peleg. dec. 137. lib. 1. in manusc. Put. dec. 94. &
decis. 343. libr. 1. & alibi pluries &c. sicuti possunt † 10
permutari. Fed. Sen. tract. permut. q. 15. vbi Lap. in addi. Gamma. in cap. licet. nu. 83. eod. tit. lib. 6. Pet. de Perus. de permut. benef. o. 9. Bellam. dict. p. 3. q. 4. & est communis opinio.
Ratio est quia per commendam perpetuam † com- 11
mendatarius consequitur ius in illo beneficio, ac titulum. Io. Monac. in cap. Nemo. de elect. lib. 6. Mil. in verb. beneficium §. 25. ita tenuit Rot. teste Sarn. de trien. poss. q. 5. Rebuff. de pacif. poss. n. 35. Communis omnium sententia, teste Hoied. d. c. 14. nu. 6. vers. & quamuis. & nu. 7. vers. videmus.
Hinc facit fructus suos, sicuti † verè titularis. Gem. 12
cons. 18. num. 12. Rom. d. cons. 350. Sarn. de publ. q. 4. Rebuff. in prax. tit. de commend. & communiter Doctor.
Hinc dispositio † cap. quoniam Abbas de off. deleg. 13
habet locum etiam in commendatario, vt ibi scripsi, & tradit Barb. cons. 2. col. vlt. lib. 1. Cassan. in consuet. Burgun. rub. per succes. §. 3. nu. 88. & tandem com-
mendatarius habet † liberam potestatem in temporali- 14
bus, & spiritualibus. Abb. in cap. nobis olim. vlt. not. de elect. Rebuff. de pacif. possess. num. 41. & communiter per omnes receptum est.

Lib. 2. q. 17. n. 1. Ibi, Quæ sunt temporales.

DEfinitionem commendæ temporalis in fauorem Ecclesiæ, ponit Quintilianus Mandosius in regula 32. de impetratione beneficij vacantis per obitum q. 7 o 4. vt sit depositum temporaneum ad nutum reuocabile, pro vtilitate & commodo Ecclesiæ factum, Donec de Rectore seu ministro perpetuo debita præcedente cognitione prouisum sit. Hodie autem debet Episcopus (iuxta Concilij Tridentini decreta sess. 24. cap. 18.) statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore prouideatur.

Eadem quaest. num. 3. Ibi, Quia commenda ad tempus non dat ius.

NIhilominus tamen impetrans beneficium ad tempus commendatum, de ipsa Commenda mentionem facere tenetur: Alioquin prouisio Apostolica subreptitia censebitur. Vt glosa & Guillemus de monte Laudano in cap. nemo deinceps. In verbo commendæ de elect. in 6. Gregorius in Syntagmate, parte 1. lib. 17. cap. 15. num. 37. Nec non Caccialupus in tractatu de Pensionibus q. 12. pag. 116. notant. Sunt tamen quibus hæc opinio non arrideat, præsertim Puteo lib. 1. dec. 272. num. 1. quem sequitur Hieronymus Gonzalez Iurisconsultus & Romanus Aduocatus in percelebri commentatione ad regulam 8. Cancellariæ Apostolicæ de mensibus & alternatiua Episcoporum, glosa 5. §. 8. num. 41. Verùm nos horum opiniones ita reconciliandas censemus, vt in parochialis Ecclesiæ ad tempus commendatæ impetratione, non is cui facta est huiusmodi commenda sed quiuis alius dictam Ecclesiam Apostolica auctoritate assequi volens, de eadem commenda mentionem facere teneatur. Et ratio differentiæ est, quia scilicet stante huiusmodi commenda, Summus Pontifex huic difficiliùs, illi contrà faciliùs multò esset verisimiliter gratiam concessurus.

Eadem quaest. num. 3. Quia commenda ad tempus non dat ius.

¶ EX hoc reiice opinionem glossæ in cap. nemo. de elect. in 6. & sequacium volentium in impetratione beneficij ad tempus commendati mentionem de commenda huiusmodi fieri debere, & explosa Duelosij futili distinctione nullo iure suffulta adhæra sententiæ Putei, cum solum propria illicita possessio veniat de iure exprimenda, Ioan. de Selua de benef. part. 3. q. 11. num. 4. vel colorata alterius, text. in cap. cum nostris. de concess. præb. iste verò commendatarius nullo modo possideat, commenda enim est depositum, l. commendare. ff. de verb. signif. gloss. in dicto cap. nemo: at penes depositarium non est proprietas, nec possessio, l. licet. §. rei depositæ. ff. depositi. Cæterum esse à Louetio ad Molin. de public. resig. n. 81. vbi ait commendas temporales moribus nostris non obseruari: quia imò ratio, & vsus contrarium docent, quid enim si vacante Ecclesia patronus non possit, aut nolit statim præsentare, quis forsan in remotis agit, vel est Laicus præ[s]entioni non subiacens, vel si Ecclesia est libera à iurepatronatus, sedes tamen Episcopalis vacat, & collatio de iure reseruanda futuro successori, fructus autem maturi sunt, nonne Episcopus aut capitulum sede vacante poterunt interim œconomum eundemque vicarium ad curam spiritualium & temporalium deputare vsque ad aduentum noui Rectoris, eidem villicationis suæ rationem redditurus? certè necessitate, & vtilitate suadente dicendum est posse, & debere. Et sic in facti contingentia, cum Parochialis Ecclesia beatæ Mariæ *de Valente* Albiens. diœcesis, cuius adueniente vacatione præsentatio personæ idoneæ per Episcopum Albiensem instituendæ ad quandam dignitatem Ecclesiæ Montispessulan. spectare dignoscitur, pastore vacua esset effecta anno 1652. ab eodem Episcopo Ioanni *de Roquefueil* presbytero fuit ad tempus commendata, qui postmodum de ipsa immediate prouisus litem super illius possessorio à Bartholomeo Azam presbytero sibi motam, & ab eo intrusionem ex fructuum ante collationis titulum perceptione improperatam, ostensis commendæ memoratæ literis, coram Seneschallo, & posthac in supremo senatu Tholosano, me scribente, delusit. Quo verò ad commendam perpetuam Galli prorsus exploratum habent eam in omnibus, & per omnia vim tituli obtinere, Rebuff. in tract. de pacif. possess. num. 35. & seq. & alij passim.

QVÆSTIO XVIII.

An beneficium, super quo, reseruatus est regressus, possit resignari.

SVMMARIVM.

1. *An beneficium in quo reperitur reseruatus regressus, possit resignari.*
2. *Valet cessio huiusmodi beneficij facta cū derogatione.*
3. *Nulla existente renunciatione quando intrat regressus.*
4. *Consensus nullus non præiudicat.*
5. *Consentiens matrimonio nullo, sibi non præiudicat.*

DEcimooctauò quæro, An beneficium in quo † alteri reperitur reseruatus regressus, per summum Pontificem, possit resignari in fauorem, si adest clausula in reseruatione dicti regressus per cessum etiam in fauorem vel decessum? responde negatiuè. Mohed. dec. 338. incip. licet regressus sit impositus. sub titulo de renunc. in manuscr. Mandos. in prax. signat. grat. vers. regressus col. 3. ante medium. Caputaquen. decis. 215. in princ. 1. part. 1

Et ratio est, quia illo cedente, etiam, in fauorem intrat regressus: vt ex forma videre licet.

Limita nisi habens † regressum præstaret consensum, & suspenderet suum regressum pro illa vice, ad effectum vt beneficiarius possit resignare beneficium, super quo reseruatus est regressus in sui fauorem, vt in casu de quo per Caputaq. d. dec. 215. p. 1. quo casu si beneficiarius resignat in fauorem N. & resignatio est nulla ex aliqua causa, consensus habentis regressum non censetur durare. Caputaq. d. decis. 215. nu. 1. & per consequens nulla existente resignatione, cùm ius non censeatur abdicatum † à resignante, si resignans moriatur, vel contrahat matrimonium, intrat regressus, & consensus prædictus præstitus super actu nullo sibi non præiudicauit, vt fuit resolutum in Rot. in vna Florentin. die 26. Nouembris 1554. coram Oradino, & in eadem causa die 13. Ianuarij 1555. Sicut † dicimus de creditore consentiente alienationi nullæ, nam sibi non præiudicat. l. 4. §. vlt. vbi Barto. ff. quid. mod. pig. vel hipot. solut. Alex. cons. 22. col. 1. Rom. cons. 132. col. 1. Dec. in l. creditor. n. 2. ff. de re. iu. Sicuti etiam consentiens † matrimonio nullo. Gemin. cons. 53. Card. Paris. cons. 52. nu. 7. vol. 4. 2 3 4 5

Lib. 2. quaest. 18. num. 2. Ibi, Nisi habens regressum præstaret consensum.

ADde, vel nisi summus Pontifex, in cuius manibus resignatio fieret (stante enim regressus, Apostolica auctoritate facta, reseruatione, alius ab eo. illam admittere non potest) regressui huiusmodi scienter pro illa vice derogaret.

Eadem q. 18. num. 5. Sicuti etiam consentiens matrimonio nullo non sibi præiudicat.

¶ IMò clericus consentiens matrimonio per verba de præsenti amittit beneficium ipso iure, glos. prag. sanct. tit. de concubin. §. & nihilominus. in verb. dispensatum etiamsi sit in sacris, can. decernimus. dist. 28. c. eos qui dist. 32. ne sit melioris conditionis, qui illicitè, quam qui licitè contrahit, contra text. in cap. cum qui de præb. in 6. quia censetur tacitè renunciare, arg. c. ex ore de his quæ fiunt à mai. part. cap. licet gloss. in cap. 1. de cleric. coniug. dicat priuandum per sententiam, sed male, glos. prag. vbi supra. Azor. instit. moral. lib. 13. cap. 13. q. 6. siue sciat nullitatis causam matrimonij, siue ignoret.

QVÆSTIO XIX.

An beneficia, in quibus Cardinales habent indulta possint resignari.

SVMMARIVM.

1. *Indulta aliquando conceduntur Cardinalibus cum clausula*, excepta vacatione per resignationem.
2. *Indulta aliquando conceduntur Cardinalibus cum clausula*, etiam si in curia.
3. *Indultum huiusmodi non capit beneficium, resignatum in fauorem.*
4. *In resignatione conditionali, vacat beneficium si conferatur resignatario.*
5. *Verba* per cessum *interpretantur in resignatione simplici.*
6. *Mandatum de prouidendo quamprimum vacans, non comprehendit resignationem in fauorem.*

Digitized by Google

7 *Vnio facta de beneficijs vacantibus per cessum, non comprehendit resignationem conditionalem.*
8 *Priuilegium conferendi vacantia per cessum, non comprehendit resignationem in fauorem.*
9 *Regressus non intrat in cessione facta in fauorem.*
10 *Indultum Cardinalis non intrat facta renunciatione in curia.*
11 *Solus Papa confert resignata in curia.*
12 *In reseruatis non intrat indultum.*
13 *Dissoluta vnione vel commenda, beneficium dicitur vacare vt prius.*

DEcimonono quæro, An possint resignari bene-
ficia alicuius diœcesis, in qua quis habet in-
dultum ea conferendi cum vacant, vt sunt S.
R. E. Cardinales? in hac conclusione constituas tria
capita seu tres casus. Primus casus, quando conceduntur indulta Cardinalibus vt possint conferre beneficia
1 vacantia in tali Diœcesi, cum clausula † tamen, excepta
vacatione per resignationem in manibus Papæ, prout
attestatur Card. S. Crucis decis. 71. Pelegr. decis. 39. lib.
1. & decis. 52. lib. 3. in manuscr.

Et hoc casu nullum est dubium posse resignari beneficium illius Diœcesis, cum hic casus sit exceptus.

Secundus casus quando conceduntur huiusmodi in-
dulta conferendi omnia & singula beneficia talis diœ-
2 cesis etiam in curia per promotionem, † amissionem,
vel quamcunque aliam dimissionem, & sic per cessum,
& decessum vacantia, vt in cas. Put. decis. 523. libr. 2.
& decis. 177. lib. 3. & hoc casu dubium est, an talia be-
neficia possint resignari in curia in fauorem certæ per-
sonæ? & quidem prima facie videtur dicendum, quòd
non, cum indultum sit per cessum vel decessum.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est
3 verior: quam tenuit Rot. in vna Tranen & Firmao. Prio-
ratuum 28. Ianuarij. 1547. coram Card S. Crucis teste
Put decis. 523. libr. 2. & in alia Augustanæ Præcepto-
riæ, coram Puteo die 14. Nouembris. 1548 teste eod.
Put. decis. 177. lib. 3. sequitur Anastag. Germon. de in-
dult. §. si vero illa. num. 69.

Namque quoties resignatio fit in fauorem certæ per-
4 sonæ, tunc non † dicitur vacare beneficium, nisi ad-
mittatur in fauorem illius, & ei acquiratur. Petr. Gre-
gor. lib. 27. sintagmat. cap. 17. num. 28. Io. Paul. dec.
202. Mohedan. decis. 83. Corrad. Paleott. decis. 33. Ca-
putaq. decis. 82. lib. 1. in manuscr. & communiter Docto.
in 1. quæst. primi lib. relati. Vnde † illa verba *per cessum.*
5 interpretantur in renunciatione simplici, vt tradit Put.
d. decis. 523. Mohedan. decis. 338. Paleot. decis. 33. &
& communiter doctores.

6 Hinc si Papa confirmat † creationem in canonicum
prouidendo, *ex nunc prout ex tunc*, quam primùm va-
cat per cessum vel decessum: hæc verba non intelli-
guntur de cessione in fauorem certæ personæ sed
de cessione simplici. Ita decisum fuit in Rot. de
mense Octobris 1522. coram D D. Paulo de Capizuc-
chis, & Camillo de Baleonibus, qui proposuerunt cau-
sam in vna canonicatus collegiatæ S. Angeli de Vrbe.

Hinc etiam † vnio facta de beneficijs vacantibus per
7 cessum, vel decessum, non habet locum in cessione
facta in fauorem certæ personæ, sed in simplici dunta-
xat. vt fuit tentum in vna conchen. præstimonij de
mense octobris 1542. teste Put. decis. 357. lib. 1.

8 Hinc priuilegium † seu bulla Inno. vt N. possit con-
ferre beneficia vacantia per cessum vel decessum, non
comprehendit resignationem factam in curia, in fauo-
rem certæ personæ. vt fuit resolutum die 14. Nouem-
bris 1548. in vna Augustan. præceptoriæ, de vital. teste
Put decis. 177. lib. 3. & decis. 180. in princ. eodem libr.

Hinc reseruato regressu † per cessum vel decessum,
9 si prouidens resignat illud beneficium in fauorem certæ
personæ, non intrat regressus, vt fuit tentum in vna
Cesenaten. sancti Domitij de mense April. 1542. coram
Sarn. teste Mohedan decis. 341. licet regressus. & in
alia Bononien. coram illustrissimo Paleott. die vlt. Fe-
bruarij. 1558. teste eod. decisione 33.

Et ex his possunt decidi alij casus, vt latè scripsi
libr. 1.

Limita nisi essent apposita in indulto hæc verba, *per cessum, vel decessum, etiam in fauorem certæ personæ*,
vt cauti faciunt. vt tradit Mohed. d. dec. 341.

Tertius casus quoties in indulto non adsunt verba,
per cessum vel decessum: nam hoc casu clarum est non
posse conferre resignata in curia, tam simpliciter,
quàm in fauorem certæ personæ, neque adest exceptio,
exceptis vacantibus in curia: vt in principio huius
quæstionis dixi.

Sed dubitatur, an si fuerint resignata beneficia sim-
pliciter in curia vel in fauorem † intret indultum? 10
Et quidem dicendum est negatiuè, quia resignata in
curia, ibi vacant. Archid. communiter receptus in
cap. 2. de præbend. in 6. gl. in clem. 1. vt lite pend. cum
alijs adductis per D. meum Card. Paris. cons. 10. num.
2, vol. 4. ergo dispositio spectat † ad solum Papam, 11
iux. tex. in cap. vlt. (vbi communiter doctores, hoc
notant) de consuetud. lib. 6. Gemin. cons. 39. & cons.
136. namque per admissionem resignationis beneficium
dicitur affectum. Rot. decis. 10. de rerum permut. in
antiq. & decis. 25. de concess. præbend. eodem lib. cum
multis alijs, vt per Card. Paris. dict. cons. 10. nu. 4. † & 12
in reseruatis non intrat indultum, nisi expressè dicatur.
Rot. decis. 1. de rerum permut. in ooo. Gemin. cons. 30.
& communiter docto. vt supra dixi.

Sed hic quæritur, pone quòd resignatio fuit facta
in manibus Papæ, qui admissa dicta resignatione illud
beneficium vniuit tali parochiali, aut commendauit
alicui, cùm non posset Cardinalis habens indultum se
se intromittere, vel quia in indulto erat facta exceptio
dummodò non vacent in curia. vt in primo capite, vel
simpliciter vt in tertiò. An si postea moritur ille cui
fuit commendatum beneficium à Papa ex causa resigna-
tionis, debeat illud beneficium sic vacans conferre
Cardinalis habens indultum, vel Papa? breuiter con-
cludendum est, collationem spectare ad Papam dunta-
xat, vt fuit tentum in Rot. die 14. Ferbuarij 1547, teste
Peleg. decis. 39. lib. 1 & decis. 52. lib. 3. ita etiam atte-
statur fuisse decisum Cardinalis S. Crucis. d. decis. 72. in
manosc.

Ratio quia † dissoluta vnione vel commenda, bene- 13
ficium dicitur vacare, vt priùs scilicet per resignatio-
nem, latè Peleg. d. decis. 52. Card. S. Crucis d. decis.
71. & est de mente Federic. de Sen. in tract. de permut.
benef. q. 15. Rot. decis. 25. de concess. præbend. in an-
tiq. Rom. cons. 350.

Nec in tali impetratione requiritur consensus Cardinalis habentis indultum, vt fuit decisum de mense Martij 1522. in vna Iporegenien. parochialia coram D. Camillo de Baleon. teste Cassad. decis. 5. de priuil. vbi habentur plures rationes, & auctoritates quas vide omninò.

Lib. 2. q. 19. nu. 4. Ibi, & ei acquiratur.

NIsi acquiri non posset propter incapacitatem seu inhabilitatem Resignatarij, quam ipse resignans tempore resignationis sciuisset; eò enim casu ius abdicabitur à resignante vt Parisius lib. 1. q. 3. num. 65. rectè adnotauit: sicque beneficium illud, etiam post perfectam resignationem posset quiuis alius id meus licitè impetrare. & ideò Cardinalis stante indulto de quo in hac quæstione) non impediretur conferre cap. nul a sumpto argumento à contrario sensu) de concess. præbend. alium ferè similem casum reperies notatum infrà, lib. 7. q. 24. n. 48.

Eadem q. 19. num. 1. Quando conceduntur indulta Cardinalibus.

¶ PAulus 3. Ioanni Cardinali à Lotharingia, & Episcopo Parisiensi Cardinali Belleio anno 1546. deinde alia, postea tandem toti collegio indulta concessit, vt liberè de quibuscumque beneficiis ad suam dispositionem ratione quarumcumque dignitatum, & beneficiorum spectantibus, adueniento

Digitized by Google

vacatione, disponerent absque vlla reseruatione, vel præuentione Papæ, vel legatorum, etiam de latere: sed quia idem Papa his indultis passim derogabat præueniendo, ideò in electione Pauli 4. omnes Cardinales in conclaui pepigerunt, quòd futurus Papa, his non posset indultis, nec regulæ de infirm. resig. derogare in præiudicium eorum, quod compactum post electionem Pauli 4. repetitum fuit, & ab eodem solemni voto, & iuramento confirmatum, Molin. ad regul. de infirm. resig. num. 163. Et hæc indulta parem in Senatu Parisiensi, partim in magno Regis consilio ait Homologata, & Papam in eis sibi reseruasse vacantia per resignationem, etiam simplicem in manibus suis factam. Idem num. 168.

QVÆSTIO XX.

An beneficium, quod cadit sub consuetudine optandi, possit resignari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ cadunt, sub consuetudine optandi, possunt resignari in fauorem.*
2 *Huiusmodi beneficia possunt permutari.*
3 *Consuetudo optandi non habet locum in reseruatis.*
4 *Reseruata non veniunt sub generali prouisione.*
5 *Beneficia resignata in curia, sunt, reseruata.*
6 *Resignans dicitur mori, vbi facta est resignatio.*
7 *In beneficijs vacantibus in curia, non habet locum consuetudo optandi.*
8 *In prouisione quæ fit in curia solet apponi clausula* non obstantibus, *&c.*
9 *Per prouisionem Papæ de vacantibus extra curiam differtur optio.*
10 *Decretum apponi solitum in literis Apostolicis, ligat ignorantes.*
11 *Beneficia in quibus reseruatus est regressus dicuntur vacare in curia.*
12 *In beneficijs vacantibus in curia non habet locum ius optandi.*

Vigesimò quæro, an possit resignari beneficium quod cadit sub consuetudine optandi: vt quia in aliqua Ecclesia est consuetudo, vt antiquio-
1 res optent † beneficia vacantia iuxta cap. vlt. de consuetudin. libr. 6. Responde affirmatiuè, posse resignari etiam in fauorem in manibus Summi Pontificis, nec admissa resignatione, intrat consuetudo optandi, vt in facti contingentia respondit Domin. meus Cardinal. Paris. consil. 10. per totum & maxime col. 1. vol. 4. secundùm quam opinionem fuit resolutum anno 1555. coram Card. S. Crucis, & in vna Vercellen. coram Oradino de anno 1554. prout attestatur Caputaquen. decis. 358. libr. 5. in manuscript.

Ita etiam talia † beneficia possunt permutari, & tunc
2 cessat consuetudo optandi. Paul. & Card. in clemen. 5. de rerum permut. Doct. omnes in cap. vlt. de consuet. lib. 6. vbi per Archid. Gemin. nu. 4. latissimè refert plures opiniones, & tandem ex allegatis per ipsum colligitur hanc esse veriorem & receptiorem. Gamma. in cap. 1. nu. 41. de rer. permut. lib. 6.

3 Ratio est, quia † in reseruatis statutum & consuetudo optandi, non habet locum. Rot. decis. 1. column. 2. vers. secus verò in reseruatis. de rerum permut. in nou. Gemin. cons. 30. quoad primum. in princ. & col. 2. vers. ad secundum. Archid. in d. cap. vlt. de cons. lib. 6. Staphil. de liter. grat. folio 101. & communiter, adeò quòd hoc clarum est. Card. Paris. dict. cons. 10. numer. 5. volum. 4. nam reseruata non ve-
4 niunt † sub generali prouisione, cap. 2. in fin. de præbend. latè Aenc. de Falcon. in tract. reseruat. in pluribus locis, Lap. alleg. 54. Hinc in vna Mediolanens. optionis, coram Domino Mohedano 16. Aprilis 1543. fuit resolutum, quòd si reseruatio est facta motu proprio, siue generalis siue specialis impedit optionem. per decis. 4. Cassad. de concess. præb. teste Put. decis. 4. lib. 2. & tamen beneficia vacantia in curia per resignationem ibi
admissam, † sunt reseruata, vt voluit Archid. in cap. 2. de 5
præben. lib. 6. vbi Franc. col. 3. vers. in gloss. in verb. vacare. gloss. in clem. 1. verb. collato. vt lit. pend. vbi Card. Zabarell. in 8. qu. Petr. de Ancha. in 2. & 4. not. & in colt. vlt. Imol. col. 2. vers. Deinde circa præcepta. Rom. cons. 342. Cald. cons. 1. de præben. Card. Paris. cons. 47. nu. 29. vol. 4. Alexan. cons. 67. viso puncto. col. 4. & 5. & cons. sequ. libr. 4. & communiter Docto. ita decisum in vna Zamoren. Archidiaconatus, de mense Iunij 1532. coram Crescentio, vt per Sam. de infirmis q. 33. col. 2. vers. prædictis. quia quò
ad beneficium renunciatum † renuncians dicitur mori 6
eo loco vbi est facta renunciatio: quare in curia vacare dicitur, & per renunciationem admissam per summ. Pontificem apponentem manus, beneficia sunt reseruata iuxta cap. vt nostrum. de appell. Rot. decis. 16. de rerum permut. in antiq. & decis. 25. de concess. præb. Bisignett. decis. 2. de rest. spoliat. Gem. cons. 536. in primo dubio.

Accedit quia vt ex Doct. proximè allegatis colligitur, per resignationem beneficium vacat in curia, &
& tamen in beneficijs † vacantibus in curia non habet 7
locum consuetudo optandi, vt probat tex. in d. cap. vlt. de consuet. lib. 6. ibi, in præbendis verò apud sedem Apostolicam vacantibus, cum de ipsis per Rom. Pontificem ordinatur, locus prædictæ consuetudini non existit, &c. & ibi omnes hoc notant, & est decisio Rot. 4. de consuet. in non. vbi fuit tentum per quandam declarationem Gregorij XI. quòd sicuti Canonicatus vacans in curia optari non potest, ita nec etiam grossi fructus per Canonicum defunctum in curia obtenti. prout consuluit Gemin. cons. 39. ex themate. in principio, & hoc non habere dubium scribit Card. Paris. d. cons. 10. & num. 3. in fi.

Quod eò magis procedit, quia facta prouisione per summ. Pontif. de benef. resignato in curia, solet apponi
in literis Apostolicis clausula † non obstant. statutis 8
& consuetudinibus, ex quibus collatio huiusmodi possit differri aut impediri, quæ de stylo curiæ solet in literis apponi vt tradit Gemin. d. cons. 39. ex themate. col. 2. vers. sed quoad casum nostrum; & tamen hæc clausula, absque dubio tollit optionem, iux. not. in cap. si perpetua debita de rescrip. & in cap. quamuis. vbi Lap. eod. tit. Gem. tradit in specie in loco citat. & aliàs cum fuisset propositum hoc dubium in Rot. fuit resolutum per d. clausulam differri consuetudinem optandi. Vt habetur in decis. 5. de consuet. lib. 6. D. meus. Card. Paris. cons. 10. nu. 8. & communiter Doct. ex rationibus relatis in d. decis. 5. in 1. col.

Ex quo ampliatur huiusmodi conclusio procedere non solum in beneficijs vacantibus in curia naturaliter scilicet per mortem, & ciuiliter per resignationem, vt dictum est, quod non habet dubium, nam in hoc conueniunt communiter Docto. Sed etiam in beneficijs vacantibus extrà Curiam, nam, si de illis prouidet
Papa, vtique differetur optatio, † ita in facti contingen- 9
tia respondit Gem. d. cons. 39. ex themate, namque ratio cur differtur consuetudo optandi, quia beneficium vacat in curia, est quia tunc confert Papa, vt ibi dicitur, cum de ipsis per Romanum Pontificem ordinatur, &c. Sed hæc ratio habet locum etiam hoc casu, quia Papa confert. Vnde huiusmodi conclusio non habet dubium, &c. stante clausula derogationis vt dictum est, &
decreto apponi solito in literis, quod ligat † manus 10
etiam ignorantis, cap. si eo tempore, de elect. lib. 7. cap. penul. de præb. eo lib. Vnde idem erit in beneficijs, in quibus reseruatur regressus per resignationem factam in manibus Papæ, quia talia beneficia
† dicuntur vacare in curia. Archidiac. & Ioan. Andr. 11
& alij omnes in cap. 2. de præbend. in 6. Franc. in cap. præsenti. §. semel. col. 2. vers. 3. eod. tit. & lib.

12 Et non habere † locum consuetudinem optandi hoc casu fuit resolutum in duabus decisio. supra allegatis coram Cardinali S. Crucis. & coram Oradino de anno 1554. & 1555. prout attestatur Caputaq. decis. 358. lib. 2. in manuscr.

Lib. 2. quæst. 20. in principio Ibi, Vt antiquiores optent beneficia vacantia.

VT est consuetudo in plerisque huiusce Regni Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis, tam secularibus quàm regularibus. Maximè in Metropolitana Tholosana; cuius canonici, iuxtà eorum receptionis antiquitatem, ex indultis Gregorij noni, Ioannis secundi, & Iulij secundi, summorum Pontificum, infrà scriptas parochiales Ecclesias optandi ius habent, videlicet nimirum,

In Dioecesi Tolosana.

S. Stephani de Monte Audrano.
S. Orientij de Gamauilla.
S. Bartholomei de Labegia.
S. Martini de Squalquenxis.
S. Iacobi de Murello.
S. Martini de Serra.
S. Martini de Montesquiuo cum illi annexis,
S. Romani de sancto Romano.
S. Petri de Cossaco.

Vltra quas erant olim sex aliæ annexæ nempè.

S. Petri de Sieuraco.
S. Ioannis de Cambel.
S. Iacobi de Bigot.
S. Pauli de Montecalue.
S. de Costriano.
S. Seuerini de Altæmonte.

Sed earum nulla hodie reperiuntur vestigia.

S. Columbæ de sancta Columba.
S. Pauli de Altaripa.

In Dioecesi Riuensi.

B. Mariæ de Gresaco.
B. Mariæ de Belloforti.

In Dioecesi Lumbariensi.

B. Mariæ de Samatano.
S. Ioannis de Montamaro.
S. Perpetuæ de Senarens.
S. Eulaliæ de Sentaraille.
S. Mariæ de Algas.

In Dioecesi Mirapicensi.

Archipresbiteratus S. Laurentij de Lauraco.

In Dioecesi Appamiarum.

S. Saturnini de Vazento.
S. Ioannis de Fraxino.

Optari autem non posse beneficia aliter quàm per obitum vacantia, putat Caputaquensis dec. 284. Papa enim (inquit) non videtur admittere resignationes, nisi in fauorem eius, cui, virtute dictæ resignationis, beneficium conferre debet: aliàs resultaret etiam commodum aliorum: quod non est de intentione nec Papæ, nec resignantis. Iuxta Cassadorum dec. 3. de renunciatione, & Rebuffum in praxi beneficiorum tit. de resignat. condition. n. 10. Verùm quia ratio huiusmodi tam in resignatione nullius fauore facta, quàm in Priuatione canonicè sequuta cessat, existimamus in his duobus vltimis casibus ipsam optionem sibi etiam locum vendicare.

Eadem q. num. 8. Ibi, Et tamen hæc clausula, absque dubio tollit optionem.

NOs verò, vt meliùs partibus consulamus, nedum generalem statutorum, sed & specialem, expressamque de optando, derogationem (quando scilicet optioni locus est) petere consueuimus, eámque nusquam denegari vidimus.

Eadem q. 20. num. 1. Beneficium quod cadit sub consuetudine optandi.

¶ CIrca materiam huius consuetudinis duo potissimum adnotanda censemus. Primum quod Antiquior canonicus non optans infra terminum à capitulo præfigendum, locum facit sequenti, & ipse alterius, & sic gradatim: ita tamen, vt aliquis de capitulo infra viginti dies, à die notitiæ vacationis optare debeat, alias collatio alteri facta tenet, text. & gloss. in cap. vltimo. de consuetud. in 6. Alterum quod est, eius optionis ius vnum est, vt antiquior canonicus præbendam suam pro beneficio optando adueniente vacatione (etiam per renunciationem simplicem, vt iudicatum refert Oliueus. lib. 6. cap. 22.) mutare possit, dicto cap. vltim. & ibi gloss. & Doctores; vnde non poterit vtrumque retinere, quia ibi non esset optio, seu mutatio, quæ alterum tantum importat; imò optione facta, non poterit antiquam præbendam retinere, & beneficium optatum dimittere; quia per acceptationem istius, præbendæ renunciat, nec superest sibi secunda electio alterutrius, ius enim electionis prima, & vnica vice consumitur, cap. vnic. de postulat. prælat. in 6. cap. duobus in fine de rescript. in 6. l. quod in Heredem. §. eligere. ff. de tribut. act. maximè in beneficialibus, in quibus non admittitur variatio inter personas Ecclesiasticas, clem. cum illusio. de renunciat. atque ideò mandatarius cum clausula optimuis, si vnum beneficium acceptauit, non potest postea variare, & aliud acceptare etiam re integra, gloss. in cap. gratiam in verb. eligas. de rescript. in 6. Et Matheus Pacas iuris professor. in Achademia Tholosana celeberrimus in suo tract. de mandat. Apost. part. 4. num. 14. tradit se aliàs consultum respondisse, quod si habenti curatum conferatur aliud, & iste, etiam bullis non confectis, hoc sibi secundo loco collatum resignet, quia per istam resignationem tacitè acceptat, vacat primum ipso iure per cap. de multa de præb. & tanquam vacans potest impetrari, non obstante quod ipse non sit adeptus pacificè, & cum effectu istud secundum: quia inquit paria sunt, vel quod adeptus sit pacificè, vel quod per eum steterit quominus pacificè sit assecutus, per text. in cap. commissa de elect. in 6. & cap. licet Episcopus. de præb. quo fit, vt in prouisione Apostolica secundi incompatibilis apponatur decretum dimittendi primum post duos menses ab adepta possessione ex tunc proximos, aliàs seu si per prouisum steterit quominus illam assequatur, vtrumque vacet eo ipso; Et in subiecto casu hoc satis innuunt. text. & gloss. in præfato cap. vlt. in eo quod dicit textus antiquiores canonicos ex consuetudine posse meliores si velint acceptare præbendas: quia, inquit glossa, nolunt acceptare minores, nec vult quis iactare pecunias suas; ergo textus & glossa supponunt, quod minor præbenda non possit optari sine iactura melioris obtentæ, quod verissimum est: neque enim hoc eis optandi ius indulgetur ad quæstuariam negotiationem, vt retento priori & sæpè pinguiori beneficio, optandum tamen acceptare valeant, & illico resignare ad fauorem nepotis retenta pensione, vt fit, vel pro simplici & aliàs compatibili permutare: tum quia hoc non est optare secundum, sed vtrumque: tum etiã quia acceptatio de quouis beneficio non potest licitè fieri ab habente animum illicò dimittendi, aut permutandi, vt monet auctor infrà lib. 5. q. 11. num. 4. vbi plura dicemus.

QVÆSTIO XXI.

An possit resignari in fauorem, ius quod prætenditur in aliquo beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Ius quod prætenditur in aliquo beneficio, potest renunciari in fauorem.*
2 *Huiusmodi ius potest permutari.*
3 *Ius permutandum debet esse in re.*

VIgesimo primò quæro, an possit resignari in fauorem ius quod prætenditur in aliquo beneficio? Respondeo † posse. Vt tenet Mohedan. decis. 164. incipit Aeneas de Villalob. sub tit. de pensio. in manuscr. vbi refert fuisse decisum in Rota die 20. Iunij 1541. renunciantem in fauorem N. iuri sibi competenti super tali beneficio reseruata pensione cum clausula, possessione habita vel non habita posse cogere resignatarium, qui consensit reseruationi ad successorem, qui non auditur opponens non constare de iure 1

cesso, ex quo soluerunt pensionem, & se contentauerunt eum iure cesso, &c.

2 Ita habentes † ius possunt permutare, Petr. de Perus. de permut. benific. num. 1. & est communis opinio.

3 Declara dummodo † hoc ius sit in re, iuxta ea quæ dicemus infrà quæstio. 23.

Lib. 2. q. 21. nu. 1. Ibi. possessione habita vel, non habita.

FItque narratiua prout quadantenus suprà, lib. 1. q. 5. n. 71. tetigimus. Sed inter verba, quomodolibet competenti (quæ ibi inserta reperiuntur) ponenda est sequens clausula, etiam literis non confectis, & possessione non habita: tuncque vocatur cessio & non resignatio, vt latiùs ibidem docuimus. De resignatione autem bullis non confectis, quòd valeat; vide Ruseum in tractatu iuris Regaliorum, priuilegio 4. num. 15. in principio.

Eadem q. 21. num. 3. Dummodo hoc ius sit in re.

¶ SI enim esset ad rem non posset resignari in fauorem, nec permutari: ratio est quia ius in beneficio est reale, ius autem ad beneficium est personale, vt obseruat Panorm. in cap. super hoc num. 4 s. de renunciat.

QVÆSTIO XXII.

An possit resignari beneficium nondum collatum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium nondum collatum non potest renunciari.*
2 *Nemo potest transferre quod non habet.*
3 *Nemo potest renunciare beneficio tertij.*
4 *Qui non habet beneficium non potest permutare.*
5 *Collatio beneficij nondum vacantis non tenet.*
6 *Non entium nullæ sunt qualitates.*
7 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
8 *Articuli impertinentes non sunt admittendi.*
9 *Beneficij nondum collati permutatio fieri non potest.*
10 *Beneficium de proximo conferendum renunciari non potest.*
11 *Propria beneficia possunt renunciari.*
12 *Absens ante acceptationem beneficij sibi collati non potest renunciare.*

VIgesimosecundò quæro, An possit benefi-
cium nondum collatum resignari simplici-
1 ter, vel in fauorem. Respondeo Negatiuè †
vt colligitur ex decis. 26. Rot. in fin. de pro-
cur. in antiq. tradit Boer. decis. 205. num. 4. & decis. 308.
per totum. Rossin. de benef. cap. 14. num. 43. cum seq.
Ioan. de Graff. de rescrip. apost. nu. 88. Rebuff. cons. 36.
numero 7. & est communis opinio omnium doctorum.
2 Ratio est. † quia nemo potest transferre id quod
non habet. c. quod autem de iure patro. reg. Nemo. de
regul. iur. sed ante collationem quis nullum ius habet
in beneficio nondum ei collato. Cassad. decis. 21. num.
9. super regul. Cancell. Putean. decis. 90. num. 4. lib. 1.
3 & nemo potest † renunciare, quod non habet, Card.
Paris. cons. 95. n. 15. vol. 3.
4 Hac ratione qui non † habet beneficium, non potest
permutare. cap. 1. ibi si sua beneficia. de rer. permutat.
lib. 6. Anchara, Gemioian. & Franc. ibidem Gemioian.
consil. 21. in fin. Alexand. consil. 16. lib. 6. Soc. sen.
cons. 168. col. 3. lib. 1. & communiter doctores.
5 Accedit quia † collatio beneficij nondum vacantis
non tenet. cap. 1. in principio, in verb. vacabat, &
ibi gloss. in verb. esset. Franc. 4. Not. de concess. præ-
ben. lib. 6. cap. vlt. §. sanè vbi doct. in tit. & lib. cap.
proposuit. vbi Barbat. in 1. not. eod. tit. ex. & com-
muniter doctor. ergo neque etiam resignatio, nam non
entium † nullæ sunt qualitates, l. eius qui in prouin- 6
ciam. ff. si cer. petat. & inquit Paris. cons. 95. n. 15. vol.
3. quod renunciatio iuris non competentis renuncianti,
non valet comprobo quia fieri † non debet, quod 7
factum non releuat. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt le-
gat. nomine cauea. l. aliquando. ad fi. ff. ad Vellcian.
Card. Paris. cons. 5. num. 44. volum. 4. & ideò articu-
li † impertinentes non sunt admittendi. cap. cum con- 8
tingat. de off. & potesta. iud. deleg. Bar. per illum tex.
in l. si duo §. idem Iulianus. num. 13. ff. de iust. & iur.
Crauet. cons. 23. num. 4. Card. Paris. cons. 97. num.
131. col. 2. & cons. 67. num. 14. vol. 4. fuit decisum
in vna Brachanen. parochialis de Pedraxa, coram Ac-
corambono 15. Februarij 1552. & in alia Roman. status
coram Card. S. Crucis. 9. Maij 1552. sed huiusmodi re-
nunciatio si fiat, nihil releuat ergo.
Hinc non † potest fieri permutatio beneficij nondum 9
collati. Petr. de Perus. de permut. benefic. num. 3. &
est communis opinio.
Amplia hanc conclusionem procedere, etiamsi re-
signetur certum beneficium † conferendum de proxi- 10
mò: nam nihilominus huiusmodi resignatio non potest
fieri, ita Boer. d. decis. 308. col. 2. sub num. 2. & com-
muniter est receptum per omnes.
Quod est notandum ad limitationem illius regulæ,
quòd proximè accingendus habetur pro accincto.
Ex quo infertur † quòd beneficia propria, non au- 11
tem quæ alterius sunt, possunt resignari. Petr. Greg.
Sintag. iur. c. 27. num. 15. & est communis resolutio.
Hinc † absens, cui collatum fuit beneficium non po- 12
test resignare illud ante acceptationem. vt respon-
pondit Rebuff. cons. 48. num. 8. & cons. 49. num. 2.
quia nondum in eo ius habet. cap. si tibi absent. de
præben. lib. 6. vbi communiter doctores.

Lib. 2. qu. 22. num. 11. Ibi, Non autem quæ alterius sunt.

NIsi procuratorio, beneficiariique nomine fieret huiusmodi resignatio. Tunc enim, si verus sit Procurator qui eam facit, non dubium est, quin propter expressum, qui interuenit, titularij consensum (non minùs ac si ab ipsomet principali facta esset) valeat & sustineatur.

Eadem qu. num. 12. Ibi, Quia nondum in ea ius habet.

NIhil tamen impedit quin is, cui absenti collatum est beneficium, postquàm collatio ad eius notitiam peruenit, etiam possessione non habita, iuri sibi in eo competenti, in summi Pontificis manibus, & in fauorem idonei cuiusuis, cedere possit; hoc enim casu (cessionis videlicet) satis acceptasse videtur. Ex his tamen, quæ modò de collato absenti beneficio diximus nequaquàm inferendum est collationem Parochialis Ecclesiæ (aliter quàm per resignationem ad alicuius fauorem, aut causa permutationis) vacantis, absenti factam, valere: Quouis enim alio modo ea vacet, debent in illius prouisione legis concursus obseruari: & sic, & prouidendi præsentia & examen eiusdem per concursum requiruntur, iuxtà sacrosancti Concilij Tridentini decretum Sess. 24. cap. 18. de reformatione. Quòd si secus (maximè ab ordinario collatore) fieret (præsupponimus autem decretum huiusmodi, cùm illud Ecclesiæ Gallicanæ libertati in aliquo non aduersetur, etiam à supremis Galliæ tribunalibus receptum esse) appellatio vtique ab huiusmodi collatione interiecta, tanquàm ab abusu reciperetur, & admitteretur, hoc tamen locum sibi non vendicaret, vbi edicto super eodem concursu ritè publicato, nullus pro eadem Ecclesia consequenda, intra præscriptum tempus sese examini subiiciendum præsentasset: Tunc enim idoneo absenti facta postea collatio sustineretur. His sic digestis, sacer Senatus Tholosanus Decimo tertiò Kalendas Martij 1610. in causa tunc iudicialiter litigata inter Magistros Ioannem Magnon, & Gulielmum Costes presbyteros collitigantes super possessorio parrochialis Ecclesiæ sancti Ioannis de Garaco Tholosanensis Diœcesis, & respectiuè,

tanquam ab abusu à titulorum concessionibus appellantes. (quia de illa . Ioanni , vti per puram & simplicem resignationem quondam Dionysij de la Mamie, ab vno , absque concursu , & successiuè Gullielmo , colliganttibus prædictis , tanquam per obitum eiusdem Dionisij vacante , ab altero ex Ecclesiæ Tolosanæ canonicis hebdomadarius , cum concursu quidem , sed vnico proposito seu affixo edicto,ne decem dierum interstitio non expectato , (sicque eiusdem concursus legibus non esse obseruatis) prætextu indulti Apostolici capitulo Ecclesiæ vltimo dictæ, de beneficiis Ecclesiasticis ad Archiepiscopi Tholosani collationem spectantibus. pro tempore vacantibus sede Archiepiscopali vacante conferendis concessit, ordinaria auctoritate respectiue prouisum fuerat.) audito in hac causa , post litigantium aduocatos quondam disertissimo Regio patrono Beloio (qui longa oratione disseruit , concursus leges & præscripta , in quouis vacandi genere locum habere , si ab ordinario , & sine summi Pontificis auctoritate prouidendum sit , (cum & purè & simpliciter facta resignatio vacantem solum Ecclesiam ostendat) ambos earundem partium titulos abusiuos esse censuit , Ecclesiamque parochialem huiusmodi vacantem declarauit, & pronunciauit. Quibus conuenit interpretatio illustrissimorum Cardinalium super præfatum caput 18. sess. 24. eiusdem Concilij videbis etiam à nobis annotanda infrà lib. 10. q. 7. num. 13. ¶ Quod ibi ait Duclosius de concensu in prouisione parochialis Ecclesiæ seruando ex Concilio tridentino non obtinet vbique apud nos. Quin & in ipso Senatus Tholosani , cuius ipsa placitum aduehit , districtu Ordinarij indistinctè , vt de simplicibus sic de curatis, absque concursu clericis etiam absentibus , & alias sibi notis intra duos menses in manibus ipsius ordinarij ad præscriptum concilij fidei professionem emissuris prouideor , & collationes huiusmodi in iudicio canonisantur iure ordinario factæ, sed cum ad executionem prouisionum Apostolicarum in forma dignum expeditarum procedunt , prouisi adesse debent , & examini subijci , ac de hoc in literis prouisiuis , mentio haberi , ex ordinatione blesensi art. 12. alias nullæ penitus & abusiuæ iudicantur , teste Oliueo quæst. notabilium. lib. 1. cap. 16.

QVÆSTIO XXIII.

An possit resignari beneficium super quo volens resignare , habet ius ad rem ; & qui habeant tale ius.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium in quo quis habet ius ad rem potest renunciari simpliciter non autem in fauorem.*
2 *Habet ius considerabile, qui habet ius ad rem.*
3 *Quisque potest renunciare iuri competenti.*
4 *Ius ad rem non est tantæ potentiæ , vt possit in alium transferri.*
5 *Ius in re potest renunciari in fauorem.*
6 *Aliud est renunciare simpliciter, aliud vt detur alteri.*
7 *Electus potest simpliciter electioni de se factæ renunciare.*
8 *Electus post electionem habet ius ad rem.*
9 *Electus post renunciationem non auditur.*
10 *Præsentatus ad beneficium potest renunciare simpliciter.*
11 *Præsentatus potest renunciare in manibus patroni.*
12 *Post præsentationem acquiritur ius ad rem.*
13 *Patrono laico licet variare, accumulatiuè.*
14 *Habentes expectatiuam ad beneficia possunt renunciare simpliciter.*
15 *Per expectatiuam habetur ius ad rem.*
16 *Habentes regressum, vel accessum possunt renunciare simpliciter.*
17 *Habentes ius ad rem non coguntur renunciare coram superiore.*
18 *Differentia inter ius ad rem & in re.*

Vigesimo tertiò quæro, An possit resignari beneficium , super quo volens resignare habet
1 ius ad rem ? Resp. posse † renunciari simpliciter non autem in fauorem ; ita colligitur ex Inn. ex
cap. quod in dubijs. sub. n. 2. de renunc. vbi Abb. &
alij omnes. Archid. in cap. deliberatione de offic. leg.
lib. 6. Rot. decis. 7. de iure patro. in antiq. & decis. 8.
eodem titulo in nou. n. 2. & est communis opinio.
Et ratio est , † quia qui habet ius ad rem , habet ius 2
considerabile, vnde non mirum si potest simpliciter illi renunciare ; iuxta vulgarem & communem regulam
vnicuique esse concessum renunciare iuri † sibi compe- 3
tenti. Rot. decis. 32. nu. 3. de appell. in nou. & decis. 31.
nu. 4. de iud. in antiq. & decis. 1. n. 3. de iure iurand.
per Bisignet. D. meus Card. Paris. cons. 65. num. 24. vol.
2. non autem in fauorem, cum dictum † ius non sit tan- 4
tæ potentiæ , vt possit in alium transferri, iux. not. per
Sarn. in regul. de iur. quæsit. non tollen. Rot. decis. 17.
de præbend. in nou. namque vt procedat renunciatio
in fauorem , † requiritur vt renuncians habeat 5
ius in re , & sic, vt à superiore habuerit titulum canonicum. iux. cap. 1. de reg. iur. in 6. iuxta ea quæ scribit Lapus allegat. 89. & dicetur infra ex communi. Ex
quo patet, quod differunt hæc inter se, scilicet renunciare † simpliciter , & renunciare vt detur alteri , vt 6
scriptum reliquit Bal. cons. 403. n. 3. lib. 1. & hæc de
stilo cancellariæ appellatur cessio.
Ex quo infertur primò, electum † ad aliquod benefi- 7
cium posse simpliciter renunciare electioni de se factæ,
cap. in præsentia. de renunc. Inn. in ca. cum venissent.
de rest. in integ. Rot. decis. 8. num. 3. de iur. patron.
in nou. Card. Alex. in can. si quis. n. 4. 7. q. 1. Franc. in
cap. beneficium. num. 10. in fin. Moder. tractat. de elect.
Gulliel. Mandagot. de elect. prælat. colum. 4. in fin. vers.
electus. & communiter Doctores. Namque electus † 8
post electionem habet ius ad rem. Abb. in cap. cum Bertoldus de re iud. Fel. in cap. in nostra. in 28. Corollario. de rescr. Bellam. decis. 167. Rot. decis. 6. de elect.
in nou. communis. vt per Sar regul. 1. de iur. quæsit non
tollend. collum. 13. vers. 1. igitur modis.
Et in tantum valet huiusmodi renunciatio electi
sponte facta , vt, posteà † non audiatur. Ant. de Butr. in 9
d. cap. præsentia. n. 1. vbi communiter , & minùs potest
appellare, ne ad nouam electionem deueniatur. Zabarell. in cap. cum inter nu 2. de elect.
Secundò infero , præsentatum † ad aliquod benefi- 10
cium posse renunciare simpliciter dictæ præsentationi,
etiam post acceptationem , ac etiam † in manibus so- 11
lius patroni , vt fuit centum , vt dicitur in d. decis. 7.
de iur. part. in antiq. Curt. in tract. de iure patro. verb.
honorificum. col. 30. & communiter omnes.
Nam per præsentationem † acquiritur ius ad rem. 12
Sarn. d. qu. 1. de iure quæsit. non tollen. col. 14. vers. 2.
Casus. Rebuff. in eadem reg. gl. 6. num. 38. Bellam. decis. 167. postquam præsentatus acceptauit Abb. in cap.
cum Bertold. col. 3. de re iud. Cald. cons. 17. de iure
patr. & cons. 9. eod. tit & est communis opinio.
Quomodo enim tales præsentati poterunt resignare
in fauorem ? cum à superiore adhuc non sint instituti ?
Bero. cons. 5. num. 77. cum seq. lib. 1. namque licet † 13
patrono laico variare accumulatiuè. cap. quod autem
vbi glo. Innoc. Butr. Io. Andr. Card. Alex. & communiter doctores, vt de communi attestatur. Bero num.
8. de Iure Patr. Card. Paris. cons. 47. in princ. vol. 4.
Ferret. cons. 211. num. 9. Celsus Hug. cons. 78. n. 6. &
7. Gerard. Mazol. cons. 61. n. 28. Bero. d. cons. 5. &
nu. 77. & 79. lib. 1. Rip. in rub. de iud. nu. 69. Franc.
Marc. decis. Delphin. 476. nu. 20. & 479. per totum part.
1. & decis. 1154. ead. part. & est communis omnium
sententia , vt attestatur Bursat. cons. 379. num. 11. cum
seq. vol. 4. vbi infinitos recenset.
Tertiò infero habentem † expectatiuam ad aliquod 14
beneficium posse renunciare simpliciter illi gratiæ
Rot. decis. 8. de renunciat. in antiq. Gemin. con. 127.
in fin. Boër. decis. 308. num. 1. & communiter doct. hoc
volunt, vt colligitur ex Staphil. de lite. grat. cum per
expectatiuam † habeatur ius ad rem. Cardin. Zabarel. in clem. Auditor . & in clem. seq. not. 1. de rescript. 15

Digitized by Google

Sarn. d.qu.1. reg. de iur.quæsit. non tollen. col.14. Non autem in fauorem, cùm adhuc beneficium non sit suum virtualiter, vt possit in alium transferre.

Hinc tale beneficium non potest permutari, Alex. de Antil. Barb. in cap. quæsitum.col.4. de rer. permu. post Zabarell. licet Gamm. in cap. licet. nu.41. de rer. permut. in 6. tenuerit contrarium, cuius opinio communiter reprobatur.

16 Quartò infero habentes † regressum vel accessum ad beneficium posse renunciare simpliciter. Put decis. 341. lib.1. Mohedan.decis. 338. col.3. & communiter. doct. vt suo loco dicam, isti enim habent ius ad rem, vt per Sarn.d.q.1.col.18. de iur. quæsit. non tollen. vbi refert alios casus, ex quibus habetur ius ad rem & in his idem erit dicendum vt suprà.

17 Et renunciatio † istorum qui habent ius ad rem, non est, necesse, vt fiat in manibus superioris. gloss. in cap. si electio. de elect. lib.6, cum aliis alleg. à Rot. decis. 7. nu.3. de iur. patr. in antiq. & decis.8.nu. 2. eod. tit. in nou. Gemin.cons. 127. Boer. decis. 308. sub num.1.& communiter doct. vt dicam infrà suo loco.

18 Ex quo collige † differentiam inter ius ad rem & in re, namque facilius perditur ius ad rem, quam ius in re. Rot. decis. 17. n. 2. de præbend. in nou. Rot. decis. 14. nu.5. de renunc. in antiq. & communiter doctores.

Lib.2. q. 23. n. 2. & 4. Ibi, non autem in fauorem

IMò potest etiam in fauorem, resignari, vel solùm cedi ius ad rem plures enim obtinuimus hactenùs signaturas Apostolicas super prouisionibus beneficiorum, dum illa obtinentes, omni & cuicunque iuri sibi nedum in dictis beneficiis, sed etiam ad illa quomodolibet, etiam literis non expeditis, & possessione non habita competenti, & per eos prætenso ced. bant. De quo videndus Mandosius in praxi signat. gratiæ. tit. l. Resignationes. Vers. beneficij obtenti.

Eadem q. 23. num.1. Non autem in fauorem.

¶ QVia videlicet ius ad rem est ius personale, vt penultima quæstione diximus, & quamuis in signaturis cessionis iuris ad fauorem factæ resignans omni & cuicumque iuri sibi, non solum in beneficio, sed etiam ad illud quomodolibet competenti cedat, non inde sequitur ius ad rem posse ad fauorem resignari, seu cedi, vt malè assueuerat ibi Duclosios: quia vbi resignans ius tantum haberet ad rem, Papa non intendit conferre ius illud tenue, quod nunquam vacat, & personam non egreditur, sed beneficium ipsum, non tanquam vacans ex capite cessionis huiusmodi, (non enim vacat per renunciationem iuris ad rem, sed durat vacans, eo quo ante acquisitionem iuris huiusmodi modo vacabat, vt deducit Gomesius ad Regul. de non toll. iur. quæsit. q. 1.) sed ex capite illius veræ, & veteris vacationis per clausulas ad hunc, aut similem effectum apponi solitas, siue alio quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque personæ, iure illo, si quod ad beneficium resignanti competat, perpetuò per renunciationem extincto manente.

QVÆSTIO XXIV.

An possit resignari beneficium Bullis non confectis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium potest resignari etiam bullis non confectis,*
2 *In supplicatione narratur bullas non esse expeditas.*
3 *Post signatam supplicationem prouisus consequitur titulum beneficij.*
4 *De iure communi non requiritur expeditio literarum.*
5 *Ante expeditionem literarum titulus non dicitur perfectus.*
6 *Mortuò prouiso post registratam supplicationem beneficium vacat per obitum.*
7 *Quomodo fiat resignatio, quando supplicatio non est registrata.*

ET quia recepta doctorum sententia est, beneficium, in quo quis habet ius, iure posse resignari simpliciter, & in fauorem.

Vigesimoquartò quæro, An talis resignatio possit
fieri bullis non confectis? communis opinio est posse † 1
fieri etiam ad fauorem. Boer. decis. 24. num.9. Rebuf.
in cõcordatis de mand.Apost. in verb.literas, vbi citat
Imol.in clem vnica. num. 22. de rerum permut. Arnolphus.Ruf. de iur.regal. priuileg. 4. n.15. dicit ita hodie
practicari. Mascard. de prob. conclus.843.num. 18. Aragon. decis. 12. Illerden. & habetur in lib. diuersarum
decis.250. in manuscript.& colligitur ex decis. 182. R.
P. D. Seraphini. Mandos. in prax. sign. grat. tit. resignationes. colum. 3. vers. beneficij obtenti, vbi dicit
admitti huiusmodi resignationem his verbis, scilicet,
possessione habita, vel non habita. ac forsan literis non
expeditis, resignare proponat, prout resignat & cedit
nec signatura, inquit Mandos. delere consueuit illa
verb. forsan literis non confectis, seu non expeditis.
arg. not. per gloss. primam in can. institutionis 25. qu.
2. & per Doct. in procem. Sexti. hodie autem solet † 2
narrari hoc, quod literæ non sunt expeditæ, & non de
facili admittitur huiusmodi resignatio ad fauorem, sed
cum magna intercessione, nam quamuis post signatam
supplicationem † ille consequatur titulum beneficij, 3
vt per Card. in cap. quisquis. de elect. Bal. in le. cum
apud. C. com. de succ. manusc. Sarn. de infir. resign. q. 31. qui titulus in beneficialibus attenditur. cap.
ex frequentibus. de institut. Doctor. in cap. ex literis
de restitut. spoliat. & in cap. ex insinuatione. de procurat. can. institutionis. 25. q.2. & per consequens de
iure communi non requiratur † expeditio literarum, 4
vt fuit dictum in vna Bracchanen. Monasteriorum, coram Accorambono 24. Aprilis 1552. teste Caputaq. decis.4.p.1. tamen cum hodie de stylo omnibus noto, &
ex regul. Cancell. requiratur dicta expeditio literarum
sequitur ante dictam expeditionem titulum non dici
perfectum † in suo esse. Bellam. decis. 110. col. 4. & 5
decis. 664. Mil. in verb. gratia. Apostolica. Oldrad.
cons. 324. incip. factum tale. Rot. decis.27. de rescrip.
in nou. & decis.28. de præben. in antiq. Bellam. decis.
746. & decis. 252. vbi dicit sumptum de registro supplicationum in iudicio fidem non facere: licet secus sit
in registro literarum Bullatarum.

Et hæc conclusio procedit postquam supplicatio signata per summum Pontificem est registrata, nam tunc potest fieri huiusmodi resignatio, quæ de styllo cancellariæ appellatur cessio, & tunc si moriatur ille ad cuius fauorem fuit signata † dicta supplicatio, & registrata, beneficium dicitur vacare ex eius obitu, vt est vera conclusio per Sarn. in 1. qu. reg. de non iudic. Cassad. decis. 8. n. 3. vbi scribit dec. Bellam.144. contrarium volentis non seruari, & illum refert & sequitur Mandos. in prax. signat. grat. tit. renunciationes. col. 4. in princ. hoc enim casu † potest resignare iste in fauorem, nam resignatur alia supplicatio cum narratiua, quòd beneficium fuit alteri collatum, qui consentit expeditioni literarum, & renunciat omne ius, & ita vidi practicari.

Si autem solùm est signata supplicatio, tunc potest illa lacerari, vt fieri videmus tota die, & alia signari in fauorem illius, cui vult renunciare: & ita fuit pluries dictum in Rota.

Lib. 2. q.24. nu. 2. Ibi, & non facili.

NVllam tamen inuenimus difficultatem in obtinendis huiusmodi prouisionibus, vnde putamus auctorem loqui in beneficiis patriæ obedientiæ, vbi bursalis illa regula Cancellariæ Apostolicæ, quòd gratia non suffragetur, nisi literis expeditis, locum habet, non autem in beneficiis patriæ reductæ. Rebuffus in § præfatique ordinarij, in verbo, post præsentium acceptationem, & idem auctor infrà, lib. 9. quæst. 2. num. 4. ac in tractatu de confidentiis beneficialibus. qu. 28. num. 15.

Eadem qu. n. 5. Ibi, Sumptum de Registro supplicationum in iudicio fidem non facere.

IN Gallia tamen non minor eidem fides adhibetur, quàm ipsi signaturæ, si originaliter in iudicio ostensa & producta esset, adhiberetur; dummodò illud per vnum aut alterum ex Registri Magistris, collationatum, ac Sigillo eiusdem Registri munitum esse constet.

Eadem q. n. 7. in fine, Ibi, Et ita vidi practicari.

HAnc praxim secuti sumus multoties: & formæ supplicationis cum solita narratiua, meminimus lib. 1. q. 1. huiusce operis: vbi cessionis, non autem resignationis verbo, (ipsa praxi edocti) vsi sumus.

Eadem q. 24. n. 5. Sumptum de registro supplicationum in iudicio fidem non facere, licet secus sit in registro literarum bullatarum.

¶ CVm apud nos non expediuntur literæ super prouisionibus beneficiorum inferiorum, sed sola sufficiat signatura, vt nostri omnes tradunt, & praxis docet, consequens est, vt ea amissa aut aliàs in lucem non prodeunte, vel etiam de falsitate suspecta, ad eum, cum registri Apostolici in quo illa, antequam parti relaxetur, [illegible], recurramus. Sed an extrahi debeat parte [illegible] vt fidem faciat? Edictum Henrici II. contra par[illegible] [illegible] percepit vocandam: sed vsu introductum est, vt probet quamuis pars non fuerit vocata: [illegible] de iure fidem facit, ex quo manu commentariensis, seu registri custodis munitum, iux. l. in traudem 45 § [illegible] apud ff. de iure fisci. Magis est dubium de carta [illegible] perquisitionis, quam perquiratur vocant, an fidem faciat in iudicio? Et puto, ea, quæ nobis forma infirmi miri confueuit, nullius chirographo sigilloue roborata, non esse authenticam, & probationi solum ex coniectura inseruire, plenè autem non probare, nisi aliis iuuetur adminiculis.

QVÆSTIO XXV.

An possit resignari beneficium literis non plumbatis.

SVMMARIVM.

1 *An literæ dicantur expeditæ, quando sunt in plumbo.*
2 *Literis plumbatis potest fieri resignatio.*

SEd iuxtà hoc, vigesimoquintò quæro, pone, quod post signatam supplicationem, literæ expediantur in Cancellaria, & posteà mittantur in officio, vbi solet apponi plumbum. An iste possit resignare hoc beneficium in fauorem? hæc quæstio pendet ex alia quæstione.

1 An quando literæ sunt in plumbo dicantur † expeditæ, de quo fuit dubitatum in Rot. de mense Nouemb. 1539. coram R. P. D. Marcello Crescentio in vna Salamantina Parochialis in qua fuit conclusum pro affirmatiua, ius. cap. licet de crim. fals. Gemin. in cap. sicut. de præben. lib. 6. prout attestatur Sarnen. in qu. 1. regula de non iud. iuxt. form. suppl. col. 4. & ita seruari in praxi attestatur Fel. in cap. diligenti. in fin. de Simon. vnde cum literæ sint expeditæ, sequitur posse fieri resignationem, iux. ea quæ dicentur in seq. quæst.

2 Ex quo infertur † quòd absque dubio quis potest resignare, postquàm Bullæ sunt plumbatæ, & in hoc concordant omnes communiter, ac ita seruat stylus.

Lib. 2. q. 25. n. 2. Ibi, & ita seruat stylus.

STylus, de quo in præsenti quæstione fit mentio, non obseruatur, quoad beneficia Galliæ, nisi forsan in consistorialibus & aliis, pro quorum scilicet prouisionibus non laxantur simplices signaturæ, sed vltra illas, literarum expeditio requiritur. Vide dicenda lib. 7. q. 12. n. 19. & lib. 10. q. 2. n. 6.

Eadem q. 25. num. 2. Quis potest resignare postquam bullæ sunt plumbatæ.

¶ ET non ante, licet missæ essent in officio, vbi plumbari solent: ratio est, quia plumbum est de substantia bullæ, nec enim dicitur bulla, nisi in ea appositum fuerit plumbum, gloss. in clem. vnic. in verb. aurea in fine de iureiur. text. in cap. licet de crimine falsi: imò quandoque bulla vocatur plumbum, vt in dict. cap. licet: aliàs iuribus suis frustrarentur officiales plumbi, quibus æquè ac cæteris consulere intendit regul. cancellariæ 15. quæ cum sit pecuniaria apud nos non attenditur.

QVÆSTIO XXVI.

An possit resignari beneficium ante habitam possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Ante apprehensam possessionem potest fieri resignatio.*
2 *Per collationem & acceptationem acquiritur ius.*
3 *Per acceptationem acquiritur titulus beneficij.*
4 *Ius consistit in literis.*
5 *Possessio non potest capi sine literis, & constitutione Iulij III.*
6 *Renuncians literis, videtur renunciare beneficio.*
7 *Non vtens literis per annum non videtur renunciare.*
8 *Quando videatur renunciare literis.*
9 *Aliud est renunciare Prælaturæ, aliud absoluere subditos.*

VIgesimo sextò quærò, An beneficium possit resignari etiam ad fauorem, literis expeditis ante tamen apprehensam possessionem? Respondeo † affirmatiuam opinionem a doctor. communi- 1
ter recipi. Gemin. cons. 127. in fi. ad quod allegat Io. And. Archid. & Rot. Boer. decis. 308. num. 1. Calder. in cap. mandatum. num. 15. de rescrip. Petr. Anchar. in cap. ad audientiam, 2. num. 1. de rescript. Ant. de Burg. in cap. cæterum. num. 151. de rescr. Petr. Greg. Sintag. iur. lib. 17. c. 17. num. 16. & ita communiter practicari attestatur Arnulph. Ruf. de iur. reg. priuileg. 4. num. 15.

Ratio est, quia per collationem † & acceptationem, 2
ex communi, illi cui confertur, consequitur ius in re. cap. vlt. de concess. præbend. lib. 6. cap. si tibi absenti. de prebend. in 6. Put. decis. 90. num. 4. lib. 1. Rebuff. in reg. de iur. quæsit. non tollen. gloss. 6. nu. 38. in fin.
ac † titulum beneficij, vt est communis opinio, de 3
qua laté Sarn. de non iud. ius. form. suppl. q. 1. qui sufficit ad renunciandum etiam in fauorem, vt dictum est suprà, namque possessio ad hoc non attenditur, vt ex
pluribus iuribus resoluit Boer. decis. 24. nu. 8. † ius 4
enim consistit in literis sine quibus prohibitum est ca-
pere possessionem, † ex constitut. Iulij III. 33. incip. 5
sanctissimus, sub pœna inhabilitatis & restitutionis fru-
ctuum. Ideò renuncians † expresse literis, videtur re- 6
nunciare beneficio. Ita Cald. post alios in cap mandatum. num. 14. de rescript. Maiol. de irregul. libr. 3. cap. 6. nu. 13. subdit Cald. d. cap. 1 mandatum. num.
16. quòd † literis non videtur renunciatum, si quis eis 7
non vtatur per annum, sicuti neque per traditionem factam superiori, subijciendo se misericordiæ ipsius. Maiol. d. lib. 3. de irregul. cap. 6. in fin. nec per reueren-
tiæ exhibitionem † aut obedientiæ præstationem. Ant. 8
de Butr. in cap. 3. n. 1. de his quæ fiunt a maior par Cap.
quemadmodum. † superiores prælati absoluendo. sub- 9
ditos à prælatura, non videntur per hoc renunciare prælaturæ. cap. lectæ. de renunc. vbi Anto. de Butr. & Abbas, quos vide.

Digitized by Google

Lib. 1. quæst. 26. num. 4. ibi, Sine quibus prohibitum est capere possessionem.

De hoc, suprà, nempè lib. 1. quæstio 5. fusè tetigimus.

Eadem quæst. num. 7. ibi, Si quis eis non vtatur per annum.

Hinc colligi posse videtur, executionem signaturæ Apostolicæ ab aliquo obtentæ, impediri non debere, etiam si is illa per annum vti postposuerit: & sic obiectioni, *Que la signature est surannée*, Locum non fore: veruntamen nos (edocti glosa in. cap. si tibi. de concess. præb. in 6) distinctione opus esse censemus, Aut enim ipsemet Pontifex maximus confert, aut verò conferre mandat. Primo casu, quia gratia est perfecta (quippe tunc signatura in forma gratiosa expeditur) collectioni locus est. Secundò verò casu, quia prouisio committitur in forma dignum, eadem collectio non procedit. In Gallia enim (vt Molineus ad regulam de publicandis resignat. num. 256. innuere videtur) huiusmodi mandata, sicuti Rescripta & interdicta, sunt annalia. [¶] Et insuper, qui vltra annum integrum, mandati executionem petere distulit, eidem necnon concessioni gratiæ renunciasse videtur. arg. l. peregrè. ff de acq. possess. ad quod pauci aduertunt. Nec nos mouet quod Boerius decis. 318. sustinet, tempus à iure præfixum non esse, ad possessionem beneficij per obitum vacantis capiendam. Nec quod Rebuffus, ac idem Molineus & quidam alij testantur, resignatarium scilicet quandocunque in vita resignantis, beneficij possessionem adipisci posse. Nos enim de mandato executori præsentando verba facimus. Adde, dari frequenter nouas prouisiones Apostolicas dum priores signaturæ in forma dignum expeditæ superannales, seu anno antiquiores existunt, hoc est; intra annum executioni demandatæ non fuerunt, nec vt demandarentur petitum extitit. Quod Magistro Michaeli Cosmardo Clerico Tholosanensis Diœcesis nuper accidit, ratione Prioratus Beatæ Mariæ de Arnespo Cluniacensis ordinis Conuenarum Diœcesis, qui de nouo eidem Michaeli ob similem defectum auctoritate Apostolica commendatus fuit. Quod non vtique concederetur, si omni tempore easdem signaturas exequi liceret. frustrà enim admitterentur duæ vbi vnica sufficeret. Nec dubium est quin stylus Romanæ curiæ pro lege habendus sit. cap. quàm graui. de crimin. falsi. Quibus non immeritò duximus subiungendum, literas Apostolicas super prouisionibus beneficiorum, siquidem in forma dignum expeditæ sint, loci Ordinario: Si verò in forma gratiosa, Ipsimet sibi prouiso dirigi consueuisse Vnde priorem formam non autem posteriorem superannalitati (si nobis hoc verbo vti liceat) subiacere dicendum est: Iuxta notabilem eiusdem Rebuffi distinctionem, quam ponit in sua praxi beneficiaria. titulo, *Differentiæ inter Rescripta gratiæ & iustitiæ n.* 8 & 30. pag. 55. De quo etiam videndus Papponius tertio tertio Notariorum volumine lib. 5 tit. *Rescriptis perpetuis & temporalis. pag.* 358 Notandum quoque, si resignatarius possessionem, etiam post lapsum triennij (antè tamen alterius impetrationem, ac aliàs ritè) adeptus sit, illum, contra quemlibet ex dicta causa impetrantem, tutum fore, Quod intelligendum, si possessori resignatario aliud canonicum non obsistat. Is quoque qui subrogationem in locum possessoris siue mortui siue cedentis in actione possessorij petere intendit, id processus intra annum à die sibi collati beneficij, & possessionis adeptæ computandum, exequi debet, posteà enim repelleretur per rationem l. 1. ff de interdic. hincque exibendi tituli necessitas exoritur, quo pateſiat vtrum subrogandus intra annum venisset, necne. De quibus ex professo Rebuffus in praxi, tit. de subrogationibus. Et post eum Gregorius in suis rei beneficiariæ institutionibus cap. 40. num. 18. Vnde has posteriores (nempè subrogationum) notas, nedum ex quotidiano vsu & Romanæ curiæ stylo, expiscati fuimus. Quibus conueniunt notata à Papponio lib. 8. collectionis tit. 17. arest 1. 2. & 3. & lib. 10. Tom. 3 Notariorum fol. 778. & 779. [¶] Signaturas resignationum, vt pote fauorabiles, & sæpe ipsis resignatarijs vltra annum ignotas, aut à resignante detentas, ab hac regula eximendas suadet cùm ratio ipsa, tùm vsus, & consuetudo optima legum interpres, imò altera lex, quæ executioni prouisionum huiusmodi per integrum triennium viuo resignante locum facit; neque enim faciliè mutanda sunt quæ certam semper interpretationem habuerunt, l. minimè ff. de legib. sed hæc exceptio firmat regulam quoad alia mandata.

QVÆSTIO XXVII.

An possit resignari beneficium ante factam publicationem.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus de præbenda sub conditione, non potest illi renunciare pendente conditione.*

2 *Hæreditas ante conditionem impletam potest renunciari.*

3 *Resignatio beneficij habet conditionem, si fuerit facta publicatio.*

4 *Beneficium resignatum potest renunciari, etiam ante publicationem.*

5 *Ius quæritur per signaturam Papæ.*

6 *Gratia* si neutri, *non suffragatur ante publicationem.*

7 *Gratia* si neutri, *capit beneficium vacans.*

8 *Expectans, & acceptans possunt resignare.*

9 *Potest fieri resignatio ante publicationem, & cui esset ea fiat.*

Vigesimo septimò quæro, An beneficium possit resignari antequàm sit facta publicatio? præsupone fuisse resignatum beneficium N. qui vigore huiusmodi resignationis capit possessionem, non autem adhuc publicauit, vt tenetur ex regulis Cancellariæ, ac etiam ex constitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. an possit resignari huiusmodi beneficium.

Videtur quod non, ex doctrina Cyni, quem refert & sequitur Alexander in l. Is qui hæres. nu. 5. ff. de acq. hæred. vbi vult. quod si fuerit prouisum † alicui de 1
præbenda sub aliqua conditione, quòd pendente tali conditione non potest prouisus renunciare præbendæ. idque Cyn. & Alex. deducunt ex illo tex. dùm dicitur hæreditatem delatam sub conditione † non posse re- 2
nunciari pendente conditione: Ita in casu nostro cum resignatarius teneatur publicare, aliàs amittit ius, ergò antequam, ius suum sit resolutum, non potest † resigna- 3
re, quia erat beneficium futurum resignatario sub conditione si supplicaret. vt in terminis scribit Rom. consil. 433. sub num. 9.

His tamen non obstantibus contraria opinio est verior, & ab omnibus recepta, † vt beneficium resignatum 4
possit resignari ante factam publicationem à resignatario. ita fuit resolutum in vna Toletan. præstimonij coram Sarn. teste Crescen. decis. 257. lib. 1. in manuscr.

Ratio est quia ius quæritur † per resignationem ad- 5
missam & signatam à superiore, vt est communis opi. de qua per Sarn. in 1. q. reg. de non iud. iux. form. sup. & q. 31. num. 2. reg. de infir. resig. nec pendet à conditione si publicauit, vt in specie tradit Mohed. decis. 348. fuit. in tit. de præben. Card. Paris. cons. 114. num. 5. vol. 4. licet in euentum, in quem non publicauerit, resoluatur. vt optimè declarat Card. Paris. d. cons. 114. num. 5. cum seq.

Hinc ante factam publicationem si beneficium fuerit impetratum † per gratiam *si neutri*, licet non fuerit 6
posteà facta publicatio, nihilominùs non valet huiusmodi impetratio, cum ante publicationem ius esset purè quæsitum. Ita fuit tentum in Rota die tertia Februarij 1540. coram D. Ioanne Paulo. teste Mohed. d. dec. 348. fuit dubium. sub tit. de præb. de qua etiam decis. attestatur Orat. Mand. in addit. ad Roman. cons. 433. in verbo sub conditione. sub num. 9. gratia enim *si neutri*, capit beneficium † vacans & non vacaturum, vt dicitur 7
infrà.

Hinc acceptans & obtinens † sibi prouideri vigore 8
expectatiuæ, potest cedere ius in beneficio acceptato competens, antè cursum trium mensium datorum ad publicandum

publicandum. Cass. decis. 27. super reg. vbi latè. Et hæc opinio probatur in Constitutione Fel. record. Gregorij XIII. de publicandis resignationibus, vbi arctat nedum primum resignatarium, sed etiam secundum & tertium, ad Publicandum resignationes, vt latiùs infra, dicetur.

Non obstant in contrarium allegata, quia illud consil. Rom. quatenus dicit ius esse sub conditione, reprobatur à Rota. vt tradit Mohedan. d. decis. ac etiam Mandos. in addit. ad illud cons.

9 Amplia procedere † etiam si esset in fine termini dati ad publicandum, ita Cassad. d. decis. 27. tenuit palatium. super reg. Cancell. ex rationibus per ipsum allegatis, & est communis opinio.

Lib. 2. quæst. vlt. num. 5. Ibi, Quia ius quæritur per resignationem admissam & signatam à superiore.

ET hæc est ratio cur resignationes beneficiorum seu cessiones iurium, etiam literis non confectis & possessione non habita, admittantur. Vide tamen num addi debeat, & post formalem consensum præstitum.

Eadem quæst. num. 6. Ibi, Nihilominùs non valet huiusmodi impetratio.

RAtionem ponit Parisius infrà, lib. 11. quæst. 7. num. 45. pari etiam ratione, non valet impetratio parochialis Ecclesiæ, facta per non promotionem illius, qui adhùc intrà annum promotionis existit; licet ex eo anno tantum temporis effluxerit, vt certum sit possessorem ad sacerdotium promoueri intrà tempus à iure statutum non posse: Quia scilicet non est priuatus. arg. l. Insulam ff. de verb. oblig. Et indultum à iure beneficium nemini est auferendum. cap. indultum. de reg. iu. in 6. Vide à nobis notata lib. 1. q. 1. n. 20. Et notanda lib. 3. q. 2. num. 9. Vide etiam Carondam lib. 1. Pandectarum iuris Gallici. cap. 10. pag. 104. post principium.

Eadem q. 17. num. 1. Si fuerit prouisum alicui de præbenda sub aliqua conditione, pendente tali conditione non potest prouisus renunciare præbendæ.

TRiplex est conditio in genere, quæ & in ipsis resignationibus, & prouisionibus beneficiorum quadamtenus admittuntur. Prima respicit tempus, præsens vel præteritum, vt si resignatarius est idoneus, si beneficium vacat; Et hæc quia non suspendit, nec resoluit, non est propriè conditio, l. itaque. ff. si certum petatur, sed illicò actus, aut nullus est, aut purus: vnde numquam, vel statim ius acquiritur, & resignari potest, etiamsi existentia conditionis ignoretur, modo reuera existat: & quamuis in collationibus & præsentationibus admittatur quatenus de iure inest, gloss. & Doctores in cap. 2. de Elect. in 6. in electionibus tamen reiicitur, propter incertitudinem; quia in his, ob decretum facilius interponendum, requiritur maior simplicitas, & rotunditas, Molin. ad Regul. de public. resig. num. 350. Doctores in dicto cap. 2. Duæ reliquæ conditiones ad futurum tempus referuntur, quarum altera est actus suspensiua, vt resigno, si patronus consentiat: si vnio sequatur: si beneficium quæratur resignatario. Huius generis conditionem continent omnes resignationes in fauorem, & ante eius aduentum, quia ius non quæritur, resignatio fieri nequit, Flam. infrà lib. 3. q. 9. n. 15. Altera verò est actus resolutiua, qualis est, quæ resignationi cuiuscumque beneficii, aut collationi parochialis Ecclesiæ non Presbytero factæ insita intelligitur, nisi resignatio publicetur, aut infirmus resignans viginti diebus superuiuat, aut rector ad presbyteratum infrà annum promoueatur, resignatio aut collatio huiusmodi eo ipso irritæ fiant; interim autem actus purus est, quia hæc conditio non suspendit, sed suspenditur. l. 2. & per tot. de in diem adiect. vnde infrà inducias publicationis, aut promotionis prouisus liberè poterit resignare. [num. 9. etiamsi esset in fine termini dati ad publicandum] valet quidem resignatio sed resolubiliter si infrà residuum termini secundus resignatarius, id est resignatarius resignatarij, non publicet, iuxta ea, quæ contra Gomesium tradit Molin. ad regul. de publicand. resig. num. 33. & seqq. Ambo enim vnicum tantum habent terminum ad publicandum, à die primæ resignationis admissæ computandum: Secus in parocho non presbytero, qui semper integrum habet annum, à die prouisionis suæ, vt ad sacrum presbyteratus ordinem promoueatur, iuxta cap. licet canon. de elect. in 6. quamuis Ecclesiam per resignationem non promoti, etiam in fine anni factam habuerit, ratio differentiæ est, quia regula cancellariæ publicationem præcipit in termino faciendam aliàs non solum ipsam resignationem, sed & inde sequuta quæcumque irritat, & nullius esse decernit roboris vel momenti; ad vitandas fraudes: prouisionem verò parochi infrà annum non promoti, irritat quidem, sed non inde secutam resignationem infrà annum legitime factam; qui ipsam, vt fraudibus minus obnoxiam, expressè canonisat in c. transmissam, ibi: nolente conferre de elect. in 6.

FINIS SECVNDI LIBRI.

Digitized by Google

FLAMINII PARISII IVRE CONSVLTI CONSENTINI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM

LIBER TERTIVS.

In quo qui possint resignare beneficia, decem & octo quæstionibus dilucidè explicatur.

QVÆSTIO I.

An omnes possint beneficia resignare, an habentes dignitatem, an priuatus ipso iure, & qui priuentur ipso iure, an promoti ad incompatibilia, & hac sumpta occasione ponitur tota ferè materia beneficiorum compatibilium, & incompatibilium.

SVMMARIVM.

1 *Omnes possunt beneficia resignare.*
2 *Habentes dignitatem possunt resignare.*
3 *An resignatio sortiatur effectum, si resignans assumatur ad summum Pontificatum.*
4 *Per assumptionẽ ad Papatum, vacant beneficia assũpti.*
5 *Per assumptionẽ Episcopatus vacãt beneficia promoti.*
6 *Per assumptionem ad Papatum extinguuntur pensiones & reseruationes fructuum.*
7 *Papa est solutus legibus.*
8 *Per prouisionem ad Episcopatum vacant pensiones.*
9 *Retentio concessa Episcopis, non suffragatur literis non expeditis.*
10 *Episcopi titulares non amittunt pensiones.*
11 *Papa est Episcopus.*
12 *Episcopus est pater spiritualium.*
13 *Papa est pater spiritualis omnium Christianorum.*
14 *Qua ratione reseruentur pensiones Cardinalibus.*
15 *Papatus est beneficium.*
16 *Princeps debet viuere secundum leges.*
17 *Papa astringitur lege honestatis.*
18 *Papa est animal rationale.*
19 *Princeps contractum ab eo factũ reuocare non potest.*
20 *Resignantes debẽt habere ius, alioquin cessio est nulla.*
21 *Priuatus beneficiis ipso iure non potest resignare.*
22 *Quoties beneficium amittitur ipso iure, nullum ius remanet beneficiario.*
23 *Quæ ipso iure sunt amissa, non possunt alienari.*
24 *Simoniacus non potest suum beneficium resignare.*
25 *An simoniacus omittat beneficia super quibus non commisit simoniam.*
26 *Offendentes Cardinales, non possunt resignare.*
27 *Falsificantes literas Apostolicas non possunt resignare.*
28 *Contrahens matrimonium non potest renunciare.*
29 *Obtinens beneficium curatum & non faciens se promoueri intra annum, non potest renunciare.*
30 *Curatus est priuatus ipso iure, si non fecit se promoueri infrà annum.*
31 *Hæreticus non potest renunciare.*
32 *Hæreticus priuatur ipso iure beneficiis.*
33 *Beneficia hæretici ante declarationẽ possunt conferri.*
34 *Filij hæreticorum sunt priuati ipso iure.*
35 *Filij hæreticorum nati post commissum delictum à patribus non possunt beneficia possidere.*
36 *Schismaticus non potest resignare.*
37 *Schismaticus dicitur hæreticus.*
38 *Priuati ipso iure non possunt resignare, etiam ante declaratoriam.*
39 *Intrusi non possunt resignare beneficia quæ possident.*
40 *Intrusi nullum habent titulum.*
41 *Intrusus non potest renunciare, etiamsi diu beneficium pacificè possedit.*
42 *Intrusi non possunt permutare.*
43 *Longa detentio beneficij, non iustificat titulum.*
44 *Inhabilitas præscribi non potest.*
45 *Ex diuturnitate temporis non nascitur titulus.*
46 *Intrusi condemnantur ad fructus à die motæ litis.*
47 *Ius canonizatum per sententiã Rotalem dicitur plenũ.*
48 *Laicus non potest possidere beneficia.*
49 *Laicus non potest resignare beneficia.*
50 *Promotus ad incompatibile non potest resignare.*
51 *Per promotionem ad incompatibile, vacant priora.*
52 *Amissa ipso iure non possunt alienari.*
53 *Resignare est donare.*
54 *Beneficia promotorum possunt conferri, nulla lata sententia.*
55 *Promoti inauditi, possunt deiici possessione.*
56 *Conductores non debent soluere promotis.*
57 *Parochiani quando possunt se subtrahere ab obediẽtia.*
58 *Promoti tenẽtur in foro cõsciẽtiæ, dimittere beneficia.*
59 *Priuatus non potest agere petitorio, pro beneficio quod amisit.*
60 *Promoti spoliati non sunt restituendi.*
61 *Contra spoliatum potest opponi defectus proprietatis.*
62 *Spoliatus à iudice non est restituendus.*
63 *Spoliatus à priuato authoritate iudicis nõ restituitur.*
64 *In prouisione secundi beneficij incompatibilis solet dari clausula,* vt primum infrà duos menses liberè dimittatur.
65 *Apposita huiusmodi clausula non potest fieri resignatio in fauorem, neque cum aliqua reseruatione.*
66 *Per promotionem ad Cardinalatum, vacant priora beneficia ipso iure.*
67 *Summus Pontifex in omnibus promotionibus concedit retentionem Cardinalibus.*
68 *Cardinales laborant pro Ecclesia Vniuersali.*
69 *Cardinales sunt latus Papæ.*
70 *Cardinalium officium est assistere Papæ.*
71 *Cardinales appellantur fratres Papæ.*
72 *Canonici cum Episcopo faciunt vnum corpus.*
73 *Cardinalatus cum Episcopatu est incompatibilis.*
74 *Cardinales habentur pro residentibus.*
75 *Promotus ad Episcopatum non potest renunciare beneficio ante obtento.*
76 *Per consecrationem Episcopatus vacant beneficia.*
77 *Quæ debeant concurrere, vt vacent beneficia promoti.*
78 *Beneficia promoti statim conferuntur.*
79 *Amissa ipso iure, non possunt donari.*
80 *Qui nullum ius habet, non potest renunciare.*
81 *Beneficia promoti ad Episcopatum, possunt conferri non expectata sententia.*

Digitized by Google

82 *In foro conscientiæ quis tenetur ad pœnam in qua fuit condemnatus.*
83 *Promouendi non possunt renunciare.*
84 *Papa solet cōcedere retētionē promotis ad Episcopatū.*
85 *In retentione expediuntur literæ.*
86 *Retentio est iuris antiqui reseruatio.*
87 *Dispensatione potest quis obtinere plura beneficia.*
88 *Summus Pontifex potest concedere retentionem.*
89 *Per promotionem ad Ecclesias existentes apud infideles, non vacant priora beneficia.*
90 *Quis non tenetur ad diligentiam, cum nihil operatur.*
91 *Primum curatum non perditur, nisi fuerit capta pacifica possessio secundi.*
92 *Promotus apud infideles nihil consequitur, præter dignitatem.*
93 *Duo beneficia curata simul, sunt incompatibilia.*
94 *Potest quis habere duo beneficia quorum vnum est curatum habitu, aliud actu.*
95 *Promotus ad Abbatiam non potest renunciare.*
96 *Beneficia promoti in Abbatem vacant ante benedictionem.*
97 *Episcopatus & Abbatia æquiparantur.*
98 *Abbatia est ex maioribus dignitatibus.*
99 *Abbatia sæcularis æquiparatur regularibus.*
100 *Prior regularis non potest renunciare.*
101 *Prior æquiparatur Abbati.*
102 *Prioratus est principalis prælatura in Ecclesia regulari.*
103 *Habens personatum, non potest renunciare priori, si consequatur secundum.*
104 *Archidiaconus & Decanus non possunt renunciare post obtentam aliam dignitatem.*
105 *Duæ dignitates sunt inter se incompatibiles.*
106 *Canonicus non potest renunciare primo, si consequatur secundum.*
107 *Incompatibile est habere duos Canonicatus in eadem Ecclesia.*
108 *Habens personatum, si consequatur curatum, non potest renunciare personatui.*
109 *Obtinens beneficium curatum si consequatur pacificā possessionē secundi, non potest renūciare primo.*
110 *Duæ parochiales in commendam sunt incompatibiles.*
111 *Commenda perpetua est titulus Canonicus.*
112 *Commendatarij perpetui faciunt fructus suos.*
113 *In dubio commenda perpetua præsumitur.*
114 *Dispositio cap. de multa. de præb. habet locum in commendis.*
115 *Per adeptionem secundæ Vicariæ, vacat prima.*
116 *Duæ Vicariæ perpetuæ, sunt inter se incompatibiles.*
117 *Vicarius perpetuus dicitur habere titulum.*
118 *Vicarius perpetuus non potest resignare Vicariam post adeptionem secundi curati.*
119 *Ratione vnionis possunt ab vno plura beneficia obtineri.*
120 *Annexum non facit incompatibile.*
121 *Obtinens beneficium simplex in aliqua Ecclesia, illud non potest resignare per adeptionem secundi.*
122 *Sub eodem tecto plura beneficia obtineri non possunt.*
123 *Episcopus non potest dispensare super incompatibilitate sub eodem tecto.*
124 *Non valet consuetudo vt quis possit obtinere plura beneficia sub eodem tectu.*
125 *Dispensatus ad duo beneficia, non censetur dispensatus vt illa habeat in eadem Ecclesia.*
126 *Clausula* motu proprio, *non tollit incompatibilitatem beneficiorum.*
127 *Clausula* motu proprio, *non tollit defectū intētionis.*
128 *In eadem Ecclesia possunt obtineri duo beneficia dissimilia.*
129 *Vt vacet primum debet capi possessio pacifica secundi.*
130 *Pacifica possessio quæ dicatur.*
131 *Verbum* incontinenti, *quomodo interpretetur, relinquitur arbitrio iudicis.*
132 *Obtinens beneficium simplex residentiam requirens si aliud simile cōsequatur, primū non vacat ipso iure.*
133 *Et obtinenti datur optio vt eligat quod voluerit.*
134 *Nō potest quis in diuersis Ecclesijs personaliter residere.*
135 *Non faciens residentiam priuatur ipso iure.*
136 *Primū præstimoniū non vacat per adeptionē secundi.*
137 *Præstimonia dantur in titulum beneficij.*
138 *Habens beneficium sufficiens ad commodam sustentationem, potest ex vsu alia beneficia habere.*
139 *Magna multitudo beneficiorum est incompatibilis.*
140 *Præstimonia sunt beneficia Ecclesiæ.*
141 *Multa beneficia possunt haberi, quando sunt modici valoris.*
142 *Decem aut octo beneficia dicitur magna multitudo.*
143 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur magna multitudo beneficiorum.*
144 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur magnitudo.*
145 *Iudicis arbitrio relinquitur quod certa lege non reperitur deffinitum.*
146 *Habens dignitatem si consequatur canonicatum, non priuatur ipso iure.*
147 *Canonicus factus canonicus in alia Ecclesia, non perdit primum ipso iure.*
148 *Dispositio cap. de multa. de præb. est pœnalis.*
149 *In literis in forma dignum, si Ordinarius non conferat, prouisus non potest capere possessionem.*
150 *Nemo potest perdere quod non habet.*
151 *Priuatus beneficiis non potest renunciare.*

PRIMÒ quæro, qui possint beneficia resignare?
regula est affirmatiua omnes † posse resignare 1
eorum beneficia, vt colligitur ex Ioan. Andr. in
Rub. de renuncia. n. 4. Rot. decis. 26. in fin. de
de proc. in antiq. & decis. 31. num. 4. de re iudic. eod. lib.
Boer. decis. 205. n. 4. & decis. 308. Bal. in cap. cum omnes.
n. 24. de constit. Ant. de Burg. in cap. ex parte. n. 21. de rescript.
Roffiniac. de benef. cap. 14. n. 43. Ioan. de Grass. de
rescrip. Apost. num. 88. Lamber. de iur. patronat. 2. ar.
q. 9. prin. p. 1. primi lib. n. 40. Doct. omnes in capit. quod
in dubiis, & capit. admonet. de renunciation.

Et hæc conclusio ampliatur procedere nedum in
priuatis, sed etiam † in habentibus dignitatem quan- 2
tumuis maximam; nam Episcopus Cardinalis, ac
etiam Papa, possunt resignare. cap. 1. de renunciat.
lib. 6. & ibi communiter DD. vt latè suprà compro-
bauimus in lib. 2. quæstio. 1. & hac sumpta occasio-
ne non omittam vnum dubium quod aliàs contigit.
Nam N. Cardinalis volebat † resignare quandam Ab- 3
batiam in fauorem Petri, fuit signata supplicatio, &
postea mortuus est summ. Pontifex. Et ad apicem Pon-
tificatus assumptus est dict. N. Cardinalis; dubitatur
an resignatio sortiatur effectum, ego distinguebam
quòd aut est præstitus consensus formalis, & tunc
resignatio sortitur effectum, namque possunt expe-
diri literæ, aut consensus non est præstitus, & hoc
casu literæ non possunt expediri, nisi voluerit sum-
mus Pontifex: qui potest illud beneficium, sicut
alia quæ habebat conferre, cùm communis sit conclu-
sio, per assumptionem † ad Papatum vacare omnia 4
beneficia assumpti, vt tradit nota. Collectan. in cap.
vlt. in fin. de concess. præbend. Sarn. quem refert & se-
quitur Alfons. Hoied. de incompatibilitate beneficio-
rum p. 1. cap. 1. num. 10. in fin. Hieronym. Cabr. cons.
200. num. 12. lib. 2. Egregiè Anastas. Germon. de indult.
§. si verò illa. num. 34. sicuti per assecutionem † Epis- 5
copatus vacat quodcumque Ecclesiasticum beneficium
assumpti, cap. cum in cunctis. §. cum verò de elect.
vbi gloss. Innoc. Ant. de Butr. Abb. Ancha. Dec.
& communiter, prout de commumi attestatur Hoied.
d. tract. parc. 1. cap. 4. num. 1. Et quia diximus com-
munem esse conclusionem, vacare beneficia per as-
sumptionem ad apicem Pontificatus dubitatur an
per dictam assumptionem extinguantur † pensiones & 6
reseruationes fructuum, quas dum erat Cardinalis per-
cipiebat vigore reseruationis eius fauore, auctori-
tate Apostolica factæ. Hoc dubium pluriès euenit,
& de eo vidi dubitari, nam quidam dicebant nega-
tiuè, cum Papa † sit solutus legib. l. princeps. ff. de 7
legib. Felin. & Dec. latè in cap. 1. de constitut. Anchar.

cons. 290. Berta. tract. de Episc. lib. 4. q. 16. Ergò legi-
bus non comprehenditur, nam vt dicit Bal. in cap. 1.
circa fin. tit. de alien. feudi, quod ex quo Deus Papæ
leges subiecit, eius celsitudini nulla lex imponi potest.

In contrarium tamen se habet veritas, vt per assum-
ptionem ad Papatum extinguantur etiam pensiones &
reseruationes fructuum, secundum quam opinionem
consuluit Hieronym. Gabriel. dict. cons. 200. lib. 2. hoc
idem voluit Alfons. Hoied. dict. p. 1. de incompat. be-
nef. c. 1. num. 11. vbi hoc extendit ad officia, & dicit
summam habere æquitatem. Immo secundum Gabriel.
dict. cons. num. 12. visus & consuetudo temporis imme-
morabilis, hanc opinionem approbauit. Et primò pro-
batur, quia si cum aliquis sit Episcopus, & munus con-
8 secrationis suscipit, amittit † pensionem quam antea
habebat. Gig. de pens. q. 56. vbi dicit, quòd hanc opi-
nionem amplectitur Curia Romana. Alfons. Hoied.
dict. p. 1. in capit. 4. nu. 4. & habetur constitutione Iulij
II. vt refert Putean. inter decis. manuscr. tit. de pen-
sion. decis. 16. vbi ait conclusum fuisse in Rota bullam
9 Iulij II. (qua cauetur indulta † retinendi pensiones &
beneficia concessa Episcopis non suffragari, nisi literæ
sint expeditæ) non comprehendere Episcopos titulares
10 † tantum Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium,
& ita semper obseruatum fuit & obseruatur, teste Ga-
briel. dict. cons. 200. num. 1. vbi etiam num. 2. dicit ita
se habere stylum inueteratum, qui ius facit. capit. lite-
ris. de constitut. ergò eò magis cum quis fit summus
Pontifex, amittet pensiones & reseruationes fructu-
11 um; nam Papa † est quoque Episcopus. can. in illis. in
fin. distinct. 4. can. vlt. distinct. 21. cap. 1. de constitut. in 6.
& totū orbem habet pro diœcesi. can. cuncta per mun-
dū. 9. qu. 3. Felin. in cap. graue, col. 2. de off. ordin. & sicut
12 † Episcopus est pater spiritualis omnium de sua diœcesi;
13 ita Papa est pater spiritualis omnium † Christianorum.
Abb. in cap. vltim. column. penult. de purgat. can. Dec.
in cap. at si clerici. num. 46. de iud. Gabriel. cons. 187.
num. 1. lib. 2.

Secundo, quia pensio eisdem modis amittitur, qui-
bus beneficium. Gig. q. 56. de pension. Gabriel. dicto
cons. 187. num. 11. lib. 2. & ita consuetudine & stylo
esse receptum, attestatur. Gabriel. dicto cons. 200.
numer. 4.

14 Tertiò quia pensiones † & reseruationes fructuum
Cardinalibus reseruantur, vt suum gradum honorabi-
lius sustinere possint, & ita de stylo exprimitur in lite-
ris, quæ ratio prorsus cessat cum Cardinalis assumptus
est ad summum Pontificatum. cap. 2. de præbend. lib. 6.
clemen. 1. in fin. vt lit. pend. Abb. in capit. constitutus.
de præbend. Corn. cons. 349. lib. 1. Alexand. cons. 2.
lib. 1. Dec. cons. 173. in princ.

Quartò quia inhonestum est, nec carens scandalo,
videre Papam tenere beneficia, vel frui pensionibus &
fructibus, quibus in minoribus fruebatur. vt tra-
dit Gab. d. cons. 200. n. 10. & hac ratione dicebat
Hoied. loco citat. hanc opinionem niti æquitate, nam
præbet exemplum aliis prælatis, vt se abstineant à plu-
15 ralitate beneficiorum, cum & summus Pontificatus †
sit Ecclesiasticum beneficium. Ang. de clau. in sua summ.
tit. de benef. §. 1. Nec obstat quòd sit solutus legibus,
& illis non comprehendatur, quia quamuis non tenea-
16 tur, tamen secundum † leges viuere debet. & nisi aliud
exprimatur, censetur vti iure communi. l. digna vox.
17 C. de legibus, & Papam † astringi lege honestatis, scri-
bit D. Thō. 1. 2. quæst. 96. artic. 6. ac dictamine ratio-
18 nis, cum sit † animal rationale politicum, & mortale.
Curt. cons. 63. colum. 7. Bal. in l. 2. col. 8. C. de seruit.
19 & aq. Hinc † princeps contractum ab eo factum reuo-
care non potest. Bart. in d. l. digna vox. idem Bartol.
in l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. faciend. Butr.
cons. 59. Gemin. cons. 74. col. 1. Abb. cons. 94. colum.
3. lib. 2. Corn. cons. 70. num. 11. lib. 2. Barbat. consil.
1. lib. 1. Socin. consil. 4. volumin. 2. lib. 3. Et in capit. 1.
de probat. plures responsiones dedi ad dict. leg. prin-
ceps.

Declara tamen hanc conclusionem principalem, dum-
modò illi habeant ius super beneficiis, nam si nullum
† ius habent, resignatio non potest fieri, & facta est 20
nulla. vt colligitur ex decis. 5. Rot. de re iudic. in anti-
quis, per Bisignet. Feli. in cap. in nostra col. 37. ver.
fallit quintò. de rescript. cum aliis. vt per Boër. decis.
205. num. 8. vers. item secus. Rossiniac. de benefic. c. 20.
num. 4. Lancellott. de attent. cap. 5. n. 34. Communis
opinio, secundum quam fuit resolutum pluriès in Rot.
& nouissimè in vna compostellana parochialis die Ve-
neris 14. Februar. 1584. coram R. P. D. Blanchetto, &
tradit Anto. August. dec. 17. lib. 2. Put. decis. 266. lib. 1.
Rebuff. consil. 64. & quotidiè practicatur.

Ex quo primò infertur, quod † priuatus beneficiis 21
ipso iure, non potest illa beneficia resignare in fauorem
alicuius. Rot. dec. 5. de re iud. in antiquio. per Bisignet.
Fel. in cap. in nostra. nu. 37. versic. fallit quintò. de rescrip.
Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in cap. præsenti. n. 16.
& num. 24. de off. deleg. lib. 6. Boer. decision. 205.
num. 8. ver. item secus. Anton. de Butr. cons. 43. incip.
aggredior. Ant. de Burg. in capit. Canonum. numer. 310.
de constit. Gamm. de auct. leg. à later. li. 10. de dispen-
sat. num. 340. Rebuff. cons. 64. num. 4. Gabriel. cons.
196. num. 11. lib. 1. Nauarr. cons. 1. de rescript. in
principio: & est communis omnium Doctorum senten-
tia.

Et ratio est, † quia quotiès beneficium amittitur ipso 22
iure, nullum ius remanet beneficiario: vt communiter
est receptum. Tiraq. in l. si. vnquam. verbo, reuertatur.
n. 446. cum seq. C. de reuoc. donat. Accedit quia ea
quæ ipso † iure sunt amissa non possunt alienari, etiam 23
si non præcesserit sententia declaratoria. Cin. & Bal. in
Auth. incestas. C. de incest. nupt. Io. And. Anch. Gem.
Fran. in cap. cum secundum post principium, de hæret.
lib. 6. Anchar. in cap. 2. not. 6. de prescri. eodem libr.
Barba. cons. vlt. col. 3. lib. 3. Rebuff. super concord.
rub. de mandat. Apostoli. §. statuimus. versi. quarto.

Vnde simoniacus † non potest resignare suum bene- 24
ficium in fauorem. vt respondit Rebuff. cons. 64. num.
4. cùm sit priuatus ipso iure. Card. Paris. cons. 15. num.
13. & cons. 29. num. 14. & cons. 30. n. 15. vol. 4. Boer.
decis. 117. circa medium. Sarn. de trien. quæstion. 12.
Menoch. de recup. poss. remed. 1. n. 137. & 336. Fran.
de March. quæstion. 497. num. 13. quid in aliis † bene- 25
ficiis in quibus non commisit simoniam, vide Rebuff.
dict. cons. 64.

Neque etiam † poterit ad fauorem resignare sua be- 26
neficia offendens S. R. Eccl. Cardinales, cùm sit priua-
tus ipso iure. cap. felicis. vbi gloss. in verb. dispo-
nant. de hære. lib. 2. Alfons. Hoied. de incompat. be-
nef. p. 1. cap. penult. sub num. 100. Idemque erit in † 27
falsificante literas Apostolicas, qui etiam est priuatus
ipso iure. cap. ad falsariorum. de crim. fals. vbi glo.
Abb. & alij omnes. Rebuff. in prax. de mod. amittendi
benefic. num. 43. declarat Menoch. d. remed. primo.
num. 345. cum sequ. Ac etiam in beneficiato constituto
in minoribus ordinibus † contrahenti matrimonium, 28
nam est priuatus ipso iure. vt est communis, teste Claro
lib. 5. recept. sent. §. vlt. quæst. 73.

Neque etiam potest resignare in fauorem qui obti-
nuit beneficium † curatum, & non se fecit promoueri 29
intrà annum. Boer. decis. 205. num. 8. Cassad. decisi.
27. tenuit Palatium. super reg. Cancell. & decis. 4.
num. 4. loc. Oldrad. cons. 202. Lancelott. de atten.
cap. 5. num. 12. Rossiniac. de benefic. cap. 20. num. 7.
Nauarr. dict. consil. 1. in princ. est communis Doctor.
sententia: cum sit † ipso iure priuatus. cap. licet Ca- 30
non. de elect. in 6. vbi Io. Monach. Pet. de Anch. Ge-
min. & alij omnes. † Idemque erit in hæretico: Lance- 31
lotus de attent. cap. 5. numer. 34. quia ipso iure est † 32
priuatus beneficiis. cap. ad abolendam, §. primo. de
hæret. vbi hoc notant glo. Abb. Archidiac. & alij com-
muniter, cap. cum non ab homine, de iud. Diaz in
verb. *hæreticus*, Rebuff. in prax. tit. de mod. amitt. benef.
num. 5. & 27. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune

numer. 88. ff. de aeq. possess. & est communis om-
nium sanctorum patrum sententia, vt dicit Pighius
de Eccl. hierar. cap. 8. quam refert. Simanc. de
hæretic. cap. 45. numer. 8. de communi etiam at-
testatur Clar. lib. 5. recept. senten. §. hæresis. versi.
item clericus. & ob id, horum beneficia possunt à
quocumque impetrari, etiam ante sententiam. glo.
In cap. commissa, de elect. lib. 6. Card. in clem.
prima. quæst. 8. vt lit. penden. Prob. in cap. Alma.
numer. 8. de senten. excommun. Card. Paris. cons.
212. volum. 4. Card. Paleott. decis. 246. Aliàs 375.
Mutinen. Capellania, vbi attestatur fuisse conclusum
in illa clausula die 16. Iunij. Achill. decis. 161. hæ-
33 reticus. in fin. vbi dicit, quòd † beneficia hæretici,
ante declaratoriam possunt conferri, ad quod vide
Minsing. singul. obseru. 162. decis. 43. Bursat. cons.
14. numer. 18. lib. 1. immo non solùm hæretici sunt
34 priuati ipso iure, † sed etiam filij eorum. Io. And.
in cap. vt commissi. colum. 2. & ibi Gem. in §. vt
priuandi. de hæretic. lib. 6. Card. Alexand. in cap.
satis peruersum. disti. 56. Imo. in l. in insulam. in
principio. ff. sol. matrim. communis opinio, de qua
attestatur Io. Lup. in tract. de regn. Nauarr. in 5.
part. quæst. 8. quem refert Couarr. lib. 2. variar.
resol. cap. 4. sub num. 4. Alfons. Hoied. dict. p. 1.
cap. penul. numer. 100. si nati sunt post commissum
35 delictum per patres: nam hi absque dubio † non
possunt possidere beneficia. vt fuit resolutum in
Capell. Tholos. teste Aufrer. decis. 120. Clar. ind.
§. hæresis. ver. quæro. Alciat. cons. 367. numer. 7.
Simanc. de hæret. cap. 29. numer. 3. idemque erit in
36 schismaticis † qui sunt ipso iure priuati. can. nos.
de consuetudine. 12. distin. cap. quia diligentia. de
elect. Rebuff. de mod. amitten. benefic. numer. 29.
37 in prax. schismaticus enim dicitur † hæreticus. can.
inter. 24. quæst. 3. Io. And. in Rub. de schismat. Et
tandem idem erit dicendum in aliis omnibus, qui
sunt priuati ipso iure, iuxtà declarationes ponendas
infrà.

38 Et hoc † etiam, stante opinione, quòd requi-
ratur declaratio iudicis, iuxtà magis communem
opinionem, de qua per Bursar. cons. 14. numer. 18.
19. 21. & 25. vol. 1. vbi plura adducit.

39 Secundò infertur †. intrusos, & alios similes non
habentes canonicum titulum, & sic nullum ius ha-
bentes ad beneficia, quæ detinent, non posse renun-
ciare in fauorem: vt colligitur ex Innoc. & Abb. in cap.
40 nisi. de renunc. intrusos enim nullum † habere titulum
probat D. meus Card. Paris. consi. 47. n. 32. volum. 4. &
habetur in direct. elect. p. 2. cap. 8. n. 2. & fuit pluries
resolutum in Rota. & hoc procedit, etiam si intrusus
diu possedit beneficium pacificè, nam cum non habeat
41 canonicum † titulum licet diu pacificè possederit illud,
non tamen potest renunciare in fauorem alicuius. ita
42 Calder. cons. 9. de rer. permut. vbi loquitur † de per-
mutatione, vt non possit permutare: vnde idem erit in
renunciatione in fauorem propter identitatem rationis.
Boer. decis. 205. n. 6. & est communis opinio, nam ex
quo ius non habet, non potest in alium transferre. can.
Daybertum. 1. quæst. 7. capi. quod autem. de iur. patron.
43 longa enim † detentio beneficij non iustificat titulum
aliás inualidum. cap. dilecto. de præbend. cap. 3. de instit.
reg. 1. de regul. iur. lib. 6. cap. causa. & cap. acceden-
tes. & ibi Abb. & Felin. de prescipt. Ioan. Andr. in cap.
2. per illum text. de præben. lib. 6. Rebuff. de pacif.
possess. n. 172. secundum paruam impressionem. Hinc in-
44 habilitas † præscribi non potest. cap. cum causam. & ibi
45 Anchar. de elect. Hinc ex diuturnitate temporis † non
nascitur titulus in beneficialibus & spiritualib. Bald.
per illum tex. in cap. ex parte col. 1. de testibus, & est
communis opinio omnium doct. licet faciat præsumere
legitimam institutionem. Ant. de Butr. Abb. Fel. & alij
omnes in cap. illud. de præsump. Boet. decis. 124. n. 14.
46 Intrusi enim sunt valdè † odiosi, ideo condemnantur
ad fructus à die motæ litis. vt fuit resolutum in vna.
Ispal. fructuum, 15. Ianuarij 1552. coram Reuman. teste
Capuraq. decis. 111. p. 2.

Declara tamen hanc illationem secundam, nisi ius
resignantis super beneficio † resignato fuisset canoni- 47
zatum per sententiam & rem iudicatam Rotalem, nam
hoc casu non potest dici illum non habere ius, vt fuit
resolutum in vna Calagnritan. pensionis, coram Card.
Sanctæ Crucis, die 1. Aprilis 1552. teste Caputaq. de-
cis. 300. p. 2.

Tertiò infertur, quòd si resignatio facta sit in fauo-
rem N. laici cum expressione, quod esset clericus, iste
N. non potest resignare in fauorem alterius, † quia cum 48
non possit habere beneficia, vt est communis conclusio
de qua infra dicetur, resignatio facta in eius fauorem
fuit nulla, & ipse nihil potest † dare alteri, cum non 49
habeat, ita Anton. August. decision. 18. lib. 1. in manus-
crip. facit decis. Put. 266. lib. 1. Ita etiam in casu Pto-
lom. decis. 141. in vna Imolen. parochialis, nam vica-
rius cum non haberet facultatem recipiendi resignatio-
nem, illam recepit & de eo beneficio prouidit Titio,
qui Titius resignauit in fauorem N. vtique iste N. habet
ab eo titulum qui non habebat ius, fuit tamen decisum
esse restituendum, si spoliatur, nam sufficit hoc pro ti-
tulo colorato. 16. Ianuarij 1542.

Quartò infertur, promotum ad secundum benefi-
cium incompatibile † non posse resignare primum. vt 50
scriptum reliquit Alfons. Hoied. tractar. de incompat.
benefic. part. 1. capit. 13. n. 2. & est communis opinio
nunc recepta in praxi, vt non possit resignare in fauo-
rem.

Ratio est, quia per promotionem ad secundum be-
neficium incompatibile, † vacat ipso iure primum, iux- 51
tà decretum cum multa prouidentia confectum. in
Concil. Lateran. de quo in cap. de multa. de præben.
ibi. Præsenti decreto statuimus, vt quicunque recepe-
rit aliquod beneficium curam animarum habens anne-
xam, si priùs tale beneficium habebat, eo sit ipso iure
priuatus, & si forte illud retinere contenderit, etiam
alio spolietur, &c. & ibi, hoc idem in personalibus,
& cæt. & ibi gloss. & Abb. & communiter doct. quod
est innouatum per decretum Concil. Trident. capit. 4.
sess. 7. de reformat. Quicunque de cætero plura curata aut
alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica &c. contra
formam sacrorum Canonum & præsertim constitutio-
nis Innoc. III. quæ incipit de multa. recipere ac simul
retinere præsumpserit, beneficijs ipsis iuxta ipsius con-
stitutionis dispositionem ipso iure, etiam præsentis Ca-
nonis vigore priuatus existat. & ex tex. in clem. gratiæ.
de rescript. cap. quia in tantum. cap. ad hæc. c. præterea.
de præb. constit. execrabil. Ioan. 22. in tit. de præben.
Diaz in prax. crimin. canon. cap. 42. Duen. in regul. 71.
Benedict. Capt. tract. regul. & fallen. reg. 90. num. 22.
communis opinio teste Bursat. cons. 353. num. 1. lib. 4.
Ergo non possunt renunciari, quia quæ ipso iure amissa
sunt, † non possunt alienari. Bald. in auth. incestas. C. 52
de incest. nupt. Collectan. in cap. in quibus. colum. 1. de
pæn. Dec. cons. 236. col. 2. vers. venio igitur. & tamen
† resignare est donare & alienare. Cardin. Paris. consil. 53
26. num. 58. & cons. 65. num. 57. vol. 3. cum aliis supra
citatis. lib. 1. q. 1.

Comproho, quia nullum ius habens in beneficio,
non potest renunciare, isti enim promoti ad incompa-
tibile, cum sint priuati ipso iure, nullum ius habent,
quod patet ex effectu priuationis inductæ ipso iure, cùm
dicta † beneficia possint conferri nulla sententia, nec 54
citato possessore. Abb. in cap. accepta. de restit.
spol. Ludou. Bolognin. in addit. ad Cons. 32. Ioann.
Ann. Roman. cons. 212. dub. 1. commun. opin. teste
Mand. in addit. ad Lap. alleg. 16. litera. A de com-
muni etiam attestatur Alfons. Hoied. tract. de in-
compat. benef. c. 4. numer. 7. & deijci sua possessione
† inauditi, glossa in cap. felicis. vbi Gemin. de pæn. 55
lib. 6. Innoc. & Hostiens. in cap. accepta. de restit.
spoliar. Gemin. in cap. vbi periculum. §. propterea. in
penult. not. & ibi Franc. in 1. not. de elect. lib. 6. Card.

Digitized by Google

56 cons.22. Ideoque conductores bonorum † dictorum beneficiorum quæ vacant ipso iure, non tenentur soluere eidem beneficiariis, sed debent soluere ei, cui fructus vacante beneficio debentur prout resoluit Tiraquell.
57 in d. l. si vnquam. vers. reuertatur, num. 365. Ideoque † etiam parochiani dictorum beneficiorum possent se subtrahere ab obedientia præfatorum beneficiariorum, Petr. de Ancharan. in cap. ad Apostolicæ. in 20. not. per illum text. de sent. & re iud. lib. 6. vbi dicit hoc didicisse a Lap. præceptore suo, cum legeret cap. sæpe. de restit. spoliat.

58 Hinc taliter † priuati tenentur in foro conscientiæ dimittere beneficium. Abb. in cap. extirpandæ. §. vero. col. 8. vers. ex his dico. de præb. Felin. in c. 1. col. 13. de constit. Rum. cons. 4. num. 11. lib. 5. communis opinio teste Alfons. Hoied. dict. tract. de incompat. benef. part. 1. cap. 13. num. 61. Et si de facto detineant, tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum in foro poli, vt est communis opinio, quæ patet ex adductis per Tiraquel. in dict. l. si vnquam. vers. reuertatur num. 291. & 292.

59 Hinc etiam † est, quòd si quis agat petitorio pro beneficio quod ipso iure amisit per obtentionem alterius incompatibilis, repellitur exceptione priuationis ipso iure. Inno. in cap. inter dilectos. vbi Abb. col. vlt. de excess. prælat. Archid. in can. quo iure. dist. 7. Compostel. in cap. quod sicut. de elect. lib. 6. & communiter doct.

60 Hinc etiam † est, quòd si taliter promoti fuerint spoliati beneficiis, quæ vacabant ipso iure, non sunt restituendi. Io. And. in addit. ad Speculat. tit. de restit. spol. Ant. de Butr. in cap. literis. eod. tit. Abb. in cap. item cum quis. num. 9. & 10. eod. tit. extr. Rot. decis. 3.
61 eod. titul. de restitut. in nou. quia † potest opponi defectus proprietatis, Ant. Corf. regul. spoliatus. lim. 16. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 92. ff. de acquir. poss. Crauett. cons. 322. Communis opinio, vt patet ex adductis per Iacob. Menoch. in tractat. de recuperand. possess. remed. 1. num. 330. Mohedan. decis.
62 15. siue † fuerit spoliatus à iudice, quod non habet dubium, nam doctores communiter vno ore hoc volunt, non esse restituendum. gloss. in can. in nomine Domini. distinct. 23. Abb. in cap. dilectus. de rescrip. Felin. in capit. causa. col. 1. de off. deleg. cum aliis adductis per Ant. Gabr. lib. commun. concl. tit. de restit. spo-
63 liat. concl. 1. n. 108. siue etiam fuerit spoliatus † à priuato, auctoritate tamen Iudicis, Innocen. in cap. cum super hoc. colum. penul. de renunc. Dec. consi. 191. col. penul. siue ab alio habente aliquale ius. Oldrad. cons. 214. cum aliis, vt per Gabriel dict. tit. de restit. spolia. num. 94. cum seq.

64 Solet tamen † in prouisione secundi beneficij incompatibilis dari retentio cum clausula hac, volumus autem quod tale beneficium in manibus nostris infrà duos menses a die habitæ possessionis, vel qua per te steterit quominus illam assequaris, dimittere omnino tenearis, alioquin tam primum quam secundum vacet, & hodie
65 in d. clausula apponitur, vt liberè dimittant vnde † non possunt resignare in fauorem, neque etiam cum aliqua reseruatione pensionis aut fructuum, vt antea fiebat tempore fel. record. Gregorij XIII. & ita quotidie practicatur.

Ex quo primò deducitur, quod promotus ad dignitatem Cardinalatus non potest renunciare in fauorem dignitatibus & beneficiis curatis, quæ prius obtinebat,
66 nam vacant ipso iure † per promotionem, vt resoluit Abb. in cap. Ecclesia vestra. 2. num. 3. de elect. Alfons. Hoied. in tracta. de incomp. benef. p. 1. cap. 2. num. 15. fuit tentum in vna Brixien. Prioratus, 9. Aprilis. 1546. coram Illustriss. Cardin. S. Crucis, teste Put. decis. 438. p. 2.

67 Quamuis † summ. Pontifex ferè in omnibus promotionibus concedat retentionem obtentorum promotis ad Cardinalatum, vt patet ex decis. Put. 430. in prin. lib. 2. ac sexcentis in locis, idque consuetudine inductum esse colligitur ex his quæ scribit Pet. An. Gam. in tract. de auct. legat. a lat. lib. 5. num. 130. quod optima ratione fieri existimo, scilicet pro sollicitudine † & 68
opera quam nauant in cura totius Ecclesiæ vniuersalis, Præpos. in can. quamquam. num. 12. 2. quæst. 7. nam
sunt † latus Papæ, Host. in cap. exc. num. 3. de off. leg. 69
Idem Host. in cap. dilectus. num. 2. de præb. & in cap.
ex gestis. n. 3. de cle. non resid. eorum enim † officium 70
est assistere & consulere Romano Pontifici, illumque adiuuare in officio sacerdotali. Archid. in cap. vbi periculum. num. 4. de elect. lib. 6. Cardi. in clem. ne Romani. §. porro. num. 2. de elect. Barbat. Card. p. 1.
quæst. 12. num. 1. & ob id † appellantur fratres ipsius 71
Papæ, Hostiens. in cap. ad liberandam. num. 3. de iud.
& faciunt vnum corpus cum Papa, sicuti † canonici 72
cum Episcopo. Hostiens. in cap. antiqua. de priuileg. Archid. in can. cum redemptor. & in cap. Abbatibus.
12. q. 7. Roman. cons. 418. & hac ratione licet † Cardi- 73
nalatus cum Episcopatu sit incompatibilis, vt tenuit Abb. in cap. bonæ memoriæ. 1. num. 6. de postula. prælat. & in d. cap. Ecclesia vestra. 2. num. 3. de elect. Felin. in cap. ad aures. num. 21. de rescrip. & in cap. quod super his, de fide instrum. Sarn. in procem. regul. Cancell. Dom. Sot. quem refert. & sequitur Alfons. Hoied. in d. tract. de incompat. benef. p. 1. ca. 2. vbi dat rationes, nihilominus videmus consuetudine receptum esse contrarium, de qua attestatur Gamm. de auctor. legat. lib. 5. num. 230. & videmus experientia, quod summus Pontifex tolerat Episcopatus Cardinalibus,
quia cum assumant partem diei & æstus, habentur † pro 74
residentibus in Episcopatibus & faciunt fructus suos. Oldrad. cons. 48. Marti. Lauden. de Card. q. 5. Barba. de præst. Card. q. 12. Gondisal. de orig. & dignit. Card. de quib. latissime Illustriss. Cardinalis. Albanus in suo tractat. de Cardin.

Ex quo secundò deducitur, † quòd promotus ad Epis- 75
copatum non potest renunciare in fauorem beneficiis quæ obtinebat ante promotionem. vt resoluit Alfons. Hoied. dict. tract. de incompat. benef. p. 1. capit. 4. numer. 11. Rebuff. in concord. titu. de mand. apostol. §. vltim.

Ratio est, quia per assecutionem † Episcopatus, va- 76
cat quodcumque Ecclesiasticum beneficium per promotum antea obtentum. vt probat text. in cap. cum in cunctis. §. cum vero. de elect. & ibi glo. in verb. ad quem, Innoc. Host. Abb. Ancha. Dec. & communiter Doctores omnes, prout de communi attestatur Alfons. Hoied. d. cap. 4. in prin. quæ vacatio fit ipso iure. Cal. consil. 1. de translat. prælat. Oldrad. cons. 14. inci. cum quæritur. Host. in sum. de elect. §. quo tempore. versi. quid autem. Abb. in d. §. cum vero. num. 3. Pauin. de off. & potest cap. sede vacan. quæst 9. p. 2. Gig. de pens.
q. 56. num. 4. quatuor † concurrentibus de iure, scili- 77
cet prouisio, confirmatio, consecratio, & adeptio possessionis, vt in d. §. cum verè, ibi hoc notant Burr. Card. Abbas, Dec. & communiter Rom. cons. 335. col. 1. Rebuff. in concordat. in titul. de mandat. Apostolicis. §. statuimus. tit. Ecclesias Chared. de stylo tamen curiæ tentum est, vt statim quòd per Papam aliquis promotus est ad Episcopatum, beneficia ipsius possint conferri, tanquam vacantia, non expectata consecratione. Abb. & Deci. in d. §. cum vero. Io. And. in clem. 1. glo. in verbo. collocato. vt lite pendente. Cassador. decis. 2. de constitu. de stylo attestatur Mandos. in regul. de benef. vacant. per promot. q. 4. num. 4. Ferre. cons. 53. num. 6. Hoied. d. cap. 4. numer. 14. vbi etiam di-
cit, quòd licet dicta beneficia † promoti statim confe- 78
rantur, verè tamen vacare non dicuntur nisi adepta possessione, prout fuit tentum in vna Panormitan. beneficiorum, coram D. Accorambono, 9. Ianuarij. 1548. teste Mandos. loco citato & in alia Aretin. & Senen. 23. Iunij. 1553. coram Decano, teste Capuraque. decis. 401. p. 2. vbi dicit, nume. 3. iuxtà stylum & consuetudinem Romanæ curiæ post adeptam possessionem. Et ideò de stylo decernuntur vacare beneficia promoti & confe-

runtur, vt deducit excellentiss. D. Anast. Germon. in
tract. de indultis. §. si vero. num. 27. fol. 146. & de hoc
stylu attestatur Mandos. reg. 1. Cancellariæ quæst. 15.
nu. 3. In. And. in clem. 1. vt lite pendente. Card. ver. 5.
num. 6. Rom. cons. 341. num. 17. & fuit dictum in vna
Placen. pensionis, coram Illustriss. Cardin. Aldobran-
dino. & non solum beneficia vacant per promotionem
ad Episcopatum sed etiam pensio, si non habetur reten-
tio: ita seruari in curia Romana attestatur Gig. de
pens. quæst. 56. habetur per Caputaq. decis. 303. p. 2.
& 304. & 400. & 401. eadem p. 2. est communis omnium
sententia sæpius recepta in Rot. teste Caputaq. d. de-
cis. 401. cùm ergò beneficia promotorum vt supra vacēt
ipso iure, sequitur non posse renunciari: quia quæ ip-
79 so iure sunt amissa, † non possunt alienari, Bal. in auth.
incestus, C. de incest. nupt. Collectan. in cap. in
quibusdam. colum. 1. de pœnis. Pet. de Anch. in cap.
2. nnt. 6. de præscri. in 6. Barbat. cons. vltim. col. 3.
li. 1. Dec. cons. 236. col. 3. vers. verùm igitur, Aret. in
l. si quis post accusationem. col. 2. ff. de Tes. Franc. in
cap. cum secundum. post. prin. de hæret. lib. 6. & re-
nunciare est donare, Alex. cons. 22. nu. 7. lib. 1. Card.
Paris. cons. 26. num. 58. & cons. 65. nu. 57. vol. 5. Rol.
a Vall. cons. 64. nu. 20. vol. 2.

80 Accedat ad comprobationem, † quia qui nullum
ius habet in beneficio, non potest illi renunciare, vt
communiter volunt Doctores, & scripsi suprà, sed pro-
motus ad Episcopatum nullum ius habet ad beneficia
obtenta ante promotionem, cum per dictam promo-
tionem vacent ipso iure. Cald. cons. 1. de translat. præ-
la. cùm hunc effectum operetur priuatio inducta ipso
iure, communiter Doctores per illum tex. in cap. de
multa. de præb. Tiraq. in l. si vnquam. verb. reuertatur.
num. 446. C. de reuoc. donat.

Hinc dicta beneficia promoti ad Epis. possunt con-
81 ferri, non expectata † sententia declaratoria, nec mi-
nùs citato possessore, Bal. in d. cap. cum in cunctis, in
prin. per illum tex. de elect. & in cap. 2. de feud. sine
culp. amitt. & cons. 133. ad fin. lib. 4. Abb. in cap. ac-
cepta. de restit. spoliat. Card. in clemen. 2. in 15. not.
de pœn. Gem. post glo. in cap. fundamenta. de elect.
lib. 6. communis opin. teste Mandos. in addit. ad Lap.
alleg. 16. Ideo tenetur Episcopus in foro conscientiæ
dimittere beneficia antea obtenta; & si de facto obti-
net, tenetur ad restitutionem fructuum, in eodem fo-
ro poli. vt est communis vera sententia, de qua Tira-
quell. in d. l. si vnquam. vers. reuertatur. num. 291. &
292. cum sequent. C. de reuoc. donationibus, sicuti
contigit in alijs qui priuantur ipso iure, Abb. in cap. 1.
col. 3. & ibi Felin. de constitu. Idem Abb. in cap. ex-
tirpandæ. §. qui verò. de præb. Felin. in cap. inquisitio-
82 nis. colu. 2. de accusat. nam † ad pœnam in qua quis
fuit condemnatus, tenetur in foro conscientiæ D.
Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 3. Alfons. de Cast. latè de po-
testat. leg. pœn. lib. 7. cap. 8. quæstio. 10. & 11. Hinc
fuit alias tentum in Rot. 5. Iulij 1538. in vna Craco-
uien. Decanatus, coràm Mohedan. teste eodem in re-
collect. manuscrip. decis. 15. fuit dubium, quòd per
promotionem & translationem amittitur ius & posses-
sio ciuilis ac naturalis beneficiorum obtentorum: &
ideò promotum translatum non posse agere spolio. Et,
quicquid alias fuerit obseruatum, hodie promoti ad
cathedrales Metropolitanas Ecclesias, non possunt re-
83 nunciare: immo neque promouendi: † vt probatur in
regula 21. Cancellariæ Sixti Quinti.

Item prædictus D. N. Papa voluit, decreuit, & or-
dinauit, quòd quæcumque concessiones, gratiæ &
mandata, etiam motu proprio & cum derogatione hu-
ius constitutionis, quæ ab eo pro quibusuis personis
emanauerunt de prouidendo eis, de quibusuis benefi-
cijs vacaturis per promotionem quorumcunque ad Ec-
clesiarum & Monasteriorum regimina, si huiusmodi
concessiones & mandata diem promotionis promouen-
dorum ipsorum præcesserint. Nec non quæcunque colla-
tiones, prouisiones, & dispositiones pro tempore fa-
ciendæ de præmissis, ac quibusuis alijs beneficijs Eccle-
siasticis, secularibus & regularibus, quæ per promo-
uendos vel assumendos ad quascunque prælaturas intes
illarum vacationis, & huiusmodi promotionis vel as-
sumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permuta-
tionis vbicunque resignari vel alias dimitti contigerit,
eum inde secutis, pro tempore sint cassæ, & irritæ,
nulliusq; roboris vel momenti, de quo dicetur infra.

Limita primò, nisi summus Pontifex concederet
promotis retentionem iam obtentorum, † quod Papa 84
concedere solet. vt patet ex his quæ scribunt Gig. tra-
ctat. de pens. quæst. 56. sub num. 4. vers. nisi sit a Papa
indultum. Rebuff. in sua prax. tit. de dispen. de non re-
siden. num. 77. Caputaquen. decis. 303. par. 2. Anastas.
Germon. de indult. §. si verò illa. num. 36. fol. 147. &
† literas expedire. Put. decis. 327. par. 1. & quotidie nos 85
experimur. nam quando Cardinalis proponit in con-
sistorio secreto aliquem ad cathedralem vel metropo-
litanam: post relatas qualitates Ecclesiæ, ac qualitates
promoti, supplicat pro expeditione, cum retentione
compatibilium: si summus Pontifex concedit, tunc
Cardinalis scribit schedulam in qua testatur de conces-
sione, illamque mittit Vicecancellario, postea fit
expeditio cum clausula, vt per Mandos. in regul. de
benefic. vacan. per promot. quæst. 4. num. 4. Alfons.
Hoied. dict. tractat. de incompat. benefic. par. prima
cap. 4. sub num. 15. hoc enim casu, ex dispensatione,
vt possit ea beneficia retinere, ille habet ius, nam ta-
lis retentio est † iuris antiqui reseruatio. Put. decis. 430. 86
num. 2. lib. 2. & faciunt quæ scribit Rebuff. de dispens.
ad plur. benefic. Caput. decis. 299. par. 1. Et ideo potest
renunciare, nam dispensatione † potest quis habere 87
plura beneficia Ecclesiastica. gloss. in cap. quia in tan-
tum. de præbend. & in cap. dudum 2. de elect. Specu-
lat. in tit. de dispensat. §. dicendum. Lambert. tractat.
de iur. patro. p. 1. lib. 2. in 7. q. principali, art. 5. Petr.
Duen. regul. 71. in prima fallen. quia summus † Ponti- 88
fex absque dubio potest illam concedere, Abb. & com-
muniter in cap. de multa. de præben. Rebuff. loc. cit.
Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 125. latissimè de ma-
teria huius dispensationis Hoied. de incompat. benef.
p. 2. cap. 12. & vlt.

Secundò limitatur non procedere in eis, qui sunt
promoti ad Episcopatus existentes in partibus infide-
lium, qui vulgò nulla tenentes vocantur: namque hi
taliter promoti poterunt renunciare, etiam beneficijs
anteà obtentis, † quia per promotionem ad dictas Ec- 89
clesias cathedrales vel metropolitanas existentes apud
infideles, non vacant priora beneficia, vt per promo-
tionem ad alias: ita per plura resoluit Quintil. Mandos.
in Regul. Cancell. 26. de benefic. vacant. per promot.
quæstio. 4. per totam: quem secutus est Alfons. Hoied.
dict. tract. de incompat. benefic. p. 1. cap. 4. in fin. vers.
sed. his non obstat nouissimè Anastas. Germo. de indult.
§. si verò illa. nu. 26. quorum sententiam tamquam ve-
ram & communem amplector, quamuis Cardinalis in
clem. in plerisque. ante fi. de elect. & Rebuff. super
concordant. de mand. Apostol. §. statuimus. versic.
Ecclesias cathedrales. tenuerint contrarium, namque
hi promoti ad Episcopatum existentem in partibus in-
fidelium non possunt assequi possessionem eius, neque
ad aliquam diligentiam tenentur, † cum si illa fieret, 90
nihil operaretur, vt est clarum. l. vltim. ff. quis ord.
in bonor. possess. seru. l. hæc stipulatio. § diuus. ff. vt le-
gat. nom. cauea. Ergo non vacant beneficia priora, cum
effectualitèr tunc vacare censeantur, cum possessio est
capta, vel est in mora ad illam capiendam, vt scribit
Abb. d. cap. cum in cunctis. §: cum vero. in vlt. not. in
fin. secundùm quam opinionem fuit tentum à Rot. in
vna Panormitan. beneficiorum, coram Accorambono,
9. Iunij 1548. vt supra retuli: sicut in simili quis non
dicitur perdere primum curatum, † nisi pacificam pos- 91
sessionem ceperit secundi curati, & sic incompatibilis.
vt fuit tentum in vna Florentin. canonicatus & præben-
dæ, coram R. P. D. Episcopo Chassan. nunc. Card.

Digitized by Google

Sanctæ Crucis, die 11. Martij 1558. teste Caputaquen.
decis. 415. lib. 1. in manusc. & hæc opinio continet ma-
magnam æquitateio, cum per adeptionem dicti Episco-
92 patus † in partibus infidelium, quis non consequatur
fructus seu reditus, nec intret incompatibilitas: &
per consequens cessant rationes, ex quibus debent
priora vacare, vnde cessare etiam debet dipositio. cap.
cum cessante. de appellat. maxima enim est differentia
inter illos nulla tenentes, & alios, vt licet colligi ex
Bal. in auth. licentiam. C. de Episcopis & cler. Rip.
respons. 23. & 25. de legib. lib. 1. Sarn. de annal. q. 47.
Fel. in cap. postulasti. num. 1. de rescript. & latissime
per excellentissimum Burs. cons. 352. lib. 4.

93 Hinc licet duo † beneficia curata sint incompati-
bilia, cap. de multa. de præb. vbi omnes, cap. ordina-
rij. de off. ordinarij. lib. 6. clem. gratiæ. de rescrip. ex-
trauag. execrabilis Io. 22. in princ. c. 17. sessio. 24.
94 Concil. Trid. tamen si vnum est potentia tantum † cu-
ratum, & non habitu, bene potest obtineri cum alio
actu curato, vt probat text. in can. pastoralis. 7. quæst.
1. vbi gloss. & alij Doctores. glos. in cap. licet canon.
in vers. parochiales. de elect. lib. 6. gl. cap. statutum.
versic. collegiatas. eod. titul. & libr. Petr. Duen. tract.
fallen. reg 71. versic. quinto fallit, ad quod quatuor ra-
tiones deducit Alfons. Hoied. in tract. de incompat.
benef. p. 2. c. 6. n. 2. cum sequen. vbi latissimè de hac
materia, Bursat. cons. 352.

95 Tertiò deducitur promotum † ad Abbatiam non
posse renunciare beneficia quæ obtinebat ante Abba-
tiam, quia talia beneficia vacant ipso iure statim post
96 obtentam pacificam possessionem, etiam † si non fuerit
benedictus: Abb. in cap. quanto. de off. ordin. Ol-
drad. cons. 14. idem Abb. in cap. cum in cunctis. §.
cum verò vbi Dec. n. 2. de elect. Gig. de pens. quæst.
56. num. 50. Rebuff. de mand. apost. §. statuimus. vers.
monasteria. in concord. Alfons. Hoied 1. par. de in-
compat. benef. c. 6. n. 5. nam Episcopatus, & Abbatiæ
97 † æquiparantur Rebuff. in d. §. statuimus. in concord.
quòd probatur in pluribus iuribus allegatis per Hoied.
98 d. par. 1. de incompat. c. 5. num. 5. namque Abbatiæ †
sunt ex maioribus dignitatibus & speciali nota dignæ,
ita quòd non veniunt appellatione dignitatum. vt re-
soluit Lap. alleg. 84. n. 11. Io. Monac. cap. inquisito-
res. de hæret. lib. 6. Io. And. & Fran. n. 5. in cap. 2. de
præb. in 6. Dec. in cap. decernimus. nu. 4. de Iudic.
Sarn. de infir. resign. q. 16. n. 2. de anna. q. 11. nu. 4. &
99 in reg. de valor. exprim. q. 3. post princ. quòd † pro-
cedit tam in Abbatijs secularibus quàm regularibus, vt
ex rationibus scribit Hoied. d. c. 5. n. 6. p. 1. Quartò
100 infertur † promotum ad Prioratum in regulari, vel
collegiata non posse renunciare in fauorem, beneficia
obtenta priùs, quia vacant ipso iure: nam ea quæ ha-
101 bent locum in Abbate, vel Abbatia militant † in Prio-
102 re seu Prioratu, qui est principalis prælatura † in Eccle-
sia regulari seu collegiata, & habet quasi iurisdictio-
nem Episcopalem, ac est in effectu eadem dignitas. Io.
Selu. in tract. de benef. q. 2. num. 53. Alfons. Hoied.
de incompat. benef. p. 1. c. 6. num 2.

103 Quintò infertur, quòd † si quis habeat personatum,
si consequatur pacificam possessionem alterius perso-
natus, non potest renunciare primo in fauorem, quia
est priuatus ipso iure, vt probatur in cap. de multa.
vers. præsenti decreto. iuncto vers. hoc idem in perso-
natibus. de præbend. extrauag. execrabilis. de præb. in-
ter comm. vers. qui verò deinceps. quòd declarat
optimè Hoied. d. p. 1. de incompat. benef. c. 9. vbi
habetur qui sint personatus.

104 Sextò infertur, quòd habens † dignitatem Ecclesia-
sticam scilicet Decanatum, vel Archidiaconatum, aut
alias similes, obtinens pacificam possessionem alterius
dignitatis, non potest renunciare primæ in fauorem,
quia vacat ipso iure. dict. cap. de multa & d. extrauag.
execrabilis. Alfons. Hoied. d. p. 1. cap. 7. nume. 7. &
105 8. cap. 4. sess. 7. Concil. Trident. namque † duæ digni-
tates sunt inter se incompatibiles. cap. sicut. de excess.
Prælat. cap. quia nonnulli. de cler. non resid. Gemin.
in cap. gratiam quam. de rescr. in 6. Abb. in cap. ex-
tirpandæ. §. qui verò n. 30. de præb. Fed. de Sen. cons.
120. & cons. 135. & cons. 155. Lap. alleg. 116. & com-
muniter Doctores.

Septimò infertur † quòd habens canonicatum in ta- 106
li Ecclesia, si in eadem Ecclesia, consequatur alium ca-
nonicatum, non potest resignare primum in fauorem,
quia vacat ipso iure per adeptionem secundi. cap. lite-
ras. de concess. præb. vbi Abb. n. 2. & n. 4. Clem. vlt.
de præb. Staphil. in tract. de grat. expect. §. 3. forma.
n. 7. Alfons. Hoied. d. p. 1. de incomp. benef. c. 12.
num. 12. cum incompatibile † sit habere duos Canoni- 107
catus. Staphil. d. tracta. de grat. expect. §. secunda for-
ma. Capr. tracta. reg. 90. nu. 136. vbi dicit hanc esse com-
munem opinionem, ita tentum in vna Calciaten. 3.
Decemb. 1548. coram Fabio, teste Put. decis. 189. p.
3. vbi etiam de duabus dignitatibus in eadem Ecclesia.

Octauò infertur, quod † obtinentes dignitatem per- 108
sonatum, si consequantur possessionem beneficiorum
Curatorum, non possunt resignare primam in fauorem,
quia vacat ipso iure. Io. de Lignano in tract. de plura-
lit. benef. n. 1. cum seq. Diaz in prax. crim. canon. c.
42. cum alijs allegatis per Hoied. d. p. 1. ca. 16. num.
2. de incompat. benef. vbi hoc probat latè.

Nonò infertur, † quod obtinens beneficium Cura- 109
tum, si consequatur possessionem pacificam secundi
Curati, non potest renunciare in fauorem primũ, vt tra-
dit Hoied. d. p. 1. de incompat. benef. c. 13. o. 62. cum
vacet ipso iure. d. c. 1. glo. Abb. & omnes in d. cap. de
multa. Diaz. d. c. 42. & communiter Doctores, tam si
sit seculare quàm regulare, cap. cum singula. de præb.
in 6. communis opin. teste Hoied. d. c. 13. nu. 14. siue
sit pingue siue tenue. can. quorundam. dist. 74. commu-
nis, teste Benedict. Capr. d. reg. 90. n. 62. & hoc casu
solet dari illa clausula de qua supra n. 64.

Decimò infertur quòd obtinens parrochialem in
commendam perpetuam, † si aliam parochialem in 110
commendam perpetuam consequatur, non potest resi-
gnare primam in fauorem, quia vacat ipso iure. vt pro-
batur expresse in cap. 4. sess. 7. Concil. Trid. *quicunque
de cætero plura curata aut alias incompatibilia beneficia
Ecclesiastica siue per viam vnionis ad vitam siue commen-
dæ perpetuæ, &c.* ita post longam disputationem resol-
uit Hoied. d. tract. cap. 14. a nu. 16. vsque ad fin. p. 1.

Nam plures Ecclesiæ parochiales in commendam ab
vno detineri non possunt, cap. nemo deinceps. de
elect. in 6. Rebuff. in prax. tit. de commend. Sarn. de
trien. quæst. 5. namque commenda † perpetua absque 111
dubio est titulus canonicus, magis communis & vera
sententia quam tenuit Io. Monac. in cap. nemo dein-
ceps. de elect. in 6. Archid. in cap. si propter. in fi. de
rescr. in 6. Fed. de Sen. in tract. permut. q. 15. Rebuff.
de pacif. poss. n. 35. Sarn. de trien. q. 5. Mandos. de ve-
risim. not. q. 3. de communi attestatur Ioan. Gall. in
q. per arrest. q. 18. vbi refert ita fuisse iudicatum, & sine
dubio commendatarij † perpetui faciunt fructus suos. 112
Præp. in c. si quis. col. pen. d. c. 58. Gem. cons. 18. n. 12.
Rom. cons. 350. nu. 8. latè Sarn. de publicati. q. 4. &
communiter Doctores, & in dubio quando Papa com-
mendat, & nihil dicitur præsumitur † commenda per- 113
petua, vt fuit tentum coràm Crescen. die 26. Iunij
1538. in vna Salamantin. vt per Sarn. d. q. 4.

Vndè non mirum † si dispositio cap. de multa, habet 114
locum hoc casu circa prouisionem ipso iure, ac ex-
trauagans execrabilis, ex mente & verbis generalibus
Anchar. cons. 242. Paul. de Cast. cons. 226. ante fin.
lib. 1. Abb. cons. 72. col. 2. lib. 2. Alex. cons. 14. col. 3.
vers. 5. probatur. lib. 2.

Vndecimò infertur, quòd obtinens Vicariam perpe-
tuam in beneficio curato, si consequatur secundam Vi-
cariam habentem curam animarum, non potest resigna-
re primam vicariam † in fauorem, quia vacat ipso iure 115
per adeptionem secundæ, vt probat in terminis text in
clement. 1. de off. Vicar. cuius verba sunt hæc: Quæ de

eleticis curam animarum habentibus per receptionem aliarum similium amitten. & de ipsarum rectoribus promouendis ad sacerdotium ætate à iure statuta noscuntur in perpetuis, Ecclesiarum parrochialium vicarijs assumptis ad eas volumus obseruari. & ibi gl. in verb. perpetuis, & alij communiter scribunt. ex quo tex. clare probatur hæc conclusio, vt etiam tradit Alfons. Hoied. d. tract. de incompat. benef. par. 1. c. 15. n. 18. & 19.

116 Hinc duæ † vicariæ perpetuæ sunt inter se incompatibiles. cap. 1. de off. vicar. vbi gloss. in verb. plures, Butr. Abb. & communiter alij omnes. Rebuff. in prax. tit. de dispens. ratio. ætat. §. vel earum perpetuæ vicariæ. Benedict. cap. reg. 90. n. 25. namque habens huiusmodi
117 vicariam perpetuam, † dicitur habere titulum in beneficio. Abb. in cap. ad hæc de off. ordin. Andr. Gam. de potest. leg. à later. lib. 6. tit. de dispens. n. 10. & communiter doctores.

Duodecimò infertur, quòd si quis habens vicariam perpetuam consequatur possessionem pacificam alicu-
118 ius beneficij † curati vtique non potest resignare vicariā in fauorem, quia vacauit ipso iure per adeptionem illius beneficij curati, probatur in d. cle. 1. de offic. vicar. vbi omnes doct. hoc volunt.

Nisi sint dicta beneficia ad inuicem vnita, nam ra-
119 tione vnionis † possunt obtineri ab vno plura beneficia, etiam incompatibilia. gl. in summ. 21. qu. 1. gl. penul. in cap. super eod. de præben. in 6. & in cap. dudum. de elect. Lap. alleg. 25. vbi Mandos. in lite. 9. Staph. tract. de lit. grat. in tit. de mod. & for. vacan. Bened. Capt. d. reg. 90. n. 4. & est communis ac rece-
120 pta doctorum sententia, † vt annexum non faciat incompatibile, cum per vnionem, beneficium perdat nomen beneficij. Oldra. cons. 257. factum tale. num. 15. & num. 18. Car. Paris. cons. 30. nu. 10. vol. 4. communis opinio, vt latè resoluit Alfons. Hoied. dict. tract. de incompat. benef. part. 2. cap. 3. num. 11.

121 Decimò tertiò quòd † obtinens beneficium simplex in tali Ecclesia si simile beneficium consequatur in eadem Ecclesia non potest resignare primum in fauorem, cum vacet ipso iure per adeptionem secundi sub eodem tecto, vt probatur in cap. literas. in fin. de præben. vbi Card. Zabarell. & Abb. clem. vl. eodem tit. & doctores omnes. Rebuff. in concordatis in rubr. de de Mandato Apostol. §. 1. versi. ita tamen. vers. item quamuis. Lambert. de iur. part. lib. 2. part. 1. q. 7. princ. art. 15. nu. 1. cum seq. Alfons. Hoied. de incompat. benef. p. 1. cap. 20. num. 26. & est communis sententia, quia iura abhorrent, vt in eadem Ecclesia, & sic
122 sub eodem tecto † quis obtineat duo beneficia, vt post alios licet videre in Stafil. de lit. grat. tit. de dispens. ration. ætat. §. incompatibilia. & §. si sunt sub eodem
123 tecto. Ideóque Episcopus non † potest super hac incompatibilitate dispensare. Ioan. And. in capit. literas. de concess. præbend. vbi Abb. num. 2. & 3. Idem Abb. in capi. cum iamdudum. nu. 9. de præb. communis opinio teste Pet. Duen. regul. 71. Ampl. 5. & ideò non va-
124 let † consuetudo, vt quis obtineat plura beneficia in eadem Ecclesia. Lambert. de iur. patron. lib. 2. in prima part. art. 15. in 6. qo. princip. & est communis opinio
125 test. Hoied. d. cap. 10. n. 3. Hinc † dispensatus ad duo beneficia nequaquam censetur dispensatus, vt illa habeat in eadem Ecclesia, nisi expressè fuerit dictum, etiamsi sint simplicia. Petr. de Anchatan. in cap. permittimus. de ætat. & qualitat. Cardinal. cons. 53. Anchar. & Franc. in cap. 1. de consuet. lib. 6. communis opinio teste Abb. in d. cap. de multa. num. 4. de præben. etiam si in dispensatione adsit clausula *motu proprio*, vt latè resoluit post longam disputationem Hoied. d. cap. 20. n. 13. cum communis, & vera sit sen-
126 tentia *clausulam motu † proprio non tollere incompatibilitatem beneficiorum*, vt tenuerunt glo. in cap. vlt. de off. dele. lib. 6. Bonif. de Vitall. in clem. si Romanus. nu. 30. de præben. Card. cons. 17. col. prima, Card.
127 Paris. cons. 74. nu. 29. cum. seq. vol. 4. sicuti neque † tollit defectum intentionis. Bellamer. decis. 102. Alexan. cons. 215. lib. 7. Curt. senior cons. 35. num. 36. & cons. 150. num. 154. Car. Paris. cons. 82. num. 66. volum. 1. & cons. 74. num. 22. volum. 4. & cons. 79. n. 12. eod. vol. 4. & communiter doctores.

Et hæc sententia procedit in beneficijs vniformibus
† seu conformibus, vt non sit licitum habere sub eodem 128
tecto duas præbendas, vel duas portiones, aut duo beneficia simplicia, seu præstimonia, non autem in dissimilibus, puta beneficium simplex, & Capellam requirentem celebrationem Missæ certis diebus vel Canonicatum & Capellam, ita Lap. alleg. 116. num. 5. vbi additionator Mil. in repert. versic. beneficia plura. Rebuff. in Concor. tit. de mandato Apost. §. 1. vers. ita tamen. prope fin. & in prax. benef. tit. de non promot. intra annum nu. 76. & hæc est communis sententia, quamuis Alfons. Hoied. dict. p. 1. de incompat. benef. cap. 20. sub nu. 25. vers. mihi tamen, teneat contrariam opinionem.

Et quia suprà dictum est, communem esse sententiam
receptam † ab omnibus, quòd ad hoc, vt primum in- 129
compatibile vacet ipso iure, requiratur, vt ille obtinens consequatur possessionem pacificam secundi beneficij curati, aut aliás incompatibilis, secundum quam tenuit Rot. Roman. in vna Florent. Canonicatus & præbendæ, coram Card. S. Crucis die 11. Martij 1558. teste Caputaq. decis. 415. lib. 1. & in vna Panormitan. beneficiorum, coram D. Fabio Accorambono 9. Ian. 1548. de qua mentionem facit Mand. super regul. Cancell. in reg. de benef. vacan. per promot. q. 4. Ideò breuiter dicendum est, quæ dicatur pacifica possessio. Ad quod Doctores respondent dici pacificam possessio-
nem, cum postquam † quis est illam adeptus, in ea non 130
deturbatur in continenti de facto, & de iure mediante litigio, vt colligitur ex glo. in cap. commissa. §. annus versic. pacificam. de elect. in 6. Bellamer. decis. 597. Stafil. de liter. grat. tit. de qualit. eetat. benef. nu. 48. communis opinio teste Andr. Tiraq. in l. si. vnquam verb. suscepit liberos. n. 133. C. de reuocan. donat. &
quomodo † interpretetur illud verbum *incontinenti*, 131
relinquitur arbitrio iudicis, iuxta ea quæ scribit Bart. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi armata. Alexand. in l. si. de eo. §. si fortè. nu. 6. ff. de acquir. poss. Rui. cons. 130. n. 6. lib. 1. Bertrand. cons. 193. n. 3. in secunda p. lib. 3. Menoch de arbitr. iudic. cas. 11. qui iudicauit secundum subiectam materiam, iuxta consil. Cardin. Paris. 145. num. 24. vol. 4.

Ex quibus omnibus colligitur, quòd qui promouentur ad incompatibilia, si beneficia priora per eos obtenta non vacant ipso iure, possunt resignare illa cum ius habeant: vt est communis opinio omnium doctorum.

Primum exemplum erit in obtinente vnum benefi-
cium simplex residentiam † requirens, si aliud simile 132
beneficium simplex residentiam requirens consequatur, primum non vacat ipso iure, vt tenuit Ioa. And. in addit. ad specul. in tit de cler. non resid. Oldrad. cons. 185. Lap. alleg. 16. Butr. Card. Abbas & alij in cap. vltim. de cler. non resid. communis opinio teste Benedict. Capr. in tract. regu. & fal. regul. 90. n. 110. & hæc opinio seruatur in curia, vt tradit Cald. dict. cap. vlt. quem refert & sequitur Alfons. Hoied. d. tract. de incompat. benef. part. 1. cap. 17. num. 40. vers. his tamen non obstantibus. vbi declarat aliquibus modis,
quare † datur optio obtinenti, vt eligat quod volue- 133
rit, & alterum dimittat. DD. in cap. referente. de præb. Benedict. Capr. loco citato. nu. 114. namque vtrunque teneri non potest, Inno. in cap. cum iamdudum, & in cap. cum super ordinata. de præbend. Gemin. in capitul. gratia quam. nu. 8. de rescript. lib. 6. Abb. in capitul. extirpandæ. §. qui verò nu. 27. de præb. vbi num. 30. testatur hanc esse communem sententiam Benedict. Capr. vbi supra num 136. Coras. in tract. sacerd. p. 1. capit. 5. num. 2. quæ seruatur hodie in praxi, stante decreto Conc. Trid. capit. 17. sess. 24. de reform. cùm
non possit quis in varijs † Ecclesijs personaliter reside- 134

Digitized by Google

re. glo. in cap. oon potest. vbi Doctores de præbend.
In 6. Rip. respons. 14. titu. de legib. & long. consue-
tud. Ideo non faciens residentiam in beneficio priuatur
135 † ipso iure, præcedente monitione, vt tenuit Inno-
ceut. in dict. cap. extirpandæ. §. qui verò de præbend.
& hęc est communis sententia, vt post longam dispu-
tationem resoluit, & de ea attestatur Hoied. dict. tra-
ctat. de incompat. benef. part. 1. cap. 18. oum. 19.

Secundum exemplum erit in obtinente præstimo-
136 nium, namque si aliud consequatur, † primum non va-
cat ipso iure, licet inter se sint incompatibilia, proùt
est in Hispania, vt tradit Alsons. Hoied d. tractat. de
incompat. p. 2. capit. 8. num. 15. Domin. Sot. lib. 10.
de instit. & iure. q. 5. ar. 3. q. 2. vbi dicunt quod com-
137 muniter præstimonia † daotur in titulum perpetui be-
neficij, habentquè anneaum onus spirituale. Mandos. de
ann. quæst. 12.

138 Tertium exemplum est † in en qui habet beneficium
simplex sufficiens ad commodam sustentationem, nam
si aliud consequatur beneficium, vtique est incompati-
bile cum primo, iuxta ea quæ scribit Gloss. in cap. du-
dum. 2. de elect. Domin. Sot. lib. 3. de iust. & ior. qu. 6.
art. 3. cócl. caf. primo, Nauar. in Apolog. de red. Eccle.
q. 1. monit. 76. num. 2. (quamuis contrarium seruetur,
teste Benedict. Capr. reg. 90. nu. 96. tamen primum non
vacat ipso iure, vt est communis: proùt colligitur ex
his quæ scribit Hoied. d. p. cap. 19.

139 Quartum eaemplum † est in eo qui habet magnam
multitudinem beneficiorum, namque boc casu vacatio
ipso iure (de qua in cap. de multa. de præbend. & ex-
trauag. execrabilis) oon subintrat, licet sint dicta be-
neficia inter se incompatibilia, vt procedat text. capit.
quia in tantùm de præbend. cap. dudum. 2. de elect. vbi
DD. cap. 17. sess. 24. conc. Trid. Beoedict. Capr. dict.
reg. 90. nu. 135. communis opinio, vt patet ex addu-
ctis per Alsons. Hoied. de incompat. benef. p. 1. cap.
140 21. Etiamsi sint præstimonia, quia hæc sunt † etiam Ec-
clesiastic. beneficia. Gemin. cons. 109. Oldrad. cons. 81.
Menoc. de arbit. iud. cas. 201. num. 59. & ideò tenen-
tur ad horas canonicas. Domin. Sot. libr. 10. de iust. &
iur. q. 5. art. 3. nisi vnum vel duo, non essent sufficien-
141 tia ad commodam sustentationem †, quia tunc liceret
obtinere dicta beneficia, si residentiā non requirūt. Lap.
alleg. 25. & alleg. 116. & 117. Cald. cons. 24. de præben.
Ferret. cons. 22. n. 1. Ab. cons. 96. in 2. dub. 2. Lamber.
de iur. part. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 15. vbi latè Domin.
Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. 9. artic. 3. qu. 4. & hæc est
communis opinio, teste Nauar. in Manual. cap. 25. n.
125. cum seq. & hanc opinionem pluribus rationibus &
auctoritatibus caornat Alsons. Hoied. cap. 1. part. 2.
de incompatib. benefic. num. 1. & num. 15. Et num. 36.
dicit hanc opinionem esse receptam ac approbatam à
stylo, etiam post publicationem sacri conc. Trident.
nam Pius IIII. & Pius V. & Gregorius XIII. concesse-
runt sæpius vni beneficio plura beneficia simplicia, resi-
dentiam noo requirentia: & hodiè etiam per S. D. N.
Sixtum V. conceduntur.

142 Dubium tamen est † quæ dicatur magna multitudo
beneficiorum, Benedict. Cap. d. reg. 90. nu. 135. quan-
do sunt decem vel octo. sequitur Hoied. cap. 21. pri-
mæ. part. de incompat. benef. nu. 16. Ego autem exi-
143 stimo iudicis † arbitrio relinquendum, qui secundum
qualitatem personarum & temporum boc iudicabit,
iuxta ea quæ scribit. Bal. in cap. cum causa. col. vlt.
vers. quæro. de testib. & in l. æde. col. vlt. locat. Ber-
trand. cons. 236. lib. 2. & communiter Doct. sicuti iu-
144 dicis arbitrio relinquitur quando dicatur † magnitudo.
gloss. in auth. nisi breuiores. C. de sentent. ea breu. re-
cit. gloss. in cap. vlt de re iud. lib. 6. Lans. in cap. quo-
niam in n. 19. de prob. Ias. in l. admonendi. num. 222. ff.
de iureiuran. cum similib. adeò quod hæc est commu-
145 nis sententia, cum iudicis arbitrio relinquantur † ea
quæ certa sub lege deffinita non reperiuntur à iure. iux-
ta vulgatam & communem l. 1. ff. de iur. delib. Thomas
Parpal. in l. 1. num. 45. ff. soluto matrim. Dec. in cap.
sedes, num. 7. de rescript. & in cap. si pro debilitate in
fin. de off. deleg.

Quintum exemplum erit in eo † qui habet dignita- 146
tem, officium, personatum, nam si consequatur cano-
nicatum, priora beneficia oon vacant ipso iure Petr. de
Anch. coos. 17. Oldrad. cons. 165. Lap. alleg. 116.
vbi Mandos. in addit. & est communis opinio. vt patet
ex adductis per Hoied. cap. 11. part. 1. de incompat.
num. 5. vers. contrarium, & ex adductis per Benedict.
Capr. d. reg. 90. nu. 113. quamuis hæc sint incompati-
bilia. vt probatur in cap. 1. de consuet. lib. 6. vbi com-
muniter Doctor. Cardio. Paris. cons. 40. n. 15. vol. 4.

Seatum exemplum erit in habente † Canonicatum, 147
nam si consequatur alium canonicatum, in alia Ec-
clesia, primum non vacat ipso iure cap. literas de con-
cess. præbend. vbi Abb. & alij Benedict. Capr. dict. reg.
90. nu. 129. Communis, vt patet ea adductis per Ho-
ied. capit. 12. primæ part. de incompat. num. 12. quia
dispositio dict. cap. de mult. † est pœnalis, & corre- 148
ctoria, ideò non debet de ea fieri extensio ad alium
casum similem, l, si verò §. de viro. vbi latè Roman.
ff. solut. matrimon. communis opinio. testè Iason. in
leg. cùm quidam num. 10. & 24. ff. de liber. & posthu. &
in leg. vltim. ff. de in ius vocando.

Quintò principaliter infertur, quod si resignans non
habeat ius ex alia ratione, vt quia fuit facta expeditio in
vrbe in fòrma dignum, † & ordinarius nunquam con- 149
tulit, cui literæ fuerunt commissæ, vel quia nunquam
cepit possessionem, aut alias resignatio nulla est, resi-
gnatario nihil acquiritur. Rebuff. consil. 186. numer. 10.
& ratio est clara, † qoia quod non habeo, resignare 150
non possum, nec perdere. §. seruus. Institut. de cap. di-
minut. nam priuatio præsupponit habitum. l. qui de-
cem. ff. de verb. oblig.

Sexto & vltimò principaliter infertur † quòd priua- 151
tus per sententiam beneficio, non potest renunciare illi
post transitum in rem iudicatam, vt fuit resolutum in
Rota coram Oradino in vna Roman. beneficiatus S.
Petri, die 16. Iunij 1561.

Lib. 3. q. 1. n. 64. Ibi, Beneficium in manibus nostris,
&c. Dimittere.

HÆc verba, in manibus nostris, (vt pote quæ reser-
uationem quandam, in Gallia minimè receptam,
redolere videantur) in prouisionibus Apostolicis super
gratijs beneficiorum Ecclesiasticorum huius Regni ob-
tentis, apponi non consueuerunt.

Eadem q. n. 91. Ibi, Quis non dicitur perdere primum
curatum, nisi pacificam possessionem
ceperit secundi curati.

ET idcò non impedietur interim secundum resignare,
etiam in fauorem. Quinimo duo illi menses (de qui-
bus auctor hac eadem quæstione n. 62. meminit) oon nisi
à die habitæ etiam pacificæ possessionis currunt. Quàpro-
pter in casu decreti Apostolici, nedùm quando quis pa-
cificus non est, sed etiam postquàm pacificè, possidet
(infrà tamen illos duos menses in decreto Apostolico ap-
positos) non solum in fauorē, sed etiam (si sibi videbitur)
reseruata pensione, resignare poterit.

Eadem q. n. 94. Ibi, Si vnum est potentia tantùm &
non habitu.

ISto etiam casu Graduatus Nominatus simile benefi-
cium (potentia tantùm scilicet, non etiam habitu cu-
ratum) obtinens, non prohibetur aliud actu curatum de
mense graduatis nominatis affecto vacans, in vim suorum
gradus & nominationis acceptare: Quod tamen facere
non posset, si vtrumq; actu curatum existeret. Vt pul-
chrè tradit Rebuffus in §. volumus. In verbo, tempore
vacationis. Versic. Et per istum textum de collat in con-
cord. Contrarium tamen seruari ait idem Rebuffus ibi-
dem in fine. Vter autem graduatorum, in assequutione be-
neficii curati, vel alias incompatibilis, præferendus sit,
repletus ne iuxtà concordata, an verò qui aliud curatum,

Digitized by Google

seu aliàs incompatibilia obtinet, tradit Dominus Georgius Louetus quondam in supremo Parisiensi Senatu Consiliarius Regius dignissimus, in suis memorialibus. pag. 316. in impressis Parisijs 1609.

Eadem quæst. num. 128. Ibi, Non autem in dissimilibus.

ET Probus in additionibus ad glossam pragmaticæ sanctionis in §. Item censuit. In verbo, requireret. n. 3. indistinctè tenet, Caput de Molta. De præbend. apud Gregorium, habere locum in beneficijs simplicibus, sub vno & eodem tecto existentibus. Quod intelligendum si eorum vtrumque ad congruam, possessoris sustentationem sufficerat. Cui nos eò libentius subscribimus, quò nobis liquidiùs experientia constat, omnes, à Gregorio XIII. summos Pontifices, dispensationem ad tria, quantumuis simplicia beneficia Ecclesiastica, etiam difformia, sub vno & eodem tecto consistentia, inflexibiliter denegasse: Licet plura in diuersis Ecclesijs absque difficultate (dummodo plus vno personalem residentiam non requirant) concedantur. vt infrà, n. 141. huiusce quæstionis fusiùs ostendemus.

Eadem quæst. num. 131. Ibi, Quomodo interpretetur illud verbum, incontinenti.

QVindecim ferè & eo plus sunt elapsi anni, ex quo, dùm quæstio inter duos, super possessorio parochialis ecclesiæ de Arzentio Carcassonensis Diœcesis (quam vnus, prætextu quòd Ramundus Galienus possessor, aliam parochialem Ecclesiam assecutus erat. Ordinaria primùm: alter verò eorundem, illam, per liberam eiusdem possessoris, in tunc existentis Pontificis maximi manibus, & in sui fauorem factam & admissam resignationem, vacantem, Apostolica deinde auctoritate, sibi respectiuè conferri obtinuerant) in suprema Tolosani Parlamenti curia verteretur: Et Resignatarius super ea re nos consuluisset, quia reperimus, ordinarium antè duos Menses, à die habitæ possessionis vltimò obtentæ Ecclesiæ computandos, Ecclesiam primò obtentam huiusmodi contulisse: Collationem ipsam præcocem & nimis properè factam, ac proinde, nullam, esse respondimus. Sicque postea in eadem causa, videlicet inter Antonium Altic appellantem à sententia Senescalli Tolosani ex vna, & Ramundum Iulianum, appellatum ex altera partibus) placito eiusdem Curiæ, Domino Papus maiore natu, Consiliario, litis enarratore fidelissimo, die 4. mensis Iulij 1554. iudicatum audiuimus. Vndè verbum illud, incontinenti, (cuius interpretationem Parisius arbitrio iudicis, & rectè quidem, censet relinquendam) in hoc casu intellexerimus, id est, infrà duos menses. Etenim collatio Episcopi erat quidem post Mensem facta, sed quia integri duo nondum erant elapsi, idcirco nulla fuit iudicata. Nec Rebuffo (licet Louetum habeat sequacem pag. 317. suorum memorialium) adhæremus, asserenti adeptione posterioris, non vacare priùs obtentum, nisi toto anno elapso; in tractatu de pacificis possessoribus n. 205. Nec Papponio, qui ordinarium, statim post secundi incompatibilis beneficij acceptationem, etiam mense non expectato priùs obtentum simile conferri posse ait, lib. 4. tertij tomi trium Notariorum, tit. *de signature forme & parties d'scelle.* Versic. *Vacquent benefices par mort. pag.* 92. Mouemur maximè, quia regulare est, vt Decreta Apostolica in prouisionibus secundi incompatibilis beneficij, de priori simili obtento dimittendo apponi consueta, non breuius nec longius quam duorum mensium dilationis spacium contineant.

Eadem q. n. 141. Ibi, Concesserunt sæpiùs vni beneficiato plura beneficia simplicia, residentiam non requirentia.

PAulus quoque Quintus Pontifex Maximus, hac tempestate feliciter sedens, illud idem non denegat. Is etenim octauo kalendas Decembris, Pontificatus suì anno tertio, hoc est, vigesima quarta die mensis Nouembris Anno Domini 1607. Canonicatum & præbendam Ecclesiæ secularis & collegiatæ sancti Saturnini de Sos Auairanensis Diœcesis certo forsan tunc expresso modo vacantes, & ante Petro Goffredo, Presbytero Eduensis Diœcesis ordinaria auctoritate collatos, eidem Petro, tunc parochialem Ecclesiam loci de monte Leone, ac vnum de Ripaalte, & alterum sancti Germani, necnon aliud sancti Laurentij, præstimonia; ac vnum de Inferno, & alterum de Gimbor, necnon reliquum de Blaignaco, Capellanias nuncupata perpetua simplicia & personalem residentiam non requirentia beneficia Ecclesiastica, respectiuè primòdictæ Diœcesis obtinenti, de nouo in forma dignum nouissima, solito tamen adiecto decreto, (obtentam scilicèt parochialem Ecclesiam prædictam, habita possessione eorundem Canonicatus & præbendæ, seu si per eum staret quominus illam assequeretur, intrà duos menses omnino dimittendi) Apostolica auctoritate conferri mandari concessit. Vides ergo septem beneficiorum retentionem vnica signatura, vni soli Presbytero, simili auctoritate Apostolica concessam fuisse. Et ne hoc quis fabulam putet, expeditam desuper signaturam (ni grauetur) perquirendo reperiet registratam libro 10. registri supplicationum Apostolicarum folio 297. De effrænata tamen beneficiorum simplicium pluralitate, ac consuetudo illam excuset, videndus est Probus addit. 4. in §. Cui rei De collat. in pragmat. sanct.

Eadem quæst. num. 149. Ibi, Aut aliàs resignatio nulla est.

ISstud exemplificari potest in eo, cui regulare quodpiam beneficium, cum decreto, professionem per Monachos illius ordinis emitti solitam, intrà certum tunc expressum tempus emittendi, collatum fuit. Si enim ipse huiusmodi professione nondum emissa, illud in alterius fauorem resignare voluerit, non audietur: & meritò quidem, cum nullum ius in dicto beneficio (maximè illud resignandi) antè professionem ipsam acquisierit. Veruntamen si duobus clericis secularibus, quorum cuilibet de vno & eodem beneficio, cuiuscumque ordinis regulari vacante, Apostolica auctoritate prouisum seu prouideri mandatum extitit, & inter quos lis super eiusdem beneficij possessorio vel petitorio pendet indecisa, in concordiam pro bono pacis, sub sanctæ sedis Apostolicæ beneplacito deuenientibus, alter eorum omni & cuicunque iuri & actioni, sibi in dicto beneficio vel ad illud quomodolibet competenti & per eum prætenso necnon liti & causæ huiusmodi, in summi Pontificis manibus, & in fauorem alterius collitigantis (qui habitum per Monachos illius ordinis gestari solitum suscipere, & anno probationis elapso professionem per eosdem Monachos emitti solitam expressè emittere intendat) etiam ad effectum, impensas, quas ipse cedens in prosecutione prædictæ litis fecit, à cessionario repetendi seu consequendi, cesserit; solet idem Pontifex concordiam comprobare, ac cessionem huiusmodi admittere.

Eadem quæstio & num. Ibi, resignatario nihil acquiritur.

NIsi in signatura expressè dicatur, mandatum à cedente obtentum, executioni non demandatum, quinimò nec executori præsentatum fuisse. Tunc enim, quia summus Pontifex hæc sciens, cessionem huiusmodi admittit, dubium non est, quin, si aliud canonicum non obsistat, ius ipsi cessionario (saltem vigore clausulæ, aut alio quouis modo) acquiratur. Ex prædictis ergo apparet euidenter, quòd per signaturam prouisionis in forma gratiosa pinguius ius acquiritur, quam ex signatura in forma dignum ordinario commissa tribuatur, vt etiam mouere videtur Bonifacius de Vitalinis super clementina si Romanus, num 43. de præben. & Cassadorus decisione 1. vt lite pendente ait, prouisionem gratiosam fieri per verbum conferimus, & ita per verbum præsentis temporis. Adde Rebuffum de rescript. si neutri n. 4. in praxi beneficiaria.

Eadem quæst. 1. n. 13. Quia pensio eisdem modis amittitur quibus beneficium.

¶ HInc nuper respondi pensionem cuidam clerico ex causa resignationis super beneficio reseruatam, si ipse miles fiat, extingui: cum ex eo beneficium amittatur gloss. in cap. qualiter de cleric. non resid. nam videtur tacitè renunciare, Flamin. post alios quos citat suprà lib. 1. q. 1. num. 22. Duo tamen copulatiuè, vt pensio per militiam extinguatur requirit, Gygas de pension. q. 55. num. 3. Primum quod se eius se immisceuerit: secundum,

Digitized by Google

quod monitus à militia non destiterit: sed cum distinctiones huiusmodi non admittantur, quoad beneficium, vix admittendas crederem quoad pensionem. [nu. 11. priuatus beneficiis ipso iure non potest illa beneficia resignare in fauorem alicuius.] quamuis priuatus ipso iure non possit resignare, cum ius non habeat, vulgata regula nemo plus iuris &c. Si tamen de facto resignet, nullusque prius impetrauerit, beneficium acquiretur ipsi resignatario, non ex capite resignationis, sed ex capite priuationis, (maximè si possessor resignet) in vim clausulæ siue præmisso siue alio quouis modo, Flamin. infrà lib. 8. q. 7. num. 156. quæ extendit gratiam ad quemcumque modum non expressum, Louer. de re benefic. lib. 3. q. 8. num 61. & alij communiter.

Eadem q. num. 131. Quomodo interpretetur illud verbum incontinenti.

¶ CVm primum incōpatibile non vacet, nisi post adeptam pacificam possessioné, cap. commissa de elect. in 6. in Gallia autem pacifica non censeatur possessio, nisi post annum, teste Rebuffo in praxi de non promotis intra ann. num. 45 & in tractatu de pacific. possess. num. 205. quem ad hoc laudat & sequitur Petrus Duclosius q. seq. num. 9. non videmus, cur ipsemet Duclosius verissimam eiusdem Rebuffi, ac Louetij sententiam improbare debeat, asserentium prouisum de secundo incompatibili primum, nisi post annum, dimittere non teneri; quis enim dubitat duos illos menses, quibus ipse mouetur, in signatura prouisionis secundi incompatibilis ad primum dimittendum indulgeri solitos, induciis iuris superaddi, & non nisi à die pacificæ possessionis computari? ita vt, stante decreto huiusmodi, non solum per annum integrum, & pacificum, sed etiam per quatuordecim menses vtrumque possit impunè retineri.

Eadem quæst. 132. Si aliud simile beneficium simplex residentiam requirens consequatur, primum non vacat ipso iure.

¶ IMò hodie primum ipso iure vacat ex concil. trident. sess. 7. cap. 4. vid. Garc. de benefic. parte 11. cap. 5. num. 76. & seqq.

QVÆSTIO II.

An consecutus parochialem Ecclesiam, ex qua tenetur se promoueri facere intra annum, possit illam resignare in fine anni, agitur de materia cap. licet can. de elect. l. 6.

SVMMARIVM.

1 *Prouisus de parochiali, tenetur se facere promoueri infra annum.*
2 *Beneficium curatum non potest permutari in vltima die anni dati, ad promouendum.*
3 *Resignans non plus iuris transfere in resignatarium quam habet.*
4 *Ius curati prope finem anni est temporale.*
5 *Fraudibus obuiandum est.*
6 *Non est succurrendum ei qui in necessitate se arctauit.*
7 *Frustrà speratur euentus qui non potest operari.*
8 *Beneficiatus potest resignare beneficium curatum, etiam in fine anni dati ad promouendum.*
9 *Antequam annus labatur, ius est penès resignantem.*
10 *Pœna imposita ex non facto intra certum tempus non committitur, nisi ex toto labatur tempus.*
11 *Appellatus non potest petere executionem ante finem anni.*
12 *Ante lapsum tempus, banuitus non potest offendi.*
13 *Sufficit qualitatem adesse tempore quo fit actus.*
14 *Curatis potest prorogare tempus summus Pontifex vltra annum ad se promouendum.*
15 *Iudex non solet concedere quod est malum.*
16 *Superior dicitur iustitia.*
17 *Iudex habet sal sapientiæ & conscientiæ.*
18 *Beneficia non solent concedi ad tempus.*
19 *Nullam pœnam meretur quod fit iure permittente.*
20 *Variæ sunt hominum voluntates.*
21 *Hodie non admittitur resignatio ante finem anni.*
22 *Curatus elapso tempore ad promouendum non potest resignari.*
23 *Præceptoria commendata ad tempus, non potest resignari.*
24 *Priuatus beneficio illud resignans reseruata pensione, pensio est nulla.*
25 *Gratia est subreptitia, cum non exprimitur quod debet.*
26 *Pensio datur resignanti, ne nimium dispendium patiatur.*
27 *Expresso falso gratia est nulla.*
28 *Resignatarius non potest beneficium curatum resignare ante finem anni.*

SEcundò quæro, Pone, quidam consecutus est parochialem Ecclesiam, seu curatam † ex quo 1
tenetur se promoueri facere intra annum: alias beneficium vacat ipso iure, iuxt. cap. licet canon. de elect. lib. 6. an iste possit resignare in fauorem, beneficium prædictum in fine anni dati ad se promoueri faciendum, præsupponendo non posse ad sacros ordines promoueri, puta quia erant elapsi vndecim menses aut plus, &c.

Rot. decis. 6. de rerum permut. in antiquis, tenuit
tale beneficium † non posse permutari vltima die anni 2
dati ad se promoueri faciendum, & sic fuisse iudicatum in duabus causis, habetur in decis. 38. de præbend. in antiq. in fin. Ad quod primò facit, quia sequitur inconueniens, quod quis semper posset retinere beneficium absque promotione, nam in fine anni illud resignaret, & posteà daretur nouus annus, & sic esset contra mentem d. cap. licet canon. &c.

Secundò quia resignans † non plus iuris transfert 3
in resignatarium, quàm ipse habet iuxta communes conclusiones, de quibus suo loco, & ob id beneficium transit ad resignatarium cum pensione qua erat grauatum, sed ius resignantis (cum esset † prope finem anni) 4
erat temporale, & non perpetuum, ergò non valet resignatio: quia sicuti ob angustiam temporis resignans non potest ordines sacros suscipere, ita etiam neque poterit ob eandem rationem resignatarius.

Tertiò quia potuit resignans in fraudem rem differre
vsque ad vltimum momentum: fraudibus † enim obuiandum est. l. si legatarius, C. de legat. Rainer. de 5
Forliuio, in l. omnes populi, sub num. 8. de iust. & iur.

Quartò, quia non est † succurrendum ei, qui se in 6
necessitate posuit, & arctauit. l. 2. §. quod dicimus, ff. si quis caut. cap. eum in veteri. circa fin. de elect.

Quinto, quia iam est priuatus, ex quo non potest
promoueri, frustra enim spectatur † euentus, qui non 7
potest operari. l. aliquando. ff. ad vellei.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
credo veriorem, quod etiam in fine † anni & vltima 8
die, possit quis resignare beneficium in fauorem alicuius, ita in facti contingentia respondit Oldr. cons. 203. factum tale. num. 1. vers. circa primam quæstionem. sequitur Cassad. decis. 4. num. 4. locat. & latius Dec. 27. tenuit palatium. nu. 1. in fin. num. 2. & 3. super. reg. cancell. Arch. in cap. cum ex eo. de elect. Io. And in addit. ad Specu. in rub. de rerum permutat. Petr. de Perus. quem, refert & sequitur Petr. Andr. Gammar. in cap. licet. num. 88. & 89. de rerum permutat. lib. 6. loquentes in permutatione: Ex quo patet hanc
opinionem esse receptiorem, probatur primò, quia † 9
antequam annus sit ex toto elapsus, ius est penès illum qui vult renunciare, ac perfectè, vt probatur in capit. commissa. de elect. in 6. Commissa tibi parochialis Ecclesia quanquam tantum de anno transiuerit, quòd infra

frà ipsum nequeas iuxta statutum generalis Concilij Lugdunensis ad sacerdotium promoueri, non est nisi tunc demum, cum ex toto fuerit ipse annus elapsus, censenda vacare, nec potest alteri te nolente conferri, &c. ex quo tex. Anchar. & Gemin. notant in primo not. quod vbi imponitur pœna ex non facto intra tempus
10 certum pœna non † committitur nisi ex toto tempus labatur. Bal. in cap. 1. qualiter dom. pro pr. Alex. cons. 33. lib. 2. Hinc si fuit commissa causa decidenda intra certum tempus, alioquin remittatur instructa, quod infra illum terminum, etiam vlt. die non potest remitti. Arch. in d. ca. commissa, vbi dicit Curiam ita tenere. Hinc appellatus non potest petere executionem
11 † sententiæ ante finem anni, si tantum est elapsum de anno, quòd appellans non possit prosequi Innoc. in cap. intimasse. de app. Arch. loc. cit. Hinc stante statuto, quod lapso termino banni, bannitus possit impunè offendi, vt putà potestas banniuit quendam si
12 non comparuerit † infra tres dies, modo sunt elapsi duo dies, & bannitus est in loco, a quo infra diem vnum non potest venire ad locum destinatum, vtique ante lapsum termini non potest occidi, ita Bar. relatus à Petr. de Anch. in d. cap. commissa. sub nu. 4. & quòd tandem iste habeat ius in beneficio ante finem anni, est communis opinio, de qua attestatur Rota dict. Decis. 38. in principio, de præb. in antiq. Ergo potest resignare, quia qui habet ius, potest, &c. & hæc est communis opinio per consequentiam, vt attestatur Rota dict. decis. 38. Namque vt ex dict. cap. commissa, non vacat antequam ex toto labatur annus, licet tempus modicum supersit, vt certum sit obtinentem infra annum promoueri non posse, arg. l. in illa ff. de verb. oblig. & l. insula ff. cod. nihil ergo impedit quod non possit resignare, quia non minus in eo iuris habet, quam si non speretur vacare. l. & post §. res & quæ ff. famil. hercisun. l. si seruus ff. de condic. furt. l. si quis seruum de noxal. l. non ideò, de rei vendic. quare sufficit qualita-
13 tem † adesse tempore quo fit renunciatio coram superiore. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. Dec. in cap. post cessionem. col. 2. de probat Hinc retinco dominium rei quam dimissurus sum. d. l. non ideò minus. ff. de rei vend. l. si quis seruum. ff. de noxal. l. & post §. 1. ff. famil. hercis.

Eóque magis hoc procedit, quia posset summus Pon-
14 tifex dispensare & prorogare tempus etiam vltima die ad promouendum, vt tradit Gemin. in d. cap. commissa. num. 1. vers. in fin. gl. vt practicamus tota die, vel poterit dispensare Episcopus, vt est communis opinio, teste Andrea Gamba. d. cap. licet. num. 88. ver. tertium fundamentum. Vnde non mirum si interea potest resignare, immo si spes esset indubitata de beneficio amittendo, tamen potest illi renunciare, & illa renunciatio dicitur inducere vacationem, capit. per tuas. 1. de Simon. Gamb. loco cit. vers. quantum, &c.

Non obstant contraria. Ad primum respondetur inconueniens cessare postquam superior admisit resigna-
15 tionem, namque si hoc damnosum † iudicasset, auctoritatem suam impertitus non esset, argu. l. societate. §. arbitrorum. vbi Bar. & Alber. ff. pro soc. cap. quintauallis. vbi Ant. Butr. & Abb. de iureiu. Port. Imolens. cons. 76. num. 1. & cons. 152. num. 9. in medio, cum
16 superior dicatur † iustitia, can. Deus noster. di. 23. Bar. in tractat. inter virginem & Demon. ante n. 3. & habeat duos sales, Bal. in l. 2. C. de sent. ex breuiloq. recitand.
17 scilicet sal † sapientiæ, & sal conscientiæ. Idem Bal. in l. 2. in 4. not. C. de fideicom. Marsil. in §. diligenter. n. 23. & 24. cum seq. Iodocus in prax. crim. cap. 36. n. 9.

Ad secundum respondetur, quòd noua collatio summi Pontificis facta resignatario, tribuit ius perpetuum,
18 namque † beneficia non solent concedi ad tempus regulariter, vt communiter volunt doctores.
19 Ad tertium respondetur, † quòd fraus excluditur ex quo fit iure permittente, l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adul. l. nemo damnum. ff. de reg. iur. ita respondit Oldrad. & Cassad. locis citat.

Accedit, quia † variæ sunt hominum voluntates, l. 20
quia poterat. ff. ad Trebell. vel quia id facit propter tenuitatem fructuum, aut aeris intemperiem, vel similem causam, hæc enim possunt esse in causa resignandi, argum. l. etiam si equo. ff. de leg. 1. lege si cui fundus, ff. de legatis 2. l. libertus qui soluẽdo. ff. de bon. libert. l. 1. §. & alias videamus. ff. si quis in fraud. patr. l. si in emptione, ff. de min.

Ad quartum patet responsum ex sopradictis.

Ad quintum respondet Gemin. in d. cap. commissa in prima opposit. post Ioan. Monach. quod. tunc non spectatur euentus, qui nihil potest operari cum ab initio inefficax est dolo. & ita procedit dict. l. aliquando, sed in hoc casu ab initio tenuit collatio ideò, &c.

Vel secundò respondetur negando nihil posse operari, namque posset summus Pontifex vel Episcopus dispensare, vt dictum est supra.

Hanc autem conclusionem communem declararem, nisi constaret euidenter de fraude, vt tenent Oldrad. Gamin. & alij supra citati, & ita existimo procedere decisionem Rot. 6. de rer. permut in antiqu. Hodie au- 21
tem huiusmodi † resignatio non admitteretur, namque quoties resignatur parochialis stylus obtinuit vt debeat, exprimi per quantum tempus illam possedit resignans, & si tempus est breue, reiicitur, si autem hoc expresso Papa admittit resignationem, nulli dubium est valere, & ita practicatur, vt vidi & didici à peritissimis. Elap-
so vero tempore nequaquam † poterit resignare, cum 22
omne ius amiserit, vt communiter per omnes receptum est, vt suprà dixi in prima illatione 1. qu. huius libr. ad quod etiam facit, quòd aliàs fuit resolutum in vna Brixien. fructum, coram Sarnen. 27. Februarij 1541.
teste Put. decis. 265. libr. 1. quod † non possit resignare 23
in fauorem ille cui commendata est præceptoria, vt quamprimum compleuerit 14. ann. teneatur emittere professionem, alioquin præceptoria vacare censeatur, si fiat resignatio post decimumquartum annum, quo tempore non fuerat professus, quia vbi certa dies est statura, aduentus illius diei statuit & constituit in mora obligatos absque aliquo interuallo temporis, vt videtur in terminis nostris respondisse. Nauarr. cons. 1. de rescrip.

Et si resignauit reseruata pensione, quamuis Nauarr. in loco citato dicat pensionem ei deberi, mihi tamen contraria probatur opinio: namque non concessisset
Papa pensionem, † si sciuisset ius ei non competere, & 24
tunc gratia est subreptitia, cum non exprimitur id, quod
expressum retraxisset † à concedendo, cap. postulasti. 25
& cap. super literis, de rescrisp. Rot. decis. 32. de rescript. in non. & communiter doctor. Et cum pensio † 26
detur resignanti, ne nimium dispendium patiatur ex cessione. Oldrad. consil. 275. colum. 2. Sarn. quæst. 60. de ann. Rebuff. in praxi titul. de reseruat. nu. 13. & ipse nullum ius habeat, sequitur pensionem reseruatam esse nullam. Et cum ipse in renunciatione asserat ius habere,
videtur † falsum exprimere, & sic nulla erit gratia. Fel. 27
in cap. postulasti. col. 4. de rescript. præterea si omnes volunt resignationem non valere, ergo neque pensio reseruata, quia non entium nullæ sunt qualitates.

Limita nisi narratum fuisset in beneficio non habere canonicum titulum. ita Nauarr. dict. consil. 1. num. 4.

An autem resignatarius † possit resignare ante finem 28
anni, Oldrad. tenuit quod sic, d. cons. 203. quod intelligendum est, si absque fraude hoc fecerit, & si totum negotium narrauerit Papæ. vt sopra dictum est, & hodiè, vt supra dixi non admitteretur.

Lib. 3. q. 2. n. 9. Ibi, Est penes illum.

ET per hanc, aut similem rationem sustinuimus nuper, lib. 2 q. vlt. num 6 non valere impetrationem curati beneficij quod ob non promotionem possessoris vacare prætenditur, nisi annus ex integro elapsus sit: vtpotè factam de beneficio non vacante, sed repleto de persona, cuius titulus adhùc stat, & perpetuò stare potest Imo plus dicimus, Annum promotionis (secun ũ Rebuffũ, & alios plerosque non computari in Galia, nisi à fine anni pacifica

possessionis: Et sic clericum, cui de parochiali Ecclesia prouisum extitit, integros duos annos, vt se ad sacerdotium promoueri faciat, habere: vt iam nos suprà, nempè lib. 1. q. 1. num. 20. monuimus. Præterea dicimus, Senatum Tholosanum, ex bono & æquo censuisse, impetrantem, etiam anno promotionis elapso, non fore admittendum, si possessoris subsequens ad sacerdotium promotio, Datam impetrationis præcesserit. vt Dominus Mainardus lib. 1. notabilium & singularium quæstionum cap. 55. testatur. vbi, inquantùm de gradu verba facit, ipsum perperam sentire censeremus, nisi ponatur, aut impetrantem à possessoris prouisione, seu illius executione, tanquam ab abusu non appellasse; aut dictum possessorem, integro triennio suam collationem præcedente, in vniuersitate famosa studuisse. Quòd vltimum, etiam sine gradu, ad parochiales Ecclesias in villis muratis consistentes obtinendum (nullo graduato petente) sufficere, ex ipsis Galliæ concordatis. in §. statuimus. in 5. iunc. ibi doctrina Rebuffi, de collat. planè constat. Nullo graduato petente diximus, quia si secus, collatio non graduato facta (quantumuis per triennium studuerit) non tenet. vt Paponius tertij tomi trium Notariorum lib. 2. pag. 119. notat. Porrò si quis contra possessorem pluralem aut alias incapacem impetrauerit, Ipseque possessor, etiam post Datam impetrationis resignauerit, & resignatario, antè citationem & litem motam, prouisum fuerit, resignatarius vtrique contra deuolutarium obtinebit. Sicque aliàs in summo Parisiorum Senatu iudicatum fuisse, refert Molineus ad regulam de publican. resignat. n. 203. Adeò vt resignans ipse, ad instantiam tertij interrogatus super facto præsensæ confidentiæ, vel simoniæ inter eum & eius resignatarium non teneatur responde e, vt Peleus act. 31. lib. 6. etiam iudicatum fuisse testatur. Notandum insuper (quod etiam ex glosa in cap. 1. ad verbum, finita. vt lite penden in 6. colligi potest) Moriente scilicet parocho, ob cuius non promotionem ad presbyteratum, Ecclesia (iuxta cap licet canon. de elect. eod. lib.) vacauerat, eandem per illius obitum impetrari non debere. Secus in beneficiis quæ non nisi per sententiam adimuntur. Quod Gregorius in suis rei beneficiariæ institutionibus cap. 26. n. 17. latiùs explicat, & prosequitur.

Eadem q. num. 21. Ibi, Stylus obtinuit vt debeat exprimi.

PErplures tamen obtinuimus signaturas super prouisionibus parochialium Ecclesiarum, nec propterea opus vnquam fuit, per quantum tempus illas possedissent resignantes, exprimere. Quinimo (& quod maius est) dùm nos ipsi, à triginta annis & vltra, mensularij officio, non multum otiosi fungimur, huiusmodi resignationes sæpenumero, cum expressione quòd resignans ad laicalia vota aspirabat, admissas fuisse vidimus.

Eadem quæst. 2. numer. 24. Non concessisset Papa pensionem si sciuisset ius ei non competere.

¶ CVm non promotus intra annum, aut prouisus de incompatibili resignat reseruata pensione, debet de non promotione, aut obtento incompatibili fieri mentio in supplicatione pensionis, aliàs gratia est subreptitia, vt ibi Auctor, & Garc. de benef. p. 1. cap. 5. num. 90 Sed apud nos subreptio hæc non attenditur, & vidi cuidam Archipresbytero, qui Ecclesiam vnà cum suo Archipresbyteratu per plures annos absque dispensatione pacificè possessam hoc tacito reseruata pensione, resignauerat regressum ad ipsam Ecclesiam à Senatu Tholosano ob non solutam pensionem adiudicari, possessore, qui alius erat à resignatario, quantumuis reluctante, & de non iure resignantis ac nullitate pensionis excipiente.

QVÆSTIO III.

An possit resignare beneficium, non soluens pensionem.

SVMMARIVM.

1 *In reseruatione pensionis, solet apponi pœna priuationis, in casu non solutionis.*
2 *Non soluens pensionem non potest resignare, si pensionarius egit ad priuationem.*
3 *Frustra resignatur quod non habetur.*
4 *Non soluens pensionem potest resignare, si pensionarius non egit.*
5 *Pœna habet locum agente pensionaria.*
6 *Emphiteuta cadit à iure suo, ob non solutionem, post declarationem domini.*
7 *Regressus reseruatus ob non solutionem pensionis, debet canonizari per declarationem.*
8 *Pensionarius non potest agere ad priuationem contra resignatorium, ob non solutionem factam à resignante.*
9 *Delictum debitoris non nocet successori in beneficio.*
10 *Mors ciuilis æquiparatur naturali.*
11 *Declaratio voluntatis terminatur ad vitam debitoris, vel creditoris.*
12 *Ius priuandi vassallum non transit ad hæredem domini.*
13 *Ius priuandi vassalum non transit ad hæredem ipsius vassalli.*
14 *Domino non declarante caducitatem, eius successor non potest illam declarare.*
15 *Habens regressum si non vtatur veniente casu, non poterit postea vti.*

TErtiò quæro, An possit resignare beneficium in fauorem alicuius, ille qui non soluit pensionem impositam super illo beneficio resignando, ob
† quod erat imposita pœna excommunicationis, & pri- 1
uationis beneficij, vel etiam erat concessus regressus, vt communiter solet fieri in reseruatione pensionis de stylo? Duo casus sunt constituendi. Primus quando is, cui reseruata est pensio, non soluta pensione egit ad priuationem, vel ad regressum. Secundus est casus, quando pensionarius tacuit.

In primo casu conclude † negatiuè, videlicet non 2
posse resignare, cùm accedente voluntate, & domini declaratione, absque dubio sit priuatus, iuxta ea quæ latè scribit Cassadorus communiter receptus in decisio. 1. loc. allegans plures doctrinas, de quibus per ipsum, & in hoc nullum est dubium, nam cum per priuationem
non habeat ius, frustrà resignat quod non habet, vt † 3
dictum est latè supra in p. q. in prima limitatione seu declaratione.

In secundò casu quando non fuit actum contra non
soluentem pensionem, † hoc casu dicas illud benefi- 4
cium posse resignari ad fauorem alicuius, & successor erit tutus, ita Cassador. decisio. 4. num. 4. locat. & est communis opinio, quam vidi sæpius seruari in praxi.

Ratio est, quia ante declarationem creditoris, debitor potest impunè resignare, & validè, quia adhac
pœna non successerat, pœna enim † habet locum 5
agente pensionario: & sic volente illo in cuius fauorem fuit illa pœna apposita, prout fuit tentum in Rota in vna Geben. Monasterij coram Petrasanta, de anno 1516. & successiuè in aliis causis, prout attestatur Cassad. decis. 2. num. 3. locat. Et tempore Pat. ita etiam fuit tentum, prout ipse attestatur decis. 34. li. 2. Mohedan. decis. 210. & decis. 338. col. 3. & in vna Toletan. pensionis. 24. Octobobris 1552. coram Reumano, teste
Caputaq. decis. 8. p. 3. sicuti in simili † vt emphiteuta 6
ob non solutionē canonis cadat à iure suo, declaratio domini directi requiritur l. 2. ibi, volēte. C. de iur. ēph.

vbi Bar. Ias. & alij, Alex. cons. 62. lib. 2. & cons. 106. lib. 4. col. 2. latè Dec. cons. 146. col. 3. ver. capio secundum fuit decisum in vna Bononien. bonorum coram D. Triuultio de anno 1521. & hanc esse opinionem veriorem, æquiorē, ac communiorē, attestatur Cassadorus dicta deci. sub n. 3. loc. Ergo cum ille, cui reseruata est pensio & regressus in euentum &c. non declarauerit suam voluntatem, agitando contra beneficiarium ad priuationem, videtur noluisse, & per consequens potuit ille resignare.

Accedit quia licet in literis fiat priuatio, quotiès re-
7 seruatur † regressus ob non solutam pensionem, tamen requiritur vt canonizetur regressus per declarationem iudicis. vt scribit Pelegr. dec. 064. lib. 3. vbi ea hoc attestatur fuisse tentum in vna Segobien. pensionis, decisiones in pluribus causis factas, requirentes vt in causa priuationis, citatio incipiat à principali habere locum etiam in hoc casu de quo dicetur infrà.

Dubium tamen hic cadit, an cui reseruata est pensio, possit idem declarare voluntatem suam contra resignatarium, & sic agere ad priuationem, iuxta formam literarum, ob non factam solutionem pensionis ab eius
8 prædecessore? Breuiter † dicendum est negatiuè & cætera non posse agere. ita in terminis Cassador. decis. 4. num. 4. locat. & est communis opinio Doctorum.

Et hoc ex decisionibus factis in morte naturali, namque si is, cui reseruata est pensio ac regressus, tacuerit viuente debitore principaliter obligato, qui in tempore statuto a solutione defecerat, succedentem tali debitori in beneficio tutum esse, fuit tentum de anno 1500. coram Domino Camillo de Baliombus, & in alia Gebēnen. monasterij. vt attestatur Cassad. di. decis. 4. vbi latissimè comprobat. & decis. 2. vbi etiam latissimè, eod. tit. locat. Ita etiam fuit tentum in vna Tarraconen. Parochialis, 15. Octobris. 1542. teste Pur. decis. 341. lib. 1. & in vna Toletana: teste Caputaq. decis. 8. p. 3. vt successor sit
10 tutus. Hoc etiam procedit in morte ciuili, † quæ naturali æquiparatur, l. mulier. ff. ad Trebell. Rot. decis. 28. de procurat. in nou. & sic in resignatione. Ratio rationis, quia declaratio facienda in similibus casibus terminatur ad
11 vitam creditoris † vel debitoris, vt est communis opinio de qua attestatur Ruin. cons. 35. lib. 1. vbi latè.

Hinc si vassallus commisit causam propter quam po-
12 terat feudo priuari, † si dominus decedat ante declarationem, ius priuandi vassallum non transit ad hæredes. glo. in c. 1. §. 1. verb. concubuerit, quibus mod. feu. amitt. communis opinio de qua attestatur Curt. Iun. de feud. in 4. part. in vlt. particula, in secunda dubitatione, Ripa. in l. vlt. n. 237. C. de reuocand. donat. etiam si culpa erat talis, ob quam erat vassallus ipso iure priuatus. vt est communis opinio teste Iul. Clar. li. 5. recep. senten. §. feudum. q.
13 64. versic. sed quid si culpa. Ita etiam si moriatur † vassallus qui deliquit, antequam dominus proponat querelam, non poterit illam proponere contra hæredem ipsius vassalli. Clar. lib. 5. recepr. senten. §. feudum. q. 65. Communis teste Cassad. d. decis. 4. num. 21.

14 Hinc si dominus † non declarauerit caducitatem, eius successor nequit declarare. latè Cuman. cons. 164. ita fuit decisum in Rot. in vna Bononien. bonorum, de mense Maij 1522. coram Domino Paulo de Capizucchis, in secunda instantia. teste Cassad. decis. 3. tit. locat. vbi adducit rationes, & alias pluriès fuit idem resolutum, & communiter est per Doctores receptum. Immo aliàs fuit tē-
15 tum, quòd qui resignauit † reseruato regressu, si fuit locus regressui: & habēs regressum non velit vti, si iterùm veniat casus, non potest vti, teste Mohedan. decis. manuscr. 120. Sanctissimus Dominus noster, de quo vide eundem Mohedan. decis. 118. & 119. in manuscrip. & hæc est communis opinio recepta ab omnibus.

Lib. 3. quæst. 3. n. 1. Ibi, Vel etiam erat concessus regressus.

REgressus huiusmodi, non secus ac reseruationes, In Gallia sublatos fuisse, testatur Rebuffus in suis commentariis ad titulum de reseruationibus sublatis in concordat. Ab eo autem quod de reseruationibus diximus, excipe clausas in corpore iuris: Excipe quoque Prouinciam & Britanniam, vbi eædem adhuc vigent. Denique à sublatione regressus, excipe sex casus, quorum vnū suprà, lib. 1. q. 13. & eundem (ac secundum, tertium, & quartum) infrà lib. 6. q. 3. num. 17. à nobis notatos reperies. Quinta est, quando minor ætate requisita, resignat beneficium repetiturus postquam ad eam peruenerit. Sexta denique dū resignatio per vim facta & extorta est. His enim casibus regressui locus est in Gallia. Et licet cæteri valdè nobis arrideant, Quintus tamen vti de confidentia suspectus (quā, tumuis in odium perfidiæ tolleretur) vehementer displicet.

Eadem quæst. 3. num. 6. In primo casu conclude negatiuè.

¶ APud nos siue lis ad regressum ob non solutam pensionem inchoata fuerit, siue non, beneficium indistinctè potest resignari: quia in Gallia, non in vim reseruationis regressus in signatura pensionis appositæ, vt potè sacris canonibus, & concordato aduersantis, ac ideò abusiuæ, Molin. ad regul. de infirm. resig num. 14. & ad Regul. de public. resig. num. 276. sed officio iudicis, quasi resoluta ex defectu conditionis resignatione, regressus adiudicatur. In eo tamen primus casus à secundo distinguitur, quod in primo casu, dum resignatio fit lite ad regressum inchoata, & pendente, resignatarius tenetur ad decursos pensionis terminos, ni malit locum fieri regressui. In secundo verò solutioni pensionis à die captæ possessionis decurrendæ solùm adstringitur.

QVÆSTIO IV.

An possit resignatarius resignare, non facta intimatione resignanti, vt ex literis tenebatur.

SVMMARIVM.

1 *Habens in prouisione decretum, vt in renunciatione debeat intimare resignanti, non potest resignare non facta huiusmodi intimatione.*
2 *Non facta prædicta intimatione si resignans non agit, valida est renunciatio.*
3 *Decretum operatur, si is ad cuius fauorem est appositum, velit vti.*
4 *Constitutio Sixti annullans venditiones non factas vicinis, procedit si vicinus ea vti velit.*
5 *Quisque potest renunciare fauori suo.*

QVartò commodè subnecti potest vtilis quæstio, An si quis resignauit in fauorem N. in cuius prouisione aderat decretum, vt nullatenus possit resignare, nisi priùs resignationem faciendam personaliter resignanti intimaret, ad effectum vt ille, in cuius fauorem voluerit resignare, obligaret se resignanti, coram notario & testibus, de soluenda pensione, dando cedulam banchariam, aliàs resignatio videatur facta in fauorem dicti resignantis, an iste N. possit resignare, adeò quòd resignatio debeat censeri valida, non facta prædicta † intimatione? Responde esse faciendam 1
dictam intimationem iuxtà decretum appositum in prouisione vt volunt DD. communiter citandi.

Verùm si fuit facta resignatio absque prædicta intimatione, si ille cui † facienda erat huiusmodi intimatio 2
non egit ad beneficium, resignatio est valida, quia tale decretum non est tantæ virtutis, vt inficiat resignationem factam, ita fuit conclusum in Rot. in vna Abulen. Archipresbyteratus, coram Domino Fantuccio, de mense Nouembris 1555. vt habetur in lib. diuers. decis. 232. in manuscr.

Ratio est, quia decretum annullatiuum, quod solet apponi in prouisionibus, † ita demum operatur si is, in 3
cuius fauorem apponitur, eo vti voluerit. Philip. Prob. in addi. ad Io. Monac. in cap. tibi qui. col. 3. n. 7. de præb. lib. 6. tradit Put. dec. 8. n. 2. li. 2 vbi refert ea hoc in vna Roman. domus, 20. Aprilis 1543. fuisse

4 tentum, quod bulla Sixti † annullans venditiones factas alijs quam vicinis, interpretatur, vt ita demum fit nulla venditio, si vicinus voluerit, namque illud decretum
5 recipicit fauorem partis, ideo potest † renunciari. cap. vlt. §. 1. de off. deleg. l. filio præterito. iuncta gl. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. ad quod faciunt ea, quæ supra diximus. Cassador. decis. 1. a. 3. & 4. locat. late.

Lib. 3. q. 4. in principio, Ibi, Dando cedulam Bancariam.

NEscimus an vius Galliæ forensis, similes cedulas admitteret, si casus eueniret: vix enim est vt simoniacæ non existant, nisi eædem per summum Pontificem ex certa scientia approbentur. Cùm (vt certum est) quoddam negotiationis genus redoleant. De quo seu de cautione Bancharia fusiùs per nos infrà, lib. 14. quæst. 7. num. 53. fauente Deo dicetur.

Eadem q. 4. num. 3. Decretum annullatiuum quod solet apponi in prouisionibus ita demum operatur si is in cuius fauorem apponitur eo vti velit.

¶ PHilippus probus, cuius auctoritate hîc vtitur Flaminius, contrarium tenet in addit. ad glos. pragmat. sanct. tit. de collat. §. quod si quis in verb. irritum num. 1. & tit. de elect. cap. licet in verb. impediri num. 2. vbi dicit decretum irritans esse tam malignantis naturæ, vt quicquid inuenit, destruat, inficiatque nedum titulum, sed etiam possessionem, cap. si eo tempore de elect. in 6. quia per illud superior habere videtur pro illicito & nullo, quicquid fieret in contrarium secundum panorm. in cap. dilecto. col. 4. de præb. Et ideò, inquit, consensus partium nihil operatur, & tit. de collat. §. cui rei, in verb. anulationem, num 3. remittit nos ad suum tractatum deuolut. in quo se ait concludere partis consensum non expedire nullitatem actus contra decretum huiusmodi attentati: quia magis videtur peccari in Papam, quam in Impetrantem, quod satis placet. Idem tenet Panorm. in cap. dilecto, num. 14. de præb.

QVÆSTIO V.

An impetrans beneficium per annum pacificè possessum ob alio, possit illud resignare, hac orta occasione ponitur tota ferò materia regulæ de annali, & examinantur nouem quæstiones ad illam pertinentes.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium per annum pacificè possessum tenetur seruare, quod dicit regula de annali.*
2 *Impetrans beneficium per annum pacificè possessum potest illud resignare antequam vocet possessorem in iudicium.*
3 *Resignatario acquiritur ius post consensum.*
4 *Qui tenetur se promoueri facere post renunciationem intra annum, potest resignare intrà tempus datum ad suscipiendum ordines sacros.*
5 *Acceptans appellationem, potest renunciare ante publicationem.*
6 *Potest quis resignare intra tēpus datū ad publicandū.*
7 *Regula Cancellaria de annali quid disponat.*
8 *Regula de annali, qua ratione emanauit.*
9 *Causa finalis est, quæ ponitur in procemio.*
10 *Dispositio regulatur à ratione procemiali.*
11 *Dictio, Vt, causam finalem ostendit.*
12 *Interest reipublicæ, vt lites finiantur.*
13 *Extinctio litis spectat ad conseruationem congregationis humanæ.*
14 *Regula de annali est fauorabilis.*
15 *Statutum permittens bannitum posse impunè offendi, dicitur fauorabile.*
16 *Lex puniens delicto dicitur fauorabilis.*
17 *Regula Cancellariæ strictè interpretantur.*
18 *Fauorabilis dicitur dispositio, attento ratione principali.*
19 *Interest vt habeatur certitudo possessoris.*
20 *Regula de annali inducit formam.*
21 *Dispositio annullans actum inducit formam.*
22 *Dispositio apponens tempus faciendi actum, inducit formam.*
23 *Regula de annali habet locum in prouisione, quæ fit per resignationem.*
24 *Regula de annali loquitur de quocunque impetrante.*
25 *Ex resignatione verè vacat beneficium.*
26 *Resignans ante finem anni post vocatum possessorem, non tenetur prosequi causam.*
27 *Post resignationem resignans non dicitur improbus.*
28 *Resignatarius non tenetur obseruare contenta in regula de annali.*
29 *Quis dicatur pacificus possessor ad effectum regulæ de annali.*
30 *Lis super possessorio est sufficiens ad interrumpendam pacificam possessionem.*
31 *Mortuo impetrante post vocationem possessoris, non habet locum regula de annali.*
32 *Mors naturalis æquiparatur ciuili.*
33 *Regula de annali procedit in renunciante, & reseruante sibi omnes fructus.*
34 *Reseruatorius fructuum æquiparatur titulari.*
35 *Regula de publicandis non habebat locum in reseruatario fructuum, hodiè secus.*
36 *An exceptio regulæ de annali competens resignanti competat resignatorio.*
37 *Tempora prædecessoris, & successoris iunguntur, etiam in materia beneficiali.*
38 *Tempora vsucapionis ex persona defuncti, & hæredis iunguntur.*
39 *Beneficialia vltimis voluntatibus æquiparantur.*
40 *Tempora possessoris, & successoris iunguntur, ad complendam præscriptionem.*
41 *Emptor vtitur accessione creditoris.*
42 *Quando annus de quo in regula de annali non est completus, tempore resignationis, resignatarius non est tutus dicta regula.*
43 *Vbi verba non conueniunt, neque dispositio.*
44 *Triennium, de quo in allegatione Lapi, non sufficit quòd sit continuatum per secundum resignatorium.*
45 *Specialis fauore Ecclesiæ.*
46 *Non valet argumentum à materia profana, ad beneficialem.*
47 *Extrema non coniunguntur quando media non sunt habilia.*
48 *Resignatio est mors ciuilis.*
49 *Quilibet possidens beneficium, potest dare de regula de annali.*
50 *Regula de annali respicit odium impetrantis.*
51 *Quando tempus est lapsum ante resignationem, resignatorius non potest vti regula de annali.*
52 *Regula de annali est personalis.*
53 *Repetitio arguit mentem.*
54 *Possessio non transit in quempiam ipso iure.*
55 *Stylus attendendus est.*
56 *Ratio declarat dictum generale.*
57 *Regula de annali est fauorabilis.*
58 *An si resignans remanserit in possessione post resignationem sit tutus regula de annali.*
59 *Resignans si manet in detentatione retinet naturalem.*
60 *Manenti in detentatione competit restitutio.*
61 *Impetrationes* certo modo *abhorrentur.*
62 *Resignans manens in possessione, an sit tutus regula de annali?*
83 *An resignans manens in possessione per annum possit defendi regula de annali contra tertium resignatorium.*
64 *An si tempore resignationis fuerint elapsi vndecim menses, competat huiusmodi regula resignatario.*
65 *Hæres repræsentat personam defuncti.*
66 *Statutum punale loquens de persona, ad repræsentatum non trahitur.*
67 *Regula de annali, defendit priuatos ipso iure.*
68 *Regula de annali non defendit hæreticum.*
69 *Regula de annali non defendit priuatum beneficio, ob non solutionem pensionis.*
70 *Regula de annali non defendit eum de cuius non titulo notoriè constat.*
71 *Regula de annali non defendit non publicantem resignationem.*

Digitized by Google

72 *Annus de quo in regula de annali, incipit à die adeptæ possessionis.*
73 *Annus de quo in regula de annali, debet esse continuus.*
74 *De huiusmodi anno non subducuntur dies feriati.*
75 *Quid si fuit impeditus?*

1 QVintò quæro, An impetrans beneficium per annum pacificè possessum † ab alio, possit illud resignare, cum teneatur ex regula de annali intrà sex menses possessorem in iudicio euocari facere, causámqoe intra annum expedire? Respódeo posse
2 illud beneficium resignare, tam † antequá vocet possessorem in iudicium, quam post, & antequa m sit expedita causa id est intra annum, Simonett. decis. 53. manuscript. Crescen. decis. 227. lib. 1. in fin. in manuscript. Cassad. super reg. Cancell. decis. 17. Sarn. in regn. de annal. q. 62. & 63. Mandos. in eadem reg. q. 23. 24. 74. & communiter Doctores.
3 Ratio est, † quia per collationem factam ex causa resignationis post consensum ius irreuocabiliter est acquisitum resignatario, Put. decis. 106. lib. 3. communis vt resoluit Sarn. de infirm. resign. q. 51. vnde potest resignare iuxta communes conclusiones de quibus suprà. Nec facit dubium, quòd teneatur infrà sex menses possessorem euocare, & causam infrà annum terminare iuxtà dispositionem regulæ, namque qui tenetur se pro-
4 moueri facere infra † annum, potest infra tempus datum ad suscipiendum ordines sacros resignare, prout consuluit Oldrad. consi. 203. factum tale est, & alij, vt suprà comprobaui, ita & etiam acceptans expectati-
5 uam potest resignare beneficium acceptatum ante † cursum trium mensium datorum ad publicandum, vt fuit tentum in Rot. teste Cassad. decis. 27. tenuit Palatium, super reg. Cancellariæ. Ita pari ratione potest quis re-
6 signare infrà tempus † datum ad publicandum, Crescent. decis. 227. & est communis opinio.

An autem resignatarius teneatur vocare in iudicium possessorem infra sex menses, & causam terminare infrà annum, dubium est, & quia materia est vtilis ac practicabilis, ideò subnectam aliquas conclusiones.
In primis est † præmittendum, quòd regula Cancel-
7 lariæ de annali, quæ nunc inter regulas Sixti Quinti est in num. 30. statuit, vt quicumque impetrauerit beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediatè præcedentem possessum pacificè, & quòd certo modo vacare prætenditur, teneatur nomen, gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, & quot annis illud ipse possederit, ac specificam, & determinatam ex qua clare poterit constare nullum in dicto beneficio ius possessori competere, in impetratione exprimere, & infrà sex menses eundem possessorem io iudicium euocari facere, causámque intra annum vsque ad sententiam deffinitiuam inclusiue prosequi debeat, & teneatur, alioquin impetratio sit nulla, &c.
8 Ratio autem cur emanauit hec regula, ponitur † in primis verbis, vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, ex quo colligitur, hanc esse causam finalem,
9 nam quæ dicuntur in prœmio, causam † finalem inducunt, iuxta communem & vulg. tex. in l. vlt. ff. de hære. instit. Barto. in l. 1. ff. de orig. iur. Bal. in §. quibus. in prima const. C. Rom. cons. 180. in antepenul. col. Alexa. cons. 42. col. 5. lib. 1. Dec. in l. 1. in 2. lect. col. 1. ff.
10 si cer. pet. Hinc dicimus, quòd sicut corpus † ab anima, ita dispositio à ratione prooemiali regulatur. Ias. in l. qui quadringenta. col. 2. ff. ad Treb. quod eo magis
11 patet, cum apponatur dictio, *vt*, † quæ propriè causam finalem ostendit, clem. vt hi qui. & ibi Car. in primo not. de ætat. & qualit. Card. Alex. in cap. cum cessante. in primo not. de app. Bal. in l. cum aliis. C. de secund. nupt. & ita fuit dictum in vna causa Tatuisin. feudi coram Rainaldo Petruccio de mense Nouembris 1535. teste Sarn. reg. de annali q. 1. col. 1. quamuis ipse teneat contrarium, cuius opinionem confutat Mandos. quòd etiam, & huiusmodi ratio fundatur in vtilitate † 12
publica, vt lites finiantur. vt colligitur ex dictis per Bal. in l. 2. in 5. not. C. de nou. C. compon. Alex. cons. 190. mature. col. p. lib. 2. & cons. 171. col. 3. lib. 7. egregie Bartol. in l. hæc igitur. C. de non. Cod. facien. cum extinctio † litium spectet ad conseruationem con- 13
gregationis humanæ, vt exorditur tex. in clem. dudum. de sepul. tradit Anch. in reg. possessor. col. 3. de reg. iur. in 6. & ob id huiusmodi regula † dicitur fauorabi- 14
lis, vt latè ibi concludit Mand. q. 3. post Sarn. quæst. 4. num. 4. & quæst. 19. post num. 2. sicuti statutum † 15
permittens bannitum impunè posse occidi, dicitur fauorabile, quia ad bonum publicum factum est, Barto. in l. omnes populi. num. 23. ff. de iust. & iur. Alber. de Rosat. in tract. statut. in 4. par. q. 20. Nellus in tract. Bannit. in 1. par. secundi temp. in prin. Ias. consil. 133. col. pen. in fi. lib. 1. & in l. vbi pactum. num. 15. C. de transact. & regulariter ob id lex puniens † de- 16
licta, dicitur fauorabilis. Bar. in l. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib. 11. Rom. cons. 105. propè fin. Ias. in l. si is quod. ff. de iorisd. omn. iudic. Dec. cons. 317. viso. num. 5. & in l. factum suum. §. in pœnalib. in 4. limitat. ff. de regu. iur. ac communiter Doctores, & hoc est singulare, nam omnes regulæ Cancell. regulariter † strictè intelliguntur, Cassad. decis. 16. num. 5. 17
& decis. 23. num. 6. de præben. & decis. 35. num. 6. super. reg. Sarn. in q. 2. procem. reg. num. 4. & in reg. de impetr. benefic. per obit. famil. Card. q. 5. Cardin. Paris. cons. 19. num. 3. & sequ. vol. 4. fauorabilis igitur censeri debet regula, attenta † ratione principali. Ang. 18
cons. 68. num. 40. Ancha. cons. 112. num. 6. Ioan. Anan. cons. 69. Crauett. consil. 118. num. 10. Curt. Iun. cons. 87. oum. 5. Soc. iun. const. 10. num. 3. lib. 4. Ber. cons. 14. num. 9. lib. 2. communis opinio teste Anan. dict. cons. 69. Interest enim vt habeatur † certi- 19
tudo possessoris, ne laboretur in ambiguo. Oldrad. cons. 100. incip. in executione. Alex. cons. 7. & 110. lib. 1. & cons. 68. col. 3. & cons. 112. col. 3. li. 3. cum aliis. vt per Sarn. in hac reg. quæst. 31. Ideò † regula 20
inducit formam, vt latè concludit Sarn. quæst. 6. quia † annullat actum. cap. si capitulo. de concess. præbend. 21
in 6. Bal. & alij in l. 1. ff. de lib. & posth. Rom. cons. 66. & imponit pœnam Bartol. in l. præter, §. 1. ff. de oper. nou. nuncia. Ioan. And. in cap. ex tuæ de cle. non residen. Ant. de But. in cap. præterea. de loca. & apponit tempus faciendi † actum, Bald. & Sali. in authen. 22
quæ supplicatio. C. de precibus imp. offer. Abb. cons. 92. statuto. in fi. lib. 1.

His præmissis attingendo quasdam quæstiones, quæ ad materiam nostram conferunt. Primò quæro, an regula de annali habeat locum in prouisione, quæ fit ex causa resignationis, vt resignatarius teneatur ad ea quæ requirit dicta regula? Responde affirmatiuè,
† vt fuit sententiatum in Rot. in vna Cæsaraugust. 23
coram Domino Sibinicen. de mense Iunij 1521. teste Cassado. decis. 15. super reg. Cancell. vbi dicit fuisse ita obseruatum: idemque voluisse videtur Idem Cassad. deci. 17. super reg. ac etiam Sarn. de annal. quæst. 56. 57. & 61. Mandos. quæst. 23. & 24. Achill. Graff. decis. 665. & communiter Doctores, namque regula † loquitur de quocumque impetrante, sub 24
quo certum est comprehendi causam resignationis, ex qua † vere vacat beneficium, & confertur Rot. decis. 1. 25
de rescript. in nou. n. 1. in fin. & num. 2. vt latè deduxi lib. primo q. 4.

Nec obstat quòd cesset ratio regulæ, cum quando impetratur ex causa cessionis, non est modus improbus exquirendi litem, namque data vacatione ex resignatione, cessionarius videtur extra culpam & dolum tacendo possessorem, quia respondetur militare adhuc rationem, nam potest cedere in potentiorem, &c.

Secundò quæro, an regula de annali procedat, quando quis impetrauit beneficium per annum ab alio pacificè possessum, & vigore regulæ vocauit possessorem

26 in iudicium,ante tamen† annum elapsum alteri resigna-
uit, Respon. non procedere hoc casu regulam, vt fuit
decisum in Rota, teste Crescent. 227. in fin. lib. 1. in
manuscrip. in qua fuit resolutum resignantem ampliùs
non teneri prosequi causam, quia nullum ius ampliùs
habet, ad not. per Doctores omnes in cap. quod in du-
biis. de renunciat. Guid. Pap. cons. 172. num. 1. Card.
Paris. cons. 5. col. 1. vol. 4. ita etiam tentum fuisse at-
testatur Cassador. decis. 27. super regul. quia ampliùs
27 non † dicitur improbus, & cessat ratio regulæ, tenet
etiam idem Cassador. decis. 16. num. 8. super. reg. nec
28 etiam † resignatarium, cùm tempore impetrationis
aliquem pacificè possidere non inuenerit, vt requirit
regula, & sic cum verba non conueniant, ergo neque
dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Quod au-
tem non inuenerit pacificum possessorem probatur, quia
29 ad effectum illius regulæ dicitur pacificus possessor, †.
cui nulla mota est lis seu controuersia iuris vel facti in
iudicio vel extra super re possessa, clement. gratiæ,
vbi glo. Cardin. num. 8. Imol. & alij de renunciat. Ar-
chid. in cap. commissa. de elect. lib. 6. Mil. in repert.
in vers. possessio, Geminian. cons. 78. colum. 2.
Cassador. decis. 9. de caus. poss. & propriet. & decis.
14. num. 11. super regu: Guid. Pap. cons. 134. Card.
Paris. cons. 81. num. 6. vol. 4. Dec. cons. 302. in fin.
Idem Dec. in cap. 2. num. 2. de confirm. vtil. vel inutil.
communis opinio, vt latè resoluit Sarn. de trinen.
quæst. 53. Rebuff. de pacif. poss. num. 166. quod proce-
30 dit etiam in lite super † possessorio, quæ est sufficiens
ad interrumpendam pacificam possessionem. Cassad. d.
decis. 9. de caus. poss. & proprier. & fuit tentum in
Rot. die 17. Decembris 1519. in vna Giennen. Priora-
tus, de Villa noua coram Mohedan. teste Sarn. in hac
regul. de annal. qu. 43. sed possessori præsupponimus
fuisse motam litem, ergo, &c.

Ita etiam pari ratione si impetrans tale beneficium
31 moriatur,†postquam fecit vocare in iudicium possesso-
rem pacificum, non habet locum regula, vt fuit deci-
sum teste Cassador. decis. 27. super regul. ergo idem in
renunciatione, ex quo ciuiliter moritur, cum disposi-
32 tum in morte † naturali ex identitate rationis locum
habeat in morte ciuili. clemen. prima, iuncta glo. in
vers. mori. vt lit. penden. clemen. vlt. de procur. vt
communiter Doctores, Rot. decis. 28. de procur. in nou.

33 Tertiò quæritur, an regula hæc de annali † procedat
in eo qui resignauit & reseruauit sibi omnes fructus, in
quorum percipiendi possessione existit, ac reseruauit
sibi stallum in choro, & vocem in capitulo. Responde
hunc iuuari hac regula, vt fuit resolutum in Rota de
mense Martij 1534. in vna Placentin. Decanatus, coram
Crescentio, quam decisionem refert, & sequitur Sarn.
34 in hac regu. de annal. quæst. 60. Ratio quia talis † æ-
quiparatur titulari, vt est communis, proùt resoluit
latè Sarn. de publican. q. 2. per totam. Hinc hoc casu
35 non habere locum dictam regulam † de publicandis
pluries fuit tentum in Rota scilicet in vna Placentin.
in vna Toletan. & in altera Spoleran. vt per Sarn. d. q.
2. de publican. & in facti contingentia interrogatus re-
spondit Card. Paris. cons. 39. vol. 4. vbi habes auctori-
tates, ac rationes, quem videre poteris, & licet hæc
sit communis opinio, tamen contrarium disponitur per
Greg. XIII. in constitut. 87. de publicand. vt infrà di-
cam suo loco. Si vero reseruauit sibi fructus loco pen-
sionis, secus, vt tradit Sarn. dicta regul. de annal. q. 60.
in fin. Mandos. quæst. 30. ex ratione per ipsum adducta.

36 Quarto quæritur, an exceptio † istius regulæ de an-
nali competens resignanti beneficium competat
etiam resignatario? Vt melius hæc quæstio intelliga-
tur, in duo capita est diuidenda, quorum primum est,
quando præsupponimus annum non fuisse completum
tempore resignantis, sed posteà tempore resignatarij.
Secundũ quando tempus lapsum est ante resignationẽ.

Circa primum caput, quando annus non est cõpletus
tempore resignantis, vt quia quis possedit per sex men-
ses beneficium, posteà illud resignauit & resignatarius
possedit per alios sex menses, an iste sit tutus hac regula
de annali? Pro affirmatiua facit, quia tempora † præ- 37
decessoris & successoris coniunguntur etiam in materia
beneficiali, vt in quasi possessione interessendi ele-
ctionibus Episcoporum & similibus, can. placauit. 16.
q. 3. cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss. & pro-
priet. cap. cum de beneficio. de præben. lib. 6. vbi
Gemin. in 2. not. sicut in alijs materijs, nam tempora
vsucapionis ex persona † defuncti & hæredis coniungun- 38
tur. l. qui cum pro hærede. ff. pro empt. l. id tempus
§. vlt. ff. de vsucap. l. Pomponius. §. quæsitum. ff. de ac-
quiren. possess. & tamen beneficialia † vltimis volun- 39
tatibus comparantur cap. auctoritate Martini. de præ-
ben. in 6. glo. in cap. 1. eodem tit. & lib. Bal. in cap.
1. eodem tit. & lib. Bal. in cap. inter cæteras. col 2. de
rescript. Dec. cons. 305. nu. 2. Card. Paris. cons. 119.
n. 11. volum. 4. Sarn. de iur. quæsit. non toll. q. 4. ita
† etiam tempora possessoris & successoris coniungun- 40
tur ad complendam præscriptionem. Bal. cons. 159.
col. penul. lib. 3. Card. Paris. cons. 1. num. 117. vol. 1.

Hinc emptor † vtitur accessione venditoris. l. in vsu- 41
capione. §. accessio. ff. de diuer. & tem. præscript. & ma-
ritus vtitur accessione vxoris in dote & contra. l. Pom-
ponius. §. in dotem. ff. de iur. dot.

His tamen non obstantibus contraria opinio negatiua
est verior, † quam tenuit Cassador. decis. 16. nu. 8. 42
super reg. Cancell. Sarn. d. reg. de annal. q. 62. col.
pen. vers. & ista omnia procedunt. ac col. vlt. vbi at-
testatur ita fuisse tentum in Rot. Mandos. in eadem re-
gu. q. 23. num. 6. & hæc est communis opinio, pro qua
facit, quia regula loquitur semper de vno possessore
annali, vt patet in duobus aut tribus locis, ergo verba
† non conueniunt duobus possessoribus. l. 4. §. totius, 43
vbi Bar. ff. de dam. infect. l. ita autem. in prin. vbi
etiam Bar. ff. de admin. tut. ad quod faciunt not. per
doctores communiter in l. boues. §. hoc sermone. ff.
de verbor. signific.

Accedit quia triennium, ad quod reducta est allega-
tio Lap. 89. non † sufficit, quòd si continuatum pro 44
parte, tempore primi, & pro parte tempore secundi re-
signatarij, vt fuit conclusum in Rot. in vna canonica-
tus 23. Nouembris 1534. coràm Crescentio, teste Sarn.
de triennal. q. 16. vbi pro hac opinione plura adducit.
proùt etiam facit Rebuff. de pacif. possess. numer. 267.
cum sequent.

Non obstant contraria, quia ad illa potest respon-
deri ex his quæ scribit gloss. pragmat. sub titu. de pa-
cific. possess. sub verbo possedit, nam speciale est, vt con-
iungantur tempora in materia interessendi electionibus
† fauore Ecclesiæ, vt ibi adnotatur, & vide responsionẽ 45
per Rebuff. d. tract. num. 268. Alia verò exempla con-
iungendi tempora procedunt in materia profana, à qua
non est licitũ † arguere ad beneficiariã, vt latè respon- 46
dit Rebuff. dict. tract. de pacif. poss. n. 267. cum sequent.

Accedit quia extrema non coniunguntur, quando
media non † sunt habilia. l. duos. in fine. ff. de duobus 47
reis, l. cum antiquitas C. de testam. Cagno. in rub. ff. de
reg. iu. n. 6. latè Balb. in tract. præscrip. fol. mihi 23.
col. 2. & est communis opinio.

Circa secundum caput, quando tempus est elapsum
ante resignationem, pro negatiua primò adducitur,
quia sicut contra mortuum possessorem non teneretur
impetrans, causam infrà annum terminare, etiam si
alius in locum defuncti subrogaretur: ita etiam, &
quando possessor annalis resignat, † nam resignatio est 48
mors ciuilis; cap. susceptum de rescript. lib. 6. Roman.
cons. 374. Hinc clemen. vlt. de procur. habet locum in
renunciatione tanquam in morte ciuili, vt fuit tentum
in vna Osomen. Archidiaconatus coràm Samen. 13.
Decem. 1538.

Pro affirmatiua verò allegatur regulam esse realem,
quia verba sunt in rem prolata, & per consequens be-
neficium potiùs quam personam concernunt, ex quo
sequitur, quòd quilibet † possidens beneficium potest
de ea dare, arg. l. aut qui aliter. ff. quod vi, aut clam, l. 1, 49

Digitized by Google

§. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiu. Barto. in
l. 3. §. si procurator. ff. quod quisque iur.
Secundo hæc † regula respicit odium impetrantis,
50 ergo hoc tantum debet attendi, non autem an posses-
sor viuat vel sit mortuus. arg. l. qui exceptionem. cum
gl. in princ. ff. de condict. indeb.
Tertiò ex ratione procemiali fundata in improbita-
te eaquirentium lites, quæ videtur militare siue posses-
sor renunciet, siue non. ergo & dispositio : l. a Titio. ff.
de verb. oblig. Quid dicendum?
Breuiter existimo veriorem esse priorem senten-
51 tiam, quam † tenuit Rota tempore Leonis X. in vna
Iiclana, coram D. Iacobo Simonetta, teste eod. Simo-
oetta decis. 53. in manuscrip. & Cassador. decis. 16. su-
per regul. Cancell. vbi hanc opinionem tuetur ex
pluribus, sequutus est Mandos. hac, reg. q. 24. & 66.
quicquid voluerit Sarnen. q. 62. in fin. & hanc opinio-
oem reperio tenuisse dominos de Rota in vna Caoni-
catus die 18. Martij 1565. proùt attestatur quidam ex-
cellentissimus aduocatus in addit. manuscrip. ad Cas-
sador. d. decisione 16. sup. regul. Ad qood primò facit,
52 quia regula † hæc personnalis est, secundum stylum
Cancellariæ, proot annotarunt tres excellentes abbre-
uiatores, quos refert Sarn. d. q. 62. col. 3. vers. postre-
mo, & patet quia semper respicit ipsum impetrantem
& possessorem, arg. l. 3. §. si procurator. vbi Bart. ff.
quod quisque iur. ergo eatinguitur cum persona.
Accedit quia cum regula loquatur de possessore, ge-
53 minatis verbis, quæ † repetitio arguit oientem, l. bali-
sta. ff. ad Trebell. ergo restringenda est ad ipsum posses-
sorem & intelligenda eo durante, sicuti diximus de
qualitate verbi requisita, tempore verbi. l. in delictis.
§. si extraneus. ff. de noxal. l. Titius. ff. de milit. testam.
& sicuti † possessio non traosit regulariter in quépiam
54 ipso iure. l. Pomponi. §. quæsitum. & l. cum hæredes.
in prin. ff. de acquir. poss. Mates. not. 43. ita nec eace-
ptio quæsita vigore possessionis. Postremò qualitas
annalitatis deficit per mortem, cum mors omnia sol-
uat, ita per cessionem quæ est mors, vt sæpè scripsi.
Non obstant adducta pro posteriori sententia, nam
ad primum respondetur negando regulam esse realem,
quia quamuis aliquæ coniecturæ adsint ad hoc, nihilo-
minus attendendus est stylus, secundum quem, vt di-
55 xi, est personalis, † Card. Paris. cons. 44. nu. 17. & se-
quent. vol. 1. & cons. 14. nu. 8. & 9. & cons. 118. num.
4. vol. 4. Curt. iun. cons. 95. Calder. cons. 8. oume. 4.
de rescrip. Dec. cons. 699. nu. 4. Rot. decis. 2. de ap-
pell. in nou. communis omnium Doctorum sententia,
vt per Bursatt. cons. 393. oum. 15. vol. 4.
Ad secundum respondetur quòd licet regula emana-
uerit in odium exquirentium lites, tamen emanauit
etiam in fauorem possessorum, vt illos tueatur respe-
ctu possessionis annalis, nisi impetrans seruauerit con-
tenta in regula. Mandos. hac regul. q. 3. n. 3. Vnde cum
verba dirigantur ad possessorem, noo poterunt verifi-
cari in alio, Paul. de Castr. cons. 214. colum. 2. libr.
2. Alex. in l. quod Iulianum. §. constat. in 4. nota. ff.
de leg. 1. optimè Craueтт. cons. 312. sub ou. 3.
Ad secundum respondetur quod ratio restringitur
viuente possessore, quod † non est nouum, iux. not. per
56 Bart, & alios in l. cum pater. § dulcissimis. ff. de leg. 2.
Vnde infertur impetrantem beneficium quod detinetur
à tertio, qui infra sex menses, vel infrà annum illud
resignauit, non teneri hac regula. vt fuit tentum teste
Simonett. decis. 53. ita concludit Mandos. quæst. 74. &
ex rationibus, vt ibi.
Et hanc conclusionem intelligo, si tempus erat ela-
psum & de regula non erat datum, nam tunc benè pro-
cedit id quod suprà scripsi: secus vero erit quando erat
datum de regula. vt in terminis scribit Mandos. hoc vo-
lens in dict. quæst. 24. nume. 7. vers. quo ad tertiom. &
ita intelligo Sarn. d. q. 62. col. vlt. prope fin. nam cum
ille cui eaceptio competebat, iam declarauisset eacep-
tione se vti velle, iam incipiebat posse detegi malitiam
& improbitatem impetrantis, ad quam reprimendam
& refrenandam eatendenda est regula, † cum sit fauora- 57
bilis. Sarn. quæst. 4. num. 4. & q. 19. num. 2. communis
vt resoluit Mandos. quæst. 3. col penul. & vlt. Accedit
quia cum inciderit in regulam impetrans, & fuerit de ea
datum, ne ex sua malitia reportet commodum, vt via
fraudibus præcludatur, erit concludendum exceptio-
nem regulæ cessionario possessoris competere contra
impetrantem.
Quioto quæro an si resignans † post resignationem 58
remâserit in pacifica possessione, hac regula tutus sit, &
possit eacipere contra impetrantem dictum beneficium
per obitum resignatarij? plura possent adduci pro vtra-
que opinioοe, vt patet ex relatis per Sarn. q. 57. d. reg.
Conclusiuè tamen procedendo respondetur posse exci-
pere: vt fuit tentum in Rot. 20. Maij 1538. coram Ioan.
Paulo Ptolom. in vna Hispalen. Capellaniæ sanctæ Ca-
therinæ & in alia Burgen. Canonicatus, coram D. Syl-
uestro Dacio, 18. Decembris 1536. vt attestatur Sarn.
dict. quæstio 57. in principio, qui in fine hanc opinio-
nem tenet. sequitur Mandos. qu. 29. namque licet per
renunciationem amittatur possessio ciuilis & naturalis
Ioan. Andr. Abb. & Imol. in cap. sollicitè de restitut.
spoliat. Cassad. decicis. 4. ou. 3. eodem tit. Card. Paris.
cons. 39. n. 3. vol. 4. & communiter DD. vt dixi suprà,
tamen si resignans † maneat in detentione, videtur re- 59
tinere naturalem possessionem. Cald. cons. 4. de renunc.
Rot. decis. prima, de renunc. in nou. cum qui detinet,
possidere videatur largo modo. Alex. in l. 1. in princ.
num. 8. & in §. adipiscimur. oum. 9. ff. de acquir. poss.
quæ est adeo considerabilis, vt detentori competat † 60
restitutio, vt tenuit Rota coram Staphil. temp. Leon.
X. de anno 1516. in voa Segobien. Archidiaconatus, &
tempore Clemen. VII. in voa Calaguritan. Abbatiæ, 3.
Nouembris 1531. coram D. Petro Versio aduersus ter-
tium, qui eum spoliauit, vt fuit tentum in vna Teatin.
Abbatiæ, coram Crescentio, & in alia Meceraten. co-
ram Aquen. & in alia Burgen. coram Aceorambooo, vt
infrà suo loco.
Accedat quia † impetrantes *certo modo* beneficia 61
multum abhorrentur. cap. 2. de concess. præben. ideo,
&c. Quæ conclusio an hodie procedat stante constitu-
tione Gregorij. XIII. de publican. vbi annullat ius ob
non publicationem, dicemus suo loco.
Sexto quæro, an resignans, qui post resignationem
remansit in possessione † pacifica per annum, tutus sit 62
hac regula contra resignatarium? Ex mente Rot. vide-
tur dicendum affirmatiuè, vt scribit Sarn. qu. 34. licet
contrarium pluribus fundamentis teneat Mandos. q. 28.
quem vide ego de hoc non scribam plura, cum hodie
non procedat, stante constitutione prædicta de publi-
candis, vt suo loco dicetur.
Septimo quæro, an primus resignans, manens in pos- 63
sessione per annum possit, defendi † hac regula contra
tertium resignatarium, habentem causam à secundo re-
signante? Pro affirmatiua cooncludit Sarn. d. regula. q.
56. quicquid obiter fuit dictum in vna Hispaleo. bene-
ficiorum, mense Iunij de anno 1531. coram Iac. Simo-
netta, & rationibus, vt per ipsum Sarnen.
Octauò quæro, si aliquis possedit beneficium per 11.
menses, & tunc illud resignat, & antequam resignata-
rius consequatur possessionem, labatur mensis, & sic
compleatur annus, coniungendo illos 11. menses cum
illo vno † mense, an regula de anno, obstet impetran- 64
ti? pro negatiua concludit Maudos. dict. regul. quæst.
22. ex his quæ diximus suprà in primo capite quartæ
quæstionis, nam illud quod dicitur in l. captam. ff. de
vsucap. est speciale in hærede, qui ex fictione legis re-
præsentat † personam defuncti. Auth. de iureiur. in 65
prin. Specul. in tit. de feud. §. 2. vers. 27. Idem. in tit.
loc. §. 2. vers. 16. & in tit. de iura. calum. §. 2. vers. sed
nunquid, glos. & Bald. in l. si seruus fugit. ff. de cond.
furt. Alex. in l. in executione. §. ex parte ff. de verb.
obligat. cum aliis adductis per Sarn. in §. actiones col.
1. & 2. inst. de action. Modern. Perusin. in §. sed elect.
secundo instit. de vsucap. & tamen statutum pœnale † 66

Digitized by Google

loquens de persona ad repræsentatam non trahitur. Ant. de Butr. in cap. graue. in 4. not. de præbend. Dec. cons. 486. num. 5. & seq. ac passim Doctores communiter. latè Aim. Crauet. de antiq. tempor. p. 4. num. 87.

Nonò quæro, an hæc regula descodat priuatos ipso
iure, & quemcunque alium inhabilem? Respondetur
67 quod † sic, secundum interpretationem longæuam Rot.
vt attestatur Sarn. d. regul. quæst. 51. vbi adducit rationes.

68 Primò limita † non procedere in hæretico, Car.
Alexen. in can. quo iure. distinct. 8. faciunt latè tradita per Cassad. dec. 14. super regul. Cancell. & fuit tentum in Rot. in vna Illerden. præposituræ, coram D. Paulo Capisucco de anno 1519. & 1520. teste Sarn. d. reg. q. 52.

69 Secundò limita † non procedere in priuato beneficio,
ob non solutionem pensionis. vt fuit tentum in Rot. coram Staphil. de mense Octobris 1529. teste Sarn. q. 53. d. regul.

70 Limita tertiò in eo † de cuius non titulo notoriè con-
stat. latè Sarn. d. q. 51. col. vlt. exemplum habemus hodie
71 in resignatione non publicata, † vt dicitur in constitut.
Gregorij XIII. de publ.

Vltimò quæro pro complemento huius materiæ
nostræ quoad regul. de annali, quando incipiat hic an-
72 nus, Respondeo † à die adeptæ possessionis per eum cu-
ius beneficium impetratur. Rebuff. quem refert & sequi-
73 tur Mandos. d. reg. q. 19. & annus † debet esse conti-
74 nuus. Sarn. q. 77. Mandos. q. 21. ex quo infertur non †
subduci ab hoc anno, dies feriatos. vt tenuit Rota in
causa Hispalen. scolastriæ, coram Aragonia, de mense
Octobris 1535. teste Sarn. q. 72. d. regul. & latè q. 73.
75 nisi † illo tempore fuerit impeditus. vt latè Sarn. q. 71.

Lib. 3. quæst. 5. num. 58. Ibi, & possit excipere contra impetrantem per obitum resignatarij.

CRederemus quòd non, dummodò idem Resignatarius post sex menses, à Data signaturæ computandos, & non anteà, decesserit. Vltimo enim casu, Ni eundem expressè acceptasse liquidò apparuerit, ius ad resignantem reuerti, communis scribentium schola fatetur, vt fusius infrà, lib. 10. qu. 8. num. 68. Deo propitio discutiemus, & iam suprà, lib. 1. q. 2. num 15. tradidimus.

Eadem quæst. 5. num. 58. An si resignans post resignationem remanserit in pacifica possessione hac regula tutus sit, & possit excipere contra Impetrantem per obitum resignatarij.

¶ DVelosius credit quod non; nos verò cum auctore nostro dicimus quod sic, ratio est, quia ad excludendum Impetrantem; regula requirit tantum, quod possessor, beneficium possederit pacificè per annum immediate præcedentem, vt hic: Imò citra iuuamen regulæ tutus est eliandè resignans contra Impetrantem huiusmodi siue intra sex menses à resignatione computandos resignatarius decesserit, siue post, & siue acceptauerit, siue non, quæ sunt futiles Duelosij distinctiones per ea quæ nos suprà lib. 1. q. 2. diximus.

QVÆSTIO VI.

An promouendi ad Ecclesias Cathedrales, seu metropolitanas possint resignare. & per sexdecim quæstiones interpretatur regula Cancellariæ, de beneficijs, vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & monasteria.

SVMMARIVM.

1 *Promoti non possunt renunciare.*
2 *Promouendi non possunt resignare.*
3 *Regula Cancellariæ 21. de vacaturis per promotionem, habet duas partes, & quid disponat.*
4 *Principes solent importunitatem repellere.*
5 *Ratio dicta regula de vacaturis.*
6 *Beneficia vacantia per promotionem, sunt reseruata.*
7 *Regula de vacaturis, est fauorabilis.*
8 *Dicta regula manauit ad obuiandum fraudibus.*
9 *Dispositio ad tollendas fraudes fauorabilis.*
10 *Leges abhorrent fraudes.*
11 *Quæ differentia sit, inter primam partem dictæ regulæ, & secundam.*
12 *Præpositi & Decani, veniunt appellatione prælatorum.*
13 *Prima pars dictæ regulæ hodie est superflua.*
14 *Expectatiuæ sunt prohibitæ.*
15 *In generali sermone nunquam venit persona loquentis.*
16 *Verba generalia dicuntur dubia.*
17 *Ordinarij non possunt recipere resignationes conditionales.*
18 *Ex resignatione vacat beneficium.*
19 *Regula de vacaturis per promotionem habet locum, etiam in beneficijs resignatis in manibus Papæ.*
20 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
21 *Sine vtilitate fraus non solet committi.*
22 *Dictio*, necnon, *resoluitur in, &.*
23 *Verbum* vbicunque, *est valde generale,*
24 *In manibus Papæ de rarò fit resignatio simpliciter.*
25 *Regula publicata præsumitur vsu recepta,*
26 *Lex præsumitur vsu recepta, donec contrarium probetur.*
27 *Dicta regula de vacaturis ante Gregorium XIII. non practicabatur.*
28 *Stylus non requiritur, vt introducatur in contradictoria.*
29 *Ad introducendum stylum, sufficit ita obseruatum fuisse.*
30 *Creditur peritis attestantibus de stylo.*
31 *Extraiudiciales probationes probant stylum.*
32 *Tempore Gregorij XIII, & nunc dicta regula de vacaturis practicatur.*
33 *Cancellaria est organum Papæ.*
34 *Stylus Curiæ, modo albus modo niger.*
35 *Dicta regula de vacaturis habet locum in resignationibus in fauorem.*
36 *Resignationes in fauorem dicuntur etiam simplices.*
37 *Resignatio in fauorem sapit permutationem.*
38 *Dictio*, & alias *auget.*
39 *Commenda eget particulari mentione.*
40 *Dicta regula de vacaturis comprehendit commendas.*
41 *Verbum prouisionis latissimum.*
42 *Sub verbo dispositionis comprehenditur commenda.*
43 *Dictio*, quæcumque, *est vniuersalis.*
44 *Dictio*, quæcumque, *tollit interpretationem restrictiuam.*
45 *Regula de verisimili notitia, habet locum in commenda.*
46 *Commendæ nostri temporis sunt irreuocabiles.*
47 *Commenda nihil distat à beneficio.*
48 *Regula de vacaturis comprehendit beneficia iurispatronatus.*
49 *Dicta regula non comprehendit promouendum ad Episcopatum in partibus infidelium,*
50 *Nulla tenentes Episcopi, differunt ab alijs.*
51 *Derogatio dictæ regulæ de vacaturis quomodo fiat.*
52 *Dicta regula de vacaturis, comprehendit beneficia familiarium Cardinalium.*
53 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda.*
54 *Dicta regula de vacaturis non comprehendit ignoranter promouendos.*
55 *Ignorans dicitur esse in bona fide.*
56 *Cessante causa, cessat dispositio.*
57 *Fraudis præsumptio de qua in dicta regula non cessat, ex eo quòd Papa signauit supplicationem.*
58 *In Papa præsumitur obliuio ob multitudinem negotiorum.*
59 *Ex possessione pacifica decennali insurgit præsumptio derogationis.*

60 *Tempus litis non computatur in decennio, vt requiritur.*
61 *Beneficium competens mihi ex facto alterius possum illo vti eo inuito.*
62 *Dispensatio quoad vnum annexum extenditur quoad alios.*
63 *Præscriptio vnius extenditur ad annexa.*
64 *Exceptio præscriptionis competens debitori, competit fideiussori.*
65 *Possidens præsumitur possidere.*
66 *Continuatio possessionis præsumitur.*
67 *Pensio pendet à beneficio.*
68 *Pensio pars beneficij reputatur.*
69 *Præsumptio dispensationis ex lapsu decennij habet locum etiam in profanis.*
70 *In pensione præsumitur dispensatio ex lapsu decennij.*
71 *Decennium operatur dispensationem in omni materia.*
72 *Hæres potest allegare præsumptionem continuatæ possessionis auctoris sui.*
73 *Fideiussor potest opponere exceptiones competentes principali, etiam eo inuito.*
74 *Pensionarius non potest allegare præsumptionem dispensationis resultantem ex possessione decennali resignatarij eo negante.*
75 *Dispensatio præsumitur si allegetur ab eo pro quo præsumitur.*
76 *Continuatio possessionis præsumitur, si allegetur ab eo qui possedit.*
77 *Solemnitas extrinseca præsumitur, si allegetur ab eo ad cuius fauorem præsumptio oritur.*
78 *Iussus patris præsumitur, si ipse hoc allegat.*
79 *Priuilegium præsumitur, si allegetur à priuilegiato.*
80 *Parua data, & paruus consensus non perficiunt resignationem.*
81 *Supplicatio dicitur probatio perfecta.*
82 *Regula de vacaturis habet locum, quando resignatio est perfecta intrà tempora promotionis, & vacationis.*
83 *Ante consensum gratia non dicitur perfecta.*
84 *Supplicatio antequam sit registrata potest lacerari.*
85 *Dispositio correctoria loquens de actu vero, non comprehendit fictum.*
86 *Verba generalia non capiunt beneficia electiua.*
87 *Regula de vacaturis venit ad declarationem extrauagantis ad regimen.*
88 *In fauorabilibus sub verbo,* prouisionis, *veniunt electiua.*
89 *Regula de vacaturis comprehendit beneficia electiua.*
90 *Episcopus electus non potest resignare.*
91 *Regula de vacaturis derogat concordatis.*

1 ET quia dictum est suprà † qu. 1. num. 75. promotos ad Ecclesias cathedrales non posse renunciare, cum sint priuati ipso iure, non abs re nunc erit Sexto loco quærendum, an. promouendi ad prædictas Ecclesias possint resignare eorũ beneficia quæ obtinent. Respond. † ad hoc esse regulam Cancellariæ in
2 ordine 21. inter regulas sanctiss. D.N. Sixti V. his verbis. *Item prædictus D. N. Papa voluit, decreuit & ordinauit, quod quæcunque concessiones gratiæ & mandata, etiam motu proprio, & cum derogatione huius constitutionis quæ ab eo pro quibusuis personis emanauerint de prouidendo eis de quibusuis beneficijs vacaturis per promotionem, quorumcunque ad Ecclesiarum & monasteriorum regimina, si huiusmodi concessiones & mandata diem promotionis ipsorum promouendorum processerint. Nec non quæcunque collationes, prouisiones, & dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, & quibusuis aliis beneficijs Ecclesiasticis secularibus & regularibus, quæ per promouendos vel assumendos ad quascunque prælaturas inter illarum vacationis & huiusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis vbicunque resignari, vel aliàs dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore sint cassa & irrita nulliusque roboris, vel momenti.*

Quæ regula † vt in eius interpretatione animaduertit Mandos. duas habet partes, quarum prima respicit prouisiones ab ipso Papa emanandas, secunda concernit quemcunque modum dispositionis, seu dimissionis beneficiorum vbicunque. Secunda incipit. Nec non. in prima parte, vult, vt non valeant quæcunque gratiæ, etiam cum derogatione huius constitutionis emanandæ, de beneficijs vacaturis per promotiones ad Ecclesias, & monasteria, si diem promotionis præcesserint. In secunda disponit, vt quæcunque dispositiones faciendæ, de his beneficiis quæ promouendi, seu præficiendi prælaturis intra tempora vacationis illarum & promotionis resignauerint, sint etiam nullæ. 3

Et quoad primam partem intentio Papæ est tollere omnem modum concessionis gratiarum super beneficijs per huiusmodi promotionem vacaturis: quia vt tradit Glossator ibi post principium, quando aliquis ad Ecclesiam vel monasterium promoueri debebat, Papa importunè vexabatur super beneficijs illis vacaturis, adeò quod Papa illa etiam indignis concedebat, quare ad istud inconueniens euitandum emanauit hæc regula in prima parte, vt tradit Mandos. ibidem qu. 1. num. 1. Principes † enim solent importunitatem repellere, leg. omnes fundi. & leg. penult. C. de fund. patrim. li. 11. Fulgos. cons. 22. col. 3. ante num. 5. Quo verò ad secundam partem intentio Papæ videtur fuisse, ut sibi præseruetur † collatio libera beneficiorum, quæ per promotionem sunt omninò vacatura, namque eueniebat quòd promouendi resignabant, & nihil per eorum promotionem vacabat. Hanc rationem deducit Rebuff. in dict. regul. & Mandos. ibidem dict. quæst. 1. sub. nu. 4. & sic deludebatur reseruatio Papæ, de beneficio † vacante per promotionem, de qua in cap. cum in cunctis. §. cum verò de elect. & extrauag. ad regimen. 4 5 6

Et quia huiusmodi materia videtur vtilis & parum tractata à Doctoribus, ideò aliquas quæstiones subiiciam pro elucidatione totius materiæ.

Primò igitur quæro, an huiusmodi regula sit odiosa vel fauorabilis. Omissa disputatione concludendum esse fauorabilem, † vt tenent Felin. in cap. de quarta col. 5. ante num. 16. de præscript. Rebuff. super concordat. rubr. de mandat. Apost. §. statuimus. ante fin. Mandos. dict. regul. qu. 1. num. 5. & communiter alij. & ratio est quia huiusmodi † regula emanauit ad obuiandum fraudibus, namque scientes se ad Ecclesias promouendos esse, faciebant secretas renunciationes aut permutationes, & sic fraus fiebat, vt Rebuff. locis citatis probat, & tamen dispositio † quæ emanauit ad obuiandum fraudibus, dicitur fauorabilis & amplianda. latè Caputaq. decis. 215. par. 3. & fuit pluriès decisum in Rot. nam iura abhorrent † fraudes, & illis resistunt. Card. in clement. 1. in 5. not. de rer. permut. 7 8 9 10

Secundò quæro, † quæ differentia sit inter primam partem regulæ & secundam? Responde magnam, quia in prima, vt dictum est, loquitur Papa de gratiis & mandatis de prouidendo ad beneficia vacatura per promotionem ad Ecclesias, & Monasteria: in secunda de collationibus & prouisionibus faciendis, de beneficiis secularibus, & regularibus, quæ per promouendos & assumendos ad quascunque prælaturas inter illarum vacationis, & promotionis, vel assumptionis tempora fuerint resignata, vel permutata, vt sint nulla. Ista enim pars secunda est magis generalis quàm prima, quia in prima loquitur de beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias vel Monasteria: in secunda de beneficiis resignandis aut dimittendis per promouendos, vel assumendos ad quascunque prælaturas, & sic nedum comprehendit beneficia, quæ vacant per promotionem ad Ecclesias vel Monasteria, sed etiam per assumptiones ad quascumque dignitates putà præposituras, Decanatus & alias habentes iurisdictionem, † quæ veniunt appellatione prælaturæ; cap. decernimus, & 11 12

Digitized by Google

ibi Abb. Felin. Dec. super glo. vlt. de iudic.& latè hoe
explicat Mandos. d. regul. q.3. & q. 6. per rorum. Et
vult vt non valeant prouisiones de dictis beneficiis va-
caturis ex causa resignationis, vel permutationis, inter
illarum Ecclesiarum vacationis & promotionis vel as-
sumptionis tempora. Aduertendum, quia prima pars
13 regulæ, hodie est † superflua ex cap. 19. Concil. Trid.
de reform. sess. 24. quo prohibentur † expectatiuæ &
14 quæcumque gratiæ ad vacatura. ponitur tamen in re-
gulis editis post dict. Concilium, cum dicatur, vt non
valeant, etiamsi sint concessæ motu proprio, & cum
derogatione regulæ, ideò sequentes quæstiones erunt
de secunda parte.

Tertio quæro, an huiusmodi secunda pars regulæ
habeat locum duntaxat in resignationibus factis in ma-
nibus ordinariorum, an vero etiam in illis quæ fiunt in
manibus Papæ? Quòd non habeat locum in resignationi-
bus factis in manibus Papæ, probatur primò, quia sub
15 generali sermone † nunquam venit persona loquentis,
nisi id fuerit expresse dictum. l. Paulus. §. vlt. vbi glos-
sa & Bart. de pignor. l. inquisitio, vbi Bal. & Salic. C.
de solut. Gabriel. de verb. significat. concl.9. in fin. &
est communis opinio, namque regula non dicit resi-
gnationes in manibus nostris factæ, sed generaliter di-
16 cit vbicunque, † quæ verba generalia dicuntur dubia,
vt aliunde interpretationem recipere possint. Aretin.
cons. 84. num. 5. Cornel. cons. 30. nu. 7. lib. 3. & ver-
bum *vbicunque*, potius se refert ad loca vbi sunt factæ,
quam ad personas in cuius manibus sunt factæ, l.1. vbi
gloss. in verb. reliqua. ff. solut. matr. Cardin. Paris.7.
nu. 12. volum. 1. secundò quia regula dicit, simplici-
ter, vel ex causa permutationis, quæ verba propriè
comprehendunt resignationes in manibus ordinario-
17 rum, † cum ipsi non possint recipere resignationes con-
ditionales, vel ad fauorem alicuius factas, sed solum
simplices, & ex causa permutationis. gloss. & doctores
in cap. ex parte. primo de off. delegar. Cassador decis.
2. de simon. Gig. de pens. quæst. 4. sub num. 3. Mil. in
verb. simonia, secundo, & est communis opinio.

Tertio quia vt dictum est supra, mens Papæ fuit ob-
uiare fraudibus, quæ fiunt per promouendos, quæ ra-
18 tio cessat quando resignatur simpliciter in manibus †
Papæ, quia tunc vacat beneficium ex ipsa resignatione,
& sic Papa habet intentum suum, quod beneficium vel
vno vel altero modo vacet, & de illo potest ad libi-
tum disponere. Accedit quia in manibus suis non fiunt
resignationes secretæ.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
tenuit Rot. in vna Cremonens. pensionis, 18. Maij 1584.
19 coram R. P. D. Cantuccio, vt huiusmodi † regula ha-
beat locum in resignationibus factis extra curiam in
manibus ordinariorum, & in curia in manibus Papæ,
quod etiam videntur firmare Glossator & Rebuff. in
dict. regul. nam etiam in resignationibus factis in ma-
nibus Papæ, tam verba, quàm ratio Regulæ viget, ver-
ba, quia istæ sunt resignationes sicut aliæ, regula non
20 distinguit, † ergò neque nos distinguere debemus, l.
de pretio. de pub. ratio, quia etiam in istis potest ca-
dere fraus, imò magis quàm in resignationibus factis
in manibus ordinariorum inferiorum collatorum, quia
resignationes in manibus inferiorum fiunt simpliciter
absque vlla reseruatione: in manibus verò Papæ, fiunt
in fauorem, & cum multis reseruationibus, & conse-
quenter minus timendum est, ne fraudulenter quis sim-
pliciter resignet, quàm si resignet cum vtilitate & ta-
21 men † sine vtilitate fraus non solet committi Crauet.
cons. 319. nu. 13. & sic nemo præsumitur committere
fraudem sine commodo, Cornel. cons. 217 colum. fin.
lib. 4. Crauet. cons. 75. n. 17. Tertiò ponderando quòd
tota hæc regula regitur ab vno verbo voluit, decreuit,
& ordinauit, ergo, quemadmodum in prima parte
loquitur de Papa, vt expressè dicitur, ita & in secun-
22 da præsertim ob dictionem illam, *necnon*, † quæ reso-
luitur in Et, gloss. in clem. prima in verb. necnon. de
23 off. deleg. Neuizan. cons. 72. nu. 14. Quartò quia dicit †
vbicunque, Archid in cap. vlt. de priuileg. Grat. cons.
130. num. 18. lib. 2. Quintò quia in regula de infirmis
antiquo tempore fiebat mentio de resignatione simplici,
& tamen habebat locum in resignationibus factis in
curia Cassador. decis. 31. super regul. Sarnen. q. 26. de
infirm. qui referunt ita fuisse decisum, ex quo patet res-
ponsum ad primum argumentum, quia regula de infir-
mis comprehendebat Papam loquentem, & patet
etiam responsio ad secundum argumentum.

Accedit quia de raro † fit resignatio simpliciter in 24
manibus Papæ, vnde &c. arg. l. nam ad ea. ff. de legi-
bus.

Quartò dubitatur, an huiusmodi regula fuerit tem-
pore Pauli IV. Pij IV. & Pij V. ac Greg. XIII. vsu re-
cepta? Pro affirmatiua facit, quia regula † publicata 25
habet suum effectum, & præsumitur vsu recepta, Goza-
dio. cons. 16. num. 16. Dec. cons. 449. nu. 9. & consil.
534. num. 9. Roland. à Vall. cons. 39. lib. 2. Natt. cons.
340. num. 11. & cons. 575. num. 33. Curt. Iuo. consil.
129. num. 12. donec fuerit probatum fuisse sublatam
per † implicitum contrarium vsum. Gozadin. consil. 23. 26
num. 9. Abb. cons. 53. num. 1. lib. 2. Natt. cons. 574.
nu. 14. & facit quod resoluit Rot. in vna Narnien. Le-
gati. 9. Octobris 1570. coram R. P. D. Seraphino de-
cem annorum. Alex. cons. 6. nu. 2. & cons. 132. num. 2.
lib. 2. Felin. in cap. primo num. 13. de treug. & pac.
Socin. iun. cons. 32. nu. 46. lib. 2. Put. decis. 1. lib. 1.
Pelegrin. decis. 29. libr. 2. Cardin. Sanctæ Crucis de-
cis. 176. in manuscript. & ob id quando ponitur dero-
gatio in supplicatione, in literis extenditur his verbis,
si eum promoueri contigerit, &c. Pro negatiua autem in
dicta causa Cremonen. quæ † in Rot. vertebat super 27
prouisione facta de anno 1573. fuerunt plures testes ex-
aminati, inter quos Ioan. Druet. reuisor supplicatio-
num tempore Pauli IV. Pij IV & Pij V. ac Grego. XIII.
qui deposuit suo tempore non vidisse dictam regulam
vsu receptam, & consequenter non vidisse derogatum
dictæ regulæ, & quod vidit expediri quasdam resigna-
tiones per quindecim dies ante promotionem absque
derogatione, & Eufrosinus Epiphanius idem deposuit,
& quod expediuit plures resignationes factas per pro-
mouendos, & electos absque derogatione. Deside-
rius Colimus deposuit idem de toto tempore quo
composuit supplicationes, & minutas bullarum. Ioan.
Angianus sollicitator deposuit expediuisse literas 20.
Episcopatuum Hispaniæ, & nunquam vidisse illam vsu
receptam, subdit, quòd si aliqua beneficia vacauissent
propter non derogationem prædictam, fuissent impe-
trata & multæ lites exortæ, prout ortæ fuerunt ob non
derogationem regulæ de viginti, regulæ de annali, &
aliarum, & quod multæ aliæ regulæ Cancellariæ non
sunt in vsu, prout illæ quæ pertinent ad facultatem Vi-
cecancellarij, & illa de moneta, & quòd Datario, qui
est oraculum Papæ, dicebat quando volebat expedire
resignationes beneficiorum promouendorum, quod il-
le erat promouendus, & hac causa resignabat, & hoc
verbo tantùm. Et quod huiusmodi regula non obserua-
tur in curia, neque in iudicando, neque in praxi, nec
tollit ius, & quod seruit tantum pro forma.

Et R. P. D. Alexander Glorierius Clericus Cameræ
nunc dig. Nuntius in regno Neapolitano, fidem fecit,
quòd tempore quo fuit Abbreuiator in toto pontifica-
tu Pij V. nunquam vidit hanc regulam fuisse vsu rece-
ptam in Cancellaria Apostolica, & quòd non poneba-
tur derogatio in supplicatione & literis. Et ita alij.
Nec est necesse, quòd stylus huiusmodi † fuerit intro-
ductus in contradictorio iudicio. Put. decis. 1. in re- 28
gul. de infirm. Bart. in l. de quibus. num. 13. vbi Paul.
de Cast. num. 11. testatur. de communi. de legib. Cra-
uet. cons. 55. nu. 6. Tiraquell. de iure primogenit.
quæst. 55. † Sed sufficit ita obseruatum fuisse. Alexand.
consil. 8. num. 7. lib. 6. Crauett. consil. 107. sub num. 4. 29
Cardinal. Sanctæ Crucis decis. 33 Dec. in leg. semper
in stipulationibus ad fin. ff. de regul. iur. & creditur pe-
ritis † ita attestantibus, cum quotidie habeant ista 30

præ manibus Bart. in l. lege Iulia. in fin. de testibus.
Dec. conſ. 447. num. 10, in fin. & conſ. 654. num. 28. &
31 extraiudiciales † informationes multum conferunt ad
ad probandum ſtylum, Alexand. in l. 4. §. hoc autem
iudicium. num. 26. de dam. infect. Afflict. deciſ. 243. in
fin. præſertim quando eſt habita a peritis. Card. Pariſ.
conſ. 112. num. 15. volum. 4. Et hæc opinio multum
placet, quia ita audiui practicari & obſeruari ab omni-
bus quoad Pontificatum Pauli IV. Pij IV. & Pij V. tem-
pore autem Pontificatus Felic. recordar. Gregor. XIII.
de ſtyllo cancellariæ erat neceſſaria derogatio huiuſ-
32 modi, namque † fuit propoſitum hoc dubium in Can-
cellaria, & maior pars dominorum Abbreuiatorum die
27. Martij, & 26. eiuſdem menſis fuit in voto de dicto
tempore de ſtyllo Cancellariæ eſſe neceſſariam deroga-
gationem regulæ, quæ reſolutio fuit ſubſcripta per tres
Abbreuiatores his verbis, ita eſt, Io. Barengus Abbre-
uiator Decanus. O. Pamphilius Abbreuiator. L. de
33 Campo Abbreuiator. Cancellaria enim † eſt organum
Papæ. Felin. in capit. in noſtra. coll. 28. de reſcr. Caſ-
ſad. deciſ. 3. num. 3. & deciſ. 4. num. 5. de reſeruat. &
deciſ. 2. n. 7. de vnionibus & huiuſmodi reſolutio fuit
confirmata per Rot. in dict. cauſa Cremon. 28. Maij
1584. & 5. Febr. eiuſdem anni, & ita nunc obſeruatur
tempore Sanct. Dom. noſtri Sixti V. & vidi plures ſup-
plicationes promouendorum cum derogatione huius
regulæ, & Cardinalis Sancti Stephani, Prodatarius vo-
34 lebat poni huiuſmodi derogationē, ſtylus † enim in cu-
ria modo eſt albus, modo niger, & quotidie mutatur
ſecundum opinionem Datarij, Auditorum Rotæ, & Ab-
breuiatorum. Felin. in cap. Rodulphus. ſub num. 22. de
reſcri. allg. 51. in princ. Caſſad. d. deciſ. 7. num. 4. de
reſcrip. Ideò neceſſe eſſet, hodie in reſignatione pro-
mouendorum ponere derogationem huius regulæ,
quando eſt certus reſignans de promotione, vel habet
ſpem, aliàs reſignatio facta abſque dicta derogatione
ex vſu eſſet valida.

Quintò dubitatur an hæc regula habeat locum in
reſignationibus, quæ fiunt in fauorem, & cum aliqua
reſeruatione. Pro negatiua ponderantur verba regulæ,
dum loquitur de reſignationibus factis ſimpliciter vel
ex cauſa permutationis, quæ verba reſignationi ſimpli-
ci conueniunt. Rebuff. de reſign. expr. n. 2. & 4. Secun-
dò, quia quando Papa vult, exprimere reſignationes in
fauorem, hoc exprimit.

35 Contraria tamen opinio † eſt verior, quam tenuit
Rota. in d. Cremon. 28. Maii 1584. coram Cantuccio,
& fuit opinio gloſſatoris, & Rebuffi in hac regula.
Namque mens regulæ eſt comprehendere omnem mo-
dum dimittendi beneficia vt patet ibi, vel alia dimitti,
quæ non poſſunt aliter interpretari, Bar. in l. 1. nu. 12.
ff. de condit. & demon. Secundo, quia etiam regula de
infirmis, antiquo tempore loquebatur de reſignatione
ſimplici, & tamen comprehendebat conditionalem ex
rationibus poſitis à Sarnen. & alijs, vt ſuprà dictum eſt.
36 Tertiò quia etiam reſignationes in fauorem † dicuntur
ſimplices, vt patet ex deciſ. 37. Ptolomei in manuſcript.
& dicetur infrà libr. 7. Quartò, quia reſignatio in fauo-
37 rem † ſapit permutationem. Idem. Ptolom. deciſ. 101.
manuſcrip. Ergo &c. ad primum, & ſecundum reſpon-
detur in regula adeſſe verba æquipollentia, ex quibus
id colligitur. rurſus hæc ſententia confirmatur, quia
38 dicit regula, vel aliàs, quæ dictio † alios modos vltra
expreſſos auget, Achill. deciſ. 1. de clauſ. Caputaqu.
deciſ. 273. lib. 1.

Sextò dubitatur, an hæc regula comprehendat com-
mendas? per aliquos vidi conſultum negatiuè, quia
39 commenda eget † particulari mentione, Gemin. in cap.
nemo. ſub num. 2. Franc. ſub numer. 6. de elect. lib. 6.
Caſſad. deciſ. 5. ſub num. 11. de priuileg. Crauet. con-
ſil. 284. ſub. num. 2. Pauin. de poteſt. cap. ſed. vacan.
parte 2. quæſt. 2. Sarn. de triennal. quæſt. 5. num. 3. &
40 de publ. q. 4. num. 2. In contrarium tamen eſt † com-
munis, vt hæc regula comprehendat commendas, &
hanc ſententiam firmauit Rota. in d. Cremonen. pen-
ſionis 28. Maij 1584. coram Cantuccio, namque regula
procedit vlterius annullando nedum collationes, ſed
etiam prouiſiones, † quæ dictio eſt latiſſima, compre- 41
henditque omnem modum prouidendi. glo. in clem.
vlt. in verb. prouiſioni. de elect. Gemin. & Franc. in
cap. 1. de elec. in 6. & ſignanter quod comprehendat
commendam tradit Gemin. in cap. nemo. num. 7. & ibi
Franc. num. 5. prope finem. de electio. lib. 6. & ſub-
dit diſpoſitiones, ſub † quo verbo cōprehenditur com- 42
menda, Card. in clem. 1. num. 2. de ſupplen. prælat
negl. & dictio *quæcunque* † eſt vniuerſalis, & includit 43
ea quæ impropriè ſunt, Dec. conſ. 599. nu. 2. & 3. tol-
lit † interpretationem reſtrictiuam, Alex. conſ. 118. num. 44
5. comprehenditque ea quæ alias non comprehende-
rentur. Ruin. conſ. 18. num. 19. lib. 2. Secundò, acce-
dat quia in renunciationibus commendarum poteſt
fraus conſiderata à regula conſiderari, vnde idem ius
ſtatuendum eſt. Ex hac etiam ratione regula de veriſi-
mil. notit. habet locum † in commenda, Caſſad. de- 45
ciſ. 30. ſuper regul. Sarnen. q. 6. de impetran. benef. va-
can. per obit. famil. Cardin. & communiter alij, vt
per Mandoſ. dict. regul. quæſt. 3. nu. 4. Tertio, quia † 46
commendæ noſtri temporis ſunt irreuocabiles, ex quo
fiunt ad vtilitatem perſonæ, & non Eccleſiæ. Sarn. in
regu. de public. q. 4. & parum † aut nihil diſtant ab alijs 47
beneficijs, Sarn. q. 20. de annal. Rebuff. de pacif. poſ-
ſeſſ. nu. 36. cum ſeq. alias rationes videre poteris per
Sarn. reg. de triennal. q. 5.

Septimò dubitatur, an hæc regula habeat locum in
beneficijs iuris patronatus? communis opinio † eſt af- 48
firmatiua, quam tenent Fel. in cap. de quarta, col. 5.
ante nu. 16. de præſcripr. vbi refert ita iudicatum fuiſſe
in Rot. in cauſa ſua propria. Sarn. de triennali. 7 num.
3. Lambert. de iur. patr. art. 11. q. 11. p. 1. lib. 1. num.
4. Mandoſ. hac regu, quæſt. 5. num. 2. Ad quod facit
primò, quia hæc regula eſt fauorabilis, vt ſuprà
concluſi: ergo debet comprehendere talia beneficia,
glo. in clem. diſpendioſam. de iud. Io. Selu. de benef.
p. 1. q. 3. nu. 9. Secundò ex d. Collectan. in cap. vlt. in
q. 21. de ſortileg. & ita concludunt communiter do-
ctores.

Octauo dubitatur, an hæc regula habeat locum in
beneficijs promouendorum † ad Epiſcopatus in parti- 49
bus infidelium exiſtentes? Negatiuè concludendum eſt,
vt latè Mandoſ. hic q. 4. Alfonſ. Hoied. de incompat. be-
nef. p. 1. c. 4. in fi. verſ. ſed iſtis non obſtantibus, & eſt
communis opinio, vt dixi ſuprà q. 1. o. 89. 90. & 91.
Hi enim nulla tenentes † valdè differunt ab alijs, cum 50
non poſſint habere poſſeſſionem. Sarn. qu. 47. de annal.
n. 4. Rip. reſponſ. 23. ſub tit. de legib. n. 25. lib. 1.
Bald. in Auth. licentiam. C. de epiſ. & cler.

Nonò dubitatur † quomodo fiat derogatio? vide 51
tradita per Mandoſ. hac regul. q. 2.

Decimò dubitatur, an comprehendantur beneficia
familiarium Cardinalium? fuit de hoc dubitatum in
Rota coram Cantuccio in d. Cremon. penſionis, nihil
tamen fuit reſolutum, ex quo Domini voluerunt vide-
re quid obſeruaretur in ſtylo, mihi autem † affirmati- 52
ua opinio videtur probabilis.

Vndecimò dubitatur, an hæc regula habeat locum
in eo, qui reſignauit poſt vacationem talis Eccleſiæ ad
quam poſtea ipſe fuit promotus ignoranter? & ſic an
comprehendat promouendum ignorantem ſe promo-
uendum? Pro affirmatiua facit, quia verba regulæ ſunt
generalia, & conſequenter † generaliter intelligenda 53
ſunt in omni promouendo, l. 1. §. quod antea. ff. de aleat.
l. in fraudem, & ibi Bal. ff. de teſta. mil. Socin. ſen. in
l. 2. §. ex his: in princ. ff. de verbo. oblig. Crauett.
conſ. 91. nu. 4. & cum non diſtinguat, neque nos di-
ſtinguere debemus, l. de pretio ff. de publ. in rem act.
Crauett. conſ. 308. num 3. & hanc opinionem aliqui
ex dominis de Rota tenebant, cum de hoc controuer-
teretur in d. Cremon. penſionis, 28. Maij 1584. coram
Cantuccio, moti etiam ex eo, quia regula eſt præſerua-
tiua beneficiorum, quæ vacant per promotionem vnde

54 debet comprehendere ignorantem se promouendum.
Pro negatiua autẽ, † quæ mihi videtur verior & beni-
gnior, ac quodammodo recepta, vt hæc regula non
comprehendat ignorantem se promouendum, quamuis
resignet post vacationem Ecclesiæ ad quam postea fuit
promotus, primò facit, quia regula emanauit, vt ob-
uietur & occurratur fraudibus, quas faciebant promo-
uendi, qui habentes notitiam futuræ suæ promotionis
resignabãt, vt deluderetur reseruatio Papæ, de beneficio
vacante per promotionem, vt per glossatorem & Re-
buff. supra alleg. Quæ ratio, vt refert glossator in ea-
dem regula, in fi. fuisse Romæ iudicatum, cessat, vbi
55 promouendus ignorat se promouendum † quia ignorans
dicitur esse in bona fide, & à fraude & dolo excusatur,
l. quicunque. ff. de ser. fug. l. 1. ff. de recept. & per con-
56 sequens cessante ratione † cessat dispositio. cap. cum
cessante. de appel. adigere. §. quamuis. de iur. patr. la-
tè Tiraquel. in suo tract. Cessant. cau. in pluribus locis,
& audiui à peritissimis practicis huiusmodi resignatio-
nes factas ab ignorantibus non inualidari per regulam
hanc, nec poni derogationem eiusdem regulæ hoc ca-
su, & ab hac opinione existimo non esse recedendum in
iudicando & consulendo, nam aliàs multæ prouisiones
essent nullæ, & possent multæ annullari. Nec obstat
generalitas regulæ, quia restringitur ex ratione, l. cum
pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 1.

Limita non procedere a tempore quo ipse procurat,
vel habet spem probabilem, nam hoc casu requirere-
tur derogatio, & ita vidi obseruari.

57 Duodecimò dubitatur † an huiusmodi fraudis præ-
sumptio excludatur ex eo quòd supplicatio sit manu
Papæ signata: pro affirmatiua facit quòd Papa, signan-
do manu propria, censetur tollere obstaculum, & sus-
picionem fraudis: contrarium tamen fuit decisum in
Rot. in dict. Cremonens. pensionis, 28. Maij 1584. co-
58 ram Cantuccio, quia Papa † multitudine negotiorum
impeditus, hæc retinere memoriæ non præsumitur,
& non potest. cap. ex parte, & ibi DD. præsertim Car-
din. n. 7. Anan. nu. 2. Ancha. num. etiam 2. de offic. de-
leg. Gomes. in c. 1. nu. 135. de constitut. lib. 6.

Decimotertiò dubitatur, an ex possessione pacifica
decennali videatur insurgere præsumptio derogatio-
59 nis huius regulæ, & sic dispensationis? Affirmatiuè †
concludendum est, latè Couarr. in regul. possess. 2. p.
§. 1. nu. 2. Paul. de Castr. in l. siue possidetis. C. de
prob. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. nu. 27. de caus.
poss. & propriet. & alij omnes, si autem per minus tem-
pus, secus. cap commissa. de elect. lib. 6. & in simili
fuit dictum in vna Oueten. Archid. de Pinen. 15. Fe-
bruar. 1575. coram Caputaq. Io. And. & Fel. in cap. il-
lud. de præsum. cum alijs, vt per Gabriel. eo. tit. concl.
60 1. n. 68. & tempus † litis non computatur. Soc. iun.
cons. 56. num. 13. lib. 1. fuit resolutum in vna Auersan.
tenimenti, coram R. P. D. Bubalo, sed dubium est, an
huiusmodi præsumpta dispensatio possit ab alio allegari
habente interesse reseruationis pensionis aut medietatis
fructuum contra possessorem contradicentem, & ne-
gantẽ. Pro affirmatiua allegatur primo l. ex persona, vbi
not. Bal. de fideiuss. l. si stipulatus essem. ff. de fideiuss.
61 vbi quando † beneficium competit mihi ex facto, &
persona alterius, possum illo vti etiam eo inuito &
contradicente, Bart. in l. si post mortem. §. vlt. col. vlt.
vers. vlterius, vt liqueat. ff. de bon poss. contr. tab. &
facit tex. in l. pen. C. de temp. in integr. rest. Ca-
gn. in l. inuito, nume. 6. ff. de regul. iur. Secundò quia
pensio & prouisio sunt correspectiua & annexa ac de-
pendentia inseparabilia, & tamen in connexis & anne-
62 xis dispensatio † quoad vnum, extenditur ad aliud
annexum. gl. in cap. quia in tantum, & ibi Abb. de
63 præb. Fel in cap. translata. n. 6. vbi latè, de const. & †
præscriptio vnius extenditur ad annexa & inseparabilia.
Balb. de præscr. in 2. p. q. 2. nu. 13. Fel. in cap. auditis.
64 n. 12. de præscr. Ideo exceptio præscriptionis, quæ †
competit debitori, extenditur etiam ad fideiuss. Bal. in
l. tam mandatori. n. 10. C. de non num. pec. sequitur
Balb. d. q. 2. n. 12. Hinc possidens longo tempore si
negat possedisse, † præsumitur ad damnum ipsius. Paul. 65
de Cast. in l. siue possidetis. nu. 9. C. de probat. Hinc
præsumitur † continuatio possessionis. Bar. in d. l. siue 66
possidetis sub. nu. 5. & quòd hæc sint connexa patet.
quia pensio † pendet à beneficio. Imol. in clem. 2. §. 1. 67
numer. 4. de supplen. Prælat. negligen. Gig. consil. 123.
numer. 4. & est pensio adeò annexa beneficio, † vt pars 68
illius reputetur, latè Gig. de pens. quæst. 28. Tertiò
quia præsumptio dispensationis & iustitiæ tituli, ex
lapsu decennij præsumitur † etiam in mere profanis, l. 69
qui in aliena. ff. de acquir. hæred. l. si filius familias. C.
de petit. hæred. cum alijs, vt per Tiraquell. de præ-
scr. 2. illat. & quòd † in pensione præsumatur dispensatio 70
ex lapsu decennij, tenuit Rota in vna Farsen. pensionis,
coram Ill. Card. Aldobrandino de anno 1581. & dispen-
satio in quacunque materia † ex lapsu decennij præsu- 71
mitur. Achil. de Grass. dec. 2. de disp. Anch. cons. 117.
Fel. cons. 2. num. 32. Sarn. de trienn. q. 20. Idem Sarn.
in recoll. manuscrip. decis. 21. lib. 5. Quartò quia hæ-
res † vel successor potest allegare præsumptionem con- 72
tinuationis possessionis auctoris sui, Abb. in cap. cum
ad sedem. nu. 16. de rest. spoliat. Alciat. de præsumpt.
regul. 2. præsum. 21. n. 5. & fuit resolutum coram. R.
P. D. Bubalo in vna Rom. Palatij. Quintò, quia fide-
iussor † potest opponere exceptiones competentes ex 73
iure principalis, etiam eo inuito. l. si. stipulatus in prin.
& l. ex persona rei, & l. si testamento. ff. de fideiuss. l. si
fideiussori. ff. de dona. l. omnes. de except. l. defensio-
nes. C. eo. Sextò allegatur l. 1. & 2. C. de liberal. caus.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
tenuit Rot. in vna Cremonen. pensionis, die Lunæ 5.
Decembris 1583. coram R. P. D. Bubalo, non posse N.
pensionarium † contra hanc regulam præsumptionem 74
dispensationis resultantem ex possessione decennali re-
signatarij, eo inuito & negante allegare: primò qui ex
decennali possessione tunc præsumitur dispensatio,
quando † allegatur ab eo pro quo dispensatio præsumi- 75
tur: at secus si ab eo negatur, etiam si tunc ab alio con-
tra eum allegetur. Sicuti in simili videmus in continua
tione possessionis, nam cõtinuatio præsumitur † si is qui 76
semel possedit, asserit se hodie possidere, nam tunc præ-
sumitur possessio medio tempore continuata, secus si
negat, nam tunc præsumptio ista cessat. gl. in l. siue pos-
sidetis. in verb. constituti. vers. non distinguitur. & ibi
Bart. num. 6. & 7. Bald. in l. 5. circa medi. vers. reuoco
in dubium. Angel. num. 4. vers. in gl. 3. Alber. num. 4.
vers. Odofrer. Paul. de Castr. nu. 9. Cuman. col. 2. cir-
ca med. vers. tu dic. C. de probat. Butr. in cap. cum
ad sedem. num. 25. Abb. num. etiam 25. de restit. spol.
Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 27. vbi attesta-
tur de communi, de caus. poss. & propriet. Couarr. in
cap. Rainutius §. 11. sub num. 2. de testam. vbi de com-
muni etiam: Item solemnitas extrinseca † præsumitur, 77
quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem præsumptio
oritur: at secus si ab eo negatur. Salic. in l. si filius. qu.
1. vers. sed hoc non obstat. C. de pet. hæred. dicens
quod † iussus patris præsumitur præcessisse, si ipse hoc 78
allegat, secus si negat, sequitur Alex. cons. 9. num. 9.
versic. potest etiam. lib. 3. Ruin. cons. 23. num. 20. lib.
5. Gabr. de præsump. concl. 1. num. 74. Ita † priuile- 79
gium præsumitur in vsu, si talis præsumptio à priuile-
giato allegetur, non autem si negetur, vt fuit decisum
in vna Caurien. Iurisdictionis 29. Aprilis 1575. sec. facit
Ancharan. cons. 297. nu. 11. vers. ad hoc, vbi quòd
etiam vbi constat de titulo de vno tempore, non potest
illius continuatio per tertium allegari Bartol. in l. ge-
rit, numer. 28. ff. de acquirend. hæred. Salicet. in l. si fi-
lius. numer. 4. C. de petit. hæred. ex quibus patet res-
ponsum ad primum argumentum, secundum tollitur
quia præsupponimus illum negare, namque si non nega-
ret, tunc dispensatio quæ ex decennali possessione re-
sultat, præsumeretur etiam super pensione, & hic nulla
adest dispensatio sed tantùm præsumptio.

Ad tertium respondetur verum esse in pensione præ-

sumi

sumi dispensationem, sed hoc non potest applicari casui
nostro, cum ille neget. Ad quartum, & quintum respon-
detur procedere, si Papa fecisset aliquem actum posi-
tiuum, tunc enim posset allegari præsumptio dispen-
sationis, at in casu nostro non constat de aliquo actu
positiuo Papæ. Ad vltimum respondetur l. 1. & 2. pro-
cedere vbi agitur de causa status personæ, in quo casu
filius potest agere inuito patre, & pater inuito filio: in
casu verò nostro agitur de alleganda præsumptione. Et
hæc decisio fuit confirmata die Lunæ 26. Ianuarij 1584.
in ead. causa, & coram eodem, cum esset de nouo pro-
posita causa & informatũ. Limita tamen non procedere.
quoties ille non negaret, vt patet ex adductis suprà.

Decimoquartò dubitatur, An hæc regula compre-
hendat duntaxat resignationem perfectam intra tem-
pora promotionis, & vacationis, vel etiam comprehen-
dat eam in qua fuit præstitus consensus post promotio-
nem, supplicatio vero fuit signata ante promotionem.
80 Pro negatiua facit, quia parua Data, & paruus † consen-
sus non perficiunt resignationem Cassad. decis. 1. de
renunc. Crescent. decisio 210. Mohedan. decisio. 60. sed
regula videtur loqui de resignatione perfecta. Paul. de
Castr. consi. 160. in 3. dub. libr. 1. ergo &c. Pro affirma-
tiua facit, quia regula non distinguit, neque nos di-
stinguere debemus, l. de pretio. ff. de publ. in rem act.
Secundò, quia esset aperire viam fraudibus, & regula
redderetur elusoria, & quod dicitur de parua data, non
habet fundamentum, quoties supplicatio est signata
manu Papæ, cum data quæ cadit inter tempus vacatio-
nis, & promotionis, & supplicationis dicatur proba-
81 tio perfecta, † sicut dicimus de instrumento, Dec.
consil. 36. num. 2. Quid dicendum? Referam quid de-
terminauerit Rota in dict. Cremonē. pensionis die Lunæ
4. Iunij 1584. in qua Franciscus Gunisius promotus
fuit ad Ecclesiam Montis Falisci. 8. Aprilis supplicatio
resignationis præceptoriæ sancti Antonij facta per dict.
Franciscum ad fauorem D. Pauli cum reseruatione
pensionis pro D. Hieron. 1. April. missa dictæ supplica-
tionis, die 17. April. consensus D. Francisci super dicta
resignatione, & Pauli. super reseruatione pensionis,
die 18. Aprilis dubitabatur an intraret regula, cum con-
sensus fuerit præstitus post promotionem, fuit resolu-
tum negatiuè ex duobus fundamentis, primò quia regu-
82 la intelligitur, quando resignatio † est perfecta intra
tempora vacationis, & promotionis, hæc autem non
est talis, quia prouisio fuit die 8. Aprilis facta, missa
vero die 17. eiusdem mensis. Put. decis. 94. lib. 2. Sarn.
de infir. quæst. 18. Crescent. decis. 75. Nec obstat quòd
signata supplicatione gratia dicatur perfecta, quia res-
83 pondetur non esse simpliciter perfectam, † expectat
enim præstationem consensus, vt est communis omni-
84 um Doctorum sententia, & antequam † sit registrata
potest lacerari ab officialibus optimè. Sarn. in reg. de
aur. vers. non tollen. qu. 2. in fin. Nec obstat quod
consensus retrotrahatur, quia id intelligitur per viam
fictionis, & regula intelligitur de resignatione verè fa-
cta intra tempora vacationis & promotionis, non de
resignatione, quæ per quandam fictionem censetur fa-
cta, nam in materia correctoria dispositio loquens de
85 actu † vero non comprehendit actum fictum, quia actus
86 fictus † impropriè dicitur talis. Ias. in l. is qui pro em-
ptore. nu. 170. ff. de vsuc. Secundò quia præsumitur
notitia Papæ, & officialium, qui cum possent illam sup-
plicationem lacerare, cum non esset registrata tempo-
re promotionis, mittendo illam ad registrum post pro-
motionem, apparet manifestè mentem Papæ fuisse, vt
resignatio effectuaretur, ex quo non solum non contu-
lit beneficium, sed passus fuit resignationem iam cep-
tam effectuari, & gratiam semel factam suum sortiri
effectum. Hodie autem ad cautelam poneretur dero-
gatio, & optimum esset expediens ad tollendas lites,
& ita consulerem faciendum, quòd etiam pluriès vidi
fieri.

Decimoquintò quæro, an hæc regula comprehen-
dat beneficia electiua? pro negatiua facit, quia verba
† generalia non capiunt electiua, Fel. in cap. in nostra 87
in 32. coroll. de rescrip. In contrarium tamen est veri- 88
tas, quia † regula de vacaturis venit ad declarationem
extrauagantis. Ad regimen. quæ cum loquatur † etiam de 89
electiuis, ergo & hæc regula. Ita in simili arguit Cast. in
cons. 338. num. 5. lib. 5. Secundò quia hæc regula est
fauorabilis cum obuiet fraudibus. Rebuff. in concor.
tit. de mand. Apost. §. statuimus. in h. & quia quando
sumus in fauorabilibus sub verbo collationis prouisio-
nis † & dispositionis veniunt beneficia electiua, Selu. 90
de benefic. in p. 3. q. 1. num. 26. Mandos. de Idiom. q.
2. Fel. in cap. postulastis. de rescr. in 2. & 3. fal. Gemin.
in cap. si propter. colum. 2. de rescrip. lib. 6. & ita vi-
detur tenuisse Rot. in causa de qua infra. vnde electus
ad Episcopatum † non poterit resignare beneficia prius 91
obtenta.

Decimosextò dubitatur An regula † deroget con- 92
cordatis, Rebuff. tenet quod non, ita fuit resolutum in
Rot. in vna Padebor. præpositure, die Lunæ 29. Maij
1588. coram R. P. D. Bubalo.

Lib. 3. q. 6. n. 24. Ibi, De rarò fit.

DE hoc aliquantum tetigimus suprà, lib. 1. q. 2. n. 22.
Et vide Parisium lib. 10. q. 7. n. 55. vbi notabiliter
ait, *verba per resignationem etiam in curia*, (quæ in c. 18.
sess. 24. Concilij Trid. referuntur) intelligi de resignatio-
ne simpliciter facta, non autem de ea, quæ in fauorem fit.
Et hæc conueniunt dictis suprà, lib. 2. q. 22. n. 12.

Eadem q. n. 83. Ibi, Expectat enim præstatio-
nem consensus.

FOrmalem intelligit, Paruus enim (vt suprà tactum
fuit) non sufficeret.

Eadem q. 6. num. 6. Deludebatur reseruatio Papæ de
beneficio vacante per promotionem.

¶ HAnc reseruationem non agnoscunt Galli, quia
non est in corpore iuris clausa; imò de iure col-
latores ordinarij beneficia per promotionem ad prælatu-
ram vacantia, scilicet post adeptam possessionem, & con-
secrationē promoti, seu intra tres menses, à die Datæ bulla-
rũ computandos, si consecratio vlterius differri contigerit,
liberè conferre possunt, vt est textus in cap. cum in cunctis
§. cum verò. de elect. nec enim in Gallia recipitur regula
Cancellariæ Romanæ 21. de qua hic Auctor, in principio
quæstionis, nec extrauagans ad regimen. de elect. vnde
non solum promouendi ad Ecclesias Cathedrales, sed
etiam promoti ad easdem possunt, ante adeptam possessio-
nem, vel etiam post, ante tamen consecrationem, vel infrà
tempus ipsius, prius obtenta validè renunciare, vel sim-
pliciter in manibus ordinarij, vel etiam ad fauorem in
curia Romana. Sed pone quod promotus non renunciet,
an statim à consecratione ordinarius illa conferre poterit
tanquam vacantia per promotionem? An verò spectandus
erit annus pacificæ possessionis iuxta ea, quæ diximus su-
pra lib. 3. q. 1? dico statim conferre posse, seclusa reten-
tionis venia, quia Cathedrales Ecclesiæ, quibus consisto-
rialiter, & præuia nominatione regia, prouidetur deuo-
lutariis, & litibus non subiacent, sicut inferiora benefi-
cia, & ex ipsa consecratione possessio pacifica satis infer-
tur, & sic aliàs respondi.

QVÆSTIO VII.

An minor 25. annis maior autem 14. possit resignare beneficium quod obtinet, & possit procuratorem ad hoc constituere, & an sit restituendus adversus renunciationem ab eo factam, & quando possit dici læsus in ea, & quæ læsio requiratur, & cui incumbat onus probandi illam, & quomodo consideretur dolus tertij, & quid de minore 14. annis, & an requiratur auctoritas tutoris, & an requiratur nova collatio in restitutione, quæ fit minori, & infra quantum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione minorum venit tàm pueritia quàm adolescentia.*
2 *Minor 25 annorum potest resignare beneficia.*
3 *Minor 25. annorum in beneficialibus habetur pro maiori.*
4 *Minor 25. annorum potest alienare.*
5 *In resignatione minoris 25. annorum non requiritur auctoritas curatoris.*
6 *Minor 25. annorum habet personam legitimam.*
7 *Minor 25. annorum potest acceptare beneficium absque curatore.*
8 *Minor 25. annorum potest per procuratorem resignare.*
9 *Minor 25 annorum potest constituere procuratorem ad resignandum, absque causa cognitione, cum decreto iudicis.*
10 *Decretum iudicis non requiritur in renunciatione minoris 25. annorum.*
11 *Minor 25. annorum renuncians non est restituendus.*
12 *Admissa renunciatione beneficium vacat.*
13 *Restitutio in integrum competit minoribus læsis.*
14 *In spiritualibus non datur regulariter restitutio*
15 *Non excusatur minor in his quæ spectant ad salutem animæ.*
16 *Minor non restituitur adversus matrimonium.*
17 *Minor non restituitur adversus ingressum religionis.*
18 *Christus diligit milites voluntarios.*
19 *An iuramentum impediat restitutionem.*
20 *Minor 25. annorum læsus in renunciatione beneficij, debet restitui, si non est alteri collatum.*
21 *In feudo datur restitutio minori.*
22 *Minor censetur maior, vt agere possit.*
23 *Ex statuto potest persona minoris legitimari.*
24 *Minor 25. annorum potest stare in iudicio, etiam absque curatore.*
25 *An ad dandam hanc restitutionem sufficiat fragilitas ætatis, vel requiratur dolus adversarij.*
26 *Læsio debet esse gravis, vt detur restitutio.*
27 *Cum non est expressum quæ læsio requiratur, intelligitur de magna.*
28 *Propter modicam læsionem non datur restitutio.*
29 *Quæ læsio dicatur magna ad effectum restitutionis, remittitur arbitrio iudicis.*
30 *Vltra dimidiam dicitur magna.*
31 *Minor læsus vltra dimidiam restituitur non obstante iuramento.*
32 *Læsio in tertia parte dicitur magna.*
33 *Læsio in sexta parte totius, etiam dicitur magna.*
34 *Minoribus incumbit onus probandi fuisse læsos.*
35 *Debet quis probare id suprà quod se fundat.*
36 *Læsio probatur præsumptione.*
37 *Læsio probatur per testes.*
38 *Læsio probatur scriptura.*
39 *An minor læsus post collatum beneficium alteri sit restituendus.*
40 *Cum collatum est beneficium res non est integra.*
41 *Quando agitur de lucro, datur restitutio minori.*
42 *Privatus beneficiis si restituatur non recuperat ea, si sunt collata.*
43 *Per restitutionem quis recuperat bona penes fiscum.*
44 *Minor restituendus est, nisi contrarium reperiatur expressum.*
45 *Quod lex non dicit, neque nos dicere debemus.*
46 *Restitutio iustitiæ aufert ius alteri quæsitum.*
47 *Restitutio iustitiæ dicitur favorabilis.*
48 *Non plus restitutio in integrum restituit, quàm læsio abstulit.*
49 *Per restitutionem gratiosam quis recuperat quod amiserat per delictum.*
50 *Bannitus restitutus recuperat bona quæ amiserat.*
51 *Restitutio in beneficialibus est in rem scripta.*
52 *In lucrosis restituitur minor.*
53 *Restitutio gratiosa non se extendit ad recuperationem Vassallorum.*
54 *Doctor restitutus non recuperat lecturam, si alteri fuit data.*
55 *Bannitus restitutus non recuperat locum ab alio occupatum.*
56 *Episcopus potest restituere in integrum.*
57 *An minor, vtriusque iuris Doctor, læsus sit, restituendus.*
58 *Minor 14. annorum potest renunciare beneficia.*
59 *Renunciatio minoris 14. annorum debet fieri cum auctoritate tutoris, & cum causa cognitione.*
60 *Minor 14. annorum sine auctoritate tutoris non potest quicquam facere.*
61 *Minor 14. annorum non habet administrationem.*
62 *Minor 14. annorum non habet consensum.*
63 *Minor 14. annorum renuncians absque tutore venit restituendus.*
64 *Habens plura beneficia incompatibilia, & vni renuncians, non videtur deceptus.*
65 *Minor 14. annorum hodie non potest habere beneficium Ecclesiasticum.*
66 *Minor ex dispensatione potest habere beneficium.*
67 *Minor læsus restituitur sine nova collatione.*
68 *Restitutio est in pristinum statum positio.*
69 *Restitutio operari debet quod nec prosit nec obsit quod evenit.*
70 *Collatio est ius in beneficium, in alium translatum.*
71 *Archarcani declaratur.*
72 *Ex sententia nulla non datur vacatio.*
73 *An minor læsus restitutus, recuperet locum pristinum quem habebat in collegio.*
74 *Restitutus ad feudum dicitur habere novum feudum. cont. num. 78.*
75 *Reintegrato matrimonio datur nova dos.*
76 *Restitutio fit in omnibus & per omnia.*
77 *Differentia inter restitutionem gratiosam & iustitiæ.*
78 *Quod restitutio feudi reponit restitutum.*
79 *Restitutus ad canonicatum censetur restitutus ad præbendam.*
80 *Restitutus ad Canonicatũ recuperat stallum in choro.*
81 *Restitutus ad beneficium habens iurisdictionem, censetur restitutus ad illam.*
82 *Minori læso datur quadriennium ad petendam restitutionem.*
83 *In beneficialibus etiam datur quadriennium.*
84 *Ecclesiæ datur restitutio etiam post quadriennium.*
85 *In spiritualibus non consideratur læsio enormissima.*

SEptimò quæro, An minor possit resignare beneficium Ecclesiasticum quod obtinet? Hic articulus distinguendus est. Aut loquimur de minore
25. ann. Aut verò de minore 14. nam appellatione † mi- 1
norum venit tàm pueritia quam adolescentia. cap. in præsentia de probat. §. nunc admonendi. Instit. quibus alien. lic. vel non, Io. de Amicis cons. 40. num. 5. & ita resoluit insignis moder. Sfor. Old. in tract. de rest. in integ. p. 1. q. 2. art. 5. num. 41.

In primo casu communiter tenent doctores mino-

2 rem 25. annorum, maiorem verò 14. posse † resignare
beneficium quod obtinet. gloss. in cap. ex parte. verbo
quamuis minor, vers. sed si minor. & ibi Abb. num. 14.
qui dicit hoc esse de mente Io. Vinc. Ioan. de lignan.
Anton. de Butr. de rest. spoliat. & ibi omnes com-
muniter Arcbid. in can. certis. numer. 6. 15. qu. 3.
Card. sanctæ Crucis, decis. 83. in manusc. Put. decis.
561. libr. 1. Crauett. cons. 90. excellentissimus Bursat.
cons. 411. coll. 4. & hæc conclusio non habet dubium,
vt tradit Boër. decisio. 350. num. 1. & videmus quòd
communiter hoc practicatur in curia, & extra. Nam
3 minor 25. ano. † maior autem 14. in beneficialibus ha-
betur pro maiori, infrà dicam ex cap. vlt. de iud. ibi
potest stare in iudicio, & constituere procuratorem, er-
go & renunciare, nam à pari procedunt stare in iudi-
cio, & actiones intentare, & renunciare, quia eo mo-
4 do per viam indirectam † alienatio sequi potest. l. ait
prætor. vbi Bart. ff. de tut. deliber. Andr. de Isern.
in cap. 1. §. si vasallus. col. 2. si de feud. fuer. contro.
int. dom. & agnatum. Dec. cons. 445. col. 5. Calcan.
consil. 105. in fi. Bal. cons. 250. col. 1. lib. 4.

Nec in tali resignatione requiritur consensus & au-
5 ctoritas curatoris, † vt tenet Milius quem refert Put. d.
decis. 161. n. 2. libr. 2. & hoc non habere dubium dicit
Boër. d. decis. 350. num. 1. quia talis minor 25. anno-
6 rum & maior 14. in beneficio habet † personam legiti-
mam tam in iudicio quam extra exercendi, & cape-
riendi, ac faciendi omnes actus sine curatore sicut ma-
ior 25. ann. vt probat text. in cap. vlt. de iud. 6. quod
incipit, si annum quartum decimum tuæ peregisti ætatis
in beneficialibus & alijs causis spiritualibus, necnon
& dependentibus ab eisdem ac si maior 25. annis exi-
steres ad agendum & defendendum per te, vel per pro-
curatorem (quem ad hoc constituendum decreueris)
admitti debebis. & ibi gl. in verbo *debebis*. Gemin.
Anch. Fran. & communiter DD. Crauett. cons. 90. in
2. dub. & cons. 153. in fi. Gig. resp. 14. nu. 3. Ferret.
cons. 282. adeò vt quantum ad hoc matrimonium car-
nale & spirituale, æquiparentur, vt probat tex. in d.
capt. vlt. iuncto cap. ex parte. de restit. spoliat. & vtro-
bique communiter. Doctores.

7 Hinc minor 25. annorum † potest acceptare benefi-
cium absque curatoris assensu, & est communis, vt re-
soluit Bursat. cons. 411. num. 11. 12. vol. 4.

Amplia vt minor 25. ann. maior, autem 14. possit re-
8 signare beneficiũ, † quod obtinet tàm per se quam per
procuratorem. Ant. Aug. decis. 125. lib. 5. in manuscr.
decis. 161. lib. 2. & communiter Doctores.

Dubium tamen est, an iste maior 14. annis & minor
25. possit constituere procuratorem ad resignandum,
absque causæ cognitione, & sic absque decreto iudicis.
Put. d. decis. 161. lib. 2. refert propositum fuisse hoc dubiũ
in Rota in vna Segobien. integræ portionis, corã Illust.
Card. S. Crucis die 20. Octob. 1540. & fuisse tentum ne-
gatiuè, scilicet non posse maiorẽ 14. annis & minorẽ 25.
constituere procuratorem ad resignandum, nisi coram
superiore, & cum causæ cognitione, esto quòd in sup-
plicatione esset expressum quòd renuncians esset maior
14. annorum, mouetur quia minor 25. anno. & maior
14. potest resignare coràm superiore, & cum causæ co-
gnitione, ergo & cum eadem solemnitate debet consti-
tuere procuratorem ad resignandum, namque minor &
mulier quia non potest actum expedire sine certa for-
ma, neque poterit constituere procuratorem forma non
seruata, vt est communis omnium Doctorum sententia,
de qua dicam infrà, & ita etiam fuisse decisum attesta-
tur Ant. Aug. decis. 125. lib. 3. in manuscr.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
existimo veriorem, quod maior 14. ann. & minor 25.
9 possit constituere procuratorem † ad resignandum be-
neficium absq; causæ cognitione, & decreto iudi-
cis, quia text. in d. cap. disponit, vt maiores 14.
ann. & minores 25. habeantur pro maioribus 25. ann. in
beneficialib. & causis spiritualibus, & ibi communiter
DD. hoc notant, si ergo in his causis parificantur maio-
res 25. ann. & minores, ergo † quemadmodum non 10
requiritur solemnitas huiusmodi quando renunciat ma-
ior, vt communiter scribunt omnes DD. ergo neque
hoc casu, ad vulg. l. vlt. de accept. & hoc videtur in-
nuere Fran. in d. cap. vlt. in not. 6. Hinc alias in Rota
in vna Venetiarum matrimonij, coram bonæ mem. Ora-
dino. die 29. Nouembris 1557. vt habetur in libr. antiq.
diuer. in manuscr. dec. 293. fuit tentum, in causis spi-
ritualib. & dependentibus, vt est causa legitimitatis, mi-
norem 25. ann. posse constituere procuratorem absque
decreto iudicis, nulla alia ratione, nisi quia parificatur
maioribus in causis spiritualibus & dependentibus, &
in causis beneficialibus etiam parificatur maioribus, vt
probatur expressè in d. cap. vlt. ergo ex hac decis. vide-
tur recessum a decis. facta tempore Put. quia posteriora
derogant prioribus. Bal. in l. domum. col. 1. C. de rei
vend. Iaso. cons. 215. col. 2. circa med. lib. 2. Crauett.
cons. 313. num. 5. vers. to.

Non obstat ratio Put. quia non est verum quod ma-
ior resignet cum solemnitate, vt communiter volunt
DD. benè verum resignatio fit coram superiore, vt de-
bet, ita & quando fit per procuratorem.

Sed hic quæritur, an iste minor 25. ann. maior autem
14. sit restituendus aduersus resignationem beneficij ab
ipso factam. In hac conclusione DD varia scripsere, ac
fuerunt contrarij, adeò quòd veritas elici non possit.
ego autem pro resolutione omnium existimo consti-
tuenda esse duo capita principalia.

Quorum primum erit, quando resignatione non est
læsus, vt quia resignauit ad fauorem alicuius consan-
guinei vel amici, aut renunciauit cum vellet matrimo-
nium contrahere, aut religionem ingredi, aut ex alia
simili causa, ita quòd non possit considerari metus aut
dolus resignatarij † & in hoc dicas veram esse & re- 11
ceptam DD. sententiam non esse restituendum, ita glo.
in l. ait prætor verbo quid aliud. ff. de minor. 25. ann.
quam hoc casu putò procedere, Anto. de Butr. in d. cap.
ex parte. de restit. spoliat. Crauett. cons. 90. vers. circà
secundum dubium. n. 4. Rebuff in prax. in tit. de resig. in
verb. ratione personæ. in principio, ita post alios Couarr.
lib. 1. variar. resolut. cap. 5. & expressè hoc firmat excel-
len. D. Ludou. Alfer. cons. 3. per totum, & præcipuè n. 11.

Ratio est quia cum minores 25. annor. possint renun-
ciare beneficium, vt suprà dictum est, ex communi &
vera opinione, sequitur quòd † admissa renunciatione 12
beneficium vacet, Inn. Butr. & Host. in cap. quod in
dubijs. de renun. Io. And. in reg. ratum. de reg. iur.
libr. 6. Rot. decis. 3. de renunc. in antiq. Cardin. Paris.
cons. 93. lib. 4. Rip. in cap. ex parte. nu. 23. de rescrip.
Aufrer. in dec. 266. Tholos. vnde ius quod amisit, re-
dire non potest, nec iure requisitionis, nam restitutio
in integrum † competit minoribus 25. ann. si læsi fue- 13
rint. l. nam & postea. §. minor. ff. de iureiuran. l. non
omnia. C. de minor. l. quod si minor. §. 1. ff eod. tex.
ad literam in l. minoribus C. de rest. in integ. & hanc
esse veritatem attestatur Sfor. Odd. de restit. in integ.
q. 4. art. 1. sub. num. 2.

Hinc Ecclesia non restituitur si non est læsa. Dec.
cons. 564. num. 18.

Eoque magis quia sumus in spiritualibus, in quibus
non datur † regulariter restitutio. Lap. alleg. 53. Abb. 14
Anch. & alij in d. cap. ex parte. de restit. spoliat. cum
alijs adductis per Sfor. Odd. in tract. de rest. in integ. q.
60. art. 7. num. 37. cum seq.

Hinc non excusatur minor in his quæ spectant ad sa-
lutem † animæ. Marian. Soc. sen. in cap. ex literarum n. 8. 15
de Apost. Turrecr. in cap. symbolum. de cons. dist. 4.

Hinc non † restituitur aduersus matrimonium, Bal. 16
in l. 1. n. 1. & 3. ff. de solut. matrim. & in rub. de iud. n. 7.
Alex. cons. 80. n. 1. & 2. l. 7. Ferret. cons. 139. per totum.
Dec. cons. 112. in princ. Couar. l. 1. var. resolut. cap. 5. sub
n. 1. communis opinio, vt resoluunt omnes doctores in
dict. cap. ex parte. de restit. spolia. de communi
omnium sententia attestatur Sfor. Odd. d. quæst.
60. art. 1. sub numero. 3. etiam si dolus causam

Digitized by Google

dediffet contractui. communis, vt resoluit Couar. in
epit. de sponf. part. 2. cap. 3. & 7. num. 1. 2. 3. Hinc non
17 restituitur aduersus † ingressum religionis. Innoc. in
cap. cum dilectus de eo quod met. causa. Felin. in cap. in
præsentia. num. 10. de prou. Ant. de Burr. in cap. cum
virum num. 11. & ibi Anch. num. 8. de reg. Bart. in
repet. Auth. ingressi. num. 18. C. de sacrof. Ecc. Soc.
iun. conf. 41. nu. 13. lib. 2. communis opinio teste Sfor.
Odd. d. qu. 60. artic. 11. num. 23. etiam si dolo ingres-
sus fuerit, vt est communis opinio canonistarum
teste Cyn. in dict. auth. ingressi. num. 7. quamuis
18 Christus velit † milites voluntarios. D. Thom. 2. 2. qu.
188. art. 9. cap. præsent. 3. qu. 3.
19 Eoque magis † si interuenit iuramentum. Dec. conf.
180. & 181. num. 4. Cur. conf. 141. num. 4. Bert. conf.
175. num. 1. lib. 1. vbi attestatur de communi.

Secundum caput, quando minor 25. ann. & maior
14. renunciauit beneficium, & in ipsa renunciatione est
læsus facto alterius, & hic casus subdistinguendus est
in duas conclusiones. Prima erit quando minor resigna-
uit, & beneficium adhuc non est collatum, Secunda
erit, quando beneficium est collatum. Circa primam
quando beneficium non est adhuc per superiorem colla-
tum, vera & recepta est ab omnibus DD. affirmatiua
20 opinio † vt debeat restitui, quam opinionem tenuit
Ioan. & Vinc. Ant. de Butr. Host. & alij communiter,
vt per Abbatem qui illos refert in cap. ex parte. num.
14. de restit. spo. vbi hoc tenet Card. Zabarel. & gloss.
magna, & alij omnes. Archid. can. certis. num. 6. 15.
qu. 3. Angel. in l. vnica. C. si de momen. poss. aga. Sarn.
de trien. q. 15. cum infinitis alijs allegatis per Boer. de-
cis. 350. a nu. 4. vsque ad finem, vbi refert ita fuisse iu-
dicatum, & attestatur hanc esse communiorem, & ma-
gis æquam opinionem, latè Couarr. d. cap 5. lib. 1. varia.
resol. & hanc opinionem tenuit Rot. in vna Toletan.
Canonicatus & præbendæ, teste Tho. de Tanis. decis.
manusc. 46. qui in decis. 54. attestatur hanc esse com-
munem opinionem, aliàs 57. vt attestatur & tenet Ant.
Bart. in tract. de temp. vendi. c. 5. num. 1. & ita etiam
tentum fuit in vna ciuitat. Capellaniæ maioris, die 5.
Martij, 1543. vbi maior resignauit beneficium valoris
octuaginta ducatorum, & habuit pro recompensa be-
neficium 58. ducatorum, fuit tentum dandam esse re-
stitutionem, teste Put. dec. 437. lib. 1. & hanc esse etiam
cómunem attestatur Rebuff. in prax. fol. mihi 354. n. 2.

Ita etiam in feudo deuoluto ad dominum competit
21 minori restitutio † in integrum. (quod beneficium di-
citur cap. 1. §. beneficium quib. caus. amit. feud.) vt
tenet Albe. de Rosat. in l. si ex causa. §. nunc videndum
ff. de minor. Alex. conf. 69. col. pen. lib. 1.

Nec obstat, quòd cum minor in beneficialibus sit vt
maior d. cap. vlt. de iud. non debeat restitui, quia res-
22 pondetur quòd † censetur maior, quantum ad hoc, vt
agere possit in iudicio per se, & per procuratorem, non
autem quoad hoc, vt non possit, cum est læsus restitui,
arg. cap. ad nostram. de reg. ita expressè respondit
Archi. in d. can. certis. num. 6. 15. qu. 3. Abb. in d. cap.
ex parte. nu. 17. quod probatur, quia sit minor habili-
tetur per statutum vel consuetudinem in certis casibus,
vt admittatur in aliquo actu iudiciali, vt legitimam
23 habeat personam † quod fieri potest. l. vlt. qui leg. per-
so. gl. in l. 2. ff. de eo quod certo loco. Boer. decis. 9.
plures citat, tamen ex hoc non videtur ei interdicta in
integrum restitutio si lædatur, ac si non fuisset reputa-
tus maior. gl. in l. vnica. C. si de mom. poss. fuerit app.
quod faciunt singularem ibi Cyn. Alb. de Rof. Bar. Bal.
Sal. & comm. alij. Bal. in auth. si captiui. col. 2. vers.
sed iuxta hoc, quæritur, C. de Episc. & cle. Bar. conf.
101. col. 3. Rom. conf. 90. vers. propterea. Afflic. in 2.
lib. const. regn. rub. 38. numer. 15. Tiraquell. in tract.
de nobil. cap. 20. nu. 41. Borgnin. de tuto. & curat. nu.
99. commun. opin. teste Beto, d. decis. 350. col. 3. de
communi etiam Sfor. Odd. q. 15. nu. 75. illud enim, vt
possit tanquam maior agere in iudicio, inductum est ex
d. cap. vlt. in fauorem minorum, si enim non possent
ex hoc petere restitutionem, verteretur in odium, con-
tra vulgarem & communem regulam, de qua per Tiraq.
de vtroque. retract. lib. 1. §. 32. gloss. 1. num. 7. Rip.
respons. 3. num. 42. tit. de iure gen. & ciuil. siue statut.
Bellon. conf. 27. num. 7. nam hoc casu quia habetur
pro maiori etiam non cessat beneficium nullitatis, vt
est magis communis opinio, teste Oct. Simoncel. in
tract. de decretis. lib. 3. tit. 8. num. 25. & 26. ex quo
patet, quod supradicta consequentia non valet. ad quod
etiam facit quia minor habet † legitimam causam stan- 24
di in iudicio, etiam absque curatore, & reputatur vt
maior quoad iudicium possessorium, per ipsum propo-
nendum, gloss. Bar. & Doct. per illum text. in l. vlt.
C. qui legit. perso. stand. in iud. habent. Abb. in cap.
cum dilectus. col. 3. de arbitr. & tamen restituitur in-
integrum, etiam in eo possessorio, si fuerit læsus Ias.
in l. 1. num. 10. de iurid. omn. iud. Alex. conf. 80. lib.
7. Put. decis. 58. lib. 3. Sed hic quæro de vtili casu, an
ad dandam huiusmodi restitutionem sufficiat, quòd fue-
rit læsus ex negligentia sua & fragilitate ætatis, an ve-
rò requiratur etiam quod fuerit læsus dolo aduersarij?
videtur dicendum sufficere † fragilitatem causatam res- 25
pectu ætatis, vt tenent Ioan. Andr. in cap. auditis. co-
lum. 3. verb. minoribus. de restit. in integr. Alber. in l.
minor. num. 1. C. de transact. Maurit. in tract. de restit.
in integr. cap. 174. Menoch. de recuper. post. remed. 15.
num. 236. communis opinio teste Sfor. Odd. de restit.
in integr. quæst. 4. art. 2. num. 7. versic. in contrarium.
ex l. minoribus. C. de restit. in integr. etiam si sine do-
lo aduersarij, tum etiam quia remedium concessum est
propter ætatis fragilitatem. l. 1. ff. de min. vbi commu-
niter DD. & nouissimè Rebuff. conf. 83. nu. 2.

His non obstantibus contrariam opinionem credo
veriorem, quia cum in his beneficialibus habeatur mi-
nor 25. annorum pro maiori, d. cap. vlt. de iudic. se-
quitur læsionem considerandam esse non ratione ætatis,
sed ratione & dolo aduersarij, faciunt ea quæ scribit
Bellamer. consil. 18. numer. 19. & 20. ad contraria res-
pond. procedere quando læditur in temporalibus, in
quibus non habetur pro maiori, & ita loquitur Ioan.
Andr. Albert. Maurit. Menoch. & Sfor. Odd.

Rursus quæro, quæ læsio requiratur? Respondeo
grauem læsionem † requiri, ita post per ipsum citatum 26
tradit Couarr. dict. c. 5. lib. 1. variar. resolut. in princ. ad
quod facit, quia quotiès expressum non est in iure quæ
læsio sit sufficiens ad dandam restitutionem in integr.
tunc requiritur magna. † l. suo. ff. de in integ. restit. vbi 27
gloss. & communiter Doctor. Innocen. in cap. coram,
eo. tit. Coras. in l. qui liberos. nu. 61. ff. de rit. nupt
Sarn. in §. pœnales. num. 4. Inst. de actio. Gozadin.
conf. 44. num. 8. Natt. conf. 631. num. 22. nec propter
† modicam datur restitutio. gloss. Hostiens. Collect. An- 28
char. in cap. 1. de rest. in integ. Alex. conf. 27. nu. 2.
libr. 1. Bertran. conf. 109. num. 3. lib. 3. Ias. conf. 63.
num. 2. lib. 3. Rim. conf. 400. nu. 37. & seq. lib. 2. Ruin.
conf. 119. nume. 14. lib. 5. Afflict. super const. regn. rub.
70. num. 7. Gabriel. lib. 2. commun. concl. de rest. in
integ. concl. 1. Grat. conf. 4. num. 81. lib. 1. & hæc est magis
communis opinio, vt attestatur Bursat. conf. 27. n. 17. cum
infinitis alijs adductis a Sfor. Odd. dict. q. 4. sub nu. 105.

Verum prudens iudex, inspecta qualitate personarum
alijsque coniecturis, iudicabit an læsio sit huiusmodi,
vt per eam † intret remedium hoc restitutionis in inte- 29
grum. Abb. in cap. Quintauallis. num. 33. ante fin. de iure
iur. gl. in cap. cum illorum, & ibi Fel. de sent. excommú.
Ber. in cap. in præséntia. num. 179 de prob. & in cap. cum
dilecti. nu. 55. de empt. & vend. Card. Paris. conf. 89. n. 53.
lib. 1. Dec. conf. 39. num. 7. cum alijs, vt per Menoc. de ar-
bit. iud. cas. 73. Soc. iun. conf. 144. n. 14. lib. 1. & conf. 84. n.
43. lib. 2. & hanc esse magis communem opinionem at-
testa. Soc. iun. consil. 48. n. 22. lib. 1. à qua non esse rece-
dendú in iud. & conf. attestatur Sfor. Odd d. q. 4. n. 121.
vt quia læsio † est vltra dimidiam nam nemini est dubiú 30
esse magnam læsionem. Paul. de Castr. in l. 3. n. 2. C. ex
quib. cau. maior. Alba. conf. 21. nu. 23.

31 Hinc hoc casu † restituitur minor non obstante iuramento. Paul. de Castr. in auth. sacramenta puberum, nu. 10. C. si aduersus venditorem. vbi Corn. nu. 202. Curt. num. 50. Bert. cons. 227. nu. 1. lib. 1. & cons. 218. num. 3. lib. 2. vbi attestantur de communi. vel quod sit in dimidia, vel circa dimidiam, nam hoc etiam casu læsio iudicatur magna, Cæpol. in tractat. de simulat. contract. n. 109. Bertr. cons. 90. num. 20. lib. 1. Menoc. de arbitr. iud. q. 70. nu. 27. vel quia fuerit læsus
32 in tertia parte, † nam hæc etiam est magna læsio, Abb. in cap. Quintauallis, num. 33. de iureiur. Ber. con. 33. num. 10. libri 1. & in cap. 1. nu. 85. de rest. in integ. Vel
33 quod sit in sexta parte † totius, Bart. in l. si societatem §. arbitrorum. num. 25. ff. pro socio. D. meus Card. Paris. cons. 89. n. 53. vol. 1. Soc. iun. cons. 48. nu. 22. vol. 2. Crot. consil. 198. num. 15. communis prout attestatur Dec. consil. 39. num. 7. Soc. iun. d. cons. 48. num. 544. Hinc in dict. decis. Put. 437. lib. 1 sacræ Rot. Auditores die 5. Martij 1543. existimarunt læsionem in illo casu inducere restitutionem, namque ibi minor renunciauit beneficium 80. ducatorum, & habuit recompensam 58. ducatorum fuerat enim læsus in 4. part. quare fuit tentum dandam esse restitutionem, vel quia viuebat ex illo beneficio, & ductus leuitate renunciauit, ita Abb. in d. cap. ex parte, nu. 16. de rest. spoliator.

Rursus quæro, quibus incumbat onus probandi esse
34 in minori ætate læsos? Responde † minoribus, gl. in can. presbyter. dis. 78. Abb. in cap. in præsentia. de prob. vbi Dec. num. 166. alios citat, & testatur de communi, idem Dec. cons. 682. num. 16. Natt. cons. 514. n. 12. lib. 2. Imol. cons. 23. nu. 16. Gozad. cons. 22. nu.
35 53. vbi etiam attestatur de communi, † ratio est quia se fundat in ea, ergo, Bald. cons. 66. nu. 6. lib. 3. & cons. 418. libr. 2. Alex. cons. 149. n. 16. lib. 5. Abb. in cap. 1.
36 in fin. de reg. & probatur, † vel præsumptione, vel per aspectum, Alex. cons. 230. n. 11. Gramma. decis. 48. n. 18. cum alijs, vt per Menoch. in cas. 117. per totum, eo modo vt scribit Bar. in l. de ætate. nu. 9. vbi Sebast. Sa-
37 pia latè. ff. de min. Dec. cons. 44. n. 4. vel verè † puta
38 per testes, Soc. iun. cons. 3. num. 12. lib. 2. aut † scripturis, Paul. de Cast. in l. 2. nu. 7. C. de his qui ven. ætat. impetr. latè Mascard. de proba. in verb. ætas.

39 Secunda conclusio, quando † minor. 25. ann. maior 14. resignauit beneficium, & fuit læsus dolo tertij verum superior admissa renunciatione contulit beneficium, an nihilominus hoc casu sit restituendus? communis opinio est negatiua, scilicet non esse restituendum, quam tenuit Ioan. Vinc. Hostien. Ant. de But. quos refert & sequitur Abb. d. cap. ex parte. n. 14. post gl. in verb. quamuis. de resti. spol. Archid. in can. certis, 15. q. 3. Alber. in l. ait prætor. ff. de mino. Franc. in cap. dudum. de præb. in 6. Iaso. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num 73. ff. de lib. & post. & cons. 192. col. 5. lib. 2. Crauet. cons. 90. num. 4. plures cumulat pro hac opinione Boër. decis. 350. num. 4. vbi col. penult. attestatur hanc esse communem opinionem, de communi etiam attestatur Thom. de Tan. dec. 54. in manusc. Put. decisio. vlt. num. 8. & 9. libr. 1. & decisio. 9. lib. 3. Achill. de Graff. decis. 307. Cui opinioni suffragatur text. in l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. vbi restitutio minoribus etiam grauiter læsis negatur, si post læsionem bona in alium nouo contractu translata fuerint, Barbat. cons. 32. col. penult. lib. 3. Galiaula in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 9. sed in casu no-
40 stro res non est integra, † cum collatum fuerit beneficium, iuxtà ea quæ egregiè scribit Car. Paris. con. 93.
41 vol. 4. Hinc licet etiam † detur restitutio minori, quando agitur de lucro, Cuman. & Rom. in l. cum quidam. ff. de acquiren. hæred. in princ. gl. in cap. conquestus. de vsur. Host. Io. Andr. & Abb. in cap. auditis. de in integ. rest. Tiraquel. libr. 1. de retract. §. 35. gloss. 2. numer. 9. & Ias. in l. 3. §. Labeo. numero 15. ff de acquiren. possess. & communiter Doctor. tamen hæc restitutio quoties de lucro agitur, minoribus non est concedenda re non integra, vt nempe cum res de cuius restitutione tractatur alteri quæsita fuerit, ita Abb. in dict. cap. ex parte relatus à Couarr. dict. cap. 5. lib. 1. var. resolut. col. 3. faciunt ea quæ scribit Barto. in l. etiam ff. de minor. & in l. vlt. C. in quib. caus. rest. in integ. non est necess. Hinc permutatione beneficiorum læso vltra dimidiam non datur restitutio in integrum, cum res non sit integra. Bald. in l. 2. C. de rescind. vend. Anchar in cap. cum causa num. 12. vbi Imol. n. 24. de empt. & vendit. quibus accedat ea quæ scribit Dec. cons. 210. n. 8.

Secundò comprobo, quia priuatus beneficio si po-
stea restituatur † hæc restitutio gratiosa porrigitur ad 42
recuperationem beneficij, si interim alicui collatum non est, aliàs secùs, Bald. in cap. constitutus. vers. sed an restitutus. de rescr. Gemin. in cap. quamuis. eod. tit. Abb. in cap. ex tuæ. ad fin. de cler. non residen. Felin. in cap. inter quatuor. n. 4. de maior. & obed. latissimè Selu. de benef. p. 3. qu. 31. & hæc est communis opinio, de qua testatur Sfor. Odd. de restit. in integ. q. 98. art. 3. nu. 32. & 33.

Tertiò comprobo, quia restitutio regulariter ope-
ratur, vt quis recuperet bona quæ sunt † penès fiscum. 43
communis opinio, de qua testatur Cardinal. Paris. cons. 66. num. 166. vol. 3. Roland. cons. 45. nu. 19. libr. 4. non autem ea quæ sunt alienata. Bart. in l. vlt. nu. 7. C. de senten. pass. vbi Angel. n. 5. Fulgo. n. 12. Egid. dec. 743. n. 6. & 7. Grammat. decis. 106. num. 119. Card. Paris. cons. 69. n. 165. vol. 3. magis communis opinio. teste Cephal. cons. 395. nu. 9. lib. 3. licet recuperet pretium, Card. Paris. cons. 2. nu. 86. vol. 4. communis opinio teste Sfor. Odd. de restit. in integ. q. 99. art. 5.

Contrariam tamen opinionem, minorem grauitèr læsum restituendum esse, etiam quòd beneficium renunciatum sit alteri collatum post renunciationem, tenuit Vinc. in cap. ex literis, & cap. constitutum. de restitu. in integr. Imol. in d. cap. ex parte, Emanuel a Costa Lusita. in l. gallus §. & quid si tantum. 2. p. num. 63. Didac. Couar. lib. 1. variar. resolu. cap. 5. sub. num. 3. vers. contrariam, D. Ludouic. Alfer. d. cons. 3. numer. 9. Sarn. qui indistinctè loquitur de triennali. q. 15.

Ad quod facit primò regula iuris, minores grauiter læsos restituendos esse, nisi contrarium in iure repe-
riatur † expressum. l. si ex causa, & l. pen. ff. de minor 44
§. pupillus. Auth. de triem. & falcid. Bald. in cap. 1. col. 2. tit. quo temp. mil. inest. pet. deb. Alex. cons. 77. lib. 5. Corn. cons. 579. nu. 10. li. 4. Ias. cons. 78. nu. 7. li. 1. sed hic casus non reperitur exceptus in iu-
re, ergo opponi † non potest, l. in præuaricationis. §. 45
vltim. ff. de præuaricat. l. dissentientem. C. de diuort. l. illam. C. de collat. ita arguit Oldrad. in materia irregularitatis, in cons. 202. ita etiam arguit Cæpol. cons. 26. col. 1. ad fin.

Secundò comprobat Couarr. ex. cap. cum. vniuersorum. de rerum permutat. inducendo latè, vt per ipsum, dict. cap. 5. col. 4. & 5. Quid dicendum?

Existimo in puncto iuris veriorem, posteriorem sententiam, ex eo quia restitutio in integrum datur minori grauitèr læso, etiàm quando res non est ampliùs integra, vt quia in alium translata est: ita egregiè probat text. apertus in l. vlt C. de repud. hæred. quem ad hoc dicit apertum Sfor. Odd de restitut. in integ. q. 63. art. 2. & ita regulariter esse tenendum tradit Corn. ab ipso allegatus, eo magis, quia restitutio in integrum iusti-
tiæ (vt est ista de qua nos) † aufert ius alteri. quæsitum 46
etiam perfectè & plenè. Paul. de Cast. in l. Gallus. § & quid si tantum, num. 14. ff. de liber. & postum. vbi Fort. Gars. nu. 235. dicit hanc conclusionem non habere contrarietatem, cum omnes concordent in illa & ibi Alciat. nu. 74. dicit illam communem.

Hinc bona alteri quæsita ex nouo cõtractu restituuntur, Bal. in l. vlt. nu. 5. C. senten. pass. Cuma. nu. 7. Ias. nu. 37. Crot. n. 56. Fort. Gars. nu. 152. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. Moder. Paris. in consuetud. Paris. §. 21. n. 39. communis opinio,
teste Couarr. d. c. 5. num. 7. & ideo dicitur † hæc re- 47
stitutio fauorabilis, Alber. in l. 1. C. in quibus cau. restit.

in integ.non est necess.Card.in cap. vlt. de rest. in inte-
gr. Bart. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. nu. 6. ff.
de off. proconf. Egid. decis. 742. nu. 7. Soc. iun. conf.
128. nu. 174. lib. 1. Natt. conf. 620. no. 14. lib. 3. Ce-
phal. conf. 3. nu. 128. libr. 1. communis opinio teste
Sfor.Odd. de restit. in integ. q. 44. art. 1. & ob id vlgari-
48 ter ac communiter dicitur quòd non plus restitutio †
in integrum restituit, quàm læsio abstulerit. l. vlt. ff. de
restit. in integ. Bart in l. 1. n. 9. C. si aduers. rem iudicatam.
Paul. de Castr. in l. cum quidam nu. 2. ff. de acq. hæred.
Bertrand. conf. 241. nu. 9. libr. 2. cum alijs adductis
per Tiraq. de vtroque retract. §. 1. glos. 14. num. 74.
qui dicit esse in prouerbio apud nostrates, imo in re-
49 stitutionibus gratiosis restitutus † recuperat ea quæ a-
miserat ex delicto proprio. Hinc hæreticus reuersus
ad fidem, & propterea restitutus, recuperat bona amis-
sa. D. meus Card. Paris. qui plures citat conf. 2. num.
188. & 189. vol. 4. dicens hanc opinioem esse æquam
50 & communem. Hinc bannitus restitutus recuperat †
bona quæ priùs habebat, l. 1. & l. vlt. C. de senten.
pass. & rest. vbi gloss. Bart. & communiter DD. Afflict. in
tit. quæ sit pr. caus. amit. benef. gl. 3. nu. 99. com-
munis opinio de qua testantur Card. Paris. conf. 66.
num 169. volum. 3. Roland. conf. 45. nu. 19. lib. 4. si-
cuti si esset restitutus ex iustitia. Natt. conf. 472. num.
21. quòd procedit stantibus aliquibus clausulis præ-
gnantibus, vt est communis opinio de qua testatur
Barbat. conf. 78. col. 2. lib. 3. vbi latissimè, Grammat.
decis. 65. num. 17. & 18. Card. Paris. 1. num. 37. vol. 4.
Sfor. Odd. de restit. in integ. q. 99. art. 12.

Accedat prætereà, quia restitutio de qua nos, est in
51 rem † scripta. l. si. ex causa in princ. ff. de minor. l. in
causæ. § interdum. ff. de restitu. in integ. (licet officio
iudicis expediatur) & ob id aduersus rem possessam ab
alio datur, Couarr. loco. citat. Sfor. Odd. quæst. 62.
num. 20. de communi Plot. in l. si quando. nu. 9. & se-
qu. C. vnde vi.

Ad contraria respondetur, & primo non obstat d. l.
quod si minor. §. Scæuola, quia vel primo responderur
speciale esse ibi, quia hæreditas postquam à minore
fuit reprobata, à substituto adita fuit, ita respondent
DD. communiter d. §. Scæuola, ibi Bartol. de commu-
ni etiam testatur Paul. de Castr. Fulgos. Ias. in l. vlt. C.
de repud. hæred. vel secundò respondetur quòd in casu
dicti §. Scæuola. substitutus ille proprijs laboribus &
sudore proprio, hæreditatem a minore repudiatam,
tanquam damnosam & implicitam litibus ac ære alieno
grauatam, lucrosam reddiderit, puta redigendo corpo-
ra hæreditatis ad pecuniam, vel aliud simile faciendo
non mirum igitur si non restituatur, nam non est qualis
ab ipso fuit repudiata, cum plus restitutio restitueret
quam læsio auferret, contra regulam communem, de
qua supra, ita glos. in dicto §. Scæuola, Fulgo. & Iason.
in d. l. vlt. in fin. C. de repud. hæred. Couar. loco cit.
Costa. d. §. & quid si tantum. 2. par. num. 59. cum se-
quen. & hanc sequitur Sfor. Odd. de restit. in integ. q.
62. ar. 2. n. 18. aliæ responsiones dantur, de quibus per
gloss. & DD. d. §. Scæuola.

Minus obstat quòd non restituatur minor, vbi agitur
de lucro &c, quia allegata procedunt de beneficio
Ecclesiastico, quod quis nondum obtinuit, ac-
quirendo, nam tunc procedunt allegata, quia tunc
merè de lucro tractatur, at vbi agitur de recuperando
beneficio, quod semel obtinuerat, & dimiserat incau-
tus, vtique tractatur de damno vitando, Gig. conf. 135.
num. 11. & 12. ita egregiè respondit Couarr. d. c. 5.
52 colum. antepenult. imo † etiam ad lucrum restituit
minorem tradit Dec. in cap. maioribus, in principio,
de præbend. Corn. conf. 184. col. 2. lib. 3. Ias. in l. 3.
§. Labeo, nom. 15. ff. de acquir. poss. Tiraquel. de vtr.
retract. lib. 1. §. 35. gl. 2. num. 9.

Non obstat tertiò illud quod dictum est de priuato
beneficijs, vt non restituatur ad beneficia alteri col-
lata, ex communi: quia respondetur illud procedere
in restitutione gratiosa, vt tradit Sfor. Odd. d.
tractat. quæst. 98. articu. 5. Nos vero sumus in restitu-
tione iustitiæ, maxima enim differentia est inter vtrá-
que in casu nostro, cum per illam non recuperentur
bona distracta in tertium, vt est communis, teste Abb.
in cap. inter quatuor. num. 5. de maioritate & obedien.
Brun. de cess. bonor. part. 4. quæstio. 16. num. 5. Me-
noch. consilio 103. in secundo dubio, numero 25. vbi
attestatur. de communi, & magis communi. Gomes.
libro tertio variarum resolutionum capitulo decimo-
tertio, n. 36. per hanc vero sic, vt est communis, de qua
suprà diximus.

Hinc restitutio in integrum gratiosa non extenditur
ad recuperationem † vassallorum, quando feudum fuit 53
alienatum. Luc. de Pen. in l. si coloni. C. de agricol. &
censit. lib. 11. Menoc. de recuper. possess. remed. 10.
num. 101. cum sequenti.

Hinc si Doctor legens, per bannum amisit lectu-
ram, si fuerit † gratiose restitutus, non recuperat lectu- 54
ram, si alter in eius locum subrogatus fuerit. Luc. de
Penn. in l. 1. C. de his qui in ex. dat. libr. 10. de quo
latè Sfor. Odd. de restitutione in integrum quæst. 97.
artic. 5. nu. 25. & Doctor non legens, qui amisit lo-
cum in collegio propter † bannum, restitutus, non 55
recuperat locum ab alio occupatum, Bart. in l. 2. ff. de
decurion. Felin. in cap. inter quatuor. n 4. de maio-
rit. & obedient. Dec. in cap. at si clerici. num. 18. de iu-
dic. Tiraquell. de vtr. retract. §. 32. num. 70. Petrus
de Anguisciola consilio decimo. num. 17. lib. 5. Menoch.
de recupera. possess. remed. 10. numero 106. commu-
nis, teste Sfor. Odd. dict. quæstio. 97. artic. 2. Acce-
dat præterea, quia ille fuit priuatus propter delictum,
vnde non mirum &c. at in casu nostro fuit læsus, ad
not. per DD. communiter, vt per Ioan. Selu. in tra-
ctat. benefic. par. 3. qu. 31. vbi latè.

Eodem modo respondetur ad vltimum argumentum,
quia omnes illæ auctoritates procedunt in restitutione
gratiosa, & sic casus diuersus est à nostro argumen. l.
Papinianus. ff. de minor. In iudicando tamen non re-
cederem à priore sententia, & ideo temperarem hanc
conclusionem, vt si fuerit læsus in huiusmodi renun-
tiatione dolo illius, qui obtinet beneficium, ab eo au-
ferri posset, ne delictum suum ei patrocinetur, si verò
metu, aut suasionibus Episcopi, Episcopus debet dare
ei simile beneficium, ita in terminis Archid. in dicto
cap. certis. in fin. 15. qu. 3. namque ius quæsitum alte-
ri est sufficiens causa, vt non detur restitutio in inte-
grum. Paul de Castr. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff.
de liber. & posthum. Ruin. consil. 97. num. 7. libr. 3. ita
fuit tentum in vna Carthaginen. Beneficij coram Vesta-
no. 19. Februarij 1552. Nec est ambigendum † an pos- 56
sit restituere in integrum Episcopus, cum quilibet or-
dinarius possit. l. in causæ. §. vltim. cum l. sequen. ff. de
mino. l. vlt. C. vbi & apud quem. vbi communiter DD.
Abb. consil. 87. libr. 1. Feder. de senis consil. 285. num.
2. Ber. in cap. 1. num. 162. de restitutione in integrum.

Dubium autem hic cadit, an si minor 25. annorum,
maior 14. resignauit † beneficium, in qua renunciatio- 57
ne læsus fuerit grauiter, licet esset V.I.D. an adhuc
sit restituendus?

Hæc quæstio pendet ab illa trita conclusione dispu-
tata toties à Doctoribus, an minori iurisperito detur
restitutio in integrum, de qua per Paul. de Castr. in l.
1. in fin. C. qui & aduersus quos, Sarmien. libr. 3. select.
interpr. cap. 12. Boër. decis. 350. num. 6. Sfor. Odd. de
rest. in integ. q. 23. art. 7. & alias plura scripsi de hoc
libro 1. variar. resol. fol. 9.

In secundo casu principali, an minor 14. annorum
possit renunciare beneficium? In hoc constituenda est
conclusio † recepta ab omnibus Doctoribus posse. plu- 58
rimos citat Boer. decisione 350. volunt scribentes re-
lati per Abb. & alios in dicto cap. ex parte. Petr. Greg.
Sintagm. iur. lib. 17. capit. 17. Mil. in repertorio verbo
minor 14. ann. Bursatus consil. 411. num. 13. volumin.
4. expressè Cardinalis Paleot. decisione 553. alias
226. in manuscriptis & communiter Doctores.

Requiritur tamen, vt renunciet auctoritate tutoris,
59 & cum † causæ cognitione, aliàs secus, Petr. de Mon.
in cap. vlt. de iudic. in 6. quem refert & sequitur Mil.
in verb. minor. 14. ann. & fuit resolutum in vna Sego-
bien. portionis, coram Card. S. Crucis 20. Octobris
1544. teste Put. decis. 21. de renunc. in manuscrip. Bur-
sat. dicto. consil. 41 t. oum. 13. Cardin. Paleot. expressè
dict. decis. 153. alias 226. Rebuff. in prax. fol. mihi 354.
numer. 3. cum constet fragile esse & infirmum huius-
modi consilium. Rebuff. in terminis consil. 83. num. 2.
& 3.

Ratio, quia sine tutore non potest quicquam atten-
60 tare. † cap. 2. de ætat. & qualitat. cap. vltim. vbi com-
muniter DD. de re iudic. lib. 6. gloss. & DD. in dicto, cap.
ex parte, de restitutione spoliatorum, ad not. per Lap.
alleg. 53. namque minor 14. non habet administratio-
61 nem † Ecclesiæ nec bonorum sine decreto superioris,
gl. vlt. Card. Butr. & Ancharan. Ioan. Andr. in cap. ex
ratione, de ætat. & qualit. Felin. in cap. edoceri, de ref-
crip. Franc. in cap. vltim. n. 2. de iudic. libr. 6. nec tenet le-
62 gitimam personam, nec consensum in spiritualibus † ad
agendum & defendendum, similiaque exercendum.
Ferret. consil. 182. num. 1. attestatur de communi Ber.
cnos. 5. in princ. libr. 1. Octau. Simoncell. de decret.
lib. 3. tit. 8. inspect. 3. num. 28. & sequen. Aliter enim
63 renuncians † minor 14. ann. venit restituendus, ita Re-
buff. in prax. fol. 354. nu. 4. colligens hoc ex Mill. Bur-
sat. d. cons. 412. volu. 4. allegans. Crot. consil. 198.
num. 11. lib. 2. Cephal. cons. 172. volu. 4. & hoc te-
net Card. Paleot. d. decis. 153. alias 226. & ita fuit de-
cisum in Rot. in vna Toletan. coram R. P. D. Panica-
rola, teste Satn. decis. 95. lib. 1. Hoc enim casu dice-
tur læsus, quia sine tutore, & sine causæ cognitione
renunciauit vnde subintrat dispositio l. 1. cum seq. ff. de
minor. vbi communiter Doctores.

Aliàs enim si causæ cognitio interuenerit, & iudi-
catum fuerit expediens pupillo renunciare, non debet
restitui, vt expressè firmat Rebuff. dicto fol. 354. nu.
4. nam tali casu non videtur circumscriptus. l. vltim.
C. de in integrum restit. vt quia cum haberet plura be-
neficia Ecclesiastica vno se exonerauerit, nam non vi-
64 detur † deceptus. Prob. in rub. de renunc. in addit. ad
Ioan. Monac. in 6. nisi ex illis viuere non possit. Re-
buff. in praxi. fol. 355. oume. 5.

Sed nonne hæc quæstio est inutilis, cum hodie, stan-
65 te Concilio Tridentino † ca. 6. sessione 23. de reform.
non conferatur beneficium, nisi habenti 14. annum, vt
in illis verbis colligitur ibi, *Nullus prima tõsura insigni-
tus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante
decimum quartum annum beneficium possit obtinere, &c.*
Respondetur quæstionem adhuc inutilem non esse, po-
terit enim aliquis existens minor 14. ann. obtinere be-
66 neficium † ex dispensatione, vt tradit Boet. dicta decis.
350. nume. 2. Rebuff. in prax. de dispensatione ratioo.
ætat. licet hodie dispensatio huiusmodi non conceda-
tur.

Dubium tamen est, an in hac restitutione, quæ da
tur minori tàm 25. aon. quam 14. requiratur noua col-
latio. Ioan. de Lignano relatus ab Abb. in d. cap. ex
parte. latè numero 14. de restitutione spoliatorum, te-
nuit affirmatiuam opinionem, cuius opinio probatur,
quia ius erat extinctum, ideò ex nouo titulo debet ha-
bere beneficium, & non ex veteri. Anch. in cap. ex
insinuatione. num. 4. de Simoo. nam cum petatur resti-
tutio in integrum, præsupponitur collationem va le-
re. ita concludit egregiè Crauet. cons. 90. sub num. 4.

67 His non obstantibus in contrarium † est veritas, vt
tenet Abbas in d. cap. ex parte, de restitutione spolia-
torum, num. 18. nam restitutus intendit pristinum ius
recuperare.

68 Ideò † restitutio est in pristinum statum repositio.
Bart. in l. quòd si minor. §. restitutio. num. 2. ff. de min.
Abb. in rub. de restit. in integr. Rom. cons. 247. num. 4.
Mant. cons. 88. n. 2. Grammat decis. 92. n. 11. Dec cons.
436. num. 3.

Vnde restitutio † operari debet, vt nec prosit, nec 69
obsit, quod euenit. l. 1. primo respons. ff. ex quibus
caus. maior. l. quòd si minor. §. restitut. ff. de minor.
Ita optimè glo. in cap. quamuis. verbo cum talis. de
rescrip. libr. 6. Ergo non requiritur noua collatio, cum
† collatio sit iuris in beneficio in alium translatio. ad 70
notat. in cap. 1. de regul. iur. lib. 6. Ita etiam datur re-
stitutio in casibus, in quibus ius non abdicatur a resi-
gnatario, & tamen tunc non requiritur noua collatio,
vt est communis omnium Doctorum sententia, de qua
dictum est suprà lib. 1. q. 14.

Non obstat doctrina † Ancharani in cap. ex insinua- 71
tione: namque procedit quoties fuit priuatus ex suo
delicto, & postea habuit gratiosam restitutionem. vt
tradit Sfor. Odd. in tractat. de restitut. quæstione 98.
articul. tertio.

Non obstat cons. Crauett. 90. num. 4. quia Crauett.
loquitur, quando non fuit læsus minor, vt patet ex fa-
cti specie, vnde tunc cum valeat renunciatio, benefi-
cium verè dicitur vacare, quando renunciauit in casi-
bus permissis, iuxtà communes conclusiones, de qui-
bus supra. At in casu nostro nulliter renunciauit. vt
colligitur ex Mill. dicto verb. minor 14. anno. Rebuff.
loco citat. ergo beneficium non vacat, Et vt voluit
Paul. de Castr. consilio 271. viso tenore suprascriptæ
bullæ. colum. 2. lib. 1. sicuti neque vacat † ex sententia 72
nulla, quia nulliter priuatur beneficijs, Geminia. consil.
88. colum. 2. ante medium, & consil. 141. colum. 8.
ante medium, nam quod nullum est, nullum præstat
impedimentum, cap. illud, de iure patro.

Iuxtà hoc cadit dubitatio, an recuperet † locum 73
pristinum quem obtinebat inter canonicos? videtur
quòd non, quia restitutus non recuperat locum pristi-
num quem in collegio habebat, Bart. in l. 2. ff. de de-
curion. Ferret. tract. de gabell. oume. 170. Ias. in l.
Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. n.
71. communis opinio teste Sfor. Odd. de rest. in integr.
qu. 97. art. 4. oum. 19.

Secundò, quia agit ex nouo titu. non ex veteri An-
char. in cap. ex insinuatione. num. 4. de Simon.

Tertiò, quia restitutus † ad feudum dicitur habere 74
nouum feudum, & non antiquum, Andr. de Isern. in
cap. primo, de vass. decrep. ætat. vbi Aluar. & alij, &
communis opinio teste Sfor. Odd. dict. tract. quæst. 94.
sub num. 21.

Quartò, quia reintegrato matrimonio post dissolu-
tionem dicitur noua dos, † non autem antiqua rema- 75
net, l. diuus l. dotem, lege stipulatio, & l. cum ma-
ritus. §. Titius, ff. de pact. dot. vbi Doctores commu-
niter.

His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
rior, quòd recuperabit locum pristinum in omnibus, &
& per omnia ex illa vulgari & communi regula, quòd
tantum † restitutio in integrum restituit, quantum læ- 76
sio abstulit, l. vltim. ff. de restitutione in integ. Bartol.
in l. 1. num. 9. C. si aduersus rem iudicat. vt plenè po-
nit & firmat hanc regulam Barbat. cons. 9. num. 12. libr.
1. Angel. consil. 355. numer. 3. Tiraquell. de retr. re-
tract. §. 1. gloss. 14. num. 74. Et restituit in pristinum
statum in omnibus, & per omnia. Crott. in l. si con-
stante, num. 113. ff. solut. matrim. Minsing. in §. 1. instit.
quibus modis ius patr. potest. soluit. Fulgos. in l. cum
quidam, num. 2. C. de fruct. & lit expens. decis. Pedem.
9. num. vlt. Sfor. Odd. de rest. in integ. nu. 1. art. 4.
attestatur de communi.

Ad contraria ita respondetur, ad primum dicitur
procedere in restitutione gratiosa: Menoch. de recupe-
ra. possess. remed. 10. n. 109. & seq. † nos autem in re- 77
stitutione iustitiæ, & maxima est differentia inter vtrũ-
que casum, vt diximus suprà, & colligitur ex his quæ
scribit latè in hoc argumento Sfor. Odd. qu. 97. art. 4.
Ita etiam respondetur ad secundum.

Ad tertium respondetur, † quòd restitutio feudi re- 78
ponit restitutum ita ad locum pristinum, vt feudum di-
catur antiquum. Afflict. in cap. 1. oum. 22. de feud. de-

crepitæ ætat. vbi attestatur hanc esse communem, tam si non fuit ad dominum deuolutum ipso iure, gloss. in capit. primo. §. insuper, & ibi Bald. de prohib. alien. feud. communis teste Sfor. Odd. dict. tracta. quæst. 94. numer. 20. quam si fuerit ad eundem dominum deuolutum ipso iure ob feloniam, Andr. de Iser. in cap. 1. quibus modis feud. amitt. gloss. in dicto capitul. 1. §. insuper. Imol. in cap. 2. colum. 4. de feud. dicens hanc esse magis communem sententiam, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum propter æquitatem.

Ad vltimum respondetur, quòd sumus in diuersis, vt ex supradictis colligitur.

79 Ex quo etiam infertur, quòd restitutus † ad canonicatum, intelligitur restitutus ad præbendam. Bar. consil. 43. col. 3. lib. 2.

Ex quo secundò infertur, quòd idem restitutus in ca-
80 nonicatu † recuperabit stallum in choro. Card. Parif. conf. 93. in fin. vol. 4.

81 Ex quo tertiò infertur, quòd † restitutus ad beneficiũ habens iurisdictionẽ, censetur restitutus ad iurisdictionem. Tob. Nonius consil. 89. nu. 50. quia hæc sunt accessoria, & vt dixi restitutio huiusmodi est fauorabilis.

Rurius quæro, quantum tempus detur huic minori
82 læso in casibus supradictis? Responde † dari quadriennium continnum regulariter ad petẽdam restitutionem Bald. consil. 390. num. 5. libr. 2. Socin. iun. consil. 128. numer. 156. libr. 1. Cephal. conf. 3. numer. 130. libr. 1. Cassador. decis. 2. de in integr. restitut. communis, vt resoluit Sfor. Odd. de restitut. in integr. quæst. 19. art. 3. numer. 18. probatur in l. vltim. C. de tem. in integr. restitut. vbi communiter Doctores, & in cap. 1. eodem titul.

Sed an procedat hoc in beneficialibus, resolutiuè procedendo concludo, in beneficialibus post quadrien-
83 nium non dari † restitutionem. Cassador. d. decis. 2. de in integrum restitut. Anton. de Butr. in cap. ad audientiam. 2. colum. vltim. de rescrip. ita fuit decisum in Rot. die. 3. Nouembris 1540. coram D. Mariscotto in vna Astoricen. portionis, teste Card. Put. decis. 63. lib. 1. & habemus decis. Illustriss. Card. Sanctæ Crucis, nu.
84 134. Namque licet † Ecclesiæ detur ex causa restitutio post quadriennium, vt dicit gloss. in dicto. cap. 1. de in integr. restitut. per illũ text. quando est enormissima læsio, Iason conf. 54. libr. 1. quod non potest esse in his beneficialibus, in quibus non potest considerari huius-
85 modi enormissima † læsio. ad decis. 8. de procurator. in nou. tradit latè explicando, Put. d. decis. 63. libro primo.

Lib. 3. q. 7. num. 66. Ibi, Ex dispensatione.

ADde, vel si in fundatione beneficij dicta sit lex, quòd maior septem, licet minor quatuordecim annis, prima tamen tonsura initiatus, illud obtinere possit: Hoc enim casu Concilium fundationi nequaquàm derogare censetur; ex congregationis sententia. Notauit quoque Dominus Georgius Louetus in suis memorialibus pag. 258 In Gallia ætatem decem annorum, ad canonicalem præbendam Ecclesiæ Collegiatæ obtinendam, sufficere: sicque Parisijs, etiam post dictum Concilium Tridentinum, iudicatum fuisse. Verùm eos qui ea ætate similes canonicatus assequi intendunt, ordinaria collatione contentos esse, non autem nouam prouisionem à sancta sede Apostolica expectare debere tutius esse censemus. Vide tamen à nobis notanda infrà, lib. 4. q. 9. n. 10.

Eadem q. 7. num. 10. An iste minor 25. annis, maior autem quatuordecim sit restituendus aduersus resignationem.

¶ REsignatio minoris facilè iudicatur nulla, cum vix renunciatio maioris præsumatur seria, & spontanea, cap. super hoc. de renunciat. cap. quia verisimile de præsumpt. subuenitur itaque minori resignanti, quando resignat vnicum, per cuius resignationem non exoneratur, vt in beneficio curato. sed damnificatur, vt in simplici, prout sic distinguendo decidit Panorm. in cap. ex parte. col. 5. n. 15. de restit. spoliat. vnde sequitur quòd si beneficium resignatum non sit vnicum, quantumuis simplex, non restituendus est minor, quia se exonerauit, quod intellige dummodo reliquum aut reliqua, quæ sibi supersunt, ad congruam sui sustentationem sufficiant, aliàs restituetur, quia læsus

QVÆSTIO VIII.

An mente captus, & furiosus habens dilucida interualla, possit resignare, & quomodo probetur furor.

SVMMARIVM.

OCtauò quæro, An mente captus & furiosus possint resignare beneficia quæ obtinent, communis conclusio † est negatiua, quam tenuit 1
gl. in can. quamuis triste. in verb. triste. 7. qu. 1. gl. in can. Gonsaldus. 17. q. 2. Archid. in cap. quod autem. n. 17. 8. q. 2. vbi Card. Alex. num. 2. Idem Archid. in d. Can. Gonsaldus. num. 1. Rossiniac. de benef. c. 25. n. 1. Sarn. de infir. resignat. quæst. 10. in princ. Mandos. q. 5. Rebuff. in prax. benef. tit. ratione personæ & rei vitiatur resignatio. n. 7. Ita furiosus non potest † permutare. 2
Bellam. decis. 501. Sebast. Medic. tom. 2. fol. 214. n. 28.

Et ratio est, quia hi carent iudicio, & ideo non possunt alienare, † vendere, donare, & quicquam si- 3
mile facere. Cardin. Paris. consi. 87. nume. 10. vol. 3. prohibetur enim eis omnis pactio & conuentio, & † 4
habentur pro mortuis. Cardin. Paris. consil. 99. numer. 15. volum. 2. & ideò furor excusat furiosum à delicto perpetrato † etiam ante furorem. Doctores in clem. 1. 5
de homic. l. furiosum. C. qui testam. facer. poss. & ibi Bal. circa fi. communis opinio teste Ias. ibid. num. 8. Plaz. lib. epit. delict. c. 29. n. 1. & num. 7. Clar. q. 69. vers. item quæro. Et furiosus † & mente captus à pari 6
procedunt. Card. Paris. conf. 88. num. 38. volum. 3.

Aliàs † renunciatio facta per tales, est nulla. Card. 7
Alex. in dict. can. quod autem. num. 2. in fi. 7. quæst. 2. & ideò si deuenerint ad sanitatem, † poterunt repetere 8
beneficia resignata in furore, Archid. in dict. cap. quod autem. num. 1. & in dict. can. Gonsaldus. num. etiam

Digitized by Google

primo. 17. q. 2. & probatur in d. can. Gonsaldus, vbi
quidam renunciauit feruore passionis; dicit teat. quòd
potest repetere sanus. facit cap. super hoc. de renunc.
Deueniendum tamen est hoc casu ad remedium dict.
can. quamuis triste. 7. q. 1. si furor est perpetuus. Ibi.
*Enimuero si nullo tempore ad sana redit mentis offi-
cium, persona fidelis ac vita probabilis est eligenda, quæ
ad regimen Ecclesiæ idonea possit exsistere ac de animarum
vtilitate cogitare, inquietos sub disciplina vinculo re-
stringere, Ecclesiasticarum rerum curam gerere, & ma-
turum ac efficacem in omnibus exhibere, &c.* & ratio est,
ne ea diutina vacatione Ecclesia detrimentum patiatur.

9 Si autem † habens dilucida interualla renunciaret,
resignatio tenet, si fuit facta interuallo furoris, glos.
in d. c. quamuis. verb. triste, & in dict. ca. Gonsaldus,
Turrecrem. in d. c. quamuis. num. 2. Rossiniac. de be-
nef. d. cap. num. 2. Sarn. de infirm. resignant. q. 10. in
principio & communiter Doctor. Et probatur in dict.
cap. quamuis triste, ibi, *Sed si interualla ægritudinis
habere est solitus, ipso data petitione non se vlterius ad
hoc ministerium intellectum habere, & ea quæ sequuntur.*
Et ratio est, quia cessat impedimentum furoris, argum.
cap. cum cessante. de appell. Ideo dicit Præpos. dict.
can. quamuis. num. 5. vers. quæro. 7. q. 1. & in can. quod
autem. num. 2. 7. qu. 2. post Archid. num. 1. non posse
recuperata valetudine in totum beneficium resignatum
repetere, quod probatur in d. c. quod autem, ibi, *Quod
autem iste valetudine recepta, suam possit repetere cathe-
dralem, nulla auctoritate ratum habetur, &c.* & ibi om-
nes.

Dubium tamen est, si fuit facta resignatio à furioso
habente dilucida interualla, an præsumatur facta tem-
pore sanæ mentis si hoc non appareat? Sarn. regul. de
10 infirm. resig. q. 10. col. 1. tenuit resignationem † præsu-
mi factam tempore sanæ mentis, allegat Bald. in sua
Marguarita, in verb. furiosus, & in l. vltim. per illum
teat. C. de hæredi. institut. Aleaand. in l. furiosum C.
qui testament. facer. poss. Mihi autem contraria opinio
11 † probatur, sicuti & Rebuff. in praa. benefic. regul. de
infirm. benef. resign. num. 20. ea gloss. in cap.
dilectus. in verb. compotem. de success. ab intestat.
tenet quod si aliquis fuit in furore, furor præsumitur
12 durare, & contrarium † dicenti incumbit onus proban-
di, sequitur Geminian. in cap. 1. §. si verò num. 4. de
cler. ægrot. lib. 6. Alexand. cons. 85. col. 3. in princip.
versic. & pro tali decreto. lib. 2. Comel. cons. 69. nu.
30. vers. item concurrit. Lib. 1. Decius in l. furiosum.
num. 24. C. qui testamen. facer. poss. vbi alios citat,
Lanfranc. in cap. quoniam in verb. testinm. col. 37. de
probat. & est communis omnium DD. sententia, cùm
ergo constet hunc fuisse in furore, consequentia valet,
præsumi furiosum. Aleaan. cons. 91. libi. 1. Gabriell tract.
commun. conclus. tit. de sentent. conclus. 5. num. 5.
communis opinio, teste Rossiniac. de benef. cap. 25.
num. 11. Idque probatur, quia furor cùm sit infirmitas
13 † corporis & animi. Gaspar. Beat. de inop. debit. cap.
19. num. 1. & magnus morbus. Moder. Floren. de casib.
fortuit. q. 5. num. 3. præsumitur durare arg. cap. main.
res de Bapt. & cap. qui semel. de regul. iur. in 6. cano
14 indicas, 3. quæst. 9. Accedat † quia spontanea renuncia-
tio non præsumitur, capit. super hoc de renunciat. vbi
Butr. Abb. & alij omnes.

15 Vnde incumbit onus probandi alleganti † fuisse sanæ
mentis resignantem tempore resignationis, & sic re-
signatario, secundum Rebuff. loco citat. quod & voluit
expresse gloss. singularis & communiter recepta, in can.
Gonsaldus. ver. refutauit. 17. quæst. 1.

Declara tamen hanc conclusionem procedere, quan-
do fuit sufficienter probatum de furore, nam tunc præ-
16 sumitur durare, † nisi contrarium probetur Gloss. in
can. iudices. verb. ostenderis. 3. q. 9. Anchar. cons. 5. col.
penult. cum aliis, vt per Aleaand. cons. 91. lib. 1. &
plenè esse furorem probandum, tradit Zabarell. cons.
17 56. colum. 2. vt testes † deponant illum vidisse furen-
tem. Angell. per illum teat. in §. si quis de prædictis. in
auth. vt cum appellat. cognosc. Couar. cons. 22. colum
penult. lib. 4. vt quia ibat † per vias more stultorum, 18
Angel. in leg. si cum dotem, §. si maritus ff. solut.
matrim. Dec. cons. 86. col. 5. in fin. cum aliis cumulatis
more solito per Paris. cons. 87. num. 4. & 5. volum. 3.
Io. Royas de hæret. num. 579. & 580. si autem furor
non fuit sufficienter probatus, tunc præsumitur † sanæ 19
mentis. Dec. in d. lege furiosum. num. 25. nam ita in
dubio quis præsumitur, l. nec codicillos. C. de codicill.
Bald. in l. quidam in suo. 2. not. ff. de condit. institu.
cum aliis, vt per. D. meum Card. Paris. consil. 87. n. 6.
volum. 3. & est communis Doctor. sententia, & ita de-
claro doctrinam Sarn. loco citato, vel illam intelligo,
quando modico tempore quis fuit furiosus, cum illum
potuit contingere ex aliquo accidenti hoc casu non
præsumitur furiosus, sed sanæ mentis. Bart. ita conclu-
dit in l. 2. in fin. ff. de bonor. poss. in fraud. &c. Aleaand.
cons. 91. lib. 1. & cons. 85. lib. 2. Dec. in dict. leg. fu-
riosum. num. 25. ita declarat. Et quando quis † doloris 20
causa incidit in rabiem, is non poterit resignare, nec
alium actum facere. l. in aduersa. ff. de testamen. l. in
negotiis. ff. de regu. iur. Rebuff. in prax. tit. regula de
infirm. benef. resig. num. 18. qui dicit tunc tria esse
probanda ad infirmandam resignationem, scilicet infir-
mitatem, furorem, & quod eo tempore fuerit furiosus,
namque si probatum fuerit varia & diuersa deliria cau-
sa morbi dixisse, nisi probetur † quòd eo tempore resi- 21
gnauit, vel constituit procuratores ad resignandum
valebit resignatio sicut testamentum. l. quoniam. C. de
testament. Paris. cons. 15. num. 9. vol. 4. Rebuff. loco
citat. Et ea quæ diximus de furioso, Sarn. d. q. 10. col.
1. regul de infirm. resign. extendit ad † ebrios vt non 22
possint resignare, super quo non insisto, cum de raro
hoc eueniat. quandoquidem posset pœnitere cessante
ebrietate, & sic in resignationibus quæ fiunt in curia
hoc non potest habere locum, nam † porrigitur sup- 23
plicatio signanda, & post multos dies præstatur con-
sensus, vt dicam suo loco.

Lib. 3. q. 8. num. 5. Ibi, Furor excusat furiosum à deli-
cto perpetrato etiam ante furorem.

QVid dicendum si tandem ad mentis sanitatem deue-
nerit? sed & tunc excusandum esse existimamus à
delicto in furore perpetrato. Nam cum ipse furiosus quidnã
commisi delicti tempore agitet, prorsus ignorauerit, ve-
nia dignus est; sed de facinore antè furorem commisso,
an illud post resipiscentiam puniendum sit, vide tradita in
hanc rem, per Bonifacium de Vitalinis super Clementi-
nis in cap. si furiosus. de homicidio. Et quòd demens non
dicatur qui, quid velit, aut nolit, scit vel potest expri-
mere, satis apparet per textum (contrario sensu) in capit.
vn. de cleric. ægrot. lib. 6.

Eadem q. 8. num. 22. Extendit ad ebrios vt non
possint resignare.

¶ SEd quid de his qui calore iracundiæ resignant?
valet resignatio, sed statim beneficium repetere
possunt: Secus ex interuallo, dominic. & præpos. in can.
quam periculosum. 7. q. 1. Decius in c. 2. de rescript.
quod non nisi de renunciatione in manibus Ordinarij facta
ob celeritatem expeditionis intelligi potest. de resigna-
tione in gaudio facta idem fortè dicendum per gloss. in
verb. balneum. § seruì verò. Instit. de libertin. & text in
c. vnusquisque. 12. q. 4. sed in vtroque casu periculum.

QVÆSTIO IX.

*An resignatarius possit resignare, ponitur regula
affirmatiua cum multis ampliationibus,
& limitationibus.*

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius potest resignare.*

Digitized by Google

2 *Per resignationem resignatarius consequatur ius plenum.*
3 *Resignatarius gaudet triennali.*
4 *Resignatarius potest resignare, etiam literis non confectis.*
5 *Signata supplicatione, resignatio est perfecta.*
6 *Resignatarius potest resignare ante consensum prastitam per resignantem, & Valet renunciatio, si consensus postea prastetur.*
7 *Consensus superueniens perducit gratiam ad exitum.*
8 *Consensus retrotrahitur ad tempus Data.*
9 *Resignatarius potest resignare ante consensum etiam in conditionalibus.*
10 *Consensus retretrahitur etiam in conditionalibus.*
11 *Resignatarius potest resignare etiam ante publicationem.*
12 *Non solam primus Resignatarius potest resignare, sed etiam secundus & tertius.*
13 *Resignatio facta à resignatario non Valet, si nullam ius fuit translatum per resignantes.*
14 *Cessionarius non potest transferre ius quod à cedente non accepit.*
15 *Resignatio facta per resignatarium, non Valet non adimpleta per eam conditione.*
16 *Conditione non adimpleta, resignatio est nulla, & ius non abdicatur à resignante.*

1 NOnò, quæro, An resignatarins possit resignare? Responde posse: vt colligitur † ex decisione facta coram Quiroga, vt habetur in lib. diuers. deci. 120. in manusc. & ex Put. deci. 152. lib. 1. Aragon· decis. 12. Mohedan. decis. 42. & decis. 203. & si portionis Salamant. & deci. 126. in manusc. Sam. & Rebuff. in regul. de publicand. & communiter doctores hoc volunt.

Ratio est, quia cum per resignationem resignatarius
2 consequatur † ius plenum, vt ex communi pluriès dixi, sequitur quod nihil obstat quominus resignare possit.
3 Hinc gaudet † triennali, vt fuit resolutum in Rota, teste Card. sanctæ Crucis, decis. 155. in manuscr.

Primò amplia hanc conclusionem procedere, vt
4 etiam literis non † confectis possit resignare, vt in casu Aragoniæ dict. dec. 12. Illerdeo. in manuscr. & habetur in quadam decis. firmata in Rota die 14. Iuin. 1551. in vna Firmana, vt habetur in lib. diuersarum decis. 155. in manuscript. Paleot. decis. 48. & dixi libr. 2. qu 24.
5 Et quia post signatam supplicationem resignatio est † perfecta, Paleott. decis. 48. Put. decis. 106. lib. 3. Ioan. Paul. decis. 50. in manuscript. & communiter alij. de quo dicetur suo loco.

6 Secundò amplia hanc conclusionem † procedere etiam ante consensum præstitum à resignante, vt resignatarius possit resignare, dummodò consensus postea præstetur, ita fuit decisum aliàs in Rot. 13. Maij 1558. teste Card. Paleot. decis. 48. in vna Lamacen. Parochialis, in manuscr. nam ibi N. resignauit beneficium in fauorem Titij, qui Titius signata supplicatione ante tamen consensum, resignauit in fauorem. P. Postea N. præstitit consensum in fauorem Titij, & inde Titius in fauorem. P. fuit enim, vt dictum est per omnes conclusum resignationem esse validam, quia gratia signata à Papa est perfecta sed tamen reuocabiliter, donec præste-
7 tur consensus, † vnde consensus superueniens perducit gratiam ad exitum iam validam, vt in vna Astoricen. Parochialis, coram D. Ant. August. die 27. Februar. 1548. fuit dictum. teste Put. decis. 106. lib. 3. hoc idem fuit firmatum in vna Segobien. coram Anton. August. 29. Septembris 1548. teste Put. decis. 20. de renunc. in manuscr.

8 Accedat, quia † consensus retrotrahitur ad tempus Datæ, perinde ac si tunc consensisset formaliter resignans, Cassad. dec. 1. & 2. de renunc. Io. Paul. decis. 30. & communiter Doctores, vt aliàs dixi; ergo tempore resignationis iste habebat ius, &c. eo magis cum consensus N. præcedat consensum Titij, vnde omnia videntur rectè gesta, Mohedan. decis. 85. in manuscript.

Et hæc ampliatio extenditur non solum in resigna-
tionibus † puris, sed etiam in conditionalibus, in quibus requiritur formalis consensus, iuxta communem opinionem, de qua Sarn. de infirm. resign. quæst. 31. col. 2. nam in his idem dicendum esse tradit Card. Paleott. d. decis. 48. in manuscr. quia consensus ille formalis, qui requiritur, non impedit quominus Titius resignatarius possit resignare ratione illius iuris, quod habet spe: vnde præstito per N. consensu, omnia præsu- 9
muntur rectè gesta, iuxta allegata † superiùs, nam in 10
his etiam consensus retrotrahitur ad diem Datæ. Hinc expediuntur literæ tam primæ resignationis quàm secundæ, sub die datæ, vnde tollitur omne dubium.

Declara nisi dum præstetur consensus, media non essent habilia.

Amplia tertiò procedere † etiam antequam resigna- 11
tarius publicauerit, vt fuit tentum in Rot. in vna Toletan. præstimonij, coram Sarnen. teste Crescen. dec. 217 lib. 1. in manusc. quod iustificatur ex his quæ scribunt Cassad. decis. 27. tenuit Palatium super regul. Cancell. & dixi suprà, lib. 2. q. 27.

Amplia quartò, † procedere non solùm in primo re- 12
signatario, sed etiam in secundo, tertio, & quarto, & aliis, vt possint resignare omnes successiuè, Oldr. cons. 203. factum tale in principio, & colligitur ea Constitutione Gregorij XIII. de public. Ratio est, quia militant ea quæ in primo resignatario, cùm omnes consequantur ius perfectum, ergo idem ius, l. illud. ff. ad leg. Aquil.

Limita non procedere, † quotiès nullum ius esset 13
translatum á resignante, quia hoc casu non posset resignatarius resignare, cùm nullum ius habeat, Ptolom. decis. 241. Anto. Aug. decis. 18. lib. 1. in manusc. quia
cessionarius non potest transferre in alium † ius quod à 14
cedente non accepit, vt firmat Putea. decis. 197. num. 19. lib. 2. vbi latè, & nemo potest dare quod non habet, Put. decis. 266. lib. 1. quod exemplificatur in casu dict. dec. Anton. August. 18. vbi quidam resignauit in fauorem N. laici qui laicus resignauit in fauorem Titij, nam iste Titius nullum ius consequitur, cùm laicus illud non habuerit, & in casu d. decis. Ptolomæi. 241. Vbi Vicarius admisit renunciationem, cum non haberet mandatum, & prouidit Titio, qui resignauit in curia ad fauorem N. nam iste N. nullum ius consequitur.

Limita secundò, non procedere quotiès † resignatio 15
est conditionalis, nam non adimpleta conditione, resignatarius non potest resignare, ita in terminis Alex. post Cin. in l. is qui hæres. num. 5. ff. de acquir. hæred. Mohedan. decis. 181. Vicentin. in fin. in manusc. & est communis opinio, vt dictum est lib. 1. q. 3.

Ratio † est, quia non adimpletis conditionibus re- 16
signatio est nulla, & non abdicatur ius, latè Card. Paris. cons. 5. col. 1. vol. 4. Bursat. cons. 412. lib. 4. & communiter doctores, vt dixi in d. q. 3.

Lib. 3. q. 9. num. 10. Ibi, Sub die datæ.

NOta vsum, capiendi paruas datas super beneficiis Ecclesiasticis patriæ reductæ per resignationem vacantibus, à Romana curia, ad instantiam illustrissimi Domini Cardinalis de Ioyosa, âplissimi protectoris Galliæ, à pluribus annis hucusque exulasse per resignationem vacantibus, diximus, quia similes Datæ pro beneficiis huius regni alio modo vacantibus perinde interim ac antea concedebantur, & nunc quoque conceduntur vt fusius infrà, lib. 11. q. 11. num. 62. dicemus.

Eadem q. 9. num. 15. Non ad impleta conditione resignatarius non potest resignare.

¶ DE suspensiua intelligit: secus enim est de resolutiua per ea quæ diximus suprà lib. 2. q. 27.

QVÆSTIO X.

An infirmus possit beneficia quæ obtinet resignare.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus potest resignare.*
2 *Infirmis iura permittant actus legitimos.*
3 *Infirmus potest transigere.*
4 *Infirmus potest condere testamentum.*
5 *Infirmus potest contrahere matrimonium.*
6 *Infirmus potest examinari.*
7 *Papa constitutus in mortis articulo potest actus legitimos facere.*
8 *Papa in mortis articulo potest concedere breuia.*
9 *Infirmo moriente infrà 20. dies, beneficium vacat per obitum, & non per resignationem.*

1 DEcimò quæro, An † infirmus possit resignare beneficia. Responde posse, vt colligitur ex his quæ scribunt Roman. cons. 342. quod primum Io. And. in cap. audiuimus. not. 2. de collus. deteg. Deci. cons. 224. Sarn. de infirm. resign. in plurib. quæstion. vbi etiam Rebuff. Mandos. q. 4. n. 7. & hæc conclusio communiter ab omnibus Doct. tenetur. Et probatur in ca. quamuis 7. q. 1. cum ibi not. & aliis cc. illius, q. Abb. in cap. 1. num. 2. & in cap. lectæ. de renunc.

2 Ratio est, quia iura permittunt infirmis † etiam morti vicinis actus legitimos, vt tradit Mandos. in reg. de
3 infir. q. 1. num. 4. Hinc † infirmus potest transigere, l. sanum mente. C. de transact. vbi gloss. Bart. & alij communiter hoc volunt. Hinc infirmus potest condere
4 † testamentum, l. senium. C. qui test. facere poss. l. 2. ff. qui test. fac. l. iubemus, l. quoniam, vbi Bald. num. 2. C. eod. Angel. in l. in fraudem. §. 1. ff. de milit. testam.
5 Socin. sen. cons. 92. num. 17. lib. 3. Hinc infirmus † potest contrahere matrimonium, etiam in articulo mortis. Io. And. in regul. sine culpa, de reg. iur. Abb. in cap. 2. de coniugio leprosi. communis opinio teste Alex. in l. si quis posthumos. ff. de liber. & posthu. Hinc
6 infirmus † etiam constitutus in articulo mortis, potest in testem examinari. Bal. in cap. primo, in verb. vassalli nostri, column. vlt. ver. quæro vtrum. de pac. Const. cum aliis vt per Alexan. in l. hac consultissima. col. 3. C. qui testament. facer. pos. Hinc Papa constitutus in
7 mortis articulo † potest actus legitimos facere. Bertran. cons. 110. non solum sanè. libr. 1. Dec. cons. 586. in causa. num. 11. Curt. Iunior cons. 26. n. 9. Hinc etiam
8 Papa in mortis articulo potest † concedere breuia, vt latè concludit Dec. cons. 175. in causa falsitatis, præcipuè num. 7. vbi dat plures rationes, alia vide per Crauet. cons. 6. num. 57. Verum resignatio infirmi non solet admitti in curia, cùm constat de infirmitate, & si admittitur, necesse est vt moriatur elapso tempore constituto per reg. cancell. de infirm. resig. ad hoc vt teneat resignatio, vt infra latiùs suo loco dicetur, aliàs bene-
9 ficium † vacat per obitum, iuxta communem opinionem receptam de stylo.

Lib. 3. q. 10. num 8. Ibi, Et si admittitur necesse est, vt moriatur elapso tempore.

HOc verum, nisi (vt fieri consueuit) regulæ Cancellariæ Apostolicæ, de infirmis beneficia resignantibus, & infra viginti dies decedentibus, expressè derogatum fuerit.

Eadem q. 10. num. 8. Necesse est vt moriatur elapso tempore constituto per regulam cancellariæ de infirm. resig.

¶ CVm hæc regula numquam locum habeat in ordinatio, vt fusè probat Molin. ad eandem regul. num. 25. & seqq. & in curia Romana semper ei derogetur, vt praxis docet, videtur omnino otiosa, & inutilis saltem apud nos. Vnicum tamen casum reperio, vbi suum potest effectum sortiri, quando videlicet beneficium resignatum ad præsentationem, seu prouisionem ordinarij Cardinalis spectat, tunc enim derogatio non recipitur, & resignante infrà tempus regulæ moriente, poterit Cardinalis præsentare, vel conferre per obitum, Molin. ad d. regul. n. 35.

QVÆSTIO XI.

Exemptus an possit resignare, & qui sunt exempti, & hac sumpta occasione, ponuntur casus, quibus exempti subijciuntur ordinariis locorum, ex Concilio Tridentino, & qui sint Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus potest resignare.*
2 *Exemptus debet renunciare coram Papa.*
3 *Exempti sunt, qui eripiuntur de iurisdictione ordinarij.*
4 *Exempti non tenentur ad ius reuerentiale Episcopo.*
5 *Concilium Tridentinum dat auctoritatem Episcopis in exemptos.*
6 *Exemptio à proprio Episcopo est odiosa.*
7 *Causæ iustæ, ex quibus subditus potest se eximere à iurisdictione Episcopi.*
8 *Casus in quibus, exempti etiam regulares, per Concilium Tridentinum subijciuntur Episcopis.*
9 *Curati debent populum sibi commissum pascere.*
10 *Nemo potest admittere præsentatos, nisi præuio examine per Episcopum facto.*
11 *Concursus in beneficiis curatis, fit per Episcopum.*
12 *Monasteria in quibus non viget regularis obseruantia, subijciuntur Episcopis.*
13 *Hospitalia etiam laicorum sunt subiecta Episcopo.*
14 *Regulares sunt subiecti Episcopo, quoad collationem ordinum.*
15 *In causis matrimonialibus, omnes subduntur Episcopo.*
16 *Clausura monialium commendata est Episcopo.*
17 *Regulares approbantur per Episcopos, ad confessiones.*
18 *Regulares sunt subiecti Episcopo, quoad prædicationem, & processiones.*
19 *Sub verbo ordinarij, comprehenduntur omnes habentes iurisdictionem.*
20 *Vbi Conc. Trid. nominat ordinarios, non intelligit solùm de Episcopis.*
21 *Marcus Antonius Bizonus Episcopus Fulginaten. & Nuntius in Regno Neapolitano.*
22 *Vicarius comprehenditur sub verbo ordinarij.*
23 *Vicarius habet ordinariam iurisdictionem.*
24 *Canones recipiunt passiuam interpretationem à iure communi.*

VNdecimò quæro, An exemptus possit resignare
beneficia quæ obtinet? Responde posse, † 1
prout scribunt gloss. in cap. si Abbatem, de elect. lib. 6. vbi Fran. n. 1. Cald. cons. 3. de renunc. Petr. de Perus. in tract. permut. 2. par. q. vlt. & hæc conclusio communiter ab omnibus recipitur.

Declara, vt huiusmodi resignatio non possit fieri
coram † Episcopo & aliis ordinariis: sed coram sum- 2
mo Pontifice, gloss. in d. cap. si Abbatem, verbo si Abbatem, & verbo deferendi. de elect. lib. 6. vbi communiter doctor. Card. Zabarel. cons 112. dub. 5. Cald. d. cons. 3. Pauio. de off. & potest. Cap. sede vacan. par. 2. qu. 2. sub num. 16. Mandos. in prax. signat grat. tit. resignationes. col. pen. ver. exempti. Rot. decis. 4. num. 1. de renunc. in antiq.

Et exempti † sunt qui eripiuntur de iurisdictione ordi- 3
narij, glo. in cap. cum olim. 1. de priuile. Gemin. in cap. si Papa, eo tit. in. 6. Dec. cons. 113. nu. 7. & cons.

451. num. 1. Oldrad. conf. 71. Cardin. Parif. confil. 95.
volu.4. vbi latè quomodo concedatur & acquiratur, &
4 ideo exempti † non tenentur ad ius reuerenciale, E-
piscopo. Put. decis. 115. lib. 3. Sed quia exemptiones
pertubationem in Episcoporum iurisdictione excitāt, &
exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscun-
5 tur, ideò Concil. Trid. c. 11. sess. 24. de reform. † non
obstantibus quibuscunque plenam tribuit auctoritatem
Episcopis, tanquam Apostolicæ Sedis delegatis super
exemptos, & sic super Acolithos, Comites Palatinos,
Protonotarios, Capellanos regios, ac similes, & vult
quod nihil ex priuilegiis concessis eisdem, intelligatur
esse ordinariis detractum. Namque exemptio à proprij
6 Episcopi iurisdictione † est odiosa, & strictè accipien-
da, Host. in summa. de priuileg. ver. qui operetur.
num. 9. versic. regulariter autem, Abb. in ca. cum ca-
pell. num. 5. de priuileg. Bellam. cons. 10. colum. 4.
Ber. cons. 24. num. 8. cum seq. lib. 1. Crauett. cons. 131.
n. 2 not. in cap. te. sanè de priuileg. Ioan. Papa in Summ.
titul. de execut. contr. in instr. vers. aliis rationibus.
Innoc. in cap. ex ore de priuil. Bald. in margarit. in
verb. exempti, Cardinal. in clem. 1. §. ab olim. 2. quæst.
7 de sepult. iusta tamen causa † se eximendi à iurisdictio-
ne Episcopi iudicatur, si est lis inter Episcopum & sub-
ditum, vel constet de sæuitia Episcopi, Cassad. dec.
vlt. per totum, de priuil. Bal. in l. 1. ff. de his qui sunt
sui vel alien. iur. vbi habes genera sæuitiarum, ita cen-
suit sacra congregatio Concil. 7. Iulij. 1575. & ob hanc
causam vidi pluries concedi exemptionem à sacra con-
gregatione Episcoporum.

Sunt & alij casus in concilio Tridentino, in quibus,
8 exempti etiam † regulares subijciuntur iurisdictioni
9 ordinariorum: primò, vt exemptione † non obstante,
teneantur, qui animarum curam exercent quibusdam
anni temporibus, per se, vel per alios, si legitimè im-
pediti fuerint, populum sibi commissum pascere saluta-
ribus verbis. c. 2. sess. 5. Secundò subduntur in certis
casibus quoad correctionem, non obstante priuilegio
personali. cap. 3. sess. 6. de reform. & capi. 4. sess. 14.
Tertiò subduntur eisdem, in causis ciuilibus mercedum
& miserabilium personarum, etiam si à Sede Apostoli-
ca certum iudicem deputatum habeant: & in alijs ca-
sibus si certum iudicem deputatum habeant, cap. 14.
sess. 7. Quartò subduntur eisdem, vt nemo quantumuis
10 priuilegiatus † admittat præsentatos, nisi præuio exa-
mine per Episcopum facto, cap. 13. sess. 7. Quintò in
approbatione ad beneficia curata † per concursum. cap.
11 18. sess. 24. de reform. Sexto subduntur eisdem Monaste-
ria etiam commendata, Prioratus, & præposituræ in
12 quibus non viget † regularis obseruantia, vt ab eis vi-
sitari possint per annos singulos. c. 8. sess. 21. Septimò,
vt Data negligentia superiorum illius regulæ subijcian-
tur post monitionem. d. c. 8. in fi. sess. 21. Octauò sub-
13 duntur eisdem, hospitalia † etiam laicorum exempta,
vt ab eisdem possint visitari. cap. 8. sess. 22. Nonò regu-
14 lares exempti subduntur quoad † collationem ordi-
num. cap. 10. sess. 23. Decimò subduntur, vt cogantur
venire ad Conc. cap. 2. sess. 24. de reform. vndecimo
ratione visitationis, & correctionis in Ecclesijs secula-
ribus. cap. 9. sess. 24. Duodecimò subduntur exempti
15 in causis matrimonialibus & † criminalibus, c. 20. §. ad
hæc, sess. 24. de refor. nisi habeant iurisdictionem pri-
vatiuè ad Episcopos, vel immemorabilem pro se con-
suetudinem, vt censuit sacra congregatio ad illum text.
Decimotertiò subduntur omnes exempti quoad clau-
16 suram † sanctimonialium, vbi violata fuerit restituen-
dam, vel vbi inuiolata fuerit conseruandam, cap. 5.
17 sess. 25. de reg. Decimoquartò subduntur † quoad con-
fessiones audiendas. cap. 15. sess. 23. Decimoquintò
18 quoad † prædicationem. cap. 2. sess. 5. cap. 4. sess. 24.
Decimosextò quoad processiones publicas. cap. 13. sess.
25. de regul. Decimoseptimò quoad festa interdicta cap.
12. sess. 25. de regul.
19 Et sub verbo † ordinarij, intelligo omnes habentes
iurisdictionem ordinariam. vt tradit Gemin. in cap. 2.
in prin. de constitu. in 6. Siluest. in verb. excom. 9. nu. 92.
Abb. in cap. cum, ad Ecclesiarum, num. 2. de offic. ordin.
Bellam. cons. 30. Bero. consi. 24. lib. 1. Dec. consi. 151.
col. 1. Abb. in cap. vt famæ. nu. 6. de senten. excomm.
& sic non solum Episcopos, sed & alios habētes ordina-
nariam iurisdictionem ad not. in cap. cum Episcopus,
de offi. ord. lib. 6. Abb. in cap. conquerente,
& cap. dilectus. eodem. tit. Ideo vbi consilium
remittit † aliquid explicandum & exequendum ab 20
ordinario, vel eius arbitrio, qui habent iurisdictionem
ordinariam possunt exequi huiusmodi decreta indistin-
ctè, vt habetur in cap. 1. & 2. sess. 5. in cap. 2. & 3. sess.
6. in capit. 5. 6. 7. 8. 14. & 15. sess. 7. in ca. 2. 4. & 5.
sess. 14. in capi. 9. sess. 21. in cap. 2. 3. 5. & 11. sess. 22.
in cap. 1. 8. 17. sess. 23. in c. 1. 2. 7. & 8. sess. 24. de re-
format. mattim. in cap. 4. 5. sess. 25. de regular. in capi.
9. & 16. sess. 25. de reform. ex quo † dicebat aliàs ex- 21
cellentissimus Dominus meus, & præceptor D. Marcus
Ant. Bizonus nunc dignissimus Episcopus Fulginaten.
& Nuntius Sedis Apostolicæ in Regno Neapo. quod in
concilio Tridentino sub verbo ordinarius, comprehen-
ditur Vicarius † Episcopi, qui habet ordinariam iuris- 22
dictionem, ac dicitur † ordinarius, Barto. in l. 1. §. ab 23
eo, nu. 1. vers. quod patet. ff. quis, & à quo app. Rot.
decis. 1. de offic. vic. in nou. Bald. in cap. si instrumen-
ta, de fid. instrum. Gemin. in cap. Romana, num. 5. in
fin. ver. item officiales de appella. in 6. & ibi Anch.
col. 5. post medium Alex. in rubr. ff. de offic. eius, nu-
me. 15. Ias. num. 2. alios cumulat Rolan cons. 46. num.
28. libr. 1. communis opinio, teste Abb. in cap. si quis
contra clericum, nu. 29. de foro compet. & in quæst.
11. num. 10. de offi. deleg. & tamen canones posterio-
res recipiunt † passiuam interpretationem à iure com- 24
muni. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. l. si serui
vestri. C. de nox. l. vlt. §. in computatione. C. de iure
deliberan. cap. cum dilectus, de consuetud. Bart. in l.
omnes populi, n. 3. q. 6. quæstionis principalis, vbi
communiter DD. ff. de iust. & iur. Idem Barto. in dict.
l. 1. §. lex Falcidia, Dominus meus Cardinal. Paris. in
rubr. ff. de oper. nou. nunc. numero 76.

Lib. 3. quæst. 11. num. 7.

OBtinuimus multotiès committi Ordinario viciniori provisiones beneficiorum alterius Diœcesis, licet in illa Sedes Episcopalis non vacaret: facta scilicet expressione, quòd loci ordinarius (pro eo quòd beneficij possessor, illius frater, nepos, consanguineus, aut domesticus esset: vel etiam quia inter eundem ordinarium & oratorem lis penderet indecisa) eidem oratori valdè suspectus existebat: vel denique, quòd idem ordinarius in remotis agebat, & illius Vicarius generalis extrà Diœcesim commorabatur. Sed quid si facta erronea, seu falsa expressione, quòd Sedes Episcopalis vacat (cum reuera non vacet) prouisio in forma dignum viciniori committatur, vtrum impetrans comperto huiusmodi errore, ordinarium viciniorem, pro signaturæ desuper expeditæ executione, an verò proprium ordinarium adire debeat? Et sanè dum similis nobis nuper proposita fuisset quæstio seu difficultas, consuluimus, vicinioris recusationem priùs obtinendam: deindè proprium ordinarium adeundum esse. Hic enim, constito sibi de prædicta recusatione, mandatum huiusmodi, Apostolica auctoritate, debitæ executioni demandare poterit. Quinimo si ipse ordinarius, illud, etiam non adito viciniori, exequeretur, non ideò minùs ab eo gestum validum fore censeremus.

Eadem q. 11. n. 8. Sunt & alij casus in quibus exempti etiam regulares subiiciuntur iurisdictioni Ordinariorum.

¶ IVrisdictio Ordinaria centum, & sexdecim casibus excitatur in exemptos, quos enumerat Erasmus à Cockier, in tract. de iurisd ordin in exemptos part. 1. q. 35. porrò duplex est exemptio; alia concessa personæ illius intuitu tantùm, atque ita nullo circumscripta loco: alia verò concessa quidem personæ, sed intuitu loci. text. & gloss. in cap. ne aliquis de priuileg in 6. vnde si iuris-
dictio

dictio ordinaria exercetur in personas tantum exemptorum, Ordinarius non poterit erigere tribunal, neque exercere iurisdictionem in loco exempto, cap. cum Episcopus. de offic. Ordin. in 6. Secus verò si exercetur etiam in ipsum locum. vt per Doctores in d. cap. cum Episcopus. Plura alia de exemptionibus vide apud Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 31. & Ioannem Lomede aduocatum Parisiensem, in tractatu exemptionum ad calcem pragmaticæ sanctionis adiecto vbi fuse.

QVÆSTIO XII.

Fœmina an possit resignare, & plenè agitur de renunciatione Abbatissatus.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina non potest habere, beneficium Ecclesiasticum.*
2 *Fœmina est incapax ordinis.*
3 *Fœmina potest habere dignitatem, & administrationem.*
4 *Fœmina fit Abbatissa & Priorissa.*
5 *Abbatissa habet dignitatem in suas moniales, & quandoque extrà.*
6 *Abbates habent dignitatem cum administratione.*
7 *Abbas potest visitare.*
8 *Abbatissa aliis committit visitationem extrà Monasterium.*
9 *Abbatissa æquiparatur Abbati.*
10 *Abbatissa eligitur, confirmatur & benedicitur.*
11 *Patiens defectum in natalibus non potest eligi in Abbatissam.*
12 *Dispositum in Abbate habet locum in Abbatissa.*
13 *Summus Pontifex potest facere Abbatissas.*
14 *Fœmina potest habere prælaturam.*
15 *Abbatissatus est beneficium fœminarum.*
16 *Clem. ad compescendum, de seq. poss. habet locum in Abbatissa.*
17 *De prouisione Abbatissatus non soluitur annata, sed datur rochetum.*
18 *De raro accidit ut Abbatissa renunciet.*
19 *Fœmina potest renunciare Abbatissatum, quem obtinet etiam in fauorem.*
20 *Regula de triennali, habet locum in Abbatissa.*
21 *Verbum quicunque, tàm masculum, quàm fœminam, comprehendit.*
22 *Regula de infirmis comprehendit Abbatissam cedentē.*
23 *In Italia Abbatissa non potest renunciare in fauorem.*
24 *Abbatissa non plus triennio potest esse in Italia.*

DVodecimò quæro, An fœmina possit resignare dignitatem Ecclesiasticam quam obtinet? Pro intelligentia huius quæstionis, est sciendum,
1 quòd fœmina † non potest habere beneficium Eccle-
2 siasticum, nam cum fœmina sit † incapax ordinis Ecclesiastici, vt est omnium approbata sententia, per consequens erit incapax beneficij Ecclesiastici, & hæc est Catholica sententia contra hæresim Quintilianorum, & Pepusianorum, qui mulieribus sacerdotium cõmittebant, vt tradit D. Aug. in lib. de hæresibus. cap. 28. Rebuff. in tract. de pacif. possess. numer. 312. Alfons. Hoied. de incompat. benef. par. 1. cap. vlt. numer. 73. Hoc autem procedit in beneficiis simplicibus & curatis, vt tradit Rebuff. d. tracta. de pacif. num. 5. in fi.
3 Namque potest habere † beneficium habens in se dignitatem, & administrationem, vt probat tex. in cap. indemnitatibus. §. verum. de ele. in 6. vbi hoc notant communiter Doctores, & præsertim Gemin. in 2. nota. scilicet Abbatissatum, vel Priorissatum, seu quocunque
4 alio nomine † nuncupetur, quæ præficitur Monasterij Monialibus habens dignitatem cum administratione, vt tradit Bartol. in leg. 1. numer. 43. C. de digni. lib. 12. vbi dicit, quòd Abbatissa habet dignitatem cum ad-
5 ministratione, non solum in suas moniales, sed etiam quandoque extra, quia habent castra & similia. Rebuff. de pacif. poss. col. 2. glo. & Bald. in l. generali. per illum tex. C. de sacrosanct. Eccle. Dec. in l. fœminæ, numer. 10. ff. de regu. iur. sicuti Abbates habent † digni- 6
tatem cum administratione, vt est tex. in cap. vt Apostolicæ, de priuileg. in 6. in versi. ex propria auctoritate, & in clem. etsi principalis, de rescrip. vbi Cardi. in 2. q. Gemin. & alij in capi. vltim. de offic. delegat. libro 6. Bald. in capitul. Pastoralis, eodem titul. & hoc est clarum, vt dicit Felin. d. cap. meminimus, num. 5. in fin. Ideo † debet visitare. Doctores communiter in clem. 7
attendentes, de stat. regul. non tamen per ipsas, nam cum claustra † exire non possint, aliis committent visi- 8
tationem, vt habetur in extrauag. vas electionis, Paurin. in tract. de visit. q. 33. Cuch. in inst. can. in tit. de visitat. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 2. num. 15. Hinc † Abba- 9
tissa in administratione æquiparatur Abbati, Bal. in cap. 1. in prin. colum. 6. qui feud. dar. poss. Cardi. consi. 17. circa prin. col. 2. Abb. in capitu. 1. de his quæ fiunt a prælat. idem Abb. in cap. vlt. num. 5. de stat. regulari. Fusc. de visi. lib. 2. cap. 18. num. 62. & est communis opinio. Hinc Abbatissa † eligitur, confirmatur, & be- 10
nedicitur. d. cap. indemnitatibus, de elect. lib. 6. glo. Cardi. & alij omnes in clem. attendentes, de stat. reg. Fel. d. capi. meminimus, sicut Abbas capitu. 1. de supplend. præla. negligentia. Hinc † patiens defectum 11
in natalibus, non potest eligi in Abbatissam. gl. in d. cap. indemnitatib. verb. canonicam, de elect. glo. in d. clem. attendentes, verb. rationabilis. vbi latè Card. Zabarell. q. 11. in §. statuimus. & tandem dispositum in Abbate habet † locum in Abbatissa. Abb. per illùm 12
tex. in cap. vlt. de stat. Monach. Ias. cons. 140. col. 1. lib. 2. Ideo scribunt communiter Doctores, posse summum Pontificem concedere † fœminæ dignitatem in 13
titulum vel administrationem, faciendo illam Abbatissam, seu Priorissam, aut Præpositam, vel præfectam perpetuam. Sarn. in regul. de trien. q. 3. Mandos. de infir. quæst. 3. num. 1. & sic possunt † habere prælaturas. 14
Rebuff. de pacif. poss. num. 4. Abbatissatus igitur est beneficium † non masculorum, sed fœminarum. Gam. 15
decis. 24. manuscrip. vbi refert fuisse decisum coram Petra sancta, quod lata sententia contra Abbatissam esset locus † clemen. ad compesc. de sequestr. poss. & 16
fruct. scilicet vt contra eam fiat sequestratio, die 29. Aprilis 1523. tum quia est beneficium, tum etiam quia militat ratio, ne bona dilapidentur. Hinc dicit Sarn. regu. de val. quæstion. 3. de stylo non solui † annatam 17
de prouisione Abbatissatus, sed vnum rochetum. His præmissis deueniendo ad propositam quæstionem quæ de raro † accidit teste Sarn. de infir. q. 6. concludo 18
fœminam habentem dignitatem in titulum, vel administrationem à Summo Pontifice, posse † resignare il- 19
lam dignitatem etiam ad fauorem alterius. Ita Sarn. de infir. resig. q. 6. colum. 2. Mandos. in ead. regu. quæst. 3. & ita in vna Tulleo. Abbatissatus, coram Camillo fuit resolutum, teste Crescent. decis. 173. contra libro primo. in manuscript. vbi fœmina resignauerat coram Papa Abbatissatum in fauorem cuiusdam monialis, reseruata pensione ducatorum viginti, & regressu.

Hinc hoc casu habet locum regula de trienn. vt si fœmina possederit per triennium † pacificè dignitatem 20
Ecclesiasticã, non possit molestari in possessorio, neque in petitorio, vt tradit glo. Concil. Basilien. in tit. de pacif. poss. Sarn. de trien. q. 3. Rebuff. de pacif. possess. in 1. ampliat. num. 3. nam verbum *quicunque*, † 21
positum in reg. de trien. tam masculum, quam fœminam comprehendit. l. ait diuus. ibi, quicunque, accipere debemus tam masculum, quàm fœminam. ff. de iur. fisc. l. *quicunque*, & ibi Alber. & alij C. de seruis fugit. glo. in clemen. 1. vers. quicunque. de decimis. & in clement. 1. de sepult. glo. in capit. generali. de electio. lib. 6. Ias. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iudic. Dec. in regul. Fœminæ, ff. de regul. iur. & si fœminæ possunt habere prælaturas, consequens est, vt si eas possederint cum colorato titulo per triennium,

Digitized by Google

non molestentur, capitu. mulieres. de iudic. libro 6.

2 Hinc etiam † hoc casu habebit locum regul. de infir. resign. vt post. Sarn. quæst. 6. Mandos. q. 3. in d. regula, & ibi scripsi.

23 Hodie autem † huiusmodi resignatio ad fauorem in Italia non admitteretur, cum ex constitutione 84. Gregor. XIII. incip. exposcit debitum, sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 2. Ianuarij 1583. Pontif. anno XI. sit statutum, vt Abbatissæ,

24 & aliæ præfectæ monasteriorum monialium in Italia † consistentium ad triennium tantummodò eligantur, cum primum Abbatissæ aut aliæ Præfectæ habentes in vitam, huiusmodi regimini & administrationi monasteriorum cesserint etiam apud Sedem Apostolicam, vel decesserint. & ratio huius constitutionis satis elicitur ex principio ibi, *Perpendentes igitur varia, & multiplicia damna quibus plerumque afficiuntur monasteria monialium*, quæ per Abbatissas aut aliàs præfectas perpetuas reguntur, ècontra vero Abbatissas, & alias præfectas triennales scientes se lapso triennio suæ administrationis rationem esse redditurus, ac sperantes de bonis gestis laudem promereri, pœnam vero si male gesserint metuentes, maiori studio ac diligentia regimen & administrationem monasteriorum sibi commissorum gerere, &c. & hæc constitutio hodie est in viridi obseruantia. Limita tamen, nisi admittatur resignatio cum derogatione.

Lib. 3. q. 12. num. 11. ibi, Patiens defectum in natalibus, non potest eligi in Abbatissam.

NEque in Priorissam, cùm huiusmodi fœminæ (non secus ac viri) natalium defectum patientes, beneficiorum Ecclesiasticorum sint omninò incapaces. Non tamen abs re forsitàn erit, si adnotemus, Iacquetam de Ginolhaco monialem expressè professam olim Monasterij seu Hospitalis Monialium Belliloci, aliàs de Donaglina sancti Ioannis Hierosolimitani Carburcensis Diœcesis, ac deindè ad Prioratum Conuentualem Beatæ Mariæ Hospitalis S. Cathurcensis, ordinis sancti Benedicti Canonicè trāslatam, eum qua dudùm, per felicis recordationis Pium Papam Quintum, vt defectu Natalium quem ex Presbytero & soluta genita patitur non obstante, professionem per Moniales primòdicti Hospitalis emitti solitam emittere & postmodùm ad officia & aliàs administrationes sui ordinis dumtaxat (non tamen Abbatialem, vel aliam dignitatem) assumi posset, Apostolica fuerat auctoritate dispensatum: cuique aliàs Prioratus Monialium Beatæ Mariæ de Longauilla propè oppidum Gaillaci prædicti ordinis, Albiensis Diœcesis (cuius occurrente vacatione collatio, prouisio & quæuis alia dispositio ad pro tempore existentem Abbatem, olim Monasterij dicti ordinis, nunc verò ordine ipso & statu, ac essentia regulari in ibi dicta auctoritate perpetuò suppressis, Ecclesiæ secularis & Collegiatæ sancti Michaëlis Oppidi & Albiensis Diœcesis prædictorum spectat & pertinet) quem Anna de Grandimonte Monialis ordinis sanctæ Claræ, sub cura fratrum, ordinis sancti Francisci de obseruantia nuncupatorum, indebitè (vt prætendebatur) detinebat, certo tunc expresso modo vacans, dicta auctoritate (adiecto translationis decreto desuper opportuno) collatus fuerat, eundem de nouo (pro eo quòd in priori nullā de prædicto defectu mentionem fecerat) simili auctoritate conferri & de illo etiam prouideri obtinuisse idibus Aprilis Pontificatus Pauli Papæ quinti Anno secundo, idque per signaturam registratam lib. 18. fol. 19. Registri suplicationum Apostolicarum.

Eadem q. n. 24. Ibi, Ad trienniom tantummodò eligantur.

IN Monasteriis autem virorum, non idem obseruari, sed hæc eadem in perpetuum dari, Auctor est ipse Parisius, lib. 2. q. 11. n. 6. Et licet nos ex Rebuffo & Aurelianensibus comitiis quoad Abbatissas & Priorissas) contrarium docuerimus ibidem. Tamen huiusmodi Aurelianensem constitutionem paulatim in desuetudinem abiisse, ac sæpiùs contrarium iudicari contigisse, testis est. Carondas lib. 1. Pandectarum iuris Gallici, cap. 9. fol 81. circa medium.

Eadem quæst. 12. num. 12. Dispositum in Abbate habet locum in Abbatissa.

¶ INtellige quoad articulos ipsis monialibus congruentes, vt ait text. in cap. vlt. de stat. Monach. An autem quod disponitur in abbatissis, habeat locum in Abbatibus? dic quod non, quia masculinum concipit quidem fœmininum, sed non econtrà, l. Si ita, l. 45. de legat. 2.

QVÆSTIO XIII.

An volentes ingredi religionem possint renunciare, & quando, an in anno probationis.

SVMMARIVM.

1 *Volentes ingredi religionem possunt resignare eorum beneficio.*
2 *Ingressus religionem in anno probationis, de iure communi potest resignare.*
3 *Ingressus religionis, causa probationis, non inducit vacationem beneficij.*
4 *Renunciatio beneficij per nouitium debet fieri antè duos menses professionis.*
5 *Decretum Concil. Trid. c. 16. sess. 25. de reg. habet locum etiam in renunciatione beneficij.*
6 *Multi parùm religiosè intrant religionem, & ideò facilè egrediuntur.*
7 *Episcopus non potest conferre beneficia renunciata, per nouitios obtenta, nisi emissa professione.*
8 *Durante nouitiatu, Vicarius deputabitur in beneficio eorum.*
9. *Decretum d. c. 16. Concil. Trid. habet locum in eo qui renunciat intuitu ingressus.*
10 *Professio fit post annum completum.*
11 *Annus nouitiatus debet esse continuus.*
12 *Nouitiatus potest compleri, cum licentia, extra monasterium.*
13 *Emissa professione inducitur tacita vacatio beneficiorum.*
14 *Exiens monasterium cum dispensatione, non potest obtinere beneficium quod ante habebat.*
15 *Episcopus ingrediens religionem non poterit redire ad eundem Episcopatum.*

DEcimotertiò quæro, An † volentes ingredi religionem possint resignare eorum beneficia, etiam in fauorem? communis opinio est affirmatiua, quam tenuit Imo. post alios, in cap. admonet num. 7. de renunc. Inno. Host. & Abb. num. 21. in cap. post translationem, eod. titu. glo. in cap. beneficium. verb. assensus. de irregular. libr. 6. Maiol. de irregular. lib. 3. capitu. 9. colum. 2. & probatur in can. Gonsaldus. 17. q. 1. in capitul. ex transmissa. de renunciat. ibi, ad petitionem resignauit eidem. & in d. cap. beneficium, de reg. lib. 6. & hoc aliquando exprimitur in supplicatione pro causa, vt dicam infra lib. 7. 1

Dubium tamen est, an ingressus † religionem possit in anno probationis indistinctè resignare beneficium. tex. in cap. beneficium, de regul. lib. 6. videtur probare quòd sic, dum inquit Bonifacius VIII. Beneficium illius qui religionem ingreditur non est intrà probationis annum alicui conferendum, nisi ad id ipsius accedat assensus. Pondero verba, *nisi ad id, &c.* ergo potest renunciare, & consentire, vt alteri conferatur, & ibi Gemin. num. 1. not. quòd † ingressus religionis causa probationis non inducit vacationem beneficij, & num. 3. no. quòd Monachus intra annum probationis non est priuatus velle, & nolle. Maiol. autem de irregul. lib. 2. cap. 6. col. 2. tenet contrarium non posse fieri, † & mouetur ex Concil. Triden. cap. 16. sess. 25. de regul. dum dicitur ibi. *Nulla quoque renunciatio, aut* 2 3 4

Digitized by Google

obligatio autem facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij fiat infrà duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri nisi sequuta professione, aliter vero facta etiam si cum huius fauoris expressa renunciatione etiam iurata, sit ir-
5 *rita, & nullius effectus.* Quod † decretum habere locum etiam in renunciatione beneficij sæpius censuit Sacra Congregatio Concilij. Ex quo colligitur esse faciendam de consensu superiorum ante duos, menses professionis, idque non caret ratione, ne temere quis renunciet, dum est nouitius, & postea contingat carere beneficio, & monachatu, si fortè non admittatur ad professionem, vel ipse nolit postea, professionem emittere, iuxta ea quæ scribit Abb. in cap. ex transmissa, n. 5.
6 de renunc. nam aliqui † parum religiosè intrant religionem, & ideò ingressi facile egrediuntur ad not. per D. Thom. 2. 2. q. fin. artic. 1. Nauarr. in consil. 1. de regul.
7 in princ. num. 7. Ex quo etiam colligitur † Episcopum non debere conferre illa beneficia, nisi facta professione, & respondit pluriès Sacra congregatio: ex quo cessat disputatio doctorum, de quibus per gloss. in cap. statuimus. verb. quid dare. versic. sed pone. de regul. per doct. in d. cap. beneficium. Verum si beneficium est curatum, ne interim patiatur cura animarum detrimen-
8 tum, seruietur † per aliquem vt dicitur in dict. cap. beneficium. de regu. lib. 6. in fin. ibi. Sed interim eidem beneficio per alium deseruiri debebit, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus pensione, quæ seruiet non vsque ad tempus determinatum, in dict. cap. beneficium, sed omninò vsque ad tempus emissæ professionis, vt tradit Maiol. loc. cit. ex dicto cap. 16. Concil. Trident. sess. 25. de regular. quod decretum ex congrega-
9 tionis sententia habet † locum etiam quando quis renunciat ante ingressum, sed intuitu ingressus religionis, nam videtur renunciatio facta in fraudem, & hoc quando ille non habet aliunde ex quo viuere potest, vel est ordinatus ad titulum illius beneficij, nam his casibus resignatio non debet admitti, nisi habeatur certitudo de professione, & eo modo, vt dictum est, & de stylo exprimitur in supplicatione. Emissa autem profes-
10 sione, quod fit post † annum completum, cap. 15. sess. 25.
11 de regula. & † annus debet esse continuus. Nauarr. cons.
12 52. de reg. n. 2. & potest † compleri cum licentia extra monasterium. Nauarr. dict. cons. 52. n. 4. & consil. 41. n. 3. de regul. consil. 10. de cler. non resident. n. 3. etiam incon-
13 sulto Pontifice inducitur tacita renunciatio † & vacatio beneficiorum obtentorum ab eo, qui emittit professionem D. Thom. 2. 2. q. vlt. art. 7. Abb. in cap. quod Dei de stat. monach. Siluester verb. relig. 2. q. 8. facit text. in capit. 21. sess. 25. de regul. ex quo potest colligi ratio.
14 Vnum tamen quod est † notandum, non omittam, quòd si ille qui emisit professionem obtinuit à summo Pontifice ex aliqua causa, vt possit exire claustra, & degere in habitu clerici secularis, ac habere beneficia, non tamen potest obtinere illud quod habebat ante pro-
15 fessionem, † & ea de causa dimisit. Innocent. Hostiens. Hostiens. Abb. num. 22. in cap. post translationem. de renunciat. sequitur Maiol. dict. lib. 3. capit. 6. columna 2.
16 versic. sunt autem, & facit tex. † loquens de Episcopo, in can. hoc nequaquam. 7. q. 1.

Lib. 3. q. 13. num. 7. ibi, Ex quo cessat disputatio Doctorum.

DEcreta enim & literæ sacræ congregationis, semotis litibus sunt executioni demandandæ. Nec super his sententia, seu iudicium aliquod ferendum est, vt censuit eadem congregatio, sub titulo de recipiendis & obseruantia Concilij Trid. decretis.

Eadem q. num. 15. Ibi, Ex aliqua causa vt possit exire.

QVænam autem sint illæ causæ, satis exprimit Concilium Trid. sess. 25. cap. 15. & 19. de Regul. videlicet si ante decimum sextum annum expletum, aut si ante annum probationis, vel si per vim aut metum (qui scilicet in constantem virum cadere possint) professio regularis facta fuerit. intellige tamen, dummodo sic nulliter professus intra quinquennium reclamet, aut à lapsu quinquennij Apostolica autoritate restituatur, vt habetur in præallegato cap. 19.

Eadem q. 13. num. 14. Ex aliqua causa, vt possit exire claustra.

¶ MAle intelligit hæc verba Petrus Doclosius, neque enim auctor, loquitur de Monachis aduersus professionem ex capite nullitatis quia emissam infrà annum probationis, vel ante ætatem, vel per vim, & metum, reclamantibus, vt ipse putauit, qui post declarationem nullitatis huiusmodi, nullo iure prohibentur ad prius obtentum beneficium reassumi, sed de his, qui professione canonicè emissa, dispensationem obtinent a summo Pontifice, vt ex aliqua vrgenti causa (puta vt parentibus senio confectis, & egestate pressis solatio, & auxilio esse possint) exire claustra licitè valeant, ac beneficia etiam secularia habere, quos auctor asserit inhabiles ad obtinendum quod habebant ante professionem, & ea de causa dimiserant, quod tamen ad Episcopos, qui dimisso Episcopatu ad monachatum descendunt, limitandum puto, ipsos enim vlterius ad Pontificatum resurgere prohibet Concilium Constantinopolitanum, 10 can. hoc nequaquam 7. q. 1. exceptis casibus relatis in cap. post translationem de renunciat. quod de inferioribus cautum non reperitur: ratio est quia Episcopus de Episcopatu ad monachatum propter crimen transisse præsumitur, ad agendam pœnitentiam, cum Episcopatus non dimittatur propter monachatum, sicut inferior dignitas. cap. licet, versic. illa semper de regular. & sic intelligibilis est, c. vnum. dist. 55. §. nunc autem. c. oportet. 8. q. 1. hæc autem præsumptio, seu suspicio criminis cessat in inferioribus, cum ob aliam causam, & multiplicem, quam delicti, transire possint, Panor. in d. cap. post translationem num. 22. de renunciat.

QVÆSTIO XIV.

Non habentes vndè viuere, an possint renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Habentes vnde viuere, possunt renunciare liberè, si non sunt constituti in sacris ordinibus.*
2 *Per contractum matrimonij fit tacita renunciatio beneficiorum.*
3 *Constitutus in sacris ordinibus non potest renunciare, nisi habeat vnde viuat.*
4 *Vbi est eadem ratio, ibi idem ius statuendum est.*
5 *Ordinatus ad aliquod beneficium, non potest illi renunciare.*
6 *clausula* habens aliunde &c. *respicit substantiam gratiæ.*

DEcimoquartò quæro, An possit resignare beneficium, qui non habet aliunde ex quo possit viuere. Distingue aut est in minoribus ordinibus constitutus, aut in sacris. Primò casu admittitur renunciatio, etiamsi non habeat aliunde vnde viuat, † ita 1
de stylo tradunt practici expeditores, siue renunciatio fiat corã ordinario in casibus permissis, siue coram summo Pontifice, cùm hi possint tacitè etiam † renunciare 2
contrahendo matrimonium, capit. 1. vbi omnes de cleric. coniug. D. meus Cardin. Paris. cons. 40. n. 3. vol. 4. Caputaq decis. 215. n. 2. par. 1. communis opinio teste Euerar. cons. 211. circa princ. Clar. lib. 5. recep. sentent. qu. 73. vers. clericus Couar. super 4. decret. part. 2. cap. 6. §. 3. numer. 5. Secundò casu, quando est in sacris ordinibus constitutus † resignatio de stylo, omnibus notã

non admittitur, nisi resignans habeat aliunde vnde viuat, prout dicitur in constitutione Pij V. 58. incip. Quanta anno 3. ibi. Sed nec horum vllus sacro ordine mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllo modo beneficiũ, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commodè sustentari. Quæ cõstitutio quamuis loquatur de ordinariis, & non de resignationibus admittendis in curia, prout verba sonant, & fuit dictum in Rot. contra informantes in vna Lucan. coram R.P.D. Orano auditore Rotæ doctiss. 5. Decembr. 1586. tamen ratione clerici in opprobrium ordinis mé-
4 dicent, militat etiam hoc casu, vnde idem erit † statuendum, vulg. & communi. l. illud. ff. ad leg. aquil.
5 Accedit quia, aut † quis est ordinatus ad illud beneficium, & hoc casu nequaquam potest fieri renunciatio, nisi habeat vnde viuat, vt disponit sacrum Concil. Trident. capit. 2. de reform. sess. 21. & in renunciatione apponitur clausula, quia habet aliũde vnde viuere possit, de
6 stylo, quæ † clausula respicit substantiam gratiæ, vt fuit dictum coram Orano 5. Decembris 1586. in dicta Lucana, & latè dixi lib. 2. q. 6. & de stylo dicitur in supplicatione, habens aliunde vnde viuat, vt facilius admittatur, & dicam infrà libr. 7.

Libr. 3. quæstio. 14. numer 5. Ibi, nisi habeat vnde viuat.

HÆc clausula (aliunde habens vnde commodè viuere possit) non sufficeret sola ad validitatem resignationis, ideoq; vltra eam debet exprimi, resignantem ad titulum ipsius beneficij promotum fuisse. Ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 2. vers. id verò de reform. Quod & ipse Parisius iam suprà libr. 2. q. 6. num. 36. & sequentibus doctissimè sanè comprobauit. Licèt Carondas lib. 2. Pandectarum iuris gallici parte 2. cap. 9. fol. 99. post principium, in hoc regno aliter iudicari contendit.] ¶ Ex iure contendit vid. à nobis dicta infra lib. 5 q. 5.

QVÆSTIO XV.

An possit renunciare habens reficere Ecclesiam, vetustate collapsam.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius tenetur reficere Ecclesiam vetustate collapsam.*
2 *Beneficiarius æquiparatur vsufructuario.*
3 *Vsufructuarius tenetur conseruare bona sibi concessa ad vtendum.*
4 *Non potest fieri resignatio, vt beneficiarius non teneatur Ecclesiam reparare.*
5 *Non debet admitti renunciatio Episcopi facta, vt euitet onera.*
6 *Vassallus non potest renunciare feudo, vt non teneatur ad seruitium.*
7 *Emphiteuta non potest renunciare, vt non teneatur ad onera.*
8 *Patronus non potest renuntiare Iuripatronatus.*
9 *Patronus non potest renunciare iuripatr. in his quæ concernunt fauorem Eclesiæ.*
10 *Hodie admittitur renunciatio illius qui debet reficere*

DEcimoquintò quæro, quia habens beneficium
1 tenetur reficere Ecclesiam † vetustate collapsam, & destructam. cap. 1. & cap. de his. de Eccles. ædific. Cæpol. de serui. vrban. præd. capit. 59. num. 14. column. vltim. Paul. de Citad. in tractat. de iurepatr. in 5. princ. artic. numer. 173. & est communis opinio teste Ioan. Petr. Surd. cons. 62. num. 4. vbi alios
2 citat. cum æquiparetur † vsufructuario, not. in cap. præ-
3 senti de off. ord. lib. 6. cap. requisisti de testam. & † vsufructuarius tenetur in bono statu conseruare bona sibi concessa ad vtendum l. 1. §. hactenus. ff. de vsufr. l. 2. C. de vsufru. An possit resignare, vt non teneatur ad reparan-
dam Ecclesiam † dirutam? Respondet Lambertin. negati- 4
uè, tract. de iurepatr. lib. 3. in 5. art. primæ quæstionis principalis. n. 2. quia hæc non videtur causa sufficiens, iuxta ea quæ scribũt Host. & Abb. in cap. nisi de renũc. & ad hoc facit text. in can. vnico. 10. q. 3. cũ ibi notat. 10 glo.
& aliis doct. qui loquitur de Episcopo volente † renun- 5
ciare, vt euitet onera, vt non admittatur. Ita etiam vas-
sallus non potest renunciare feudo, † vt non teneatur ad 6
seruitia, quæ debẽtur domino. gloss. ordin. in capit. 1. §. similiter. de Capitaneo qui curiã vendit. Iacob. de Beluis & Nicol. de Neapoli. in capit. 1. de vassal. qui cõt. cõst.
&c. ita † etiam emphiteuta. Spec. de feud. §. quoniam. 7
ver. 28. Bal. in cap. 1. §. callidis, de prohib. feu. alien. in vsi-
bus feud. Comprobatur etiam quia licet † patronus pos- 8
sit renunciare iurispatronat. cap. significauit. de testibus. cap. vno de iurepatro. lib. 6. hoc tamen procedit quatenus consideratur eius præiudicium, cap. ad Apostolicam de reg. non autem potest renunciare patronatui in eo
quod † concernit fauorem Ecclesiæ, scilicet quatenus 9
tenetur Ecclesiam defendere, vt tradit Cardin. Zabarell. cons. 123. column. 3. ver. ad tertium. Verum † hodie 10
de stylo admittitur huiusmodi renunciatio, vt videmus tota die, & in hoc nullum sit dubium.

Libr. 3. quæst. 15. numer. 10. Ibi, Vt videmus tota die.

NVllam adhuc vidimus signaturam resignationis admissæ, adiecta causa, quòd resignatio fieret, ne resignans collapsam seu dirutam Ecclesiam reficere teneretur. Vnde quo pacto Auctor similes resignationes frequentes esse dicat nescimus. Nisi (quod verisimile est) velit idem auctor dictam causam mouere posse illorem vt resignet, non autem quòd causa illa summo Pontifici exprimatur.

Eadem q. 15. num. 1. Habens beneficium tenetur reficere Ecclesiam vetustate collapsam.

¶ HOc verum iure communi, sed iure Gallico beneficiatus tenetur tantum sacra tecta seruare, non autem ædificia vetustate collapsa reficere, nisi culpa ipsius aut negligentia notabili sint collapsa, vt cauetur, ordinatione Henrici III. de anno 1586. vid. Charond. lib. 1. respons. cap. 57. Louetium, litera O. cap. 6. Maynard. lib. 1. cap. 41. & Mornac. ad l. 9. ff. de vsuf. & quemadmod.

QVÆSTIO XVI.

An criminosi possint resignare, an lite pendente, an post conclusum in causa, an post sententiam latam in resignatione debeat fieri mentio inquisitionis, quid in crimine grauissimo, quid post impetrationem beneficij, & quid in resignatione in fauorem, ac plures limitationes ponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Criminosi qui non sunt priuati ipso iure, possunt renunciare etiam ad fauorem alterius.*
2 *Pro graui duntaxat crimine imponitur pœna priuationis.*
3 *Priuatio non irrogatur ipso iure.*
4 *Homicida venit priuandus.*
5 *Nullũ crimen regulariter inducit priuationẽ ipso iure.*
6 *In omni crimine requiritur declaratoria iudicis.*
7 *Priuandus facit fructus suos.*
8 *Criminosi possunt resignare, etiam lite pendente.*
9 *Accusatione pendente nihil potest innouari.*
10 *Criminosi possunt permutare pendente iudicio.*
11 *Criminosi possunt renunciare etiam post receptas probationes, & conclusum in causa.*
12 *Paria sunt litem esse finitam, & conclusum in causa.*
13 *Valet argumentum ab æquiparatis vbi est in omnibus.*
14 *Lata sententia, non possunt produci instrumenta.*

Post conclusum in causa possunt instrumenta produci.
16 *Iudex potest interrogare etiam post conclusum in causa.*
17 *Criminosus potest renunciare post sententiam à qua appellaute.*
18 *Appellatio suspendit iurisdictionem iudicis & sententiam.*
19 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
20 *Appellatio extinguit iudicatum.*
21 *Spoliatus post appellationem restituitur.*
22 *Collatio facta per priuationem, ante transitum sententia priuationis in rem iudicatam, est nulla.*
23 *In renunciatione quæ fit post priuationem, debet fieri mentio priuationis.*
24 *In renunciatione criminosi debet fieri mentio iudicij cœpti.*
25 *In impetratione facienda est mentio criminis, aliàs impetratio nulla.*
26 *Taciturnitas qualitatis ignoratæ imprimit subreptionem.*
27 *Si crimen inquisitum, indignum non reddit, de eo non est facienda mentio in impetratione.*
28 *Atroci pœna condemnatus, potest renunciare.*
29 *Sententia perpetui carceris non inducit priuationem beneficij.*
30 *Priuatio beneficij non fit, nisi expressè dicatur.*
31 *Condemnatus de homicidio non videtur priuatus beneficiis, si in sententia nihil dicatur.*
32 *Imputatus etiam de crimine parricidij potest renunciare.*
33 *Priuatus ipso iure non potest renunciare.*
34 *Resignatio facta per criminosum ignorantem illud beneficium, etiam ab alio impetratum, valida est.*
35 *Resignatio facta per criminosum scientem impetrationem factam, per tertium, est inualida.*
36 *Decretum irritans annullat.*
37 *Renunciatio facta in præiudicium alterius, videtur facta in fraudem.*
38 *Criminosus potest simpliciter renunciare etiam post præsentatas bullas impetrationis, expeditas per tertium.*
39 *Condemnandus debet renunciare, vt vitet infamiam.*
40 *Faciliùs dispensat Papa cum criminoso voluntariè cedento, quàm cum priuato.*
41 *Post renunciationem huiusmodi factam à criminoso, iudex ad vlteriora procedet ob interesse impetrantis.*
42 *Post mortem litigantis aliquando proceditur.*
43 *Criminosi possunt renunciare per procuratores.*
44 *Criminosi possunt renunciare coram ordinario.*
45 *Criminosi possunt renunciare etiam in fauorem.*
46 *Post iudicium cœptum & conclusum in causa, criminosus non potest renunciare in fauorem.*
47 *Renunciatio post iudicium cœptum ad fauorem censetur dolosa.*
48 *Criminosus non potest renunciare ad fauorem post scientiam impetrationis facta à tertio.*
49 *Criminosus post scientiam impetrationis factæ à tertio, non potest permutare.*
50 *Habens beneficium vnitum, non potest illud permutare.*
51 *Per impetrationem videtur impetranti ius quæsitum.*
52 *Dispensatio facta lite pendente in præiudicium alterius non valet.*
53 *Limita, nisi esset concessa dispensatio, non obstante impetratione.*
54 *Criminosus non potest renunciare, etiam simpliciter, cum Papa in literis prouisionis narrat beneficium vacare.*
55 *Assertio Papæ, afficit beneficium.*
56 *Papa non creditur, vbi agitur de tertij præiudicio.*
57 *Beneficium criminosi potest impetrari in euentum priuationis.*
58 *In impetratione* certo modo, *impetrans petit committi alicui, vt constito de delicto priuet & conferat.*
59 *Si impetrans narrat plura delicta, omnia tenetur probare.*
60 *Impetratio* certo modo *est frequens.*
61 *Non est necesse, vt impetrans* certo modo *se obliget ad pœnam talionis, sed sufficit quod se obliget ad pœnam extraordinariam.*
62 *In impetratione* certo modo *solet concedi clausula decreti irritantis.*
63 *In huiusmodi impetratione, solet dari alia clausula.*
64 *Causa impetrationis* certo modo *solet committi extra curiam & in curia, cum ibi commissum est delictum.*
65 *Causa impetrationis* certo modo *dicitur prosana.*
66 *An mortuo criminoso beneficium debeatur impetranti.*
67 *Impetranti* certo modo, *non obstat regula Cancellariæ de annali.*

DEcimo sextò quæro, an criminosi, qui non sunt priuati ipso iure, sed veniunt priuandi & declarandi, possint resignare eorum beneficia in fauorem.

In hoc † constituas regulam affirmatiuam posse, vt 1
scriptum reliquerunt Butrig. cons. 43. num. secundo & tertio. Gemin. consilio 105. Rot. decis. 5. de re iudic. per Bisignetr. Petr. de Ancha. in cap. de regularibus num. 1. de Simon. Crescent. dec. 227. regula. lib. 1. in recollect. manuscript. Boër. decis. 205. & 206. Thom. Ferret. caut. 44. Rossiniac. de benef. capit. 21. Robert. Lancellot. de attent. part. 1. cap. 5. column. 2. Gabriel. consilio 196. n. 11. in fin. & num. 12. lib. 1. vbi dicit hoc esse certi iuris. Felin. in capit. inquisitionis colum. 3. de accusat. & in capit. per tuas. el. primo num. 5. de simon. Sarn. in regula de ann. quæstio. 42. num. 3. & in regul. de subrogand. collitig. q. 7. num. 2. Crescent. dict. decis. 227. regula. lib. 1. vbi loquitur in homicida, Putean. decisio. 223. libro secundo. Gammar. de auctorit. leg. a later. libro 10. num. 321. & 338. & hanc opinionem esse receptam frequentiore Doctorum schola attestatur Rossinia. de benef. capitul. 20. numer. 5. & ita tota die practicatur.

Nam sicuti pro omni crimine non imponitur pœna
depositionis † & priuationis beneficij, sed pro graui 2
duntaxat. canon. inuentum. 16. qu. 7. capit. tuæ de pœnis. capitul. si constiterit, & quod ibi notat Abb. in 3. not. de accusat. gloss. vlt. in cap. 1. de capall. Monach. gloss. 1. in capit sicut. el. 2. de iureiurand. Abb. in dict. capit. tuæ. de pœn. & in capit. vt famæ. per illum text. de sentent. excommun. Dec. post alios in capit. at si clerici. n. 113. & 114. de iudic. Rebuff. in prax. benef. tit. de modo amitt. benef. n. 61. Ita & tunc priuatio non
irrogatur ipso iure, † & sic criminosus non est priuatus 3
ipso iure, sed venit priuandus iudiciali calculo. cap. clerici, qui cleric. vel vouen. capit. dudum. 1. de elect. c. ex literis, & cap. vlt. de excessu. prælat. c. per tuas. de simon. Abb. in cap. in nostris. de concess. præb. Felin. in cap. quærelam. de iureiurand. Capell. Tholos. decis. 436. & est communis opinio, de qua attestatur Rossiniac. dict. cap. 10. de benef. column. 1. & habemus exemplum in homicida, qui quicquid voluerint alij, vera &
magis communis opinio est, vt non priuetur † sed 4
veniat priuandus per sententiam, Innocent. in cap. cum nostris. de concess. præbend. Bald. in l. cum fratrem. ff. de his quibus vt indig. Præposit. in can. studeat. distinct. 50. colum. vltim. de communi attestantur Ana. in cap. inquisitionis. num. 3. Felin. num. 2. de accusat. Sarn. in cap. 1. numer. 7. de rescrip. lib. 6. & in regul. de annal. quæst. 42. Diaz. in prax. Canon. cap. 88. colum. penult. Clar. lib. 5. recept. sentent. §. homicidium. vers. de iure autem Canonico, Gabriel. consil. 196. num. 7. lib. 1. Putea. decis. 133. lib. 3. & periurium. Gemin. cons. 105. colum. 2. & est communis opinio, & regulariter alia Innocent. in dict. cap. cum nostris. de concess. præbend. nam communiter nul-
lum crimen † inducit priuationem ipso iure, Ioan. 5

Digitized by Google

Selu. de benef.part.3.q.2.num.9. Gabriel. d. conf.196.
n.4. li.1. paucis exceptis, de quibus per Rebuff.in prax.
tit. de mod. amitt. benef. col.1.2.& 3. num.65. vt dixi-
6 mus supra, & requiri declaratoriam Iudicis in † omni
crimine est magis communis opinio, de qua attestatur
Bursat.cons.14.num.18.vol.1. facit Mohedan. decis. 272.
7 & ideò qui venit † priuandus facit fructus suos. Ant. de
Burg. in cap. canonum statuta. numero. 265. de con-
stit.

Amplia primò, hanc conclusionem procedere etiam
8 lite pendente, † vt quia pendebat iudicium super cri-
minibus commissis, nam hoc non obstante possunt cri-
minosi resignare eorum beneficia, & collatio inde se-
cuta valet. Rot.d.decis.5. de re iud. per Bisignet. gloss.
in cap.2. verb. finita. vt lit. pend.6. Prob. in addit. ad
Ioan. Monach. in capit. ad Apostolicæ, n.10. de re iud.
lib. 6. colligitur ea Gemin. & Boer. ac Ferret. locis
præallegatis. Anton. de Burg. in cap. canonum statuta,
num.310. de constitut.Rebuff.in regul. de infirm. resign.
q.12.n.19. & in prax. titul. de mod. admittend. benef.
num. 51. Ferret. cons. 283. num. primo. in facti contin-
gentia, respondit Hieron.Gabriell.consilio 196.maximè
numero 12. libro primo. Aufrer. in addit. ad decisio.
Tolos. 336. ad med. & ita fuit decisum in Rot. in vna
parmen. parochial. coram domino de Rubeis, 12. Iunij
1562. vt refert Robert. Lancellott. in d. tractat. de at-
tent. part. 1. capitulo 5. numer. 7. & secundum hanc
opinionem conclusit Senatus Parisien. teste Roffiniac.
de benef. capitu. 20. num. quinto & sexto. & ita Rotam
obseruare attestatur Gondisal. quem ad hoc refert &
sequitur Petr.Andr. Gammar. de aucto.leg. à lat. lib.10.
numero 337.

Et hoc est mirabile, cum inquisitione vel accusatio-
9 ne pendente † nihil possit innouari. cap. olim, & ibi
gl. de accu. gl. in §.1. de hat. instit. in Institu. Rom. in
l. post contractum, ff. de don. & est communis omnium
Doct. sententia.

10 Ita accusatus de † crimine pendente lite potest per-
mutare, Nauarr. conf. 2. de accusationib. & est com-
munis opinio.

Amplia secundò, procedere vt possint renunciare
11 dicti criminosi pendente † iudicio, etiam post receptas
probationes, & conclusum in causa, vt tenuit Anto.de
Butr.in cap.dudum 2.el.secundo n.11.vers.nota consiliū.
de elect. & ibi Abb. col. 4. ver. nota pen. & Ancha. in
22. nota. Boer. decis. 206. num. 3. Rebuff. in prax. in
tit. de mod. admitten. benef. num. 55. Ferret. cons.283.
n.1.& huic opinioni adstipulatur placita Senatus Parisi.
teste Rossin. de benef. c. 27. n. 12. Idque probatur in d.
cap. dudum. el.secundo in fi. de elect. ibi, *tandem cum
non restaret nisi proferenda sententia, idem tam iuri (si
quod ei competere videbatur) quàm liti cessit spontanea
voluntate, cuius cessionem duximus admittendam*, ex qui-
bus verbis colligitur fuisse admissam cessionem post
conclusum in causa, nam inquit text. quod non restabat
aliud nisi proferenda sententia. Facit etiam text.& quod
ibi notat.in cap.2.de in integr.rest.& ob id alibi dicitur
quod non solum ante conclusum in causa, sed etiam
post, quis soluendo non expectata sententia euitat in-
famiam, Bar. in l. si reus, Bal. not. 3. Pau. de Castr.
col. 2. ff. de procur.

Et hæc opinio tenenda est, quamuis Fel. in cap. per
tuas, col. 2. in fi. ver. fallit. n. 5. de Simon. tenuerit
contrarium, allegando Innoc.in cap.veniens. de renunc.
cuius opinionem sequuti sunt Roffiniac. de Benef. c.20.
n. 10. 12. 13. & 14. Rob. Lancel. de attent. c. 5. n.
13. Nec obstat argumentum per eos adductum, quòd
12 paria sunt litem † esse finitam, vel conclusum in causa,
l. qui pœnæ. ibi, *qui iam lege Cornelia damnatus esset,
vel cum futurum prospiceret vt damnaretur*, ff. de manu-
mis. l. quamuis indubitati, C. de adult. Bal. in l. error.
in 2. q. ver. aduerte, & in 3. q. C. de iu. & fac. igno.
Dec. in l. edita. num.73. C. de eden. Namque responde-
tur, argum. ab æquiparatis procedere, vbi æquiparatio
† est in omnibus, & per omnia, ad plene tradita per Doct.
in l. 1. ff. de leg. 1. sed hæc non est vniuersalis & perpe-
tua, quia lata sententia † non possunt in illa instantia 14
produci instrumenta, l. imperatores ff.de re iudic. post.
tamen conclusum † in causa possunt produci, cap. cum 15
dilectus, de fid.instrum. rursus latâ sententiâ non dicitur
amplius iudex. l. iudex. postquam.ff.de re iud.Ang. conf.
296.ad fi.& tamen post conclusum in causa omnibus pa-
tet iudicem esse, alias non posset proferre sententiam,
item exceptio propè sententiam superueniens conuali-
dat iudicium, non tamen sententiam. l. quod in diem.in
princip. ff.de petit.hæred. superueniens autem post con-
clusum in causa admittitur.Fel.in cap.causa quæ, colum.
1.de testibus. secus post sententiam, l. admonendi, ff. de
iureiurand.& ideò cum interpretarer cap.1.de iud.† de- 16
fendi iudicem posse interrogare etiam post conclusum
in causa, ut tenuerunt Anto.de But.Imol.Aret.& alij, vt
per Dec.n.36.37.& in 2.lect.n.27.in d.cap.1.Oldrad.cōsil.
327.Alex.in l.4.§.hoc autem iud.num.7. ff. de damn. in-
fect.Neuiz.cons.5.n.25. Ruin.cons.30.col.1.lib.4.& ma-
gis communis opinio teste Dec.d.c.1.num.41.nec obstat
l.qui pœnæ, quia eadem ratio defraudandi fiscum mili-
tat vtroque casu, ac etiam in l.quamuis, vt per Alexan.
in l.3.§.seruus.ff.de acquir. poss.& tradit eleganter Me-
noch.de arbit. iud.cas.51.

Declara, vt tunc fiat renunciatio simpliciter, proùt
loquitur d. cap. dudum. vt infrà dicetur.

Amplia tertio, etiam † si lata sit sententiā priuationis 17
contra inquisitum, vt si appellauit d. sententia non ob-
stante, possit renunciare beneficiū, Roffi.in tract.de be-
nef.c.20.n.6.vbi refert ita fuisse iudicatum in Senatu Pa-
ris.Rebuff.in prax.benef.tit.de mod.amit.benef.n.52.ver.
ideo resignatio bona est, vbi attestatur ita obtinuisse
Episcopum Vticen.in magno consilio per resignationem
cuiusdam scelest. priuati, & ita in facti contingentia
respondit idem Rebuff.cons. 82. nam ibi accusatus de
crimine graui post sententiam priuationis beneficij à
qua appellauit, resignauitquè coram Summo Pont. &
Papa contulit Titio, & ordinarius alteri, quærebatur
vter illorum præferendus esset? consultus Rebuff. res-
pondit præferendum prouisum à Papa, quia potuit resi-
gnare appellatione pendente, & refert ita fuisse iudica-
tum, & ratio est, quia † appellatio suspendit iurisdictio- 18
nem iudicis, & sententiam ipsius à qua prouocatum est.
Lap. alleg.2. D. meus Cardin. Paris.consil.12. num.216.
vol.2.& cons.98.num 8.vol.3.& consil.28.num.23. vol.4.
& est communis omnium Doctorum sententia, & ideo
† appellatione pendente nihil est innouandum, Dec. 19
consil.197.Marsi.consil.103.n.50.&cōmuniter alij.Acce-
dit, quia æquiparantur ista, pendente accusatione renun-
ciare, uel post appellationem intermissam, l. postquam,
§.imperator, vt leg.nom.caueat.vbi Bart.nam † appella- 20
tio extinguit iudicatum, l.1.ad fin.ff.ad Turpil.ideo spo-
liatus † post appellationem restituitur, cap.si constiterit, 21
de accusat.& sententia non priuat sine executione, cap.
grauem, de excess.prælat. & facit tex.in l. qui à latroni-
bus.§.vlti. ff. de test. per quam leg.hoc fuit determina-
tum Parisiis. Hinc collatio † facta per priuationem ante 22
transitum in rem iudicatam, est nulla, esto, quod priuatus
postea non appellauerit, vt fuit resolutum 29. Octobris
1540.coram Marsican.teste Mohedan.decisio.150.Papa,
in vna Barchinonen. præbend.& canonicatus, Put.deci-
sion.30.lib.1.& in vna Veronen. coram Anto. Augu. de
mense Decembris 1545.teste Card.S.Crucis decis. 1. in
manuscrip.

Declara † tamen hanc ampliationem dummodo fuerit 23
facta mentio priuationis, Rebuff.in prax.tit.de mo.amit-
tend benef.n.52.in fi.contrarium tamen.tenuit idem Re-
buff. d. cons.82. n.7. dum respondit non refragari quòd
non sit facta mentio Papæ de priuatione, Nam Papa
postquam ad resignationem istius contulit, contulisset
melius si hoc expressum fuisset, & quæ inducunt Papam
ad facilius concedendum, non debent necessariò expri-
mi, Felin.in capitul.nostra, de rescript. prior tamen sen-
tentia verior & securior mihi videtur.

Amplia quartò, vt possit fieri huiusmodi resignatio

Google

etiam non facta mentione de accusatione, vel inquisi-
tione, si iudicium pendet. Rot. decis. 5. in princ. ante
nu. 1. de re iud. per Bisignet. Contraria tamen opinio
24 mihi videtur † vera, vt debeat fieri mentio criminis,
& processus incepti, aliàs renunciatio sit nulla, quod
tenet Gem. cons. 105. col. vlt. ver. ex his potest, Rebuff. d.
tit. de mod. amittend. benef. num. 52. in fi. sicuti in
25 impetratione † facienda per inquisitum de crimine de-
bet fieri mentio inquisitionis, alias impetratio est nulla,
vt consuluit Gasp. Cal. cons. 20. in c. pendente inquisi-
tione. de præb. Io. Selu. de benef. 3. pat. quæst. 11. nu.
152. Fel. in cap. postulasti, col. 4. versi. declara etiam,
de rescrip. Menoch. de arbit. Iud. cas. 202. num. 37.
D. meus Card. Paris. cons. 236. num. 38. vol. 4. & cons.
96. num. 18. eod. vol. Cald. cons. 4. de accusat. Lancel.
de attent. capitu. 5. num. 28. & 29. & est communis
26 opinio, & ratio est, quia taciturnitas † qualitatis igno-
noratæ imprimit subreptionem quia iuri alterius præ-
iudicatur, cap. constitutus de rescrip. ita Gemin. loco
citato, quod declaratè non procedere, quoties crimen
27 † renuncianrem, indignum non redderet, nam tunc non
requiritur vt fiat mentio inquisitionis, siue accusatio-
nis, sicuti nec etiam in impetratione hoc casu debet fie-
ri mentio, Bellam. dec. 697. num. 5. Curt. Inn. cons.
27. col. vlt. & communiter Doct. hac ratione procedit
decis. 5. Bisignet. antedict. nam vt ibi dicitur fuit ille
condemnatus ad perpetuos carceres, ex quo non datur
priuatio, vt dicetur infrà.

Amplia quinto, posse criminosum renunciare bene-
28 ficijs, quæ obtinet † etiam post sententiam, si ex illa
non fuit priuatus beneficijs, etiam si fuerit attroci pœ-
na condemnatus, vt quia fuit condemnatus ad perpe-
tuum carcerem, nam nihilominus post talem sententi-
am potest beneficium resignare, & collatio inde sequu-
ta valet. Rot. dicta decis. 5. de renunc. per Bisignet.
Sarn. regula de ann. q. 42. col. 3. ver. & tamen. num. 4.
vbi dicit in casu dec. Rotæ fuisse factam renunciationem
beneficij per priuandum post inquisitionem, ac post
sententiam perpetui carceris latam contra homicidam,
ac etiam post acceptationem expectantis, & nihilomi-
nus concludit validam esse renunciationem, vnde in-
quit Sarn. dicta decisio in duobus differt à cons. Anton.
de Butr. Primo quia ibi renunciatio fuit facta post sen-
tentiam, in cons. autem Anton de Butr. ante sententiam
priuationis. Secundò quia ibi nulli prouisum fuerat
ante renunciationem, licet quidam expectans accepta-
uerit, sed in consi. But. fuerat facta prouisio à Papa
ante renunciationem cum decreto irritan. & nihilomi-
nus dicit Butr. quòd valet renunciatio, si ignorauit
prouisionem Papæ, & ratio est, quia beneficium est ad-
29 huc suum, † cum sententia perpetui carceris non indu-
cat priuationem beneficij, quæ debet exprimi specia-
liter in sententia, Innoc. in capit. qualiter & quando.
super verbo diminutionem, vers. credimus, de accusa.
ita per sententiam latam super crimine non est quis pri-
30 uatus † beneficio, nisi fuerit hoc expressum in senten-
tia, capit. qualiter. 2. de accusat. Bal. in l. cum fratrem,
C. quibus vt indig. Anan. in capit. vlt. colum. 1. de
homic. Rebuff. in prax. de mod. amit. benef. nu. 64.
31 & est communis opinio. Ideo in vna † Fauentin. coram
D. Aquen. fuit resolutum, quòd condemnatus de ho-
micidio, ex quo in sententia non erat apposita priuatio
beneficiorum antea obtentorum, non erat priuatus iu-
re in beneficio ante homicidij condemnationem sibi
competenti, & per consequens potest agere contra pos-
sessorem, teste Put. decis. 233. lib. 2.

32 Amplia sextò, etiam † in crimine grauissimo, nam-
que in crimine parricidij hoc firmat Gabriell. consilio
196. lib. 1. nisi illo crimine priuatio beneficij ipso iure
33 esset irrogata absque † alia declaratione, capit. 1. §. fa-
cri, vbi Geminian. de homic. lib. 6. Abb. in cap. inter,
circa fi. de excess. prælat. Rebuff. in prax. titu de mod.
amit. benef. nu. 65.

34 Amplia septimò, † vt criminosus possit renunciare
beneficia, quæ obtinet, etiam post impetrationem suo-
rum beneficiorum factam ab alio, & valida erit resi-
gnatio, si ignorans impetrationem, renunciasset bona
fide, Ant. de But. consilio 43. Rot. d. decis. 5. de re iud.
per Bisignett. Sarn. de ann. q. 42. col. 3. ver. & tamen.
circa hoc. nu. 4. Boer. decis. 205. n. 7. Rossiniac. de be-
nef. cap. 21. nu. 1. & 2. Lancel. de attent. c. 5. nu. 10. &
est communis opinio.

Si autem † sciebat impetrationem factam esse ab 35
alio, tunc renunciatio facta per ipsum in fauorem ali-
cuius esset inualida, clausulam decreti irritantis posi-
tam in impetratione † facta per tertium, cap. tibi qui 36
de rescrip. lib. 6. cap. dudum. de præb. cap. 1. de con-
cess. præb. lib. 6. But. d. cons. 43. nu. 1. Boer. d. num. 8.
Lancel. d. num. 10. Gamm. de auctor. leg. a later. lib.
30. de dispens. nu. 336. & est communis opinio, & quia
tunc † videtur facta in fraudem, & in præiudicium iuris 37
illi tertio acquisiti, Ioan. Anan. in cap. 3. de collus. de-
tegeo. Barbat. cons. 11. col. 15. lib. 1.

Amplia octauò, vt † criminosus, possit sua beneficia 38
resignare simpliciter etiam post præsentatam impetra-
tionem suorum beneficiorum factam ab aliquo, & iu-
dicium cæptum, etiam si ex deductis veniat priuandus,
vel verisimiliter existimet esse priuandum, vt tradunt
Geminian. dicto cons. 105. col. 1. vers. quo ad primum,
cum alijs, vt per Ferratium. caut. 44. Prob. ad Io. Mo-
nach. in cap. Apostolicæ. num. 10. de re iudic. libr. 6.
Boer. dict. decis. 205. num. 7. versic. quamuis. Sarn. de
ann. quæst. 42. col. 3. versic. propositione, & est communis
opinio, pro qua facit cap. dudu el. secundo de elect. vbi
electus cessit iuri & liti, cum non restaret nisi proferen-
da sententia, & cap. ex literis, de exc. præl. vbi Epis-
copus criminosus renunciat, & cap. vlt. eod. titul. vbi
Episcopus qui violauit interdictum, cessit, & c. cum no-
stris. de concess. præben. vbi etiam Episcopus crimino-
sus renunciat præposituræ, & cap. per tuas, de Simon.

Et hæc est † cautela optima ad euitandam infamiam, 39
quæ ex condemnatione resultat, l. athletas. §. vlt. ff. de
his. qui not. infam. cap. cum, & c. de re iudic. lib. 6.
Rot. decis. 5. de re iudic. in antiquior. per Bisignet. &
hanc cautelam dant Gemin. dicto cons. 105. col. 2.
vers. cautela sibi esset vtilis, Anto. de Butr. in cap. du-
dum, col. penult. in fin. vers. nota. cons. de elect. Felin.
cap. inquisitionis, col 1. in fi. de accus. Io. Selu. in tract.
de benef. p. 3. q. 2. cum alijs, vt per Boër. dicta dec. 205.
n. 7. vers. imo, Redoan. de simon. mental. p. 4. c. 10.
n. 57. & prodest, quia Papa † cum criminoso volunta- 40
riè cedente facilius dispensat, quàm cum non cedente
voluntariè. Abb. communiter receptus in capit. post
translationem, sub numer. 12. vers. nota quòd facilius.
de renunc. vbi allegat cap. si alicuius, de elect. Sed
propter hanc renunciationem simpliciter factam iudex
non cessabit à iudicio, sed ad vlteriora procedet pro-
pter † interesse impetrantis, Ioan. And. post Host. in 41
d. cap. per tuas, super gl. vlt. de Simon. Gemin. d. cons.
105. col. 2. vers. tamen licet, Sarnen. de ann. q. 42. col.
4. vers. sed modo, facit gloss. in cap. 2. vt lit. pend &
cap. si electio, de elect. lib. 6. & quia non est nouum, vt
in aliquibus casibus etiam post mortem † litigatoris 42
procedatur, tot. tit. C. si reus vel accusat. mort. fuer.
tot. tit. C. si pend. app. cap. ex parte, de arbit. cap. 1 &
2. vt lit. pend. lib. 6.

Sarnen. autem in reg. de ann. quæst. 42. num. 4. ver-
sic. sed modo. dicit quòd Card. Simonett. olim Rotæ
Auditor affirmabat hoc consilium Geminiani non esse
verum, & quod viderat sæpe in Rota seruari decision.
5. de re iudic. in antiquior. per Bisignetum. & consil.
43. Anton. de Butr. qui Bisignett. & Anton. de Butr.
tenent non posse fieri renunciationem post impetratio-
nem factam ab alio, quoties hoc scit possidens benefi-
cium, tu concorda vt consilium Geminiani procedat,
vt possit renunciare simpliciter, decis. Rot. & cons.
Anto. de Butr. vt non possit renunciare in fauo-
rem.

Amplia nonò, vt † non solum hoc possit per se, sed 43
etiam per procuratores: nam & criminosi possunt con-

Digitized by Google

44 stituere procuratores † ad renunciandū beneficijs, Rot.
d. decis. 5. de re iud. in antiquior. per Bisignet. ante
nu. 1. Rebuff. & Lancel. d. c. 5. nu. 6. & est communis.
opinin.

Amplia decimò, vt † possit fieri huiusmodi resignatio non solum curam Pàpa, sed etiam coram ordinario, Marian. Socin. sen. super 2. par. decret. lib. 5. decrett. num. 3. fol. 87.

Amplia vndecimò, vt possit fieri huiusmodi resigna-
45 tin per criminosum coram Papa, etiam † ad fauorem
alicuius, Ferrat dict. caut. 44. numer. 2. versicul. die quodcautela est, Rossiniac. dict. cap. 20. de benef. nu. quinto, vbi attestatur banc esse communem opinionem, quam tenēt generaliter multi ex Doctoribus allegatis.

Limit. 1. hanc ampliationē, vt non possit resignare ad
46 fauorem, † quotiescunque iudicium esset incoeptum, &
testes recepti, ad conclusum in causa, vt nihil restaret nisi proferenda sententia, & ita intelligo Fel. in cap. per tuas, el. 1. sub oum. 5. de renunc. Rossin. dic. tract. de benef. cap. 20. numero 8. vbi allegat Modern. Parisien. de infirm. resig. & ibi Rossiniac. expresse loquitur de renunciat. in fauorem, cum dicat, si quis velit renunciare coram Summ. Pontifice, amico suo & numero 14. respondit iuribus allegatis in contrarium, & hoc vult Boer. d. decisio. 205. numero 7. versic. quamuis, &
47 est communis opinio, & ratio est, † quia tunc renun-
ciatio esset dolosa, & maliciosa. argum. capitu. de renun. libro 6. & elideretur iudicium, iuxtà ea quæ latè scribit more solito, Barb. consil. 11. colum. 13. libro 1. vbi ex pluribus rationibus annullat quandam renunciationem factam per Petrum, ad fauorem Infantis Regni Portugalliæ, quæ rationes cessant in renunciatione simplici.

Limit. 2. hanc ampliationem, vt non possit renun-
48 ciare ad fauorem alicuius † post scientiam impetratio-
nis factæ à tertio de suo beneficio, vel eius præsentationem. & ita intelligo Butrig. d. consil. 43. numero 1. Boër. dict. decis. 205. numero 8. Lancel. de attent. cap. 5. num. 10.

49 Ita in† simili criminosus post impetrationem sui be-
neficij, factam ab aliquo non potest illud beneficium permutare. Alexand. de Antilla in repe. cap. licet, de rer. permut. lib. 6. quem refert & sequitur Gemin. qui secundum banc opinionem respondit d. consi. 105. col. 2. versicu. quo ad secundum Boër. d. decis. 205. nume. 6. Staphil. & Rebuff. quos refert & sequitur Lancelo. de attent. cap. 5. num. 15. num. 14. Quamuis contrarium tenuerit Sarn. de ann. quæst. 42. num. 1. Et mouetur Gemin. quia ille debet priuari virtute mandati Apostolici, & ex dispositione iuris communis ex quo beneficium debetur impetranti, cui ius est quæsitum ad illud: ergo non poterit permutari cum alio, ne excludat ius
50 istius. Ita habens beneficium vnitum † alteri, non potest
illud permutare, Fed. de Senis in tract. de permut. benef. quæst. 13. quæ ratio viget in casu nostro, cum renunciatio in faurrem habeat vim permutationis, Prolom. decis. 102. in manuscript. & quia per impetratio-
51 nem videtur † imperranti ius quæsitum ad rem, quoad
beneficium inquisiti in casu in quem constiterit eum esse dignum priuatione, nam quando rescriptum refertur ad beneficia demonstrata respectu certæ personæ, loci, vel Ecclesiæ, per tale rescriptum quæritur ius ad rem quoad illa beneficia, de qua vacatione speratur cap. si postquam. cap. quodam de præben. lib. 6. cap. vlt. de concess. præb. eo. lib. & quia tale beneficium videtur affectum pro impetrante: potest tamen is, vt dixi simpliciter renunciare. Gem. d. cons. 105. col. 2. versi. quo ad primum, & est communis opin.

52 Hinc dispensatio † facta lite pendente, in præiudi-
cium alterius non valet, idest illius qui impetrauit certo modo, & instat pro priuatione. Inno. Io. And. & & alij in cap. dudum. el. 2. de elect. Archid. in can. si quis presbyter. dist. 50. Spe. in tit. de dispensa. §. qualiter. ver. sed videtur, Gamm. de auct. leg. à later. lib. 10. de dispens. numer. 317. cum seq. vbi dicit, non obstante dispensatione, beneficium deberi impetranti, & est communis opinio Doctorum, quam etiam tenuit Gemio. d. consi. 105. col. vlt. versi. ex præmissis. Rebuff. in prax. de mod. amittend. benef. nu. 54. nisi Papa non
obstante tali † impetratione dispensaret. Gem. d. con- 53
sil. 105. colum. vlt. versi. & ex præmissis. Rebuff. loc. cit. nu. 53. & 54. quia est dominus beneficiorum, vt est trita & communis conclusio.

Vlterius limita, vt criminosus non possit renunciare, neque simplieiter, neque in fauorem, quoties Papa in literis prouisionis beneficij, factæ, ad fauorem illius
qui † impetrat, certo modo narrasset vacare benefi- 54
cium propter tale crimen, licet in veritate illud crimen non inducat priuationem ipso iure. ita Sarn. de ann. quæst. 42. num. 5. versicu. limitarem, quia talis assertio
Papæ adeo † beneficium afficit, quod renunciari non 55
potest, vt dicit Petr. de Anchar. consi. 293. incipieo. vltra alia, quem sequitur Fel. in cap. 2. col. 3. & in cap. nonnulli colum. 17. de rescrip. & in cap. inquisitionis, col. 3. de accusat. quam conclusionem declararem quoties Papa id faceret motu proprio, nam alias secùs, vt latè per Ias. consil. 86. incipien. redemptoris, colum. 5.
libro 3. nam vbi agitur de tertij præiudicio, † Papæ 56
non creditur, vt notat Felin. in cap. cum a nobis. de testib. Paul. de Castr. cons. 46. lib. 2. Gemin. consil. 53. Dec. consil. 151. colum. 4.

Ex quibus constat beneficium criminosi posse im-
petrari in euentum † priuationis, Rot. decis. vlt. vt lit. 57
pend. in nou. Ant. de But. d. cons. 43. Boër. d. deci. 205. col. pen. & vltim. & decis. seq. nume. 4. Gemin. d. consil. 105. col. 2. Gam. de auct. leg. a later. lib. 10.
de dispens. nu. 331. vbi dicit † impetrantem petere com- 58
mitti alicui iudici, vt constito de crimine priuet, & in euentum priuationis conferat illi. Sarn. de ann quæst. 42. num. 1. & de collitig. subrog. quæst. 7. num. 6. ver, item. vbi dicit, quòd quando impetrans narrat plura delicta per priuaodum perpetrata, postea in conclusione petit committi probis viris, vt si eis de præmissis, vel altero præmissorum constiterit, dictum N. priuent, &c. semper consueuerunt illa verba *altero præmissorum* cas-
sari, namque tenetur † impetrans illa omnia probare, 59
& hæc impetratio vocatur *certo modo*, vt docet com-
munis praxis, nam quotidie boc modo † impetrantur 60
beneficia, vt omnibus notum est in qua impetratione solet apponi conditio, postquam N. suum aduersarium accusauerit sese in forma iuris inscripserit, quo casu sa-
tis est † vt impetrans se obliget ad pœnā extraordinariā 61
arbitrio Rotæ, & sic non requiritur pæna talionis, vt fuit resolutum in Rota in vna Ispalen. benefic. de Carmona, Lunæ 13. Februarij 1581. coram bon. memo. Canuccio. facit quod scribunt Cresc. d. decis. 261. in manuscrip. Præpos. in cap. 1. nu. 13. & 14. 2. qu. 8. Et
datur clausula † decreti irritantis, vt docet Anton. de 62
Butr. d. consil. 43. Lancellot. de attent. capitu. 5 nume. 10. & alij communiter suprà allegati, & de stylo communiter apponitur. In hac etiam impetratione
solet obtineri clausula, quòd † resignatio N. priuandi 63
cedat in fauorem impetrantis, quæ solet concedi post primam priuationis sententiam, non antea. vt tradunt Rebuff. de infirm. resig. in prax. q. 12. nu. 19. in fi. Lancel. d. tract. de attent. c. 5. nu. 14. Ideo dicit glossator Cancellariæ, vt refert Sarn. de subrogan. collitig. num. 2. quòd datur subrogatio isto modo, vt si contigerit prædictum priuandum lite huiusmodi pendente mori, vel cedere, quòd tali casu dignetur impetrantem ad illud subrogare. Et causa hæc non solet commiti in
curia, nisi † delictum fuerit ibi perpetratum, vel pri- 64
vandus resideat in curia, Sarn. de subrogan. collitig. q.
7. num. 6. & dicitur † profana, non beneficialis. glo. 65
in cap. 2. verb. finita, vt lit. pend. lib. 6. Sarn. de subrog. collitig. quæst. 7. num. 2. & de ann. q. 42. colum. 1. ac impetrans tenetur probare delicta ad pœnam talionis, vel saltem ad pœnam diffamationis. Sarn. d. q. 7. de subrog. collitig. num. 6. in fi. quod intellige eo

Digitized by Google

modo, vt dictum eſt ſupra numero 61.

Dubium tamen eſt, ſi dum iudicium agitatur contra homicidam, vel alium criminoſum, vt priuetur, ipſe
66 criminoſus † moriatur, an qui impetrauit beneficium debeat illud habere. vide deciſ. Rotæ vltim. vt lit. pendente, in nou. vbi diſputat hunc articulum. Capel. Tholoſan. deciſio. 436. Sarn. de ann. q. 42. colum. 5. Gondiſal. in tract. de legat. par. 1. quæſt. 14. col. 15. Gamm. in eo. tract. numer. 321. vſque ad numer. 351. ubi dicit quid obſeruat Rota, Roffinac. de benef. capitul. 21. num. 7.

An vero dicto impetranti in forma iuris, qui petit aliquem priuari propter crimen, obſtet regula Cancel-
67 lariæ de ann.? Rota ſæpe † tenuit negatiue, vt per Sar. de reg. 42. de ann. col. 2. limita in priuato ipſo iure, vt tenuit Rot. die 29. Octobris 1529. coram Staphileo in vna Placent. Capellaniæ.

Lib. 3. q. 16. n. 6. Ibi, Eſt magis communis opinio.

QVod pertinet ad ius Gallicum, cum Auctore conueoit Paponius tomi tertij trium Notariorum lib. 2. tit. de modis priuationis beneficiorum. Vbi hanc ſolam adfert diuerſitatis rationem, inter eos modos quibus beneficia ipſo iure vacant, & eos quibus non quidem ipſo iure vacant ſed declaratione opus eſt: vt ſcilicet non priuati ipſo iure reſignare poſſint, priuati econtrà, non poſſint. Hæc tamen diſtinctio quatenus ſtatuit, priuatos beneficiis, illa reſignare non poſſe, limitari debet, vt non procedat in ſimplici reſignatione purè ac nullius fauore facta, iuxta tradita ab ipſo Pariſio hac eadem q. n. 38. & n. 51. in fine. Vide à nobis notata infrà, lib. 7. q. 16. & lib. 14. q. 6. In fine.

Eadem q. n. 23. Ibi, Prior tamen ſententia verior & ſecurior mihi videtur.

CVi nos ſententiæ libenter ſubſcripſerimus ſi (vt Author ipſe infrà, hac eadem q. n. 17. ac lib. 4. q. 3. n. 2. rectè declarat) reſignatarius, per celatum, ſeu non expreſſum crimen, indignus non redderetur.

Eadem q. 16. num. 5. Communiter nullum crimen inducit priuationem ipſo iure.

¶ HÆc regula multas patitur exceptiones. ſunt enim crimina non pauca à Melchiore Paſtore, poſt multos alios, longa ſerie relata in tract. de beneficiis. lib. 3. tit. 291. quæ vacationem ipſo iure inducunt, nec in illis requiritur, declaratiua ad effectum vacationis, ſeu priuationis, ſed conuictionis tantum; vnde ſi aliunde conſtet de crimine, non eſt opus declaratione: Imò antequam de crimine conſtet, & ante omnem declarationem, vacat illicò beneficium à crimine admiſſo: declaratoria enim, ſicut quæcumque alia probatio, non facit vacare, ſed vacant oſtendit, l. adeò. §. cum quis ff. de acquirend. rerum Domin. l. Heredes Palam §. ſi quid poſt ff. de teſtam. & à quocumque ante hanc declaratoriam poteſt impetrari, vt in terminis declarat regia Bleſẽſis ordinatio art. 46. Sed an iſti criminoſi ipſo iure priuati poſſint reſignare dico poſſe ſimpliciter, etiam pendente accuſatione, & poſt concluſum in cauſa, ex cap. dudum. *le ſecond* in fin. de elect. & cap. per tuas de ſimonia in fine, iure ſcilicet alteri non quæſito, quia ad hoc ſufficit poſſeſſio de facto, & qualitas rectoris putatiui, ſaltem apud nos; In fauorem autem non poſſe cum nihil iuris habeat; ſed ſi de facto reſignet, quæritur beneficium reſignatario, non quidem ex capite reſignationis, ſed ex capite priuationis in vim clauſulæ ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacet, Flamin. infrà lib. 1. q. 7 num. 157. in tantum vt impetrans per priuationem huiuſmodi, quantumuis prior in Data, qui tamen reſignanti litem non mouerit, ab ipſo reſignatario excludatur, iuxta præiudicia relata per Molin. ad regulam de publicand. reſignat num. 303. Tournet litera d. num. 27. Melchior Paſtor de beneficiis. lib. 2. tit. 6. num. 13. propter odium, & ambitionem impetrantis. Qui autem non ſunt priuati ipſo iure, ſed veniunt priuandi per ſententiam ſemper poſſunt reſignare ſimpliciter, vel in fauorem etiam poſt ſententiam priuationis, à qua fuerit appellatum, quod omnes fatentur, vno excepto Molineo ad regulam de infirmis reſignant. num. 365. & 367. quem Louetius ibidem iure meritò reprobat.

QVÆSTIO XVII.

Senex an poſſit reſignare.

SVMMARIVM.

1 *Senex poteſt reſignare.*
2 *Senes poſſunt reſignare coram Papa & ordinarijs.*
3 *Renunciatio ſenis plus debet iuſtificari, quam iuuenis.*
4 *Senectus eſt defectus habens in ſe labores & dolores.*
5 *Senectus habet plura incommoda.*
6 *Senex parum præſumitur viuere.*
7 *Renunciatio ſenis fraudulenta, eſt nulla.*

DEcimoſeptimò quæro. An ſenex poſſit reſignare beneficia? Reſpondeo poſſe, † Sarn. de in- 1
firm. reſig. q. 7. col. penul. in fi. glo. Conc. Baſilien. in tit. de colla. in verb. permutationi, quam ad hoc refert & ſequitur Guliel. Rouill. de iuſti. & iur. p. 2. c. 14. ſub num. 2. Arch. in can. nihil. 7. q. 1. Mandoſ. in reg. de infirm. q. 4. numero. 7. & communiter alij.

Amplia vt non ſolum ſenes poſſint reſignare coram Summo † Pontifice ſed etiam coram ordinarijs. vt col- 2
ligitur ex conſtitutione Pij V. de qua infrà dicetur, & eſt communis opinio.

Declara † vt renunciatio ſenis, debeat plus iuſtifica- 3
ri quam iuuenis namque difficiliùs admittitur reſignatio ſenum, quam iuuenum. vt dicit glo. dicti Conc. Baſilien. quam refert Guliel. Rouill. d. p. 2. de iuſt. & iur. capit. 14. num. 2. cum ſenectus † ſit defectus habens in 4
ſe labores, & dolores. Abb. in cap. magnæ. col. 2. de vot. & dicitur ſenex, quaſi ſe neſciens: Arch. in can. tanta. diſtin. 86. & habet † plura incommoda. vt habe- 5
tur in Saluſt. in Iugurtin. in Liuio lib. 5. ab vrbe condita. & latè illa enumerat ſatyricus Iuuenal. ſatyr. 10. Plin. lib. 7. cap. 10. & ideo † parum præſumitur viuere. 6
Archid. in can. nihil. 7. q. 1. Catald. de Boncomp. in tract. de Conc. tranſ. Baſil. colum. 3.

Limita ſecundò, niſi renunciatio † ſenis eſſet facta 7
fraudulenter. ita Sarn. d. p. 7. de infirm. reſig col. pen. in fi.

Lib. 3. q. 17. n. 2. Ibi, Non ſolum &c. coram ſummo Pontifice, ſed etiam coram ordinario.

ITA tamen, vt ſi fiat reſignatio coram Ordinario, purè tantùm hoc eſt nullius fauore: ſi verò coram ſummo Pontifice facta fuerit, vtroque modo, nempè tàm purè quàm in alicuius fauorem admiſſa, valeat. Rebuffus in praxi. tit. de reſignat. condit. & tit. de procuratoris ad reſignan. conſtitut. Mandoſius ad regulam de infirmis reſignan. q. 16. n. 31. ac alij frequenter. Simplex autem dicitur reſignatio facta prædictis modis, ad differentiam reſignationis cauſa permutationis, ſeu cum regreſſu factæ. Vt habetur apud Molineum in regula de infirmis reſignant. n. 13. & 113.

Eadem q. n. 7. ibi. niſi renunciatio ſenis, eſſet facta fraudulenter.

TVnc enim (tanquam nulla) non valeret. Ideòque inter cætera, de quibus iuramentum in Camera, & in Cancellaria Apoſtolicis, ab ipſo reſignante præſtari ſolet hoc vnum præcipuum eſt, quòd ſcilicet in huiuſmodi reſignatione, ſeu renunciatione, fraus aliqua non interuenit.

Eadem q. 17. n. 3. Declara vt renunciatio ſeni debeat plus iuſtificari quam Iuuenis.

¶ MAximè in diſtrictu ſenatus Tholoſ. vbi ſi decrepitus vnicum reſignauerit facilè aduerſus reſignationem huiuſmodi à ſummo tribunali reſtituitur, vel ſaltem ad aſſenſum conſtituendæ pẽſionis ſuper fructibus beneficij reſignati ei ſoluendæ præſtandum reſignata-

Digitized by Google

rius adstringitur, in causa sunt captatio resignatarij, ætas & egestas resignantis, & miseratio iudicis: vnde alius quam supremis iudicibus, exceptis, quæ de iure viam egressus aperiunt causis, id licere non puto.

QVÆSTIO XVIII.

Qui possint cogi ad resignandum, & quid in criminoso, illiterato, scandaloso, irregulari, priuando, & aliis casibus, & plenè differitur, an petens licentiam cedendi, illa obtenta possit cogi, etiamsi sit Episcopus, iuxta text. in capit. quidam. de renunc. & si inter Cardinales existentes in conclaui fuit factum pactum, vt qui assumeretur ad summum Pontificatum teneatur renunciare infra certum tempus, an creatus postea Papa teneatur renunciare, & an Papa teneatur renunciare si detegatur habere vxorem, & an renunciatio coacta sit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest cogi ad renunciandum.*
2 *Nemo cogitur permutare.*
3 *Inuitus nemo transfertur de vna Ecclesia ad aliam.*
4 *Nemini facit iniuriam, qui ius suum prosequitur.*
5 *Nemo cogitur inuitus benefacere.*
6 *Nemo cogitur donare, vendere, nec emere.*
7 *Quisque rei suæ est moderator & arbiter.*
8 *Nemo cogitur recipere beneficium.*
9 *Abbas & Episcopus non possunt cogi renunciare.*
10 *Nemo cogitur acceptare Cardinalatum.*
11 *Cardinalatus aliquando fuit recusatus.*
12 *Ex causa quis cogi potest ad renunciandum.*
13 *Ex causa cogitur quis permutare.*
14 *Ex causa potest quis inuitus transferri.*
15 *Ex causa quis cogitur vendere.*
16 *Causa facit recedere à regulis iuris.*
17 *Criminosus cogitur renunciare.*
18 *Episcopus ob crimina, cogitur cedere Episcopatum.*
19 *An Papa simoniacus possit cogi renunciare remissiuè.*
20 *Illiteratus cogitur renunciare.*
21 *Episcopus ignarus literarum potest cogi renunciare Episcopatui.*
22 *Ratione scandali quis potest cogi renunciare.*
23 *Ratione scandali quis priuatur beneficio.*
24 *Ratione scandali quis inuitus transfertur.*
25 *Ratione scandali multa fiunt quæ aliàs non fierent.*
26 *Episcopus ex scandalo potest priuari.*
27 *Tempore schismatis quid fiat.*
28 *Antipapa cogitur cedere.*
49 *Propter irregularitatem potest quis cogi renunciare, si sit prælatus.*
30 *In casibus in quibus prælatus potest priuari, potest etiam cogi renunciare.*
31 *Dictante vtilitate ecclesiæ, potest cogi quis renunciare.*
32 *Propter vtilitatem Ecclesiæ quis transfertur de vna Ecclesia ad aliam.*
33 *Propter vtilitatem Ecclesiæ cogitur quis permutare*
34 *Ob vtilitatem Ecclesiæ quis cogitur rem suam alienare.*
35 *In casibus in quibus quis cogitur renunciare, ei debet dari recompensa, vt viuat.*
36 *Cogitur renunciare quis in casu cap. quia diuersitatem, de concess. præben.*
37 *Cedens in manibus non habentis facultatem, cogitur postea renunciare.*
38 *Non licet illegitimis habere beneficia, vbi eorum patres habuerunt.*
39 *Tali casu aut pater, aut filius tenetur dimittere.*
40 *Abbatissa debet habere 40. annos.*
41 *Abbatissa non potest præfici duobus monasteriis.*
42 *Abbatissa non potest habere duo monasteria annexa.*
43 *Abbas non potest præfici duobus monasteriis.*
44 *Senes & infirmi non possunt renunciare.*
45 *Remedium vt cogatur beneficiarius cedere, est subsidiarium.*
46 *Prælatus infirmus irreuocabiliter non potest cogi cedere.*
47 *Episcopus cui fuit commendata parochialis, non potest cogi illam cedere.*
48 *Petens licentiam cedendi, potest cogi renunciare.*
49 *Superior non debet illudi.*
50 *Præsentata postulatione Papæ, non potest ab ea recedi.*
51 *Pœnitentia licita est in pluribus casibus.*
52 *Post scientiam superioris pœnitentia non admittitur*
53 *Fidem fallere graue est.*
54 *Personæ Ecclesiasticæ non debent facere eorum verba irrita.*
55 *Ex pacto nudo datur actio de iure Canonico.*
56 *Deus non facit differentiam inter simplicem loquelam & iuramentum.*
57 *Licet variare ante præsentatam postulationem.*
58 *Obligatus ad vendendum cogitur vendere.*
59 *Episcopus petens licentiam cedendi, cogitur renunciare.*
60 *Vbi militat eadem ratio fit comprehensio.*
61 *Idem ius statuitur vbi est eadem ratio.*
62 *Simplex beneficiarius petens licentiam cedendi ab Episcopo, cogitur cedere.*
63 *Petens licentiam cedendi per procuratorem, cogitur cedere.*
64 *Petens licentiam cogitur cedere, etiamsi alteri ius non sit quæsitum.*
65 *Post quæsitum ius tertio non est licita pœnitentia.*
66 *In electione, & præsentatione post ius quæsitum, non licet pœnitere.*
67 *Hodie de stylo licita est pœnitentia post petitam & obtentam licentiam.*
68 *Resignans potest pœnitere ante præstitum consensum formalem in Camera, vel Cancellaria.*
69 *Dispositio cap. quidam. de renunc. non seruatur.*
70 *Dispositio d. capit. quidam, loquitur etiam de Episcopo.*
71 *Summus Pontifex vicem Dei gerit in terris.*
72 *Dignitas Episcopalis magna.*
73 *Cardinalatus dignitas maxima.*
74 *Episcopus petens licentiam cedendi, cogitur cedere.*
75 *Renunciatio beneficiorum inferiorum, fit per supplicationem.*
76 *In stylo fit strictissima interpretatio.*
77 *Stylus contra ius commune, limitatè intelligitur.*
78 *Stylus non excedit terminos.*
79 *Stylus contra legem non coadiuuatur.*
80 *Consensus requiritur de forma.*
81 *Qua ratione requiritur consensus, pro expeditione literarum.*
82 *Regula de consensibus, non habet locum in Episcopatibus.*
83 *Episcopatus prouidentur in Consistorio.*
84 *An in renunciatione Episcopatus requiratur consensus, & qui,*
85 *Promissio cedendi facta fraude non ligat.*
86 *Papa tenetur obseruare ius diuinum.*
87 *Iuramentum est de iure diuino.*
88 *Iuramentum seruandum.*
89 *Deus est promissionum obligator.*
90 *Subrogatus sapit naturam &c.*
91 *Pacta seruanda.*
92 *Papa debet habere vnam calamum, & vnam linguam.*
93 *Papa non potest se à iuramento absoluere.*
94 *Inter absoluentem, & absolutum est differentia.*
95 *Episcopi non possunt se absoluere à votis.*
96 *Nemo potest imperare sibi ipsi.*
97 *Gregorius XII. quid promisit in Conclaui.*
98 *Gregorius XII. fuit habitus, pro periuro.*

Google

99 *Papa non tenetur renunciare Papatui, quamuis hoc promiserit in Conclaui cum iuramento.*
100 *Papa non tenetur obseruare capitula edita in Conclaui.*
101 *Factum ab aliquo vti Canonico, reuocatur ab eodem, Episcopo creato.*
102 *Promissiones factæ à Principe ante electionem, reuocantur postea secuta electione.*
103 *Prælatus non conuenitur post prælationem de eo quod fecit ante.*
104 *Manumissus non conuenitur, ratione negotiorum gestorum.*
105 *Propter ingressum religionis, quis absoluitur à iuramento & voto.*
106 *Mutatione personarum mutatur status.*
107 *Inter Cardinales sede vacante, prohibita sunt pacta.*
108 *Innocentius Papa in nocte sua creationis plures supplicationes signauit.*
109 *In iuramento semper intelligitur excepta auctoritas superioris.*
110 *Iuramentum recipit interpretationem à voluntate iurantis.*
111 *Papa præsumitur iusta causa recedere à iuramento.*
112 *Qui non habet superiorem potest secum dispensare.*
113 *Qui non habet superiorem potest committere alteri absolutionem.*
114 *Deficiente superiore, potest quis sibimet ius dicere.*
115 *Imperator legem sibi imponit.*
116 *Iuramentum est seruandum, quoties habet tres comites.*
117 *Papa habet potestatem a Deo.*
118 *Cardinales nullam habent potestatem in Papam.*
119 *Iuramentum extortum tempore prohibito, non valet.*
120 *Iuramentum contra honestatem, non est obseruandũ.*
121 *Electus in Episcopum, potest acceptare absque metu periurij.*
122 *Iuramentum non reuocandi testamentum, est nullum.*
123 *Iuramentum intelligitur præstitum rebus sic stantibus.*
124 *Papa potest expedire etiam ardua sine consensu Cardinalium.*
125 *Princeps tenetur seruare pacta licita, & honesta.*
126 *Illicita reputantur, quæ sunt aduersus dignitatem Pontificiam.*
127 *Princeps non potest tollere ius naturale.*
128 *Princeps ex causa dispensat supra ius naturale.*
129 *Papa dispensat contra iuramentum.*
130 *Papa potest se absoluere sicut absoluit inferiores.*
121 *Papa potest absolui à confessario.*
132 *Non requiritur absolutio, cum nullum est iuramentum.*
133 *Partis citatio, requiritur in absolutione à iuramento.*
134 *Papa tenetur seruare pacta edita in Conclaui, pro sedando schismate.*
135 *Papa tenetur renunciare Papatui cum constat habere vxorem.*
136 *Continentia clericorum est de iure positiuo.*
137 *Reddere debitum, est præceptum iuris diuini.*
138 *Ius naturale potiùs seruandum est quàm positiuum.*
139 *Presbyteri Græci contrahunt matrimonium.*
140 *Franciscus Romolinus fuit creatus Cardinalis ab Alexandro VI. cum haberet vxorem.*
141 *Resignatio facta coactè est nulla.*

ET quia inter has personas aliquæ possunt cogi ad resignandum beneficia quæ obtinent, ideò totam hanc materiam hoc in loco explicare decreui. Et quæro decimooctauò, an possit cogi aliquis ad resignandum beneficium, quod obtinet? Regula est nega-
1 tiua, † ab omnibus doctoribus recepta, vt nemo cogatur renunciare beneficio, in quo credit ius habere, ita Innocent. in capitulo licèt, numero secundo, de electi. & alij omnes.
2 Et nemo cogitur † ad permutandum beneficium quod obtinet, vt scribit Fed. de Sen. in tract. de perm. benef. num. 39. Pet. de Vbald. in eo. tract. nu. 62. & est communis opinio.

Et inuitus † nemo transfertur de vna Ecclesia ad 3
aliam, vt fuit statutum in Conc. Constan. teste Abbate in cap. constitutus, numero. 14. de relig. dom. Idem Abb. in capitu. vlt. de postul. præla. in fi. vbi dicit idem fuisse statutum in Concil. Pisan. & in disputatione incip. Episcopus.

Et ratio est secundum Inno. loco citato, quia nemi-
ni † facit iniuriam qui ius suum prosequitur, cap. cum 4
Ecclesia Vulter. de elect. vbi omnes.

Accedit quia † nemo cogitur inuitus benefacere, l. 5
inuitus nemo. in prin. ff. de reg. iur. l. tutori. ff de neg. gest. gl. in cap. ad reprimendum, de offic. ord. Crauett. consil. 121. nu. 11. Natt. consi. 300. verum num. 10. libr. 3. & communiter alij.

Nec etiam aliquis † potest cogi ad donandum, ven 6
dendum, & alienandum, l. nec emere, C. de iure deliber. Cor. cons. 151. nu. 1. vol. 3. & est communis re-
gula, † quia quisque rei quam possidet, est moderator, & 7
arbiter, l. in re mandata, C. mand. vbi omnes.

Præterea accedat alia ratio posita per Feder. de Sen.
& Pet. de Vbald. in citatis locis, quia † sicut nemo co- 8
gitur recipere beneficium, vel dignitatem Ecclesiasticam, Inno. in cap. 1. de his quæ fiunt a maior. par capitu. & in cap. quam sit. de elect. & communiter est receptum, ita neque renunciare acceptum, etiam si ha-
beat annexam dignitatem, vt est † Abbatia, & Episco- 9
patus, vt tradit Abb. in cap. ad supplicationem, nu. 8.
de renun. Rom. cons. 345. n. 1. etiam † si sit Cardina- 10
latus, vt voluit Cald. cons. 2. de translat. Episc. Abb. in cap. vlt. n. 13. de postu. præl. Barb. de præstant. Card. 12. q. Basilica primæ partis nu. 10. ponentes exemplum
in Episcopo † Flor. qui nolebat acceptare Cardinalatum 11
& nouissimè tempore fel. record. Greg. XIII. quidam Hispanus noluit acceptare Cardinalatum.

Limita vt ex causa † quis possit cogi ad resignandum 12
beneficium quod obtinet, Abb. in cap. quidam. in 2. not. & in c. ad supplicationem, de renun. Hosti. quem refert, & sequitur Pet. Vbal. de permu. benef. nu. 63. Fed. de Sen. in eo. tract. nu. 39. Iacob. de Conc. lib. 9. art. 3. nu. 25. vbi declarat dictum Inno. in d. cap. licèt, vt non procedat causa accedente, Paulus de auct. cap. sede vac. p. 2. q. 2. nu. 13. vbi dat exemplum, quando fit in resignantis pœnam, & hæc est communis opinio.

Ita ex causa quis cogitur † ad permutandum benefi- 13
cia, vt tradit Fel. de Sen. & Pet. de Vbal. loco cit. & est communis opinio omnium Doctorum.

Ita etiam ex causa † quis potest inuitus transferri de 14
vna Ecclesia ad aliam, vt est communis opinio, vt per Rom. cons. 345. num. 3. cum seq. & præcipuè num. 5. Fel. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 43. de const. de communi attestatur Hor. Mand. in add. ad dictum consil. Romani.

Ita etiam ex causa † quis cogitur vendere rem suam, 15
vt scribit Corn. 25. nu. 9. vol. 4. Flor. in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun. Ang. in l. 2. ff. solut. matr. Couar. lib. 3. var resol. cap. 10. vbi refert ita fuisse iudicatum, & plures citat, & habes latè per Barth. Soc. in tractat. fallen. regu. 435. per totum, & sequuntur omnes.

Nam causa facit † recedere à regulis iuris, l. si ho- 16
minem. ff. mand. Dec. in cap. cum sit Romana. nu. 13. de appell. Menoch. de arbi. iud. li. 2. cent. 1. cas. 51. nu. 5. & est communiter ab omnibus traditum.

Primum † exemplum est in criminoso, qui cogitur 17
renunciare. glo. in cap. nisi cum pridem, in ver. duntaxat in fi. de renunc. & ibi Hos. Abb. nu. 3. & communiter alij Doctores, Card. Alex. in c. hoc nequam. nu. 2. 7. q. 1. D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 4. ver. respondeo, & probatur expresse in d. cap. nisi. quod autem quomodo
procedat, dicam infra, idque procedit etiam † in Epis- 18
copo, namque in eo loquuntur Doct. allegati, & text.

in d. cap. nisi, ac etiam probator in cap. ex literis, de
excess. præl. vbi Inn. III. scribit Episcopo Hipon. &
Abbati de Cileso visitatorib. Lombardiæ, vt moneant
Episcopum Albiganen. cedere Episcopatui, alioquin
eum priuent, nam ex eo quia consensit homicidio, indi-
gnus est altaris ministerio, & per consequens non po-
test pontificale officium exercere, & ibi omnes Doct.
hoc dicunt.

19 Quod an procedat † in Papa simoniaco, & notoriè
criminoso, ac incorrigibili, vt possit cogi, habes per
Imo. in capitu. proposuit. nu. 11. de concess. prebend.
& per Bald. in capitu. olim. de rescript. Fel. in capito.
ad audientiam, de præscrip. & in cap. cum venissent, de
iudic. & latissimè hunc articulum ad partes disputan-
tem, & plura adducentem per Iacob. de Concilio. lib.
9. artic. 12. à principio vsque ad finem per 206. nu-
meros.

20 Secundum exemplum † est in illitterato, qui cogi-
tur beneficio renunciare, Host. in cap. nisi cum pridem.
num. 14. Bal. num. 3. & alij omnes, de renunc. idem
Host. in cap. vlt. nu. 3. ver. sed etiam. de ætat. & qual.
& ibi Ab. nu. 1. & 2. Fel. in cap. si quando. n. 14. de
rescrip. Alfons. Hoied. tract. de incomp. benenef. p. 1.
c. 24. nu. 29. in fi. & communiter DD.

Idque probatur in d. cap. vlt. de ætat. & qualit. &
ex rationibus quas pono infrà in alio libr. vbi declaro,
21 & hoc † procedit etiam in Episcopo, prout loquuntur
auctoritates citatæ, & est communis opinio.

22 Tertium exemplum, vt ratione † scandali quis pos-
se cogi renunciare beneficio, quod obtinet, etiam si sit
Episcopus, Fed. de Sen. tract. de permu. benef. num. 40.
Host. in d. c. nisi cum pridem, nu. 63. Card. Iac. de
Concil. lib. 9. art. 3 nu. 24. & nu. 37. Mant. in dialo-
go de Conc. num. 55. & est communis DD. sententia
23 in praxi quoque recepta, namque ratione † scandali
quis priuatur Gamb. in extrauag. Iulij II. de simonia-
ca Papæ elect. nu. 256. Steph. Aufrer. in clem. vt cleri-
corum, nu. 12. de off. ord. & communiter alij.

24 Et ratione scandali † quis transferri potest de vna Ec-
clesia ad aliam, Arch. in can. suggestum. 7. q. 1. Abb.
in cap. 1. de elect. Redoan. de reb. Eccl. non alien. rub.
18. num. 54. & est communis opinio. Et ratione scan-
25 dali † multa fiunt, quæ alias non permitterentur. Phi-
lippus Prob. do iur. regal. q. 23. n. 3. Cepol. de simul.
contract. nu. 247. Card. Paris. cons. 68. num. 132. vol.
4. & plura referam infrà, dum de causis resignationis
26 tractabo, & id procedit non solum in † Episcopo, vt
dictæ auctoritates loquuntur sed etiam habet locum in
27 Papa, nam ad sedandum † schisma datur hic modus in-
28 ter alios, vt cogatur cedere tàm Papa, quàm † Antipa-
pa, Pet. de Anch. in tract. schismat. in 3. q. Card. &
Arch. quos refert, & sequitur Card. Iac. de Conc. lib. 9.
art. 3. nu. 24. quod fuisse seruatum tempore Greg. XII.
legimus in Concilio Constant.

29 Quartum exemplum erit † in irregularitate personæ,
nam propter hanc poterit quis cogi renunciare, etiam
si sit Prælatus, vt voluit Host. in d. c. nisi cum pridem
nu. 41. & est communis opinio, vt infra dicam.

30 Quintum † exemplum erit in omnibus casibus, in
quibus beneficiarius potest priuari, namque potest mo-
neri his casibus, & cogi ad renunciandum, & si nolit,
poterit procedi ad priuationem, quod colligo ex aucto-
ritatibus suprà allegatis, tradunt communiter DD. in d.
cap. nisi cum pridem, de renunc. Siluestr. in ver. simonia,
sub. nu. 10.

31 Sextum exemplum erit † quãdo vtilitas Ecclesiæ hoc
suadet, vt quia imminet periculum destructionis. Inn.
in d. cap. nisi cum pridem. §. propter malitiam, Abb. ibi-
dem nu. 11. ver. quandoque de renun. Feder. de perm.
benef. n. 39. & 40. Pet. de Vbal. in eo. tract. nu. 63. ve-
rum hoc casu solet procedi per dationem coadiutoris,
vt infra dicam.

32 Ita propter † vtilitatem Ecclesiæ quis transfertur de
vna Ecclesia ad aliam, iuxta communem opinion. de qua
per Rom. d. cons. 345. & per Lap. in addit. ad dictum
tract. Fed. de Sen. numero 39.

Ita quoque propter † vtilitatem Ecclesiæ quis cogi- 33
tur permutare, vt voluerunt Feder. de Sen. & Petr. de
Vbald. locis citatis, & communiter Doctores sequun-
tur.

Præterea propter vtilitatem † Ecclesiæ quis cogitur 34
rem suam alienare, vt laté per Couar. lib. 3. var. resol.
cap. 10. & est communis opinio.

Declara tamen vt his casibus † debeat dari renuncian- 35
ti recompensa & contracambium reddituum, vt possit
viuere, vt voluit Fed. de Sen. in tract. de permut. benef.
nu. 40. Pet de Vbal. in eo tract. nu. 63. post Inn. quem
citat Host. in d. cap. nisi cum pridem de renun. Iacob de
Concilio lib. 9. art 3. nu. 25. & num. 37. & est commu-
nis opinio, quam vidi seruari in facti contingentia, quod
etiam vult Abb. in cap. vl. nume. 13. de confir. vtil. vel
inut. volens Episcopo coacto renunciare propter deli-
ctum dandum contracambium.

Septimum exemplum † erit in casu cap. quia diuer- 36
sitatem. de concess. præb. vbi Inno. III. mandat P. San-
ctæ Mariæ in via lata diacono Cardinali Apostolicæ
Sedis legato, vt cogat ad resignandas præbendas eos,
qui tempore suspensionis Archiepiscopi Elboracen. &
postea absque eius auctoritate se intruserunt in illis, ibi,
*Mandamus quatenus eos, qui præbendas, vel dignitates
Ecclesiæ Elboracen. vel aliarum ad donationem eius spe-
ctantes præter auctoritatem acceperunt ipsius, ad eas re-
resignandas monitione præmissa per excommuni-
cationis sententiam, & subtractionem aliorum benefici-
rum, non obstante confirmatione à Sede Apostolica obten-
ta sub forma cõmuni, &c.* & ibi glo. Abb. & alij Doct. ex
his verbis formant plures quæstiones, quas ego resolui
in interpretatione cap. 1. de iudic. in notabilibus Ab-
batis.

Octauum est exemplum † in eo qui cessit in manibus 37
non habentis facultatem recipiendi resignationem il-
lam, namque volente superiore, cogitur denuò cede-
re. ita Ant. de Butr. in cap. vlt. num. 5. de renunc. cuius
opinio iustificatur ex his quæ infrà dicam, dum tracta-
bo coram quo sit facienda renunciatio.

Nonum est exemplum in casu cap. 15. sess. 25. de re-
form. in Conc. Trid. vbi ex eo, quia statuit Concilium,
vt † non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo 38
matrimonio nati sunt, in Ecclesiis vbi eorum patres
aliquod beneficium Ecclesiasticum habent, aut habue-
runt, etiam dissimile beneficium obtinere; nec in di-
ctis Ecclesiis quoquomodo ministrare, vt arceatur me-
moria a locis Deo consecratis, subdit text. (Quod si in
præsenti pater & filius in eadem Ecclesia beneficia ob-
tinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium re-
signare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam intra
trium mensium spacium, aliàs ipso iure eo priuatus exi-
stat, & super his quæcunque dispensatio subreptitia cen-
seatur, &c.) & est cogendus † potius filius, quàm pa- 39
ter, quia in eo maior ratio militat, vt per Abb. in cap.
cum decorem. de fil. presbyt. & si mortuus est pater,
non tenetur filius illud beneficium dimittere. vt cen-
suit sacra congregatio Conc. Trid. 8. Cal. Decem-
bris 1566.

Decimum exemplum, in casu cap. 7. sess. 25. de re-
form. Conc. Trid. vbi postquam statuit Concilium, † 40
ne eligatur Abbatissa minor 40. annis & quæ octo an-
nis post emissam professionem laudabiliter vixerit, sub-
dit, *Duobus verò monasteriis nulla præficiatur, & si qua
duo, vel plura quocumque modo obtinet, cogatur vno ex-
cepto intra sex menses, cætera resignare: post id verò
tempus, nisi resignauerit, omnia ipso iure vacent*, Nam
sicut vnus Abbas non potest præfici † duobus mona- 41
steriis. vt in Concilio Agathen. cap. 38. & 57. Venet.
cap. 8. nisi vnum monasterium dependeat ab alio, vel
inuicem sint † annexa. cap. vlt. de relig. dom. cap. cum 42
singula. de præb. in 6. glo. quam dicit singularem Abb.
in cap. cum Ecclesia. num. 9. de elect. Felin. in cap.
cum venerabilis. nu. 37. de exce. ita & Abbatissa non
potest præfici & habere duo monasteria † etiamsi vnum 43
habeat

habeat in titulum, aliud vero in commendam. vt probant illa verba *quocunque modo*, & est communis opinio omnium doctorum.

Et quia in præsenti quæstione occurrunt aliqua dubia, ideo de illis est videndum.

44 Et primo an senes † & infirmi possint cogi ad resi-
gnandum eorum beneficia, quæ obtinent? communis
conclusio est negatiua. vt tradit Innocen. in cap. nisi
cum pridem. numero 4. Abb. numero 9. & alij omnes.

Nam nullibi hoc cautũ reperitur, & nulla adest cau-
sa rationabilis, cũ aliter possit Eccl. prouideri. ad not. in
c. vlt de cler. ægrot. vbi Ioan. Andr. Abb. Imol. & alij om-
nes, hoc enim remedium vt cogatur beneficiatus cede-
45 re est extra ordinem, ad quod † non debet deueniri, nisi
in subsidium. l. in cau. 2. ff. de minori. l. in prouinciali, ff.
oper. nou. nunc.

46 Amplia, etiamsi beneficiatus † vel prælatus sit infir-
mus incurabiliter, nam nihilominus non potest cogi
renunciare. Io. And. in rub. de renun. n. 3. ver. item Præ-
latus & ibi Abb. in fin. ex cap. ex parte. de cler. ægrot.

Rursus quæro si fuit commendata parochialis Eccle-
47 sia Episcopo, donec de † ea disponat, in personam bene-
meritam, & gratam, an possit cogi ad renunciandum?
Rot tenuit esse in facultate sua, an velit resignare, vel
non. Pelegrinus decis. 137. lib. 2. in manuscript.

Secundò an possit cogi ad resignandum beneficium,
qui petiit à superiore licentiam cedendi, illàmque po-
48 stea obtinuit? Respondeo, communem & receptam †
esse doctorum sententiam affirmatiuam, vt possit hoc
casu compelli, quam tenuerunt Innoc. Host. Abb. antiquus, Bernardus in casibus. Ant. de Butr. num. 5. Cardin. Zabarell. Ioan. Andr. Bald. Anchar. Egid. Anan. Collectaneus, Abb. Panormitan. ceterique omnes in cap. quidam. de renunciat. gloss. in cap. nisi. in fin. in versic. licentia, & ibi etiam Cardin. in fin. eod. tit. Host. in summ. in tit. de renunciat. §. quis renunciare, num. 6. versic. non potest. Goffred. in Summ. de renunc. num. 15. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. versic. sed contra. Petr. Rauen. in compendio iuris canonici par. 3. titul. de renunc. colum. 8. ver. & nota pulchrum. D. An. in sua sum. par. 3. tit. 19. 5. §. 1. in fin. Siluest. in verb. renunciat. Tabien. in eod. verb. num. 11. Bonif. de Vital. in clem. vnica num. 19. de renunc. Dec. in cap. ex parte 1. num. 4. de rescr. Gamb. decis. 19. in manusc. Cassad. decis. 1. num. 3. & dec. 2. num. 7. de renunciat. Petr. Gregor. Syntag. iuris. lib. 17. cap. 17. & lib. 41. cap. 14. num. 1. Mandos. in reg. Cancell. de infirm. resig. qu. 9. num. 4. Maiol. in tract. de irregularitate. lib. 3. cap. 6. Rebuff. cons. 90. num. 12. ver. 18. Fuscus in tract. de visitat. 2. part. cap. 28. num. 1. & Abba. antiquus in d. cap quidam inducit illam decretalem pro eo, qui promisit comedere cum N. qui de hoc faciebat magnam instantiam, & postea non curauit, vt possit cogi.

Et hanc conclusionem probat tex. in d. ca. quidam. de renunc. vbi Innoc. III. in Concilio generali hæc verba profert. *Quidam cedendi licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta cedere prætermittunt, sed cum in postulatione huiusmodi, aut Ecclesiarum commoda quibus præsunt, aut salutem videantur propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum quærentium, quæ sua sunt, seu etiam leuitate qualibet volumus impediri, eos ad cedendum decernemus compellendos*

Ratio est, vt tradit gloss. in dict. cap. quidam. ver. cõ-
49 pellendus. ne illudatur † superior, illuderetur enim
50 si locus esset pœnitentiæ, hac enim ratione † præsenta-
ta postulatione Papæ, non potest ab ea recedi. cap. bo-
næ. el secũdo §. nec obstabat. ver. si enim postquã, de po-
stul. Prælat. variatio enim prohibita est clemen. vnica.
de renunciatione. vbi Card. & Bonifac. de Vitall. post
glo. adducunt concordantia & in hoc fundari dispo-
sitionem d. cap. quidam. tradunt. ibi Host. Egid. in
princ. Butr. nu. 5. Goffred. loc. cit. nu. 15. in fin. Host.
51 in Sum. d. §. quis renunciare. nu. 6. Ideò † quamuis pœ-
nitentia licita sit in pluribus casibus, quos post alios
deduxi in l. eos ff. de fals. tamen non admittitur pœni-
tentia in his, quæ superioris † præsentiam exigunt post 52
ipsius scientiam, ne illudatur, & ita omnes concludunt.

Accedat secunda ratio, quia admodum † graue est, fi- 53
dem fallere, l. 1. in princ. ff. de constit. pec. l. 1. ff. de
pact. can. noli existimare. 23. qu. 1. Pau. de Cast. cons.
317. nu. 5. lib. 1. maximè personis Ecclesiasticis, quæ
cauere debent, ne eorum † verba faciant irrita, Car. in 54
d. clemen. vnica. nu. 12. & 15. in fin. Bonif. num. 18.
de renunc. Fel. in cap. cum olim. nu. 5. de re iudic.

Tertio quia ex simplici † promissione, & pacto nudo 55
de iure Canonico datur actio. c. 1. & ibi Doct. omnes, vt
congerit Fel. n. 5. de pact. cum aliis, vt per Ias. in l. iuris-
gentium. §. sed cum nulla. n. 4. ff. eo. latè Card. Paris. cons.
82. lib. 1. Nam † Deus inter simplicem loquelam & iura- 56
mentum non facit differentiam, vt dicit Gloss. in d. ca.
1. in ver. pax seruetur in fine. cap. iuramenti. 22. quæst. 1.

Quare quemadmodum † in postulatione, licet po- 57
stulantibus variare, ante præsentationem postulationis,
etiam inuito postulato, tamen postquam postulatio præ-
sentata est Papæ, non possunt ab ea recedere ne Papam
illudere videantur, vt dicitur in d. cap. bonæ, & ibi In-
noc. & communiter Doctores, vt de communi testatur
ibi Abb. num. 10. de postul. præl. ita & post obtentam
licentiam cedendi à superiore non erit licitum pœni-
tere, ita etiam qui se obligat † ad vendendum compel- 58
litur vendere. l. si hæres. ff. de act. emp. no. in l. fide-
iussor. & ibi Bar. ff. de lega. 1. Anch. in dict. capit. qui-
dam. vbi Ana. num. 2.

Et hæc conclusio procedit nedum in simplici benefi-
ciato, sed in habente dignitatem † Ecclesiasticam, etiam 59
Episcopalem. Host. Ioan. Andr. Card. Butr. Ana. ita
exemplificant, & hæc est communis, & recepta Docto-
rum sententia, tum quia in simplici beneficiato, est ca-
sus in terminis in d. cap. quidam. vnde nulla remanet
dubitatio, Cor. cons. 106. sub num. 4. lib. 4. Dec. cons.
484. num. 1. Cephal. cons. 138. num. 70. lib. 1. Socin.
Iun. cons. 12. num. 2. Rol. à Vall. cons. 77. num 5. lib.
5. tum etiam quia in dignitate Pontificali militant eæ-
dem rationes, super quibus fundatur dispositio d. cap.
quidam. vt omnibus innotescit: vnde videntur sub illa
dispositione † tex. comprehendi. Dec. in cap. at si cle- 60
rici §. de adulteriis num. 18. de iud. & in cap. 2. requi-
ris. num. 2. de appella. & cons. 284. col. 2. & consil.
301. col. 2. Card. Paris. cons. 83. num. 21. vol. 3. & con-
sil. 66. nu. 3. vol. 4. Crauet. cons. 118. numero. 15.
Old. cons. 185. in fin. vbi n. eadem est ratio, ibi idem
† ius statui debet. vulg. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Ti- 61
tio. ff. de verb. obli. & hæc conclusio nullum habet dubiũ,
eo magis cum tex. in d. cap. quidã. loquatur generaliter.

Secundò hæc conclusio † procedit, siue fuerit petita 62
& habita licentia à Papa, siue etiam ab aliis inferiori-
bus ordinariis, namque etiam in his militat ratio illu-
sionis & variationis: & hoc est de mente Host. Ioan.
Andr. Cardin. Anton. de Butr. Abb. in dicto capit.
quidam, & est communis & recepta doctorum senten-
tia, vt patet ex doctoribus allegatis supra, qui loquun-
tur pro maiori parte absolutè, namque d. cap. quidam
loquitur generaliter, ergo, &c.

Tertio hæc conclusio procedit, siue fuerit hæc licen-
tia petita, & obtenta per se, † siue per alios, de manda- 63
to tamen & ad instantiam ipsorum beneficiatorum:
namque quod ab alio fit de, mandato meo, videtur à
me factum, & in hoc resident communiter omnes, vt
dictum est supra, suo loco.

Quartò hæc conclusio procedit, siue post obtentam
huiusmodi licentiam ius non fuerit † quæsitum tertio, 64
siue fuerit quæsitum. quod colligitur ex omnibus supra-
dictis Doctoribus citatis: namque non se fundant, quod
alteri sit ius quæsitum, sed quòd prohibita est illusio
& variatio. Bene verùm, quòd si fuerit quæsitum ius
tertio, eò fortius non poterit † pœnitere. Host. Io. And. 65
Egid. 3. oppo Car. Butr. n. 7. in d. cap. quidam Goffr.
loco citato. num. 15. vers. & hoc verum est: vt vide-
mus in † electione, postulatione, præsentatione, in 66
quibus non admittitur pœnitentia, postquam alteri ius

Digitized by Google

est quæsitum. Din. in reg. mutare, num. 5. de regul. iu-
ris in 6. Abba. in d. cap. bonæ, 2. num. 11. de post.
prel. & communiter Doctores.

Sed dubium est, an hodiè hoc procedat. Duo capita
sunt constituenda, vnum scilicet in beneficiis inferiori-
bus, & in dignitatibus quæ expediuntur extra consisto-
rium: aliud vero in Episcopatibus, Archiepiscopatibus
& aliis beneficiis consistorialibus.

In primò capite vera & communis est sententia ab
67 omnibus ferè approbata, † licitam esse hodie pœni-
tentiam & obtentam licentiam renunciandi; quando-
quidem licitum est pœnitere, donec consensus fuerit
extensus in Camera vel Cancellaria, vt latè dixi suprà,
lib. 1. & est communis opinio.

In secundò capite, an hoc hodiè procedat in Episco-
patibus; vt si Episcopus petiit, & obtinuit licentiam
possit posteà cogi resignare.

Pro negatiua facit, quia ex pluribus decisionibus in
68 sacro auditorio Rotæ factis constat † resignantem posse
pœnitere antè præstitum consensum formalem in Ca-
mera, vel Cancellaria, etiam post signatam supplica-
tionem, vt attestantur Put. decis. 17. & 29. in titul. de
renunc. in manuscr. & decis. 206. lib. 2. Mohedan. decis.
21. Accorambono decis. 47. Achil. de Grass. decis. 1.
de renunciat. Anton. August. decis. 186. libr. 3. Crot.
decis. 16. Sarnen. decis. 20. lib. 1. omnes in manusc.
cum aliis cit. supra lib. 1. adeò, quòd hæc est communis
& recept. DD. sententia & in locis citatis dicti Docto-
69 res dicunt dispositionem † d. capit. quidam, recessisse
ab aula, & ita seruari de stylo, attentis modernis regu-
lis Cancellariæ.

Pro affirmatiua verò facit, quia dispositio d. cap.
70 quidam, loquitur etiam † de Episcopis, vt ibi conside-
rant Host. Ioan. Andr. Butr. Egid. Anan. & alij com-
muniter, vt supra dixi, Cardin. in clemen. vnica quæ-
stio. 1. & ibi Bonifac. de Vital. num. 29. & 30. de re-
nunciat. in quibus magnoperè prohibetur variatio ad
not. in dict. clemen. vnica de renunc. vnde sequitur non
posse pœnitere post obtentam licentiam cedendi; ex
his quæ dicta sunt eo magis quia cum renunciatio Epis-
coporum a Summo Pontifice duntaxat admittatur, iuxta
cōmunem opinionem de qua dicam suo loco, per huius-
modi pœnitentiam, ipse Summus Pontifex illuderetur,
vt tradit gloss. in d. cap. quidam, in verbo compellendos,
quòd quàm graue sit, omnibus patet, cum Summus Pon-
71 tifex † Dei vicem in terris gerat, vt latè prosequitur
Cardin. Paris. consil. 68. volum. 4. & hæc opinio mihi
magis placet, habito respectu ad personam quæ petit li-
centiam, est enim Episcopus cuius dignitas est dignitas
72 † maxima. Bursat. consil. 351. n. 14. vol. 4. & ad personam
per quam petitur licentia huiusmodi, nam vt tota die ex-
perimur, hoc fit medio illustrissimorum Cardinaliū,
73 quorum dignitas † quanta sit, licet videre ex his quæ scri-
bunt Barbat. in tract. de auct. Cardin. ac Manfred. & Card.
Albanen. aliique in eod. tract. & tandem ad personam
Summi Pontificis concedentis hoc, vnde maximum ori-
retur scandalum si huiusmodi personæ illuderentur:
74 quare dicendum † est & concludendum, Episcopum pe-
tentem & obtinentem licentiam renunciandi Episcopa-
tui, posse cogi cedere, nisi aliud visum fuerit sanctitati
D. N. PP.

Non obstant decisiones Rotæ in contrarium allega-
tæ, scilicet pro negatiua opinione: namque respondetur,
loqui de stylo, quia præsupponunt ius commune esse in
contrarium, scilicet non esse licitam pœnitentiam, & lo-
75 quuntur in renunciationibus beneficiorum † inferiorum,
quorum renunciatio fit per supplicationem porrectam
R. P. D. Datario: sed hic stylus non reperitur esse obser-
uatus in renunciatione Episcopatuum, quo fit, vt non
fiat extensio ad huiusmodi renunciationem, nam in stylo
76 † strictissima fit interpretatio, vt non extendatur de casu
ad casum, de loco ad locum, prout habetur in l. de qui-
bus. ff. de legibus, in cap. vltim. de consuetud. cap. auditis.
de rescript. Felin. in cap. ex nostra. coroll. 21. versic. sed
obstare videtur, de rescr. Cardin. Paris. consil. 12. n. 12. vo-
lum. 4. Hinc dicit Bellamer. decisio 65. & decis. 461. quod
allegantes stylum debent deducere casus in quibus fuit
ita actum, vt possit dignosci vtrum ex illis possit argui
ad eum, de quo est controuersia. Hinc scribit Dec. cons.
72. col. 2. circa medium vers. & ista conclusio, stylum
contra ius commune tantum † habere de potentia, quan- 77
tum de actu, & non plus, quare limitatè intelligitur, vt
habeat locum duntaxat in casibus, in quibus ita fuit ob-
seruatum latè Crauett. de antiq. temp. part. 4. in princip.
n. 42. cum sequen. quo fit vt indubitata & communis sit
conclusio, stylum † contra ius commune, non excedere 78
terminos Bal. cons. 275. colum. vltim. lib. 2. & in l. vltim.
colum. 4. n. 9. C. com. vtriusque iud. sed hic stylus est con-
tra commune, nempe contra dict. cap. quidam, vnde cum
tantum reperiatur introductus in renunciatione benefi-
ciorum inferiorum, non debet extendi ad renunciatio-
nem Episcopatus, cùm hæc inter se differant, diuersisque
formis & modis fiant, vt dicam suo loco, eoque magis
† quia stylus contra legem certam non coadiuuatur, 79
imò interest vt annulletur, iuxtà ea quæ scribit Me-
noch. cons. 52. n. 51. & cons. 101. num. 74. lib. 1. Alciat.
cons. 220. in fin. Bursat. cons. 393. n. 20. lib. 4.

Idque eo libentiùs erit firmandum in casu nostro,
cum cesset ratio, quare ille stylus fuit introductus. Nam
cùm in resignationibus consensus tacitus qui resultabat
† ex porrectione supplicationis videretur formalis ad 80
validitatem ipsius renunciationis, Cassador. decis. prima
de renunciat. Mohedan. decis. 60. Crescent. decis. 210. con-
sensus qui post signatam. libr. 1. Put. decis. 19. de renunc.
in manusc. dummodo de porrectione facta per resignan-
tes, vel eorum legitimos procuratores constet. Guido-
bon. decis. 92. quamuis procurator in manuscript. Et in
hoc erant fundatæ constitutiones Alexand. VI. & Leonis
X. de quibus per Boer. decis. 348. Verum cum † expe- 81
rientia appareret multas fraudes in hoc posse fieri, quia
quis posset nomine alterius porrigere supplicationem
resignationis, illúmque hoc modo priuare beneficiis.
Sarnen. de public. resignan. quæst. 7. num. 3. & 4. Put. deci.
3. incip. Alfonsus lib. 3. ideò regula Cancellariæ. 40. vel
43. requirit consensum pro expeditione literarum, qui
cōsēsus præstatur in Camera, vel Cācellaria, & est for-
malis, vt latè per Sarnen. de infirm. resignant. q. 31 & di-
cam suo loco, super hac enim regula Cancellariæ fun-
datus est hic stylus, & per consequens decisiones factæ
in Rota, quod sit licitum pœnitere ante præstitum con-
sensum in Camera, vel Cancellaria, sed hæc regula Can-
cellariæ † non habet locum in Episcopatibus, tum quia, 82
vt dixi, & est communis sententia, hæc regula facta est
ad obuiandum fraudi, quæ fraus non cadit in renuncia-
tione Episcopatuum, † cùm huiusmodi renunciationes 83
fiant in Consistorio, præsentibus Cardinalibus, & ad re-
lationem vnius Cardinalis fiat dispositiò Ecclesiæ, ar-
gum. can. nobilissimus, & ibi præpos. 97. dist. quo fit vt
nullum sit dubium posse aliquem porrigere supplica-
tionem, & impetrare Episcopatum, cum dispositio Epis-
copatuum fiat per cedulam ad relationem Cardinalis,
vt suo loco dicam. Tum etiam quia regula statuit,
vt præsentes in curia debeant consentire personaliter
per se ipsos, & tamen in resignationibus quæ fiunt † de 84
Episcopatibus per præsentes in curia, ipsi non consen-
tiunt coram Papa, sed aliquis Cardinalis eorum nomi-
ne resignat in Consistorio, & illi simplici resignationi
statur, absque quo alius consensus per ipsos præstetur,
vnde cum in resignationibus Episcopatuum non habea-
mus per regulam Cancellariæ immutatum ius commu-
ne, & stylus curiæ quòd sit locus pœnitentiæ, fuerit in-
troductus, respectu regularum Cancellariæ, & non
reperiatur obseruatus in Episcopatibus, in quibus
militat diuersa ratio, sequitur argumentum in con-
trarium adductum, non obstare, quod patet eo
etiam, quia omnes Doctores suprà citati in præal-
legatis decisionibus, dicunt licitam esse pœniten-
tiam vsque ad consensum præstitum in Camera,
vel Cancellaria, sed in renunciatione Episcopa-
tuum non præstatur consensus in his locis, vt suprà

dictum est, ergo ex mente Doctorum colligitur, hoc
duntaxat procedere in beneficiis inferioribus, in quibus
præstatur huiusmodi consensus, & non in Episcopatibus.
Et hic casus accidit anno 1585. nam cum Reuerendis-
simus D. Episcopus Tropien. haberet quamplures diffe-
rentias cum ciuitate Tropien. promisit per Apocham
manu sua scriptam, & subscriptam ab illustrissimo
Cardinali Alexandrino renunciare dictæ Ecclesiæ, quan-
do id fieret cum licentia & gratia Sãctissimi D. Papæ, &
Serenissimi Regis Philippi, cui ius præsentandi ad di-
ctam Ecclesiam ex priuilegio Apostolico competit,
Posteà Sanctissimus D. N. dedit licentiam, ac etiam
Rex Catholicus consensit, & nominauit ad Ecclesiam
N. cuius persona cum esset etiam à Summo Pontifice
admissa, fuit mandatum formari processum, & deue-
niri ad præconizationem, Episcopus verò contradixit
fuit dubitatum an possit cogi? S. D. N. Sixtus V. vo-
lens super hoc habere, quid esset de iure, commisit cau-
sam Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Prospero ti-
tuli Sancti Clementis Cardinali Sanctæ Crucis, & Hip-
polito tituli Sancti Pancratij Cardinali Aldobrandino,
qui cum vtramque partem audiuissent, & omnia matu-
rè considerassent, antequam integram facerent relatio-
nem, suamque sententiam dicerent, Summus Pontifex
iustis de causis mandauit imponi perpetuum silentium.
Et hic non est omittendum, quòd promissio cedendi
85 non ligat, si fuit facta † ad consilium & fraudem æmuli,
Abb. in cap. lectæ. numer. 3. de renunc. & ibi Antonius
de Butr. num. 4. & est communis opinio.
Tertiò si inter Cardinales existentes in Conclaui fuit
factum pactum, ac iuratum, vt quisque eorum qui assu-
meretur ad summum Pontificatum teneretur renunciare
Papatui intra tantum tempus. An si assumatur vnus illo-
rum Card. teneatur Card. ille factus Papa renunciare
Papatui.
Affirmatiuam opinionem, quòd ex illo pacto iurato
obligetur, in terminis videntur tenuisse Anton. de Butr.
in cap. 3. col. 2. de constitu. Petr. de Anchar. consil. 66.
& cons. 281. Egid. in cap. 1. de iniur. lib. 6. Dec. in Capit.
porrecta. n. 4. de confir. vtil. vel inutil. & cons. 151.
86 Ad quod primo facit, quia † Papa tenetur ad obseruan-
tiam illorum, quæ sunt de iure diuino, latè Cardin. Paris.
87 cons. 68. volu. 4. sed iuramentum est † de iure diuino, cap.
at si Christus. de iureiur. & habetur Matth. 5. D. Thom.
in prima 2. quæst. 100. art. 8. & est communis opinio.
Secundò quia iusiurandum † seruandum est, vbicum-
88 que sine discrimine salutis æternæ seruari potest, cap.
cum contingat. de iureiurand. cap. licet. eodem titul.
in 6. Iason. in auth. sacramenta puberum C. si. aduers.
vend. & ibi omnes.
89 Tertiò quia etiam † Deus ex promissione propria
obligatur, vt scriptum reliquit Bal. in l. 1. in prin. ff. de
pact. vbi refert Magistrum sententiarum, ita dicentem, ac
Aristotelem ita dicere solitum Alexandro Magno, &
probatur in cap. 22. Genesis, vt tradit Ferret. in cap. 1.
de probat. num. 1. post Dec. column. 1. Ergo ille qui
90 vices illius gerit in terris † ad not. in §. fuerat institut.
de actio. latè Crot. cons. 184. lib. 2. num. 52. Dec. consil.
286. num. 5. & consil. 689. num. 17. Deus enim posuit
91 in ore princ. † pacta seruabo, ad not. in l. 1. ff. de pact.
92 ideò Papa debet † esse immobilis, vt lapis angularis, &
habere vnum calamum, vnamque linguam, Mart. Lau-
den. in tract. de princip. quæst. 218. Burlat. cons. 76. lib. 1.
93 Quartò accedat, quia † Papa non potest se á iura-
mento antea facto absoluere, seu alteri cedere vices
suas ad se absoluendum, Anton. de Butr. Abb. Imol. &
Dec num. 2. in cap. 1. de constitut. gloss. in capit. quan-
to de iureiurand. vbi Felin. num. 12. Ancharan. in
reg. accessorium. de regul. iur. in 6. vt sit distinctio
94 personarum † inter absoluentem & absolutum, cap. au-
ctoritatem 15. quæst. 6. can. nullus. 4. quæst. 4. cap. vltim.
de instit. Ioan. Andr. in cap. significasti. de foro com-
pet. Felin. in cap. constitutus. nu. 18. de rescript. Archie-
pisco. Florent. in summ. in 2. part. tit. 10. cap. 5. colum. 2.
95 Hinc Episcopi & alij inferiores † à votis per eos emissis
se absoluere nequeunt, Abb. in cap. magnæ. de vot. quia
non potest quis auctorizare in facto proprio, l. 1. ff. de
auth. tut. Clemen. 2. de reb. Eccl. non alienan. Abb. in cap.
at si clerici. §. de adulteriis, de iud. Ioan. And. in cap. 2. de
constit. in 6. Hinc † sibi ipsi imperare nemo potest. l. pen. 96
ff. de arb. & est communiter per omnes receptum.
Quintò & vltimò omissis aliis auctoritatibus quæ
colliguntur per doctores superiùs citatos, vt per Car-
din. Iacob. in tractat. de Concil. lib. 7. artic. 5, vbi per 5.
vel 6. column. comprobat hanc sententiam; facit, quia
ita euenit † Gregorio XII. qui antequam ad Pontifica- 97
tum assumeretur, promisit renunciare Papatui, & non
creare Cardinales, & cum postea creasset quatuor Car-
dinales, plures Cardinales ab eo recesserunt de ciuitate
Lucana, & Pisas se contulerunt, ac fuit † habitus pro 98
periuro, & ideò tandem renunciauit, vt referunt Egid.
in dict. cap. 1. de iniur. libr. 6. Anton. de Butr. in dict.
cap. 1. colum. 3. de præbend. & in cap. quoad consulta-
tionem in princ. de re iudic. Ancharan. cons. 66. & 281.
Dec. in cap. porrecta. n. 3. versic. priusquam deuenia-
mus. de confir. vtil. vel inutil. Cardin. Iacob. in d.
tract. de Concil. lib. 7. art. 6. column. 1. Card. Alb. de Car-
din. q. 36. Mandos. in capit. 1. de præbend. n. 22.
His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
rior, & communis, vt Papa tali casu non † teneatur re- 99
nunciare Papatui, & per consequens, vt non valeat hu-
iusmodi promissio & iuramentum, Bald. in cap. vene-
rabilem. de electio, quem ad hoc refert & sequitur Ber-
tachin. in tractat. de Episcopo. 1. parte 2. lib. num. 52.
quod etiam voluerunt expressè Martin. Lauden. in tra-
ctat. de Cardin. quæst. 36. latissimè Barbat. adducendo
plurès auctoritates concil. 1. lib. 1. Cardinal. Iacobat. de
Concil. lib. 7. art. 5. per totum, vbi pluribus mediis com-
probat hanc sententiã, Petr. de Anchar. d. cons. 66. & 281.
Corrad. in templ. omn. iud. lib. 2. cap. 1. §. 2. vers. 3. in fin.
Franc. de March. decis. 1069. num. 5. 1. parte. quem ad hoc
refert Bursatt. consil. 342. numero 20. & 24. libr. 4.
Ad quod primò facit, † quia Papa non tenetur ad ob- 100
seruationem capitulorum factorum & iuratorum in
Conclaui inter Cardinales, dum etiam ipse esset Cardi-
nalis, vt in terminis tenet Abb. in capitul. sicut nostris.
num. 1. de iureiurand. Cal. consil. 3. de iureiurand. Felin.
in cap. 1. num. 7. Dec. ibidem de probat. vbi ego com-
probaui hanc sententiam, legendo hoc anno ea pluri-
bus mediis. Alexand. cons. 224. lib. 6. & in facti contin-
gentia interrogatus respondit Excellen. Bursat. addu-
cens plura dict. consil. 342. per totum, & secundum
hanc opinionem ab omnibus ferè receptam, vt licet
colligere ex d. 5. art. Card. Iacobat. cõclusit. Rota die 14.
Iunij 1560. in vna Paduana coram illustrissimo, & Reue-
rendissimo D. Cardina. S. Crucis tunc auditore Rotæ,
vt attestatur illustriss. Cardinalis Paleotus in recol-
lectis manuscr. decis. 407. incip. vacante sede & capitula
Conclauis non ligare fuerat resolutum in vna Vultera-
na reste Simo. decis. 10. in manusc. non obstante distin-
ctione. Cardin. Alban. in tract. Card. q. 36. cuius con-
trarium tenet Iacobat. d. art. 5. num. 204.
Secundò facit quia factum † ab aliquo vti Canonico, re- 101
uocatur ab eodem Episcopo creato, vt probat text. in
terminis in cap. sicut nostris de iureiuran. vbi Abb. in
primo not. n. 3. hoc sentit. & Bald. d. 3. Felin. n. 7. & com-
muniter Doctores, ita etiam promissiones factæ à Prin-
cipe seculari ante electionem reuocantur † postea secuta 102
electione, Felin. in d. cap. primo. n. 7. de prob. Hinc Præ-
latus † non conuenitur post translationem, de eo quod fe- 103
cit ante translationem, can. si quis iam translatus. 20. q. 2.
quia illud fingitur hodie quam heri fuerit. can. Ferrum.
distin. 50. ita seruus qui poterat conueniri actione † ne- 104
gotiorum gestorum in seruitute, manumissus, propter
status mutationem non potest conueniri. l. cum actum. ff.
de neg. gest. l. 1. C. an seruus ex suo fact. Hinc † propter in- 105
gressum religionis quis absoluitur à iuramento & voto,
cap. scripturæ. de vot. Innoc. in cap. debitores. de iureiu-
rand. ratio supradictorum, quia † mutatione perso- 106
narum mutatur status rei, l. vnica, C. de impos. lucr.

Digitized by Google

descr. lib. 10. Specul. in tit. de cler. coniug. vers. ad hu-
ius autem, quia mutatione conditionis & status, va-
riatur dispositio; l. si quis, & l. si cum Cornelius. ff. de so-
lut. cap. quemadmodum. de iureiurand. quare mutatione
status ciuitatis, tollitur effectus sententiæ prius latæ.
Bald. in l. cum ex oratione. in 3. not. ff. de excus. tut.

Tertiò accedit, quia prohibita sunt pacta & conuen-
107 tiones inter Cardinales † sede vacante, debent enim
attendere solummodo, vt quamprimum Papa eligatur,
vt probat text. in cap. vbi periculum. §. cæterum, de
electione. lib. 6. & ratio est, quod ibi annullantur pacta,
& conuentiones, quia Cardinales non habent hanc iu-
risdictionem paciscendi super potestate eligendi, Cle-
men. ne Romani §. irritum. de elect. glo. in d. §. cæte-
rum, & in cap. 1. de schism. lib. 6. latè Manfre. de Cardi-
nal. cap. 19. & 22. Accedit quia in pactis firmatis in con-
claui inest suspicio, vt per Corrad. in templ. om. iud.
lib. 2. cap. 1. de Pontifice Max. §. 2. quæst. 6. num. 18. gloss.
in cap. si quis pecunia. distin. 29. late per Gamb. in ex-
trauagan. Iulij II. de simon. elect. Pontific. per totum.
Hinc gratiæ factæ a Papa, antequam exeat de conclaui,
etiam post legitimam adorationem, non valent, sed
inualidæ censentur. Geminian. in cap. vltim de concess.
108 præbend. lib. 6. vbi docet † Innocentium Papam in nocte
suæ creationis plures supplicationes signasse, ac bene-
ficia contulisse, quod facere non debebat, quia præ ni-
mio gaudio, vt ita dicam, extra se positus erat. Neuiz.
in Silu. nup. lib. 6. quomodo iudicandum sit n. 55. Card.
Iacoba. d. artic. 5. Arnulf. Ruz. in tractat. de iure reg.
priuileg. 14. num. 4.

109 Quartò accedit, quia in iuramento semper † intelli-
gitur excepta auctoritas superioris, 25. q. 1. §. his ita,
cap. venientes. de iureiurand. Doctor. in cap. constitu-
tus. de rescript. Ioan. Andr. in cap. non est, de voto, et ex ea.
in cap. & si clericus. de iureiurand. can. sic. §. penult. 22.
110 q. 1. Mil. in verb. Papa. num. 3. ac recipit † interpreta-
tionem secundum voluntatem iurantis. cap. 1. de iure-
iurand. in 6. Innocent. in cap. veniens. eo. tit. vnde iu-
rans aliquid facere dum est Cardinalis, factus Papa po-
111 test contrauenire, & præsumitur iusta causa recedere †
à iuramento. Butr. in cap. cum inter. de renunc. Cyn. in
leg. rescripta, C. de precib. imp. offer. Aleaand. cons. 1.
colum. vltim. lib. 1. Bero. cons. 50. num. 72. lib. 1. & cons.
247. num. 5. lib. 3. Arius Pinellus in parte prima rubr. C.
de rescinden. vend. l. 2. Gamm. de potest. legat. à lat. libr.
5. n. 33. Vasques controuers. illustrium. cap. 2. num. 3. &
cap. 25. num. 17. q. 28. communiter, vt per Gabr. de iur.
quæsito non tollen. conclus. 3. numero 1. & 4.

Quintò comprobatur ea d. Anchar. in cap. venerabi-
lem. de electio. vbi vult quod si ille qui iurauit in mate-
112 ria dispensabili non habet superiorem, potest † ipse-
met secum dispensare: quod dictum refert, & sequitur
113 Cardin. Iacob. dict. lib. 7. art. 5. vbi etiam dicit hoc †
casu posse committere alteri absolutionem. gloss. in cap.
fane, secundo de offic. deleg. & in canon. nemo 9. q. 3.
114 nam deficiente † superiore quis potest sibimet ius dice-
re, Innocent. in cap. olim. el. primò de rest. spol. Hinc
115 imperator sibimet legem † imponere non potest, à qua ei
recedere non liceat. Paul. de Castr. in l. humanum, C.
de leg. Non obstant contraria ad primum & secundum
respondetur, quòd licet iuramentum sit de iure diuino,
& propterea seruandum quoniã sine discrimine salutis
æternæ seruari potest, tamen hoc procedit, quotiès est
116 licitum, & habet tres † comites, veritatem, iudicium,
& iustitiam. can. animaduertendum. 22. q. 2. can. & iura-
bunt. 22. quæst. 1. commune dictum, teste Curt. iun. cons.
94. num. 9. D. Thom. 22. quæst. 89. artic. 3. at hoc non
habet tres comites, quia deficit iustitia, cum Papa ha-
117 beat potestatem † à Deo tantum, canon. quamuis.
distinct. 21. Turrecr. lib. de Eccles. secundo. cap. 44. de-
118 ficit iudicium, quia Cardinales cum nullam † habeant
potestatem in Papam ab eo iuramentum recipere non
possint, argum. l. 2. ff. de iureiuran. deficit & tertium cum
deficiat propositum argumentum. cap. literarum de vot.
hoc enim verisimile est, argum. not. per D. Thom. 3.
Sent. distinct. 38. quæst. 1. artic. 1. 2. 2. quæst. 88. vnde
illicitum est iuramentum ex allegatis, ac etiam quia
videtur extortum † tempore prohibito, iuxta ea quæ 119
scribit Roman. sing. 307. Felin. in cap. si verò. num. 8.
de iureiur. tum etiam quia videtur contra honestum, ex
quo sequitur non † esse seruandum, Cardin. Aleaand. 120
in cap. summa. numer. 6. 8. quæst. 3. & communiter
Doctor. vbique, aliàs iurans illicitum teneretur illud ob-
seruare, contra ea quæ habentur in can. in malis. 22.
quæst. 4. ita respond. Iacob. dict. art. 5. num. 219. Bur.
dict. cons. Hinc iurans, quod quotiès eligatur † in 121
Episcopum toties recusabit, electus potest acceptare
absque metu periurij, cum iuramentum illud non vi-
deatur habere honestatem Gloss. in cap. Archidiaco-
num, aliás Florentinum. distinct. 84. Archidiacon. in
can. Innocens. 22. q. 4. Felin. in cap. si vero. num. 5. de
iureiurand. communis opinio, teste Sarnen. in §. item
si quis postulante, num. 37. institut. de actio. Hinc scri-
bit Gemin. in cap. 1. de iureiurand. lib. 6. quòd si mi-
nister Prouincialis Ordinis Minorum iuret renunciare
intra triennium in manibus capituli Prouincialis, cùm
ex constitutione Ordinis debuisset renunciare coram
cap. generali, aut in manibus Generalis tale iuramentũ
eum non ligat. Hinc iurans non † reuocare testamen- 122
tum, quia hoc est contra bonos mores, nullum iudica-
tur. Emanuel Suarez recept. sentent. vers. iusiurandum,
num. 334. communis teste Sarnen. loco citato. num. 36.
talia enim iuramenta, & similia sunt irrita, & licita
est contrauentio. Oldrad. consil. 87. factum. Aleaand.
d. cons. 224. lib. 6. & communiter Doctor. Ferdin.
Vasques controuers. illust. cap. 26. num. 17. Accedit
quia iuramentum semper præstitum † esse censetur, re- 123
bus sic stantibus. Rot. decis. 1. de iureiurand. Dec. con-
sil. 335. & 408. communiter in cap. quemadmodum de
iureiurand. vnde factus Papa non tenebitur, ad quod
facit, quia tunc potest omnia expedire sine † Cardina- 124
libus etiam ardua, vt volunt Doctores magis commu-
niter, vt per illustrissimum Cardin. Alba. in tract. de
Cardinal. cap. 39. per Vasques controuers. illust. cap.
23. per totum. Franc. Marc. decis. 456. num. 62. 1122.
num. 28. 1297. num. 5. prima parte. Ad tertium argu-
mentum, omissa illa propositione de obligatione Dei,
de cuius veritate me remitto ad dispositionem sanctæ
matris Ecclesiæ. Respondeo quod Princeps illa pacta † 125
debet seruare quæ sunt licita & honesta, & facta tem-
pore permisso, at in casu nostro sunt prohibita, &
facta tempore prohibito, dict. cap. vbi periculum. §.
cæterum, de electio. in 6. ita respondet Cardin. Iacob.
dict. artic. 5. num. 248. omnia verò quæ sunt aduersus
Pontificiam dignitatem, † sunt illicita. Turrec. in lib. 126
2. de Eccles. cap. 104. & 105. Accedit quia nunquam
Pontifici Maximo videtur sublata facultas reuocandi
quæ antea fecit, vt colligitur ex Ioan. And. in cap. di-
lecto de præbend. & in reg. quod semel. de regul. iur.
in 6. Ias. in §. si quis. num. 68. instit. de actio. & maxi-
mè cum causa, argu. eorum quæ scribunt Cardin. Paris.
cons. 11. num. 4. cum sequen. volum. 1. Ber. consil. 147.
num. 27. volu. 3. & ob id licet † regulariter non possit 127
tollere ius naturale, Cornel. consil. 90. n. 4. & cons. 133.
num. 3. vol. 4. tamen † ex causa dispensat. Aleaan. cons. 128
101. num. 15. lib. 1. Natt. cons. 33. lib. 1. latissimè Car-
din. Paris. cons. 68. numer. 28. & sequent. volum. 4. Be-
rous consil. 50. numer. 73. lib. 1. Vasques controuers.
illustr. cap. 5. num. 15. & cap. 15. numer. 16. Corrad.
in templ. omn. iud. de Imp. libr. 1. cap. 1. §. 4. vers. 4.
& vers. 28. Hinc ob causam dispensat contra iuramen-
tum. † Roman. consil. 12. numer. 3. ac contra votum, 129
Nauarr. in cap. sacerdos. num. 133. dict. 6. & commu-
niter practicatur tota die. Non obstat quartum argu-
mentum, quòd Papa non possit se à iuramento præstito
absoluere, neque alteri mandare, &c.

Primò enim respõdetur ex dict. Archidiac. in cap. ve-
nerabilem. de electio. de quo in 5. fundamento conclu-
sionis nostræ, quod dictum mihi videtur communiter
à Doctoribus receptum.

Secundò respondeo, quòd posset ipse Pontifex † se
absolnere, proùt absoluit alios inferiores ea causa
(quæ adest hoc casu, vt dictum est suprà) Abb. in cap.
proposuit. num. 13. de concess. præbend. Felin. in cap.
constitutus. num. 18. de rescript. Crot. consil. 184. n.
44. lib. 2. Dec. in capit. primo. secunda lectu. num. 7.
post Felin. Ber. num. 108. de constitut. communis teste
Corrad. in templo omn. iudic. lib. primo, capit. 1. §. 3.
versicu. 8. num. 2. & lib. 2. capit. 1. §. 4. versic. 8. num,
6. & communiter.

131 Tertiò respondetur posse absolui † à suo confessario,
cui sese submittere potest. Palud. in 4. dist. 17. quæstin.
3. colum. 2. Socin: sen. in cap. dilectum, num. 7. de
excess. prælat. & in can. omnis. num. 22. de pœniten. &
remiss. Fet. consil. 32. num. 38. Nauarr. in cap. placuit.
num. 15. & sequen. de pœniten. distinct. 6.

Quartò melius respondetur, vt respondet eacel.
Bursat. d. consil. 342. num. 38. quòd enim iuramentum
sit illicitum, & sic nullum, nulla requiritur absolutio
132 † in foro conscientiæ, tanquam animus obligandi dicto
casu deficiat: & tamen Deus recipit iuramentum, vt
ex corde procedit, can. humanæ aures. 22. quæst. 4.
Abb. in cap. si vero. circa fin. de iureiuran. vnde etsi
133 parte citata absolutio a iuramento non sit facienda, †
quoties redundaret huiusmodi absolutio in præiudi-
cium tertij, tamen non requiritur talis monitio partis,
quoties est nullum iuramentum. Crot. cons 104. num.
97. libr. 2. Ioao. de Amic. cons. 34. num. 6. Boer. cons.
50. libr. 1. per totum. decis. Pedemont. 125. num. 7. vbi
attestatur de communi. vnde sequitur non esse veram il-
lam conclusionem, non posse se absoluere: quia con-
trarium tenent DD. magis communiter, vt suprà dixi.
Non obstat quintum, quia exemptum allatum a Docto-
ribus de Gregorio XII. procedit ob sedandum schisma,
vt infra dicam. Limita hanc conclusionem communem
firmatam suprà, non procedere quotiès pro sedando
134 schismate Cardinales in Conclaui iurarent, † vt quicun-
que eorum assumetur ad summum Pontificem, renunciet
ob sedandum schisma, nam hoc casu illa promissio iu-
ramento firmata est seruanda à Pontifice creato. Ita Pe-
tr. de Anchar. cons. 66 & 281. Iacoba. in tracta. de Conc.
lib. 7. cap. 5. num. 149. Barbat. d. cons. 1. num. 5. & 7.
Cardin. Alban. dict. tracta. de Cardin. quæst. 36. co-
lum. 2. Bursat. consil. 342. num. 37. versicul. 3. dicentes
ita procedere exemplum allatum de Gregorio XII. qui
cum postea creasset Cardinales contra iuramentum va-
lidum, fuit effectus periurus. Dec. in cap. porrecta.
num. 4. de confirm. vtil. vel inutil. Ratio est, ratione
scandali vitandi, & ob publicam vniuersalis Ecclesiæ
vtilitatem; ob quam causam permissum est, quod aliàs
est illicitum.

Quartò pone quòd eligatur aliquis coniugatus in
Papam, cuius vxor creditur mortua, & non est, an si
135 vxor petat debitum, Papa teneatur hoc casu † dimit-
tere Papatum, & ad vxorem redire? Responde teneri
redire ad vxorem, si non potest induci ad continentiam
seruandam, ita in terminis scripsit Augustin. de Ancon.
de præst. Eccl. quæstio. 2. articul. 5. colum. 2. versicul.
136 ad primum. vbi dat hanc rationem, quia continentia †
clericorum est de iure positiuo: reddere autem debitum
137 vxori, est † præceptum iuris naturalis, & diuini. D.
Thom. 2. 2. quæstio. 88. artic. 11. Turrecrem. in can. sa-
cerdotibus. distinctio. 31. August. Triumph. dict. tractat.
quæst. 92. articu. 3. & communiter Doctor. At vbi ius
138 positiuum contradicit iuri naturali, tunc seruandum †
est ius naturale, vt communiter Doctores in cap. 1. de
constitut. gloss. autem in capit. si quis pecunia. in verb.
non Apostolicus. vers. sed quid inquit. quòd si eligitur
Papa N. qui credebat vxorem suam esse mortuam, si
non constat de matrimonio, non est cogendus stare iu-
dicio alicuius: si autem constat de matrimonio, tene-
tur ei reddere debitum: nisi mulier induci possit ad
continentiam obseruandam, abrenuntiabit Papatui, &
satisfaciet vxori. Hoc idem videtur firmare Abb. in cap.
licet. de vitanda, num. 4. versic. qualiter. de electio.
qui etiam dicit, quòd si mulier non potest induci ad
continentiam, debet Papa reddere debitum, & poterit
stare in Papatu, nam continentia præcessit ex constitu-
tione Ecclesiæ, vnde videmus presbyteros † Græcos 139
sine peccato habere vxorem. can. Nicena. distinct. 21.
not. in cap. cum olim. de cleric. coniugat. Innocent. in
cap. placet. eod. tit. quod tamen non placet, nam non
posset fieri sine magno scandalo Ecclesiæ, vnde melior
est opinio prior, vt si non possit vxor induci ad ingre-
diendum Monasterium, vt renunciet, ea ratione supe-
rius allegata. & hic casus nunquam contigit, & Deus
optimus maximus efficiet, vt non eueniat. Tempore ta-
men Alexandr. VI. fuit ab eodem Pontifice ad Cardi-
nalatus dignitatem promotus † Franc. Remolinus. Va- 140
lentin. cum eius vxor in Hispania esset viua, quare ef-
fecta est monialis, & vt vixit per plures annos. auctor
est Hieronymus Garimbert. in lib. 5. de vita Cardinal.
cap. 9. quod etiam legi in Onufrio Panuino in Epitome
Pont. Romanorum qui refert fuisse creatum Cardina-
lem in vndecima promotione Cardinalium anno Domi-
nicæ natiuitatis. 1503. Pontificatus ann. 11. die Mercu-
rij pridie Cal. Iunij cum alijs octo.

Vltimò quæro an aliter facta resignatio sit nulla?
respondeo affirmatiuam opinionem † esse ab omnibus 141
Doctoribus receptam, vt coactus resignare absque cau-
sa legitima, & approbata possit beneficium resignatum
repetere, & sic annullare dictam resignationem: vt
colligitur ex Anton. de Butr. Cardin. Zabarel. Abb. &
Imol. in cap. 2. 3. & cap. ad audientiam. de his quæ vi
metus ve caus. Geminian. in cap. Ordinarij. §. in con-
ferendis. num. 3. de offic. ordin. lib. 6. Rot. decis. 5.
num, 2. de renunciat. in nou. Petr. Gregor. Syntagm.
iur. lib. 17. cap. 18. num. 2. Coras. de benefic. §. 1. cap.
8. num. 11. Fran. Croet. in cap. ea ratione. n. 17. de ap-
pellat. Latè Dominus meus Cardin. Paris. cons. 66. n. 1.
volum. 4. & cons. 135. num. 4. eodem volum. Barba.
consil. 30. lib. 3. Ruin. cons. 121. lib. 1. Dec. consil. 109.
Calderin. consil. 1. de renunciat. & ita communiter
practicatur aduersus quosdam Episcopos & Vicarios
parùm seruantes canones, & cogentes renunciare, vt
conferant beneficia personis gratis & familiaribus,
namque inter alia requisita quæ requiruntur ad bonam
& validam renunciationem, illud obtinet principalem
locum, vt debeat fieri liberè, & voluntariè, Hostien.
in titul. de renunciat. §. qualiter, Rot. decisio. 5. n. 2.
de renunc. in nou. Mohedan. decis. 32. manuscript.

Et regulare est, vt actus coactus sit nullus, & non
noceat. vt habetur in toto tit. ff. & C. de his quæ vi
metusve caus. Neuiran. consil. 52. n. 46. Menoch. consil.
nu. 271. lib. 1. Bursatt. consil. 72. n. 30. lib. 1. Et omnes
causus pertinentes ad hanc materiam in particulari titu-
lo infrà pertractabo: non autem omittam quòd si ali-
quis vult renunciare in curia ad fauorem alicuius ido-
nei, non possit cogi ad renunciandum in fauorem alte-
rius. iuxta ea quæ scribit Cornel. consil. 151. num. 1.
volum. 1. Et qui vult renunciare reseruata pensione,
non potest cogi renunciare simpliciter, nam aliàs esset
nulla resignatio, vt ex supradictis liquet. Idemque pro-
cedit si fuit deceptus dolo reresignatarij, in expeditio-
ne literarum. Namque hoc casu, vidi annullari illam
resignationem. & hæc in praxi sunt trita, & recepta ab
omnibus, proùt latiùs attingam infrà particulari libro.

Lib. 3. q. 18. num. 38. Ibi, Io Ecclesiis, vbi
eorum patres.

SAcra Concilij congregatio, id non solum in filio, res-
pectu patris, sed etiam in nepote respectu Aui, proce-
dere censuit; sess. 25. cap. 15. de reformat. Idque propter
verbum, longissimè, quod excludit omnem personam me-
diatam. Vide Paponium in recollectione placitorum, lib.
lib. 11. tit. 2. de Donation. Arrest. vlt. atque tertio triuna
notatiorum volumine. lib. 2. tit. *du deuolu par incapacité*.
pag 117. linea 9. Quod sibi locum vendicat, etiamsi fi-
lius, ex quo nepos ille est, adhuc viuat. secundum glos-
sam in cap. ad extirpendas. de fil. presbyt.

Eadem quæst. num. 65. Ibi, Eo fortius poterit pœnitere.

EX numeris 64. & 66. colligimus inter aduerbium, fortiùs, & verbum, poterit, repunctūdam esse negatiuam non.

Eadem q. numer. 73. Ibi, Et tandem ad personam summi Pontificis.

ADde & ad personam Christianissimi Francorum Regis, quod attinet ad prouisiones beneficiorum consistorialium, hoc est electiuorum, in suo Galliæ regno consistentium ad eius nominationem, iuxta concordata, aut aliàs pro tempore faciendas: illius etenim auctoritati in præmissis quàm maximè est etiam deferendum.

Eadem q. 18. num. 38. Qui non ex legitimo matrimonio nati sunt.

¶ IVra de illegitimis satis implicata, quoad ordines & beneficia non incommodè ex triplici capite extricari possunt. Primo enim illegitimus est inhabilis ad ordines, & beneficia, cap. 1. & per totum de filiis Presbyt. nisi religionē ingrediatur, tunc enim eo ipso censetur legitimus, & tollitur macula quoad ordines sumendos, ca. Presbyterorū. dist. 56. d. cap. 1. non tamen quoad beneficia obtinenda, d. c. 1. & cap. fin. c. 1 d. titulo in 6. exceptis manualibus non curatis, Rebuff. de dispens. super defect. natal. num. 69. vel nisi dispensetur, scilicet ab Episcopo expressè, Rebuff. ibid. n. 9 Melch. Past. de benef lib. 2. tit. 8. num. 6. ad primam tonsuram, & minores ordines, nec non ad beneficia simplicia tantum, d. cap. 1. de filijs Presbyt. in 6. (quamuis Melchior Pastor, de benef. lib. 3. n. 6. dicat hanc Episcopi dispensationem via sufficere in Gallia, vbi ait constitutiones Bonifacij ius non facere, quia imò vsu receptum est, vt ius faciant. Mornac. ad l. 8. ff. de iustit. & iure) alia tamen à canonicatibus in Cathedrali, Gloss. in §. item censuit in verb. Cathedralibus. de collat. in Pragm. Rebuff. loco citat. n. 21. vel ab ipso Papa etiam tacitè, gloss & Panor. in cap. 2. de Schismaticis. Rebuff. & Melch. Past. vbi suprà, ad omnes ordines, & quæcumq; beneficia, d. cap. 2. de filiis Presbyt. in 6. quæ dispensatio legato prohibetur, cap. 2. qui Filij sunt legit. Secundò illegitimus non potest obtinere beneficium, quòd pater aliàs obtinuit e præsentium de filijs Presbyt. mediatè, vel immediatè, constitutio clem. 7. de anno 1530. cōcil. trid. sess. 25. cap. 15. neque pensionem super fructibus dicti beneficij d. c. 15. quamuis fuerit dispensatus ad beneficia obtinenda Mandos. de signat. gratiæ. tit. de dispens ad benef. in quo pater; nisi super hoc expressè dispensetur à Papa, cap. penult. de Filijs Presbyt. Episcopus enim, aut quiuis alius à Papa, non potest ibi dispensare, d. cap. penult. etiam in simplici beneficio, gloss. in cap. 1. de fil. Presbyt. in 6. in verb. tale. Requiritur tamen, vt sit locus prohibitioni, quod pater fuerit in possessione. declarat. sacræ congregat. ad d. cap. 15. licet non ministrauerit, Garcias ibid n. 56. contra Mandosium, & alios: quia concilium id non requirit. Amplia vt nec quidem alius legitimus possit beneficium patris obtinere, d. cap. præsentium, quod loquitur indistinctè, nisi per mediam personam, cap. ex transmissa d. tit. quæ fuerit in possessione, & ministrauerit, cap. ad extirpandas, eod. licet momentaneè, Papon. 3. Notarior. lib. 8. *d'interdits & actions possess. pour benefice pag* 568. Aliàs præsumeretur Fraus Rebuff. vbi sup. num. 23. poterit tamen pensionem habere super fructibus beneficij à patre immediatè obtenti, Garcias. ibid. num. 35. ratio prohibitionis est ne videatur dari successio in beneficialibus, contra can. Apostolica 8. q. 1. cum similibus in legitimo, & vt arceatur memoria incontinentiæ paternæ in illegitimo, conc. Trid d c. 15. An idem de nepote respectu Aui? asserit Rebuff dicto loco n. 17. & alij, quia appellatione Filiorum veniunt nepotes, l. liberorum. ff. de verb. signif. Negat Garcias, post alios quos citat, de benef. d parte 7. cap. num. 25. Ampliando nedum ad nepotem legitimum ex filio illegitimo, sed etiam ad nepotem illegitimum, ex filio vel filia illegitima, cui assentior, quia sumus in pœnalibus: vnde est quod pater non prohibetur habere beneficium filij, siue sit legitimus, siue illegitimus, gloss. in d. can. Apostolica. 8. q. 1. Gigas. de pensionib. q. 12. num. 10 contra hostiensem. Tertiò Filius illegitimus non potest beneficium habere in Ecclesia, in qua pater aliud etiam dissimile habet, vel aliàs habuit, Concil. Trid. d. cap. 15. nec in ea quoquomodo ministrare, d. cap. vnde non poterit ibi & Vicarius temporalis, aut simplex musicus, sed econuerso poterit ministrare, & habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ministrauit, & inseruit solum vt Capellanus, aut Vicarius temporalis, cap. constitutus, & ibi gloss. de filiis Præsbyt. vel etiam habere Ecclesiam filialem dependentem à paterna, Garcias vbi suprà n. 21. secus de nepote, nonobstante declaratione sacræ Congregationis hic relatæ à Duclosio, cuā posteriores sunt contrariæ. Garc. ibid. sicut etiam de filio legitimo, cap. ad hæc de filiis presbyt. neuter non arcetur à beneficio Ecclesiæ, in qua Auus, aut pater, aliud obtinet.

FINIS LIBRI TERTII.

FLAMINII PARISII
IVRE CONSVLTI
CONSENTINI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM
LIBER QVARTVS.

In quo, quibus personis possint beneficia resignari, vndecim quæstionibus doctè, & diligenter tractatur.

QVÆSTIO I.

An omnibus possint beneficia resignari, & qui sint idonei ad ea.

SVMMARIVM.

1 *Omnibus possunt beneficia resignari.*
2 *Nulla est resignatio, facta in fauorem non idonei.*
3 *Beneficium Ecclesiasticum non potest conferri nisi idoneo.*
4 *In potestate dato conferendi intelligitur,* dummodo digno.
5 *Idoneus dicitur, præditus maturitate ætatis, morum grauitate, & literarum scientia.*
6 *Resignatarius debet habere qualitates, quas beneficium sibi resignatum exposcit.*
7 *Ante quatuordecim annos, quis non potest obtinere beneficium, etiam simplex.*
8 *Curatum beneficium, & dignitas requirit 25. annos.*
9 *Decretum Concilij Tridentini de Archidiaconis, c. 12. sess. 24. habet locum in Archidiaconis habentibus iurisdictionem.*
10 *Capacitas resignatarij debet adesse à principio.*
11 *Tempus datæ inspiciendum.*
12 *Collatio facta minori nulla est.*
13 *Resignatio nulla ob defectum ætatis, non conualidatur per superuenientem ætatem.*
14 *Quoties à principio requiritur habilitas, non sufficit quod postea interueniat.*
15 *Excommunicatus si constituatur procurator quamuis postea absoluatur, non potest agere.*
16 *Si detur iudex excommunicatus, non potest iudicare, etiam post absolutionem.*
17 *Qualitas Canonicatus aut dignitatis, debet adesse tempore commissionis.*
18 *Bannitus habilitatus non potest extrahi de prioribus si tempore imbussulationis erat bannitus.*
19 *Resignatarius post habilitationem potest consequi beneficium resignatum.*

PRIMÒ quæro, quibus possint resignari beneficia? Communis responsio, & regula est affirmatiua omnibus † posse beneficia resignari, 1
idoneis † tamen, alioquin esset nulla resigna- 2
tio. Achilles de graff. decis. 57. in vna sub tit. de renunciatione. Pelegrin. decis. 69. libr. 1. aliàs 57. Anton. August. decis. 18. lib. 1. Card. Paleott. dec. 112. alias 163. Pelegr. decis. 50. lib. 1. omnes. in manuscr. Gabr. cons. 186. nu. 3. cum sequent. lib. 1. Et est communis, & recepta omnium Doctorum sententia.

Et ratio est, quia † beneficium Ecclesiasticum non 3
potest conferri nisi idoneo. cap. cum in cunctis, vbi Abb. Imul. Dec. & alij omnes, de electio. Rebuff. in prax. tit. requisita ad collationem. n. 23. cum sequenti, & in tit. form. vicar. num. 87. & n. 144. & regulare est, vt in commissione potestatis conferendi & recipiendi
† resignationem, semper intelligatur, *dummodò dignè & digno.* Anto. de Butr. communiter receptus in cap. constitutus. n. 2. de concess. præben. Idoneus autem dici- 4
tur qui † est præditus maturitate ætatis, morum grauitate & literarum scientia. d. cap. cum in cunctis. & ibi omnes DD. hoc notant. Card. Paris. cons. 40. num. 13. volum. 4. latè Albert. Scot. in tract. de vero & perfecto elerico. Alfons. Hoied. in tract. de incomp. benef. par. 1. ca. 23. n. 130. Rebuff. de pacific. poss. n. 172. secundum paruam impressionem. Ideo communis opinio 5
† io praxi recepta est, resignatariom debere habere illas 6
qoalitates, quas beneficium ipsum desiderat secundum
canones, & Coocil. Tridentin. debet enim habere † 7
decimum quartum annum si beneficium est simplex. cap 6. sess. 23. de reform. Conc. Trid. vigesimumquintum,
si est curatum † vel dignitas, vt Archidiaconatus. cap. 8
12. sess. 24. de reform. Concil. Trid. quod decretum loquens de Archidiacooatu circa † magisterium, decla- 9
rauit Congregatio Concil. procedere in Archidia. qui habent curam animarum, & iurisdictionem. teste excellentiss. Germon. de indult. §. quibusuis nu. 4. &
hæc capacitas, siue idoneitas resignatarij, necesse † est, 10
vt adsit à principio. Achil. de Grass. decisio. 57. in vna sub titul. de renunciat. Pelegrin. decis. 69. libr. 1. alias 57. in manuscript. Et est communis opinio, quæ probatur in cap. si eo tempore de rescript. lib. 6. vbi mandatum de prouidendo existenti in minori ætate vigintiquinque annorum, non comprehendit beneficium curatum, dat rationem text. cum tempore datæ ipsius adhuc non esset idoneus. Et ibi gloss. in ver. effectus, dicit spectandum esse initium, & allegat cap. dudum, primo de de elect. Et in verb. *tempore* eadem glo. notat inspi-
ciendum esse † tempus datæ; quod etiam probatur in 11
cap. eam te. de elect. in d. cap. si eo tempore. in 3. not. &
ibi alij DD. omnes, alioquin † nulla est collatio facta, 12
vt communiter ab omnibus est receptum.

Quod ampliatur procedere etiam † si resignatarius 13
postea efficiatur idoneus, nam si à principio tempore datæ, & consensus extensi a tergo supplicationis, erat incapax, resignatio nulla non conualidatur per superuenientem habilitatem. Ita Petr. de Anchar. in d. cap. si eo tempore. num. 2. vers. item nota, post gloss. in verbo effectum. de rescript. in 6. quam opinionem tenuit Rota in vna Glasquen. præceptoriæ, coram D. Pelegrino, die 23. Martij 1547. teste eodem Pelegrin. d. decis. 69. lib. 1. alias 57. in manuscr. quod etiam placitum

N 4

Digitized by Google

refert Achilles de Graff. decis. 57. in titu. de renunc. in
14 manuscr. & ratio est, quia † quoties à principio requiritur habilitas, non sufficit quòd postea interueniat, namque illo tempore debet adesse, l. fratres. ff. de pœn. Bart. in l. vsufructus. in fin. de stip. seru. glos. in clemen. Vt hi, verbo constitutis, de ætat. & qualit. Gemin. in cap. ei cui, de præb. in 6. & communiter DD. vt post alios resoluit Dec. in cap. post cessionem de prob.

15 Hinc si constituatur † procurator excommunicatus, licet postea absoluatur, non tamen habilitatur, vt possit agere, quia attenditur inhabilitas, quæ à principio erat, cap. post cessionem, & ibi glos. in verbo excommunicatus, de proba.

16 Hinc si excommunicatus detur † iudex, quamuis postea absoluatur, non potest iudicare, gloss. in cap. dilectus. 2. de præbend. Specul. de iud. dele. §. 1. in prin-
17 cipio. Ideo qualitas canonicatus vel dignitatis, † quæ in delegato summi Pontif. requiritur, debet à principio adesse tempore commissionis, glos. in cap. statutum. in verbo canonicis. de rescr. in 6. Bald. in l. præcipimus. §. vlt. C. de app. Cardin. & Imol. in clem. vl. colum. pen. de rescr. Paul. de Cast. in cons. 425. ad primum. col. 4. Ideo stante statuto, vt bannitus non possit esse de priorib. & in principio tempore imbussulationis
18 † quis erat bannitus, quamuis postea fuerit habilitatus, & sic tempore, quo extrahitur, reperiatur habilis, non sufficit, Bal. in rub. C. de cond. ob turp. caus.
19 circa fin. post Iacob. de Aret. Ideo † resignatarius post habilitatem non poterit consequi illud beneficium resignatum, nisi ex nouo consensu. & noua Papæ prouisione, vt censuit Rot. teste Achil. de Graff. d. decis. 57. & hac optimo seruatur in praxi.

Lib. 4. quæst. 1. num. 7. Ibi, Debet enim habere decimumquartum.

FAllit in casu à nobis notato suprà lib. 3. q. 7. Nouissimè, tam nobilis Petrus Berterius, clericus Tholosanensis ciuitatis in decimo ætatis suæ Anno constitutus, vacantem prioratum sancti Amantii, de Gilorguea, Ruthenensis Diœcesis, Apostolica auctoritate, in forma gratiosa liberè (pro quo Christianissimus Francorum Rex Ludouicus, ac illustrissimus Cardinalis de Ioinsa, insuper loci ordinarius, seu eius Vicarius generalis scripserant) conferri obtinuit: sub datum Romæ tertiodecimo Kalendas Aprilis: Pontificatus Pauli Papæ Quinti Anno decimo, hoc est, 20. Martij 1615. signatura desupèr expedita, registrata lib. 24 registri supplicationum Apostolicarum fol. 4.

Eadem quæst. num. 19. Ibi, Nisi ex nouo consensu.

IMò absque vlteriori resignantis consensu, obtinuimus propè infinitas nouas prouisiones Apostolicas, narrando priores resignationem & prouisionem, necnon causam dubitandi sufficientem. Et hæc est indubitata praxis, stylusque Romanæ curiæ inconcussè hucusque obseruatus: modò tamen prior consensus ritè præstitus fuerit, videlicet, (siquidem per procuratorem præstandus sit) quòd is tunc speciale ad id præ manibus mandatum habuerit, vt regijs cautum est constitutionibus (de quo etiam videbis Parisium lib. 8 q. 8. n. 118. & à nobis notanda eodem lib. q. 1. n. 10.) si verò per substitutum quod is nedum substitutionis sed etiam originalis mandati munitus sit instrumento, vt interpretatur Molineus super regula de publicand. resignat. n. 403. Iam verò cum hic de nouis prouisionibus verba fecerimus, liceat nobis & illud annotare, nempe Rebuffum in sua praxi beneficiaria tit. de noua prouisione & simplici. nu. 5. & 6. ac tit. de Rescripto etiam & perinde valere. n. 3. necnon in tit. de forma mandati Apostolici. ad verbum, gratiam. versic. aliud est Rescriptum & versic. aliud Rescriptum gratiæ dicitur. ac versic. & non datur hæc gratia in concordat. Et Paponium thomi tertij trium notariorum lib. 4. tit. *de signature*. Versic. *la supplication*. ac Gregorium tàm in suo syntagmate parte 2. lib. 17. cap. 15. n. 21. quàm in tractatu de rescriptis lib. 1. cap. 2. n. 28. in eo errore (pace tantorum Doctorum dictum sit) extitisse, vt strenuè & intrepidè sustineant, nouam prouisionem dici solum eam quæ à summo Pontifice emanetur ad validitatem alterius anterioris prouisionis, seu collationis ab Episcopo vel alio ordinario, collatore habitæ & obtentæ. Cum tamen stylus prædictus & vsus quotidianus seu praxis nos doceat, etiam illam quæ ab eodem Pontifice, vt prior gratia Apostolica corroboretur proficiscitur, nouæ prouisionis titulo donari. Verùm illi, eorumque sequaces in eo allucinantur, quòd non (vt paret) vtrùm sola prius signatura concessa extiterit, an verò etiam Bulla desuper expedita fuerit. Sed (& male) vtrùm prior prouisio ab ordinario, an autem à Pontifice maximo promanauerit, considerarunt. Etenim dum in literis super gratia Apostolica expeditis, error aliquis interuenit, quem per alias corrigi necesse sit, non dubium quin tùnc, posteriores huiusmodi, in forma perinde valere, non autem in forma nouæ prouisionis expediantur: Econtrà verò si super priori gratia signatura tantùm expedita fuerit quæ aliquo vitio laboret, & alia pro eius firmitate subsequatur, illa certè subsequens) etiamsi literæ, id est, Bullæ sub plumbo desuper expediantur) non perinde valere gratia, sed noua prouisio nuncupabitur. Hancque nostram sententiam multùm iuuat. Quintilianus Mandosius in praxi signaturæ gratiæ, tit. nouæ prouisiones, versic. nouam prouisionem (vbi Rebuffum allegat) & tit. Perinde valere. versic. Perinde valere non consueuit. folijs 16. & 18. in impressis Venetijs de Anno Domini 1582.

Eadem q. 1. num. 13. Resignatio nulla non conualidatur per superuenientem habilitatem.

¶ SEnatus tamen Tholosanus resignatarium tempore resignationis inhabilem, & ex post facto habilitatum, aduersus deuolutarium ex hoc capite postea impetrantem, seu litem mouentem in possessione beneficij resignati tuetur, Mayn. lib. 2. cap. 55. Tournet in sua compilatione litera C. num. 172.

QVÆSTIO II.

An renuntiatio facta in fauorem laici sit nulla, & quid de Hospitali, & quid si fiat cum clausula quamprimum clericali charactere fuerit insignitus, & circa hanc clausulam, aliqua dubia explicantur, & agitur de ordinato à non suo Episcopo, vel ab hæretico, vel ante legitimam ætatem

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta in fauorem laici, est nulla.*
2 *Beneficium Ecclesiasticum non potest transferri omninò laico.*
3 *Laicus est incapax spiritualium.*
4 *Beneficium est res Ecclesiastica, quæ datur clerico ob sacrum ministerium.*
5 *Laicus non potest præsentari ad beneficium incissatroatus.*
6 *Præsentatio non est nulla de proximè clericando.*
7 *Pensio non potest reseruari laico.*
8 *Pensio reseruata laico, quamuis postea fiat clericus, est nulla.*
9 *In impetratione narratur de stylo impetrantem esse clericum.*
10 *Impetratio obreptitia, ob falsi narrationem.*
11 *Prouisio obreptitia est nulla.*
12 *Nullitas ob obreptionem ipso iure irrogatur.*
13 *Vna hora laicus non potest habere beneficium Ecclesiasticum.*
14 *Petens beneficium, debet probare se clericum.*
15 *Resignatio facta in fauorem laici, qui postea fecit se insigniri clericali charactere, est nulla.*
16 *Pensio reseruata laico est nulla, quamuis postea fuit effectus clericus.*
17 *Quoties habilitas requiritur ab initio, non sufficit quod postea interueniat.*
18 *Gratia ipso iure nulla, non conualidatur per superuenientem habilitatem.*

Digitized by Google

19 *Resignatio facta in fauorem eius, qui reputabatur clericus, cum esset laicus, est nulla.*

20 *Pensio reseruata ei qui reputabatur clericus, constito de contrario, est inualida.*

21 *Communis reputatio facit ius.*

22 *Sufficit quem esse babilem, communi hominum reputatione.*

23 *Communis error non facit aliquem habilem, sed validat gesta per ipsum.*

24 *Probatio orta ex communi errore, est præsumptiua.*

25 *Vera probatio præfertur præsumptiuæ.*

26 *Communis reputatio prodest resignanti, vt non amittat ius.*

27 *Clericus coniugatus habetur pro laico.*

28 *Clericus coniugatus non potest habere beneficium, etiam simplex.*

29 *Episcopus non potest dispensare cum clerico coniugato, vt non possit habere beneficium.*

30 *Laicus regularis conuersus gaudet priuilegio, c. si quis suadente.*

31 *Conuersus non potest resignare beneficium.*

32 *Laicus potest habere beneficia ex dispensatione.*

33 *Impossibile, dispensatione fit possibile.*

34 *Lex non tollitur per dispensationem, sed declaratur.*

35 *Resignatio admissa in fauorem illius qui fecit se illa die insigniri clericali charactere, est valida.*

36 *Præsumitur in dubio præcessisse, quod debebat præcedere.*

37 *Si mors & collatio eadem die interuenerint, præsumitur quòd mors præcessit collationem.*

38 *Electio præsumitur præcessisse vnionem.*

39 *Appellatio præsumitur præcessisse commissionem.*

40 *Præsumptio capitur vt actus valeat.*

41 *Hospitale potest resignari in fauorem laici.*

42 *Resignatio Hospitalis facta in fauorem illius, qui narrauit se esse clericum, cum esset laicus, est nulla.*

43 *Resignatio est nulla ob falsum expressum.*

44 *Gratia est verificanda.*

45 *Laico potest à Papa concedi beneficium in sustentationem.*

46 *Laico potest concedi beneficium cum clausula,* quamprimùm clericali charactere fuerit insignitus.

47 *Potest summus Pontifex conferre beneficia & pensiones ad tempus.*

48 *Potest summus Pontifex conferre beneficia in tempus clericatus.*

49 *Translatio pensionis facta in laicum, cum clausula,* quamprimum clericali charactere fuerit insignitus, *valida est.*

50 *Resignatio facta cum dicta clausula* quamprimum, &c. *non statim abdicat ius, cum sit conditionalis.*

51 *In gratia conditionali, non censetur consensus præstitus ante conditionis euentum.*

52 *Clausula,* & non alias, *non facit ius abdicari à resignante.*

53 *Resignans cum dicta clausula* quamprimum, &c. *potest percipere fructus, donec resignatarius suscipiat ordines.*

54 *Fructus spectant ad dominum.*

55 *Transferens pensionem cum dicta clausula* quamprimum, &c. *potest percipere fructus, donec ille suscipiat ordines.*

56 *Prima tonsura est ordo, & per eam imprimitur character.*

57 *Prima tonsura data à non suo Episcopo, imprimit characterem.*

58 *Resignatarius non potest consequi beneficium sibi resignatum cum dicta clausula* quamprimùm, &c. *si suscipiat primam tonsuram à non suo Episcopo.*

59 *Ordinatus à non suo Episcopo, non habet executionem ordinum.*

60 *Collatio facta suspenso, irrita est.*

61 *Resignatio conditionalis non purificatur per existentiam conditionis nulla.*

62 *Dispositio intelligitur de actu valido.*

63 *Aduerbium ritè, requirit, vt in actu adhibeatur ordo.*

64 *Paria sunt non habere characterem ad effectus beneficia consequendi, vel habere absque executione.*

65 *Nemo debet reportare commodum ex facto quod meretur pœnam.*

66 *Ordinatus à suo non Episcopo, habet executionem ordinum, si habet licentiam sui Episcopi ante actum, vel consensum post.*

67 *Creditur Episcopo ordinanti alienum subditum, si attestatur de licentia proprij Episcopi.*

68 *Licentia ordinandi alienum subditum non probatur assertione notarij.*

69 *Quando agitur de validitate ordinis; dicitur agi de modico præiudicio.*

70 *Clericatus probatur communi opinione.*

71 *Actus est nullus, quoties res deuenit ad casum, à quo incipere non potest.*

72 *Mortuus non potest resignare.*

73 *In rescriptis & vltimis voluntatibus conditio etiam casualis non retrotrahitur.*

74 *Papa in beneficialibus habet omnimodam potestatem.*

75 *Conditio etiam casualis retrotrahitur, cum de mente constat.*

76 *Conditio si clericus fiat, potest impleri etiam post mortem resignantis.*

77 *Resignatio facta in fauorem N. quamprimum clericali charactere fuerit insignitus, sortitur effectum, etiam mortuo resignante.*

78 *Translatio pensionis potest sortiri effectum, etiam post mortem transferentis.*

79 *Conditione purificata resignatarius consequitur beneficium.*

80 *Mors Papæ impedit gratiam factam.*

81 *Hodie non conceditur beneficium cum clausula quamprimum, &c. nisi in quibusdam casibus, & quomodo.*

82 *Non potest resignari beneficium in fauorem ordinati à non suo Episcopo.*

83 *Ordinati à non suo Episcopo sunt suspensi.*

84 *Ordinatus à non suo Episcopo, an sit deponendus.*

85 *Ordinatus à non suo Episcopo, non gaudeat priuilegio clericali.*

86 *Asserens esse ordinatum debet ostendere scripturam vel literas testimoniales sui Episcopi.*

87 *Ratihabitio proprij Episcopi super ordine suscepto videtur inducere dispensationem.*

88 *Cardinales possunt conferre ordines minores in proprijs titulis.*

89 *Episcopus potest ordinare familiarem suum qui secum fuit per triennium commoratus, si ei beneficium Ecclesiasticum conferat.*

90 *Episcopus, qui potest ordinare familiarem suum potest illum remittere ad alium, vt ordinetur.*

91 *Episcopus potest ordinare familiarem suum, & ei dare sufficiens patrimonium.*

92 *Episcopus non potest ordinare familiarem, & post vndecim menses dare ei beneficium.*

93 *Familiaris ratione beneficij efficitur subditus Episcopo.*

94 *Collatio beneficij facta per Episcopum est causa validitatis ordinis.*

95 *Dictio statim, significat absque interuallo.*

96 *Ordinatus ab Episcopo haretico non potest beneficium resignari.*

97 *Ordinato ab Episcopo schismatico non potest beneficium resignari.*

98 *Ordinato ab Episcopo suspenso & excommunicato non potest beneficium resignari.*

99 *Clericus coniugatus non potest habere beneficium.*

100 *Clericus coniugatus vt laicus reputatur, præterquam in priuilegio canonis.*

101 *Per contractum matrimonij inducitur tacita renunciatio beneficij.*

Digitized by Google

102 *Ordinatis per saltum non possunt beneficia resignari.*
103 *Ordinatis extra tempora non possunt beneficia resignari.*
104 *Ordinatis ante legitimam ætatem, non possunt beneficia resignari.*
105 *Ordinati ante legitimam ætatem sunt suspensi ad tempus de iure communi.*
106 *Ordinati ante ætatem hodie sunt perpetuè suspensi.*
107 *Verba (ipso iure) perpetuitatem ostendunt.*
108 *Sententia iuris imponens pœnam absque temporis præfinitione, eam perpetuò imponere censetur.*
109 *Constitutio publicata, & impressa præsumitur vsu recepta.*

SEcundò quæro, An resignatio beneficij facta in
fauorem non tonsurati, idest laici, sit nulla? Com-
1 munis opinio, & vera conclusio in praxi etiam †
seruata est, esse nullam, & nihil consequi resignata-
rium, Ant. August. decis. 18. lib. 1. in manuscrip. Car-
din. Paleott. decis. 115. alias 163. Pelegrin. decisio.
50. lib. 1. in manuscrip. & colligitur ex Nauar. cons. 1.
2 de præben. & est ratio, quia † Beneficium Ecclesiasti-
cum non potest conferri omninò laico, cap. cum adeo,
& ibi Abb. & Decius num 3. de rescri. cap. ex literis,
de transact. cap. 2. de inst. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ,
de constit. Abb. in cap. maiores. de præb. Archid. in
can. si quis hoc gesserit. 1. q. 2. Host. in sum. de instit. §.
si quis Archid. Gemin. & Præpos. in can. Placuit. distin.
32. idem Præpos. in d. can. si quis hoc gesserit, Bene-
dict. Capra tract. regularum reg. 97. num. 39. Ioannes
Selua in tract. de benefic. p. 2. q. 23. nu. 14. Lamberti.
de iur. patro. lib. 2. in 1. par. q. 7. art. 7. nu. 2. cum alijs alle-
gatis per Alfon. Hoied. tract. de incompa. benef. p. 1.
c. vlt. n. 71. quibus addo Rebuff. in tracta. de pacif. poss.
nu. 324. Ber. in cap. super literis nu. 72. de rescri. Me-
noch. de arbitr. iud. casu. 201. num. 33. Nauar. in cons.
1. de præben. & est communis omnium DD.
3 sententia, quia laicus est incapax † spiritualium, can.
si quis deinceps. 16. q. 7. cap. Messana, cap. sacrosancta,
de elect. cap. causam quæ. de præscrip. cap. quamuis, &
ibi Abb. 2. not. de decim. & tamen beneficium est ius
spirituale, cap. dilecto. vbi omnes DD. de præben. Card.
in Clem. si iusta. in 5. q. de præb. Idem Cardin. in cons.
131. ad finem.

4 Nam beneficium † Ecclesiasticum est res Ecclesiasti-
ca, quæ sacerdori vel clerico datur ad sacrum ministe-
rium vtenda, in perpetuum concessa mediante canoni-
ca institutione. vt colligitur ex Coras. de Bene. p. 1. cap.
5. ex Selua de benef. p. 1. q. 2. Rebuff. in praxi in prin.
Hoied. in tracta. de incompati. benef. in part. 1. in præ-
fat. num. 5.

5 Hinc † est, quòd laicus non potest præsentari ad be-
neficium iuris patronatus. vt resoluit Lamberti. de iu-
re patro. in vlt. p. 2. lib. q. 2. art. 3. & est communis
opinio DD. præsentationem factam de laico esse fac-
tam de indigno, quam conclusionem Rota in vna Imo.
iurispatronatus, coram R. D. P. Orano 19. Nouembris
6 1584. limitauit non † procedere, quoties fuit præsen-
tatus proxime clericandus, nam hoc casu præsentatus
non est penitus indignus, cum ante institutionem sit
tonsuratus.

7 Hinc etiam pensio † non potest reseruari laico, vt
est communiter ab omnibus receptum, & reseruatam
8 laico, quamuis postea fecerit se insigniri clericali †
charactere, nihilominus esse nullam dictam pensionem
fuit ab omnibus resolutum in Rot. die 13. Decembris
1547. teste Pelegrin. dict. decis. 50. lib. 1.

Accedat & secunda ratio, quia in impetratione be-
9 neficij, quæ fit in Curia, Communiter inter alia † nar-
ratur, & exprimitur in supplicatione, impetrantem esse
clericum, prout de hoc stylo post alios quos citat, at-
testatur Menoch. de Arb. iud. cas. 201. n. 33. alioquin
non signatur supplicatio per S. D. N. nec relaxatur à
reuisorib. & alijs peritissimis officialib. si ergo expri-
mitur esse clericum, cum esset laicus, impetratio
† obreptitia, ob falsi narrationem, Abb. in cap. cum 10
dilecta. numer. 15. de rescrip. Gemin. cons. 128. in fi.
Alex. cons. 60. in fine libr. 2. Communis opinio, teste
Bero. in cap. super literis. lect. 1. in fin. clarè lect. 2. n.
1. de rescrip. Menoch. d. casu 201. nu. 9. & per conse-
quens prouisio est nulla, tanquam obreptitia † vt fuit 11
resolutum per Rot. in vna Britonorien. Hospitalis, co-
ram Paleotto 17. Aprilis 1557. teste eodem decis. 115.
aliàs 163. quæ nullitas † irrogatur ipso iure, vt latè mul- 12
totum auctoritatibus firmant Socin. sen. cons. 13. col.
3. lib. 1. & cons. 164. col. 2. & 169. in principio lib. 1.
Soc. iun. cons. 77. n. 83. lib. 1. Felin. in cap. ad audien-
tiam 2. nu. 25. de rescrip. & ita fuit resolutum in vna
Tullen. canonicatus & præbendæ, coram Vestano 11.
Martij 1555. teste Caputaq. decis. 225. par. 3. nam absur-
dum est dicere esse annullandam, cum vna hora laicus
non † possit beneficium Ecclesiasticum habere, Ioan. 13
de Selu. de benef. p. 2. q. 23. Bero. in d. cap. super lite-
ris, n. 72. de rescrip.

Vnde praxis est † vt petens beneficium probet se cle- 14
ricum, Archi. & Ioan. Andr. in cap. si iudex laicus. de
Sen. excomm. lib. 6. quod quomodo procedat declarat
Rebuff. d. tract. de pacif. possess. numero 555. vers. igi-
tur petens.

Amplia 1. hanc conclusionem ab omnibus receptam
procedere, etiam si post receptam supplicationem,
& expeditionem literarum superueniret habilitas, † vt 15
quia tunc fecisset se clericali charactere insigniri, nam
nihilominus, resignatio ab initio nulla, nó conualidatur.
Perr. de Anchar. in cap. si eo tempore. n. 2. vers. item
not. post gl. in vers. effectum de rescr. lib. 6. & ita Rot.
resoluit 23. Martij 1547. in pensione, † vt pensio reser- 16
uata laico sit nulla, quamuis post reseruationem fuerit
effectus tonsuratus, teste Pelegr. d. decis. 50. lib. 1. &
hæc est communis opinio omnium DD. quæ probatur
ex illa communi regula, quòd quoties habilitas requi-
ritur ab initio, non † sufficit quòd postea interueniat, 17
latè Dec. in cap. post cessionem. de probat.

Ad quod etiam accedit, quia si gratia erat † nulla ip- 18
so iure. vt fuit pluriès tentum in Rota teste Caputaq.
decis. 355. p. 5. ergo per superuenientem habilitatem
nihil potest haberi absque alio facto superioris, not. in
cap. 1. de reg. iur. lib. 6.

Secundò amplia procedere etiam, si tunc temporis
resignatarius reputabatur clericus, † vt quia incedebat 19
in habitu, & tonsura, & pro tali habebatur, namque
constito in rei veritate non esse clericum tempore gra-
tiæ, resignatio est nulla, vt fuit resolutum in Rot. 13.
Decembris 1547. teste Pelegr. d. dec. 50. lib. 1. in eo
qui reputabatur clericus, & hac † ratione fuit ei reser- 20
uata pensio, nam constito de non clericatu, fuit dictum,
pensionem esse nullam, & hæc conclusio communiter
ab omnibus est recepta, ac nullum dubium habet, nam
licet communis † reputatio faciat ius, iuxta vulgarem 21
& communem regulam deductam ex l. Barbarius. ff. de
offic. præs. l. 1. C. de testamen. cum aliis, vt per Soc.
sen. cons. 32. col. 8. & seq. lib. 1. & ob id dicamus † 22
sufficere quem esse habilem communi hominum repu-
tatione, Alex. cons. 138. col. 1. & sequ. li. 1. latè Ga-
brielius lib. comm. opi. tit. de prob. conclus. 8. per to-
tum, tamen hoc procedit quoad validitatem gestorum
per illum, qui ita communiter reputabatur, non autem
hic communis error † facit illum habilem, ita Bar. 23
in d. l. Barbarius. col. 3. Bal. in l. 5. col. vlt. C. de
seru. & aqua. Socin. sen. cons. 59. col. 3. lib. 3. & reg.
557. fall. 3. communis opinio, teste Alberi. in d. l. Bar-
barius, Gabriel. d. concl. 8. num. 39. Accedit, quia
huiusmodi probatio † orta ex communi errore, est præ- 24
sumptiua, vt colligitur ex Feli. in cap. dilecta. col. 5.
de rescrip. ergo vera † probatio ex qua constat illum 25
non esse clericum præfertur. l. qui ait. §. qui simpliciter,
vbi Angel. l. si quis omiss. caus. testamen. Bal. in l. siue
possideris, circa fin. C. de probat. Crauett. cons. 313.
sub. num. 5. vers. 11.

Hæc tamen communis reputatio prodest † resignanti, 26

Digitized by Google

vt non amittat ius quod habebat in beneficio resignato,
quia si sciret inhabilitatem, hoc ei non prodesset ad
dictum effectum, Socin. sen. d. reg. 227. fallen. vlt.
Barb. in cap. dilectus filius de præb. Cald. in cap. ad
probandam. de re iudi. Abbas in cap. exceptionem, &
ibi Felin. de exceptio. Ant. de Butr. in cap. nostra. de
cohibitatione clericorum, & mulier. Gemin. in c. sacer-
dotes 2. q. 7. Aufre. dec. Tholos. 143. Bertran. cons. 84.
lib. 1. Card. Paris. cons. 1. n. 60. cum seq. vol. 1. & est
communis conclusio DD.

Tertiò ampliatur hæc conclusio procedere etiam in
clerico coniugato, quia vt laicus † ex dispositione iuris
27 habetur, & ideo prohibetur habere beneficium Eccle-
28 siasticum † etiam simplex, Host. in sum. de cleri. con-
iug. sub. o. 1. vers. vtrum possit habere. cum aliis ad-
ductis per Bened. Capr. d. reg. 97. num. 33. cum seq.
Alfons. Hoied. d. tract. de incomp. benef. p. 1. c. vlt. n.
76. & est communis opinio, in tantum quod Episcopus
29 non † potest dispensare. Io. Selua de benef. par. 1. qu.
7. nu. 17. & 18. magis communis opinio, teste Bene-
dict. Capr. vbi supra. num. 47.

30 Quarto amplia etiam si laicos, † sit regularis conuer-
sus vel religiosus, nam quamuis gaudeat priuilegio ca.
31 si quis suadente, 17. q. 4. nihilominus ei non potest †
resignari beneficium ante tonsuram. Antonius de Butr.
in cap. 2. de institut. Rebuff. de pacif. poss. nu. 224. ver-
sic. etiam.

Limita primò, nisi fuisset à Summo Pontif. dispensa-
32 tum, nam stante dispensatione † laicus est capax,
quamuis non sit tonsuratus, communis opinio, teste
Bened. Capr. d. reg. num. 34. namque impossibile, dis-
33 pensatione † fit possibile, gl. in cap. gratia in ver. non
potest. de rescript. lib. 6. Abbas. in cap. quod Dei timo-
re. col. 2. de statu Monach. Barb. consil. 57. colum. pe-
34 nul. libr. 1. Decius cons. 43. numer 21. & lex † non tol-
litur per dispensationem, sed declaratur, D. Tho. 2. 2.
q. 54. art. 5. & in quolib. 4. art. 13. & quolib. 9. art. 15.
& 1. 2. q. 97. artic. 4. Ioannes Mai. in 4. senten. dist.
24. qu. 12. Ioannes Almain. in tract. de potest. Ecclesiæ,
capit. 13. Turrecrem. in Summa de Ecclesia lib. 2. c.
107. Cardin. Paris. cons. 68. num. 199. volum. 4.

35 Secundò limita nisi resignatio † fuisset tali die ad-
missa, qua resignatarius fuerat effectus clericus, nam
hoc casu tenet resignatio, ita Crescent. decis. 167. in
manuscript. & est ratio, quia vbi ad essentiam substan-
tialem actus, aliquid debet esse prius altero, si vtrum-
36 que reperiatur factum † eodem die, præsumitur in du-
bio præcessisse id quod debeat præcedere pro validita-
te actus, ita post alios, quos citat. tradit Felin. in capit.
pastoralis, nu. 5. vers. ad identitatem. de rescript. Rot.
decis. prima, de præsumptio. in antiquior. per Bisignett.
37 & ideo si mors, † & collatio eodem die interuenerit,
præsumitur, quòd mors præcessit collationem, vt fuit
resolutum in Rot. teste Simonett. decis. 23. lib. 2. &
decis. 39. Crescent. decis. 216. libr. 1. manuscrip. Hinc
38 alias fuit tentum erectionem † præcessisse vnionem, quia
prius fit erectio, & postea vnio, teste Crescent. decis.
39 158. lib. 1. Hinc si apparet † vna hora fuisse appellatum,
& eadem impetratam commissionem, præsumitur quòd
precessit appellatio, Rot. decis. 2. de exceptio. in nou.
Bellame. decis. 299. & plura alia huius generis deducit
Felin. d. cap. Pastoralis. sub n. 5. & ea est ratio, quia
40 semper est capienda præsumptio, † vt actus valeat. l.
quotiès de rebus dub. l. quotiès, ff. de reg. iur. DD. in l.
1. solut. matrim. ob quàm rem solent verba impropriari
iuxta communem opinionem.

41 Tertiò limita in resignatione Hospitalis † quæ potest
fieri in fauorem etiam laici, cui potest dari in admini-
strationem, Clement. quia contingit. de relig. domi. &
ibi communiter DD. hoc tamen non habet locum, quo-
tiès quis resignat Hospitale in fauorem laici, qui narra-
42 uit se esse clericum cũ esset laicus quia † huiusmodi re-
signatio est nulla, vt fuit resolutum in Rot. in vna
Brittonorien. Hospitalis, 17. Aprilis 1559. coram Pa-
leott. teste eod. decis. 112. alias 163. in manuscr. & ratio

est, quia quamuis dentur Hospitalia in administratio-
nem laicis, tamen quia ille narrauit falsum dicendo es-
se clericum, ea hoc † Papa fuit deceptus, cum facilius 43
concedat beneficium clericis quàm laicis, vnde nulla
erit resignatio, Feli. in cap. in nostra. de rescript. com-
mũis opinio, teste Menoch. de arbitr. iudic. casu 201. se-
cundum quam sæpius fuit resolutum in Rota, teste Ca-
putaquen. decis. 223. p. 3. omnia enim expressa † de- 44
bent esse vera, cum sint verificanda, & est communis
opinio, & de Doctoratu est decis. Rotæ coram Oradi-
no die 21. Maij 1554. teste Caputaquen. decis. 277. par-
te prima.

Quartò limita nisi fuisset † concessum beneficium 45
laico in sustentationem, & non in titulum concurren-
te vtilitate Ecclesiæ, & seruitijs. communis opinio, te-
ste Bened. Capr. d. reg. nu. 35. Alfons. Hoied. d. tract.
de incomp. benef. p. 1. c. vlt. nu. 76.

Quintò limita nisi apponatur † clausula, *quampri-* 46
mum clericali charactere fuerit insignitus, namque po-
test resignari beneficium in fauorem N. laici si prouisio
facta eidem resignatario habet clausulam. Et si non sit
clericus, sed tantum scholaris quamprimum clericali
charactere fuerit insignitus, & valida est resignatio,
quamuis esset laicus tempore Datæ, & consensus præ-
stiti, vt sæpe firmauit, & conclusit Rot. teste Hierony-
mo Gabriel. consil. 186. nom. 3. cum sequent. lib. 1.
vbi dicit hanc opinionem veram & claram ea omni-
moda potestate, quam habet Papa in beneficialibus.
cap. 2. de præb. clem. 1. in fi. eo tit. Cassad. decis. 3. n.
24. eo. tit. Card. Paris. cons. 5. num. 85. vol. 4 namque
potest Summus Pont. conferre beneficia, † & pensiones 47
reseruare sub conditione, ad tempus, & prout ei pla-
cuerit, can. pastoralis. 7. q. 1. cap. veniens. de fil. presb.
Fran. in cap. in electionib. nume. 4. de elect. lib. 6. &
per † consequens conferre in tempus clericatus, l. in 48
tempus. ff. de hær. insti. not. in l. Gallus. §. instituens. ff.
de lib. & posthu. vbi Soc. sen. n. 2. Curt. iun. consil. 84.
& est communis opinio. Ita quoque translatio † pen- 49
sionis facta in N. laicum cum dicta clausula *quamprimũ*
clericali charactere fuerit insignitus, est valida, Cardin.
Paleot. decis. 301. in manuscrip. & fuit sæpius resolu-
tum in Rot. vt suprà scripsi, & tradit Gabr. cons. 189.
nu. 7. lib. 2. & est decisio Rotæ 260. li. Miscel. & fa-
ciunt quæ scribit Paris. cons. 125. àn collatio, col. 3.
volum. 4.

Sed iuxtà hãc conclusionem primo dubitatur, an ius
statim præstito consensu fuerit à resignante abdicatum
Respondeo † gratiam esse conditionalem, vt tradit Pa- 50
leott. dicta decis. 301. Gabriel. dicto consil. 189. nu.
7. lib. 2. Idem Gabriel. consilio 186. column. 2. libr. 1.
& consensus itidem est conditionalis, vnde † ante con- 51
ditionis vel diei euentum non censetur præstitus, cap. si
pro te. vbi not. de rescript. in 6. Gemin. cons. 107. in
fin. Cassad. decis. 3. de præb. nu. 6. & 14. & per conse-
quens ius non abdicatur à resignante, stante clausola *&*
non aliter, Bal. in l. si quidem. C. de Excep. Alex. cons.
3. nu. 5. lib. 1. Soc. cons. 251. col. 4. lib. 2. Sanen. de
trien. quæst. 27. & 33. & est communis, & recepta om-
nium DD. sententia comprobata sæpe sæpius a Rota, vt
dixi lib. 1. qu. 3.

Ex quo infertur posse † resignantem percipere fru- 52
ctus donec N. resignatarius clericali charactere fuerit
insignitus, nam conditio facit & operatur, vt ius inte-
rim maneat cedenti, & fructus † ad eum spectent. l. ne- 53
cessario. §. quod si pendente, de pericul. & commod.
rei vendit. l. vbi autem de in diem adiect. Alex. consil.
221. nu. 7. lib. 4. Cassad. decis. 3. nu. 27. de præben.
Hinc pensione translata in scholarem, cum † primum 54
clericali charactere fuerit insignitus, potest qui tran-
stulit pensionem illius termini exigere ante clericatum,
id est donec ille fiat clericus, dec. 260. lib. Miscel. in
manusc. & consuluit amplè Hieron. Gabriel. consil.
185. lib. 1. & dixi supra.

Secundo dubitatur, an si resignatarius prædictus su-
scipiat primam tonsuram à non suo Episcopo absque

consensu proprij Episcopi possit beneficium resignatum
consequi propter existentiam conditionis? Pro affirma-
56 tiua adducitur, quia prima tonsura secundum † Cano-
nistas est ordo, & per eam imprimitur character, DD.
in capit. cum contingat. de ætat. & qualit. & in cap.
psalmista. 23. dist. Abb. in cap. cum in cunctis. §. cum
vero. de elect. gloss. & DD. in prœmio sexti Lamb.
de iur. patr. in 2. art. 2. qu. t. in 2. p. num. 3. com-
munis opinio teste Gabriel. consil. 181. num. 3. lib. 2.
57 etiamsi detur ab Episcopo non suo, sine † consensu pro-
prij Episcopi, seruata tamen forma ecclesiæ, nam va-
let & imprimit characterem, cap. vlt. vbi Archid. Ge-
min. & Præpo. 9. q. 2. cap. eos qui de temp. ord. lib. 6.
Probus in cap. t. de temp. ord. l. 6. c. 3. & 4. Guid. Pap. Dec.
449. vnde videtur purificata conditio, quia ille clericali
charactere insignitus est quamuis non a suo Episcopo.
58 His tamen non † obstantibus contraria opinio est ve-
rior, quam in facti contingentia consulendo tenuit
Gabr. cons. 189. col. 1. & 2. lib. 2. Primò, quia or-
dinatus à non suo Episcopo, licet in eo imprimatur
59 character, vt ea communi dictum est, tamen non † ha-
bet executionem & est suspensus quoad se, com-
munis opinio teste Gabriel. d. cons. 181. num. 5. & 8.
60 lib. 2. quia irrita † est collatio clericatus, quoad execu-
tionem, can. si quis ausus. dist. 71. can. nullus can. Epi-
scopi. 9. q. 2. cap. cum nullus. de temp. ordin. lib. 6.
& ita sæpius fuit decisum per Rotam, vt per Guidob.
decis. 131. Coit. decis. 69. Caputaq. dec. 106. lib. 1. &
nouissime in vna Cremonen. pensionis, die Veneris 3.
Decembris 1582. & per consequens ei non potest con-
ferri beneficium, neque reseruari pensio. DD. in cap.
quod translationem. de elect. Gemin. cons. 133. com-
muniter DD. in can. vlt. 9. q. 2. de communi attestatur
Gabr. d. cons. 161. num. 8. & collatio ei facta est nul-
la, gloss. in cap. ei cui de præb. in 6. Rebuff. de pacif.
possess. nu. 191. & in tractat. de nomin. qu. 14. num. 42.
61 vnde resignatio conditionalis non † purificabitur per
existentiam conditionis nullæ, quia gratia est conditio-
nalis, & in diem characteris ritè suscepti prolata. arg.
l. si vno. ff. loc. nam cum Papa contulit in tempore quo
esset clericali charactere ritè insignitus, intellexit ita
62 eum insigniri debere, vt esset capax † gratiæ, l. in tem-
pus, ff. de hær. inst. gloss. in d. cap. ei cui de præb. in
6. in vers. sed hodiè: Card. in clem. vt ij qui. nu. 21. qu.
63 17. de ætat. & qualitat, & aduerbium † (ritè) requirit,
vt in actu adhibeatur ordo & solemnitas iuris. gloss. &
DD. in l. iuste possidet. vbi Ias. num. 7. ff. de acqu. pos-
sess. Bart. & alij in l. lecta. vbi. Ias. numer. 16. ff. si cert.
64 pet. & paria sunt † non habere characterem ad effectum
beneficia consequendi, vel habere tali modo, vt careat
executione, nam hoc casu perinde est, ac si non habe-
ret. Card. in d. clem. vt ij qui. num. 21. & clem. vlt.
num. 3. de ætat. & quali. ne quis sentiat lucrum & com-
65 modum ex facto, pro quo † potius pœnam meretur.
cap. cum qui. de præbend. in 6. ex quibus satis cessant
in contrarium adducta & allegata.
Limita, vt ad effectum executionis satis sit ordina-
66 tum probare, vel licentiam proprij † Episcopi ante
actum, vel consensum post actum. Innoc. in cap. om-
nes. de eo qui furt. ord. susce. Gabr. cons. 181. num. 52.
lib. 2. quæ licentia probatur sola assertione ordinantis.
Oldrad. cons. 15. num. 9. Et ita fuit decisum in Rot.
teste Pelegr. decis. 124. li. 2. Accor. dec. 21. lib. 1. Put.
67 dec. 363. lib. 1. & dec. 406. lib. 2. vel quia Episcopus †
in literis clericatus attestatur de licentia proprij Epis-
cap. Albericus. de test. vbi Cardin. colum. 1. & 2. Fel.
col. 3. Ptolom. decis. 120. Accoramb. decis. 21. lib. 1.
Pelegr. decis. 124. lib. 2. Put. decis. 363. lib. & 406. li.
68 2. quamuis non probetur † assertione notarij, Caputaq.
decis. 274. lib. 2. Vel. quia proprius Episcopus postea
ei contulit beneficium, vt clerico. Prob. in cap. 1. col.
3. de temp. ord. namque quando agitur de validitate
69 ordinis alicui collati, dicitur agi † de modico præiu-
dicio, quia inspicitur initium & tempus ordinis colla-
ti, non beneficium aut pensio, de qua postea litigatur

Innocent. in ca. innotuit. de eo qui fur. ord. sus. Card.
in cap. Albericus. de test. col. 1. & 2. vbi Felin. col. 3.
Ias. in l. Barbarius. num. 47. de off. præ. & ita Rota sæ-
pius conclusit, vt per Ant. August. decis. 5. lib. 2. Put.
decis. 406. lib. 2. ideò clericatus † probatur communi 70
opinione & reputatione. Geminian. cons. 91. & ita ob-
seruat Rota in possessorio, & petitorio, Accoramboo.
decisio. 21. libr. 1. Guidobon. decis. 133. Ptolom. de-
cis. 25.
Tertiò quæro, quid? si dictus resignatarius, cui fuit
resignatum beneficium, & admissa resignatio cum clau-
sula, *quamprimum clericali charactere*, &c. à suo Epi-
scopo ordinetur prima tonsura mortuo resignante.
Pro negatiua quam tenet Gabr. cons. 186. à nu. 14.
vsque ad fi. lib. 1. adducitur, quia quotiès res deuenit
ad casum, a quo incipere non potest, † actus est nullus 71
l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verb. obligat. Bartol.
in leg. quoties. de nouat. Oldrad. cons. 58. Cassad. de-
cisio. 3. num. 14. de præben. latè Tiraquel. in tractat.
cess. caus. p. 2. limitat. 12. num. 15. sed si fiat clericus
resignatarius mortuo resignante, tunc res deuenit ad ca-
sum, à quo inciperere non potest, ergo prouisio est nul-
la, Paul. de Castr. consil. 436. column. 1. lib. cum
mortuus non possit † amplius resignare, & in rescriptis 72
& gratijs, quæ imitantur naturam vltimarum volunta-
tum, conditio etiam causalis non † retrotrahitur, sed 73
tempus conditionis inspicitur, & perinde est sicut si
tempore conditionis fuisset gratia facta, cap. pro te. de
rescrip. in 6. Oldrad. cons. 229. nu. 4 quod procedit
etiam, cum gratia est super certo beneficio. Card. in
clem. 1. num. 17. de concess. præb. Cardin. Paris. cons.
12. nu. 36. 76. & 77. vol. 1. Cass. decis. 3. de præben.
Respondetur, quòd iste non resignat mortuus, cum
hoc dicere esset absurdum & falsum, sed resignatio est
admissa eo viuente, & effectus suspensus vsque ad cle-
ricatum resignatarij auctoritate Papæ, qui habet in his
omnimodam † dispositionem, & potestatem. Card. 74
Paris. cons. 5. num. 85. vol. 4. namque conditio con-
cernit solum habilitatem recipientis, qui tempore
actus erat inhabilis, satis est vt voluntate Papæ, etiam
eo mortuo, fiat habilis. Soc. sen. in l. Gallus. §. insti-
tuent. ff. de lib. & posthu.
Secundò quia quamuis † conditio etiam causalis re- 75
trotrahatur, cum de mente constat, Cass. decis. 3. nu.
15. de præb. tamen hoc non potest fieri hoc casu, de-
fectu extremorum, quia tempore actus, is cui acqui-
sitio destinabatur erat inhabilis. Bartol. in l. si is qui
pro emptore. nume. 4. & 8. ff. de vsu. cap. Brun. cons.
72. num. 10. vol. 2. & cons. 2. nu. 6. eod. libr. & sic
mortuo resignante extrema non videntur habilia.
Respond. quòd cum resignans, propositum mutare
non possit, nulla ipsius ratio haberi debet, sed solum
Papæ, & resignatarij, Paris. cons. 11. num. 49. vol. 1.
ergo cessat argumentum.
Pro affirmatiua opinione quòd operetur effectum
suum resignatio, si mortuo resignante resignatarius re-
cipiat ordines, & sic valeat.
Primò adducitur, quia illa † conditio, *si clericus* 76
fiat, cùm resignantis commodum non respiciat, potuit
etiam eo mortuo impleri, & post implementum acqui-
ri ius resignatario, l. 2. §. si pecunia, vbi Bar. ff. de do-
nat. l. necessario. §. quòd si pendente. ff. de peric. &
com. rei vend.
Respond. illud quod dicitur in l. 2. §. si pecuniam.
de don. accidere per fictionem, & retrotrahitionem. d.
l. necess. §. quod si pendente, quæ non potest fieri in ca-
su nostro.
Secundò quia mortuo resignante ante conditionem
non potest dici illud ius extinctum, & beneficium mor-
te vacare, quia quandiù † resignatio potest effectum sor- 77
tiri, non potest interim beneficium per mortem vaca-
re, l. quamdiu de acquir. hæred. l. antequam. C. de
succ. Sarn. de imp. benefic. per obitum Cardin. qu. 10.
Respondet Gabriel. d. cons. num. 23. quòd mortuo re-
signante non potuit amplius esse locus resignationi de-
fectu

fectu personæ,& extremi. Bart. in l. si is qui pro emptore, num. 55. ff. de vsucap. Quid dicendum ?

77 Placet mihi posterior sententia, † vt resignatio facta
in fauorem N. *quamprimum clericali charactere fuerit insignitus*, si efficiatur clericus mortuo resignante, resignatio sortiatur effectum, & resignatarius consequatur beneficium resignatum, secundum quam opinionem, iudicauit Rota, teste Gabriell. dict. cons. 186. n. 3. sicuti
78 etiam per eandem Rotam fuit conclusum, † translationem pensionis factam ab habente facultatem transferendi nullo tempore limitatam, eius cassationem in fauorem Titij, vt ei similis pensio reseruaretur, & reseruationem subsequutam, postea quam clericus esset factus, sortiri effectum, quamuis Titius mortuo transferente clericus fiat.

Quod primo probatur, quia sit huiusmodi reseruatio
79 auctoritate Papæ, qui reseruat in euentum † conditione purificata, resignatarius consequitur beneficium resignatum. cap. si pro te. vbi not. de rescrip. in 6. §. ex conditionali instit. de verb. obli. Cassa. deci. 3. de præb. latè Gabriel. cons. 285. lib. 1. & mors vel vita resignantis nihil ad rem, cum Papa sit qui ius transferentis, vel resignantis extinguat, & nouum ius creet. Ioan. And. in cap. si tibi absenti. n. 2. de præb. in 6. Rot. decis. 13. d. procu. & decis. 1. locati in nouis. Gig. de pensio. q. 39. n. 5. Sarn. de trienn. q. 11. num. 15. & q. 14. nu-
80 mer. 1. & mors Papæ † qui fecit gratiam sub conditione non impedit, quia conditione existente ius acquiritur. cap. si cui. vbi Gemin. num. 2. de præbend. in 6. ergo multò minus morte resignantis. vel transferentis, & secundum hanc opinionem audio alias fuisse resolutum per doctissimos viros.

81 Hodiè autem, vt † audiui, difficiliter conceduntur huiusmodi gratiæ, & quando conceduntur, si est in curia ille qui debet clericali charactere insigniri, retinetur supplicatio signata donec ordinetur, si est absens, committitur ordinario, vt illum ordinet, & postea conferat.

Et ea quæ diximus de laico, vt in eius fauorem non possit fieri resignatio beneficij extendimus ad ordinatos
82 á non suo Episcopo, qui sunt † inhabiles ad consequendum beneficium. Rebuff. in tracta. de pacif. poss. n. 227. Gemin. cons. 233. Doct. in can. vlt. 9. qu. 2. communis opinio teste Gabriel. cons. 181. num. 9. volum. 3. nam-
83 que taliter ordinati † sunt suspensi, vt fuit pluriès decisum in Rot. vt per Guidob. decis. 131. Cott. decis. 69. Caputaq. decis. 106. libr. 1. communis opinio, teste Gabriel dict. cons. n. 5. & 8. & est tex. Conc. Trid. cap. 8. ses. 23. de reform. & secundum opinionem DD.
84 antiquorum † erat deponendus. vt latè per Maiol. tract.
85 de irreg. lib. 4. c. 20. col. 1. & hos † non gaudere clericali priuilegio, fuit aliàs iudicatum, teste Cassan. in consuetu. Burg. tub. 1. §. 6. incipit *Messiers & sergens*, sub num. 13. quem ad hoc refert, & sequitur Mascard.
86 de probat. conclu. 1140. num. 2. ideo † asserens esse ordinatum debet ostendere scripturam vel literas testimoniales sui Episcopi, aliàs ei non creditur. Inn. in cap. super literis. sub num. 10. de accus. Abb. in cap. 1. num. 3. de lit. contest. Guid. Pap. decis. 582. sub. num. 2. Alex. cons. 117. in fin. lib. 7. Specul. tit. de prob. § 1. sub num. 8. Rebuff. in prax. benef. tit. de form. lit. tons. num. 22. & in forma dimiss. lit. num. 34. Felin. in d. cap. super literis. sub num. 18. & est communis opinio omnium DD. vt per Alciat. tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 4. numer. 2. quod declaratur per Mascardum d. concl. 1140. Limita tamen hanc conclusionem, nisi ac-
87 cesserit ratihabitio † proprij Episcopi, namque videtur inducere dispensationem super illo ordine sic suscepto. can. Lugdunensis. 9. q. 3. arg. Conc. Trid. c. 5. ses. 14. de refor. & hoc firmat. Maiol. d. lib. 4. c. 20. sub num. 1.

88 Secundò limita in Cardinalibus, qui † possunt conferre omnes ordines minores in propriis titulis, & suis subditis, ac familiaribus Host. & Io. Andr. in c. 1 de supplen. præl. negl. Mart. Laud. in tractat. de Cardin. q. 20. Cardi. Iacobac. de Conc. lib. 1. art. 12. vers. item Cardinalibus. Mart. d. c. 20. num. 8.

Tertio limito in Episcopo, † qui potest familiarem 89
suum non subditum ordinare, si per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quscumque fraude cessante, statim ei conferat: vt disponit decretum Concil. Trid. d. cap. 9. sess. 23. de reform. qui tex. die 5. Martij 1573. per sacram Congregationem Concilij Trid.
fuit extensus, vt possit illum † familiarem dimittere, vt 90
ab alio ordinetur, nam qui potest ordinare, multò magis potest dimittere per rationem c. 3 & c. 8. eadem sess. 23. de refor. & die 14. April. 1575. per eandem Con-
gregationem fuit ampliatus † procedere, si ei dederit 91
sufficiens patrimonium, & die 22. Maij 1586. eadem
congregatio Concilij censuit non satisfecisse † dicto 92
decreto qui ordinauit, & post elapsos vndecim menses contulit beneficium: namq; mouetur Conc. vt familia-
ris ratione † beneficij efficiatur subditus, ex quo tenet 93
collatio ordinis. Rebuf. in prax. in tit. de cler. qui n. 25.
& collatio beneficij est causa validitatis † ordinis. Franc. 94
in cap. cum nullus. n. 3. in fin de temp. ordi. lib. 6. ergo eodem tempore debet concurrere cum validitate actus. Bald. in l. 1. num. 45. C. qui admitti. & hoc ostendit
text. cum dicit, *statim*, quæ † dictio de sui natura in- 95
telligitur absque interuallo. Imò in l. diuortio. n. 6. & ibi Ias. num. 13. ff. solut. matr.

Secundò extendo † ad ordinatos ab Episcopo hæreti- 96
co, si hoc sciebat. Siluest. in verbo irregularitas quæst.
7. Maiolus. de irreg. lib. 4. cap. 22. & ab † Episcopo schis- 97
matico. Maiol. eod. lib. cap. 23. & ab Episcopo † suspen- 98
so & excõmunicato. Maiol. cap. 24. & 25. & ab Episcopo non baptizato. Maiol. in loco cit. in cap. sequentibus.

Tertiò extendo † ad clericos coniugatos, quibus non 99
poterunt beneficia resignari, quandoquidem clerici coniugati non possunt illa habere, etiam si sint simplicia; vt latè probat Bened. Capra reg. 97. num. 34. Rebuff. in tract. de pacif. possess. n. 222. Hoied. in tract. de incomp. benef. p. 1. cap. vlt. n. 76. & communiter DD. & probatur in cap. 2. & cap. cum decorem. de cleric. coniug. cap. deuenimus, & ibi gloss. dist. 18 & dixi suprà. num. 27.
& quia clericus † coniugatus, vt laicus reputatur, præ- 100
terquam in priuilegio Canonis, si quis suadente. 17. quæst. 4. & in priuilegio fori Ecclesiastici, in criminalibus: vt probatur in cap. vlt. de cleri. coniuga. lib. 6. & ibi glo. Gemin. & alij. Cap. in d. reg. 97. num. 13. Coustr. qu. 31. post num. 7. practic. q. communis, vt per Clar. quæst. 36. vers. quæro vbi declarat. Hinc per con-
tractum matrimonij inducitur tacita † renu. beneficij. 101
Abb. & alij. in cap. 1. de cleric. coniug. Aufrer. dec. 299. Rom. cons. 483. & cõmuniter DD. Limita tamen, vt per Hoied. d. cap. vlt. num. 76. & 77. & dixi lib. 1. quæst. 1.

Quartò estendo † ad ordinatos per saltum, nam hi 102
non possunt habere beneficium. Rebuff. de pacif. poss. num. 320. & facit tot. tit. de cler. per saltum promo. & firmat Præpos. in cap. solicitudo. col. 2. dist. 52. & extra
† tempora. vt per Rebuff. loc. citat. num. 231. 103

Et ad ordinatos † ante legitimam ætatem, qui qua- 104
muis de iure communi sint suspensi suspensione tempo-
rali, idest donec promoti † ad legitimam deuenerint 105
ætatem, cap. vel non est compos. de tempor. ordin. cap. ex ratione. de ætate & qualis. Doct. per illum text. in clem. generalem. eod. tit. communis opinio teste Beat Antonin. tracta. de irregul. cap. 1. numèro 13. in
fine. Hodiè autem perpetuò sunt suspensi ex constitu- 106
tione bo. memor. Pij II. incip. cum ex sacrorum ordinum, in qua promotos ante legitimam ætatem ipso iu-
re suspendit, & sic perpetuò: quandoquidem verba † 107
ipso iure perpetuitatem indicant, cum vim canonis latæ sententiæ habeant. Tiraq. qui alios congerit in l. si vnquam. in verbo reuertatur. num. 144. C. de reuocan. donat. & hoc pacto esse intelligenda huiusmodi verba ad hunc effectum, ostendit excellentiss. doctor Neapolitanus Stephanus Gæta in cap. ad limina. §. 3. nu. 21.
30. quæst. 1. regulare enim est † vt sententia iuris, impo- 108
nens pœnam absque temporis præfinitione, eam perpetuò imponere censeatur. l. saruus. C. de pœn. Gloss. in cap.

cupientes, §. cæterum, verbo, perpetuò, de elect. lib. 6. Abb. in cap. ex literis. n. 10. de const. & ita etiam hanc constitutionem in suspensione perpetua intelligit Rebuf. in praxi, tit. de malè promot. gloss. 10. num. 3. & Nauarr. consl. 30. in fin. & 35. n. 1. de temp. ord. vt taliter suspensus egeat Apostolica dispensatione. Et ratione probatur, nam dicta cõstitutio promotionis extra tempora, vel ante legitimam ætatem, eandem pœnam imponit: sed in primo casu, suspensio est perpetua. cap. cum quidam, de tempor. ordin. ergo & in alio: & ita fuit resolutum in Rot. in vna Meliten. Abb. Mercurij 24. Ianuarij 1590. coram R.P.D. Giptio Auditore Rotæ integerrimo. Nec obstat quòd huiusmodi constitutio non sit in vsu, quia hoc fundamentum tanquam fal-
109 sum fuit reiectum a Rota: nam dicta † constitutio fuit solemniter publicata, & in quinterno Cancellariæ registrata, ac in bullario impressa: vnde præsumitur vsu receptâ. Gozad. cons. 16. num. 16. Put. decis. 181. num. 1. lib. 1. & decisio Mohed. 6. non seruatur in Rota. Et verba huiusmodi constitutionis, habes per Rebuff. super regul. Cancel. regul. 13. fol. mihi 505.

Lib. 4. quæst. 2. num. 18. Ibi, Absque alio facto superioris.

CAutela igitur est, vt inhabilis nulliter prouisus, factus postea habilis, nouam a sede Apostolica prouisionem, cum vera prioris defectus, & subsequentis habilitatis narratiua, quamprimum curet obtinendam.

Eodem quæst. numer. 26. Ibi, Quia si sciret inhabilitatem.

EX his confirmari videntur ea, quæ nos suprà lib. 4. q. 19. adnotauimus. (Quibus adde, resignantem eo ea u videri in dolo esse; & hic non mirum) si in eo ipso, in quo deliquit, puniatur. cap. prouida de elect. in 6. cap. literas de temp. ordin.

Eadem q. num. 81. Ibi, Difficulter conceduntur huiusmodi gratiæ.

EQuidem affirmare audemus, nunquam obtinuisse, nec à quouis alio obtentam vidisse, huiusmodi gratiam.

Eadem quæst. 2. num. 106. Hodie autem perpetuo sunt suspensi ex constitutione Pij 2.

¶ COnstitutiones Apostolicæ ius commune non immutant in Gallia, nisi efficiantur leges regni per illatam publicationem in supremis parlamentorum curijs: vnde cum constitutio Pij 5. de qua hic auctor, non sit huiusmodi puto iuri communi standum, atque ita præmaturè ordinatum, vltra ætatem legitimam non esse suspensũ.

QVÆSTIO III.

An possit beneficium resignari criminoso homicidæ, periuro, schismatico, hæretico, simoniaco, sacrilego, falsario literarum Apostolicarum, vsurario publico, apostatæ, irregulari, bannito, notoriè infami, excommunicato, insordescenti suspenso, lusori.

SVMMARIVM.

1 *In supplicatione exprimitur qualitas resignatorũ.*
2 *Nulla est resignatio facta ad fauorem criminosi, si crimen, eum indignum reddit beneficio.*
3 *Valida est impetratio facta per criminosum, si crimen eum indignum non reddit.*
4 *Delicta quæ inducunt priuationẽ, excommunicationẽ, & infamiã, reddunt indignũ aliquem ad beneficiũ.*
5 *Facilius quis prohibetur à beneficio acquirendo, quàm ab acquisito.*
6 *Excommunicati non debent admitti ad res Ecclesiæ.*
7 *Infames debent priuari.*
8 *Homicida non potest beneficium resignari.*
9 *Homicida est priuandus beneficio.*
10 *Periuro non potest beneficium resignari.*
11 *Institutio beneficij facta in personam periuri, est nulla.*
12 *Periurus est priuandus beneficio.*
13 *Periurus est infamis.*
14 *Hæretico non potest beneficium resignari.*
15 *Filij hæreticorum non possunt beneficia resignari.*
16 *Pius V. annullat resignationes beneficiorum vocantium per hæresim.*
17 *Constitutio dicta Pij V. non habet locum in abiurante hæresim.*
18 *Schismatico non potest beneficium resignari.*
19 *Schismaticus dicitur hæreticus.*
20 *Simoniaco non potest beneficium resignari.*
21 *Sortilego non potest beneficium resignari.*
22 *Sortilegus hæretico comparatur.*
23 *Sacrilego non potest beneficium resignari.*
24 *Falsario literarũ Papæ non potest beneficiũ resignari.*
25 *Propter falsũ in literis Apostolicis clericus deponitur.*
26 *Vsurario publico & manifesto, non potest beneficium resignari.*
27 *Vsurarij sunt infames.*
28 *Infamia irrogatur vsurarijs, ipso iure.*
29 *Læsæ maiestatis reis, non possunt beneficia resignari.*
30 *Apostatis non potest beneficium resignari.*
31 *Apostata quis sit.*
32 *Irregulari non potest beneficium resignari.*
33 *Collatio facta irregulari, est nulla.*
34 *Irregularis non potest sine peccato, retinere beneficia.*
35 *Beneficium non vacat ipso iure, ex superueniente irregularitate.*
36 *Irregularis non potest promoueri.*
37 *Irregularis non potest habere pensiones.*
38 *In irregularitatem non incurritur, nisi in casibus à iure expressis.*
39 *Ex contemptu aliquis irregularis.*
40 *Collatio facta excommunicato, non valet, etiamsi sit posita in literis clausula,* neque absoluentes, &c.
41 *Papa non videtur absoluere ab irregularitate, nisi exprimat.*
42 *Bannito non potest beneficium resignari.*
43 *Notoriè infami, non potest beneficium resignari.*
44 *Excommunicatis non possunt beneficia resignari.*
45 *Permutatio facta cum excommunicato est nulla.*
46 *Collatio facta excommunicato est ipso iure nulla.*
47 *Excommunicatus non potest eligi, neque præsentari ad beneficium.*
48 *Excommunicato non potest reseruari pensio.*
49 *Absolutio subsecuta, non conualidat pensionem reseruatam excommunicato.*
50 *Beneficium datur propter officium.*
51 *Suspensus ob executione non potest dicere officium.*
52 *Excommunicatus si habeat beneficium, non facit fructus suos.*
53 *Clausula* neque absoluentes, &c. *posita in literis facit valere collationem factam excommunicato.*
54 *Insordescenti per annum, nõ potest beneficiũ conferri.*
55 *Insordescens, similis est hæretico.*
56 *Insordescens potest priuari beneficio.*
57 *Clausula,* neque absoluentes, *posita in literis, non facit valere collationem factam insordescenti.*
58 *Dicta clausula, ex regula Cancellariæ non suffragatur ei, qui sustinuit excommunicationem vltra quatuor menses.*
59 *Suspenso non potest beneficium resignari.*
60 *Suspensus indignus est beneficio.*
61 *Suspensus æquiparatur excommunicato.*
62 *Clausula,* neque absoluentes, &c. *facit valere collationem factam suspenso.*
63 *Papa admittendo renunciationes ad fauorem inhabilium etiã scienter, non videtur cum eis dispensare.*
64 *Imperator, promouendo inhabilem, videtur cum eo dispensare.*
65 *Lusori ad primeram, & alios ludos prohibitos, non potest beneficium resignari.*
66 *Aleator indignus est beneficio.*
67 *Nulla est collatio, facta publico aleatori.*
68 *Ludis recreationis gratia, non est indignus beneficio.*

Google

TErtiò quæro, an possit beneficium criminoso
resignari, & facta resignatio an valeat? Con-
1 muniter de stylo in Curia † si exprimitur resi-
gnatarium esse criminosum ex re digna depositione,
non signatur supplicatio. Si autem hoc non narratur,
distinguendum est, quòd si crimen, eum indignum red-
2 dit, nulla † est resignatio. Fel. in cap. postulasti. col. 4.
vers. declara etiam. de rescript. Io. Saln. in tract. de be-
nef. p. 3. q. 11. n. 157. Menoch. in tract. de arbitr. iud. cas.
202. n. 37. Cald. consil. 20. tit. de præb. Lancell. de attent.
c. 5. n. 27. cum seq. Fel. in cap. ex part. n. 5. de rescript. &
communiter DD. vt per Bero. in cap. super literis. n. 72.
3 de rescript. Si verò crimen † resignatarium indignum
non reddit, valida est impetratio. Bellamer. decis.
697. num. 5. Curt. iun. cons. 27. col. vlt. Menoch. loco ci-
tat. Et est communis opinio DD. Et ratio differentiæ
traditur in cap. graue nimis. de præb. & per Roc. de
Curt. in tract. de iure patro. in verb. honorificum in q.
prin. col. 3. vers. quis autem dicatur indignus. Et hanc
distinctionem firmauit Rot. in vna Detursen. Sacristiæ,
coram D. Pelegrino, 10. Febr. 1547. teste Put. decis. 514.
lib. 2. Dubium tamen est, quæ crimina quem inhabi-
lem, & indignum reddant ad beneficia? regula est, ut ea
4 delicta quæ inducunt † priuationem, excommunicatio-
nem, & infamiam iuris, vel facti, reddant indignum,
vt late hanc regulam assignat Lamb. tract. iuris patr.
in 1. p. 2. li. q. 9. ar. 23. & ibi per omnes ar. d. q. Hoied. d.
c. vlt. num. 79. Et in priuandis beneficio est ratio quam
ponit Abb. in cap. super eo. de elect. col. 2. quia faciliùs
5 † prohibitur quis à beneficio acquirendo, quàm priue-
tur acquisito, iuxta regulam vulgarem. In excommu
6 nicatis est ratio, quia non debent † admitti ad res Ec-
clesiæ, cum sint extrà Ecclesiam. cap. dilectus. de rescr.
Bero. in d. c. super literis. n. 72. Lamb. d. q. 9. ar. 1. 2. & 3. in
7 Infamibus, verò † est ratio quia sunt priuandi. vt per
Lambert. d. quæst. 9. art. 15.

8 Ex quo primò infertur, homicidæ † non posse bene-
ficium resignari; nam homicida non potest habere be-
neficium. Abb. & alij in cap. 2. de rescr. Aufrer. decis. 207.
cum aliis: vt per Rebuff. de pacif. poss. num. 258. & ob id
9 priuatur obtento, † iuxta communem opinionem de
qua per Anan. & Fel. in cap. inquisitionis. de accusat. per
Clar. lib. 5. recept. sent. §. homicidium.

10 Secundò infertur † periuro non posse beneficium re-
signari, nam collatio facta periuro est nulla: cap. quæ-
relam, ibi. *non merentur Ecclesias regere, qui crimine
periurij sunt irretiti.* de iureiur. cap. constitutus. 2. de
app. cap. cum nostris. de concess. præben. Mil. in vers. pe-
riurus. Dec. in cap. dilectus. column. 1. de except. Et il-
11 lius institutionem † esse nullam ipso iure est communis
opinio, teste Villalob. in sua coll. communis opinio in
12 litera. P. n. 75. & ideo † periurus est priuandus. Gem.
cons. 105. col. 2. magis communis opinio teste Sarn. in §.
item si quis. n. 28. instit. de actio. Dec. in cap. cum non ab
13 homine, num. 5. de iud. nam est infamis. † Cald. cons. 5.
an periurus, de iureiur. quod quomodo procedat, vide
Clar. lib. 5. recepr. sen. §. periurum. col. 1.

14 Tertiò infertur † hæretico, non posse beneficium
resignari, cum illud habere non possit. cap. cum sit ex-
tra Ecclesiam c. excommunicamus, & per tot de hæret.
Pau. de Citrad. in tractat. iuris patr. in 3. part. q. 5. in 1.
cau. acquirendi. Rebuff. de pacif. poss. n. 236. & est com-
15 munis opinio omnium DD. Idque extenditur ad eorũ †
filios. Alfons. Hoied in tract. de incompat. benef. p. 1. cap.
vlt. n. 6. ad quod faciunt ea quæ idem scribit ea. par. 1.
cap. 23. n. 96. 97. & 100. cum seq. Hinc Pius V. per suam
16 constitutionem annullat resig. benef. vacantium † ob
hæresim, Nauar. cons. 6. de hæret. vbi respondit non ha-
17 bere locũ † in abiurante hæresim, per viam purgationis.

18 Quartò infertur † schismatico non posse beneficium
resignari, namque iste non potest consequi beneficium
Ecclesiasticum. can. nos consuetudinem di. 2. Rebuff.
19 de pacif. possess. num. 236. † quia dicitur hæreticus. Abb.
in rub. de scismati. DD. in cap. ad abolendam. de hæret.
& latè hoc comprobat Hoied. tractat. de incompat.
benef. 1. part. capit. vltim. num. 125.

Quintò, infertur, simoniaco non posse † beneficium 20
resignari, cum illud non possit habere. cap. cum clerici,
& ibi Abb. de pact. cap. nobis. & seq. de simo. Aufre. de-
cis. 438. Innoc. in cap. cum vniuersorum. de rerum per-
mut. Cardin. Paris. cons. 11. & 29. vol. 4. Rebuff. d. tractat.
de pacif. poss. num. 239.

Sextò infertur † sortilego non posse beneficium Ec- 21
clesiasticum resignari, cum illud non possit consequi, † 22
nam hæretico, comparatur. cap. 1. & per tot. de sortileg.
latè rebuff. d. tract. num. 247.

Septimò infertur † sacrilego non posse beneficium 23
Ecclesiasticum resignari: cum beneficia is non possit
consequi. cap. venerabilem. de elect. Abb. & alij in cap.
conquestus. in fin. de for. compet. quod quomodo proce-
dat, vide Rebuff. d. tract. num. 248.

Octauò † infertur, falsario literarum Papæ, non 24
posse beneficium resignari. cap. ad falsariorum. de crimi.
fal. Rebuff. d. tract. de pacif. poss. num. 250. nam propter 25
falsum in literis Apostolicis clericus deponitur, &
degradatur, communis opinio, teste Guliel. de Bened.
post. 3. p. repet. cap. Raynut. in q. de homicidio. num. 3. &
seq. de communi etiam Clar. lib. 5. attestatur. §. vlt. q. 36.
vers. scias etiam.

Nonò infertur † vsurario publico, & manifesto non 26
posse beneficium resignari, cum illud habere non pos-
sit. can. de Petro. dist. 47. cum aliis, vt per Rebuff. d. tract.
de pacis. poss. num. 281. vbi dat rationem, quia † sunt in- 27
fames. cap. quanquam. de vsur. in 6. l. improbum. C. ex
quibus cau. infam. irrog. Quæ infamia irrogatur ipso 28
iure, vt est communis opinio teste Couarr. lib. 3. var.
resolut. cap. 3. n. 2. de communi etiam attestatur. Clar. in
§. vsura. vers. punitur etiam vsurarius.

Decimò infertur † non posse beneficium resignari 29
irretitis crimine læsæ maiestatis, cum illud consequi
non possint. cap. felicis. vbi DD. de pœn. lib. 6. can. satis
peruersum. dist. 56. Rebuff. de pacif. poss. num. 246. &
est communis opinio.

Vndecimò infertur † beneficium Ecclesiasticum resi- 30
gnari non posse Apostatæ, quia illo indignus reputatur.
Bal. in cap. vlt. col. vlt. de præsumpt. Fel. in ca. sicitatus,
col. 2. de rescr. Paul. de Cittad. in tract. iuris patr. in 3 p.
q. 5. in 1. causa acquirendi. Rebuff. d. tract. n. 255. & facit
text. in cã. penult. & vlt. dist. 50. & † qui sint Apost. decla-
rat Nauarr. cons. 1. de Apost. circa Bullã Pauli IV. & Pij V. 31

Duodecimò infertur, † irregulari non posse benefi- 32
cium Ecclesiasticum resignari, cum collatio facta ei,
sit † nulla. cap. cum in cunctis. §. vlt. de elect. Abb. in 33
cap. cum nostris, & ibi Imol, de concess. præben. Fel. in
cap. 2. col. 2. & seq. de rescr. & in cap. inquisitionis. 2. not.
de accus. & communiter DD. vt per Rebuff. in tract. de
pacif. possess. n. 280. Couarr. in cap. alma mater, p. 1. §. 7.
sub numer. 1. & est communis opinio irregularem non
posse † retinere sine peccato beneficium quæsitum post 34
irregularitatem ante dispensationem obtentam. Nauar.
cons. 2. de homi. quamuis beneficium ex superueniente
irregularitate non vacet † ipso iure. Nauarr. cons. 3. de 35
hom. & irregularis non potest promoueri, † commo- 36
nis opinio. Nauar. cons. 34. de homi. & sicuti est inhabi-
lis ad beneficia, ita & † ad pensiones. vt idem Nauar. 37
in d. consil. 34. n. 3. tradit & attestatur de stylo curiæ. Et
in irregularitatem non incurritur † nisi in casibus à iure 38
expressis. cap. is qui de sen. excomm. in 6. Nauarr. cons.
35. n. 37. de homic. & est communis opinio omnium
Canonistarum, & Theologorum, & incurritur † cum 39
contemptu. Nauarr. cons. 3. n. 4. de cler. excomm. mi-
nist. & collatio † facta irregulari non valet, etiamsi foe-
ri tposita clausula illa absoluentes te à censuris, & qui- 40
buscumque excõmunicationibus, vt respondit Nauarr.
cons. 66. num. 1. de sent. excommun. quia † Papa non
videtur absoluere ab irregularitate, nisi exprimat, idem 41
Nauarrus. in manuscript. 27. num. 254.

Decimotertiò infertur, bannito non † posse benefi- 42
cium Ecclesiasticum resignari: nam collatio facta ban-

Digitized by Google

nito non tenet. Abb. per illum tex. in cap. 2. not. 4. de
arbitr. & ita fuisse iudicatum in Senatu Tholosano, de
anno 1539. attestatur Rebuff. d. tract. num. 249.
43 Decimoquartò infertur notoriè † infami non posse
beneficium Ecclesiasticum resignari, cum ipse eo repu-
tetur indignus. Abb. in cap. super eo. in fin. de elect.
& in cap. inter dilectos. de excess. prælat. Rebuff. d.
tract. n. 281. Hored. in d. tract. de incomp. benef. p. 1.
cap. vlt. nu. 79. & est communis DD. sententia, quæ
satis probatur in cap. cum in cunctis. de elect.
44 Decimoquintò infertur † excommunicato non posse
beneficium Ecclesiasticum resignari: vt fuit resolutum
in vna Guesnen. præceptoriæ coram Card. sanctæ Cru-
cis. 23. Marij 1547. teste Put. decis. 21. de renun. in
45 manusc. ita permutatio beneficij † facta excommunica-
to, vel cum excommunicato, est nulla Card. in cle. 1.
§. ipsius de pœn. Cosm. in prag. sanct. tit. de collat. §.
insuper. vers. disponere, Couar. in c. alma mater. p. 1.
cap. 7. nu. 2. vers. 5. hoc constat. Nam collatio facta
46 † excommunicato est ipso iure nulla, tca. insignis in
cap. postulastis. de cler. excom. minist. communis opi-
nio, teste Staphil. relato per Couar. sub. nu. 2. d. cap.
7. de communi etiam attestatur Nauarr. cons. 3. nu. 4.
47 de cler. excom. ominist. vnde non potest † eligi neque
præsentari ad benef. Archid. in cap. nullus. dist. 63. Ber-
tach. in tract. de Episc. p. 1. 2. lib. q. 4. nu. 29. neque
48 pensio † potest dari excommunicato. Gig. de pens. qu.
49 14. etiamsi postea subsecuta sit legitima † absolutio.
Archid. in d. cap. postulastis. de cler. excomm. nam
50 † beneficium datur propter officium, cap. cum se-
cundum. de præb. cap. vlt. de rescr. in 6. gl in cap.
vlt. de offi. vic. & communiter DD. quod ipse dicere
51 non potest, cum sit a iure suspensus ab executione †
officij, vt latè per Couar. d. can. alma mater. in 1. p.
cap. 6. prope fin. Imo si excommunicatus habet bene-
52 ficium, non facit fructus † suos, vt fuit resolutum in
vna Brixien. 6. Maij 1542. Put. decis. 280. lib. 1. Limita
tamen, nisi in prouisione facta in fauorem excommuni-
cati, aut suspensi, apponatur clausula apponi solita in
literis Apostolicis, Teque à quibusuis, &c. ad effe-
ctum præsentium assequendum duntaxat, &c. namque
53 huiusmodi † clausula tollit impedimentum proueniens
ex censuris, vt tradit Rebuff. in prax. benef. 2. p. Rub.
declar. bull. nouæ prouis. §. teque absoluentes, num.
15. & in facti contingentia respondit Nauarr. cons. 28.
num. 18. in fin. & num. 21. vers. ad septimam qu. de
sco. excomm. & est communis opinio sæpius practica-
ta, & decisa.

Multò minus poterit fieri resignatio in fauorem il-
54 lius excommunicati, qui insorduerat † per annum su-
stinendo excommunicationem obdurato animo, nam-
55 que † iste, similis est hæretico, iuxta dispositionem. cap.
56 3. sess. 25. de refor. Conc. Trid. & potest beneficio † ob-
tento priuari, iuxta communem opinionem quam latè
comprobaui in cap. 1. de ind.

Nec valet resignatio admissa cum absolutione, quæ
solet in literis apponi, vt paulò ante diximus, si fuit
57 facta in fauorem illius, qui sustinuerat † excommuni-
cationem vltra annum, vt fuit resolutum in Rot. in vna
Seguntin. canonicatus, coram Aquen. teste Ptolomæo
decis. 94. in manuscr. in odium ipsius qui videtur par-
uipendere censuras: & ob id regula Cancell. 62. Rub.
de insordescentibus sanctiss. D. N. Sixti V. statutum est,
ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & in-
sordescendi in illis, ne generales absolutiones apposi-
tæ in literis suffragentur his, qui scienter excommuni-
cationis sententiam per quatuor menses sustinuerint, ex
qua reg. satis colligitur, quòd excommunicato ita de-
mum suffragatur illa absolutio, quæ consueuit in lite-
58 ris Apostolicis de stylo apponi, si non sustinuit † excom-
municationem vltra quatuor menses, nam illis elapsis
huiusmodi absolutio non prodest, & literæ sunt nullæ,
iuxta communem & vulgarem stylum.
59 Decimo sextò infertur, † suspenso ab officio, & be-
neficio, non posse beneficium Ecclesiasticum resignari,
namque † suspensus indignus est beneficio. gloss. in 60
cap. cum bonæ. de ætat. & qualit. & in cap. propterea.
de vsur. propter prohibitam executionem ordinis. gloss.
& DD. in clem. generalem. de ætat. & qual. Gemi.
cons. 33. Ea autem quæ diximus † in excommunicato, 61
vendicant sibi locum in suspenso. Ant. de Butr. & Card.
eod. cap. cum bonæ. Io. Anan. in Rub. de cler. excom.
ministr. Rebuff. de pacif. poss. num. 254. late Marol. de
irreg. lib. 3. capit. 19. Limita tamen, nisi in prouisione
apponatur clausula, † Teque absoluentes, &c. vt in 62
specie respondit Nauar. cons. 28. nume. 21. de sent. ex-
comm. & est communis opinio, vt supra dixi de ex-
communicato.

Et esto, quòd Papa admittendo renunciationem in
fauorem prædictorum inhabilium, sciat inhabilitatem 63
† nihilominus non videtur cum eis dispensare, stante
regula Cancell. in ord. 46. vbi hæc verba habentur.
*Item per quamuis signaturam in quauis gratia nullatenus
dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum hu-
iusmodi dispensationis concernat, vel aliàs nihil confe-
rat, aut operetur.* Et est valde notandum, namque con-
trarium volùt communiter DD. dum scribunt † Papam, 64
vel Imperatorem promouendo inhabilem, censeri cum
eo dispensare. Cald. cons. 8. de rescr. Fel. in cap. cum
inter. col. 1. & 2. de excep. & ibi Dec. num. 19. & 20.
Card. Paris. num. 9. Alex. in l. quidam consulebant. ff.
de re iud. latè Gabr. de præsump. concl. 7. & fuit reso-
lutum in Rot. in vna Salamantin. coram D. Mohed. an-
no 1543. dato quod non vtatur Papa verbo dispensatio-
nis teste Put. decis. 448. lib. 1. sed cum fuisset opposita
dicta regula Cancell. fuit recessum.

Vltimo infertur, lusori † ad primeram, & alios lu- 65
dos prohibitos, non posse resignari beneficium cura-
tum, vt fuit resolutum in vna Pampilonen. parochialis
coram Illustr. & Reueren. D. Card. Aldobrandino die
veneris 21. Maij 1574. nam † aleator indignus est, cui 66
beneficium conferri debeat, & si est publicus, est ipso
iure nulla † collatio. Si occultus irritanda. cap. inter di- 67
lectos. vbi Abb. & alij de excel. prael. Limita nisi in con-
uiuio † recreationis causa hoc fecisset, Nauarr. in En- 68
chir. cap. 19.

Lib. 4. q. 3. num. 2. Ibi, Quòd si crimen eum
indignum reddit.

HOc idem nos suprà, lib. 3. q. 16. num. 23. paucis pro
more, annotauimus.

Eadem q. n. 24. Ibi, Falsario literarum Papæ, non
posse beneficium resignari.

IDem in eo, qui tantillum, signaturam seu supplica-
tionem Apostolicam falsificauerit. Et hæc procedunt,
etiamsi solummodò in litera, seu elemento, aut etiam in
solo puncto falsum commissum sit, vt testatur Rebuff. in
elucidationibus ad Bullam Cœnæ Domini, in verbis, li-
terarum Apostolicarum & supplicationum. Versic. mò si
aliquis. fol. 312. in impressis Lugdun. 1586. quod nos quo-
que ampliandum censemus, vt procedat, etiam si quis,
non quidem sensum illius peruertendi, sed errorem scri-
ptoris dumtaxat corrigendi animo, nonnulla eiusdem ver-
ba perperam scripta, veræ orthographiæ restituerit. Illi
enim beneficium resignari non poterit ¶ Imò tria in falso
requiruntur, etiam ad effectum contrahendæ excommu-
nicationis & inhabilitatis de qua hic. Primò dolus, l. 2.
ad l. Corneliam. de fals. gloss. in cap. ad falsariorum de
crimine fals. c. homines, & seq. 22. q. 1. Secundò muta-
tio veritatis, Auth. de instrum. cautela & fide in princ.
l. quid si falsū. ff. de fals. Tertiò præiudicium alterius. gloss.
in l. damus. Cod. ad l. Cornel. de falsis. Rebuff. ad Bul-
lam cœnæ Domini, in verb. omnes falsarios.

Eadem quæst. numer. 60. Ibi, Namque suspensus,
indignus est beneficio.

QVòd tempus suspensionis, in decretis absolutionum
iuxta Romanæ curiæ stylum poni consuetæ, non à
die datæ signaturæ, sed à die executionis rescripti, seu

mandati Apostolici, computetur; ex eo perspicuum sit, quòd ante executionem non vocatur absolutio, sed mandatum de absoluendo, postquam constiterit ordinario, aut alij, executori Apostolico, de veritate narratorum. Idque iuxtà Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. Et tunc, scilicet post executionem, Rescripti seu mandati, incipit currere huiusmodi tempus, & non antea quia si inciperet à die datæ sæpiùs finiretur ante ipsam executionem quo casu, conditio perficeretur ante suum principale, quo tamen omninò repugnat, videlicet quem esse rehabilitatum antequam sit absolutus, quia rehabilitatio, quàm elegantiori vocabulo redintegrationem appellare possumus, sequitur absolutionem & non econtrà. Et ne quis decipiatur, sciendum est obtentam ab executore absolutionem ab vna irregularitate anteà contracta, ei, qui post datam mandati Apostolici, & ante eiusdem executionem rursus aliam irregularitatem contraxit, non suffragari, quoad istam. Neque enim effectus indulgentiarum extenditur ad peccata post earum tempus commissa, sed ad ea quæ antè, vt notat Gregor. in partitionibus iuris Canon ci lib. 1. tit. 17 cap. 6. n. 6. argumento cap. ex parte, de consuetudine, sic clausulam (quouis modo) in signaturis prouisionum beneficiorum Ecclesiasticorum, de stylo apponi consuetam, modos vacandi de futuro contingentes non comprehendere ferunt canonistæ.

Eadem q. n. 63. Ibi, Stante regula Cancellariæ in ordine 46.

ERgò hoc casu, pro validitate & substantia prouisionis, super facta resignatione obtinendæ, expressa & specifica huiusmodi regulæ derogatione opus erit. ¶ Non est opus derogatione, quia bursalis constitutio, non recepi or in Gallia.

Eadem quæst. num. 65. Ibi, Lusori ad primæram, & alios ludos prohibitos.

BOne Deus, ecquis non hoc tempore ludit? Pauci sanè (si verbis audacia detur) beneficiorum capaces reperirentur, si eorum, qui diu noctuque ludendo propriam absorbent substantiam, & à diuinis, quibus ex officio interesse tenentur, absunt, fieret diligens perquisitio. De quo vide decis. 416. primæ partis decisionum diuersorum Auditorum Rotæ, Primum autem omnium Pila vitrea lusisse Togatum Versum, ex versibus in quadam tabula mormorea, alta pedes sex, lata quatuor, ess sita in Basilica sancti Petri, conscriptis perspicuum sit, quorum verba hic libet adscribere.

VRSVS TOGATVS, VITREA
QVI PRIMVS PILA
LVSI DECENTER, CVM MEIS
LVSORIBVS;
LAVDANTE POPVLO, MAXIMIS
CLAMORIBVS;
THERMIS TRAIANI, THERMIS
AGRIPPAE, ET TITI,
MVLTVM ET NERONIS (SI TAMEN MIHI CREDITIS)
EGO SVM OVANTES CONVENITE PILICREPI;
STATVAMQVE AMICI FLORIBVS, VIOLIS, ROSIS,
FOLIOQVE MVLTO, ATQVE
VNGVENTO MARCIDO,
ONERATE, AMANTES, ET MERVM PROFVNDITE
NIGRVM, FALERNVM, AVT SENTINVM, AVT CAECVBVM
VIVO, AC VOLENTI DE APOTHAECA DOMINICA:
VRSVMQVE CANITE VOCE
CONCORDI SENEM,
HILAREM, IOCOSVM, PILICREPVM SCOLASTICVM;
QVI VICIT OMNES ANTECESSORES SVOS
SENSV, DECORE, ATQVE ARTE
SVBTILISSIMA.
NVNC VERA VERSV VERBA DICAMVS, SENES;
SVM VICTVS, IPSE FATEOR, A
TER CONSVLE.
VIRO PATRONO: NEC SEMEL,
SED SAEPIVS,
CVIVS LIBENTER DICOR EXORDIARIVS.

Eadem quæst. 3. num. 44. Excommunicato non posse Beneficium Ecclesiasticum resignari.

¶ EXcommunicato aut alia censura irretito beneficium conferri non potest, nec ideo resignari, vt ibi Auctor, sed illa regula notabilem hanc exceptionem, nisi in prouisione adsit clausula absolutionis ad effectum, & exceptio huiusmodi replicationem hanc, nisi prouisus in censura per annum insorduerit, admittunt; Ratio regulæ est quia beneficium datur propter officium, cap. vlt. de rescript. in 6. quod obire non potest excommunicatus, suspensus, aut interdictus; ratio exceptionis, ne data clausula absolutionis frustra membranas occupet contra can. si Romanum dist. 19, gloss. in cap. vt debitus 59. in verb absq; rationabili, in princ. de appellat. ratio verò replicationis duplex considerari potest, cum ne detur occasio parui pendendi censuras Ecclesiasticas, tum etiam quia per annum insordescens, de quo in can. rursus 11. q. 3. videtur male sentire de fide, atq; ita sibi tanquam hæretico præsumpto data clausula non suffragatur, Rebuff. ad formam mandat. apostolici in verb. quauis occasione, prout nec aliis reis criminum, quæ ipso iure priuationem inducunt; Louet. ad Molin. in regul. de infirm. resignant. num. 5c.

QVÆSTIO IV.

An possit resignari furioso, illiterato, illegitimo, bigamo, neophyto, & filio iudæi.

SVMMARIVM.

1 *Furioso non potest resignari beneficium.*
2 *Illiterato non potest beneficium resignari.*
3 *Collatio facta illiterato, non tenet.*
4 *Illiteratus penitus, est qui prima grammatices rudimenta nescit.*
5 *Penitus illiterati promoueri non possunt.*
6 *Deffectus illiteraturæ est indispensabilis.*
7 *Literatura requiritur de iure diuino.*
8 *Illegitimo non potest beneficium resignari.*
9 *Nulla est resignatio facta in fauorem illegitimi, etiam in curia.*
10 *Illegitimus non potest habere beneficium.*
11 *Illegitimus non potest eligi ad beneficia.*
12 *Papæ mandatum de prouidendo, intelligitur, si ille est legitimus.*
13 *Collatio facta illegitimo, est ipsa iure nulla.*
14 *Illegitimus non potest ordinari.*
15 *Illegitimus non est restituendus.*
16 *Illegitimus, mediante dispensatione, potest habere beneficia.*
17 *Bigamo non potest beneficium resignari.*
18 *Bigamus reputatur merè laicus.*

Digitized by Google

19 *Bigamus, mediante dispensatione potest habere beneficia.*
20 *Neophyta non potest beneficium resignari.*
21 *Neophytus non potest ordinari.*
22 *Neophytus quis sit.*
23 *Conuersus ad fidem potest beneficia habere, & quando.*
24 *Filiis Iudaorum possunt beneficia resignari.*
25 *Filij Iudaorum, non possunt promoueri ad sacros ordines.*
26 *Descendentes ex Mauris, non possunt promoueri ad sacros ordines.*

QVartò quæro, an beneficium Ecclesiasticum possit resignari furioso, illiterato, illegitimo, bigamo, neophito & filio Iudæi?

1 In furioso communiter est receptum, non † posse ei
resignari beneficium, cum sit eo indignus, & ob id collatio ei facta habetur pro non facta. Bonif. de Vitall. in clem. vnica num. 58. de homic. Rebuff. de pacif. possess. num. 221. & alij omnes.
2 In illiterato, communis est † conclusio, beneficium
non posse resignari penitus illiterato, & ignoranti: namque hi beneficiis sunt indigni. gl. in can. de bis, dist. 28. & fuit dictum in Rota in vna Caliguritan. portionis, die Veneris 27. Ianuarij 1576. coram Cantuccio. Et
3 collatio eis † facta non tenet. Abb. in cap. cum nostris
de conces. præb. Fel. in cap. per tuas col. 1. de sim. & communiter DD. vt per Alfons. Hoied. tract. de incompat. benef. par. 1. cap. vlt. n. 28. Idque intelligitur
4 de eo † qui analphabetus est, & de eo qui prima gram-
matices rudimenta non didicit, vt Donatum. cap. vlt.
5 & ibi Abb. & alij de ætat. & qual. hic enim † promo-
ueri non potest. Spec. tit. de dispen. §. iuxta, in vers.
6 scias quod est. Vnde hic effectus est omninò † indispen-
sabilis. Ino. in cap. dilectus. de temp. ord. Fel. in cap. inquisitionis. de sent. excom. Bernard. Diaz in praxi crim. cau. cap. 18. vers. illiterati. Maiol. de irreg. li. 1.
7 c. 32. nam † literatura requiritur de iure diuino. Card.
Turrecr. in can. si in laicis. dist. 38.
In illegitimo autem, conclusio recepta est, resigna-
8 tionem beneficij, non posse fieri in fauorem † illegiti-
9 mi, & admissam per Summ. Pont. hunc defectum † igno-
rantem esse nullam, vt fuit decisum per Senatum Tholosanum anno 1534. in vigilia Pentecostes per D. Ioan. de Nuptiis dioecesis Albien. contrà Rogerium magistri, teste Rebuff. de pacif. possess. num. 276. vers. & per hoc.
10 Namque † illegitimus non potest habere beneficium
Ecclesiasticum. gl. in cap. ad extirpandas. de fil. presb. vbi Abb. & alij, & patet per constitutionem Clem. 7.
11 prolatam anno 1533. Pont. anno 7. neque ad † illud eligi.
cap. innotuit, & cap. cum in cunctis. de elect. & manda-
12 tum Papæ de prouidendo † aliquem de beneficio, intel-
ligitur, dummodo sit legitimus. Bal. in l. neque natales. C. de prob. Card. Paleott. de notb. & spur. cap. 57.
13 num. 5. & collatio ei facta est ipso iure † nulla. Nauarr.
conf. 3. n. 4. de ætat. & qualit. & ideo illegitimus non
14 potest † ordinari. cap. 1. & cap. ad præsentiam, & ibi
Cardin. per tot. de filiis presbyt. Innoc. in cap. constitutus. 2. colum. 2. de appell. latè Maiol. de irreg. lib. 1.
15 cap. 4. per totum. Hinc illegitimus † non est restituen-
dus vt fuit resolutum in vna Imolen. 18. Ianuarij 1541. & 2. Ianuarij 1542. teste Put. decis. 247. lib. 1. quod li-
16 mitatur † nisi fuisset per Papam dispensatus. Put. d. de-
cis. 247. lib. 1. latè Maiol. d. lib. 1. c. 9.
17 In bigamò † constituenda erit conclusio, non posse
ei beneficium Ecclesiasticum resignari, cùm sit inhabilis, etiamsi esset tonsuratus. cap. vnico. de big. in 6.
18 namque reputatur † merè laicus, latè Rebuff. de pacif.
poss. num. 232. Aufret. decis. 64. & 234. & 251. Alfons. Hoied. de incompat. benef. cap. 23. num. 116. Nauarr. consil. 1. de big. & consil. 3. eod. tit. quod limita ni-
19 si † habuerit dispensationem à Summo Pont. D. Thom.
dist 37. art. 4. & quolib. 4. art. 13. Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 35. num. 14.

In Neophyto dicendum est ei non posse resignari be-
neficium Ecclesiasticum, cum eo indignus † reputetur, 20
D. Paul. in 1. Epist. ad Timoth. cap. 3. Grat. in summ. 48. dist. D. Greg. lib. 2. Epist. 111. cap. quoniam, & can. vlt. dist. 48. latè Hoied. tract. de incompat. benef.
p. 1. cap. vlt. n. 1. namque non potest etiam ad † ordi- 21
nes promoueri. Io. in Summa confessorum. in lib. 3. tit. 14. Couar. in clem. si furiosus. in 1. par. relect. §. 2. num. 7. vers. 1. conclusio. idque intelligitur dum recenter legem
Christi professus est, namque † is dicitur propriè Neo- 22
phytus, vt tradit Couar. loco cit. nam postquam mori-
bus & Christiana † disciplina instructus est, potest pro- 23
moueri. can. 1. distin. 57. Rom. sing. 416. Fel. in cap. cum sit. de iud. & habere beneficia. Dec. in cap. eam te. col. 3. de rescr. & ibi Ripa n. 31. latè Hoied. loc. cit. col. 1. 2. & 3.
In filio verò Iudæi conclusio est affirmatiua, vt ei
possit beneficium † Ecclesiasticum resignari, ac etiam 24
dignitas, si Christianus est, namque iste potest habere beneficium, cap. eam te. de rescrip. c. si quis ægritudine. d. 57. Io. Anan. & Fel. num. 2. in capit. cum sit. de Iud. Card. Parif. conf. 2. vol. 4. col. vlt. Couarr. in clem. si furiosus. in 1. part. §. 2. num. 7. de homic. Nau. in sum. cap. 27. num. 205. & communiter DD. vt per Alfon. Hoied. tract. de incomp. benef. p. 1. c. 23. num. 54.
Hos autem non posse ad sacros ordines † promoueri 25
statuit Paul. IIII. & confirmauit fel. recor. Gregor.
XIII. extendens † hoc ad descendentes ex Mauris. vt per 26
Nauarr. conf. 1. de iud.

Lib. 4. qu. 4. n. 9. Ibi, Teste Rebuffo de pacif. possess. num. 276.

IN impressis in folio est numerus 225.

Eadem quæst. num. 12. Ibi, Et mandatum Papæ de prouidendo.

HViusmodi mandata Pontificia directa in Regnô Gallico Biarnensibus insinuari potuisse, quidam prodiderunt, nec immeritò, licèt enim non sint de regno, tamen sunt in Regno, vt Chopinus lib. 1. de domanio Franciæ, tit. de lege Peregrinatia testatur.

Eadem q. num. 16. Ibi, Nisi fuisset per Papam dispensatus.

AD primam autem tonsuram, & quatuor minores videlicet Ostiariatus, Lectoriatus, Exorcistatus, & Acolytatus ordines, Necnon ad simplex beneficium Ecclesiasticum, poterit per Episcopum cum illegitimo (aliàs tamen capaci & idoneo) dispensari, iuxta textum in cap. 1. & vlt. Iunc. glo. de filiis presbyt. in 6.

Eadem q. n. 19. Ibi, Nisi habuerit dispensationem à Summo Pontifice.

QVæ tamen vix, saltem rarò (& nunquam sine compositione) concedi solet.

Eadem q. n. 20. Ibi, In Neophyto dicendum est.

HOc loco per Neophytum, intellige eum, qui repentè in religionis habitu plantatus, ad ambiendos sacros honores irrepserit can. vlt. dist. 47. vel qui ex Secta Iudaica, vel Mahumetana, vel Gentilica nuper conuersus est ad fidem Christianam. Ita Couarruuias tomo 1. in clement. si furiosus par. 1. §. 1. num. 7. concl. 1. pag. 458. colum. 2. de homicid.

Eadem q. n. 24. Versic. Hos autem.

INtellige filios Iudæorum nondum Christianos. Nam si de filiis Iudæorum Christianis loqueretur falsum esset quod antea dicitur, filium Iudæi, si Christianus est, posse habere beneficium & etiam dignitatem; cùm certum sit cuiuis dignitati Ecclesiasticæ quempiam ex sacris ordinibus annexum esse. Ex concilio Tridentino sess. 24. cap. 12. versic. neminem.

Eadem q. 4. n. 25. Hos autem non posse ad sacros ordines promoueri.

¶ A Llucinatur hîc Duclosius, loquitur enim Auctor de Filiis Iudæorum Christianis, quos non posse ad sacros ordines promoueri statuit Paulus 3. & confirmauit Gregorius XIII quod absurdũ & ridiculum esset intelligere de filiis Iudæorum non Christianis, & a mente, & verbis vtriusque Pontificis alienum, quasi Iudæi Filius non Christianus possit ad minores ordines promoueri, & illum ex se notoriè cuiuscumq; ordinis clericalis penitus incapacem, a sacrorum susceptione, speciali constitutione arceri necesse fuerit. Nec ideò falsũ est filiũ Iudæi Christianũ posse etiam dignitatem habere, neque enim dignitates non electiuæ annexum habent aliquem sacrum ordinem, gloss. pragmat § fin verò in verb. triginta annis. de numero & qualit. Cardin. vt perperam existimat Duclosius ex Concilio tridentino cap. 12. sess. 24. quod hoc non dicit, nec de dignitaribus, quoad hãc sacri ordinis annexionẽ, quã quam disponit: imò illas ab annexione huiusmodi liberas declarauit sacra congregatio Concilij in d. cap. 12. in verb annexum ordinem Filij tamen hæreticorum vsq; ad secundam generationẽ beneficium habere non possunt, cap. 2. §. hæretici de hæreticis in 6. videlicet primi & secundi gradus ex linea paterna, & primi tantum ex linea materna cap. statutum in second. eod. tit. & lib. nisi parentes hæretici, emendati fuerint, & reincorporati Ecclesiæ vnitati, d. cap. statutum, vel nisi filij nati essent ante commissum a parentib. delictum Flam. de Resig. lib. 3. q. 1. n. 55.

QVÆSTIO V.

An beneficium seculare possit resignari regulari, & econtrà.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium seculare non potest resignari regulari, nec econtrà.*
2 *Collatio facta sæculari, de beneficio regulari, absque dispensatione est nulla.*
3 *An verba Conc. Trid. c. 25. de reg. sint consultiua vel præceptiua.*
4 *Monachus est inhabilis ad beneficium.*
5 *Canonico regulari potest prouideri de beneficio curato, cum dispensatione Episcopi.*
6 *Monachi diuersorum monasteriorum, an possint permutare.*

1 QVintò quæro, An † beneficium seculare possit
resignari regulari, vel econtra? Communis cõ-
clusio est negatiua, namq; regularis est inha-
bilis ab beneficiũ seculare, & econtra. can. placuit. 2. 16.
q. 1. Bald. in cap. cum causam, de electio. Director.
2 elect. cap. 7. in 2. part. & collatio facta † absque dis-
pensatione est nulla. Bellamer. decis. 171. Collatio, &
714. Rot. decis 28. de præbend. in nou. & decis. 5. de iur.
patr. eod. libr. Rebuff. de pacif. possess. num. 311. Gulielm. Bened. in repetitio. cap. Raynut. in vers. & vxorem. num. 218. & sequ. de testa. Staphil. de literis gratiæ & iust. in tit. de qualit. & stat. benefic. Mil. in rep. in verb. beneficia consueta dari clericis. Dec. cons. 169. incipit, & diligenter ad finem. Cassad. decis. 4. de præben. Felin. in cap. in nostram. num. 41. de rescr. & est communis opinio, pro qua facit cap. nullus. de elect. lib. 6. & c. cum singula. de præbend. eo. lib. & cap. cum de beneficio, eod. tit. & lib. & tex. Concil. Trid. in cap. 10. sess. 14. de reformat. vbi hæc sunt verba, *Regularia beneficia in titulum regularibus professis prouideri consueta, cum per obitum aut resignationem vel aliàs illa in tit. obtinentes vacare contigerit, religiosis tantũ illius ordinis vel ijs qui habitum omninò suscipere, & professione emittere teneantur, & non aliis, ne vestem lino, lanáque contextam induant, conferantur.* Pondera, dum dicit *aut resignationem*, ergo clarissimè hic probator conclusio nostra. Ad idem facit tex. eiusdem conc. Trid. c. 21. sess. 25. de reg. ibi. *Quæ verò in posterum vacabunt, non nisi regularibus spectatæ virtutis & sanctitatis conferantur, &c.* quæ verba secundum Rot. sunt † 3
præceptiua, non consultiua. iux. doct. Soc. Iun. in consil. 144. num. 19. volu. 3. Sacra autem congregatio Concilij censuit esse consultiua, vt descendant ab illo verbo *confidis*, posito in eod. tex. suprà. Idemque statutum fuerat in Concilio Lateranensi sub Leon. X. sess 9. cap. 3. vt habetur in bulla incip. supernæ, quod declara, nisi Summus Pontifex dispensaret. Quint. Mandos. in prax. sign. gratiæ. in tit. de dispensationi. monach. pro obtinen. benefic. Hoied. cap. vlt. num. 96. Dec. cons. 169. ad fin. quod procedit etiam stante constitutione Pauli IIII. quæ fuit redacta ad terminos iuris per Pium IIII. nam perinde est, ac si non emanasset. Card. Paleot. decis. 348. incip. dubitatum fuit. Hinc fuit resolutum in
Rot. Monachum esse inhabilem ad beneficia sine dispen-
satione † & collationem non tenere, etiã si fuerit facta 4
motu proprio. teste Card. sanctæ Crucis. decis. 170. in
recoll. manuscript. & Canonico regulari potest pro-
uideri de beneficio curato seculari, cum dispensatione
Episcopi, † vt fuit resolutum in vna Meten. parochia- 5
lis, coram Guidobon. 16. Nouembris 1552. teste Capu-
taq. decis. 85. part. 1. vbi etiam attestatur de communi.
An autem monachi diuersorum † Monasteriorum 6
possint inuicem permutare. vide Bellamer. de perm.
par. 2. q. 3. num. 6.

Lib. 4. q. 5. num. 3. ibi, Censuit esse consultiua.

QVia reguntur sub verbo, confidit: & sic non important necessitatem. Secus si verbum, confidit, esset adiectum dispositioni, quæ, ex propria natura, necessitatem obtemperandi præseferret quia tunc pro præcepto habendum esset. vt testatur Couarruu. tomo 2. par. 1. Rubrica de testam. cap. 1. num. 12. versic. verum si verba. quem secutus est, felicis recordationis Innocentius Nonus (dum Cardinalis, & vnus ex deputatis pro interpretatione, seu declaratione sacrosancti Concilij Tridentini esset) in suis annotationibus super declarationibus sacræ congregationis ad cap. 21. sess. 25. de regularibus.

Eadem q. n. 4. ibi, Ad beneficia.

SVbaudi sæcularia: hîc enim quærit auctor, An monachus possit seculare beneficium obtinere.

Eadem quæst. 5. numer. 3. Nisi summus Pontifex dispensaret.

¶ HÆc tamen dispensatio non suffragatur, graduatis, aut nominatis vniuersitatum, vt beneficia regularia, si ipsi seculares sunt, quantumuis ad ea dispensati, vel econtrà, habere possint in vim gradus vel nominationis, text. in concordato. §. volumus ibi. prætextu cuiusuis dispẽsationis Apostolicæ, de collat. quamuis illis prosit dispensatio ætatis, vel super defectu Natalium, aut Corporis, Louet. ad Molin. in regula de infir. resig. num. 244. Rationẽ differẽtiæ non affert, sed hæc esse dignoscitur, quia Papa non derogat concordato, quod regularia regularibus, secularia secularibus afficit: derogat autem iuri communi, quo defectum ætatis, aut natalium, aut Corporis patientes à beneficiis repelluntur. Item graduati regulares vnius Monasterij dispensati ad beneficia alterius monasterij, vel ordinis rectè gradu simul & dispensatione vtitur, quia concordatum hoc non prohibet, Rebuff. ad dictum §. volumus.

QVÆSTIO VI.

An fœmina possit beneficium resignari

SVMMARIVM.

1 *Fœmina non potest beneficium resignaci à masculo.*
2 *Fœmina potest renunciare Abbatissatui in fauorem alterius fœminæ.*

1 SExtò quæro, an fœminæ † possit beneficium Ecclesiasticum resignari? Responde negatiuè, namque fœmina est inhabilis ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, Innocen. & alij in cap. cum nostris. de concess. præb. D. August. in lib. de hæresibus, cap. 27. Rebuff. de pacif. poss. num. 312. Hoied. de incomp. benef. par. 1. cap. vlt. num. 73. & communiter Doctores.

Et hoc procedit quando masculus vellet renunciare
2 in fauorem fœminæ, secus verò si fœmina † habens prælaturam, vellet renunciare illi prælaturæ, vel Abbatissatui in fauorem alterius fœminæ, nam posset Sarnens. de infirmis resignaot. quæstion. 6. column. 2. Mandos. in ead. regul. quæst. 3. Crescent. decis. 173. contrà lib. 1. Pelegrin. decis. 142. in manuscript. vbi dicit ita fuisse resolutum in Rota, quo quomodo procedat dixi libr. 2

Lib. 4. quæst. 6. num. 1. Ibi, Namque fœmina, est inhabilis ad obtinenda beneficia Ecclesiastica.

VIrorum putà, tàm secularium, quàm regularium; secus in alijs. Certum enim est (& hoc nos experientia docet) esse Abbatias seu Monasteria, esse Prioratus conuentuales, esse denique Prioratus, cura & conuentu carentes, qui & quæ per fœminas (moniales scilicet expressè professas) & quæ aliàs tam à iure, quàm à sacrosancto Tridentino Concilio requisitas qualitates habere dignoscuntur) obtineri, regi, & administrari consueuerunt, vt etiam ipse Parisius num. proximè sequenti, innuere videtur. Et expressè tenet Rebuffus in tractatu de pacificis possessoribus num. 3. 4. 5. & 260. Nos quoque suprà, libr. 3. quæst. 12. num. 11. exemplum vnius tradidimus.

Eadem quæst. num. 2. Quod quomodo procedat dixi libro secundo.

IMò lib. 3. quæst. 12. Typographo igitur, non etiam Parisio imputandum.

Eadem q. 6. num. 2. In fauorem alterius fœminæ.

¶ HAbentis scilicet qualitates requisitas, vt subdit Duclosius; videlicet vt defectum natalium non patiatur. Gambar. de auth. Lega lib. 7. num. 301. & 303. vt virgo sit: vnde vidua non potest esse abbatissa quantumcumq; vixerit in Monasterio, de quo vide gloss. in clem. attendentes. de stat. Monach. vt quadragenaria sit, vel saltem trigenaria. concil. trid. sess. 25. cap. 7. de regular. vt octo, vel ad minus quinq; annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, d. cap. 7.

QVÆSTIO VII.

An beneficia possint resignari exteris, à regno, & his qui non intelligunt idioma loci, vel non sunt de ciuitate, vel oppido, & illegitimo.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non possunt resignari exteris à regno, vbi viget consuetudo illa non conferendi exteris.*
2 *In Gallia & Hispania beneficia conferuntur regnicolis.*
3 *Exterus non potest impetrare beneficium, vbi adest huiusmodi consuetudo.*
4 *Beneficia patrimonialia non possunt resignari iis qui non sunt de ciuitate.*
5 *Beneficia curata, non possunt resignari iis qui nesciunt idioma loci.*
6 *Filius illegitimus non potest obtinere beneficium, in Ecclesia, in qua pater obtinet aut obtinuit.*
7 *Pater non potest resignare alteri beneficium, vt renunciet filio illegitimo.*

SEptimò quæro, quid in quibusdam casibus particularibus, nam aliquæ personæ habiles ad beneficia propter causas particulares excluduntur ab illis, pariter in eorum fauorem non possunt illa bene-
ficia resignari, & primo loco dicendum † est, benefi- 1
cium non posse resignari extero à regno, vbi viget consuetudo immemorabilis, vel priuilegium Summi Pontificis, vt non possint beneficia conferri exteris à regno, prout in Hispania, vt dicitur in lib. 1. ordinamenti Hispaniæ, tit. 3. l. 18. 19. & 20. & constat ex multis
pragmaticis editis à Carolo V. Hispaniarum † rege, 2
prout refert Couar. cap. 35. pract. qu. num. 5. & in Gallia, vt tradit Gulielmus Benedict. 10 repet. capitul. Raynutius. in versicul. & vxorem nomine. lib. 5. num. 481. de testament. Rebuff. de pacif. poss. num. 265. & in praxi benef. in titul. de rescrip. mixt. num. 7. & ratio
est, † quia exterus non potest impetrare beneficium in 3
regno, vbi adest huiusmodi priuilegium, Abb. in cap. bonæ 2. nu. 16. de post. præla. Rocc. de Cur. in tract. de iur. patro. in verb. honorificum. quæst. 18. cum alijs adductis per Rebuff. d. tract. de pacif. possess. numero 266. & vtinam vbique esset huiusmodi consuetudo, scilicet in omnibus regnis, propter quamplures causas quas breuiter explicat Couar. d. cap. 33. pract. q. nu. 5. & de hac re fuit consultatum in sacro Conc. Trid. teste Dom. Sot. lib. 3. de iust. & iur qu. 7. cap. 2. namque iustificatur in cap. bonæ 2. de postul. præl. in cap. vlt. de cler. pereg. in can. nullus inuitus. dist. 61. can. neminem. dist. 70. Sarnen. de Idio. q. 1. Selua. de benef. p. 2. q. vlt. Caro. de Grass. in lib. 2. regallium Franciæ iure 8.

Secundò loco dicendum † est beneficia patrimonia- 4
lia non posse resignari ijs, qui non sunt de ciuitate vel oppido. Alfons. Hoied. tract. de incompat. benef. part. 1. cap. vlt. num. 86. faciunt quæ scribit Cassad. decision. 18. de præbend. Mandos. reg. 19. Cancel. de infir. resignant.

Tertiò loco † affirmandum est beneficia curata non 5
posse resignari iis, qui non intelligunt, & nesciunt intelligibiliter loqui idioma loci, vbi sunt beneficia, vt exprimitur in regul. de idiomat. vbi Sarnen. & Mandos. plura adducunt ad materiæ declarationem. Bellenc. in in tract. de charit. subsid. qu. 66. colum. 5. Card. Paris. cons. 68. volum. 4. Hoied. d. cap. vlt. nu. 43. vbi vsque ad num. 71. ampliat & limitat pluribus modis dictam regulam.

Quartò loco dicendum est beneficium non posse resignari illegitimo dispensato ad beneficia, cuius pater obtinet vel obtinuit etiam dissimile beneficium in ea-
dem Ecclesia, † nam filius illegitimus non potest ob- 6
tinere beneficium in Ecclesia, in qua pater eius obtinet, aut obtinuit, tam si sit simile, quam si sit dissimile, tex. est Conc. Trid. in cap. 15. sess. 25. de reform. cuius tex. rationem habes per Alfons. Hoied. tractat. de incompat. benef. part. 1. cap. vlt. num. 7. Neque etiam pater poterit, qui non † solum non potest resignare filio, sed nec etiam extraneo, qui postea resignet filio, ita Rebuff. de pacif. possess. n. 277. & ad hoc est constitutio Clementis VII. quæ est in viridi obseruantia, vt per Mandos. in tract. de signat. gratiæ tit. de dispens. ad beneficia in Ecclesijs, in quibus pater, &c.

Lib. 4. quæst. 7. n. 2. Ibi, Et in Gallia vt credit Guliel. Benedictus

HÆc materia præter citatos ab auctore tractatur etiam ex professo per Chopinum lib. 1. de domanio Franciæ. tit. de lege peregrinaria, Paponium tom 3. trium notariorum lib. 6 tit. de naturalite. Carondam in suis Pandectis iuris Francici lib. 2 cap. 8. Gregorium in syntagmate iuris vniuersi parte 3. lib. 42. cap. 2. n. 15. Concilium Cardinalium delectorum, de emendanda Ecclesia, in secundo abusu & vtcunque per Seluam in tractat de de beneficio. parte 1. q. 21. n. 30. in fine, verum, siste hic paululum (lector) & aduerte, Nuper Christianissimum Francorum Regem, quondam egregiè, summæque mihi amicitiæ vinculis coniunctissimo viro domino Petro de Zurlier subdiacono Audomarensis diœcesis, iuris vtriusque doctori, ex vrbe de Aria, patriæ Arthesiensis orto, & in ciuitate Tholosana pluribus ab annis moram trahenti, etsi eadem patria nunc sub eiusdem Regis ditione nō est, intuitu tamen, quod aliàs de dominio Regis Franciæ extiterit, vt personalem residentiam in dicto regno ac terris suæ obedientiæ continuaret. Ibique in bona mobilia: & immobilia nec non beneficia Ecclesiastica acquirere, assequi possidere ac retinere liberè & licitè posset, ea tamen lege & cōditione permisisse, vt ipse de Zurlies infra sex mēses tunc proximos, breue Apostolicum, quo summus Pontifex consentiret & declararet, quod beneficiorum Ecclesiasticorum (de quibus vigore dictæ permissionis eidem de Zurlies prouideri contigerit) occurrente in Romana curia pro tempore vacatione; de eisdem non prouideretur, nisi ad nominationem dicti Regis, vel per eos, ad quos de iure eorum dispositio pertinere dignosceretur, impetraret, illudque illustrissimo Cancellario Franciæ traderet, hoc addito, vt ni hoc faceret dictus de Zurlier, dicta permissione excideret. Rari, vt opinior extiiunt qui similia Breuia hactenus ab aula Romana euixisse viderint. Illud namque pro afflato de Zurlier non ita dudum petenti mihi non rescribi responsum fuit. Cum tamen de prædicta declaratione hac mentio tractatu de libertatum Ecclesiæ Gallicanæ impresso Parisiis de anno 1608. fol. 84. & 85. Sed proh dolor! non longè post, Canis Ioannis Boisset dulciarij pistoris Tholosæ patentes declarationis Naturalitatis literas Regias permissionem huiusmodi continentes, in sacculo dicti de Zurlier fortuito repertas, nec sat cautè custoditas comedit. Vnde alio excogitando vtendum esse remedio & interim apud regem Christianissimum & inuictissimum pro aliarum, iniunctæ impetrationis relaxationem continentium literarum expeditione suppliciter instandum esse consului et amica.

Naturalitatis autem literarum formas ad bona temporalia, nec non ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, videbis amplissimas pro exteris, in thesauro noui styli Cancellariæ Franciæ nouissimè Lutetiæ Parisiorum edito foliis 68. 69. 70. 71. & 329.

Eadem q. num. 4. Ibi. Qui non sunt de ciuitate vel oppido.

DE beneficiis patrimonialibus, quænam illa sint, & quibus debeantur, latè diximus, suprà, lib. 2. q 11. huiusce voluminis vbi videre licet.

Eadem quæst. 7. nu. 2. Et in Gallia vt tradit Guillelmus, &c.

¶ EXterus in Gallia non admittitur ad beneficia in regno sita non ex priuilegio forsan Appostolico, vt voluit gloss. pragmat. sanct. in proœmio in verb. exterorum & alij sed ea antiqua consuetudine ipsi Monarchiæ Coæua; & quamuis extet ordinatio Caroli 7 de die 10. Martij 1431. quæ alienigenis ad dignitates, & quæcunq; beneficia aditum præcludit, non fuit tamen noui iuris introductiua. sed antiqui declaratiua & confirmatiua; cum Carolus hoc prædecessorum suorum vestigia, vt inquit, insequendo statuerit, prout etiam postmodum idem statuerunt Ludouicus XII. *des letres de naturalité*, & Henricus III. in comitiis blesensibus art. 4. Idem ex priuilegio obtinere in Hispania, Hungaria Sabaudia & Polonia asserit Nicolaus Frerot ad dictam ordinationem Caroli VII. Imò videtur quod hoc sit de iure communi. per can. nullus inuitis dist. 61. cap. bonæ le 2. de postulat. prælat. ibi, nec vellemus ei præficere alienum, extrauag. execrabilis de præb. Ioan. 22. ibi, in diuersorum regnorum partibus, ne exterus regni arcana scrutetur quod nefas, l. mercatores cod. de com. & merc. vnde princeps potest excipere contra prouisum sibi suspectum, hostien. in cap. super his de accusat. argum. l. si quis aliquid §. transfugæ. ff de pœnis. Et Papa intendit cuique prouidere in patria sua. Gloss. in cap. proponente de rescript. contrarium tamen est verius, vt de iure vndecumq; oriundi ad beneficia admittantur aliàs idonei, cap. ad decorem. de Instit. cap. cum deputati de iudiciis.

QVÆSTIO VIII.

An beneficia possint resignari infirmis, senibus habentibus dignitatem, affinibus, seu consanguineis.

SVMMARIVM.

1 *Infirmis possunt beneficia resignari.*
2 *Non potest beneficium curatum resignari infirmo infirmitate longo tempore duratura.*
3 *Senibus possunt beneficia resignari.*
4 *Habentibus dignitatem possunt beneficia resignari.*
5 *Proprio Episcopo potest beneficium resignari.*
6 *Consanguineis possunt beneficia resignari.*
7 *Renunciatio facta animo occidendi aliquem, est nulla.*

OCtauò, quæro, quid in quibusdam aliis casi-
bus? Et primò, an infirmis possit beneficium
resignari? † Responde affirmatiuè, cùm nihil 1
obstet, limita tamen, nisi infirmitas sit longo tempore
duratura, & beneficium † requirat eam curam, vt ille 2
non possit satisfacere, iuxta ea quæ scribunt doctores
in capitul. nisi de renunciat.
Secundò an senibus, communis regula † est affirmati- 3
ua, posse beneficium resignari senibus.
Tertiò an possit beneficium resignari habentibus
dignitatem, responde † affirmatiuè etiamsi sit Episco- 4
pus, Archiepiscopus, Patriarcha, Cardinalis, & etiam
proprio † Episcopo in manibus Summi Pontificis po- 5
test beneficium resignari, & etiam Vicario.
Quartò an possit † beneficium resignari affinibus seu 6
consanguineis? Responde posse, & nihil obstare. Nauar.
in manual. c. 23. num. 107. dummodò non fuerit fraudulenta, namque resignatio facta in fauorem † fratris, 7
animo aliquem occidendi, si postea resignans commisit
homicidium, resignatio est nulla. vt fuit resolutum per
Rot. in vna Romana, coram Rauellen. teste Anton.
Aug. decis. 266. lib. 3. & huiusmodi fraus colligitur, si
infrà mensem renunciauit, & commisit homicidium, vt
fuit resolutum in eadem coram Rauell. teste Anton
Aug. decis. 273. lib. 3.

Lib. 4. q. 8. num. 1. Ibi, Nisi infirmitas, sit longo tempore duratura.

SImilis tamen infirmitas superueniens, non sufficit ad priuandum, quem beneficio iam obtento Paponius lib. 3. trium Notariorum, volumine tertio tit. (de la dispense de tares corporelles.) in fine Nauarrus Consilio 1. de clerico ægrotante. num 6 Neque enim morbo supplicitor, moueri loco conuenit. can. Pontifices. 7. q. 1. ne afflicto (quod dici solet) addatur afflictio. cap. ex parte. de cler. ægrot. can. cum percussio, eadem causa & quæst. l. diuus ff. de offic. præsid. In quam sententiam itur à Christophoro Rossiniaco Cosageo. lib. 3. de re sacerdotali. cap. 2. fol. 159. vbi hoc ipsum, & barbarum. & à nostra pietate longè alienissimum esse significans, sic exclamat; Ergo ut miser, misero in tempore, bono suo priuabitur? Superaddetur calamitati calamitas? absit id à nostris moribus.

Digitized by Google

Eadem q. n. 5. Ibi, Et etiam proprio Episcopo.

OBtinuimus aliàs, signaturam Commendæ Peioratus, per cessionem possessoris in fauorem Reuerendi Domini Petri da Fleires, lacti Pontij Thomeriarum Episcopi, factam. Et nouissimè aliam, pro Reuerendo Domino Ioanne de Saletta, moderno Episcopo Lascurensi, super præceptoria de Lespiau, ordinis sancti Augustini, Lascurensis diœcesis, per obitum quondam Arnaldi de Fuxo vacante. Vide infrà, lib. 7. q. 14. num. 30.

Eadem q. n. 6. Ibi, Affinibus, vel consanguineis.

SEd hoc casu, debet fieri expressa, & specialis mentio affinitatis, aut consanguinitatis, vt putà, quòd est frater germanus vel ex sorore nepos, aut auunculus, vel quòd est affinis in hoc, vel illo gradu, seu quid simile. Quod intelligendum, quando resignatio fit in fauorem, coram summo Pontifice. Tu his iunges à nobis dicenda lib. proximè sequenti q. 5. num. 7.

Eadem q. 8. n. 6. An possit beneficium resignari affinibus vel consanguineis respondetur. posse.

¶ IVs enim solam Patris ad fauorem filij resignationem prohibet, ne videatur beneficia iure hæreditario deferri, de quo nos suprà lib. 3. q. 18. disseruimus; sed filio excepto, & seclusa fraude nihil vetat in gratiam cuiuslibet alterius consanguinei, vel affinis resignationem fieri, etiam absque vlla consanguinitatis, vel affinitatis expressione, quæ nullo iure præcipitur, modò constet de persona, quicquid sine fundamento dicat hic Duclosius, nec reticentia hæc aliquam induceit subreptionem: cum naturalis amor non contrarietur charitati, sed magis illi subseruiat, & sanguinis affectio rectè ordinata, non debeat in inuidiam trahi. vt in terminis ait Molin. ad regul. de infirm. Resig. num. 124. post Egid. Bellam. & hostiensem, in cap. trium de ætat. & qualit. & hinc est, quod Episcopi, cæteris paribus, tenentur conferre beneficia suis, potius quam extraneis vt ait Panor. in cap. dilecto de præbend. per textum in cap. non satis dist. 86. quia nemo vnquam carnem suam odio habuit, can. non æstimamus 23. q. 1.

QVÆSTIO IX.

An beneficium possit resignari minori 25. annorum, & maiori 14. & quid de dignitate, & an alter facta sit nulla, & quid si beneficium est sacerdotale, & resignatorius non sit sacerdos, & an minor possit acceptare beneficium sine curatore.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione minorum tam pueritia, quàm adolescentia venit.*
2 *De iure communi habens septem annos potest habere beneficia.*
3 *Hodie requiritur ætas 14. annorum ad obtinendum beneficium, & minori 14. annorum non potest beneficium resignari.*
4 *Minor 14. annorum non potest in causis spiritualibus in iudicio per se stare.*
5 *Minor 14. ann. admittitur ad honores & officia.*
6 *Decretum Concilij requirens ætatem in collatione, habet locum in resignatione.*
7 *De iure communi minor potest obtinere Canonicatum.*
8 *De iure communi Canonicatus non requirit ordinem clericalem.*
9 *Septem anni sufficiunt ad primam tonsuram.*
10 *Canonicatus, tam in cathedrali quàm collegiata non potest renunciari hodie minori 14. annorum.*
11 *Hodie Canonicatus habet annexum ordinem sacrum.*
12 *Minor est capax pensionis.*
13 *Minori 25. ann. potest resignari beneficium simplex.*
14 *Ad obtinendum beneficium curatum requiritur ætas vigintiquinque annorum.*
15 *Nulla est collatio facta de beneficio curato minori 25. annorum.*
16 *Dignitas Ecclesiastica non datur, nisi habenti 25.*
17 *Minori 25. ann. non potest resignari beneficium curatũ.*
18 *Beneficium curatum potest conferri, & resignari ei qui habet ætatem, vt infrà annum possit promoueri ad ordines sacros.*
19 *Coadiutoria in beneficio curato potest concedi ei, qui potest capere ordines sacros infrà annum.*
20 *Ex sola inhabilitate non inducitur nullitas.*
21 *Instrumentum confectum à notario non matriculato prohibita per statutum valet.*
22 *Clerico prohibetur officium tabellionatus.*
23 *Resignatio facta in fauorem illius, qui non habet ætatem requisitam est nulla.*
24 *Collatio facta non habenti ætatem legitimã est nulla.*
25 *Permutatio facta cum eo qui non habet ætatem ad permutationem requisitam, est nulla.*
26 *Expectans Apostolicus, si non est legitimæ ætatis, non potest acceptare beneficium.*
27 *Quicquid fit contra legem, est nullum.*
28 *Concilium Tridentinum habet decretum irritans.*
29 *Decretum irritans, annullat actum.*
30 *Decretum irritans inficit titulum & possessionem.*
31 *Prouisio facta Cardinali, de beneficio ducentorum ducatorum est nulla.*
32 *Verba*, viribus carere, &c. *denotant annullationem actus.*
33 *Huiusmodi verba sunt latæ sententiæ.*
34 *Per clausulas generales, quando detur dispensatio.*
35 *Quando duo requiruntur, vnum non sufficit.*
36 *Beneficium sacerdotale potest resignari maiori 25. annorum licet non sit sacerdos.*
37 *Maior 25. ann. potest impetrare beneficium sacerdotale, licet non sit sacerdos.*
38 *Resignatarius debet se facere promoueri intra annum quando beneficium id requirit.*
39 *Statutum prohibens aliquid, non se extendit ad factum ex causa necessitatis.*
40 *Statutum quòd alienans debeat requirere consortem, non habet locum in alienatione necessaria.*
41 *Statutum loquens in donatione, non habet locum in donatione ob causam.*
42 *Statutum disponens, vt obtinentes beneficia de clero sint in sacerdotio, & teneantur missas celebrare, habet locum in resignatione.*
43 *In renunciatione requiritur vera collatio.*
44 *Maior 14. ann. & minor 25. potest acceptare beneficium absque curatore.*
45 *Resignatarius agit de lucro captando.*
46 *Certans de beneficio, de lucro tractare videtur.*
47 *Minor potest reddere meliorem suam conditionem sine curatore.*
48 *Minor sine curatore potest adire hæreditatem.*
49 *Maior 14. ann. & minor 25. habet legitimam personam standi in iudicio.*
50 *Minor in rebus sibi vtilibus non potest consentire sine curatore, si cum illis adiunctum est onus.*
51 *Minor non habet legitimum consensum ad faciendum.*
52 *Minor cui resignatum est beneficium, potest consentire pensioni absque curatore.*
53 *Resignationes quoad resignatarium sunt fauorabiles.*
54 *Papa potest derogare consensui.*

NOnò quæro an minori possit beneficium resignari? distingue, aut loquimur de minore quatuordecim annorum, aut de minori 25. annorum, cum † appellatione minorum, tam pueritia 1
quam adolescentia veniat, vt colligitur ex Ioan. de Amicis cons. 40. nu. 5. & suprà dixi.

Primò casu attento iure communi esset dicendum
minori 14. ann. & maiori 7. ann. † posse resignari bene- 2
ficium simplex: nam constitutis in hac ætate potest

Digitized by Google

tale beneficium conferri, iuxtà ea quæ scribunt DD.
communiter in cap. super inordinata. de præb. & in
cap. si eo tempore. de rescrip. lib. 6. Siluest. in ver. be-
nef. 3. q. 1. & hanc esse communem opinionem attesta-
tur Alfons. Hoied. in tract. de incomp. benef. p. 1. cap.
vlt. nu. 23. Sed quia hodie, iure nouissimo, ex decreto
3 Concil. Trid. c. 7. sess. 23. de refor. † nullus prima ton-
sura initiatus aut etiam in minoribus constitutus ante
decimum quartum annum beneficium possit obtinere
&c. dicendum est non posse, etiam beneficium simplex,
resignari minori 14. ann. idque optima ratione consti-
tutum fuit, ne indigni ad Ecclesiastica beneficia assu-
mantur. ad not. in cap. ne pro deffectu. de elect. Ex quo
sequitur scandalum, ad not. per Boëtium deci. 1350.
col. 1. Hinc in causis spiritualibus & beneficialibus mi-
4 nor 14. ann. † non potest per se in iudicio stare, sed debet
procuratorem cõstituere. cap. vlt. de iud. lib. 6. vbi cõ-
muniter DD. hoc notant. Mili. in repe. ver. min. 25. ann.
Craue. cons. 153. in fi. Gig. respon 14. num. 3. Ferret cons.
5 182. Hinc non admittitur ad honores & officia pub. l.
2. §. impubere. ff. de iur. immu. l. 2. §. item impuberes. ff. de
6 reg. iur. & sic Decretum Conc. requirens † ætatem in col-
latione, habet locum in resignatione in fauorem prout
alias fuit resolutum in Rot. in vna Gerunden. teste
Put. decis. 551. li. 1. quia militat ratio finalis, &c.
Ex quo infertur, quòd quamuis plures DD. scripse-
7 rint, de iure communi, minorem † posse obtinere cano-
nicatum in cathedrali, seu collegiata. vt per Mil. in ver.
minor 14. ann. potest esse canonicus. Frac. in cap. si eo.
tempore. col. vlt. ver. de canonicatibus verò, de res-
crip. lib. 6. vbi attestatur hanc esse communem (quam-
uis Host. in cap. super in ordinata. col. 3. de præb. &
Abb. ibi nu. 4. tenuerint contrarium. Bellam. decis.
8 728.) nam canonicatus nõ requirit aliquẽ † ordinem
clericalem, præter primam tonsuram. Abb. in cap. 2. in
vlt. no. de instit. Cal. cons. 14. de const. Boer. dec. 171.
9 ad quam primam tonsuram † obtinendam sufficiunt se-
ptem anni, cap. vlt. de tempore. ord. lib. 6. cap. cum
adeo. de rescript. Rebuff. in prax. in tit. de dispens. ra-
10 tione ætatis. in prin. Hodie autẽ non poterit † resignari
canonicatus minori 14. annorum, non solum si sit in
cathedrali, sed etiam si sit in collegiata. prout disponit
sacrum Concilium Trid. c. 12. sess. 24. de refor. ibi,
*Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum
aut portionem recipiant, nisi qui ordine sacro aut sit ini-
tiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit,
aut in tali ætate, vt infrà tempus à iure, & ab hac sancta
synodo statutum initiari valeat. Subdit, in omnibus vero
Ecclesiis Cathedralibus, omnes cãnonicatus aut portiones
11 habeant annexum † ordinem Presbyteratus, Diaconatus,
vel Subdiaconatus, &c.* Vnde canonicatus, cui annexus
est ordo subdiaconatus, requirit ætatem viginti vnius
annorum. Canonicatus vero cui est annexus ordo Dia-
conatus requirit ætatem 22. ann. presbyterij, requirit
ætatem 25. ann. vt probat tex. eiusdem Concilij Trid.
in capitul. 12. sess. 23. de reformatione.
12 Et minor ex iuris communis † dispositione capax est
pensionis, vt tenuit Rota in vna Venet. pensionis, co-
ram R. P. D. Robosterio, tunc Auditore Rotæ doctiss.
necesse tamen est, in reseruatione exprimere infantilem
ætatem, vt fuit resolutum in vna Catanien. pensionis,
Mercurij 4. Maij 1583. coram R. P. D. Gipsio.
13 Secundò casu, scilicet minori † 25. ann. potest resi-
gnari beneficium simplex, cum illud possit obtinere,
vt ex communi dictum est suprà, ac etiam canonicatus
requirens ordinem subdiaconatus, vel diaconatus, vt
etiam supra scripsi, & hæc est communi opinio, quæ
in praxi est recepta.
Dubium autem est, an huic minori 25. ann. possit re-
signari beneficium curam animarum habens, aut digni-
tas habens curam animarum, vel canonicatus requi-
rens ordinem sacerdotalem, quandoquidem nemini
14 concedatur beneficium † curatum nisi habenti ætatem
25. annorum, cap. cum in cunctis § inferiora. de elect.
cap. licet. canon. eo. tit. in 6. Glo. in cap. si eo tempo-
re de rescript. eodem libr. Abb. in cap. super inordina-
ta col. 2. de præb. Feder. de Sen. cons. 152. col. vlti.
Rom. cons. 325. in princ. Dec. cons. 542. Rolan. cons.
47. nu. 58. 59. 64. libr. 1. & communiter DD. aliàs † 15
nulla collatio, d. cap. licet canon, vbi omnes. Nec etiam
dignitas † Ecclesiastica, nisi existenti in eadem ætate. d. 16
cap. cum in cunctis § inferiora. vbi omnes not. de elect.
& est decretum Conc. Trid. sess. 24. de reform. capit.
12. *Nemo igitur deinceps ad dignitates quascunque, qui-
bus animarum cura subest, promoueatur, nisi qui saltem
25. ætatis suæ annum attigerit, &c.* Responde neque, vt
ex suprà dictis † apparet, nam est incapax, nisi attige- 17
rit 25. annum, vt possit ad sacerdotium infra tempus
statutum à iure promoueri. nam hoc casu † possunt ei 18
resignari huiusmodi beneficia; sicuti conferri, vt pro-
batur in d. cap. licet canon. vbi communiter DD. de
elect. lib. 6. ibi, qui non attigerit 25. annum. in d. cap.
12. sess. 25. de reform. ibi, nisi qui saltem 25. ætatis suæ
annum attigerit, &c. Et etiam ibi, aut in tali ætate, vt
infra tempus à iure, & ab hac sancta synodo statutum
initiari valeat &c. tradit Alfons. Hoied. in tract. de in-
compat. par. 1. cap. vlt. nu. 19. Ita etiam in beneficiis
curatis & dignitatibus habentibus curam animarum † 19
coadiutoria potest concedi non sacerdoti, dummodò
sit in ea ætate, in qua possit intra annum ascendere ad
sacerdotium; ita fuit tentum in Rot. coram Guidob. 10.
Maij 1551. in vna Oxomen. Archi. teste Caputaque. de-
cis. 127. libr. 1.
Sed quæro an resignatio facta in fauorem N. non ha-
bentis ætatem requisitam in illo beneficio, sit nulla? Vi-
detur dicendum quod non, quia ex sola inhabilitatione
non inducitur † nullitas, vt scribit Cassad. decis. 2. nu. 20
2. de præb. Anchar. cons. 20. Bella. decis. 754. nam li-
cet Notarius non matriculatus prohibeatur † facere in- 21
strumentum à statuto, si tamen fecerit, valet. Bartol. in
l. vniuersos. per illum tex. C. de decurio. lib. 10. ita
clerico officium tabellionatus † prohibetur: si tamen 22
instrumenta confecerit valerent. cap. sicut. vbi Io. Andr.
ne cler. vel mon. cum alijs. vt per Dec. cons. 17. His ta-
men non obstantibus † existimo esse nullam, vt fuit 23
tentum in Rot. in vno Astoric. Archidiaconatus die
Lunæ 9. Iulij 1568. teste Oradino in lib. 2. decis. manu-
scrip. per ipsum collectarum in decis. 147. Put. decis.
331. in fi. li. 1. & probatur ex eo, quia collatio facta non
habenti ætatem legitimam in beneficiis requisitam, † est 24
nulla. ita probat text. in cap. licet canon. de elect. lib.
6. ibi, virib. omnino carere, & ibi Glos. Arch. Gem.
Anch. & communiter DD. Ita in simili permutatio fa-
cta cum eo qui non † habet ætatem requisitam in bene- 25
ficio permutato, est nulla, vt fuit aliàs tentum in Rot.
teste Tho. de Tan. decis. 58. & volunt communiter DD.
in tract. de permut. benef. Gam. in capit vnico. eod. tit.
libro 6. Hinc expectans Apostolicus, si non est legitimæ
ætatis, non potest † acceptare beneficium sacerdotale. 26
vt fuit aliàs resolutum in Rot. vt habetur decis. 1. de
prob. in nou.
Et ratio est, quia quicquid fit contra legem, † est 27
nullum. vulgata l. non dubium. C. de legib.
Eoque magis quia Conc. Trid. † habet decretum ir- 28
ritans, vt patet ex constitutione Pij IV. & tamen de-
cretum irritans † annullat actum. Oldrad. cons. 319. 29
col. vlt. Abb. in cap. dilectus. nu. 14. de præb. Cassad.
deci. 12. num. 4. & seq. super reg. Canc. Prob. in cap.
tibi qui. nu. 9. de præben. in 6. & inficit tit. & † posses- 30
sionem, vt per Gabr. de clausu. conclu. 3. nu. 50. cum
seq. ex hac ratione coram D. Paulo de Capizucchis
fuit tentum in Rot. quòd prouisio † facta Card. de bene- 31
ficio minoris valoris ducentorum ducatorum contra
prohibitionem Conc. Later. sess. 9. sub Leone X. sit
nulla. Idemque tenuit Rot. in vna causa coram D. Sibi-
nicen. de mense Aprilis 1521. vt attestatur Cassad. d. de-
cis. 2. in prin. de præb. Hinc prouisio facta contra sta-
tutum requirens certam ætatem, est nulla. Mohed. de-
cis. 135. statutum vbi refert. ita fuisse tentum, Put. de-
cis. 151. in fi. libro 1.

Non obstant superiùs allegata, nam negatur quòd
canones vlteriùs non procedant, cum d. cap. licet ca-
non. dicat viribus omnino carere, quòd communiter
32 ibi à DD. interpretatur, † vt annulletur actus, imo di-
33 cta verba sunt † latæ sententiæ, iuxta glo. in l. amissio-
nem, §. qui deficiunt. in fin. ff. de cap. dim. Host. in
cap. 1. in fi. ne præl. vic. suas, Abb. in c. cum in cunctis.
§. vltimo, col. vlt. & in cap. in quibusdam. ante fin. de
pœ. And. Tiraqu. in l. si vnquam. in ver. reuertatur, in
princ. C. de reuoc. donatio.

Nec Papa admittendo renunciationem, & conferen-
34 do per clausulas solitas † positas in prouisione videtur
dispensare, Ioan. Monac. in capit. cum aliquibus. de.
rescrip. in 6. & in capitu. 1. de filijs præsb. eo. lib. Io
Andr. in capitul. si motu proprio. de præb. Rot. decis.
1, num. 3. de præb. in nou. allegans tex. in cap. non po-
potest. eod. tit. lib. 6. de quo est videndus Calde. cons.
8. de rescrip.

Quæro an in casibus in quibus requiritur ætas 25. an-
norum, & sacerdotium, possit resignari beneficium, exi-
stenti in d. ætate, vt quia sit maior 25. annorum, licet
non sit sacerdos. Videtur dicendum quòd non, ex capi-
tulo nemo deinceps. de electio. libro sexto. *Nemo dein-
ceps parochialem Ecclesiam alicui non constituto in ætate
legitima & sacerdotio commendare præsumat, &c.*

Ex quo satis euidenter colligitur non sufficere, vt sit
35 in ætate legitima, nam quando † duo requiruntur, non
prodest, si vnum interueniat, iuxta vulgarem, & com-
munem regulam, ad quod facit id quod scribit Arch. in
cap. cum aliquibus de rescrip.

36 Hoc non obstante † in contrarium est veritas, vt te-
nent Glo. Arch. Gemi. ac Franc. & omnes in cap. licet
canon. de elect. in 6. Gl. Card. Bonif. de Vitallin. &
alij in cle. 1. de off. vicarij. Ioannes And. in capit. ei
cui. de præbend. libro sexto. Ioan. Monach. in capi. si
pro pauperibus, eo. tit. & lib. quod probat text. in d.
cap. licet canon. ibi, Et infra annum a sibi commissi
regiminis tempore numerandum se faciat ad sacerdo-
tium promoueri, &c. Idque etiam probatur in cap. ei
cui. de præb. in 6. *ei cui mandatur prouideri simpliciter
de præbenda proximè vacatura, sacerdotalis præbenda
conferri non potest, si nondum in ætate tali existat, quod
possit ad sacerdotium promoueri, &c.* Hoc etiam probat
expresse Conc. Trid. d. c. 12. sess. 24. de reform. Hinc
alias fuit tentum in Rot. coadiutoriam concessam super
Archidiaconatu maiori 25. annorum esse validam, non
obstante quod tempore concessionis non esset ad sa-
cros ordines promotus, in vna Oximen. Archidiacona-
tus, de Villa vitiosa, coram D. Guidob. 10. Maij 1551.
teste Caputaque. decis. 117. p. 1.

Hinc alias fuit tentum, quod si statutum disponat de
37 certa præbenda † non conferenda, nisi actualiter in sa-
cerdotio, constituto, quòd impetrans posset huius-
modi præbendam acceptare, & sibi facere prouideri de
eadem, licet non sit sacerdos, dummodo dictus acce-
ptans & impetrans tempore prouisionis & acceptatio-
nis fuerit in tali ætate, quòd infra annum possit pro-
moueri in sacerdotio, vt habetur in dec. 1. Rotæ de
præb. in nouis.

Non obstat cap. nemo deinceps, quia respondetur
illud cap. loqui in commenda, & ibi gloss. in versic. sa-
cerdotio. inquit hoc esse nouiter introductum, vnde
cum sit noui iuris, non debet extendi ad alios casus, iux-
ta not. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. matr. propterea
illud cap. loquitur in commenda, quæ durat per sex
menses, non mirum si id ibi statuitur, cum annus ad
promouendum expectari non possit.

Ex quo colligendum est resignatarium teneri se fa-
cere promoueri intra annum, † quando beneficium cu-
38 ratum est sibi resignatum, ita Thom. de Tanis decisi. 58.
in manuscript.

Rursus quæro, an si statutum alicuius Ecclesiæ re-
quirat, vt omnes detinentes beneficia de clero, tenean-
tur ad sacerdotiũ promoueri, & semel, aut ter in septi-
mana missam celebrare, an hæc cõstitutio requirens sa-
cerdotium in eo cui confertur, habeat locum in colla-
tione quæ fit ex causa resignationis, vt sit sacerdos, vel
sit in ea ætate, vt possit se promoueri facere intra tem-
pus statutum, iuxta ea quæ supra dixi? Videtur dicen-
dum negatiuè. Primo quia statutum prohibens † aliquid. 39
non se extendit quotiès illud fit ex causa necessaria.
Caccialup. in l. omnes populi. num. 97. vers. 4. infertur
ff. de iust. & iur. Dec. in cap. cognoscentes, num. 11. de
const. Paul. de Castr. post Cin. in l. dominus. ff. de
pet. hæred. Ideo scribit Rom. cons. 107. circa, Cra-
uett. cons. 215. col. 1. quòd statutum disponens † quòd 40
volens alienare teneatur consortem requirere, non ha-
bet locum in alienatione necessaria, sed quoties fit re-
signatio conditionalis, debet conferri illi in cuius fa-
uorem est resignatum beneficium, & non alteri, iuxta
communes conclusiones ab omnibus receptas, de qui-
bus in prima quæstione & 3. q. 1. lib. ergo &c.

Secundò quia statutum † loquens in donatione, non 41
habet locum in donatione ob causam. DD. in l. 1. & l. fi-
lius familias. ff. de dona.

His tamen non † obstantibus contraria opinio est ve- 42
rior, quam tenent omnes ferè DD. allegati in superio-
ribus quæstionibus, & ita tenuit Rot. in vna Geneben.
9. Octobris 1542. teste Put. dec. 331. lib. 1. & cum ite-
rum esset proposita hæc causa 17. Octobris, Domini ste-
terunt in decisis, teste eod. decis. 335. tum quia ratio
dictæ constitutionis est, vt cultus diuinus magis augea-
tur, quæ ratio militat tàm in collatione quæ fit simpli-
citer, quàm in ea, quæ fit ex causa resignationis, tum
quia etiam onus est infixum rei, vnde necessario requi-
ritur sequi rem, Rebuff. in prax. titul. de collat.

Accedat, quia vera † collatio requiritur in renun- 43
ciatione, cum vacet beneficium, vt suprà latè dixi li-
bro 1. quæstio. 4.

Accedant notata in cap. si eo tempore, de rescript. in
6. cap. cui. de præb. eodem lib. vbi DD.

Non obstant contraria: quia respondetur non proce-
dere, cum adest eadem ratio, vt in casu nostro. iuxta
ea quæ scribit. Card Paris. cons. 83. nu. 12. col. 3. & cons.
69. nu. 3. col. 9. Crauer. cons. 118. nu. 15.

Præterea quæro an maior 14. annorum & minor 25.
possit acceptare beneficium sibi resignatum † absque 44
curatore. Respondetur ab omnibus teneri, posse, vt in
specie respondit Bursat. cons. 411. nu. 11. lib. 4. Mand. de
ætat. minor. q. 30.

Et probatur, tum quia † resignatarius agit de lucro 45
captando, vt in specie scribit Gig. cons. 135. nu. 11. &
12. cum de lucro tunc tractetur, vt omnibus innotes-
cit, nam certans de beneficio quærendo, de lucro † 46
simpliciter tractare videtur, cap. dudum, de præb. in
6. quem tex. Franc. ibi not. 10. dicit singularem post
Geminia. numer. 2. Tiraquel. de vtroque retract. §.
1. glo. 10. nu. 122. & tamen potest reddere meliorem
suam † conditionem sine curatore, §. 1. institut. de auct. 47
tut. l. prima, C. de auct. præst. l. neque, C. de contrah.
& committen. stip. Paleot. decis. 153. alias 226. Soc.
sen. cons. 80. libr. 4. Tiraq. de leg. connub. gl. 8. nu. 56.
cum alijs, quæ passim ad hanc vulgarem & communem
regulam afferuntur. Hinc sine curatore adit hæredita-
tem, quasi de lucro tractetur, & vtile † sibi negotium 48
gerens. l. impuberibus. ff. de acq. hær. communis opi-
nio, teste Ias. in l. prima §. fuit quæsitum, num. 41. ff. ad
treb. de quo Antonius Pigius de tutor. & curat. q. 15.
num. 82. Gozad. d. cons. 16. nu. 8.

Tum etiam quia maior 14. annorum & minor 25. ha-
bet legitimam personam standi † in iudicio tam per se, 49
quam per procuratorem in spiritualib. & beneficiali-
bus, cap. vlt. de iud. lib. 6. vbi Arcbid. Geminia. Franc.
& communiter DD. cap. ex parte. vbi Abb. num. 14. &
15. & alij de restitu. spol Crauet. cons. 153. in fin. Gig.
cons. 14. numero 3. Ferret. cons. 282. Et hæc conclu-
sio nullam habet dubitationem, attento stylo mo-
derno.

Rursus quæro, quidam resignat beneficium minori
25. ann. & maiori 14. reseruatis fructibus aut pensione
valida,

Digitized by Google

valida, &c. an minor qui potest acceptare beneficiũ sibi resignatũ sine curatore, vt supra dictum est, possit constituere procuratorem ad acceptandum beneficium & consentiendum reseruationi, quam resignans apponit absque curatore, & per consequens an resignatio sit valida, si non consentit cum curatore.

Videbatur dicendum requiri consensum curatoris, alias esse nullam resignationem, primo quia minor
50 etiam in rebus vtilibus ipsi, non potest consentire † si cum illis est adiunctum onus, Gozad conf. 16. num. 8. cum seq. ad quod faciunt ea quæ scribunt Iaf. in l. contra iuris. in fi. ff. de pact. Ripa. in l. is cui binis, numer. 47. ff. de verb. oblig. Natt. conf. 631. num. 35. libr. 3. Roland. à Valle conf. 99. num. 38. libr. 1. cum aliis, vt per Octau. Simoncell. de decret. libr. 3. tit. 8. in spec. 17. num. 125. ex quo sequitur nullam renunciationem, cum resignans videatur resignare reseruatis valida pensione, & alijs vt supra, &c. alias non, Abb. num. 11. in cap. cum pridem. de pact. Mohedan. decis. 80. Paleot decis. 326. Mohedan. 326. & 341 minor autem non potuit validè consentire, cum non habeat legitimum con-
51 sensum ad faciendum, & est communis, de qua Ferret. conf. 281. nu. 1. Ber. conf. 5. in prin. lib. 1.

His tamen non obstantibus contraria opinio vera
52 est, quam tenuit Rota in † vna Carthaginen. Archidiaconatus, coram Illustrissimo Card. Paleot. vt ipse refert decisio. 153. alias 226. vel 418. de anno 1560. & alias hoc tenuit Rot. coram Oradino 4. Maij. 1554. & in facti contingentia ita respondit excellentissimus Bursat. consi. 411. libr. 4. tenet Mandos. de ætate minor quæst. 30.

Ratio quæ mouit Rotam quia minor sine curatore potest facere meliorem suam conditionem, vt dictum est supra ex communi, & tamen hic agitur de lucro,
53 cum resignationes † quoad resignatarium sint fauorabiles, cum ipse agat de lucro. Gig. d. conf. 135. nu. 11. cum sequenti, & saltem ratione solius spei dicitur agere de lucro, licet omnes fructus sint reservati resignãti: nemo enim est qui non desideraret habere tale beneficium, vt omnibus innotescit, &c.

Non obstant in contrarium allegata, quòd minor non potest consentire in rebus sibi vtilibus, vbi onus est adiunctum, namque hoc procedit, vbi ante consensum minoris esset ius acquisitum, nam tunc diceretur fere distractio iuris, seu obligatio ad onus, ita procedit conf. Gozad. 16. nu. 8. vt declarat Bursat. d. conf. 511. num. 21: at in casu nostro ante consensum, nullum ius acquisitum est, vt patet, ergo.

Ad ea quæ scribunt Iaf. Ripa, Natt. Rol. & moderni, respondetur vel procedere in minoribus, vel in diuerso casu, &c.

Tamen cum consensus sit validè præstitus, cessat, id quod in consequentiam dicebatur, resignationem esse nullam, & ius non esse abdicatum à resignante, nam cum sint verificatæ conditiones iuxta eius mentem, cessant in contrarium adducta. Card. Paris. conf. 17. & latè conf. 5. & conf. 18. num. 11. & consil. 41. numer. 14. volum. 3.

Et hæc conclusio eo magis procedit, si Papa derogaret reg. de præstan. consensu, attento quòd resignatio sit in fauorem minoris, nam quando Papa vult †
54 non esse necessarium consensum, tunc resignatio non potest annullari ob causam non præstiti legitimi consensus, prout aliàs fuit decisum in Rot. in vna Acheronti. coram Orãdino 4. Maij 1554. teste Mandos. d. qu. 30. de ætate min. nu. 3.

Lib. 4. quæst. 9. num. 3. Ibi, Dicendum est posse

IMò dicendum non posse. Quapropter reponenda est negatiua, non. quæ (vt tam ex subiunctis ratione & exemplis, quàm ex ipso summario coniici potest) incuria Typographi prætermissa fuit.

Eadem qu. num. 10. Ibi, Sed etiam si sit in collegiata.

AVctor non animaduertit fœlicis recordationis Gregorium Papam XIII. decreuisse, nihil disposuisse Concilium Tridentinum, qua ætate debeant esse ij, qui canonicatus acquirere volunt in collegiatis Ecclesijs: Sicque reliquisse hoc in illis terminis, qui ante Concilium constituti sunt: prout etiam censuit eiusdem Concilij sacra congregatio, loco proximè citando. Illud tamen, haud, ex prædicto Concilio, interpretationem recipere debere videtur: vt ad similes canonicatus, anni quatuordecim minores non asciscantur: Sicuti etiam de quibuscumque alijs simplicibus Beneficijs Ecclesiasticis, sess. 23. eiusdem Concilij cap. 6. statuitur. Verùm quoad canonicatum in collegiata, ætatem decem annorum, à regula Cancellariæ Apostolicæ præscriptam in Gallia sufficere, sicque Parisijs iudicari solere, scriptum reliquit Dominus Louetus in suis memorialibus pag. 252. vt iam & fusiùs supra, lib. 3. q. 7. monuimus & tetigimus. Sicque ab illustrissimis Cardinalibus pro ipsius Concilij interpretatione deputatis declaratum legimus in cap. 12. sess. 24. de reformat. His verbis, Nullo Concilij Decreto statutum est, quæ in eis ætas requiratur, qui canonicatus in Ecclesijs collegiatis consequi volunt: sed id relictum est in illis terminis, qui ante idem Concilium Tridentinum præscripti sunt.

Eadem quæst. nu. 12. Ibi, Et minor, capax est pensionis.

EX his (si vera sint) colligitur beneficij Ecclesiastici nomine, non venire pensionem: cùm minor quatuordecim annis, illud quantùmuis simplex, obtinere minimè possit. Quod vltimum intellige, prout suprà, num. proxime præcedenti, ac lib. 3. qu. 7. num. 66. tam ab ipsomet Parisio, quàm à nobis explicatum extitit. Et (vt id etiam obiter adnotemus) Sciendum est, Decretum Concilij Tridentini cap. 7. sess. 14. de reformat. (quod loquitur de incapacitate beneficiorum in qua sunt homicidæ,) non extendi ad pensiones, ex Congregationis sententia. Verùm minorem quatuordecim annis, pensionem obtinere non posse, censuit eadem congregatio, ad cap. 6. in verbo beneficium. sess. 23. de reformat.

Eadem qu. num. 34. Ibi, Per clausulas solitas.

NOn suffragantur ergò huiusmodi clausulæ, constitutis in minori ætate quàm assequenda beneficia desiderent; Nec vllam dispensationem super defectu ætatis important. Proindè expressa ipsius defectus narratiua opus erit: vt ex ea, & clausulis huiusmodi, sufficiens dispensatio induci possit. Æmilius Verallus Caputaquensis, parte 2. decis. 40. num. 5. Nos etiam infrà hoc lib. quæst. vlt. num. 38.

Eadem quæst. num. 36. Ibi Hinc aliàs fuit tentum.

REpetitio est eorum, quæ iàm idem Auctor, suprà hac eadem quæst. num 29. dixerat.

Eadem quæst. num. 38. Ibi, Promoueri intrà annum.

QVando incipiat, & quomodo computetur in Gallia, Annus promotionis, diximus suprà, lib. 1. quæst. 1. num. 20. & lib. 3. quæst. 2 n. 9. Quoniam etiam modo, Annus Pontificatus numeretur tradit glosa notabilis, ad datam libri sexti Decretalium in verbo, Pontificatus.

Eadem q. 9. An minori possit beneficium resignari.

¶ DEcisio huius quæstionis pendet ab ætate in quouis beneficio requisita, quæ ideò hîc declaranda venit. Ætas igitur de iure communi requisita ad beneficium simplex seculare est septimus annus completus, glos. in cap. si en tempore de rescript. in 6. etiamsi sit Canonicatus in Cathedrali, secundum aliquos & gloss. per textum in cap. ex eo de elect. in 6. quod vltimum reprobat Hostiens. in cap. super inordinata de præb. propter maturitatem consilij, quod in Canonicatibus huiusmodi requiritur, & bene, Corras. de benef. parte 2. num. 1. & 2. quia Canoniæ dignitatem redolẽt, cap. statutũ, de rescrip. in 6. in iure verò nouissimo in omnibus beneficiis simplicibus decimus quartus annus ad minus indistinctè exigitur, Concil. Trid. cap. 6. sess. 24 de reformat. inceptus, vt voluit sacra congregatio ibid. nisi in fundatione aliter sit statutum, cui per Concilium non fuit derogatum, vt de-

Digitized by Google

larauit eadem sacra congregatio. Sed apud nos vbi concilium, in iis quæ pertinent ad reformationem, minimè fuit in omnibus receptum, sufficit septennium completum ad beneficia, in quibus nullum desideratur ministerium, vt sunt Capellaniæ, seu missarum commissiones, Louet. ad Molin. in resign. de public. resig. num. 387. & prioratus simplices seculares, Bengeus de benef. ad verb. miliis. cap. 4. § 19. quamuis in istis Melchior Past. de Benef. lib. 3. tit. 22. num. 3. & 5. quatuordecim annos desideret: cum ob curam & administrationem rerum temporalium, tum quia sonant in nomen rectoriæ per se stantis. Idem tenet le Prestre, cent. 1. cap. 73. & alij, sed opinio Benget quamuis nutans magis placet. Ad canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus iure cõmuni, & per regulam cancellariæ 38. decimus quartus annus completus, in collegiatis decimus etiam completus desideratur, iure verò nouissimo quum decreto co cilij Tridentini omnes Canonicatus in Cathedralibus habere debeant annexum ordinem presbyteratus, diaconatus, vel subdiaconatus ab Episcopo cum concilio capituli designandum, sess. 24. cap. 12. vbi designatio annexionis huiusmodi facta est, nemo ad canonicatum in Cathedrali recipi potest, nisi qui eo ordine sacro sit initiatus, quem ille canonicatus requirit, aut in tali ætate, vt intra tempus à iure, & à dicta synodo statutum, scilicet infrà annum, cap. 4. sess. 22. de reformat. initiari valeat, vt cauetur, in d. cap. 12. Et sic ad canonicatum subdiaconalem requiritur annus vicesimus secundus; ad diaconalem vicesimus tertius; ad presbyteralem vicesimus quintus, inceptus, Garc. de Beneficiis. p. 7. cap. 4. num. 22. Sic enim accipienda sunt verba Concilij quasi diceret, aut in ætate legitima ad talem ordinem, vt infrà annum initiari valeat, vt idem Garcias subdit. num. 23. Ad canonicatus verò Collegiatæ Ecclesiæ, prout ad quæcumque alia beneficia simplicia ex eodem Concilio requiruntur, tantum in prouiso anni 14. sess. 24. cap. 6. incepti, ex declaratione Cardinalium ad d. cap. relata. At in Gallia vbi canonicatus nullum habent sacrum ordinem annexum, prout nec de iure, ad illos obtinendos in Cathedrali sufficit annus decimus quartus; in Collegiata verò decimus, completi, iuxta regul. cancellariæ 18. quæ ibi seruatur multis arrestis confirmata, Louet in posthuma decretor. collect. & eius Scholiastes in addit. litera E. num. 2. Idem quoad ætatem dicendum puto de semipræbendis, siue dimidiis portionibus, etiam Cathedralis Ecclesiæ, quod de canonicatibus Collegiatæ, vt ad eas satis sit decimum annum expleuisse apud nos, & alibi decimum quartum attigisse. Garc. ibid. num. 40. Ad beneficia ordinem sacrum annexum habentia, licet non actu, requiritur, ætas ad ordinem requisita annexum, cap. ei cui de præb. cap. licet canon. de elect. in 6. Garcias, vbi suprà num. 490. Ad Parochiales Ecclesias, dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promouendus debet attigisse vicesimum quintum annum, cap. cum in cunctis. §. inferiora de elect. cap. licet canon eod. in 6. concil. trident. cap. 12. sess. 24. Ad dignitates, quibus animarum cura nulla subest, exigitur de iure antiquo annus 25. inchoatus, d. §. inferiora, iure autem nouissimo sufficit vigesimus secundus, Concil. Trid. d. cap. 12. completus, Garc. loco citato, num. 67. quod verum est indistinctè de dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatæ, Idem ibidem num. 64. Ad dignitatem principalem in Collegiata regulariter requiritur ætas 25. annorum inceptorum, cum regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, ibid. num. 65. Ad decanatum, præposituram, & Archipresbyteratum, etiam si eis animarum cura nulla subest, promouendus debet attigisse vigesimum quintum annum, ex quo de iure annexum habent sacrum Presbyteratus ordinem, cap. 1. de ætate & qualit. Ad Episcopatum assumendus debet iure communi esse maior annis triginta expletis, cap. cum in cunctis in princ. de elect. ca. Presbyter. dist. 79. sed lege regni sufficit attigisse vicesimum septimum. §. 1. de regia ad prælat. nominat. in concord. Hæc de beneficiis secularibus. Ad beneficia regularia quantumuis simplicia ante decimum sextum annum quis promoueri non potest. Louetius ad Molin. in regul. de public. resig. num. 357. quia decreto Concilij Trident. cap. 15. sess. 25. de regularib. & constitutione blesensi, art. 6. ante ætatem hanc completam professio non debet emitti. Idem de commendis, ne plus operetur fictio quam veritas, Louet. ibid. Ad prioratum regularem curæ, conuentuque carentem exigitur annus vicesimus inchoatus, clem. ne in agro. §. cæterum de Statu Monachor. ad prioratum verò conuentualem vicesimus quintus inceptus de iure communi, d. §. cæterum. Apud nos iure concordatorum, §. Monasteriis. de regia ad prælat. nominat. sufficit vicesimus tertius inchoatus. Ad Abbatiam de iure communi pariter desiderantur, viginti quinque anni incepti d. §. inferiora & d. §. cæterum, quia annexum habet presbyteratus ordinem, cap. 1. de ætat. & qualit. In Gallia sufficiunt viginti tres inchoati, d. § Monasteriis. Ad Abbatissatum, vel Priorissatum conuentualem iure communi, seu antiquo triginta, anni expleti, cap. indemnitatibus de elect. in 6. iure verò nouo quadraginta si commode fieri potest, alias triginta, Concil. Trid. sess. 25. cap. 7. de regularib. quod de quadraginta vel triginta expletis intelligendum est, Garc. de benef. p. 7. cap. 4. num. 71. Et cum concordatum ætatem Abbatissæ, vel Priorissæ non immutauerit, tenebit ius scriptum, l. præcipimus Cod. de appellat.

QVÆSTIO X.

An beneficium possit resignari in fauorem capituli, seu conuentus.

SVMMARIVM.

1. *Potest resignari beneficium in fauorem conuentus siue Capituli.*
2. *Huiusmodi resignatio æquipollet vnioni.*
3. *Capitulum siue conuentus non moritur.*
4. *Quindemia soluuntur officialibus Cancellariæ.*

DEcimò quæro: An possit resignari beneficium in fauorem Capituli, seu † conuentus. Com- 1
munis responsio est affirmatiua, verùm talis
resignatio vnioni † æquipollet. ita Mandos. in tract. de 2
sign. grat. verbo, vniones. col. 2. vers. idem fit.

Et ratio est, quia beneficij sic resignati vlterior va-
catio contingere non solet, namquè † Capitulum siue 3
conuentus non moritur, argum. l. sicut §. vlti. ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. proponebatur. ff. de iud. bonus text. in cap. si gratiosæ. de rescrip. lib. 6.

Et hac ratione, quia beneficia vnita seu incorporata collegio, Capitulo, seu conuentui, aut in illorum fauorem cessa, seu resignata non vacant amplius, ne fraudetur Cancellaria, introductus fuit stylus in Cancellaria, quod lapsis quindecim annis à tempore vnionis seu resignationis huiusmodi factæ, soluatur denuò
annata † talis beneficij sic vniti vel cessi, & appellantur 4
quindemia, quia per decursum quindecim annorum noua solutio fieri debet idque fuit statutum à Paulo II. vt patet in constitutione 8. incipien. Decet, & per Innoc. viij. in constitutione 1. Apostolica, per Iul. II. in constitutio 3. ex debito. per. Iul. III. constitutione 38. cupientes, & constitutione 41. cum nos.

Lib. 4. quæst. 10. num. 2. Ibi, Verùm talis resignatio vnioni æquipollet.

ET ideò in tali resignatione, consensus eorum quorum interest adhibendus est, non secùs, ac in ipsa vnione facienda requiritur.

Eadem qu. num. 3. Ibi, Collegio, Capitulo, seu Conuentui.

ADde, vel alij cuilibet Ecclesiasticæ congregationi. Eadem enim est vbique ratio, Ergò idem ius statuendum. l. illud ff. ad leg. Aquil.

Eadem quæst. num. 4. Ibi, Et appellantur Quindemia.

SEu (& nostro quidem iudicio rectiùs) Quindennia sicut enim non rectè dixeris biennium pro biennio, aut triennium pro triennio, seu decennium pro decennio, ita nec quindennium pro quindennio.

Eisdem quæst. & num. Ibi, Noua solutio fieri debet.

VTique si vnio perpetuò facta sit: secus si ad tempus: illo namquè solo casu, Collegium, Capitulum Con-

nentus, seu congregatio, obligat se in forma Cameræ Apostolicæ, de soluendo annatam de quindecim annis, in quindecim annos. ¶ Dicimus tamen bimum & trimum, & qui annum volunt ab anno deceuari non minus rectè quindenium dies fortè contendent. Sed hæc futilia sunt & nullius momenti.

Eadem q. 10. num. 2. Verum talis resignatio vnioni æquipollet.

¶ DVrabit tamen titulus, & deficientibus Collegij personis beneficium tanquam vacans poterit impetrari: secus cum per vnionem extinctus est, & beneficium mensæ Capitulari vnitum, & incorporatum, tunc enim efficitur, Ecclesiæ siue capituli prædium, vt optimè deducit Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 28. num. 102. deficiente autem Capitulo, parietes Ecclesiæ omnia prædia & bona Capituli possident, vt post Innoc. in cap. cum super num. 4. de causa possess. & propriet. ait Bart. in l. sicut §. in decurionibus ff. quod cuiusq; vniuers. nom. beneficia autem non possident cum tituli beneficialis sint incapaces. Quid autem si vnio non sit extinctiua tituli? vacabit titulus, & tamen non poterit separatim impetrari ob vnionem sed veniet in impetratione præbendarum.

QVÆSTIO XI.

An bona conscientia possit aliquis procurare, vt sibi beneficium resignetur, & resignans an peccet, resignando in fauorem idonei indigni, atque digni, & minus digni.

SVMMARIVM.

1 *Non peccat procurans sibi resignari beneficium, si est idoneus.*
2 *Non debet quis quærere beneficium, quod quæsitum nequit retinere.*
3 *Turpiùs eijcitur quàm non admittitur hospes.*
4 *Faciliùs res conseruatur, quàm fiat.*
5 *Excommunicatio impedit acquisitionem beneficij, non tamen tollit acquisitum.*
6 *Furor impedit acquisitionem beneficij, non autem tollit collatum.*
7 *An liceat desiderare Episcopatum.*
8 *Renuncians beneficio ad fauorem idonei, non peccat.*
9 *Actus renunciationis licitus est.*
10 *Per idoneum beneficiarium, beneficium non patitur detrimentum.*
11 *Idoneus ad beneficium, quis dicatur.*
12 *Ætas requisita beneficio resignato, requiritur in resignatario.*
13 *Beneficium simplex requirit 14. annos.*
14 *Beneficium curatum, & dignitas requirit 25. annos.*
15 *Boni mores sunt necessarij, maximè sacerdotibus.*
16 *Bona fama est thesaurus inæstimabilis.*
17 *Ecclesia Dei eget viris literatis.*
18 *Ecclesia, odit illiteratos.*
19 *Collatio facta illiteratis, est ipso iure nulla.*
20 *Illiteratus est magis odiosus quàm homicida.*
21 *Illiteratus est nullus in Ecclesia Dei.*
22 *Illiteratus comparatur saco.*
23 *Scientia debet esse sufficiens secundum qualitatem beneficij.*
24 *Scientia alia eminens, alia mediocris, alia sufficiens.*
25 *Quæ scientia requiritur in Episcopo.*
26 *Episcopus debet esse Doctor.*
27 *Archidiaconi quæ debeant scire.*
28 *Presbyteri quæ debeant scire.*
29 *Curati quam scientiam debeant habere.*
30 *Obtinentes beneficia simplicia, debent scire recitare horas.*
31 *Mors Nauarri quando.*
32 *Renunciatio fit in manibus superiorum, ad quos spectat collatio.*
33 *Collator non peccat promouens aliquem minùs dignum, contrà num. 35.*
34 *Renuncians in fauorem indigni, peccat.*
35 *Peccat qui est causa peccati, & qui ei consentit.*
36 *Prælatus tenetur conferre dignioribus.*
37 *Peccat procurans beneficium pro indigno.*
38 *Prælati non sunt domini sed dispensatores.*
38 *Renuncians in fauorem minus digni peccat.*
40 *Valet collatio facta digno, etiam si fuerit omissus dignior.*
41 *Peccat clericus accipiendo beneficium, animo illud renunciandi.*
42 *Peccat clericus accipiendo beneficium cum animo recipiendi pensionem, aut accipiendi vxorem.*
43 *Non peccat clericus renuncians in fauorem æquè digni.*
44 *Satisfacit quis, legendo per substitutum aque portum.*
45 *Peccant prælati, admittendo renunciationem in fauorem indigni.*
46 *Resignans in fauorem indigni beneficium simplex, excusatur.*
47 *Resignatarius indignus non peccat.*

VNdecimò & vltimò quæro, An bona conscientia possit aliquis procurare, vt sibi aliquod beneficium, vel aliqua beneficia resignentur?
Communis opinio est † non peccare, si est idoneus, & 1
procurat prodesse. Collecta. in cap. Episcopus. de probat. Summa Ang. in versic. beneficium. §. 32. Abb. & alij in capitul. cum M. Ferrari. de constitut. Rebuff. in concordat. Rubr. de collatio. §. teneantur versicul. an possit quis sine peccato. fol. 408. Præposit. in can. qui Episcopatum, & can. fuit Ecclesia. 8. q. 1. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 1.
Gig. de resid. Episc. cap. 1. col. vlt. Nam † quis non debet 2
quærere beneficium, quod quæsitum nequit retinere. vt latè explicat Nauar. in relect. capitu. si quando. in 14.
excep. de rescrip. Nam turpiùs eijcitur quàm † non admittitur hospes. cap. quemadmodum. de iureiuran. & 3
faciliùs res producta conseruatur, quàm fiat, † l. si 4
vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & excommunicatio † impedit acquisitionem beneficij. cap. postulastis. 5
de cler. excomm. minist. non tamen tollit acquisitum, no. in cap. pastoralis. §. verum. de appellat. & furor
impedit acquisitionem † sacerdotij, non tamen deijcit 6
ab acquisito. cap. 1. de cleric. ægrot. li. 6. can. indicas, 3.
q. 7. Et in N. † procurante habere Episcopatum per viam 7
cessionis, seruanda est distinctio Diu. Th. communiter approbata d. 2. 2. q. 185. ar. 1. quam refert. Gig. loco cit Nauar. in 44. miscell. de oration. num. 82.

An autem peccent resignantes in fauorem, quinque casus constituam, ex quibus tota materia elucidabitur.

Primus casus est in renunciante in fauorem N. qui est idoneus ad tale beneficium.

Secundus erit in renunciante in fauorem N. indigni illo beneficio.

Tertius in renunciante in fauorem N. minus digni.

Quartus in renunciante ad fauorem N. vt Ecclesiæ non seruiat: putà quia à principio erat huius mentis, & sic habebat in mente illud renunciare.

Quintus in renunciatione in æquè dignum.

Circa primum casum, breuiter concludo, renun-
ciantem ad fauorem † idonei, & digni illo beneficio 8
non peccare, dummodò pactum non intercedat. ita in terminis Arch. in can. quicunque. 1. q. 1. Sequitur Guliel. Redoan. in tract. de simo. p. 2. c. 10. num. 6. & in c. 2. ead. par. nu. 10. allegat alios Doctores, & hæc opinio communiter à Doctoribus est recepta.

Ratio est, quia † actus renunciationis licitus est, 9
cum sit approbatus à canonibus in tit. de renunc. extrà, in 6. & in clemen. ex quo sequitur, quòd si renuncians
supponat in eius locum † idoneum, beneficium non 10
patitur detrimentum. arg. not. per D. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 8. & q. 185. art. 3. & quodlib. 6. n. 9. quamuis Turrecrem. in can. in scripturis. n. 3. 8. q. 1. dicat quod re-

Digitized by Google

nuncit as pascere gregem Domini, cum possit & sit
dignus, peccat.
Idoneus autem in hac materia dicetur, vt suprà di-
11 ctum est, † præditus maturitate ætatis, morum graui-
tate & literarum scientia, vt probat tex. vbi communi-
ter Doctores hoc notant in cap. cum in cunctis. de
elect. Card. Paris. cons. 40. nu. 13. vol. 4. Rebuff. in
in prax. titu.forma vicariat. nu.87.& in tit. requisita ad
collationem. nu.23. versic.idoneus.
12 Primò ætas, vt sit † in ea ætate requisita ad benefi-
cium resignandum, nam si beneficium sit simplex, resi-
13 gnatarius debet esse in 14. anno suæ ætatis, ex decre.
Conc. Trid. c. 6. sess. 23. de reform. quamuis de iure
commum sufficerent septem anni completi
vt in can. de his. distinct. 28. cap. 2. de ætat. & qualit.
cap. si corempore. de rescript. in 6. cum alijs, vt per
Io. Selu. de benef. p. 3. q. 5. nu. 34. 35. & 36. Si sit cu-
14 ratum vel dignitas Ecclesiastica, † requiritur vt resigna-
tarius sit in 25. anno ætatis suæ, ex decret. Concil. Tri-
dent. ca. 2. in princ. sess. 24. de reform. quod in digni-
tatibus maioribus, vt est Archidiaconatus, &c. ac in
curatis concordar cum iure communi. Card. in clem.
generalem. de elect. Archid. Florent. in summa 3.part.
tit. 15. c. 1. §. 3. Angel in verb. ætas, Card. Alex. &
Gemin. in d. can. de his distinct. 28. Rebuff. de pacif.
poss. a nu. 209. vsque ad n. 221. in alijs vero dignitati-
bus discordat. vt colligitur ex Bellam. decis. 727. & ex
Selu. dict. q. 5. à num. 22. vsque ad numerum 40.
15 Secundò morum † grauitas, nam boni mores sunt
maximè necessarij beneficiarijs, vt tradit Innoc. quem
omnes sequuntur in d. capitul. cum in cunctis. Rebuff. in
prax. tit. requisita. ad coll. n. 44. Ideo in clericis præ-
16 sertim bona fama est thesaurus † inæstimabilis, & iu-
cundus: & sicut lilium dat suauitatem. Bald. in l. 1.
col. 4. C. de confess. Bru. de indic. p. 1. q. 5. sub num. 2.
namque grauitas morum plus valet quàm cætera. Felin.
in cap in nostra circa fin. de testibus Siluan. cons. 2. n. 22.
17 Tertiò literarum scientia, nam † Ecclesia Dei eget
viris literatis. cap. cum ex eo de elect. in 6. cap. om-
nes. in fin. dilog. 38. Dec. in dict. capitul. cum in cun-
ctis. sub. num. 12. & ideo eis multum fauet, cap. de
multa, & ibi Abb. col. x. vbi communiter. de præb.
18 idem in cap. licet. col. 2. eod. & contra † odit illitera-
tos, nam illos repellit ab ordinibus. can. præcipimus.
distinct. 34. capitul. vlt. de tempor. ordin. in 6. Innoc.
in cap. cum dilectus. de temp. ordin.
19 Et annullat ipso † iure collationem eis factam, Inn.
in cap. cum nostris. de concess. præb. Felin. in cap. per
tuas. col. 1. de simo. Abb. in d. cap. cum nostris. Inno.
in cap. dilectus. de tempor. ordin. Archid. in cap. nullus.
20 eo. tit. in 6. nec absque ratione, † cum illiteratus sit ma-
gis odiosus quàm homicida. Inno. in d. cap. cum no-
stris, cum alijs, vt per Dec. in. cap. sciscitatus. de rescript.
21 & † illiteratus est nullus in Ecclesia Dei, teste Bald. in
22 cap. congregato. colum. vlt. de elect. cum † compare-
tur cæco, cap. post translationem. §. item si quis. de re-
nuntia. ac animali irrationali. can. vltim. di-
stinct. 49.
Hæc enim scientia requisita in beneficijs debet esse
23 sufficiens † secundum qualitatem beneficij, nam alia
scientia requiritur in Episcopatu, alia in curato, alia in
beneficio simplici. Inno. in d. cap. cum in cunctis. nu. 1.
Abb. nu. 4. ver. quia vt dixi. Dec. num. 34. & commu.
Doctores, de elect. Imo. post alios in clem. 1. de æta.
& qualit. Selu. 3. p. de benef. q. 5. nu. 1. Rebuff. in prax.
24 tit. requisit. ad collat. num. 42. Scientia enim vel est †
eminens, vel mediocris, vel sufficiens. Innoc. in dict.
cap. cum in cunctis. nu. 1. ver. scientiam, Abb. ibi num.
4. in prin. Eminens est illa, per quam quis scit difficil-
limas quæstiones explicare & diffinire ex tempore sine
reuolutione librorum? quod vix in hac professione
nostra potest contingere.
Mediocris est illa, per quam quis scit difficiles quæ-
stiones decidere, cum reuolutione tamen librorum.
Sufficiens est illa per quam quis scit facere ea quæ sibi
imminent & incumbunt suo officio, quæ sufficientia
consideratur arbitrio boni viri. Innoc. dict. cap. cum in
cunctis. nu. 1. vers. hæc autem, Abb. numer. 4. vers &
hæc. & communiter Doctores sequuntur. Ex regulis tamen
Doctorum colliguntur hæ conclusiones, in arbitrio
considerandæ: In eo qui † assumitur ad Episcopatum, 25
requiritur scientia noui & veteris testamenti, cum sit
iudex animatum. can. qui Episcopus distinct. 33. can.
1. & 2. distinct. 62. & scientia iuris, cum ius dicere de-
beat, can. cum de persona. 11. q. 1. & præcipuè iuris ca-
nonici, secundùm quod debet iudicare, vt habetur
in cap. 1. de consang. & affin. Hodie † autem sufficit quod 26
sit Doctor in Theologia, vel iure canonico vt statutum
est in Concilio. Trid cap. 2. sess. 22. de reform. late Nauar.
tract. de orat. miscell. 33. num. 5. cum sequen. Archi-
diaconi verò debent scire iura, † nam secundum illa 27
debent iudicare & visitare. Inno. & Abb. locis cit. &
ideo ex decreto Conci. Triden. cap. 12. sess. 24. de
reform. debent esse magistri in Theologia, vel Docto-
res, aut licentiati in iure canonico.
Presbyteri † debent scire canones pœnitentiales, 28
can. quæ ipsis. dist. 38. Dec. post alios in d. cap. cum in
cunctis. nu. 40.
Curati † debent habere scientiam, vt satisfaciant 29
muneri iniuncto. c. 2. sess. 5. Concil. Trid.
Obtinentes † vero simplicia sufficit, vt sciant & pos- 30
sint recitare horas canonicas ad quas tenentur, can.
vltim. dist. 92. cap. quod à te, & cap. diversis fallacijs,
de cler. coniug. cum alijs adductis per Navar. (cuius
mortem tota curia deflet † hodie. 21. Iuni. 1586.) in 31
tracta. de hor. canon. c. 7. nu. 3.
Circa secundum casum in renunciante ad fauorem
indigni, quidam tenuerunt hos renunciantes in favo-
rem talium, non peccare, quorum sententia primò
probatur, quia renunciantes non conferunt beneficia,
quæ resignant, namque abdicant a se ius, quod in eis
habent, † in manibus superiorum ad quos spectat ea 32
conferre, vel renunciationem admittere. arg. cap.
admonet, & cap. quod in dubijs. de renunc. glo. in
clement. 1. eo. Vnde si Summus Pontifex, in cuius ma-
nibus fit hæc renunciatio in fauorem, conferat illi, nul-
lum videtur peccatum ex parte renunciantis, cùm eius
non sit conferre.
Secundò, quia si collator, promovens aliquem mi-
nus dignum, non peccat † omisso digniori, vt tenuit. 33
glo. in can. licet 8. q. 1. & in can. Monasterium. 16. q.
7. ergo tanto magis renunciantes minus dignis, omissis
dignioribus, non peccabunt, arg. auth. multo. magis.
C. de sacr. sanct. Eccl.
Tertiò confirmo ex eo, quia Summus Pontifex ad-
mittendo hanc renunciationem in favorem N. indigni,
videtur tollere peccatum, quod potest esse in renuntiã-
te, sicut de stylo videmus: & tollerantia in his renun-
ciationibus ad favorem tollere simoniam. Cassado.
communiter receptus in decis. x. n. 3. de simo. cum
alijs, aliàs à me allegatis.
Quarto confirmo, quia Summus Pontifex, proui-
dendo de illo beneficio huic resignatario, videtur secum
dispensare. ad notata per Calder. in cons. 8. de rescriptis.
Accedit quia non est iuridicum, vt resignans ex hoc
peccet, cum resignatarius exponat se examinibus, vt de
stylo observatur: vnde potius imputandum est exami-
natoribus, &c.
His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
rior, & communis quòd † resignans in fauorem indigni 34
peccet. quam opinionem tenuit Arch. in d can. quicuo-
que. 1. q. 1. Rebuff. in l. 36. ff. de verb. sign. Redoan.
dict. tract. de simo. ment. p. 2. c. 10. nu. 6. & c. 12. nu.
11. Dom. Sot. in lib. de iust. & iur. q. 6. art. 2. in fi. &
hanc opinionem egregiè tuetur Nauar. in tract. de orat.
miscell. 38. num. 7. hanc etiam opinionem tenet Dec.
consil. 141. ad secundum quem refert & sequitur idem
Nauar. in manual. c. 23. sub. nu. 107. ver. ad decimum.
Rebuff. in praxi reg. de infir. glo. 14. nu. 5. vbi dicit te-
neri in conscientia ad interesse, illi Ecclesiæ.

Digitized by Google

Probatur primò, quia licet resignantes non sint collatores, neque conferant illa beneficia, tamen sunt causa illa conferendi suis cognatis vel amicis, & qui causam damni dat, damnum ipsum dare videtur. l. qui occidit. ff. ad leg. aquil. regula dammum. de reg. iur.
35 Imo non solum † qui est causa peccati, sed etiam qui consentit in illo, peccat. secundum Diu. Paul. capitu. 1. ad Romanos. ex qua ratione satis patet responsio ad primum argumen.

Secundum enim (quod non peccat promouens minus dignum, omisso digniori ex glo. citata) diluitur de facili: namque quod imo peccet iste, est communis sententia, quam tenuit D. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 8. & q. 185. art. 3. & in quolibet. 6. q. 6. quem sequitur Sot. lib. 2. de iust. & iur. q. 6. art. 2. Abb. Dec. & alij in cap. constitutis. 2. de appell. & est communis opinio tam Theologorum quam Canonistarum, teste Nauarr. dict. miscell. 38. num. 1. in fi. namque huiusmodi col-
36 latio fit contra iustitiam distributiuam, † qua prælatus tenetur illa conferre dignioribus. can. Metropolitano. dist. 63. & peccat mortaliter. Caiet. in summ. verb. beneficium, ita intelligens D. Thom. Sot. lib. 18. de iust. & iur. q. 2. art. 3. Accedit, quia nos loquimur, quando non minus digno, sed indigno, & hoc casu, quotiès quis confert indigno, vel procurat vt promo-
37 ueatur indignus † ad beneficium Ecclesiasticum, absque dubio peccat mortifere, cap. graue. de præb. Caiet. in 2. 2. q 63. art. 2. extendens etiam in Pontifice maximo. sequitur Dom. Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. 6. ar. 2. Nauarr. in
38 d. tract. de orat. misc. 32. namque prælati † non sunt domini, sed dispensatores beneficiorum Ecclesiasticorum. Diu. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ex verbis D. Pau. ad Corinth. 1. cap. 4. latè Naua. in commen. de spolio super can. non liceat. 12. q. 2. §. 3. n. 4. 5. & 6.

Non obstat tertium argumentum, namque illud speciale est in pactis redolentibus simoniam, ex antiquo vsu curiæ, vt tradit Nauar. in manual. cap. 23. n. 7.

Illud quod dicitur in 4. arg. negatur ex his quæ latè scripsi alias ex communi.

Ad vltimum respondetur, quòd iste resignans dat causam damni, & consentit malo, ergò, vt dixi suprà.

In tertio casu videtur dicendum peccare, qui renunciat in fauorem minus digni, omisso digniori, sicuti peccat is qui dignum elegit, aut præsentauit, aut ei beneficium contulit omisso digniori; & perpensa
39 qualitate, mortaliter quidem, namque † tenebatur digniorem præficere. Abb. in cap. constitutis. de appel. Roc. de Curt. de iur. patro. verb. honorificum q. 15. Sarn. in cap. 2. num. 22. de const. lib. 6. D. Thom. 2. 2. q. 63. art 1. & q. 185. art. 3. Flor. in 2. p. tit. 1. cap. 20. §. 1. Ioan. Maior in 4. sent. di. 24. q. 8. & 9. Caiet. in sum. in verb. acceptio. & in ientaculo 12. q. 44. & in 2. 2. q. 62. art. 2. Dom. Sot. lib. 3. de ius. & iur. q. 6. art. 1. conclus. 9. Syluest. verb. electio. q. 16. & hæc est communis omnium sententia, teste Couar. in reg. peccatum. part. 2. §. 7. num. 4.
40 Quamuis † valeat electio digni, & præsentatio digni, ac collatio facta digno, omisso digniori, nam satis est quòd dignus eligatur, aut præficiatur. can. monasteriorum. 16. qu. 7. cap. constitutis. verb. magis de app. & can. licet ergò. 8. q. 1. Diu. Thom. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad tertium Idē quolib. 8. art. 6. & quolibet. 6. art. 9. Silu. verb. electio. 1 q. 16. latissimè Lamb. de iur. patron. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 3. Abb. Philip. Fran. Dec. & alij communiter in d. cap. constitutis. Dom. Sot. d. lib. 3. de iust. & iur. q. 9. ar. 1. conclus. 8. & hæc est magis communis opinio, vt colligitur ex his quæ scribit Couarr. d. reg. peccatum. p. 2. §. 7. num 3.

In quarto casu, concludo peccare, namque cleri-
41 cus accipiendo beneficium † etiam simplex, animo nunquam inseruiendi Ecclesiæ, sed tantum fructibus eius fruendi, peccat vt concludit Nauarr. in d. tract. de orat. miscell. 44. n. 1. Idem Nauarr. cons. 16. de præbend. & consil. 24. eod. tit. vbi firmat peccare accipientem beneficium curatum, animo non inseruiendi ei, sed permutandi cum alio simplici, vel renunciandi reseruata pensione: tum quia tenetur inseruire Ecclesiæ (saltem recitando horas Canonicas) vt dixi suprà, tum etiam quia tenetur habere animum inseruiendi in his, ad quæ de præcepto obligatur ratione illius beneficij, qualis est recitatio horarum canonicarum: Residentia, quæ de iure communi in omni beneficio requiritur, licet ex consuetudine secus. Abb communiter receptus in cap. extirpandæ. § qui verò de præb.

Item scientia construendi, à glos. communiter recepta in clem. 1. verb. reputamus, de concess. præb. & animus actualis, vel virtualis recipiendi ordines sacros. Nauarr. d. miscell. 44. in fi.

Ita † etiam peccat, qui capit beneficium animo 42
posteà relinquendi illud, vel vt recipiat pensionem; vel vt possit accipere vxorem &c. Ita Dom. Sot. li. 10. de inst. & iur. ar. 6. Nauarr. in Enchiridion. de orat. cap. 21. n. 52. quod confirmat in d. miscel. 44. de orat. ver. ad quod declarando quod dixit in d. Enchiridio.

Ita qui vult renunciare, vt capiat beneficia maioris redditus, Diu. Thom. 2. 2. q. 188. Alfon. Hoied. de incompat. benef. p. 1. cap. 19. n. 4. licet contrarium communiter seruetur.

In 5. casu, quotiès quis renunciat in fauorem æquè
digni, † vt est ipse, omissis dignioribus, hoc casu teneo 43
non peccare. Ita Nauarr. dic. Miscell. 37. de orat. num. 7. in fin. Ratio quia ipse poterat retinere illud beneficium, ergo non peccat, si procuret, vt conferatur ei, qui est æquè dignus, vt ipse; nam doctor qui potest
legere † per substitutum, satisfacit substituendo æquè 44
peritum. Bar. in l. nemo. ff. de duobus reis. communis opinio, teste Nauar. d. miscell. 38. num. 7. in fin.

Et hoc absque dubio procedit, quando ipse erat dignus, &c. Sicuti non bene procederet, quando ipse erat indignus; nam renunciando indigno peccaret per supradicta; quibus accedat, quia imperiti Ecclesiarum rectores debent remoueri ex decreto Conc. Trid.

In casibus, in quibus peccant hi renunciantes, grauiùs peccant prælati admittentes resignationes, &
conferentes beneficia † resignata indignis. Ita Nauar. ex 45
ratione Sot. dict. miscell. 38. sub. num. 7. ex quibus verbis notandus est lapsus ipsius Nauarr. dum videtur inferre, renunciationes in fauorem posse fieri coram ordinariis; quod falsum est, tum attento iure communi (de quo suo loco dixi) tum etiam attenta constitutione Pij V. 58.

Excusatur tamen resignans à peccato mortali, quo-
tiès resignaret † beneficium simplex in fauorem N. in- 46
digni. vt tenuit Caiet. ientac. 12. ad quartum, Sot. de iust. & iur. lib. 10. q. 7. ad finem, quia promotio ad simplicia malè facta, non est ita dānosa, vt est promotio ad curata. quamuis Nauarr. dict. miscell. 38. sub num. 4. contrariam opinionem nitatur probare solidissimis argumentis.

Excusatur secundò resignans, quotiès in minus digno concurrerent aliqua pietatis, misericordiæ, vel vtilitatis publicæ signa, quæ arbitrio boni viri conficiunt iustam causam, vt præferatur digniori. ita Nauarr. dict. Miscell. 38. num. 8. ex multis exemplis, vt vbi.

Excusatur tertiò, quando dignitas, siue idoneitas maior dignioris, parùm excederet dignitatem minus digni, ita Nauarr. dict. miscell. 38. numer. 5. Ratio quia exiguitas damni efficit, vt iniustitia non sit mortifera, D. Tho. 2. 2. q. 59. ar. 4.

Econtrario † resignatarius indignus non peccat; vt 47
latè concludit Nauarrus dict. tract. de orat. miscell. 39.

Lib. 4. quæst. Vlt. num. 6. Ibi, non tamen deiicit ab acquisito.

PEr hoc firmatur id, quod nos nuper, hoc eo. lib. q. 8. numer. 2. sustinuimus, non esse, quem obtento iam beneficio priuandum, ob aliquam superuenientem infirmitatem. Quod & ad eum, cui magistratum habenti superuenit furor, extendendum esse, probant iurisconsultus Vlpianus in l. qui furere. ff. de sta hom;

& in l. patre furioso ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. iur. ac Imperator Iustinianus in §. item furiosus. quibus non est permissum facere testamentum in instit.

Eadem q. num. 30. Ibi, cuius mortem tota curia defles.

QVique vulgo pater pauperum vocitabatur. Meminimus nãque aliàs (videlicet mense Iulij 1586.) certã Epistulam Romæ à Claudio Cottenit, quondam scutifero Apostolico, exaratam, & ad nos transmissam, recepisse qua ipse Claudius, Doctorem Nauarrum, eundemque patrem Pauperum decessisse, asseuerabat. Vnde verisimile est, illius mortem, ab ipsis etiam pauperibus, vti filiis, non minùs defletam fuisse.

Eadem q. num. 28. Ibi, Presbyteri debent scire Canones pœnitentiales.

SAcerdos (qui presbyter etiam dicitur can. ecce. §. circa §. quis hic. 95. dist.) non legitimè impeditus, celebrare omittens, quantum in eo est, priuat sanctam Trinitatem, laude & gloria: Angelos, lætitia. peccatores, venia: iustos, subsidio & gratia: in Purgatorio existentes, refrigerio: Ecclesiam, spirituali Christi beneficio: seipsum, medicina & remedio. Ex venerabili Eucharistiæ Sacramento. Curare autem debent Episcopi, vt iidem presbyteri, diebus dominicis, & festiuis solemnitatibus, missas celebrent: ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 14. Sed non potest Episcopus, sub pœnis & censuris monere, vt legitimè non impediti debeant celebrare, sed solis adhortationibus & monitionibus: ex congregationis sententia. An autem, & quando presbyter, quotidiè non celebrans, peccet, notat pulchrè Nicolaus de Nilis, in repertorio, in verbo, peccat presbyter. Priuatis verò in domibus, atque omninò extra Ecclesiam, & ad diuinum tantùm cultum dedicata oratoria, à locorum ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium à secularibus, aut regularibus quibuscunque, peragi non debet; ex eodem Concilio. sess. 22. Decreto de obseruandis & euitandis in celebratione missæ.

Eadem q. num. 38. Versic. Illud. Ibi, Ex his quæ latè scripsi aliàs.

NEmpè suprà, hoc eodem lib. q. 9. num. 34. vbi nos quoque nonnihil ex nostro apposuimus. Quibus adde, gratiam (si defectus, de quo ibidē fit mētio, taceatur) fore obreptitiam, & per consequens nullam, ac protius inutilem; eo enim expresso, non dubium, quin summus ipse Pontifex, difficilior ad concedendum redderetur.

Eadem q. n. 46. Vers. Excusabatur. Ibi, Vel vtilitatis publicæ signa.

PEr hanc rationem meminimus aliàs (videlicet die 18. mensis Octubris 1593.) Illustrissimum Cardinalem de Ioyosa, tunc Archiepiscopum Tholosanum, ex duobus, in concursu Parochialis Ecclesiæ sancti Leonis, oppidi de sancto Leone Tholosanensis Diocesis tunc vacantis, examinatis, non presbyterum (nempè magistrum Ioa. Charlardum clericum Lemouicensis Diocesis) alioquin idoneum, actu presbytero magis idoneo, ob id, in dictæ Ecclesiæ assecutione prætulisse, quòd illius Diocesis, maximè presbyterorum penuria tunc indigeret.

Eadem q. 11. num. 4. In quarto casu concludò peccare.

¶ PEccat quis acceptando beneficium, cui non intendit inseruire, sed habet in mente illud renunciare, vt ibi tradit Auctor, & quidem mortaliter, idem infrà lib. 5. q. 11. num. 4. caueant igitur, qui secundum incompatibile per resignationem aut optionem eo acceptãt animo & fine, vt illud, priori retento, mox sub pensione renuncient vel pro simplici permutent, quod non licere suprà lib. 2. q. 20. monuimus. Nec nos mouet quod Concilio Tridentino, sess. 24. cap. 17. duo incompatibilia obtinenti ius vtrumlibet optandi tribuitur, nam aliud est alterum de obtentis eligere, aliud obtinendum non acceptare, nisi vt renuncietur. Tum facultas illa eligendi tempus Concilij pulsat, nec se extendit ad postmodum obtinenda, vt satis colligitur, ex his verbis concilij: Statuit vt in posterum &c. & inferius; illi verò qui in præsenti plures Parochiales, & cap. 2. sess. 7. ibi: qui autem plures Ecclesias nunc detinent: vnde per assecutionem pacificam secundi vacat primum, cap. de multa de præb. Concil. Trid. sess. 7. cap. 4. nec interim datur optio, quia semel data est, facta, & consumpta per acceptationem secundi incompatibilis, nec licet variare, maximè personis Ecclesiasticis per iura vulgaria.

FINIS LIBRI QVARTI.

FLAMINII PARISII IVRE CONSVLTI CONSENTINI, DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER QVINTVS.

In quo, ex quibus causis resignentur beneficia, sex quæstionibus dilucidè pertractatur.

QVÆSTIO I.

An causa in dubio præsumatur, & quæ causa requiratur in renuntiatione Papatus.

SVMMARIVM.

1 ET quia in vnaquaque re † causa in primis est consideranda. Corn. cons. 116. num. 17. lib. 2. Soc. Iun. cons. 73. nu. 30. vol. 1. Cæphal. cons. 80. num. 13. vol. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. qu. 17. nu. 2.

Ideò videndum erit breuissimè, ex quibus causis fiant resignationes beneficiorum, & ex quibus admit-
2 tantur, cum in eis requiri causam † scripserit Imol. in cap. 1. nu. 7. de rer. perm. & est communis omnium doctorum opinio.

Et in primis illud præfari oportebit, renuntiationem
3 in dubio præsumi † factam & admissam cum causa, vt scriptum reliquit Ant. de But. in cap. super hoc. n. 5. de renuntiat. & communiter DD. sequuntur.

Et ex parte illius qui renuntiauit est ratio, quia in
4 dubio non præsumitur † iactatio proprij, l. cum de indebito. ff. de prob. cap. quia verisimile. de præsumpt. Bart. in l. quæ dotis. ff. sol. matrim. & in l. cum quid. ff. si cert. peta. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi ff. eo. tit. Dec. cons. 177. nu. 1. & cons. 350. num. 4. Rui. cons. 127. nu. 19. vol. 3. & ob id donatio non præsumitur,
5 vt est communis opinio, † de qua latè per Mascard. de probat. conclus. 554. neque renunciatio, vt est
6 communis opinio † de qua latè per Mascard. de prob. conclus. 1263. quod eo magis procedit in renunciatione
7 beneficij ecclesiastici dati, vt viuat beneficiatus, † & quæsiti multis laboribus, vt dicit tex. in cap. super hoc de renunt. vbi considerat hanc causam, vt in dubio non præsumatur renuntiatio beneficij: & ibi Abb. antiq. num. 3. & reliqui Doctores hoc notant. Et si reperiatur facta renuntiatio præsumendum est ex iusta causa.

Ex parte verò superioris, qui admisit renuntiatio-
nem, est ratio, quia non † admisisset, si iusta causa ad- 8
mittendi non adesset, iuxta ea quæ scribit Inn. in c. innotuit. de eo qui furt. ord. rece. Lucas de penna in l. 3. col. 4. C. de apoch. publ. lib. 10. Paul de Cast. cons. 270. lib. 2. Bal. in l. iubemus. §. sanc. col. vlt. C. de sacr. sanct. Eccl. idem Bal. in l. vnica. in fin. C. oe quis io sua causa. iud. & in l. 2. ff. vbi pup. educ. deb. Paris. cons. 115. o. 1. lib. 1. Alcia. de præsum. reg. 3. præsump. 9. Eoque magis, si is qui admisit renuntiationem,
est summus Pontifex, † qui iustis de causis præsumitur 9
aliquid fecisse, vel concessisse. Doctor. in cap. cùm à nobis. de testi. & in clem. vnica. de proba. gl. in l. relegati. C. de pœ. Cin. in l. rescripta. C. de prec. Imp. offe. Rom. cons. 369. o. 28. & 436. n. 19. Grammat. cons. 106. num. 17. in ciuil. Alex. cons. 1. cons. 2. & 107. lib. 2. Barbat. cons. 16. lib. 4. Ferret. coos. 37. &
In eo † semper præsumitur causa. etiamsi adsit præiudi- 10
cium tertij. Alex. cons. 2. ou. 20. vol. 1. & cons. 1. n. 36. lib. 5. & coos. 155. nu. 18. lib. 6. magis communis opioio, teste Bursa. cons. 54. nu. 19. vol. 1. & ratio est
† quia talis præsumitur princeps, qualis de iure esse de- 11
bet. Calced. cons. 120. numer. 9. Ias. cons. 57. col. penult. libr. 3. Cassan. cons. 64. nu. 26. & quod non velit id, quod lex prohibet. Dec. consil. 580. num. 2. Go-
zad. coos. 101. num. 10. namque dicitur † loqui per os 12
Dei, à quo delegatus est iudex in terris, vt habetur in auth. de hære. & Falc. in princ. Barba. cons. 24. col. 1. lib. 2. & cons. 1. col. 3. lib. 5. Dec. consil. 436. in fine. Bellon. consilio 36. num. 7. Crauett. consilio 318. col. 4. Gramm. decisione 62. num. 30.

Primò quæro quæ causa requiratur in summo Pontifice volente renuntiare Papatui? Responde, nullam
requiri † causam: cum ei sit concessum, vt possit liberè 13
resignare, vt dicit text. in cap. 1. de renun. lib. 6. ver-
bum enim liberè ibi positum, † remittit hoc voluntati 14
suæ, & excludit causam. gl. in cap. dudum. verbo liberè de sepult. Crauett. cons. 122. ou. 5. & hoc videtur velle ibi Gem. sub. num. 10.

Causa tamen † præsumitur, quia non videtur veri- 15
simile quem velle renuntiare Pontificatui absque caosa. Ruin. cons. 127. n. 19. vol. 3. Dec. respons. 43. num. 42. vol. 3. & infinitos congerit. Mascard. de probat. concl. 1263. num. 6. & 7. cum seq. & ideò videmus Pontifices maximos qui renuntiauerunt, id fecisse ob
aliquam causam: † Clemens enim id fecit ob mali exem- 16
pli vitationem; Cyriacus, vt martyrij coronam con-

sequeretur, Marcellinus propter idolatriam; Cœlestinus vero propter suæ imperfectionis recognitionem. vt tradit Augustinus. Triumph. tract. de potest. Eccles. q. 4. art. 8. & diximus supra, lib. 2. q. 1. & sat erit hæc dixisse, cùm huiusmodi renunciatio recesserit ab Vrbe, & ab Orbe. Bonif. de Vit. in clem. ne Rom. §. sanè num. 39. de elect. Sarn. in reg. de infirm. resign. q. 1. in princip.

17 An autem † summus Pontifex possit cogi ad renunciandum propter aliquam causam, vide quæstionem disputatam per Iacob. in tract. de conc. lib. 9. ar. 9. & latissimè art. 12. per totum.

Lib. 5. q. 1. num. 3. Ibi, In dubio præsumi factam & admissam cum causa.

HOc ideò, quia in dubio præsumendum est pro actu, vt potiùs valeat, quàm pereat. l. quoties in 2. ff. de reb. dub.

Eodem q. n. 16. Ibi, cum huiusmodi renunciatio recesserit ab Vrbe, & ab Orbe.

SAtis erat dixisse, ab vrbe, cùm ab ea iam ampliùs sedes Apostolica non sit recessura si tamen casus accideret, vix est vt nobis persuadeamus Collegium illustrissimorum Cardinalium, voluntati summi Pontificis, Papatui renunciare intendentis, refragaturum, seu obstiturum iri.

Quæst. 1. num. 16. Clemens enim id fecit.

¶ IMò Clemens nunquam in vita Pontificatum dimisit, sed tantum à diuo petro sibi delatum acceptare recusauit vt supra lib. 2. qu. 1. probauimus.

QVÆSTIO II.

Quæ causa requiratur, in renunciatione Cardinalatus.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales de rarò renunciant Cardinalatui.*
2 *Quæ causa sit sufficiens ad renunciationem Cardinalatus, remittitur arbitrio Papæ.*
3 *Cardinalis Valentinus renunciauit, vt matrimonium contraheret.*
4 *Cardinalis de Medicis ob eandem causam renunciauit.*

SEcundò, quæro, quæ causa requiratur in renunciatione Cardinalatus S.R.E. in hac qu. DD.
1 nihil scripserunt, quia † de raro accidit, vt tradit Bertach. in tract. de episc. lib. 2. q. 29. num. 52.
2 Ideo existimarem hoc remitti † arbitrio summi Pont. quæ causa dicatur iusta & sufficiens, vt Cardinalis possit renunciare, iuxta ea quæ scribunt Mar. in l. quæstionis modum. nu. 6. ff. de quæst. Franc. de March. q. 472. n. 2. Gramm. decis. 88. n. 3. Ias. in l. properandum. §. sin autem. n. 8. C. de iud. Cag. in l. qui in alterius. in fi. ff. de reg. iur. & ita vidimus factum fuisse
3 tempore Alex. VI. Cardinalis enim † Valentinus occiso fratre in consistorio renunciauit, vt habitum secularem susciperet, ac matrimonium contraheret, idque admissum fuit per dictum Alexan. VI. Auctor est Franciscus Guicciardinus, lib. 4. Historiarum. fol. 105. & nouissimè hoc anno 1587. Ferd. Cardinalis de Medicis, postquam successit & obtinuit magnum Ducatum Hetruriæ renunciauit, vt matrimonium contraheret, idque factum fuisse vidimus, & omnes sciunt.

Lib. 5. quæst. 2. num. 3. in fine. Ibi, Idque factum fuisse vidimus, & omnes sciunt.

CAusas autem dictarum renunciationum, in literis Apostolicis desuper expeditis contineri, verisimile est. Quid si nullæ exprimantur, tunc potissimum esse autumamus; quia si summi Pontifices earum renunciationes non admisissent verendum erat, ne Cardinales ipsi, denegationem huiusmodi ægreferentes, erga illos, & sedem Apostolicam, malè affecti redderentur: Et nihilominus vlteriùs, ad contrahenda matrimonia sede prædicta inconsulta, maximo vniuersalis Ecclesiæ, & sedis præfatæ scandalo, & præiudicio procederent.

Qu. 2. num. 3. In consistorio renunciauit.

¶ ERgo priuatio Cardinalatus in cõsistorio fieri potest imò à solo Papa extra consistorium ex absoluta ipsius potestate. Scripsit tamen hostiensis in cap. ex gestis de Clericis non resid. Papam non posse Cardinalem deponere sine Concilio generali, & Ioannes Monachus in cap. super eodem de hereticis in 6. dicit quod Collegium Cardinalium est in quasi possessione, vt Papa ardua non expleat sine consilio Cardinalium sed isti in propria causa sententiam ferunt, erant enim Cardinales. Et quamuis Leo quartus non, nisi conuocato ad id Romæ Concilio, ad depositionem Anastasij Cardinalis Presbyteri deuenerit, vt refert Baron. ad annum 853. legimus tamen apud Theodoricum Niemum lib. 1. cap. 42. & seqq. Vrbanum sextum sex Cardinales absque vlla Concilij conuocatione purpurata dignitate exuisse, & excommunicasse imò tandem miseranda nece, vno excepto, e medio sustulisse. Eadem dignitate priuarunt in consistorio, Iulius 2. Cardinales adhærentes conciliabulo Pisano; Leo decimus Cardinalem Petruccium, & alios coniuratores, & Pius 4. Carolum Cardinalem Carafam, cuius auctor meminit infra lib. 5. q. 11. num. 16. cæterum Consilium Cardinalium non est de necessitate sed de solemnitate, nec illud Papa sequi tenetur. Alberic. de Rosat. de statut. q. 99. num. 14.

QVÆSTIO III.

Quæ causæ requirantur in renunciatione Episcopatus. Diffusè explicantur sex causæ relatæ in capite, nisi cum pridem, de renunciationibus, propter conscientiam criminis, debilitatem corporis, defectum scientiæ, malitiam plebis, graue scandalum, irregularitatemque personæ. Et an liceat Episcopo deserere Ecclesiam propter persecutionem, & an possit illam resignare, ratione otij, vel ob labores, aut ratione inspirationis, vel humilitatis, siue ratione ingressus religionis, & ob intemperiem aëris, & inimicitias.

SVMMARIVM.

1 *Multæ causæ sunt, ex quibus Episcopus potest renunciare.*
2 *Ex quibus causis Episcopus potest cogi ad renunciandum Episcopatui.*
3 *Ex causa potest Papa cogere Episcopum ad renunciandum.*
4 *Innocentius declaratur.*
5 *Episcopi renunciatio, non est de facili admittenda.*
6 *Inter Episcopum & Ecclesiam contrahitur matrimonium.*
7 *Episcopus non potest redire ad Episcopatum renunciatum.*
8 *Episcopus potest & cogitur renunciare ex crimine, quod post peractam pœnitentiam, impedit ordinis executionem.*
9 *Nullus est sine peccato.*
10 *Clericus non deponitur, nisi ob graue crimen.*
11 *Crimina ex quibus Episcopus potest & cogitur renunciare.*

12 Episcopus non cogitur renunciare ob crimen, quod non impedit executionem officij post pœnitentiam.

13 Episcopus ob corporis debilitatem, potest renunciare.

14 Debilitas quæ ex infirmitate, aut senectute procedit, præstat causam licitam renunciandi.

15 Episcopus potest renunciare ex infirmitate.

16 Infirmitas quid sit.

17 Infirmus quis sit.

18 Non ex omni infirmitate Episcopus potest renunciare, sed ex illa, ex qua redditur inhabilis.

19 Exempla infirmitatis.

20 Leproso datur coadiutor.

21 Cæcus non potest exequi munus pastorale.

22 Cæcus non potest esse tutor nec curator.

23 Cæcus excusatur à muneribus personalibus.

24 Cæcus non potest esse iudex.

25 Muti & surdi non possunt esse executores testamenti.

26 Muti & surdi non possunt contrahere matrimonium.

27 Infirmitas magna æquiparatur morti.

28 Factam in infirmitate magna, præsumitur dispositum causa mortis.

29 Infirmus excusatur à muneribus personalibus.

30 Infirmus citatus non tenetur comparere, etiam in causa criminali.

31 Infirmus excusatur à contumacia.

32 Quæ infirmitas præbeat causam renunciandi, remittitur arbitrio iudicis.

33 Quæ infirmitas excuset, relinquitur arbitrio iudicis.

34 Infirmitas est probanda.

35 Ex aspectu probatur infirmitas.

36 Infirmitas probatur per medicos.

37 Infirmitas probatur per iuramentum.

38 Infirmitas probatur per familiares.

39 Infirmitas in dubio, præsumitur longum impedimentum.

40 Podagra impedit officium membrorum.

41 Ex podagra quis non cogitur renunciare.

42 Podagrosus tenetur ad munera patrimonialia.

43 Podagra non præbet impedimentum perpetuum.

44 Infirmi non sunt cogendi ad resignandum.

45 Papa in beneficialibus liberam habet potestatem.

46 Episcopus ex senectute potest renunciare.

47 Infirmitas, & senectus à pari procedunt.

48 Senectus dicitur morbus.

49 Senectus dicitur defectus.

50 Multa sunt priuilegia senum.

51 Senectus quæ reddit inhabilem, præbet causam Episcopo renunciandi.

52 Senex vtilis, non est remouendus.

53 Senex inhabilis habetur pro infirmo.

54 Regula de infirmo habet locum in sene.

55 Seni inhabili dandus est coadiutor.

56 Senectus inhabilis quæ dicatur, remittitur arbitrio iudicis.

57 Regulariter plus potest proficere senex, quàm iuuenis.

58 Senes plus sapiunt.

59 Senectuti, iura, plura deferunt.

60 Senes sunt prudentiores.

61 Senum maxima auctoritas.

62 Senes profecerunt.

63 Qui dicit iuuenem esse prudentiorem sene, per quindecim testes id probare debet.

64 Ex senectute, regulariter non est concedenda licentia cedendi.

65 Frater Gaspar de Fosso Archiepiscopus Rheginus laudatur.

66 Senes etiā decrepiti non sunt cogēdi ad resignandū.

67 Ex defectu scientiæ, potest peti licentia resignandi Episcopatum.

68 Ignorantia est maior omnium malorum.

69 Nullus in Ecclesia Dei debet esse illiteratus.

70 Illiteratus æquiparatur cæco.

71 Illiteratus æquiparatur animali.

72 Illiteratus, æquiparatur mortuo.

73 Illiterati, non possunt ordinari.

74 Illiteratus ordinatus, recipit characterem.

75 Illiteratus, non potest habere beneficia.

76 Collatio facta illiterato, est nulla.

77 Illiterati sunt exosi magis quàm homicidæ.

78 Ecclesia fumet literatis.

79 Literati illuminant mundum.

80 Episcopus debet omnes docere.

81 Ignorantia proueniens ex defectu, non est peccatum.

82 Ignorantia proueniens ex negligentia, est peccatum.

83 Episcopus illiteratus, potest cogi ad renunciandum Episcopatui.

84 Verbum potest, interpretatur, idest debet.

85 Ex defectu scientiæ potest quis deponi ab Episcopatu.

86 Illiteratura quomodo probatur.

87 Scientia non acquiritur nisi cum labore.

88 Insufficiens debet deponi ab ecclesia.

89 Illiteratus, est irregularis.

90 Homicida potest cogi ad renunciandum.

91 Episcopus debet esse 30. annorum.

92 Bona fama, est necessaria.

93 Scientia requiritur in Episcopo.

94 Episcopus debet habere scientiam noui & Veteris testamenti, ac legum.

95 Episcopus est iudex animarum.

96 Episcopus debet esse doctor.

97 Quæ dicatur scientia sufficiens, remittitur arbitrio iudicis.

98 Episcopus potest cogi renunciare ob defectum scientiæ, quoties impedit executionem officij.

99 Penitus illiteratus quis dicatur.

100 Defectus illiteraturæ est indispensabilis.

101 Omninò indoctus non est tolerandus.

102 Martini Nauarri mors.

103 Episcopus competentis literaturæ est tolerandus.

104 Promittens præstare totum, satisfacit præstando mediocrem.

105 Episcopus ignarus spiritualium, tenetur discere ea quæ spectant ad suum officium.

106 Nemo tenetur ad sciendum, sed ad operandum.

107 Ratione officij quis tenetur scire.

108 Negligere ea quæ spectant ad suum officium, est peccatum.

109 Ex longa experientia, deficiente in episcopo literatura toleratur.

110 Sanctolus fuit presbyter, quamuis nesciret prima elementa.

111 In diœcesi absque cura tolerantur episcopi illiterati.

112 Minus idonei admittuntur causa necessitatis.

113 Charitas est bonum nobile.

114 Charitas maxima est omnium virtutum.

115 Ex charitate omne bonum opus descendit.

116 Sanctus Augustinus habuit coepiscopum non multæ literaturæ.

117 Propter malitiam plebis, episcopus potest resignare Episcopatum.

118 Episcopus fit, vt operetur bonum.

119 Episcopi successerunt in locum Apostolorum.

120 Episcopus dicitur pastor.

121 Episcopus vocatur Dux, Præco, & medicus.

122 Ob malitiam plebis potest episcopus cogi ad renunciandum.

123 Renunciat ob malitiam plebis, quotiès nullus de populo proficeret.

124 Persecutio quædam extrinseca, quædam intrinseca.

125 Intrinseca persecutio, quæ.

126 Extrinseca persecutio, quæ.

127 Quando omnes sunt mali, potest Episcopus deserere episcopatum.

Digitized by Google

128 *Quotiès sunt boni & mali, episcopus non potest deserere episcopatum.*
129 *Moius bonum est præferendum.*
130 *Episcopus non potest deserere Episcopatum propter personale periculum.*
131 *Quis sit mercenarius.*
132 *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.*
133 *Aduersitas est probatio virtutis.*
134 *Aduersitas est medicamentum vitiorum.*
135 *Si subditorum salus non exigit præsentiam pastoris, potest pastor deserere gregem.*
136 *Propter scandalum, non potest Episcopus se absentare.*
137 *Episcopus potest deserere Ecclesiam ob periculum, quoties præsentia nullam affert vtilitatem populo.*
138 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
139 *Episcopus & clerus, non possunt deserere Ecclesiam ob persecutionem.*
140 *Limita nisi laici non vellent defendere.*
141 *Episcopus, clerus & populus non debent deserere patriam, ob persecutionem, & nu. 148.*
142 *Patria est defendenda.*
143 *Quis tenetur tueri mores patriæ.*
144 *Quisque laudat patriam.*
145 *Nobilitas locis confert.*
146 *Talis præsumitur, qualis patria.*
147 *Patria cuilibet dulcissima est.*
148 *Potest deseri patria, cum non adest spes illam defendendi.*
149 *Fides non debet dimitti.*
150 *Clerici non debent eyci.*
151 *Episcopus debet se opponere, quando fit persecutio contra bona ecclesiastica.*
152 *Bona sunt necessaria clericis.*
153 *Episcopus potest deserere ecclesiam, ob graue scandalum.*
154 *Prælatus debet appetere æternam salutem.*
155 *Scandalum est vitandum.*
156 *Factum prælatorum de facili trahitur in exemplum.*
157 *Prælati positi sunt, tanquam signum ad sagittam.*
158 *Prælati plus peccant exemplo, quàm culpa.*
159 *Subditorum errore prælatis imputantur.*
160 *Negligentia nouerca eruditionis.*
161 *Episcopus potest cogi renunciare ob scandalum.*
162 *Episcopus inuitus transfertur ratione scandali.*
163 *Beneficio quis priuatur ratione scandali.*
164 *Cum causa quis cogitur renunciare.*
165 *Ius relaxatur ob bonum pacis.*
166 *Vt vitentur scandala, multa permittuntur.*
167 *Scandalum inducit iustam causam dispensandi.*
168 *Propter scandalum potest resisti Papæ.*
169 *Papa an possit cogi ad renunciandum Pontificatui ratione scandali.*
170 *Episcopus censetur irregularis ob scandalum.*
171 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*
172 *Scandalum quid sit.*
173 *Scandalum triplex, vitæ, iustitiæ, & doctrinæ.*
174 *Quid scandalum vitæ.*
175 *Scandalum non debet vitari, quotiès non potest fieri, sine peccato.*
176 *Episcopo renuncianti ob scandalum, danda est recompensa.*
177 *Episcopus potest renunciare ob irregularitatem.*
178 *Irregularitas, quæ.*
179 *Episcopus ob irregularitatem potest cogi renunciare.*
180 *Irregulari non potest conferri beneficium.*
181 *Collatio facta irregulari non valet.*
182 *Irregularitas superueniens, non inducit priuationem beneficij ipso iure.*
183 *Irregularis potest priuari.*
184 *Homicida est irregularis, & potest priuari.*
185 *Notorius facinorosus est irregularis.*
186 *Bigamus est irregularis.*
187 *Bigamus triplex.*
188 *Bigamus dicitur, contrahens secundas nuptias.*
189 *Bigamus dicitur accipiens viduam in vxorem.*
190 *Bigamus dicitur ordinatus accipiens vxorem.*
191 *Bigamus qui habuit corruptam.*
192 *Bigamus non est admittendus ad ordines, & beneficia.*
193 *Episcopus bigamus potest cogi renunciare.*
194 *Religionis professio, non tollit bigamiam.*
195 *Ingressus religionis non tollit irregularitatem.*
196 *Episcopus non potest super bigamiam dispensare.*
197 *Papa dispensat super Bigamia.*
198 *Irregularitas est de iure positiua.*
199 *Ioanni de Lignano nocuit bigamia.*
200 *Non omnis irregularitas præbet causam dispensandi.*
201 *Quot modis fiat aliquis irregularis.*
202 *Inclusio vnius, est exclusio alterius.*
203 *Episcopus potest renunciare ex aliis causis præter seu relatas in c. nisi de renun.*
204 *Ex causa receditur à regulis iuris.*
205 *Sequentia declarant præcedentia.*
206 *Quotiès casus exclusus includitur alia via, vnius exclusio, non est alterius inclusio.*
207 *Vnius inclusio non est alterius exclusio, quotiès aliqui casus exprimuntur ob maiorem frequentiam.*
208 *Quæ alia causa sit sufficiens, vt episcopus possit renunciare remittitur arbitrio iudicis.*
209 *Arbitrio iudicis remittitur quæ sit iusta causa litigandi.*
210 *Tria requiruntur, vt causa sit iusta.*
211 *Episcopus non potest renunciare ratione otij.*
212 *Otium est malum.*
213 *Christianus non debet stare otiosus.*
214 *Nullum ens est otiosum.*
215 *Episcopus renuncians ob otium peccat.*
216 *Episcopus non potest renunciare ob laborem.*
217 *Labor res laudabilis est.*
218 *Labor est gloriæ pater.*
219 *Lex Draconis atiosos capite plectebat.*
220 *Alendus tenetur operas præstare.*
221 *Militia non est fugienda.*
222 *Præmium datur laboranti.*
223 *Qui non laborat, non manducat.*
224 *Resignans episcopatum ob labores peccat.*
225 *Diu laborans, eget requie.*
226 *Veteranis militibus datur immunitas.*
227 *Episcopus non potest cedere ratione inspirationis, vel humilitatis.*
228 *Humilitas quæ non probatur, est nulla.*
229 *Humilitas commendatur in ministris Dei.*
230 *Humilitas est præcipua virtus.*
231 *Humilitas quid, & eius gradus.*
232 *Humilitatis meritum.*
233 *Episcopus non potest renunciare, vt ingrediatur monasterium.*
234 *Status episcopalis perfectior est statu monachorum.*
235 *Episcopus tenetur visitare suam Diœcesim.*
236 *Episcopus est nomen oneris.*
237 *Episcopus debet docere.*
238 *Vita Monachorum non est docendi.*
239 *Non est licitum ex statu perfecto, ad minus perfectum transire.*
240 *Episcopus potest fieri monachus, cum non potest proficere ecclesiæ.*
241 *Episcopus potest fieri Monachus ob delictum.*
242 *Episcopus factus Monachus, non potest redire ad episcopatum.*
243 *Episcopus rediens ad monasterium, à quo exiuit, ibi non potest habere dignitates.*
244 *Episcopus potest cedere ob intemperiem aëris.*

245 *Propter intemperiem aeris, sit transitus de loco ad locum.*
246 *Aeris intemperies est iusta causa non morandi in aliquo loco.*
247 *Aeris intemperies excusat à residentia.*
248 *Aeris intemperies excusat à periurio.*
249 *Aeris intemperies excusat citatum.*
250 *Aeris intemperies excusat à cursu præscriptionis.*
251 *Pestis est iustissima causa absentiæ.*
252 *Fundus ratione boni aeris plus æstimatur.*
253 *Episcopus potest renunciare ob inimicitiam.*
254 *Opinio vltimo loco posita videtur firmata.*
255 *Inimicitia est iusta causa non manendi in aliquo loco.*
256 *Inimicitia capitalis excusat à residentia.*
257 *Inimicitia excusat citatum.*
258 *Inimicitia capitalis, quæ remittitur arbitrio iudicis.*
259 *Inimicitia non præsumitur.*
260 *Inimicitia est contra ius naturale.*
261 *Inimicitia probatur per coniecturas.*
262 *Modi probandi inimicitiam.*
263 *Episcopus potest sedere, si non potest ad episcopatum accedere sine mortis periculo.*
264 *Episcopus potest renunciare, quando premitur tyrannorum tyrannide.*
265 *Inimicitia potentiorum præbet iustam causam absentiæ.*
266 *Episcopus potest renunciare, si non tenet episcopatum iusta conscientia.*

Tertiò, quæro, quæ causæ requirantur in renun-
1 ciatione Archiepiscopatus & Episcopatus? Plu-
res esse causas legimus † in cap. nisi de renunc.
vbi Alexander III. scribens Archiepiscopo Calutitano
inquit. Intueri te itaque volumus, quod hæc sunt illa,
per quæ cedendi episcopus licentiam potest postulare,
conscientia criminis, debilitas corporis, defectus
scientiæ, malitia plebis, graue scandalum, irregulari-
tasque personæ, &c. & ibi tradunt Innoc. Anton. de
Butr. Hostiens. num. 3. Abb. & alij communiter, hinc
prodière vers. Debilis, ignarus, male conscius, irregu-
laris, Quem mala plebs odit, dans scandala cedere
possit, & has esse sufficientes causas tradunt DD. in
citat. capitu. & Hostien. in summa tit. de renunc. sub
num. 8. Redoan. in tracta. de simon. par. 2. cap. 13.
nume. 11. Fusc. in tract. de visit. par. 2. c. 28. num. 2.
Imo quod est plus, ex causis prædictis positis in d.
2 cap. nisi. Episcopus † potest cogi ad resignandum Epis-
copatum, vt ex illo tex. ibi colligit Hostiens. qui hoc
expresse vult sub nu. 3. & nu. 14. vbi dicit quod ver-
bum *potest*, interpretatur idest debet. Idque communi-
ter receptum esse videmus, namque Papa potest ex
3 causa cogere † Episcopum ad renunciandum. Abb. in
cap. ad supplicationem. nu. 8. de renuncia. vbi allegat
glo. in can. per principalem 9. q. 3. Card. Iac. in tract.
4 de conc. libr. 9. art. 3. num. 25. † vbi declarat dictum
Inn. communiter receptum in cap. licet. de præb.
(quod non cogitur quis renunciare) vt non procedat,
causa existente: causa enim facit recedere a regulis
iur. vulg. l. si hominem. ff. mand.
5 Idque notandum † est, nam Episcopi renunciatio,
non est de facili admittenda, & ideo difficilis reputa-
tur, vt scriptum reliquit Hostien. in summ. de renun-
ciatio. sub num. 8. verbo cui, sequitur Maiol. in tract.
de irregulari. libro 3. capitul. 6. numer. 5. & facit text.
in can. quamuis. 7. q. 1.
6 Et hoc ob matrimonium † quod inter Ecclesiam, &
Episcopum contrahitur. cap. 2. de translat. prælat.
Et quia Episcopalis cura non debet auferri, ne Epis-
copus postea vilescat sub priuata fide, cap. ad supplica
7 tionem. de renunc. nam ad Episcopatum renunciatum †
difficilis est reditus. can. hoc nequaquam, can. quam
periculosum. & can. sicut. 7. q. 1.
Et ne ex mutatione personæ, Ecclesia detrimentum
patiatur, iuxtà ea quæ habentur in cap. 1. de renun. in
vers. sexto. & in vers. monemus.
Et quia nimis breuiter de his causis locuti fuimus,
ideo non erit inutile de illis sigillatim aliqua scribere.
Prima causa, ex qua Episcopus potest & cogitur re-
nunciare, est conscientia criminis, idque accidit, quan-
do Episcopus committit crimen † quod post peractam 8
pœnitentiam impedit ordinis executionem vt voluit
gl. in d. cap. nisi cum pridem. in fi. Abb. nu. 3. Hostien.
& alij DD. omnes. Præpositus in can. hoc nequaquam.
nu. 2. 7. q. 1. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. ver. respon-
deo. Gig. in tract. de residen. Episc. c. 17. num. 12. Re-
doan. & Fusc. locis citatis.
Et probatur in d. cap. nisi. vers. Propter conscien-
tiam enim criminis, cedendi potest licentia postulari,
& forsitan non cuiuslibet, sed duntaxat illius, propter
quod ipsius officij executio, post peractam pœniten-
tiam impeditur, &c. Et sic non omnia delicta, sed ea
quæ post peractam pœnitentiam impediunt executio-
nem ordinis, vt dicitur in d. cap. nisi. vbi Host. num 9.
verbo, impeditur. Inno. nu. 2. & 3. gl. in verbo, sed
duntaxat. vers. quæ ergo. Abb. num. 7. Spec. de dispens.
§. iuxta. versi. sunt quoque Archid. in can. de his vero.
dist. 50. Abb. in cap. post translationem. col. 2. ver. nota.
de tempor. ord. & in cap. fi. de cleric. excom. Siluest.
in verb. irregularitas q. 14. & ratio ponitur in d. cap.
nisi. vers. propter. ibi, cum si omnes, quos arguit con-
scientia cuiuslibet culpæ, cederent, pauci vel nulli in
illo ministerio remanerent, &c. Nullus enim † est sine 9
peccato. can. fraternitatis. 34. dist. §. nunc autem. dist.
25. cap. pen. de præb. & dicimus, Septies in die pec-
cat iustus: & ideo Apostolus cum eligit ordinandos,
non dicit: *Si quis sine peccato, &c.* nam nullus ordi-
naretur. can. Apostolus. dist. 81. Hinc clericus non est † 10
deponendus, nisi propter graue crimen, vt est commu-
nis opinio, teste Iul. Clar. libro quinto. recept. sen-
tent. §. vltim. quæst. 74. versi, regulariter, qualia sunt † 11
simonia, can. erga simoniacos. 1. quæstio. 1. cap. tanta.
de simon. extrauagan. cum detestabile. eodem titu.
const. Pij V. incipit, cum primum Apostolatus. Conc.
Triden. capitul. 4. sess. 14. Boer. decis. 117. D. Thom.
2. 2. quæstio. 185. art. homicidium, cap. minor. distinct.
50. cap. vlt. de tempor. ord. cap. vlt. de cler. pugn. in
due. Aufret. decis. 207. D. Thom. d. 22. q. 185. art. 4.
Hæresis cap. nos inter. de purga. canon. & toto titu.
de hæret. Assassinium. cap. vnico. de hæret. lib. 6. Schis-
ma, cap. 1. de schismati.
Falsum in litteris Apostolicis, cap. ad falsariorum
de falsis, & omne crimen quod ipso iure irrogat infa-
miam: c. infames. §. porro: 3. q. 7. & omne crimen
graue notorium. cap. vlt. de temp. ord.
Quæ omnia alias extendi in repetitione cap. at si
clerici. de iudi. cum publicè illud capitulum in Vrbe
interpretarer, & hic omitto, quia Summistæ omnes
hoc explicant, ac tractantes de irregularitate.
Vnde in criminibus † in quibus potest pœnitere 12
Episcopus remanendo in officio suo, non tenetur pe-
tere cessionem argum. cap. vlt. de temp. ord. cap. vlt.
de simon. can. ferrum. dist. 50. traduot Hostiens. d.
cap. nisi. num. 10. glos. magna in fin. & colligitur ex
verbis dicti capituli.
Secunda causa ex qua Episcopus potest renunciare † 13
est corporis debilitas, vt dicitur in d. cap. nisi. in vers.
alia vero causa est debilitas corporis, & ibi communi-
ter hoc notant Abb. Ant. de Butr. Hostien. & cæteri, nec
omnis debilitas præbet iustam causam, sed ea dunta-
xat, † quæ ex infirmitate, aut senectute procedit, vt 14
dicitur in d. cap. nisi, ver. alia, ibi, *quæ vel ex infirmi-
tate, vel ex senectute procedit.*
Ex quibus verbis duæ colliguntur conclusiones, qua-
rum prima est infirmitatem † corporis esse iustam cau- 15
sam cedendi. vt ibi glos. in versic. impotens. Hostiens.
numer. 13. Abb. num. 9. & communiter DD. hoc tra-
dunt, Præposi. in can. nequaquam. nu. 2. 7. quæstio. 1.
vbi Turrecrem. & alij, D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 4.

Digitized by Google

versicul. responde. Gig. de residen. Episco. cap. 17. numer. 12. in fine. Rebuff. in praxi de resign. expres. numer. 2. & facit tex. in can. quamuis triste. versicu. & ideo. 7. quæst. 1.

16 Quia infirmitas † est habitus cuiuscunque corporis
contra naturam. vt tradit Host. in sum. de cler. ægrot.
17 num. 1. & infirmus dicitur qui † morbo aliquo, ex
humorum excessu causato, laborat. Sarn. de infir. resign. quæst. 7. Ripa, de peste. in prin. Doct. in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest. in toto corpore prout accidit in febre, in parte, vt est cæcitas, vel pedum, aut manuum debilitas. l. 1. §. sciendum. ff. de ædil. edic. Gell. libr. 4. noct. attic. cap. 2. Menoch. de arbitr. iud. cas. 60. nu. 17. ideo dubitari contingit, de qua infirmitate loquatur text. in d. cap. nisi. Ad quod respondendum est. Non omnem infirmitatem iustam
18 præbere causam resignandi, sed illam ex qua † Episcopus impotens redderetur ad exequendum officium suum, vt tradit Hostien. nu. 13. glos. in verbo. impotens. in d. cap. nisi, per illum tex. illis verbis: Nec tamen omnes, sed illa solummodò per quam impotens redditur ad exequendum officium pastorale. Dat rationem, nam si pro qualibet corporali debilitate susceptæ seruitutis officium posset deseri, frustra se fateretur Apostolus suis infirmitatibus gloriari. Et communiter
19 DD. ponentes exemplum in morbo sontico, nam † talis morbus vnicuique rei agendæ impedimento est. l. quæsitum. ff. de re iudic. l. morbus. de verborum significat.

Idem pariter dicendum, si lepra laborat. cap. de
20 rectoribus. de cler. ægro. cum ibi not. ideo † leproso datur coadiutor. Alb. in verb. vitiatus. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 18. col. 3.

Idemque erit, si effectus fuisset cæcus: nam tunc
21 non posset exequi munus † pastorale, vt omnibus patet. & ob id cæcus non potest † esse curator. l. lumini-
22 bus. C. qui dar. tut. poss. Neque tutut. l. monachos l. frater. C. de admin. tut. Et excusatur à tutela subsecuta. l. 1. §. 1. ff. de tut. Aldobran. in §. interdum, num.
23 21. de curat. † ac excusatur à muneribus personalibus. Abbas in cap. licet. nu. 4. de censi. Guid. Papæ decis.
24 100. nu. 1. Et tandem † cæcus non potest esse iudex, neque arbiter. Blanch. de compromiss. q. 2. num. 3.

Idque etiam procedit, si fuisset effectus surdus, aut
25 mutus: namque muti † & surdi non possunt esse exe-
26 cutores testamenti. Car. in clem. 1. de testam. Non † possunt contrahere matrimonium. Abb. in cap. cum apud. nu. 6. de spons. Barb. consi. 59. nu. 50. lib. 2. Card. Paris. cons. 63. nu. 4. vol. 4.

Vel si esset debilis alia infirmitate, quæ illius muneris executionem impediret, iuxta ea quæ ponit Iason in l. 1. nu. 83. Purpurat. nu. 540. Riminal. nu. 26. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. Gasp. Valach. in l. imperium. nu. 14. ff. de iurisd. om. iud. Fely. in cap. si pro debilitate. de officio deleg. vbi latè plura cumulaui, cum illud capitulum interpretarer.

Et ratio est, quia huiusmodi infirmitates, cum ma-
27 gnæ sint; æquiparantur † morti. vt tradunt moderni, Flor. in tract. mors omnia soluit, part. 1. num. 132. Et
28 factum illo tempore præsumitur † dispositum causa mortis. Ant. de Butr. in cap. 2. de consuet. glo. in l. 1.
29 C. de fals. caus. & excusant † a muneribus personalibus. Ias. in l. age. num. 2. C. de transact. Orian. in cap.
30 quoniam contra. nu. 132. de probat. & citati † non tenentur comparere, can. si ægrotans 5. qu. 3. can. si Episcopus. distinc. 18. etiam coram arbitro. Card. Paris. cons. 102. num. 13. volum. 4. Etiam in causa cri-
31 minali. Gratus cons. 98. num. 2. libr. 2. Et excusant a † contumacia, Negusan. cons. 51. nu. 15.

Et tandem quæ infirmitas sit sufficiens quæ præbeat Episcopis iustam causam renunciandi, & ex qua pos-
32 sint cogi, remittitur arbitrio iudicis. † vt in terminis egregiè scriptum reliquit Bal. in dict. can. nisi. ver. sed nunquid.

33 Ita † & quæ infirmitas excuset, relinquitur arbitrio iudicis. vt in terminis egregiè scriptum est per eundem Bald. in Auth. sed si quis. n. 15. C. de testam. Soci. Sen. cons. 244. lib. 2. Marsi. in l. quæstionis. nu. 19. ff. de quæstion. moderni Florent. in tract. de fortuit. casib. p. 2. q. 6. num. 5. Luc. de Penn. in l. vinca. col. 2. C. de men. valid. lib. 11. cum alijs, vt per Menoc. de arbit. iud. cas. 60. Alfons. Hoied. de incomp. benef. p. 1. c. 17. nu. 16. & Menoch. dat exemplum, quando malo corporis habitu & affectu frequenter ægrotat. Geminian. in cap. 1. de cler. ægrota. lib. 6. Maria. Soc. sen. in cap. quoniam frequenter. col. 4. versi. frequenter, vt lite contestata. Etiam si infirmitas ex peccato procedat. cap. cum infirmitas de pœnis. Hostiens. dict. cap. nisi. sub nu. 13. dummodo pateat,
inquit Hostiens. nam infirmitas † est probanda vel 34
ostendenda. vt voluit Bertrand. cons. 164. n. 2. li. 8. & cons. 16. n. 5. lib. 6. Rebuff. in praxi de infir. resig. gl.
2. num. 4. Barb. cons. 31. num. 14. lib. 3. Ex aspectu. † 35
vt tradit Barb. loco citato, Abb. in cap. tenor. nu. 2.
de re iud. Vel per † medicos, vt voluit Bar. in l. contu- 36
maciam. §. pœnam. ff. de re iud. & in l. 1. ff. de ventre
inspiciendo. Ac per † iuramentum ipsius. Card. in Cle- 37
men. sicut, q. 3. de appellat. Et per † familiares. Barto. 38
in l. quæsitum. ff. de re iudicata. Et testes domesticos. Card. Alexandrin. in cap. placuit. 18. distinct. Henric. Boe. de Sinod. Episcop. p. 2. nu. 59. & de his omnibus tradit Mascard. de probationibus concl. 896. vol. 2. vbi etiam post alios nu. 2. dicit, quòd infirmitas in du-
bio præsumitur longum † impedimentum. Dec. in cap. 39
prudentia, sub nu. 45. de officio deleg. Purpurat. in l. 1. nu. 539. ff. de offic. eius. Card. in cap. cum inter canonicos, de electione.

Et alias vidi dubitare an podagra præbeat iustam causam. Bal. in dict. cap. nisi. num. 3. versic. sed nunquid, proponit hanc quæstionem, & illam non resoluit,
sed remittit arbitrio iudicis, aliqui dicebant † quòd 40
sic, quià podagra impedit officium membrorum, & per consequens ille redditur debilitatus. Bart. in l. 2. in fin. de pub. iud. Bald. in l. 3. in fin. C. de seru. fug. vbi Dec. num. 3.

Mihi tamen † contraria sententia videtur vera, quia 41
quamuis podagrosus non teneatur ad corporalia mu-
nera, tamen ad patrimonialia tenetur, † & consilio 42
potest operi ferre. l. vlt. cum ibi not. C. qui morb. lib. 10. Petr. Antib. de munerib. §. 2. de prima diuisione munerum. nu. 31. Iulius Ferretus de gabel. & collectis num. 499. Egid. Thomatus de collectis. verb. pauperes nu. 6. Accedit, quia si hæc esset iusta causa cedendi, pauci remanerent in Episcopatu, namque multi ex Episcopis sunt podagrosi. Idque comprobatur, quia
podagra † non præbet impedimentum perpetuum, vt 43
sunt infirmitates de quibus supra fecimus mentionem, Alex. in l. furiosum. sub. nu. 3. C. qui test. facer. poss. Abb. in cap. cum inter canonicos. nu. 7. de elect. Sarn. de infirm. resignan. qu. 9. nu. 5. in fin.

Inficiari tamen minimè potest, quin remittendum sit totum negotium arbitrio summi Pontificis, etiam in hoc capite, vt scripsit Bald. loco citato.

Non omittam id, quod signanter scriptum reliquit
Inno. in dict. c. nisi. n. 4. † quod infirmi non sunt co- 44
gendi ad resignandum Episcopatum, etiamsi illa infirmitas redderet eum inhabilem circa spiritualia, siue temporalia. nam tex. loquitur de cedere volente, non tamen arctat nolentem. & hanc opinionem sequitur Abb. in dict. cap. nisi. nu. 9. & communiter est receptum in praxi, cum limitatione tamen, nisi aliud Papæ
videbitur, qui in his beneficialibus † liberam habet & 45
absolutam potestatem. Sarn. de liter. grat. in principio, & communiter DD. aliàs allegaui.

Secunda conclusio † senectutem præbere iustam 45
causam cedendi Episcopatum. gloss. in d. cap. nisi, Hostiens. nu. 3. Abb. sub nu. 8. & communiter DD tenent, Abb. & Hostiens. cap. 1. de renunc. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. vers. respondeo, Oldrad. cons. 324. Præposit. in can. hoc nequaquam nu. 2. 7. q. 1. Gig. de

resid.

Digitized by Google

resid. Episcop.c.17. num. 12. Paul. Rom de pens.c.8.
num. 27. & alij DD.in superiore conclusione citati.

Primo probatur in d.cap.nisi.vers.alia.ibi,quæ vel ex
infirmitate , aut senectute procedit. ergo senectus in-
ducit iustam causam.

Secundo probatur in can. petisti.7. quæst.1. vbi Za-
charias Papa concedit Bonifacio Maguntino Archie-
piscopo licentiam eligendi Archiepiscopum stante se-
nectute & corporis imbecillitate, & ibi DD. hoc no-
tant.

47 Tertiò comprobatur † ratione , quia infirmitas , &
senectus a pari procedunt, Card. Paris. cons.29. nu. 68:
vol. 2.nam senectus numeratur inter species infirmita-
tis. Abb. in cap. magnæ. num. 8. de vot. Ipsa enim se-
48 nectus † dicitur morbus. Archid. in can. tanta. n.5.dist.
86. Abb. in cap. quamuis. nu. 2. de sent. excom. Card.
49 Paris. cons. 67. n. 63.vol.3. Hinc senectus † dicitur de-
fectus habens in se labores & dolores. Guil. Romll. de
iust. & iur. ca. 14.nu.1.Et multa senibus ob hanc causam
50 dari priuilegia tradit , illaque enumerat † Capoll. in
tract. de Imperat. in verbo Bartholomæus per totum.

Declara tamen hanc conclusionem procedere in se-
51 nectute quæ redderet †Episcopum inhabilem ad execu-
tionem & administrationem Episcopatus, vt dicitur
in dicto cap. nisi. ibi, nec tamen. omnis, sed illa solum-
modo, per quam impotens redditur ad exequendum of-
ficium pastorale. &c. & ibi Hostiens. Abb. & omnes
tradunt.

Alia autem senectus , quæ non impediret in totum
exequutionem officij pastoralis , non præbet iustam
causam. quod satis probatur in allegatis verbis positis
in d. can. nisi.& in verbis sequentibus ibi , cum inter-
dum non plus hortetur senilis debilitas aliquem cede-
re , quàm moralis maturitas, quæ in senibus esse solet ,
ipsum suadet in suo officio permanere:pro talibus enim
de se dicit Apostolus, cum infirmor, tunc fortior sum ,
quia nonnunquam corporis infirmitas fortitudinem cor-
dis augmentat, &c.

Idque etiam probatur in cap.1. de renun.vbi ab Ale.
iij. summ. Pont. denegatur licentia cedendi Episcopo
Londonen. propter senectutem. vt patet ibi, maxime
quia in se viget vigor deuotionis, & fidei etiam corpo-
re senescente non deficit,&c.& ibi Hostiens.ideo Abb.
52 in 1. notab. sub. nu. 1. dicit quod si senex † est vtilis &
& necessarius Ecclesiæ, & adest periculum in mutatio-
ne , senectus non est sufficiens causa cedendi. Si autem
senectus reddit penitus inhabilem ad regimen Episco-
pale , est sufficiens causa. & ita etiam declarat Anton.
de Butr. ibidem 1. notabi. sub. numer.7. & communiter
53 DD. sequuntur. Quoties enim senex est † inhabilis ,
54 tunc habetur pro infirmo : & regula loquens † de infir-
mo habet locum in sene. Menoch. de arbit. iud.; cas.60.
num. 10. Alfons. Hoied. in tract. de incompar.benef.p.
1. c. 17.nu. 17. vbi conciliat opiniones contrarias. Et
55 tunc ei dandus est coadiutor. † cap. ex parte de cler.
ægrot.& ibi not.Io.And. Abb. Imo.& communiter DD.
Oldrad. consil. 44. Redoan. de simon.p. 2. c. 13.nu.27.
Caputaq. decis. 168. lib. 1. & 170. in manuscr.& decis.
311. p. 1.in impress.vbi refert fuisse decisum in Rota die
28.Maij 1552.in vna Tolet.sufficere ætatem 60.annorum
cum infirmitate,vel 70.annorum sine infirmitate ad ob-
tinendam coadiutoriam.

Quæ autem dicatur huiusmodi senectus , quæ reddit
56 inhabilem ad regimen † Episcopatus , remittendum
erit arbitrio iudicis, siue summi Pontificis Barb. cons.
21. col. pen. & consil.80. in fin. lib. 2.& cons. 22.col.3.
lib.3. & cons. 45. col. pen. lib. 4. Io. And. in cap. quo-
niam frequenter, vt lit. contest. cum alijs adductis per
Alfons.Hoied.tract.de incomp benef. par.1.c.17. num.
18.per Menoch. de arb. iud. cas. 53.nu. 3. Mascard. de
probat. conclus. 1295.num.8. & communiter DD.

Regulariter enim cæteris paribus magis crescit
57 deuotio in sene quam in iuuene , † & plus potest pro-
ficere senex. ita Abb. in d. cap. 1. in notab. 6. de re-
nunt.

Et senes † regulariter plus sapiunt : & ideo vocantur 58
fortiores in d. cap. 2. nisi. in verbis citatis , quo fit , vt
seniores, iura † nostra plurimum deferant. vt habetur 59
in 20. dist. can. domino sancto, vbi Archid. dist.50.cap.
quamuis de sent. excomm. can. fraternitatis distin. 24.
cum alijs vt latissimè per Tiraquellum in præfat. de iur.
primogen.

Namque senes præsumuntur † prudentiores iuueni- 60
bus & virtutibus excellentiores : vt pote qui vsu rerum
docti prudentiam sibi comparare potuerunt. l.si vt cer-
tum. §. custodiam.& ibi gloss. ff. commod. §. cogitan-
dum. authent. de monach. Bald. in cap. cum in iuuentu-
te. de præsumpt. Archidiaco. in can. diffinimus. 18. q.
2. Luc. de Pen. in l. 1. C. de consuli. lib. 10. Imol. &
Alexand. in l. Gallus. in princ. ff. de libe. & posth. Fe-
lin. in rubr. de maio. & obed. colum , 1. hinc dicebat
Aristoteles vires pollere in iuuenibus , prudentiam in
senibus. prout refert Bald. in repet. l. 1. col. 4. versic.
sed robustus. C. vnde vi. Hinc dicitur in can. sciendum.
26. q. 4. quòd seniores eò plus habent experientiæ &
vsus. Ideo † senum maior est auctoritas. §. illud. etiam 61
in principio. auth de appellat.& intra quæ tẽpora & ibi
gl. in verbo. auctoritatis. can. domino sancto. dist. 50.
Et in dicendis † sententijs præferuntur. l.1.§. in senten- 62
tijs. ff. de alb. scrib. l. 2. C. de præfect. prat. lib. 12.gl.
in l. 1. verb. anteire. C. de consulib. eod. lib. 12.Innoc.
& Abb. in cap. 1. de maior. & obed. Rom. sing. 81 Ias.
in l. cum quid. in secunda lectura. col.vlt ff. si cert.pet.
Ac cæteris sunt honoratiores.l. semper ff.de vir.immu-
nit. cum alijs quæ more solito latissimè deducit
Tiraq. in præfa. de iure primog. à numero. 79. vsque
ad 150.

Immo qui dicit iuuenem aliquem esse prudentiorem
sene, per 15. testes † id probare debebit , l. vnicuique 63
C. de prox. sacr. scrin. quem text. ad hoc singularem di
xit Rom. in l. si vern. §. de viro. fall. 53.vers. 4. proba-
tur. Alex. in l. cum quid. col. 2.ff. si cert. pet.cum
alijs , vt per Mascard. de probat. concl. 1295. nume-
ro 3.

Vnde ex his crederem † propter senectutem non es- 64
se passim concedendam licentiam, nisi aliud videbitur
summo Pontifici, quandoquidem videmus senes decre-
pitos habiles in regimine Episcopatus: inter alios enim
nostris temporibus frater † Gaspar de Fosso Consentin. 65
ord. sancti Francisci de Paula, Archiepiscopus Reginen-
sis 93. annum agit, & prudenter omnia quæ incumbunt
officio pastorali exercet, ac semper fuit reputatus do-
ctissimus, & prudentissimus, & est memoriæ profundis-
simæ , vt ex pluribus mihi compertum est.

Declara secundò, vt senes † etiam decrepiti, non sint 66
cogendi ad resignandum Episcopatum. ita Innoc. in d.
cap. nisi. num. 4. sequitur Abb. num. 9. in fi. & commu-
niter DD. hoc volunt, & probatur ex supradictis. Quod
intelligendum est, nisi aliud voluerit ac placuerit Papæ,
propter supremam eius auctoritatem, in his beneficia li-
bus, vt tradunt DD. allegati per Staphil. de literis gra-
tiæ in exordio.& scripsi alias latè.

Tertia causa est defectus † scientiæ, vt tradunt In- 67
noc. in d. cap. nisi num. 4. vers. defectus. Hostiens. nu.
14. Glos. Ant. de Butr. Abb. num. 10. & alij DD. omnes
de renuncia. Hostiens. in summ. tit. de renunc. sub nu.8.
Ant. de Butr. Abb. in cap. 1. notab. 1. de renunc. D.
Thom. 2. 2. q. 1. 185. art. 4. vers. respondeo, Præposit.
in cap. hoc nequaquam. num. 2.7. q. 1. Gig. de resid.
Episcop. cap. 17. num. 13. Rebuff. in praxi. de expr. resi-
gnat. in principio , Fusc. de visit. p. 2. c. 28. nu. 4. &
communiter DD.

Probatur in d. cap. nisi. ibi, pro defectu quoque
scientiæ plerumque potest quis petere cessionem, &c.
dat rationem, quia cum ipsa circa spiritualium admi-
nistrationem sit potissimum necessaria, & circa curam
temporalium opportuna, præsul, qui commissam sibi
debet Ecclesiam regere, in vtrisque salubriter ei renun-
ciat. si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. Tu enim
(inquit dominus) scientiam repulisti, & ego repellam

Q

te, ne sacerdotio fungaris mihi, &c. Idemque traditur
circa scientiam requisitam in can. Petrus. dist. 39. in
cap. io causis. §. vlt. de elect. cap. excommunicamus.
§. adijcimus. de haret. can. præcipimus. 12. q. 2. can.
regenda. 10. q. 1. sequitur esse concedendam licentiam
renunciandi propter defectum scientiæ, ne Ecclesia pa-
tiatur detrimentum in spiritualibus, & temporalibus,
68 cum ignorantia sit mater cunctorum † malorum. can.
ignorantia. dist. 38. & ideo Deo dicatis est vitanda,
Dec. in cap. cum in cunctis. sub n. 11. in fi. de elect. nul-
69 lus enim in Ecclesia Dei † debet esse illiteratus. Rebuff.
in cap. postulastis n. 180. de cleric. excomm. minist.
bald. in cap. congregato. col. vlt. de elect.

70 Illiterati † enim æquiparantur cæcis. cap. post trans-
lationem, §. item si quis. de renunc. Rebuff. in tract. de
71 pacif. possess. num. 261. Ac † animalibus. can. vlt.
dist. 49. Et corpore diminutis. Barb. de præstat. Car. q.
72 10. num. 22. Et mortuis. † Rebuff. de priuil. scholar.
priuil. 27. nu. 2. dicens hanc esse differentiam inter illi-
teratos, & literatos: sicut inter mortuum & viuum: &
73 ob id illiterati † non possunt ordinari. cap. vlt. de tem-
po. ord. libr. 6. dist. 36. 37. & 38. Innoc. in cap. cum in
cunctis. de elect. vbi Hostiens. num. 13. Dec. etiam nu.
74 13, & licet recipiant characterem † si ordinantur, vt
voluit Steph. Caiet. in cap. ad limina. §. 3. num. 80. 30.
quæst. 1. Gul. de Laud. in clem. cum Ecclesiæ num. 2.
de ætat. & qualit. tamen monstrum, & opprobrium in
Ecclesia Dei reputabitur, Gamb. de auct. legat. a lat.
lib. 5. num. 147. & ob id sunt incapaces beneficiorum.
75 † can. illiteratos. dist. 36. can. pœnitentes. dist. 55. Re-
buff. in tract. de pacif. poss. num. 261. Alsons. Hoied. in
tract. de incomp. benef. p. 1. ca. 24. nu. 28. Archid. in
76 can. si qui. nu. 1. q. 7. & collatio ei facta † est nulla ipso
iure. Innoc. in cap. cum nostris. de concess. præb. vbi
Abb. Fel. in cap. per tuas. nu 1. de simon. & hac ratio-
77 ne illiterati sunt exosi magis † quam homicidæ. Inn. in
d. cap. cum nostris, Dec. in cap. sciscitatus. de rescr. &
in cap. prudentiam. in principio, eod. tit. & in cap.
in cunctis. nu. 4. de elect. Thom. Actius de ludo schac-
cor. q. 8. n. 29. Cornel. Benincas. in tract. de pauper. q.
4. nu. 15. Ioan. Ant. Niger in extrau. vnica. num. 373.
78 de vita & honest. cler. &ècontrario † Ecclesia fauet li-
teratis. cap. de multa. vbi Abb. col. 2. de præb. & com-
79 muniter DD. namque literati † illuminant mundum.
Bonus de Cur. de nobilita. 3. par. num. 15. Accedat ad
comprobationem, quia satis ignominiosum est, vt Epis-
80 copus quærat ab alijs edoceri, † cum ipse debeat om-
nes docere. §. damus. auth. de sanct. Episc. cap. conue-
nientibus. 1. q. 7. c. vilissimus. 1. q. 1. gl. in cap. vlt.
81 verb. defectum. de ætat. & qualit. vnde quamuis † igno-
rantia prouenens ex defectu non sit peccatum, sed pœ-
82 na peccati. 15. q. 1. §. 1. tamen quando peruenit † ex
negligentia, est peccatum, vt in ijs qui negligunt ea
quæ ad eorum officium spectant. cap. 1. & 2. dist. 38.
Inn. in d. cap. nisi. nu. 4. Hostiens. num. 14. 11. q. 10. &
communiter DD.

Amplia vt propter defectum scientiæ non solum sit
83 concedenda licentia Episcopo † potenti & volenti re-
nunciare, sed etiam si non petat poterit compelli vt re-
nunciet. ita ampliant. Host. d. c. nisi. nu. 24. Bald. num.
3. idem Host. in cap. vlt. num. 3. vers. sed etiam de æ-
tat. & qualit. glos. ibi in verbo defectum. Abb. nu 1. &
2. communiter alij DD. sequuntur. Fel. in cap. si quan-
do. nu. 15. de rescr. Alsons. Hoied. de incompat. benef.
p. 1. c. 24. num. 29. in fin.

Idque primo deducit Hostien. ex d. cap. nisi. dum
dicit, pro defectu quoque scientiæ plerumque potest,
84 &c. Interpretatur † enim verbum *potest* idest debes, vt
tradit Bart. in l. pecuniarijs. nu. 7. ff. de serrijs. & in l.
de his. num. 4. de transact. Secundo pondero dictum
cap. nisi. illis verbis, *tu enim*, inquit Dominus, *scientiam
repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris
mihi*, &c. & habetur in can. omnes. dist. 38. & ita pon-
derat Fel. in cap. si quando, numero 15. de rescript.
Secundò apertius probatur in cap. vlt. de ætat. &
qualit. vbi Honorius 3. scribit capitulo Bremen. Qua-
muis multa proposita fuerint contra Episcopum
Calinen. quia tamen confessus est coram nobis se num-
quam de Grammatica didicisse, nec etiam legisse Do-
natum, & per euidentiam facti vsque adeo de illitera-
tura, & insufficientia sua constat, quod contra Deum
esset, & canonicas sanctiones, tantum in Episcopo to-
lerare defectum, ipsum a Pontificalis officij executio-
ne, & ab administratione Calinen. Ecclesiæ pœnitus
duximus amouendum. & ibi Abb. num. 1. colligit, de-
fectum scientiæ præstare legitimam causam deponendi
† quem, ab Episcopatu. & docet practicam probandi 85
quem † illiteratum, vt quia nunquam legit li- 86
brum, non intrauit scholas, nec alium doctorem
audiuit, quandoquidem scientia non acquiritur † nisi 87
cum labore. Card. Iacobat. de conc. libr. 5. art. 8.
num. 35.

Tertiò comprobatur ratione, quia satis ostendimus
illiteratum esse insufficientem regimini Ecclesiæ Cathe-
dralis, sed insufficiens † debet deponi. gloss. in cap. 1. 88
verb. sufficientem. de renuncia. in 6. communis opinio
teste Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 19. n. 5. tradit
Clar. lib. 5. recept. senten. §. vlt. q. 75. vers. prælati. ne
si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadant. can. si
ideo. dist. 37. can. quæ ipsis. dist. 38. cap. cum sit. de
æta. & qualit. igitur, &c.

Quartò accedat, quia talis illiteratus † est irregula- 89
ris. vt tradit Specul. in tit. de dispens. §. & iusta. versi-
cu. & scias. quem refert & sequitur Maiol. in tractatu
de irregularitate. lib. 1. c. 32. num. 1. Et collatio ei fa-
cta, est ipso iure nulla. Inn. cap. cum nostris. de con-
cess. præben. Fel. in cap. per tuas. nu. 5. de simo. idem
Fel. in cap. si quando. nume. 13. de rescr. Vnde potest
cogi, sicuti homicida. † vt est communis opinio, teste 90
Anan. in cap. inquisitionis, nu. 3. de accusa. nam illite-
ratus est magis exosus quàm homicida. Rebuff. in
tract. de priuileg. scholar. nu. 5. Camb. de aucto-
ritate leg. à late. lib. 5. num. 148. cum alijs adductis
suprà.

Sed hic quæritur, quæ illiteratura præbeat causam,
vt Episcopus possit cogi renunciare? Antequam ad re-
solutionem huius quæstionis veniamus præfari in pri-
mis oportet, in promotione Episcopi considerandam
esse ætatem, † vt sit 30. annorum. cap. cum in cunctis. 91
de elect. c. 1. sess. 7. de refor. in Conc. Triden. spectan-
dam maturitatem morum. Innocen. & alij in dict. capit.
cum in cunctis. de elect. bona † enim fama est thesau- 92
rus inæstimabilis. Bald. in l. 1. colum. 4. C. de confess.
& inquirendum esse etiam de litteratura, quæ requiritur
in Episcopo. † dict. cap. cum in cunctis. dict. cap. 1. sess. 93
7. Conc. Triden. & capit. 2. sess. 22. de reform. eiusdem
Concil. Trident. & habetur in epistola prima Pauli ad
Thimotheum, cap. 4. *oportet enim Episcopum irrepre-
hensibilem esse, Vnius Vxoris Virum, sobrium, ornatum,
prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non
Vinolentum, non percussorem*, &c. cuius verba refe-
runtur in cap. si rector. distinct. 43. & plurima huius
generis referuntur à Gratiano in can. qui Ecclesiastici.
§. 1. dist. 36. vnde Episcopus debet habere scientiam † 94
noui & veteris testamenti ac legum. Innoc. in cap. vlt.
de ætat. & qual. Io. à Capistrano in Speculo conscien-
tiæ. tit. de ignoran. iuris numer. 153. Redoan. de spol.
quæst. 9. §. fiet ergo. nume. 25. cum alijs vt per Hoied.
de incompatib. benefic. part. prima. capit 24. num. 36.
cum sit † iudex animarum. can. qui Episcopus distinct. 95
33. can. 1. & 2. distinct. 62. & quia ius dicere debet. can.
de persona. 11. quæstio. 1. & sic doctor † aut licentiatus 96
in Theologia, vel iure canonico. dict. cap. 2. sess. 22. de
reform. Concil. Trident. & sciat facere ea quæ sibi in-
cumbunt. Innocent. in cap. cum in cunctis. num. 1. vers.
scientiam. Abb. nume. 4. in princ. de elect. & Ioan. Se-
lu. de benef. par. 3. quæst. 5. numer. 1. alias autem quæ
dicatur scientia sufficiens † in beneficijs, remittitur ar- 97
bitrio iudicis Innoc. Abb. in dict. cap. cum in cunctis.
Dec. nu. 16. idem Abb. in cap. qualiter. in 4. not. de elect.

Digitized by Google

Imol. in clem. prima de ætat. & qualita. Barbat. consil. 34. lib. 2.

Nuoc autem redeundo ad propositum, respondeo
98 tunc Episcopum posse cogi renunciare † ob defectum scientiæ, quoties ille defectus impedit executionem pastoralis officij, nam hæc est mens dict. cap. nisi, quæ colligitur, dum dicit, pro defectu quoque scientiæ plerumque, &c. verbum enim plerumque, satis hoc aperte ostendit, idque potest accidere, quando Episcopus nunquam de grammatica didicit, prout in casu dict. cap. vlt. de ætat. & qualit. vbi hac ratione Honorius iij. amouit Episcopum Calinę, a Pontificalis officij executione & administratione Ecclesiæ, tunc enim di-
99 citur † penitus illiteratus, vt tradit Rebuff. de pacific. poss. nu. 263. Hoied. de incompat. benef. par. 1. capit. 24. nu. 29. Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 32. in principio,
100 & hic defectus est indispensabilis, cum sit de iure † diuino requisita literatura. Turrecrema. in can. si in laicis. dist. 38. Inn. in cap. dilectus. de temp. ord. Felin. in cap. inquisitionis. de sentent. excom. Diaz in prax. crim. cap. 18. Felin. in dict. cap. si quando. num. 13. Rebuff. in tracta. de pacif. possess. num. 264. vbi dicit super hoc nunquam vidisse dispensationem, & iste om-
101 nino † indoctus non est tolerandus. Gig. de resid. Episcop. cap. 17. nu. 15. nam Pius ij. teste Platina, dicebat asino æquiparandum, quòd etiam tradit Io. Monac. in cap. ex eo de elect. in 6. vel. si didicit de grammatica, nunquam tamen habuit cognitionem legum aut canonum noui & veteris testamenti, & est ignarus administrationis spiritualium & temporalium, nam hoc casu potest compelli ad renunciandum episcopatui, vt tradit Fusc. de visitat. part. 2. cap. 28. num. 4. ad quod pondero dictum Abb. in cap. vlt. in 2. not. de renun. propter insufficientiam fieri renunciationem, & ratio est, quia quamuis iste posset consequi beneficia simplicia, non tamen curata, vt decisum fuit in Rota, teste Staphil. de literis gra. in verbo, noua forma. num.
102 35. & tradit doctissimus Naua. qui cum dolore † omnium mortuus est hodie 11. Iunij 1586. in tract. de hor. canon. c. 7. n. 3.

Ex quo deduco primam conclusionem, quòd si Epis-
103 copus non est ignarus, sed est † competentis literaturæ, est tolerandus in Episcopatu, vt voluerunt Host. in dict. cap. nisi. nu. 14. vers. quamquam, Anto. de Butr. Bald. sub nu. 3. & communiter DD. Abb. in cap. vlt. num. 4. de ætat. & qualit. glos. in cap. cum nobis olim verbo, literaturæ, de electio. & in cap. venerabilis. verbo eminentes. de præben. & est communis omnium Docto. sententia, probatur in docto cap. nisi pro defectu. vers. quamqam, vbi habetur, Quamquam etsi desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo tamen sit competens toleranda, quia secundùm Apostolum scientia inflat, charitas autem ædificat, & ideo imperfectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis, &c.

Secundo comprobatur ex cap. cum nobis olim. de elect. ibi, illius quoque literaturæ licet non eminentis tamen conuenientis electus existit, vt pro defectu scientiæ, &c.

Tertiò accedat tex. in cap. venerabilis, de præb. ibi, & vix ad culmina dignitatum, nedum præbendas, viri eminentis scientiæ valeant reperiri, &c.

104 Et ideo qui promisit † præstare coquum, satisfacit si mediocrem præstat. l. si quid venditor. §. venditor. ff. de ædil. ædict. & qui artificem promisit, sufficit si præbet eum, ad aliquem modum perfectum l. sciendum. §. illud. ff de ædil. edict.

Alias enim pauci remanerent Episcopi, nam pauci sunt qui habeant eminentem literaturam.

Secundo deduco aliam conclusionem, vt Episcopus competentis literaturæ, sit tolerandus in Episcopatu, etiam si sit ignarus administrare temporalia, & spiri-
105 tualia: † verum tenetur addiscere ea, quæ spectant ad suum officium. Inn. in dict. cap. nisi. num. 4. Hostiens. numer. 15. in fin. glos. in verbo plerumque. numer. 10. in fin. & communiter alij, ad quod faciunt can. vlt. dist. 38. & can. 4. dist. 22. Et ideo quis non excusatur prætextu ignorantiæ, quando addiscere potuit quod ignorat. can. vlt. dist. 27. l. in bonorum. ff. de bon. poss. idque ampliat Host. in d. cap. nisi. nu. 18. & glo. in verb. plerunque. Abb. num. 10. in fin. etiam si Episcopus esset senex. Ad quod facit dictum celebre I. C. *si vnum pedem in foueam haberem, semper addiscere vellem.* l. apud Iulianum. ff. de fidecom. liber. Ex quo
infert Inno. dicto cap. nisi. sub nu. 4. quòd quamuis † 106
nemo teneatur ad sciendum, sed ad operandum secundum conscientiam, & ad credendum, & cær. vt habetur in principio de summ. Trinitat. & fi. cath. tamen
speciale est hoc casu ratione † officij. Secundò infert 107
idem Innocen. in loco cit. quòd quamuis ignorantia non sit peccatum. §. 1. 15. quæst. 1. tamen in ijs qui
sunt in aliquo officio, & negligunt discere † ea quæ 108
pertinent ad illud officium, est peccatum. can. 1. cum sequen. distinct. 38. sequitur Host. nu. 14. Abb. nu. 10. vers. quæro. & communiter DD. interim autem supplebunt vicarij, iuxta ea quæ scribit Abb. in cap. vlt. sub nu. 4. de ætat. & qualitat.

Tertiò deduco aliam conclusionem, vt tollerandi sint Episcopi, qui non habent competentem literatu-
ram: Primò si † ex longo vsu, & rerum experientia 109
sciunt facere ea, quæ spectant. vt dicebat Ioan. de Deo, quem refert & sequitur Abb. in cap. vlt. num. 4. in principio. de ætat. & quali. Alfons. Hoied. de incomp. benef. 1. par. cap. 24. num. 32. & communiter Docto-
res. Sanctulus enim presbyter fuit, & † tamen nescie- 110
bat prima elementa. Gregor. Dialog. lib. 3. cap. 37. & plura exempla huius generis affert Hoied. dict. c. 24. nu. 32. cuius verba tacito auctore transcripsit Maiol. de irregula. lib. 1. cap. 31. num. 10. Secundo si sunt in ciuitate parua, & absque territorio, vel absque diœcesi
& † cura animarum, vt est Archiepiscopatus Nazareth, 111
& similes: Namque ratione loci vel curæ, admittuntur minùs idonei, & admissi dispensatione tolerantur. Alfons. Hoied. dict. par. 1. de incomp. benef. cap. 14. nu. 34. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 32. num. 9. & communiter practicatur, nam qui multas literas scit, ad talia loca non accedit, qualis grex, talis pastor, qualis populus, talis sacerdos, Isa. cap. 24. & aliàs dici-
mus, quòd causa necessitatis minùs † idonei admittun- 112
tur, vbi idonei requiruntur. can. priscis, & ibi glo. dist. 55. cap. 1. & dist. 57. & ibi etiam glo. Tertiò si perfectio charitatis, supplet defectum scientiæ. vt probatur in dict. cap. nisi. ibi, scientia inflat, charitas ædificat, & ideo imperfectum scientiæ potest supplere perfecto charitatis, &c. & communiter Doctores hoc colligunt, tradit Alfons. Hoied. in d. tract. de incomp. benef. p. 1. c. 24. nu. 33. Maiol. de irregul. dict. lib. 1. c. 32. nu. 4. & 5.

Et ratio est, quia † charitas est bonum notabile, recta 113
voluntas ab omnibus terrenis & præsentibus prorsus aduersa, inseparabiliter Deo coniuncta. can. charitas est, de pœnit dist. 2. Scot. in lib. 2. sent. dist. 26. D. Tho. 1. 2. q. 110. ar. 3. Nauar. in suo manu. prælud. 7. num. 2. idem Nauar. in dict. can. charitas, nu. 2. 2. cum seq. &
charitas maxima † est omnium virtutum, Apost. 1. Co- 114
rint. c. 12. & c. 13. Diu. Tho. 2. 2. q. 23. art. 6. qui in hoc communiter recipitur, teste Nauar. loco citato, &
ex † charitate omne bonum opus descendit. dicto can. 115
charitas de pœnit. dist. 2. & ibi Nauar. nu. 19. reddit rationem.

Idque comprobatur exemplis, nam sanctus Augu-
stinus coepiscopum † habuit, quem Possidonius in vi- 116
ta ipsius Augustini dicit in villa natum, in villa enutritum, & non multæ lectionis eruditum scientia, sed Deo amicum.

Spiridion vir rusticus Cypri Episcopus ouium custos fuit, Cassiod. Histori. tripar. lib. 1. c. 10.

Flauianus Episcopus Macedonium Anachoretam ad sacerdotium promouit, quamuis esset illiteratus, quia in eo vigebat summa charitas, vt scribit Theodoret. in vita Macedonici.

Q 2

S. Antonius Anachoreta fuit indoctus, vt tradit August. li. 1. de doctrina Christiana in prologo, Cassiod. Histor. tripar. lib. 1. c. 11.

Quibus autem non concurrentibus, vel altero ipsorum, repellendus erit. August. in cap. omnes. distinct. 35. quem refert Maiol. dict. cap. 32. nu. 9. in fin. & tradit signanter Bal. in d. cap. nisi. num. 3.

Quarta causa est, malitia plebis, propter quam non
117 potest prælatus dare † doctrinam plebi & gregi sibi subiecto, nam tunc admittitur resignatio Episcopatus, vt scribunt Inno. in dicto cap. nisi num. 4. Hostiens. num. 20. & 21. glo. in verbo plebis, Abb. sub num. 10. & communiter DD. de renunc. Præposit. in can. hoc nequaquam num. 2. 7. q. 1. Gig. de resid. Episcop. c. 17. num. 18. Rebuff. de resign. ex præf. num. 1. in prax. benef. & est communis omnium DD. sententia etiam Theologorum. D. Thom. 2. 2. q. 185. ar. 4. & 5. & probatur in d. c. nisi. in §. Propter malitiam autem plebis cogitur interdum prælatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeò duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat apud ipsam, sed propter eius duritiam quo magis satagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur, dicente Domino per prophetam: linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exasperans est, & Apostoli leguntur dixisse Iudæis, ecce conuertimur ad gentes, quia verbo Dei vos indignos fecistis, &c. quæ vltima verba colliguntur ex Ezechiel. cap. 3. & ex actis Aposto. c. 13.

Et ratio est: quia cum fiat Episcopus, vt operetur
118 bonum circa oues sibi commissas, vt habetur Eccles. cap. 32. & cap. 34. & Ierem. cap. 12. & Io. 10. & vltimo c. Petr. in 1. c. 5. & Paul. act. 20. Damas. Episto. 4. Greger. in pastor. & lib. 5. epist. 53. can. suggestum. can. aduersitas. can. si quis in clero. ibidē 7. q. 1. c. 1. sess. 6. de refor. Conc. Trid. Io. Cop. in tract. de fruct. tit. 3. cap. 4. num. 7. Petrus de Bitio in direct. elect. 1. parte
119 cap. 50. num. 2. cum successerint † in locum Apostolorum, can. videntes. 12. q. 1. can. in nouo, 21. distinct. can. quorum distinct. 68. Archid. in can. Apostolicis, num. 1. 17. q. 1. Hostiens. in cap. 1. num. 5. de maio. & obe. Præpos. in can. si quis. num. 3. 6. q. 4. Archiepisc. Flor. in sua summ. p. 3. tit. 20. cap. 1. Et ipse non possit aliquid operari. Sequitur quòd cessante causa cessat ef-
120 fectus, cap. cum cessante, de appel. nam Episcopus † dicitur pastor. cap. 0e prò defectu. de elect. Hostiens. in cap. post translationem. nu. 19. de renun. & in cap.
121 cum in cunctis. de elect. & vocatur † Dux. cap cum sit. de æta. & qualit. & Præco. cap. sit rector. distinct. 43. Medicus, can. omnis gladiator. de pœniten. can. visis. 16. qu. 2. Miles. §. 1. 23. q. 8. Nutrix. c. Deus. de pœniten. & Doctor. cap. transmissam. de elect. Speculator c. cum in cunctis. de elect. Cætera huius generis, scripsi in tract. de resid. Benef. quē præ manibus habeo.

122 Amplia, vt ob † malitiam plebis possis cogi Episcopus renunciare Episcopatui. Host. in d. cap. nisi. nu. 20. in fin. de renunc. & communiter DD. hoc recipiunt.

Declara procedere, quoties nullus proficeret, putà
123 quia totus populus esset duræ ceruicis, nam † hoc casu potest & cogitur Episcopus renunciare, & transfertur ad aliam Ecclesiam, vbi potest proficere, vel ei datur recompensa. Host. dicto cap. nisi. num. 20. in fin. secùs verò, si boni proficerent, nam tunc non cogeretur, proùt communiter DD. dict. cap. nisi tradunt.

Idque primò deducitur ex dict. cap. nisi. ibi, cogitur renunciare propter malitiam plebis, quando plebs adeò duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat ad ipsam, &c.

Secundo probatur in can. aduersitas. §. hoc. 7. q. 1. nam cum suprà dixisset, Aduersitas quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis, subdit, hoc tunc seruandum intelligitur, quando inter subditos aliqui inueniantur quibus prælatorum vita proficiat, &c. & ibi DD. & facit text. in can. vlt. 7. q. 1. ibi. adunati, &c.

Hinc D. Paulus de Damasco venit Romam, vt magis proficere posset, vt dicitur in can. vlt. 7. q. 1.

Quare vbi prælatus videt laborem suum sine fructu, potest, &c. vt dicitur in di. cano. vlt. ibi. quia cum laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant, &c.

Sed sumpta hac occasione quæro, quando liceat Episcopo propter persecutionem Ecclesiam deserere? cui quæsito videtur satisfacere tex. in di. cap. nisi. ibi. Non autem pro qualibet culpa pastor debet gregem deserere: ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientem & dimittit oues, & fugit sed de superioris licentia, tunc demum potest, non iam timidè fugere, quàm prouidè declinare, cum oues conuertuntur in lupos, & qui debuerant humiliter obedire iam irreuocabiliter contradicunt, cum etsi tales sint grauiter pro crimine puniendi, sunt tamen pro tempore vtiliter tolerandi, qui sanguinem elicit, qui nimis emungit, &c. melius tamen erit pro materiæ dilucidatione distinguere, nam † quædā est persecutio intrinseca, quæ- 124
dam verò extrinseca, vt volunt Ino. in d. cap. nisi Hostiens. nu. 23. Abb. num. 11. de renunc. Præpos. in can. penult. §. hoc sub nu. 1. 7. q. 1. D. Tho. 2. 2. q 185. ar. 5. Io. à Capistr. in spec. conscient. vers. restat vlt. nu. 203.

Intrinseca † persecutio est quam patiuntur Episcopi 125
à subditis incorrigibilibus. 7. q. 1. §. hoc etiam cum §. cum autem.

Extrinseca est, † illa quam patiuntur prælati à paga- 126
nis, Sarracenis, schismatis, Luteranis, & aliis persecutoribus ecclesiæ.

De intrinseca persecutione, de qua loquitur di. cap. nisi constituenda est conclusio. Potest Episcopus deserere episcopatum, quando omnes sunt † mali, vt quia 127
oues conuertuntur in lupos, vt expressè dicitur in d. cap. nisi, & ibi tradunt Inno. sub num. 5. Hostiens. sub num. 31. vers. si autem. Abb. sub nu. 11. & communiter DD. & ratio colligitur ex his, quæ supra diximus. Declara si nulla est spes, nam quamuis omnes sint mali, si tamen est spes correctionis expectare debet. Innoc. in d. cap. nisi. sub n. 5. Host. sub nu. 31. Abb. sub num. 11. ver. si verò.

Limita, Non procedere † quotiès boni sunt admisti 128
malis, nam hoc casu non debet deserere bonos propter malos, cum in illis possit proficere, ita Innoc. in d. cap. nisi sub nu. 5. Hostiens. nu. 30. Abb. num. 11. in princip. ad quod facit text. in can. in bonis. 25. q. 4. & can. aduersitas. §. hoc tunc. 7. q. 1. & est tex. optimus. in c. vlt. 7. q. 1. nisi Papa vellet eum transferre, vt quia alibi magis proficere posset. vt volunt Inn. sub nu. 5. Host. nu. 30. Abb. n. 11. vers. nisi. in di. cap. nisi. namque † maius bonum præferendum est, arg. c. oues. 129
6. qu. 1. c. si quis. 12. qu. 1.

In intrinseca verò persecutione, quatuor capita constituenda esse censeo. Primum, cum persecutio est contra prælatum; Secundum, quando est persecutio contra totum clerum; Tertium, quando est persecutio contra totam Ecclesiam; Quartum, quando persecutio est contra bona.

In primo capite, prima constituenda est conclusio, Episcopum non posse deserere † Ecclesiam suam pro- 130
pter personale periculum sibi imminens, quando salus subditorum exigit præsentiam pastorum. Ita Innoc. in dict. cap. nisi sub num. 4. propè principium. sub verbo malitiam. Hostiens. ibidem. nu. 24. vers. si solum. Abb. & communiter DD. de renunt. Arch. in can. suggestum. nu. 1. & in can. aduersitas. n. 3. 7. q. 1. Turrecremat. in can. sciscitaris. 7. q. 1. vbi Præpos. num. 1. idem Præpos. in d. can. aduersitas. §. hoc etiam, nu. 1. D. Th. 2. 2. q. 185. ar. 5. Gig. in tract. de resid. episc. c. 17. sub num. 2. Campeg. in eo. tract. nu. 20. Io. à Capist. in spec. conscien. verb. præstat. nu. 202. est communis opinio omnium Doct. quæ conclusio probatur in dict. can. suggestum. vbi Liberius Papa scribit omnibus episcopis epist. 2. Suggestum est nobis, quod pro præteritis laboribus, nōnulli vestrum assignatas sibimet, & a Deo

Digitized by Google

commissas relinquant plebes, & in futurn plures re-
linquere velint eas, quas tueri debent Ecclesias, & pro
nimius sibi commissis laborare negligant, &c. subdit,
attendite itaque vobis & omni gregi, &c.

Secundo comprobatur ex can. sciscitaris. 7. q. 1.
sciscitaris: itaque & ea quæ sequuntur, & ibi si perni
ciosum est propriam in tranquillitate nauim deserere,
quanto magis in fluctibus, &c.

131 Tertiò facit, quia qui videt lupum venientem, &
dimittit oues, non est pastor, sed mercenarius. Io. 10.
& Christus multa passus est pro nobis Math. 24. Mar. 13.
ergo & Episcopi multa pati debent, namque alibi di-
132 citur, quod † beati sunt qui persecutioné patiuntur pro-
pter iustitiá, can. si Ecclesia. 23. q. 4. & habetur Mati. Beati
eritis, cum vos oderint homines, & persecutiones fe-
cerint, iuxta illud. Ibant Apostoli gaudentes à conspe-
ctu concilij, &c. & Paul. 2. Tim. 3. dicit, Omnes qui
volunt in Christo piè viuere, persecutionem patiun-
133 tur. † Aduersitas enim est probatio virtutis. can. si
enim. de pœniten. d. 2. can. quid ergo de pœnit. dist. 3.
& medicamentum vitiorum. can. non omnis. 5. qu. 4. &
134 † affert multum vtilitatis, can. & qui emendat. dist. 45.

Quartò & vltimò accedat, quia cum ad perfectio-
nem episcopalis status pertineat, quòd Episcopus pro-
ximis curam impendat, & non sit licitum ei qui est sta-
tum perfectionis professus, vt omninò deserat ea,
quæ sunt perfectionis; ergò videtur non licere
Episcopo se corporaliter subtrahere ab executio-
ne officij. Ita arguit Diu. Thom. 2. 2. dict. qu. 185. ar. 5.
vers. 5. prætere a.

Declara primo hanc conclusionem procedere, quo-
tiès subditorum salus, exigit sui pastoris præsentiam;
nam tunc non debet pastor, personaliter suum gregem
deserere; cum sit obligatus ad exequendum officium
pastorale; propter subditorum salutem. Si verò † sub-
135 ditorum salus, eo recedente esset tuta, vt quia illi sa-
luti posset sufficienter, in absentia pastoris, per alium
prouideri; tunc licitum est pastori gregem deserere
propter personæ periculum. vt scribit Diuus Thom.
communiter receptus, 2. 2. dict. qu. 185. art. 5. versic.
respondeo dicendum. Et hanc tenent opinionem Inn. &
alij DD. supra relati, adeò quod hæc est communis
opinio.

Quæ communis conclusio probatur in d. can. aduer-
sitas. §. hoc tantum. 7. q. 1. ibi, Cum verò specialiter
quæritur, fugiat exemplo Christi, qui à facie Herodis
fugit in Ægyptum, fugiat exemplo Pauli, qui à fratri-
bus per murum submissus est in sporta. Vnde Augusti-
nus ait, fugiat minister Christi, sicut ipse Christus in
Ægyptum fugit, fugiat qui specialiter quæritur, dum
per alios firma est Ecclesiæ salus. Hinc etiam ait Do-
minus discipulis, si vos persecuti fuerint in vna ciuitate
fugite in aliam, &c. Auctoritas igitur est Aug. ad Ho-
noratum Episcopum epist. 180. quæ ita intelligitur per
Diu. Tho. loc. cit. Hinc Helias fugit à facie Achab, &
se in torrente abscondit. 3. Reg. 19. & Dauid fugit a
facie Saul. 1. Reg. 24. Hieremias in Ægyptum fugit, vt
ipse dicit. 43. & Petrus fugit Herodem, vt habetur Act.
Apost. 12. Et ratio est, quia tunc saluti subditorum pro-
uidetur, quamuis per alium, & vitatur periculum. Inn.
in d. cap. nisi, sub nu. 4.

Sublimita non procedere, quotiès ex absentia ip-
sius Episcopi imminet scandalum † ex parte populi,
136 nam etsi saluti ipsius populi sit per alium prouisum,
non potest Episcopus se absentare. Ita Inn. in d. cap.
nisi, sub nu 4. vers. & ideò quod diximus. Host. nu.
26. vers. sed quid. Et ratio est, quia potiùs vitandum
est scandalum eiusdem populi, quod iustè mouetur de
iure positiuo, quam scandalum persecutorum, quòd
iniustè mouetur.

Declara secundò, non procedere, quotiès ex præ-
sentia ipsius Episcopi subditis nulla afferretur vtilitas;
imo appareret contrarium, puta, quia ex dicta fuga
posset fieri aliquod vtile Ecclesiæ, & ex ipsius præsentia
non habetur nisi occisio ipsius, & subditorum Eccle-
137
siæ: hoc enim casu potest deserere, ita declarat optimè
D. Thom. 2. 2. qu. 185. art. 5. vers. ad primum in fin. dum
his verbis scribit. Ille autem qui ad euitandum pericu-
lum recedit absque detrimento gregis, non tanquam
mercenarius fugit, & hanc opinionem etiam tenet Ni-
colaus de Lira super Matth. 10. Ioa. a Capistr. in spe-
cul. conscientiæ. verbo præstat. numer. 202. Card.
Alex. in d. can. can. sciscitaris. n. 1. vers. si autem. Gigas
loc. cit. & hæc est cómunis opinio Canonistarũ, & theo-
logorum, quæ probatur in d. can. sciscitaris. ibi, vbi &c.

Et ratio est, quia fieri non debet † quod factum non 138
releuat, l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nomi. caue.
Card. Pari. cons. 5. num. 44. vol. 4.

In secundo capite, quando totus clerus quæritur,
constituenda est conclusio similis, Episcopum, & cle-
rum non posse deserere Ecclesiam. † quam tenent In- 139
noc. in d. cap. nisi. nu. 4. vers. si totus clerus, Abb. nu.
11. vers. quando persecutio, & communiter DD. ibi
sequuntur, de renunc. D. Thom. hanc opinionem vide-
tur firmare 2. 2. d. q. 185. ar. 5. vers. Respondeo dicen-
dum, propè fin.

Et ratio est, quia non possunt ministrare sacramenta
Ecclesiæ, & sic non prouideretur saluti animarum, &
per consequens dicendum est, non posse deserere, fa-
ciunt relata in superiori capite.

Declara primo, hanc conclusionem procedere, quo-
tiès laici vellent eos defendere, alias † autem, si nol- 140
lent, vel non possent, potest clerus recedere, & tran-
quillitatem temporis expectare. ita Abb. dict. capi. nisi,
num. 11. vers. quandoque persecutio dirigitur, vbi etiam
dicit hoc casu debere ducere quos possent, ne in tanto
discrimine, laici remaneant sine sacramentis, vel forte
aliquem ex clero relinquere ob hanc necessitatem. can.
fors 20. q. 7. quod etiam tradit Innoc. loco cit. sub nu.
4. & valde commendandi essent, qui inspirati marty-
rium sustinere vellent. 7. q. §. cum verò. Host. d. cap.
nisi. sub num. 20. Innoc. & Abb. & communiter.

Declara secundò hanc conclusionem procedere quo-
tiès aliàs populo non potest consuli, secùs si alia via
occurri potest. ita Inn. Abb. & alij in locis citatis. id
deducentes ex adductis in superiori capite.

In tertio capit. quando persecutio est contra totam
Ecclesiam, scilicet contra Episcopum, clerum, & † 141
populum, siue ab infidelibus, siue fidelibus, siue quæ-
ratur, vt fidem dimittant, siue non, sed vt infidelibus
subiiciantur, vt eis seruiant, constituenda est conclusio,
Episcopum clerum, & plebem, non debere deserere
patriã, ita Inno. & Hostien. in d. cap. nisi, Ille col. 4. pro-
pè fin. Iste n. 26. sequitur Abb. n. 11. vers. si sit contra to-
tum, & est communis conclusio omnium DD. ad quod
facit d. cap. sit rector, 43. distinct. can. igitur, & can. sci-
re, & canon. seq. 33. q. 7. & ratio vulgaris est, quia te-
nentur † defendere patriam. l. 1. §. vlt. l. 2. & 3. ff. de iust. & 142
iur. Barb. cons. 34. col. 18. lib. 2. & cons. 10. col. 3. eo. lib. 2.
Franc. Curt. sen. cons. 45 statuto. col. 4. Hinc naturali-
ter quis mouetur ad tuendos mores patriæ. † l. veluti. 143
ff. de iust. & iur. & ob id natus ex partialibus præsumi-
tur partialis. Angel. in l. si fugitiui. C. de seru. fugit.
Barbat. in cap. in præsentia. num. 30. de proba. & in cap.
2. n. 47. de constit. Et ob id † quisque laudat patriam suam, 144
prædicat, & extollit, sicuti facit Vlpianus in l. 1. ff. de
cens. vbi gloriatur se nobili ortum esse patria. Bart. in
l. excusantur. §. vlt. ff. de excusat. tutor. quandoqui-
dem nobilitas † loci multum confert splendoris & glo- 145
riæ, l. si quis. C. de natura. libe. & latè deducit Tiraq.
in tract. de nobilit. cap. 12. n. 1. cum seq. nam talis
præsumitur, qualis est eius patria. † Bart. in tract. de 146
Guelf. & Gibel. quem ad hoc refert & sequitur Barb.
in repet. cap. Raynut. in 4. col. de testam. nam ex patria
mores assumuntur. Plat. lib. 8. de repub. & lib. 5. de le-
gibus. Arist. lib. 7. Poli. cap. 7. Alex. Ab Alexan. lib. 4.
dier. genial. cap. 13. Cælius Rhodig. lib. lectio. antiq.
18. cap 18.

Accedit, quia patria † cuilibet dulcissima est, & l. 147
qui habebat, & ibi gloss. ff. de legib. 3. Ioa Andr. in cap.

Digitized by Google

quòd alicui. in 1. col. de reg. iur. in mercur. latè Bo-
lognin. in Authen. habita. col. 1. C. ne fil. pro patr. Dec.
conf. 284. n. 9. Card. Parif. conf. 12. num. 18. col. 3. &
conf. 16. num. 47. eo. volum. 3. Caffan. in catalogo glor.
mundi. in 12. par. 17. confideratione, latè Tiraq. de le-
gib. connubia. l. 7. nu. 65. 66. & fequen.

Declara hanc conclufionem procedere, quando ad-
eft fpes defenfionis, nam tunc eft defendenda: fi vero
148 nulla adeft fpes, tunc poffunt omnes † deferere & fu-
gere, vt tradit Innocen. in d. c. nifi, col. 4. in fin. verf. di-
xerunt. Hoftienf. num. 26. Abb. num. 11. Et fi non pof-
funt fugere, conueniant, vt fiant ferui perfecutorum,
149 dummodo † finem non dimittant. Innocen. Hoftien.
Abb. in locis citatis, & videmus ita factum fuiffe in
pluribus locis occupatis a Turcis, alias martyrium fuf-
cipiant, vt factum fuiffe in aliquibus locis Angliæ le-
gimus.

Et fi perfecutores, fiue fideles, fiue infideles obfi-
dentes muros dicant, Parcemus vobis, eiicite tamen
150 clericos, populus eos non eiciet, † Inno. dict. cap.
nifi, col. 5. verf. imo. Hoftienf. num. 26. verf. quid,
&c.

In quarto capite, quando perfecutio eft contra bona
151 Ecclefiaftica, tunc Epifcopus † debet fe opponere, ita
Inn. dict. cap. nifi, num. 5. in princ. Hoftienf. num. 28.
verf. quid fi non quæratur. Abb. num. 11. verf. quando.
de renunc. & communiter DD. Ad quod facit cap. di-
lecto. de fenten. excomm. lib. 6. cap. fignum. de homi-
cid. Hac etiam ratione Beat. Thom. Cantuarien. mar-
tyrium fuftinuit, vt per Capiftran. in cap. manifefta,
152 n. 33. de pœn. & remiff. Accedit quia bona, † funt ne-
ceffaria clericis. can. fi quis obiecerit. 1. q. 3.

153 Quinta caufa eft graue † fcandalum, vt fcribunt Inn.
in cap. nifi, num. 6. Hoftien. num. 63. Abb. num. 12. &
communiter DD. de renunc. Hoftienf. in cap. cum tua,
de corpo. vitia. Feder. de Sen. de permutation. benef.
num. 40. gloff. vlt. in can. fcias. 7. qu. 1. Diu. Thom. 2. 2.
q. 185. ar. 4. verf. fi, refpondeo. cum aliis allegatis per
Card. Iacob. in tract. de conc. lib. 9. art. 3. n. 24. & n.
37. Gig. in tract. de refid. Epifcopo. num. 19. Rebuff. in
prax. Benef. in tit. de refign. expr. num. 1. Maiol. in tract.
de irregular. lib. 1. capit. 2. num. 4. & cap. 13. num. 7.

Et probatur in d. cap. nifi, §. Pro graui quoque fcan-
dalo euitando (cum aliter fedari non poteft) licet Epif-
copo petere ceffionem, ne plus temporalem honorem
quàm æternam videatur affectare falutem, memor il-
lius quod dicit Apoftolus, fi fcandalizauerit fratrem
meum, non manducabo carnem in æternum, &c.

Ex quibus verbis fatis colligitur ratio huius conclu-
154 fionis, quia † prælatus plus debet appetere æternam
falutem, quàm commodum temporale, quandoqui-
dem finis optimus fit refpicere bonum æternum: & hac
155 ratione, & aliis fcandalum † effe vitandum fcripfere
Ioan. à Capiftr. de auctor. Papæ, tit. per quos Papa
poteft extra num. 181. Io. Lup. de confeder. princip.
membro. 1. numer. 4. Reftaur. Caftald. de imper. q.
51. num. 19. quod eo magis fcandalum eft euitandum in
156 prælatis, cùm factum ipforum de facili trahatur † in
exemplum à fubditis. cap. magnæ. de vot. Stepha. Au-
frer. in clem. vt clericorum. num. 17. verf. idem de
offic. ordin. iuxta illud Ecclefiaftic. 10. fecundum iu-
dicem populi, fic & miniftri eius, & qualis rector ci-
uitatis eft, tales inhabitantes in ea, cap. præcipuè 11.
q. 3. iuxta illud Claudiani, Componitur orbis, Regis
ad exemplum. Prælati enim pofiti funt tanquam fignum
157 ad † fagittam, cap. qualiter & quando el. 2. de accufat.
Corda enim infirmorum ex fcandalo prælatorum per-
cutiuntur, & minifterium Ecclefiæ vituperatur, can.
presbyter fi a plebe. 2. q. 5. Ideò dicit Grego in fuo
paftorali, quòd plures occidimus exemplo, quàm gla-
dio. Paulin. de vifitat. 2. par. q. 9. num. 29. verf. & dicit,
158 & plus peccant † prælati exemplo, quàm culpa. vt tra-
dit Patritius in tractat. de inftitut. reip. quem refere,
& fequitur Ioan. Lecirier. in tract. de primogenit. lib.
1. qu. 9. ideò dicitur in can. præcipuè. 11. quæft. 3. quòd
prælati tot mortibus funt digni, quot ad fuos fubditos
mala tranfmittunt exempla. Petrus de Baif. in direct.
electio. 3. par. cap. 33. num. 3. & per cònfequens fubdito-
rum errata † prælatis imputantur. can. quicquid. 1. q. 1. 159
cap. irrefragabili de offic. ordin. ficuti econtra inte-
tas præfidentium falus eft fubditorum, & ficut diligen-
tia in opere mater eft, ita nouerca eruditionis † negli- 160
gentia. can. nihil. dift. 83. Hinc dicitur in cano. 1. Conc.
Trid. de reform. feff. 22. Nihil eft, quod magis ad pie-
tatem & Dei cultum affiduè inftruat, quam fuperiorum
vita & exemplum, &c. & in cap. 1. feff. 25. de reform.
Nec enim dubitandum eft, &c.

Amplia, vt ratione fcandali Epifcopus poffit † cogi 161
renunciare Epifcopatui, vt fcriptum reliquerunt Fede-
ric. de Sen. in tract. de permut. benefic. n. 40. Hoftienf.
in d. cap. nifi. num. 63. Card. Iacobat. de conci. lib. 9.
art. 3. nu. 37. Marc. Mant. in dialogo de conc. num. 55.
& eft communis opinio Doct. & ita vidi feruari in praxi,
ad quod facit cap. nihil. de præfcript. cap. cum te-
neamur. de præb. cap. 1. 2. & 3. de iur. patron. cap. in-
ter follicitudines. §. 1. de purgat. canon. ca. hæc quip-
pe 2. q. 6.

Ratione etiam fcandali † Epifcopus etiam inuitus 162
transfertur de loco ad locum. not. in cap. quæfit. de rer.
permuta. Archid. in can. fuggeftum. 7. qu. 1. Abb. in
cap. 1. de elect. latè Rot. conf. 332 col. pen. vlt. & Re-
dohan. de reb. Ecclef. non alienan. rub. 18. num. 54. &
eft communis opinio Doct.

Et ratione fcandali quis † priuatur beneficio, cap. 163
non eft de regul. iur. per quem text. hoc vult Gamb. in
extrauag. Iulij II. de fimon. Papæ electione. num. 259.
capit. tua. de cleric. ægrotante, per quem text. hoc
vult Stephan. Aufrer. in clemen. vt clericorum. nu. 22.
de offic. ordin.

Vnde illud quod dicit Innocen. in cap. licèt. de
electio. quòd nullus compellitur † renunciare, intelli- 164
gitur fine caufa, fecùs autem caufa accedente. ita de-
clarat Card. Iacobat. de Conc. d. lib. 9. art. 3. n. 25.

Et ratio prædictorum eft, quia pro bono pacis indu-
cendæ, & fcandali extinguendi, iuris præcepta † re- 165
laxantur. §. iam noftris. 28. q. 1. c. fi fortè. vbi gloff.
diftinct. 63. can. neceffariæ. 1. q. 7. cap. fanè. de temp.
ordin. cap. latores. de cler. excomm. minift. cap. nihil.
de præfcrip. cap. ex iniuncto. de oper. nou. nunc. cap.
quod dilectio. de confanguin. & affin. cum aliis adductis
à Roman. dict. conf. 332. num. 16. & tradit Io. à Ca-
piftr. in cap. manifefta. num. 43. de pœniten. & remiff.
Barbat. conf. 1. magnus. col. antepen. & pen. lib. 3.
Felt. in cap. 2. col. 1. & 2. de præfc. Ideò multa † per- 166
mittuntur, vt euitentur fcandala, quæ aliàs non per-
mitterentur. Philip. prob. de iur. regal. q. 23. num. 3. And.
Barba. de præftant. Card. 1. qu. Bafil. 1. p. num. 37. & 38.
Petr. Albin. de Pontif. poteft. num. 11. Greg. Magal. de
fecurit. & falu. conduct. cap. 2. num. 13. Lancelot. de
attenta. 2. par. c. 4. Amplia. 21. Rebuff. de priuileg. fcho-
larium, priuileg. 110. num. 2. & receditur à regulis iu-
ris, vt vitetur fcandalum. Iacoba. de conc. lib. 9. art.
12. num. 114. & eo. lib. art. 3. num. 28. Redohan. de fimon.
c. 3. num. 16. Cæpol. de fimul. contract. num. 347. &
fcandalum inducit † iuftam caufam difpenfandi in omni 167
cafu etiam prohibito. Cardina. Parif. conf. 68. n. 132.
vol. 4. Sam. in tract. breuium. num. 24. Mant. conf. 121.
num. 64. Anchàran. conf. 339. Barbat. laté dict. conf. 1.
lib. 3. & propter fcandalum, eligendus non debet eligi,
neque confirmari, Petrus de Baif. in direct. electio.
cap. 4. part. 2. num. 1. & propter fcandalum † poteft re- 168
fifti Papæ. Iacobat. d. lib. 9. art. 12. nu. 44. & d. art. 12.
difputat, an Papa poffit cogi † ad renunciandum ponti- 169
ficatum ratione fcandali.

Accedit quia propter † fcandalum Epifcopus cenfe- 170
tur irregularis. cap. ex literis. 2. & ib. gloff. de homi-
cid. cap. cum olim. de cleric. coniugat. Ioan. de Ca-
piftran. in cap. manifefta. numer. 43. de renunciat. fed
irregularis cogitur, vt dicetur in fequenti caufa, ergo
& hoc cafu.

Digitized by Google

Comprobatur, quia si Episcopus non renunciaret,
& non cogeretur ad hoc, remaneret contemptibilis &
171 odibilis. Iacobat. dict. ar. 3. num. 18. & iden † vtilitas
publica debet præferri priuatæ, can. scias. 7. q. 1. cap.
in scripturis. 8. q. 1. Hinc Clemens I. cessit Pontifica-
tui ob vitandum scandalum, ne Pontificatus transiret
per successionem, can. 1. vbi gloss. & præpos. 8. q. 1. de
qua re dixi supra, & ratione scandali, vidi cogi quen-
dam Episcopum resignare, non sunt multi anni.

Exemplificatur huiusmodi conclusio, in scandalo
172 vitæ & doctrinæ, & iustitiæ; namque scandalum † est
dictum vel factum, vel signum quo offenditur proxi-
mus, vel cuius occasione trahitur quis in consensum
peccati mortalis, & sic in ruinam. Hostiens. in sum. de
renunc. n. 9. D. Thom. 2.2. q. 43. art. 1. & 9. Stephan.
Aufre. in clem. vt clericorum. num. 17. de offic. ord.
Tho. Act. de ludo schaccor. q. 12. princip. num. 14. Al-
fons. Hoted. in tract. de incompatib. benef. p. 1. cap. 21.
173 num. 6. Hieron. sup. cap. 15. Matth. & est † triplex, vt
dictum est, & fuit opinio Hostiens. communiter recepta
in loco citato.

174 Vitæ, vt quia † Episcopus sit publicus concubina-
rius, aut quid simile faciat. Doctrinæ, quia falsum do-
ceat & prædicet, iustitiæ, quia vendat beneficia ven-
dat iustitiam, aliaque similia faciat, iuxt. notat per
Alfons. de Castr. de iusta punit. hæretico. lib. 1. cap. 20.
Alex. de Alez in 2. par. q. 189. memb. 7. Adria. in quo-
libeto primo artic. 2. & 3. Gemin. in can. licet dist. 45.
Cardin. in clem. 1. de off. ordi Feli. in cap. nihil, de
præscript.

Ex his enim satis colligitur scandalum esse vitan-
dum. Declara tamen hoc procedere, quando potest vi-
tari sine peccato, & sic absque periculo vitæ æternæ. Si
175 verò † non potest sine peccato vitari, tunc eligendum
est potius scandalum, quam peccatum mortale, vt tra-
dunt Innoc. Host. gloss. & Abb. & alij omnes in d. cap.
nisi de renunc. Durand. de Conc. rubr. 4. n. 4. & 73. Con-
rad. Brunus de hære. cap. 16. num. 26. optimè Couarr. in
reg. peccatum, in 1. par. num. 4. de regul. iur. in 6. Io.
Lup. de confed. princ. §. ista q. num. 4.

Idque deducitur ex dicto cap. nisi in §. pro graui ibi.
Sed inter scandalum & scandalum est subtiliter distin-
guendum, sicut Dominus ipse distinxit, cui cum di-
xissent Apostoli. Scis, quia Pharisæi audito hoc verbo
scandalizamur? respondit sinite illos, cæci sunt, & du-
ces cæcorũ. Alibi verò dixit, qui scandalizauerit vnum
de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt sus-
pendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in
profundum maris, &c. & sic Dominus noster Iesus
Christus cum animaduertisset scandalum non posse vi-
tari sine peccato, dixit Apostolis. Sinite Matth. 15. nam
potius peccatum vitari debet, quàm scandalum. capi-
tul. qui scandalizauerit. de reg. in. cap. magnæ. §. pen.
de voto. cum autem potest vitari sine peccato, D. N.
Iesus Christus dixit vitandum. Math. capitul. 18. Qui
scandalizauerit, &c. capitul. cum ex iniuncto. §. super
eo. de ope. non. nunc Thom. Act. de lud. schace. quæst.
5. princ. num. 23.

Declara conclusionem principalem, vt quotiès co-
176 gitur Episcopus renunciare † ob scandalum, ei sit dan-
da recompensa, aut contracambium reddituum vt
possit viuere, & non habeat mendicare. Ita Fede. de
Sen. communiter receptus in tract. de permu. benef.
num. 40. vt tradit Card. quem refert. & sequitur Card.
Iacob. in tractat. de conc. lib. 9. art. 2. num. 25. & num.
37. Idque in facti contingentia fuit obseruatum per
sanctissimum Dominum nostrum, Sixtum V.

Sexta causa, propter quam Episcopus potest petere
177 cessionem, est irregularitas † personæ, vt tradunt In-
noc. in d. cap. nisi, de renunc. num. 8. Hostiens. nu. 67.
Abb. num. 14. & communiter alij. Hostiens. in Summ.
tit. de renunc. num. 9. vers. irregularitas. Gig. de resid.
Episcop. c. 17. num. 20. Diu. Thom. 2.2. q. 185. artic.
4. ver. respondeo, & est communis opinio Doctorum,
quæ probatur in d. cap. nisi, d. §. Personæ verò irregu-
laritas, vt si fortè bigamus, vel viduæ maritus, est
causa, propter quam petere potest licentiam aliquis
resignandi, attestante Apostolo, qui dicit, Oportet
episcopum esse vnius vxoris virum, &c.

Et ratio est, quia Episcopus irregularis, non potest
exercere ea quæ incumbunt suo officio: nam † irregu- 178
laritas est nota, seu impedimentũ canonicũ, ex facto, vel
defectu proueniens, quo quis prohibetur ad Ecclesia-
sticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare
Spec. in tit. de dispensat. §. iuxta in principiu, Ioan.
Andr. & Archid. in cap. 1. de re iud. lib. 6. Lap. in
clem. si furiosus. de homic. Maria. Soc. Sen. in cap. sen-
tentiam. col. 2. ne cler. vel mona. Viliadieg. de irre-
gul. cap. 1. Diu. Anton. in sua Sum. par. 3. tit. 28. cap.
1. Alua. de planctu eccles. lib. 1. cap. 46. Siluester &
Tab. in verbo irregularitas, Nauar. in Manual. cap. 27.
num. 191. Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 1. n. 2.

Amplia, vt stante huiusmodi irregularitate Episco-
pus possit cogi renunciare † episcopatui, idque colli- 179
go, tum ex dicto §. personæ interpretando verbum,
potest, id est debet, vt facit Hostien. ibidem. num. 14.
& diximus supra, n. 2. & 84. tum etiam ex ijs quæ tradunt
Abb. in cap. ad supplicationem, num. 8. de renunciat.
Iacobat. in tractat. de conc. libr. 9. articu. 3. num. 25.

Accedat, quia quamuis irregulari † non possit con- 180
ferri beneficium, cap. is qui. in 2. respon. de senten. ex.
comm. lib. 6. Abb. in cap. vlt. de excess. prælat. Felin.
in cap. 2. de rescript. col. 3. in fin. & collatio ei facta
non † valeat, vt per Card. Paris. latè cons. 136. nu. 41. 181
vol. 4. Anch. consil. 48. Rebuff. de nominat. quæst.
vltim. ver. 4. idque ipso iure, vt est communis opinio,
de qua Nauarr. in manuscript. capit. 27. num. 251.

Tamen si fuerit collatum, & postea superuenerit ir-
regularitas, illa irregularitas, quocunque modo sit
non inducit priuationem † illius beneficij quæsiti ipso 182
iure, vt tenuit Innocen. communiter receptus in capit.
cum nostris. de concess. præbend. Felin. in capitul. in-
quisitionis. de accusat. de communi attestatur Nauar-
qui tenet hanc opin. in cap. si quando excep. 10. num.
13. vers. 3. puto maius dubium, de rescript. fol. mihi
10. idem Nauar. in manuali. 27. nu. 250. ver. 6. princi-
paliter dico ex cap. clericis. ne cler. vel mona. & arg.
cap. minor. distin. 50. potest tamen ob dictam irregu-
laritatem priuari, † vt voluerunt Innoc. Io. Andr. Card. 183
in cap. cum nostris. in princ. de concess. præbend. Mil.
in verb. irregularis. vt homicida † Card. Paris. cons. 184
136. num. 40. vol. 4. namque est irregularis qui noto-
rio crimine enormi, & digno, depositione notatur. cap.
vlt. de temp. ordin. D. Anton. in Summ. p. 3. tit. 28.
cap. 6. §. 7. Nec sufficit † enormitas delicti, sine notorie- 185
tate. Innocent. in capitul. ex tenore. de temp. ordin.
Aret. in cap. cum non ab homine. col. 13. cum seq. de
iud. Bar. Brix. in addit. gloss. in cap. vlt. dist. 25. Naua.
in Manua. d. cap. 27. nu. 248. vers. tertiò dico. Vnde.
cum iste Episcopus irregularis possit priuari, sequitur
eum posse cogi ad resignandum Episcopatum. & exem-
plificatur in dict. cap. nisi, cum pridem verbis iam ci-
tatis, quando est bigamus vel viduæ maritus. D. Thom.
2.2. q. 185. art. 4. ver. respondeo. Bigamia autem est † 186
irregularitas ex defectu sacramenti procedens, vt tra-
dit Host. in sum. in tit. de bigamis. Io. Montagna in
io tract. de irregul. bigam. in princip. Couaru. in cle-
mentin. si furiosus. in 1 part. §. 2. nume. 1. & est † 187
triplex vera, interpretatiua, & similitudinaria. gloss.
communiter recepta in cap. 2. de bigam. Rota in decis.
1. eod. tit. in nou. specul. de dispens. §. iuxta. nu. 6. de
communi. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 195. versic. 2.

Primò dicitur † verè Bigamus, qui secundas contra- 188
xit nuptias. gloss. communiter recepta in cap. 2. de bi-
gam. D. Thom. 4. distinct. 27. q. 1. art. 4. Maiol. de ir-
regularit. lib. 1. cap. 32. col. 3. sub. nu. 3. Nauar. d.
cap. 27. in manual. num. 195.

Secundò interpretatiuè † Bigamus dicitur, qui vi- 189
duam in vxorem adhuc primam acceperit, & cognoue-
rit carnali commistione, cap. si. quis viduam 34. distin-

cap. maritum. dist. 33. gloss. & communiter recepta in
cap. vlt. de Bigam. Siluest. in ver. bigamus & hæc dici-
tur interpretatiua, quia fingitur duas vxores habuisse,
Nauar. dict. cap. 27. num. 195. ver. interpretatiua. Idem-
que erit, si cum virgine, quam post commissum adul-
terium ab ea cognouit, cap. si cuius. distinct. 24. &
ibi gloss. & communiter DD. Abb. in cap. si vir. de adult.
& de cõmuni attestatur Couar. d. §. secundus, n. 3. ver. 4.
etiam, si ex præcepto Ecclesiæ adulteram vxorem inui-
tus cognouerit. Hostiens. in Sum. ti. de Bigamis. q. 9.
S. Tho. Palud. & alij in 4. sententiarum dist. 27. q. 4. Au
frer. in clem. 1. de offic. ord. Capell. Tolos. decis. 255.
Siluest. in ver. Bigamia. qu. 1. & est magis communis
opinio, teste Couar. dict. §. secundus. num. 3. ver. 4.
Anchar. cons. 124. Anan. in cap. 3. de Adulter.

190 Tertia est Bigamia † similitudinaria, quam incurrit
ordine sacro insignitus, vel voto solemni adstrictus, cum
aliqua etiam vnica contrahens & matrimoniũ consum-
mans, can. quotquot. 27. q. 1. cap. vlt. de Big. licet illa sit
virgo, Ang. verb. Bigamia §. 9. Siluest. in eodem verbo
in princip. sanct. Anton. in sua Summ. 3. part. tit. 21. cap.
191 1. Nauar. d. num. 195. Ita etiam Bigamus est qui † etiam
vnicam habuit corruptam, non tamen virginem. cap. de-
bitum, vbi Car. de Bigam. c. 1. de cler. coniug. in 6. cap.
curandum, capit. si quis. de laicis. 34. distinct. latè
Couarr. d. §. secundus. col. 3. ante num. 3. cætera quæ
de Bigamia possunt dici, require penès Couarr. Nauar.
& Maiol. locis citatis, vbi latè, illud autem sciendum
est, quia cum Diu. Paulus 1. ad Timot. cap. 3. iubeat ne
quis ad Dei ministerium accedat, nisi fuerit vnius tan-
tum vxoris vir, id est, vnius vxoris, vel nullius, vt de-
clarat Innocent. I. in epist. 3. cap. 1. & habetur in cap.
præposuisti. distinct. 82. & cap. 1. dist. 26. cum gloss.
D. Ambros. de off. libro 1. capit. 50. D. Aug. lib. de
dogma. eccles. cap. 73. D. Thom. 4. distinct. 27. qu. 1.
192 art. 4. & ideò non est bigamus † admittendus ad ordines
& beneficia. cap. subdiaconus dist. 34. capit. 17. sess. 23.
Conc. Trid. & admissus debet eiici, capit. si quis vi-
duam. dist. 50 cap. 1. de bigam. lib. 6. Io. Andr. in ad-
dit. ad specul. tit. de disp. §. iusta. versic. & scias, Maiol.
de irreg. lib. 2. cap. 32. sub. num. 4. versic. & quia,
Rot. decis. 1. de bigam. specu. in tit. de dispens. §. iux-
ta. vers. defectus Arch. in cap. lector, dist. 34. & com-
193 muniter DD. Ideò Episcopus bigamus † & viduæ mari-
tus potest compelli ad renunciandum, cùm etiam possit
priuari iuxta communes conclusiones, receptas à
Doct.

194 Imo religionis professio bigamiam † non tollit, vt
est communis opinio, de qua per Couar. in dict. clem. si
195 furiosus. 1. p. §. secundus, num. 6. quia ingressus † re-
ligionis eam tollit irregularitatem, quæ non procedit
à culpa, vel actu ipsius monachi, nempè natalium de-
fectu, non tamen eam quæ ab actu proprio deducitur.
gloss. in cap 2. de Apostol & ibi Abb. Maria. Socin. sen.
in cap. ad audientiam. col. vlt de Homicid. Hinc est,
196 quod Episcopus non potest super bigamia † dispensare
Pręposs. in cap. lecto. dist. 50. Ang. in verb. bigamus.
Ioa. Montag. in tract. de big. q. 7. & hanc esse com-
munem opinionem DD. attestantur post alios Couarr.
d. §. secundus. n. 4. & DD. in c. at si clerici. §. de adulte.
de iu. nisi in casu de quo per Turrecrem. in d. cap. le-
ctor. dist. 50. & D. Tho. 4. sent. dist. 27. q. 3.

197 Summus † autem Pontifex (quicquid alij voluerint)
poterit dispensare cum bigamis ad ordines. Innoc. in
cap. 2. de bigamis. & in cap. ad audientiam de homic.
D. Tho. in quolibet. 4. art. 8. Rot. dec. 1. de big. nou.
D. Anton. 3. p. tit. 28. cap. 3. Ioan. Mont. d q. 7. Couar.
d. §. secundus, num. 4. Nauar. d. cap. 27. num. 197. vers.
5. & communiter DD. de communi etiam attestatur
Hoied. de incompat. benefic. part. 1. cap. 23. num. 117.
198 versic. sed breuiter, & ratio est, † quia omnis irregula-
ritas solo iure humano inducta est, cap. lector. cum
gloss distinct. 34. Innocen. in cap. ad audientiam. de
homi. idem Innocen. colum. 3. Ant. de But. num. 19 in
d. cap. nisi cum pridem, & esse communem fatentur
Sil. vers. irregularitas. in fin. Palud. in 4. Sententia. dist.
25. q. 3. Floren. 3. part. tit. 28. cap. 2. §. 6. de commu-
ni etiam attestatur Couar. in initio primæ parti. d. Cle-
ment. si furiosus. n. 2. vbi alios citat, & ideo Lucius
Papa dispensauit cum Archiepiscopo Panormitano, bi-
gamo d. cap. lector. dist. 34. & Ioan. de Lignano referr io
cap. postulasti. de renunc. quod † ipse promotus fuisset 199
ad Cardinalatum, nisi bigamia obstitisset.

Ex quo sequitur conclusio communiter a Doct. re-
cepta, non omnem irregularitatem † præbere legiti- 200
mam causam resignandi Episcopatum, qua potest dis-
pensari, vt tradunt Innocent. Anton de Buti. Abb. &
communiter Doct. in d. cap. nisi. Gig. de resid. episcop.
cap. 17. num. 20. & 21.

Et probatur expreßè in d. cap. nisi cum pridem. §.
personæ illis verbis. Non tamen propter quamlibet ir-
regularitatem personæ debet ei, qui irregulariter mini-
strauit cedendi licentiam indulgere, vtpote si de legiti-
mo matrimonio non sit natus, quia licet irregularita-
tem huiusmodi non potuerit subiicere, si tamẽ & culpa
latet, & causa cum eo, qui laudabiliter suum impleuit
officium (iniuncta sibi pœnitentia competente) po-
test, non minus vtiliter, quam misericorditer dispen-
sari.

Ex quibus colligitur, quod multis † modis fit ali- 201
quis irregularis, vt latè per Spec. de dispens. §. iustè, &
per Nauarr. in manual. a nu. 191. vsque ad nu. 240. per
Burg. in tract. de irreg. per Maiol. in eodem tract. lib.
5. cap. 1. Silu. in verb. irregularitas.

Secundò colligitur, quod iniuncta pœnitentia dis-
pensatur, cùm omnis irregularitas sit de iure positiuo,
communis opinio teste Couarruuia. dicta clementin.
si furiosus, in initio primæ partis, numere. 2.

Tertiò colligitur, quòd non omnis irregularitas
præbet causam iustam cedendi, & ita communiter reci-
pitur, ac etiam practicatur.

Et hæc quantum ad causas relatas. Nunc autem quæ-
ro, an aliæ sint causæ prærer relatas sex, ex quibus
Episcopus possit resignare Episcopatum.

Hostiens. in dict. cap. nisi cum pridem, sub num. 78.
videtur tenere negatiuam opinionem, nam dicit sex es-
se causas, idemque affirmat Anton. de Butra. sub num.
5. Fusc. de visi. par. 2. capit. 28. num. 1. Redohan. de si-
mon. par. 2. cap. 13. num. 11. Gig. de resid. Episcopo.
cap. 17. num. 22.

Quæ opinio probatur in d. cap. nisi cum pridem. in
ver. verum, dum inquit summus Pontifex relatis præ-
dictis sex causis. Verum si propter alias causas cessionem
affectes, non est in hoc tibi postulanti fauendum, cùm
huiusmodi postulatio videatur non esse discreta, &c. si
ergo postulatio ex aliis causis non est discreta, ergo rei-
cienda est, namque summus Pontifex annuit iustis pe-
titionibus.

Secundò comprobatur, quia cum † referat sex cau- 202
sas, videtur excludere alias ex vulgari & communiter
recep. l. cum prætor. ff. de iudic. latè Felio. in cap. non-
ne de præsumpt. namque si voluisset illas expressisset.
argum. l. vnicæ §. sin autem. C. de caducis. tollen.
Non expressit, ergo noluit capit. ad audientiam. de
decimis.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
existimo veriorem, vt Episcopus ex aliis causis possit
† resignare Episcopatum, dummodò causa sit vtilis, & 203
honesta, quam opinionem expresse probat tex. in d.
cap. nisi cum pridem, in finalibus verbis. Quia vero in
postulando cedendi licentiam instit isti tibi te duximus
relinquendum, vt distinctis causis propter quas cedere
oporteat, si propter aliquam causam vtilem, & hone-
stam in huiusmodi proposito perseueres, de licentia
nostra cedas, alioquin cedendi licentiam auctoritate
Apostolica tibi scias esse penitus interdictam, &c. & ra-
tio quia ex causa iuxta receditur à regulis † iuris, l. si 204
hominem. ff. manda. Deci. in capitu. cum sit Romana,
num. 13. de appellat. Menoch. de arbitr. iudic. libr. 2.
cas. 52. num. 5.

Google

Secundò probatur hæc conclusio ex exemplis,& do-
ctrinis adducendis in sequentibus conclusionibus,adeò
quod apparebit hanc esse communem & receptam opi-
nionem etiam in praxi.

Non obstant in contrarium allegata, & 1. tex. in d.
cap. nisi cum pridem in §. siue versi. verum, quia res-
pondetur verba illius §. esse intelligenda de causis,non
iustis, non honestis, sed indiscretis, idque deducitur
ex verbis relatis, positis in fin. illius capitis, vbi exci-
205 cipitur causa iusta, & honesta, & tamen sequentia †
declarant præcedentia. l. si seruus plurium §. vlt. ff. de
leg. 1. l. qui filiabus. ff. eod. tit. & lib. Bal. in l. do-
mum. col. 1. in fin. C. de rei vend. Iason. cons. 215.
col. 2. lib. 2.& vt vna pars legis non sit contraria alte-
ri, sed vt potius declaret.iuxta l.verum.ff.de petit.hæ-
red.d.l.qui filialibus.ff.de leg.1.l.non est nouū.ff.de leg.

Ad secundum argumentum respondeo vnius inclu-
206 sionem non esse exclusionem alterius, † quoties casus
exclusus includitur alia via. Salicet. in l. quod de cri-
mine. in 2. opposit. C. qui accusar. Decis. cons. 11.n.
17. Rimin. Sen. cons. 559. n. 26. Ruin. 157. n. 19. li. 1.
vel alia ratione,gl. in d. l. cum prætor. ff. de iudic. Fe-
lin. in capi. nonne. in 4. limitat.de præsumpt. Riminal.
Senior consil. 251. num. 44. Dec. in l. 1. in 3. lectura.
num. 84. ff. si cert. petat. Paris. cons. 111. num.39. vol.
sed in casu nostro includitur alia via & ratione, vt di-
ctum est, ergo. Sicuti neque etiam procedit illa regula
207 l. cum prætor. † quoties aliqui casus exprimuntur ob
maiorem frequentiam, nam tunc expressio eorum non
excludit alios. l. 1. C. de his qui ad Eccl. confu. l. 1.
C. de raptor. virg. Iaso. in l. 1. §. huius studij.ff. de
iust. & iur. cum alijs, vt per Rebuf. in cap. 1. col. 5. in
princ. de caus. poss. & proprieta. Menoch. in tract. de
arbitr. iud. cas. 64. num. 18. But. Imo. & Ias. in l. 1. nu.
33. ff. sol. matr. Bello. cons. 52. n. 10. Fel. d. cap. non-
ne. in limitat. 5. & communiter Doctores.

Sed dubium erit, quæ sit hæc causa vtilis & honne-
208 sta? remittendum erit arbitrio † iudicis. vt colligitur
ex Bal. in d. cap. nisi. sub nu.3.pro varietate circunstan-
tiarum, personarum, & loci. ita Nauar.in comment.4.
de regul. num. 36. sicuti arbitrio iudici remittitur,quæ
209 iusta sit causa † litigandi. Affli. in cap. 1. nu. 21. vers.
item habet. ex quibus caus. feud. amitt. in vsibus feu-
dorum, Iaso. in l. properandum, §. fin autem.num. 8.
C. de iudic. Ruin. cons. 1. num. 54. lib. 3. & communi-
ter Doctor. vt per Menoch. de arbitr. iud. cap. 1. 177.
num. 2. & alibi. Idem Menoch. cons. 75. n 35. lib. 1. scri-
210 bit † tria requiri, vt sit iusta & honesta causa, scilicet,
vt secundum æquitatem sit licita, vt conueniens sit ho-
nestati, vt expediens sit secundum vtilitatem: & hac
sumpta occasione, aliqua subiiciam dubia, vt nihil re-
maneat intactum.

Primum erit, an liceat episcopo resignare episcopa-
211 tum ratione otij? Respondendum † est negatiuè, vt
tradunt gl. in verb. otiositas. Host. sub num. 78. Abb.
nu. 50. vers. verum.in dict.cap. nisi de renunt. vbi com-
muniter omnes DD. sequuntur. & secundum hanc opi-
nionem respondit Nauarr. cons. 9. de renunt. & proba-
tur tum auctoritate, tum ratione, auctoritate dict. cap.
nisi. §. personæ, ibi, cum huiusmodi postulatio videa-
tur non esse discreta (vt id tanquam notissimum omit-
tamus, quod otiositas & voloptas arma sunt hostis an-
tiqui ad miseras animas captiuandum) &c. vnde ratio-
ne otij & quietis non licebit, quod etiam probatur in
can. suggestum. 7. q. 1. in fin. Ratione probatur, quia vt
ibidem dicitur, otiositas connumeratur inter arma dia-
212 boli, ideò otium appellatur † incentiuum omnium co-
gitationum & tentationum malarum, vt tradit Marq.de
iust. de sacerd. cap. 9. num. 7. vnde carmen (otia si
tollas, periere cupidinis arcus.) de quo facit mentio-
nem Gloss. in d. verb. otiositas, ergo Christianus sem-
213 per debet aliquid facere, ne diabolus † eum inueniat
otiosum, can. nunquam, de consecr. dist. 5. hinc otio-
sitas appellatur contra naturam, cum nullum ens sit
otiosum. † secundum Aristot. lib. Ethic. Corrad. Bru 214
de sedit. lib. 1. cap. 14. num. 10. dicit ex otio milites
corrumpi.

Ex quo infero, quòd si episcopus, hac ratione prin-
cipaliter petat admitti ad renunciationem Episcopatus,
illamque obtineat ob magnum fauorem, † peccat nam 215
qui vtitur licentia, sciens illam non esse iustam, pec-
cat. D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 5. ad 3. & est communis
opinio teste Nauar. in com. 4. de reg. nu. 36. & hanc
conclusionem decem fundamentis probat Nauarr. d.
cons. 4. de renunt.

Secundum dubium, an liceat episcopo resignare
episcopatum ob labores, qui necessario sustinentur in
cura pastorali? Respondendum est quoque † negatiuè, 216
vt tradit Hostiens. in d. cap. nisi, sub num. 78. & ibi om-
nes sequuntur.

Et probatur tum auctoritate, tum etiam ratione, au-
ctoritate. tex. in d. cap. nisi. §. verum. ibi, propter la-
boris angustias, aut persecutionis incursus non debes
deserere sponsam tuam, &c. Et sic denegatur licentia
propter laboris angustiam. ad quod etiam est text. in
can. suggestum, 7. q. 1. Ratione, quia labor res † lauda- 217
bilis est, vt tradit Gaspar beatius in tract. de inop. de-
bit. capit. 2. num. 44. namque ferocientem carnem do-
mat, vt voluit Stephan. de ludib. articul. 2. num. 36.
Hinc labor est † gloriæ pater, & omnis laus in actione 218
consistit, & Deus otiosis non adest, vt dicebat Xeno-
phon. in lib. de repub. Lacedemon. & tradit Cicer. de
nat. deor. lib. 2. & ad hoc adest Euripidis & Hesiodi
pulchra sententia. vt per Gaspar. Beat. loco citato. Et
tandem labor anteponendus est otio, vt scriptum reli-
quit Plato ille diuinus, proùt attestatur Marc. Mant. in
tractat. de conc. num. 12. cum homo natus sit ad labo-
rem, sicuti auis ad volatum. Quint. lib. 1. Institut.
orat. cap. 1. Montan. in l. secundum naturam. in prin-
cip. ff. de regul. iur. & lex Draconis † otiosos capite ple- 219
ctebat. vt scribit Diodorus, quem refert Cassan. in ca-
talog. glor. mund. in princi. part. 13. Et non mirum est,
si leges plerumque cogunt, & compellunt homines ad
exercendas artes quas nouerint. Lucas de pœn. in l. me-
chanicos. C. de execut. art. liber. lib. 10. Immo etiam
ille qui ab aliquo † alendus est, tenetur operas ei præ- 220
stare. gloss. vltim. in l. sicut. ff. de oper. lib. quo decla-
tur à Tobia consil. 85. num. 6. Si ergo labor producit
tot, & sit anteponendus otio, sequitur non licere epis-
copo renunciare ratione laboris.

Quod comprobatur, quia † graue est militiam sub- 221
terfugere ac detractare, can. placuit, distinct. 57. cap.
honoratus. cap. quæris, de ætat. & qualit. Et peccatum
est, egentibus opem non dare, can. sicut. 11. q. 1. can.
placuit. 33. q. 5. can. clericus, dist. 91. ex quo sequitur
solida, & communis conclusio, Episcopum debere la-
bores patienter sustinere; namque magnis præmiis affi-
cietur in hac, & in æterna vita, quandoquidem magnis
præmiis afficitur, qui magnum laborem † sustinet. vt 222
habetur in fin. procemij Institu. Tho. Act. de lud.
schac. quæst. 1. column. 1. Petrus de Vald. de canon.
Episcop. vers. quoad secundam quæst. num. 27. Cardin.
Alba. de potestate Papæ in præf. Gulielm. Redoan. de
spo. eccles. quæst. 7. §. occurrit. n. 4. Horat. Lucius. de
priuil. scho. in præf. n. 11. Et è contrario qui non labo-
rat † non manducat. vt scripsit Paul. Apostol. 2. ad 223
Thessal. cap. 3. & hac ratione. D. noster Iesus Christos
misit operarios in vineam. vt per Mant. de conc. num.
13. cum sequent. vnde, &c.

Illud autem quod in verbis citatis d. cap. nisi cum
pridem dicitur de persecutione, intelligendum est de
proueniente ratione otiositaris, & voluptatis. vt decla-
clarat ibi Hostiens. sub num. 78.

Ex quo infertur, quòd si quis motus fuit ad renun-
ciandum episcopatum, ratione laboris principaliter, &
resignatio fuit admissa ad instantiam alicuius Cardina-
lis, vel Principis, resignans † peccat. arg. c. sicut. 11. 224
q. 1. c. placuit. 33. q. 2. can. clericus. dist. 91. namque

vtens licentia iniusta, peccat. D. Tho. 1. 2. qu. 96. art. 5. ad 3. qui ad hoc communiter recipitur, reste Nauar. in comment. 4. de Reg. n. 56. & tradidimus suprà.

Quod limitatur non procedere, quoties per multos
annos sustinuisset laudabiliter illos labores annexos
curæ episcopali: nam si postea esset admissa à superiore
resignatio Episcopatus, crederem resignantem non
225 peccare, & excusandum, cum diu laborans † egeat re-
quie: vt scriptum reliquit Arist. 8. Polit. & 4. ethi.
Cic. lib. 1. de off. & habetur in can. quod ait 22. qu. 2.
facit l. ciuitatibus. ff. de ann. leg. 1. l. annuam pecu-
niam. ff. de ann. leg. cum aliis. vt per Stephan. Coll.
in tract. de lud. §. 1. num. 4. & 5. Hinc diceb■ Diu.
Thom. 2. 2. qu. 168. hominem refocillatione indigere,
quia non potest continuè laborare; nam nimij labores
corrumpunt vires. Aristot. lib. 2. Ethic. tractat. 1. cap.
2. idque etiam comprobatur ex eo, quia videmus in
226 iure ciuili, veteranis militibus dari † immunitatem. l.
vlt. C. de mancip. & col. lib. 11. l. 1. ff. de milit. test.
cum nostt, & volunt communiter scribentes passim.
Ac senibus. §. item maior. instit. de excusat. tuto. cum
simil. genus enim humanum ideò militat, vt peractis
laboribus quiescat. l. 4. C. de appa. magi. milit. lib. 12.

Tertiò dubitatur, an liceat Episcopo resignare epi-
scopatum ratione inspirationis, vel humilitatis? nega-
227 tiue respondendum est, † vterque enim probatur in d.
cap. nisi. de renunt. in §. porrò. vbi hoc dicit expres-
se summ. Pontifex, & reddit rationem, ibi. Tu quo-
modo scis, quod talis inspiratio sit cœlestis? & in §.
quod si forsan humilitatis causa de culmine quæris
Pontificali descendere, eo ipso humilitatis videris eri-
gere malè verticem, quòd te nimis in resignandi pro-
posito exhibes pertinacem: quia tunc interea veram
humilitatem custodies, cum & per eam locum subli-
mem fugies, & per obedientiam non dimittes, &c.
& ibi, nulla maior poterit esse charitas, quam vt ani-
mam suam ponat quis pro amicis suis, &c. Ad quod fa-
cit illud, quod ex sententia aliorum scribit Nauarr. in
228 cap. inter verba. in 5. conclus. 11. quæst. 3. nullam †
esse humilitatem, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.
Et hoc scriptum reliquit Valer. Maxim. lib. 8. cap. 5.
& tradit S. Anton. in sua sum. p. 2. tit. 4. cap. 1. in
princ. Diu. Thom. 2. 2. quæst. 131. art. 1. ad 3. com-
229 mendatur † tamen humilitas in ministris Dei. Card.
Alba. de potest. Papæ. p. 3. num. 43. namque præci-
230 puam esse virtutem † tradit Foller. in tractat. de con-
231 tract. cens. num. 19. Et quid sit humilitas † & qui sint
eius gradus, tradit Io. à Capis. in spec. consc. nu. 243.
285. & 286. & in quibus consistat, tradit Rebuff. de
232 priu. scho. requisit. 2. numer. 6. & meritum eius † re-
fertur a Petr. a Mont. de potest. Ponti. n. 25. Pauin. de
visit. 2. q. 10. n. 34.

Quartò dubitatur an sit iusta causa resignandi epis-
copatum, si episcopus velit ingredi religionem appro-
233 batam causa mutandi statum & vitam? negatiuè † res-
pondendum est. scilicet episcopum non posse deserere
episcopatum, vt fiat monachus. Abb. in d. cap. nisi
cum pridem. 30. ver. nota. 4. in fi. num. 20. Albe. in
verb. episcopalis ordo. Cai. Ale. in cap. suggestum.
numer. 1. 7. qu. 1. Diu. Thom. 2. 2. q. vlt. ar. 3. Maiol.
de irregulari. li. 3. c. 6. n. 31. in fin. & est communis
opinio Doctorum.

Quod primo probatur in d. cap. nisi. primò ponde-
rando principium, dum Inn. III. scribens archiepisco-
po Calaritano dicit. Si in huiusmodi cessione frugem
meliorem vitæ tibi promoris, scire te debes non esse
sanctificato in vtero sanctiorem, &c. Secundo dum di-
cit in §. nec putet. quod ideò Martha malam partem
elegerit, &c. & ibi hoc notat Abb. n. 20.

Tertiò ponderatur cum paulò post dicit. Quapropter
facilius indulgetur, vt ascendat monachus ad præsula-
tum, quàm præsul ad monacharum, &c. Ex quibus om-
nibus satis colligitur, quòd ille Archiepiscopus vole-
bat fieri monachus, & scripsit pro licentia, & Innoc. 3.
illam denegat, & rescribit iniustam esse petitionem, vt
pater in verbo. cum hujusmodi postulatio videatur
non esse discreta, &c.

Secundò adstipulatur. cano. suggestum. 7. quæstio 1.
Suggestum est, & pro ouibus sibi commissis laborare
negligant, & monasteriorum se quieti cum tradere se-
stiuent, & vacationem ab episcopatus laboribus eli-
gere subdit postea, attendite itaque vobis & omni
gregi.

Tertiò adducitur tex. in can. sciscitaris 7. qu. 5. scis-
citaris; itaque per N. præsbyterum, vtrum cum à
Normannis de episcopatu expellaris, debeas de cætero
in monasterio conuersari? in quo scias charissime fra-
ter, quod si perniciosum est proretam in tranquillitate
nauim deserere, quantò magis in fluctibus.

Quartò comprobatur, quia status † episcoporum 234
perfectior est statu monachorum, cum status Episco-
porum consistat, vt sit obligatus ad insistendum saluti
proanimorum & subditorum sibi commissorum. Diu.
Thom. 2. 2. qu. 185. art. 4. & ob id † tenetur visitare 235
suam diœcesim. can. decernimus. can. relata. 9. qu. 1.
cap. cum venera. §. quia ergo. de cens. can. 3. sess. 24.
de reform. Conc. Trid. & ideò latinè Episcopus dicitur
superintendens, can. qui Episcopatum. 8. qu. 1. Aug.
de ciuit. Dei. cap. 19. Diu. Thom. 2. 2. qu. 18. art. 1.
Nicola. de Lira super 1. Pau. ad Phi. & 1. ad Tim. cap.
3. & 1. Petr. cap. 2. in fin. Hieron. super 1. ad Timot.
cap. 3. Isid. lib. 7. ethymolo. ca. 12. Archiep. Flo. in
summ. part. 3. tit. 19. cap. 1. Turrec. in can. 1. col. 1.
dist. 84. & est nomen † oneris, non autem honoris. dict. 236
can. qui Episcop. 8. quæst. 1. Azo. in summ. C. de Epi.
scop. & cler. Specul. in titul. de instir. edit. §. 14. ver.
de Episcop. in fin. Hostiens. in cap. post translatio-
nem. num. 8. de renunt. nam tenetur residere in sua
diœcesi. Diu. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 5. & ibi Ca-
iet. Turrec. in can. peruenit. in princ. 7. quæst. 1. &
ibi Archidiac. Dom. Sot. lib. 10. de iust. & iur. qu. 3.
per totum. Card. Alb. de pot. Pap. 2. p. num. 36. Tho.
Campeg. de resid. episc. n. 1. & 2. & communiter DD.
cum Episcopatus vocetur Parochia. cap. ad Apostolicæ
de donat. Hostiens. in cap. super eo. num. 6. de paro-
chia. & in cap. plerique. num. 2. de pact. & in cap.
cum in cunctis. nu. 9. de elect. Specul. de modo con-
greg. gener. conc. rub. 4. num. 5. Et ideò Episcopo-
rum † vita dicitur docendi. Esai. cap. 58. clama, ne 837
cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. can. si rector. 43.
distin. con. placuit 10. quæst. 1. cap. inter cætera de
offic. ordin. clem. dudum. §. verum. de sepul. Concil.
Carthag. 4. cap. 2. Mogon. cap. 25. conc. Remen. cap.
4. & 15. Conc. Lateran. sub Innoc. III. cap. 15. Con-
cil. Alerat. cap. 10. Concil. Trident. sub Paulo III.
cap. 2. sess. 5. de refor. & sub Pio 4. cap. 4. sess. 24.
de ref. & fuit traditum a DD. Paulo, Hieronymo, Gre-
gorio, & aliis sanctis Patribus, quos refert Petrus de
Bais, in direct. elect. 3. p. c. 49. col. 1. & 2. Marc. Anto.
Marsil. de red. eccl. cap. 20. nu. 3.

Et vita monachorum † est vita subiectionis & dis- 238
ciplinatus, non autem docendi. Præpos. in cano. hoc
nequaquam, col. 1. 7. quæst. 1. per illum textum in
verbo monachorum. Ergo non erit licitum † ex statu 239
perfect■d minus perfectum transire. Diu. Th. 2. 2. qu.
185. art■.

Limita hanc conclusionem non procedere, quoties
Episcopus non posset proficere populo sibi cõmisso: † 240
nam tunc potest fieri monachus. ita Diou. Thom. 2. 2.
quæst. 185. art. 4. vers ad primum. in fi. Præpos. in d.
can. hoc nequaquam. nu. 2. vers. pro cuius euidentia
7. quæst. 1. Gig. de resid. episcop. d. can. 17. num. 10.
vers. dicendum, & est communis DD. opinio. Et ra-
tio est secundum Diu. Thom. quia si non potest salutem
aliorum procurare, conueniens est, quod suæ saluti
intendat, & hoc est, quod dicitur in d. cap. nisi cum
pridem. §. quippe de renunt. ibi. dummodo proficere
illis possis, & si non omnibus, tamen multis, &c.

Ita etiam poterit quia ea episcopatu transire ad vi-
tam monachalem propter delictum † irregularitatem, 241

Digitized by Google

&c. vt scribunt Præposit. & Gig. locis citatis. Archid.
in can. temporis. §. item 7. quæst. 1. ibi interpretatur
verbum positum in illo text, causa humilitatis, scili-
cet quoties concurrit delictum, sequitur Præpos. loco
citato.

Illud autem nequaquam est omittendum, quòd si
quis ex episcopali statu ad monachatum transierit pro-
pter delictum (vt quia fuit episcopatu depositus & in
monasterio detrusus ad pœnitentiam peragendam: non
242 potest iterum † ad Episcopatum reuocari. vt dicitur 7.
qu. 1. can. hoc nequaquam apud nos habetur, vt qui-
cunque de Pontificali ordine ad monachorum pœni-
tentiam descenderit, vlterius possèt ad Pontificatum
reuerti, &c. & ibi quicunqoe, &c. hoc etiam dicitur in
canon. temporis. §. item. 7. qu. 1. & ibi Archidiaron.
ita interpretatur, & hoc expresse firmat Diu. Tho. 2. 2.
quæst. 185. att. 4. vers. ad secundum in fin. Præpo. in
d. cap. hoc nequaquam num. 3. Alber. in verbo, episco-
palis ordo, Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 6. num. 4. &
est communis omnium doct. sententia, quæ etiam ex-
presse probatot in cap. post translationem. de renunt. &
ibi Abb. num. 9. & communiter alij scribentes. Immò
243 si episcopus † ante episcoputum erat monachus, & po-
stea relicto aut deposito Episcopatu redeat ad mona-
sterium, in ea religione non potest habere dignitates,
neque officia, vt censuit Paulus IV. sanctæ mem. con-
stituo 45. incipien. in sacra B. Petri an. 5.

Hodie autem concederetur Episcopo licentia ob
hanc causam cedendi simpliciter.

Quintò dubitatur, an liceat Episcopo resignare
propter intemperiem aeris, puta quia cœli, locique
grauitas est contraria suæ naturæ? Hanc esse causam
244 † iustam, & honestam scribit Hostiens. in c. 1. num. 3.
de renunt. & in terminis quoque hoc vult. gl. in cap. ad
supplicationem. eo. tit. vbi Hostiens. in princ. io ver-
bo, morari Felin. in cap. accedens. lib. 2. n. 11. vt lite non
contestata, Redoan. de simon. p. 2. cap. 13. num. 11.
vers. item propter, & facit quod scribit Rebuff. in prax.
benef. in tit. de resign. expr. sub num. 2. & credo esse
communem opinionum DD. ad quod facit dict. cap ad
supplicationem, ibi, eum a cura, qua tenebatur Eccle-
siæ Ragusinen. duximus absoluendum, eo quod ibi non
poterat securè morari, &c. & ibi gloss. in verb. mora-
ri, inquit propter periculum mortis, forsitan propter
intemperiem aeris, accedat text. in cap. quorundam,
245 distinct. 74 propter intemperiem † aeris fit translatio
de vno loco ad alium.

246 Comprobatur ex ratione optima, † quia aëris in-
temperies, est iusta causa non morandi in aliquo loco,
vt egregiè scripsit Bart. quem ad hoc refert & sequitur
Sfort. Odd. de restitut. io integr. part. 1. quæst. 7.
num. 95.

247 Hinc intemperies † aëris excusat à residentia gl. in
clem. nc in ægro. §... ad finem in verbo rationabili de
stat. monachorum. Felin. in cap. accedens. 2. nom. 11.
in vers. 6. conclus. Fusc. de visitat. lib. 2. capit. 28.
num. 9.

248 Hinc intemperies † aeris excusat quem à periurio,
nam si quis vltra montanus iurauit stare in mense Au-
gust. Rom. non tenetur ad obseruantiam illius iuramen-
ti, quia vergit in dispendium salutis propriæ, ita gloss.
communiter recepta in cap. si verò in verb. salutis
æternæ de iureiuran. ita interpretans illum textum, ex
cap. innocens. §. vlt. 2. 2. q. 4. sequitur Abb. adducens
plura. num. 2.

249 Hinc etiam † intemperies aeris excusat citatum,
tanquam locus non sit securus, gloss. in can. communis
filius. distinct. 23. Bart. in l. recusate. §. si quis alio. ff.
ad Trebell. Marian. Socin. sen. in rub. de dilatio. DD.
in l. de ætate. ff. ad Trebel. Fel. in d. cap. accedens n. 2.
vers. vt lite non contestata & communiter DD.

250 Hinc intemperies † aëris excusat a curso præscriptio-
nis. Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex
quibus causis maior. Fel. in cap. cum non liceat. col. 6.
deræ scripc.

Ideo pestis † est iustissima causa timoris & absentiæ 251
à loco contagioso. Rom. consil. 263. num. 2. Card.
Paris. cons. 28. col. 1. vol. 4. Rol. a Vall. cons. 81. n. 33.
lib. 1. Neuiz. cons. 51. n. 13. Franc. Mar. decis. 883. num.
4. Rip. in tract. de pest. de priuileg. in d. c. pest. num.
36. Vallascus in l. imperium. num. 188. ff. de iurisd. om-
nium iudic. Æris enim boni, plura sunt commoda: &
mali plura incommoda, vt per Tiraq. in tract. de no-
bilit. c. 31. nom. 582. Ideo salubritas aeris conseruanda
est, & omnia inducentia eius corruptionem, sunt pro-
hibita, vt scribit. Card. Paris. cons. 110. n. 12. vol. 4. &
ideo fundua † tatione boni aeris magis æstimatur, vt 252
tradit Capol. in tract. de seruit. rust præd. c. 43. n. 4.

Declararem tamen hanc conclusionem, si huius-
modi intemperies aeris, est in tota diœcesi.

Sexto dubitatur an iusta causa resignandi Episcopa-
tum sit, quando Episcopus non potest in Diœcesi mo-
rari ob inimicitias, quas ibi babet. Hanc esse iustam † 253
rationem tradit Host. in cap. ad supplicationem. in prin-
cipio, & ibi gl. in verb. morari. de renunc. Ant. de But.
num. 2. Abb. num. 1. & communiter DD. Fusc. de visi-
tat. lib. 2. c. 28. num. 8.

Quod potest probari auctoritate. tex. io d. cap. ad
supplicationem, vbi refertur fuisse concessam faculta-
tem resignandi, Archiepiscopo Ragusinen. qoia ibi
propter periculum vitæ, non poterat morari. Hostiens.
& glos. dicunt non poterat morari, vel propter aeris
intemperiem, vt supra dictum est in præcedenti con-
conclusione, vel quia habebat inimicos capitales: &
hæc interpretatio ad illum text. est verior ac verisimi-
lior, & videtur ab eis firmari, † cum referatur vltimo 254
loco. gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. Alex.
consil. 51. col. 2. lib. 4. Ias. in l. si idem cum eodem.
§. 1. per illum text. ff. de iurisd. omn. iud. Sarmient.
lib. 3. select. interpret. c. 4. nu. 2. vers. 3. in fin. cum
aliis, vt per Benioc. in prin. instit. de action. nu. 25.

Et ratio est, quia inimicitia † est iusta causa non ma- 255
nendi in aliquo loco. vt probat egregiè text. in cap.
accedens. 2. vt lite non contest. Fusc. de visit. lib. 2.
dict. c. 28. num. 8.

Hinc inimicitiæ capitales † excusant à residentia, 256
gloss. communiter recepta in cap. vlt. verb. excusa-
tionem. de cler. non resid. quæ ad hoc allegat cap.
bonæ. 2. de elect. Fusc. d. c. 28. num. 8. & ideo con-
gregatio Episcoporum indulget aliquot menses citatis
ob hanc causam, vt vidi pluries seruari.

Hinc inimicitia † capitalis excusat citatum. Fel. in 257
cap. accedens. num. 4. vt lit. non contest. & ibi omnes
DD. hoc volunt.

Quæ antem † dicatur inimicitia capitalis: Commu- 258
nis opinio est, remitti arbitrio iudicis. Barb. consil. 21.
col. pen. lib. 2. Gramm. cons. 57. num. 9. cum alijs, vt
per Menoch. de arbitr. iudic. cas. 210. num. 2. & 3.
illud autem non omittam. quòd † inimicitia non præ- 259
sumitur. §. si quis vero. auth. de test. l. in ratione. §.
cum quidem. ff. ad leg. Falcid. cum sit facti, & facta
non præsumuntur, nisi probentur. l. vnica. C. de mand.
princ. cap. cum io iure: de offic. deleg. cap. Raynu-
tius. de testam. Crauer. cons. 8. no. 8. & quia omnis
inimicitia est contra † ius naturale. Bal. in cap. consti- 260
tutus. in fin. de rescript. probatur tamen inimicitia † 261
per coniecturas, Bald. cons. 41. præmittendum est.
nu. 5. lib. 5. Abb. in cap. appellantur. num. 2. in pen.
notab. de accusat. & modos omnes † probandi ini- 262
micitiam, deducit Mascard. de prob. conclus. 868. per
totum.

Ampliatur primò huiusmodi conclusio, vt idem sit
dicendum, si Episcopus non potest † tutè sine mortis 263
periculo ad Episcopatum accedere, nam hanc esse iu-
stam cedendi, affirmauit Abb. in cap. supplicationem.
num. 1. in 1. notab. per illum text. de renunt. & ibi
Ant de Butr. in princ. nam etiam hæc, est iusta causa
non residendi.

Ampliatur secundò, vt iusta causa resignandi Epis-
copatum, sit, quando Episcopus premitur Tyrannorũ † 264

Digitized by Google

tyrannidè, ita Hostiens. in cap. 1. num. 3. de renunc. & probatur in dict. cap. ibi, si tuam aut senectutem, aut insufficientiam forte considerans, te tanquam emeritum postulas relaxari, &c. Insufficientiam interpretatur Hostiens. quia inimicorum tyrannidè opprimebatur, cap. officij. de elect. & carebat potentia amicorum cap. constituris. §. 2. in fi. de appell.

265 Idque comprobatur ratione, nam † inimicitia potentiorum, siue partialitates, & factiones iustam causam timoris & absentiæ præbent, cap. ad supplicationem. de renunc. Bart. in l. sciendum. §. accusatio. ff. de legat. Franc. Marc. decis. 803. num. 4. Afflict. decis. 29. per totum, Fel. in cap. accedens. 2. num. 4. vt lite non contest. & communiter DD. vt per Sfor. Odd. in tract. de restit. in integ. p. 1. q. 7. num. 90. & 91.

Limita tamen hanc conclusionem, quoties per alium possit saluti subditorum prouideri, alias secus. ita D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 5. vers. respondeo dicendum, vt dixi supra.

Septimum dubium, si Episcopus non retineat iusta conscientia Episcopatum, an hoc præbeat iustam causam resignandi? Reperio Abb. in cap. quidam. in 2. notab. de renunc. colligentem ex illo text. & firmantem
266 affirmatiuam opinionem, † dum notat duplicem causam, quem impellentem ad cessionem, scilicet vtilitas Ecclesiæ, vel quia forte non tenet beneficium cum bona conscientia, & hæc est communis opinio, quam explicabimus loco suo.

Lib. 5. quæst. 3. num. 44. Ibi, Nisi aliud Papæ videbitur.

EXceptionis ratio, subsequenter posita ab Authore, tam num. 45. quàm num. 66. videtur nobis valde debilis, in hoc Galliæ Regno: Vbi summus Pontifex, de Episcopatibus & aliis beneficiis consistorialibus, non liberè, vt alibi, sed ad Regis nominationem (vacantibus in Romana curia dumtaxat exceptis) prouidet.

Eadem quæst. num. 265. Ibi, Iustam causam timoris, & absentiæ præbeat.

INimicitiæ enim, partialitates & factiones potentiorum (quibus pares esse non possumus. l. 3. ff. de alienat. iudicij. mutan. cau. fac.) talem metum inducunt, qui cadere in constantem virum possit. Quænam autem iustum metum inducat, videndus est Nicolaus de Milis, in suo repertorio, in verbo, metus. Hunc Authorem (vt id obiter adnotemus) non Nicolaum, sed Ioannem nominat Petrus Paulus Parisius, concilio 68. num. 174. volum. 4.

Eadem q. 3. num. 1. Malè conscius, &c.

¶ DE Episcopo principi suspecto idem puto dicendum, quod de criminis conscio, vt scilicet possit, & debeat renunciare: *interest* enim Principis, ne eligatur sibi suspectus, qui reuelare possit secreta regni, argum. l. omne delictum. §. exploratores ff. de re militari, Abbas in cap. quod sicut de elect. vnde Innoc. selin. & hostien. in cap. super his de accusat. dicunt posse principem secularem ex prædicta causa suspicionis non admittere prælatum institutum per Papam: debet tamen cedere coactus aliunde remunerari, iuxta ea, quæ ibi tradit Auctor num. 176. & nostris temporibus fieri vidimus.

QVÆSTIO IV.

Quæ causæ requirantur in resignatione dignitatis Ecclesiasticæ aut beneficij curati.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas Ecclesiastica, & beneficium curatum resignuntur, ex causis, ex quibus Episcopatus.*
2 *Episcopi successerunt in locum Apostolorum.*
3 *Episcopi habent culmen dignitatis.*
4 *Petrus fuit par Apostolis.*
5 *Argumentum à maiori est fortissimum.*
6 *Argumentum à maiori procedit in materia odiosa.*
7 *Argumentum à maiori habet locum in materia correctoria.*
8 *Argumentum à maiori habet locum, in materia statutaria.*
9 *Cap. nisi. de ren. habet locum in inferioribus.*
10 *Vbi subest eadem ratio, dicitur comprehensio.*
11 *Ratio disponit sicut lex.*
12 *Ratio ampliat dictum particulare.*
13 *Curato ignoranti datur coadiutor.*
14 *Ex quibus Episcopus cogitur renunciare ex eisdem inferiores coguntur.*
15 *Difficilior renunciatio Episcopi.*

QVartò principaliter quæro, quæ causa requiratur in resignatione aliarum dignitatum Ecclesiasticarum & beneficiorum curatorum Omissis ijs quæ possent dici pro vtraque parte, conclusiuè procedendo respondeo ex causis, ex quib. resi-
gnatur † Episcopatus (de quibus suprà latè diximus) 1
ex eisdem potest resignari quælibet dignitas Ecclesiastica, & quodcumque beneficium curatum. Et hanc opinionem videntur firmare Redoan. in tract. de simon. p. 2. c. 13. num. 11. Rebuff. in praxi benefic. in tit. de resign. expre. in princ. & probatur apertè in const. 58. Pij V. incipien. quanta, vbi referuntur causæ, ex quibus possunt ordinarij recipere resignationes beneficiorum: & post relatas multas causas, inquit denique ex causis positis in constitutione Innocentij III. in d. cap. nisi cum pridem.

Et si possunt renunciare ex prædictis causis, qui
sunt principes terræ ob locum † Apostolorum quem 2
obtinent can. quorum vnius, dist. 68. can. in nouo. di-
stinct. 21. & habent † culmen dignitatum, gloss. in cap. 3
2. de præb. in 6. Card. Paris. cons. 141. nu. 26. col. 4. & sunt in dignitate & potestate, pares Papæ, sicut Pe-
trus † fuit par cæteris Apostolis, honore & potestate, 4
can. loquitur. 24. quæst. 1. can. perlectis. distinct. 25. ergo & alij inferiores. auth. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles. l. quanto magis. C. de iureiur. Et hoc
argumentum † esse fortissimum, docet Crauett. cons. 5
290. sub nu. 2. & cons. 326. no. 10. Et procedit etiam † 6
in materia odiosa. l. in suis. ff. de lib. & posth. l. qui indignus. ff. de senat. l. cui pacto. ff. de seru. expor. Et
in materia † correctoria. Imol. in l. si vero. §. de viro. 7
ff. de solut. matr. col. 5. Dec. cons. 333. col. 3. in princ.
Curt. Sen. cons. 34. col. 5. Et in materia † statutaria, 8
Crauett. dict. cons. 290. sub num. 2. & d. cons. 329. num. 10.

Secundò, quia ratio, quæ militat in Episcopis, vt possint renunciare propter conscientiam criminis, propter debilitatem corporis, propter defectum scientiæ & malitiam plebis, ac graue scandalum, irregularitatemque personæ, vt disponitur in d. cap. nisi cum pridem. de renunc. militat etiam in habentibus curam animarum, ergo idem ius statuendum est. l. illud. ff. ad legem aquiliam. l. à Titio. ff. de verb. oblig. Vnde in-
fero quòd licet. d. cap. nisi loquatur in † Episcopis, 9
habebit tamen locum in inferioribus, habentibus dignitatem, & curam animarum, quia quoties subest ea-
dem ratio, dicitur † magis comprehensio & dispositio 10
legis immediata quam extensio, l. his solis. C. de reuocan. donat. Card. Paris. cons. 83. num. 21. vol. 4. Dec. cons. 284. col. 2. & 201. col. 2. Crauett. cons. 318. nu. 15. Hinc alibi dicitur, quòd si ratio comprehendit plures casus, licet in lege fiat mentio de vno, videtur fieri tantum exemplariter, non autem restrictiuè. Oldrad. cons. 185. in fin. latè Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. liberiùs num. 3. C. de reuocan. donat. Riminald. iun. in princip. institut. de donat. nu. 273. quia ratio dispo-
nit, sicut † lex disponit in ijs, de quibus expresiè lo- 11
quitur: Bald. in cap. dilectus filius. col. 1. de rescript.

Craust.

12 Crauet. conf. 183. colum. 2. & ampliat dictum † particulare Bart. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. Card. Paris. in l. 1s potest. num. 12. ff. de acquir. hæred. Et breuiter discurrendo circa causas relatas in cap. nisi. cum pridem ob conscientiam criminis, licitum est resignare, ac etiam ob senectutem, & infirmitatem. idem que erit dicendum propter defectum scientiæ, quoties quis non habet doctrinam requisitam illi dignitati aut beneficio curato, Ob hanc etiam causam dantur coad-
13 iutores per † Conc. Trid. cap. 6. sess. 21. de reform. Propter autem malitiam plebis, dicunt Innoc. dict. c. nisi cum pridem. col. 5. vers. licet. Hostien. col. 6. in princ. Abb. num. 11. vers. hæc procedunt, quòd propter persecutores & inimicos capitales in minoribus prælatis ab Episcopo vtile est non admittendam statim cessionem, sed debet superior Eccle. interdicere, claudere, item excommunicare, & tandem ad brachium seculare recurrere. cap. 2. in fin. de cler. ægrot. minist. Si autem hoc non sit sufficiens remedium, admittetur cessio. Et potest dari licentia, ad tempus non residendi, propter inimicitias, vidi seruari de stilo. Propter graue scandalum etiam cessio istorum erit admittenda, ac propter irregularitatem, quia militat eadem ratio; quod extendo etiam ad intemperiem aëris, vel quia ibi non potest morari tutè. Abb. in cap. ad supplicationem numero 1. & ibi Antonius de Butr. de renuntiatione.

Et sic concludendum est, quòd eadem causa, quæ Episcopo præbet iustam causam, eadem etiam præbet legitimam causam habentibus dignitatem, vel beneficia curata. vt supra dictum est.

Ampliatur huiusmodi conclusio, vt ex quibus causis Episcopus cogitur resignare Episcopatum, ex eis-
14 dem † cogatur, habens dignitatem, aut beneficium curatum; quia non solum adest eadem ratio, sed maior:
nam difficiliùs cogitur † Episcopus renuntiare, quam
15 non Episcopus. arg. can. quam periculosum. 7. q. 1. Quæ autem sit iusta causa in Episc., relatum est supra.

Hodie autem, dignitatum, Ecclesiarum & beneficiorum curatorum resignationes, passim in Romana curia admittuntur, si fiant simpliciter: Quando autem fiunt in fauorem, cum reseruatione pensionis, vel absque solent admitti, si curatus seruierit Ecclesiæ per aliquot tempus, nec alia solet requiri causa: Si autem adest, & exprimatur, eo libentius, & ita stylus notorius curiæ se habet, vt dicam infra.

Lib. 5. quæst. 4. num. 1. Ibi, Ex eisdem potest resignari.

SVnt autem causæ admittendæ resignationis, permultæ: Sed inter alias, sequentes annumerantur: videlicet, Conscientia criminis: Infirmitas, officij executionem impediens: Defectus scientiæ: Malitia plebis. Graue scandalum: Irregularitas personæ: Ingressus religionis approbatæ, causa mutandi statum & vitam: Intemperies aëris in loco beneficij existens. Beneficiorum incompatibilium pluralitas: Senectus, videlicet quando quis est septuagenarius: Quando quis aliundè valet commodè sustentari, id est, habet, vnde commodè viuere possit: Quando quis ad alia vota aspirat: Quando quis ad ordinem, beneficio annexum, promoueri non intendit: Quando denique, graues discordiæ, seu capitales inimicitiæ, inter personas Ecclesiæ existunt. Notandum tamen, inimicitiam (cum sit facti) non præsumi. Ideoque probandam esse. l. in ratione. §. cum quidem. ff. ad leg. falc.

Eadem q. 4. num. 4. Petrus fuit par cæteris Apostolis honore & potestate. cap. loquitur. 24. q. 1.

¶ TExtus huius Capituli ex diuo Cypriano in tractatu de simplicitate clericorum desumptus, non ita esse dicit Petrum cæteris Apostolis parem fuisse honore & potestate, sed cæteros Apostolos fuisse quod Petrus fuit, pari consortio præditos & honoris & potestatis. Hinc Molin. in nefario illo quod Senatus-consulta Franciæ contra Papatum abusus vocitat commento, gloss. 15 num. 21. primatum diui Petri, & successorum nititur euertere; sed nixum hunc fregit eruditus vir Remundus Russus in sua pro summo Pontifice, aduersus ipsum Molineum, defensione pag. 83 & seqq. fuerunt quippè omnes æquè Apostoli, & pares in ordine, & dignitate consecrationis, non autem in administrationis plenitudine, gloss. in d. cap. loquitur. 24. q. 1.

QVÆSTIO V.

Quæ causa requiratur in resignatione beneficiorum simplicium.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia omnia requirunt residentiam cuiuscumque generis & qualitatis sint.*
2 *Secus de consuetudine, quâ receptum est simplicia non arctare ad residentiam.*
3 *Resignatio beneficiorum simplicium, fit sine causa idque si coram Sum. Pont. fiat, ac etiam resig. in fauorē.*
4 *Resignatio admittitur ad vota resignantis.*
5 *Potest quis resignare, vt fiat monachus.*
6 *Resignans resignat in fauorem, ob affectionem.*
7 *Resignans peccat, si resignatarius est indignus.*

QVintò quæro: quæ causa requiratur in resignatione benefi. simplicium non requirentium residentiam? nam quamuis omnia beneficia de 1
mundo † requirant residentiam, cuiuscunque generis & qualitatis sint: vt scriptum reliquit Innoc. communiter receptus in cap. ex tuæ. de cler. non resid. cum 2
aliis allegatis à Gig. de pens. q. 31. tamen ex recepta † consuetudine totius orbis, simplicia non arctant ad residentiam. vt est communis opinio omnium DD. vt per Io. Selu. de benef. p. 4. q. 1. Nauar. in suo man. c. 25 n. 131. vnde in his beneficiis quæ de consuetudine non requirunt residentiam, quæritur quæ causa requiratur in resignatione ipsorum? Quicquid posset dici de iure, de stylo & consuetudine recepta, nulla requiritur causa, nam coram summo Pontifice resignatio simpliciter 3
recipitur etiam absque causa, ac † etiam resignatio in fauorem alicuius, & dicitur in supplicatione, cum ex certis & rationalibus causis animum suum mouentibus 4
intendat resignare: & sic ad vota resignantium † admittuntur. Cassad. decis. 32. num. 9. in fi. super reg. 5
cancell. & hic stylus pro lege scripta erit habendus. Quod etiam procedit si vellent fieri † monachi, D. Th. 2. 2. q. vlt. Silu. in verb. rel. 2. q. 8. vt etiam alias dixi.

Hodie autem de stylo nouissimo exprimitur in supplicatione causa, vt dicetur infra lib. 8. & apponitur habens aliundè vnde viuere, quia vult ingredi religionē, matrimonium contrahere, & sic de similibus. 6

Ex parte vero resignantis † causa solet esse affectio, vt tradit Rebuff. in prax. tit. de resignat. expr. Redoan. de simon. d. c. 13. num. 12. namque volunt præficere consanguineos & familiares Ecclesijs, quibus ipsi fuerint: quo casu, si consanguinei, vel familiares sunt in- 7
digni, † peccant, vt scribit Redoan., loco citato nu. 13. & dicemus infrà latè.

Et hæc circa causas requisitas in resignationibus beneficiorum quæ fiunt in Romana curia. De causis verò requisitis in resignationibus quæ fiunt coram ordinarijs in seq. quæst. particulariter dicetur.

Lib. 5. qu. 5. nu. 5. Ibi, Si vellent fieri Monachi.

MEminisse tamen oportet, eorum, quæ Auctor suprà, lib. 5. q. 21. & infra, proxima q. num. 16. & seq. de renunciat. volentium ingredi religionem, abundè tangit.

Eadem quæst. num. 7. Ibi, Si consanguinei, vel familiares, sunt indigni, peccant.

ERgò à contrario sensu, resignantes in fauorem consanguineorum, seu familiarium, dummodò dignorum & capacium, non peccant. Prout nec collatoribus, benemeritis nepotibus conferant; Nec Patroni si filios (alioquin idoneos & capaces) præsentent, vitio verti debet. Rebuffus in §. præfatique ordinarij. in verbo lib. rē. de collat. in concordat. Sed quoad expressionem, vide quid nos suprà, lib. 4. q. 8. n. 6. annotauerimus.

Digitized by Google

Eadem q. 5. num. 5. Hodiè autem de stylo nouissimè exprimitur in supplicatione causa.

¶ STylus hic antiquatus est, & in desuetudinem abiit; ita quod hodie nullo speciali causa, nedum in simplici, sed nec etiam curati, vel dignitatis resignatione exprimi soleat: Sed tamum dicitur quod aliunde commodè viuere valens ex certis causis animum suum mouentibus resignet; & quominus aliud beneficium, vel patrimonium non habeat, subreptio hinc resultans, cessante alias fraude, apud nos vt plurimum non attenditur, nudo nudum crucem sequi iusso resignante; nisi iam senio confectus ex vicaria opera sibi alimenta quærere non valeret; de quo alibi dixi.

QVÆSTIO VI.

Qua causa requiratur in resignatione quæ fit coram ordinariis, & ex quib. causis ipsi possint recipere resignationes, Ponitur constitutio 38. Py. V. illaque diffusè interpretatur, explicando plures causas ibi contentas, ex quibus ordinariis id licet: scilicet ob senectutem, ob valetudinem, ob impedimentum corporis, ob vitium corporis, ob crimen, ob censuras, ob scandalum, ob incompatibilem: & ponitur quæ pœna sit imposita aduersus dictam constitutionem contrafacientes, & quibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio in fauorem de iure cõmuni non fit coram ordinarys, sed fieri potest simpliciter & cum causa.*
2 *Proœmium, ostendit causam finalem.*
3 *Episcopus potest admittere renunciationem ob senectutem.*
4 *Senectus facit recedere à regulis iuris.*
5 *Septuagenarius dicitur senex.*
6 *Quinquagenarius dicitur senex.*
7 *Senex quis dicatur, remittitur arbitrio iudicis.*
8 *Aetas quæ requiratur in coadiutoria.*
9 *Episcopus potest admittere renunciationem valetudinary.*
10 *Valetudinary multa sunt priuilegia.*
11 *Valetudinarius infirmus.*
20 *Valetudinarij qui dicantur, remittitur arbitrio iudicis.*
13 *Infirmus æquiparatur mortuo.*
14 *Episcopus potest recipere renunciationem corpore impediti.*
15 *Coadiutor solet dari corpore impeditis.*
16 *Leprosi reyciuntur ab Ecclesia & ab hominum commercio.*
17 *Leprosus remouetur ab administratione.*
18 *Leprosus priuatur beneficio curato, reseruata pensione.*
19 *Scabies herculea, lepra similatur.*
20 *Paralitici non possunt promoueri.*
21 *Paralitico datur coadiutor.*
20 *Paralitici qui sint.*
23 *Apopletici non possunt promoueri.*
24 *Apoplexia quæ.*
25 *Morbum comitialẽ habentes, non possunt administrare.*
06 *Morbus comitialis, qui & Epilepsia dicitur insanabilis iudicatur.*
27 *Lunatici non possunt promoti ministrare.*
28 *Morbus Italicus, cum lepra similitudinem habet.*
29 *Vxor non tenetur habitare cum viro, ratione contagionis morbi italici, neq; debitũ illi reddere.*
30 *Habentes manus tremulas, non possunt promoueri.*
31 *De impedimento debet constare.*
30 *Impedimentum probandum.*
33 *Episcopus potest recipere renunciationem corpore vitiati.*
34 *Corpore vitiati non debent seruire in Ecclesia.*
35 *Corporis deformitas, malam animi mentem denotat.*
36 *Cæcus non potest promoueri, & promotus non ministrat.*
37 *Cæco datur coadiutor.*
38 *Oculi inter membra computantur.*
39 *Beda fuit cæcus.*
40 *Dydimus Alexandrinus fuit cæcus.*
41 *Ioan. Palestinus memoria profundissima, cum esset cæcus.*
40 *Marius de Curte laudatur.*
43 *Papa potest dispensare cum cæco, prædicationis causâ.*
44 *Robertus Scotus cæcus, factus Archiepiscopus, & Nuntius.*
45 *Cæcus, electus Papa sustinetur.*
46 *Claudus dicitur corpore vitiatus.*
47 *Corpore vitiatus est, habens fractum pedem.*
48 *Manum mutilatam habens, dicitur corpore vitiatus.*
49 *Manus articulatas habens, dicitur corpore vitiatus.*
50 *Habẽs manus articulatas, amittit executionẽ ordinis.*
51 *Vtens pede ligneo, dicitur corpore vitiatus.*
50 *Gibbosus est corpore vitiatus.*
53 *Diminutus qualibet parte corporis, dicitur corpore vitiatus.*
54 *Corpore vitiatus non potest promoueri, & promotus ministrare.*
55 *Beneficium non datur laico.*
56 *Ecclesia debet seruiri per optimos.*
57 *Episcopus potest recipere renunciationem eius, qui criminis obnoxius est.*
58 *Priuatio non fit, nisi ob graue crimen.*
59 *Homicida admittit beneficiũ & venit priuandus.*
60 *Simoniacus priuatur beneficio.*
61 *Adulteri priuantur beneficys.*
60 *Adulteri puniuntur pœna mortis.*
63 *Concubinary priuantur post admonitionem.*
64 *Sustinens excommunicationem per annum, priuatur.*
65 *Periurus Clericus priuatur beneficio.*
66 *Blasphemus priuatur beneficio.*
67 *Episcopus potest admittere renunciationem, quotiès clericus est criminosus.*
68 *Censura quæ sit.*
69 *Censura continet excommunicationem, suspensionem & interdictum.*
70 *Excommunicatio quid.*
71 *Excommunicatio maior, priuat participatione sacramentorum.*
72 *Communio triplex.*
73 *Excommunicatio est maior pœna quæ sit in Ecclesia.*
74 *Excommunicatis interdicta est cum hominibus participatio.*
75 *Excommunicati ministrando efficiuntur irregulares.*
76 *Excommunicatus priuatur fructibus beneficy.*
77 *Beneficia non possunt conferri excommunicatis.*
78 *Collatio facta excommunicato, est ipso iure nulla.*
79 *Collatio facta irregulari, est nulla.*
80 *Excommunicati non possunt eligi, & si eligantur nulla est electio ipso iure.*
81 *Excommunicati non possunt præsentari ad beneficia.*
82 *Suspensio quid sit.*
83 *Suspensi ministrando fiunt irregulares.*
84 *Suspensis beneficia conferri nequeunt.*
85 *Interdictum quid.*
86 *Canonici non possunt seruire Ecclesiæ, cum est interdictum capitulum.*
87 *Canonici sunt de capitulo.*
88 *Canonici faciunt vnum corpus cum Episcopo.*
89 *Canonici sunt fratres Episcopi.*
90 *Cardinales sunt fratres Papæ.*
91 *Ordinarius potest recipere renunciationem illius qui non potest vel non debet Ecclesiæ seruire.*
90 *Bannitus non potest beneficio seruire.*
93 *Bannitus potest priuari beneficio.*
94 *Demoniaci non possunt promoueri.*

Digitized by Google

95 *Dæmoniacus promotus, non potest ministrare, propter mensis ni. enatsonem.*
96 *Dæmonia, cur vexent corpora humana.*
97 *Mutus non potest ministrare.*
98 *Irregulares non possunt ministrare, & Ecclesiæ, & beneficijs seruire.*
99 *Irregulares sunt inhabiles ad beneficia.*
100 *Irregulares possunt cogi ad obtinendam dispensationẽ*
101. *Clerici turpiter & scandalosè viuentes prohibentur seruire Ecclesiæ ratione scandali.*
102 *Irregularitas inducitur ex scandalo.*
103 *Clerici qui dant scandalum seruitio Ecclesiæ, prohibentur seruire.*
104 *Illiteratis curatis datur coadiutor.*
105 *Laborantes morbo caduco non possunt promoueri, & promoti non possunt ministrare.*
106 *Collatio facta habẽti morbũ caducũ, est nulla ipso iure.*
107 *Morbus caducus non inducit inhabilitatem ipso iure quo ad beneficia simplicia.*
108 *Ordinary possunt recipere renunciationem illorum qui obtinent plura beneficia.*
109 *Clericus vno debet esse contentus beneficio.*
110 *Duæ Ecclesiæ curatæ non possunt teneri ab vno.*
111 *Abbatiæ duæ non possunt teneri ab vno Prælato.*
112 *Duo prioratus sunt incompatibiles.*
113 *Duo decanatus vel Archidiac. sunt incompatibiles.*
114 *Duo benef. requirentia residentiam, non possunt ab vno teneri.*
115 *Duo beneficia simplicia sunt incompatibilia, si vnum sufficit ad sustentationem.*
116 *Pluralitas prohibetur de iure communi, etiam in beneficijs non requirentibus residentiam.*
117 *Beneficiary debent orare Deum pro populo.*
118 *Tenens plura beneficia peccat mortaliter, & viuit in statu damnationis, & num. seq.*
119 *De stylo teneatur plura beneficia.*
120 *Cõsuet. irrationabilis, & nutritiua peccati nõ excusat, modo sit rationabilis.*
121 *Consuet. excusat à pœna temporali, nõ autẽ ab æterna.*
122 *Consuetudo est obseruanda contra cõmunem opinionẽ.*
123 *Consuetudo immemorabilis irrationabilis non excusat à peccato.*
124 *Consuetudo irrationabilis immemorabilis, non est obseruanda.*
125 *Potest quis tenere plura beneficia simplicia cum dispensatione Papæ.*
126 *Beneficia sunt ordinata de iure positiuo.*
127 *Papa potest dispensare in his quæ sunt iuris positiui etiam sine causa.*
128 *Papa in beneficialibus habet plenissimam potestatem.*
129 *Dispensatus non est tutus, si dispensatio est sine causa.*
130 *Causa præsumitur in dispensatione.*
131 *Quod dicatur beneficium sufficiens.*
132 *Iudicis arbitrio remittitur, quod beneficium Ecclesiastici dicatur sufficiens ad sustẽtat. honorificã Clerici.*
133 *Iudicis arbitrio relinquitur, ea quæ non sunt diffinita à iure, & sub certa regula cõprehendi non possunt.*
134 *Iudicis arbitrio relinquitur, quod dicatur tenue beneficium, & quod magnum.*
135 *Iudicis arbit. relinquitur, quæ alimẽta debeãtur cler. ordinato nõ habẽti vnde se alat cõsideratã qualit. personæ*
136 *Iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur pauper, & quis diues.*
137 *Iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur inops.*
138 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur honesta persona.*
139 *Iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur miserabilis.*
140 *Iudicis arbitrio relinquitur, quis dicatur nobilis.*
141 *Iudicis arbitrio relinquitur quæ dicatur persona grauis.*
142 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur vulgaris persona.*
143 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicantur Ecclesiæ pauperes.*
144 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur causa magna, & quæ parua.*
145 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur grauis iniuria.*
146 *Quod dicatur sufficiens beneficium circa omnes personas ex Nauarra.*
147 *Non dicitur beneficium sufficiens, si beneficiatus non potest tenere equum.*
148 *Quod dicitur magnum ratione vnius, dicitur paruum ratione alterius.*
149 *Alimenta constituenda sunt secundum qualitatem personarum.*
150 *Ecclesia Dei, eget viris litteratis.*
151 *Nobiles debent pretiosioribus vestibus indui.*
152 *Consuetudo patriæ spectanda.*
153 *Regio spectanda.*
154 *Beneficiatus potest viuere de fructibus beneficij, & bona patrimonialia conseruare.*
155 *Cap. 2. sess. 21. de refor. Conc. Trid. declaratur.*
156 *30. vel 40. scuta red. sufficiunt, vt quis possit ordinari ad titulum patrimony.*
157 *Ordinary possunt renunciationem illorum qui aliud beneficium consequuntur, recipere.*
158 *Per assecutionem incompatibilis, vacat primum.*
159 *Causa necessitatis plura permittuntur, quæ alias non permitterentur.*
160 *Magis succurritur facienti actum ex necessitate.*
161 *Ex necessitate, forma adimpletur in æquipollenti.*
162 *Prohibitá alienatione voluntariá, non videtur prohibita necessaria.*
163 *Ordinary possunt recipere renunciationem illorum, qui volunt ingredi religionem, aut contrahere matrimonium.*
164 *Per ingressum religionis vacat beneficium.*
165 *Per contractum matrimony vacat beneficium.*
166 *Ordinarius potest conferre beneficium vacans, contracto matrimonio per beneficiarium.*
167 *Beneficium ingressi religionem, non dicitur vacare, nisi elapso anno.*
168 *Ordinarius potest recipere renunciationem ex sex causis relatis in cap. nisi. de renunc.*
169 *Ordinarius potest recipere renũciationẽ illorũ qui non audent aut non possunt residere ob capitales inimicitias.*
170 *Inimicitia est iusta causa non morandi in aliquo loco.*
171 *Inimicitia capitalis quæ dicenda sit, remittitur arbitrio iudicis.*
172 *Coniecturæ inimicitiæ grauis.*
173 *Ordinary non possunt admittere renunciationem illorũ qui non habeant vnde viuere possint, si sunt in sacris.*
174 *Beneficium ad quod quis ordinatus est, non potest renunciari.*
175 *Renunciatio facta absque mentione, quòd beneficiatus erat ad illud beneficium ordinatus, est nulla.*
176 *Constitutio Pij V. 58. in quo casu comprehendat renunciantes in curia.*
177 *Sacris mancipati non debent quæstum sordidum exercere, nec in dedecus ordinis mendicare.*
178 *Constitutus in minoribus ordinibus, potest renunciare, etiamsi non habeat aliundè vnde viuat.*
179 *Ordines secũdũ canonistas sũt nouẽ & quinq; illi sunt.*
180 *Ordines secundum theologos sunt septem.*
181 *Quare dicantur ordines sacri tres.*
182 *Ordinary possunt admittere renunciationem ingressuri religionem, absque quo videatur ei superesse vt viuat.*
183 *Dictio nisi est exceptiua, & præcedentium limitatiua.*
184 *Habentes ordines sacros, non possunt contrahere matrimonium.*
185 *Exceptio fit de regula, & contentis in ea.*
186 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptatis.*
187 *Allegans exceptionem, debet illam sufficienter probare.*
188 *Ordinary admittentes renunciationes non debent conferre suis, aut resignantium consanguineis & familiaribus.*
189 *Renunciatio in fauorem, non potest fieri coram ordinariis.*
190 *Quod prohibetur directè, prohibetur etiã indirectè.*
191 *Quod prohibetur immediatè, prohibetur etiã mediatè.*

Digitized by Google

192 *Trebellianica detrahitur de relicto piæ causæ.*
193 *Beneficia non debent dari per successionem.*
194 *Casus amissus relinquitur dispositioni iuris communis.*
195 *Familiares qui sint.*
196 *Commensales qui sint.*
197 *Ordinarij conferentes beneficia resignata coram ipsis consanguineis vel familiaribus suspenduntur.*
198 *Suspensi non possunt se ingerere beneficijs.*
199 *Ordinarij contrafacientes constitutioni Pij V. excommunicantur.*
200 *Contemptus est peccatum mortale.*
201 *Excommunicatio potest ferri ratione peccati mortalis.*
202 *Episcopus contrafaciens suspensioni, ab ingressu ecclesiæ fit irregularis*
203 *Suspensus contrafaciens fit irregularis.*
204 *Celebrare qui dicatur in contemptum clauium.*
205 *Ignoranter contrafaciens suspensioni, non est excommunicatus.*
206 *Ignorantia excludit contemptum.*
207 *Contemnere est voluntariè contradicere.*
208 *Ratione contemptus quid efficitur delictum.*
209 *Scientia includit dolum.*
210 *Capitulum interdicitur.*
211 *Si contrauenitur interdicto personæ, particulares fiant irregulares.*
212 *Interdictum æquiparatur suspensioni.*
213 *Ordinarij suspensi ob constitutionem 58. Pij V. debent absolui à Papa*
214 *Absoluentes alios extra iurisdictionem sunt excommunicati.*
215 *In mortis articulo nulla est reseruatio.*
216 *In claris non est opus coniecturis.*
217 *Suspensus à Pontificalibus potest administrare iurisdictionalia*
218 *In pœnalibus & odiosis fit stricta interpretatio.*
219 *Quisque debet puniri in eo quo deliquit.*
220 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
221 *In decreto irritanti respectu pœna non ligantur ignorantes.*
222 *Publicatio facta Romæ sufficit, vt constitutio liget extra curiam Romanam.*
223 *Pœna constitutionis Pij V. 58. non ligat ordinarios recipientes resignationes absque causa.*
224 *Verba referuntur ad proximè dicta non ad remota.*
225 *Resignatio facta coram ordinario præter causas relatas in constitutione Pij V 58. est nulla.*
226 *Decretum irritans inducit formam.*
227 *Forma ad vnguem est obseruanda.*
228 *Actus est nullus non seruatâ formâ.*
229 *Factum contra decretum irritans habetur pro infecto.*
230 *Decretum irritans ligat ignorantes, respectu nullitatis actus.*
231 *Ordinarij an possint admittere permutationes beneficiorum.*
232 *Sedes Apostolica numquam moritur.*

SExtò, principaliter quæro, quæ causa requiratur in renunciationibus beneficiorum, quæ fiunt extra Romanam Curiam, scilicet coram Ordina-
1 rijs locorum? De iure comm. coram Ordinarijs † resignatio in fauorem non potest fieri, vt est communis & recepta omniũ DD. sententia, de qua dixi suo loco, sed tamen possunt renunciari beneficia simpliciter, & hæc simplex renuntiatio ad hoc vt possit fieri coram ordinariis requirit causam. Causa autem exprimitur in constitutione Pij V. 58. incip. Quanta Ecclesiæ. sub datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, sexages. octauo Calend. Aprilis, Pontificatus anno 3. quæ constitutio emanauit, vt obuietur fraudibus, vt colligitur ex proœ-
2 mio quod solet causã finalẽ ostendere. Corn. c. 311. n. 4. vol. 2. Burs. c. 354. n. 6. vol. 4. & ex constitut. eiusdem pij V. 42. officium ann. 2. vbi hac ratione suspendit facultates ordinariorum admittendi resignationem beneficiorum, vsquequo fuerit data forma: quapropter non inutile erit, causas omnes expressas in dicta constitutione 58. Pij V. referre, & examinare, idque, vt melius fiat, subiiciemus verba dictæ constitutionis.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Quanta Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidiè magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa, iam latè perspiciant, & cum mœrore expendant Præsules omnes & pastores, quando hæc pernicies cæterarum omniũ maxima tam multas orbis Ecclesias impie violarit. Quia verò hoc malum in cæteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod perinde de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internascuntur, certam aliquam rationem tandem inieuri, officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulò seuerius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullum per eas in illis ius neque titulum, vel coloratum tam in petitorio, quàm in possessorio ipsis prouisis tribuere, quinetiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuò inhabiles fore. Collatores verò alias in illorum dispositione etiam tamquam deuolutionis iure sese interponere non posse, sed de eis, vt verè vacantibus, siue per Romanos Pontifices siue alios collatorum eorumdem superiores, vti præuentum esset, libere prouideri. Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino prosequi, ac simul, quantum in nobis est cauere, ne resignationes ipsæ dehinc pro cuiusque arbitrio, nullisque, vel certe leuibus causis passim & temerè admittantur, prohibitionem & alia prædicta ac cætera omnia nostris super his literis contenta eatenus relaxamus vt post hac Episcopi, & alij facultatem habentes, eorum duntaxat resignationes recipere & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut criminis obnoxij, censurisque Ecclesiasticis irretiti. aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, denique cum quis ex alijs casibus acciderit, qui cõstitutione fœlicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittendis cathedralibus Ecclesiis, edita continentur.

Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere secure. Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat vllo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commodè sustentari. Ad hæc beneficiorum & officiorum permutationes admittere, quæ canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi & alij prædicti, itemque omnes electores præsentatores, & patroni tam Ecclesiastici, quam laici quicunque sint ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Cæterum præcipimus atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficiis, & officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant

Digitized by Google

prouidere, quod si secus, ac etiam quidquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit a quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione & institutione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem a Roman. Pontific. meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensis conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad personas, quo verò ad capitula & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quam ipse Romanus Pontifex siue absolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione & literis nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus quibuscunque episcopis, & alijs superioribus, ac inferioribus ecclesiarum prælatis, necnon Ecclesiis, monasteriis, & capitulis conuentibus, collegiis, & vniuersitatibus, eorumque, & aliis personis, etiam Regia, & imperiali maiestate præditis, sub quacunque verborum forma & conceptione concessis, per quæ effectus præsentium impediri posset quomodocumque, vel differri, etiamsi de eis, ipsorumque totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum, necnon ecclesijs, monasteriis, locis, ordinibus, & dignitatibus, de quibus, necnon causis propter quas illa concessa sunt, specialem & expressam præsentibus fieri oporteret mentionem. Cæterum iubemus easdem præsentes ad valuas basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi. Volumusque eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimatæ, exemplis quoque prædictis etiam impressis, manuque Notarij publici, & sigillo prælati Ecclesiastici, vel eius curiæ obsignatis, eandem prorsus fidem adhiberi, quæ ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis, iussionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1568. Cal. April. Pôtificatus nostri an. 3.

Prima causa, ea qua ordinarij possunt admittere resi-
gnationem beneficiorum, est, quando beneficiatus vo-
lens † resignare est senex, vt probatur in di. Constit.
3 58. Pij V. ibi, Senio confecti, & hanc causam appro-
batius commune, vt habetur in cap. nisi cum pridem.
de renunc. & ibi Hostiens. sub numer. 13. Abb. nu. 8.
& communiter DD. vt dixi supra, & est text. in cap. 1.
4 eod. tit. & ibi etiam DD. & ratio est, quia senectus †
facit recedere à regulis iuris, vt habetur in cap. quo-
niam frequenter, vt lite contest. latissimè Cæpol. in
tract. de imper. in verbo, Bartholomæus. per totum.
Cardi. Paris. cons. 102. num. 13. volum. 4. Grat. cons.
98. num. 2. lib. 1. Neuizan. cons. 51. nu. 15. Orian. in
l. 1. in. 133. ff. de off. eius. quibus accedunt ea, quæ supra
scripsi.

Dubium tamen est qui dicantur senes. Abbas. in cap.
quoniam frequenter. nu. 18. vt lit. non contest. scriptum
5 reliquit, † senem dici septuagenarium. Io. And. vero. &
gloss. in c. 1. de celebr. missarum. Ioa. Anan. in rubr. de
6 delict. puero. col. 1. tenuerunt senem dici, qui ann. † 50.
attigit vsque ad septuag. Gram. decis. 34. n. 4. Corras. in l.
precibus. n. 29. C. de imp. & aliis substit. Vera tamen &
7 communis Doct. sententia est, † hoc remitti iudicis ar-
bitrio. Barb. cons. 51. col. penul. lib. 2. & cons. 27. col. 3. lib.
3. & cons. 45. col. pen. lib. 4. cum aliis, vt per Menoch. de
arbitr. iud. cas. 59. n. 3. qui iudex arbitrabitur iuxta qua-
litatem personarum: & aliàs Rota censuit in materia
coadiutoriæ, sufficere † 60. annum cum infirmitate. in 8
vna Toleta. die 28. Martij 1552. vel 70. sine, teste Ca-
put. deci. 168. & 170. lib. 1. in manuscriptis, & in im-
pressis. decis. 311. n. 1.

Secunda est causa, ea † qua ordinarij possunt admittere
resignationem beneficiorum. si volens resignare est in-
firmus, vt dicitur in di. constit. 58. Pij V. ibi, aut valetu- 9
dinarij. concordat text. iuris communis, loquens in
cessione Episcopatus. in cap. nisi cum pridem. ibi, Alia
verò causa est corporis debilitas, &c. & ibi gloss. in
verbo impotens. Host. n. 13. Abb. n. 9. & communiter DD.
Card. Alex. in can. hoc nequaquam. n. 2. q. 1. & ratio est
quia multa sunt priuilegia † istorum, vt per Ias. in l. age. 10
n. 2. C. de transact. Paris. cons. 102. n. 13. vol. 4. Neuiz.
cons. 51. num. 15. Gig. de resid. episc. c. 17. nu. 12. in fin.

Dubium tamen est, qui dicantur valetudinarij. Inno-
cẽtius tenuit valetudinarium esse, qui propter † corpo- 11
ris debilitatem est infirmus, & laborat aliqua febre
acuta. Ioann. Andr. dicebat valetudinarios, esse infir-
mos simpliciter, vt per Abba. in capitulo quoniam
frequenter n. 19. vt lite contestat.

Vera tamen, & communis DD. † sententia est, hoc 12
relinqui arbitrio iudicis. Bal. in auth. sed si quis ab
alieno. nu. 13. C. de testib. Lucas de Penn. in l. vnica.
col. 2. Cod. de mund. vald. lib. 11. Socin. sen. cons. 244.
vol. 4. lib. 2. Menoch. de arbitr. iud. cas. 60. n. 5. Marsil. in
l. quæstionis modum n. 19. ff. de quæst. Alph. Hoied. in
tract. de incomp. benef. p. 1. cap. 17. n. 16. Moder. Flor.
in tract. de fortuit. cas. 2. p. qu. 6. n. 5. Prudens ergo
ordinarius coniecturam sumet, quòd beneficiatus ali-
quo malo corporis habitu, & affectu malè valet, & sæ-
pè, aut semper ægrotat. Geminian. in capit. 2. de cle-
ric. ægrotantibus adeò quòd non possit muneri sibi
iniuncto satisfacere Mar. Socin. senior in dicto capi-
tulo. quoniam frequenter. column. 4. vers. 3. cum † 13
æquiparetur mortuo. Couarr. lib. 3. variarum resolut.
cap. 13. n. 18. Moderni Flor. in tract. mors omn. solui.
part. 1. num. 182.

Tertia causa ob quam licitum est ordinarijs recipere
resignationem beneficiorum, quando beneficiatus † est 14
corpore impeditus, vt patet in di. constit. 58. Pij V.
ibi. aut corpore impediti, &c. ad quod facit text. lo-
quens de Episcopo in d. cap. nisi cum pridem de re-
nunc. & ibi DD. omnes post Host. Innoc. & Abb. cap. 1.
eod. tit. & ratio est, quia tunc non potest satisfacere
oneri iniuncto, & ideo bis solet † dari coadiutor. cap. 15
ex parte. de cler. ægrot. cum ibi notat. per Ioan. Andr.
& Abb. Oldrad. consil. 44. Redoan. de simon. parte
secunda, cap. 13. nu. 27.

Exemplum primum erit, quando aliquis est impedi-
tus corpore propter lepram, non laborantes hoc mor-
bo non solum † ab Ecclesia, sed ab hominum cœtu ex- 16
cluduntur. Leuit. cap. 13. 14. 25. Nu. 12. Deut. cap. 24.
Diu. Tho. 4. sent. dist. 9. art. 4. & si promotus à lepra
inuadatur † est remouendus ab administratione. cap. 17
tua nos. de clericis ægrotant. Specul. in tit. de dispen.
§. iuxta. vers. item percussor. Ang. in ca. hinc etenim.
distin. 49. Tabien. verbo, corpore. Alberi. in verbo le-
pros. D. Thom. 3. qu. 82. art. vlt. & si est consequutus
ecclesiam parochialem, interdicenda ei erit admini-
stratio, & Ecclesia seruienda per vicarium, vel erit
priuandus reseruata † ei portione fructuum pro victu, 18
Rosell. in verbo lepros. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 18.
col. 2. & 3.

Secundum exemplum erit in illo scabiei genere quod
Pioram physici dicunt, & alio vocabulo † scabies her- 19
culea nominatur, hæc enim lepræ affinis est: nam ex
atra, bile, sicut & lepra, originem ducit. Hieronym.
Gabu. de morb. comit. lib. 2. Maiol. di. lib. 2. cap. 18.
col. vlt. & hæc quoque impedit executionem ordinis.
Diu. Tho. 4. sent. 9. dist. art. 4.

20 Tertium exemplum erit in paralyticis, † qui non
possunt promoueri, nec promoti ministrant, capit. vlt.
& ibi DD. de cleric: ægrot. D. Thom. 3. p. qu. 82. art.
vlt. Tabiena in verbo, corpore, & est communis opin. te-
ste Maiol. d. lib. 2. cap. 24. vbi dicit hanc esse iustam
21 causam dandi coadiutorem, † idque deducitur ex no-
22 mine, quia paralytici sunt quorum membra † corporea
ita dissoluuntur, vt illorum vsu careant. D. Tho. d. q.
82. art. vlt.

23 Quartum exemplum † erit in apoplecticis, qui ob
idem impedimentum non possunt promoueri, neque
promoti ministrare. Maiol. d. lib. 2. de irregular. c. 24.
sub. nu. 2. col. 1. namque per apoplesiam ita membra
24 corripiuntur, vt vel inutilia reddantur † vel mors sub-
sequatur prout de Constantino Imperat. tradit Cassiad.
histor. tripartit. lib. 5. cap. 50. & de Stephano II. Pla-
tina in eius vita.

25 Quintum exemplum erit in habentibus † morbum
comitialem; hi enim non possunt administrare. vt di-
citur in canon. 13. II. Concilij Toletan. communiter,
vbi Archid. 33. dist. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 16.
col. 3. namque huius morbi tanta est capitis & mem-
26 brorum contractio, vt insanabilis morbus † iudicetur.
vt latè explicat Gabutius de comit. morb. & videnti-
bus timorem infert. Plin. lib. 10. cap. 23.

27 Sextum exemplum erit in lunaticis, qui † promoti
non possunt administrare. vt latè tradit Maiol. de irre-
gul. lib. 2. cap. 15.

Septimum exemplum in habentibus morbum Italicū
28 cùm hic morbus magnam † cùm lepra similitudinem
habeat. vt tradit Bart. Spina in opusculis suis in quæstio-
ne matrimoniali, & hoc intelligo in eo morbo Italico
qui habet vlcera per corpus diffusa, & ostendit extrin-
secam deformitatem. vt latè explicat Maiol. de irreg.
lib. 2. cap. 19. & id erit ratione contagionis, ob quam
29 causam mulier non † tenetur reddere debitum viro, &
cum eo habitare. D. Thom. 4. sent. dist. 36. art. 1. Ar-
chiepi. Flor. 3. part. tit. 1. capi. 21. Tabiena in verb.
matrimonium. 3. num. 6. ita quoque non poterit mini-
strare, ne alios inficiat.

Octauum, quando beneficiatus habet manus tremu-
las, habet chiragram: namque hi non possunt promo-
30 ueri, neque † promoti administrare. Maiol. de irreg.
lib. 2. cap. 21. & 24. in fin. Intellige tamen, si illa po-
dagra, vel chiragra est continua, vel adeò frequens, vt
non possit beneficiatus satisfacere oneri iniuncto, vt
quia beneficiatus habet curam animarum, vel requirit
residentiam. Et tandem ex omnibus aliis impedimen-
tis perpetuis corporis, in quibus militat eadem ratio,
idem dicendum erit. l. illud ff. ad leg. aquil. Bonum au-
tem esset, vt debeat de huiusmodi impedimento con-
31 stare priùs penes acta per † testes, iuxta ea quæ scri-
bunt Ioan. And. in cap. 1. de dolo & contumac. Corn.
cons. 56. col. 1. lib. 2. Card. Paris. cons. 67. n. 90. vol.
32 3. qui dicunt dicentem impedimentum † esse tale, vt
non possit beneficiatus præstare id ad quod tenetur, de-
bere probare, iuxtà tradita per Crauett. cons. 151. nu.
21. & cons. 179. nu. 6. Dec. cons. 454. nu. 6. & cons.
552. nu. 7. Gozad. cons. 38. num. 11. Socin. Iun. cons.
76. nu. 79. lib. 1. aut aliàs prout ordinario videbitur
impedimentum esse sufficiens. Gemin. in cap. 1. de dolo
& contumac. lib. 7. Guid. Papæ qu. 64. Curt. Sen. in l.
admonendi. nu. 280. ff. de iure iur.

Quarta causa ex quo ordinarij possunt recipere resi-
33 gnationem beneficiorum, quando beneficiatus est † cor-
pore vitiatus, vt probatur in d. constit. Pij V. 58. ibi,
34 vel vitiati, &c. namque lege diuina cautum est, ne † in
Ecclesia seruiant corpore vitiati & deformati, vt ha-
betur Leuit. cap. 21. vbi hæc habentur verba. *Homo de
semine tuo per familias qui habuerit maculas, non of-
ferat panes Deo, nec accedat ad ministerium eius, si
cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel
torto naso, si fracto pede, si manu, gibbus, & lippus,
si albuginem habens in oculo, si iugem, scabiem, si im-
petiginem in corpore vel herniosus.* Quæ verba expli-
cantur a Gregorio in suo pastorali, & habentur in ca-
non. hinc etenim dist. 49. & rectè quidem, ac magna
ratione fuisse constitutum tradit Menoch. de arbitr. iu-
dic. cas. 226. in princ. vel quia aliquando hi diuinis
ministeriis tractandis, impotentes sunt, vel quia corpo-
ris deformitas malam † animi mentem, & deformita- 35
tem declarat. Abb. in cap. quia diuersitatem. 1. notab.
de concess. præb. sicuti de Thersite traditur apud Ho-
mer. lib. 2. Iliados, & hoc infinitis auctoritatibus com-
probat Tiraq. de legib. connub. lib. 2. nu. 47. 48. & 49.
Petrus Plaza. lib. 1. delic. cap. 25. n. 4. Coras. in tract.
de benefic. p. 3. cap. 6. Hierony. Maggius l. 4. Miscel.
c. 4. Afferemus aliqua exempla; quæ conclusioni no-
stræ congruunt.

Primum erit exemplum in cæco ex vtroque oculo,
qui dicitur corpore vitiatus, & propterea hic defectus
impedit † non solum, vt quis non promoueatur, sed 36
etiam vt promotus non ministret, cum amittat execu-
tionem propter impossibilitatem. D. Tho. p. 3. quæst.
82. art. vlt. ad fin. & satis probatur in can. hinc etenim,
§. cæcus. dist. 49. cum ibi not. & hæc est iusta † causa 37
dandi, coadiutorem. Rosell. in verbo, vitiatus, oculi enim
† inter membra computantur. glo. in can. singula. di- 38
stinct. 86.

Non omittam multos reperiri † cæcos doctissimos 39
viros; nam Beda fuit concionator excellentissimus,
idemque doctissimus sacræ scripturæ interpres, licet
cœcus, vt tradit Nauclera anno Domini 700. Didymus
† etiam Alexandrinus fuit cœcus, & sciebat vetus & 40
nouum testamentum. Cassiad. tripar. histor. lib. 8. ca-
pit. Hieronym. in catalogo scriptorum Ecclesiast. Ioan.
Palæstinus † fuit quoque cœcus, & referebat omnia 41
verba sacræ scripturæ ac si ex libro ipso legeret. Eu-
seb. historiar. lib. 8. cap. 22. Nunc etiam in vrbe adest
R. P. D. Marius † de Curte Neapolita. concionator 42
disertissimus, ac omnium scientiarum & virtutum ge-
nere præditus, quamuis cæcus, & alij etiam adsunt.
Prædicationis igitur causa poterit Papa dispensare cum
cœco † vt possit promoueri ad sacerdotium, & vt Epi- 43
scopus fiat, vt scribit Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 20.
col. 3. Nam etsi sacramentis & sacrificiis incumbere
non possit oculorum defectu, confessiones tamen, &
prædicationem exercebit ac iurisdictionalia. Quod
euenit Roberto † Scoto cæco à puerili ætate, qui Pari- 44
siis theologiam ita didicit, vt Romæ fuerit creatus sa-
cerdos, ac Archiepiscopus Armacan. in Hibernia, &
postea legatione pro Iulio III. perfunctus est. Aucto-
res sunt. Surius anno Domini 1551. Maiol. loco citato,
col. 3. Hinc est quòd si cœcus sit electus Papa † susti- 45
netur. Antonius de Butr. in capitulo. licet. de electio-
ne. Iacobat. de conc. lib. 3. art. 1.

Secundum exemplum est in claudo, qui dicitur † cor- 46
pore vitiatus. Tab. in verb. corpore. Maiol. de irreg.
lib. 1. cap. 18. vbi latè.

Tertium exemplum est † in eo qui habet fractum pe- 47
dem cum magna deformitate. Archidiac. in can. hinc
etenim colum. 2. distinct. 49. Spec. in tit. de dispens.
§. iuxtà.

Quartum exemplum erit † in habente manum mu- 48
tilatam, vt dicatur corpore vitiatus, vt habetur
in capit. penult. & ibi DD. de corpore vitiato, vel
articulatas manus † ad vtendum inefficaces, namque 49
his impossibile est, vt administrent. Diuus Thomas
4. distinct. 25. & ideò † amittunt executionem ordi- 50
num. Diuus Thom. 3. quæstio 82. articulo vlt. ad ter-
tium.

Quintum exemplum est † in crure penitus absciso, 51
aut ita contracto, vt ligneo pede sit opus. Rosell. in
verb. vitiatus. Tabien. in verb. corpore, Siluest. in eo-
dem verbo.

Sextum in gibbosis, nam † ij sunt etiam corpore vi- 52
tiati. Alb. in verb. vitiatus. Archiep. Flo. 3. tit. 29. c.
5. Rosell. in verb. vitiatus.

Et tandem † diminuti, qualibet parte corporis no- 53
tabili. vt per Maiol. d. lib. 1. cap. 14. & eod. lib. 1. cap.

21. Inquitur de turpitudine faciei, & cap. 22. de defe-
ctibus nasi, & cap. 24. de defectu dentium, & cap. 25.
de defectibus auriculæ, & cap. 26. de linguæ defecti-
bus. Iudex enim iudicabit secundum qualitatem perso-
narum, & loci, vt per Arch. dist. 55. in prin. Abb. in
cap. 2. de cler. coniug.
54 Et ratio istorum est, quia † corpore vitiati, cum
non possint promoueri, & promoti non possint mini-
strare. vt habetur in tit. de corpor. vitia. Couarr. in
clement. si furiosus. p. 1. num. 5. de homic. non pote-
runt per consequens habere beneficium, quod datur
55 promoto, & non laico. † Deci. in cap. cum adeò. n. 3.
de rescript. Ber. in cap. super literis. num. 72. eo. tit.
superueniente hac deformitate habenti beneficium ad-
mittenda erit cessio ad remouendum aliorum scanda-
56 lum, & vt Dei Ecclesiæ per optimos † seruiatur: hanc
esse rationem huius constitutionis in hac parte dicit
Pau. Fusc. in tract. de visit. libr. 2. cap. 25. num. 15.

Quinta causa, ex qua ordinarij possunt admittere
57 resignationem beneficiorum, est, † si beneficiatus est
crimini obnoxius, vt patet in dicta constitutione 58.
Pij V. ibi crimine obnoxij, &c. Concordat text. lo-
quens in renunciatione Episcopatus, in d. cap. nisi
cum pridem, §. propter conscientiam. de renunc. &
ibi tradunt gloss. Abb. num. 3. & communiter doctor.
Card. Alex. in can. hoc nequaquam. n. 2. 7. q. 1. cum
aliis adductis suprà, dum loquutus sum de renuncia-
tione Episcopatus, & ratio huius constitutionis in hac
parte erit, quia qui crimina commiserunt facilius ad
renuncianda beneficia admittuntur, cùm ad eorum pri-
uationem iura conueniant. Hanc rationem assignare
videtur Fusc. de visitat. libr. 2. cap. 28. num. 25.

Et hoc poterit exemplificari in casibus, in quibus ob
crimen commissum, clericus veniret priuandus, ar. not.
in d. cap. nisi cum pridem. §. propter conscientiam, quæ
58 priuatio non fit nisi † ob graue crimen, secundùm com-
munem opinionem, de qua attestatur Clar. lib. 5. re-
cepr. seni. §. vlt. q. 74. & plures casus congerit. Calic.
in margar. fisc. fol. 110. & seq. relatus à Claro loco ci-
tato. q. 73. in prin.

Primum exemplum erit in homicida, † qui amittit
59 beneficium, & venit priuandus, vt est communis opi-
nio, teste Anan. in cap. inquisitionis. num. 3. vbi Felin.
num. 2. de accusat. Alciat. in cap. cum non ab homine,
num. 16. de iudic. Nauar. in Manual. cap 27. num. 239.
& habetur in 50. distinct. & in cap. 7. sess. 24. de reform.
Concil. Trident.

Secundum exemplum ponit Fusc. dict. capit. 28. n. 25.
60 † in simoniacis, qui ob graue crimen commissum pri-
uantur beneficiis, vt habetur in extrauag. Paul. 2. cum
detestabile, & in constitutione Pij V. incipien. cum
primum, anno primo, Cassad. decis. 1. num. 2. de simon.
& decis. 5. de constit. Card. Paris. cons. 29. vol. 4. Sam.
de trien. q. 12.

Tertium exemplum secundum Fusc. loco citato, est
61 † in adulteris, qui priuantur beneficiis, canon. si quis
clericus. dist. 81. glo. in can. lator. 2. q. 7. Diaz. in
praxi criminali canonica. ca. 79. Duen reg. 110. lim. 2.
enim secundum legem canonicam, puniuntur pœna
62 mortis. Exod. cap. 20. † Deuter. cap. 22. quod hodie
est innouatum per constit. Sanctiss. Domini Nostri Sixti
V. 47. incipien. ad compescendam anno 2.

63 Quartum exemplum ponit Fuscus † in concubinariis,
hi enim si post admonitionem non resipiscant priuan-
tur, vt colligitur ea const. Leonis X. incipie. supernæ
edita in comment. ad ipsam constitutionem, & proba-
tur in capitul. 6. sess. 22. de reformat. Concil. Triden-
tini.

64 Quintum exemplum addo in clerico † sustinente ex-
communicationem per annum, namque priuatur bene-
ficio, communis opinio teste Felin. in cap. 1. n. 8. de
iud. Clar. q. 73. ver. item clericus de quo est rea opti-
mus. in c. 3. sess. 25. de reform.

65 Sextum exemplum in † clerico periuro, qui potest pri-
uari beneficio, communis opinio teste Felin. in cap. ex
parte 1. num. 1. & seq. de rescript. Dec. in cap. cùm non
ab homine, post num. 5. de iud. magis communis opi-
nio teste Gomes. in §. item si quis, n. 28 de act. Clar. in
lib. 5. receptarum sententiarum §. periurium, vers.
item clericus.

Septimum exemplum in † clerico blasphemo, qui 66
ex hoc venit priuandus beneficiis. can. si quis per ca-
pillum. 22. q. 1. Alex. cons. 72. col. 4. lib. 1. quod con-
stit. Leonis X. edita in conc. Lateranen. declarauit pro-
cedere tertia vice.

Alia exempla collige per Maiolum lib. 3. cap. 32.
cum seq.

Sexta est causa, ex qua potest ordinarius admittere
resignationes beneficiorum, quoties beneficiati sunt † 67
censuris Ecclesiasticis irretiri, vt dicit constit. Pij V. ibi,
censuris Ecclesiasticis irretiti, &c. quæ verba interpre-
tantur à Paulo Fusc. de visitat. par. 2 cap. 28. num. 14.
ex quibus nequeunt, aut non debent beneficio seruire,
namque censura Ecclesiastica † est spiritualis pœna, 68
quam Ecclesia propter inobedientiam infligit locis &
vniuersitatibus, ac singularibus personis, interdicen-
do sacramentalia, communiones, & alios actus spiri-
tuales, vt tradit Ioa. de Lignano. de censur. Ecclesiasti-
cis, in princip. Et hæc censura diuiditur in excommuni-
cationem, † suspensionem, & interdictum. cap. quæ- 69
renti, de verb. signific. Card. Zabarell. in clem. 1. de
senten. excom. Nauar. in Manual. c. 27. num. 1. Fusc.
de visitat. lib. 1. c. 31. num. 32.

Excommunicatio † est censura Ecclesiastica à can. 70
vel iudice Ecclesiastico prolata, priuans Christianum
legitima communione sacramentorum, & quandoque
hominum ita diffinit. Abb. in rub. de sent. excomm.
quam diffinitionem latè defendi, cum interpretarer.
cap. 1. de iudic. intelligendo eam loqui de excom-
municatione maiori, quæ priuat † participatione sa- 71
cramentorum. & hominum, vt est communis opinio,
teste Nauarr. d. cap. 27. in prin. nam communio † tri- 72
plex est, vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 23. ar. 5. &
in 4. sent. dist. 18. q. 2. S. August. lib. de doctrina Christia-
na. cap. 22. Turrecre. in cap. si inimicus. 11. q. 3. art. 1.
Siluest. verb. excommunicatio. 1. & ob id excommuni-
catio est maior pœna † quæ fit in Ecclesia, vt est com- 73
munis opinio, teste Ber. in cap. si quis presbyterorum,
num. 7. de reb. Eccl. non alienan. Clar. q. 76. in princ.

Hi enim cum interdicta sit † cum hominibus parti- 74
cipatio, vt habetur 11. qu. 3. & ibi DD. omnes non po-
terunt ministrare in Ecclesia, & sic neque seruire bene-
ficiis, ne efficiantur irregulares: vt latè explicat Maiol. 75
de irregular. lib. 3. cap 21 & ob hanc causam priuatur
fructibus beneficij ipso iure, vt est communis opinio.
† teste Ripa. in cap. 1. n. 27. de iud. Clar. lib. 5. §. vlt. 76
qu. 73. ver. pariter. ideò eis conferri † beneficium non 77
potest. cap. postulastis. de cler. excomm. ministr. &
collatio facta est, ipso iure, nulla, † communis opi- 78
nio teste Couar. in cap. alma mater. p. 1. §. 7. num. 1.
sicuti collatio facta † irregulari. l. Din. in reg. 1. de regul.
iur. in 6. Innoc. in cap. Cum nostris. de concess. præben. 79
& de communi, vt per Couarr. in regul. peccatum. 2.
part. §. 8. num. 6. de reg. iur. in 6. Nec excommunicati
possunt eligi, † & si eligantur, nulla est electio ipso 80
iure, cap. cum inter. de ele. cap. constitutis. de appell.
De communi attestatur Couar. in d. cap. alma mater.
p. 1. cap. 7. sub. nu. 1. ver. primum. nec præsentari † ad 81
beneficium gl. in cap. vlt. per illum tex. de ele. in 6.
Lap. alleg. 8. Roc. de Curt. verb. honorificum. num. 19.
tract. de iur. patr. Lamb. in eod. tract. 1. p. 2. lib. 6. q.
princ. ar. 1. Communis, vt per Card. in clementin. 1.
§. 1. quæstio. 4. de religio. domib.

Suspensio est † censura, qua alicui personæ Eccle- 82
siasticæ prohibetur exercitium sui officij vel beneficij
Ecclesiastici in totum, vel in partem, & in certum tem-
pus, vel in perpetuum, quoad partem ob suam culpam,
gl. & DD. in clement. cupientes. de pœn. Nauar. in
manual. d. cap. 27. num. 51.

Hi enim cum non possint seruire † & ministrare, 83

nam administrando fiunt irregulares. Spec. in tit. de dispens. §. iuxta. Gemin. in cap. is cui de sent. excom. lib. 6. Fede. de Sen. cons. 120. Ang. in verb. suspensio. Silu. in eod. verb. sequitur, quòd facilius admittuntur ad cessionem, quam alij, quandoquidem eis beneficia con-
84 ferri † nequeunt. glo. in cap. tania. de exc. præl. glo. in capit. cum bonæ. de ætate & qualit. vbi Abb. col. 3.

85 Interdictum verò † est diuinorum suspensio, tam actiuè, quam passiuè, vt tradit Cald. communiter receptus, in tract. de interdict. nu. 2. Et potest poni exemplum, si fuerit interdictum capitulum, nam canonici
86 non poterunt † exercere, & seruire Ecclesiæ. Nic
87 Plou. in tract. de interd. in princ. namque canonici † sunt de capitulo, vt patet in tit. de his quæ fi. à maio. par. cap. vt tradit Card. Paris. cons. 31. num. 12. vol. 4.
88 & ob id faciunt † vnum corpus cum Episcopo. Abb. in
89 cap. nouit. per illum text. de his † quæ fiunt a præl. &
90 appellantur fratres episcopi, sicut Cardinales † fratres Papæ. cap. 2. de off. lega. lib. 6. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 15. num. 2.

Septima ponitur causa in d. constit. vt ordinarij pos-
91 sint recipere resignationes beneficiorum † obtentorum per eos qui nequeunt, aut non debent ecclesiæ, aut beneficio inseruire. vt dicitur in d. const. Pij V. ibi, aut nequeunt, aut non debent ecclesiæ, vel beneficio inseruire, & sic duo sunt capita: primum, eorum qui non possunt: secundum, eorum qui non debent. Primi capitis exempla plura possunt assignari, quæ repetere non curabo, cum colligantur ex præcedentibus, quatuor autem alia subiiciam exempla. Et primum erit
92 in clerico bannito, † nam iste nequit beneficio seruire Abb. & alij omnes in cap. cum non ab homine. de iudicis, & in cap. 2. de arb. Rebuff. in prax. de mod. amitt.
93 benef. num. 57. Et ideo potest priuari † beneficio, vt iudicauit Parlamentum Tulusanum teste Clar. q 73. ver. pariter in fin. Secundum exemplum erit in dæmoniacis,
94 qui † perpetuò ab ordinum susceptione excluduntur. can. communiter vbi gl. Archid. & alij omnes distin. 33. & habetur in Conc. Toler. 11. cap. 13. Tab. in verb. corpore. Silu. in eo verb. August. lib. de dogm. eccle.
95 72. & promotus † susceptos ordines administrare non potest propter mentis alienationem. Diu. Thom. 3. q. 82. art. vlt. ad tertium. Maiol. de irreg. 2. cap. 17. col. 4. & hoc euenit ex dæmonum fraude, quibus datum est
96 † quandoque a Deo potestas vexandi corpora humana. Iob. cap. 1. & 2. Matt. 8. vbi Chrysost. propter vindictam furoris & iram dei. can. non solum. 23. q. 5. Tertullia. apolog. cap. 22. D. Thom. 2. sent. dist. 7. & 8. Hi enim dæmoniaci, cùm non possint seruire ecclesiis, cùm mens sit alienata, & ad furorem coacta, Matth. 8. Chrisost. de prouideo. Dei, cap. 1. de facili admittentur renunciandum.

Tertium exemplum, erit in eo, qui effectus est mu-
97 tus, nam hi quoque non possunt seruire, † cum non possint administrare D. Thom. 3. q. 82. art. vlt. ad tertium. Tabien. verb. corpore, cum aliis, vt per Maiol. de irreg. lib. 4. cap. 26. per totum.

Quartum exemplum erit, vt vno tantum verbo concludam, in omnibus irregularibus, namque irregulares
98 nequeunt † ecclesiæ & beneficio seruire, vt omnibus notissimum est, & latè explicat Burgas. in tract. de irreg. in prin. & alij DD. hanc materiam tractan-
99 tes. Idò irregulares inhabiles sunt ad † beneficia. Caputaq. dec. 229. n. 4. par. 2. Hi etiam irregulares
100 possunt † cogi ad obtinendam dispensationem: vt in casu, de quo per Maiolum tractat. de irregul. libr. 4. capitulo 16.

Nunc autem secundi capitis aliqua exempla subiiciam. Primum erit in clericis qui turpiter, & scandalosè viuunt, nam hi licet possint Ecclesiæ seruire, tamen
101 propter eorum † scandalosam vitam, seruire non debent, mali exempli causa, prout dicitur in cap. 6. §. eos vero. sess. 21. de reform. Conc. Trid. vbi etiam cautum est, posse priuari beneficiis, si in eorum perseuerauerint nequitia. Inducitur enim † ex scandalo irregu- 102
laritas. Host. & Abb. in cap. cum de tua. de corp. viti. Maiol. de irreg. li. 5. c. 13. & latè de scandalo locutus sum supra loquens de Episcopo scandaloso.

Secundò potest exemplificari in clericis, qui & si non viuant scandalosè, tamen in ipso seruitio ecclesiæ, † ad 103
quod sunt obligati, dant scandalum, quales sunt lunatici. D. Thom. 3. q. 82. ar. vlt. ad tertium Patientes stomachi languorem. & sic vomitum, vt per Maiol. d. tract. de irreg. lib. 2. cap. 26. Illiterati, & imperiti Ecclesiarum rectores, quibus etiam ex decre. Conc. Trid. c. 6. sess. 21. de reform. sunt deputandi §. † coadiutores, 104
& dat rationem concilium illis verbis, Quia sacris minus apti sunt officiis, &c. & potius destruunt quam ædificant.

Tertiò potest exemplificari in habente morbum caducum, nam huiusmodi morbus impedit † promoueri 105
ad ordines, & promotum suspendit, can. communiter. & ibi Arch. dist. 33. & ob id collatio ei facta † est nul- 106
la ipso iure. Host. Io. Andr. Card. Abb. & Imo. col. 2. in cap. cum inter Canonicos. de elect. Io. de Silu. in tract. de benefic. in 3. p. q. 5. col. vlti. quamuis Rota tenuerit die 4. & 9. Nouembr. 1551. coram Vestano, in vna Tol. Canonicatus & præb. die 9. Decembris eiusdem anni, morbum caducum non inducere † inhabili- 107
tatem ipso iure, quoad beneficia simplicia. teste Capuquens. decision. 236. part. 2.

Octaua subsequitur causa in d. in constit. 58. pij V. ex qua possunt ordinarij recipere resignationem † be- 108
neficiorum, quando beneficiatus vnum aliud, aut plura obtinuerit beneficia, vt dicitur ibi, Seu qui vnum aliud, aut plura beneficio obtinuerit: namque vnus vno debet esse contentus beneficia, † vt disponit decretum 109
Concil. Trid. cap. 17. sess. 24. de reform. dicens, cum Ecclesiasticus ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat clericorum, sanctè sacris canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Eclcesiis conscribi, verum &c. statuit, vt in posterum vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri, &c.

Ex quibus verbis notandum est, quòd non solum quis non potest habere duas Ecclesias curatas, † vt dicitur 110
in c. 4. eiusdem Conc. Tried. sess. 7. de refor. nam sunt inter se incompatibiles, cap. de multa, vbi omnes, de præb. cap. ordinarij. de off. or. lib. 6. c. cum singula. de præb. eo. lib. clem. gratiæ. de rescrip. Car. Paris. in cap. cum Ecclesiæ, nu. 2. de excep. sicut neque habere duas Abbatias. † can. vnum. 21. q. 1. can. monachom, 111
20. q. 4. cap. vlt. de relig. dom. vbi glo. Abb. n. 1. & seq. & communiter DD. teste Alf. Hoied. in tract. de incomp. benefic. 1. par. c. 6. n. 4. aut duos † prioratus. 112
Io. Selu. in tract. Benefic. q. 2. nu. 53. & duos † Deca- 113
natus vel Archidiaconatus, aut alias similes dignitates cap. sicut. de excep. prælato. cap. quia nonnulli. de cler. residen. Clemen. quia regulares, de suppl. præla. negli. Lapus alleg. 116. num. 2. Fed. de Senis cons. 120. cons. 135. & cons. 155. Imo. in d. clem. gratiæ. nu. 12. vbi communiter DD. de rescrip. Ac etiam duo beneficia † sim- 114
plicia resideotiam requirentia, Innoc. in cap. cum iamdudum & in cap. sicut inordinatè. de præb. Abb. in cap. extirpandæ. §. qui vero. num. 27. cum seq. num. 30. de præbe. Gemin. in cap. gratiæ. nu. 8. de rescrip. in 6. communis opinio, vt paret ex adductis per Alfons. Hoied. in tract. de incompat. benef. 1. p. c. 17. num. 30. cum sequent.

Sed etiam colligitur ex hoc decreto concil. duo vel plura beneficia simplicia etiam residentia non † requi- 115
rentia, quorum vnum est sufficiens ad congruam sustentationem, esse incapatibilia, vt ibi dicitur, vt in posterum vnum tantum beneficium, &c. quod quidem si ad vitam, &c. & loquitur conc. etiam de Cardinalibus,

quod etiam erat de iure communi, secundum quod
116 pluralitas prohiberut † etiā in beneficijs non requiren-
rentibus residentiam. glo. in cap. gratiæ. de rescri. in
6. in specie Hostiens. in cap. super inordinata. de præ-
ben. sequitur Bened. Cap. in tractat. reg. & fallen. reg.
90. num. 138. Abb. in d. cap. extirpandæ. §. qui vero.
numer. 34. de præben. Siluester. in verbo beneficia 4.
num. 2. Domin. Sot. lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 3.
conclus. 3. in cas. 1. Nauarr. in Apolog. de redit. q. 1.
monit. 76. num. 2. adeo quod hæc est communis opinio,
quamuis Innoc. relatus a Benedic. Capr. vbi supra nu.
76. tenuerit contrarium.

Ratio autem erit quæ ponitur in principio dicti de-
creti Conc. Triden. cap. 17. in fi. sess. 24. Cum Eccle-
siasticus ordo peruertatur, quando vnus plurium offi-
cia occupat clericorum, &c. nam quando quis occupat
plura beneficia etiam simplicia, quorum vnum est suffi-
ciens, absque dubio diminuit diuinum cultum, quia
117 possunt esse in præfatis beneficijs multi beneficiarij, †
qui horas canonicas singulis diebus recitent, & preces
Deo pro fidelibus offerant, quia beneficiarij sunt in-
tercessores & legati populi ad Deum pro eius gratia
impetranda & peccatorum venia. D. Tho. 3. par. q. 22.
ar. 1. & q 26. art. 1. latè Nauar. in enchiridion. de
oratione. ca. 18. num. 1. & c. 21. num. 3. & in miscell.
de oration miscel. 34. num. 3. ver. 4. Hinc dicit tex.
in can singula dist. 89. quod singula Ecclesiastici iuris
officia & ministeria singulis quibuscumque personis si-
gillatim dati debent, cap. cum in singula de præbend.
lib. vbi D D. omnes, c. 1. dist. 89. Rebuff. in prax. tit.
de dispens. ad plur. bene cia. nu. 3.

Quatuor alias huius decreti Conc. Trid rationes tra-
dit, & latè explicat Alfons. Hoied. in tracta. de incom-
patib. benef. p. 1. c. 19. à num. 2. vsque ad 6. quas referre
re non curo. cum habeamus finalem scriptam in ipso
decreto, aliæ vero quæ a dicto Doctore referuntur,
sunt ad ornatum, &c.

Contrafaciens autem huic conclusioni communi eli-
citæ tùm a iure communi tum a Conc. Trident. peccat.
118 † mortiferè, & viuit in statu damnationis. iuxta opinio-
nem quam tenuit gl. in cap. dudum. 2. de elect. in verb.
retinere. in finalibus verbis, quam glo. dicit celeberri-
mam & receptam ad hoc Nauar. in 62. miscel. de ora-
tio. num. 2. ver. cui addo, & Abb. nu 36. in dict capit.
nullus. sequitur hanc conclusionem Goff. quem refert,
& sequitur Io. Andr. in cap. quia nonnulli. de elet. non
resi. Domin. Sot. lib. 10. de iust. & iur. q. 6. art. 3. Al-
fons. Hoied. dict tractat. de incomp. benefic. part. 1.
cap. 19. nu. 1. namque facit contra ius diuinum & natu-
rale, vt tradit Abb. quem refert Domin. Sot. lib. 1. de
iust. & iur. q. 7. art. 7. prope finem & licet commu-
119 niter contrarium † seruetur, vt retineantur duo vel
plura beneficia simplicia, etiam quod vnum sit ad vi-
ctum sufficiens, prout de communi attestatur Bened.
Capr. d. reg. 90. num. 96. Hoied. cap. 19. num. 1. in fin.
tamen hæc communis obseruantia non excusabit reti-
nentem plura beneficia simplicia, quorum vnum est
sufficiens, a peccato mortali. vt post plura censuit Abb.
in d. cap extirpandæ. §. qui vero num. 36. Bertachin. in
verbo beneficiorum sufficientia. Hoied. d. cap. 19. num.
8. & communiter Doctores.

Ratio quia præfata consuetudo est contraria iuri na-
turali, rationi, & iuribus. Domin. Sotus. lib. 1. de iust.
& iur. q. 7. art. 3. Ioan de Lign. in tract. de plural. be-
nefic. & alij in eo tract Ideo tanquam irrationabilis
120 & † nutritiua peccati non excusat. Dec. in cap. 2. num.
39. de probat. Card. Paris. cons. 27. num 46. vol. 1. Rui.
consi. 154. nu. 11. lib. 4. Socin. Iun. cons. 98. libr. 3.
Menoch. cons. 82.

121 Nam illud quod dicitur, consuetudinem † excusare
à pœna. glos. in cap. cum venerabilis. vbi Abb. & com-
muniter Doct. de consuetud. cum alijs, vt per Iason. in
l. de quibus, num. 8. ff. de leg. procedit, vt excuset à
pœnis temporalibus, non autem ab æternis, & diuinis.
Rom. cons. 466. Archiep. Floren. 2. par. 3. partis, tit. 3.
c. 1. Abb. in cap. vlt. in fine, de constit. & communi-
ter DD. vt per Tiraq. in tract. de pœn. tempera. c. 42.
nu. 4. cum seq. Et illud quod etiam dicitur, † consue- 122
tudinem esse obseruandam contra communem opinio-
nem, Paris de Puteo in tract. de sindica. in verbo iudi-
care in cap. 13. in princ. num. 7. Grat cons. 111. num.
51. lib. 2. communis opin. teste Neuiz. in sil. nup. lib.
5. limita. 1. num. 64. vbi plures allegat, procedit in
consuetudine rationabili. Doct communiter in cap. vlt.
de consue. non autem in irrationabili. Paris. cons. 27.
nume. 50. cum mul. sequent. vol. 1. idem Paris. in
cap. cum nobis, nume. 9. de except. Ruin. cons. 116.
num. 13. vol. 4. Et non solum consuetudo simplex non
excusaret retinentes dicta beneficia à peccato mortali,
sed etiam consuetudo immemorabilis. † Hoied d c. 19. 123
num. 9. quia consuetudo immemorabilis, quæ est irra-
tionabilis, minimè excusat a peccato, & ideo non est
obseruanda † gl. in cap. 1. per illum text. de consuet. 124
lib. 6. vbi Franc. in princip. Card. in plerisque, in 3.
not. de el. ct. Rui. cons. 156. colum. penult. lib. 4.
Card. Paris. cons. 27. num. 50. cum seq. vol. 1.

Limita tamen nisi Summus Pontifex dispensasset,
nam hoc casu licitè quis posset † retinere plura bene- 125
ficia simplicia, quorum vnum esset sufficiens, glo. in
cap. dudum. 2. de elect Innoc. in cap. cum ad mona-
sterium, num. 3. de stat. Monach. Abb. in cap. fraterni-
tatis de schismat. Fel. in cap. 1. in 4. fallen. de constit.
vbi communiter DD. Idem Fel. in cap. ad audien-
tiam, col. 2. num. 4. de rescript. quia beneficia sunt
instituta † & ordinata à iure positiuo vt probatur in 126
can. 1. iuncta glos. 13. quæst. 1. Abb. in cap. constitu-
tus. nu. 13. de relig. domib. & in c. extirpandæ. §.
qui vero. nu. 2. de præb. Io. Sel. de benef. 1. p. q. 4.
nu. 22. & 23. & hæc est communis opinio teste Car.
Iacob. de Conc. lib. 4. art. 4. Alf. Hoied. de incomp.
benef. 1. par. in præfa. nu. 5. attestatur etiam hanc
communem, & tamen Papa potest dispensare in his,
quæ sunt iuris positiui, etiam sine † causa, vt est 127
communis opinio, teste Cur. Iun. cons. 75. quem re-
fert & sequitur Io. Baptista Villal. tract. comm. op.
lit. D. nu. 74. eo magis cum simus in beneficialibus,
in quibus Papa habet plenissimam † potestatem. Car. 128
in clem. 1. in 10. no. vt lit. pend. & cons. 84. Feli. in
cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 40. Dec. nu. 26. de
const. & hanc esse communem attestatur Bertrand.
cons. 153. lib. 1. Em. Suarez in thes. recept. sen. lit.
B. num 20. illamque dicit receptissimam. Rip. lib. 2.
resp. c. 19. nu. 3. vide Pinel. de rescin. vend. 1. p. c.
2. nu. 29. quamuis ille cum quo fuit dispensatum,
non sit tutus † quoad Deum, dispensatio sit sine causa. 129
D. Th. 1. 2. q. 97. Caiet. in 1. 2. q. 66. art. 5. Dom. Sot.
lib. 1. de iust. & iur. q. 7. art. 3. communis opinio, te-
ste Couar. lib. 4. de spons. 2. p. §. 6. n. 8. Em. Suarez.
d. thes. recep. sen. lit. D. num. 81. causa tamen † 130
semper præsumitur in dispensatione summi Pontificis
Fel. in cap quæ in Ecclesiarum. nu 60. Dec. nu. 29. de con-
st. Ias. cons. 105. num. 4. lib. 1 Marsil. singul 8. cum alijs, vt
per Ferd. Loazes in tract. de matrimo. in 4. dub.
c. 13.

Nunc autem ad intelligentiam dicti decreti Concil.
Trid. c. 17. sess. 24. de reform. & ad intelligentiam dictæ
consti. Pij V. videndum est quod dicatur beneficium Ec- 131
clesiasticum sufficiens. Et quamuis Domi. Sot. quem re-
fert Nauar. in apologia libri de reditibus Ecclesiast q. 2.
monit. 18. dicat non posse rectè existimari. quanto egeat
beneficiarius pro sua honesta sustentatione, quod intel-
ligendum est punctualiter, nam paulo plus vel minus
potest iudicari, vt dicit egregiè D. Tho. 2. 2. quæst. 85.
art. 7. Io. Maio. in 4. sent. dist. 24. q. 1. & hoc esse ex-
plicatu difficile dicit Nau. in Misc. 62. de orat. in prin.
ob rationes ab ipso allegatas, Caputaq. dec. 65. p.
21. dicit beneficium sufficiens debere dici, ex quo quis
potest seipsum sustentare, & iura Episcopalia persol-
uere. cap. de monachis. de præb. cap. is cui, de
præb. in 6. vnde dicit fuisse iudicatum in vna Mai. bene,

12. Decemb. 1552. beneficium 15. ducatorum computa-
tis distributionibus quotidianis non dici sufficiens,
quia distributiones quotidianæ non computantur in
fructibus. Ego autem resolutiuè procedendo dico ve-
ram,& receptam esse hanc opinionem vt hoc relinqua-
132 tur † arbitrio iudicis. Quam opinionem videtur firmare
Nauar. d. Misce. 62. de orat. num. 5. Alfons. in tract. de
incomp. benef. p. 1. c. 10. 22. Gemi. relatus à Menoch.
n. 216. de arbit. iud. Rip. in c. ad aures. n. 2. de resc. Tiraq.
in l. si vnquam. ver. omnia. n. 31. C. de reuoc. donat.

Nam iudicis † arbitrio relinquuntur ea, quæ non sunt
133 diffinita à iure, & certa sub regula comprehendi non
possunt. l. 1. ff. de iur. deliber Papalia post Bal. in leg. 1.
num. 45. ff. sol. matr. Dec. in cap. sedes. n. 7. de rescri.
& in cap. si pro debilitate. in fi. ff. de off. dele. vbi dixi,
& communiter DD. Ideo iudicis arbitrio relinquitur
134 quod dicatur tenue † & quod magnum beneficium. vt
pluribus quos citat, concludit Menoch. de arbi. iudic.
d. cas. 216. Hinc quæ alimenta præstanda sint clerico
ordinato non habenti vnde se alat, † relinquitur arbi-
135 trio iudicis considerata qualitate personarum. glo. Abb.
in cap. Episcopus. de præb. Rip. lib. 1. respon. c. 14.
num. 7. Menoch. de arbi. iud. cas. 169. num. 14. ita quis
136 dicatur † pauper & quis diues, relinquitur arbitrio iudi-
cis. Barto. in l. si constante. num. 14. Alex. n. 17. Ias.
n. 144. & comuniter DD. ff. sol. matr. Soc. Sen. cons.
221. num. 17. lib. 4. Rui. cons. 55. num. 45. lib. 1. cum
alijs, vt per Couar. lib. 2. var. resol. ca. 6. n. 8. commu-
nis teste Nicolao Ant. Grauatio Calabro in annot. ad
praxim Vestrij li. 4. c. 4. num. 30. & quis sit inops re-
137 mittitur † arbitrio iudicis. Afflic. dec. 179. ita quæ sit
138 honesta † persona, Deci. cons. 163. num. 4. & quis sit
139 miserabilis etiam relinquitur † arbitrio iudicis. Cal-
can. cons. 57. num. 15. Mantua, in C. nonnulli num.
12. de rescriptione, Couarr. lib. pract. quæst. c.
6. n. 3. communis teste Menoch. de arb. iud. cas. 66.
140 in prin. Ita quis dicatur † nobilis, Tiraq. de nobil. c. 10.
141 num. 10. & quæ sit persona grauis. † Bal. in cap. si pro
debilitate. in fi. de offi. deleg. Marsi. in l. quæstionis
modum. ff. de quæst. n. 40. sicuti quæ vulgaris persona
142 † dicatur. Mar. in d. l. quæst. num. 22. Menoch. de arb.
iud. cas. 72. Ita quæ dicantur Ecclesiæ pauperes, relin-
143 quitur † arbitrio iudicis. Rebuff. in prax. benef. tit. de
vnio. num. 39. Mantua. in d. cap. ad aures. nu. 13. Me-
144 noch. de arb. iud. cas. 65. num. 8. ita quæ dicatur †
magna & parua causa, relinquitur arbitrio iudicis. Dec.
post alios in auth. præterea num. 15. C. vod. vir & vx.
& in cap. sedes. n. 7. de rescrip. Oria. in cap. quoniam
contra num. 19. de prob. Abb. in c. 1. num. 7. de dilat.
145 & communiter, & quæ grauis † iniuria. Iacob. Cuiat.
in cap. 2. quib. mod. feud. amit. & sic de similibus. vt
licet colligere, ex d. trac. de arb. iud. Menoch.

Prudens igitur iudex arbitrabitur, considerata qua-
litate personarum, circa nobilitatem, circa merita
doctrinæ ac probitatis: item ad qualitatem loci & tem-
poris vt tradit Nauar. dict. miscel. 62. n. 5. & colligi-
tur ex Anchar. cap. 1. col. 1. de præb. vbi Gemin. idem
146 Gemin. in cap. sicut. de suppl. neglig. prælat. num. 7.
Capur. decis. 65. par. 2. & hanc tradit normam † Nauar.
dict. Misce. 62. num. 7. Primò beneficium dicitur suffi-
ciens simplici clerico & sano, si valet ad minus, vt suf-
ficiant reditus ad alendum mediocriter se, & vnum
ministrum, & vnum coquum focarium, & ad condu-
cendam habitationem sibi necessariam.

Secundò beneficium dicitur sufficiens nobili, etiam
inferioris gradus, & magistro theologiæ ac doctori iu-
rium, mediocris literaturæ, vt sufficiant reditus ad alen-
dum se & duos ministros, & vnam æquitaturam, &
vnum coquum focarium, & ad conducendam habita-
tionem, digniorem ea, qua eget clericus. hinc dicit
Compostella. in cap. cum adeo. de rescript. quòd non
147 dicitur beneficium † simplex sufficiens nobili, si non
potest nutrire equum.

Tertiò dicitur beneficium sufficiens nobili mediocris
ordinis, puta filio vel fratri, Baronum vel Vice-
comitum, &c. vel magistro & Doctori præcel.
vt sufficiant reditus, ad alendum se, quatuor,
ministros, vnum coquum, & vnam æquitaturam.
& ad conducendam habitationem digniorem, quam
egent supradicti.

Quartò dicitur beneficium sufficiens nobili, puta, fi-
lio vel fratri Ducis, Marchionis, vel Comitis, &c, vt
fructus sufficiant ad alendum se, octo ministros, duas
equitaturas, & vnum coquum, & habitationem splen-
diutem prædictis.

Et quibus primò colligitur, quòd habetur ratio per-
sonæ, nam illud, quod respectu vnius dicitur magnum,
† respectu alterius dicitur paruum, vt licet colligere 148
ex Cassad. decis. 2. de præb. tradit Menoch. d. cas. 216.
ita alimenta constituenda sunt † secundum qualitatem 149
personæ, l. 1, §. mulier, & l. habitatio. §. seruus. ff. de
ventr. in poss. mittend. gloss. in cap. nobis. & ibi Butr.
de iure patro. Paul. de Citad. in tract. de iur. patron.
in 6. p. q. 7. ar. 4. Bald. in cap. ad aures. de rescriptis,
& communiter DD.

Secundo colligitur habendam esse rationem litera-
turæ, quia Ecclesia Dei eget viris † literatis, vt habe- 150
tur per DD. communiter in cap. cum in cunctis de ele-
ctione, & inter illos sunt gradus. vt tradit Innocent. in
d. cap. cum in cunctis. ad not. per doct. in l. cum quid.
ff. si cer. pet.

Tertiò colligitur esse habendam rationem nobilita-
tis in terminis Abb. in cap. cum adeò de rescrip. glo. in
cap. conquerenti. de cler. non resident. Andr. Tiraq. de
nobil. cap. 20. nu. 142. Nam nobiles debent † pretio- 151
sioribus vestibus indui. Alber. in l. 2. C. quæ res vend.
non poss. Gerard. à Petr. sanct. singul. 82. Tiraquell.
dict. tract. de nobil. cap. 37. nu. 10. per plura. Nobiles
enim sunt maioribus beneficiis cohonestandi. cap. de
multa. de præb. Cassan. in catalogo glo. mund. in 8.
par. consider. 39. ver. hinc est.

Quartò colligitur esse habendam rationem habita-
tionis. arg. l. legatis. ff. de alimen. & cib. lega. Et tan-
dem omnium, quibus beneficiarius eget, pro victu &
vestitu, ac habitatione, iuxta tradita per Alex. cons. 178.
col. vlt. lib. 5. Ioan. Anan. cons. 37.

Quintò etiam habenda est ratio, si persona benefi-
ciata augeatur dignitate: nam si augetur persona, de-
bent alimenta quoque augeri. Gozadin. cons. 95. nu-
mero 4.

Sextò consideranda est etiam consuetudo familiæ,
Card. Paris. cons. 98. in fin. vol. 5.

Septimò habenda est ratio † consuetudinis patriæ 152
Anch. in cap. 1. col. 1. de præb. in 6. Menoc. de arbitr.
iud. cas. 216. num. 14.

Octauò habenda est ratio † Regionis, nam in vna re- 153
gione beneficium debet esse maioris valoris: vt sit suf-
ficiens, quàm in alterà, in qua alimenta non sunt ita
cara. ita Nauarr. egregiè d. miscell. 62. de oratio. in fin.
quod quotidiè experimur in vrbe. ex his igitur qua-
litatibus iudex prudens, &c.

Nec in hac inspectione habenda erit ratio bonorum
patrimonialiũ, vt iudicandum sit beneficium sufficiens
si simul cum reditibus bonorum patrimonialium suffi-
ciat ad sustentationẽ: Nam patrimonij non est habenda
hoc casu ratio. vt in terminis firmat Alphons. Hoied.
de incompa. benef. dict. cap. 19. 1. part. num. 45. Ratio
quia potest beneficiarius patrimonium habens † in pro- 154
prios vsus, reditus beneficij impendere, & licitè pro-
pria bona conseruare. Inno. in cap. Episcopus. de præ-
bend. quem sequitur ibi Abb. Socin. cons. 91. lib. 3. Ca-
iet. in 2. 2. q. 185. art. 7. ad responsionem 3. arg. Dom.
Sot. lib. 4. de iust. & iur. q. 10. ar. 2. Franc. Sarm. in
tract. de reditibus Eccl. p. 1. cap. 1. nu. 28. communem
dicunt. Felin. in cap. postulasti de rescrip. Couarr. in
cap. 1. nu. 5. de testam. Nauarr. in apolog. libr. de re
ditib. Eccl. p. 2. cap. 1. nu. 1. & hæc quæ diximus intel-
liguntur, vt iuxta has regulas possit decenter beneficia-
tus viuere.

Quare ad effectum, vt clericus non cogatur mendi-

care, aliud statuendum sit: nam differunt hæc, vt possit
quis viuere, & vt possit viuere decenter. iuxta gloss. in
cap. 2. verb. penuria. de stat. reg. lib. 6. vbi Geminia.
Franc. & alij.
Ex quo infertur, quòd vbi Concilium Tridentinum
155 † statuit. cap. 2. sess. 21. de reformat. ne quis ratione
beneficij ad sacros ordines promoueatur, nisi illud sibi
ad victum honeste sufficiat, non est intelligendum
de beneficio, cuius reditus sufficiant ad viuendum
decenter, iuxta ea quæ diximus, sed de beneficio, cu-
ius reditus sufficientes sunt ad viuendum: ita intelligit
illud cap. Nauarr. d. miscell. 62. sub. nu. 3. vbi dicit
156 sufficere ad illud effectum beneficium † triginta, vel
quadraginta nũmorum aureorum, & sub num. 3. ver.
contra, vbi dicit communiter obseruari, sufficiens es-
se beneficium quinquaginta aureorum.
Nona causa ex qua ordinarij possunt recipere resigna-
tiones beneficiorum, scilicet eorum qui aliud benefi-
157 cium † consequuntur. vt patet in d. constitutione Pij V.
58. ibi, vel quos ad aliud contigerit promoueri, &c.
Et ratio est, quia huiusmodi renunciatio non fit proprià
voluntate: quo casu possunt occurrere fraudes conside-
ratæ a Pio V. in d. const. in princ. sed ex necessitate,
158 namque per assecutionem † incompatibilis vacat pri-
mum. cap. de multa. de præb. & ibi communiter atte-
statur. Bursat. cons. 353. nu. 2. vol. 4. non mirum igi-
tur, si horum beneficiorum potest fieri resignatio pe-
nes ordinarios, nam causa necessitatis multa permit-
tuntur, quæ aliàs non permitterentur † vt plenè cumu-
159 lat Romanus in l. si verò. §. de viro. in 40. fallen. ff.
solut. matr. cum alijs, vt per Card. Parif. consil. 31.
o. 12. & cons. 33. nu. 23. vol. 2. magis enim succurritur
160 facienti actum ex necessitate, quàm † voluntariè. l. cum
postulasse. in fin. & ibi not. ff. de dam. infect. l. quod
si minor. §. restitutio, & ibi Bart. ff. de minor. l. si fide-
iussor. §. necessaria. ff. qui satisd. cogan. cum aliis, vt
per Tiraq. de retract. §. 1. gl. 10. num. 25. Hinc ex ne-
161 cessitate forma † adimpletur in æquipollenti. Ias. in l. 1.
nu. 13. ff. de lib. & posthu. Alex. cons. 96. libr. 4. com-
munis opinio. teste Card. Paris. cons. 33. num. 26. vol.
162 2. Hinc prohibità alienatione, intelligitur de † volun-
taria, non autem de necessaria. l. 1. ff. de fun. dota. l.
alienationem ff. fam. ercis. Alber. in 2. par. stat. quæst.
21. Roma. per illum text. in l. si tibi pecuniam. ff. si cer.
pet. Barb. in rub. extra de rebus Eccl. nõ alie. n. 33. Alex.
cons. 215. col. 2. lib. 6. Crauet. cons. 6. nu. 91. cons. 215. col. 1.
Decima causa ponitur in. d. constitutione Pij V. ex
qua possunt ordinarij recipere resignationem benefi-
ciorum obtentorum per eos qui volunt † ingredi reli-
163 gionem, aut contrahere matrimonium, vt patet ibi, re-
ligionem quoque ingressuri, vel matrimonium contra-
cturi. Et ratio est, quia huiusmodi renunciatio ob cau-
sam religionis, & matrimonij fit ex necessitate, quia
per ingressum † religionis vacat beneficium. cap. bene-
164 ficium. de reg. lib. 6. cum ibi not. ac etiam per con-
tractum matrimonij. gloss. Abb. & † alij omnes in c.
165 1. de clerico coniugato. Communis opinio, teste
Menochio libro 3. de testament. §. 22. numer. 45. in fin.
vnde cum non possint possidere illa beneficia, poterunt
renuntiare, etiam coram ordinarijs: requiritur ta-
men, vt vtrumque statim re ipsa exequantur, vt dici-
tur in eadem constitutione Pij V. vt patet ibi, si statim
re ipsa id exequantur, &c, quæ verba referri ad vtrum-
que casum scribit Fusc. de visit. lib. 2. cap. 28. num. 18.
Matrimonium spirituale, & temporale æquiparantur:
vna tamen est differentia hoc casu inter vtrumque, quia
si ordinarius admisit renunciationem illius, qui vult
matrimonium contrahere; illo contracto potest con-
166 ferre † illud beneficium, & non sufficere sponsalia;
tradit Fusc. d. cap. 28. sub num. 18. si verò admit-
tat renunciationem illius, qui vult ingredi religionem;
eo ingresso religionem, statim non potest conferre il-
lud beneficium, sed debet expectare per annum † intra
167 quem potest exire: Quare prius non dicitur vacare be-
neficium, gloss. in cap. statuimus. verb. qui dari. de re-
gul. DD. in cap. beneficium. de reg. lib. 6. Fusc. de vi-
sitat. libr. 1. cap. 15. num. 84. & libr. 2. cap. 28. nu. 18. &
ratio est, vt videatur si est constans, ad hoc, vt si exierit
habeat vnde viuat.
Vndecima subsequitur causa proposita in d. constitu-
tione Pij V. 58. ex qua ordinarij possunt admittere † 168
renunciationem beneficiorum, scilicet in casibus, in
quibus expressum est, in cap. nisi cum pridem. de re-
nunciat. Episcopos posse resignare Episcopatus nam ex
eisdem potest fieri renunciatio beneficiorum coram
ordinarijs, vt dicitur ibi, denique cum quis ex alijs ca-
sibus acciderit, qui constitutione felicis recordationis
Innocentij Papæ III. de dimittendis cathedralibus
Ecclesiis continentur. Causæ autem ibi expressæ sunt
sex, scilicet prima conscientia criminis, secunda debi-
litas corporis, tertia. defectus scientiæ, quarta malitia
plebis, quinta scandalum, sexta personæ irregularitas
& late tradunt Innoc. Host. Abb. & alij. Host. in summ.
de renunt. nu. 8. Redoan. de sim. p. 2. cap. 13. num. 11.
& latè aliàs explicaui suprà.
Et ratio, quod huiusmodi decretalis de dimittendis
cathedralibus extendatur ad renuncianda beneficia mi-
nora extra Curiam, deducitur ex maioritate rationis.
Auth. multò magis. C. de Sacrosan. eccl. cum alijs, quæ
ad hoc adduxi supra in 4. quæstione principali, & ali-
quæ harum causarum sunt explicatæ, prout est ob cri-
men, ob infirmitatem, ob senectutem, ob irregulari-
tatem, & scandalum: sequuntur duæ, vt ordinarij pos-
sint admittere renunciationes eorum, qui sunt ignari, &
non habent doctrinam requisitam beneficio, quod ob-
tinuerunt, vt late explicaui, dum de Episcopo ceden-
te ob hanc causam locutus sum, ac etiam ob malitiam
plebis, iuxta ea etiam quæ supra dixi.
Duodecima est causa, vt ordinarij possint admittere
renunciationes beneficiorum † obtentorum per eos, qui 169
nequeunt, aut non audent in loco beneficij residere pro-
pter capitales inimicitias: vt dicitur in d. constitutione
Pij V. ibi, qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt
vel non audent in loco beneficij residere securi, &c.
Hanc esse iustam causam docent Hostiens. in cap. ad
supplicationem. in principio, & ibi gloss. in verb. mo-
rari per illum text. de renunt. Ant. de Butr. num. 2.
Abb. num. 3. & communiter DD. Fusc. de visit lib. 2.
cap. 28. num. 8.
Et ratio est, quia huiusmodi renunciatio facta per
istos, non fit ob fraudem consideratam à Pio V. in dict.
const. sed ex causa necessitatis, cum inimicitia † sit 170
iusta causa non morandi in aliquo loco, vt probatur
in cap. accedens. x. vt lite non contestat. & non resi-
dendi, gloss. communitèr recepta in cap. vlt. verb. ex-
cusationem. de cleric. non resid. Fusc. de visitat. lib.
2. cap 28. num. 8. cum aliis, vt per Felin. di. cap. acce-
dens, num. 4. & per consequens ordinarij poterunt
admittere renunciationes istorum, iuxta ea quæ suprà
scripsimus. Non autem propter omnem inimicitiam ad-
mittent ordinarij renunciationes, sed duntaxat ob ca-
pitales, vt expresse in dict. constitut. exprimitur. Quæ
autem dicatur † inimicitia capitalis, remittitur arbi- 171
trio iudicis, Grammat. cons. 57. num. 9. cum alijs, vt
per Menoch. de arbitr. iud. cas. 110. num. 2. & 3. Con-
iecturæ tamen sumuntur, si fuit insidiatum † vitæ bene- 172
ficiati, ex aliqua causa magna præcedente: vel de vni-
uersa sobstantia controuertatur. Anch. cons. 26. Barb.
cons. 3. colum. 2. & cons. 16. col. 4. in fin. lib. 2. cum
aliis, vt Crauc. cons. 31. num. 3. & cons. 76. num. 1.
Bald. in l. parentes. C. de test. & aliàs, prout iudici
videbitur. Barb. cons. 80. in fin. lib. 3.
Ex relatis igitur causis possunt ordinarij admittere
resignationes beneficiorum. Duo tamen debent obser-
uare, quorum primum est, vt si volentes renuntiare co-
ram eis sint † in sacris ordinibus constituti, videant an
habeant vnde viuere, & vitam commodè sustentare, 173
aliàs non possunt admittere renuntiationes, prout ex-
primitur in eadem constitutione Pij V. 58. ibi. Sed nec
horum vllus sacro ordine mancipatus nisi religionem

Digitized by Google

ingressurus, valeat vllo modo beneficium, vel officium
Ecclesiasticum resignare, nisi aliundè ei sit, quo in vita
possit commodè sustentari, &c.

Et ratio est, quia cum hi sint sacris ordinibus man-
cipati, vtique ad illos sacros ordines fuerunt Promo-
ti, vel ad titulum beneficij. Et hoc casu absque dubio
174 illud beneficium † non potest renunciari etiam coram
summo Pontifice, nisi constito, quòd aliunde cómo-
dè viuere possit, prout est communis opinio omnium
DD. & nouissimè statutum est, per Conc. Trid. cap. 2.
§. id verò. sess. 21. de reform. & tradit Sebast. Medi-
ces in l. vlt. glo. 5. num. 312. C. de legibus. Naua. in
Man. cap. 22. num. 18. lit. B. Et ideò renuntiatio facta
absque mentione, quòd resignans erat ordinatus ad
175 † titulum illius beneficij, est nulla, vt censuit sacra
Congregatio Con. anno Domini 1518. & fuit resolu-
tum in Rota in vna Ispalen. 17. Iunij 1578. coram Pla-
176 to Audit. Rot. doctiss. & quamuis d. constitutio † Pij V.
loquatur de renunt. extra curiam, tamen in hac parte
habet locum etiam in curia, vt beneficium, ad quod
quis ordinatus est, non possit renuntiari, nisi ille ha-
beat aliunde, vnde viuat, vt fuit dictum in vna Luca-
neo. 5. Decembris 1586. coram R. P. Domino Orano,
& ratio rationis est, ne clerici in opprobrium ordinis
sacri mendicent.

Aut vero ordinati fuerunt ad titulum patrimonij, &
hoc casu etiam in renuntiatione beneficij inspicien-
dum est, an resignans possit commodè viuere, ex eo
quod superest, cum non deceat eos qui diuino mini-
177 sterio adscripti sunt, cum † ordinis dedecore mendica-
re, aut sordidum aliquem quæstum exercere, can. dia-
coni sunt circa medium, dist. 93. cap. ad supplicatio-
nem, de renun. & dicitur in princip. cap. 2. sess. 21. de
178 reform. in Concil. Triden. Ex quo colligitur dictam
constitutionem non loqui de constitutis in minoribus
ordinibus, qui possunt resignare, etiamsi non habeant
aliundè quo viuere possint; Namque in eis cessat ratio
dedecoris ordinis, & hi ideò possunt renunciare tacitè.
Caputaquen. decis. 215. num. 2. part. 1. & communis
opinio teste Euerard. cons. 111. Couarrus. in 4. decret.
part. 2. cap. 6. §. 3. nu. 3. Card. Paris. cons. 40. num.
3. vol. 3. Et sic cùm cesset ratio, cessat quoque consti-
tutio. ita in simili, in quadam const. Pij II. arg. & latè
probat Mandos. in regula de malè promot. qu. 2. col.
vlt. ordines enim secundum † canonistas sunt nouem,
179 scilicet tonsuratus, ostiarius, exorcista, lector, acco-
litus, subdiaconus, diaconus, præsbyter, & episco-
pus. Doct. in cap. cum contingat. de ætat. & qualitat.
per illum text. & per can. cleros. dist. 21. & can. per-
lectis. di. 25. secundum verò communem Theologo-
180 rum † sunt septem, in 4. sententiarum dist. 24. dicen-
tium primam tonsuram & Episcopatum non esse ordi-
nes, sed officia subdiaconatus, diaconatus, & præs-
byteratus dicuntur ordines sacri, non quidem quòd
181 omnes † non sint sacri, sed quia eis est annexum vo-
tum solemne castitatis, non vt essentiale, sed vt acci-
dentarium ex statuto ecclesiæ. can. nullum. dist. 38.
canon. decernimus. dist. 13. can. 1. de vot. libr. 6. ita
egregiè Nauar. in Manual. cap. 22. n. 18. vers. quorum
quatuor, & in hoc residet communis omnium DD. sen-
tentia.

Dubium tamen est, quomodo intelligantur verba
dictæ constitutionis Pij V. Nisi aliundè ei sit, quo pos-
sit in vita commodè sustentari. Responden hoc remit-
tendum esse arbitrio ordinarij, qui consideratâ quali-
tate personarum, locorum & temporum iudicabit, si-
cut in simili scribunt. Gemin. cons. 35. col. penult. &
in cap. sicut de supplen. prælat. negligent. & in cap. 1.
de præbendis. lib. 6. vbi Anchar. column. 1. Menoch.
de arbitr. iudic. cas. 116. col. 2. latissimè Alfons. Ho-
ied. in tract. de incompatib. benef. par. 1. cap. 19. à
num. 23. vsque ad finem, & dixi suprà.

Excipitur tamen ab hac conclusione vnus casus sci-
licet in volentibus ingredi religionem, namque ho-
rum renuntiationes poterunt ordinarij admittere abs-
que † quo inspiciant an eis supersit tantum, vt possint 182
commodè sustentari, vt dicitur in d. constit. in verbis
allegatis, & signatis, inter quæ hæc sunt. Nisi religio-
nem ingressuri. Dictio enim, nisi, est † exceptiua, & 183
præcedentium limitatiua. Alb. de Rosa. in dicto
verbo, nisi, Cardin. Paris. cons. 96. num. 109. vol. 1.
Et ratio est, quia in his cessat ratio supra considerata,
ne mendicent cum ordinis dedecore: quia intra reli-
gionem nihil eis deest ex regulæ instituto, cum cessan-
te ratione iuris, cesset pariter dispositio. cap. cum ces-
sante. de ap. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr.

Et quamuis Fusc. de visit. libr. 2. cap. 28. nu. 19. lo-
quendo de hac constitutione, ac in his terminis, ex-
cipiat alium casum, scilicet in volente contrahere ma-
trimonium, vt ordinarij possint admittere renuntia-
tiones istorum, absque quo inspiciant, an habeant aliun-
de ex quo possint viuere, referendo illa verba. In vita
possit commodè sustentari ad ingressuros religionem
& matrimonium contracturos, tamen iudicio meo
hallucinatur, quia Pius V. excepit vnum dumtaxat
casum de ingressuro religionem, nam habentes † ordi- 184
nes sacros possunt etiam ingredi religionem, non ta-
men contrahere matrimonium, vt est communis opi-
nio, teste Euerard. cons. 3. in princip. & omnibus no-
tum est. Sed cum constitutio loquatur de mancipatis
sacris ordinibus, scilicet de subdiaconis, diaconis, &
præsbyteris, vt supra ostendi, & est recepta DD. sen-
sentia, sequitur quòd hæc exceptio de volente contra-
here non potest applicari: quia exceptio fit de regula,
& contentis † in ea. l. quæsitum. § denique. ff. de fund. 185
instru. & l. Lucius. §. pluribus. ff. ad Trebell. Gemini.
in cap. qui ad agendum. de procurat. li. 6. Rom. cons.
107. Card. Paris. cons. 96. num. 110. volum. 1. Laur.
Silua. cons. 52. distinct. 17.

Et per consequens hæc vnica exceptio posita in d.
constitutione firmabit regulam † in cæteris casibus 186
non exceptis. leg. nam quod liquidè in fi. ff. de pœn.
lega. Dec. in l. vlt. n. 45. C. de edict. Diu. Adria. tollen.
Crauett. cons. 294. colum. 8. versic. 10. ad fin. & qui aliâ
exceptionem † allegabit, debebit illam probare suffi-
cienter. Curt. sen. cons. 31. colum. 1. Cardin. Paris. cons.
51. n. 17. volum. 2. Rolan. à Vall. cons. 81. nu. 6. vol. 1. 187

Secundùm est, quòd debent ordinarij obseruare,
vt admittentes beneficiorum renuntiationes, † ex his
causis non debeant illa beneficia conferre suis, aut ad- 188
mittentium consanguineis & affinibus, vel familia-
ribus, etiam per circuitum vt dicitur in eadem Pij V.
constitutione, ibi. Cæterum præcipimus, atque inter-
dicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de bene-
ficiis & officiis resignandis prædictis, aut filijs: aut ad-
mittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus,
etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in ex-
traneos collationum audeant prouidere, &c. Et ratio
est: quia resignatio in fauorem non potest fieri coram
ordinarijs. † Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 20. &
est communis omnium Doctorum sententia, vt alias 189
latè scripsi. Si igitur posset ordinarius conferre consan-
guineis resignantis, aut suis, videretur tacitè & indire-
ctè facta in fauorem, & tamen quod prohibetur † dire-
ctè, videtur prohibitum etiam indirectè cap. cum 190
quid vna via. de reg. iur. lib. 6. & cum quid prohi-
betur immediatè, videtur † etiam prohibitum me- 191
diatè, l. auia. §. Titio. ff. de cond. & demonst. Ias. in l.
2. col. 6. ver. & tenendo istam partem. ff. de vulg. &
pup. Hinc dixit Rom. relatus à Crauet. cons. 301. &
consil. 137. n. 1. quod sicut † de relicto ad pias causas
non detrahitur Trebellianica, ita neque de relicto facto 192
alieni, vt restituat piæ causæ. Accedit alia ratio tradita
à Fusco. d. cap. 28. num. 23. ad prohibendum, vt d. re-
nuntiationes fiant ob carnis affectum, & ne consangui-
nei, vel familiares † fiant hæredes bonorum Ecclesiæ,
quod est prohibitum, vt patet in cap. 1. de præben. vbi 193
plura adduxi, & in cap. 15. sess. 25. de reform. Conc.
Trid. Adicio etiam aliam rationem, vt tollantur frau-
des & confidentiales renuntiationes, ad quod adduco
verba

verba, quæ ponuntur in eadem constitutione. §. Caueant autem Episcopi, & alij præsbyteri, itemque omnes electores, prælentatores & patroni, tam ecclesiastici quam laici, quicunque sint, ne verbo quidem aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficiis, & officijs successores ab ipsis resignantibus, aut alius eorum significatione, vel horratu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat, &c. Idque procedere etiam per inanem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, ibidem dicitur, & ratio est, quia quod prohibetur directè, prohibetur etiam indirectè. ca. cum quid vna via. cum ibi nota. de reg. iur. in 6. Crauet. cons. 137. nu. 1. Ex quo deduco, quòd si ordinarius ex causis prædictis admisit resignationem beneficij, & contulit beneficium extraneo, qui postea resignauit in Romana Curia consanguineo suo aut resignantis præsumitur fraus, & incidit in pœnam dictæ constitutionis; vt colligitur in illis verbis (etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum.)

Et quia dicta constitutio non exprimit, qui sint con-
194 sanguinei, & affines hic casus † videtur relictus sub
dispositione iuris communis, iuxta l. commodissime.
ff. de libe. & posthum. Idemque dicendum est circa
195 familiares, qui de iure communi sunt omnes † qui subsunt alicui ratione potestatis, & cum eo cohabitant, cap. vlt. de verb. sign. li. 6. & ibi Gemin. in vlt. not. Spec. in tit. de test. §. 1. vers. item. Bald. in l. 2. C. de test. comm. opin. vt latè per Gabr. de test. concl. 10. n. 5. & Rota solet interpretari familiaritatem in casu regulæ de impetratio. benefic. vaca. per olim famil.
196 Cardin. vt † actu deseruiat, & continuet commensalitatem in domo, vt attestatur Sarn. qui hoc latè probat. d. reg. q. 13. col. 1. & 2.

Sed hic primò occurrit dubitare, qua pœna puniantur Episcopi, & alij ordinarij contrafacientes, scilicet conferentes beneficia coram ipsis resignata consanguineis resignantium, aut suis, & familiaribus? Respon-
197 deo suspendi † a collatione, electione, & institutione beneficiorum, donec à summo Pontifice absolutionem obtinuerint, vt dicitur in eadem constitutione Pij V. 58. illis verbis. Qui verò contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum & officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere. Et qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere, &c. Ex quibus verbis apertissimè colligitur, quòd pœna hæc respicit ordinarios conferentes, & etiam eos quibus conferuntur talia beneficia, nam vtrique sunt suspensi. Quapropter isti, qui-
198 bus fuerunt dicta beneficia collata non poterunt † se in illis beneficiis ingerere, stante suspensione. gl. & DD. in clem. cupientes. de pœnis. Illi scilicet collatores episcopi, aut alij post dictam collationem non poterunt conferre, eligere, præsentare, confirmare, prout
199 cuique competierit, nam si hac suspensione † non obstante, istorum aliquid fecerint, excommunicantur, vt in eadem constitutione 58. Pij V. dicitur ibi. Et nihilominus, in eos qui sint suspensi, conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere, ausi fuerint, excommunicationis, quoad personas, quo verò ad capitula & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, &c. Nam cum scirent suspensionem. & ausi fuerint contraire, non mirum, si tam gra-
200 uis pœna imponitur, quia contemptus, est † peccatum mortale, vt probat Couarr. in capit. alma mater. part. 1. §. 7. numer. 6. de sententia excommunicationis li-
201 bro sexto, & ratione peccati mortalis † potest ferri excommunicatio. canon. centum. cum sequent. 11. quæstione tertia. & est communis opinio, quam latè probaui in cap. 1. de iudic.

Hinc Episcopus suspensus ab ingressu Ecclesiæ, con-
202 trafaciens, est † irregularis. Federicus de Sen. qu. 120. Geminia. in capit. is cui. de sententia excomm. lib. 6. Siluest. in verbo suspensio. num. 3. & communiter DD.
Et regulare est, vt suspensus † contrafaciens in con- 203
temptum clauium, fit irregularis Specu. in tit. de dispensat. §. iuxta Siluest. in verbo irregularis, cum alijs, vt per Maiol. in tract. de irregular. lib. 3. cap. 19. per totum. Ex quo infero, dicta verba comprehendere scientem se esse suspensum, & contrafacientem, quod
colligo ex verbo ausi fuerint iuxta ea, quæ scribit Spec. 204
in tit. de dispens. §. iuxta, & in fin. ubi ille dicitur † celebrare in contemptum clauium, qui sciens se esse excommunicatum, dolosè celebrat, prout respondit Cald. communiter receptus in cons. 11. in prin. de verb. significat. Felin. in cap. 1. nume. 7. de maio. & obed. Vnde sequitur vtilis conclusio, quòd si aliquis igno-
ranter suspensioni contrauenerit † non esset excommu- 205
nicatus ipso iure, Arch. in can. nullus. distin. 55. vbi
Gemin. Nam ignorantia † excludit contemptum, vt 206
tradit Cal. d. cons. 11. But. in cap. si celebrat. col. 4. de cler. excom. ministr. Gemin. in cap de libellis. ad
fi. dist. 20. quia contemnere, † est voluntate contradi- 207
cere, Gemin. post Hugo. in can. metropolitanum. 2. q. 7. Arch. in can. quicunque. dist. 56. Fel. in cap. cum quidam. n. 7. de iureiurand in cap 1. num. 52. de consti-
tut. & ob id ratione † contemptus quid efficitur deli- 208
ctum D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. vlt. circa medium,
nam † scientia includit dolum, Cald. cons. 4. de sen- 209
ten. excomm. Felin. in cap. exceptionem. nu. 48. de except. & ita concludendum erit.

Respectu autem capituli, & conuentus imponitur
pœna suspensionis à diuinis ipso iure, quæ est † spe- 210
cies interdicti, vt scribit Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 50. col. 3. & vlt. namque Clerus, Collegium, & Capitulum non excommunicantur, sed interdicuntur, Tab. Armil. Ang. Silu. in verbo, interdictum. Cald. in tractat. de interdi. & est communis opinio Doct. quo casu abstinendum est à celebratione diuinorum, alias per-
sonæ † particulares efficiuntur irregulares a solo Papa 211
dispensandæ. cap. is qui, &c. is cui. de sent. excomm.
libr. 6. vbi communiter DD. quandoquidem † inter- 212
dictum æquiparatur suspensioni. Armil. in verb. interdictum. in princip. Petr. de Palud. 4. distinct. 18. q. 8. artic. 5. col. 6. & est communis opinio.

Colligitur præterea, quod in his casibus absolutio
reseruata est Romano Pontifici respectu † excommuni- 213
cationis, & interdicti, ac suspensionis, vt dicitur expressè in eadem constitutione Pij V. ibi. Quibus etiam nullus alius, quam ipse Romanus Pontifex, siue absolutionis, siue relaxationis gratiam, excepto mortis articulo, valeat impartire, & ibi, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontificè meruerint obtinere, &c. Ex quo infertur ab alius absolui non posse, & si alij illos absoluant, non sunt bene absoluti
ex defectu iurisdictionis. & absoluentes sunt † excom- 214
municati. Maio. de irreg. libr. 5. cap. 8. sub num. 5. versic. ad hæc. Excipitur tamen mortis articulus, nam
tunc nulla est † reseruatio casuum, vt habetur in sess. 215
14. Conc. Trid. ca. 7. de casuum reseruatione, & habetur cap. filius de pœnit. in 6. ca. pastoralis. de offic. ord. cap. cupientes. de pœn. in clem. Nauarr. in manual. cap. 26. num. 26. & communiter DD. hoc tradunt.

Secundò occurrit dubitare circa dictam constitutionem Pij V. an loquatur de alia suspensione, quam de ea, quæ circa beneficia vertitur? A pluribus peritis vidi responsum affirmatiuè: Cæterum, contrarium ego teneo, vt ordinarij conferentes beneficia resignata coram ipsis familiaribus resignantium, aut suis vel consanguineis, sint suspensi dumtaxat suspensione quæ pertinet circa collationem, & speciem eius, vt patet ibi, a beneficiorum, & officiorum collatione, necnon ele-
ctione, &c. verba enim † constitutionis sunt clara, 216
vnde nullum remanet dubium. Roland. à Vall. cons. 77. num. 5. libr. 1. ex quo infero quòd talis Episcopus vel alter ordinarius non poterit conferre, eligere, præ-

sentare; cōfirmare, &c. poterit tamen alia iurisdi-
217 ctionalia, & Pontificalia exercere, gloss. & DD. in
clem. cupientes de pœnis. nam suspensus † à pontifica-
lib. potest administrare iurisdictionalia, & ècontra, Ab-
bas in cap. cum dilectus. de consuet. Siluest. in verb.
218 suspensio. qu. 5. Io pænal. enim, & odiosis † fit stricta
interpretatio, regula. odia. cum ibi notat. de regul. iu-
ris io 6.

Posset tamen aliquis dubitare, cur Pius V. imposue-
rit hanc pœnam potiùs quam aliam? Facilis est res-
ponsio, cùm colligatur ex ipsa constitutione ibi, vt in
eo quo deliquerint puniantur, &c. namque Republi-
219 cæ interest, † vt quisque puniatur in eo quo deliquerit
iuxta not. per Bal. & alios. in l. ita vulneratur. ff. ad l.
aquil. & in l. capitalium. ff. de pœnis. Mariam. Socin.
Senior in cap. veniens. n. 257. de accusat.

Tertiò occurrit dubitare, an Episcopi, & alij ordi-
narij ignorantes dictam constitutionem, & recipien-
tes resignationes, ac conferentes personis prohibitis,
vt supra, incidant in pœnam suspensionis? Omissis his,
quæ ad vtramque partem possent adduci, conclusiue
procedendo existimo respondendum esse negatiuè,
quod probo, quia quamuis in d. constitutione ponatur
decretum irritans, vt patet ibi, Quòd si secus, &c.
220 cuius natura † &, vt liget ignorantes cap. 4. de con-
cess. præb. cap. dudum. eod. titul. in 6. cap. si eo tem-
pore. de elect. eod. lib. 6. glo. in clem. 1. de concess.
præ. vbi Card. Zabarell. in 6. notab. idem Card. in cle-
m. 1. in 18. qu. vbi. Barbat. nu. 25. de elect. Abb. in cap.
audiamus. num. 52. de restitut. spol. Oldr. cons. 319. in
princ. Butr. cons. 43. Cardi. cons. 33. communis opi-
nio, vt patet ex relatis per Gabriel. de clausu. conclus.
221 3. num. 1. tamen respectu pœnæ † ignorantas non li-
gantur. cap. si beneficia. & ibi Archid. in 2. notab. de
præb. in 6. Barb. in clem. 1. nu. 25. de elect. communis,
vt per Gab. d. conclus. 3. n. 8. qui nu. 13. dicit. quòd
contrauentio facta decreto irritanti ab ignorante, est
excusabilior. In praxi tamen vidi contrariam opinio-
nem seruari, vt habeatur à S. D. N. absolutio etiam in
casu, quando Episcopus contrauenerit, quia ignora-
bat constitutionem hanc Pij V. & quidem hæc opinio
est tutior, & secundum illam consulerem, ac iudicarem,
222 quod comprobatur ex eo, quia præsumitur scientia † le-
gum, & constitutionum, namque sola publicatio facta
Romæ sufficit, vt constitutiones ligent extra curiam,
Ioan. Monach. in capitul. in generali. de regul. iur. lib.
6. Ioa. And. supra data ferti. Pau. de Eleaza. in prooem.
clem. Sarnen. in prooem. regul. colum. 13.

Quartò occurrit dubitare, an dicta pœna suspensio-
nis sit imposita dumtaxat ordinariis conferentibus be-
neficia resignata personis prohibitis in dict. constit an
verò sit imposita quoque admittentibus resignationes,
non ex causis relatis? vera est opinio † vt huiusmodi
223 suspensio sit imposita contra conferentes dumtaxat be-
neficia resignata coram eis personis prohibitis. Quam
opinionem primò probo, quia Pius V. Post relatas
causas, ex quibus ordinarij possunt admittere resigna-
tiones, inquit, Cæterum præcipimus ac interdicimus
ne, &c. & sic statuit, ne conferant consanguineis, aut
familiaribus, posteà immediatè sequitur, qui vero
contrafecerint, à beneficiorum tandiu suspensi rema-
neant, &c. vnde clarissimè, ex vi sermonis recti, dicta
pœne refertur ad proximè dicta, & non ad remota, †
224 iuxta ea quæ scribit Card. Paris. cons. 85. col. 3. vol. 2.
& consil. 45. num. 22. volum. 4. Secundò pondero
verbum positum in d. constitutione, dum imponit pœ-
nam contrafacienti, vt in eo, quo deliquerint punian-
tur, &c. ergo ibi punitur delictum in conferendo, cùm
suspendantur à collatione, & per consequens huiusmo-
di suspensio ad alia non debet referri.

Tertiò, quia in pœnalibus stricta debet fieri interpre-
tatio. ad not. in regula odia. de reg. iur. in 6.

Quintò dubitatur, si ordinarij admittant renuntia-
tiones beneficiorum, absque quo adsit aliqua ex dictis
causis positis in d. constitutione, cùm, vt supra di-
ctum est, non suspendantur, qua pœna puniuntur. Res-
pondeo † renuntiationes factas absque dictis causis esse 225
nullas, & hæc pœna sufficiet, quod firmare videtur
Fusc. de visit. cap. 28. num. 26. & deducitur apertissi-
mè ex d. constitut. Pij V. in decreto irritante, ibi, Quòd
si secus ac etiam quicquid præter, vel contra formam
prædictarum fuerit à quocumque temere attentatum,
id totum ex tunc vires & effectum decernimus non ha-
bere.

Decretum enim † irritans inducit formam. Bal. in l. 226
1. verb. quæro ergo. ff. de lib. & posth. Dec. cons. 328.
num. 11. Socin. Iun. cons. 71. num. 23. libr. 2. Grat. cons.
16. num. 4. lib. 1. & tamen forma † ad vnguem est ob- 227
seruanda. Dec. cons. 90. num. 6. & cons. 162. num. 4. &
cons. 439. num. 5. Cardi. Paris. cons. 12. nu. 47. & cons.
25. nu. 23. vol. 2. aliàs actus † est nullus. l. cum hi. §. 228
præter. ff. de transa. Bald. cons. 11. col. vlt. lib. & cons.
434. lib. 2. & quicquid fit contra decretum † irritans, ha- 229
betur pro infecto. Oldr. cons. 319. colum. vlt. Abb. in
cap. dictus. num. 14. de præbend. Cassad. decis. 12. num.
4. & seq. super regulas cancellariæ, quæ nullitas infer-
tur ipso iure. cap. penul. de præben. lib. 6. Ruin. cons.
70. col. 3. lib. 3. communis opinio, vt per Gabriel. de
clausul. conclusione 6. num. 58.

Amplia etiam procedere; si Episcopus ignorabat
constitutionem prædictam † quia decretum irritans liti- 230
gat ignorantes respectu nullitatis actus communis vt
per Gabriel. d. conc. 3. de clausula.

Non omittam, quòd dicta constitutio Pij V. est in
viridi obseruantia, & ita quotidie practicatur.

An autem † ordinarij possint admittere permutatio- 231
nes beneficiorum? Fusc. de visitat. libr. 2. cap. 28. num.
22. tenet affirmatiuè, ego autem dubito, & vide dubi-
tare, quia Pius V. in constitutione 41. suspendit facul-
tatem ordinariorum recipiendi resignationes, & permu-
tationes beneficiorum, donec detur modus: In d. con-
stitut. 58. dat modum in resignationibus, ergo suspensio
durat in permutationibus. Nec dicas, quod mortuus
est Papa, quia durat sedes Apostolica. cap. si gratiosè
de resc. lib. 6.

An autem pœna huius constitutionis Pii V. com-
prehendat Cardinales recipientes, resignationem, &
conferentes beneficia resignata familiaribus? dubium
est, & pro vtraque parte alias extendi rationes, quas
hic non ponam cum resolutione, quia plures tangeret
casus & personas, quibus magnoperè debeo, & à qui-
bus sum rogatus, ne hic scribam quid sentio.

Lib. 5. q. 6. num. 64. Ibi, namque priuatur beneficio.

ET hoc genus vacandi, per insordescentiam appella-
tur. De quo vide Carondam pulchrè differentem
lib. 1. Pandectarum iuris Gallici, cap. 10. pag. 107.

Eadem quaest. num. 66. Ibi. Declarauit procedere tertia vice.

PRima ergò & secunda, etiam iunctæ, non sufficiunt, sed
vltra eas, tertia requiritur. Idem in bannis pro ma-
trimonio celebrando publicandis, iuxta Concil Tridenti-
num sess. 24. cap. 1. de reformat matrim. Idem quoque in
monitionibus ad residendum trina enim citatio (aut saltè
vna peremptoria) ante priuationis declaratione desideratur
vt notat Gregorius in institutionibus nouis, rei beneficia-
riæ. c. 31. n. 4. per cap. ex tuæ de cler. non resid apud Greg.

Eadem q. nu. 99. Ibi. Irregulares inhabiles sunt ad beneficia.

SCilicet deinceps consequenda sine dispensatione, ne-
que enim existimes obtenta ante irregularitatem
(etiam ex simonia conuentionali contractam) vacare, nisi
alio quodam modo ipsa vacatio deprehendatur, seu ip-
sius declaratio, in forma iuris, & prout de iure facien-
da, subsequatur, vt Paleut. Rotæ Romanæ auditor
aliquando iudicasse, ex tertia nouissimarum ipsius
Rotæ decisionum parte, lib. 3. decis. 421. nu. 5. constat. Et

Digitized by Google

pulchrè probat Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus num. 220. Flaminius quoque Parisius illud idem suprà q. 3. huiusce libri n. 110. 551. asserit. Quod & de anno 1551. coram Domino Guidobono conclusum fuisse, testatur Paulus Æmilius Verallus, par 1. dec. 251. Quamuis de confidentiariis, aliter per fœlicis recordationis, Pij Papæ V. constitutionem 05. quæ incipit [Licet fœlicis] statuatur, vt idem etiam Parisius in tract. de confidentiis beneficialibus. q. 8. n. 31. refert: Nec est prætermittenda illustrissimorum Cardinalium sacræ congregationis Concilij Trident. declaratio sess. 24. de reformat. cap. 6. in verb. ex delicto occulto prouenientibus, qua dicitur Episcopum, & si à simonia occulta dispensare possit, non tamen simoniacum rehabilitare ad beneficia in posterum obtinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit. Solet sanè summus pontifex simoniacos, necnon confidentiarios, ad beneficia super quibus simoniam, seu confidentiam contraxerunt, deinceps consequenda, perpetuò inhabiles declarare: Sed nihilominus posteà, exigentibus personarum meritis, inhabilitatem huiusmodi quandoque (raro tamen) relaxare beneficiaq; quibus priuatæ erant (si illa denuo vacare contigit) eisdem conferre consueuit. Et nequod aliquando, tam in iure canonico, quàm apud Summistas, irregularitas pro suspensione, autècontrà suspensio pro irregularitate vsurpatur, cuiquam confusioně generet, hæc constituenda est regula, vt quando in iure, vel auctoribus prohibetur receptio ordinum, sit irregularitas: quando vero vsus inhibetur ordinum, sit suspensio. Quod ante nos rectissime animaduertit Stephanus de Auila in suo de censuris eccle. tractatu, part 7. de irregularitate prouenente ex mala receptione. vel vsu ordinũ, disput. 9. sect. 5. dubio 4. versic. ad Nauarr.

Eadem q. num. 155. Ibi. Nisi summus Pontifex dispensasset.

DIspensasse autem super retentione satis intelligitur (¶) idem Pontifex, si facta sibi mentione & narratiua obtentorum beneficiorum, & de eorum qualitatibus instructus, aliud nihilominus (nullo de illis dimittendis interposito decreto) confert, aut conferri mandat; tuncque non expressa, sed tacita dispensatio dicitur, quæ tamen illi æquipollet, ac plenè operatur, vt gloss. magna in cap. qui in aliquo in verbo, qui concubinas, 31. dist. tenet. quam, sequitur Mandos. in praxi signaturæ gratiæ tit. dispensationes. fol. 42. verso, post medium. (¶) Hoc non puto verum, quia dispensatio tacita non inducitur, nisi quando gratia aliàs subsistere non posset, iuxta ea, quæ de collatione indigno scienter facta tradit Abbas, & alii in cap. innotuit. de elect. in cap. cum in cunctis §. inferiora eod. Princeps enim tunc solùm censetur dispensare, quando scilicet ex certa scientia exercet actum. cum subdito contra legem, Innoc. in c. veniens. de Filiis Presbyt. Abbas in cap. diuersis fallacijs de cleric. coniugat. at collatio secundi incompatibilis subsistit. ex sua absque dispensatione retinendi primum, nec est à iure prohibita, sed potiùs permissa, c. de multa. de præb. ita tamen, vt ex eo primum vacet ipso iure; vacabit ergo, etiamsi non adsit in prouisione Apost. decretum dimittendi, quia vacatio hæc non tantum per decretum huiusmodi, sed etiam ipso iure inducitur, d. cap.

Eadem qu. num. 175. Ibi. Et ideò renuntiatio facta absque mentione.

EX his patet vera esse ea, quæ nos suprà lib. 3. quæst. 14. num. 5. diximus.

Eadem qu. num. 221. Ibi. in praxi tamen vidi.

HVius contrariæ opinionis, vnicam adfert auctor rationem n. proxime seq. Addimus nos & alteram, quia scilicet bonæ mentis est, ibi timere culpam, vbi culpa non est. cap. 2. de obseruat. Ieiun.

Eadem q. n. 231. Ibi, Ergo suspensio durat in permutationibus.

CAutè igitur fecerint compermutantes si quamprimum de beneficiis, quæ per resignationem in manibus ordinarij ex causa permutationis factam, vacant, ordinaria sibi auctoritate prouisum fuerit, nouas desuper a sancta sede Apostolica prouisiones obtinere procurauerint. ne si forsan lis in petitorio coram iudicibus Ecclesiasticis, contra ipsos compermutantes, seu eorum alterum, aliquando moueatur, contra Pii Papæ. Quinti constitutionem. (seu Innocentii VIII. etiam summi Pontificis constitutio 4. resignandi ac permutandi facultates reuocans) ipsis ita per ordinarium prouisis, seu ipsorum alteri, obijciatur; sicque iidem causa cadant. In contrarium tamen concludit Gonzalez in commentatione ad regulam 8. cancellariæ de mensibus, & alternatiua Episcoporum. gloss. 14. n. 35. & 36. verum non ideò spernenda erit nouæ prouisionis signaturæ obtentio, quæ etiam ad alios fines tendere, eisdemque inseruire poterit. (¶) Imò superuacua & prorsus inutilis erit hæc noua prouisio. nisi aliud canonicum obsistat, quia permutatio iure communi licitè fieri potest coram ordinario, tot. tit. de rer. permut. extra & in 6. ac Clem. ius autem commune non abrogatur aut suspenditur apud nos per constitutiones Apostolicas.

Quæst. 6. num. 1. causa exprimitur in constitutione *Pij 5. 58.*

¶ QVa cauetur, ne resignationes, sine causa ex hic expressis ab Ordinariis admittantur, & ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in beneficiis resignantium successores ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione: vel hortatu designentur; aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumque intercedat: Et ne ipsi ordinarij Collatores de beneficiis huiusmodi suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus vel familiaribus, etiam per fallacem circuitũ multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere sub pœnis ibid. contentis. Sed sancta hæc constitutio non recipitur in Gallia, vbi renuntiationes passim sine causa admittuntur, & beneficia dimissa, nedum consanguineis dimittentium, vel admittentium; sed etiam certæ cuidam personæ ab ipso resignante designatæ per ordinarios intrepidè conferuntur, iuxta sententiam Molinei ad regul. de infirm. resig. n. 94. vbi ait contra iura, & bonos mores non esse, si infirmus cupiens præbendam suam conferri Titio, spectet hebdomadam Canonici amici sui, qui ad votum eidem Titio conferat, & eius scholiastes Louetius ad eand. regul. n. 90 testatur ex communi vsu, & tolerata consuetudine, & ab ipsis collatoribus approbata resignantes, qui in ipsorum manibus purè renuntiant eodem momento idoneam personam collatori nominare, in cuius gratiam in effectu eiurent beneficium, & in fine subdit laudari collatores, qui idoneis à resignantibus nominatis conferunt, minori laude dignos apud bonos, & graues cum aliis conferunt. & ita, inquit, resignantes miserè decipiunt, & suis facultatibus spoliant. Sed quid hoc est nisi canonizare resignationem in fauorem coram ordinariis contra ipsos canones, si enim non conferre nominato, sed alii est miserè decipere & facultatibus spoliare resignantes vt vult Louetius, ergo promissio intercessit, & pactum contra c. 5. de concess. præb. & c. cum pridem de pactis, saltem tacitum quod vim habet expressi ad inducendam confidentiam; vt probat Auctor noster in tract. de confid. q. 18, n. 51. Ergo collatio nominato, non solum ex curialitate fieri conuenit, vt ait idem Louetius ibidem; sed etiam ex iustitia, & necessitate oportet: cum de iure neminem liceat spoliare, vel decipere. Tum conditio & non aliàs, quando adest, inficit renuntiationem hanc, vt ipse Molin. num. 94. agnoscit, sed hæc conditio ibi adest, non quidem in verbis, sed quod fortiùs in facto resignantis, qui non ipsam renuntiationẽ admittendam, sed ipsas collationis per renun. huiusmodi amico factæ, seu faciendæ literas præposterè subscribendas collatori porrigit seu porrigi facit renuntiationẽ relaxaturus post susceptionem huiusmodi, & non aliàs quia, ad hunc effectum, & non aliàs resignare intendit; ergo conditionaliter, quod non licet.

FINIS LIBRI QVINTI.

Digitized by Google

FLAMINII PARISII IVRECONSVLTI CONSENTINI, DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER SEXTVS.

In quo agitur de resignatione cum reseruatione omnium fructuum, vel medietatis, Pensionis, Regressus, Accessus, & translationis pensionis, & quinque quæstionibus explicatur.

QVÆSTIO I.

An fiat resignatio cum reseruatione omnium fructuum, vel medietatis. Quando, vbi, & quomodo fiat, & hodie an sit in vsu, plenè omnia pertinentia ad hanc materiam explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Resignanti aliquando reseruatur pensio, vel fructus.*
2 *Resignanti solent aliquando reseruari omnes fructus.*
3 *Fructus reseruantur resignanti à Papa tantùm.*
4 *Beneficia diuidere est prohibitum.*
5 *Reseruatio fructuum, ex qua causa conceditur.*
6 *Fructus pro pensione dantur resignanti.*
7 *Fructus reseruantur ob causam.*
8 *Clemens VII. concessit Cardinali de Medices vt Nepoti suo dispositionem fructuum omnium beneficiorum totius orbis per sex menses, idque ex causa sibi benè visa.*
9 *Causa facit recedere à regulis iuris.*
10 *Resignatio tantum præbet causam reseruandi fructus.*
11 *Resignanti aliquando conceditur reseruatio administrationis.*
12 *Resignanti aliquando reseruatur iurisdictio.*
13 *Resignanti aliquando reseruatur denominatio stalli in choro, & loci in capitulo, &c.*
14 *Resignanti aliquando reseruatur collatio beneficij.*
15 *Fructus reseruantur cum clausula per signaturam apponi solita illos percipiendi propria auctoritate.*
16 *Dictus reseruatarius capit fructus, tanquam à se, qua debet seruitutem.*
17 *Reseruatarius fructuum cum clausula capiendi propria auctoritate potest continuare possessionem.*
18 *Continuatio possessionis, consistit in perceptione fructuum.*
19 *Resignanti reseruatis fructibus dubitanti de spolio datur mandatum de manu tenendo.*
20 *Regula de publicandis resignationibus non habet locum in reseruatione fructuum, & infra num. 45.*
21 *Reseruatarius quando debeat percipere fructus de manu resignatarij.*
22 *In reseruatione fructuum requiritur consensus resignatarij.*
23 *Onus sine fructu quis subire non cogitur habito titulo.*
24 *Volenti non fit iniuria.*
25 *Pactio de reseruando fructus non est licita, sine consensu Papæ.*
26 *Reseruatio fructuum facta absque mentione pensionis iam impositæ, est valida.*
27 *Reseruatio pensionis non factâ mentione alterius pensionis, est nulla.*
28 *Pensio, est portio quædam super fructibus beneficij assignata.*
29 *Papa non præsumitur velle grauare duplici onere ecclesiam, seu fructus illius.*
30 *Non valet facultas transferendi fructus, non factâ mentione pensionis.*
31 *Resignans habens reseruatos fructus, vel pensionem centum, si per aliquot annos exegit pensionem, non potest postea fructus petere pro sequentibus annis.*
32 *Variatio maximè prohibetur in clericis.*
33 *Senibus facilè conceditur reseruatio fructuum, præsertim si diu in beneficio seruierunt.*
34 *Papa non reseruat fructus, nisi ex magna causa.*
35 *Cardinalibus dandam reseruationem omnium fructuum, dumtaxat, statuit Alex. VI.*
36 *Episcopo mille, & curato centum debent remanere.*
37 *Altari seruiens, de altari viuere debet.*
38 *Beneficia conferenda sunt libere & absque diminutione.*
39 *Reditus seu fructus Ecclesiastici constituti sunt, propter spiritualia, & illa trahuntur.*
40 *Militi datur stipendium, propter militare exercitium & ministerium.*
41 *Beneficium Ecclesiasticum datur propter officium.*
42 *Reseruatio fructuum in regno Franciæ est prohibita.*
43 *Reseruatarius omnium fructuum, æquiparatur titulari, si habet denominationem & stallum in choro, & vocem in capitulo; si autem solum fructus sibi reseruauit, loco pensionarij habetur.*
44 *Reseruatarius fructuum quando tenetur regulâ de annali.*
45 *Effectus attendi debet.*
46 *Priuatis personis ob causam resignationis conceditur loco pensionis annuæ, reseruatio mediæ partis fructuum; secus est in Cardinalibus, quibus omnes fructus reseruantur beneficij resignante.*
47 *Reseruatio dimidiæ partis fructuum dicitur congrua.*
48 *Medietas fructuum quâ causâ reseruetur.*
29 *Ecclesia non debet grauari.*
50. *Reseruatarius medietatis fructuum, non debet habere secundū valorē expressum, sed secundo verum.*

1 ET quia, vt plurimùm in resignatione quæ fit
in curia, resignanti aliquid † reseruatur, scilicet fructus, medietas ipsorum fructuum, pensio, regressus ad beneficium resignatum, ob non solutionem pensionis, facultas transferendi pensionem, regressus, & accessus, vt ex formulis positis. lib. 8. q. 7. patebit, & super reseruatione contingit dubitari, ideo non solum vtile, sed necessarium existimaui particulari libro per quinque quæstiones principales totam huiusmodi materiam pertractare.

Primò quæro, an fiat resignatio reseruatis omnibus fructibus pro resignante, quando fiat, & quomodo, & quando reseruetur medietas.

2 Responde quòd fit † resignatio aliquando reseruatis
omnibus fructibus, vt per Card. Paris. cons. 39. num. 7. vol. 4. Corn. cons. 138. col. vlt. lib. 3. Federi. Scot. cons. 26. num. 6. cum alijs, vt per Ferrer. cons. 33. nu. vlt. Rom. cons. 482. num. 2. Sarn. de anna. q. 60. Mandos. q. 30. Sarn. de publ. q. 2. Staphil. super signat. fol. 254. vers. hinc est. Put. decis. 347. lib. 2. & decis. 35. sub tit. de præb. in manuscript. & decis. 3. tit. de pens. & decis. 9. sub tit. de caus. poss. & propriet. Crescent. decis. 37. & 64. lib. 1. & decis. 229. eod. lib. in manuscr. Paleot. decis. 48. Caccialup. de pens. 19. latè Mando. in tract. de signat. grat. tit. fructuum reseruatio-
3 nes. Quæ reseruatio fructuum † non potest fieri, nisi
à solo Papa. Rebuff. de reserua. tam generali, quam
4 speciali. n. 16. quia est diuidere † beneficia, quod
est prohibitum in Concil. Turon. cap. maioribus. de præb. Anan. in can. audiuimus. de collus. detegend.

5 Fitque huiusmodi † reseruatio, ne resignans nimio
dispendio, ex ipsa resignatione grauetur, vt exprimitur in literis resignat. & sic, vt se possit de illis sustentare suâ vitâ durante. Oldr. cons. 275. col. 2. Ideò dicit Rebuff. in prax. tit. de reseru. tam generali, &c. nu.
6 13. quod † pro pensione fructus resignanti reseruantur,
& haberi loco pensionis. Sarn. de ann. qu. 60. & ponitur in supplicatione fructus loco pensionis annuæ reseruare, constituere, & assignare dignemini, &c. vt attestatur Mandos. reg. de annal. q. 30. num. 2. Et ob
7 causam reseruari fructus habemus † tex. in capit. si tibi. de præb. lib. 6. vbi pro soluendis debitis fuit concessum cuidam Episcopo, vt per certum tempus possit percipere fructus omnium beneficiorum vacantium in sua diœcesi & Clemens VII. ex causa ipsi bene visa concessit † Hippolito Card. de Medices nepoti suo faculta- 8
tem disponendi de omnibus fructibus omnium beneficiorum vacantium in toto orbe per sex menses, de qua re meminit Mandos. cons. 4. in princ. namque causa facit recedere a † regulis iuris, leg. si hominem ff. manda. 9
& resignatio † iustam præbet causam, Præpos. in cap. 2. sub 10
num. 5. 1. quæst. 3. Gig. de pens. q. 4. nu. 2. & qu. 56. Ptolom. decis. 13. in manuscrip. Put. decis. 189. lib. 3.

Et hanc reseruationem omnium fructuum licitam esse ostendit. Thom. Campe. de omn. fruct. reseruat. num. 1. & 2.

Et ob id conceditur etiam quandoque resignanti reseruatio administrationis, † vt habes in decis. Put. 35. 11
sub tit. de præb. in manuscr. Mandos. in d. tract. de signat. grat. tit. fructuum reseruationes. colum. 2. versic. concessus alias, &c. & col. 3. versic. nunc reseruatio.

Et reseruatio † iurisdictionis. Mandos. loco citato in 12
princip.

Quandoque † reseruatio nominis, seu denominatio- 13
nis, ac stalli in choro, & loci in capitulo, habitationis, seu aliquorum membrorum & distributionum quotidianarum, iuxta tex. in cap. cum inter. de renunt. vbi Abb. nu. 1. & seq. & in cap. cum illorum. in fin. de præb. Bald. in l. 2. num. 56. vers. super 2. C. de seruit. & aqua Rom. cons. 482. num. 2. Lambert. de iur. patron. lib. 2 p. 3. q. 11. art. 8. n. 3. Sarn. de publ. resign. d. q. 2. & de annal. quæst. 60 Mandos. quæst. 30. & habes per Put. dict. 35. decis. sub tit. de præben. in manuscript.

Quandoque consueuit † reseruari resignanti collatio 14
omnium beneficiorum pro tempore vacantium, vt tradunt Rebuff. super concord. rubric. de manda. Apostol. §. 1. vers. quod si collationes. pag. 471. & 477 Mandos. d. tit. fructuum reseruationes. in tract. de signat. grat. col. 2. vers. concedi.

Et quoties reseruantur resignanti fructus, solet apponi clausula per † signaturam, illos propriâ auctori- 15
tate percipiendi, vt de stylo fieri attestatur. Mandos. in tract. de signa. gratiæ, tit. fructuum reseruationes. col. 5. vers. resignanti, seu cedenti beneficio, & hoc casu resignans licitè illos per seipsum, & absque alicuius licentia percipere potest, namque id importat facultas sibi concessa, quia resignans, cui fructus sunt reseruati cum clausula illos percipiendi propriâ auctoritate, fructus † capiens, non dicitur capere, vt possessor, sed 16
veluti quod beneficium, & illius bona sint sibi obligata, & tanquam à re, quæ debeat seruitutem personæ. ita Mandos. de ann. q. 30. num. 1. Et ex hoc. poterunt remanere in possessione † illamque continuare: 17
Cardin Paris. cons. 39. num. 7. vol. 4. quia ex hoc ei permissa est perseuerantio, † in qua consistit perceptio 18
fructuum. l. qui scit. §. in alieno. ff. de vsur. ad tradita in l. tertia. §. ex contrario. ff. de acquirend. poss. cum alijs rationibus adductis per Paris. loc. cit. Et ita fuit resolutum in Rota in vna Paduan. die 5. Februarij 1546. vbi fuit tentum, quòd resignans reseruatis fructibus, percipiendis propriâ auctoritate, ac si non resignasset, non amittit possessionem, immò illam continuat: attestatur Mandos. dict. titul. fructuum reseruationes. fol. 29. versic. resignanti, & aliàs fuit resolutum in Rota, teste eodem Mandos. resignanti reseruatis fructibus † & 19
dubitandi de spolio dari mandatum de manu tenendo, ideò consuluit Paris. regulam Cancellariæ de publicandis
† resignat. non habere locum in eo qui resignauit reser- 20
uatis fructibus percipiendis propriâ auctoritate, dict. cons. 39. vol. 4. ex pluribus rationibus, quas egregiè deducit, quod consilium fuit pluries in Rota canonizatum, vt dixi suo loco, licet hodiè secus seruetur ex constitutione Gregoriana de publicandis resignationibus.

Sed si huiusmodi clausula non apponatur, tunc debet percipere fructus † de manu resignatarij, Re- 21
buff. in prax. benefic. titul. de reseruat. tam generali quam &c. num. 13. vbi dicit, quod reseruatio omnium

S 3

fructuum sit à Papa, vel cum clausula illos percipiendi
propria auctoritate, vel per manus alterius.

Requiritur tamen in huiusmodi reseruatione om-
22 nium fructuum resignatarij expressus † consensus, vt
in specie tradit Campeg. in suo breuissimo tractatu
de omn. fruct. reseruat. num. 2. & hoc passim stylus
Romanæ curiæ admittit, namque dictus consensus
præstatur eo modo, vt in pensione, vt dicemus lo-
co suò.

Et ratio est, quia cum regulariter habens titulum,
23 onus sine fructu † subire non cogatur, iuxta illud
quod habetur primo Corint. c. 9. *nos plantauimus vi-
neam, &c.* quia qui altari seruit, &c. ca. ecclesias.
§. quia ergo. 13. quæst. 1. ideo reseruatio eo retinen-
24 te fieri non debet, sed volente, nam volenti non †
fit iniuria, nam a nullo prohibebitur, si quis gratis
velit seruire, & voluerit proprijs expensis militare, &
maximè quia datur beneficium cum reseruatione om-
nium fructuum, habenti aliàs vnde viuere: vt fieri
quotidie videmus, quando conceduntur huiusmodi re-
seruationes.

25 Et si inter resignantem† & resignatarium fuerit con-
uentum de reseruatione fructuum, est illicita pactio,
donec a Summo Pontifice comprobetur, & ideo eo vs-
que censetur honestum, quousque indulgentia Papæ se
extendit, & non vltra, can. quam pio. (ibi, dum ta-
men omnis absit pactio) & c. 1. quæst. 2. cap. cum pri-
dem. de pact. capit. quæsitum, & cap. cum vniuerso-
rum. de rerum. permut. Felyn. consil. 11. Rom. cons.
358. Dec. cons. 141. & alibi dicemus.

Et non requiritur, vt in omnium fructuum reser-
uatione fiat mentio pensionis iam impositæ, & ideo
26 reseruatio facta absque † dicta mentione valida est,
& subsistit, vt fuit conclusum in Rota. 2. Maij co-
ram domino Ferrentin. testè Guidobono, decis. 89. in-
cip. coram, &c.

Et hoc est admodum singulare, namque contrarium
statuitur in pensione, vt reseruatio pensionis super
27 fructibus beneficij † alia pensione onerati non va-
leat, prout fuisse decisum licet videre per Cassado.
decis. 3. sub titul. de pens. habes per Boër. decis.
162. Giga. de pension. quæstio. 29. & quæstio vlt. num.
28 12. eo quia † pensio est quædam portio super fructi-
bus beneficij assignata. Cardinal. in element. prima. §.
1. quæstio. 3. & Imol. colum. 3. de supplen. prælat. ne-
gligent. & Papa non præsumitur voluisse grauare ec-
29 clesiam. seu illius fructus †duplici onere, argument. text.
in cap. mandatum, primo, cum duobus sequentibus, de
rescript. quod cessat. in reseruatione omnium fru-
ctuum, cum constet de omnibus fructibus grauare ec-
clesiam, vnde nulla remanet dubitatio, leg. conti-
nuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. Quare
concludendum est solutâ pensione antiquâ reliquos
fructus deberi reseruatario. ita Mando. in tract. de si-
gnat grat. dict. tit. fructuum reseruationes col. 4. ver-
sic. clausula qui dicit se pro hac opinione consuluisse,
hortatur tamen, vt apponatur, & in principio col. 5.
refert in Rota fuisse decisum non valere facultatem,
30 transferendi † illos fructus reseruatos vel partem,
non factâ mentione pensionis primo loco super bene-
ficio assignatæ. Sed iuxta hoc dubitari contigit. Fue-
runt resignanti reseruati omnes fructus cum clausula,
vel si maluerit pensionem annuam, puta centum du-
catorum, &c. An si exigat pensionem hanc pluribus
annis, possit postea variare, & velle fructus & è
contra? Cum hic casus accidisset, & fuisset proposi-
tum dubium in Rota in vna Corduben. dimidiæ por-
tionis inter Valerium Ruijz, & Alfonsum de Medina,
31 coram D. Fabio 11. Ianuarij 1547. & 9. Martij 1548.†
fuit conclusum non posse, teste Put. decis. 114. in
vna Corduben. libro 3. ex leg. si quis stipulatus sit sti-
chum. ff. de verborum obligatio. leg. serui electione.
ff. de legat. primo. leg. nemo potest mutare. ff. de
regul. iur. capit. publicatio. de electio. regula, quod
32 semel. de regul. iur. in sexta. Variatio † enim maxi-
mè in clericis prohibetur, clement. vnica de renun-
tiat. capit. cum autem iuncta gloss. de iur. patron. &
fuit allegatus bonus text. in leg. apud Aurelium. ff.
de opti. leg. quam decis. sequitur Mandos. citat. titul.
fructuum reseruat. colum. 3. versicul. reseruationem,
& ad leg. si sterilis. §. si domum. ff. de actio. empt. vbi
dicitur, quòd reseruata habitatione ad vitam, aut de-
cem in singulos annos, quòd primo anno possunt præ-
stari decem, secundo vero habitatio, fuit respon-
sum loqui in debitore, qui à lege tacitè habet ele-
ctionem, vt sentit gl. in l. cum qui cætera. §. 1. de ver-
bor. oblig.

Et huiusmodi reseruatio omnium, fructuum de iu-
re communi de facili conceditur his, qui multo tem-
pore in beneficio seruierunt, † vt contingit senibus 33
ad hoc, vt senectutem sustentare valeant, vt egregiè
esplicat Oldrad. cons. 275. col. 2.

Huiusmodi reseruatio † à sede Apostolica indistin- 34
ctè, & passim non concedebatur, sed ex aliqua
causa & magna, vt tradit Rebuff. in prax. dict. titul. de
reseruationibus tam generalibus, &c. numer. 14. in
fin. postea Alexand. VI. Pontifex Maxim. † statuit, vt 55
nemini detur reseruatio omnium fructuum nisi Car-
dinalibus, vt patet in titul. de reseruat. iur. patron.
& testatur Rebuff. in prax. beneficiorum tit. de re-
gressibus. in final. verbo. fol. 336. Idque per aliquod
tempus fuit obseruatum, sed postmodum concede-
bantur resignantibus, & iudicabatur sufficiens causa
ipsa renuntiatio, iuxta ea quæ late scripsimus. Nunc
autem rarò conceditur, talis reseruatio omnium fru-
ctuum administrationis iurisdictionis, &c. inquit
Mandos. in tract. de sign. grat. tit. fructuum reseruatio-
nes. col. 3. ver. nunc reseruatio, stante decreto Conc.
Trid. c. 13. §. ad hæc, sess. 24. de reformat. Ad hæc † 36
in posterum omnes hæ cathedrales ecclesiæ, quarum
redditus summam ducatorum mille, & parochiales,
quæ summam ducatorum centum secundum verum
annuum valorem non excedunt, nullis pensionibus,
aut reseruationibus fructuum grauentur, & sic de-
bent mille episcopo, & centum curato remanere,
vnde non cadit reseruatio omnium fructuum nisi eo
modo.

Hodie autem de stylo vidi seruari, vt in episcopa-
tibus non dentur reseruationes omnium fructuum nisi
remaneant illæ pro Episcopo, in Abbatijs, Prioratl-
bus, præposituris, & alijs beneficijs simplicibus. datur
dumtaxat Cardinalibus iuxta decretum Alexandri VI.
quibus resignantibus reseruantur etiam vltra fructus
administratio, iurisdictio, & collatio, vt quotidiè
videmus, & Cardinales id petunt a Summo Pontifice
cum instantia, namque passim hoc non conceditur, vt
dictum est, & eà ratione id quod passim omnibus de-
negat Sum. Pont. Cardinalibus concedit, quia hi sunt
pars corporis ipsius.

Et optima quidem ratione denegantur huiusmodi
reseruationes omnium fructuum, namque qui altari
seruit, de altari † viuere debet, cap. cum secundum. 37
de præb. & beneficia non debent diuidi, capit. vltim.
prope fin. ibi, Sed liberè absque † diminutione ali- 38
qua collata, 1. quæst. 3. cap. maioribus, capit. va-
cante & capit. cum causam. in fi. de præbend. & in
rubr. & nigr. vt ecclesiast. benefic. sine diminut. con-
fer. can. piæ mentis. in fin. 16. quæstio. 7. Dec. cons.
341. nume. 3. in tertio quæsito. Et fructus., seu reditus
ecclesiastici, instituti sunt † propter spiritualia, & 39
illa tractantes. cap. 5. & 3. cap. secundum Apostolum.
de præb. sicut propter militare † ministerium datur 40
militi stipendium, l. vltim. C. qui non ob longitud.
tempor. præscrip. l. qui sub prætexto. C. de sacrosanct.
ecclesi. Petr. de Anch. cons. 233. num. 2. Sic sequere-
tur absurdum, quòd habens beneficium non viueret de
fructibus illius, vt communitèr canones disponunt, ac
forsan, omitteret recitare diuinum officium, propter † 41
quod beneficium ecclesiasticum datur. cap. vlt. de reser.
lib. 6.

Et ob id in regno Franciæ similis reseruatio omnium
42 fructuum † est prohibita, vt habetur in concordat. de
reseruat. benef. siue omnium fructuum illorum, &
ibi tradit Rebuff. & fuit latum arrestum à Senatu Pa-
risien. die 19. Aprilis 1496. ex quo reseruationes pro-
hibentur, de quo facit mentionem Rebuff. super con
cordat. d. tit. de reseruat. col. 1. ver. immo per arre-
stum. & versi. item eodem arresto. Idem Rebuff. in
prax. dic. tit. de reseruationibus. num. 14. Boer. decis.
2. num. 56. Pap. libr. 2. tit. 8. arrest. 3. & die 3. Martij
1512. fuit resolutum resignationem factam cum reser-
uatione omnium fructuum esse nullam, & beneficium
vacare per obitum resignantis, quamuis resignatarius
fuerit in possessione per duos annos.

Et non est ommittendum, quòd quoties resignans
reseruauit sibi omnes fructus, denominationem, stal-
lum in choro, & vocem in Capitulo, post resignatio-
43 nem habetur loco titularis, & æquiparatur titulari.
Quoties verò sibi reseruauit fructus dumtaxat, habetur
loco pensionarij, quia illi habentur loco pensionis.
Ita egregiè Sarn. in regul. de annal. q. 69. vbi dicit
ita fuisse decisum in Rota de mense Martij, 1534. coram
Marcello in vna Placen. canonicatus, quod primo ca-
44 su † quando habet reseruationem fructuum, denomi-
nationem, & stallum in choro, ac vocem in Capitulo,
iuuatur regula illa, cum loquatur de titolo. Secundo
vero casu, quando reseruauit sibi solùm fructus, non
habet locum regula illa, cum loquatur de titulo &
iste habeatur loco pensionarij: & ibi Mandos. con-
firmat secundam conclusionem, confutatque pri-
mam.

Et quando sunt reseruati fructus cum denomina-
45 tione, non habet locum † cancellariæ de publican.
fuit decisum in Rota in vna Spole. canonicatus & præ-
bendæ coram D. Io. Cler. die 19. Martij 1540. & aliàs
vt refert Sarn. de publi. q. 2. nu. 3. dat rationem, quia
talis resignant in effectu videtur beneficiatus post resi-
46 gnationem, sicut antea, & effectus † attendi debet,
iuxta cap. relatum. de cler. non resid. hodie autem ex
constitutione Gregorij XIII. habet locum regula, vt
suo loco dicetur.

Quamuis autem resignanti non reseruentur omnes
fructus beneficij resignati, nisi sit Cardinalis, vt su-
pra latè conclusum fuit, ei tamen solet concedi re-
seruatio mediæ partis fructuum loco pensionis an-
47 nuæ, † vt tradit Rebuff. in sua prax. dict. tit. de reser-
uat. generalibus. numero 15. Mandos. dict. tractat. de
signat. grat. verb. fructuum reseruationes. col. 1. ver.
frequentiùs, & faciliùs, Boër. decis. 2. in fin. Staphil.
super signat. fol. 154. ver. & quandocunque vsque ad
medietatem. Aragon. decis. 38. manuscript. Caputa-
que. decis. 86. libr. 3. libr. diuers. 167. Quæ dimidiæ
partis fructuum reseruatio, non potest dici excessiua,
48 vel exorbitans, imo congrua † vt dicitur in extrauag.
susceptæ. Io. 22. de elect. vbi dicitur, quòd quoties
titulari non relinquuntur fructus, tunc de facili dese-
ret ecclesiam & sic non residebit, & illi non seruiet.
Potest tamen ei relinqui medietas fructuum, & alia
medietas reseruari pro alio, &c. & sic vides, quòd
hoc casu cessat absurdum, & inconueniens, namque
etiam remanent fructus pro titulari, ex quibus possit
viuere, & seruire ecclesiæ. Et alia medietas reserua-
tur resignanti, ne nimium dispendium ex ipsa resigna-
tione patiatur, vt suprà dictum est, & intuitu ser-
49 uitij prestiti, in supplicatione ac † literis apponun-
tur hæc verba, *vt commodiùs se sustentare valeat me-
dietatem dictorum fructuum, &c.* Ita Mandos. in tract.
de signat. grat. tit. reseruationes fructuum. col. 4. in
principio. Et nota casum signandum in quo licitum est
diuidere beneficium, id est, fructus, nam regulariter
est illicitum, vt fuit statutum in Concil. Turonen. cap.
maioribus de præbend. Ioan. de Anan. in cap. audiui-
mus. de collu. detegen.

Sed hic quæritur, Quidam resignauit canonicatum
& præbendam in fauorem N. in supplicatione erat
clausula, cuius fructus 24. ducatorum summam non
excedunt, & cæt. fructus autem consistebant in qui-
busdam redditibus, quos massam grossam vocant,
quæ massa grossa excedebat redditum 400. ducato-
rum, & resignanti fuit reseruata medietas fructuum
loco pensionis, per hæc verba, *N. vt commodiùs
sustentari valeat medietatem dictorum fructuum, &c.*
Quæritur an resignans debeat habere duodecim duca-
tos? an vero ducentos? In puncto iuris posset susti-
neri opinio, quod debeat habere 12. ducatos, & sic
medietatem secundùm verum valorem expressum;
cum id suadeat natura dictionis, dictorum. l. 1. §.
eum qui. vbi Bar. num. 2. ff. de postu. idem Bar. in
l. talis scriptura. §. vlt. num. 4. ff. de leg. 1. Aret. con-
sil. 21. colum. 1. ver. ex quibus, & vt minùs graue-
tur † ecclesia. arg. can. vlt. 1. q. 3. intelligendo de 50
minori summa, iuxta l. nummis. ff. de leg. 3. l. si ita.
stipulatus fuero. ff. de verb. oblig. l. semper in obscu-
ris ff. de reg. iur. veritas tamen aliter se habet, vt † de- 51
beat habere 200. & sic medietatem veri valoris, & ita
fuit pronunciatum in Rot. teste Ptolom. deci. 9. in
vna Calaguritan. medietatis fructuum, coram San-
nen. mense Nouembris 1537. teste Aragon. dec. 38.
Calaguritan. quia mens summi Pontificis est reseruare
medietatē fructuū, & non valorē medietatis fructuum,
quam decisionem refert Mandos. dict. tit. fructuum re-
seruationes. col. 3. versic. quæro, & col. 4. in prin. dict.
tract. de signat. grat. Namque de stylo curiæ fructus
canonicatus exprimuntur 24. licet reseruentur pensio-
nes longe maioris valoris, prout de stylo attestatur
Aragon. dict. decis. 38. Hinc canonicatus † Tolet. 52
exprimuntur 24. & in eis imponitur pensio 300. &
400. & plus, vt habetur decis. 294. lib. diuers. Ita
canonicatus sancti Petri in Vrbe.

Et hoc casu non datur clausula, dictam medieta-
tem fructuum percipiendi † propriâ auctoritate. Ita 53
Rebuff. in prax. dict. tit. de reseruat. tam. genera.
quàm, &c. num. 18. Gig. de pens. quæstion. 8. & 9. &
ea est ratio, vt considerat Rebuff. loco citato, ne sint
duo titulares, vnde illos debebit percipere de mani-
bus titularis, sicuti in pensionario † est etiam com- 54
munis opinio omnium doctorum, de qua per Gig. lo-
co citato.

Et huiusmodi reseruatio medietatis fructuum dici-
tur iusta, † si beneficiatus ex alia medietate potest 55
commodè viuere, & iura episcopalia soluere, ac sup-
portare onera beneficij cap. de monachis cap. vacan-
te, cap. cum causam. de præb. cap. 1. de censibus. Hac
etiam ratione dicitur iusta pensio, Rebuff. d. tit. de
reseruat. tam general. num. 29. & huiusmodi † resi- 56
gnatio cum reseruatione medietatis fructuum recipi-
tur in Gallia, ita per senatum Burdegalensem mense
Aprilis 1534. teste Boër. decis. 2. nume. 56. te-
ste Paponti. 8. arrest. 4. quia vterque viuere po-
test.

Ideo Rebuff. d. tit. de reserua. tam general. nu. 17.
dicit, quòd in patria consuetudinaria reformari solet
reseruatio medietatis fructuum, si beneficiatus non
potest viuere, quæ reformatio fieri solet vsque ad ter-
tiam partem, quam obtinebit pensionarius, reliquas
verò duas partes beneficiatus, idem Rebuff. de pacif.
possess. ampliat. 18. Ita in simili, quando priuile-
gium solet esse damnosum, reduci solet ad debitum † 57
statum, cap. suggestum. de decim. quod in Italia, &
Hispania non conceditur, namque de stylo curiæ, hæc
non est sufficiens causa reducendi pensionem, & in hac
reseruatione medietatis fructuum necessariò est fa-
cienda mentio † pensionis alias impositæ super illo 58
beneficio resignato, prout fuit decisum in Rot. die 5.
Iunij 1551. coram domino Capizucco, in vna Flo-
rentina sanctæ Felicitæ; nanque non præsumitur
quod Papa voluerit grauare beneficium duplici onere.
Cassador. decis. 3. de pensio. Et sic cum non fuerit
adimpleta conditio, non videtur ius abdicatum à re-
signante, Cassad. decis. 3. de reount. namque ex hoc

quia non fuit facta mentio pensionis iam impositæ, medietas fructuum fuit nulliter reseruata, ita Caputaque, attestatur fuisse tentum, vt latè per ipsum habes decis. 86. par. 3.

Quandoque reseruatur resignanti tertia pars omnium
59 fructuum, & hæc dicitur † iusta reseruatio, ita Rebu. in prax. benefic. tit. de reseruat. tàm general. quàm &c. num. 17. Ita in simili pensio, quæ non excedit
60 tertiam partem fructuum, solet dici † iusta, & ob id in literis solet apponi, quòd pensio tertiam partem fructuum non excedit, & seruatur stylus curiæ Rom. teste Gig. de pen. q. 9. ita quando Cardinalis proponit in consistorio Cathedralem, vel Metropolitanam ecclesiam cum pensione, solet dicere cum reseruatione
61 centum ducatorum, † quæ cum antiqua non excedit tertiam partem & cætera.

Titulus & denominatio solet hodiè de stylo reser-
62 uari resignanti † ecclesiam Cathedralem, aut Metropolitanam, prout attestatur Mandos. d. tract. de sign. gratiæ, verb. fructuum reseruatione. col. 1. ver. titulus & denominatio, vbi dicit, quòd huiusmodi reseruationes non multum deuiant à regulis iuris, immo ego dico esse secundùm regulam, cum tales retineant
63 ordinem, † & dignitatem episcopalem. cap. 1. de ord. ab episc. qui renunt. episcopatui, Soc. Sen. cons. 260. in causa, nume. 5. lib. 2. & ita communiter seruatur.

64 Ita mulier ingrediens monasterium † retinet titulum, & denominationem mariti. Lap. alleg. 129. num. 6. 19. & 26. & argumentum valet de matrimonio carnali ad spirituale.

Vnde etiam postquam renuntiauit, potest appellari episcopus, sed ad hoc vt possit dici episcopus loci re-
65 nuntiati, † necesse est, vt specialiter reseruetur denominatio in consistorio, & ita vidi reseruari, vt dicam infra suo loco.

Et non omittam, quòd resignans, reseruatis fructi-
66 bus propriâ auctoritate percipiendis, † potest dare de attentatis post resignationem, ratione sui interesse, Cot. decis. 137. in manuscr.

Lib. 6. quæst. 1. num. 8. Ibi, Disponendi de omnibus fructibus omnium beneficiorum vacantium in toto orbe.

HOc accidisse die 12. mensis Augusti Ann. Domini 1535. apparet ex allegato Mandosii consilio. Cuius initium libet hùc adducere. Rem (inquit) nouam aggredimur, & ab vrbe condita, quin & orbis constitutione inauditam. Orbis enim sacerdotia omnia, &c Vni soli Apostolicâ auctoritate ad sex menses commendantur.

Eadem quæst. num. 10. Versic. Et hanc.

QVòd omnium fructuum reseruatio non admittatur in Gallia, sed semper (conquerente & id petente resignatario) ad eorundem tertiam vel (si qualitas beneficii id exposcat) ad minorem partem, etiam per seculares Iudices reducatur, infinita prope supremarum curiarum existunt placita, & Molineus ad regulam de publican. resig. num. 254. testatur Nos quoque iam supra, lib. 1. quæst. 9. tetigimus Quod etiam in reseruationibus pensionum super fructibus episcopatuum Regni & Dominationum Regis Hispaniæ (in quibus ipse Rex Catholicus ius patronatus ex priuilegio Apostolico habet) obseruari, refert Parisius seq. quæst. num. 39. Hinc tamen (videlicet à denegatione primòdictæ reseruationis) Illustrissimos Cardinales non immeritò excipies.

Eadem quæst. num. 15. Ibi, Solet apponi clausula per signaturam, illos propriâ auctoritate percipiendi.

STylus huiusmodi (saltem quoad Gallos) abiit in desuetudinem: Quinimmò nunquam vidimus dari clausulam, vt pensionarius, reseruatos fructus, propriâ auctoritate percipere possit: Sed solummodò, quòd iidem fructus, per pro tempore existentem beneficii pensione grauati possessorem, annuatim resignanti persoluantur. Excipe tamen illustrissimos Cardinales fructuum reseruatarios, vt est Illustrissimus Cardinalis de Ioiosa, fructuum Archiepiscopatus Narbonensis.

Eadem quæst. num. 26. Ibi, Et ibi reseruatio facta absque dicta mentione valida est.

CVius rei hæc afferri ratio potest, quia scilicet resignatario, nullum ex huiusmodi expressione commodum quæritur. Neque enim aliquos propterea fructus, viuente resignante percipere posset: Illis nimirum eidem resignanti ex integro reseruatis; & sic dicta pensione, (in euentum extinctionis eiusdem) ipsiusmet resignantis lucro cessura.

Eadem quæst. num. 47. Ibi, Et ob id in regno Franciæ.

EX his perspicuum fit, verum esse id, quod iam bis nos suprà, lib. 1. quæst. 9. & hac eadem quæst. num. 10. docuimus.

Eadem quæst. num. 47. Ibi, Et sic vides quòd hoc casu cessat absurdum & inconueniens.

HOc ità, si duo præsopponantur. Primum est, quod reseruationem medietatis, sequatur medietas onerum, hoc est, quòd medietas illa reseruata, non sit exempta ab aliquo onere. Alterum est, quòd ex reliqua media parte, resignatarius decenter viuere possit. Quod & idem Auctor infra, hac ipsa quæst. vsque ad num. 56. ex Rebuffo & aliis expressè innuit. Tene tamen quod nos suprà lib. 1. quæst. 9. num. 5. diximus.

Eisdem quæst. & num. Ibi, Et sic noua fit temporalis.

HIc non incommodè quæri potest vtrùm, reseruatio pensionis (quæ regulariter ad vitam resignantis fit) triennio, aut alio certo tempore coarctari queat, ita vt eodem elapso, tempore prædictæ pensionis soluendæ, obligatio etiam resignante viuente, prorsùs cesset? Huic quæstioni prima facie affirmatiuè respondendum videtur, Iuris enim est indubitati, ei cui quod plus est licet, quod minus est licere debere, cap cui licet. de reg. iur. in 6. Contrarium tamen verius esse existimamus, quòd huiusmodi temporalis pensionis reseruatio simoniam redoleat. Etenim occultum quippiam & nondùm ex parte resignantis adimpletum denotat. Et hæc est vera & genuina ratio, cur hodie istiusmodi pensionum reseruationes, (ad tempus scilicet limitatum factæ & constitutæ, locum non habeant. Nec nos moueat, quòd Auctor hoc loco temporalem commemorat: Intelligendus enim is est, vt loquatur de reseruata ad vitam resignantis, quam vocat temporalem, ad differentiam perpetuæ, qua certum beneficium, in fauorem alicuius mensæ Episcopalis, aut Capitularis, vel alterius Collegii, grauatur, vt in quibusdam Ecclesiæ Tarbiensis Archidiaconatibus videre est.

Quæst. 2. num. 42. Et ob id in Regno Franciæ similis reseruatio omnium fructuum est prohibita.

¶ET abusiua censetur, est enim idem ac si quis donaret retento vsufructu, vt fit in rebus prophanis, vel ac si quis talem heredem institueret in beneficio quo quandiu viuit integrè frui vult, & sic in fraudem decreti de reseruat. sublat. in concord. & antiquorum canonum de vetita successione: Molin ad Reg. de public. resig. num. 291. vid. præter citatos ab auct. Ferrer. ad q. 179. Guid. Pap. Loüet. litera p. cap. 31. qui cum Molineo, & aliis asserunt resignationem esse nullam ex supremarum Franciæ Curiarum placitis. contrarium tenet Tonnet. in sua compilatione rerum beneficialium litera p. num. 67. vbi ait resignationem reseruatis omnibus fructibus factam non esse propterea nullam, sed reseruationem huiusmodi tanquam illicitam, & contra ius pro non adiecta haberi. pro concordia dic, quod si talis reseruatio reducatur viuente resignante tertius erit resignatarius. & ita procedit sententia Tonneti. Sin minus, vacabit beneficium per

Digitized by Google

obitum resignantis, vt iudicatum referunt Molin. & alij vbi supra. Et nota causam grauaminis & appellationis ab abusu cessare, si pensionarius consentiat pensionem ad iustum modum reduci, Molin. de infirm. resig. n. 323. Chopin. de sacra polit. lib. 3. cap. 7. num. 14.

QVÆSTIO II.

An concedatur reseruatio pensionis in resignatione, & ex qua quantitate, et quibus beneficijs. Quod tunc sit exprimendum, quæ clausulæ dentur in huiusmodi reseruatione, & quando extinguatur pensio ita reseruata, plenissimè omnia pertinentia ad hanc materiam hic ponuntur.

SVMMARIVM.

1 *In resignatione beneficij, vt plurimum reseruatur pensio.*
2 *Pensio ex causa licita & honesta potest imponi beneficijs.*
3 *Cap. 1. vt Eccl. benef. &c. declaratur.*
4 *Tres sunt species licitarum pensionum remissiuè.*
5 *Pensio odiosa est.*
6 *Pensio impenit seruitutem beneficio.*
7 *Pensio datur ex causa lucratiua, vel onerosa, hodierno tempore ex stylo curiæ.*
8 *Pensio quando opponatur ex causa alimentorum.*
9 *Causa alimentorum dicitur pia.*
10 *Pensio ex causa onerosa quæ.*
11 *Resignatio iustam præbet causam, imponendæ pensionis.*
12 *Pensio reseruata, ne ex cessione nimium dispendium resignans patiatur, succedit loco beneficij.*
13 *De pensione facienda est mentio in impetratione beneficij.*
14 *Priuato reseruatur pensio vt viuat.*
15 *Pensio reseruata resignanti, sapit vim permutationis.*
16 *Pensio soluitur anno quolibet.*
17 *Pensio imposita pro concordia, iusta est causa impositionis, cum fiat pro bono pacis.*
18 *Pensio potest imponi ratione permutationis.*
19 *Super commenda pensio imponi potest.*
20 *Pensio imponitur super beneficio tertij, & etiam pro tertio.*
21 *Parochiali non excedenti 100. ducatos, non imponitur pensio.*
22 *Rector tenetur iura Episcopalia soluere.*
23 *Pensio super beneficio tertij, non passim conceditur, idque ob fraudes, quæ fieri possunt.*
24 *Pensio vsque ad quam quantitatem constitui soleret antiquitus.*
25 *Probatio quod centum remaneant pro rectore, debet esse concludens.*
26 *Beneficio simplici quæ pensio imponatur.*
27 *Super beneficio non excedente 24. duc. annui census non solet imponi pensio.*
28 *Super canonicatu non excedente centum redditus annuos non imponitur pensio.*
29 *Pensio quandoque ponitur super distributionibus quotidianis, licet secus regulariter fiat.*
30 *Distributiones quotidianæ non sunt fructus.*
31 *Decima Papalis non soluitur de distributionibus quotidianis.*
32 *Pensio imponitur super massa grossa, & alijs redditibus communibus.*
33 *Pensio an censeatur imposita super fructibus ordinarijs.*
34 *Sub verbo* iuribus, *&c. comprehenduntur omnes redditus.*
35 *Episcopatus antiquo tempore non grauabantur pensionibus.*
36 *Episcopales mensæ non grauantur pensione, nisi ex causa resignationis, & alia honesta, & licita, &c.*
37 *Derogatio Concilij Lateranen. debet fieri expressè.*
38 *Clausula.* non obstantibus, *non tollit constitutionem conciliarem.*
39 *Rex Catholicus grauat Episcopatus vsque ad tertiam partem.*
40 *In reseruatione pensionis, debet fieri mentio de alia pensione.*
41 *Pensio reseruata, non facta mentione primæ, est nulla.*
42 *Resignans non tenetur ad pensionem, sed resignatarius possidens licet non bene*
43 *Papa non præsumitur velle grauare Ecclesias, duplici onere.*
44 *Testator non præsumitur velle grauare hæredem duplici onere.*
45 *Subreptio vitiat litteras.*
46 *In secunda impositione pedagij facienda est mentio de prima, aliàs annullatur.*
47 *In impositione etiam pensionis temporalis facienda est mentio primæ perpetuæ.*
48 *Pensio reseruata absque mentione primæ est nulla, etiam si reseruatarius id ignoraret.*
49 *Annullata pensione, quia non fuit facta mentio de prima non datur regressus.*
50 *De prima pensione, nulla, non est facienda mentio, in reseruatione secunda.*
51 *Nulla non præstant impedimentum.*
52 *De pensione non acceptata non est facienda mentio.*
53 *Cogitatio Papæ in genere sufficit, & n. 59.*
54 *Expressũ satis dicitur quod continetur sub generalitate.*
55 *Expressum dicitur quod colligitur ex vi verborum.*
56 *Dictio alia, ad similes.*
57 *Actus debet sustineri.*
68 *Nulla est pensio excedens medietatem, contra clausulam.*
59 *Volens annullare pensionem, debet probare excessum vltra medietatem.*
60 *De pensione prima extincta non est facienda mentio.*
61 *Pensio est nulla ope exceptionis, non ipso iure.*
62 *Nullitas ipso iure non datur, nisi exprimatur.*
63 *Pœna ipso iure inducitur nisi exprimatur.*
64 *Resignatis duobus beneficijs, impositaque pensione super illis, videtur pro rata constituta.*
65 *Pensionarius tenetur in primo semestri gratiam verificare.*
66 *Dicens pensionem excedere medietatem fructuum beneficij, vel omnes fructus, debet hoc probare.*
67 *Iustà conscientià potest quis renuntiare & obtinere reseruationem pensionis.*
68 *Renuntiatio debet esse libera & pura, nisi Papa aliud disposuerit.*
69 *Papa factum tollit vitium omne à more.*
70 *Tractatus de renuntiando cum pensione non est simoniacus.*
71 *Quotidiè fiunt renuntiationes in manibus Papæ cum conditionibus.*
72 *Pactio firma prohibetur in beneficialibus.*
73 *In tractatu renuntiandi bonum est remittere omnia Sanctissimo, &c.*
74 *Resignatio cum pacto est nulla, nisi Papa approbet.*
75 *Pecunia non potest dari pro beneficio.*
76 *Cum resignatio est nulla, pensio quomodo est inualida.*
77 *Pensio reseruata ex falsa causa est nulla.*
78 *Collatio non recipit conditionem sicut actus legitimi.*
79 *Conditio nihil ponit in esse antequam purificetur.*
80 *Papa & non partes possunt validare pensionem nullam.*
81 *Super pensione literæ sunt expediendæ.*

Digitized by Google

82 Pensio reseruata inhabili absque dispensatione est nullo.
83 Pensio reseruata minori quatuor annorum non facta mentione ætotis, est nulla.
84 Pensiones materia stricto odiosa est & pœnalis.
85 Beneficiarius debet consentire pensioni.
86 Subreptio non dicitur nisi in casibus a iure expressis.
87 Prouisio beneficij familiaris facta absque consensu Cardinalis valida est.
88 Pensio annullatur reseruata absque consensu habentis regressum, cum locus sit regressui.
89 Papa non censetur velle derogare iuri tertij.
90 Pater in feudalibus, non potest præiudicare masculis.
91 Alienatio rei subiectæ restitutioni est nulla, adueniente casu restitutionis.
92 Motus proprius non operatur in præiudicium tertij.
93 Pensio reseruatur de consensu habentis regressum.
94 Successores tenentur ad pensionem impositam, ex causa resignationis? Affirmatiuè concluditur.
95 Acceptans beneficium, videtur quasi contrahere & obligare se ad onera ipsius.
96 Pro pensione datur personalis & hypothecaria actio contra quemcumque possessorem.
97 Pensio est onus reale, vt decimæ, census, collectæ, &c.
98 Successori sunt intimanda litera pensionis.
99 Successor tenetur ad pensionem, etiam si nihil fuerit de eo expressum.
100 Pensionis habendæ causa est perceptio fructuum.
101 Non percipiens fructus ex incursione hostili, non tenetur ad pensiones.
102 Heres defuncti an teneatur pro pensione decursa, & emissa.
103 Pensio quando incipiat currere contra successorem, remissiuè.
104 Verba clara non egent interpretatione.
105 Cedens reseruatarius pensionis docere debet de iure cesso.
106 Cedens non tenetur docere de iure cesso respectu resignatarij.
107 Existens in quasi possessione exigendi, non tenetur verificare narrata.
108 Filius prohibetur habere beneficium patris, sed vide contrarium num. 110. infra.
109 Fraus legi non debet fieri.
110 Pater potest resignare beneficium, & reseruare pensionem pro filio, & nu. 112.
111 Argumentum de toto ad partem non procedit cum adest diuersa ratio.
112 Pensio extinguitur morte.
113 Pensio est onus temporale.
514 Pensio extinguitur per contractum matrimonij.
115 Reseruatio pensionis, datur ingredienti religionem militarem quandoque.
116 Nemo admittitur ad professionem, nisi elapso anno probationis.
117 Regulares propriè sunt, qui emittunt tria vota.
218 In militaribus religionibus non fit vera possessio.
119 Hierosolymitani milites comprehenduntur sub cap. 15. sess. 25. de regul.
120 Ex promotione ad Ecclesiam Cathedralem, vel Metropolitanam extinguitur pensio.
121 Promotis quandoque datur retentio pensionis.
122 Pensio cassatur sola voluntate pensionarij.
123 Pensio extinguitur per supplicationem, quando sit anticipatis solutionibus, & num. 128.
124 Pensio extinguitur translatione ipsius pensionis.
125 Pensio minuitur ob contributiones.
126 Resignatarius non tenetur ad pensionem resignato beneficio.
127 Pensio non potest redimi sine authoritate superioris.
128 Pensio non potest reduci ad minorem summam, dato aliquo, inscio Papa.
129 Causæ quatuor ex quibus imponatur pensio.
130 Papa potest sine causa, & sine consensu beneficiati pensiones reseruare.
131 Pensio in Gallia ex tribus causis admittitur.
132 Habens pensionem sine causa in foro conscientiæ non est tutus.
133 Ordinarius an possit imponere pensionem cum causa.
134 Pensio datur libera, &c.
135 Pensio soluitur in Natiuitate Domini Nostri, & Sancti Ioan. Baptistæ.
136 Pensio soluenda est in loco destinato.
137 Beneficiatus non soluens pensionem, excommunicatur & priuatur.
138 Excommunicationi beneficiati est locus, volente pensionario.
139 Regressus reseruatus ex non solutione pensionis debet per iudicem canonizari.
140 Iudex non potest canonizare regressum, nisi principali fuerit facta intimatio.
141 Laico potest reseruari pensio cum clausula quamprimum clericali charactere, &c.
142 Pensio quando reducenda.
143 Pensio pro parte qua excedit, reducitur, & non annullatur.
144 Pensio an soluenda possessione habita, vel non habita.
145 Beneficiatus debet soluere pensionem, etiam si fructus non percipiat, quando fuit reseruata possessione habita, vel non habita.
146 Non habens possessionem liberam, & exemptam, non tenetur ad decimas Papales.
147 Non percipiens fructus per duos vel tres annos, non tenetur ad pensionem.
148 Resignans quando teneatur ad cautionem bancariam.
149 Cautio bancaria quid.
150 Obligatio in forma Cameræ, ad quid fiat.
151 Pensio reseruata ex triplici resignatione an sit nulla.
152 Mota lite super pensione, ponitur clausula sine retardatione.
153 Porrectio supplicationis non perficit gratiam irreuocabiliter.
154 Resignatarius debet consentire pensioni.

Secundò quærò, An fiat resignatio reseruatâ pensione, & qua quantitate, & cum quibus clausulis, ac quando extinguatur? Respond. Quandoque & vt plurimũ in resignatione beneficij cõtingit reseruari † pensionẽ, vt in casibus Crescẽt. decis. 10. 1 & 173. lib. 1. & decis. 234. lib. 2. in recollect. manusc. Perege. decis. 170. libe. 1. Mohedan. decis. 164. & 234. lib. diuers. decis. 54. 112. & 279. in manusc. Caputaq. decis. 300. & 305. & 313. par. 1. Put. decis. 97. lib. 2. Gambar. decis. 12. pensio. in manuscr., & communiter DD.

Quamuis enim beneficia Ecclesiastica sine diminutione sint conferenda, cap. 1. vt Ecclesiastica bene. sine dimin. tamen ex causa licita, † & honesta, po- 2 test imponi pensio soluenda ex redditibus beneficij. cap. ad audientiam. 2. vbi Abb. & Fel. num. 2. vers. secunda conclusio & alij omnes de rescript. cap. quamuis. de præb. in 6. cap. nisi. eod. tit. extr. cap. conquerente. de cleric. non resident. nam illud decretum † In- 3 nocentij III. de quo in dict. cap. 1. loquitur ne collator, redituum partem, quasi paciscendo, sibi reseruet, & ea ratione beneficia cum diminutione conferantur. Ita Campeg. de pens. nume. 2. interpretatur.

Et ideo tres † esse species licitarum pensionum tra- 4 dit Gig. de pens. q. 3. nu. 1. Inficiari tamen non potest, quin pensio † odiosa sit, Sarn. de infir. resign. q. 16. 5

6 nam dare pensionem est † imponere seruitutem bene-
ficio, Caccialup. de pens. quæst. 8. Paul.Rom. & Gig.
eod.tract.ille in 8. & vlt. quæsit.num. 22. iste quæst.96.
num. 1. cum seq. Caputaq. decis. 303. num. 10.
In curia autem hodie duobus modis datur pensio,
7 vel ex causa † lucratiua, vel ex causa onerosa, ex cau-
sa lucratiua datur, cum vacante beneficio, vni illud
confertur, & alteri datur pensio soluenda de fructibus
eiusdem beneficij, vt commodius ille, in cuius fauo-
rem reseruatur, sustentari valeat, & ita practicari tota
die videmus, & attestatur Gig. d. q. 3. num. 4. cum
hac clausula. *N. vero, vt melius sustentari valeat, de
alicuius subuentionis auxilio prouidere, & specialem
gratiam facere volentes, pensionem, &c.* vt attestatur
Mandos. tract. de signat. grat. tit. pensiones. colum. 2.
vers. pensio aut conceditur, &c. & hanc eandem clau-
sulam passim apponi attestatur Horat. Mandos. in addit.
ad Roma. cons. 388. in lit. c. & dicta clausula ope-
8 ratur, vt pensio † censeatur apposita ea causa alimen-
torum pro alimentis prouisis de illa, Roma. dict.
cons. 388. in causa. nu. 3. & 5. Gabr. cons. 191. nu. 4.
volum. 2. Gig. de pens. quæst. 51. & seq. Mandos. de
infirm. quæst. 11. num. 6. & sic pro causa pia, cum
causa alimentorum dicatur † pia, Dec. cons. 72. sub
9 nu. 2. & cons. 120. num. 4. Gig. d. tracta. de pens. q. 98.
& communiter DD.
10 Ex causa † onerosa datur. Pensio, vel propter extin-
ctionem litis, vel propter resignationem beneficij fa-
ctam in fauorem alicuius, & ita fieri tota die experi-
mur, & tradit Gamb. de auct. legat. à later. tit. de pens.
num. 308. & ad cognoscendam causam onerosam inspi-
ciendum est an renuntians dimiserit possessionem bene-
ficij resignati, nam tunc est onerosa, ita solet iudicare
Rot. teste Gamb. dict. tit. num. 152. Quæ pensio assignata
11 resignanti, licita & iusta iudicatur; cum † resignatio iu-
stam causam inducat imponendæ pensionis, vt tradit
Gamb. dict. tract. & tit. de pens. nume. 98. 99. & num.
146. cum sequen. & num. 194. Gig. de pens. quæst. 4.
numero 2. & quæst. 29. Marius Anguissola cons. 20.
num. 15. Namque datur causa existente, ne ex resigna-
tione nimium dispendium patiatur, Ancharan. cons.
226. Card. Alex. in c. 2. sub num. 5. 1. quæst. 3. Fel.
in cap. ad audientiam, 2. num. 2. vers. exemplifica,
de rescript. Gamb. & Gig. locis citat. Caccialup.
tract. de pens. q. 19. Put. decis. 342. 343. & recount.
vt tradit Mandos. dict. tract. sign. tit. pensiones. col. 3.
in prin. & ideo passim solet apponi in supplicatione,
& litteris clausula. Ne N. ex resignatione seu cessione
huiusmodi nimium dispendium patiatur, &c. vt tradit
Gamb. dict. tit. de pens. nu. 3-8. & Mandos. loco citat.
col. 4. vers. in supplicatione, & ita etiam hodie ob-
seruatur, nam hæc sunt verba, quæ communiter so-
lent apponi in supplicatione, N. verò oratori præfa-
to, ne ea resignatione sua huiusmodi nimium dispen-
dium patiatur, de alicuius subentionis auxilio proui-
dentes, pensionem annuam ab omni decima papali,
charitatiuoque subsidio ordinario, & extraordinario,
& quocunque alio onere, quauis etiam Apostolica
auctoritate, & quacunque quamuis vrgentissima, &
hic necessario exprimenda causa, etiam pro fabrica
basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe Cruciata
sancta, & tàm offensiua quàm defensiua expeditione
contra Turchas, & alios infideles sanctæ Catholicæ
fidei, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, &
aliorum quorumcunque instantiam canonicè, & de
facto nunc & pro tempore impositis, & imponendis,
etiam si impositionibus huiusmodi pro tempore ca-
ueatur expressè, quod pensionarij pro rata pensionum
suarum quantumuis exemptarum contribuere tenean-
tur, ac etiam belli, pestis, grandinis, incendij, siccita-
tis, tempestatis, inundationis, deprædationis, ac cu-
iusuis alterius amissionis fructuum, & ab omni incursu
militum, & à quibusuis alijs inexcogitabilibus, &
insolitis casibus, & euentibus pro tempore contin-
gentibus liberam immunem, & exemptam centum du-
catorum super dictæ Ecclesiæ fructibus & redditibus,
& prouentibus, &c.
Et ideo receptum est, huiusmodi pensionem reser-
uatam, ne excessione nimium dispendium patiatur,
succedere loco † beneficij, Gig. de pensio. quæst. 56. 12
Alfons. Hoied. de incompatib. benef. p. 1. cap. 4.
num. 4. namque hoc casu vere est extracta, & depen-
det a beneficio, iuxtà ea quæ scribit Caccialup. de
pens. q. 1. Card. in clemen. 1. §. 1. q. 3. & Imol. col. 3.
de supplen. prælat. neglig. Mandos. de signat. grat.
titu. fructuum reseruationes. colu. 4. vers. clausula.
ideo de ea facienda † est mentio in impetratione be- 13
neficij, Calend. cons. 30. in fin. de præb. Compost.
& Innoc. in cap. postulasti. de rescript. Oldrad. cons.
81. col. 1. Gig. de pens. q. 67. num. 4. Socin. sen. cons.
260. colum. 1. libr. 2. Ber. in cap. super literis, num.
72. vers. 14. de resc. Menoch. de arbitr. iudic. cal. 201.
num. 51. Ita etiam & priuato beneficijs † ob demeri- 14
ta seruatur pensio, vt de illa viuat, quæ succedit
loco beneficij, vt tradunt Specul. in titul. de di-
pens. §. nunc sequitur. vers. 54. Berth. quem refert
& sequitur Gamb. dict. titul. de pension. num. 148.
Campeg. in suo tract. pension. num. 3. & damnato in
conc. 77. Episcoporum Policronio Episcopo Hiero-
solimitan. propter nonullos perpetratos excessus,
patres concilij constituerunt ei tria prædia, quo-
rum fructus essent ad sui sustentationem, vt habe-
tur in primo tomo concil. fol. 325. & hac sumpta
occasione Campeg. loco citato ostendit ex pluribus
auctoritatibus assignationem pensionis fuisse obser-
uatam etiam ab antiquis patribus, dummodo ex
causa, &c.
Hinc etiam scribit Ptolom. decis. 13. in manuscript.
quòd huiusmodi pensiones reseruatæ resignantibus,
sapiunt quodam modo † speciem permutationis, cum 15
detur beneficium, & recipiatur pensio, Put. decis.
346. lib. 1. ex cuius fructibus resignans poterit viuere,
cum anno quolibet † soluatur, l. sed, §. 1. §. sed si 16
dominus, §. si quis cum alijs. ff. locat. Rebuff. de pa-
cif. possess. nu. 91. facit l. prædiorum, ff. de vsur. cap.
constitutus. de religios. domib. Ita & etiam iustam
habet causam impositio pensionis ex causa † concor- 17
diæ, nam fit pro bono pacis, cap. nisi essent, circa
medium ibi, probatio pacis. de præbend. Felin. in cap.
ad audientiam. colum. 2. de rescript.
Ita & illa quæ † assignantur in permutatione ra- 18
tione inæqualitatis, quia tunc potest imponi pensio
super maiori, aut pinguiori, cap. quæstiones de rer.
permutat. Ach. cons. 176. Dec. cons. 141. ad plura
col. 2. in princip.
Et hæc procedunt tam in resignatione beneficij
quam commendæ, † cui etiam pensio imponi potest, 19
Præposit. in cap. 2. num. 3. & 5. 1. q. 3. Anan. in cap.
non satis. col. 2. de simon. Gamb. de auctor. legat. tit.
de pension. num. 154.
Et resignanti aliquando reseruatur pensio super
eodem beneficio, quod habet locum, quando bene-
ficium potest recipere onus, quando vero non, vt in
casibus sequentibus, tunc vel volens resignare per-
mutat vel resignat † in fauorem N. imposita pensione 20
super alio beneficio N. vel super beneficio tertij, vt
fuit consideratum in Rot. in vna Archidiaconatus; 4.
Iulij 1564. vt habetur lib. 1. recollect. per Orad. titu.
de pensio pro tertio, vel partim in fauorem resignan-
tis, & partim in fauorem tertij, vt tradit Mandos.
dict. titul. de pension. col. 3.
Quando autem resignatur parochialis, si valor
illius non excedit † centum ducatos, non impo- 21
nitur pensio, vt statutum est in Conc. Trid. cap.
13. sess. 24. de reformat. & de stylo attestatur An-
ton. August. decis. 1. libr. 2. de procur. in manu-
script. & ratio est, quia parrochialis non debet ita
grauari, vt illius rector non possit ex eius redditibus
viuere, & iura † Episcopalia persoluere. cap. va- 22
cante cap. cum causam, & cap. de monachis, &

Digitized by Google

bi Abb. in 3. & 4. not. de præben. Idem Abb. in cap.
conquerente. colum. 2. de cler. non resid. vnde vel so-
let resignanti reseruari pensio super alio beneficio resi-
gnatarij, vel super beneficio tertij. Et ita de stylo fieri
23 videmus, pensio autem † super beneficio tertij non
de facili conceditur, ob fraudes quæ fieri possent.

Si verò parochialis valet vltra centum ducatos pen-
sio solet constitui pro quantitate, qua excedit dictam
24 summam, & hoc menti tenendum est, quia † antiquo
tempore non habebatur hæc ratio, sed imponebatur
pensio vsque ad tertiam partem redditum in omnibus
beneficijs, & iudicabatur iusta pensio. Paul. Roman. de
pension. cap. 1. num. 6. Caccialup. & Gig. eod. tract.
ille quæst. 7. & iste q. 9. & apponebatur clausula, *dum-
modo tertiam partem non excedat*, vt tradit Rebuff. in
prax. in tit. de reseru. tam gener. quam, & cæt. nume.
31. & iam num. 19. dixerat hanc esse iustam, & proba-
25 tio, quod † centum remaneant pro rectore liberi, debet
esse concludens, vt fuit resolutum in Rota in vna Clu-
sina pensionis coram Illustrissimo Cardinale Lancel-
lotto die 9. Nouembris 1373. Si vero resignatur benefi-
cium simplex, solet concedi resignanti pensio, quæ non
26 excedat medietatem, & quæ † non excedat tertiam par-
tem, Paul. Roman. cap. 1. num. 6. de pensio.

Hodiè autem de stylo datur in his regulariter vsque
ad medietatem.

27 Et si beneficium † non excedat redditum 24. ducat.
non solet imponi pensio, vt tradit Mandos. d. tit. pen-
siones, colum. 4. vers. super parochiali, vbi hoc etiam
scribit in dignitate, Verùm ego vidi contrarium serua-
si, tempore Sixti V. Nam fuit super beneficio data pen-
sio, quamuis fructus non excederent 24. Si autem resi-
gnatur Canonicatus aut similis dignitas, non concedi-
28 tur † pensio, nisi redditus sint vltra centum ducatos &
pro quantitate, qua excedit dictam summam. Et ita
mihi retulit Illustriss. Card. Consentinus prodatarius
sibi ordinatum fuisse, à Sanctissimo D. N. Sixto V.

Et hic est aduertendum, quòd aliquando exprimitur
præbendam valere triginta, distributiones quotidianas
29 centum, & solet tunc concedi pensio 30. aut 50. † & sic
distributiones quotidianæ computantur, cum clausu-
la, etiamsi in solis distributionibus quotidianis, & non
nisi præsentibus & diuinis officijs interessentibus dari
per eos lucrari solitis & consuetis, & ita vidi alias
seruari, sicuti etiam tradit Mandos. dict. titul. pensio-
nes. col. 8. vers. pensiones, quod etiam valde notan-
dum est, quia regulariter pensio super distributionibus
quotidianis non constituitur, Oldrad. cons. 117. Ioan.
Andr. in rubri. de concess. præben. Felin. 10 cap. ad
aures. vers. 13. concl. de rescript. Rot. decis. 134. in
nou. & 766. in antiq. nam pensio soluitur de fructibus,
30 & † distributiones quotidianæ non sunt fructus. not. in
cap. vnico. de cleric. non residen. lib. 6. Lap. alleg. 43.
Dec. consil. 280. in casu colum. 1. ita Gamb. de auct.
leg. lib. 6. de pension. num. 17.

31 Hinc de distributionibus † quotidianis non soluitur
decima Papalis, Gemin. consil. 85. Mar. Mant. consil.
2. & ita regulariter fieri hodiè attestatur Mandos. loco
cit.

Et quando conceditur pensio super distributionibus
quotidianis, apponitur clausula suprà relata, etiam si
in solis distributionibus, &c. quæ clausula includit
etiam distributiones, quæ dantur illis, qui horis inter-
sunt, vt latè concludit Mandos. dict. tractat. signat.
grat. titu. pensiones. colum. 9. vers. clausula Præmissa.
Hinc fructus canonicatus Toletani exprimuntur 24. &
imponitur pensio 500. ducat. vt tradit Aragon. de-
cis. 38.

32 Imponitur † etiam pensio super massa grossa, ac alijs
redditibus communibus, qui diuiduntur inter eos, qui
intersunt certis temporibus, vt de stylo fieri & conce-
di quandoque videmus de gratia. Et hoc etiam est no-
tandum, nam neque potest imponi pensio super his red-
ditibus, vt tradit Gamb. dict. tracta. de pension. num.
24. vbi refert fuisse decisum per Rot. in vna canoni-
catus sancti Petri, quod vbicunque requiritur certum
seruitium ad consequendum fructus, super illis non
possit constitui pensio, &c.

Hinc alias fuit resignata præpositura, impositâ pen-
sione, puta centum, super redditibus, prouentibus,
iuribus, obuentionibus † vniuersis dictæ præposituræ, 33
cum clausula, quæ medietatem non excedat. & cæt. Sed
quia fructus ordinarij sunt tanti valoris, vt pensio ex-
cedat medietatem ipsorum, ideò fuit dubitatum, an
hæc pensio esset nulla, vel reducibilis, tanquam non
censeatur imposita, nisi super fructibus ordinarijs? Fuit
tentum coram Oradino die 3. Ianuarij 1559. in vna Au-
gu. præposituræ, vt habetur in lib. diuers. dec. 294. pro
validitate pensionis, propter illa † verba iurib. obuen- 34
tionibus vniuersis, de quorum natura est comprehen-
dere omnes redditus cuiuscunque qualitatis sint. Abb.
in cap. ad audientiam. 2. n. x. de rescrip.

Si vero renuntiatur Ecclesia cathedralis, vel metro-
politana, imponitur pensio super illius mensæ fructi-
bus, si illorum valor excedat ducatos mille, vt statui-
tur in Conc. Trident. ca. 13. sess. 24. de reform. §. Ad
hæc in posterum omnes cathedrales Ecclesiæ, quarum
redditur summam ducatorum mille, & parochiales quæ
summam ducatorum centum, secundum verum an-
nuum valorem non excedunt, nullis pensionibus, aut
reseruationibus fructuum grauentur. idque est in viri-
di obseruantia, alias requireretur derogatio specifica,
iuxtà ea, quæ scribit Put. decis. 494. lib. 2. sed op-
timum erit non apperire viam hanc, vt Episcopatus in
quantum fieri potest, minùs grauentur, & vt Episcopi
viuere possint iuxta conditionem suam.

Hinc antiquo tempore non nisi ex magna, & ratio-
nabili causa Episcopatus † mensæ grauabantur pensio- 45
nibus, vt tradunt Pau. Rom. & Gig. de pension. iste q.
7. in princ. ille. c. 1. nu. 1. in 1. caus.

Hinc etiàm bene fuit statutum in Conc. Lateranen.
sub Leone X. vt mensæ Episcopales non grauentur pen-
sionibus, nisi ex causa † resignationis: vel etiam alia 36
quæ in Consistorio secreto licita, honesta & probabi-
lis habita fuerit. Vnde Papa, quando imponit pensio-
nem super Episcopatibus vacantibus per obitum, solet
derogare Conc. Lateranen. & quidem specifica requi-
ritur † derogatio. Crescent. decis. 237. in manuscr. 37
namque non sufficeret clausola generalis, non obstan-
tibus constitutionibus, &c. Illa enim non tolleret † 38
constitutionem Conciliarem. cap. ex parte. de capel.
monach. cap. nonnulli. & ibi omnes, & cap. eam te.
de rescrip. Archid. in cap. 1. de constit. lib. 6. Dec. in
cap. 1. in 1. lect. nu. x. de iudic. Io. Selua de benef.
part. 3. q. 11. num. 31. nisi vltra dictam clausulam ge-
neralem appareat de certa scientia Papæ ex alijs, vt fuit
per maiorem partem resolutum in Rot. in vna Maiori-
cen. parochialis, de sua decima, die 3. Octobris 1546.
coram Illustrissimo Cardin. sanctæ Crucis, teste Put.
decis. 494. lib. 2. Magis consultum est derogare in
specie, nam vidi quandoque ex hoc annullari dictas
pensiones reseruatas super mensa Episcopatuum sine
causa.

Rex vero Catholicus in Episcopatibus, in quibus
habet ius patronatus † ex priuilegio, vel alia causa, 39
solet illos grauare vsque ad tertiam partem, & ideo in
schedulis consistorialibus, Cardinalis qui proponit Ec-
clesiam, dicit, Supplicatur pro expeditione cum reser-
uatione pensionis annuæ in fauorem personæ N. vel no-
minandi, &c. quæ vna cum antiquis non excedit tertiam
partem.

Et licet verba, & ratio dicti Conc. Lateranen. pro-
hibentis super Ecclesijs Cathedralibus pensiones impo-
ni, videantur comprehendere etiam non consistoria-
lia, tamen stylus & consuetudo curiæ contrarium ser-
uat, vt refert Caputaq. decis. 177. p. 1. qui dicit secun-
dum hunc stylum fuisse iudicatum in vna Breuaren.
pensionis, 5. Decembris 1551. Ex quibus collige, quòd
pensio moderatè debet imponi, & semper debet etiam
haberi ratio, an beneficia sint alijs pensionibus grauata:
vt

Digitized by Google

vt tradit Campeg. d. tract. de pens. & fieri notissimus
stylus ostendit.

Ideo inoleuit vsus, vt debeat fieri mentio de prima
pensione, & de alio onere in reseruatione secundæ
40 etiam ex causa resignationis. † Gamb. de auct. lect.
à lat. tit. de pension. num. 226. cum sequent. Caputaq.
decis. † 7. lib. 1. in manuscr. & decis. 311. num. 4. & 312.
num. 1. par. 2. Mandos. de signat. tit. pensiones. col. 5.
vers. supposuimus, Crescen. decis. 237. in manuscr.
Card. Paris. cons. 5. nu. 134. vol. 4.

Hinc est, quòd pensio secundo loco reseruata, si
41 non fiat mentio de prima pensione † valide reserua-
ta, est nulla. Cassad. decis. 3. de pension. Gig. de
pension. quæst. 29. Mohed. decis. 259. Caputaq. decis.
77. lib. 2. & decis. 301. in principio, & decis. 312. nu-
me. 2. p. 2. Fab. decis. 36. libr. 2. & hoc seruat Rota
vt attestatur Aragon. decis. 41. Toletan. in manuscript.
& ita fuit resolutum etiam in pensione reseruata ea
causa resignationis, vt sit nulla, non facta mentione de
prima, in vna Ispalen. beneficij, die 10. Iunij 1542.
teste Mohedan. decis. 214. pensio, in manuscr. in qua
etiam dicta die fuit tentum, vt attestatur idem Mo-
42 hedan. quòd iste qui resignauit † nulliter, non tene-
tur ad pensionem, sed resignatarius possidens, licet
non benè, ad not. per Bart. in l. quæro. ff. de vsufr.
leg. Bart. in lib. 2. C. de ann. & tribut. libr. 10. nam
possessor tenetur, & resignans cum desierit possidere
non habetur pro possessore.

Papa enim non intendit, nec velle presumitur Ec-
43 clesiam duplici † onere grauare. cap. mandatum, &
cap. literis. de rescript. cap duobus. eo. tit. lib. 6. sicut
44 testator non præsumitur grauare † hæredem duplici
onere. l. Titio testamentum. §. in vitam ff de leg. 2. l.
vxorem. §. in testamento. de legat. 3. & si sciret, dif-
ficiliùs imponeret, vel non imponeret, & sic ratione
subreptionis est nulla, nam illa qualitas potuisset mo-
45 uere Papam ad non concedendum, † ideo non expressa
vitiat literas. cap. super literis, cap. in nostra, cap.
postulasti. de rescript. Oldrad. cons. 22. vltim. quæst.
Abb. in cap. ad audientiam, 2. de rescript.

46 Hinc in secunda impositione † pedagij facienda est
mentio de prima, aliàs annullaretur. Oldrad. cons. 22.
Aim. cons. 32. num. 4. & cons. 140. num. 8.

Amplia primò hoc procedere, etiam si prima, &
47 sic antiqua, pensio erat † perpetua: & secunda, & sic
noua sit temporalis, nam nihilominus facienda est
mentio de prima, in reseruatione huius secundæ, alias
nulla reseruatur, vt fuit resolutum in Rot. in vna Va-
lentin. pensionis, coram D. Prospero de sancta Cruce
tunc auditore Rot. die 27. Nouemb. 1551. quæ decisio
fuit etiam confirmata die 14. Decembr. 1551. teste Ca-
putaq. decis. 312. p. 2. quia licet ratio illa ne videatur
Papa Ecclesiam duplici onere grauare, videatur pro-
cedere in pensione temporali, tamen militat etiam in
pensione & onere perpetuo, eò magis in dicto casu,
quia tam temporalis, quàm perpetua fuit imposita sub
omnibus fructibus archidiaconatus.

Amplia secundò, etiam si renuntians ignoret be-
48 neficium, quod resignat, esse grauatum † alia pen-
sione, namque si in resignatione reseruet sibi pen-
sionem, habetur pensio reseruata absque mentione
primæ, & est nulla, ita Gamb. de auctor. legat. à lat.
lib. 6. tit. de pension num. 231. vers. sed quid dice-
mus.

Quod quidam intelligunt, si beneficium erat incapax
huius secundæ pensionis, stante validà reseruatione
primæ, aliàs si est capax vtriusque, secus, quia ignoran-
tia resignantis faciet valere actum. l. annis. ff. de ca-
lumn. Crauett. cons. 201. num. 39.

Amplia tertiò, vt annullatá ex hoc dictâ pensione
49 non detur regressus, † iuxta cap. si beneficia. de præ-
ben. in 6. vt tradit Gamb. de auct. leg. a later. titul.
de pens. num. 232. vers. ad hæc, quod quommodo pro-
cedat, declarabitur alibi.

Limita primò, nisi prima pensio reseruata esset
nulla, quia tunc † de ea non requiritur, vt fiat men- 50
tio in reseruatione secundæ pensionis arg. l. non pu-
tauit. §. non quæuis. ff. de bonor. poss. contr. tabul.
& ita fuit resolutum in Rot. in vna Florent. S. Felicitæ,
coram D. Capixucco die 25. Maij 1551. teste Caputaq.
decis. 302. part. 2. nulla enim nullum præstant † 51
impedimentum. regul. non præstat. ff. de reg. iur.
cap. illud de iure patr. l. 4. §. condemnatus. ff. de re
iudic.

Limita secundò, quòd † si non probatur primam 52
pensionem acceptatam fuisse, illa non obstabit, si de
ea non fuit facta mentio in reseruatione secundæ, ita
tentum, vt tradit Ioan. Paul. Ptoloio. decis. 173. incip.
ra. eadem, alias 48. libr. 2. quam decis. refert Man-
dos. dict. tit. pensiones. col. 7. vers. in 2. in fin.

Limita tertiò, nisi esset concessa clausula in reserua-
tione secundæ pensionis, *Præsens & aliæ desuper assigna-
tæ pensiones non excedunt medietatem fructuum* nam
hoc casu etsi non sit facta specifica mentio primæ pen-
sionis reseruatæ, tamen sustinetur reseruatio huius se-
cundæ, stante hac clausula, ita fuit decisum in Rot. in
vna Valent. pensionis centum ducatorum die 15. Ia-
nuar. 1552. coram Domino Prospero de S. Cruce tunc
Auditore Rot. teste Caputaq. decis. 296. p. 2.

Et ratio est, quia Papa (saltem in genere) hoc co-
gitauit, quod † sufficit. l. qui iure militari. ff. de testam. 53
milit. Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres, super prima
quæst. Bart. ff. de verbor. oblig. Aret. cons. 23. col.
pen. Felyn. in cap. venerabilis. col. penult. versic. non
obstant adducta, de except. Et satis expressum dici-
tur, quod comprehenditur, & † continetur sub gene- 54
ralitate. Bart. & Doct. in lib. 1. ff. de vulg. & pupil.
Bart. & Ias. in l. prætor. ff. de oper. nou. nunc. Crauet.
cons. 162. num. 2. Barb. fere in terminis cons. 34. col 5.
volu. 2. Soc. sen. cons. 127. colu. antepen. vers. sed hic
insurgit. lib. 3. Tiraquel. in tract. de legib. connub.
gloss. 7. nu. 103. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 275. nu. 48.
cum seq. Curt. senior cons. 50. col. 43. vers. 8. Com.
cons. 33. num. 14. lib. 2. sicuti expressum dicitur, quod
ex † vi verborum colligitur, Bartol. in l. vxorem. § 55
agri plagam. ff. de leg. 3. Idem Bartol. in l. fideiuss. §.
meminisse. ff. de leg. 1. Cepha. cons. 133. nu. 8. & 135.
num. 20. lib. 1. Crauett. cons. 290. num. 5.

Et maximè si in reseruatione dictæ pensionis aderat
clausula, in qua datur facultas, quòd necessariorum
omnium maior & verior specificatio fieri possit, quæ
clausula multum operatur, & releuat. Sarn. in reg.
de an. quæst. 11. num. 5. & si aderat alia clausula vide-
licet, *non obstante quâcunque dictæ sedis indulgentiâ
generali, vel speciali, per quam præsentibus non expres-
sam, vel totaliter non insertam, effectus gratiæ dictæ
pensionis impedire valeat, vel quomodolibet differre*,
quæ clausula tollit omne impedimentum, Federic. de
Sen. cons. 47. colum. 1. Alex. cons. 134. colum. 2. lib. 1.
Cassad. super regul. cancell. decis. 38.

Quæ limitatio ampliatur, etiam si pensiones es-
sent perpetuæ. Caputaq. dict. decis. 296. nu. 3. ponde-
rando dictam clausulam, *præsens & alia*, *&c.* quia di-
ctio *alia*, non solum refertur ad similes pensiones, &
sic ad † temporales, sed etiam ad perpetuas, Gloss. in 56
l. si fugitiui, C. de seru. fugit. & potest verificare in si-
militudine, in specie, & in genere, gloss. & Alberic. in
l. non solum. § quæritur. ff. de procurat. Bart. in l pa-
ter filium. ff. de leg 3. Afflict. decis. 294. nu. 4. Curt.
Inn. cons. 38. in fin. quæ interpretatio eo magis facien-
da est in casu nostro, † cum agatur pro actus validita- 57
te. Bart. in lib. stipulatio ista. §. si quoque ff de verb.
oblig. Et hac sumpta occasione est ferenda praxis,
quam deducit Mandos. dict. tit. pensiones. col. 7. vers.
clausula dicta, dummodo præsens, & aliæ forsan pen-
siones medietatem non excedant, communiter con-
sueuit apponi, & si supplicatio dicat, etiam si medieta-
tem excedat, signatura cancellat, & apponit, dummo-
do medietatem non excedat, & si excedit, non solum
pensio potest reduci ad debitam † quantitatem, sed erit 58

nulla, & inualida, Gig. de pension. q. 9. & q. 35. num.
2. & quando conceditur, etiam si excedat medietatem,
soluitur compositio, ita Mandos. nunc autem obseruatur vt supra.

Et si rector beneficij vult pensionem reseruatam
super dicto beneficio infringere ex eo quia excedit
medietatem fructuum, debet probare illum excessum,
59 quia † ei incumbit, & in reseruatione valoris expressio
non est necessaria, nec ex dispositione iuris nec regularum,
ita fuit resolutum in vna Valent. pensionis, coram
D. de sancta Cruce 21. Maij 1552. teste Caputaq.
decis. 299. p. 2.

Quartò limitatur non procedere, quando mentio
pensionis in genere facta fuit, quia sufficit quòd
Papa saltem in genere potuerit cogitare. Felin. in cap.
sedes, vers. sexta declaratio, de rescript. Caputaq.
decis. 297. vbi dicit ita fuisse decisum in vna Valentin.
coram D. de Sancta Cruce, 12. Februarij 1552. exemplum
est in clausula superiùs relata, omnium & singularum
qualitatum &c. namque vigore dictæ clausulæ
generalis, potest cessionarius qualitates pensionum
impositarum exprimere in literis, quas de
nouo expedire potest, & quia in fine ponitur, ideo
potest ad omnia referri, cap. inquisitioni. in fin. de
appell. l. talis scriptura. §. vlt. ff. de leg. 3. cap. solitæ,
de maior. & obed.

Limita quintò in casu. decis. Caputaq. 311. p. 2.

Limita sextò non procedere, quando prima pen-
60 sio esset extincta, & sic Ecclesia esset † liberata grauamine,
nam hoc casu non requiritur, vt de ea fiat
mentio, ita conclusum & dictum in Rot. in vna Floren.
coram Mohedan. teste Crescent. decis. 240. tradit
Mandos. de signat. grat. in tit. extinctiones, column.
penult. versic. dubitatum.

61 Declara vt † non sit nulla ipso iure, sed ope exceptionis,
vt tradit Gamb. de auctor. leg. a later. tit.
de pens. num. 233. tum quia æquitas non patitur, vt
qui spoliauit se beneficio amittat etiam pensionem,
62 tum etiam quia nullitas ipso iure non inducitur † nisi
exprimatur, quia talis annullatio est poena. Franc.
in cap. vlt. column. 2. de elect. in 6. & poena ipso iure
63 non inducitur, † nisi exprimatur, §. cum igitur auth.
de non eligen. 2. nub. Bal. in auth. ex testamento. C. de
secund. nupt. cum alijs, vt per Menoch. de arbitr. iudic.
cas. 271. num. 1. Et ideo alias fuit tentum, quòd
prouisione factà cum reseruatione pensionis, quatenus
medietatem non excedat, si resignatarius dicet excedere,
resignans poterit reuerti ad beneficium: Sin
minus pensio est reducibilis. Crescent. decis. 234. lib.
2. in manuscript.

Si verò beneficium quod renuntiatur, non est capax
pensionis, propter tenues reditus, tunc imponitur
pensio super alijs beneficijs resignatarij simpliciter,
vel super resignato, & alijs beneficijs vnitis,
quod fieri ac faciliorem solutionem, & maiorem validitatem
pensionis, attestatur, Caputaq. decisio. 313.
numer. primo, p. 5.

Hic occurrit dubium valde vtile, si aliquis renuntiat
duo beneficia in fauorem Titij, reseruata pensione
centum ducatorum, postea Titius resignatarius re-
64 nuntiat † vnum illorum beneficiorum in fauorem
alterius, vel aliter dimisit, quæritur à quo debeat
solui pensio? Respondet Gab. in tract. de auct. leg.
libr. 6. de pens. nu. 667. & 668. quòd si illa duo beneficia
erant æqualis valoris, æqualiter onus diuidi debet.
l. reus. §. cum in talibus. ff. de duobus reis, si
inæqualis, diuisio fiet pro rata fructuum, per cap. constitutus,
vbi Abb. & Anch. de religios. domib. vnde,
&c. licet dicat Gamb. quòd hodie exprimitur quantum
vnumquodque beneficium grauetur. Quòd si plures
essent pensiones, vide Gamb. loc. cit.

Et si resignatarius non habet beneficium, solet imponi
super beneficio tertij, quod non absque difficultate
obtinetur, sed si pensio imponatur super tali beneficio
tertij ex causa resignationis, est valida, etiam
si excedat medietatem fructuum, ita voluerunt Domini
in vna Archidiaconatus die 4. Iulij 1561. vt habetur
in recollectis per Orad. sub tit. de pens. incip.
die Veneris lib. 1.

Et ideo receptum fuit in praxi, pensionarium teneri
in primo semestri † verificare gratiam, scilicet fructus 65
expressos &c. alioquin non datur exequutio contra rectorem.
Peregr. decis. 149. lib. 2. vt sæpè sæpius vidi
obseruare, & de hac materia dicam infra.

Et qui dicit pensionem excedere medietatem fructuum,
vel omnes † fructus, debet illud probare, 66
ita resolutum fuit in vna Tolent. pensionis coram D.
Prospero Sanctæ Crucis tunc Auditore Rotæ 21. Maij
1552. teste Caputaq. decis. 299. p. 2.

Et adeo licita est pensio imposita à Papa beneficio
resignato in fauorem resignantis, vt communiter receptum
sit licita conscientia posse quem renuntiare
beneficio in manibus Papæ, † ab illo obtinendo im- 67
positionem annuæ pensionis sibi soluendæ, ita Abb.
Anan. Fel. in cap. non satis. de simon. nam quamuis
renuntiatio debeat esse pura, † & libera. cap. ex 68
parte, 1. cum glos. in verb. omnino. de off. deleg.
vbi communiter D D. Iacob. de Rim. cons. 91. num. 1.
Crauett. cons. 222. num. 2. tamen hoc intelligitur
nisi Papa aliud disposuerit, quandoquidem factum
ipsius Papæ tollit omne vitium simoniæ, prout de † 69
iure & stylo inueterato attestatur Nauar. in Manual.
cap. 23. num. 107. vers. ad secundum, facit decis. 316
Caputaq. p. 2.

Quod ampliatur procedere etiam præcedente
tractatu ante renuntiationem de soluenda pensione
annuatim promptè, nam sequutá renuntiatione, &
receptá à Papa nullum simoniæ vitium etiam † men- 70
tale remanere, scribit Felin. post alios quos citat
in cap. ad audientiam. 2. num. 3. de rescr. & in cap.
non satis. in fin. de simon. & ibi Marian. Soci. Sen.
Archiep. Florent. in 2. par. suæ summ. tit. 1. cap. 5.
vers. de renuntiat. Gab. de auct. leg. à lat. lib. de
pens. 116. Gig. de pens. quæst. 4. num. 2. Caccialup.
eod. tract. quæst. 19. numer. 1. & 5. cum seq. vbi attestatur
de communi ex ratione superius allegata, ac
recepta de iure & stylo, teste Nauarr. loco cit. vt
Papæ auctoritas tollat omne vitium simoniæ, gl. in
cap. cum pridem. verb. illicitæ pactiones, de pact.
quæ ad hoc communiter approbatur test Caccialup.
d. q. 19. num. 3.

Alias si huiusmodi auctoritas illos non redderet
tutos, immineret laqueus valde vniuersalis, vt tradit
Redoan. de simon. p. 2. cap. 13. num. 7. nam quotidie
fiunt resignationes in manibus Papæ † & conce- 71
duntur pensiones resignantibus, sciente (saltem in
genere) Papà, quod ambæ partes inter se ita tractauerunt,
Redoan. d. cap. 13. num. 4. p. 2. vbi attestatur
de stylo.

Tractatus enim de renuntiando certo modo non est
prohibitus, sed pactio firma † est prohibita, d. cap. cum 72
pridem. de pact. vbi communiter D D. Caccialup. d.
q. 19. num. 16. sicuti spes, vt alteri detur, Archidiac. in
c. quicunque. 1. q. 1. Innoc. in cap. tua nos in fin. de
simon. eo magis si apponatur clausula, si Sanctissimo D.
N. placuit, & ab eo approbatum fuerit, & sic bonum † 73
esset remittere omnia in eius arbitrio, vt tradit Fel. in
cap. quamuis. colu. 2. de collus. detegen. Butr. in cap.
cum pridem de pact. Gig. d. q. 4. num. 2. prope fin. Caccialup.
dict. q. 19. num. 6. arg. cap. 1. de rer. permut.
in 6. & hanc cautelam dat Neapol. in c. 2. 1. q. 3. num. 5.
vbi dicit quòd in hoc tractatu nihil est concludendum,
vel si concludatur, remittere Sanctissimo D. N. Hinc pactio
de soluendo plusquam Papa ordinauerit, est simonia.
Fel. in d. cap. ad audientiam. 2. sub num. 3. col. 3.
vers. si autem præcederet, & si exprimitur Papæ,
quòd ita partes tractarunt, tollitur vitium. ita tentum
in Rot. vt tradit Gamb. de pens. nu. 618. dict. tractat.
de auct. leg. nam alioquin. renuntians Titio cum † 74
pacto quod ei soluatur certa pensio, est simonia. glos.

in d. cap. ex parte de off. deleg. Abb. in cap. non satis. num. 8. de simon. Cald. cons. 1. de vsur. Paris. cons. 143. num. 12. cum seq. volum. 4.

Cautela tamen est, vt fiat renuntiatio libera, & postea Papa ex officio apponat onus pensionis. Abb. in dict. cap. non satis, sed cautela, Dec. in c. ex parte, num. 15. & licet soleat quandoque in literis apponi, dummodo non præcedat paulò pactio priuata, tamen
75 intelligitur, vt † non detur pecunia, ita Præpos. in c. 2. num. 5. in prin. 1. q. 3.

Et quicquid sit de iure, vel dicant D D. antiqui, hodie de stylo est permissus tractatus, adeo vt in mandato, & in supplicatione dicatur, quòd renuntiant reseruata pensione, & hoc toleratur à summo Pontifice, vnde, &c.

76 Et si resignatio † est nulla, regulariter pensio etiam est nulla, quando fuit imposita ex causa resignationis,
77 nam pensio reseruata † ex falsa causa est nulla: prout fuit decisum in Rot. in vna Marianen. pensionis coram Domino Prospero de Sancta Cruce tunc Auditore Rot. 9. Martij 1552. teste Caputaq. decis. 298. p. 2. nam Cardinalis Cybo Archiepiscopus Taurinen. constituit procuratorem ad cedendum in manibus Papæ reseruatis sibi fructibus, & facultate transferendi, fuit facta cessio in Consistorio reseruatis fructibus, absque tamen facultate transferendi, 22. Iunij 1548. & Papa prouidit de ea domino Cæsari Cybo tunc Episcopo Marianen. & quia dictus Episcopatus Marianen. prætendebatur vacare per translationem factam de dicto Domino Cæsare ad Archiepiscopatum Taurinen. ideo Papa prouidit Domino Octauio de Ecclesia Marianen. tanquam vacante per dictam translationem, reseruata pensione 400. ducatorum super dicto Episcopatu ipsi Domino Cæsari, sed quia Archiepiscopatus Taurinen. non vacabat per illam cessionem, cum omnes conditiones contentæ in mandato non essent adimpletæ, ideo Cæsar in illo Consistorio non fuit valide solutus ab Ecclesia Marianen. cum valide non fuerit translatus ad Ecclesiam Taurinen. stante ergo nullitate translationis, & non liberatione ipsius ab Ecclesia Marianen. sequitur, vt pensio assignata super Ecclesia Marianen. tanquam ex falsa causa assignata, nulla sit. Et cum non fuerit de nouo reualidata tempore reualidationis translationis Cæsaris ad Ecclesiam Taurinens. pensio est nulla, quia quod ab initio nullum est, tractu temporis non reconualescit, vulg. regul. quod ab initio. ff. de regu. iur.
78 & collatio † regulariter non recipit conditionem sicut actus legitimi, cap. actus legitimi. de reg. iur. in 6. & ante purificationem conditionis Cæsar non fuerit solutus ab Ecclesia Marianen. quia conditio nihil
79 ponit in esse † antequam purificetur, cap. 1. id fin. de spons. in 6. cum alijs rationibus, vt per Caputaq. decis. 298. p. 2. num. 3. & 4. cum seq.

Ex quo colligitur, quòd validare pensionem inua-
80 lidam non † dependet a facto partium, sed a potestate Papæ, Saro. in compend. signat. nume. 87. Mohedan. decis. 309. num. 2. p. 2. & expressè requiritur, vt pensio
81 per literas † reseruetur, namque non sufficit, quòd resignans volebat tali modo resignare. Rebuff. cons. 4. sub nume. 5. & 6.

Quandoque etiam (vt dixi) pensio ex causa resignationis non assignantur resignanti, sed in fauorem tertij, vt in casu Mohed. decis. 164. & tradunt plures ex doct. supra allegatis, & id non patitur difficultatem, cum tota die practicetur. Quandoque reseruatur pensio in fauorem tertij super beneficio tertij, vt in casu Put. decis. 343. lib. 1.

Requiritur tamen, vt tertius sit habilis, alioquin
82 pensio est † nulla, sine dispensatione. Caputaq. decis. 318. p. 2. vbi refert pensionem reseruatam infanti, sine dispensatione, esse nullam propter subreptionem, quando assignatur cum narratiua: sicut si assignaretur maiori, cum narratiua vitæ, & morum honestas, &c. & ita fuit resolutum in vna Adrien. nullitatis pensionis, die 29. Aprilis 1552. teste Guidobon. decis. 138. in manuscript. Et inquit notabiliter Redoan. de simon. part. 3. cap. 10. num. 8. quod non absque scrupulo conscientiæ Episcopus nepoti reseruat pensionem resignandi alteri beneficium, cuius nepos non est capax.

Et pensio † reseruata minori 4. annorum non facta 83
mentione de ætate, fuit resolutum esse nullam, Guidobon. decis. 139. namque pensionis materia stricta
est † odiosa, & pœnalis, Cresc. decis. 96. lib. 2. 84

Requiritur consensus illius qui habebat beneficium, vt ab omnibus est receptum, & ideo fuit alias resolu-
tum, quòd si pensio † imponatur super fructibus Ab- 85
batiæ, valet solo consentiente Abbate. Crescent. decis. 153. libro primo. Gomes. decisio. 49. lib. 2. in manuscript.

Et quia hæc materia pensionis est vtilis, & parum à Doctoribus tractatur ideo non ab re erit aliquas subijcere quæstiones.

Ideo quæro primò an pensio sit nulla, reseruata sine consensu habentis regressum super beneficio, qui imponitur onus soluendæ dictæ annuæ pensionis? Responde, validam esse, quia subreptio non dici-
tur, nisi in casibus a iure † expressis ad glos. in cle- 86
ment. de præb. Fest. in cap. In nostra. in 3. corrol. de rescript.

Secundò, quia causæ de præsenti, aut de præterito existentes aliàs tales, quæ retraherent, aut difficiliorem redderent Principem, sunt in consideratione quoad subreptionem, obreptionem, & intentionis defectum inducendum, non autem de futuro, quæ possent, & non possent contingere: vt in omnibus iuribus in hac materia disponentibus patet. Rot. decis. 25. de rescript. in nou. Cassad. decis. 16. titul. de præbend. vbi ex hoc dicit fuisse tentum de anno 1514.
prouisionem beneficij familiaris factam sine consensu † 87
Cardinalis esse validam.

Tertiò, quia de futuris habentibus se ad esse, & non esse, non est in impetratione necessariò facienda mentio. Rot. decis. 25. de rescript. in nou. Fel. in cap. in nostra. eod. tit. corrol. 7. Cassad. d. decis. 16. num. 3. sed regressus dependet a futuro euentu, & illi potest esse locus vel non esse, ergo non probat hoc esse quod ad hoc contingit abesse. l. nam hoc. C. vnde legit. Eo magis si narretur in supplicatione, super illo beneficio esse reseruatum regressum.

Et hanc opinionem firmat expressè Gig. de pens. quæst. 79. colu. 1. vbi dicit ita tentum in Rot. Put. decis. 97. lib. 2.

Venit tamen huiusmodi pensio annulanda cum erit
locus † regressui, vel accessui, ita Gig. d. quæst. 79. 88
Accoram. decis. 42. incip. locatio facta. in fin. & ita bis tentum fuisse attestatur Put. d. decis. 97. libr. 2. die 4. & 8. Februarij 1544. in una Tolet. pensionis, Put. decis. 421. num. 7. lib. 1. idem Put. decis. 25. tit. de renunt. manusc. & est decis. Cassad. vt refert Gig. loco cit. & ita intelligo. Put. d. decis. 97. quia dicta reseruatio non debet valere, quoad præiudicium eius, qui regressum habeat, qui non consentienti Papà non censetur velle præiudicare, l. 2. §. merito. ff. ne
quid † in loc. publ. l. nec auus. C. de mancip. cap. cum 89
olim. de consuet. cap. super eo. de off. deleg. cap. cum teneamur. de præbend. Et res inter alios acta alteri non præiudicat. ad not. in l. 2. C. de eden.

Hinc est in simili, quòd si feudatarius non habens filios, det feudum in dotem filiæ suæ, illa concessio
valet in vita † ipsius patris, & non vltra, cum successo- 90
ri præiudicare non possit, cap. nuper. de donat. inter vir. & vxor. DD. in cap. 1. §. donare autem tit. qual. pot. feud. alien.

Hinc res subiecta restitutioni si alienetur, alienatio valet in vitam alienantis tantum, & ad eius præ-
iudicium, sed adueniente † casu restitutionis, alie- 91
natio fingitur retro nulla, lib. si duobus §. fin. autem sub conditione. C. com. de legat. ita in casu ne-

Digitized by Google

ſtro aduenientε caſu regreſſus, penſio erit nulla.
Amplia etiam ſi motu proprio eſſet aſſignata talis
penſio. Gig. d. q. 79. num. 3. ratio eſt, quia motus pro-
92 prius non operatur † in præiudicium tertij. Card. conſ.
137. in fin. Dec. conſ. 410. vol. 4. Imol. in cap. mandatum.
col. pen. de reſcr. Ideo, inoleuit praxis, quòd ſi in ſupli-
catione narrabatur, quòd alicui erat reſeruatus regreſ-
ſus ſuper tali beneficio, ponitur, *qui etiam conſentit*
huic reſeruationi, & ſi hoc non apponatur, ſignatura ſo-
let hoc addere, *de conſenſu eius, qui regreſſum habet*,
ita obſeruatum fuiſſe dum concedebantur regreſſus, at-
teſtatur Mandoſ. de ſignat. grat. tit. penſiones. col. 5. verſ.
93 penſio, & tunc † neceſſe eſt, vt det conſenſum regreſ-
ſum habens, vt expeditum eſt apud omnes, & ſtante
conſenſu illius, penſio abſque dubio valida eſt. Gig. d.
q. 79. n. 3. verſ. 1. ſicuti eſſet etiam valida, ſi Papa factâ
mentione regreſſus nihilominus imponeret penſionem
abſque alio conſenſu. Caſſad. quem refert, & ſequitur
Gig. dict. quæſt. 79. in fin. hoc tradit, & non habet du-
bium, cum in beneficialibus ſit dominus abſolutus.

Secundò quæro, an ſucceſſor in beneficio reſignato
teneatur ſoluere penſionem impoſitam ex cauſa reſi-
94 gnationis? Reſponde † affirmatiuè, prout eſt com-
munis & recepta DD. omnium ſententia, vt per
Gig. quæſt. 43. tract. de penſion. & de ea atteſtatur
Ferret. conſ. 70. num. 2. Mohedan. deciſ. 287. & fuit
reſolutum in Rota die 10. Februarij 1552 in vna Me-
diolanen. penſionis coram D. Reomano, teſte Capu-
taq. deciſ. 302. p. 2. idemque fuit reſolutum in vna
Præneſtina penſionis coram Quirog. 10. Ianuar. 1558.
teſte Paleot. deciſ. 167. incip. Proponebatur, Put.
deciſ. 97. num. 5. libr. 2. vita conſuluit Burſat. conſ.
361. per totum, volum. 4. Gomeſ. deciſ. 43. lib. 2.
Nauarr. conſ. 49. de præben.

Ratio quia acceptans beneficium penſione grauа-
95 tum, videtur † quaſi contrahere, & obligare ſe ad
onera poſita in illo beneficio, & actio perſonalis ori-
tur ea quaſi contractu. §. omnium. inſtitut. de actio.
Guid. Pap. q. 577 qui decidit idem in alimentis, l. Lu-
cius. ff. de alim. & cibar. legat. Accedit, quia pro pen-
96 ſione datur perſonalis & hypothecaria † actio contra
quemcunque poſſeſſorem. Roman. conſ. 388. incip.
In caſu propoſiti thematis. Paul. de Caſtr. conſ. 337.
incip. Quia exceptiones. lib. 1. Felin. in cap. ad au-
dientiam. 2. de reſcript. Caccialup. de penſ. q. 9. Ne-
guſant. de pignor. & hypoth. in 4. membr. 2. par.
princ. verſ. vigeſimus tertius, & eſt communis opi-
nio, vt per Gig. de penſio. qu. 51. colum. 1. quod col-
ligitur ex tenore literarum in quibus dicitur, quòd
penſio imponitur ſuper fructibus beneficij, dictio enim
ſuper, iuncta in oratione, certæ rei eique cui adiungi-
tur, hypothecam inducit, l. codicillis. §. inſtituto. ff.
de leg. 1. Barto. in l. feudum. ff. da anna. leg. Rip. ſu-
per rubr. ff. de pignor. num. 5. Franc. Cremen. ſingu.
45. Bertrand. conſ. 186. num. 3. lib. 1. Sarn. de trien.
q. 11. num. 6. Mandoſ. de ſignat. per fiat. q. 9. num. 6.
Bellon. conſ. 44. in fin. Tiraquell. de vero. retra. tit. 1.
§. 1. gloſſ. 12. num. 78.

97 Et penſiones ſunt † onera realia, ſicut ſunt decimæ,
cenſus, collectæ, & ſimilia. gloſſ. in cap. niſi eſſent.
de præbend. Franc. Geminian. & alij in cap. vltim.
de offic. ordin. libr. 6. Felin. in cap. ad audientiam. 2.
num. 5. de reſcript. de communi Burſ. conſ. 361. num.
25. & ideo in literis appooitur de ſtylo penſionem
annuam per N. illius modernum ſucceſſorem, & eius
in eadem ſucceſſorem perſoluendam. Pariſ. conſ. 81.
nu. 2. vol. 4. Burſat. dicto conſil. 361. Et ſucceſſori
98 † ſunt intimandæ literæ penſionis. Anton. Auguſtin.
deciſ. 90. libr. 3.

99 Immo ſucceſſor † tenebitur, etiam ſi de eo nihil
fuiſſet expreſſum in bullis. Caccialup. de penſ. quæſt. 9.
Gig. eo. tract. quæſt. 43. nu. 2. & quæſt. 44. & 47. Pa-
riſ. d. conſ. 81. num. 2. volu. 4. Ferret. conſ. 319. num.
4. & 338. nu. 2. Ratio rationis eſt, quia cauſa habendæ
100 penſionis † eſt perceptio fructuum, Roman. conſ. 417.
num. 3. Gig. conſ. 19. nu. 4. & ſequen. & ideo ille qui
non percipit fructus † ob incurſionem hoſtilem, non 101
tenetur ad penſionem, vt cenſuit Rot. in vna Noua-
rien. die 12. Decembris 1544. teſte Put. deciſ. 15. de
cenſ. in manuſcript.

An vero pro penſione † decurſa ſucceſſor, vel hæ- 102
res defuncti teneatur, non eſt præſentis diſceptatio-
nis, ſed vide Gig. latè de penſ. q. 43. & quando inci-
piat curreто contra ſucceſſorem, † vide notabilem 103
deciſ. Put. 289. libr. 1. Caccialup. de penſion. quæſt. 11.
Gig. eodem tractat. quæſt. 39. numer. 13. Burſat. con-
ſil. 361. numer. 23. & nume. 20. vbi atteſtatur com-
muniorem eſſe, vt ſucceſſor teneatur. Rota nunquam
condemnat ſucceſſorem, in penſionibus non ſolutis
per prædeceſſorem, teſte Creſcentio deciſio. 6. vel 66.
lib. 2. Anton. Auguſt. deciſ. 12. lib. 3. Put. deciſ. 6.
de off. ord. in manuſcript.

Tertiò quæro, an penſio reſeruata reſignanti ad effe-
ctum vt ſit valida, teneatur reſignans ius ceſſum ve-
rificare. In hac quæſtione ſcias, quòd quandoque in
literis penſionis reſeruatæ reſignanti conceditur clau-
ſula (& quod penſio debeatur etiam ſi nullum ius
ipſi cedenti competeret, vt tradit Mandoſ. in dicto
tracta. ſignat. grat. tit. penſiones. col. 6. verſ. clauſula)
& huiuſmodi conceſſio fit ad tollendas lites, quæ
inter penſionarium, & reſignatarium oriri poſſent,
illo aſſerente bonum ius ceſſiſſe, hoc negante, item
hoc aſſerente ea alio iure ſibi ab alio ceſſo ius habe-
re, vel quo moleſtari poterit in futurum, vt igitur
tollantur lites poteſt huiuſmodi clauſula concedi,
l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet. l. minoribus
25. annor. ff. de minor. inſtit. de vſu cap. in prin. l.
item ſi res. §. vlt. de alie. iud. mutan. cauſ. fact. cap.
finem litibus de dol. & contum. cap. diſpendia. de
reſcript. lib. 6. can. ſicut ſacerdotes. in fin. 2. q. 7. &
hoc caſu reſignans ad effectum penſionis reſeruatæ,
non tenetur ius ſuum iuſtificare, quia vbi habemus † 104
verba conceſſionis clara, nullum cadit dubium. Corn.
conſ. 23. col. 2. lib. 2. & conſ. 106. ſub num. 1. lib. 4.
Socin. iun. conſ. 11. num. 2. lib. Cæphal. conſ. 138. nu.
70. lib. 1. & hæc concluſio procedit etiam, ſi huiuſmo-
di clauſula appoſita, fuerit cancellata in corpore ſup-
plicationis, nam ſi altera ſimilis quæ erat in clauſulis,
non fuerit delata, hæc ſufficit, & ſuffragatur, vt fuit
concluſum in Rot. in vna Valentin. penſionis inter
Vincentium & Ferdinandum coram Put. die 19. Ianua-
rij 1549. teſte eod. Put. deciſ. 21. de fid. inſtrument.
pro quo facit conſ. Aug. 346. incip. Titius vt hæres,
vt tradit Mandoſ dict. tit. penſiones. colum. 10. in
princ. vbi etiam adducit quæ faciunt contrà.

Si verò dicta clauſula non fuit conceſſa, neque in
corpore ſupplicationis, neque in clauſulis, tunc enim
regula eſt affirmatiua, † vt cedens docere debeat de 105
iure ceſſo, quæ in praxi obtinet locum, namque ſi pen-
ſio conſtituitur ex cauſa ceſſionis, ſi nullum aut inuali-
dum ius fuit ceſſum, penſio debet euaneſcere, tanquam
ceſſante cauſa, &c. l. adigere. §. quamuis, de iur. patr.
l. quæſitum. ff. de teſt. & paria ſunt non cedere, vel
cedere, ſed inualidè, arg. l. duo ſunt Titij. ff. de te-
ſtam. tut. l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum. ff. de re
iud. & cum conſtituatur penſio, ne nimium diſpendium
patiatur, conſtare debet, &c.

Declara primò, vt quatenus attinet ad reſignata-
rios qui ſe contentarunt de iure ceſſo, & ex ceſſione
fuerunt ſatisfacti, & voluerunt conſentire penſioni,
& ſi acceptarunt ceſſionem, vt reſignans tali caſu non
teneatur docere † de iure ceſſo, neque illud iuſtificare, 106
Put. deciſ. 342. lib. 1. num. 4. & ita fuit reſolutum in
Rot. die 20. Iunij 1541. coram Epiſcopo Rauel. teſte
Mohed. deciſ. 164. in c. Æneas de Villalob. titul. de
penſ. namque d. Æneas prætendens habere ius ad pa-
rochialem ſancti Ioannis Coquen. diœceſis, ceſſit iuri
ſibi competenti in dicta parochiali in fauorem Fran-
ciſci, cum reſeruatione duarum penſionum in fauo-
rem duorum, cum clauſula poſſeſſione habitâ, vel non

Digitized by Google

habita, fuerunt solutæ pensiones per plures annos,
tam per Franciscum dictum, quam per Alfonsum suc-
cessorem ipsius Francisci, sed postmodum fuit causa
commissa contra pensionarios sub prætextu nullum ius
habuisse cedentem, fuit tentum per omnes pensionem
esse bonam, quia fuerunt satisfacti ex tali cessione, &
non fuerunt in iudicio experti cum iure sibi cesso con-
tra illum, qui prætendebat melius ius habere, vnde nihil
poterat pensionarijs imputari, & hanc decis. refert
Mandos. d. decis. col. 10. versi quæro, nam si resignans
non haberet ius, resignatarius non acceptasset, & non
conuenisset de pensione, hanc rationem mouit Rot.
die 9. Decemb. 1542. teste Put. decis. 343. lib. 1. idem-
que fuit resolutum primo Aprilis 1552. coram Cardi-
nali sanctæ Crucis in vna Calaguritana pensionis, teste
Caputaq. decis. 305. p. 2.

Declara secundò, vt contra successorem in be-
neficio resignato teneatur de aliquo iure docere, non
autem vt teneantur illud iustificare, ne de facili
grauentur beneficia pensionibus contra successores,
ita fuisse resolutum attestatur Put. dict. decis. 343.
lib. 1.

Declara tertiò, vt qui est in quasi possessione exi-
107 gendi pensionem, non † teneatur probare narrata
in gratia, neque habilitates, & alia. vt sæpius con-
clusit Rot. testibus Cassad. decis. 10. de rescript. Mo-
hed. decis. 128. Put. decis. 246. lib. 1. Hier. Gabr.
cons. 181. num. 2. lib. 2.

Quartò quæro, an pater possit in aliquem resigna-
re suum beneficium, reseruatâ pensione super illius
fructibus, in fauorem filij. Videtur quòd non, quia
filius excluditur à dicto beneficio, nam prohibetur
108 habere beneficium patris, ne filius ministret † vbi
pater ministrauit tanquam patris hæres. cap. ex trans-
missa. in fi. & cap. ad extirpandas. de fil. præsb. cap. 15.
sess. 25. de reform. Conc. Trid. Ergo & in pensione
super illius fructibus arguendo de toto ad partem. l.
quæ de tota. ff. de rei vendic.

109 Secundò, quia videtur fieri fraus † legi. l. hæres
meus. §. vlt. ff. de cond. & demonstr. l. quod in condi-
tionib. iuncta gl. ff. de donat. caus. mort.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est
verior, vt pater possit resignare quodcunque benefi-
110 cium reseruatâ pensione † in fauorem filij, quam opi-
nionem in indiuiduo tenet Gig. quem refert, & sequi-
tur Mandos. in tract. signat. grat. tit. dispensatio ad be-
neficia in Ecclesia in qua pater, col. vlt. vers. quæro
an constitutio.

Ratio quia in pensione cessat ratio legis de qua su-
prà, vt in specie tradit Gig. d. tract. quæst. 86. colum.
2. num. 8. vers. 3. moueor. Ergo debet cessare disposi-
tio, cap. cum cessante. de appellatio. & cum adsit
111 diuersa ratio, argumentum de toto † ad partem non
procedit. Dec. in l. seruus. num. 13. C. de pact. idem
Dec. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Soc. iun.
cons. 187. num. 22. lib. 2. Accedit quia cum in iure
communi, & in constitutiona Clementis VII. de pen-
sione, nullum in hoc apponatur verbum, ergo nulla
poterit fraus considerari: quia in eam quis non com-
mittit. Oldrad. cons. 102. Cæpoll. consil. 16. colum. 2.
ex quibus cessant contraria.

Hodie autem secus in filijs illegitimis ex decreto
112 Conc. Trid d. c. 15. sess. 25. de refor. † vt paternæ in-
continentiæ à locis Deo consecratis memoria longis-
simè arceatur, statutum vt non liceat filijs clerico-
rum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio in
Ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod Eccle-
siasticum habent aut habuerunt, quodcunque etiam
dissimile beneficium obtinere, nec pensiones super
fructibus beneficiorum, quæ parentes obtinent, aut
alias obtinuerunt, habere, &c.

Quintò contingit dubitare, quomodo extin-
guatur pensio? Responde, pensionem reseruatam
resignanti ex causa resignationis ex pluribus modis
extingui.

Primo morte, † Rebuff. de pacif. poss. num. 157. 113
Gig. de pens. q. 1. nu. 5. & communiter D D. ratio quia
pensio est onus temporale, † vt tradit Put. decis. 201. 114
lib. 3. in fi. vbi ex hoc respondet ad auctoritates. Gig.
tract. pensio. q. 80. & concludit, quod pensio non de-
ducitur de fructibus, vt quis excusetur a mala expres-
sione valoris, & ita fuit resolutum in Rot. in vna Pa-
normitan. beneficiorum coram D. Peregrino die 13.
Ianuarij 1549. ita etsi beneficium valeret 200. non esset
excusandus ille qui expressit 120. licet probaret quòd
super fructibus illius beneficij, esset reseruata pensio
centum, secundum ea, quæ dicit Bellenzi. post Ioan.
Andr. in tractat. de charit. subsid. quæst. 37. in fin. &
quia mors omnia soluit, &c.

Secundò extinguitur per † contractum matrimonij 115
Gig. tract. pens. q. 54. nu. 5. vbi inquit pensionem re-
seruatam resignanti ex causa cessionis, per contractum
matrimonij extingui, & dicit, quòd hanc partem am-
plectitur curia Romana, & ipse expertus est, quia post-
quam contraxit matrimonium amisit quasdam pensio-
nes: & tenet Iul. Clar. lib. 5. recep. sentent. quæst. 74.
vers. clericus, in fin. & ita fuit resolutum in Rot. in vna
Zamoren. pensionis, coram Ioan. Paul. die 4. Iunij 1546.
prout est decis. Ptolom. 460. lib. 2. Et ratio est, quia di-
cta pensio reseruatur loco beneficij, ergo, argum. cap.
quod à te. de cler. coniug. Caccialup. q. 35. & hæc est
communis & recepta Doctorum sententia, ita etiam
Put. decis. 459. lib. 2. & fuit alias tentum in Rot. vt per
Anto. August. decis. 617. lib. 3. Ioan. Paul. decis. 188.
lib. 2. Put. decis. 3. titul. de pension.

Limita nisi fuerit data retentio quæ aliquando da-
tur, si pensionarius † ingrediatur aliquam religionem 116
militarem, hinc aliàs in Rot. in vna Tirasonen. Deca-
natus, coram R.P.D. Seraphino, fuit magna dubitatio:
nam quidam resignauerat Decanatum cuiusdam Eccle-
siæ collegiatæ in fauorem N. reseruatâ sibi pensione
mille ducatorum largorum, cum decreto, quòd si do-
minus resignans ingrederetur aliquam religionem mili-
tarem, & iuxtà ipsius religionis priuilegium, vxorem
duceret, pensionem nihilominus ipsam exigere, & per-
cipere possit, iuxta supplicationem, cui accessit obli-
gatio in forma Cameræ. Interim publicatum fuit Con-
cilium Tridentinum, post cuius resignationem resignans
suscepit habitum militari sancti Stephani, & inconti-
nenti professionem emisit, & vxorem duxit, fuit dubi-
tatum an pensio esset extincta, ex eo quòd in emittenda
professione non fuit seruata per resignantem formâ trá-
dita à Concil. Trident. cap. 15. sess. 25. de reg. in quo
cauetur, ne quis, qui in quacunque religione tàm vi-
rorum quam mulierum minori tempore † quam per 117
annum post susceptum habitum in probatione steterit,
ad professionem admittatur, & die Lunæ 11. Decem-
bris 1570. fuit resolutum hoc modo, resignantem non
comprehendi sub dicto decreto Concilij tùm quia in
dicta militia vno & eodem tempore emittitur pro-
fessio, & datur habitus, vt habetur in statutis dictæ
militiæ lib. 2. cap. 1. quod est in vsu, tùm etiam quia
Concilium, vbi voluit comprehendi hos milites
dixit, c. 16. sess. 23. accedit quia intentio principalis
Concilij est occurrere Apostasiæ, & quia non sunt
propriè religiosi, & regulares, cum ducant vxores,
& non profiteantur † tria vota, Abb. in rubr. de re- 118
gul. & idem Abbas in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num.
3. de const. Soc. consil. 13. num. 36. lib. 1. & in dicta
† militia non fit vera professio. Specult. tit. de stat. 119
monach. §. 1. num. 41. Lap. alleg. 129. num. 4. Calder.
cons. 30. de stat. regul. Gem. cons. 41. colum. 4. Do-
min. Sot. de iust. & iur. lib. 2. q. 5. art. 3. colum. pen.
& cum Concilium in cap. sequenti loquatur continua-
tiuè de renuntiatione bonorum, & sic de voto pau-
pertatis, clarum est quòd non habet locum in istis
militibus qui retinent proprium. D. Thom. 2. 2. quæst.
186. articul. 4. & ita etiam firmauit maior pars Illu-
strissimorum Cardinalium Congregationis Concilij
Trident. 29. Iunij 1576. quamuis eadem sacra congre-

Digitized by Google

gatio de mense Iulij 1582. contrarium voluerit in mi-
120 litibus † Hierosolymitanis, vt comprehendantur sub
dicto decreto, ex nouo ipsorum statuto huic decreto
adhærenti.

Tertiò, extinguitur huiusmodi pensio reseruata re-
121 signanti ex causa cessionis † per promotionem ad Ec-
clesiam Cathedralem, vel Metropolitanam. ita Gig.
de pensio. quæst. 56. num. 2. Caputaquen. decis. 304.
p. 2. & est communis opinio, teste Hoied. de incom-
pat. benefic. p. 1. c. 3. num. 4.

122 Limita, nisi fuerit concessa † retentio. Caputaquen.
decis. 303. num. primo, part. 2. & 319. num. primo
eadem par.

123 Quartò extinguitur, quando cassatur, quod fit † so-
la voluntate ipsius pensionarij, c. Agato. dist. 63. Re-
doan. de simon. p. 2. cap. 14. num. 15. Caputaq. decis.
305. part. 2. & ita sæpe sæpius Rota tenuit, vt tradit
Sarnen. de infirm. resign. q. 16. Gig. de pens. quæst. 35.
post num. 6. Achil. de Grass. decis. 7. sed quando fit
124 † anticipatis solutionibus iuxta ea, quæ tradit Paul.
Roma. de pension. quæst. 6. num. 1. Gig. quæst. 87. tunc
extinguitur per supplicationem. ita Mandos. de signat.
grat. titu. extinctiones, col. 2. vers. an super, & practi-
catur tota die, vt dicetur infra num. 128.

125 Quintò extinguitur † translatione pensionis, de qua
re infra dicetur.

126 Sextò, aliquando minuitur † ob contributiones,
de qua re vide Put. decis. 5. lib. 1. & 386. lib. 2. &
quomodo hoc procedat, nam aliquando pensio reser-
uatur libera, aliquando simpliciter, vt habetur in decis.
115. libr. diuers. manuscript. licet de stylo soleat re-
seruari libera.

127 Septimò extinguitur † quoad resignatarium, si illud
beneficium resignauerit, Mohedan. decisio. 2. incip. fuit
facta resolutio, & decis. 277. Oxomen. Mandos. dict.
tit. pensiones, col. 12. vers. quta, de qua re dixi alias,
&c. lib. 1. quæst. 9.

Et regulariter non potest pensio constituta super
beneficio Ecclesiastico redimi sine auctoritate supe-
128 rioris, vt latè † concludit Nauarr. consil. 52. de præ-
bend, quamuis Caietan. tom. primo opuscul. tractat.
17. & tractat. 31. quæst. 10. tenuerit contrarium, ne-
129 que potest † reduci ad minorem summam dato ali-
quo, inscio Papa. Nauarr. consil. 53. de præbend. pa-
ctin omnis sine beneplacito Papæ in spiritualibus vi-
tanda est, vt concludit idem Nauarr. consil. 58. de
præbend.

Nunc autem quàm breuissimè discurrendum est de
clausulis, quæ solent apponi in literis pensionis.

Et primò est sciendum, quòd solet poni causa, cur
130 constituatur. Causæ enim quatuor † referuntur à Paul.
Rom, tract. pens. quæst. 1. num. 12. scilicet literatura,
hospitalitas, præmium, & amor, de stylo sunt in vsu
hæ, vitæ & morum honestas, aliàque laudabilia, vt
per Caputaquen. decis. 318. p. 2.

Et hæc, quæ imponitur ex causa resignationis, ne
nimium dispendium patiatur, vt communiter tradunt
Doctor. superius citati, & de stylo videmus receptum
esse, & hoc communiter, nam quandoque, & sine cau-
131 sa, & sine consensu beneficiati † Papa reseruat pensio-
nem, idque fieri posse tradunt Caputaquen. decis. 316.
p. 2. Put. decis. 193. num. 2. lib. 3. Dec. cons. 141. col. 2.
& cons. 436. nu. 13. Rebuff. de pacific. possess. nu. 110.
vbi etiam scribit ex arresto prolato 1535. ex tribus tan-
132 tum † causis admitti in Gallia, nam imponere pensio-
nem est iuris positiui, & in istis Papa omnia potest, vt
sæpe sæpius est dictum, quamuis scribat Gamb. de po-
133 test. leg. lib. 10. num. 387. in foro † conscientiæ pen-
134 sionarium non esse tutum. An verò † possit ordinarius
imponere pensionem cum causa vide Gig. de pens. quæst.
37. num. vnico, & quæst. 95. num. 11.

Secundò exprimitur fructus, super quibus imponitur
pensio, ad hoc vt possit videri, an illud beneficium
sit capax pensionis, iuxtà ea quæ suprà diximus.

135 Tertiò vt sit † libera ab omni decima, quarta, me-
dia, & quauis alia fructuum parte, etiam pro susten-
tatione classis triremium, & quocunque alio ordina-
rio, & extraordinario onere, nec non subsidio, &
charitatiuo, & quauis alia impositione, etiam pro
reparatione, & fabrica basilicæ Principis Apostolo-
rum de Vrbe, Cruciata sancta, & expeditione con-
tra Turcas, aut alios infideles, seu ex quacunque
vrgenti, vrgentissima, ac de necessitate exprimenda
causa, etiam ad Imperatoris, Regum Reginarum, Du-
cum, & aliorum Principum instantiam, vel alias
etiam de facto impositis, & imponendis, etiam
si in impositionibus huiusmodi caueatur expressè, quòd
pensionarij, quicunque pro rata pensionum suarum
quantumuis exemptarum promissa contribuere tenean-
tur, ita de stylo, de qua clausula uide Put. decis. 385.
lib. 1. Paul. Rom. de pens. q. vlt. Caccialup. eo. tract.
quæst. 17, Gig. quæst. 38. 59. & 90. Dec. cons. 156. Mohe-
dan decis. 234. Put. decis. 20. tit. de pens. Ant. August. decis.
345. lib. 3. Card. Sanctæ Crucis decis. 113.

Quartò, vt soluatur pensio à resignatario, & illius
successore in beneficio.

Quintò, vt soluatur † in Natiuitate D. N. Iesu 136
Christi, & in natiuitate sancti Ioannis Baptistæ, &
hic est notorius, & vulgaris stylus, vt videmus tota
die, & tradit Gig. de pensio. quæst. 93. num. quarto.
Put. decis. 14. libro 3. R. P. D. Seraphin. decis. 32.
visum fuit, & hic quandoque conceditur clausula,
ex qua consueuit destinari † locus pensioni, Gig. de
pens. quæst. 82. Mandos. tract. de signat. grat. colum. 137
10. vers. concedi passim, Cassad. decis. 1. tract. de
pens. quo casu in loco vbi debet fieri solutio termi-
norum pensionis, si non adest principalis, vel pro-
curator ipse resignatarius, qui debet soluere, non
incurrit pœnam priuationis ob non solutionem, ita
fuit conclusum in vna Cremonen. coram domino Pa-
nicarola de anno 1529. & in vna Roman. de anno 1535.
& in vna Barchinon. teste Ptolomæo decis. 65. in ma-
nuscript. vt tradit etiam Mandos. d. tit. de pens. colu.
11. vers. quarto, vbi etiam fuit dictum, quòd non
tenetur neque ad aliquod depositum, Alex. cons. 92.
num. 6. lib. 1. Ruin. cons. 31. num. 5. cum seq. lib. 5.
Dec. cons. 566. num. 5. Gig. de pens. quæst. 77. nu. 11.
Afflict. decis. 316. post. num. 2.

Sextò, imponitur pœna † excommunicationis 138
priuationis per hæc verba. Ac volentes & eadem au-
ctoritate statuentes, quòd ille ex N. & successori-
bus prædictis, qui in dictis festiuitatibus, vel sal-
tem infra 30. dies illarum singulas immediate se-
quens pensionem prædictam per eum tunc debitam
non persoluerit, cum effectu lapsis diebus eisdem
sententiam excommunicationis incurrat, à qua do-
nec tibi, vel eidem procuratori de pensione huius-
modi tunc debita integrè satisfactum, aut aliàs te-
cum, vel cum dicto procuratore super hoc amicabili-
ter concordatum fuerit, prærerquam in mortis articu-
lo constitutus, absolutionis beneficium nequeat obti-
nere. Si verò per sex menses dictos triginta dies imme-
diatè sequentes sententiam ipsam animo, quod absit,
sustinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus: ipsis
dicto beneficio perpetuo priuatus existat, illudque
vacare censeatur eo ipso. Et huiusmodi clausula ex-
communicationis & priuationis quotidie de stylo ap-
ponitur, iuxta ea quæ scribit Gig. de pens. q. 78. Cassad.
decis. 4. loc. & ad hoc, vt dictæ clausulæ excommunica-
tionis sit locus, † requiritur voluntas & factum ipsius 139
pensionarij, Cassad. dec. vnic. loc. & vide late Gig. q. 77.
& à censuris latis in curia ob non solutionem pensio-
nis, & ad effectum agendi etiam vigore commissionis
non datur absolutio, nisi peritu. Ioan. Paul. decis. 32.
& 129. libr. 1. Aduertendum tamen est, quòd licet per
dictam clausulam fiat priuatio, quando reseruatur
regressus ob non solutionem pensionis, tamen per
iudicem canonizatio regressus † venit declaranda, 140
Peregr. dec. 164. lib. 3. vbi etiam refert fuisse decisum in
vna Segobien. pensionis, decisiones in pluribus causis

Google

factas requirentes, vt in cauſa priuationis prima citatio incipiat a principali habere locum, hoc caſu, & iudex non debet canonizare hunc regreſſum reſeruatum
241 ob non ſolutionem † penſionis, niſi principali ſit facta
litterarum intimatio, nam nòn ſufficit notitia vel quòd procurator, &c. prout fuit reſolutum in Rot. in vna Cremen. penſionis, die 10. Decembris 1529. coram Panicarola. teſte Sarn. deciſ. 924. lib. 1. ex traditis per Felin. in cap. quomodo. §. porro. col. ſantepenult. vt lite non conteſt. & in cap. contingit. col. penult. de reſcript. & quia priuatio eſt odioſa.

Septimò, ſolet apponi clauſula etiam, ſi ſuper illis, ſcilicet fructibus aliæ penſiones annuæ, quas- illarumque ſummas, &c. habere placeat pro expreſſis, & quæ exprimi poſſint, in litteris alijs forſan aſſignatæ exiſtant, &c. ſed hæc non conſueuit concedi, quia ſignatura addit *dummodo omnes inſimul illorum medietatem non excedant, vel dummodo præſens & aliæ*, &c. ita Mandoſ. dict. titul. de penſion. colum. 7. verſic. clauſula. & colum. 11. verſ. clauſula etiam, nam aliàs penſio ſecundo loco reſeruata eſſet nulla, vt amplè ſupra dictum eſt, quibus addo, ita etiam fuiſſe concluſum in Rota in vna Tarraconen. coram Aquem. teſte Accorambono deciſio. 16. in manuſcrip. & ideo egemus hac clauſula, cum aliæ penſiones ſunt antea reſeruatæ.

Octauò, ſolet apponi clauſula, etiam ſi in ſolis diſtributionibus quotidianis, & cæt. vt dictum eſt ſuprà, & hac clauſula egemus, cum fructus non ſunt ſufficientes ad ſuſtinendum onus penſionis imponendæ, vt tradit Mandoſ. dict. titul. de penſioo. colum. 8. verſ. penſiones.

Nonò ſolet apponi clauſula, & quod penſio debeatur, etiam ſi nullum ius cedenti competit, quæ clauſula apponitur ad tollendas lites, vt tradit Mandoſ. loc. cit. colum. 5. verſ. clauſula, & dixi ſuprà, hodie autem de raro datur.

Decimò, ſolet apponi clauſula quam primum clericali charactere inſignitus fuerit, hac clauſula egemus,
242 quoties laico reſeruanda ſit penſio, † aut in laicum
transferenda. ita Mandoſ. loco alleg. colum. 6. verſ. penſio.

Vndecimò, ſolet apponi clauſula, quòd annullari, reduci, aut minui non poſſit. Mandoſ. dict. tractat. ſignat, grat. tit. de penſ. colum. penul. verſ. penſio, quæ clauſula multum prodeſt, namque ea non obtenta de creſcentibus fructibus ſeu redditibus, & in alijs quibuſdam prouentibus penſio inualida † redderetur,
243 vel ſaltem ad minorem ſummam reduceretur. Paul.
Roman. de penſ. quæſt. vlt. nu. 5. & ſequent. Caccia. ſup. & Gig. eod. tract. ille quæſt. 7. & 24. iſte quæſt. 35. col. 2. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. ante num. 117. ad fin. Rom. conſ. 316. in 5. dub. poſt. num. 5.

Hinc alias fuit reſolutum, quòd penſio reſeruata, quatenus medietatem fructuum non excedat, ſi conſtet excedere dictam medietatem, reducitur, & debetur pro ea parte, quæ non excedit, & † ſic non annullatur, vt
244 fuit deciſum in Rot, in vna Tiburtin. penſionis, teſte
Creſent. deciſ. 231. in manuſcr.

Duodecimò, ſolet apponi clauſula in qua datur facultas, quòd neceſſarium omnium maior & verior ſpecificatio fieri poſſit, vt tradit Caputaq. deciſ. 196. nu. 7. p. 2. vbi poſt Sarn. regul. de Valor. q. 11. num. 5. dicit multum operari; vel omnium, & ſingularum qualitatum, Caputaq. deciſ. 297. num. 2.

Decimotertiò clauſula ſolet concedi *non obſtante quâcunque dictæ Sedis indulgentiâ generali vel ſpeciali, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus gratiæ dictæ penſionis impediri poſſit, vel quomodolibet differri*, hanc ponit Caputaq. deciſ. 296. num. 8. & 9. p. 2.

Et huiuſmodi clauſula multum operatur, nam tollit omne impedimentum. Alexand. conſil. 134. colum. 4. vol. 1. Caſſad. ſuper regul. Cancell. deciſ. 38. quæ ſeptem clauſulæ vltimo loco relatæ, quandoque conceduntur, quandoque denegantur.

Decimoquartò, ſolet apponi † clauſula, vt penſio 245
ſoluatur poſſeſſione habita, vel non habita: vt in caſu Mohedan. deciſio. 264. fuit obſeruatum, vt ſi in ſupplicatione apponantur hæc verba, poſſeſſione habita, vel non habita, ſignatura deleat *non habita*, vt tradit Mandoſ. de ſignat. grat. dict. titul. penſiones. columna 12. verſiculo ſi ponatur, vbi dicit quòd vltra montes ſolet apponi præſertim in Hiſpania, vt ſoluatur penſio etiam poſſeſſione non habita, & hoc propter difficultatem probandi, an poſſeſſio ſit capta vel non, & quis ſit verus poſſeſſor, ſeu intruſſus, vnde ſtante dicta clauſula,
etiam ſi beneficiatus fructus non percipiat, † ſuper qui- 246
bus impoſita eſt penſio, illam tamen ſoluere debet, vt in ſimili. Dec. conſil. 312. prope ſin. & ſemper vltra montes huiuſmodi clauſula neceſſaria, alioquin nunquam ſolueretur, in Italia verò inquit Mandoſ. loco cit. de raro datur, & ratio eſt, quia de facili penſionarius certior reddi poteſt, an beneficium poſſideat, qui penſionem ſoluere tenetur. Hodiè autem tempore Sixti V. audio in Dataria dari etiam in Italia penſiones cum huiuſmodi clauſula, vt ſolutio ſit facilior etiam in beneficijs impetratis certo modo, quæ clauſula multum prodeſt, cum non hàbens poſſeſſionem liberam, & exemptam, non teneatur ad onera, vt fuit reſolutum in
oneribus, † & etiam in decima Papali per Rot. in vna 247
Cremonen. Prioratus, coram Rubeo, vt habetur libro diuerſ. deciſ. 213. & aliàs fuit reſolutum coram Cardinali Sanctæ Crucis, quòd obligatus ſoluere penſionem poſſeſſione habita, vel non habita, ſi nunquam illam habuerit, poteſt de iuris rigore compelli ad ſolutionem; de ann. 1555. teſte Caputaq. deciſ. 364. libro pri-
mo, verum Rota ſequuta † æquitatem ſemper interpre- 248
tata eſt huiuſmodi clauſulam, vt non extendatur vltrà duos, vel tres annos, vt fuit reſolutum coram Oradino in vna penſionis de Cordellas, de menſe Iunij 1566. & in vna Placent. penſionis, die Veneris 19. Nouembris 1569. coram R. P. D. Seraphino, & in vnæ Valent. penſionis, Mercurij 10. Maij 1581. coram R. P. D. Hippolyto Aldobrandino, nunc Cardinali ampliſſimo, Ant. Aùg. dec. 705. lib. 3. & in vna Gerund. teſte Ant. Aug. loco cit. Rot. enim ſequitur æquitatem, Sarn. deciſ. 134. lib. 1.

Et quandoque ſolet apponi clauſula, de qua in caſu ſequenti, quòd ſi per reſignatarium ſtaret quominus haberet poſſeſſionem beneficij reſignati, penſio cenſetur appoſita ſuper Abbatia, quam poſſidebat reſignatarius, modo euenit, quòd antequam ipſe reſignatarius caperet poſſeſſionem beneficij reſignati, illud reſignauit, & per 20. ann. ſoluit penſionem, poſtea cum mortuus fuiſſet penſionarius petiit penſionem à ſucceſſore in Abbatia, quærebatur in Rota, an penſio eſſet valide poſita. Rot. tenuit affirmatiuè, quia ſtetit per ipſum, & verba litterarum ſunt clara, teſte Gamb. de auct. leg. tit. de penſ. num. 668. verſ. 35. quæ deciſio fuit firmata die 26. Iunii 1522. teſte eodem Gamb. deciſ. 12. Penſio. in manuſcr.

Decimoquintò, quandoque ſolet obtineri clauſula, ſcilicet vt is qui penſionis impoſitioni conſenſit, non poſſit in fauorem alicuius beneficium penſione grauatum reſignare, niſi prius facta ſibi intimatione, ac facta obligatione per reſignatarium ſicut feceratis qui tunc reſignare intendit de ſoluenda penſione cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & cautelis, & cæt. & hanc clauſulam ſemper concedi atteſtatur Mandoſ. tract. de ſignat. lit. penſiones. colum. 12. verſ. quia, & hoc ex eo, quia poſt reſignationem non tenetur. Mohedan. deciſ. 2. & 237. quia abdicant à ſe omne ius, & poſſeſſionem naturalem, & ciuilem, Caſſad. deciſ. 4. num. 3. de reſt. ſpo-
liat. vnde reſignans non tenebitur † ad cautionem ban- 249
chariam promiſſam. Mohedan. deciſ. 191.

Et hæc clauſula datur ob cautelam ipſius penſionarij, ob quam reſignatarius, qui debet ſoluere penſio-
nem, & cautionem dare banchariam, † illamque re- 250
nouare de triennio in triennium, & ita ſolet fieri, cau-

T

tio bancharia datur per aliquem mercatorem de soluendo pensionem, quæ solet durare per triennium, obligatur tamen illam renouare, ad quod tenetur, nisi resignet, nam tunc cum non teneatur ab solutionem pensionis, nec ad præstationem, renouationem banchariæ cautionis tenebitur, ita conclusum fuit in vna Grationopolitan. pensionis, coram Rauellen. die 2. Ianuarij 1539. teste Mohed. decis. 295. incip. Grationopolitan. teste etiam Mandos. d. tit. pensionea. colum. 12. vers. resignans.

151 Et huiusmodi obligatio † in forma Cameræ datur ad efficaciorem cautionem, & faciliorem solutionem, Bursat. cons. 361. lib. 4. Galles. in tract. de form. cam. 1. par. q. 1. & q. 2. ou. 8. & pensionatij interest plures habere obligatos. Put. decis. 21. ou. 11. lib. 2.

Solet de stylo apponi clausula *non obstantibus quibuscunque, &c.* Put. decis. 263. lib. 2.

Fit pensio reseruata, quia Thomas resignauit in fauo-
rem Michaelis in manibus Papæ, & Michael in fauo-
152 rem Hieronymi, & Hieronymus † in fauorem Gregorij,
non dicitur nulla, vt fuit resolutum in Rot. die 4. De-
cembris 1551. in vna Oxomen. Parochialis, de Caual-
lis, coram Guidobono, teste Caputaq. decis. 314. li-
bro 2.

Et quoties mouetur lis super pensione, solet in co-
153 missione apponi † clausula *sine retardatione pensionis*, &
tunc durante lite soluitur pensio, ac si lis non esset, Put.
decis. 35. libr. 2. in manusc. Guidobon. decis. 138. Pe-
regr. decis. 182. libr. 2. Put. decis. 8. & 21. tit. de pen-
sion. Staphil. in tract. de litteris gratiæ, & iust. fol. 154.
ver. quando verò vtraque, Cassad. decis. 10. de rescript.
& ita fieri solitum esse, attestatur Gig. de pens. quæst.
35. & quæst. 85. in princip.

Et hoc est commune, & vulgare in curia, adeo quòd aliquando vidi proponere commissiones in signatura gratiæ, in quibus petebatur, vt durante lite non solueretur pensio, & bonæ mem. Gregorius XIII. nunquam concedere voluit.

Et qui consensit resignationi reseruatâ pensione aut
fructibus, potest rursus consentire antequam resigna-
tarius consentiat, simpliciter absque pensione, & fru-
ctibus, & ex hoc consensu simplici videtur recessum à
primo, vt fuit resolutum in vna Salamantin. canonica-
tus, coram Thoma de Tania 29. Ianuarij 1543. teste
Put. decis. 19. de renunt. in manuscr. & coram Rubeo
4. Martij 1560. vt habetur libr. diuersarum decis. 279. in
154 manuscrip. nam † porrectio supplicationis non perficit
gratiam irreuocabiliter, vt fuit resolutum in vna Sala-
mantin. Decanatus coram Put. teste eod. decis. 17. de
renunciat. in manuscr. 16. Ianuarij 1548. & ideo potest
alia porrigi, & super ea præstari consensus, vt fuit de-
cisum in vna Placent. canonicatus, 19. Octobris 1543. &
23. Ianuarij 1544.

155 Et in reseruatione † pensionis ex causa resignationis requiritur consensus resignatarij, vt communiter omnes dicunt, & ita seruat stylus notorius, vt suprà scripsi, alias nulla est, vt fuit resolutum in vna Compostellan. 16. Nouembris 1551. teste Caputaq. decis. 35. lib. 3. Potest tamen Papa sine consensu dare pensiones, vt fuit pluries resolutum in Rota, & 2. Maij 1586. coram R. P. D. Blanchetto, & dictum est suprà.

lib. 6. quæst. 2. num. 93. Ibi, absque alio consensu.

SEd hoc casu, derogandum erit regulæ Cancellariæ Apostolicæ, de præstando consensu in pensionibus.

Eadem quæst. num. 99. Ibi, etiam si de eo, nihil fuisset expressum in Bullis.

HOc verum, dummodò in signatura Apostolica desuper formata, vel in procuratorio ad resignandum confecto, expressè dicatur, reseruatam pensionem, non solùm per resignatarium, sed etiam per illius in beneficio successores, esse soluendam. Quo deficiente, Credere-mus (¶) successores (Saltem in Gallia) ad solutionem huiusmodi non teneri: De stylo tamen solet hoc exprimi, vt Parisius seq. quæst. num. 12. tradit, idque nos quotidiana docet experientia. Sed diuersum est vbi pensio non resignanti, sed tertio, de titularij possessoris consensu reseruatur: Tunc enim, porrectæ supplicationi, consueuit apponi Decretum Apostolicum: Quòd possessore cedente, vel decedente, aut Ecclesiam (seu beneficium) quomodolibet dimittente, vel amittente, reseruatio huiusmodi cesset, eàque cessante, pensio prædicta extincta sit, & cessa censeatur eo, ipso. Quibus hoc vnum duximus addendum, vt si quis suum beneficium, reseruatâ sibi, super illius fructibus, certâ pensione (centum putà aureorum) resignauerit, & resignatarius reseruationi minoris summæ consenserit, eo casu regulæ de præstando consensu in pensionibus (quatenus minùs sufficienter consensum fuerit) derrogandum sit Singulare illud est, quod Nauarrus consilio 2. num. 6. de rescrip. refert, Quando colitiganti cedenti reseruatur pensio, non inspici an ipse ius habeat in beneficio vel, non. (¶) sine fundamento hoc credit Duclosius, atque ideò intrepidè teneas successores resignatarij indistinctè ad pensionem teneri, etiam & maximè in Gallia, quamuis nec in ipso resignationis procuratorio, nec in supplicatione pensionis, nec in bullis, vbi contingit expediri, aliqua de successoribus mentio facta fuerit; tum quia pensio est onus reale, & reseruatur credenti quoad vixerit; tum etiam quia conditionalis est cessio, seu resignatio; tum denique quia acceptans beneficium pensione grauatum videtur quasi contrahere, & obligare se ad onera beneficio imposita, vt ibi auctor, vnde non solum hypothecaria, sed etiam personali successor tenetur. Vid. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 39. num. 38. & alios & alios passim.

Eadem quæst. nume. 29. Ibi, Dato aliquo, Inscio Papa.

COncordat cum his, quæ suprà, lib. 1. quæst. 8. num. 13. accumulauimus.

Eadem quæst. num. 132. Ibi, & sine causa & sine consensu beneficiati Papa reseruat pensionem.

IN priori tamen casu, non datur clausula, quòd pensio transeat ad successores: In posteriori autem, si resignans pacificè possidat, derogatur regulæ cancellariæ Apostolicæ 45. de præstando consensu in pensionibus Idque fit tantùm quandò resignatarius est absens, & dictus resignans, aliter resignare non intendit. Quòd si non est pacificus, tunc non admittitur reseruatio pensionis pro cedente, absque cessionatij expresso consensu: hoc enim casu, dictæ regulę nequaquam derogatur. Quòd autem pensio, nedum compermutanti (idem de resignante simpliciter in fauorem) Sed etiam tertio constitui & assignari soleat, testatur Quintilianus Mandosius in praxi signaturæ gratiæ. tit. permutationes. versic. permutationes inæqualium. fol. 13. verso, & nos sæpènumerò experti sumus. verum hoc vltimo casu, non datur clausula, quòd pensio solui debeat per resignatarij successorem. vt suprà, hac eadem quæst. num. 99. diximus. Perpetuò tamen notandum, nedum eum Ipsum quà reseruationi pensionis consensit sed & Illius in beneficio successorem (siue is verus resignatarius sit, siue per dicti successoris obitum, sibi canonicè prouisum existat, aut beneficium ipsâ pensione grauatum quomodòlibet obtineat ad pensionis solutionem ei, qui sub eo onere aut resignauerit, aut Iuri cesserit, faciendam omnino teneri: Nec prætextu cessationis ab eadem solutione per triennium, vel vltrà, decreto de pacificis possessoribus se tueri posse: vt rectè censent Sarnensis, in regula de triennali possessore quæst. 50. & Rebuffus, in tractatu de pacificis possessoribus num. 91. Quod nos ita demùm verum esse putamus, si in signatura Apostolica, reseruationem huiusmodi continente, adsit prædicta clausula, quòd eadem pensio transeat ad successores, vel quòd ab eis solui debeat: nec modum lege, aut moribus regni præfinitum, excesserit.

Eadem quæst. num. 136. Ibi, & hic est notorius & vulgatis stylus.

COnsueuerunt etiam pro terminis soluendarum pensionum, aliæ festiuitates, videlicet Resurrectionis

Domini, ac omnium sanctorum, Necnon Natiuitatis, Conceptionis, Assumptionis & Purificationis Beatæ Mariæ virginis, aut etiam festum B. Bartholomei: Necnon locus destinatæ solutionis, pro arbitrio resignantis præfigi, ac designari. Quòd si fortan nulli, in mandato exprimantur loci, & termini, tunc in signatura apponitur huiusmodi clausula, loco & terminis desuper statuendis. Nec minus reseruatio pensionis valeret, si illius persoluendæ terminus, in diem non festum caderet.

Eadem quæst. num. 155. Ibi, potest tamen Papa sine consensu, dare pensiones.

IN Gallia tamen, hoc non reciperetur nisi, regulæ de præstando consensu (de qua suprà, num. 131. mentionem fecimus) derogatum esset (¶) Imò Gallia non curat de huiusmodi regula, neque ideo apud nos necessaria est illius derogatio, quia consensus formalis resignatarii, quem ipsa requirit in expeditione literarum, non attenditur dummodo adsit causalis, id est, reseruetur pensio ex causa resignationis, permutationis, aut concordiæ quibus solum in Gallia reseruari potest, Rebuff. in praxi de reseruat. tam general. quam specialib. num. 23.

QVÆSTIO III.

Quam pœnam incurrat resignatarius non soluens pensionem resignanti, reseruatam in ipsa resignatione, & traditur exactissimè materia regressus reseruati ob non solutionem pensionis. Quando & quomodo reseruatur, ac remittatur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius non soluens pensionem perdit beneficium.*
2 *Regressus ob non solutionem, quare inuentus.*
3 *Regressus ob non solutionem, fuit inductus ob fauorem pensionarij.*
4 *Regressus ob non solutionem pensionis hodiè datur.*
5 *Resignatario recusante soluere, intrat regressus.*
6 *Regressus an detur extrà causam resignationis.*
7 *Potente beneficiario annullari pensionem, datur regressus pensionario.*
7 *Quando pensionarius possit dicere de nullitate, non obstante clausula, quod non &c.*
9 *Clausula*, quod non possit dici de nullitate, *quomodo intelligatur.*
10 *Prouisione existente nullâ, resignans potest redire ad beneficium, & agere spolia.*
11 *Cum locus est regressui, potest apprehendi possessio, propriâ auctoritate.*
12 *Requiritur sententia declaratoria, vt possit apprehendere possessionem, cum locus est regressui.*
13 *In regressu ob non solutionem, non requiritur consensus beneficiarij.*
14 *Procurator non dicitur egredi fines mandati, cum facit contigua.*
15 *Elapsis septem mensibus, intrat regressus ob non solutionem.*
16 *Priuatio hominis æquipollet priuationi iuris.*
17 *In Francia, non admittuntur etiam regressus, ob non solutionem.*
18 *Regressus ob non solutionem, habet locum etiam contra successorem.*
19 *Ex facto mortis successor, in beneficio non tenetur.*
20 *Volente pensionario cessat regressus, & num. 22.*
21 *Donans, qui non reuocauerit donationem ob ingratitudinem viuente donatario, non potest postea hoc facere.*
23 *Regressus pendet à futuro euentu.*
24 *Pœna caducitatis non habet locum, nisi volente domino.*
25 *Facta declaratione domini, cadit emphyteuta ipso iure.*
26 *Dominus non potest declarare pœnam contra emphyteutam secundam, ex facto primi.*
27 *De declaratione Domini constare debet explicitè.*
28 *Propositum in mente retentum, nihil operatur.*
29 *Pœna ad hæredes non transit regulariter.*
30 *Regressui renuntiatur per receptionem pensionis decursæ.*
31 *Caducitas censetur remissa, domino recipiente canonem decursum.*
32 *Dominus recipiens canonem non videtur remittere caducitatem, si protestatus fuerit.*
33 *Protestatio contraria, facto non releuat.*
34 *An remissa parte pensionis, si beneficiatus cesset soluere aliam partem, intret regressus.*
35 *Pensione imposita super pluribus beneficijs, an sit locus regressui contra omnia.*
36 *Vt intret regressus, requiritur iudicis canonizatio.*
37 *Principalis debet intimari, in canonizatione regressus.*

QVæro tertiò, quam pœnam incurrit, resigna-
tarius, si non soluat resignanti pensionem?
communis opinio est, vt † perdat beneficium, 1
nam ex stylo reseruatur regressus ad benefi-
cium resignatum ob non solutionem pensionis, qui re-
gressus non fuit inductus à iure, sed ab homine † reper- 2
tus, vt faciliùs pensiones soluerentur. ita Sarn. de non
tollen. iur. quæsit. col. antepen. vers. 8. modo, Redoan.
de simon. p. 2. cap. 18. num. 2. cum sequen. & cap. 19.
in princ. Gig. de pens. quæst. 99. num. 18. & respons.
46. Gamb. de auct. leg. à lat. lib. 6. de pensio num. 481.
& 495. Put. decis. 293. lib. 1. Crescen. decis. 229. libr.
1. Paleott. decis. 28. aliàs 18. Peregr. decis. 26. libr. 3.
Bursar. cons. 395. nume. 42. vol. 4. qui omnes & alij
communiter fatentur, † inductum ob fauorem pensio- 3
narij, inquit Gamb. num. 459. quod inoleuit practi-
qua moderna, vt constituantur pensiones cum regres-
su, & hæc praxis moderna fundatur in ratione cap. si
beneficia. de præben. in 6. & totius tit. de cond. ob
caus.

Qui regressus † ob non solutionem pensionis etiam 4
hodie dantur, teste Mandos. tract. signat. grat. titu.
regressus. col. 8. vers. regressus. in prin. & tota die pra-
cticamur. namque in literis, in quibus reseruatur pen-
sio dicitur. Nec non dicto N. vel aliquo ex successori-
bus in dicto beneficio in solutione dictæ pensionis de-
ficiente, seu illam ad minorem summam reduci, vel in-
ualidari petente, & cæ. liceat eidem N. liberum habe-
re regressum, accessum, & ingressum, illiusque corpo-
ralem possessionem per se vel alium seu alios propria
auctoritate libere apprehendere, hunc esse stylum atte-
statur Mandos. loco. proximè cit. & esse bonum hunc
regressum attestatur Peregr. decisio. 26. libro tertio, in
manuscrip.

Ex quo colligitur primo, quòd huiusmodi regressus
reseruatur ex causa resignationis, in euentum quòd re-
signatarius recuset, vel differat † soluere pensionem an- 5
nuam impositam super beneficio resignato, Redoan.
dict. c. 18. num. 2. & d. c. 19. num. 1 Gamb. dict. lib.
6. num. 481. Gig. dict. q. 99. num. 22. tract. de pens.
Ratio, ne nimium dispendium, &c. ita Gig. dict. q. 99.
num. 22.

Sed hic cadit dubium, an detur huiusmodi regressus
ob non solutionem pensionis vltra causam resignatio-
nis, vt quia vacet beneficium per obitum, & à Papa im-
ponatur pensio annua super illo beneficio, an conceda-
tur huiusmodi regressus hoc casu in fauorem talis pen-
sionarij? Gig. dict. tract. de pens. quæstio. 99. numero
22. scriptum reliquit hoc casu non † dari regressus, sed 6
apponi pœnam priuationis beneficij, & ita esse stylum
& praxim Romanæ curiæ attestatur.

Sed aduertendum est, quòd in contrarium est stylus,
vt nouissimè attestatur Mandos. dict. tit. regressus, de si-
gnat. grat. columna 7. vt etiam hoc casu passim conce-
datur regressus, & accessus, & hunc esse hodiernum

Digitized by Google

ſtylum tradit Redoan. d. c. 19. nu. 1. Quare concluden-
dum, omnibus penſionarijs ad ſui fauorem dari huiuſ-
modi regreſſum.

Secundò, collige quòd intrat huiuſmodi regreſſus
non ſolum ſi penſionarius non ſoluat penſionem, ſed
7 etiam ſi illam petat annullari, nam datur † regreſſus
etiam in hoc caſu, vt tradit Mandoſ. loco citat. & col-
ligitur ex deciſ. 169. lib. diuerſ. in manuſcr. namq. etiam
propter hanc cauſam reſeruatur regreſſus, quando
etiam petat reduci ad minorem ſummam, vt habetur in
deciſ. 252. lib. diuerſ. in manuſcr.

Vnde iuxta hoc aliàs fuit propoſitum pulchrum du-
bium in Rot. coram R. P. D. Proſpero ſanctæ Crucis
tunc Auditore die 16. Iunij in vna Rom. regreſſus, &
acceſſus, quòd quidam reſignauit canonicatum & præ-
bendam ſancti Io. Lateran. Eccleſiæ reſeruatis 24. du-
cat. penſionis annuæ, cum clauſula, *quorum medieta-
tem non excedebatur*, &c.

Et, cum clauſula, non ſeruante, vel ex quacunque
cauſa etiam rationabili deficiente, ſeu penſionem di-
ctam inualidam effici, aut ad minorem ſummam reduci
peten. liceat eidem reſignanti ad canonicatum habere
regreſſum, & acceſſum, euenit quòd reſignatarius di-
cebat penſionem nullam, quia excedebat non ſolum
medietatem fructuum ſed omnes abſorbebat, quando-
quidem canonicatus ſancti Ioannis non habent fructus,
ſed omnes conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, &
cum eſſet hac ratione per duas ſententias annullata
penſio, fuit dubitatum, an eſſet locus regreſſus per il-
las clauſulas? & prima facie videbatur dicendum quòd
ſic, quia verba ſunt clara, vt non liceat dicere de nulli-
tate, & in claris non eſt opus coniecturis, contrarium
8 tamen fuit † deciſum per omnes de Rota. namque a
principio poſſeſſio non ſubſiſtebat, cum penſio excede-
ret medietatem fructuum, nec obſtant verba clara po-
ſita in illa clauſula, quòd non liceat allegare nullita-
tem, quia intelliguntur, dommodo nullitas non ſit ex-
preſſa Papæ, nam ſi ſecus, &c. Papa vult non eſſe lo-
cum prouiſioni, & tandem clauſula illa intelligitur de
9 alijs nullitatibus, præterquam de expreſſis † & quæ ſunt
extrinſecæ, Felin. in cap. ſignificaſti. nu. 9. de off. de-
leg. Alex. conſ. 77. verſ. 6. lib. 1. Socin. conſ. 65. n. 14.
libr. 1. Deciſ. conſ. 242. nu. 23. Pariſ. conſ. 86. n. 25. vol.
3. Rurſus illa verba poſita in dicta clauſula intelligun-
tur de exceptione nulla & inualida de facto, non au-
tem de iure ita Iaſ. in l. vbi pactum, col. vlt. ff. de tran-
ſact. Hinc fuit reſolutum in Rot. in vna Romana acceſ-
ſus, quòd clauſula, vt non poſſit dici de nullitate, in-
telligitur de facto, non de iure, teſte Oradin. in recol-
lectis deciſ. 5. titu. de clauſul. lib. 1. ſed in hoc cauſa
fuit rurſus dubitatum, an poſſit repetere ſuum benefi-
cium, & agere ſpolio? fuit concluſum affirmatiuè, nam
10 cum † prouiſio ſit nulla, poteſt repetere beneficium &
agere ſpolio, Creſcent. deciſ. 233. in manuſcr. & has
deciſ. relatas habes in libro diuerſ. deciſ. 169. in ma-
nuſcrip. Ex quo nota, quòd nullitas, quæ colligitur, vt
puta per expreſſionem veri valoris, aut aliam ſimilem
cauſam non excluditur per dictam clauſulam, ſicuti ne-
que excluditur nullitas de iure ex ſupradictis, &c.

Tertiò colligitur, quòd ſi petat reduci ad minorem
ſummam penſionem, intrat regreſſus, & circa hoc di-
cunt ſecundo, &c.

Quartò colligitur quòd quoties locus eſt regreſſui
ob non ſolutionem penſionis, poteſt qui habet regreſ-
11 ſum apprehendere † poſſeſſionem per ſe, vel per alium
propria auctoritate, vt colligitur ex verbis claris appo-
ni ſolutis in Bulla.

Aduertendum tamen eſt notabiliter, quia non ſuffi-
cit lapſum eſſe tempus, ſed requitur ſententia declara-
12 toria, † quæ id declaret. ita in terminis Gamb. de auct.
leg. a latet. lib. 6. de penſ. num. 472. per ea, quæ tradit.
Abb. in cap. cum Bertoldus. de re iud. & per ea, quæ
dicuntur in cap. potuit. loc. Hinc alias fuit reſolutum
in Rot. quod clauſula irritaos, in regreſſu ob non ſolu-
tionem, non inficit poſſeſſionem, niſi poſt ſententiam.
teſte Ant. Auguſt. deciſ. 692. lib. 3.

Primò quæritur, an requiratur conſenſus beneficiati
in impoſitione huiuſmodi regreſſus conceſſi ob non
ſolutionem penſionis, & quamuis multa ſcribi poſſent,
iuxta ea quæ ſupra ſcripſimus de penſione quæſt. præce-
denti, tamen vera eſt in hoc opinio & communiter re-
cepta, † vt nullus requiratur conſenſus beneficiati, ſe- 13
cundum quam ſententiam fuit reſolutum in Rot. in vna
Conchen. coram Io. Paulo, 20. Martij 1542. teſte Pur.
deciſ. 293. lib. 1. idem Put. deciſ. 223. lib. 2. & tradit
Ptolom. deciſ. 13. in manuſcr. Ratio duplex aſſignatur,
quarum prima erit, quia huiuſmodi regreſſus acceſſo-
riè datur in pœnam ad fauorem penſionarij, vt ſolutio
facilitetur, vt tradit Gig. dict. tract. de penſ. q. 99. num.
18. & 22. Gamb. de auct. leg. a later. libro 6. tit. de penſ.
num. 481. vnde, &c.

Secunda ratio eſt, & efficax, quia regreſſus conceſ-
ſus ob non ſolutionem, datur eo tempore, quo quis be-
neficio priuatur, nam capit vires poſt priuationem le-
galem, quo tempore iam ſua non intereſt, & ideo eius
conſenſus non requiritur, ſicuti non requiritur conſen-
ſus non conſanguinei, ſi ſtatutum requirat, &c.

Sola enim auctoritas ſuperioris ſufficit. Redoan. p.
2. de ſimon. cap. 18. num. 4. Et ita fuiſſe deciſum in ta-
li reſeruatione regreſſus non requiri conſenſum, atte-
ſtatur Ptolom. deciſ. 13. manuſcr. & ita practicatur.

Et ideo procurator generaliter conſtitutus ad accep-
tandum beneficia cum reſeruatione penſionis, valide
illa acceptat, & regreſſus reſeruatus eſt bonus, quia
cùm faciat id quod de natura actus eſt, & contigua, † 14
non dicitur egredi fines mandati. gloſſ. in c. licet ergo.
8. q. 2. l. vlt. in fin. ff. mandati, vbi Bar. Alex. conſ. 15.
in fin. lib. 2. Ber. conſ. 74. num. 2. lib. 1. modo ſub-
ſtantialiter ſeruetur intentio mandantis. Ferrett. conſ.
208. nu. 22. Ruin. conſ. 93. num. 2. lib. 5. Riminal. Iun.
conſ. 67. num. 40. Menoh. conſ. 37. num. 65.

Secundo quæro, quando intret talis regreſſus? com-
munis reſponſio eſt intrare elapſo termino poſito in li-
teris, Gig. tract. penſ. q. 99. n. 4. verſ. 9. vbi dicit, vt
plurimum de ſtylo curiæ habenti penſionem dari re-
greſſum ad beneficium oneratum penſione ob illius non
ſolutionem, ſi debitor penſionis illam non ſoluit in-
frà 30. dies, & lapſis menſibus 6. † poſt dies 30. ſi ſte- 15
terit in cenſuris pertinaciter iuxtà formam litterarum,
&c. & hunc eſſe ſtylum atteſtatur etiam Rodoan. de
ſimon. par 2. c. 19. nu. 2. & hic. ſtylus notiſſimus eſt
omnib. Apponitur enim pœna excommunicationis, &
ſucceſſiuè priuationis beneficij eo ipſo, ſi intrà men-
ſem, & ſex menſes non ſoluatur penſio, vt tradit Caſ-
ſad. deciſ. 2. num. 3. loc. & ex his collige quòd non ſo-
lutà penſione acquiritur ius ad beneficium, vigore
clauſularum appoſitarum in litteris ex hodierno ſtylo,
ita Sarn. regul. 1. de non toll. iur. quæſ. col. antepe-
nul. verſ. octauo modo. vbi etiam dicit, quòd hæc pri-
uatio hominis † æquipollet priuationi iuris. Felin. in 16
capitul. in noſtra. in ſecundo coroll. de reſcript.

Tertiò quæro, an huiuſmodi regreſſus vbique admit-
tantur? Reſponde, in Francia non admitti † etiam re- 17
greſſus ob non ſolutionem penſionis, vt atteſtatur Gig.
reſp. 46. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. num. 129. Bucſ. conſ.
395. ſub nu. 43. Gregor. Syntag. iur. lib. 17. cap. 17. nu-
mero 30.

Quarto quæro, An huiuſmodi pœna habeat locum
contra ſucceſſorem? diſtingue, aut quæris, an poſſit agi
contra ſucceſſorem in beneficio onerato, ſi ipſe non
ſoluat penſionem, & hoc caſu reſponde affirmatiuè,
Caputaq. dec. 8. p. 5. quia eadem † ratio reſeruandi 18
regreſſus quoad mortuum, militat quoad ipſum, nam-
que Subrogatus ſapit naturam, & cætera. Sarnenſis in
§. fuerat, inſtitut. de act. quia beneficium tranſit cum
ſuo onere, & eo magis, quia de ſtylo ſolet hoc expri-
mi, &c.

Aut vero quæris an teneatur, & poſſit ſucceſſor con-
ueniri ex tertijs decurſis † tempore anteceſſoris & in 19
hoc die regulam eſſe negatiuam, vt tradit Gamb. de

auct. leg. lib. 6. de pension. nu. 462. vbi dicit regulam esse, vt successor in beneficio, neque directè, neque indirectè cogi possit ad soluendum pensiones præteriti temporis, quam regulam ipse Gamb. limitat pluribus modis, ex quibus poteris colligere fallentias ad hanc conclusionem.

Eoque maximè non poterit agere contra successorem in beneficio, si pensionarius tacuit viuente illo,
qui debebat soluere, nam tunc cessat regressus quasi
20 volente, & consentiente. † pensionario ille non soluerit, ita Gamb. dict. lib. de pens. num. 97. vnde contra
successorem non poterit iuuari; nisi constituatur in
mora. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. 1. &
faciunt ea quæ scribunt doctores de eo qui cecidit ab
emphyteusi, Cuman. cons. 164. Hinc si donans non re-
21 uocauit donationem † propter ingratitudinem donata-
rij viuente eo, non potest amplius eam reuocare, gl.
in l. vlt. C. de reuocan. don. & in l. omnimodo. C. de
inoff. test. expresse in cap. vlt. de donat. l. his solis C.
de reuoc. donat.

Quintò quæro, &c. responde, quòd executio denegatur, si non probatur narratiua litterarum pensionis, Mohedan. decis. 304.

Pro complemento sciendum est, quòd regressus in-
22 trat, quatenus pensionarius † declaret, vti velle regres-
su, Cassad. & post eum Put. decis. 34. lib. 2. Caputa-
que. decis. 8. & 10. p. 3. & communiter doctores hoc
volunt.

Hinc dicit Mohed. decis. 338 quòd regressus pen-
23 det a futuro euentu, † scilicet si illum habens, volue-
rit eo vti, arg. not. in l. 2. C. de iur. emphyt.

Ita in simili pœna caducitatis non habet locum, nisi
24 domino volente, vt est communis opinio, teste Curt.
Iun. cons. 109. num. 11. & cons. 110. nu. 23. nam quam-
uis iura velint, quòd si non soluat emphyteuta, cadat
ipso iure, hoc intelligitur & ex magis communi,
& recepta interpretatur ac obseruatur de stylo, si do-
minus directus declarauerit velle esse locum caduci-
tati. Bart. in l. 2. num. 2. C. de iure emphyt. commu-
nis opinio teste Card. Paris. cons. 108. num. 13. vol. 1.
Capoll. cons. ciuil. 25. num. 2. Curt. Iun. cons. 139.
post. nu. 3. Ias. in d. l. 2. num. 5. & factâ huiusmodi de-
25 claratione domini directi cadit ipso iure † absque alia
sententia declaratoria. Ruin. cons. 153. num. 6. lib. 1.
& cons. 57. num. 2. lib. 4. Alca. cons. 6. post num. 22.
lib. 3. Curt. cons. 165. num. 10. lib. 2. Dec. cons. 146.
nu. 7. in fine, & hæc est communis opinio, teste Clar.
§. emphyteusis. q. 9.

Ex quo primò infertur, quòd si habens beneficium oneratum pensione, non soluerit pensionem infrà mensem, & sex menses, vt suprà non priuatur, nec est locus regressui, non declarante pensionario intentionem suam, ita fuit tentum in Rota in vna Gebbenen. Monasterij, 1516. teste Cassad. decis. 2. loc. num. 3.

Et prædictis namque adest tacita conditio, si pensionarius declarauerit voluntatem suam, vt optimè deducit Gamb. dict. tractat. de auct. leg. titul. 6. numero 460.

Secundò infertur, quòd si habens beneficium oneratum pensione, & illam non soluerit infrà mensem, vel sex, aut per annum, & postea moriatur pensionarius, non poterit vti regressu, & agere ad beneficium, contra successorem in illo, quia cum non egerit aduersus mortuum, dum viuebat, videtur remisisse. Ita fuit tentum in Rot. in dicta Gebbenen. Monasterij, coram D. Bartholomæo de Petra sancta, de anno 1516. teste Cassad. decis. 2. num. 3. loc. hoc idem etiam fuit resolutum in vna Toletan. pensionis, die 24. Octobris 1552. coram Reomano, teste Caputaq. decis. 8. par. 3. Ant. Aug. dec. 2. num. 22. lib. 3.

Ita emphyteuta non cadit à iure suo propter alienationem factam irrequisito domino, vel non solutionem
canonis, nisi dominus declarauerit. Alex. consil. 22. lib.
2. & cons. 106. col. 2. lib. 4. communis teste Ias. in
26 dict. l. 2. num. 10. C. de iur. emphyt. si eo † viuente
dominus non declarauerit, non poterit contra eius hæ-
redes declarare. Ita fuit resolutum in vna Bonon. bo-
norum, coram D. Triuultio 1521. teste Cassad. dict. de-
cis. 2. loc. nam videtur remisisse, Et de declaratione
constare debet † explicite, Dec. cons. 146. col. 3. vers. 27
capio secundum; nam voluntas in mente † retenta nihil 28
operatur. l. si repetendi, C. de cond. ob caus. Et regu-
lariter pœnæ ad hæredes † non transeunt. l. vnica. C. 29
ne ex delict. defun. late Ber. in cap. potuit. nu. 70. eum
mult. seque. loc. Et cum reuocatio, & declaratio pæ-
næ fiant propter demerita, & ingratitudinem, non de-
bent transire ad successores, l. quia talc. ff. solut. ma-
trimonio.

Tertiò infertur, quòd recipiendo pensionem decur-
sam, videtur renuntiatum † regressui. ita Cassad. dict. 30
decis. 2. nu. 3. vers. patet. locat. Gamb. de auct. legat.
tit. de pens. num. 488. Ratio, quia ex hoc colligitur,
voluisse pœnam remittere: quia non cadit debitor nisi
volente creditore iuxta ea, quæ communiter volunt
scribentes, in dict. l. 2. C. de iur. emphy. Ita in simili
si dominus recepit canonem temporis præteriti, † cen- 31
setur remissa caducitas. ita vult communis opinio, te-
ste Gig. de pens. quæst. 73. num. 3. a qua non esse rece-
dendum in praxi, tanquam æquiori, & humaniori, at-
testatur Clar. lib. 5. recep. sent. §. emphyteusis. q. 10.
versic. sed hic occurrit. in fin. Quod procedit tam in
emphyteusi priuati, quàm Ecclesiæ. Ruin. consil. 70. n.
24. lib. 5. Alexan. cons. 105. num. 15. lib. 3. Dec. cons.
329. num. 3.

Amplia, vt per Pereg. dec. 349. in manuscr.

Declara primo, nisi pensionarius, recipiendo pensionem decursam, protestatus fuerit. ita Cassad. decis. 2. sub num. 3. loc.

Ita in simili, si dominus recipiat canonem temporis
præteriti, cum protestatione, † non censetur remittere 32
caducitatem, vt est communis opinio, testibus Corn.
cons. 40. in lit. 1. lib. 4. & Clar. quæst. 10. colum. 2.
dict. §.

Ego autem, in praxi vidi obseruari contrarium idque posset iure sustineri, namque huiusmodi protestatio
est contraria † facto, vnde non debet releuare, iuxta ea 33
quæ scribit Clar. d. §. emphyteusis, qu. 13. vers. item
quæro. Et ita etiam in emphyteusi esse, attestatur Ruin.
cons. 110. num. 4. lib. 1. & cons. 151. nu. 12. eod. lib.
Clar. d. q. 10.

Vltima superest quæstio notabilis, pone quòd ex causa resignationis fuit reseruata pensio centum ducatorum cum reseruatione regressus in euentum non solutionis, euenit quòd fuit postmodòm cassata, ex consensu vtriusque partis medietas, ita quòd supersunt 50. scuta, euenit, quòd habens beneficium, tali pensione oneratum non soluit; quæritur an intret regressus?

Pro affirmatiua facit, quia ille tenebatur soluere illam partem pensionis, quæ non erat cassata. Paul. de Cast. in l. qui solidum. ff. de leg. 2. præsertim in princ. Abb. in cap. 1. de mut. petit.

Pro negatiua facit, quia regressus erat reseruatus, in euentum non solutionis pensionis centum ducatorum: Sed nunc est medietas, ergo. & cæt. nam in pænalibus, &c.

Quid dicendum?

Hoc dubium fuit propositum in Rota coram Reo-
mano in vna Abulen. & Toletan. pensionis, in qua fuit
resolutum, quòd de rigore, pensionarius poterat regre-
di ad beneficium, quando partem pensionis non soluit.
Nam pro illa parte non annullata, regressus potest ha-
bere locum. † De æquitate tamen, fuit dictum, vt sol- 34
uatur pensio, & remittatur caducitas. ita Caputaque.
decis. 9. par. 3.

Aliud etiam notabile dubium, fuit disputatum in Rot. coram Prospero de Sancta Cruce tunc auditore Rot. in vna Calaguritan. Canonicatus, & præbend. die 4. Decembris 1551. teste Caputaq. decis. 313. p. 2. Fuerat reseruata pensio cuidam Gregorio 20. ducatorum, 13. super Canonicatu, & præbenda, & septem super

Digitized by Google

quodam beneficio de iure patronatus, cum clausula quòd deficiente Rectore, aut renuente in solutione dictæ pensionis in totum, vel in partem, liceret eidem Gregorio liberum habere regressum respectiuè, & eorundem realem, & corporalem possessionem ingredi. Euenit quod dicebatur alterum beneficium esse de iure patronatus, & per consequens quod pensio super illo reseruata esset nulla. Fuit dubitatum an Gregorio liceret regredi ad omnia beneficia, vel illa verba importent regressum in parte, cum in parte fuerit dictum de
35 nullitate. Fuit resolutum esse locum † regressui, & accessui in omnibus beneficijs, quia pensio prædicta erat de vna re, licet sit imposita super duobus beneficijs ad faciliorem solutionem, & ad maiorem illius validitatem, & facit doctrina Bart. in l. 1. ff. de euictio, & per Capmaq. dict. decis. Vnde potuit Gregorius ad Canonicatum redire.

Et non est omittendum, quòd in regressu hoc reseruato ob non solutionem pensionis, ad hoc vt intret ef-
36 fectualiter, requiritur iudicis canonizatio. † Peregr. decis. 264. lib. 3. Sarn. decis. 124. lib. 1. & communiter alij, & prima citatio debet incipere à principali, ita fuit decisum in vna Segobien. pensionis, teste Peregrin. dict. decis. 264. & iudex non debet canonizare hunc
37 regressum, nisi † principali fuerit facta intimatio litterarum, esto quòd habuerit notitiam vel quòd procurator fuerit intimatus. vt fuit resolutum in vna Cremen. pensionis 10. Decemb. 1529. teste Sarn. d. dec. 124. lib. 1. manusc.

lib. 6. quæst. 3. num. 17. Ibi, In Francia non admitti.

Regressus tamen, in Gallia Sex casibus admitti consueuit: Primo quidem, cum alicui beneficium quoddam, vti per resignationem causa permutationis factum vacans, sibi collatum euincitur Is enim tunc temporis, suum, quod ex simili causa resignauerat, repetere poterit. Rebuffus in sua praxi, tit. de permutat num. 25. Et in §. volumus. in verbo, permutationis versic. etsi permutatio, de collat. in Concord. Secundo autem, quando resignatarius pensionem soluere recusat. Paponius lib. 2. tit. 1. arrest. 60. & hunc ad tertium resignatarium extendi, refert idem Paponius lib. 3. tit. 5. ar. vlt. circa medium. His adde tertium casum, cuius nos suprà lib. 2. quæst. 13. meminimus. Item & quartum, quando videlicet graduatus nominatus incompatibile beneficium ecclesiasticum in mense nominatis præstituto vacans acceptare intendens, dimittit obtentum simile. præuia protestatione quòd illud deserit si secundum obtineat. & non aliàs aliter nec alio modo: Nam si non assequatur secundum, & per eum non stat quominus illud habeat, recurret vtique & regredietur ad primum. vt pulchrè docet idem Rebuffus in dicto §. volumus in verbo, tempore vacationis. versic. nec me mouet per cap. si beneficia. de præben. in 6. (De protestatione etiam videndus Iapus allegat. 110.) Quintum denique & sextum, de quibus nos suprà, lib. 3. quæst. 1. mentionem fecimus.

Eadem quæst. num. 18. Ibi, quia de stylo solet exprimi.

Hæc de re nos latius suprà, præcedenti quæst. num. 99. & num. 111. diximus. Non est ergò cur hic dictis immorando, frustrà membranas occupemus. ca. si Romanorum 19. dist.

Eadem quæst. 3. num. 1. Ex stylo reseruatur regressus.

¶ Apud nos clausula regressus ob non solutam pensionem abusiua est, vt post decreto de reseruat. si blasis contraria. & in fraudem moderationis excedentium pensionum per summorum regni tribunalium arresta recepta inuecta. Molin. ad reg. de infirm. resig. num. 14. & de public. resig. num. 276. nihilominus sive adsit clausula hæc, siue non, mora & contumacia debitoris in non parendo iudici solutionem præcipienti locum facit regressui & tunc possessor priuatus beneficio decursis pensionibus liberatur, quia pœna succedit loco eius quod interest, l. apud celsum. § labeo. ff. de doli except. Gigas de pensionib. q. 75. & q. 76. Melchior Pastor de benef. lib. 3. tit. 12. num. 16.

QVÆSTIO IV.

An pensionarius possit transferre pensionem, & hac sumptâ occasione quindecim ferè quæstionibus tota materia translationis ponitur; & plures casus vtilissimi explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius potest transferre pensionem, si hoc habet in facultate.*
2 *Pensionarijs solet quandoque dari facultas, transferendi pensionem.*
3 *Pensio est onus temporale.*
4 *Translatio pensionis quid sit.*
5 *Translatio in materia beneficiali fit de vna Ecclesia ad aliam, & de vno beneficio ad aliud.*
6 *Pensionarius post translationem, nihil habet in pensione.*
7 *Duplicitur fiunt translationes pensionis.*
8 *Milites S. Petri, habent facultatem transferendi pensionem.*
9 *Milites S. Pauli habent eandem facultatem.*
10 *Milites Pij habent idem priuilegium.*
11 *Milites Lauretani fruuntur eodem priuilegio.*
12 *Conclauistæ habent priuilegiu, transferendi pension.*
13 *Papa solus concedit facultatem, transferendi pensionem.*
14 *Papa in beneficialibus est absolutè dominus, & habet liberam & plenã dispositionem ad sui libitum.*
15 *Legati etiam à latere non possunt concedere facultatem, transferendi pensionem.*
16 *Translatio pensionis odiosissima.*
17 *Pensio potest transferri non in vnum solum sed etiam in plures.*
18 *Filius presbyteri, non potest succedere in beneficio patris.*
19 *Pensio largo modo dicitur beneficium.*
20 *Legitimatus ad omnia beneficia curata & non curata, an ad feuda quoque.*
21 *Pater potest transferre pensionem in filium etiam illegitimum lim. num. 23.*
22 *Prohibitio de benef. non habet locum in pensionibus.*
23 *Concessio translationis pensionis, an facilis.*
24 *Translatio pensionis potest concedi sine consensu habentis beneficium.*
25 *Procurator post obitum constituentis quando præstat consensum.*
26 *Litteræ sequuntur in translationis concessione.*
27 *Concessio translationis pensionis, per clausulas generales non censetur concessa.*
28 *Ex facultate reseruationis, non venit translatio.*
29 *Dispensatio odiosa.*
30 *Facultas transferendi non est de iure.*
31 *In odiosis, omissum habetur pro omisso.*
32 *Mandatum ad consentiendum pensioni non sufficit ad translationem.*
33 *Habens facultatem transferendi, potest quocunque tempore transferre.*
34 *Regula de infir. non habet locum in translatione pensionis.*
35 *Habens facultatem alienandi, potest alienare etiam in vltima voluntate.*
36 *Translatio pensionis an coram executore, ante expeditionem & vide ibid. num 38.*
37 *Translatio pensionis fit duobus modis.*
38 *Translatio pensionis potest fieri, coram constituto in dignitate.*
39 *Milites supradicti possunt transferre pensiones, etiam non ostensis priuilegijs suis ratione militia concessis, & litteris pensionis.*

40.

Digitized by Google

40 *Translatio facta cum schedula lacerata, nulla.*
41 *In translatione pensionis non requiritur mentio aliarum pensionum.*
42 *Narratiua posita in translatione pensionis est verificanda.*
43 *Clericatus probatur per delationem habitus, communem reputationem.*
44 *Translatio pensionis debet fieri secundum formam datam.*
45 *Translatio pensionis est intimanda, habenti soluere pensionem.*
46 *Inter transferentem & translatarium, non fit diuisio sed integer terminus spectat ad translatarium.*
47 *Pensio diuiditur pro rata inter heredes, & Rectorem.*
48 *Translatio pensionis non censetur remissa nisi expressè dicatur.*
49 *Habens pensionem cum regressu potest transfere cum eodem regressu.*
50 *Translatio pensionis est res profana, contra nu. 54.*
51 *Potest dari pecunia pro translatione pensionis.*
52 *Constitutio Pij V. de Confidentia non habet locum in translatione pensionis.*
53 *Transferens pensionem in N. quamprimum clericali charactere, &c. potest percipere fructus donec fiat clericus N.*
54 *Consensus conditionalis, ante conditionis euentum non censetur datus.*
55 *Ius non abdicatur à resignante ante conditionis euentum.*
56 *Dies incertus facit conditionem.*
57 *Clausula, ex tunc, in actu conditionali, quid efficiat.*
58 *Conditio causalis non retrotrahitur.*
59 *Ius pensionis an residrat penes eum, qui habet vtilitatem, vt fit in pensionibus Hispaniæ pro Italis, vel penes eum, qui habet nomen.*
60 *Pensio extinguitur per mortem N. penes quem est titulus pensionis, & non per mortem illius, penes quem est commodum.*
61 *Pensio potest transferri sine scientia Papæ.*

QVariò quæro, An Pensionarius possit pensionem transferre in alium, communia distin-
1 ctio ita se habet vt si reseruata est facultas† illam transferendi, possit, aliàs non, nam
2 quandoque in resignatione beneficij vltrà pensionem † reseruatur facultas transferendi illam pensionem, vt in casu Caputaqueo. decisio. 298. p. 2.

3 Pensio enim † cum sit onus temporale, vt post alios tradit Put. decis. 202. num. 3. libr. 3. morte pensionarij extinguitur, Gig. de pens. q. 1. nu. 5. & ideo de vna ad aliam personam, non potest transferri, vt ab omnibus est receptum. Quoties autem summus Pontifex pensionario concessit facultatem illam pensionem transferendi, in resignatione beneficij absque dubio potest tunc transferre. vt tradit Gig. de pens. q. 12. nu. 2. & communis opinio omnium Docto.

Et quia materia hæc est vtilis, & parum tractata à Doctoribus, non ab re aliqua sunt examinanda ex quibus tota materia in compendium dilucidabitur. Videndum est igitur primo, Quid sit translatio pensionis, 2. quotuplex, 3. quis eam concedat, 4. ex qua causa concedatur, 5. quibus, 6. an indistinctè concedatur, 7. an requiratur consensus, 8. an requiratur expeditio literarum, 9. quando possit tranferri, 10. coram quo possit transferri, 11. quid facere debeat translatarius, 12. fructus ad quem spectent.

Ad primum respondeo, translationem esse mutatio-
4 nem obligationis † soluendi eandem pensionem de vna persona ad aliam, factam, auctoritate Papæ. Namque translatio in materia beneficiali propriè est de vna Ec-
5 clesia ad aliam, † & de vno beneficio ad aliud, can. mutationes. in princip. 7. quæst. 1. vbi pro eodem accipitur translatio, & mutatio. can. si quis iam translatus. 21. quæst. 2. cap. post translationem, de renuntiat. & habemus titulum de translatione Episcoporum, & ibi Hostien. declarat, vnde dicit Mandol. de infir. resign. q. 11. nu. 3. quod verbum istud, translatio pensionis, secundum subiectam materiam nihil aliud est, quàm renunciatio pensionis in alterius fauorem, & sicut ille qui translatus est à Canonibus nihil habet commune cum
priori beneficio, ita pensionarius post translationem † 6
nihil habet in pensione translata, Put. decis. 14. li. 3. Pari. cons. 46. in prin. vol. 4. & sic per translationem pensionis mutatur obligatio soluendi pensionem de vna persona ad aliam, requiritur tamen auctoritas superioris, vt infra dicam.

Ad secundum, dupliciter fieri translationes pensio- 7
num tradit Mandol. in tracta. de sign. grat. tit. translationes pensionum. in princip. ego autem tripliciter fieri existimo, idque verissimum est, primò, obtenta clausula transferendi in assignatione ipsius pensionis, vt tradit Gig. de pensio. quæst. 12. num. 2. & quæst. 88. nu. 8. vt in casu, in quo consuluit Cardi. Paris. cons. 46. in princi. volum. 4.

Secundò quoties fuit imposita pensio absque illa clausola, sed ipsæ partes postea supplicant. quod pensio in fauorem N. per A. soluenda extinguatur ad effectum; vt B. reseruetur, & non aliter, vt in casu in quo consuluit Io. Baptista Ferret. cons. 53.

Hoc enim casu accedente consensu illius, qui habet pensionem, & illius qui soluit, extinguitur prima pensio, & noua creatur, Ferrett. d. cons. 53. nu. 5. Stylus autem docet, quod de forma prius extinguatur prima, & postea de nouo similis reseruetur, Ferret. dict. consil. nu. 10. Gig. de pens. d. q. 88. num. 8. de stylo attestatur Mandol. d. tit. translationes, in prin. & hoc casu, si secunda pensio non assignatur valide cassatio non tenet, Mohedan. dec. 81. & 83. nam solent apponi verba, & non aliter &c. Mandos. loc. cit. col. 1 quæ conditionem faciunt, & sic ante modum impletum pensio prima extincta dici non potest, neque a transferente ius abdicatum Alex. cons. 73 nu. 7. lib. 2. Gozad. cons. 3. ita resolutum in Rot. coram Put. 4. Februarij 1540. teste Mohedan. d. decis. 81.

Tertiò transfertur in vim priuilegiorum concessorum per summos Pontifices. vt tradit Put. decis. 4. de pen. Ant. Aug. decis. 164. lib. 3. in manusc. Mandos. in tract. signat. grat. titu. translationes &c. colum. 3. versic. non omittam.

Quales primo sunt Milites S. Petri: quibus concessa
est facultas † transferendi pensionem vsque ad summam 8
centum quinquaginta ducatorum de Camera, inter alia plura priuilegia, quæ eis concessit Leo X. in erectione huius collegij militum S. Petri, vt habetur in constitutione 36. incip. Sicut prudent ann. 8. & omnia huiusmodi priuilegia confirmauit Clemens VII. in constitutione 16. Ministerio. ann. 3. & huius priuilegij mentionem facit Mando. in reg. de infir. resign. q. 11. num. 9. Put. decis. 344. lib. 2.

Secundò Milites † Sancti Pauli habent etiam hanc 9
facultatem transferendi pensionem ducentorum Ducatorum de Camera, & hoc inter alia priuilegia, quæ eis concessit Paul. II. in erectione, & institutione talis Collegij militum Sancti Pauli vt habetur in constitutione 23. incip. Romanus Pontifex ad onera, annò sexto, quam constitutionem confirmauit Iul. III. vt habetur in constitutione 4. incipien. circum specta anno primo.

Tertiò, Milites † Pij habent facultatem transferendi 10
pensionem ad summam centum quinquaginta Ducatorum de Camera, inter alia priuilegia, quæ eis concessit Pius IIII. in erectione huius collegij militum Piorum, vt licet videre in constitutione 5. eiusdem Pij IIII. incip. Pij patris. ann. 3. & in constitutione 16. incip. cum nos. anno etiam 1.

Quartò Militibus † Lauretanis fuit à S. D. N. Sixto 11
V. cum alijs amplissimis priuilegijs, data facultas transferendi ducentos Ducatos de Camera, vt habetur in erectione huius collegij militum Lauretanorum

in constitutione eiusdem Sixti V. 35. incipien. postquam. anno. 2.

12 Quintò Conclauistæ † qui Conclaui in quo assumptus est ad apicem apostolatus Sixtus V. ab eodem Sixto V. habuerunt facultatem transferendi pensiones vsque ad summam centum Ducatorum, vt habetur in constitutione 32. Circumspecta. anno 11. quod priuilegium fuit etiam ab alijs summis Pontificibus Conclauistis concessum, & concedi nunc à S. D. N. Gregorio XIIII. his qui huic proximo Conclaui interfuerunt, in quo sanctitas sua post controuersiam duorum ferè mensium assumpta fuit ad summum Pontificatum, compertum habeo, cui Conclaui interfui cum Illustrissimo & Reuerendissimo Domino meo Cardinali Montis Regalis.

Ad tertium respondeo, solum summ. Pontificem
13 posse hanc facultatem † transferendi pensionem concedere, vt omnibus compertum est, nam vidimus tota die ab ipso dumtaxat concedi.

Nec contingit dubitari, an Sum. Pontifex possit concedere dictam facultatem, vt in specie tradit Car-
14 di. Paris. cons. 46. num. 1. Quandoquidem † in beneficialibus sit absolutè Dominus, & habeat liberam, & plenam dispositionem ad sui libitum, cap. proposuit. §. licet de concess. præb. Dec. cons. 137. num. 2. & cons. 141. colu. 2. & cons. 624. ante num. 20. & in c. quæ in Ecclesiarum, num. 32. post Fely. num. 60. de constitut. ex quo infertur, quòd neque Ordinarij
15 neque Legati etiam à latere † poterunt huiusmodi facultatem iure suo concedere, vt commmuniter ab omnibus, & de stylo receptum est.

Ad quartum respondeo huiusmodi facultatem transferendi pensionem concedi ea causa bene visa summo
16 Pontifici, namque translatio † est odiosissima, Caputaque. decis. 303. numero 10. part. 2. cum per eam prorogetur seruitus beneficij, Sarnen. de infirm. resigna. quæst. 16.

Ad quintum respondeo, quòd causa subsistente & bene visa conceditur quibuscumque, inficiari tamen non potest, quòd vt plurimum solet dari huiusmodi facultas Cardinalibus, & alijs personis benemeritis.

Et qui habent huiusmodi facultatem possunt transferre in omnes, dummodo idoneos, & non solum in
17 vnam personam, sed etiam † in plures, vt de stylo tradit Gig. de pens. q. 86. ante num. 1.

Sed hic quæritur, an habens huiusmodi facultatem transferendi possit transferre in filium etiam illegitimum? Mandos. tractat. sign. grat. d. tit. translationes, col. vlt. in fi. tenet, quòd non, quia Clem. VII. in constitutione 36. incip. ad Canonum ann. 7. statuit vt filius
18 presbyteri non possit succedere in beneficio † per patrem obtento, nec immediatè, & huius constitutionis verba ponit Gig. de pens. q. 86. circa princip. sub verbo enim beneficij, comprehenditur pensio Ecclesiasti-
19 ca, quæ largo modo † beneficium dici potest. Cle. 2. §. penul. de vit. & honest. cleric. Felyn. in cap. postulasti. num. 8. in 4. declaratione de rescrip. & in cap. de quarta. num. 16. de præscri. latè Caccialup. de pens. q. 30. eò magis, quia in dicta constitutione apponitur dictio, *quodcunque*, quæ importat omnimodam generalitatem. Hinc dicit Dec. cons. 77. col. 2. quòd legi-
20 timatus ad omnia † beneficia curata, & non curata censetur etiam legitimatus ad feudum, cum feudum, largo modo sit beneficium, ita, &c.

His non obstantibus contraria opinio est verior, vt habens facultatem transferendi possit transferre etiam
21 in filium, non obstante dicta † constitutione Cle. VII. quam opinionem in terminis tenet Gig. de pens. quæst. 86. num. 5. vers. prædictis tamen non obstant. Quia ratio prohibitionis huiusmodi, de qua in dicta constitutione, fuit, ne notetur successio in beneficijs, & ne filius ministret vbi pater ministrauit vti patris hæres. cap. ex transmissa. in fi. & cap. ad extirpandas. vbi Anton. de Butr. de fil. presbyt. & latè habetur in cap. 15. Concil. Trid. sess. 25. de reformat. quæ ratio cessat in pensione, vt satis clarum est; ergo prohibitio de bene-
ficio † non vendicabit sibi locum in pensione, vt latè 22
explicat Gig. de pens. q. 28. & eò magis, vbi non adest eadem ratio, & in exorbitantibus, cap. quæ à iure communi. de reg. iur. in 6. cap. is, qui. in fi. de fili. presby. lib. 6. Bal. in cap. 1. §. porro. tit. quæ su. primam caus. amitt. benef. in vsib. feu. ex quibus satis colligitur responsio ad argumenta in contrarium adducta.

Et hoc etiam stante decreto Conc. Trid. c. 15. sess. 25. de reform. quo cauetur, vt incontinentiæ paternæ memoria longissime arceatur à locis Deo consecratis, vt filius non possit habere beneficium in Ecclesia, in qua pater illud habuit, vel habet, etiam si sit dissimile, atque etiam pensionem super fructibus illius beneficij. Nam ibi illud statuitur ob memoriam beneficij, quod habuit pater, in casu nostro secus, nam potuit iste habere pensionem ex causa vt melius sustentari valeat, vnde hæc conclusio esset limitanda,
quando pater habuisset pensionem † ex causa resigna- 23
tionis, ne nimium dispendium patiatur cum facultate transferendi, nam tali casu non posset postea transferre pensionem in filium ex causa suprà relata & comprehensa in decreto.

An possit transferri pensio in Hæreticos? dicas, negatiuè, prout est communis & recepta Doctorum omnium sententia. Sed quid in filios? Doctores distingunt, ego aut non insistam alias enim fuit resolutum, quòd pensio translata ab Episcopo, filio Hæretici. sed qui erat validè reputatus habilis ad pensiones, & beneficia. per 30. annos valet Anto. August. decis. 358. libro 2.

Et si quis transtulit pensionem in scholarem, cum primum clericali charactere fuerit insignitus, potest exigere ante clericatum, decis. libr. miscell. 260. manuscript.

Et huiusmodi translatio facta in scholarem, cum primum clericali charactere fuerit insignitus, non est nulla, sed conditionalis. Paleot. decis. 351. in manuscri. & tradit Hierony. Gabr. cons. 189. num. 7. lib. 2. vbi appellat gratiam conditionalem, vnde respondit, quòd hæc gratia refertur ad diem characteris sucepti. Et propterea ante existentiam & aduentum diei, non potest dici reseruata, cap. si pro te. vbi not. de rescript. in 6. Gemi. cons. 107. in fi. Cassador. decis. 3. num. 6. & 14. de præben. Et clausula ex nunc pro vt ex tunc, refertur tantum ad diem conditionis. Card. & Imo. in cap. 1. de concess. præb. num. 10. Card. Paris. cons. 82. nu. 57. vol. 4. Et per consequens, si ille fuit ordinatus prima tonsura à non suo Episcopo, quamuis prima tonsura non sit ordo, per illam imprimitur character, vt est communis opinio teste Gabr. cons. 181. nu. 3. vol. 2. etiam si non à suo Episcopo recipiatur seruata forma Ecclesiæ. Guid. Pap. decis. 449. communis opinio Doctorum, verum non habet executionem. Guidobon. decis. 99. Cutt. decis. 66. Host. in sum. de temp. ord. nu. 5. Ideo ei non potest reseruari pensio: communis opinio teste Gabr. d. cons. 181. nu. 6. Rebuff. de pacific. pos. nu. 191. ita concludit Gab. d. cons. 189. col. 1. & 2.

Ad sextum respondeo, antiquo tempore de facili
concessam fuisse huiusmodi † facultatem transferendi 24
pensiones. Leo enim X. passim hoc concedebat. vt tradunt Gig. de pens. q. 12. num. 2. in fi. Mandos. q. 11. reg. de infirm. resig. num. 9. Clemens vero VII. & Pau. III. & alij successores difficilius id concedebant, tempore felicis recordationis Gregorij XIII. & S. D. N. Sixti V. vidi obseruari, vt nemini concedatur huiusmodi facultas transferendi pensionem nisi Cardinalibus, aut alijs personis benemeritis de sede Apostolica, & ea causa, & vt plurimum datur dicta facultas in resignatione, nam si Cardinales resignant Episcopatum, & reseruatur pensio mille ducatorum, solet summus Pontifex concedere, & cum maxima difficultate, facultatem transferendi 500. Ducatos, & ita obseruatur, namque non solet concedi, vt possit transferre to-

tam pensionem, sed tertiam partem, vel medietatem,
& hoc fit cum consensu resignatarij, & extra Italiam
facilius conceditur, ita Mandos. tract. de signat. grat.
tit. translationes. col. 2. vbi etiam ver. clausula, dicit
quod clausula, *cum facultate transferendi*, denegatur
in Italia, extra vero Italiam conceditur, id est intelli-
gendum eo modo, vt supra dixi, cum hodie summi
Pontifices se reddant difficiles etiam extra Italiam, &
id solet peti, vt possint remunerare familiares in arti-
culo mortis.

Ad septimum potest summus Pontifex absque dubio
25 sine consensu habentis † beneficium oneratum pensio-
ne concedere pensionario facultatem transferendi,
cum hoc sit iuris positiui, & in istis Papa omnia potest,
sicuti etiam dicimus, quod potest imponere pensio-
nes sine consensu. Gig. de pens. q. 6. Caputaque. decis.
316. p. 2. Gamb. de auct. leg. a later. lib. 10. num. 387.
& hoc tota die communiter practicatur, namque priui-
legium concessum a Leone X. militibus S. Petri, & pri-
uilegium concessum à Paulo III. militibus S. Pauli, &
à Pio IIII. militibus piis, & quod concessum est a Six-
to V. militibus Lauretanis, & Conclauistis circa trans-
lationem pensionis, procedit absque vllo consensu,
immo in allegatis constitutionibus exprimitur, vt pos-
sint pensiones dicti milites transferre etiam sine con-
sensu easdem pensiones soluere debentium, & ob id
etiam derogatur regulæ Cancellariæ de consensu in
pensionibus requisito præstando, ac stylo in similibus
reseruationibus hactenus obseruato.

Sed in aliis duobus translationibus solet dari con-
sensus, namque si concedit Summus Pontifex resignan-
ti facultatem transferendi pensionem, utique tunc præ-
statur ad hoc consensus resignatarij. Ita etiam in con-
cessione alterius facultatis transferendi, prout de stylo
esse omnes Curiales sciunt. Ideo translatio sine con-
sensu habentis beneficium iudicatur inualida. Ant. Aug.
decis. 90. lib. 3. in manuscr.

Qui consensus præstatur, sicuti in pensionibus & re-
signationibus vt dicam suo loco.

Et potest præstari etiam per procurationem, vt om-
26 nibus est compertum, immo † procurator post obitum
constituentis potest præstare huiusmodi consensum,
iuxta ea, quæ tradit Cassad. decis. 1. de renunt. nam-
que semper voluntas durare censetur, donec de muta-
tione appareat. l. cumqui. ff. de probat. l. fideicommis-
sa, §. si rem. ff. de leg. 3. cap. maiores. §. vlt. de bapt.
Capr. cons. 115. immo alias fuit resolutum in Rota, po-
tuisse procuratorem præstare hunc consensum post lap-
sum quadriennij post obitum principalis, vt per Mo-
hedan. decis. 219. incipien. pensionem habens, alias est
15. sub tit. de renunt. Mandos. in dict. tit. translatio-
nes. colum. 2. vers. quærebatur.

Limita, nisi translatio fuisset nulla, nam translatio
nulla, facit, vt non possit procurator consentire post
mortem, in vim supplicationis in vita. Mohedanus dic.
decis. 219.

27 Ad octauum respondeo, † requiri litteras, & ita ser-
uat stylus communissimus.

Facultas enim transferendi non censetur concessa
28 per quascunque † clausulas, Mandos. dict. titu. transla-
tiones. in prin. nisi expresse dicatur, Saro. quem re-
fert, & sequitur Caputaq. decis. 303. num. 2. p. 2. ideo
subdit nu. 3. quòd requiritur specifica mentio. Ex quo
infertur primo, quòd nisi concedatur facultas transfe-
rendi, non censetur data. Secundò infertur, non cen-
seri datam per verba prægnantia, quia cum translatio
sit odiosissima, vt in specie inquit Caputaq. dict. decis.
303. num. 10. par. 2. quia per eam prorogatur seruitus
beneficij. Sarn. de infirm. resign. q. 16. ideo stricta fieri
debet interpretatio, sicut in odiosis fieri debet. Dy. in
reg. odia. de reg. iur. in 6.

Tertiò infertur, quòd si quis habuit facultatem trans-
ferendi pensionem sibi reseruatam, & postea fuit pro-
motus ad Cathedralem vel Metropolitanam Ecclesiam

ac ne pensio vacet, fuerit ei concessa facultas retinen- 29
di pensionem, si etiam specifice non fuit ei concessa
illa facultas transferendi, quamuis sit concessa facul-
tas retinendi, non videtur tamen concessa huiusmodi
facultas transferendi. ita fuit resolutum in vna Aretii
siue Senen. pensionis, inter Cardinalem Mignanellum
& Episcopum Sarn. coram Decano die 3. Iunij 1552.
quæ decisio fuit confirmata die 16. Decembris 1552.
teste Caputaquen. decis. 319. part. 2. ita etiam fuit re-
solutum in vna Mediolanen. pensionis 2. Decembris
1552. coram D. Reomano, teste Caputaque. decis. 313.
p. 2. Ratio est, quia facultas transferendi, non est quid
accessorium ad pensionem, sed est quid extrinsecum,
nec de esse & natura pensionis, ideo erat speciali nota
digna. & hanc Rotæ sententiam docte tuetur Anast.
Germo. in tract. de indult. §. si vero illa. num. 52. &
53. Accedit, quia translatio est odiosissima. Caputaq.
d. decis. 403. nu. 10. cum per eam prorogetur seruitus
Ecclesiæ. Sarn. de infirm. resign. q. 16. Et in odiosis
non fit ampliatio, sed restrictio. reg. odia. de reg. iur.
Et quia retentio est dispensatio. cap cum in cunctis, §.
cum vero. de elect. & † dispensatio est odiosa. cap. 1. 30
de fil. presb. Ideo verba strictè erunt intelligenda.
Gem. cons. 33. col. 4. ver. cum verba, dixi latè in cap.
at si clerici. §. de adulterijs. de iud Accedit quia facul-
tas transferendi † pensionem non est de iure, neque de 31
natura pensionis, imo contra naturam. vt dicit Capu-
taq. decis. 303. nu. 11. & 12. p. 2. cum pensio sit ad tem-
pus, & extinguatur morte pensionarij, sicut vsufructus.
cap. vlt. de pignor. §. finitur, instit. de vsufr. & tamen
dict. facultas operatur perpetuitatem pensionis, post
mortem pensionarij. Sarn. d. q. 16. de infir. resig. Ideo
requirit specialem notam.

Et hoc ampliatur procedere, etiam si in facultate re-
tentionis pensionis data in promotione, adsit clausula
pro expressis haben. &c. namque sub hac facultate &
clausula non intelligitur data facultas transferen-
di, ita inclinarunt Domini de Rota in vna Medio-
lanen. pensionis, coram D. Reomann die 16. Maij 1552.
teste Caputaque. decis. 303. ex rationibus suprà adductis.

Quartò infertur, quod in facultate transferendi pen-
sionem, sunt exprimendæ qualitates & clausulæ quæ
tertio possunt præiudicare, quia facultas transferendi
est digna speciali nota, cum omnibus qualitatibus,
cum sit odiosa, & in odiosis quicquid est omissum ha- 32
betur pro omisso. l. commodissime. ff. de lib & posthu.
cap. odia de reg. iur. in 6. Bellam. decis. 752. Areti.
consi. 7. col. 2. Soc. sen. cons. 9. par. 1. Rot. decis. 331.
in nou. qui omnes loquuntur de hac re, vt tradit Capu-
taq. qui hæc vult in specie decis. 313. p. 2.

Quintò infertur, quòd mandatum ad consentien-
dum pensioni in fauorem N. cum quibusdam † clau- 33
sulis non sufficit ad clausulam transferendi pensio-
nem. ita tenet Rota, & habemus decis. Per. 55. lib. 2.
in manuscript.

Ad nonum respondetur, habentem facultatem
transferendi, posse quocunque † tempore transferre, 34
prout voluerit, etiam in mortis articulo, namque
facultas transferendi solet dari ritè his verbis, cum
facultate pensionem ipsam in totum vel in partem, si-
mul vel successiuè, in vnam vel plures personas Eccle-
siasticas, & quæcumque beneficia Ecclesiastica obti-
nentes per eundem N. quandocumque sibi placuerit,
nominare, etiam in manibus cuiuscunque personæ,
etiam in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu canonici
cuiuscunque cathedralis Metropolitanæ Ecclesiæ, aut
Ordinarij loci etiam in mortis articulo in Romana
Curia vel extra eam, & alias in forma solita latissimè
extensa, absque alio dicti A. qui ad hoc expresse con-
sentit, successorum præfatorum desuper adhibendo
consensu transferendi, &c. Huiusmodi verba ponit
Mandos. tract. de signat. d. tit. translationes pensionum.
colu. 3. vers. clausula potestatis, & ita vidi obseruari,
immo etiam si non fuisset expressum, vt possit trans-

ferri in articulo mortis, poterat dicto tempore fieri translatio, quia non reperiebatur prohibitum, dato quòd de stylo soleret talis clausula apponi, ita fuit resolutum in vna Gerunden. pensionis, coram D. Thoma de Tanis die 13. Maij 1541. teste Put. decis. 6. titul. de pens. aliàs 138. libr. 1. in impressis. Sarnen. in decis. 8. in addit. ad suas regulas in manuscript. vbi per hoc di-
35 cit regulam de infirmis non habere † locum in translatione pensionis, quod voluit idem Sarn. d. reg. de infirm. resig. quæst. 16. num. 2. vbi refert fuisse decisum in Rot. tempore Leonis X. valuisse translationem factam in articulo mortis nutu magis quam verbis, non obstat regu. per plura. Idem concludit Mandos. ibid. q. 12. Ita etiam data in facultate alienandi potest ille alienare non solum inter viuos, sed etiam in vltima
36 voluntate, † l. si quis prioris. §. si certum. ff. si certum petatur, Soc. cons. 43. num. 2, colu. 4. & per hanc & alias multas rationes, posse fieri translationem in articulo mortis, firmant Paris. cons. 46. vol. 4. Gamb. de auct. leg lib. 6. tit. de pens. num. 635.

Solet etiam dari clausula, quòd literis non confectis possit fieri translatio, vt tradit Mandos. d. titul. translationes. colu. 3. quæ clausula multum prodest, quia non requiritur expeditio literarum, & hinc est quod dicta clausula non obtenta, translatio factam co-
37 ram executore ante expeditionem & præsentationem † literarum, est inualida. Rot. decis. 459. in non. Put. decis. 246. num. 2. lib. 3. Gamb. de auct. leg. à later. tit. de pensionibus num. 638. Mandos. loco citat. vers. non nunquam, Roman. cons. 353. ante num. 7. Cassan. decis. 10. num. 16. executor enim Apostolicus non potest iurisdictionem exercere ante expeditionem literarum, & illarum receptionem. Cassad. decis. vltim. nu. 12. de restit. spoliat. Bellam. decis. 10. Card. Paris. cons. 12. num. 18. volu. 4. Mil. in repet. in verb. gratia Apostolica. Crauet. cons. 134. num. 22. Ideo translatio facta per procuratorem literis non expeditis neque præsentatis non valet. Crescent. decis. 198. lib. 1. in manuscript. Put. decis. 8. de probationibus.

38 Limita nisi fuisset † facta translatio coram executore, vigore processus fulminari, nam hoc sufficit, si postea constabit de literis originalibus, ita fuit conclusum in Rot. teste Achill. decis. 2. de off. de leg. in manuscript. in vna Zamoren. pensionis, die 11. Aprilis 1549. teste etiam Put. decis. 546. lib. 4. quia per productionem inserti iudex erat certus de iurisdictione, & iudex potest dare fidem inserto parte non opponente, vt late explicat Put. dict. decis.

39 Ad decimum respondeo † duobus modis posse fieri translationem, vel coram summo Pontifice via supplicationis, in qua petitur quòd pensio absque facultate transferendi assignata cassetur, extinguatur, & annulletur, ad effectum vt similis pensio in fauorem alterius constituatur seu reseruetur, supplicat ille N. tertius, vt sibi pensio huiusmodi assignetur, seu reseruetur, cum clausulis & decretis in prima pensione contentis, ita Mandos. dict. tit. translationes, col. 2. ver. rursus, qui notabiliter dicit, quòd sub illis verbis cum clausulis in prima pensione contentis, non venit facultas transferendi; quia huiusmodi facultas erat personalis, & quia non poterat extendi vltra primam vicem, arg. l. boues. †. hoc sermone. ff. de ver. signific.

Et sub hac forma fit, quoties non adest facultas transferendi, & hoc difficiliter concedi obseruari, & non nisi pro personis valde benemeritis, & si pensio est reseruata super cathedrali, quando proponitur Ecclesia in Consistorio per Cardinalem, optimum esset dicere, quæ est grauata pensione annua mille ducatorum, quæ extinguitur & cassatur ad effectum, vt &c. ita fuit factum in Ecclesia Rossanen. vacante per cessionem hoc anno.

40 Secundò modo † coram aliquo in dignitate constituto. Nauar. cons. 45. num. 1. de præb. per viam contractus vel per viam vltimæ voluntatis, vt latè per Par. d. cons. 46. volum. 4. Et vt plurimum fit coram Notario & testib. nam hoc solet exprimi in facultate concessa transferendi per hæc verba, in eadem curia, vel extra etiam in mortis articulo in clericum seu clericos non coniugatos, per eos eligendos, etiam quemcunque, quocumque & qualiacumque beneficia Ecclesiastica & pensiones obtinentes in totum vel in partem, etiam coram solis Notario & testibus etiam laicis, etiam sine consensu eaidem pensiones soluere debentium.

Ita Milites sancti Petri, sancti Pauli, Pij, & Lauretani possunt transferre & coram persona in dignitate Ecclesiastica constituta & coram Notario & testibus, & sic coram superiore & non superiore, vt expresse habetur in constitutionibus Leonis X. circa milites sancti Petri, Pauli III. circa milites sancti Pauli, Pij IV. circa milites pios, Sixti V. circa Lauretanos, & tradunt Put. decis. 244. in prin. lib. 2. Ant. Aug. decis. 3. & decis. 164. libr. 3. Idem Put. decis. 3. 10. & 161 tit. de pens. Mandos. in locis citatis, Chilan. decis. 111.

Amplia † vt possint hoc facere etiam non ostensis 41
priuilegijs militum & literis pensionis, ita fuit conclusum in vna Sen. pensionis, die 5. Decembris 1545. coram Card. de S. Cruce, teste Put. decis. prædicta 334. lib. 2. ex rationibus ibi allegatis, Ant. Aug. loc. cit. Mandos. in d. tit. translationes, col. vlt.

Vnde alias fuit dubitatum, quia quidam à Notario fieri fecit instrumentum translationis pensionis, prout in isto memoriali, etiam memoriali in totum non lecto, an subsistat translatio; fuit resolutum affirmatiuè in vna Ispalen. pensionis, 13. Octobris, 1545. coram Put. vt ipse testatur decis. 6. de fid. instr. quia transferens fuit confisus de fide Notarij.

Econtrario, † translatio facta cum schedula postea 42
lacerata est inualida, Anto. August. decis. 33. lib. 3. nisi constet de ea, Put. d. decis. 6. de fid. instr. in manuscript. & censetur validè translata, si sit in translatione dictum iuxta formam memorialis, Caputaque. decis. 410, libr. primo, in manuscript.

Et in translatione pensionis non requiritur mentio aliarum † pensionum, Crescent. decis. 240. libro 43
primo.

Narratiua autem posita in translatione est verificanda de † iure. Peregr. decis. 146. lib. 1. in manuscr. 44

Et si translatarius existat in possessione exigendi pensionem, non tenetur verificare literas suas. Mohedan. decis. 158. Put. decis. 8. de probat. eo magis si habeat clausulam, *sine retardatione*, etiam in iudicio possessorio, non tenebitur, Put. decis. 547. lib. 1.

Et si clericus vxoratus transfert pensionem, translatarius sufficit quòd probet clericatum ipsius per delationem † habitus, & communem reputationem. Put. 45
decis. 14. de proba. in manuscript.

Et tandem dicendum est, quòd translatio debet fieri secundum formam † datam. Caputaq. decis. 132. 46
lib. 5. in manuscript.

Ad vndecimum respondeo † translationem esse inti- 47
mandam habenti soluere pensionem, & ita practicatur, vnde habens facultatem transferendi pensionem, (dummodo intimet translationem) infrà tres menses debet intimare, & hoc procedit quamuis non transferat absenti, nam nihilominus tenetur intimare infrà dictos tres menses, Put. decis. 72. de pens. in manuscr. Cassad. decis. 10. de rescript. Gig. de pens. q. 85. nu. 9. Et si pensio fuit translata super pluribus beneficijs, translatarius debet petere pensionem translatam pro rata, ita Paleott. decis. 304. in manuscript.

Ad duodecimum, dum quæritur an translata pensione, terminus proximus sit diuidendus pro rata inter transferentem & hæredem ipsius, ac translatarium, multa possunt allegari pro vtraque parte, quæ omitto cum habeamus in hoc notabilem decisionem Rotæ factam sub die 17. Februarij 1547. in vna Granaten. pensionis, coram D. Prospero de sancta Cruce Cardinali amplissimo tunc Auditore Rot. namque Episcopus

Veronen. babuit facultatem transferendi pensionem
1000. ducstorum super fructibus dictæ Ecclesiæ Grana-
ten. die 4. Decembris 1543. illam transtulit in fauorem
Cardinalis Poli, fuit dubitatum in Rota an terminus
Natiuitatis D. N. qui postea per paucos dies cessit, &
venit, pro rata deberet diuidi inter hæredes dicti Epis-
copi, & ipsum Cardinalem Polum, iuxtà terminos
lib. diuortio. in prin. ff. sol. mat. & iuxta ea quæ scri-
bunt Caccislup. de pens. quæst. 23. & Gig. quæst. 53.
Hoc tamen non obstante contrarium fuit cooclusum,
quòd dicta diuisio fieri non deberet, † sed ille ter-
48 minus integrè ad Cardinalem spectaret, vt attestatur
ipse Cardinalis sanctæ Crucis decis. 126. in manuscript.
Pelegr. decis. 48. in vna Granaten. librò secundo in
manuscript. Put. decis. 14. lib. 3. & ita sæpè fuisse reso-
lutum a Rota, attestatur Gabr. cons. 191. num. 3. vol. 2.
quia allegata in contrarium loquuntur in actu necessa-
rio, nos autem sumus in actu voluntario, vt per
Bart. in lib. vlt. ff. de iure fisci Ros cons. 10. & ante
diem Natiuitatis non cesserat, neque venerat dies:
& sic actio non erat orta cùm ergo actionem orituram
extinguat, & casset, & hoc vltrà in alium transferat,
non reseruato iure quoad fructus præteritos, censetur
illud ius donasse.

Ex quo concludendum; quòd quandocunque fuerit
facta translatio, integer terminus proximus spectat ad
translatarium. Put. decis. 3. & 7. tit. de pens. Peleg.
decis. 48. lib. 2. in manuscript.

Limita nisi sibi reseruasset fructus præteritos. Put.
decis. 14. prope fin. lib. 3.

In necessaria extinctione, quando scilicet moritur
pensionarius, alias Rot. tenuit, esse faciendam distin-
ctionem iuxta terminos l. defuncta. vbi Doctores. ff. de
vsufr. Put. d. decis. 14. lib. 3. Pelegr. dec. 48. lib. 2.
Alexand. cons. 82. num. 1. lib. 2. Sed mutatis Audito-
ribus in hoc articulo Rota mutauit opinionem, & fir-
mauit vt numeratione temporis a factà die reseruatio-
nis pro rata temporis, quo intra illum † annum vixit
49 pensionarius, detur hæredibus, & residuum remaneat
rectori beneficij, ita vt diuisio fiat secundum formam.
l. diuortior. ff. solu. mat. vbi Alb. num. 13. latè Couar.
lib. 2. var. resolu. c. 15. num. 23. vt attestatur Hierony.
Gabr. cons. 191. num. 9. vol. 2.

Et sicuti non censetur data facultas transferendi
pensionem nisi expressè dicatur, vt supra dictum est &
est communis resolutio Doctorum, quòd clausulæ ge-
nerales non suffragantur; Ita non censetur remissa, nisi
50 etiam † dicatur, Caputsque. decis. 308. vbi refert no-
tabilem casum decisum in Rota in vna Toleta. die 8.
Iunij 1554. vel quòd quis non velit vti ea, vt omnib.
clarum est.

Et qui habet pensionem cum regressu ob non solu-
51 tionem, & facultatem † transferendi similes pensiones,
potest transferre cum eodem regressu ob non solutio-
nem, & translatio facta intelligitur hoc modo, ita fuit
resolutum in Rota teste Guidobono decision. 142.

Et translatio pensionis † est omnino res profana, ita
52 sæpius iudicauit Rot. vt attestatur Gamb. de auct. leg.
tit. de pens. nu. 633. idque potest probari ea rationibus
deductis per Gig. de pens. q. 99. vbi quærit, an possit
dari pecunia pro translatione pensionis & per multa
53 concludit † affirmatiuè absque simonia, & faciunt quæ
scribit Sarnen. de infirm. resign. q. 16. numer. 4. & aliàs
ego consului constitutionem Pij V. de confidentia non
54 habere locum in translatione † pensionis, vt suo loco
latius dicam. Hodie autem Rot. tenet, quòd pensio
non sit profana sed annexa spirituali, ita dictum in
vna Britorien. coram Gypsio die 12. Decembris 1588.
& die 3. Martij 1589. Gabr. consil. 191. num. 7. vo-
lum. 2.

Sed dubium est notabile, quòd pluries contin-
git. Titius consensit extinctioni pensionis ad effe-
ctum illius translationis in N. cum primum cleri-
cali charactere fuerit insignitus, & non aliter nec
alio modo, N. non erat laicus, postea effectus
clericus, & per consequens capax translationis
pensionis. Quæritur an potuerit Titius terminos pen-
sionis exigere pendente conditione, scilicet vsque
quo fuerit effectus habilis N. & sic an si perceperit,
teneatur restituere?

Pro negatiua opinione, quòd post extinctionem non
potuerit exigere.

Primò quia summus Pontifex admisit extinctionem
simpliciter, licet ad effectum vt reseruatur N. & post
extinctionem nullũ habet ius, ideo non poterit exigere.

Secundò quia Titius consensit ex tunc pensioni, ideò
ab illa die fuit extinctum omne ius illius, Paris. cons.
82. num. 17. vol. 4.

Tertiò eo magis, quia iam venit dies conditionis,
quia N. effectus fuit clericus.

His tamen † non obstantibus contrariam opinionem 55
in indiuiduo in facti contigentia Interrogatus, cum
lis penderet, tenuit Gab. cons. 185. & cons. 186.
num. 11. lib. 1. cuius opinio mihi videtur in pun-
cto iuris posse sustentari, quia non consensit sim-
pliciter extinctioni pensionis, sed ad effectum trans-
lationis in N. & non aliter, vnde consensus est
conditionalis & ante conditionis euentum, † pe- 56
rinde est ac si non fuisset datus, stante clausula
non aliter. Bal. in l. si quidem. C. de excep. & in Aut.
ingressi. num. 7. C. de sacros. eccl. Alex. cons. 3. num.
5. vol. 1. Ias. cons. 186. num. 16. vol. 3. Soc. sen. cons.
251. vol. 4. lib. 2. vnde ante conditionis euentum
pensio extincta dici non potest, nec ius recessisse à
Titio, §. ea conditionali. Inst. de verb. oblig. Goz-
zad. cons. 3. sicuti ante conditionem impletam bene-
ficium manet resignantis, & † ius non abdicatur 57
ab eo, Butr. & Abb. in cap. cum pridem. de pact. &
communiter Doctores; vt scripsi supra, ex quo se-
quitur potuisse ante modum impletum fructus perci-
pere, cum conditio faciat vt ius maneat cedentis,
& fructus ad eundem spectent, l. necessario. §. quod
si pendente. ff. de pericul. & comm. rei vend. l. vbi
autem. de in diem adiect. Alexand. cons. 73. num. 7. lib.
2. Tiraq. de retract. conu. in fi. num. 63. & sic cum re-
seruatio fuerit conditionalis, nam fuit facta cum pri-
mum clericali caractere fuerit insignitus, & dies in-
certus conditionem † facit, l. dies incertus. de 58
condic. & demonst. sequitur ante conditionis euen-
tum non censeri factam. cap. si pro. vbi notat. de
rescrip. Gem. cons. 107. in fi. Cassad. deci. 3. & 14. de præb.

Non obstant contraria, ad primum respondetur,
quòd non dicitur pensio extincta, nisi quatenus con-
sensus id patitur, sed consensus fuit conditionalis, nec
potest dici ante præstitus, quàm fuerit in N. translata
pensio, Gemin. in cap. 2. nu. 11. de elect. lib. 6.

Ad secundum respondetur in actu conditionali clau-
sulam, ex tunc, † semper referri ad conditionem & 59
nihil antea efficere, Card. & Imo. in Clem. vnica de
conces. præb. num. 10. Cassad. dec. 3. nu. 10. de præb.
Paris. d. cons. 82. nu. 17. vol. 4.

Ad tertium respondetur, conditionem etiam † cau- 60
salem non retrotrahi, sed tempus tantum conditionis
inspici, Oldrà. cons. 229. Cassad. decis. 3. numer. 17.
de præbend. Ancharan. latè in clem. 1. num. 21. de
concess. præbend.

Amplia hanc conclusionem procedere, etiam si
Titius habens pensionem consensisset simpliciter ex-
tinctioni pensionis ad effectum vt reseruetur N. & non
aliter, nam si pensio non potest ex aliqua causa acqui-
ri N. ius non abdicatur à Titio, & poterit fructus per-
cipere, Gabr. cons. 185. nu. 10. ex rationibus suprà
adductis, & tradit idem Gabriel. cons. 186. num. 11.
Ideo idem Gabriell. d. consi. num. 12. infert, quòd si
quis habens facultatẽ transferendi pensionem infra 30.
menses, & consentit extinctioni ad effectum vt reser-
uatur N. quum primum charactere clericali fuerit in-
signitus, si N. elapsis triginta mensibus fuit effectus
clericus, pensio nunquam fuit a Titio abdicata, & po-
test exigere terminos, vt etiam idem consuluit,

& probauit pluribus argumentis idem Gabr. cons. 186. per totum eo. libr. 1.

Et quia de translatione pensionis agi cæptum est, ne aliquid omittatur, quæritur, si Papa concedit alicui pensionem super aliquibus beneficijs cum facultate transferendi, & vult commodum & vtilitatem illius pensionis ad alium spectare, vt quotidie fit in beneficijs
61 Hispaniæ propter eius Regni † ordinationem, an ipsa pensio & ius ipsius resideat penes eum in persona, cuius gratia pensionis facta est, aut penes eum in cuius commodum & vtilitatem tendit pensio? Hoc dubium fuit propositum in Rot. die 13. Februarij 1573. coram R. P. D. Grasso in vna Ispalen. pensionis, & Domini constituerunt tres casus, quorum primus est, quoties sumus in claris, vt quia Papa dixit, concedimus tibi pensionem centum ducatorum super fructibus talis beneficij, reperias Hispanum, qui teneat illam in persona sua, & hoc casu ius residet penes eum, donec aliquis Hispanus nominetur, & in eius personam ius & titulus pensionis conferatur, penes quem erit nudum nomen. Secundus casus in Curia frequentior, quando gratia facta fuit alicui Hispano, & dixit Papa assignamus pensionem hanc N. Hispano propter pragmaticam, & volumus quòd illam exigat ad commodum B. & hoc casu ius residet penes N. nominatum & non penes B. exceptà vtilitate seu commodo pensionis, ea lib. quidam cum filium, & ibi Bal. Ang. & Imo. de hære. insti. ad quam poterit agere actione mandati, non autem ad ius aliquod ipsius pensionis, Bal. in d. l. quidam cum filium, vbi Imo. num. 1. & tenuit Rota 3. Martij 1573. Tertius quando sumus in dubio, & tunc non est recedendum à verbis supplicationum & literarum, & hanc Rota sententiam refert Anast. Germon. de indult. §. si vero illa. numero 56. & habetur in decision. Rot. diuers. impress. Venet. in part. 1. decis. 399.

Et in secundò casu pensio extinguitur per mortem N. penes quem est titulus pensionis, & non per mor-
62 tem B. penes quem † est commodum, vt fuit resolutum in eadem Ispale. die veneris 13. Nouembris 1573. & ita vidi sæpius practicari. Dubium tamen est, an
63 commoditas pensionis possit in alium † transferri sine alia solemnitate, & sine scientia, & consensu pensionarij, affirmatiuam opinionem tenuit Rot. in ead. causa, coram eodem Lunæ 18. Maij 1573.

Et si post translationem moriatur transferens, pensio non extinguitur, vt in eadem causa fuit dictum, & habetur decis. 300. part. 1.

Lib. 6. quæst. 4. num. 23. Ibi, ex causa resignationis.

ERgo extra hunc casum, non prohiberetur pensionis translatio de patre ad filium, quantumuis illegitimum, modò pater ipse, illam transferendi haberet à Summo Pontifice potestatem.

Eadem quæst. num. 39. Ibi, duobus modis posse, fieri translationem. *& num.* 40.

FOrmas autem tàm supplicationis super translatione pensionis, quàm Ipsiusmet, per personam in Ecclesiastica dignitate constitutam, Apostolica auctoritate factæ translationis, videbis amplissimas & pulcherrimas, apud Hieronimum Gigantem, ad calcem (sui de Pensionibus) tractatus. Sed eam non recipit Gallia, nisi in prouincia Prouinciæ. vt testatur Probus in additionibus ad glossam pragmaticæ Sanctionis in §. item quòd vniuersitates in verbo, præsentationis. addit. 6. de Collat. Quinimo hodie, clausula transferendi pensionem tanquam impossibilis, solet omnibus denegari, teste Hieronimo Gonzales In Glossemate ad regulam 8. Cancellariæ de mensibus & alternatiua Episcoporum. glosa 12. num. 88.

Eadem quæst. num. 43. Ibi, non requiritur mentio aliarum pensionum.

HOc verum, præsupposito quòd satis expressæ erant, in creatione vltimæ pensionis, cuius fit translatio secus dicendum in ipsa pensionis constitutione, vbi antiquarum mentione opus est, vt sæpe sæpius ab ipso Parisio probatum est.

Eadem quæst. num. 54. versic. hodie autem.

ET hanc veram & genuinam rationem esse existimò eius, quod Probus addit. 7. ad glo. prag. sanct. in §. item quòd vniuersitates. in verbo, beneficiorum secular. sustinet, pensionem scilicet, non posse pecunia aut alio temporali redimi: & dicentem contrarium, de sacris Canonibus perperam sentire, & in terminis Iuris errare. De Romanæ curiæ stilo est, vt qui habet beneficium, redimere eam possit à pensionario (si ipse velit) ei soluendo pensionem quinque annorum, vt etiam testatur Cardinalis Toletus in summa cap. 83. sed illud fit de licentia & authoritate summi pontificis. teste Nauarro in tit. de constit. consi. vlt. num. 1. circa finem. Tu etiam, si tibi liceat per otium videbis quod nos hac de re, suprà lib. 1. quæst. 8. num. 54. diximus.

Eisdem quæst. & num. versic. Sed dubium. Ibi, N. non erat laicus.

EXpungenda est particula, non, hoc enim satis, & tàm claré denotant sequentia verba, posteà effectus clericus, vt nullum remaneat dubium.

Eadem quæst. 4. num. 54. hodie autem rota tenet quod pensio non sit profana, sed annexa spirituali.

¶ PEriculum e[illegible] adhærere rotæ, & ideò diffide ab ea; nam vt quid annexum rei spirituali dici possit requiritur, vt nedum illi contiguum sit & cohæsiuum, sed intimum & adeò permixtum vt separari nequeat sed in ipsa viuat veluti forma in subiecto totius entis constitutiuum, & cum ipsa pereat, vt videre est in iure patronatus, in quo datur ipsa inseparabilis connexio iuris spiritualis ipsius tituli beneficialis, vt post Menoch. de arbitr. cas. 85. num. 5. optimè deducit Lotter. de re benef. lib. 3. q. 19. num. 78. & seqq. quo fit vt in ipso cadat Simonia, cap. de iure verò, vbi Abbas de iure pat. vnde sola iura incorporalia sunt huius mixtionis seu annexionis spiritualis capacia. At quamuis pensio sit ius incorporeum, quia tamen beneficio non permiscitur, sed tantum illi cohæret, in beneficio non recipitur, sed in fructibus, & beneficio per vnionem vel suppressionem extincto ipsa superstes remanet, dicendum est pensionem esse merè temporalem, nec cuiquam spirituali esse annexam, quicquid semel voluerit rota, quam iure reprobat Lotter. vbi supra num. 91. nec huic doctrinæ quicquam officit quod doctores communiter tradant simoniacum esse pensionem ex causa cessionis vel resignationis reseruatam, pecunia redimere inconsulto Papa. Gygas de pensionib. q. 87. num. 7. probus in addit. ad gloss. Pragmat. Sanct. tit. de collat. in verbo beneficiorum. num. 4. certumque sit simoniam non nisi in re spirituali, vel spirituali annexa committi, cap. quæsitum. de rerum permut. quia simonia hæc non cadit in ipsa pensione pretio redempta, quæ merè temporalis est, nec cuiquam spirituali annexa; sed cadit in ipso beneficio quod hac via videtur venditum, Gygas. probus. Lotter. vbi supra ratio igitur cur pensio non possit pecunia redimi inscio Papa ea non est, quam Duclosius hic genuinam putat, quod scilicet pensio non sit merè temporalis, sed spirituali annexa, hoc enim non est verum per præmissa, sed eam esse constat, quod alias aperta esset via nundinationi beneficiorum, quæ ideò per redemptionem huiusmodi censentur vendita, ex quibus defenditur glossator pragmaticæ Sanctionis contra probum illum loco citato improbè reprehendentem quod indistinctè dixerit pensionem esse quid merè temporale quod verissimum est.

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

An resignanti reseruetur regressus, & summâ diligentia explicentur huiusmodi materia. Quid sit regressus, quando concedatur, ex quibus causis prohibeatur, & alia vtilissima quæstiones.

SVMMARIVM.

1 Resignanti aliquando reseruatur regressus.
2 Antiquitus ignorabatur vsus regressus.
3 Regressus ex quo textu suscepti.
4 Regressus quid faciat.
5 Reseruatio beneficij quid faciat.
6 Regressus quid.
7 Renuntiantibus non datur regressus ad beneficium renuntiatum.
8 Regressus habet causam etiam de Præterito.
9 Regressus facit gratiam conditionalem.
10 Per regressum acquiritur ius ad rem.
11 Regressus ex qua causa detur.
12 Regressus qui fauorabiles, & ampliandi.
13 Post renuntiationem, regressus non datur.
14 Regressus tantum à Papa conceduntur.
15 Coadiutorias solus Papa concedit.
16 Legati à latere non possunt concedere regressus.
17 In regressu, forma tradita consideratur.
18 Regressus intrat, cedente resignatario.
19 Cedente resignatario, in fauorem non est locus regressui.
20 Conditio debet Purificari.
21 Indultum conferendi beneficia vacantia per cessum, non habet locum in renuntiatione ad fauorem.
22 Resignatario moriente, intrat regressus.
23 Decedere quid?
24 Resignatario priuato intrat regressus.
25 Priuatio feudi intelligitur domina valente.
26 Adueniente casu regressus, si resignans non vtitur, non potest postea.
27 Priuilegium strictè interpretatur.
28 Odiosa strictè interpretanda.
29 Habens regressum potest vti sua facultate secunda vice, si Prima erat excommunicatus.
30 Excommunicatus absolutus, omnia iura pristina recuperat.
31 Habens regressum, cum illi locus est potest apprehendere possessionem propria auctoritate.
32 Possessio canonicatus debet, capi capitulariter.
33 Facultas capiendi possessionem, propria auctoritate cessat cum lis est super beneficia.
34 Quæ clausulæ prægnantes possint obtineri in reseruatione regressus.
35 Canonicus rediens ad canonicatum vigore regressus, quem locum debeat habere.
36 Regrediens quos fructus debeat habere.
37 Priuatus an recuperet locum suum, si restituatur.
38 Regrediens tenetur ad pensionem.
39 Statutum Ecclesiæ Hispalen. quid disponat circa beneficiatos.
40 Statutum exorbitans, non extenditur.
41 Regrediens dicitur continuare.
42 In regressu ius nouum.
43 Prouisio ordinarij de beneficio, super quo erat reseruatus regressus, est valida.
44 Regressus tribuit ius ad rem.
45 In reseruatione regressus requiritur consensus beneficiati.
46 Regressus sine consensu valet.
47 Consensus sufficit, vt interueniat quandocumque.
48 Expressum dicitur quod colligitur.
49 Mors omnia soluit.
50 Ingratitudo reprobatur.
51 Ingratitudo, vitium enorme.
52 Consensus suppletur per non contradictionem.
53 Argumentum non valet de casu expresso, ad non expressum.
54 Regressus subreptitius & dolosus est nullus.
55 Primus regressus etiam absque consensu, præualet secundo.
56 Regressus secundus est inualidus.
57 Decretum irritans inficit titulum & possessionem.
58 Spoliatus quando non sit restituendus.
59 In literis regressus, non exprimitur valor beneficij.
60 Probare debet qui opponit.
61 Regressus est nullus, expresso malo valore.
62 Ius non abdicatur à resignante non expressa vero valore.
63 Verba non alias, &c. reddunt actum conditionalem.
64 Habens regressum, non tenetur de aliquo iure docere.
65 Regressus concessus ex causa cessionis sustinetur, quamuis cedens, bonum ius non habeat.
66 Super regressu literæ expediendæ.
67 Supplicatio sola sufficit pro absolutoria.
68 Regressus per decessum, est locus in casu reg. de In.
69 Regressus non continetur sub concordatis Germaniæ, & sub indultis Cardinalium.
70 Coadiutoriæ comprehenduntur sub indultis Cardinalium.
71 Regressus & Coadiutoriæ cum futura successione æquiparantur.
72 Differentia inter regressum & coadiutoriam.
73 Regressus ex causa cessionis, dicitur ex causa onerosa.
74 Regressus ex causa onerosa non dicitur propriè gratia.
75 In regressu omnia narrata debent iustificari.
76 Gratia probanda est.
77 Quæ sint narranda, in regressu.
78 Regressus concessus habenti morbum comitialem, est nullus.
79 An in reformatione sit facienda mentio regressus.
80 In regressu reseruato ratione litis, docendum est de lite.
81 Lis incœpta per procuratorem non habentem mandatum, non dicitur lis.
82 Regressus cessat, quando illum habens non vult vti.
83 Regressus cessat, cum ille patitur beneficium ab alio possideri.
84 Ignorantia præsumitur.
85 Ignorans dicitur iustè impeditus.
86 Regressus cessat per assecutionem beneficij incompatibilis.
87 Regressus cessat per extinctionem, quæ fieri potest absque superioris authoritate.
88 Regressus cassatur solâ voluntate.
89 Extinctio regressus, est actus fauorabilis.
90 Debet extendi consensus in cassatione pensionis.
91 Regressus cassatur per instrumentum, & coram Notario & testibus, & per literas.
92 Tractatus cassationis non cessat regressum.
93 Quando sit licita pœnitentia in cassatione regressus.
94 Reuocans procuratorem datum ad cassandum regressum, non est periurus.
95 Leo X. & Paul. III. quos regressus reuocarint.
96 Regressus omnes & accessus sunt reuocati à Concilio Tridentino.
97 Regressus hodiè exulant à curia Romana, & nemini conceduntur.
98 Regressus qua ratione damnentur.
99 Hæreditariæ successiones in beneficijs repelluntur.
100 Ratio finalis quæ
101 Ecclesia est grauanda minus quàm fieri potest.
102 Res de facili reuertitur ad naturam suam.
103 Beneficia debent conferri personis idoneis, prout de iure requiritur.
104 Votum captandæ mortis prohibetur.
105 Pactiones de futuro hæreditate odiosæ, & plenæ tristissimi & periculosissimi euentus.

QVintò Quæro, An resignanti vltrà pensionem
& fructus possit reseruari regressus, & quando,
& quid requiratur? communis opinio est affir-
1 matiua, nam aliquando resignanti reseruatur † regres-
sus, vt in casibus de quibus per Arago. decis. 41. Cres-
cent. decis. 105. & 229. lib. 1. Achil. de Gras. decis. 323.
Pelegr. decis. 508. lib. 3. Thom. de Tan. decis. 35. Ca-
putaq. decis. 13. par. 3. lib. diuers. decis. 169. 180. &
275. Paleot. decis. 28. alias 18. 13. Octobris in manu-
script. cum alijs quos congerit Mandos. in tract. de
signat. grat. tit. regressus & accessus.
2 Maiores nostros † regressuum vsum ignorasse attesta-
tur Thom. Campeg. de reseru. regress. vbi tamen dicit
ex antiquorum Canonum ratione susceptos fuisse, scili-
3 cet ex cap. cum † pridem. de pac. vbi Alex. IIII. man-
dat quibusdam restitui Ecclesiam & Cappellam, quibus
cesserant &c. quòd erat regredi ad beneficia quæ re-
nuntiauerant, moderna igitur inuentio est, & nouus
4 modus † acquirendi ius ab beneficia nondum vacantia
vt tradit Redoan. in tract. de sim. cap. 18. nu. 30. p. 2.
5 sicuti contigit per † reseruationem beneficiorum, Ioan.
An. in addi. ad Spec. in tit. de conces. præb. in prin.
Stapbil. de liter. grat. in initio, Sarn. in eod. tract. in
præfat. modus quidem nouus inuentus ab homine, Re-
doan. p. 2. c. 18. num. 3.
Regressus est, quando Papa concedit, vt si resigna-
6 tarius præmoriatur † beneficium resignatum reuertatur
ad resignantem, ita Rebuff. in tit. de regress. in princ.
in sua prax. Vnde regressus nihil aliud erit, quam re-
uersio ab beneficium cessum seu dimissum, ita Card.
Paris. cons. 5. num. 8. volu. 4. sequitur Mandos. d. tit.
regressus, in tract. signat. grat. in pricipio, colligitur
ex Oldrad. cons. 275. & col. 2. ver. circa quintum, &
ex lege quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edict. †
7 ibi, remittentibus enim actiones suas non est regressus
dandus, Idem in l. filius. & l. si vnquam. C. de reuoc.
don. can. monachum 20. q. 1. ibi, *& omnes ad sæculum
interdicimus regressus*, cap. ex literis. de dispens. im-
pub. ibi, *ad domum proprium est regressu*, cap. vt qui
duas, in fin. de elect. in 6. cap. si beneficia. de præbend.
lib. 6. 1. Regum c. 25. ibi, *regressi sunt itaque pueri Dauid
per viam suam*, & primo Machab. c. 27. & in psalm. 7.
Cæsar lib. 3. bell. ciuil. & lib. 5. lib. properandum. §.
sin autem. C. de iud. lib. muto. §. vlt. ff. de tut. l. ne-
gotiorum. ff. de app. Oldr. cons. 175. quæstio est. col. 2.
Alex. cons. 83. visa. num. 4. libr. 3. Crau. cons. 511.
num. 3. & cons. 856. num. 22. & cons. 959. num. 1.
Gig. cons. 20. num. 10. Iacob. Æmil. cons. 92. num. 1.
cum seq. Iacob. Menoch. cons. 197. num. 87. volu. 2.
Redoan. de simo. p. 2. cap. 12. num. 2. Staphil. super
commis. & literis iust. vers. in hac parte. num. 96. Ideo
8 dicimus, quòd regressus † habet causam iuris de præ-
terito, non simpliciter iuris de futuro, cùm supponat
ius pristinum sicut priuatio habitum. ita Cassador.
egregriè decis. 1. num. 1. & 2. de pact. Redoan. de simo.
par. 2. cap. 17. Caputaque. decis. 313. num. 2. p. 2.
9 Hinc regressus facit † gratiam conditionalem, sicut
accessus. Cardinal. Paris. cons. 85. vol. 4. Redoan. de
10 simon. p. 2. c. 17. num. 19. & c. 20. num. 9. Et † ac-
quiritur ius ad rem. Sar. de non toll. iur. quæst. colum.
pe. vers. 10. & vlt. casus, Redoan. d. cap. 17. num. 10.
& 11. ideò dicit Gamb. de auct. Leg. a later. lib. 6. de
pens. num. 496. quod regrediens reducitur ad eum
statum, in quo erat ante renuntiationem.
Et huiusmodi regressus nec passim, nec omnibus
dantur, sed tunc † demum, cum adest Ecclesiarum vti- 11
litas, aut necessitas, nulla personarum habita accepta-
tione, ita Campeg. d. opusc. de reseru. regress. num. 4.
vt quia resignans multo tempore seruierit Ecclesiæ,
adeò vt in illa senuerit, vel vt idoneus semel amissus
fuit ad beneficium, nam si postea ob aliquam causam
vtilem, & honestam renuntiat, ei datur regressus, vt si
prius decesserit resignatarius possit redire, & sic de no-
uo præfici beneficio cesso. ita Capeg. loc. cita. Ideo
Rebuff. in prax. in tit. de regress. dicit, non improba-
rem regressus, quando fierent, ex causa, videlicet, quòd
destinatus successor est validè dignus, & is qui resi-
gnat, iam longo tempore Ecclesiæ deseruierit, & nul-
lum aliud habet beneficium, quo senectuti consulat &
viuere possit. Quare improbat Rebuff. regressus qui
fiunt tantum ratione sanguinis, & dicit esse damnabi-
les, scilicet resignanti, resignatario, ac concedenti. Re-
doan. de simo. p. 3. c. 10. num. 9. & idem Rebuff. d. ti.
col. 2. dicit, quòd isti regressus si fiunt ex causa publi-
cæ vtilitatis, vt melius Ecclesiæ deseruiatur sunt † fa- 12
uorabiles, & ampliandi: sin minus damnabiles, & re-
probandi de quibus Papa, Deo optimo maximo ratio-
nem redditurus est.
Et conceduntur regressus in actu renuntiationis, &
pro resignante ex causis, vt dictum est supra & ideò post
renuntiationem † admissam regressus non datur vt tra- 13
dit Bartol. Spina in tracta. de potest. Papæ num. 118.
& hac ratione dicuntur concedi ob causam, vt scribit
Put. decis. 267. num. 5. ex notat. in leg. 1. ff. de donat.
Regressus conceduntur † dumtaxat a Papa, & sunt 14
introducti ex eius plenaria potestate, quam in benefi-
cialibus habet. ita Rebuff. in prax. d. tit. de regressib.
col. 2. in fi. vers. verum vt ad rem veniamus, &c. sicuti
pensiones. Et alia beneficialia, Redoan. de simo. par.
3. c. 8. nu. 1. Et ideo solius Papæ videntur esse, sicuti
concedere coadiutorias cum futura † successione, vt 15
explicat Redoan. d. tract. de Simon. p. 2. c. 19. num. 5.
Et ideò Legatis à latere non de facili permittitur † con- 16
cessio regressuum, vt tradit Gamb. in tract. de auct. Le-
gat. à lat. lib. de pens. nu. 195. Vnde in his regressibus,
iudicari debet prout ex literis Apostolicis concedenti-
bus regressum apparet, & ex verbis signaturæ, ita quod † 17
nihil addatur, sed forma prescripta obseruetur. ita Re-
buff. d. tit. de regress. col. 2. in fi.
Forma autem quà annis elapsis concedebatur regres-
sus passim resignantibus, hæc erat, vt tradit Mandos.
tract. de signat. grat. tit. regressus, col. 2. N. vere ora-
tori ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium
patiatur, quòd dicto P. resignatario cedente vel dece-
dente, aut beneficium huiusmodi dimittente, & alias
quouis modo etiam apud sedem Apostolicam vacante,
liceat sibi ad dictum beneficium quamprimum illud
per cessum seu quamuis dimissionem, vel amissionem,
&c. aut aliàs quomodocumque etiam apud sedem Apo-
stolicam præfatam vacare contigerit, liberum habere
regressum, & ingressum illiusque corporalem possessio-
nem per se vel per alium, seu alios eius nomine pro-
priâ auctoritate, libere apprehendere, &c.
Ex qua forma primo colligitur, quòd regressus con-
ceditur ex causa resignationis, namque vt dixi, hæc est
sufficiens causa, & idonea, vt dictum est de reseruatio-
ne fructuum, & pensione, ne resignans nimium dispen-
dium patiatur ex ipsa cessione. Oldr. cons. 375. colum.
2. Præpos. c. 2. sub nu. 5. 1. q. 3. Gig. de pens. q. 4. nu.
2. & q. 56. Tho. Campeg. in d. opusc. de reseruat. per
totum illum dicursum.
Secundò colligitur, † quòd cedente resignatario in- 18
trat regressus, nam illa verba *per cessum*, interpretantur
per resignationem, vt tradit Mandos. de signat. grat. d.
tit. regressus, col. 2. ver. illa verba, idque communiter
apud omnes est receptum.
Hoc tamen intellige, si resignatarius cedat simplici-
ter, & purè coram Papa vel ordinario. ita Mohedan.

Digitized by Google

decis. 339. sub tit. de renunt. incip. licet regressus sit
impositus. Put. decis. 314. num. 1. lib. 1. sequitur Man-
dos. in tract. signat. verb. regressus, col. 3. ante me-
dium. Vnde infertur, quod resignatarius potest resigna-
re beneficium super quo reseruatus est regressus in fa-
uorem certæ personæ, & tunc non erit locus regressui,
19 † quia aut in supplicatione fuit apposita clausula, *in fa-
uorem N, & non aliter nec alio modo, &c.* & tunc ex-
cluditur regressus per hanc clausulam, ex quo non re-
signat aliter nisi in fauorem N. & hoc agit vt resigna-
tario beneficium quæratur, alias ius a se abdicare non
intendit, & tacitè conditio quatenus ius resignatario ac-
quiratur, quâ conditione non impletâ, resignatio non
potest effectum sortiri, Rot. decis. 7. de renunt. in fin.
Cassad. decis. 3. eod. tit. Caputaque. decis. 83. p. 3. &
communiter, vt supra dixi, quia si non acquiritur ius
resignatario, non potest dici purificata resignatio, cuius
20 † purificatio requiritur, ad not. in lib. si pecuniam. ff. si
cer. pet. & sic ius remanet penes resignantem, sicut
quando renuntiatur beneficium iurispatr. sine consensu
patroni, ius remanet penes resignantem, vt fuit deci-
sum alias in Rot. coram Rauellen. Aut verò resignatio
fit in fauorem N. absque dicta clausula, *& non alias, &c.*
& tunc etiam conditio præmissa subintelligitur, vt
fuit alias in Ro. decisum teste Put. decis. 6. de renud.
quia resignans intendit, vt resignatario beneficium ac-
quiratur, vnde illa tacita conditio vera reddi debet,
lib. qui pecuniam. cum ibi not. ff. si cer. pe. l. qui bal-
neum, & l. potior. ff. qui poti. in pign. habean. Cesal.
cons. 22. nu. 40. & cons. 56. num. 23. vol. primu. & se-
cundum hanc opinionem iudicauit Rot. die 28. Aprilis
1542. in vna Cæsenaten. parochialis S. Domitij coram
Domino Sarnen. teste Mohedan. decis. 338. alias 341.
licet regressus sit impositus, de qua etiam attestatur
Put. decis. 314. lib. 1. & ita etiam fuit conclusum in
vna Bononien. Monasterij die 28. Februarij 1558. coram
Illustrissimo Paleotto, teste Caputaquen. decis. 82.
lib. 1. in manuscript. Card. Paleot. decis. 48. in Bono-
nien. Monasterij ver. regressus. Ita etiam si quis habet
indultum conferendi beneficia per cessum, vel decessum
21 † etiam in Curia, indultum intrat quando vacant per
cessionem simplicem in manib. Papæ, quia tunc vacant
beneficia, secus per cessionem in fauorem, nam hoc
casu non dicitur vacare, nisi in fauorem illius admitta-
tur, vt fuit resolutum in vna Tranen. & Firman. prio-
ratum coram Illustrissimo Cardin. S. Crucis 28. Ianua-
rij 1548. in Indulto Cardinalis Rodulphi, teste Put.
decis. 523. lib. 2. & dixi latè lib. 1. q. 3.

Vnde ex mente Rotæ, vt habeat locum regressus per
cessum, requiritur, quòd resignatio fiat in manibus or-
dinarij, nam tunc intrat regressus: nam coram ordi-
nario non potest fieri resignatio nisi simpliciter, vel si
fiat coram Papa simpliciter, quod de raro accidit. Ideo
inquit Mandos. loco citato. quòd regressus per cessum
parum operatur, nisi fiat renuntiatio in manibus ordi-
narij. Cauti autem in regressu per cessum faciunt ap-
ponere clausulam per cessum etiam in fauorem certæ
personæ, ita admonet Mohedan. dict. decision. in fin.
& dari huiusmodi clausulam attestatur Mandos. loco
citato.

22 Tertiò colligitur, † quòd moriente resignatario po-
test ad illud beneficium regredi, stante concessione re-
gressus, quia illa verba, *per decessum*, interpretantur
per mortem cum *decedere*, † capiatur pro mori, lib.
23 Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testamen. l. 1. §.
seu. vers. Idem Scæuola ait. ff. ad Syllan. l. lege Cor-
nelia. ff. de testamen.

Quartò colligitur, quòd si resignatarius consequa-
24 tur beneficium incompatibile † vel priuetur, quòd in-
trat regressus, & resignans consequitur beneficium iam
resignatum, quia illa verba *sed quamuis dimissionem
aut amissionem.* hoc important. ita Mandos. di. tracta.
de signat grat. tit. regressus, colum. 5. versicu. vltra
illa verbo. Mohedan. decis. 120. Sanctissimus Domi-
nus Noster Paulus. in manuscrip. colligitur ex Put. de-
cis. 314. num. 7. lib. 2.

Ex quo infertur, quòd regressus intrat ex quatuor
capitibus, scilicet, per cessum, per decessum, per asse-
cutionem incompatibilis, & per priuationem. Amplia-
tur procedere, etiam si his quatuor modis beneficium
vacet in Curia, namque solet exprimi, *etiam si apud
Sedem Apostolicam, &c.* quod nullum habet dubium,
quoties exprimitur.

Dubitatur tamen, quid si beneficium resignatum, su-
per quo reseruatus est regressus, vacet vno modo ex
quatuor superius relatis, si ille qui habebat regressum
non ingreditur possessionem beneficij, an si postea alio
modo vacet, possit vti regressu? hoc dubium accidit
in Rota, & fuit iudicatum valdè difficile, nam bis fuit
propositum, D. Ioann. Paulo causam proponente. Nam-
que N. habebat regressum per cessum, vel decessum,
vel aliam quamcunque amissionem, fuit locus iuri re-
grediendi per assecutionem alterius incompatibilis, &
hoc sciuit N. ac dimisit regressum. Dubitabatur an
possit expectare, vt iterum fiat locus regressui per de-
cessum, & si fuerit locus an possit regredi ad benefi-
cium? Pro affirmatiua allegabatur, quia illa clausula
apponitur ad fauorem & commodum illius, pro quo
regressus reseruatus est, vnde videtur etiam electio sibi
reseruata, vt eligat regressum ex qua causa malit, ar-
gumen. leg. vbi autem. §. qui illud, aut illud. ff. de
verb. oblig. & leg. illud. a contrario sensu. ff. de constitu.
pecun. & potuit vnum ex illis modis regrediendi pro-
priâ auctoritate, & sine superioris iniuria remittere, vt
dicitur in pensione. Præposit. in can. Agathosa. dict. in-
ctio. 63. & practicatur communiter in feudo, vt priua-
tus feudo propter feloniam † intelligatur, si Dominus 25
voluerit, ad not. per Bald. in l. vlti. n. 4. de reuocan.
don. l. 2. & ibi Glo. C. de iur. emphyteut. latè Cassa.
deci. 2. locat.

Contrarium tamen conclusit Rot. die quinto De-
cembris 1539. quòd regressus fuerit verificatus in pri- 26
mo euentu † & per consequens consumptus taliter, vt
non possit habens regressum amplius illo vti, teste Mo-
hedan. decis. 120. in tit. de præbend. incip. S.D.N. Pao-
lus, Ptolom. decis. 62. alias 90. Quia verbum *quod*
potest referri ad plures actus, tunc refertur ad primum
actum, quando primus actus consumit effectum secun-
dùm intentionem loquentis, vt in casu nostro, ita
egregiè Bal. in l. inuitus. ad si versi. tu dic. C. de pro-
curat. quam doctrinam sequitur Ias. in l. diuortio, §.
quod in anno. num. 12. & seq. ff. sol. matr. & facit tex.
in cap. non potest. §. illud autem de præb. libr. 9. l.
boue. §. hoc autem sermone. vbi late Tiraquel. de
commuoi. ff. de verb. obli. Felio. in cap. 2. de treg. &
pace. Vnde beneficium illud semel vacans, per assecu-
tionem alterius, non poterit amplius vacare per deces-
sum eiusdem personæ, saltem illud ius, quod ante be-
neficiatus habebat. Ideo dicendum in prima vacatio-
ne esse consumptum regressum, c. mandato. & ibi Ge-
min. & Franc. num. 1. & seq. libro 6. de præbend. &
quia illâ facultate vsus non est suo tempore, aliam vi-
detur remittere, quod potest absque superiore, sicuti
dictum est, & ita remouentur contraria.

Ad quod accedat, quia priuilegium continens præ-
iudicium tertij strictè † est interpretandum. Card. Paris. 27
cons. 75. num. 25. & 38. vol. 4. Idem cons. 101. nu. 59.
vol. 1. optimè cons. 9. num. 3. vol. 4. eo magis, cum
simus in odiosis, in quibus strictissima fit interpretatio,
† regul. odia. enim ibi no. per Dy. & addentes, de reg. 28
iur. in 6. Hinc scribit egregiè Gambar. de Legat. à lat.
lib. 6. de pens. num. 498. quod postquam regressus est
semel suspensus, perinde est, ac si beneficium tempore
resignationis fuisset liberum, &c.

Rursus quæritur, an si habens regressum reperiatur
excommunicatus, quando illi locus factus est, puta
quia moriatur resignatarius, qui obtinet beneficium
super quo est reseruatus regressus, & beneficium con-
feratur alteri, an habens † regressum, si erat excommu- 29
nicatus tempore quo mortuus est resignatarius, si po-

ftea abfoluitur poffit petere beneficium vigore regref-
fus ? in Rota die 21. Ianuarij. 1581. fuit conclufum af-
firmatiuè, vt refert Gambar. decif. 44. incip. coram
Paulo in manufcript. & hanc conclufionem firmat.
Mandof. in tract. de fignat. grat. titul. regreffus. col. 8.
verf. quarto an. & cæt. quia quamuis tempore adue-
mentis cafus regreffus erat inhabilis, arg. cap. paftora-
lis. de cler. excommunic. & in hac materia confidere-
tur habitus tempore vacationis beneficij, cap. ei cui.
de præb. libr. 6. Fel. in cap. eam te. col. antepenult.
verfi. tempus datæ. de refcript. tamen quia excommu-
30 nicatus abfolutus, † qui non neglexit abfolutionem,
omnia iura priftina recuperat, can. maximum 1. quæft.
7. Abb. in cap. primo, per quos fiat inueftit. in vfibus
feud. vbi dicit, quòd recuperat ius fidelitatis. late Fe-
lin. in cap. cum inter. col. 9. de except. Idem Fel. in
cap. fignificauerunt. num. 14. eod. tit. communiter
Doctores, faciunt quæ fcribunt Moderni Peruf. de re-
ftitut. in integ. quæft. 7. art. primo.

31 Quintò colligur † quod habens regreffum, cum illi
locus eft poteft apprehendere poffeffionem beneficij li-
berè propriâ auctoritate, vt oftendunt verba illa appo-
ni folita in conceffione, illiufque corporalem poffeffio-
nem per fe, vel per alium feu alios eius nomine pro-
priâ auctoritate liberè apprehendere, &c. quæ verba
operantur, vt quis non teneatur apprehendere poffef-
fionem cum fuo executore. arg. l. fed fi hac leg. poft
princip. ff. de in ius vocam. l. creditores, & ibi Bartol.
C. de pignor. Parif. conf. primo num. 176. vol. 1. &
confilio 45. num. 3. volum. 3. in regreffu tamen cano-
nicatus, hæc verba pofita. *vt qui habet regreffum poffit
propriâ auctoritate apprehendere poffeffionem*, non ex-
cludunt confenfum Capituli, nam non obftantibus ta-
32 libus verbis poffeffio debet capi † capitulariter, im-
portant tamen, vt non teneatur capere poffeffionem
cum executore, Ideo requiritur confenfus capituli, ne
Papa videatur præiudicare tertio, ita fuit conclufum
die 11. Maij 1543. tefte Put. decif. 20. lib. 2. atteftatur
etiam Th. de Tan. decif. 35. in manufcript. vbi dicit,
quòd illa verba, *propriâ auctoritate* operantur, vt pof-
fint fine minifterio iudicis & executoris, fed non exclu-
dunt folemnitatem feu formalitatem apprehenfionis, vt
requiritur. Innocent. in capitu. in literis. de reftitut.
fpoliat. nam canonicis poffeffio capitulariter eft danda,
vt fuit refolutum in vna Columbrien. canonicatus. die
5. Octobris coram Peregrin. tefte eodem decif. 3. lib. 3.
etiam per procuratorem debet capi poffeffio capitula-
riter, vt fuit refolutum in vna Brixien. Canonicatus,
coram Cardinali Paleott. die 17. Maij 1559. tefte Ca-
putaque. decif. 22. lib. 1.

Secundò limitatur non procedere, fi fuiffet defuper
lis introducta, nam quamuis ex forma refcripti videa-
tur habere facultatem regrediendi, & poffeffionem ca-
33 piendi † propriâ auctoritate, fi tamen lis fuit defuper
introducta, non poteft vti dictâ facultate lite pendente,
aliàs videtur attentaffe, vt fuit conclufum in Rota, in
vna Roman. beneficij S. Petri, primo coram Cotta 10.
Iulij 1568. & 3. Decembris eodem anno deinde idem
firmatum fuit die 2. Maij 1569. R. P. D. Seraphino
proponente, vt refert Robert Lancelott. de attent.
cap. 4. ampl. 1. n. 14. Amplia hanc limitationem pro-
cedere, etiam fi in illo regreffu adfit decretum irritans
vt fuit decifum in Rot. tefte eod. Lancellott. c. 14. q.
2. nu. 73. cum feq.

Sextò colligitur, quòd poteft poffeffionem capere
per fe, & per procuratorem, quod non habet dubium,
Ideo aliàs fuit refolutum in Rota, coram R. P. D. Ru-
beo in vna Ifpal. canonicatus, die 22. Iunij. 1561. quòd
fi quis refignauit in fauorem N. referuato regreffu, con-
tra quem N. obtinuit poftea duas fententias, & feque-
ftrum, quod fuit exequutum, fi moriatur N. & refi-
gnans capiat poffeffionem vigore regreffus, non vio-
lat fequeftrum, & non incidit in pœnas Clem. ad
compefcendum. de fequeftr. poffeff. vt habetur lib. di-
uerf. decifio. 196. in vna, &c.

Septimò & vltimo colligitur, quòd non requiritur
alia expeditio literarum, &c.

Solet etiam quandoque obtineri alia claufula, quòd
liceat regredi ad ius perinde, ac fi nunquam refignaffet
feu ceffiffet, tam vigore prioris tituli, quam etiam
præfentium, † vt tradit Simonett. decif. manufcrip. 74. 34
incip. bulla regreffus plerumque habet claufulam,
quem fequitur Mandof. de fignat. grat. dict. tit. re-
greffus. col. 5. verf. in regreffu, idem Mandof. in eodem
tractatu, tit. fructuum referuationes. colo. 5. verfic.
conceffus, quæ claufula operatur plures effectus, quo-
rum primus erit notabilis, vt qui agit ex regreffu, non
teneatur aliquo modo docere de iure ceffo, vt obtine-
re poffit, ita conclufum fuit in duabus caufis, tefte
dict. Simonett. dicta decif. manufcript. 74.

Secundus effectus erit valdè memoriæ commendan-
dus, vt fi quis refignauit canonicatum & præbendam
referuato fibi regreffu, cum dicta claufula, *in omnibus,
& per omnia*, ac fi nunquam refignaffet, fi moriatur
refignatarius qui refidebat in loco inferiori poft omnes
canonicos, refignans redit ad canonicatum, † & con- 35
fequitur locum, quem ante refignationem habebat,
tàm in choro quàm in capitolo, ita iudicatum fuit per
maiorem partem dominorum de Rot. coram Macera-
ten. vt atteftatur Put. decif. 35. titul. de præbend. in
manufcript. Mandof. de fignat. grat. tit. fructuum re-
feruationes col. 2. verfic. conceffus alias fuerat, pro
qua facit text. & quod ibi notant communiter DD. in
leg. 1. ff. de leg. 1. nec obftat fi dixeris, quòd refignans
amittit poffeffionem ciuilem, & naturalem in fauorem
refignatarij, Ioann. Andr. Imol. Abba. & alij in capit.
folicite, de reftitut. fpoliat. ergo illam amifit etiam
quoad locum in choro, & quoad capitulum, quia ref-
pondetur, quod hæc retinuit ex conceffione Papæ, dum
effet locus regreffui, & vbi habemus verba expreffa
principis, fruftrà dubitamus, l. Ancillæ, C. de furt.
Decius confil. 484. nu. 1. Socin. Senior. conf. 12. num.
2. lib. 2. Roland. confil. 77. num. 77. num 5. lib. 1.

Tertius effectus deducitur ex præcedenti, vt fi no-
uus canonicus debeat percipere fructus pauciores, &
foluere aliquid, vel aliud quid facere, hoc non habe-
bit locum in ifto, qui per viam † regreffus cum dicta 36
claufula confequitur canonicatum, nam iura & ftatuta
loquentia de acquifitione poffeffionis, vt detur nouus,
& vltimus locus, vt non habeat tot honores quot ha-
bent antiqui, & cætera, non procedunt regrediente,
feu retinente, cap. fi benefic. ibi, *libere reuertantur* de
præben. lib. 6. & inter retentionem feu regreffum, ac
ingreffum, ad immiffionem feu acquifitionem poffeffio-
nis, magna eft differentia. vt tradit Alex. conf. 83. n. 4.
& feq. lib. 2. Hinc egregiè dicit Felin. in cap. ex infi-
nuatione. ad fi. de Simon. vbi ponit regulam, quòd
priuatus † non recuperat primum locum, limitat pri- 37
mo hanc regulam non habere locum quando non fuit
priuatus, fed fimpliciter amotus, at in cafu noftro non
poteft dici priuatus, cum nullum commiferit deli-
ctum.

Quartus effectus, quia egredientem ad eum ftatum
reducit, in quo erat ante renunciationem, Rot. decif.
101. in antiq. quam ad hoc citat Gamb. de auctor. Le-
gat. à lat. lib. 6. tit. de penf. num. 497.

Sed iuxta hoc quæritur, quid fi tibi refignaui bene-
ficium, cum referuatione regreffus per ceffum, vel de-
ceffum, referuatâ etiam tertio penfione centum duca-
torum, an fi poftea moriatur refignatarius, & fit locus
regreffui, ego tenear ad dictam penfionem? & quam-
uis primâ facie videatur refpondendum non teneri,
cum regreffus reducat regredientem ad ftatutum, in
quo erat ante renuntiationem, vt fupra dictum eft con-
trarium tamen eft verius quia Papa iam certus de re-
greffu referuat † penfionem, quare eadem ratione idem 38
erit in cafu, quando refignaui tibi referuato regreffu,
tu poftea refignafti N. fufpenfo regreffu, & referuatâ
penfione pro nepote, aut alio confanguineo, nam fi
poftea moriatur N. ego teneor ad penfionem, ita Petr,

Andr. Gamb. in tract. de leg. à later. lib. 6. de pension.
num. 498. vers. contrarium est verum.

39 Quintus effectus † est, quia statutum Ecclesiæ Ispa-
len. quo cauetur. quòd filij, & descendentes per li-
neam parernam vel marernam vsque ad secundum gra-
dum ex hæreticis seu reconciliatis, non possint de cæ-
tero obtinere canonicatus & præbendas, aut assequi,
aut aliquod ius in eis acquirere, non comprehendat
illum qui post dictum statutum ex causa resignationis
cuiusdam portionis illius Ecclesiæ de dicta portione
obtinuerat sibi reseruari regressum, prout fuit decisum
in Rot. coram D. Marsicano de mense Februarij 1542.
in vna Ispa. portionis inter Episcopum Solis, & Ioan.
Morigliam teste Put. decis. 267. lib. primo, quia dictum
statutum quamuis sit factum in fauorem fidei, vt Eccle-
sia Ispal. purgaretur à viris suspectis, & infectis hu-
iusmodi labe, tamen in quantum comprehendit des-
cendentes ex linea materna vsque ad secundum gra-
dum est exorbitans à iure, vt patet in cap. statutum. de
Hæret. lib. 6. Item odiosum, quia in damnum alterius.
Bart. in l. prima col. 2. circa prin. ff. de verb. signif.
ergo cum statutum sit odiosum & exorbitans, cum lo-
40 quatus in acquirentibus ius in beneficio, † non debet
extendi ad continuationem iuris. Glos. in cap. ea quæ.
de reg. iur. in 6. Rip. in l. si constante. num. 78. ff. solut.
matr. Menoch. primo remed. recuper. poss. num. 20.
DD. communiter in regul. odia de regu. iur. in 6. Sed
habens regressum dicitur ius suum quod habebat con-
tinuare. arg. l. qui sic. ff. sol. matrim.

Et sic infertur, quòd qui regreditur ad beneficium;
41 dicitur continuare † ius suum, quod habet, ita Put.
decis. 266. num. 4. libro primo, & alibi idem Put. de-
cis. 226. num. 11. libr. 3. dicit, quòd regressus est con-
tinuatio primæui iuris, & fingitur quòd nulla interue-
nerit vacatio.

Et ideo regressus dicitur habere causam de præteri-
to, non de futuro. Cassad. decis. 1. num. 1. & 3. de pact.
Redoan. de simon. part. 2. cap. 17. & cap. 18. num. 26.
Mandos. tractat de signat. grat. tit. regressus. col. 4.
vers. regressus, Put. decis. 197. num. 13. lib. 1. ex ra-
tione superius allata.

42 Et quamuis † causa sit de præterito, Ius tamen no-
uum est, ita Put. dec. 146. num. 5. lib. 2. Ideo fuit reso-
lutum in Rot. coram D. Paulo die 30. Maij 1544. in vna
Palentina præstimonij, in qua Rodericus ratione fami-
liaritatis Cardinalis sanctorum quatuor Coronatorum
Præstimonium ipsum habuerat, sed post mortem ipsius
Cardinalis, illud resignauit reseruato regressu, postea
facto loco regressui, ipse Rodericus resignans obierat,
43 & Ordinarius de illo prouidit, fuit dubitatum † an
prouisio valeret? quidam dicebant negatiuè, quia be-
neficia semel affecta, &c. & quia regressus habet cau-
sam de præterito, tamen fuit affirmatiuè conclusum,
teste Put. dict. decis. 146. libr. 2. quod valebat, quia
per prouisionem factam resignatario, affectio expira-
uit. Rot. decis. 282. & 881. in antiq. & decis. 181. &
170. in nou. & ideo per resignationem capitauit illa
affectio, & fuit locus regressui, licet ea causa de præ-
terito, tamen nouum ius fuit.

Et ideo scribunt communiter DD. regressum tribue-
44 re † ius ad rem. Æneas de Falcon. de reseruat in 47.
effect. num. 11. vers. nouus modus, Gig. de pens. quæst.
99. num. 5. Sarn. in prima quæstione de non tollen.
iur. quæsi. num. 4. in vlt. casu, Cassad. dict. decis. 1,
num. 1. de pact. & decis. 4. de priuileg. Mandos. loc.
cit. & alij quam pluses, & qui eum habet, dicitur ha-
bere spem. ita Redoan. de simon. par. 2. cap. 17. nu. 14.

An autem in reseruatione regressus requiratus con-
45 sensus habentis beneficium? affirmatiuam † opinionem
tenuit Thom. Campeg. in opusc. de reseruatione regress.
num. 3. & hanc opinionem videtur tenuisse Rot. in
vna Roman. clericatus S. Petri die 12. Decembris 1541.
coram Episcopo Ranclien. vt tradit Mohedan. decis.
112. manuscr. Ambrosius de Resta, Ioan. Paul. decis. 14.
lib. 1. Mohedan. decis. 96. Crescen. decis. 173. in fin.
lib. 1. in manuscript. Pelegrin. decis. 135.

Ratio quia cum fiat præiudicium resignatario, non
potest renuntiare, ergo requiritur consensus.

Secundò quia requiritur in pensione, vt est commu-
nis opinio.

Tertiò sicuti pactiones de ventura hæreditate odio-
sæ sunt antequam hæreditas referatur, & contra bonos
mores, & plenæ pessimi euentus viuente eo, & igno-
rante de cuius rebus pacisentes conueniunt, & prop-
terea detestandæ, & legibus vetitæ, si tamen ipse de
cuius hæreditate tractatur consenserit, licebit ipso
sciente huiusmodi pactiones seruare. l. vltima. cum ibi
tradit. C. de pactis. Ita, &c.

Negatiuam opinionem videtur firmare Put. decis.
147. num. 7. lib. 1. vbi dicit, quòd regressus sine con-
sensu potest per Papam concedi, idem vt Caputaque.
decis. 11. num. 2. & 3. p. 3. in impress. & hanc opinio-
nem tenuit Rot. quòd regressus valeat sine consensu, 46
teste Ptolom. decis. 13. in manuscrip. & hanc etiam
opinionem firmauit Rot. in vna Acheronntin. Monaste-
rij coram Oradino 4. Maij 1554. teste Caputaq. decis.
21. parte 3. hoc idem tenet Cassad. decis. 1. num. 4. de
pact. 9.

Primò quia iure cautum non reperitur, quòd in re-
gressu per resignatariũ debeant præstari cõsensus, vnde
cum non sit lege cautum, requiri de necessitate non
debet. l. 3. §. vlt. de procur. cap. 2. ne sede vacan. Old.
cons. 202. in regressu enim hoc non est præscriptum,
sicuti in pensione per reg. de præstan. consens. Ideo, &c.
Quid tenendum?

Placet posterior sententia ex plurimorum opinione
comprobata, ac recepta in Rot. & de stylo, cum Papa
regressum ad sui libitum concedat, vt inferiùs dicetur,
& si esset necessarius consensus resignatarij, vtique
fuisset hoc expressum in regulis, prout de pensiono
exprimitur. Oldr. cons. 202. Quidam Monach. Cœpol.
cons. 16. col. 2. ad fin. vers. 6. Cranet. consil. 90. Rector.
nu. 2. vers. 2. valet, & resignatarius acceptando ipsam
resignationem in qua reseruatus est regressus, latè di-
citur consentire, iuxta ea quæ fuerunt notabiliter dicta
per Rot. in vna Cæsaraugustan. Archipresbyteratus de
Darrocea coram Marsican. de qua per Ptolom. dec. 26.
taciti enim & expressi eadem est virtus. ad tradita in l.
cum quid. ff. si cert. pet. & sufficit vt talis consensus † 47
colligatur vel interueniat quandocunque, ad not. per
Bar. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. iussum ff. de acqui-
rend. hæred. egregiè Mohedan. decis. 89. incip. in ea-
dem Parochiali, in manuscrip. & expressum satis di-
citus † quòd colligitur. Bart. in l. vxorem §. agri pla- 48
gam. ff. de leg. 3. Bald. in l. fideiussor. §. meminisse. ff.
de leg. primo. Curt. Inn. cons. 160. num. 9. cum alijs,
vt per Cefal. cons. 133. num. 8. & 135. nu. 20. lib. 1.
Cranet. cons. 161. num. 2. in fin. Hinc dicit Mohedan.
decis. 97. Incip. reperiebantur. tit. de regress. col. 2. in
manuscript. Quòd ad validitatem regressus, nec de
iure nec ex regulis Cancellariæ, aut ea stylo requiritur
consensus.

Nec obstant in contrarium allegata, quia primum
tollitur, cum nullum præiudicium generetur resignata-
rio, quando quidem potest ipse renuntiare in fauorem.
Mohedan. decis. 338. alias 341. Caputaq. decis. 83. li-
br. 1. in manuscr. Paleot. decis. 48. & communiter est
receptum, vt scripsi suprà, & nihil ipsius interest an
post mortem suam beneficium suum deueniat ad resi-
gnantem vel ad alium, cum mors † omnia soluat. §. 49
deinceps. Auth. de nupti. Gulicl. Benedict. in cap. Rai-
nutius, verbo, si absque liberis moreretur. fol. 24. nu.
51. immo potius debet desiderare vt deueniat ad resi-
gnantem ratione gratitudinis. Imol. in cap. vlt. in 5.
not. de donat. Fortun. Gars. in lege ius naturale. num.
40. ff. de Iust. & iur. nam ingratitudo † legum & Ca- 50
nonum auctoritate reprobatur, c. octaua discussio 12. q.
2. Dec. cons. 686. num. 13. nam vitium † enorme & de- 51
testabile nuncupatur, Io. And. Abb. & alij in cap. vlt.
de donat. Ang. Aret. tract. maleficiorum verbo &

Digitized by Google

ad querelam, verſ. nonò repellitur. num. 26. Afflict.
decis. 282. secundo dubio, Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 10.
vol. 1. Mari. ſingul. 415. Coraſ. in l. qui liberatus ff. de
adopt.

Et quatenus per reſeruationem regreſſus ei afferatur
præiudicium, per tacitum conſenſum ſatis dicitur ap-
probare, Pariſ. conſ. 16. num. 96. vol. 2. & conſ. 51. nu.
4. vol. 4. & conſ. 112. num. 24. eod. vol. 4.

52 Et conſenſus ſuppletur † per non contradictionem,
Card. Pariſ. conſ. 41. num. 27. vol. 4.

Nec obſtat illud de penſione, quia in ea expreſſum
eſt per regulam de præſtan. conſenſ. vt tradit Caputaq.
dict. deciſ. 11. num. 4. p. 3. ergo non valet argumen-
53 tum de caſu expreſſo ad non † expreſſum, iuxta ea quæ
ſcribit Curt. Iun. conſ. 49. num. 8. & conſ. 134. num.
4. Gra. conſ. 44. num. 61. lib. 2.

Nec obſtat tertium argumentum, quia eſt à remo-
tis, vnde l. Papinianus ff. de minor.

Nec obſtat deciſio Rotæ relata, quia ex alia cauſa
fuit ita deciſum ibi, namque Ambroſius de Reſta habe-
bat clericatum ſancti Petri de vrbe, & Iacobus de Bruſ-
co prioratum ſancti Spiritus, tempore Leonis fuit ſi-
gnata vna ſupplicatio, in qua dictus Ambroſius reſigna-
uit clericatum ſancti Petri in fauorem Iacobi, & idem
Iacobus reſignauit prioratum in fauorem Ambroſij
cum reſeruatione annuæ penſionis ducatorum 24. fuit
præſtitus ab vtroque conſenſus ſuper hoc. Poſt mo-
dum idem Iacobus poſt primam ſupplicationem ſigna-
re fecit aliam ſupplicationem ceſſionis, in qua idem
Ambroſius cedebat dictum clericatum, & Iacobus prio-
ratum cum reſeruatione penſionis dictæ, hoc tamen ad-
dito in dicta ſecunda ſupplicatione, quod per ceſſum
vel deceſſum à dicto Ambroſio eidem Iacobo reſer-
uaretur regreſſus, literæ fuerunt expeditæ ſecundum
formam primæ ſupplicationis, poſt plurimos an-
nos idem Ambroſius mortuus eſt, & fuit facta prouiſio
prioratus per mortem Ambroſij, Iacobus accepit poſ-
ſeſſionem vigore regreſſus. Ideo dubium fuit, an re-
greſſus eſſet validus ex eo, quia erat ſine conſenſu fuit
per omnes die 12. Decembris. 1542. concluſum, eſſe in-
54 ualidum, quia regreſſus erat ſubreptitius, † & dolo-
ſus, namque dicebatur quòd vtraque pars ſupplicabat,
quod non erat verum, & ex alijs ad hoc tendentibus,
vt per Mohedan. dict. deciſ. 112. Ambroſius, vnde hæc
deciſio non obſtat, & per conſequens Domini de Rota
in hac quæſtione non ſunt varij, ſed concordes, quam-
uis contrarium affirmauerit Mandoſ. dict. tit. regreſſus,
col. 5. in principio, verſ. an autem regreſſus. Poteſt
igitur reſeruari regreſſus ſine conſenſu, reſeruatur ta-
men aliquando cum conſenſu, & ſic vtroque modo, vt
voluit Caſſado. relatus a Mandoſ. tract. de ſignat. grat.
tit. regreſſus. col. 4. verſ. acceſſus.

Quapropter ſi duo ſint reſeruati regreſſus, quorum
primus ſit abſque conſenſu, ſecundus autem cum con-
ſenſu, fuit dubium quis præferatur, die 27. Octobris.
1547. coram Fabio Accorambono fuit deciſum per om-
nes de Rot. primum regreſſum etiam abſque conſenſu
55 † præualere ſecundo, etiam cum conſenſu reſeruato,
namque regulariter regreſſus ſecundus ſtante primo
56 eſt inualidus, pro † vt fuit deciſum in Rot. teſte Ptol.
deciſ. 44. in manuſcri. hoc idem fuiſſe tentum per om-
nes atteſtatur Mohedan. dec. 62. alias 66. incip. de men-
ſe Aprilis, ſub tit. de tenunt. in manuſcrip. Fab. deci. 4.
lib. 1. Put. dec. 11. tit. de regreſſ. Nam Papa non con-
cedit ſecundum regreſſum niſi is, qui primum habet,
illum ſuſpendat, vel illius caſſationi conſentiat, ne
beneficium ſit duobus regreſſibus inuolutum, hunc eſſe
ſtylum teſtificatus eſt Epiſcopus Vaſionen. Datarius,
& in Curia Romana valde verſatus, teſte Mandoſ. dic.
titu. regreſſus, col. 6. verſ. regreſſus duo in medio,
non eſt enim ex Papæ intentione Eccleſiam dupliciter
grauare, Caſſad. deciſ. 34. num. 3. ſuper reg. Cancell.
& de defectu intentionis Papæ dari poteſt, Bellam.
deciſ. 475. Cardin. Pariſ. conſ. 1. num. 74. volu. 1. &
aliàs poſt longam diſputationem in vna Toletan. pa-
rochialis fuit reſolutum quòd reſignans reſeruato re-
greſſu per ceſſum vel deceſſum non factà mentione de
regreſſu reſeruato antea, reſeruatio eſt nulla, vnde ius
non fuit abdicatum a reſignante, & per eius obitum
vacat beneficium, teſte Aragon. deciſ. 41. & vbi eſt
ceſſio & reſeruatio regreſſus dicitur in ſupplicatione,
ſupplicant. Datarius tamen ſolet apponere quoad re-
greſſum de conſenſu, Creſcen. deciſ. 173. in fi. lib. 1.
in manuſcript. Regreſſus de conſenſu operatur, vt ſu-
brogatus per obitum illius per quem eſt factus locus
regreſſui, non poſſit immitti in poſſeſſionem, vigore
ſubrogationis, quia obſtat decretum irritans appoſitum
in regreſſu † quod inficit titulum & poſſeſſionem, vt 57
fuit tentum in Rot. in vna Reginen. Abbatiæ coram D.
Capizuccho di. 7. Nouembris 1552. teſte Caput. deciſ.
15. p. 3. nam poſſeſſio talis dicitur infecta, & ſpoliatus
† non eſt reſtituendus, Bellam. deci. 536. ver. ratio 58
eſt, Caſſad. deciſ. 3. nu. 7. ſuper reg. & deciſ. 1. de cauſ.
poſ. & proprieta. Soc. ſen. conſ. 67. colum. vlt. verſic.
dici poſſet. colum. 3. Sarn. de trien. q. 49. nu. 2. & 3.

Et aduerte † quia in litteris regreſſus non exprimi- 59
tur valor beneficij, ſufficit enim illum in bullis proui-
ſionis exprimere, vt fuit aliàs concluſum, vt per Io.
Pau. Ptolom. deciſ. 324. incip. in eadem. ſequi. Man-
doſ. dic. tit. regreſſus, colum. 5. ver. An autem.

Et ſi opponatur ab aliquo non fuiſſe expreſſum in
prouiſione, debet hoc probare, vt tradit Ptolom. d.
deciſ. cum ex recepta Doctorum ſententia opponenti
& in negatiua ſe fundanti † incumbat onus probandi, 60
Innoc. in capitu. propoſuit. ad fin. de cleric. excom-
mun. miniſtr. & in cap. ſuper his. colum. 4. & Hoſtienſ.
colu. 1. Felin. num. 16. de accuſat. cum alijs vt per
Mandoſ. in cap. quoniam contra. num. 21. de probat.
Hinc fuit aliàs tentum in vna Oxomen. parochialis
corā Guidobono die 22. Iunij 1551. quod regreſſus eſt
bonus ſi mala expreſſio valoris non probatur, quia
ceſſat dolus & fraus impetrantis, & ex alijs, vt per Ca-
putaque. deciſ. 13. par. 3.

Si autem verè in prouiſione † non fuit expreſſus ve- 61
rus valor, & hoc probatur, regreſſus eſt nullus, vt tra-
dit Put. in terminis deciſ. 410. numero 2. libro 3. & ius
non, abdicatur à reſignāte, vt fuit dictum in vna Pam- 62
pilonen. Prioratur, die 28. Iunij. 1551. coram Put. te-
ſte eodem dicta deciſ. 410. libro 3. namque reſignans
non intendebat reſignare niſi reſeruato dicto regreſſu,
& non aliàs † nec alio modo, quæ verba reddunt actum 63
conditionalem, Abb. in capitu. vlt. ne cleric. vel vo-
uen. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, numer. 85. de
conſti. in terminis Caputaque. deciſ. 13. num. 2. par. 3.
& hoc eſt, quod dictum eſt ſuprà, regreſſum facere
gratiam conditionalem.

Vlterius quæro, an ille qui habet reſeruatum regreſ-
ſum ex cauſa † ceſſionis per ipſum factæ, teneatur do- 64
cere de aliquo iure, Put. deciſ. 152. libr. 1. refert. die
16. Maij 1541. in vna Iſpalen. beneficij de Carmona,
coram D. Marſicano fuiſſe deciſum, quòd quis non te-
netur iuſtificare ius ceſſum ad effectum regreſſus reſer-
uati, quare vigore regreſſus, cum illi locus eſt, pote-
rit capere beneficium quæ cauſa cum bis eſſet denuò
propoſita die 16. Nouembris 1541. fuit idem confirma-
tum teſte eod. Put. deciſ. 197. lib. 1. in fine, vbi diſ-
fusè de hac re differit.

Quando enim regreſſus conceſſus eſt, ex cauſa ceſ-
ſionis, ſuſtinetur, † quamuis cedens bonum ius non 65
habeat, ita fuiſſe deciſum atteſtatur Put. dict. deciſ.
& etiam ſi conſtet illum non habuiſſe ius, Put. dict.
deciſ. 197. num. 9. & 10. lib. 1. limita tamen in caſu
Put. deciſ. 389. lib. 1. vbi refert fuiſſe deciſum in Rot.
23. Decembris 1542. in caſu eſſe aliquid iuſtificandum,
& alias fuit reſolutum quòd ad effectum validitatis
regreſſus non eſt neceſſarium, vt cedens habeat bonum
ius, maximè quando acceptans reſignationem & con-
ſentiens regreſſui habet bonum ius, puta quia reſignans
reſignauit in fauorem N. qui prius in eius fauorem re-
ſignauerat, licet nulliter, cum procurator exceſſerit
fines

Digitized by Google

fines mandati in vna Lucana beneficiorum die veneris 30. Ianuarij 1578. coram R. P. D. Seraphino, teste eodem decis. 275. requiritur tamen quòd ille qui ha-
66 bet regressum vltra supplicationem signatam † super regressu habeat etiam literas expeditas, nam regul. cancell. non iudican. iuxta form. supplic. &c. & alia regula, quòd acceptiones super gratijs nisi literis expeditis non valeant, habet locum etiam in reseruatione regressus & accessus etiam ex causa onerosa, vt fuit iudicatum in Rot. die 14. Martij 1537. in vna Ispalen. Canonicatus, prout refert Sarn. in dict. regul. de non iudican. quæst. 4. num. 1. idem refert Mandos. in regul. de impetran. benefic. vac. per obit. &c. quæst. 16. num. 2. Pius V. in constitutione 136. reuocauit regressus concessos, si litteræ non erant expeditæ. Quod declaratur procedere, quando in iudicio petitur canonizari gratia accessus vel regressus, vel vigore dictæ gratiæ beneficium adiudicari petatur, nam hoc casu supplicatio non sofficit, sed literæ expeditæ requiruntur, si verò non agitur ad canonizatoriam vel ad iudicatoriam senten-
67 tiam sed ad absolutoriam, hoc casu sola † supplicatio regressus vel accessus sufficit, vt fuit tentum in vna Redonen. parochialis sancti Hilarij coram D. Triuultio & in duabus alijs causis, idem tenuit Rot. teste Sarn. dict. qu. 4. num. 2. & vnum notabile non est omittendum,
68 quòd regressui per decessum † est locus in casu reg. de infir. resig. vt fuit decisum in Rot. die 17. Martij 1550. in vna Bononien. regressus, teste Put. decis. 197. lib. 3. & ideo si resignans moriatur infra 20. dies habens regressum per decessum, illud capit vigore regressus, & ibi Put. respondit ad contraria, & præsertim ad ea, quæ dicit Sarn. in contrarium quæst. 30.

Et regressus & accessus non continentur sub concor-
69 datis † Germaniæ, ac sub indultis Cardinalium, vt tradit Cassad. decis. 1. in principio, & num. 1. de pact. Put. decis. 226. num. 1. lib. 3. licet secus sit in coadiutorijs
70 cum futura successione, quæ † comprehenduntur, vt fuit decisum in Rot. in vna Vratislauien. coram D. Ioan. Ant. de Triuultis de ann. 1544. teste Cassad. d. decis. 1. & in vna Germana Concordatorum die 11. Martij 1546. teste Put. dict. decis. 226. nisi fuerit data derogatio indulti, vt fuit tentum in vna Toletan. Canonicatus die 25. Octobris 1546. Et si quamuis scribant Doctores re-
71 gressus & † coadiutorias cum futura successione æquiparari, vt per Mandos. regula de impetran. benefic. per obit. quæst. 30. num. 7. tamen in hoc casu, vt su-
72 pra dictum est, differentia est, ratio est, † quia Regressus habent causam iuris de præterito, non simpliciter de futuro, coadiutoriæ verò nihil habent de præterito, & coadiutoriæ dantur de consensu, regressus etiam absque consensu, in regressibus est consideratio primæui iuris, in coadiutorijs causa & compositio, quia si gratis aliquibus dantur, habentur respectus ad labores & merita talium, qui maiora merentur in recompensam laborũ pro sede Apostolica susceptorũ, ita Cassad. dict. decis. 1. de pact. n. 4. & ideo etiam regressus non comprehenduntur sub concordatis & sub indultis, quia fuit ex voluntate resignantis non aliter volentis resignare, nisi reseruato sibi regressu, ita Put. d. decis. 226. num. 10. lib. 3. vbi num. 16. dicit quòd præsumitur, quia habet causam de præterito, idem Put. decis. 197. num. 13. libro primo.

73 Ex quibus etiam † colligitur, quòd regressus talis ex causa cessionis dicitur ex causa onerosa, vt colligitur ex his, quæ notabiliter scribit Put. decis. 374. lib. 1. vbi etiam quærit de pulchro casu, tradit Sarn. de non iudican. iuxt. form. suppl. q. 4. & alij Doctores communiter superius citati.

Et ideo inquit Sarn. dict. quæst. 4. num. 2. quòd hu-
74 iusmodi regressus † ex causa onerosa propriè gratia non dicitur, ex quo potius in quandam compensationem exhibiti beneficij concedi videtur, sicuti dicit Iaso. in §. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. de donatione remuneratoria.

75 Requiritur † etiam vt iustificentur & probentur omnia narrata in regressu, vt tradit Mandos. d. titul. Regressus, tract. de signat. grat. col. vlt. vers. aduertendum & fuit aliàs tentum, vt per Put. decis. 1. tit. de Regress. & ratio est, quia omnia narrata in quauis gra-
tia per impetrantem † probanda sunt, Ioan. And. in 76
cap. 1. vt lit. non cont. lib. 6. Dec. cons. 403. num. 17. & cons. 541. num. 16. Cardin. Paris. cons. 138. post princ. vol. 4. Gozad. cons. 6. num. 6. Car. cons. 96. Cur. iun. cons. 27. in fin. Crauc. cons. 296. colum. 5. in fin. & communiter est receptum.

Limita nisi concessus esset regressus cum clausula. Quod liceat regredi ad ius, perinde ac si nunquam resignasset, seu cessisset tam vigore prioris tituli, quam præsentium, nam hunc habens regressum non tenetur docere aliquo modo de iure cesso vt obtinere possit, ita fuit iudicatum in duabus causis teste Simonet. decis. 74. incipien. Bulla regressus plerumque habet clausulam, vt attestatur etiam Mandos. dict. titu. regressus. colum. 5. vers. in Regressu, & hoc propter illa verba suprà relata.

Et sicuti requiritur vt iustificentur narrata, ita de-
bent † narrari ea, quæ Papam redderent difficiliorem 77
ad concedendum gratiam, Card. cons. 96. Iaso. in lib. prima num. 2. C. si contr. ius vel vtil. pub. Dec. cons. 541. num. 20. Curt. Iun. cons. 32. in fin. cum alijs, vt per Menoch. de arbitr. iud. cas. 201. num. 24. Calder. cons. 11. de prob. Et ideo si fuit regressus concessus epileptico seu morbum comitialem habenti, nullus
† est, vt fuit iudicatum in Rot. teste Guidobono decis. 78
49. incip. voluerunt Domini, in manuscrip. quia si hoc expressisset Papa non concessisset, capitu. ad audientiam, & cap. super litteris, cap. in nostra, & c. [illegible] postulasti. de rescr. cap. si motu proprio. & ib. [illegible] communiter de præben. ita fuisse iudicatum in [illegible] Tullen. canonicatus & præbendæ coram Vestano 1[illegible] Martij 1552. teste Caputaq. decis. 7. p. 1.

Et ea quæ dicta sunt, procedunt in regressu reseruato in actu resignationis. Idem erit si fuerit reseruatus in reformatione, pone quòd quidam renuntiauit in fauorem, fuit signata supplicatio, postea dedit reformationem, in qua dicebat non velle resignare, nisi reseruato regressu, & non aliter nec alio modo, & huiusmodi reformatio re integra fuit signata, & Data
præcedit præstationem consensus, † fuit tentum regres- 79
sum valide esse reseruatum, die 22. Iunij 1561. coram Guidobono in vna Oxomen. parochialis, teste Caputaq. decis. 13. p. 3.

Solet etiam reseruari regressus ex causa cessionis iuris, litis, & causæ, vt tradit Caputaq. decis. 14. part. 3. & hoc casu ad effectum, vt dicatur regressus iustifi-
catus, docendum est de † lite saltem de facto, nisi aliter 80
constet de mente Papæ, vt fuit tentum in vna Segobien. integræ portionis die 19. Februarij 1552. coram D. Guidobono, & ideo si constat de lite commissa per assertos procuratores de quorum mandato non constat, non
dicitur † litem existere, neque de iure nec de facto. 81
Rot. decis. 2. de rer. permut. in antiquior. Cassador. decis. 7. de dolo & contumac. & decis. 5. vt lite pend. & ita fuit tentum in vna Seguntin. integræ portionis, coram D. Guidobono 26. Maij 1552. teste Caputaque. dict. decis. 14. par. 3.

Et aliàs fuit tentum, quòd sufficiat, si fiat cessio iuris & litis quantum in eo fuit, si Papa hoc intellexit, vt latè attestatur Mohedan. decisio. 80. aliàs 109. decisum, Mandos. dict. tractat. de signat. grat. titu. regressus, colum. sexta, versicul. regressus. Cessat regressus ex multiplici Capite.

Primò † quando habens regressum illo non vult 82
vti, quia tunc est locus regressui, quando ille, ad cuius fauorem fuit reseruatus, vult eo vti, aliàs non, vt tradit Cassador. decis. 2. loc. vbi latè habes similia de hac materia, & ita fuisse tentum anno 1540. attestatur Put. decis. 34. l. 2. & hoc est expeditum & receptum ab omnibus, vt latius dicetur suo loco. Hinc qui non egit de regressu propter pensionem non solutam

Digitized by Google

non potest agere contra successorem, ita fuit resolu-
tum in vna Tarraconen. parochialis. 15. Octobris 1542.
teste Put. decis. 341. lib. 1.

Secundò cessat, quoties habens regressum sciuit fuis-
83 se locum regressui, & passus † est beneficium ab alio
possideri vltra triennium, nam hoc casu repellitur ex-
ceptione regulæ de triennali, Samen. de trien. quæst. 49.
& videtur renunciatus huiusmodi regressus, Cassador.
decision. 5. de cau. poss. & proprieta. & ita fuit deci-
sum in Vna Colonien. canonicatus & præbendæ, co-
ram D. Ant. Augustino die 9. Maij 1551. teste Caputaque.
decision. 10. part. 3. qui numero quarto etiam dicit
quòd scientia huiusmodi debet probari, quia regulári-
84 ter præsumitur † ignorantia, Crauett. consi. 203. nu-
85 mero quinto. & ignorans dicitur iuste † impeditus. l.
annis. ff. de calum. Bartol. in l. Genero. ff. de iofam.
Crauett. consi. 168. numero quarto. & cons. 201. nu-
mero 36. & Rot. in vna Plac. dimidiæ portionis co-
ram Fabio de mense Nouembris 1545. illud extendit ad
biennium, vt si quis patiatur possideri ab alio benefi-
cium regressui obligatum, censeatur renuntiare regres-
sui vt attestatur Cardinalis sanctæ crucis dec. 138. per
doctrin. Inn. in cap. ex ore. de his quæ fi. à mai. parte
cap. qood est verum inquit d. Card. in alleg. decis. ma-
nuscrip. 138. si tacens posset impedire, per ea quæ ha-
beotur in l. alienam. ff. de contrah. emp. Rot. decis. 6.
in fi. de rer. permut. Gem. cons. 39.

Tertiò cessat, si habens regressum ad Canonicatum
& præbendam in tali Ecclesia Cathedrali vel Metro-
86 politana adipiscatur possessionem † alterius canonica-
tus, nam per huiusmodi adeptionem videtur renuntia-
re regressui, ita fuit tentum in vna Calaguritana cano-
nicatus & præbendæ, die, 4. Octobris 1545. coram
D. Thoma de Tanis, teste Put. decis. 308. lib. 2. Anto.
Aug. decis. 1423. libro. 3. per text. in cap. gratia. de
rescri. quem tex. aliqui ex dominis intelligebant habe-
re locum dumtaxat in gratijs omnino incertis, vt purà
in expectatiuis & reseruationibus, quæ sunt gratiæ ge-
nerales & non in regressu, nam cum regressus sit gra-
tia super certo corpore beneficij, ille tex. non habet
locum, eo magis cum talis gratia dicatur habere cau-
sam de præterito, & dependere a prima gratia, ideo fuit
dictum quòd melius informaretur pro alia Rota super
puncto dato, sed quia pars non informauit, Auditor di-
xit, quòd procuraret dispensationem retinendi regres-
sum vna cum canonicatu.

87 Quartò cessat regressus † per extinctionem, potest
enim extingui regressus absque auctoritate superioris,
vt quia habens regressum coram Notario, & testibus
consentiat extinctioni, ita fuit tentū in vna Salamantin.
Parochialis, coram Crescen. teste eodem decis. 160.
habens in manuscript. ita fuit iudicatum in vna Va-
lenti decanatus coram Put. die 6. Iulij 1541. vt idem
Put. attestatur decis. 144. lib. 1. vbi refert Marsicanum
Auditorem dixisse, quòd bis viderat casum decisum in
Rota hoc modo, Miscell. 158. Achil. decis. 2. tit. de
88 regres. & sic sola voluntate habentis regressum † cassa-
tur, can. Agathosa. 63. dist. Dec. cons. 290. Soc. cons.
215. colu. vlt. vers. sed ad hoc respondeo. lib. 3. Capu-
taq. dec. 16. p. 3. fit & renunciatio iuris ad rem, Gemi-
ni cons. 127. etiam ex consensu tacito, vt suprà dictum
est, & tradit Caputaque. deci. 12. nu. 2. p. 3. vbi allegat
ad hoc cap. ex ore, & ibi Glo. in verb. renuntiasse, de
his quæ fiunt à maio. par. cap. Paris. cons. 76. vol. 4.
89 quia est actus † fauorabilis Ecclesiæ, Mandos. de signat.
grat. 11. extinctiones. col. 4. ver. idem.

Ideo quandoque regressus cassatur per supplicatio-
nem, & hoc casu non attenditur prima data super il-
lius cassatione, nisi fuerit extensus consensus quia per
paruam datam non tollitur, quin possit esse locus pœ-
nitentiæ, vt est notissimus in Curia stylus, vnde si non
90 apparet extensum consensum † super cassatione, regres-
sus non potest dici cassatus ita fuit iudicatum in vna
Reginen Abbatiæ coram D. Capizuccho die 2. Nouem-
bris 1552. teste Caputaq. decis. 17. p. 3.

Quandoque cassatur † regressus per instrumentum, 91
quandoque coram Notario, & testibus, Crescen. decis.
162. lib. 1. Achil. decis. 287. quandoque per litteras,
ita Caputaque. notabiliter enumerat hos modos decis.
16. p. 3. in prin. Literæ autem debent concludere cassa-
tionem, namque si sunt solum † super tractatu cassatio- 92
nis, non sufficiunt, vt fuit tentum in vna Reginen. Ab-
batiæ, coram D. Capizuccho, die 7. Nouembris 1552.
teste Caputaq. d. dec. 16. p. 3. namque tunc non concer-
nunt tempus perfectum.

Et tandem cassatur regressus sola voluntate haben-
tis illud, vt communiter concludunt Doctores suprà
citati.

Limita nisi partes elegerint viam beneplaciti sedis
Apostolicæ, nam hoc casu non censetur cassatus re-
gressus nisi postquam manus Papæ esset apposita, vt fuit
tentum in vna Reginen. Abbatiæ, coram D. Fabio die
22. Maij 1552. teste Caputaque. decis. 12. p. 3. qui etiam
dicit. quòd quousque manus Papæ apposita non fuerit,
partes a conuentione cassationis recedere † possunt, vt 93
tenuit alias Rot. coram Mohedano. Debet ergo de cas-
satione constare quando dicitur cassatus Cresc. dec. 161.
& 215. lib. 1.

Et si quis constituit procuratorem cum iuramento
ad extinguendum regressum, quem postmodum reuo-
cauit, non † est periurus, ita fuit resolutum in Rota teste 94
Achill. de Grass. decis. 3. de regress.

Leo X. per † suam regulam 5. reuocauit omnes re- 95
gressus, præter quam ex causa onerosa, vt attestatur
Put. decis. 374. nu. 2. lib. 1.

Paul. III. per suam constitutionem in ordine 36. in-
cip. ad Romani Pontificis. anno 3. reuocauit regressus
& accessus Cardinalibus concessos ad plures Ecclesias
Cathedrales, & Metropolitanas, & statuit vt regressus
ad vnicam tantum Ecclesiam habere possint, & ha-
bentes ad plures, vnum tantum retineant, & alios di-
mittant.

Superuenit Conc. Trident. sub Pio 4. cap. 7. sess. 25.
de reform. in quo his verbis † statutum fuit in materia 96
regressuum. Cum in beneficijs Ecclesiasticis ea quæ
hæreditariæ successionis imaginem referunt, sacris con-
stitutionibus sint odiosa, & Patrum decretis contraria,
nemini in posterum accessus aut regressus etiam de
consensu ad beneficium Ecclesiasticum cuiuscumque
qualitatis concedatur, nec hactenus concessi suspen-
dantur, extendantur, aut transferantur. Hocque de-
cretum in quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis ac
etiam cathedralibus Ecclesijs in quibuscumque perso-
nis etiam Cardinalatus honore fulgentibus locum ha-
beat. Et sic vult, vt in posterum denegentur regressus
etiam in cathedralibus, & etiam Cardinalibus, circa
vero concessos nihil disponit, nisi quòd non suspendan-
tur, extendantur, aut transferantur.

Pius tamen V. in Constitutione 136. Incip. Romani
Pontificis prouidentia, anno 6. reuocat omnes regres-
sus, accessus, & ingressus sub quibuscunque formis, &
quibuscunque personis, & quomodocumque concessis
per hæc verba, Romani &c. Hinc est quod nos volen-
tes omnem hæreditariam beneficiorum Ecclesiastico-
rum successionem de ecclesia Dei tollere, ac libertati
beneficiorum huiusmodi prouidere, & vt de persona
magis vtili, & idonea prout requiritur facilius proui-
deri valeat, omnes & singulos regressus, accessus, & in-
gressus etiam euentuales aut pœnales, ac coadiuto-
rias etiam de consensu, aut alias quomodolibet sub qui-
buscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis ef-
ficacissimis, etiam motu proprio, & ex certa scientia
ac de Apostolicæ potestatis plenitudine clausulis irri-
tantibus & alijs decretis quomodolibet per quoscum-
que Romanos Pontifices prædecessores nostros ad
beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcula-
ria & quorumuis ordinum regularia, etiam si sæcularia
canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, ad-
ministrationes vel officia in cathedralibus etiam Me-
tropolitanis post Pontificales maiores, seu collegiatas

Ecclesias huiusmodi principales: Regularia vero beneficia huiusmodi, Monasteria etiam consistorialia, Prioratus, Præposituræ, dignitates, etiam conuentuales, Personatus, Administrationes, vel officia claustralia, ac Hospitalia, & Præceptorias etiam Hospitalis Sancti Ioan. Hierosolymitani, etiam quarumnis aliarum militiarum quibusuis personis cuiuscumque status, gradus, ordinis, & eondomuis existentibus, & Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali dignitate aut Cardinalatus honore pollentibus concessos, super quibus litteræ Apostolicæ integraliter hactenus expeditæ non fuerunt, etiam si plumbaria nostra aut penes summatorem nostrum reperiantur motu proprio ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, cassamus, & abolemus, Mandantes, &c. ne in futurum super dictis gratijs regressus, accessus & ingressus, nec non coadiutoriarum litteras expediant, aut relaxent, &c.

Et sic reuocat concessos, quatenus litteræ non sint expeditæ, & sic regressus, accessus, & ingressus hodie exulant à Curia Romana, nemini enim conceduntur.
97 Idque summa ratione † factum fuisse tradit Mandos. regu. Cancel. de imper. benef. vac. per obit. quæst. 31. num. 13. & in tract. de sign. grat. tit. regressus, col. 7. ver. regressus, &c.

98 Prima ratio † est, quia cum huiusmodi regressus à nullo iure sint introducti, sed tantum ad commodum & cautelam resignantium, vel aliorum inuenti, & à longo vsu approbati, vt tradit Cassador. decis. vnica de pact. & progressu temporis perniciosi videbantur, ideo optima ratione sublati fuerunt, nam ideo damnati fuerunt in Parlamento Curiæ Parisiensis per arrestum latum de anno 1496. vt per Rebuff. super concordat. sub titu. de reseruat. glo. 1. vers. item per arrestum Curiæ.

99 Secunda ratio est, † vt tollantur hæreditariæ successiones, namque in beneficijs Ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, sunt odiosa, & contraria Canonibus, cap. ex transmissa cap. extirpandæ. de fil. præsbyt. cap. decorem. de Inst. ideo beneficia non debent dari per successionem, vt dicitur in cap. 1. de præb. vbi concordantes adduxi, & hanc dumtaxat rationem considerarunt Patres Concil. Trid. cum regressus & accessus prohibuerunt, vt patet in dicto decreto 7. sess. 25. de reform. quæ ratio
100 consideratur, † vt finalis, iuxtà ea, quæ scribit Bal. in l. generaliter. col. 3. C. de Epis. & cler. Ias. in l. quas actiones. num. 18. C. de sacros. Ecclesijs. Corne. cons. 577. num. 5. volum. 4. Card. Paris. cons. 69. num. 179. vol. 3. Saly. in lib. 1. ad fin. C. de fals. caus. adim. leg. & hæc est causa quam memorat Pius V. in d. constitutione ad reuocandos regressus concessos, & non expeditos, vt patet in princ.

Tertia erit ratio, vt libertati beneficiorum prouideatur, namque minus † in quantum fieri potest Ecclesia est grauanda, cap. mandatum. in fin. & cap. seq. de rescri. ibi. Quod non est intentionis Papæ Ecclesiam dupliciter grauare, &c. Cassador. decis. 34. num. 3. super reg. facit l. nauis. §. cum autem. ff. ad leg. Rhodiam, de Iact. l. Incola, & l. vlt. §. item rescript. seruat. ff. ad municip. l. si eum dotem, §. si pater. ff. sol. matr. & quæ per hæc iura scribit Crauet. cons. 293. colum. 9. vers. 7. considero, & hanc rationem ad hoc considerauit Pius V. in alleg. consti. 136. vt patet in principio ibi, Ac libertati beneficiorum, &c. non enim stante regressu, potest dici in libertate beneficium, cum moriente beneficiato aut cedente intret regressus,
102 ideo &c. quia res de facili reuertitur ad † naturam suam, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.

Quarta est ratio, cur prohibeantur regressus, vt be-
103 neficia conferantur † personis idoneis, prout de iure requiritur, cap. cum in cunctis, de elect. cum simil. namque stante regressu beneficium datur habenti regressum, non habita ratione, an sit idoneus, & vtilis Ecclesiæ, & an reperiatur magis idoneus, & vtilior pro illo beneficio, & hanc rationem posuit Pius V. in dict. constitut. 136. ibi. Et vt de persona magis vtili, & idonea pro vt requiritur, facilius prouidere valeat, & cet. & huiusmodi consideratio est valde vtilis, vt omnibus notum est.

Quinta insuper consideratur ratio, quia per regres-
sus, & accessus datur votum † captandæ mortis natu- 104
ralis, per separationem animæ à corpore, & ciuilis per priuationem, vt tradunt Campeg. in dict. tracta. de reseruat. regress. num. 22. Mandos. dict. tractat. de signat. tit. Regressus, & Accessus, colum. 7. vers. non solum. in fin. & in Concilio Lateranen. sub Innocen. III. statutũ fuit, nulla Ecclesiastica beneficia, aut Ministeria cuiquam danda antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium se putat successurum vt habetur in capitulo secundo. de concess. præbend. & ibi Doctores communiter latè, quod etiam Imperialibus legibus prohibitum fuit, leg. ex testamento. Cod. de inutili stipulat. lib. vltim. C. de pact. vbi prohibetur pactio de futura
hæreditate, namque huiusmodi pactiones, † subijcitur, 105
sunt odiosæ, & plenæ tristissimi, & periculosissimi euentus, & propterea contra bonos mores, lib. hæreditatem. ff. de acqui. hæred. l. quidem. ff. de donat. de qua rescribentes multa dicunt in l. stip. hoc modo concepta. ff. de verbor. obliga.

Sextò addo rationem, quia ligantur manus superiorum, quia vacarent beneficia per mortem obtinentium & ipsi non possent conferre, namque intraret regressus, & accessus, &c. & sic regressus videtur inducere existentiam beneficij in pluribus personis, quod est prohibitum, cap. nisi essent. de præb.

Septimò addo rationem, † quia prohibita est spes 106
ambitiosa ad beneficia. can. per laicos. 16. q. 7. cap. cum ad nostram. de elect. & cap. cum officijs. eod. tit. & habens regressus dicitur habere spem ad beneficium, Aeneas de Falcon. tract. reseruat. effect. 47. numer. 2. Gig. de pensio. quæst. 94. colum. 2.

Ideo non solum, vt dixi, regressibus ius non assistit, immo resistit ex prædictis, & quia iure cauetur renun-
tiantibus † non dari regressum ad ius renuntiatum, lib. 107
quæritur ff. de ædili. edic. ibi. remittentibus enim actiones non est regressus dandus. l. si quis in conscribendo. vbi Doctores Cod. de Episc. & Cler. can. quàm periculosum, iuncta gloss. 7. q. 1. can. sic illis. 53. quæst. 4. Card. Paris. cons. 5. num. 165. volu. 4. cum alijs allegatis supra. Et ideo in Francia resignatio facta cum reseruatione regressus, illicita & nulla est, ac ideo vacare beneficium resignatum fuit pronuntiatum per arrestum Parlamenti Paris. 16. mensis April. 1416. teste Boërio decis. 2. num. 56. teste Pap. lib. 2. tit. 8. Arrest. 3. & 6. vt etiam retuli supra hoc libro quæst. 1. num. 42. In-
ficiari tamen non potest, quin possit † Papa regressus, 108
accessus, & ingressus ad sui libitum concedere, & sic hanc viam de nouo aperire, vt tradit Mandos. dicto tit. regressus, colum. 7. vers. non tamen. tracta. de signat. gratia. propter omnimodam potestatem, quam habet in beneficialibus, in quibus est dominus absolutus, vt ad hoc propositum deducit Redoan. de simon. par. 2.
cap. 18. num. 3. vbi latè de hac re, namque hac † ratio- 109
ne potest conferre beneficia ad tempus, cap. si gratiose. de rescriptis. lib. 6. & in titulum ac in commendam, & vni plures Ecclesias, ac beneficia, gl. in cap. eam te. de æta. & qual. gl. in can. per laicos. 16. quæst. 7. verum melius erit seruare decretum Concil. Trident. ob rationes supra expressas.

Et hi regressus, vt dixi, sublati sunt, non tamen hi
qui ob non solutionem † pensionis conceduntur, & 110
hi qui inuenti sunt à iure. nam hi subsistunt, de quibus in capitul. si beneficia. ibi. Ad beneficia sua priora liberè reuertantur. de preben. lib. 6. & per Rotam decis. 100. in nou. ita Mandos. in regula de impetrand. benefic. vacant. per obit. q. 31. nu. 3. de quibus dicetur infra in discursu materiæ, Concil. Tridentinum non

substulit regressus ante Concil. concessos, licet post Concilium sit locus regressui, vt aliàs fuit resolutum, facit decis. 4. Cassador. de priuileg. Redoan. de simon. capit. 28. numer. 29.

Et quia satis loquuti fuimus de regressu, nunc pauca subiiciemus de accessu, & ingressu. Accessus est ius
111 intrandi † seu adipiscendi beneficium vel illius possionem, quam nunquam antea habuerat, ita Mandos. in tract. signat. grat. tit. regressus & accessus. columna quarta. versicul. contra verò, id sumens ex proprio significatu verbi accedo, vt apud Cæsarem libro quinto belli Gallici parum post principium. Accessum est ad Britanniam omnibus nauibus meridiano ferè tempore, & sic ad locum ad quem prius itum non erat & cætera. Vnde dicimus, quòd accessus nullam habet causam
112 præambulam iuris de † præterito, vti regressus, Cassad. decis. vnica. num. 3. de pact. Redoan. de simo. par. 2. c. 17. num. 6. & communiter Doctores hoc supponunt.

Ideò dicit Redoan. d. cap. 17. num. 6. quòd practici Curiales petunt regressum, accessum, & ingressum, vt si non sit locus regressui intret accessus, & ita de stylo audiui concedi regressus, &c. & fere omnia quæ diximus suprà de regressu, vendicant sibi locum in accessu, & ita loquuntur doctores citati, non repetam studendo breuitati, & quia non sunt in vsu, illud scire
113 dumtaxàt sufficiat, quòd sunt sublati † accessus, sicut regressus ex d. cap. 7. sess. 25. de refor. ex rationibus suprà relatis, licet differant, vt supra dixi, quia vnum habet causam de preterito, alterum vero non, & ideò fuit resolutum in Rot. in vna Mutinen. monasterii coram Sarnen. quòd regula Leonis reuocatoria accessus non habet locum in regressibus, teste Put. decis. 396. lib. 1.

Exemplum accessus, quoties Papa vult dare alicui Episcopatum, vel aliud beneficium, & ille propter ætatis immaturitatem non est capax, tunc Papa confert alteri, donec ille efficiatur habilis perueniendo ad legitimam ætatem, qua adueniente poterit propria auctoritate accedere ad illud beneficium, vt colligitur ex docto responso Card. Paris. cons. 76. Capitula. vol. 4. Redoan. d. cap. 17. Rebuff. d. titu. regressus. in praxi. Ideò dicit Caputaq. decis. 313. num. 2. p. 2. quòd regressus imponitur respectu beneficij alias ab eo possessi, ingressus & accessus respectu beneficiorum non possessorum.

114 Ingressus † pariter non supponit aliquem præcedentem aditum, idem Cæs. eod. libr. 5. belli Gall. Mandos. vbi suprà col. 4. vers. ingressus. Ingressus est, vt si Papa contulerit mihi beneficium. & antequam capiam possessionem illud resignem, Papa concedit, quòd si resignatarius moriatur, vt ego ingrediar meum beneficium, quod nunc resigno, Rebuff. dict. tit. de regress. versicu. idem in ingressu in prax. & quis præferatur habens regressum, vel habens accessum, vide nota. decis. Put. 35. lib. 2.

Et de regrediente ad accessum habendum, attenta tur ius prioratuum iustificate. Idem Put. decis. 19. in prin. lib. 1.

Et si in Curia est alicui reseruatus regressus, vel accessus, & antequam de hoc certioretur, moriatur resignatarius, vnus impetrat, fuit tentum esse in suspenso, donec ille acceptet, ita fuit decisum die vltim. Maij, 1538. teste Ptolom. decis. 14.

Lib. 6. q. 5. n. 21. Ibi, Quod de raro accidit.

DE hoc abundè suprà, lib. 2. quæst. 2. num. 25. diximus.

Eadem q. n. 35. Ibi, Et consequitur locum.

NOn securè resignans Canonicatum & Prebendam Ecclesiæ Cathedralis, qui (resignatario non acceptante) de æquitate, ad priora loca reuit, & tam fructus, quàm distributiones quotidianas lucratur. Et ita Senatum Parisiensem, die 23. Ianuarij 1549. censuisse, refert Rebuffus in praxi beneficiaria. tit. ratione personæ & rei vitiatur resignatio n. 19. & in tractatu nominationum q. 22. n. 28. Tradit etiam Roffinucus lib. 3. de re sacerdotali. cap. 14. Necnon Molineus, super regula de public. can. resignat. nu. 245.

Eadem q. n. 61. Ibi, Regressus est nullus.

HOc ita, si neque in eo verus valor beneficii expressus sit: Nam si sit, sustinebitur, quamuis in prouisione idem valor expressus non fuerit.

Eadem q. n. 65. Ibi, Sustinetur quamuis cedens, bonum ius non habeat.

EX his patet, regressus olim fuisse longè fauorabiliores pensionibus. Quia hæ, si constituantur ex causa cessionis, & nullum ius, aut ipsum inualidum, cessum fuerit, euanescunt, vt tradit Parisius hoc lib. q. 2. n. 109. Nec istud aduersatur his, quæ nos suprà, hoc eodem lib. q. 2. n. 99. Diximus ex Nauarro: Quia ibidem de reseruatione pensionis, ex cessione iuris litigiosi, in fauorem collitigantis, iuxtà concordiam facta, agitur.

Eadem q. n. 110. Ibi, Non tamen hi qui ob non solutionem pensionis conceduntur.

COnuenit cum his, quæ à nobis hoc 6. lib. q. 3. n. ist tradita sunt quæ hic repetere, superuacuum duximus.

q. 1. num. 1. possit reseruari regressus.

¶ DE regressu prout apud nos obtinet vide quæ nos suprà lib. 2. q. 13. & q. 14. & hoc lib. q. 3. tradidimus.

Finis Libri Sexti.

FLAMINII PARISII IVRE-CONSVLTI CONSENTINI, DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER SEPTIMVS.

An resignatio debeat fieri in manibus superioris: Quibus casibus aliter facta sustineatur. Qui dicatur superior, & plenè agitur de Papa, Cardinale, Episcopo, Abbate; & alijs inferioribus, Vigintinouem continet Quæstiones.

QVÆSTIO I.

An resignatio facta coram non superiore sit nulla, & an praeiudicet renunciantiu, & quid de ratificatione subsequuta per superiorem, & quid in beneficijs cum acquiritur tantum ius ad rem, vt in electo, præsentato & similibus, & quid in beneficijs litigiosis, & quid de intrusis.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficij debet fieri coram superiore.*
2 *Assensus pro consensu.*
3 *Superioris interest ne dimittatur beneficium sine eius licentia.*
4 *Defensor non debet ciuitatem deserere.*
5 *Beneficiatus per ademptionem possessionis se alligat Ecclesiæ.*
6 *Beneficium non potest sine superiore haberi.*
7 *Contrariorum eadem est disciplina.*
8 *Prusana possunt renuntiari absque superiore.*
9 *Renuntiatio facta sine superiore est nulla.*
10 *Actus contra legem est nullus.*
11 *Alienatio bonorum immobilium minoris absque decreto Iudicis, cum requiritur, est nulla.*
12 *Renuntiatio facta absque superiore tenet in præiudicium resignantis.*
13 *Sponsa potest repetere sponsum, & è contra.*
14 *Renuntiatio simoniaca est nulla.*
15 *Renuntiatio simoniaca valet in præiudicium resignantis.*
16 *Iurans tenetur seruare etiam iuramentum, quod non præstitit in manibus sui superioris.*
17 *Primogenitus renuncians sue primogenitura tertio genito, non præiudicat secundo genito, sed sibimetipsi.*
18 *Renuntiatio iuris prothomiseos facta à consanguineo tenet in sui præiudicium.*
19 *Clericus in minoribus contrahens etiam matrimonium licet nullum perdit beneficia.*
20 *Clericus qui amisit priuilegium per dimissionem habitus, per eius receptionem illud recuperat.*
21 *Quæ obtinent vim pacti tacitè, tenent.*
22 *Renuntiatio nocet renuntianti.*
23 *Contractus contra legem validus est quoad incommodum contrahentium.*
24 *Faciens actum nullum punitur.*
25 *Alter per alterum non debet iniqua conditio inferri.*
26 *Nullum non producit effectum.*
27 *Cap. quod in dubijs, de renuntiatione declaratur.*
28 *Renuntiantes nulliter debent priuari.*
29 *Homicida debet declarari priuatus.*
30 *Clericus priuatur propter desertionem.*
31 *Ante declarationem priuatus potest ministrare.*
32 *Officium publicum non abdicatur ex priuata renuntiatione.*
33 *Renuntiatio facta coram laico est nulla quoad superiorem, valida quoad renuntiantem.*
34 *Renuntiatio coram laico an sit nulla ipso iure, & numero. 36.*
35 *Renuntiatio facta coram laico an tenat in præiudicium renuntiantis.*
36 *Verbum* denuò *quid significet.*
37 *Suscipiens beneficium de manu laici est suspensus ipso iure, & intelligibilis.*
38 *Renuntians in manibus non superioris amittit possessionem, retinet tamen proprietatem.*
39 *Facilius perditur possessio quàm proprietas.*
40 *Titulus beneficij non amittitur absque superiore.*
41 *Ex inutile contractu, perditur possessio.*
42 *Renuntians in manibus non superioris debet priuari.*
43 *Impetrans beneficium illius qui renuntiauit coram non suo superiore, non facta declaratione est intrusus.*
44 *Facienda est mentio in impetratione de beneficio renuntiato coram non superiore.*
45 *Ex renuntiatione facta coram laico retinetur Dominium.*
46 *Possessio non habet quid spiritualitatis.*
47 *Beneficiarius gaudet priuilegio fori, ante adeptam possessionem.*
48 *Renuntiatio facta coram non superiore valet, si superior postea ratificauit.*
49 *Abbas renuntians quando possit petere à monachis denuò obedientiam.*
50 *Quis potest renuntiare suæ iniuriæ.*
51 *Renuntians absque superiore non potest sine superiore redire ad beneficium renuntiatum.*
52 *Superior potiùs ratam habet renuntiationem coram Clerico, quàm coram laico.*
53 *Ratam haberi an possit quod nullum est ipso iure.*
54 *Sententia lata ab excommunicato ratificari non potest.*

55 *Superior debet infrà sex menses conferre, aut ratificare.*
56 *Episcopo currit tempus à die renuntiationis.*
57 *Renuntiatio facta in manibus Notarij, vel N. recipientis nomine superioris est valida.*
58 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*
59 *Notarius stipulans donationem pro absente, concurrente consensu est donatio.*
60 *Notarij Cameræ & cancellariæ hodiè recipiunt resignationem.*
61 *Valet renuntiatio facta coram non superiore cum clausula* si superiori meo placuerit.
62 *Clausula (si,) habet mirabiles plures effectus.*
63 *Renuntians* si patruo placuerit, *an sit valida renuntiatio.*
64 *Clausula* non aliàs nec alio modo, *habet naturam præcisam.*
65 *Clausula* non aliàs *inducit formam &c.*
66 *Emphyteuta alienans inscio domino cadit à iure.*
67 *Emphyteuta alienans inscio domino cum clausula saluo iure domini directi, non cadit à iure.*
68 *Facta renuntiatione coram non superiore cum clausula* si superiori &c. *non debet resignatarius se ingerere.*
69 *Clausula* non aliàs &c. *non operatur, cum superior offenditur in facta.*
70 *Alienans irrequisito domino cum clausula* sine præiudicio domini, *& si posteà fuerit capta possessio, cadit à iure suo.*
71 *Protestatio contraria facto, non releuat.*
72 *Factum subsequens declarat malam voluntatem.*
73 *Renuntiatio facta coram ordinario cum pactis est nulla, licet adsit clausula* saluo beneplacito, &c.
74 *In renuntiatione beneficij acquirendi non requiritur auctoritas superioris.*
75 *Facilius tollitur ius quærendum quàm quæsitum.*
76 *Habentes ius ad rem possunt renuntiare absque superiore.*
77 *Ius ad rem facilius perditur.*
78 *Electus ante confirmationem potest renuntiare sine superiore.*
79 *Electus potest renuntiare in manibus eligentium.*
80 *Electus in Episcopum, potest renuntiare post eius consensum, & ante confirmationem absque licentia Papæ.*
81 *Electus antequam acceptet non habet ius, & non potest renuntiare.*
82 *Beneficium vacat, donec electus fuerit confirmatus.*
83 *Quod consensu contrahitur, consensu dissoluitur.*
84 *Per electionem acquiritur ius ad rem.*
85 *Electus moriens in Curia, per eius obitum, non vacat beneficium, sed per mortem prioris.*
86 *Quod ius in re acquiratur per electionem.*
87 *Per confirmationem, administratio acquiritur.*
88 *Per acceptionem electi contrahitur matrimonium inter ipsum & Ecclesiam.*
89 *Dictio (quasi) est impropria.*
90 *Electus post confirmationem non potest renuntiare absque superiore.*
91 *Per confirmationem acquiritur ius in rem.*
92 *Consecratio fit post electionem.*
93 *Consecratio fit infrà tres menses.*
94 *Præsentatus ante institutionem potest renuntiare in manibus patroni, absque superiore.*
95 *Per præsentationem acquiritur ius ad rem.*
96 *Per præsentationem receptam à superiore ante institutionem non acquiritur ius in rem.*
97 *Habentes literas expectatiuas possunt renuntiare absque superiore.*
98 *Per litteras expectatiuas quæritur ius ad rem.*
99 *Per expeditionem litterarum, & acceptationem quæritur ius in re.*
100 *Per impetrationem quis non obligatur beneficio, nisi ceperit possessionem.*
101 *Possessio in beneficialibus corroborat titulum.*
102 *Ex collatione, ius in beneficio acquiritur.*
103 *Possessio acquiritur ex inuestitura facta à persona Ecclesiastica, ad hoc deputata, & cæt.*
104 *Beneficium litigiosum potest renuntiari absque superiore.*
105 *Habens bonum ius in beneficio litigioso non potest renuntiare sine superiore.*
106 *Renuntiatio beneficij litigiosi potest fieri absente parte,*
107 *Intrusus ad aliquod beneficium potest renuntiare absque superiore.*
108 *Intrusus nullum ius habet in beneficia.*
109 *Intrusi odiosi.*
110 *Intrusi tenent beneficia cum peccato.*
111 *Intrusi tenentur ad fructus perceptos.*
112 *Retinentes rem furtiuum peccant.*
113 *Intrusus quis dicatur, remissiuè.*
114 *Intrusus quando quis intrat possessionem beneficij propria auctoritate absque titulo.*
115 *Intrusus habens titulum non canonicum.*
116 *Renuntiatio facta ex legitima causa in manibus non superioris tenet.*
117 *Rigor relaxatur propter impossibilitatem.*
118 *Renuntians in manibus inferioris nihil perdit.*
119 *Renuntiatio facta in Iudicio ex causa est valida.*

PRimò Quæro, An benefic. renuntiatio debeat
in manibus alicuius fieri, & coram quo? Docto-
res communiter respondent beneficij resigna-
tionem esse faciendam coram † superiore, vt 1
tradunt Ant. de But. in cap. admonet. in 3. not. num. 4.
& in cap. quod in dubijs. nu. 10. de renunt. & in cap.
significauerunt. num. 3. de præb & in cap. quod Dei.
num. 18. de stat. monach. Card. Zabarel. in d. cap. quòd
in dubijs. nu. 1. Abb. in d. cap. Admonet. num. 8. 13.
& seq. vbi Bald. cæterique Doct. Idem Abb. in cap.
Audita. num. 3. de restit. spoliat. Bonif. de Vitall. in
clem. gratiæ num. 43. de rescript. Gloss. in cap. Ab-
bas. 18. q. 2. & in cap. ex ore de his quæ fi. a maior
part. capit. Io. a Capestr. de author. Pap. part. 3. princ.
num. 66. Coras. de benefic. cap. 5. num. 56. & cap. 8.
num. 14. Sarn. de infir. resignant. quæst. 18. col. 3. Re-
stau. Castald. de Imper. q. 103. num. 10. & 16. Vincent.
Carot. in reg. concess. amplia. 4. num. 5. de reg. iur.
lib. 6. Menoch. de recuper. poss. 1. remed. n. 277. Caf-
sad. decis. 2. nu. 7. de appellat. Christoph. Roffinia. de
benef. cap. 14. in princ. vbi attestatur in iure moreque
communi esse receptum. Crauet. cons. 513. num. 16.
Idque probatur expressè in can. denique. 6. q. 3. & in
can. Abbas. 28. q. 2. vbi gloss. plura allegat, & in cap.
admonet de renunt. vbi Alexand. III. scribit Episcopo
Pomacan. his verbis. Vniuersis personis tui Episcopa-
tus prohibeas, ne ecclesiæ tuæ diœcesis ad ordinatio-
nem tuam pertinentes absque assensu tuo intrare au-
deant, aut desinere, aut te dimittere inconsulto. Et
ibi Abb. num. 6. exponit assensum † pro consensu, ac 2
in cap. vltimo eodem titul. & ratio est, quia superiori
interest, ne dimittatur beneficium † sine eius licentia, 3
vt scribit Geminian. in cap. si electio. sub num. 5. co-
lum. 2. de elect. lib. 6. cum. ei præiudicetur, cap. signi-
ficasti, de for. competen. can. clericum. 11. quæst. 1.
cap. non liceat. 3. quæst. 6. argum. ca. siquis suadente.
17. quæst. 4. capit. cum desideres. §. vlt. de sent. ex-
commun. ob hanc rationem non licet † defensori ciui- 4
tatis illam deferere sine licentia, l. vltim. C. de de-
fens. Ciuit. l. legatus. ff. de offi. præsid. neque militi
militiam, vt omnibus notum ac compertum est. Acce-
dat & alia ratio, quia Beneficiatus per adeptionem pos-
sessionis se † alligat, & deuincit ecclesiæ, cap. Nisi. ver- 5
sic. verum. de renuntiat. Hostiens. eodem titul. in sum-
ma, numer. 8. & sicuti quis non potest beneficia † adi- 6
pisci sine auctoritate superioris, cap. primo, de reg. iur.
libr. 6. ita neque dimittere, argumen. l. vltim. ff. de
offi. præsid. nam † contrariorum eadem est disciplina, 7
not. in rubr. ff. de acquir. poss. Ideo admissio prælati

nihil aliud est, quàm absolutio quædam, nam benefi-
ciarius per illam liberatur ab onere inseruiendi. vt est
signanda decis. Rot. quam refert Nauar. in cap. accep-
ta. in 7. oppos. sol. num. 31. de restitut. spoliat. quo-
modo enim poterit eam sine superiore? ex quo colli-
gitur notabilis differentia inter profana, & spiritualia,
8 nam † illa possunt renuntiari absque licentia superioris,
hæc vero nequaquam, vt tradit Rot. decis. 3. num. 2. de
renunt. in nou. vbi notatur huiusmodi discrimen. inter
vtramque renuntiationem, & ratio differentiæ est, quia
in renuntiatione rerum profanarum cessant rationes
supra allegatæ, vt euidentissimè ex eius lectura patet,
vndè non mirum si aliter disponitur, l. illud. ff. ad leg.
Aquil. cap. cum cessante. de appella.

9 Aliter facta renuntiatio † sine superioris auctoritate,
nulla est, vt scriptum reliquerunt omnes Doctor. in
specie, Innoc. in dict. cap. quod in dubijs num. 1. vbi
gloss. in verb. manum. Abb. num. 13. & alij de renun.
Idem Abb. in cap. cum pridem num. 3. de pact. & in
cap. quod Dei, num. 4. de stat. monach. Ant. de Butr. in
cap. 3. num. 14. de his quæ fi. à mai. par. cap. Turrecre-
mat. in cap. denique. num. 2. 6. quæst. 3. Card. Alexand.
in cap. quod restitutio. num. 44. 3. quæst. 1. Capr. in
clem. gratiæ. num. 5. de rescrip. Put. Decis. 94. num. 2.
lib. 1. Franc. in cap. deliberatione. §. prohibemus, num.
2. de offic. Legat. lib. 6. & est communis opinio, teste
Ber. in cap. solicita. num. 6. de restit. spolia. & proba-
tur in can. Gonsaldus. 17. quæstio 2. vbi declaratur
nulla renuntiatio Guisaldi presbyteri facta in manu
cuiusdam aduocati, ac in dict. cap. quod in dubijs. ibi,
*Licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmi-
tatem.* Et expresse hoc dicitur in cap. denique 6. q. 3.

Et ratio est, quia tunc fit actus contra legem, cum
iura velint vt renuntiatio fiat coram superiore, vnde
10 non mirum si resignatio est † nulla, arg. l. vlt. C. de
legibus. Ita in simili Tutores, & Curatores qui non
possunt alienare bona immobilia, & quæ seruando ser
uari possunt absque decreto Iudicis, si dicta bona fuerũt
11 distracta † absque prædicto decreto, alienatio nulla est,
l. magis puto. §. non passim. ff. de rebus eorum. l. præ-
dia. C. de prædijs & alijs rebus min. Bart. in l. nulli. nu.
7. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Bald. in l. nulla. in fi.
C. de iur. dot. Cuma. cons. 109. colum. 2. Alexand.
cons. 117. in princ. lib. 5. Imol. cons. 98. & cons. 99.
Signor. de Homod. cons. 214. num. 5. Dec. cons. 39.
Card. Paris. cons. 98. & cons. 99. & cons. 100. vol. 1.
Roland. a Vall. cons. 33. & 99. lib. 1. Bertrand. cons.
22. num. 2. vol. 2. Gozadin. cons. 78. num. 11. Rube.
Alexand. cons. 238. ita etiam in similibus casibus ex
ratione dictæ l. vlt. C. de legib.

Declara primò hanc conclusionem, vt renuntiatio
facta in manibus non superioris sit nulla quoad præiu-
dicium ipsius superioris, qui poterit illum repetere ad
beneficium resignatum, si vult, vel ratificare resigna-
tionem, illumque declarare priuatum & conferre be-
neficium, nam in præiudicium illius, qui taliter resig-
12 nauit renuntiatio † tenet & est valida, vt ei noceat, vt
scripserunt Innocen. in cap. quod in dubijs. sub num. 1.
Gloss. in verbo in manum laicam, Anton. de Butr. num.
5. & 9. Abb num. 3. & 8. vbi refert. Goffred. Phil. Ægid.
ac Guil. Nas. hoc idem affirmantes, de renunt. idem
Abb. in cap. vlt. in 3. notab. de renunt. glo. in cap.
denique. verb. restituantur 6. q. 3. vbi Card. Alex. nu. 4.
& alij omnes. Abb. in cap. quod Dei nu. 4. de stat. mo-
nach. & in cap. super hoc. num. 4. de renunt. Gemin.
cons. 125. in medio colum. 5. Bonifac. de Vitall. in cle-
men. 1. num. 42. de rer. permut. Bened. Cape. in cle.
Gratiæ. num. 5. de rescrip. Anto. Burg. in cap. ea par-
te. num. 69. eod. tit. Tiraq. de retract. §. 26. gloss. 2.
num. 10. Resta. Castald. de Imperat. q. 103. num. 16.
Rossiniac. de benef. cap. 14. num. 29. Cassad. decis. 2.
num. 3. de renunt. Put. decis. 16. num. 3. libr. 2. post
Imol. cons. 149. num. 17. Bisignet. decis. 30. de renunt.
in antiq. Mohedan. decis. 133. fuit per.

Et hæc est communis & recepta doct. sententia, prò
qua potest ponderari tex. in cap. non oportet. 7. qu. 1.
Non oportet Episcopum vel reliquos de Ciuitate ad
ciuitatem migrare, non Episcopus, non presbyter, non
diaconus transeat, si quis autem post diffinitionem san-
ctæ & magni Concilij tale quid agere tentauerit, & se
huiusmodi negotio mancipauerit, hoc factum prorsus
in irritum ducatur & Ecclesiæ restituatur, cuius fuit
Episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus. Et
sic renuntians absque superiore restituitur si Ecclesia
eum repetat, & ibi declarat gloss. in verbo restituatur
argumen. can. si quis Episcopus. 7. quæst. 1. & can. si
quis vero. 7. quæst. 1. namque secundum Ancharan. ibi
hoc est introductum in fauorem Ecclesiarum, sicuti † 13
sponsa potest repetere sponsum, & maritus vxorem, &
contra cap. mulier. 33. q. 5. & ad hoc faciunt notata in
cap. vlt. 49. distin. & in cap. cum appellationibus, de
appel. in 6.

Ita in simili, licet renuntiatio facta simoniacè † sit 14
nulla, Innoc. in cap. cum vniuersorum, de rer. permut.
Archid. in can. ordinationes, 5. quæst. 1. valet tamen
in præiudicium † renuntiantis, Glo. in cap. super hoc. 15
in verb. pecuniæ, de renunt. cum alijs, vt per Aufrer.
decis. Tholos 458. Item fuit quæsitum. Præterea quam-
uis præstetur iuramentum in manibus non sui superio-
ris, † iurans tamen tenetur illud seruare, cap. venera- 16
bile, de elect. Ita etiam si primogenitus renuntiat. ius
primogenituræ tertio genito, non præiudicat secundo 17
genito licet sibi præiudicet, Bald. cons. 389. consue-
tudo. column. penultim. vers. hic incidit. lib. 2. Tira-
quel. latè in tracta. primogenituræ, quæst 27. Hinc
etiam consanguineus cedendo † iuri prothomiseos 18
inutiliter se facit a recepta alienum, arg. l. cum Domi-
nus. §. vlt. ff. de pec. leg. per quem ita. hoc vult Bal.
cons. 9. factum tale. colum. 3. vers. & si quæratur.
libr. 1. Tiraquel. de retract. §. 26. glo 2. num. 8. Ita
quoque clericus † in minoribus constitutus obtinens 19
benefic. si contrahat matrimonium, per quod vacat be-
neficium, iuxtà communem conclusionem de qua di-
ctum est suprà, quamuis postea comperta consanguini-
tate nullum sit matrimonium, non tamen potest redire
ad suum beneficium, cum ab illo se reddidit per renun-
tiationem exclusum, Ioannes And. & alij in cap. 1. de
cleric. coniug. Petr. de Ancharan. in cap. 1. eod. titul.
in 6. & cons. 34. colum. 3. Bart. Bria. in quæst. 10. do-
minicali incip. quidam clericus, & est communis opi-
nio docto. quæ etiam vult per receptionem habitus † 20
recuperare priuilegium, vt tradit Anto. de Butr. in
cap. clericos, de cleric. coniug. Franc. in cap. 1. §. &
eum. num. 6. eod. tit. lib. 6. Bonif. de Vitall. in cle-
ment. 1. num. 55. de vit. & honest. cleric. quod priui-
legium habebit etiam hodiè iux. dispositionem Conc.
Trid. cap. 6. sess. 23. de refor. si aliud beneficium Ec-
clesiasticum recuperet, vt fuit decisum in sacra con-
greg. conc. die 12. Iunij 1587.

Et ratio est, quia est nulla huiusmodi renuntiatio
quoad superiorem, cum fiat contra legem, quoad ta-
men præiudicium renuntiantis erit valida, nam obti-
net vim pacti † taciti, vt de acceptilatione dicitur in 21
leg. si vnus. §. penult. ff. de pact. l. si acceptilatum. ff.
de acceptila. can. eos. 7. quæst. 1. & ob id dicimus esse
regulare, vt † renuntiatio noceat renuntianti. l. prima. 22
C. de com. re. alie. l. si post mortem. ff. de bon. poss.
contra tab. Bart. in l. si quis in conscribendo. colum. 2.
ver. 2. casu. C. de pactis, ne quis veniat contra pactum
suum, Bar. & Bald. in l. post mortem. ff. de adop. Bart.
in l. Facta §. si hæres, vbi Paul. Castrens. ff. ad Trebell.
Guid. Pap. decis. 530. & cons. 118. in 3. dub. latè Tira-
quel. de legibus connubia gloss. vlt. in 10. quæst.

Accedat ad comprobationem communis Docto. sen-
tentia, quæ se habet, vt contractus factus contra le-
gem, sit nullus quoad commodum contrahentium, va-
lidus autem quoad eorum † incommodum, l. peto. §. 23
fratre. ff. de leg. 2. leg. pater. §. Filij, & §. sequen ff de leg.
3. Corn. cons. 243. circa princ. colum. 1. in fin. lib. 3.
Bart. in l. non dubium. colum. 3. vers. oppo. quod se-

24 cundùm.C. de leg. Ideò punitur † faciens talem actum,
cap. si religiosus. in princ. de elect. lib. 6. Aret. cons.
18. in 2. dub. Mars. in l. prima. §. præterea. cum multis
sequentibus, ff. de sic. Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 9.
num. 42. & æquitati consonum est, vt damnum quod
quis sua culpa sentit, sibi imputetur, iuxta vulgarem
& communem regulam, & vt alteri non præiudicet,
25 cum alteri per alterum non debeat † iniqua conditio
inferri l. non debet. ff. de reg. iur.

Et ab hac conclusione non est recedendum in iudi-
cando, & consulendo, quamuis Hostiens. in dict. cap.
quod in dubijs, ante num. 1. vers. vnde, dicat renun-
tiationem factam in manibus non sui superioris esse
nullam, & inualidam, etiam quoad præiudicium ipsius
renunciantis, quam etiam sententiam firmauit Ioan.
And. vt refert Ferret. cons. 133. num. 5. & illam dicit
communem Ber. in cap. sollicitè num. 16. de restitut.
spoliat. quia vt ex supradictis apparet, in contrarium
est magis communis opinio, & illa damnatur commu-
niter, teste Ant. de Burg. in dict. cap. ex parte. num. 69.
de rescrip. Nec obstat text. super quo se fundant, in
dict. cap. quod in dubijs ibi. Licet resignatio talium fa-
cta laico, nullam obtineat firmitatem, & ibi, eodem
sunt beneficio spoliandi, &c. ergo non est nulla, quia
26 quod nullum † est, nullum producit effectum, l. 4. §.
condemnatum, ff. de re iud. l. non putauit. §. non quo-
uis ff. de bono. poss. cap. illud. de iur. patron. & nul-
lum præstat impedimentum, cap. ad dissoluendum. de
dispens. impub. & paria sunt non esse, vel esse, nullum
l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. Card. Paris. cons. 109.
num. 5. vol. 3. nam. omissa responsione de qua Abb. in
dict. capit. quod in dubijs, num. 8. quod loquatur de
renuntiante in manu laici, quia de ea dicetur paulò in-
27 feriùs. Respondetur † illa verba, *nullam obtineat fir-
mitatem*, esse intelligenda respectu superioris iuxta ra-
tiones superius citatas, nam non est inconueniens, vt
dictum legis generale restrictionem recipiat, & regu-
letur secundum rationem, l. cum pater. §. dulcissimis,
ff. de legat. 2. & ita hæc verba esse intelligenda tradit
Resta. Castal. de Imp. q. 103. num. 16. illa vero verba,
sunt beneficio spoliandi, hoc important, quia ex quo
est nulla renuntiatio debent declarari priuati ob deli-
ctum, & hæc fuit mens Host. vt patet in num. 1. & vo-
luit hoc Abb. in cap. quod dei. num. 4. in fin. de stat.
28 monach. Card. in clem. 1. num. 17. de renunt. & in †
specie requiri priuationem, scriptum reliquit Ant. de
Burg. in d. cap. ex parte. num. 64. vers. secunda con-
clusio, & num. 68. Ideò inquit optimè Abb. in dicto
cap. quod in dubijs. num. 8. quod beneficium ex hoc
non vocat, sed interim est in pendenti ad iudicium su-
perioris, Zabarella in clem. 1. num. 17. de renunt. ex-
pressè Nauarr. in cap. accepta. in 7. solutione opposi-
tionis num. 32. in fin. ita in simili homicida debet de-
29 clarari priuatus, † vt est communis opinio teste Anan.
in cap. inquisitionis. nu. 3. de accus. Gomes. in cap. 1.
num. 2. de rescript. Ferrat. caut. 44. Plaz. libro primo
30 delictor. cap. 11. num. 2. & ob crimen † desertionis da-
ri priuationem habetur in clem. 2. de pœn. Roffiniac.
de benef. cap. 14. nu. 33. & ex quo requiritur declara-
tio sequitur posse interim taliter renuntiantes benefi-
31 cia possidere & ministrare sine nouo consensu † supe-
rioris, & alia noua collatione, vt scriptum in terminis
reliquit Ant. de Butr. in capit. 2. num. 6. de renunt. lib.
6. & ibi Ioan. Andr. num. 3. Hostien. in dict. cap. ex
ore. Ioan. Andr. in cap. quanto. de transl. præl. quos
sequitur Abb. in dict. cap. quod Dei num. 4. de statu
monach. vbi attestatur ita tenere omnes Doct. & esse
veram sententiam. Ferrett. cons. 133. num. 5. qui etiam
dicit, quòd subditi ei parere tenentur, nam in officio
clericorum versatur vtilitas publica, cap. dudum. 2. de
elect. cap. nisi. §. verum. de renunt. sed officium publi-
32 cum non abdicatur † ex priuata renuntiatione. leg. le-
gatus. ff. de officio præsidis. ad not. in capit. si deligen-
ti. de foro competenti. Accedit quia hoc casu videtur
sufficere patientia prælati, qui illum potest priuare, arg.
l. voluntatis. ff. quibus mod. pig. vel hip. cap. dilectis
de sentent. & glos. in cap. quod Dei. verb. ministrare.
de stat. monach. quæ contrarium vult, quamuis & illam
sequatur Resta. Castald. de imper. q. 103. num. 18. com-
muniter damnatur, vt tradit ibi Abb. nu. 4. dicens text.
illum habere aliam intelligentiam.

Et hæc extendo procedere † etiam in renuntiatione 33
facta coram laicis, vt sit nulla quoad præiudicium su-
perioris, valida tamen quoad præiudicium renuntian-
tis, nam verba text. in dict. cap. quod in dubijs, ibi, Li-
cet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmi-
tatem, intelliguntur, vt suprà dixi, respectu superio-
ris, vt tradit Resta. Castal. de imper. quæst. 103. num.
16. & patet ex rationibus supra allegatis, quibus ac-
cedat, quia inquit text. Sunt eodem beneficio spolian-
di, &c. ex quo primo infertur non esse veram distin-
ctionem Hostiens. quàm refert & sequitur Abbas in dict.
cap. quod in dubijs. num. 8. inter renuntiantem in ma-
nibus laici, vt illa renuntiatio † sit nulla ipso iure, & 34
inter renuntiantem in manibus clerici, vt hæc sit nulla
quoad superiorem, quam opin. dixit communem Be-
rous in dict. cap. sollicite. sub. num. 16. vers. Potest,
& num. 19. quia nullo iure probatur. arg. l. illam. C.
de collat.

Secundò infertur non esse verum intellectum ad
dict. cap. quod in dubijs datum per Petrum Rebuff. in
tractatu de pacifi. possess. num. 149. secundum quam
† probat renuntiationem beneficij in manibus laici 35
verbo simul, & re factam, dimittendo etiam benefi-
cium resignatum, valere etiam quoad præiudicium re-
signantis, ponderando verba tex. ibi. Hi præterea qui
beneficium Ecclesiasticum sibi collatum sponte in
manum laicam resignantes illud denuo à laico susce-
perunt, eodem sunt beneficio spoliandi, licet resigna-
tio talium facta laico nullam obtineat firmitatem, &c.
Si ob eam dimiserit beneficium, & sic tam facto quàm
verbis cessit valet, ex quo dicit denuo susceperunt à
simili, l. 3. C. de fid. Instrum. l. si vt proponis. 1. C. quo.
& quando iud. quia neutra valet, scilicet illa quæ fit
verbis, & re, & verbis tantum, si non probatur a su-
periore, & vtraque valet si ab ipso probatur, scilicet
eo modo quo suprà. Accedit quia ex nullo verbo il-
lius cap. hoc colligitur, nam verbum *denuo*, quod
Rebuff. ponderat ad significandum priorem partem il-
lius cap. agere de renuntiatione re ac verbis facta, nihil
facit, quam optimè verificatur in eo qui solis verbis
renuntiat in manu laicorum, & ab eis iterum verbo
accipit, nam verbum † *denuò*, hoc sonat. idest denuo, 36
rursus, & de nouo, l. cum prior. ff. de dist. pign. l. 2.
C. de erro. calc. & ita hunc intellectum Rebuff. reiicit
Nauarr. in capit. accepta. in oppos. 7. sol. nu. 35. de
rest. spoliat.

Tertiò infertur non bene scripsisse Ber. in d. cap. soli-
citè, ac Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 6. vers. ille, dum
volunt renun. in manibus laici esse priuatos beneficijs,
quia hoc est contra tex. in d. c. quod in dubijs, illis
verbis, *Eodem sunt beneficio spoliandi*. Ergo non sunt
priuati, & tex. in d. cap. quod in dubijs. loquitur in
fortioribus terminis, vt animaduertit Ferret. cons. 133.
nu. 5. ver. propterea, nam loquitur de eo qui renun-
tiauit sponte 7. de eo qui renuntiauit in manibus laici,
tertiò de eo qui recipit idem benefi. à laico. & tamen
inquit text. quòd venit spoliandus quamuis delictum
sit maximi momenti, cum suscipiens beneficium de ma-
nu laici sit suspensus † ipso iure, c. si quis deinceps. 16. 37
q. vlt. & ineligibilis, cap. propterea. de iur. pat. cap.
quisquis de elect. Ergo &c. Limita hanc primam decla-
rationem, vt dicam infrà in 3. limit. principali. nu. 16.

Secundò declaratur huiusmodi conclusio, vt renun-
tiatio facta in manibus non superioris, præiudicet re-
nuntianti quoad possessionē, nam illam amittit † retinet 38
tamen proprietatē, quā debet declarari priuatus, Inno.
in cap. veniens. de renunt. in verb. fatemur, Idem In-
noc. in d. cap. quod in dubiis, vbi Abb. nu. 8. vers. licet.
eod. tit. Card. Zabarella in clem. 1. sub num. 17. eo.

tit. Abb. in cap. vlt. nu. 4. eo. tit. Iaf. in l. 1. §. sicut nu.
27. ff. de acq. poss. Rot. deci. 3. num. 1. de renunt. per
Bisign. Alciat. resp. 9. Rossiniae. de benef. cap. 14. nu.
36. Rest. Castald. de Imper. q. 103. nume. 16. cum seq.
Menoch. de arbi. Iud. cas. 201. nu. 47. Nauar. in cap.
accepta. in 7. sol. oppo. nu. 25 & nu. 34. Rot. deci. 3.
nu. 2. de renunt. per Bisign. & decis. 4. eo. tit. in antiq.
Ratio est, quia possessio non habet quid spiritualita-
tis, seu vinculi indissolubilis, ideo potest amitti absque
superiore, secus in proprietate, & hoc est quod dicitur,
39 quod facilius perditur † possessio quàm proprietas, l. 1.
ff. de acq. hæred. l. 1. §. si vir. vxori. ff. de acq. poss. Rot.
decis. 6. nu. 4. de rerum permut. text. optimus in l. si
quis vi. §. differentia. ff. de acq. pos. vbi Bar. dicit, quòd
qui non potest renuntiare iurisdictioni, & iuri suo
quoad proprietatem absque superiore, potest tamen
possessioni renuntiare, quoniam cessat ratio præiudicij,
& hoc est quod communiter volunt Doct. titulum be-
40 neficij † non amitti absque superioris consensu, Ab. in
cap. ad aures. n. 7. de eo quod met. cau. Fel. in cap. in
nostra. corol. 34. de rescrip. Idque comprobatur, quia
41 ex inutili contractu † perditur possessio, Bar. per illum
tex. in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. pos. & sequuntur
communiter Doct. vt ibi tradidit Ias. num. 11. & nu. 15.
Vnde concludendum est non priuari proprietate ex
hoc, ipso iure, sed requiri sententiam declaratoriam
42 priuationis, † ob delictum commissum renuntiando in
manibus non sui superioris, ita Card. Zabarell. in clem.
1. sub. num. 17. in fi. de renuntiatio. & probatur ex-
pressa in d. cap. quòd in dubijs. ibi, *beneficio spoliandi*,
& ad hoc illum text. ponderant Inn. sub num. 1. Host.
etiam num. 4. & communiter.

Hinc fuit decisum in Rot. vt tradit Bisignet. decisi.
3. de renunt. quòd si renuntians coram non suo supe-
43 riore non fuerit priuatus † à suo superiore, licet me-
dio tempore alter impetrauerit illud beneficium, quòd
præfertur primus qui poterit agere, & beneficium re-
petere ab intruso. Hinc etiam Fel. in cap. in nostra. col.
34. nu. 31. de rescript. scribit necesse esse facere men-
44 tionem † de beneficio taliter renuntiato in impetra-
tione alterius, sequitur Selua de benef. q. 11. nu. 100.
Card. Paris. cons. 74. nu. 5. vol. 4. Menoch. de arbi. iud.
cas. 201. num. 47. ex ratione, quia sola possessio amit-
titur, & proprietas retinetur, Lap. alleg. 84. colum. 4.
Rot. decis. 1. de renunt. per Bisign.

Et hæc intelligo etiam de renuntiatione in manib.
laici, vt per huiusmodi etiam renuntiationem amitta-
45 tur possessio, & retineatur dominium, † idque colli-
gitur ex Doct. superiùs allegatis, & ex rationibus ad-
ductis, idque communiter recipitur, quamuis Ant. de
Butr. in cap. 2. nu. 6. de renun. lib. 6. & Bal. in d. cap.
quod in dubijs. nu. 4. renuerint contrarium, quos se-
quitur Ber. in cap. sollicite. nu. 26. in fi. in num. 19. &
num. 33. in fi. de rest. spoliat. & ad tex. in d. cap. quod
in dubijs qui dicit talem esse beneficio spoliandum, &
sic possessione, quia hæc verba ad possessionem infe-
runt, l. 1. ff. de vi, & vi arm. ac aliam ponderationem,
dùm dicit nullam obtineat firmitatem, ergo neque
quoad priuationem possessionis. Respondetur quòd
verba huius tex. *sunt beneficio spoliandi*, intelliguntur
respectu proprietatis, vt tradit Resta. Castald. de imper.
q. 103. n. 16. & communiter Docto. hoc volunt in d.
cap. & aliter non possunt intelligi, quia iam possessio-
nem amiserunt per renuntiationem, sunt ergo proprie-
tate spoliandi, idest declarandi priuari, Card. Zabarel.
in clem. 1. nu. 17. de renuntiatione, & ample dictum
est supra. Nam in proprietate sunt intitulati clerici, &
46 possessio nihil habet † spiritualitatis, Ab. d. c. n. 8. & re-
gulare est vt in beneficialibus attendatur titulus & non
possessio, Boer. laic decis. 24. nu. 8. Ideo fuit resolutum
in sacra Congregatione Conc. die 16. Iulij 1587. Bene-
47 ficiarum gaudere † priuilegio fori ante adeptam posses-
sionem, ex his quæ scribit Car. Zabarell. in clem. vt
hi qui §. illi verò n. 10. & 11. de æta. & qua. nec obstant
illa verba *nullam obtineat firmitatem*, quia vt dictum
est suprà, & communis opinio illa intelligit respectu
superioris, vt dictum est suprà, minus obstat aliud ar-
gumentum Bald. quòd hoc sit introductum in fauorem
vtriusque scilicet beneficiarij, & ecclesiæ, nam respon-
detur concludere respectu proprietatis.

Et quia huiusmodi conclusio communis fallit in
pluribus casibus, ideò ponendæ sunt limitationes, quo-
modo & quibus casibus renuntiatio sustinetur, quam-
uis non fuerit facta in manibus superioris.

Prima limitatio est, quando renuntiatio facta coram
non superiore fuit deinde per superiorem † ratificata; 48
nam tunc subsistit, ita Cardin. Zabarella in clem. 1.
sub nu. 17. de renunt. Host. in cap. ex transmissa. nu. 3.
eo. Ant. de But. in cap. admonet. n. 9. in fi. post Gl. in
verb. consulto, Abb. col. 2. ver. Glossa quærit. eo. tit.
Idem Ant. de Butr. in cap. quod in dubijs, sub num. 5.
eo. tit. idem Abb. in cap. vlt. num. 4. eo. tit. de renunt.
Ant. de Burg. in cap. ex parte. num. 68. de rescrip. Car.
Alex. in cap. denique. nu. 6. q. 3. Rot. decis. 3. in fi. de
renunt. in antiq. per Bisign. Ber. in cap. sollicite. nu. 34.
de restit. spoliat. Rossinia. de benef. cap. 14. num. 27.
& num. 52. communis igitur est opinio ab omnibus ap-
probata posse superiorem ex post facto habere ratam
cessionem factam coram alio.

Idque deducitur ex d. cap. vlt. de renunt. per quem
tex. dicit Archid. vt ibi refert. Abb. sub num. 4. quòd
si Abbas cessit non in manibus † superioris, si postea 49
superior cessionem ratam non habeat, potest petere à
monachis vt obedientiam de nouo promittant, & sic
possessionem recuperat, quam perdidisse videbatur.

Et ratio est, quia annullatur resignatio facta coram
non superiore ob præiudicium, & iniuriam, quæ fit ipsi
superiori † quam ipse remittere poterit, l. pen. C. de 50
pact. & cessante ratione cessat, &c. cap. cum cessante.
de Appellat.

Superior itaque potest ratificare cessionem, namque
nulla est illa renuntiatio quoad ipsum superiorem, & à
renuntiante abdicatur ius, Bisignet. decisio. 30. de re-
nuntiatio. in antiquior. vel repetere aut conferre, iuxta
ea quæ scripta sunt superiùs in principio.

Vera tamen conclusio est, vt taliter renuntiantes
absque superiore non possint absque superioris † con- 51
sensu redire ad beneficia ita resignata, Glo. in cap. quod
Dei. quam dicit singularem Nauarr. in cap. accepta.
opposi. 7. num. 25. 28. & 31. an autem requiratur noua
collatio vide Io. Andr. in cap. si te præbendam de re-
nunt. num. 3. & dixi lib. 1.

Vnum tamen sciendum, quòd potius ratificatur re-
nuntiatio facta coram clerico, † quàm coram laico, 52
Bert. in dict. capit. sollicite. num. 34. de restitut. spo-
liato. quia in eo minus spernitur authoritas superio-
ris.

Nec obstat † quòd ratum haberi non possit, quod 53
nullum est ipso iure, l. qui aliena. ff. de acquir. hæred.
leg. 2. C. communia Iud. Bart. in l. obseruare. num. 6.
& 7. ff. de officio præt. Ioan. Andr. in cap. Aduersus, de
immunit. eccles. vbi dicit, † quòd sententia lata ab ex- 54
communicato ratificari non potest, quia respondetur
primo, hanc renuntiationem non esse ipso iure nullam,
secundo respondetur non esse in totum nullam, sed
quatenus attinet ad superiorem, vt amplè dictum est
supra.

Declara tamen vt huiusmodi ratificatio fiat infrà sex
menses, nam si infrà id tempus † superior non conferat 55
beneficium, vel resignantem ad beneficium redire non
compellat, deuoluitur potestas conferendi ad proximè
superiorem, ita singulariter dicitur in decis. 8. Rot. de
renunt. num. vlt. in antiq. & Bisignet. decis. 1. de elect.
dicit † tempus currere Episcopo a die renuntiationis, 56
faciunt not. in capit. 2. de concess. præben. & in Rub.
de suppl. prælat. neglig.

Secundò limitatur non procedere, quoties fuit facta
resignatio in manib. alicuius † qui recipiat nomine ip- 57
sius superioris, puta in manibus Notarij, vel alterius,
Bellam. in cap. 2. num. 2. de restitut. Guid. Pap. consil.

172. quos refert, & sequitur Menoch. de recup. pos. re-
med. 1. num. 277. in fin. Boer. decis. 348. versic. quia
Notarius, & habetur in summario decis. 3. Rot. de re-
nunt. in nou. & est communis opinio Doct. quæ ex eo
probatur, quia illa receptio videtur fieri ab ipso supe-
riore, namque præsupponimus de mandato superioris
58 illum recipere nomine ipsius superioris, & qui † per
alium facit per seipsum facere videtur, reg. qui per
alium. de regul. iur. in 6. leg. 2. ff. rem pupil. sal. for.
leg. eum. ff. de in ius vocan. Boer. dict. dec. 348. sub
numer. 3.
Si vero non adest mandatum, requiritur ratificatio
superioris, vel quod consensus concurrat, ita si Nota-
59 rius absenti donationem stipuletur † adhuc ex parte ab-
sentis non est donatio, nec ei quæritur nisi ratificatione
sequutâ, & sic eius consensu concurrente, Alberic. in
leg. non enim. colum. 1. ff. de adopt. Bald. cons. 260.
verba. libr. 2. Paul. de Castr. consil. 195. visis col. 3.
lib. 2. Dec. cons. 226. colum. 2. & cons. 147. col. penult.
& cons. 586. numer. 13. Curt. Iunior cons. 52. num. 12.
Card. Paris. cons. 52. num. 110. volum. 5. Socin. Iun.
cons. 126. num. 12. volum. 2. Gran. cons. 12. colum. 1.
cons. 25. numer. 37. cum alijs vt per Tiraquell. tract. de
constit. part. 3. num. 12. limit. 3. communis teste Al-
ciat. in cap. cum contingat. num. 234. de iureiur. & hac
ratione antiquitus Vicecancellarij, & Referendarij re-
cipiebant resignationes nomine Papæ, decis. Rot. 3. sub.
num. 3. de renunt. in nou. de quibus dicetur infra, &
60 hodie notarij † Cameræ, & Cancellariæ recipiunt, iuxt.
constit. Clem. VII 19. Sanctissimus. anno 3. Et hi pro-
priè consensum requisitum in resignatione recipiunt, vt
dicetur infra libro. 8. quæst. 8. ex quo abdicatur ius
mediante receptione resignationis factâ per superio-
rem, iuxta ea quæ dicta sunt suprà.
Tertiò limit. nisi in resignatione facta coram non su-
61 periore fuerit dictum, † renunt. hoc beneficium, si or-
dinario meo, cuius consensus requiritur, placuerit, nam
hoc casu valere resignationem scripsit Fel. in cap. cum
contingat. numer. 16. de off. de leg. vbi allegat ad hoc
quandam decis. Rotæ.
62 Ratio est, quia † hæc clausula, si, habet mirabiles
effectus, Bart. in l. est conditionalis, ff. de author. tut.
ideo huiusmodi clausula, si, operatur in decreto iudi-
cis, Bald. in l. 1. col. vlt. C. qui admi. & in satisdatione,
l. prætor ait. ff. de damn. infect. & in absolutione, Bald.
in cap. 1. colum. 3. de iureiur. & in prorogatione iuris-
dictionis, Abb. aut. in cap. significasti. in 3. not. de for.
compet. & in dispensatione, Ant. de But. in capit. du-
dum. 2. col. 2. de elect. ac tandem excusat à simonia,
quando ponitur clausula in pactis illicitis, si summo
Pontifici placuerit, vt infra dicetur lib. 14.
Hinc dicit Bisignet. decis. vlt. de renunt. in antiqui.
63 quòd si quis renuntiauit ex causa permutationis † sub
conditione, si patrno suo placuerit, quòd non teneat
resignatio, si patrno displiceat, & allegat Ioan. And.
in cap. in electionibus. de elect. libr. 6. quamuis con-
trarium mihi videatur in casu dictæ Dec. per rationes
ibi in principio relatas.
Eoque magis hoc procedit, si dictum fuerit vlterius
& non aliter, nec alio modo, quia talis protestatio ver-
64 bis geminatis concepta multum operatur, † nam hu-
iusmodi clausula habet naturam præcisam, leg. non
aliter. ff. de leg. 3. l. qui hæred. §. vlt. ff. de condit. &
65 demonst. Ioan. Sur. consil. 143. num. 43. & formam †
inducit. Dec. consil. 528. numer. 11. & ob id licet em-
66 phyteuta † alienans rem contra formam l. vltim. C. de
iur. emphyt. cadat à iure suo, vt dicitur in d. l. vltim.
& ibi communiter doct. adeo quòd non requiratur sen-
tentia aliqua, Glo. in d. l. vlt. verb. cadat circa princ.
quam dicit à nemine esse reprobatam, Ant. de Butr.
cons. 22. num. 1. Ias. d. l. vlt. nu. 103. tamen si aliena-
67 uerit † cum hac clausula, *saluo iure Domini directi, nec
aliter, nec alio modo*, non cadit à iure suo, vt est com-
munis opinio, teste Ripa in cap. cum M. sub num. 80. de
constit. & libr. 3. respons. cap. 1. numer. 3. à qua opi-
nione Iul. Clar. lib. 5. recep. sententiarum. §. emphy-
teusis. quæst. 13. versic. Item quæro, dicit non esse re-
cedendum in iudicando, secundum quam alias con-
sului in facti contingentia.
Sublimita primo, vt valeat huiusmodi resignatio, si
fuit postea per superiorem ratificata, & recepta, iuxta
ea quæ dicta sunt suprà numer. 48. alioquin nulla erit,
cum non abdicetur ius à beneficio absque superiore, vt
latè dictum est suprà num. 1. cum seq. Et ideo antequam
resignatarius capiat possessionem beneficij resignati, vel
in eo aliquid faciat aut se ingerat, debet interuenire
consensus superioris, ex quo præcedens factum inua-
lidum, † & nudum conualidetur, alias secus, si resig- 68
natarius ceperit possessionem, vel se ingesserit in be-
neficio resignato, hoc enim casu erit nulla resignatio,
scilicet quoad præiudicium superioris, & valida quoad
renuntiantem, ita colligitur ex Felin. in d. cap. cum
contingat. num. 14. de offic. de leg. quia clauf. *non
aliàs, non aliter nec † alio modo*, non operatur, quando 69
quis offendit in facto superiorem, Bald. in cap. 1. §.
hoc quoque verbo singularia. de succes. feud. in vsibus
feud. vbi ponit exemplum in vasallo, qui alienauit ir-
requisito domino, cum dicta clausula non alias &c.
nam si alter adeptus fuit possessionem poterit mulctari
in amissione Castri, etiam erit in emphyteuta alienante
absque consensu Domini cum dicta clausula † nec ali-
ter &c. nam si postea tradit possessionem cadit à iure 70
suo, vt est magis communis opinio, & in praxi recepta,
de qua per Bursat. consil. 26. libr. primo, & consil. 257.
num. 17. & sequen. volum. 3. nam his casibus verba illa
bene sonant, & malè raspant, Felin. in capit. quæ in
ecclesiarum. num. 85. de constitut. & protestatio est
contraria † facto, vnde non mirum si non releuat, Bald. 71
in l. voluntas. C. de fidei commiss. nam in re facta non
prosunt artes verborum & simolatæ protestationes,
Bald. in leg. 1. colum. 14. versic. demum quæro, C. de
confessis, sicut dicitur de eo, qui dixit, tu mentiris
salun honore tuo. Cardin. Zabarell. & Abb. in capit.
eam te. de iureiur. Bartol. in leg. si quis extraneus. ff.
de acquirend. hæredit. Guid. Pap. decisio. 465 factum
† enim subsequens declarat malam voluntatem ab 72
initio interuenisse, vt in simili tradit Dec. consil. 686.
num. 11. Paris de Put. de Synd. in verb. etsi contra. de
iniurijs. fol. 108. & malè ius seruat, qui totum eneruat,
Ioan. Andr. in cap. eam te. de iureiur. Et facit in simili
decis. Rot. facta 11. Martij 1538. coram Oradino, qua
die fuit annullata quædam permutatio facta coram or-
dinario tanquam simoniaca, propter pacta † illicita, 73
licet adesset clausula, salvo beneplacito Sedis Aposto-
licæ, quia ante permutationem non impetrarunt dict.
Beneplacitum Sedis Apostolicæ, vt refert Sarn. de trien.
quæst. 11. versicul. quid dicendum. immo ita possessio-
nem capiens erit intrusus, cum id faciat absque Cano-
nico titul. Ioan. Andr. & Henric. Boic. in cap. in lite-
ris. de restit. spoliat. & ibi Bert. numer. 2. Coras. de
cap. 4. & 13. Abb. in cap. cum iamdudum. colum. vlt.
de præben. tit. à nemine dari potest nisi à superiore, ad
not. in cap. 1. de reg. iur. lib. 6.
Quarto limita, & declara requiri auctoritatem su-
perioris in renuntiatione beneficiorum acquisitorum,
non autem † acquirendorum, vt scriptum reliquerunt 74
Innoc. in cap. quod in dubijs, num. 1. Hostien. numer.
etiam 1. Anton. de Butr. num. 5. Abb. num. 4. & alij
omnes de renunt. Gemin. in cap. si electio. sub num..
de elect. libr. 6. Capra in clem. gratiæ. num. 6. de
rescrip. Card. Alexan. in cap. denique sub numer. 4. 6.
quæst. 3. Sarn. de infirmis resig. quæst. 18. colum. 3.
versic. nec obstat. Resta. Castald. de imper. quæst. 103.
num. 15. & est communis opin. omnium Doctor. & ra-
tio est, quia in beneficijs acquirendis cessat ratio vin-
culi quæ viget in benef. acquisitis, arg. c. nisi §. verum. de
renunt. & in illorũ renunt. non adest illud interesse su-
perioris, Rot. dec. 8. de iur. patr. in nou. vnde cessante
causa cessat dispositio cap. cum cessante. de appellat.
& ob id dicimus † quòd facilius tollitur ius quæren- 75

dum quàm quæsitum, leg. si sponsus. §. si maritus. ff. de
donat. inter vir. & vxor. leg. qui autem in princip. ff. de
his quæ in fraud. cred. Crauet. consil. 114. numero 14.
Quinto limit. ex eadem ratione vt habentes ius ad
76 rem in benefic. possint renunt. dict. † ius absque aucto-
ritate superioris, Rot. decis. 7. num. 3. de iur. patron.
in antiq. & decis. 8. nu. 1. eod. tit. in nou. & dec. 17.
nu. 7. de præb. & dec. 8. de renunt. in antiqui. & decis.
14. quidam Card. num. 3. eod. tit. & lib. 6. Gemin con-
sil. 127. Card. Zabarel. in clem. 1. sub. numer. 16. de
renunt. Innoc. in dict. cap. quod in dubiis, Archid. in
cap. deliberatione, de offic. leg. in 6. Boer. decis. 308.
sub num. 1. & est communis Doctor. sententia, nam
77 ius ad rem † facilius perditur. Rot. dict. decis. 8. de re-
nunt. in antiq. & facilius renuntiatur, Rot. decis. 14.
num. 3. eod. titul. & lib.
Ex qua limitatione primò infertur, electum ad ali-
78 quod beneficium Ecclesiasticum seu dignitatem † posse
renuntiare, absque auctoritate superioris ante confir-
mationem habitam, vt scriptum reliquerunt Ioan. Bern.
Innoc. Petrus, & Abba. in cap. inter corporalia. de
translat. prælat. quos refert & sequitur gloss. in cap. si
electio. verb. renunt. de electio. libro 6. vbi Archid. in
eod. verb. sub numer. 2. dicit hanc opinionem esse com-
munem & æquiorem, & ibi Anton. de Butr. numer. 7.
allegat Ioann. Monach. qui hoc tenet in cap. 1. vt lit.
pe. lib. 6. Gemin. in dict. cap. si electio, colum. 2. sub
num. 5. Alexan. in leg. his qui hæredes. num. 6. ff. de
acquirend. hæred. gloss. in cap. 2. verb. renuntiauit. &
ibi Abb. num. 11. de restitut. in integr. quam gloss. dicit
singularem, Rot. decis. 6. de elect. in nouis, Ioan. And.
quem refert, & sequitur Abb. in capit. ad aures, num. 7.
de his qui met. caus. Resta. Castald. de imper. quæst. 103.
num. 15. & est communis omnium Doctorum sententia,
79 vt tali casu sufficiat † renuntiatio in manibus eligentium.
Butr. in cap. 1. num. 33. de restitut. in integ. Coras. de
benefic. par. 1. cap. 8. num. 15. versic. eademque. Dec.
in cap. postquam colum. 2. de electión. Rot. decis. 8.
num. 3. de iur. patron. in nou. Selua de benefic. part. 3.
quæst. 1. nu. 9. & electum in Episcopum posse renun-
80 tiare post eius consensum, & ante confirmationem †
sine licentia Papæ, videtur tenere gloss. in cap. 5. verb.
confirmatus, de translat. Episc. & gloss. in cap. cum
inter. de electio. verb. quasi, Capr. in clemen. Gratiæ.
num. 13. de rescript. & omnes Doctor. vt dicit Rot. dict.
decis. 8. num 3. de iur. patr. in no. Quæ conclusio rectè
probatur in dict. cap. si electio. ibi, Si electio ex eo
non sortiatur effectum, quia electus consentire recusat
vel post consensum renuntiat iuri suo, &c. Et sic vide-
tur dicere, quòd renuntiat absque auctor. superioris,
nam aliàs hoc expressisset. argum. leg. vnicæ. C. de ca-
duc. toll. & ita esse intelligendum hunc text. dicit Ar-
81 chidiac. ibi, ex quo etiam text. colligitur, quòd † ele-
ctus antequam acceptet non potest renuntiare, quia
nullum ius habet, ad quod faciunt not. in cap cum in-
ter. &c. publicato, de electio. gloss. in cap. vltim. verb.
contraxit. de procurat. libro 6. Bert. de Episcop. lib. 2.
num. 53. sed sufficit non consentire electioni, post vero
acceptationem potest renuntiare absque superiore, post
confirmationem cum superioris auctoritate.
Secundò confirmatur ex cap. 2. de translat. Episc. in
§. sicut, vbi loquitur post confirmationem.
Tertiò accedat, quia ratio cur requiratur auctoritas
superioris est, quia adest interesse superioris, quod non
adest nisi postquam beneficium est effectum clerici, vt
loquitur cap. admonet. &c. quod in dubijs de renuntiat.
secundum Gemin. dict. cap. si electio, colum. 2. versic.
crederem, & tamen per solam electionem beneficium
82 non est suum, † immo dicitur vacare vsque ad confir-
mationem. gloss. in clem. 1. vt lit. pend. Selua de be-
nefic. part. 3. quæst. 1. colum. 2. & per consequens,
cessante dict. interesse, cessat etiam dispositio, cap. cum
cessante. de app.
Quartò facit regula 1. extr. de reg. iur. Omnis res
per quascunq. causas nascitur, per easdem dissoluitur,
facit l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. hinc dicimus,
quòd id quod consensu contrahitur, consensu † dissol- 83
uitur. l. 1. C. vt li. ab emp. disce. l sicut. C. de act. & ob.
sed fuit ele. sine superiore, ergo, &c.
Quintò, & vlt. quia vt supra dict. est, communis om-
nium sententia est, vt habens ius ad rem possit illud re-
nunt. absque superioris auctoritate, sed per electionem
etiam post consensum acquiritur tantum ius ad rem † 84
reuocabile, vel confirmabile per superiorem, Innoc. in
c. Nosti, de elect. gl. in eod. c. Nosti, & in c. qualiter, & c.
transmissum. eod. tit. Archid. in d. c. si elect. eo. tit. l. 6.
Idem Inn. in c. cum venissent, de in integ. resti. gl. in cap.
1. vt lit. pend. & ita fuit decisum in Rot. vt habetur
decis. 6. cum ad capitulum de elect. in no. Abb. in cap.
cum Bertoldus de re iudic. Bellamer. decis. 167. Sarn.
in reg. de iur. quæs. q. 1. colum. 13. vers. primus, & est
communis, & recepta opinio scribentium. Ideo dice-
bat Lapus, quod si taliter electus † moriatur in Curia 85
Rom. per eius obitum dictum benef. non vacat in Cu-
ria, nec extrà, sed per obitum primi. Archid. dict. cap.
si elect. Gam. de auct. legat. à lat. lib. 9. titu. de facult.
legat. legatio. finita. num. 163. Petrus in direct. elect.
p. 1. cap. 8. num. 5. Alber. de stat. q. 199. nu. 3. Staphil.
de grat. expect. for. 3. num. 13. vnde opin. Archid. in
cap. is cui, de elect. l. 6. & in cap. in nomine, 23. dist. di-
centis per electionem acquiri ius in re, ac gl. in cap.
quanto 63. dist. communiter est reprobata. Ioan. Andr.
Selu. de benef. p. 3. q. 2. num. 3. declarat opinionem
Archidiac. vel vt † acquiratur ius in re, scilicet ius 86
persequendi electionem, & non tale ius quale acquiri-
tur post confirmationem, cap. qui duos, de elect. lib.
6. Rot. dict. decis. 6. num. 3. vers. nec obstat, vel vt
acquiratur ius in re saltem habitu, & ideo dicitur per
confirmationem nullum ius acquiri, sed tantum † exer- 87
citium administrationis. Oldrad. consil. 146. factum
est, circa medium, Io. And. in additio. ad Spec. tit. de
act. & per. super §. actionibus. Et hæc illatio vera est
& communiter recepta, quamuis contrarium tenuerint
Goffred. Host. Archid dict. cap. si electio. sub. num. 1.
verb. renuntiat. de elect. lib. 6. Præpos. can. si quis,
num. 1. 7. quæst. 1. vt electus postquam acceptauerit,
ante vero confirmationem non possit renuntiare absque
auctoritate superioris, nam vt dixi opinio istorum
communiter est damnata, nec obstat, quòd postquam
electus acceptat, contrahitur matrimonium † inter ip- 88
sum, & Ecclesiam, cap. cum inter Canonicos. 3. de elect.
in vers. discretioni, nam respondetur non esse verum
matrimonium ante confirmationem, cap. cum inter. 3.
de elect. ibi. Quasi coniugale vinculum, dictio † enim 89
quasi, stat impropriè. l. in suis, ff. de lib. & posth. sicuti
dicitur de sponsa, l. si sponsa. ff. de iur. dot. l. lex Iulia.
ff. de fund. dota. l. non sine, C. de bon. q. liber. cap.
quemadmodum, de iureiur. Sequuta verò confirmatio-
ne vtique electus non potest renuntiare absque † aucto- 90
ritate superioris, glos. Gem. & alij omnes in d. cap. si
electio. Put. in d. cap. 2. num. 3. de rest. in integ. Dec.
in cap. 1. num. 41. de confirm. vtil. vel inutil. Coras.
de benef. 1. p. cap. 8. num. 15. vers. ead. & omnes Doct.
superius citati hoc communiter volunt, quia tunc † ac- 91
quiritur ius in rem, communis opinio, vt per Io. Selu.
d. p. 3. qu. 1. col. 5. Idemque erit post consecrationem,
quandoquidem † consecratio fiat post electionem, cap.
prouida. de elect. lib. 6. intra tres menses † connume- 92
randos à confirmatione, cap. cum quidam. distin. 100.
cap. quantum, dist. 75. gloss. in cap. cum in cunctis. &
in cap. ne pro defectu, de elect. Bertr. de Episc. in 3.
part. 6. libr.
Secundò infertur præsentatum † ad aliquod benefi- 93
cium antequam instituatur à superiore posse renuntiare
præsentationi in manibus patroni, absque auctoritate
superioris, prout fuit decisum in Rot. vt habetur decis.
8. si aliquis. de iur. patro. in nou. Coras. de benefic. 1.
part. cap. 8. num. 15. in fin. Castald. de imp. quæst. 103.
numer. 15. Roch. de Curt. tractat de iur. patron. verb.
honorificum. col. 30. & communiter Doct. sequuntur

Et ratio est, quia ante institutionem cessat interesse
95 superioris, & ideo per præsentationem † etiam ac-
ceptam ante institutionem acquiritur duntaxat ius ad
rem, cap. dilectus. de off. leg. Bellam. decis. 166. Cald.
consi. 17. de iur. patr. Abb. in cap. cum Bertol. colum.
tertia, de re iudic. Æneas de Falcon. de reserua. effect.
46. & 47. & communiter Docto.

Idque ampliatur procedere etiam si præsentatio fuit
recepta à superiore, non tamen adhuc facta institutio,
nam etiam hoc casu præsentatus potest renuntiare abs-
que auctoritate superioris, & sic in manibus patroni, in
his enim terminis fuit decisum in Rot. vt habetur in
decis. 7. nota quod. de iur. patronat. in antiq. nam etiam
adhuc aliud ius non fuit quæsitum, quam ad rem. cap.
dilectus. de offic. leg. cum ibi not. per Innoc. & sic
96 cessat † interesse superioris, quod est causa, vt requira-
tur eius consensus, Ioan. Andr. & Gemin. d. cap. si ele-
ctio. de elect. lib. 6.

Tertiò infertur, habentes litteras capectatiuas ad
97 beneficia vacatura, posse illis renuntiare † absque au-
ctoritate superioris, vt fuit decisum in Rot. vt habe-
tur in decis. 8. nota quod licet. de renuntiat. in antiqu.
Abb. in cap. ad audientiam. 2. numer. 3. de rescript. Ge-
min. consil. 127. in fin. Boër. decis. 308. num. 1. Coras.
de benefic. 1. p. cap. 5. numer. 25. 26. & est communis
Doctor. sententia, & probatur, quia cessat interesse su-
98 perioris, cum ius non sit † quæsitum in re sed ad rem
duntaxat, Cardin. Zabarel. in clemen. Auditor, & cle-
men. seq. not. 2. de rescript. & communiter alij, & facit
text. in d. cap. ad audientiam. 2. de rescript. & cap. ve-
niens. & cap. sanc, eod. tit. & allegatæ doctrinæ proce-
dunt in his terminis, non autem prout vidi intelligi, vt
quis possit renuntiare litteris obtentis ad beneficia, quæ
vacant absque auctoritate superioris, cum per expedi-
99 tionem litterarum, † & sic acceptationem videatur quæ-
situm ius in re beneficij iam vacantis, Put. decis. 90. n.
4. lib. 2. communiter Docto. in cap. si tibi absenti. de
præbend. libr. 6. & iuri in re non potest renuntiari abs-
que superiore, Rot. decis. 8. de iur. patron. in nou. &
latè supra dixi ex communi, & recepta per omnes, ve-
rum potest quis tacitè renuntiare litteris beneficiorum
vacantium non capiendo possessionem illorum, nam
100 per impetrationem non obligatur quis † benefic. nisi
ceperit posses. Abb. in d. cap. ad audientiam. 2. numer.
3. de rescrip. ex cap. nisi cum pridem. vers. verum. de re-
101 nunt. possessio enim † in beneficialibus corroborat ti-
tulum, Rot. decisio. 10. num. 1. de præbend. in antiq.
& hoc videtur firmare Roffiniac. de benefic. cap. 15. n.
102 10. quia licet ex collatione ius benefic. †. acquiratur.
Lap. alleg. 8. Cald. consil. 9. de iur. patron. Rot. deci-
sio. 15. de præbend. tamen quasi possessio benefic. non
acquiritur nisi ex inuestitura facta à persona ecclesiasti-
103 ca † ad hoc deputata, cap. ex frequentibus. cap. ad hæc.
§. in quadam. de off. Archid. cap. 1. de eo qui mitt. in
posses. Rebuff. in prax. tit. de immiss. in posses. numer.
11. & 15.

Sextò limitatur, vt benefic. litigiosum possit renun-
104 tiari absque auctoritate † superioris, Ant. de Butr. in cap.
quòd in dubijs. numer. 5. vers. hoc verum. de renum.
vbi Abb. numer. 4. dicit eiusdem sententiæ esse Ioan.
And. in cap constitutus. 1 de appel. & alios, idem An-
to. de Butr. in dict. cap. constitutus, numer. 25. & com-
muniter Doctor. Ber. in cap. solicitæ. dic. nu. 16. vers.
saluati tamen. de restit. spol. Coras. de benef. 1. p. cap.
8. num. 13.

Ad quod facit cap. 2. de in integr. restitut. & ibi gloss.
in verb. renuntiat. quam gloss. dixit singularem Rot. de-
cisio. 6. de electio. in nou. & est ratio, quia cessat præ-
iudicium superioris, cum non constet possidentem ha-
bere ius in re, nam dubius est euentus litium.

Declara hoc procedere, quando ius est ita anceps,
& ambiguum, vt probabile sit dubium an habeat ius,
nam tali casu potest fieri renuntiatio absque auctoritate
superioris, ita declarant Anto. de Butr. & Abb. dict. cap.
quod in dubijs. num. 4. vers. sed primus. idem Anton.
de Butr. dict. cap. constitutus. num. 15. Coras. præalle-
gato cap. 8. num. 16. vnde secus erit si certum est, quod
habeat ius, nam licet litem patiatur, non tamen potest † 105
renuntiare absque auctoritate superioris, Ant. de Butr.
d. cap. quod in dubijs. num. 5. Abb. num. 4. vbi decla-
rat ita procedere quandam dec. Rot. 311. & sequuntur
communiter Doctor. vt per Ros. de benef. cap. 14. nu.
443. & 444.

Amplia vt huiusmodi renuntiat. valeat etiam si fue-
rit facta absente † patre Innocen. in cap. cum pridem.
de pact. super verb. renuntiauit Rot. decis. 3. si actor. 106
de renunt. in nou. vbi alleg. iura.

Septimò limita, † vt intrusus ad aliquod beneficium 107
possit illud renunt. absque superioris auctoritate Inno-
cen. in cap. Nisi. num. 2. versic. quidam tamen. gloss. in
verb. sed dumtaxat. versic. Pan. & Ioann. dicit. Ho-
stiens. num. 7. Abb. num. 5. versic. quidam sunt caren-
tes titulo vero, & num. 6. vers. infertur tertio. de re-
nun. & communiter Docto. sequuntur, dum ita intelli-
gunt cap. secundum de in integr. restit. & ibi gl. in verb.
renuntiauit. & alij.

Idque probatur, nam si non habentes ad beneficia
titulum & ius in re, sed tantum ad rem possunt renun-
tiare absque auctoritate superioris, Rot. decis. 8. de iur.
patronat. in nou. & communiter Docto. vt supra dictum
est, eo magis intrusi, † qui nullum ius habent nec ti- 108
tulum, Petrus Baif. in dict. tractat. de electio. part. 2. cap.
8. nume. 5. Cardin. Paris. consil. 47. numer. 32. volu-
min. 4. & sunt † odiosi, Lancelott. de attent. patt. 109
2. cap. 3. num. 74. & patt. 3. cap. 56. num. 41. eo ma-
gis quia stant cum peccato † in benefic. cum non sint 110
canonicè instituti, argumen. cap. 1. de regul. iur. in 6.
Rot. decis. 5. de restitut. spoliat. in nou. vbi dicit, quod
† tenentur ad fructus perceptos, Virgin. de Bocc. de 111
cingul. Iurisconsul. Roman. cap. 19. numer. 30. & ideò
qui retinent rem furtiuam, quanto magis retinent, tan-
to † magis peccant, can. si res. 14. quæst. 6. l. si pro iu- 112
re ff. de cond. fu. & † intrusus dicitur pluribus modis, 113
vt per Gemin. in cap. propter. col. vlt. dist. 19. Fel. in
cap. veniens n. 2. & 3. de accusat. Ioan. Selu. de bene-
fic. 1. cap. quæst. 11. numer. 9. & 10. Rebuff. in reg. 59.
Cancel. col. 3. Sarnen. reg. de trien. quæst. 47. vt quan-
do quis † intrat possessionem beneficij propria auctori- 114
te absque tit. Ioan. Andr. & Henri. Boic. in cap. in lite-
ris de restit. spol. & ibi Bern. num. 5. Coras. de benefic.
cap. 4. num. 53. Abb. in cap. cum iam dudum. col. vl-
tim. de præbend. Rebuff. in sua. prax. benef. fol. 154.
colum. 5. Hercol. de atten. cap. 56. num. 24. Lancelott.
in eodem tracta. cap. 3. num. 83. vel habet titulum sed
† non canonicum, Rot. decis. 13. de causa poss. & pro- 115
priet. in antiq. Dec. cons. 221. Card. Paris. cons. 47. nu.
40. vol. 4. & alijs modis, vt per de Docto. & latè cu-
mulaui in addit. ad Cald. cons. 13. de verb. signif.

Octauò limitatur † nisi fiat renuntiatio beneficij ex 116
legitima causa, in alterius manibus, quàm superioris, vt
colligitur ex Ant. de Butr. in cap. significatum. n. 3. & nu.
vlt. de præben. Idem Butr. in cap. constitutus. n. 15. de ap-
pell. & ratio est, quia causa facit recedere à regulis iu-
ris, l. si hominem. ff. mand. Hæc tamen limitatio in
praxi non recipitur, nam licet exemplificetur primo
quando non potest haberi copia superioris, ita Maiol.
tractat. de irreg. lib. 3. c. 6. n. 12. in fi. Allegans Ioan.
And. in cap. non firmatur. de reg. iur. in 6. in nou. Al-
ber. in dictio. in verb. renuntio, & in l. quod ab initio.
ff. de reg. iur. nam rigor † relaxatur propter impossibi- 117
litatem, cap. licet de vitanda. in fi. de elect. in 6. l. pro-
ximè. ff. de his quæ in testa. delent. l. & hoc liberius.
ff. de hered. instit. ac etiam forma, Abb. cons. 25. col.
2. ad fin. & cons. 65. in 2. dub. lib. 2. tamen hoc non
potest accidere, quamuis secundo exemplificetur, quan-
do huiusmodi renuntiatio fuit facta in manibus inferio-
ris, nam † tunc renuntians nihil perdit. Innoc. in cap. 118
quod in dubijs, sub num. 1. Hostiens. Anton. de Butr.
Abb. etiam in princ. & ibid. Hoc etiam non est verum,
vt patet ex supradictis, verum tamen est, posse fieri ex
causa

causa coram Iudice. Abb. in cap. 2. nu. 10. de rest. spol. quod declara, vt per Rot. decis. 3. de renunt. in nou. & dixi suprà.

Lib. 7. q. 1. n. 81. Ibi, Absque superiore.

DEbebit tamen renuntiare electioni, saltem in manibus eligentium, vt notatur supra, n. 77.

Eadem q. n. 100. Ibi, Nisi ceperit possessionem.

HInc vsus inualuit, vt regulariter nulla prouisionis beneficij (quod certo modo vacare prætenditur) signatura laxetur, quin de indebita possessoris detentione fiat mentio. Neque enim collatio beneficij, de facto non vacantis valet, nisi conferens ipse summus Pontifex, illud de facto non vacare intellexerit, cap. cum nostris. & ibi Doctores. De Concess. præb. intellexisse autem satis censendus erit, si sibi, illud à quopiam indebitè occupatum detineri, dictum & expressum extiterit. Hæc tamen expressio non requiritur, nisi quandò detinens, coloratam habet possessionem. Vt docet Molineus, super regula de Annali possess. nu. 128.

Eadem q. n. 116. Ibi, Nisi ex legitima causa, in alterius manibus.

SÆpiùs obtinuimus nouas prouisiones beneficiorum pro iis, qui de prædictis beneficiis, in indebitam Archiepiscoporum recusationem, à suffraganeis, eo animo prouideri procurauerant, vt pro huiusmodi nouis prouisionibus obtinendis, ad sedem Apostolicam, quamcitiùs recurrerent.

q. 1. num. 11. In præiudicium illius qui taliter resignauit renunciatio tenet & est valida.

¶ HOc tamen sæuienti calamo impetit procax Molineus ad regul. de infirm. resignant. in principio contra Gomesium exclamans pudendum errorema mensularis romanæ Curiæorum, quos contumeliosè trapezitas simoniacæ negociationis & forsan falso imperitos dictitat minori sane petulantia quàm qua omnes canonistas in nequissimo illo ad senatusconsulta contra prætensos Paparum abusus commentario num. 30. & 31. eodem probroso imperitorum titulo notare non erubuit in puncto ybi tota ipsius Molinei scientia, error, est & inscitia, nam quod ait ex cap. Adrianus *la second*. dist. 63. de iure Carolo magno ab Adriano primo & Romanis dato ordinandi & inuestiendi Romanum pôtificem, & cæteros Episcopos merum commentum est, à Sigeberto Schismatico, cuius verba credulè Gratianus in d. cap. exscripsit post annos trecentos triginta octo ab eo Adriani tempore talia in Chronico, scribentu confictum vel adornatum in gratiam Henrici Imperatoris Scismatici vt scitè aduertit & probat Baron. ad annum Christi 774. & confirmat Gretserus in Apolog. Baron. cap. 1. contra replicat. Goldasti. lib. 2. cap. 1. & 2. ita vt Imperator nec tunc, nec antea, nec post tale ius vnquam habuerit, quicquid Garriant Molineus ibi, & Melchior Goldastus Caluinista in rationali constitutionum Imperialium. Sed esto quod ea quæ dicuntur in d. cap. Adrianus vera sint, certè non potuit tunc recognoscere Adrianus, quod ea iura & priuilegia, quæ Molineus antiqua & imperialia ventilat, Carolo magno simul cum imperio competerent, & ea sibi solummodò confirmare, vt vult Molineus contra canonistas, qui tunc primum data fuisse tradunt: quum Carolus nondum esset Imperator, nec fuerit nisi annos post triginta à Leone creatus, & ipsi non vt Imperatori, sed vt Regi ea iura in d. cap. dicantur concessa. Sed vt ad rem redeamus vir, magni quidem ingenij & eruditionis legistæ & historicæ sed elatioris supercilij & in beneficialibus non multæ sanè lecturæ, nedum iniustè, sed & inhumanè Gomesium exagitat eique pudendos errores improperat quod dixerit per resignationem etiam à superiore non admissam beneficium vacare in præiudicium resignantis, & admissionem superioris ad perdendum ius beneficij nihil facere, cum hæc sit communis doctorum sententia, vt testatur ibi Flaminius; quia ex hoc videtur renuntians fecisse tacitum pactum de non petendo beneficium vt tradit gloss. in cap quod in dubiis, & glossa in cap. quod Dei timorem de Stat. Monach. sit renuntiantem sine auctoritate superioris, quum quantum in se fuit renuntiauerit, non posse in beneficio ministrare sine licentia ipsius superioris, vide etiam gloss in c. si quis verò 7. q. 1. Corras. de benef. 1. parte cap. 8. num. 13. & 14. Rebuff. in prax. in forma signaturæ in verb. etiam coram notario, & mandos. ad reg. 30. cancell. q. 7. num. 4 quamuis non pauci contrarium teneant, quos refert & sequitur Garcias de benef. parte 11. cap. 3. num. 113 quibus & nos accedimus, vt scilicet requiratur admissio superioris ad perdendum ius & proprietatem beneficij, non tamen ad amittendam possessionem (vt perperam existimat Molin.) Rebuff. in praxi. de resig. expressa num. 13. Garcias vbi supra num. 135. per ea quæ tradit hic Auctor noster num. 18. & seqq.

QVÆSTIO II.

An criminosi & irregulares possint renuntiare absque actoritate superioris.

SVMMARIVM.

1 *An criminosi possint renuntiare sine superiore.*
2 *Criminosi non habent titulum.*
3 *Episcopus criminosus etiam quantumcumque graui crimine irretitus non potest renuntiare absque auctoritate Papæ.*
4 *Episcopus simoniacus non potest renuntiare sine auctoritate Papæ.*
5 *Simonia crimen inter grauissima reputatur.*
6 *Simonia accedit hæresi.*
7 *Episcopus criminosus non potest renuntiare sine Papæ licentia, etiam in mortis articulo.*
8 *Criminosi non habentes titulum verum possunt renuntiare sine superiore.*
9 *Nullum crimen inducit priuationem ipso iure absque declaratione.*
10 *Criminosi priuandi an possint renuntiare absque superiore.*
11 *Irregulares non possunt renuntiare sine superiore.*
12 *Simoniacus an priuetur ipso iure, vel per iudicis sententiam.*
13 *Simoniacus nullum titulum acquirit in beneficio.*
14 *Simoniacus, quia titulum habet putatiuum, non potest renuntiare sine superiore.*
15 *Simoniacus debet dimittere beneficium aut habere dispensationem.*
16 *Extrauag. cum detestabile. an habeat locum in simoniaca reali concluditur negatiuè.*
17 *Opinio habetur pro veritate.*
18 *Papa faciliùs dispensat cum simoniacó reali.*

QVæro secundò, quid in criminosis, & irregularibus, an isti possint renuntiare absque auctoritate superioris, Abb. in cap. Nisi. no. 5. de renuntiat. tenuit posse cedere absque auctoritate superioris, nam cum isti tales † non habeant titulum, argumen. can. ordinationes, 1. quæst. 1. & sint licentiati à Canone, can. si quis neque. 1. quæst. 1. quod est can. 115. nullum viget interesse superioris. 2

Contrariam tamen opinionem tenuit, requiri superioris † auctoritatem, Innocent. in dict. cap. Nisi. num. 1. de renunt. ex eo quia isti saltem detinent aliquem colorem & possessionem facti, vnde adhuc durat interesse superioris. 1

Pro resolutione, & concordia distinguendum est, quòd aut loquimur in Episcopo criminoso, aut in alio.

Primo casu constituenda est conclusio, Episcopum † non posse renuntiare absque auctoritate Papæ, pro nullo crimine quantocunque graui, & ita procedit opinio Innocentij supra citati & est communis omnium DD. sententia, ex stylo corroborata, & probatur in dict. cap. 3

Digitized by Google

Nisi. cum pridem. vers. propter conscientiam enim criminis. de renunriat. Propter conscientiam enim criminis cedendi licentia potest postulari, &c. Et sic requiritur etiam hoc casu licentia, secundo probatur expressè in can. denique Suffredus. 6. q. 3.

4 Amplia etiam in † Episcopo simoniaco, nam neque iste poterit renuntiare sine auctoritate Papæ, Innocen. dict. cap. Nisi. num. 1. sed gloss. in vers. vnde quidam. cap. post translationem. verb. non valebat. de renunt. & ibi Abb. num. 13. Anto. de Butr. in cap. regularibus, de simon. Siluestr. in verbo. simonia, sub num. 20. vers. octauum, & probatur in dicto cap. post translationem, in versic. Rursus, Rursus si quis per cupiditatem parentum (eo tamen penitus ignorante) fuerit Episcopatum adeptus, & hoc comperto Episcopatum ipsum de licentia superioris dimittens, & cæt. Et sic requiritur licentia, & in dicto vers. Vnde, ibi, Vel cum aliquis propter graue crimen pro quo Episcopatum retinens, pœnitentiam dignè agere non valebat, cedendi obtenta licentia, vitam Monachalem elegit, &c. Et ibi gloss. in verb. non valebat, hoc notat, & ratio est, quia licet de iure per simoniam sit amissus titulus, tamen communiter reputatur illum habere, & ideò requiritur auctoritas, ita gloss. in dict. cap. Nisi. versic. sed litera, & subest causa, nam si bene administrat, Papa dispensabit cum eo, argum. dict. cap. post translationem. Vnde idem erit in alijs criminibus, quandoquidem simoniæ
5 crimen inter grauissima † reputetur, can. præsentium.
6 7. quæst. 1. D. Thom. quarto dist. 25. art. secundo † & accedat hæresi, gloss. in can. quicunque 7. quæst. prima. Dec. cons. 151. num. 8.

Amplia etiam si Episcopus Criminosus sit cõstitutus in mortis articulo, nam nihilominus non potest renun-
7 tiare Episcopatui sine licentia † Papæ, quamuis Abb. & gloss. in dict. cap. Nisi, tenuerint contrarium, nam pro exoneratione suæ conscientiæ, sufficit promittere Confessario velle dimittere quam primum possit.

Secundò casu loquendo de alijs criminosis, & irre-
8 gularibus non Episcopis distinguendum est, prout distinguit Abb. dict. cap. Nisi, sub num. 5. quòd † aut carent titulo vero & putatiuo, puta quia nullum habent colorem detinendi beneficia, vt quia est declaratum hoc per sententiam, & hoc casu possunt dimittere absque auctoritate superioris, Abb. dict. num. 5. vers.
9 quidam sunt carentes, nam regulariter † nullum crimen inducit priuationem ipso iure, absque declaratione, Gabriel. cons. 196. lib. 1.

Aut non carent titulo vero, putà quia sunt criminibus irretiti, carent enim hi titulo quo ad rei veritatem licet illum habeant, eum ex criminibus non sint priua-
10 ti, sed † priuandi per declarationem, vt in homicida voluntario tradit Anan. cap. Inquisitionis, de accus. communiter alij, vt per Clarum li. 5. recepr. sent. §. Homicidium. Hi enim non possunt renuntiare absque superioris auctoritate, Abb. dict. cap. Nisi, vers. quidam sunt habentes titulum, & est communis opinio omnium Doctor. & ita seruatur in stylo, nam isti retinent titulum putatiuum, donec fuerit declaratum, Gabriel. dict. cons. 196. lib. 1. Felin. in cap. inquisitionis, de accusat.

Vnde irregulares cum non sint priuati sed priuandi,
11 non possunt renuntiare † absque auctoritate superioris, Abb. d. c. Nisi. num. 6.

Vnde priuati ipso iure propter crimen, ex quo requiritur declaratio iuxtà communem opinio, vt dictum est, non possunt renuntiare absque superioris auctoritate. Ea quo sequitur falsam esse opinionem, Abb. dict. cap. Nisi, num. 6. vers. si autem commisit simoniam, dum vult simoniacum posse renuntiare ab que auctoritate superioris, cum sit priuatus ipso iure bene-
12 ficio, nam quamuis iure communi simoniacus † non priuetur ipso iure sed per sententiam, cap. insinuatum. de simon. cap. 2. de cens. Card. Paris. cons. 29. vol. 4. Hodie tamen per extrauag. Pauli 2. cum detestabile. est inducta priuatio ipso iure, Cassad. decis. 5. de constit. & decis. 1. de simon. communis, vt per Sarnen. de trien. quæst. 12. & nullum titulum † acquirat simoniacus, cap. 13
nobis fuit, &c. consulere. de simon. in cap. cum vniuersorum de rerum permut. Archidiac. in ca. ordinationes, 1. quæst. 1. Paris. dict. cons. 29. n. 1. & cons. 30. n. 2. vol. 4. Tamen habent titulum putatiuum, ratione
† cuius viget interesse superioris, ideo eius requiritur 14
auctoritas, vt dictum est supra.

Verum tenentur † quam primum dimittere. Et si per 15
alium eo ignorante simonia commissa fuit, quam primum sciuerit, debet renuntiare de licentia superioris, aut habere dispensationem. Abba. dict. cap. Nisi, nu. 6. vers. si autem, Mil. in rep. verbo simoniacus. vers. secus si per alium, Felin. in cap. insinuatum, num. 5. vers. 2. infertur. de simo. Siluest. verb. simonia. §. 22. nu. 12. vers. octauum. Sarnen. de trien. quæst. 12. colum. 4. Abba. in cap. post translationem, num. 13. de renunt. vbi loquitur in Episcopo, & dicit, quod quamprimum sciuit simoniam fuisse commissam in adeptione Episcopatus, debet vocare personas idoneas & coram eis exponere factum, & debet protestari, quod ipse Episcopatum tenet inuitus, & coram illis facere procuratorem, quem remittat ad Curiam ad petendam renuntiationem.

Et hæc eo magis procedunt in simoniaco contentionali, nam pœna priuationis ipso iure posita per d. Ex-
trauag. cum detestabile, † non habet locum in simo- 16
niaco conuẽtionali, vt fuit pluries per Rot. resolutum, teste Cassad. dict. decis. 5. in princip. de constitut. & teste Sarnen. d. quæst. 12. de trien. & per consequens in renuntiatione istius requiri auctoritatem superioris omnes Doct. concludunt.

Et in reali simoniaco occulto. nam iste debet renuntiare cum licentia superioris, Abb. dict. cap. Nisi. nu. 5. & 6. Felin. in cap. insinuatum, numer. 5. de simon. nam
creditur hominum opinione habere titulum, quæ † 17
opinio habetur pro veritate, Innocen. dict. cap. Nisi. sub num. 1. Abb. nume. 6. in fin. vbi dicit hoc casu ob duo requiri huiusmodi licentiam, primo quia titulus putatiuus habetur pro vero, secundo quia de facili dis-
pensat † Papa, si bene administrant, dict. cap. post 18
translationem. § Personæ vero. de renunc.

Quid autem in committente confidentiam, dicam particulariter suo loco, & titulo.

Lib. 7. quæst. 2. num. 8. Ibi, Ex hoc casu possunt dimittere.

DVmmodo sententia ipsa, nulla prouocatione suspensa, in rem transiuerit iudicatam.

Eadem quæst. numer. 9. Ibi, Absque declaratione.

DE hoc nos latè suprà, lib. 3. quæstio 16. numero 6. diximus.

Eadem quæst. num. 16. Ibi, Et teste Sarnensi dicta quæst. 12. de Triennali.

NOn est quòd Author Sarnensem alleget, vt probet, Extrauagantem cum detestabile de præbendis, priuantem simoniacos, beneficiis ipso iure, habere etiam locum in simonia conuentionali: (¶) Etenim idem Gomesius, in fine prædictæ quæstionis, aliud de iure esse dicit. Et ita Sacer Senatus Tholosanus. Die tertio mensis Martii, anno Domini 1570. Pro Francisco Larcuay. Contra Guillelmum Magistri iudicauit. De hac materia egimus vt cunque sup. lib. 3. qu 5. num. 99. Vbi erronee quæst. 8 de confidentiis beneficialibus pro quæst. 58. citatur. (¶) Imò ad finem oppositum Flaminius Sarnensem allegat videlicet ad probandum quod extrauagans cum detestabile non habeat locum in simoniaco conuentionali. qui cum ideò non sit priuatus ipso iure non potest, absque superioris auctoritate, renuntiare, vt habet Auctor & regula de triennali possessore iuuatur vt Gomet concludit.

QVÆSTIO III.

An renuntiatio tacita qua fit per adoptionem secundi curati, possit fieri absque auctoritate superioris.

SVMMARIVM.

An renunciatio tacita, quæ fit per adoptionem secundi, curati, requirat auctoritatem superioris.
Renuntiatio tacita plus valet quàm expressa.
Per adeptionem secundi curati, beneficij vacat primum ipso iure.
Taciti & expressi eadem est virtus.
Actus censetur factus, vt ius disponit generaliter.
Actus præsumitur factus omni meliori modo.
Consensus expressus fortior est tacito, regulariter.

1 TErtiò quæro, An renuntiatio tacita, quæ fit per ademptionem secundi † Curati possit fieri absque auctoritate superioris, affirmatiuam opinionem tenuit Hostiens. in cap. ex ore sedentis, num. 9. versic. nota etiam de his quæ fi. à maio. par. capit. & ibi glos. hoc etiam vult in verbo renuntiasse. vers. propterea.

Quæ probantur, primo auctoritate text. in dict. capit. eo ore, ibi. Iuri suo renuntiasse videtur, nam tacita erat illa renuntiatio per obedientiæ exhibitionem, & tamen nulla fit mentio de superiore, secundo quia va
2 let plus tacita renuntiatio, quam † expressa, cap. si diligenti. de for. compet, cap. vltim. de vit. & honest. clericor. sicuti plus valet tacita prohibitio, quam expressa, l. si quis stipulatus, ff. de solut. l. nouo procuratori. §. vltim. ff. eod. tit.

His tamen non obstantibus contraria opinio est verior, & communis, quòd etiam tacite hoc casu non possit renuntiari beneficium sine auctoritate superioris, vt tenuit Abb. in d. cap. ex ore numer. 10. & 11. de his quæ fiunt à maio. part. Cap. & in cap. quod in dubijs. num. 9. de renunt. Imol. in dict. cap. ex ore. & clemen. gratiæ, num. 17. de rescript. & in cap. de multa. num. 14. de præbend. Capr. dict. clemen. Gratiæ. num. 5. Coras. de benefic. part. 1. cap. 8. num. 13. versic. hæc autem vera sunt. Roffiniac. de benefic. cap. 24. numer. 36. cum sequent. Bursati. consil. 353. col. vltim. versic. 5. lib. 4. communis opinio, teste Put. decis. 94. num. 1. lib. 1.

Cui communi sententiæ adstipulatur tex. in extrauag. execrabilis. Io. 22. §. qui verò de præben.

Qui verò, deinceps receperint dignitatem vel personatum seu officium, aut aliud beneficium animarum habens curam annexam, si antea simile beneficium obtinebant, illud quo ipso iure postquam secundi possessionem habuerint vel per eos, omni dolo, & fraude cessantibus, quominus habeant, steterit, priuati noscuntur, absque moræ dispendio in ordinariorum manibus dimittere debeant, pari modo, &c. Et sic licet
3 per adeptionem secundi beneficij † curati, primum vacet ipso iure, vt hic dicitur, & in capit. de multa. de præbend. cap. quia in tantum, cap. ad hæc cap. propterea. eod. & can. 1. & 2. 1. quæst. 1. can. sanctorum, distinct. 70. cum alijs, vt per Duenam, reg. iur. 71. & plures adducit Bursat. consil. 353. num. 1. lib. 4. tamen illud debent dimittere coram superiore, & hodie ex decreto, & stylo Datariæ coram Papa, & per consequens in renuntiatione tacita requiritur auctoritas superioris, nam aliàs posset superior primi eum reuocare ad beneficium, quod absque eo non potuit dimittere, Abb. dict. cap. ex ore. numer. 10. ad quod ac-
4 cedat † quia expressi & taciti, eadem est virtus. l. cum quid. ff. si certum petat.

Non obstant contraria, & primò dict. cap. ex ore, nam omissis duabus responsionibus ibi positis per Abb. quòd loquatur de iure ad rem, & quòd interuenit tacitus consensus superioris, respondetur, ibi non dici, quòd non interuenit auctoritas superioris, quare termini habiles sunt præsupponendi, vulgatis iuribus,
nam actus in dubio † censetur factus secundum quòd 5
ius, disponit generaliter cap. ea literis, de constitut. cap. sedes. de rescrip. cap. veniens el. de iureiuran. Cald. cons. 11. in fi. tit. de feud. Crauett. cons. 186. sub num.
9. & omni meliori † modo. Bart. in l. gerit. num. 20. ff. 6
de acquir. hæred. cum alijs, vt per Tiraquell. de retract. consang. §. 30. gl. 1. n. 32. Soc. sen. cons. 213. nu. 3. lib. 4. Menoch. de arbit. iud. cas. 126. num. 8.

Ad secundum respondetur retorquendo in contrarium, quia regulariter plus operatur consensus expres-
sus, quam tacitus, cùm † sit fortior ad not. in reg. is 7
qui tacet. de regul. iur. in 6. cap. dilecti. de for. compet. & quamuis tacitè quis possit renuntiare beneficio absque superiore, habendo illud pro derelicto, tamen vinculum non est adhuc dissolutum, nisi consentiat ipse superior. not. communiter in dict. cap. admonet. de renunt. & potest cogi, vt redeat ad beneficium, quod potest contingere in quibusdam beneficiis curatis, in quibus tenues sunt fructus, nam si essent absque cura, & sic simplices, quis illa non renuntiaret, & si eueniret casus, multi reperirentur impetrantes, vt omnibus notum & compertum extat.

Lib. 7. q. 3. n. 3. Ibi, Et hodie ex decreto, & stylo Datariæ coram Papa.

ET ob id aliquoties, dum in signatura super prouisione beneficij in Regno Galliæ existentis, expedita, Decretum Apostolicum (obtentum scilicet incompatibile beneficium, in solius Romani Pontificis manibus omninò dimittendi) appositum cerneremus, (vt potè quandam reseruationis, in corpore iuris non clausæ, speciem & imaginem præ se ferens) mirati fuimus. De quo videndus Molineus, ad regulam de publicandis resignationibus num. 305.

q. 3. num. 2. Contraria opinio est verior.

¶ QVod scilicet requiratur licentia & auctoritas superioris in renuntiatione tacita, quæ fit per assecutionem secundi curati contra gloss. & hostiens. in cap. ex ore de his quæ fiunt à maior. parte capit. censentes non requiri, quorum tamen sententia magis placet, vt potè iuri & praxi conformior: quia renuntiatio huiusmodi ipso iure fieri intelligitur, & auctoritas legis supplet auctoritatem hominis, nec est vera renuntiatio expressa neque tacita, sed perditio iuris, & ficta, ac impropria renuntiatio, Garcius de Benef. pag. 11. capite 3. numero 24. & 243. Idem dicendum de ingrediente monasterium, de quo in quæst. seq.

QVÆSTIO IV.

An ingredientes monasteria, debeant renuntiare coram superiore.

SVMMARIVM.

1 *An ingredientes monasteria possint absque superiore renuntiare.*

QVarto quærò. An ingredientes Monasteria debeant renuntiare coram superiore, † vide Abb. 1
in cap. admonet. in 2. lect. col. vlt. vers. oppono quod. de renunt. & Ant. de Butr. num. 9. ibidem post Io. Andr. qui dicunt, tutius esse, vt hi expressè renuntient coram superiore, quàm tacitè per professionem, cap. beneficium. de regul. iur. in 6.

Lib. 7. q. 4. Ibi, Et hi expressè renuntient coram superiore.

SVperiorem intellige, non quidem Monasterii, quòd ingreditur, Sed illum, ad quem collatio beneficii (de cuius renunciatione agitur) de iure spectare dignoscitur: vt est Episcopus in propria Diœcesi. videbis quoq. à nobis dicenda infrà, lib. 8. q. 9. num 01.

quæst. 4. tutius esse vt hi expresse renuntient coram superiore quam tacitè per professionem.

¶ IMò tutius videtur non renunciare ante professionem saltem multo tempore, ne ea postmodum subsequi non valente ob aduersam valetudinem vel aliam causam ad seculum redire compulsus beneficium non habeat vnde viuere possit, vel saltem liti subiaceat super iure regrediendi, cui cum infra annum probationis quasi in extremis agens, intuitu mortis ciuilis resignauerit, locum esse censemus, vid. concil. trid. sess. 25. cap. 16. de regul. & Flam. supra lib. 3. q. 13. per totam.

QVÆSTIO V.

Papa cum non habeat superiorem, coram quo, resignabit Papatum.

SVMMARIVM.

1 *Papa nullum habet superiorem præter Deum.*
2 *Papa gerit vices Dei in terris.*
3 *Papa potest renuntiare Papatui.*
4 *Renuntiatio Papatus debet fieri in manibus Cardinalium, ex Opinione Anton. Butr. contra nu. 6.*
5 *Electio Papæ spectat ad Cardinales.*
6 *Papa renuntiat Papatui in suis manibus.*
7 *Verbum* liberè *excludit alterius requisitionem.*
8 *Qui potest expedire actum liberè, potest sine consensu, &c.*
9 *Renuntiatio Papatus videtur facta ipsi Deo.*
10 *Deus vbique est.*
11 *Cyriacus & Cælestinus renuntiarunt coram Cardinalibus.*
12 *Cardinales repræsentant Ecclesiam.*
13 *Summus Pontif. ardua communicat Cardinalibus.*
14 *Electio Papæ spectat ad Cardinales.*
15 *De renuntiatione Papa debet per scripturam Cardinalibus constare.*
16 *Iuris rigor relaxatur vbi propter impossibilitatem seruari non potest.*
17 *Forma seruanda, sed vbi seruari non potest, sufficit actum facere quoquomodo fieri potest.*
18 *Omissio formæ non vitiat, vbi seruari non potest.*
19 *Vbi non adest synodus, non est nulla institutio facta absque examine à deputatis.*
20 *Non examinati iterum debent se subijcere examini.*

1 QVintò quæro, cum Papa † nullum habeat superiorem, Ioan. Capistr. de authoritate Pap.
3. part. princ. num. 66. Resta. Castald. de
Imper q. 103. num. 2. & alij communiter, præ-
2 ter Deum, † cuius vice in terris fungitur. Archid. in
cap. quoties, num. 1. q. 1. Hostiens. in cap. quod super.
num. 14. de vot. & in cap. literis, num. 3. de rescrip. &
3 & permissa sit renuntiatio Papatus, † cap. 1. de renunt.
lib. 6. cum aliis, vt scripsi lib. 0. Coram quo possit &
debeat fieri renunt. Papatus, Hugo in can. non autem.
7. q. 1. quem ad hoc refert Anto. de Butr. in cap. 1. nu.
4 5. de renunt. in 6. tenuit esse faciendam † in manibus
5 Cardinalium, namque cum ad Cardinales spectet †
electio, vt latissimè post alios per Cardinalem Albanum in tractat. de Cardin. quæst. 11. coram eisdem
debet fieri, &c.

Hoc tamen non obstante, contraria opinio est verior in puncto iuris, vt non requiratur de necessitate,
vt Papa renuntiet pontificatui coram Cardinalibus aut
alijs, sed sufficiat simplex declaratio voluntatis, ex
qua † constet ipsum velle esse priuatum administratio- 6
ne ac dignitate, vt voluerunt expressè Vincent. cap.
quod in dubiis, de renunt. sequitur Anto. de Butr. in d.
cap. 1. num. 5. Archid. num. etiam. 5. Gemin. num. 10.
vers. sed. Vinc. & alij Docto. vt ibi tradit Franc. num.
3. de renunt. in 6. & hæc videtur sentire Crot. in rubr.
6. de constit. num. 5. vers. 4. arguitur. Hinc scribit
Card. Iacobac. in tract. de conc. lib. 7. art. 5. nu. 179.
quòd Papa renuntiat Papatui in suis † manibus. Bursat. 7
sequitur cons. 342. num. 20. Tum quia text. in d. cap. 1.
de renunt. libr. 6. inquit. Is decreuit Romanum Pontificem posse liberè resignare, &c. verbum enim *liberè*
excludit alterius † requisitionem. Io. And. in cap. licet
Episcopus, de præben. lib. 6. Archid. cons. 408. colum.
4. ac importat totalitatem, Cravett. consil. 122 num. 5.
Ille enim qui habet potestatem liberè actum expediendi, potest illum † expedire sine consensu alterius. 8
Gloss. in cap. dudum. verb. liberè de sepult. Gloss. in
cap. cum plures. verb. liberè. de off. de leg. in 6. non
enim potest dici liber consensus, qui alterius arbitrium exposcit, cap. super eo. de cond. appos.

Tum etiam quia, vt dicit Archidiac. in fin. dict.
cap. primi, renuntiatio Papatus videtur † facta ipsi 10
Deo facit quod dicit Gamb. in extrauagan. Iulij. 2. de
simo electio. Pap. n. 96. & tamen Deus † est vbique, 11
gl. not. in can. quoties. 1. quæst. 7. quò fit vt vbique
fieri possit, eo magis cum non habeat, cuius ratificatio requiratur, vt scribit Ioan. Andr. in nou. in dict.
capit. ex quo patet responsio ad argumenta in contrarium adducta, quia illa consequentia non semper
est necessaria.

Fateor tamen Romanum Pontificem volentem renuntiare sum. Pontificatui, debere saltem ex ciuilitate in Concistorio coram Cardinalibus hoc dicere &
facere, tum quia ita factum fuisse legimus † à Cyriaco, 12
cuius renuntiatio facta fuit coram Cardinalibus, immo
illis renitentibus, vt scriptum reliquit Geminian. dict.
capit. 1. sub num. 10. & a Cælestino, cuius etiam renuntiatio fuit facta in Concistorio in manibus Cardinalium, vt scriptum reliquit Archidiac. in dict. cap.
primo. latè August. Trium. in tractat. de potestat. Ecclesi. quæst. 4. tum etiam quia Cardinales repræsentant
Ecclesiam, † Hostiens. in cap. dilectus. numer. 2. de 13
præbend. & in cap. ex gestis. num. 3. de cler. non residen. & in cap. antiqua. de priu. Cardin. Alexan. in can.
quanquam. numer. 12. 2. quæst. 7. Archidiac. in can.
cum redemptor, &c. Abbatibus. 12. quæst. 2. Accedit,
quia † in arduis sum. Pontifex debet communicare 14
cum Cardinalibus, Ioan. And. in cap. super eo. de
elect. & communiter Doct. vbique.

Et cum † electio. Roman. Pontificis dumtaxat ad 15
Cardinales spectet, vt latè Card. Alban. dict. quæst. 11.
rationi consonum est, vt ipsis constet per scripturam,
de huiusmodi renuntiatione, vt possint † procedere ad 16
alterius electionem, vt in specie notabiliter scribit
Antonius de Butrio in d. cap. 1. num. 4. vers. tutum de
renuntiatione. lib. 6.

Et hoc valde notandum est, quia regulariter renuntiatio debet fieri coram superiore, vt est communis
omnium Doct. sententia, de qua abundè dictum est
suprà, quo fit vt speciale sit in summo Pontifice, vt
possit renuntiare, licet non habeat superiorem, cap. 1.
de renuntiat. in 6. latè August. Ancon. dict. tractat. de
potestate Eccles. quæst. 4. Gloss. magna in dict. capit. 1.
Ioan. Monach. Ancharan. nu. 5. versic. ex hac decis. &
communiter Doctor. namque rigor † iuris relaxatur, 17
vbi propter impossibilitatem seruari non potest. arg.
cap. indemnitatibus. §. penult. & cap. licet de vitanda.
in fi. de elect. in 6. l. proximè, ff. de his quæ in test.
dele. l. & hoc Tiber. ff. de hæred. instit. Hinc licet † 18
forma sit seruanda, Bald. in l. comparationes, in 3. op-

Digitized by Google

posit. C. de fid. instrumen. Doctor. in cap. 1. de consti-
tut. Dec. consi. 99. num. 6. & consil. 262. num. 4. Car-
din. Paris. consil. 18. num. 47. & consil. 15. num. 23.
volum. 2. tamen vbi seruari non potest, sufficit actum
facere quoquomodo fieri potest, & per consequens
19 eius omissio † non vitiat. Ioan. Andr. in regul. iur. in 6.
Abb. cons. 65. in 2. dub. lib. 2. Alex. cons. 206. in vltim.
dubio. lib. 6. Crauet. cons. 177. num. 5.

Hinc fuit tentum in Rota die 6. Iunij 1582. coram
20 Blanchetto, quod institutio † facta absque examine
confecto a deputatis in Synodo iuxtà decretum facr.
Concil. Trident. valeat, vbi Synodus non fuit cele-
21 brata dummodo taliter instituti iterum † se subiiciant
examini, vt censuit sacra Congregatio Concilij, &
fuit tentum in Rot. die 30. Iunij 1587. coram eodem
Blanchetto.

Lib. 7. q. 5. n. 4. ibi, In manibus Cardinalium.

SI hanc opinionem sustinere contendas, ratio esse potest, quia non datur alius ipsis superior, qui renunciationem admittat.

Eadem q. n. 6. ibi, Ex qua constet ipsum velle esse priuatum.

AN autem Romanus Pontifex, in ipso actu renuntiationis (præsupposito quod sufficiat simplex declaratio voluntatis) duarum vice personarum (Nimirum inferioris, renunciando vt priuatus homo: & superioris admittendo resignationem seu renunciationem, vt Christi Vicarius, locum Dei in terris tenens) fungatur, ad iudicium Ecclesiæ Catholicæ (cuius membrum gratia Dei sum) me remitto. Papæ autem, vel alterius renuntiationem, & mortem naturalem æquiparari, notant glosa in cap. si is cui. de præben. in 6. ac Nicolaus de Milis in suo repertorio. In verbo, procurator constitutus à Prælato. Et hoc plurimùm inseruiet secundo resignatario: si enim primus infrà semestre resignationem in sui fauorem factam non publicauerit, & postmodùm (hoc est, elapsis sex mensium induciis) resignans adhuc possessor, iterum idem beneficium simpliciter resignauerit, siue purè & nullius fauore, siue in fauorem alterius, qui resignationem huiusmodi debitè publicauerit, & dicti Beneficii possessionem (extruso vel sponte abeunte resignante) assecutus fuerit, eo sanè, et si nunc mox idem resignans decesserit, sine non, vtique se secundus resignatarius (illius, nec non resignantis dolo, & fraude cessantibus) excluso primo obtinebit. vt potò tunc prioris resignatione, cum inde secutis quibuscumque, in vim regulæ de publicandis resignationibus, penitus consumpta. Vt Molineus super eadem regula nu. 34. cum pluribus seq. ad num. 336. testatur. Vide infrà, lib. 12. q. vlt. nu. 34.

Eadem quæst. numero 21. Ibi, Iterum se subijciant examini.

POstquam scilicet ac quàmprimum Synodus fuerit celebrata argum. cap. vlt. de locat. Et aliorum quæ nos infrà. lib. 10. q. vlt num. 3. fusius, Deo propitio, cumulabimus.

quæst. 5. num. 12. quia ita factum fuisse legimus à Cyriaco.

¶ HVnc Cyriacum in locum Pontiani Papæ suffectum volunt aliqui recentiores, & postmodum cessisse Papatui. sed de hoc Cyriaco nulla fit mentio apud auctores Græcos aut latinos: teste Baronio ad annum 237. cuius ideò pontificatum fictitium ait ex commentitiis actis Sanctæ Vrsulæ & sociarum depromptum, & in consequens fabulosa est ipsius renuntiatio, sicut nec vera est, quæ à Clemente primo facta fuisse vulgò creditur, vt supra lib. 2. q. 2. obseruauimus. quin etiam quam de Marcellino tradunt in dubium reuocatur à Baronio ad annum 302. Sed certa est & indubitata Cælestini quinti abdicatio, quam his verbis ex scripto concinnauit. Ego Cælestinus Papa quintus motus ex legitimis causis, id est, causa humilitatis, & melioris vitæ & conscientiæ illæsæ, debilitate corporis, defectu scientiæ & malignitate plebis, & infirmitate personæ, & vt præteritæ consolationis vitæ possim reparare quietem; sponte ac liberè cedo Papatui, & expressè renuntio loco & dignitati, oneri & honori, dans plenam facultatem ex nunc sacro cœtui Cardinalium eligendi & prouidendi dumtaxat canonice vniuersali Ecclesiæ de Pastore, Ciaccon. in Cælest. 5. In hoc celebri exemplo vides Papam in manibus Cardinalium non renuntiare (nec enim superiores sunt aut ipsi renuntiationi auctoritatem præstare habent) sed solam voluntatis declarationem emittere; Sicut enim electio Papæ ab ipso Deo ipsius solo superiore confirmatur, sic illius cessio ipsimet Deo optimo maximo fieri intelligitur, plures alios qui Papatui renuntiarunt commemorat Gomes. ad reg. indem. resig. quæstio 1.

QVÆSTIO VI.

Hospitalia an possint renunciari absque superioris auctoritate.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalia non possunt renuntiari sine auctoritate superioris.*
2 *Hospitalia sunt sub dispositione Episcopi.*
3 *Hospitalia quæ per laicos administrantur, subijciuntur Episcopo.*

QVæro Sextò. An Hospitalia possint renuntiari † 1
absque superioris auctoritate, communis opi-
nio est negatiua, Ioan. Audr. quem refert &
sequitur Abb. in cap. Admonet colum. 1. versic. quæro
quid in hospitalibus. de renun. & ibi † mol. num. 2. &
Ant. de Butr. & communiter omnes, nam & illa sunt † 2
sub dispositione episcopi, cap. de xenodochijs, de re-
ligios. domibus etiam † si per laicos administrentur 3
can. quidam. 18. quæst. 2. clemen. quia contingit. de
relig. dom.

Lib. 7. q. 6. n. 2. ibi, Nam & illa sunt sub dispositione Episcopi.

EPiscopi inquam, cuius interest, resignationem in suis manibus, & coram eo fieri.

q. 6. num. 1. An Hospitalia possint renuntiari absque superioris auctoritate.

¶ HOspitalium alia dantur in administrationem, l. Orphanotrophos. Cod. de Episc. & Cleric. etiam Laicis, Clem. quia contingit § vt autem de Religios. Dom. non tamen vltra triennium, Concil. trident. sess. 25 cap. 8. de reform. Et ista non sunt beneficia etiamsi Ecclesias, vel capellas habeant annexas, decimasque & alia iura spiritualia, Clem. per litteras. 2. de præb. alia vero dantur in titulum, vbi scilicet Ecclesiæ, seu beneficio sunt vnita, nam tunc naturam principalis sortiuntur, cap. super eod. de præb. in 6. glos. in d. Clem. 2. in verb. Ecclesias: nisi vnio esset æque principaliter, Rebuff. de nominat. quæst. 15. num. 15. versic. limito; vel vbi religiosis personis essent deputata eisque solita in titulum conferri d. Clem. quia contingit. §. præmissa, & ibi gloss. secus si clericis secularibus, declarat. Sacræ Congreg. concilii ad d. cap. 8. quia concilium excipit vnum casum dumtaxat, quando scilicet aliter in fundatione cautum est; vel denique vbi ex fundatione sunt danda in titulum etiam clericis secularibus, d. Clem. quia contingit §. vt autem: in isto tamen casu hospitalia non comprehenduntur in mandato generali de prouidendo, vt melius prouideatur illis locis, d. Clem. 2. vbi gloss. in verb. prouideri, quæ tamen non habet locum in Religiosis, Selua de benef. p. 1. q. 3. nu. 9. Sed siue dentur in administrationem ad tempus, siue in titulum ad perpetuum non possunt renuntiari absque superioris auctoritate, vt ibi auctor noster. Superiorem autem hic intelligerem eum vel eos qui renuntiantem præ-

Digitized by Google

fecerint. Cæterum quamuis titulus non conferatur in inuitum, muito enim beneficium non datur. Can. vbi illa cum seq. dist. 74. administratio tamen etiam reluctanti defertur, cum sit species tutelæ. d. l. Orphanotrophos, & d. §. vt autem, nisi excusatione vel pecunia eximatur, vt in nostro Hospitali Tholosano sancti Iacobi quotannis fieri videmus.

QVÆSTIO VII.

Conclauistæ an teneantur renuntiare coram superiore, & quæ sint eorum priuilegia.

SVMMARIVM.

1. *Conclauistæ non possunt renuntiare beneficia absque auctoritate.*
2. *Pius IV. reuocauit priuilegium conclauistis.*
3. *Malitijs & fraudibus est obuiandum.*
4. *Conclauistæ non possunt obtinere pensiones absque tonsura.*
5. *Renuntiatio conclauistæ coram non suo superiore, est nulla.*
6. *Lex potest annullare factum præteritum.*
7. *Reuocatio predicta, non comprehendit prouisionem obtentam, &c.*
8. *Noua prouisio est quid separatum.*
9. *Noua prouisio dat titulum.*
10. *Decretum irritans non se extendit ad nouam prouisionem.*
11. *Sixtus V. concessit conclauistis plura priuilegia, idque ob labores & incommoda ipsorum perpessa. & quænam, illa sint enumerantur.*

QVæro septimò, An conclauistæ possint renuntiare in alterius manibus quam superioris,
1 communis opinio est negatiua, † nam quamuis conclauistæ inter alia priuilegia eis cōcedi solita hoc etiam habeat, vt possint beneficia per eos pro tempore obtenta resignare, & cedere etiam possessione non habita, simpliciter vel in fauorem, in ordinariorum locorum siue aliquorum officialium aut vicariorum seu personarum in dignitate Ecclesiastica constitutarum, vel canonicorum metropolita, aut aliarum Cathedralium Ecclesiarum per eos eligendorum manibus extrà Roman. Curiam, vt habetur in extrauagan. Pij. IIII. 143. incip. Sanctissimus in Christo pater,
2 tamen hoc † priuilegium fuit reuocatum per Clem. VII. per Iulium III. & Pium IIII. vt patet in d. constit. 143. ibi, omnes & singulas facultates tam conclauistis quàm quibuscunq. aliis etiam in ipsorum conclauistarum loco subrogatis, cuiuscumque dignitatis status vel conditionis existentibus, ac etiam sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, Beneficia per eos obtenta resignandi & iuri sibi quomodolibet in illis, aut ad illa competendi cedendi, ac resignationes seu cessiones huiusmodi admitti, & de beneficijs sic resignantis seu cessis sibi vel alijs per eos nominatis vel suum compermutantib. prouideri faciendi per quoscunq. Roman. Pontif. prædecessores suos & sanctitatem suam etiam in conclaui prædicto sub quibuscumque tenoribus, & formis hactenus cessis quorum tenores huiusmodi sanctitas sua haberi voluit pro expressis, etiam si quasuis clausulas aduersus illarum reuocationem contineant, reuocauit, cassauit & irritauit omniaque & singula eorundem facultatum prætextu de cætero facienda, nulla, & inualida nulliusque roboris, &c. & de reuocatione huius facultatis mentionem facit Pelegrin. decisio. 242. lib. 2. & 292. eo. libr. in manuscrip. Aragon. decis. manus 42. Moedan. decis. 298. Priuilegium. Put. decis. 49. libr 1. dicentes hodie conclauistas non posse renuntiare eorum beneficijs nisi coram superioribus, & ita practicatur, ratio enim reuocationis fuit vt fraudes tollantur, vt dicitur in allegata constitutione Pij IIII. ibi, volens periculo animarum & huiusmodi abusibus & fraudibus obuiare, namque resignabant prætextu dictæ facultatis in mortis articulo non obstante regula Cancellariæ de infir. resign. & personis non idoneis & præmia exigebantur, & aliæ fraudes committebantur,
malitijs † enim & fraudibus est obuiandū, l. cum his. §. si cum 3
his de dolo. ff. de transact. l. magis. §. si pupillus. ff. de rebus eor. l. si legatarius. ff. de legatis. l. quoties in fin. Cod. de fideicomm. Rain. de Forli. in l. omnes populi. sub numer. 8. ff. de iust. & iur. simili ratione Pius V. in constitut. 71. incipien. Sacrosanctum, reuocauit aliud
priuilegium conclauistarum obtinendi pensiones † 4
absque tonsura, & illas transferendi, &c. ob id fuit resolutum in Rot in vna Carthaginen. benef. coram Domino Hieronymo 19. Nouembris 1540. quòd regula Clement. VII. reuocatoria facultatum resignandi, & permutandi, non solum procedat in conclauistis, & eorum loco subrogatis. sed etiam in alijs quibuscumque, non obstao. quòd fit de conclauistis tantum mentio, vt per Put. decision 49. liberè 1. & ob id etiam alias fuit resolutum in Rot. in vna Abulen. Beneficiorum, coram Sarnen. X. Martij 1539. quòd annullantur non
solum resignationes † factæ post regulam reuocato- 5
riam Clementis & aliorum Pontificum, sed etiam & resignationes antea receptæ vigore dictæ facultatis, teste Mohedan. decis. 298. priuilegium. in manuscrip. vt colligitur ea vi verborum, & quia non est inconueniens, vt ius quæsitum per regulam cassetur, & sic lex potest
facere resignationes † esse nullas, ac si minimè factæ 6
fuissent. ad not. per Bart. in l. si maritus. §. legis Iuliæ, ff. ad leg. Iul. de adult.

Vnum tamen non est omittendum, quòd dicta reuo-
catio facultatum concessarum conclauistis † & inde 7
sequutorum quorumcumque, non comprehendit nouam prouisionem obtentam super resignatione facta vigore dictarum facultatum, ita tentum in vna Abulen. de mense Octobris 1538. teste Aragon. decis. 42. in
manuscript. quia noua prouisio est quid separatum, † 8
vt latè per Rebuff. in prax. titul. de noua prouis. & in causa sanctæ Agathæ beneficiorum, coram Peregrino, teste eodem, decis. 242. sub tit. de præben. & renuntiat. lib. 2. in manusc. nec obstat quòd quo ad ordinarium dicatur abdicare ius à se, & sic dicatur vacare, & per consequens noua prouisio non suffragetur, nam ex quo Papa intellexit resignationem factam, & de illius iuribus dubitari, & confert beneficium, facit illud vacare, & admittit resignationem, qua admissa beneficium
vacat, & noua prouisio † dat titulum, vt vult Bising. 9
dec. 1. de renun. Nec obstat quòd in reuocatione adsit decretum irritans, nam respondetur, illud non posse se
extendere ad nouam † prouisionem, vt latè prosequitur 10
idem Peregrin. decis. manuscript. 292. incip. in causa sanctæ Agathæ, lib. 2. dicens dictam decis. fuisse confirmatam. Et quamuis hoc priuilegium sit reuocatum,
tamen ob labores & incommoda, Sixtus V. concessit † 11
plura priuilegia præsentibus conclaui, quo Sanctitas sua fuit assumpta ad Apostolatus apicem, vt habetur in constitutione 32. Incip. Circumspecta. ann. primo, nam eis concessit priuilegium nobilitatis, ciuilitatis, & familiaritatis, & vt sint exempti à solutione decimarum & impositionum, & sint eis remissi fructus beneficiorum indebitè percepti propter omissionem horarum canonicarum, vt illegitimi sint habilitati ad successionem, ordines, dignitates, & officia, vt litteræ expediantur gratis, vt presbyteri possint audire iura ciuilia, & doctoratus gradus suscipiant, vt possint transferre pensiones reseruatas, & eis tandem donauit decem millia scutorum auri in auro, Sanctissimus autem D. N. Gregorius XIV. donauit 12. millia, cui conclaui ego interfui cum Illustrissimo, & Reuerendissimo D. meo Cardinali Montis Regalis, & per duos ferè menses haud concludi potuit electio Pontificis. tandem 5. Decembris 1590. electus fuit Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Nicolaus Sfondratus Cardinalis Cremonens. qui voluit vocari Gregorius.

Lib. 7. quæst. 7. numer. 1. Ibi Ac Conclauistæ.

DE quorum qualitatibus, Illustrissimi Cardinales à sacro Collegio, sede Apostolica vacante deputati, antè Conclauis ingressum, diligenter inquisitionem habere, & eos approbare, ac post ingressum denuò diligenter prouidere debent. Inter Conclauistas autem (vt ex 17. Pij Quarti Pontificis Maximi constitutione, colligere licet) vnus est Sacrista: vnus clericus coadiutor in officio Sacristæ: Duo Magistri ceremoniarum, Missis celebrandis, & aliis, quæ ad ipsos pertinent, vacaturi: vnus religiosus, pro confessionibus audiendis: vnus Collegij secretarius tantùm. Duo Medici: vnus Chirurgus: vnus Aromatarius, cum vno, aut duobus seruientibus: vnus faber lignarius: vnus cementarius: Duo Barbitonsores, cum vno aut duobus seruientibus. Item Octo, aut Decem seruientes publicæ vtilitati, & commoditati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo seu mundando conclaue, & similibus necessariis ministrandis. Qui omnes à prædicto collegio (non tamen ex familia alicuius Cardinalis) per fabas secretas eligi debent; ita tamen vt is obtineat, qui plura vota tulerit, & eis salaria de publico persoluantur. Hæc sunt verba suprà citatæ constitutionis, quas huc adducere, non inconsultum censuimus.

Eadem quæst. num. 8. Ibi, De illius Iuribus, dubitari.

DIe, & de illius viribus dubitari.

q. 7. num. 11. Sextus 5. concessit plura priuilegia præsentibus conclaui quo sanctitas sua fuit assumpta ad apostolatus apicem.

¶ VNde in aliis priuilegia huiusmodi locum habere negat Garc. de benef. p. 5. cap. 1. num. 31. nisi adsit similis constitutio, quam fecit etiam Paulus 5. de conclauistis sui conclauis, & Leonis 11. pridie Calendas Augusti 1605.

QVÆSTIO VIII.

An resignatio possit fieri in nullius manibus.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio beneficij non potest fieri in nullius manibus.*
2 *Renuntians in nullius manibus, sibi præiudicat.*

QVæro octauò, an possit fieri renuntiatio beneficij in nullius manibus. Communis opinio est
1 negatiua. † Imol. in Clemen. prima, num. 7. de renuntiat. Ancharan. in cap. susceptum de rescript. lib. 6. nam vt inquit Ancharan. colligendo ex illo text. debet fieri renuntiatio aliquo recipiente, faciunt not. per
2 Doctor. in cap. quod in dubiis, de renunt. tamen † taliter renuntians sibi præiudicat, vt tradit Petr. de Anchar. d. cap. susceptum. num. 1. de rescrip. lib. 6.

¶ *Lib. 7. q. 8. num. 2. ibi*, Nam taliter renuntians sibi præiudicat.

SIbi quidem, non etiam superiori, cui (cum à renunciante abiiceretur ius) liberum erit, ratam habere cessionem, repetere, aut etiam conferre, vt ex notatis ab ipso Authore quæst. 5. huiusce libri, perspicuum est. (¶) Dummodo ante ratihabitionem, aut collationem superioris renuntiatio non fuerit reuocata, quia re integra potest pænitere, Garc. de benef. p. 11. cap. 3. num. 227.

QVÆSTIO IX.

Coram quo superiore, facienda est resignatio, &. An beneficium possit renuntiari coram Imperatore, Rege, Duce, aut alio quocunque.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio facienda est coram superiore Ecclesiastico.*
2 *Superiores Ecclesiastici qui sint.*
3 *Secularis non potest dici superior respectu clericorum.*
4 *Iudex secularis non dicitur competens clericis, neque ratione originis, domicilij, vel delicti.*
5 *Clerici à iure diuino habent priuilegium, vt non possint renuntiare coram laico.*
6 *Consuetudo, vt Iudex secularis sit competens clerico, non valet.*
7 *Beneficiarius non potest renuntiare coram quocunque laico.*
8 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
9 *Clericus non potest renuntiare etiam coram laicis, licet probis viris.*
10 *Clericus non potest renuntiare etiam coram Notario laico.*
11 *Notarij Cameræ, & Cancellariæ possunt recipere consensus, non tamen renuntiationem.*
12 *Clericus non potest renuntiare coram laico etiam Rege & Imperatore.*
13 *Reges possunt habere ius conferendi ex priuilegio.*
14 *Clericus non potest renuntiare etiam coram laico, licet patrono beneficij.*

NOnò quæro coram quo superiore est facienda resignatio beneficij. Respondetur coram
superiore † Ecclesiastico, Fuscus de visit. lib. 1
2. cap. 28. num. 12. Rossinac. de benef. cap.
14. num. 41. qualis † est Pap. c. deniq. 6. qo. 3. Episco- 2
pus, cap. cum ex iniuncto. §. vlt. de hæretic. can. nullus. 16. quæst. 2. Legatus, cap. si Abbatem. de electio. lib. 6. Abbas, & alij inferiores, glo. in cap. ad. monet. de renunt. in verb. inconsulto. Gloss. in can. Episcopus de loco. 7. quæst. 1. quod clarissima ratione demonstratur, quia secularis nequaquam potest dici su-
perior respectu clericorum † & beneficiorum, vt est 3
communis opin. de qua per Couarr. quæst. 31. pract. quæst. num. 2. & ob id iudex sæcularis occasione cuiusuis delicti procedere contra clericum non potest, nam-
que non dicitur Iudex competens ratione originis, † 4
neque ratione domicilij, neque ratione delicti, vt habetur in cap. cum non ab homine. de Iudic. vbi Doct. communiter hoc notant, & ibi Al. num. 2. dicit à iure
† diuino habere hoc priuilegium, & attestatur hanc 5
communem, & ideo non valet consuetudo in † contra- 6
rium, vt est communis, de qua attestatur Clar. lib. 5. recept. sent. §. vlt. q. 36. vers. sed ea reterira.

Ex quo infertur † beneficiarium, posse renuntiare 7
coram quocunque laico, vt est tex. optimus in cap. quod in dubijs, de renunt. vbi dicit renontiationem facta in manu laici nullam obtinere firmitatem, ergo non
potest fieri, † quia fieri non debet quod factum non re- 8
leuat. l. hæc stipulatio. §. Diuus. ff. vt leg. nom. cau. Bar. in l. 2. ff. qui pet. tot. Felin. in cap. ex transmissa. num. 10. de præscr. Card. Paris. cons. 5. num. 94. & ibi Glo. in verbo, in manum laicam. Innoc. Host. nume. 1. Anto. de Butr. Abb. & Doct. communiter hoc volunt, Ferret. cons. 133. num. 10. Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 6. prope fin. & ratio euidens est, quia non sunt superiores, vt requiritur.

Ampl. primò, hoc procedere, etiam si laici sint pro.

Digitized by Google

9 bati viri, nam oihilominus non potest coram † eis fieri
renuntiatio, vt trad. Ant. de Butr. in cap. a. num. 6. de
renunt. lib. 6. namque adest eadem ratio.
10 Ampl. secundo, hoc procedere † etiam si laicus sit
Notarius, Ant. de Burg. in cap. ex parte. num. 58. de
rescrip. Guid. Pap. cons. 172. in t. vers. dico. colum. 4.
Rebuf. 10 Prax. benefic. in tit. declaratio, nouæ prouisionis, in verb. siue vt permittitur, in vers. ista clausula,
11 quod procedit etiam si sit Notarius Cameræ † vel Cancellariæ, Nauar. in cap. accepta, in septimæ oppositionis solutione num. 34. namque hi quamuis habeant potestatem recipiendi consensus, non tamen admittendi
renuntiationes, vt amplius suo loco tractabitur.
Ampl. tertio, vt renuntiatio non possit fieri etiam
12 coram laico constituto in dignitate quamuis † maxima, scilicet Ducali vel Regali aut Imperiali, ita Bald.
in d. cap. quod in dubijs, in princ. de renunt. Idque
probatur, quia Dux, Rex, & Imperator non sunt superiores cum sint laici. Fusc. de visit. d. libr. 2. cap. 18.
num. 12. Limita nisi Reges habeant ius cooferendi, &
13 recipiendi † resignationem ex priuilegio, quod possunt
habere, Abb. in cap. ad supplicationem, num 4. de renuntiat. Oldrad. cons. 209. & cons. 1. & exemplum habemus in quibusdam beneficijs existentibus in Regno
Neapolitano, quæ ex priuilegio dato in fundatione,
& dotatione, conferuntur per Proreges qui recipiunt
resignationem eorundem, simpliciter tamen, nam si renuntiantur dicta beneficia in fauorem, fit Romæ resignatio cum beneplacito Proregis.
Quartò ampl. si dicti laici habeant ius patronatus in
14 illis beneficijs, nam nihilominus † coram eis noo potest fieri renuntiatio dictorum beneficiorum, sed est facienda coram superiore Ecclesiastico cum consensu
eorum, Ant. de Butr. in cap. vlt. num. 5. Abb. num. 3.
de renunt Idem Abb. in d. cap. quod in dubijs, nu. 6.
Ann. in cap. ex insinuatiooe, de simon. Zabar. in clem.
prima. num. 18. de renunt. Bonif. de Vitali. ibid. nu. 37.
Franc. in c. 1. de rer. permut. in 6. Put. decis. 412. nu. 2.
lib. 1. & communiter Doct. & probatur in cap. in Lateran. de præbend. cap. ad hæc. §. vlt. de offi. Arcid.
Turrecrem. in cap. denique. num. 26. q. 3. Hostien. in
summ. de renunt. nu. 8. & ita communiter practicatur,
nam videmus quotidie fieri renuntiationes beneficiorum iuris patronatus coram superiore Ecclesiastico de
consensu patronorum, etiam si sint Regum, & etiam si
sint Episcopatus, & alia huiusmodi, & hoc nullum dubium habet, nam superior Ecclesiasticus est ille qui
vinculum dissoluit admittendo resignationes.

Libr. 7. quæst. 9. num. 7. Ibi, Beneficiarium posse renuntiare.

HOc falsissimum est, nec credendum hanc fuisse Auctoris mentem, sed potius manifestum Typographi errorem vt ex subiectis per eundem Authorem rationibus, & citato cap. quod in dubiis. de renuntiat. liquidò constat. Ideòque particulam, non, antè infinitiuum, posse, reponendam esse, nemo inficias ibit.

Eodem qu. num. 11. Ibi, Non tamen admittendi renuntiatiooes.

CVm scilicet eius facultates se ad id non extendant: & non sit maior defectus, quàm potestatis. cap. quod autem in fine de iure pat.

Eadem qu. numero 13. Ibi, Quæ ex priuiligio dato in fundatione.

SImile priuilegium, Christianissimo Francorum Regi competere, testatur Ioannes de Selua in tractatu de Beneficio. parte 2. q. 23. versic. Statum priuilegium.

quæst. 9. num. 13. Nisi reges habeant ius cooferendi & recipiendi resignationes ex priuilegio.

¶ QVale habet rex noster, vt hic diffusius. Hoc tamen negat esse priuilegium Molineus in commentario quod inscat Senatusconsulta Franciæ contra prætensos Paparum abusus gloss. 15. num. 33. sed esse & semper fuisse ius commune Francorum Regum contendit, extendendo etiam ad quoscumque principes, *quod non acceperunt, inquit, à priuilegio Papæ (vt putant imperiti Canonistæ) sed à iure Coronæ.* Et paulò ante. *Et sic in Can. hinc est 16. quæst. 1. (quod ex Epistola decima libri vndecimi Gregorii magni depromptum est) non erat priuilegium vt putat, seu potius suadere nititur Gratianus qui erat monachicha, de quia in cap inter dilectos de fide instrum. de suo assuit ea verba: quod priuilegium ita est* &c. atque ita effrenus homo omnem modestiæ pudorem exuens se vnum suprèmum super omnes omnium nationum & temporum sacri iuris peritus iudicem constituit, omnesque de imperitia damnat, quin etiam ipsos Romanos pontifices totumque ordinem sacrum sauciante calamo in eodem nefandissimo commento misere proscindit. Sed vide tum carcere & exilio castigatum apud Spondanum ad annum Christi 1504. num. 6 tum scriptis & ratione apud Remundum Ruffum in sua aduersus ipsum Molineum pro summo pontifice defensione vbi pagina mihi 358. Gratianum ab improperata falsitate & adiectione & Canonistas ab iniusta imperitiæ nota vindicat, argumentisque & auctoritatibus communem sententiam tuetur Regem beneficia conferre ex priuilegio, vero scilicet vel præsumpto, quod manifestissima ratione probatur; ius enim conferendi est spirituale, cap. decernimus de iudiciis cap. massana de elect. laici autem (quorum numero rex continetur. cap. tua *le premier* de decimis; nec enim ex vnctione aliquem ordinem consequitur, gloss. in cap. Valentinianus dist. 63. Panormit. in cap. dudum de decimus) sunt incapaces rerum spiritualium, cap. causam. & ibi doctores de præscript. cap. quamuis, cap. prohibemus de decimis, nec possunt illas possidere, d. cap. causam, ergo nec præscribere, cum præscriptio non procedat sine possessione, cap. sine possessione de regul. iuris in 6. hanc argumentationem vt Molineus eludat nititur ius canonicum abrogare, & aliud suo marte confictum in eius locum substituere, atque ita asseuerat iuspatronatus quin & ipsum ius collationis esse mere temporale, quod à somnio vel delirio parum abesse nemo non videt. Cæterum Rex noster, non solum resignationes puras & simplices, sed etiam conditionales, quas in fauorem vocant, aperta negalia admittit, quod vltimum non licere proregi Neapolitano tradit auctor in fina quæstionis.

QVÆSTIO X.

Resignatio debet fieri coram superiore. resignantis.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio debet fieri coram superiore resignantis.*
2 *Potest recipere resignationes qui potest instituere.*
3 *Inferior Episcopo potest recipere resignationem.*
4 *Simplex clericus potest recipere resignationem si, &c.*
5 *Simplici clerico potest competere ex priuilegio, ius conferendi.*
6 *Potest recipere resignationem qui potest destituere.*
7 *Renuntiatio habet vim destitutionis.*
8 *Eiusdem est potestas ligandi & soluendi.*
9 *Habens ex præscriptione ius instituendi non potest recipere resignationes beneficiorum.*
10 *Præscribens institutionem, non præscribit destitutionem.*
11 *Regulariter qui potest instituere, potest destituere.*
12 *Præscriptum est tantum quantum possessum.*
13 *Præscripta Visitatione non censetur præscripta procuratio.*
14 *Præscripta visitatione non censetur præscripta correctio ad iurisdictionem.*

Digitized by Google

15 *Præscribens institutionem, non potest conferre beneficium iure deuoluto.*
16 *Præscribens decimas non potest exigere noualia.*
17 *Præscribens ius succedendi vacante sede Episcopali non succedit, sede quasi vacante.*
18 *Renuntiatio debet fieri coram Episcopo in cuius Diœcesi situm est beneficium.*
19 *Habens ius conferendi ex consuetudine, non potest cessionem admittere.*
20 *Cum præscripta est cum institutione destitutio, possunt admitti renuntiationes.*
21 *Habens ius instituendi ex priuilegio, non potest recipere resignationem beneficij.*
22 *Habens ius instituendi ex priuilegio non potest priuare.*
23 *Qui potest conferre de iure speciali, non potest commendare.*
24 *Priuilegium strictè interpretatur.*
25 *Electores imperij non possunt renuntiationem Imperatoris recipere.*
26 *In qua priuilegia instituendi, veniat facultas destituendi.*
27 *In facultate data ab Episcopo Archiepiscopo conferendi parochialem, venit facultas recipiendi renuntiationem.*
28 *Priuilegium in præiudicium concedentis latissimè interpretatur.*
29 *Quando concessio iurisdictionis extendatur.*
30 *Communio & connexitas est inter institutionem & destitutionem.*
31 *Ratione connexionis fit extensio de casu ad casum.*
32 *Habens ex priuilegio ius instituendi & destituendi, potest renuntiationem admittere.*
33 *Data facultate conferendi beneficia vacantia tali loco vel generaliter, non venit facultas admittendi renuntiationes.*
34 *Ex renuntiatione potest damnificari collator.*
35 *Facultate datâ conferendi beneficia vacantia per resignationem, non extenditur vt possit recipi renuntiatio.*
36 *Executores deputati ad conferendum beneficia vacantia vel vacatura, non possunt recipere resignationem.*
37 *Executores non possunt inuitum destituere.*
38 *Vicarius Episcopi qui potest conferre, non potest resignationes recipere.*

DEcimò rursus quæro, coram quo superiore ecclesiastico? aliquas regulas dabimus, ex quibus tota materia declarabitur & elucidabitur. Quarum prima erit, vt fiat coram Papa, qui est omnium superior, can. cuncta per mundum. 9.
1 q. 3. secundo vt fiat coram † superiore renuntiantis, & non resignatarij. Ant. de Butr. in cap. quod Dei. nu. 18. de stat. monach. & est communis opinio omnium doct. Tertia vt fiat coram eo, in cuius diœcesi situm est beneficium simpliciter resignandum, vt quotidie praxis vulgaris docet, Rot. dec. 6. de renunt. in nou.

Quarta regula valens conferre beneficium, & sic ha-
2 bens ius instituendi, poterit recipere † resignationem illorum beneficiorum, quæ potest conferre, Paul. quem refert, & sequitur Bonif. de Vital. in clem. multorum. num. 59. de pœn. Compostella in cap. quod in dubijs, de renunt. Petr. de Anch. in cap. 1. num. 6. de rer. permu. lib. 6. Ant. de But. in cap. 2. num. 3. de rest. in int. & in cap. ad audientiam. num. 6. de his quæ vi metusue caus. & in d. cap. quod in dubijs, numer. 11. Imol. in cap. significatum, de præb. & in d. cap. ad audientiam num. 4. de his, quæ vi. & communiter doct.

Primò amplia procedere, etiam si sit inferior Episc.
3 nam nihilominus potest recipere † resignationem illorum beneficiorum, quæ potest conferre. gl. in clem. 1. verb. manibus. de renunt. Petr. de Ancha. in cap. 1. num. 1. de rer. perm. lib. 6. Imol. in cap. admonet. num. 2. de renunt.

Amplia 2. procedere, etiam si sit † simplex cler. Bo- 4
nif. de Vital. in cle. multorum. num. 6. de pæn. Et ratio istarum Ampliationum est, quia id potest competere priuilegio † & consuetudine, vt explicat Card. Zaba. 5
in clem. 1. sub num. 16. de renunt.

Declara primò hanc conclusionem procedere, si ad
illum, ad quem spectat collatio † seu institutio, spe- 6
ctat quoque destitutio beneficij, & sic si ille collator erat talis, qui ex iusta causa poterat illum inuitũ destituere, & priuare, alias non poterit resignationes beneficiorum recipere, ita Inno. in cap. quod in dubiis. sub num. 3. propè finem, de renun. Archid. in cap. deliberatione. glo. pen. num. 3. de off. leg. lib. 6. Zabar. cons. 112. in 5. dub. Bonif. de Vital. in cle. 1. nu. 37. de renunt. post gl. in verb. manibus, Lapus allegat. 14. nu. 7. Præpos. in cap. deniq. num. 46. q. 3. Abb. in d. cap. quod in dubiis. nu. 6. & in cap. cum ex iniuncto. nu. 6. de hæret. Rot. decis. 6. propè med. de renun. in nou. & decis. etiam 6. n. 2. de rer. permut. eod. lib. & decis. 7. num. 1. de iud. in antiq. & decis. 5. & 14. nu. 2. & 13. de renun. in antiq. & decis. 8. eo. tit. per Bulgner. & hoc pluries tenuit Rot. teste Gabr. cons. 187. num. 4. lib. 1. Rossiniac. de benef. cap. 14. nu. 52. & 54. vbi dicit moribus recipi & obseruari, Sarn. in reg. de infir. resig. q. 18. & hæc est communis opin. teste Cardin. Zabar. in d. cle. 1. nu. 16. de renun. Ratio est secundum Card. teste Lap. d. alleg. 14. nu. 7. quia renuntia-
tio habet † vim destitutionis, nam per eam renuntians 7
desinit esse intitulatus & prælatus, Io. in cap. cum ex Iniuncto super glo. vltim. de hæret. ideò non mirum, si non poterit fieri, nisi coram eo qui potest destituere, & ita refert obtinuisse, & idem Bonif. de Vital. loco
cit. dat rationem, vt eiusdem sit potestas † ligandi, & 8
soluendi, cap. verbum, de pæn. distin. 1. condendi, & destruendi, l. vlt. C. de legib. vnde non valet consequentia, potest instituere, ergo destituere, cum primum fiat iudicialiter, secundum extraiudicialiter. Card. Zab. in d. clem. 1. n. 16. in fin.

Ex quo primo infertur, † quòd qui præscripsit facul- 9
tatem conferendi talia beneficia, non poterit eorundem beneficiorum resignationes recipere, vt voluerunt Card. Zaba. d. cle. 1. sub. nu. 16. ver. aliquando. de renun. Io. And. in cap. cum ex iniunct. §. vlt. de hæret. Ant. de But. in cap. quod in dubijs, nu. 7. vers. per hæc de renun. Zasius cons. 16. lib. 2. fuit decisum in Rot. vt habetur dec. 6. de renun. in nou. & decis. 5. eo. tit. per Bisign. Gabr. in tract. com. concl. de præsc. concl. 5. nu. 9. Rebuff. in prax. tit. form. visit. nu. 108. Crauet. de antiq. temp. parte 4. num. 30. Rossiniac. de benef. cap. 14. nu. 55. communis opi. teste Abb. in d. cap. cum ex iniuncto. §. vlt. nu. 3. de hæret.

Ratio est, quia præscribens potestatem conferendi
aliqua beneficia, non † videtur præscribere facultatem 10
remouendi, vel destituendi illos, quos ipse instituit. Fed. de Sen. consil. 134. incip. Casus talis est, quidam &c. vbi scribit, quòd si conuentus præscripsit cum Abbate collationem Prioratus, non dicitur præscripsisse destitutionem à prioratu, sequitur Abb. d. cap. cum ex iniuncto. num. 4. Felin. num. etiam 4. dicentes, quòd
licet regulariter † qui potest instituere, potest destitue- 11
re, cap. 1. & 2. de stat. monach. cap. cum plantare. §. & in Ecclesijs, de priuileg. hoc tamen non habet locum in præscriptione, quia odiosa est, & quia alias sequeretur plus esse præscriptum, quàm possessum, & tamen
regula communis est † tantum præscriptum, quantum 12
possessum. gl. in cap. audiuis. in verb. interruptione, de præscr. vbi Inn. col. vlt. idem Inn. in cap. dilect. col. pe. & vlt. de off. Archid. in cap. 1. col. 1. de iur. pat. lib. 6. Ro. cons. 368. col. pen, Alex. cons. 120. in fin. lib. 4. Bellam. decis. 599. Card. Paris. cons. 114. col. pen. vol. 1. Comprobatur, quia in materia præscrip. fit stricta interpretatio, iux. communes conclusiones receptas à doct. Et ideo præscripta visitatione non cen-
setur † præscripta procuratio, gl. in cap. odia. de reg. 13
iur. in 6. Host. in cap. cum ex offic. col. 2. de præs. Car.

Digitized by Google

Imol. in cap. pastoralis, de off. deleg. Ioan. And, in
addi. ad Spec. tit. de his, quæ fiunt à maior. part. cap.
in apostil. magna circa fi, Ro. cons. 368. col. pen. &
14 communiter doct. neque correctio † ad iurisdictionem,
Abb. in cap. cum contingat. in 3. col. in fin. de foro
compet. Cardinal. in cap. pastor. in 1. not. de offic. de-
leg. Fel. in cap. auditis. de præsc. com. opin. teste Gabr.
de præscrip: concl. 2. nom. 6. & 7.

Hinc etiam, qui præscripsit institutionem, non po-
15 test † conferre iure deuoluto. Card. Zaba. in cle. 1. sub
num. 9. de suppl. neglig. præl. Ias. cons. 16. lib. 2. Hinc
16 etiam, qui præscripsit decimas, non † potest exigere
nouralia, cap. cum contingat. in fi. de decim. Card.
Paris. cons. 73. num. 15. vol. 4. Ruy. cons. 163. nu. 13.
vol. 4. com. opi. teste Gabr. dict. concl. 1. num. 11.

Hinc qui potest per præscriptionem succedere va-
17 cante sede Epis. excluso Capitulo, non succedit † sede
quasi vacante, Gemi in cap. si Epis. col. 2. de suppl.
negl. præl. Hinc etiam si Episcopus habeat collationem
alicuius beneficij sui in diœcesi alterius Episcopi ex
præscriptione, si tenens tale beneficium velit renun-
tiare, aut permutare cum alio, resignatio debet fieri
18 coram Episcopo, in cuius † territorio situm est tale
beneficium, vt fuit decisum in Rot. vt habetur dec. 6.
de renunt. in nou. Rebuff. in prax. form. Vic. num. 108.
Hinc scribit Ant. de Butr. in d. cap. quod in dubijs. nu.
7. vers. per hoc, quòd si Episcopus habens potestatem
conferendi in alia diœcesi de consuetudine, non potest
19 † cessionem admittere, quia consuetudo est stricti
iuris.

Quod limita, nisi cum institutione fuisset præscripta
20 destitutio, nam hoc casu † posset recipere resignatio-
nes. Card. Zabar. d. clem. 1. num. 16. dicens hoc esse
clarum Rot. decis. 5. de renunt. per Bisignet.

21 Secundò infertur habentem † ius instituendi ad talia
beneficia ex iure speciali, puta ex priuilegio, non posse
recipere resignationem d. beneficiorum. Card. Zabar.
in clem. 1. nu. 16. vers. aliquando. de renunt. vbi etiam
Imol. Abb. in cap. cum ex iniuncto. n. 16. de hæret. &
ibi Fel. sub num. 3. citans Host. Rot. decis. 5. de renunt.
per Bisign. Coras. de benef. par. 1. cap. 8. n. 18. Rossiniac.
de benef. cap. 14. num. 55. Rebuff. in prax. form. Vic.
num. 108. vbi citat gl. & Fede. de Sen. & hæc est com-
munis doct. sententia.

Et ratio est, quia habens facultatem instituendi de
22 iure speciali non potest † destituere, seu priuare, nam
iurisdictio voluntaria non includit contentiosam Abb.
in cap. accepta. prope. fi. de rest. spol. & est tex. in cap.
23 ea, quæ §. præcipimus, vbi Abb. de stat. monac. † &
commendare in tit. Gemin. in cap. nemo. in fin. de elect.
24 in 6. priuilegium † enim strictè interpretatur. Inn. in
cap. cum dilecti. de donat. Rot. decis. 2. nu. 1. de re-
nunt. per Bisign. hæc inter se differunt. cap. cum illis
de præb. in 6. vbi tex. ponit differentiam inter colla-
tionem, præsentationem, institutionem, & electio-
nem, ex quo tex. colligit Rot. decis. 6. de renunt. in
nou. versic. pro quo hæc omnia, posse ex priuilegio,
vel consuetudine diuersis personis competere, ergo
non poterit renuntiationem recipere, sicut electores
25 Imperij † non possunt renuntiationem Imperatoris re-
cipere, quia illum destituere non possunt, Bald. in leg.
Barbarius. ad fin. ff. de offic. prætor. ex quo patet res-
ponsio ad regulam illam superius allegatam, vt ad
quem pertinet institutio, spectet destitutio, vt probant
iura allegata per gloss. vlt. in cap. cum ex iniuncto, de
hære. vt procedat in eo, ad quem de iure communi
spectat institutio, prout est Episcopus, de quo loqui-
tur d. cap. cum ex iniuncto. & alia iura, secus verò si
competat institutio ex priuilegio, vel consuetudine,
nam hoc casu non procedit illa regula, ita limi. &
declarat Rot. decis. 6. de renun. in no. Abb. in cap.
quod in dubijs. sub num. 6. de renunt. & communiter
doct. sequuntur.

Ampliatur hæc illatio procedere in priuilegio, &
quocunque alio modo surgente præter ius commune.
Card. Zabarel. in clem. 1. sub nu. 16. in fin. de renunt.
quia est eadem ratio.

Primò limitatur procedere, quando priuilegium
concessum est à Papa, inferiori, & possit conferre cer-
ta beneficia, nam hoc casu cum huiusmodi priuile-
gium fit in præiudicium ordinariorum, strictè interpre-
tatur, vt non comprahendat facultatem destituendi,
& per consequens recipiendi renuntiationem. Si autem
priuilegium concessum fuerit ab eo, cui iuri dumtaxat
detrahitur, hoc casu venit facultas † destituendi, & 26
per consequens recipiendi renuntiationem, ita Abba.
signanter in d. cap. cum ex iniuncto, num. 5. vers. quod
ego fateor. de hæret. Put. decis. 76. nu. 1. & 2. lib. 3.
vbi refert fuisse decisum in Rot. 13. Decemb. 1547. fa-
cultatem datam ab Episcopo, Archiepiscopo † confe- 27
rendi duas parochiales, extendi, vt Archiepiscopus
possit recipere resignationem dictarum parochialium.

Et ratio est, quia priuilegium in præiudicium † con- 28
cedentis latissimè interpretatur. cap. cum dilectus. de
consuet. cap. olim. de verb. sign. l. vltim. ff. de const.
prin. reg. decet. de reg. iur. Rot. deci. 3. de off. leg. nu.
2. in nou. & decis. 4. num. 2. de præb. co. lib. & decis.
9. num. 1. de præben. in antiq.

Hinc concessio † facta a superiore de iurisdictione 29
in vna parte, tribuit vsum in alia, & sic extenditur,
Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de iti. act. priu.
Ant. de Bu. cap. vlt. col. 3. de caus. pos. & prop. Abb.
in cap. cum olim. col. pen. de præscrip. Ang. in l. 1. ff.
de seruit. rust. præd. communis opin. vt per Gabr. de
prescript. conclus. 2. num. 10.

Eo maximè in casu nostro propter connexitatem, &
communem, quæ est inter institutionem, † & destitu- 30
tionem, d. cap. cum ex iniuncto. in fi. de hæret. cap. 1.
& 2. de stat. monach. cap. cum & plantare §. in Eccle-
siis, de priuil. nam connexitas operatur, † vt concessio 31
extendatur de vno casu ad alium, Ias. in l. 4. colu. vlt.
ff. de acq. poss. Ant. de But. in cap. cum dilectus, col.
4. & seq. de stat. monac. Zabar. cons. 19. lib. 2. Rom.
cons. 243. Iaso. cons. 185. col. 3. lib. 2.

Secundo limitatur, nisi in priuilegio quis habuisset
facultatem instituendi, & destituendi in talibus bene-
ficiis, † nam hoc casu posset renuntiationem dictorum 32
beneficiorum recipere, ita Card. Zabarel. in d. clem. 1.
sub numer. 16. versic. aliquando. de renunt. Rot. decis.
5. de renunt. per Bisignett. quia cessat ratio, de qua su-
prà, & per consequens dispositio. cap. cum cessante.
de appel.

Tertiò limita, nisi cum priuilegio instituendi esset
specificè concessa facultas recipiendi resignationes,
nam hoc casu nihil obstaret, & essemus in claris. Rot.
decis. 13. versic. & dic. quod non de renunt. in antiq.
Gabr. cons. 187. num. 5. vers. idcirco. lib. 1. vbi allegat
ad hoc Archid. in cap. sicut de verb. sig. lib. 6. super
verbo cedentium, & facit tex. in cap. dudum. de præb.
in 6. & quia in claris non est opus coniecturis, l. conti-
nuus, §. cum ita. ff. de verb. oblig.

Tertiò infertur, quòd data potestate conferendi be-
neficia vacantia in tali loco, vel generaliter, † non 33
videtur data facultas eorundem resignationes recipien-
di. Ita fuit decisum in Rot. vt habetur in dec. 5. no.
quod de renunt. in antiq. & communiter DD. hoc pas-
sim affirmant, vt dicetur infr. dum de Vicario scribe-
mus. Et ratio colligitur ex supradictis. Cui accedat,
quia secundum Rot. in d. decis. in resignationibus pos-
sunt euenire multa, in quibus propter factum resignan-
tis † posset damnificari ille, ad quem pertinet collatio, 34
arg. cap. dudum. de præb. lib. 6.

Immò facultas data † conferendi talia beneficia va- 35
cantia per resignationem, non extenditur, vt ille cui
est data talis facultas, possit recipere resignationem
dictorum beneficiorum, vt fuit decisum in Rot. teste
Bisignet. decis. 2. verum si Episc. de renunt. in antiquis,
à qua dec. fuit recessum, & contrarium firmauit Rota
in vna Zamoren. parochialis de Valadar. 13. Decem-
bris. 1547. teste Put. decis. 76. lib. 3. per renunt. vt ibi.

Quartò infertur, quòd executores gratiarum deputati ad prouidendum de beneficiis † vacantibus vel vacaturis, non possunt recipere resignationes à volentibus renunciare in eorum manibus, vt ea recepta prouideant, Rot. decis. 6. vtrum si Episc. nu. 3. de renunt. per Bisignet. in antiquiorib. Rot. decis. 13. quæritur, de renunt. in antiq. Coras. de benef. p. 1. c. 8. num. 17. ver. qui vero.

36

37 Ratio, quia tales executores † non possunt inuitum destituere, ergo neque recipere resignationes, Inno. in cap. quod in dubijs. prope fi. de renun. & ideo necesse est, vt expresse committatur facultas recipiendi resignationes, cap. Dudum, circa prin. & communiter DD. de præb. lib. 6.

Limita tamen nisi in mandato esset data etiam facultas recipiendi resignationes, nam hoc casu posset, ita Coras. d. c. 8. nu. 17. ver. qui verò Rot. d. decis. 13. & hoc nullum habet dubium.

38 Quintò infertur Vicarium † Episcopi habentem facultatem conferendi beneficia non posse recipere resignationes eorundem, Cald. cons. 3. de renunt. communis opinio, de qua attestatur Rebuff. in praxi. fol. Vic. num. 106. & dicetur infra latius.

Lib. 7. quæst. 10. in princ. Ibi, Coram quo Superiore Ecclesiastico.

SVbaudi, debeat fieri renuntiatio, seu resignatio:

Eadem quæst. num. 1. Ibi, Et non resignatarij.

INtellige, si ipse & resignans non sint eiusdem Diœcesis: & quatenus resignationis admissio, ad inferiorem Episcopo non spectet.

Eadem quæst. num. 8. Ibi, Cùm primum fiat iudicialiter, secundum extra iudicialiter.

IMò primum (collatio nempè, seu institutio) fit extraiudicialiter; secundùm verò (nimirum destitutio) iudicialiter fieri debet.

quæst. 10. num. 26. Venit facultas destituendi

¶ HOc verum non putat Garcias de benefic. p. 11. cap. 3. num. 203. quia conferre & destituere sunt longè diuersa, & contrarium ait conuinci vel eo, quod ipse Flaminius hic num. 38. & infrà q. 14. eiusdem libri num. 15. post alios docet Vicarium Episcopi habentem facultatem conferendi beneficia, non posse recipere resignationes. Nihilominus opinio Flaminii videtur verior, quia licet institutio & destitutio sint diuersa, est tamen inter ipsas connexitas & communio quæ hoc casu sufficit ad extensionem de illa ad istam propter fauorem priuilegii. Argumentum verò à Vicario Episcopi nihil obstat, quia iste facultatem conferendi non habet ex priuilegio, sed ex commissione.

QVÆSTIO XI.

Coram Papa quæ beneficia resignantur, & quandò; & quæ beneficia non possunt nisi coram eo renuntiari, & quid de reseruatis.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio potest fieri coram Papa omnium beneficiorum.*
2 *Sum. Pont. potest quemque priuare.*
3 *Papa est rector vniuersalis Ecclesiæ, & Episc. vniuersalis.*
4 *Papa in beneficialibus est Dominus absolutus, & suprà ius.*
5 *Papa potest recipere resignationem in omnibus mensibus.*
6 *Facultas concessa per Papam Ordinarijs, videtur data cumulatiuè, non priuatiuè.*
7 *Papa potest conferre, etiam beneficia vacantia in mensibus Ordinariorum.*
8 *Papæ collatio præfertur collationi ordinariorum.*
9 *In collatione Papæ beneficij spectantis ad Ordinariorum non requiritur derogatio.*
10 *Collatio Papæ habet vim reseruationis.*
11 *Apposita manus Papæ, habet vim decreti annullatiui, & derogationis.*
12 *Cardinalatus non potest renuntiari, nisi coram Papa.*
13 *Papa solus priuat Cardinales.*
14 *Ardua expediuntur in Consistorio.*
15 *Cardinales priuantur in Consistorio.*
16 *Cardinales multi fuerunt priuati tempore Iul. II. propter adhæ. Pisani.*
17 *Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi renuntiant coram Papa.*
18 *Papa solus dispensat super vota perpetua.*
19 *Matrimonium contrahitur inter Episcopum, & Ecclesiam.*
20 *Deus dissoluit matrimonium, & Papa.*
21 *Episcopus dicitur habere alas ligatas, quæ non possunt solui sine Papa.*
22 *Papa solus facit Patriarchas, Archiepis. & Episcopos.*
23 *C. denique 6. q. 3. declaratur.*
24 *Concilium prouinciale aliàs poterat deponere Episcopos.*
25 *Papa solus hodiè deponit Episcopos.*
26 *Episcopi non possunt renuntiare in manibus Regis & Imperatoris.*
27 *Maxima beneficia coram Papa renuntiantur.*
28 *Episcopatus & Abbatia æquiparantur.*
29 *Primæ dignitates in Cathedrali, vt Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus renuntiantur coram Papa.*
30 *Primæ dignitates in Cathedrali conferuntur per Papam.*
31 *Maiora beneficia quæ.*
32 *Ordinarij possunt recipere renuntiationem beneficiorum reseruatorum, non tamen illa conferre.*
33 *Reseruationes sunt odiosæ, & restringendæ.*
34 *Papa solus confert reseruata.*
35 *Exempta beneficia debent renuntiari coram Papa.*
36 *Papa est superior exemptorum.*
37 *Legatus de latere potest conferre reseruata.*

QVæro 11. An coram Summ. Pontifice possit fieri resignatio beneficiorum? communis opinio per omnes recepta, etiā de stylo est affirmatiua, quod iustificatur, tum quia in beneficialibus Summus Pontif. omnia potest. Samen. de expec. in prin. tum etiam, quia recipere resignationes est iurisdic. Oldrad. cons. 324. num. 4. & ipse est Dominus, & Ordinarius cunctorum. Hos. in cap. dilecti filij, nume. 5. de for. compet. Caputaq. decis. 181. num. 3. part. 1.

Amplia primò vt † coram Summ. Pontifice possit fieri renuntiatio quorumcumque beneficiorum, vt communiter ab omnibus DD. scribitur, & quotidie practicatur tradit Petr. Greg. libr. 17. Syntag. iur. cap. 17. num. decimo octauo, & scripsi latè lib. 8. quæst. 7. num. 1. cum seq. 1

Idque probatur primò, quia Summus Pontifex potest quemcumque beneficiatum priuare etiam constitutum † in dignitate quantumuis maxima. cap. gestis. 2
cum ibi notatis, de cler. non resid. can. vlt. dist. 22. cap. cum non ab homine. de iud. cap. proposuit. de conces. præb. tex. optimus in can. cuncta per modum. 9. q. 3. namque Papa est rector vniuersalis Ecclesiæ, † & 3
Episcopus vniuersalis Archid. & Ioan. Andr. in cap. 1. de constitut. libr. 6. Gemin. cons. 93. ergo, & cuius-

Digitized by Google

cumque beneficij recipere resignationem debet, iuxtà
communem conclusionem de qua supra.
4 Secundò comprobatur, quia Papa in beneficialib. †
est Dominus absolutus, & supra ius, cap. proposuit. de
concess. præben. cap. 1. & ibi DD. de transac. cap. inter
dilectos, de fid. instrum. Dec. cons. 624. ante nume. 5.
Idem Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 32. de consti.
communis opinio, vt per Mandos. reg. 9. Cancel.
quæst. 1. num. 3.
5 Amplia secundò, vt Papa possit † recipere resignationes
beneficiorum non solum in mensibus sibi reseruatis,
sed etiam in alijs mensibus concessis Ordinarijs
locorum, vt communiter practicatur quotidie in curia,
& est receptum per omnes.
Namque facultas concessa per Papam Ordinarijs vi-
6 detur data cumulatiuè, non autem † priuatiuè. Sarn.
de grat. expe. col. 1. Staphil. in eo. tracta. colum. etiam
s. Ioan. Selua de benef. part. 3. q. 60. in fin. & est com-
7 munis omnium sententia, & ob id potest † Papa con-
ferre etiam beneficia vacantia in mensibus concessis
Ordinarijs. Ioan. Selu. de benef. part. 3. quæst. 67.
Franc. de March. quæst. 196. nu. 3. communis opin. se-
cundum quam latè consuluit Iacob. Menoch. cons. 83.
nume. 9. cum seq. volu. 1. & præueniendo præiudicat
8 Ordinarijs in collatione, quia tenet † collatio facta
per ipsum Papam, & ipsorum ordinariorum manus sunt
ligatæ, prout fuit decisum in Rot. vt habetur decis. 1.
& decis. 17. de præben. in nou. Franc. de March. quæst.
1199. num. 2. part. I. Rot. decis. 35. de præbend in an-
tiq. Menoch. d. cons. 83. num. 12. & 13. Imo non re-
quiritur alia derogatio, nam ita conferendo videtur
9 satis derogare facultati Ordinarijs † concessæ, Calde.
cons. 7. vers. & ad prædicta. de præbend. Decis. cons.
224. num. 6. Franc. de March. quæst. 980. part. 5. Ioan.
Selua. de benef. p. 3. q. vlt. nu. 3. consuluit Menoch. d.
cons. 83. num. 27. vsque ad fi. lib. 1. & probatur in cap.
dudum. §. nos igitur, &c. & in cap. quamuis, de præb.
10 in 6. & ratio est quia † collatio Papæ habet vim reser-
uationis. Rot. decis. 10. de præbend. in nou. Bisignet.
dec. 6. nu. 6. de præbend. in antiquior. Mandos. reg. 3.
11 Cancel. de reser. q. 13. & sola appositio manus † Papæ
habet vim decreti annullatiui, & derogationis. Rot.
decis. 14. nu. 1. vt lit. pend. in nou. Rebuff. in prax. tit.
de rescru. nu. 40. & communiter DD. Et quia adest.
decretum irritans, iuxtà ea quæ scribit Rebuff. in prax.
tit. declaratio nouæ prouis, in verbo nos enim.
Potest igitur Papa quorumcumque beneficiorum,
etiam maximorum, & quocumque tempore idest om-
nibus mensibus recipere resignationem volentium co-
ram ipso renuntiare, & illa conferre, vt conclusum
est.
Sunt tamen quædam beneficia, quæ non possunt re-
nuntiari nisi coram ipso Summ. Pont. & quæ sint ista
quam breuissimè explicandum est.
12 Primò Cardinalatus † dignitas non nisi coram Papa
potest renuntiari, vt in terminis scriptum reliquit
Franc. cap. 1. sub num. 3. de renunt. lib. 6. ex nota. in
cap. 2. de concess. præb. & hoc videtur sentire Bursatt.
consil. 342. num. 20. vol. 4. & hæc conclusio ab om-
nibus communiter tenetur, quia penes Summ. Pontif.
13 residet facultas † priuandi Cardinales, vt communiter
volunt. Doctor. ergo ad eundem spectat facultas reci-
piendi resignationes. Rot. decis. 5. de renun. in antiq.
& dec. 13. nu. 2. eod. titu. & lib. & ita factum fuisse
legimus tempore Alex. VI. & tempore Sanctiss. D. N.
Sixti V. vt dixi lib. 8. qu. 4. & huiusmodi renuntiatio
debet fieri in Consistorio, quia hoc est de arduis, ardua
14 enim debent in Consistorio † expediri. Franc. de March.
decis. 456. num. 61. & 1112. num. 28. & 1297. num. 5.
in 1. part. & ita factum fuisse in renuntiatione Cardi-
nalatus per Cæsarem Borgiam, refert Guicciardinus,
libr. 4. histo. fol. 203. & in renuntiatione Cardinala-
tus per Sereniss. Ferdinandum magnum Ducem Hetru-
riæ, vidimus.
Accedit, quia priuatio Cardinalis fit in Consistorio
† per Summ. Pont. vt communiter volunt Doctor. & 15
factum fuisse legimus tempore Iulij II. in priuatione
illorum Cardinalium, qui adhærebant † Conciliabulo 16
Pisano, & tempore Leonis X. in priuatione Cardina-
lis Petrucci, & aliorum qui consenserant coniuratio-
ni factæ contra personam Summ. Pont. & tempore Pij
IV. in priuatione Caroli Cardinalis Carafæ. ergo &
admisso renuntiationis pariformiter debet fieri in Con-
sistorio, & hoc non habet dubium cum ita communi-
ter practicetur, & si renuntiatio Episcopatus fiat in
Consistorio, vt dicitur, ergo & Cardinalatus, Authen.
multo magis. C. de sacr. Eccl.
Secundò Patriarcha, Primas, Archiepis. & Episc.
debent renuntiare Patriarchatum, Primatum Archie-
piscop. & Episcopatum in manibus † Sum. Pont. dum- 17
taxat, gl. in cle. 1. verb. manibus, de renun. & ibi Doct.
Archid. in cap. si electio. verb. renuntiat. de elect. lib.
6. Tur. Crem. in can. denique. num. 1. 6. q. 3. & ibi
Car. Ale. num. 5. Hostien. in sum. de renun. sub num. 8.
ver. si verò renuntietur, idem Host. in cap. 2. nu. 8. de
transla. Epis. & ibi Abb. nu. 7. & alij communiter, idem
Abb. in cap. 1. nu. 8. post gl. & alios eo. tit. de transla.
Episc. Imo. in cap. non dicet. nu. 4. de cleric. non re-
sid. Idem Hosti. in cap. admonet, nu. 6. de renun. Ca-
pra in clem. gratiæ, nu. 13. de rescr. & videtur firmare
Inn. in cap. quod in dubijs. nu. 3. & ibi Host. Iaco. de
Franc. in tit. de his qui feud. dar. poss. nu. 168. inter
deci. Dom. Vinc. de Franch. D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 4.
ver. respondeo. dans rationem, quia solus † Roma. 18
Pontifex potest super voto perpetuo dispensare, & hæc
est communis, & recepta DD. sententia. Quæ primo
probatur ex cap. 5. eodem tit. de translat. Epis. ibi. Ac
per hoc translationes Episcoporum, & Sedium muta-
tiones, ad summ. Apostolicæ sedis Antistitem de iure
pertineant, nec super his quicquam præter eius assen-
sum debeat immutari.
Secundo probatur in cap. inter corporalia. eod. tit.
de translat. Episc. ibi, non enim humana, sed potius
diuina potestate coniugium spiritnale dissoluitur cum
per translationem, depositionem, aut cessionem au-
ctoritate Romani Pontificis, quem constat esse Vica-
rium Iesu-Christi, Episcopus ab Ecclesia remouetur, &
ideo tria hæc quæ præmimus non tam constitutio-
ne Canonica, quam institutione diuina soli sunt Ro-
mano Pontifici reseruata.
Tertiò facit text. in cap. nisi. de renunt. ibi, de li-
centia nostra cedas, & alijs multis locis.
Quartò comprobatur † ratione, quia inter Episco- 19
pum, & Ecclesiam est contractum matrimonium, d.
cap. post translationem, in vers. cum ergo fortius,
quod vinculum † non potest solui sine Deo vel Papa c. 20
quod Deus. 33. q. 2. & ob id Episcopus dicitur habere
alas ligatas, † quæ non possunt solui sine Papa, d. cap. 21
nisi. in fin. de renunt. ibi. Quoniam, & si pennas habeas,
quibus satagas in solitudinem aduolare, ita tamen astri-
ctæ sunt nexibus præceptorum, vt liberum non habeas
absque nostra permissione volatum &c.
Quintò comprobatur alia ratione, quia solus Summ.
Pontifex facit Patriarchas, Archiepiscopos, & † Epis- 22
copos, & solus illos priuare potest ea causa, d. cap.
post translationem, de translat. Episc. & est communis
omnium DD. sententia, ergo & ad illum spectare debet
resignationis admissio. Bonif. de Vitall. in clem. mul-
torum. num. 59. de pœn. Imol. in cap. significatum. de
præbend. Idque eo magis ob reuerentiam sacri officij.
Innoc. in cap. graue. de probat. Abb. in cap. non po-
test. de re iudic.
Nec obstat † text. in can. denique. 6. q. 3. vbi Suf- 23
fredus Episcopus debebat in renunt. requirere licentiam
primatis, nam primo respondetur, quòd ibi Episcopus
renuntiabat ob crimen, quo casu licet renuntiare abs-
que superiore, secundum opin. aliquorum. iux. ea quæ
scribit Abb. d. cap. nisi. sub num. 5. de renunt. vel se-
cundo, & melius respondetur, quòd antiquis tempori-
bus hoc licebat Primatibus, Archiepiscopis, &
concilio

Digitized by Google

concilio prouinciali ex cõsuetudine, & speciali licentia Summ. Pontif. arg. no. per glo. in can. Episcopus pres-
24 byter. 11. quæ. 3. sicuti illo tempore † licebat concilio prouinciali deponere Episcopos, can. si quis a proprio. 21. quæst. 6. can. si Episcopum, 16. quæst. 6. can. 1. & 2. 6. quæst. 4. can. si quis Episcopus. 11. quæst. 3. c. hæc quippe. 6. q. 6. cap. fœlia. 6. q. 3. c. fœlix. 15. q. 7. c. primates, 2. q. 5. & ita procedere hæc iura tradit Dec. in cap. 1. num. 30. lect. 2. de iud. Hodie autem depo-
25 sitio Episcoporum † spectat duntaxat ad summum Pontificem, dic. cap. inter corporalia de translat. Episc. can. duodecim. 5. quæst. 4. can. ideo 2. quæst. 6. can. decreta 2. quæst. 6. can. discurrere. can. dudum. cum seq. 3. quæst. 6. gloss. in ca Episcopus, verb. hodie, 15. q. 3. Card. Iacob. de conc. lib. 5. art. 8. num. 59. Lælı. Iord. de orig. Rom. sed. c. 5. per totum, vbi citat plures auctoritates veteris, & noui testamenti, & plura dicta patrum, ac conciliorum, & est communis opin. quam comprobaui pluribus rationibus bis in interpretatione cap. 1. de iudic. respondendo sigillatim ad contraria, & comprobatur nouissime per Conc. Trid. cap 6. sess. 13. & cap. 5. sess. 24.

Vnde concludendum est renuntiationem faciendam esse coram summo Pontifice duntaxat, nec posse hos in
26 aliorum manibus † renuntiare, nec etiam in manibus Imperatoris, Regis, Ducis, Marchionis, vel in manibus subditorum, aut aliorum, Innoc. in cap. quod in dubijs nume. 3. de renunt. Host. ibid. numer. 9. & hæc conclus. nullam habet difficultatem, nam per omnes tenetur.

27 Tertiò beneficia maxima debent † coram summo Pontifice duntaxat renuntiari, vt tradit Host. in sum. de renunt. sub nume. 6. vers. si vero. idque colligitur ea eodem Host. dict. cap. quod in dubijs, num. 3. de renunt. Innoc. ibid. num. 3. Qualiter est Abbatia. c. si quis deinceps. 17. quæst. 4. Lap. alleg. 84. col. pen. vers. item
28 Abbatia, Episcoparus enim, † & Abbatia æquiparantur, Pet. Rebuff. super concordan. rubr. de mand. Apost. §. statuimus, verb. Monasteria, & iura adducit Alfons. Hoied. de incompat. benef. p. 1. c. 5. num. 5. & cap. 6.
29 num. 3. eadem parte, Item † Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, vel similes quando sunt primæ dignitates, cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect.
30 Horum enim beneficiorum † dispositio ad summum Pontificem spectat, vt habetur in regula prima Cancellariæ Sanctissimi D.N. Greg. XIV. ibi, Item reseruabit generaliter omnes Ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales, nec non omnia Monasteria virorum, & habetur in reg. 3. Cancell. eiusdem Pontificis. Item reseruabit generaliter dispensationi suæ omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus & Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non principales in Collegiatis, ac etiam vnicas, & quæ monoculares appellantur in eiusdem cathedralibus, &c.

Cum igitur huiusmodi dignitates sint reseruatæ Summi. Pontif. vt expresè probatur in d. reg. Cancell. & tradit Oldr. plura adducens consil. 75. quis possit creare Notarium, circa medium, Ro. in l. imperium. colu. 2. vers. item collationum. ff. de iurisd. omn. iud. cum alijs, vt per Mandos. in reg. 1. reseruat. in prælud. num. 1. sequitur, quod coram eodem summ. Pontif. renunt. debet fieri, & alij inferiores nequaquam possunt se intromittere, cum non possint conferre, Bonif. de Vital. in clem. multorum. numer. 59. de pœn. Ant. de Butr. in cap. 2. num. 33. de testib. in integ. Imol. in cap. ad audientiam. num. 4. de his quæ vi metusvè, cau. & communiter D D. & ita commu. practicatur, nam habentes talia beneficia renuntiant coram summo Pontifice, & si accedant ad ordinarios, ordinarij illos reijciunt & remittunt ad sedem Apostolicam, ex eo, quia ipsi conferre postea non possunt beneficia resignata, & huiusmodi beneficia maiora dicuntur respectu inferiorum
31 beneficiorum, nam respectu † Episcopatus non dicuntur maiora. Rip. in cap ad aures. nume. 2. de rescript. Oldrad. cons. 14. col. 1. Sarn. de ann. poss. q. 21. col. 2. & communiter D D. vt per Menoch. de arbitr. iud. cas. 206. num. 4. cum seq. & num. 12. scribit post alios iudicis arbitrio remitti, quæ sint maiora, & quæ minora. Gemi. cons. 35. col. pen. vers. de habentibus. Rip in d. cap. ad aures, num. 2. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. omnia vel partem, num. 31. C. de reuoc. donat.

Alia autem beneficia summo Pontifici reseruata per
reseruationes generales inclusas † in corpore iuris, vel 32
per particulares, vt latè de his, & lucidissimè locutus sum libr. 2. possunt renuntiari coram locorum ordinarijs, qui poterunt admittere renuntiationes, illa autem, nequaquam conferre, ita Lap. in addi. ad tract. de permut. benef. Feder. de Sen. q. 39. in fin. sub num. 62. & tenuit Rot. decis. 4. num. 4. vers. sed secundum, de renunt. in antiq. Cassad. decis. 8. numer 9. de præbend. Gabriel. cons. 189. num. 6. lib. 1. Capue. decis. 45. part. 1. in impressis, & decis. 337. 1. lib. in manuscript. Pet. Greg. Synt. iur. lib. 17. cap. 17. & ita fuit resolutum coram Capite. die 20. Maij 1562. in vna Caurien. Archidiaconatus teste Robert. Lancell. in tract. de attentat. part. 2. cap. 3. num. 145. vbi alios citat, & hæc est communis opinio.

Et ratio est, quia licet illa reseruatio afficiat beneficium, quoad potestatem conferendi, non autem quoad potestatem renuntiandi seu renuntiationis admittendæ,
quia † reseruationes sunt odiosæ, & restringendæ. Cal- 33
der. cons. 10. in fin. de præbend. Gemin. cons. 94. in fi. & cons. 136. super. 1. in principio. Bellam. cons. 34. supposito statuto. col. antepen. sup. resp. 6. num. 5. & resp. 37. num. 4. & communiter D D.

Collatio igitur † quomodocunque fuerit facta, re- 34
nuntiatio, spectat ad Papam duntaxat. Rot. decis. 30. de præbend. in nou. & est communiter per Doctor. receptum.

Quartò exemptus † & beneficia exempta sunt renun- 35
tianda coram summo Pontifice duntaxat. glos. in cap. si Abbatem. in verb. si Abbatem, & verb. deferendi. de elect. lib. 6. & ibi communiter D D. hoc volunt. & in specie Fran. numer. 5. Card. Zabar. cons. 212. dub. 5. Cald. cons. 3. sub num. 1. in fi. de renunt. Paum. de potest. cap. sed. vac. par. 2. quæst. 2. sub num. 16. Rot. decis. 4. sub numer. 4. de renunt. in antiquior. per Bisignet.

Idque probatur auctoritate text. in cap. si Abbatem. de elect. lib. 6. & ratione, quia superior exemptorum
† est Papa. cap. auctoritate, de priuileg. lib. 6. & ad 36
ipsum cum spectet institutio, & destitutio, (ordinarius enim non potest se intromittere) ad ipsum quoque spectabit admissio resignationis, ita arguit Bisignet. d. decis. 4. sub nume. 2. & 4. quia ordinarij non possunt destituere, ergo neque admittere resignationem, iuxtà conclusionem de qua sæpiùs supra dictum est.

Limita tamen † vt legatus de latere possit hoc etiam 37
facere, vt volunt communiter D D. in d. cap. si Abbatem, de elect. in 6. & probatur ibi. Et tamen ab alio quam à nobis, vel Apostolicæ sedis legato, si sit in prouincia de latere nostro missus, dari non potest licentia suum deserendi monasterium, & ad vestram Ecclesiam transeundi.

Secundum exemplum est generaliter in Consistorialibus, quæ coram Papa duntaxat in Consistorio renuntiantur, vt dixi lib. 8. q. 6.

Lib. 7. quæst. 11. numero 7. ibi, Et ob id potest Papa conferre.

IDque triplici iure, nempè, præuentionis, concursus, & deuoluto, de quibus ex professo tractant Paponius tertij Tomi trium Notariorum lib. 2. à pag. 98. vsque ad p. 113. inclusiuè. Ac Rebuffus in praxi Beneficiaria tit. de deuolut. num. 46. & seq.

Eisdem quæst. & num. ibi, Et præueniendo præiudicat Ordinarijs.

IN Gallia verò nedum illis, sed & graduatis etiam nominatis quibuscumque; dummodò Summus Pontifex per scriptum, alicui graduato, licèt non antiquiori, (qui tamen debitè insinuauerit & repletus non sit) conferat. §. declarantes. versic. Noscque in verbo. iure præuentionis (& ibi Rebuffus) de mandat. Apost. in concordat. Carondas lib. 2. pandectarum iuris Gallici. cap. 32. pag. 219. prope medium. Vide tamen quid de hoc sentiat Paponius, trium Notariorum volum. 3. videlicet lib. 5. tit. *des graduez simples & nommez pag.* 192. in fine. Cuius nos opinionem non sequimur, maximè quia dictus Rebuffus (Si rectè intelligatur) contrarium sustinet. versic. potest tamen. De præuentione quoque Papæ, loquitus Louetus in suis memorialibus, pag. 527. & pag. 531.

Eadem quæst. num. 36. ibi, Quia ordinarij non possunt destituere.

VErum in beneficijs exemptis, secùs in non exemptis: nam quod ad illa pertinet, ordinarij (siquidem id agendi iusta sit causa) destituere possunt. Intellige autem de Episcopis, non etiam de alijs collatoribus Ordinarijs, qui Episcopis inferiores existunt. Hi enim destituere nequeunt. Quod vltimum declara, prout per Parisium præcedenti quæst.

quæst. 11. numero 7. Et præueniendo præiudicat Ordinariis.

¶ COllatoribus scilicet & Patronis Ecclesiasticis. Et nota quod non solum per, collationem Ordinarii validam impeditur Papæ præuentio, cap. si à sede de præb. sed etiam per inualidam, Bengeus. de benefic. ad verb. institutione §. 10. num. 66. & 67. vbi ait indistinctè præuentioni ordinariæ locum esse, quamuis per actam nullum inductæ, sibique liberiorem conferendi potestatem ordinarium conseruaturum meliori actu exequendam, quod limitandum puto ad collationem ordinatis graduato vel nominato de beneficio ipsis debito factam, aut faciendam, vt non impediatur per priorem nullam, & inualidam ipsius ordinarii, aut per intermediam summi Pontificis non qualificato factas, prout in his terminis loquuntur Rebuff. de mandat. Apostol. §. declarantes in verb. iure præuentionis in concordato Paponius in sua placitorum collectione *tit. des graduez* num. 6. & Molin. ad regul. de infirm. resignant. num. vltimo, facit ordinatio Ludouici 12. de anno 1510. art. 14. hoc enim casu ordinarius, qui primum iure ordinario contulit non qualificato, poterit postea iterum conferre qualificato tanquam concordatorum executor, & sic diuerso iure, vt obseruat Rebuff. in prax. tit. collationes plures an fieri possint num. 4. secus in collatione libera & voluntaria vnico tantum iure videlicet Ordinario expedita, vt enim semel contulit, siue benè, siue malè functus est officio suo sicut Iudex qui sententiam protulit, quam amplius mutare, aut corrigere non potest, l. Iudex ff. de re iudic. & ex quo male contulit. priuatus est potestate iterum conferendi, cap. cum in cunctis §. finali de elect. interim autem Papa ius non amittit prouidendi tanquam ordinarius ordinariorum, & sicut per collationem nullam non dicitur Papa præuenire ordinarium ad hoc vt subsequens ordinarii collatio non valeat, vt docet Rebuff. in d. §. declarantes, quia actus nullus non inducit præuentionem, gloss. vltima in cap. cum plures de offic. iudic. delegat. in 6. similiter Ordinarius, qui nulliter contulit, non debet dici per collationem huiusmodi Papam præuenisse ad elidendam post modum ortam pontificiam prouisionem, quæ ius acquisitum expectanti non tollat, aut acquirendum præripiat cum correlatiuorum eadem sit ratio, l. finali ff. de acceptil. cum similibus. An autem Patroni Ecclesiastici per solam præsentationem, seu potius nominationem, quæ aures habentis instituere nondum pulsauerit, à præuentione Apostolica tuti sint? negant gloss. pragmat. Sanct. §. item circa in verb. non valeant. de collat. Ioan. de Selua de benef. p. 3. q. 11. num. 55. & alii communiter. Asserit Louetius ad regul. de infirm. resig. num. 41. atque contrariam opinionem quam vocat antiquam iurisprudentiam obtinuisse ante concordata, sed in iis Papam sibi solam præuentionem reseruasse, eamque cessare per nominationem Patroni à præsentato acceptatam, & ius ad beneficium tribuentem etiam, vt ipse vult, ante præsentationem collatori factam, in quo dupliciter errat primo quidem quod putet concordata circa præuentionem papæ, aliquid iuri communi detraxisse. quia imo eadem prorsus præuentio, quæ illi de iure competebat, illæsa seruata sunt, & sic eadem iurisprudentia. quæ, quoad hoc, ante concordata obtinebat, debet & hodie obtinere, teste ipso præuentionum & iurium Romanorum hoste accerrimo Molinæo Consil. 58. & ad reg. de inf. resig. n. 42. & 221. Secundo quod per nominationem Patroni, etiam antequam collatori insinuetur, ius ad beneficium acquiri affirmet; certum enim est patronos ius ad Ecclesiam dare non posse nisi per præsentationem, vt notatur in cap. dilectus de officio legat. præsentationem autem fieri non posse absente collatore, gloss. communiter recepta in Clem. dudum in verb. præsentari de sepult. cum nihil aliud sit quam exhibitio quædam facta de Clerico præsentato sensibus corporeis illius, cui fit præsentatio, iuxta definitionem Abbatis in cap. ea noscitur de his quæ fiunt à prælatis sine cons. capit. quam sequitur Lambertinus de iurep. p. 1. lib. 2. q. 1. num. 1. vnde tres personas necessariò requirit, patronum scilicet, præsentatum, & collatorem, vt idem Lambertinus docet ibidem q. 4. art. 1. & quamuis præsentia realis ipsius patroni non sit necessaria, sed sufficiat ficta, vbi scilicet illius literæ illum repræsentant, nec etiam præsentati quando collatori notus est, cum institutio collatio conferri autem rectè possit absenti, cap. accedens de præb. & cap. si tibi absenti eod. in 6. tamen de necessitate sequitur, vere præsentia habentis instituere, non dico in ipsa solum institutione, sed in ipso præsentationis actu tanquam causa efficiens, vt habilitetur & perficiatur præsentatio patroni: nam cum ius patronatus etiam Ecclesiasticum sit ex gratia, can. si quis Episcoporum 16. q. 5. nulla perfectio dari potest per patronos, vt appositè aduertit Lambertinus 1. p. lib. 2. q. 4. num. 8. vnde in fundatione & dotatione Ecclesiæ, acquisitione & translatione iurispatronatus Episcopum vt causam efficientem interuenire debere compertum iuris est. Præsentatio igitur verbalis quantumuis scripta collatori absenti directa non est præsentatio antequam ad notitiam ipsius peruenerit, sed simplex electio, seu nominatio, quæ nullum ius tribuit cap. quod sicut vbi panorm. de elect. seu quædam postulatio, quæ antequam superiori præsentetur non impedit aliam, prout ex cap. bonæ memoriæ le. 2. de postulat. prælat. deducit gloss. pragmat. Sanct. vbi supra, seu vt vult Melchior Pastor. de benef. lib. 1. tit. 19. num. 13. animi destinatio potius quam irreuocabilis præsentatio donec collatori insinuata sit, & interim nihil actum censetur cum præsentatio sit actus indiuiduus, res est adhuc integra & Patronus etiam Ecclesiasticus potest alium nominare & consequentes à Papa præueniri. Cæterum non est cur Louetius ad suam sententiam tenitentem Rebuffum trahere velit, is enim contrarium sentit, Equidem vltimo loco ait quod non esset absurdum substinere hoc casu præuentioni Apostolicæ locum non esse, & ita fuisse iudicatum: At nos sententiam Louetii absordam non vocamus, sed tantum dicimus erroneam, & ad rem iudicatam respondemus aliud iudicari motiuum subesse potuisse, cæterum legibus & non exemplis iudicandum, l. nemo Iudex Cod. de Sent. & interloc.

QVÆSTIO XII.

Coram Cardinalibus, an possint beneficia resignari; quæ, quando, & ponitur cuius vigore fiat resignatio, an tituli, Episcopatus, indulti, & quid de Cardinalibus, Præbyteris, & Diaconis.

SVMMARIVM.

1 *Triplex est ordo Cardinalium.*
2 *Episcopi Cardinales sunt sex.*
3 *Præsbyteri quot.*
4 *Diaconi Cardinales quot.*

5 *Cardinales Episcopi, possunt conferre vacantia in suis diœcesibus.*

6 *Cardinales Episcopi, habent ius destituendi in suis diœcesibus.*

7 *Cardinales Episc. possunt admittere & recipere resignationes.*

8 *Cardinales presbyteri, possunt recipere renuntiationem existentium in sua tit.*

9 *Cardinales presbyteri possunt conferre beneficia suorum titulorum & destituere beneficiatos.*

10 *Cardinales in suis titulis habent correctionem, & iura Episcopalia.*

11 *Cardinales possunt visitare in titulis suis.*

12 *Vicarius Vrbis non cognoscit de causis inter personas subiectas Cardinali ratione tituli.*

13 *Cardinales tenentur residere in Vrbe.*

14 *Cardinales assistunt Papæ illum coadiuuando in officio.*

15 *Cardinales dicuntur pars corporis Papæ, & cardines urbis.*

16 *Cardinales sunt columnæ Ecclesiæ, fratres Papæ, & membra eiusdem.*

17 *Cardinales sunt senatores Ecclesiæ.*

18 *Cardinales dicuntur Reges, ac Diui, & lucernæ ardentes & lumina Ecclesiæ.*

19 *Cardinales dicuntur Maximi, Patres spirituales, & Principes.*

20 *Abbatiæ & Prioratus dantur Cardinalibus, Archiepiscopatus, Episcopatus in commendam vt decentius viuant.*

21 *Cardinales possunt recipere renuntiationes in Episcopatibus, & Abbatijs, quas retinent in commendam.*

22 *Cardinales possunt conferre beneficia vacantia in his.*

23 *Cardinales habent indultum conferendi beneficia.*

24 *Cardinales renuntiantes Episcopatibus, retinent facultatem conferendi in mensibus Papæ, ex indulto.*

25 *Cardinales post renuntiationem Episcopatus non possunt recipere renuntiationem, neque in mensibus suis, quando hoc spectat ad Episcopum.*

26 *Indulta concessa absque causa, sunt minoris auctoritatis.*

27 *Derogatio indultorum intelligitur de extraordinariο.*

28 *Collatio beneficij resignati coram Episcopo in mensibus spectantibus ad Cardinalem, ex indulto spectat ad eundem Cardinalem.*

29 *Collatio spectat ad Papam beneficij reseruati resignati coram Ordinario.*

30 *Potest conferre, ergo recipere resignationem, non valet consequentia.*

31 *In facultate conferendi, veniunt vacantia per resignationem.*

QVæro 12. principaliter an, coram S. Ecclesiæ
Rom. Cardin. possint beneficia resignari?
antequam quæstioni satisfaciam, præmitto
1 triplicem esse † ordinem S. Rom. Ecclesiæ
Cardinalium, vt tradit Gondisal. Villadiego in tract.
de orig. Car. q. 5. nume. 3. Manfred. de Card. c. 4. &
concl. 8. Pau. de visit. p. 1. q. 2. col. 2. & communiter
DD. Nam quidam sunt Episcopi, quidam presbyteri,
2 quidam vero Diaconi Episcopi † autem sunt sex, scilicet
Host. & Velitren. qui est Decanus Cardinalium.
Portuen. Tuscula. Sabin. Prænestin. & Alban. Martinus
Lauden. de Card. q. 88. Pauin. vbi supra num. 15.

3 Presbyterorum † autem numerus, ac Diaconorum
fuit diuersus retroactis temporibus, vt per Manfr. dic.
tract. cap. 4. hodie vero ex constit. 50. Sixti V. Postquam
ex anno 2. præscriptus est numerus, vt presbyte-
4 ri sint 50. Diaconi † vero 14. quibus omnibus assignati
sunt certi tituli, vt patet ex alia constit. eiusdem Papæ
56. inci. religiosa sanctorum, anno etiam 2. His breuiter
præfatis distinguo, & constituo tria capita.

Quorum primum erit in sex Cardinalibus Episcopis
qui possunt recipere resignationes beneficiorum existentium
5 in suis diœcesibus, namque in dictis † diœcesibus
habent ius conferendi beneficia ibi vacantia, vt
communiter tota die seruari videmus in vrbe tum vigore
facultatis ordinariæ, tum etiam ratione concessionis
factæ per Papam in adeptione illius Ecclesiæ, vt
quotidie seruatur, & est communis opinio, vt per Car.
Alban. in tract. de Card. q. 46. Ac ibidem habent ius † 6
distinguendi, vt late tradidit Mandos. in reg. 7. Canc.
q. 1. num. 5. & est communis opin. omnium DD. ergo,
& pariter ad ipsos spectat ius admittendi † seu recipien- 7.
di resignationes illorum beneficiorum, cum regula
communis sit ad illum spectare admissionem resignationis,
ad quem spectat ius instituendi, & destituendi,
vt supra late probaui, & hæc conclusio nullam habet
difficultatem, nam ita communiter tenetur, ac practicatur,
nam si alij Episcopi habent hanc facultatem, vt
infrà dicetur, tanto magis isti.

Secundum caput erit in Cardinalibus presbyteris, &
Diaconis in quibus constituenda est conclusio, posse re
cipere resignationes beneficiorum existentium in suo 8
titulo; & ratio est quia possunt conferre illa beneficia,
& possunt destituere beneficiatos, quod ius † eis com- 9
petit ratione titulorum, vt tradit Mandos. in regula 7.
Cancell. q. 1. num. 5. vbi allegat innocen. in capitu. dilectus,
num. 4. de Capell. Mo. Ioan. Andr. & Abb. in
cap. his quæst. de maio. & obed. Zabarell. in clemen.
ne Romani, num. 4. de elect. Saroen. regula de trienn.
q. 31. num. 16. cum seq. nam Cardinales in suis titulis
habent correctionem & iura Episcopalia, d. capitu. 10
his quæ. de mai. & obed. Abb. in cap. dilectus, sub nu.
12. ver. nec obstat de Capell. Mo. vbi dicit hanc opin.
esse quasi communem, Iacob. de conc. libr. 2. art. 5.
num. 11. Gundis. Villadieg. de orig. Card. num. 7. Manfred.
de Card. decis. 106. Æneas de Falcun. de reser.
benef. q. 5. princ. num. 10. Director elect. p. 2. c. 35.
num. 8. siue sint diaconi, siue presbyteri, Arnul. Ru. de
iur. regal. priuil. 13. num. 14. & ideo Cardinales pos-
sunt visitare personas subiectas † ratione titulorum: vt 11
voluit Pauin. de visit. par. 1. q. 5. num. 16. & ideo Vi-
carius vrbis non cognoscit de causis sub titulis † Cardi- 12
nalium Manfred. de Card. q. 106. & hac ratione Car-
dinales tenentur † residere in vrbe, Abb. in cap. 2. nu. 2. 13
ver. nor. 13. &c. de cleric. non residen. Cardin. Alex.
in c. filium vestrum, num. 2. 1. quæstio. 5. Hostiens. in
capit. bonæ memoriæ, numero primo. de postul. prælat.
Gambar. de author. leg. à Later. lib. 5. tit. an legatus
poss. plura benef. vni conferre. num. 257. & etiam
quia † assistunt Papæ illum coadiuuando in officio, vt
per Ioan. Hug. de off. præl. 1. par. tit. de pap. si per 14
num. 3. & ob id dicuntur pars † corporis Papæ. Corras. 15
de benef. par 4. cap. 2. numer. 13. Bellenem. titu. de
chari. subsid. q. 66. n. 5. Card. Iacob. conc. lib. 7. art. 55.
Greg. de pens. q. 59. num. 12. & cardines orbis. Manfred.
de Card. decis. 45. columna † Ecclesiæ, Mant. de conc. 16
num. 69. fratres Papæ. Ioan. Hug. loc. cit. Membra Pa-
pæ Barbat. de præstan. Card. 2. q. Basi. 1. par. nume. 25.
Senatores † Ecclesiæ, Marsil. de Eccles. redd. c. 13. n. 17. 17
& ideo dicuntur reges, † Iacob. de conc. li. 1. art. 1. 18
num. 6. Redo. de spol. Ecclesiæ, q. 3. §. & in hac ma-
teria, num. 11. ac Diui, Manfred. d. tract. decis. 70. lu-
cernæ ardentes, Manfred. decis. 69. lumina Ecclesiæ,
Manfred. decisi. 54. † Maximi, Manfred. decis. 53. Pa- 19
tres Spirituales, Manfred. decis. 43. Principes, Man-
fred. decis. 49. &c.

Tertium caput erit in Cardinalibus habentibus Ar-
chiepisc. Episc. ac Abbatias, vel Prioratus † in com- 20
mendam ex dispensatione Papæ, & consuetudine, vt de-
centius viuant, iuxta ea quæ tradunt Mart. Laud. de
Cardin. quæst. 5. Barbat. de præst. Cardin. quæst. 12.
Gundis. de orig. Card. quæst. 5. Gamb. de auth. leg. à
Later. li. 5. num. 230. Alfon. Hoied. de incomp. benef.
part. 1. c. 17. num. 29.

In his enim constituenda est conclusio posse recipe-
re resignationes beneficiorum, † vt videtur firmare 21
Gabr. cons. 187. num. 5. li. 1. nam possunt † conferre 22
beneficia vacantia ratione Archiepiscopatus, Episcopa-
tus, Abbatiæ, Prioratus, vt est communis omnium DD.

sententia. ergo & recipere resignationes, iux. communes regulas sup. traditas. Accedit quia huiusmodi facultas competit Episcopis, vt infra dicetur, ergo & his qui non minorem potestatem habent, & hinc possunt, vt alij visitare, vt voluit Ioan. And. quem refert, & sequitur Pauin. de visitat. par. 1. q. 5. num. 17. immo ma-
23 iorem, nam communiter omnes Cardin. expediunt † indulta conferendi beneficia ibi vacantia, non solum in sex mensibus ipsis competentibus auctoritate ordinaria, sed etiam in omnibus, nam Papa eis concedit menses suos, & ita quotidie fieri practicamur, & adsunt multæ decisiones Rotæ, vt per Put. & Capuaque. licet videre, & egregiè totam prosequitur materiam, D. Anasta. de indult.

Et si tales Cardin. qui habent Episcopatus in com-
24 mendam renuntiant † dictos Episcopatus, solet eis concedi indultum conferendi beneficia in mensibus spectantibus ad Papam, namque in alijs mensibus Episcop. conferunt, & ita fieri, & practicari tota die videmus.

Dubium tamen est, an d. Cardinales qui habent indulta in eorum Episcopatibus renuntiatis possint recipere resignationes beneficiorum ibi existentium, & qui-
25 dem † in mensibus Episcopi, clara, & communis est sententia non posse, quia nullam habent in his auctoritatem, nam per renuntiationem fuit ab eis abdicata, iuxta communes regulas de quibus supra. In mensibus autem suis, in quibus potest conferre, dubium est, sed vera conclusio est non posse etiam hoc casu recipere resignationem, sed hoc spectare ad Episcopum, vt in terminis consuluit Gabriel. cons. 187. sub numero 5. versicu. cum igitur Cardinali, numer. 6. versic. itaque lib. 1.

Et ratio est, quia ad Episcopum spectat destitutio, ergo ad ipsum receptio resignationis, Card. Zabare. in clem. 1. q. 7. de rerum permu. Eoque magis hoc procedit in his, qui habent indulta in Ecclesijs Metropolitanis, vel cathedralibus absque causa, vt quia scilicet illa habuerunt non ex causa cessionis, exemplum in indultis concessis triennio elapso pluribus Cardinali-
26 bus à Sixto V. Nam talia indulta † sunt minoris authoritatis. Put. decis. 93. li. 3. vbi refert derogationem in-
27 dultorum intelligi de indulto extraord. non autem † de ordinario, ita fuisse decisum in vna Toler. Canonicatus, & præbendæ coram Peregrino 26. Martij 1548. Limitatur tamen, hæc non procedere, si in indulto concessa fuerit huiusmodi facultas, namque essemus in claris, &c.

Dubium tamen est notabile, quia vt dictum est ex communi opin. resignatio est facienda coram Episcopo, & non coram Cardin. habente indultum, non solum in mensibus, in quibus Episcopus potest conferre, sed etiam in alijs spectantibus ad Cardinalem. Si resignatio beneficij fuerit facta coram Episcopo in mensibus, in quibus habebat conferendi potestatem Cardinalis, an debeat conferre illud beneficium resignatum Episcopus, recipiens resignationem, an Cardinalis? omissis quæ hinc inde adduci possent, vera est conclusio col-
28 lationem † spectare ad Card. quam opin. tenuit consulendo Gabriel. d. cons. 187. li. 1. in quæstione, quæ erat inter Cardinalem Vrbin. habentem indultum super Archiepiscopatu Vrbinarensi, & inter Archiepisc. & fulcitur Primo, quia communis Doctor. sententia est, quòd si renuntiatio fiat Coram Ordinarijs in men-
29 sib. reseruatis Papæ, † collatio spectat ad Papam, & non ad Episcopum recipientem ipsam resignationem, ergo & pariformiter debet spectare ad Cardinalem, qui succedit in iure ipsius Summ. Pontificis per indultum ab eo concessum, qui habet amplissimam, & absolutam in beneficialibus auctoritatem, cap. 1. de præben. li. 6 clem. 1. vt lite. pend. in fin. Guil. Laud. in clem. si Roma. de præben.

Secundò quia diuersa sunt receptio resignationis, & collatio beneficiorum resignatorum, cum collatio possit pertinere ad eum, qui non potest destruere resigna-
tio ad eum dumtaxat, qui habet auctoritatem instituendi, & destituendi, vt supra latissimè est comprobatum, ergo non valet consequentia, potest recipere † resigna- 30
tionem, ergo potest conferre beneficia resignata. Rot. decis. 1. de renunt. vbi ponit exemplum in Vicaria Episcopi. Bellam decis. 4. Zab. in clem. 1. quæst. 7. de rer. permut.

Tertiò quia si potest Papa ob maximam, & absolutam potestatem quam in beneficialibus habet, auferre facultatem conferendi competentem Episcopo, & alteri illam dare, Sarn. de Grat. expec. num. 12. Ergo multo faciliùs potest prouidere, ne Episc. facultatem conferendi adipiscatur, eamque alteri, antequam Episcopus fiat, reseruare, argu. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel al. iuris.

Nec obstat, quod facultas conferendi non comprehendat vacantia per resignationem, nam respondetur quod huic non datur de nouo facultas, sed indulgentur vt possit retinere illam, quam prius habebat.

Secundò respondetur, in facultate conferendi con-
tineri vacantia per resignationem, † cap. ex parte. de 31
off. de leg. Collecte. in cap. pro illorum, colum. 1. de præb. gl. in cap. si propter. verb. vocarunt. de rescrip. li. 6. Bellam. decis. 611. Cassa. decis. 5. de præb. eo magis, quia in indultis, solet apponi clausula, quomodocumque vacauerint, vnde omnis modus vacationis venit, Fely. in cap. in nostro. corol. 37. de rescript.

Et hoc esse verum paret, quia excipiuntur in indultis vacantia per resignationem in curia, ergo aliter vacantia includuntur, vt latè per Gabriel. dict. cons. 187. colum. vltim.

Lib. 7. quæst. 11. num. 59. Ibi, Que succedit in iure ipsius summi Pontificis.

SImiliter, quia Christianissimus Gallorum Rex, sede Episcopali vacante, defuncto Episcopo, in collationibus beneficiorum ad eundem Episcopum spectantibus (Parochialibus Ecclesiis & alijs curatis beneficijs exceptis) succedit: Ius illa conferendi, non capitulo, sed prædicto Regi indistinctè competere dicendum erit.

Eadem q. num. 30. Ibi, Potest recipere resignationem ergo potest conferre beneficia resignata.

SImillimè si dicatur sic. potest conferre beneficia resignata, ergo potest recipere resignationem. Hoc enim casu, non valet etiam consequentia. Vt infertur ex antedictis tàm ab ipso Parisio hoc 7. lib. q. 10. num. 16. & hac quæst. num. 29. atque quæst. 14. num. 5. Versic. ergo quam à nobis infrà, q. 22. num. 6.

Eadem quæst. numero 31. Versic. & hoc. Ibi, Quia excipitur.

VT congruus sit sermo, dicendum, Excipiuntur, quod ex nominatiuo pluralis numeri, vacantia (qui subsequitur) satis colligi potest.

quæst. 12. numero 55. Cardinales qui habent indulta.

¶ MVlta Cardinalibus indulgētur & præcipuè vt præuentionibus Apostolicis non subiaceant ex indulto eis à Paulo 3. concesso, de quo Molineus latè differit ad regul. de infirm. resig. num. 163. Secundò vt in illorum præiudicium regulæ de infirm. resig. non derogetur. Iuxta compactum Cardinalium in electione Pauli 4. initum, & ab ipso post electionem repetitum, & iuramento confirmatum. Molin. ibid. Tertiò vt sub regula octo mensium reseruatoria non comprehendantur excipiuntur enim expresse in ipsa regula: Quartò vt impetrans beneficia per obitum familiaris alicuius Cardinalis teneatur, exprimere nomen & titulū ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, eius ad id accedat assensus, de quo extat regula de impet. benef. vac. per obitum famil. Cardinal. Quintò

vt beneficia regularia ad suam collationem spectantia in commendam secularem concedere valeant, Louetius ad Molin. regul. de infirm. resig. num. 431. & tunc collationes fiunt tantum de commenda in similem commendam, Louet. ibidem, tenetur que commendatarius nouam infra octo menses a sede Apostolica prouisionem seu commendam obtinere, vt expresse cauetur indulto. Sextò vt sub regulis Cancellariæ non censeantur includi, nec in quacunque pœn. dispositione comprehendi, nisi specifice nominentur, Gomes. ad regul. de idiomate q. 5. Septimò vt si Cardinali obuiet quis, qui ducatur, ad mortem possit de consuetudine ipsum liberare si Ponat Capellum suum super eum, gloss. prag. sanct. de num. & qual. Cardin. in verb. dirigenda pag. mihi 613 Octauò vt sint immunes à taxis officialium Curiæ Romanæ cum de beneficijs prouidentur, Gomes. ad regul. de valor. exprim. in impetr. benef. vide Anasta. Germonium de Indult. Cardinal. & Gonzal. ad reg. dam mensium Apostolicorum reseruatorum, glos. 34. n. 72. vbi notàter ait in indultis moderatis quoad collationem beneficiorum poni, ea infra citandà constitutione Gregorij 14. sex limitationes & casus ad quos non se extendunt: Primus est de beneficiis vacantibus in Romana Curia: Secundus quoad dignitates maiores post pontificalem in Cathedralib. & principales in collegiatis Tertius quoad beneficia regularia, consistorialia, vel conuentum habentia, & quorum fructus in libris cameræ taxati reperiuntur: Quartus quoad beneficia quæ vacauerunt per veros & actuales familiares & continuos commensales Papæ. Quintus quoad commendas cessantes in dignitatibus, seu Officiis Claustralibus: Sextus quoad beneficia vacantia per obitum familiarium sanctæ R. E. Cardinalium iuxta formam constitutionis seu regulæ Gregorij 14. de anno 1591. moderatoriæ Indultorum eisdem Cardinalibus concessorum.

QVÆSTIO XIII.

An legati à latere possint resignationes recipere, & an legati, nati, & missi.

SVMMARIVM.

QVæro 13. principaliter, an legati possint recipere resignationem beneficiorum? præmittendum est triplicem, esse † speciem legatorum 1
vt scribit gloss. communiter recepta in cap. 1.
de off. legat. in cap. 1. eo. tit. lib. 6. Spec. eod. tit. 9.
sequitur, Gamb. in tract. de auct. leg. a later. in exordio, num. 7. & 8. Gundis. in eod. tract. q. 3. Nam quidam dicuntur legati † nati, quibus est annexus perpe- 2
tuus legationis honor; cum inhæreat dignitati, quæ perpetua est, cap. quoniam Abbas, & ibi communiter Doct. de off. deleg. exemplum in Archiepisc. Cantuarien. † & Eboracen. in Anglia; & in Salisbur- 3
gensi in Germania. qui cum primum Archiepiscopi facti sunt Legati esse dicuntur, cap. 1. de off. leg. & ideo morte Papæ eorum potestas, & honor non expirat cap. præsenti. 9. finitur, hoc tit. lib. 6.

Quidam vero sunt † qui appellantur missi; nam à 4
Sede Apostolica mittuntur specialiter, Cardinalatus tamen honore non fulgent, sunt tamen prælati, & viri experti, exemplum in Nuntijs Hispaniarum, Franciæ, Poloniæ, Venetiarum, Neapoli, Sabaudiæ, & Florentiæ. Quidam autem dicuntur Legati de Latere & hi sunt Cardinales † constituti Legati a Sede Apostolica; 5
& a Summò Pontifice, qui similiter dicuntur missi, sed specialiter de latere, cum sint pars corporis Papæ. cum Ecclesia Senatum habet. 16. q. 1. & hi vtuntur insignijs
† Apostolicæ dignitatis, cap. antiqua. de priuil. quæ 6
sunt Palafrenus albus, frenum, & calcaria deaurata; vt tradunt Docto. in d. cap. antiqua, Host. num. 12. Abb. num. 4. Ant. de Butr. nu. 10. qui dicit hæc esse insignia Papalia, Cat. Iacob. de conc. lib. 1. art. 1. num. 184. Barba. de Cardi. leg. q. 1. num. 4. Gamb. in eod. tract. lib. 2. §. illud, num. 21. Gondisal. in eod. tract. c. 5. nu. 1. vbi addit, quod processionaliter intrant ciuitates, & oppida sub palbio & quamuis † Host. & Abb. 7
locis citatis dicant vti his insignijs cum transeunt mare, Iacob. d. art. 1. num. 238 tamen hodie vtuntur etiam si non transeant mare, Gamb. dict. tract. lib. 1. num. 4. vbi attestatur vidisse seruari pluries, verùm si Cardinalis Monachus mittatur † trans mare, poterit 8
vti his insignijs. Cardina. in dict. cap. antiqua, sequitur Gamb. dict. tracta libro 2. §. illud numero 24. His præmissis duæ conclusiones sunt constituendæ.

Prima conclusio coram legatis natis, vel missis non posse fieri renuntiationem beneficiorum, † vt est com- 9
munis opin. omnium Doct. quam tenent omnes citandi in sequenti conclusione, & probatur, quia hi non habent facultatem instituendi, & destituendi, vt egre- 10
giè videtur probare tex. in cap. 1. de off. leg. lib. 6. ibi, Proinde præsenti decreto statuimus, vt Ecclesiæ Romanæ legati, quandocumque plenam legationem obtineant, siue à nobis missi fuerint, siue suarum prætextu Ecclesiarum, legationis sibi vendicent dignitatem, ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem, nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum; ergo minus habebunt facultatem recipiendi resignationes ex regulis communibus suprà positis, & ita practicari videmus.

Limita tamen, nisi habuerint specialem facultatem, nam legati missi, solent habere huiusmodi facultatem in beneficijs, vsque ad certam summam, vel alias, † nam 11
hoc casu possent recipere resignationes, & conferre, vnde in Nuntio Hispaniarum habemus decisio. Rotæ. Moheda. 178. vacante. vt lite pend. & alias fuit resolutum in Rota in vna Leodicen. coram Quiroga 6. Martij, prouisionem Nuntij, in qua dicebatur per resignationem in manibus nostris factam, † cum fide Notarij a 12
tergo prouisionis, quòd N. consensit per procuratorem, & quòd constet de mandato facere fidem, & esse Canonizandam, vt habetur lib. diuers. deci. 118. vbi attestatur esse de stylo Rotæ, & alias in Rota in vna Vlysbonen. beneficij, 12. Aprilis 1562 coram Capizucco fuit tentum credi literis Nuntij de prouisione facta in præiudicium prouisi Apostolici, teste Capuc. decis. 151. lib. 1. Et alias † coram Prolom. vt habetur decis. 13

49. in manuscript. fuit resolutum facultatem datam Legato conferendi, & recipiendi resignationem non includere Canonicatus in Cathedrali. Limita nisi facultas huiusmodi fuisset data per verba quæcumque & qualiacumque, nam hoc casu veniuor dignitates, vt fuit resolutum in vna Barchinon. præceptoriæ. teste Crescent. decis. 32. incip. an facultas, in manuscript. vt
14 alias † fuit resolutum, quòd facultas Nunciorum, vt possint reseruare pensiones ex causa resignationis cedentibus, vel alijs personis, non includit, vt possint admittere resignationes in fauorem, teste Put. decis. 24. de resign. in manuscript.

15 Secunda conclusio, coram Legatis † de latere posse fieri renuntiationem, vt scribunt Io. And. in cap. deliberatione, num. 1. de off. leg. lib. 6. Abb. in cap. vlt. nu. 4. de renunt. vbi damnat opin. Hostien. Petri de Ancha. in cap. dilecti. n. 2. de præb. Boer. de lega. q. 2. Rebuff. in sua prax. tit. de resignat. condit. nu. 5. Gamb. de aucto. leg. a late. lib. 6. de pens. num. 163. cum seq. Anch. Gemin. Franc. & alij communiter in cap. 6. si Abbatem. de elect. lib. 6.

Idque probatur in d. cap. si Abbatem. vbi loquitur de Abbate exempto, electo in Episcopum, & quæritur, à quo ei debeat dari licentia transeundi in Episcopatũ. Resp. & tamen ab alio quam à nobis, vel ab Apostolicæ sedis Legato, si sit in prouincia de latere nostro missus dari non potest licentia suum deserendi monasterium, & ad vestram Ecclesiam transeundi, &c. Legati ergo a latere recipere possunt resignationes beneficiorum.

Secundò probatur ex d. cap. 1. de off. leg. lib. 6. vbi postquam dixit legatos natos, & missos non posse conferre, subdit, quòd à confratribus nostris legatione fungentibus volumus obseruari, quia sicut honoris prærogatiua lætantur, sic eos auctoritate volumus fungi ampliori, & tradit Io. Brun. de potesta. lega. cap. 14.

Tertio, quia huiusmodi facultas solet eis dari, vt practicari videmus in quibusdam beneficijs certæ quantitatis.

16 Hinc est, quòd possint † auctoritatem præstare permutationibus beneficiorum Bellam. tract. de permut. par. 2. q. 6. Fed. quem refert & sequitur Gamb. lib. 5. de auct. lega. à lat. tit. de permut. num. 2. cum seq.

17 Declara primo, vt possint recipere resignationem beneficiorum simpliciter, non autem possunt † in fauorem, vel cum pensione, Rebuff. de resign. cond. nu. 5. Gamb. loco cita. & communiter Doct. Dicit etiam Rebuff. quòd si fiat in fauorem coram legato, potest legatus reiicere conditionem, & admittere simpliciter, de qua re suo loco dicetur.

18 Declara † secundo, vt legatus non possit committere receptionem resignationis, & collationem ipsius, Io. And. in rub. de renun. n. 7. per cap. pen. de offi. deleg. de qua re vide Imo. in clem. 1. num. 4. de probat. & dic ãn vlt. q. limitatur etiam alijs modis, vt per Gundisal. de leg. q. 21. per Gamb. loc. cit.

Lib. 7. q. 13. num. 1. ibi, Triplicem esse speciem legatorum.

DE tribus hisce legatorum speciebus, deque singulorum dignitate ac potestate, Necnon de primatia Card. origine atque institutione, tractat ex professo Ioannes Brunellus, quondam in studio Aurelianensi Sacrorum Canon interpres; vt qui illius scripta diligenter euoluerit, nihil amplius in hac legatorum materia optare, ac desiderare possit.

q. 13. num. 1. Triplicem esse speciem legatorum.

¶ LEgatus natus qualis est in Francia Archiepiscopus remensis hoc legationis nomine nihil vltra dignitatem habet, quæ neque iurisdictionem neque potestatem auget, nota marginalis ad Ioan. de Selua de benef. p. 3. q. 66. Legatus verò à latere in Franciam missus officium legationis non potest exercere, nec consequenter resignationes admittere, antequam ad placitum Regis, illius facultates in Senatu Parisiensi sub limitationibus Regi bene visis sint verificatæ, Chop. de Sacra Polit. lib. 2. tit. 4. n. 4. Et ex tunc præuenit Ordinarios in collatione beneficiorum, Rebuff. in tract. nominat. q. 17. num. 16. non per conniuentiam aut Ordinariorum ignauiam, vt vult luidus Molineus ad regul. de infirm. resig. num. 139. sed facultate innata & iure communi, cap. dilectus de Officio legati. cap. si à sede de præb. in 6. cui per Concordata minimè quoad hoc derogatum fuit, Bengeus & Pinson. de ben. fiens ad verb. institutione §. 11. num. 1. & 3. modo legatus adeatur per vulgares dictas, non autem per cursorem, Molin. d. num. 139. Sed legatus missus alius a latere beneficia non confert, cap. 1. de Officio legati in 6. nisi habeat speciale mandatum, vt ibi dicitur.

QVÆSTIO XIV.

An Archiepiscopus & Episcopus habeant facultatem recipiendi resignationes, & quid in beneficijs reseruatis, iurispatronatus, electionis comprehensis in indulto Card. volentis intrare resignantem alterius Episcopi, & in beneficijs, quorum collatio spectat ad inferiorem.

SVMMARIVM.

1. *Coram Episcopis, & Archiepiscopis potest fieri renuntiatio.*
2. *Episcopus est ordinarius beneficiorum collator, ex eo quod est Episcopus.*
3. *Episcopus instituit non obstante, &c.*
4. *Episcopus potest destituere.*
5. *Clerici sunt subiecti Episcopo.*
6. *Beneficia reseruata possunt resignari coram Episcopis.*
7. *Beneficia reseruata possunt permutari coram Episcopis, sed cum recursu ad Papam faciendo, pro resignationis habenda confirmatione.*
8. *Beneficia iurispatronatus possunt coram Episcopis renuntiari, accedente tamen patronorum consensu, Vt in num. seq.*
9. *Renuntiatio beneficij iurispat. debet fieri cum consensu patroni.*
10. *Beneficia electiua possunt renuntiari coram Episcopo.*
11. *In renuntiatione beneficij electiui requiritur consensus eligentium.*
12. *Renuntiatio fit coram confirmante regulariter.*
13. *Episcopus potest recipere renuntiationem, etiam beneficij spectantis ad collationem Cardinalis ratione indulti, reseruatâ vel relictâ collatione Cardinali.*
14. *Episcop. non potest conferre, nisi in mensibus suis.*
15. *Renunciatio debet fieri coram Episcopo, quamuis institutio spectet ad inferiorem.*
16. *Sub facultate instituendi, non includitur facultas destituendi.*
17. *Inferior habens ius instituendi, confert beneficium renuntiatum coram Episcopo, vel ipsemet Episc. consentiente inferiore illo ius instituendi habente.*
18. *Inferior Episc. potest conferre, non autem recipere renuntiationem, eiusdem, & auctorizare permutationem, cum ista spectent ad Episcopum.*
19. *Inferior potest recipere renuntiationem, cum habet ius destituendi.*
20. *Destitutio competit Episcopis.*
21. *Ius instituendi, & destituendi colligitur ex vltima statu.*
22. *Habentes iura Episc. licet inferiores sint prælati Episcopo, possunt facere quæ Episc. potest.*

23 *Episc. potest recipere renuntiationem beneficij existentis in sua diœcesi, etiam in curia sed contra infra num. 25.*
24 *Beneficia, quæ vacant in Curia, conferuntur per Papã.*
25 *Episcopus non potest conferre, beneficium renuntiatum coram ipso in Curia.*
26 *Episcopus quo casu potest conferre beneficia etiam in Curia.*
27 *Episc. potest conferre benefi. volentium intrare religionem.*
28 *Professio inducit renuntiationem beneficij.*
29 *Episcopus solus potest recipere renuntiationem inferioris prælati, & honorabilis membri sibi subiecti absque capitulo.*
30 *Episcopus potest recipere renuntiationem beneficij obtenti per alium Episcopum.*

QVæro 24. An coram Episcop. vel Arch. possit
fieri resignatio beneficiorum, communis om-
1 nium DD. sententia est † affirmatiua, quam
tenuit Card. Zabar. in cap. dilecti. num. 1. de
præb. Abb. Imol. nume. 2. Anto. de Butr. num. 9. ver.
opp. in cap. admonet. de renunt. Idem Imo. in cap.
significatum, num. 5. de præb. Rebuff. de pacif. poss.
num. 104. Fusc. de visit. li. 2. c. 20. num. 19. & cap. 28.
num. 11. Lamber. de iur. patr. 5. art. 5. quæst. princ. 3.
lib. num. 3. & in 2. art. quæst. 9. princ. 1. part. 1. li. nu.
40. & passim alij scribentes. Idque probatur in dict. ca-
pit. admonet. de renunt. ibi, *Absque assensu tuo intrare audeant, detinere aut redimittere inconsulto, &c.*
& in clem. multorum, de pœn. ibi, sane resignationes
beneficiorum modo supra scripto extortas, licet a re-
signantium ipsorum prælatis recepta &c. & in cap. 1.
de rer. permut. li. 6. ibi, liberè sine fraude in manibus
tuis ipsa resignent. & alibi in infinitis locis.
2 Et ratio est, † quia eo ipso, quod quis est Episcop est
etiam ordinarius collator. c. omnes basilicæ, & c. nul-
lus. 16. quæst. 7. cap. cum olim. de præscri. Card. Za
barel. in clem. 1. quæst. 14. in fin. vt lit. pen. omnium
beneficiorum in tota sua diœcesi, & vniuersa spiritua-
lia exercet, atque in his dicitur habere fundatam inten-
tionem de iure communi. cap. cum ex iniuncto. in fin.
de hære. Fed. de Sen. cons. 234. super. 1. col. vlt. vers.
sed casu præsenti, Deci. cons. 117. & pro tenui. num. 1.
& cons. 152. in prin. cum alijs, vt per Mand. reg. 14.
Cancell. q. 5. numer. 2. Achil. de Grass. decis. 85. Ac-
corambo. decis. 44. & communiter Doct. quod proce-
3 dit etiam si fundator ordinaret, quod institutio † non
spectet ad Episc. can. siquidem, & c. nouerit. 10. qu. 1.
Innoc. in cap. in Later. in fin. de præb. Abb. in cap. re-
quisiuisti. col. pen. num. 27. de testa. Fel. in cap. cum
venerab. numer. 33. de except. vbi alia adducit, Dec.
cons. 135. col. 2. in prin. ac etiam Episcopus in sua diœ-
cesi non solum habet facultatem instituendi, vt proba-
4 tum † est, sed etiam destituendi cap. 1. ver. vt ex solius
Episcopi. de Cap. monach. cap. cum ex iniunctio. in fi.
de hæret. c. multis. dist. 16. ca. decretum cum seq. 10.
quæst. 1. cap. ex frequentib. de inst. Christoph. Roffin.
de benef. cap. 14. num. 43. Mand. reg. 23. Canc. qu. 4.
num. 3. vers. est etiam Episc. cons. 121. in causa. in prin.
& ita communiter tenetur.
5 Quandoquidem receptum sit omnes clericos † esse
subiectos Episc. cap. cum venerab. & ibi omnes de
except. cap. 1. de off. ord. cap. cum Episc. eod. tit. li. 6.
ergo Episcopi poterunt recipere resignationes benefi-
ciorum, cum possint instituere, & destituere, Inno in
cap. cum in dubijs, sub numer. 3. de renunt. Zabarell.
cons. 112. in 5. dub. Car. Ale. in c. denique. num. 4. 6.
q. 3. & communiter Docto. vt supra dictum est.
6 Amplia primò, vt beneficia reseruata † possint re-
signari coram Episc. qui poterunt resignationes dicto-
rum beneficiorum recipere, non autem illa conferre,
Lap. in adic. ad tract. Feder. de Sen. de rer. permu. q. 38.
sub num. 62. in fin. Rot. decis. 4. de renunt. per Bilign.
Rota decis. 1. de rer. permut. in nou. Cassad. decis. 4.
num. 9. de præb. ex dicta autem resignatione vacat be-
neficium, & debent per summum Pontificem conferri,
ita si permutatio † beneficiorum reseruatorum fiat co- 7
ram ordinarijs, permutantes debent recurrere ad Papam
pro perfectione resignationis, Rot. decis. 1. de rerum
permut. in nouis Caputaque. decis. 78. part. 3. de qua
re vide decis. 45. p. 1. eiusdem Caput.
Secundò Amplia, vt etiam † beneficia iurispatrona- 8
tus possint coram Episc. resignari accedente consensu
patronorum. Ant. de But. in cap. quod in dubijs, nu. 7.
vers. sed numquid. & in cap. vlt. num. 5. de renunt. Abb.
sub. num. 3. Idem Abb. in cap. quod in dubijs, num. 6.
de renunt. Ana. in capit. ex inquisitione, de tmo. Zaba-
rell. in clemen. 1. numer. 18. de renunt. Bonif. Vit. ibi-
dem nume. 37. Franc. in cap. 1. num. 7. de rer. permut.
lib. 6. Put. decis. 412. num. 2. lib. 1. & communiter om-
nes DD. vt suprà dixi.
Quod probatur in cap. in Lat. de præ. & in cap. ad
hæc. §. vlt. de off. Archid. Turrecremat. in can. dem-
que. nu. 2. 6. q. 3. Host. in sum. de renunt. nu. 8.
Ex quo infertur quòd si ad Abbatem aliquem, vel
alium in maiori dignitate constitutum † spectet pre- 9
sentatio in tali beneficio, & ad Episcopum loci confir-
matio, & institutio, renuntiatio debet fieri coram Epis-
copo accedente consensu Abbatis, vt in terminis vo-
luerunt Inno. in cap. vlt. sub num. 2. ver. Abb. de re-
nunt. Card. Zabarell. in clem. 1. num. 18. vers. vnde
eo. tit. & ibi Anc. Ant. de Butr. in d. cap. vlt. num. 5.
Abb. numer. 3. vers. quæro de præsbytero. de renunt.
Card. Alex. in can. denique. sub num. 5. 6. quæst. 3. &
communiter DD.
Amplia tertiò in beneficijs electiuis, in quibus pro-
ceditur per viam electionis, quæ exigunt confirmatio-
nem † superioris, Zabarell. in clemen. quia contingit. 10
§. vt autem num. 2. de relig. dom. horum autem bene-
ficiorum Episcopus resignationem † recipit cum con- 11
sensu eligentium, Pan. quem refert, & sequitur Card.
Zabarel. in d. clem. 1. num. 18. vers. dicit etiam, & ibi
Bonif. de Vitall. num. 37. de renunt. Ant. de Butr. in d.
cap. quod in dubijs, num. 6. Franc. in cap. 1. num. 7.
de rer. permut. lib. 6. Præpos. d. can. denique. num. 5.
6. q. 3. nam regulariter † renuntiatio fit coram confir- 12
mante, glos. in clem. 1. verb. manib. de renunt. Host.
in cap. vlt. num. 2. eod. tit. extr. & est communis D D.
sententia.
Amplia quartò etiam si ad Cardinalem ratione in-
dulti concessi a summo Pontifice spectet Institutio, nam
nihilominus potest recipere resignationem, † Gabriel. 13
cons. 187. lib. 1. Episcopus enim in manibus suis potest
recipere resignationes, & conferre, in mensibus vero
in quibus collatio spectat ad Cardinalem ratione indul-
ti, Episcopus potest etiam recipere resignationem, non
tamen conferre, sed Cardinalis habebit collationem,
Gabr. d. cons. 187. & dixi supra, & est communis opi-
nio. vt Episcopus habens alternatiuam † ad sex menses, 14
vt in alijs non possit conferre, vt fuit resolutum in vna
Corduben. 10. Decemb. 1546. coram Ant. August. teste
Put. decis. 107. lib. 2.
Amplia quintò pari ratione etiam si ad inferiorem
spectet institutio, nam nihilominus † resignatio benefi- 15
ciorum debet fieri coram Episcopo Fed. de sen. & In-
noc. quos refert & sequitur Fran. in cap. 1. numer. 8. &
numer. 11. de rer. permut. Card. Zabarel. in clem. 1.
nume. 18. de renunt. vbi allegat Archid. in cap. delibe-
ratione de off. leg. lib. 6. Abb. in cap. quod in dubijs,
sub nume. 6. de renunt. & est communis D D. sententia.
Nam Episcopus, vt suprà dictum est, habet fundatam
intentionem, & ille inferior habet dumtaxat faculta-
tem instituendi, sub qua non includitur † facultas de- 16
stituendi, cum hæc sint diuersa, Rot. decis. 5. de renunt.
in antiq. Gabr. d. cons. 187. colum. 2. lib. 1. sed penès
Episcopum, qua ratione coram ipso debet fieri renunt.
Rot. decis. 8. de renunt. in antiq.
Collatio autem † debet fieri ab ipso inferiore haben- 17
te ius instituendi, vel ab Episcopo cum illius consensu,

Card. zabarel. in clem. vnica. num. 18. de rer. permut. Franc. in d. cap. 1. nume. 11. eo. tit. lib. 6. argu. cap. ad hæc. §. vlt. de off. Archid. cum alijs allegatis per Zabarel. Ad quod accedat quod dictum est in superiori ampliatione ea cons. Gabr. 187. lib. 1. Vlterius comprobatur, quia permutatio quoque beneficiorum spectantium ad collationem inferioris, fit coram Episcopo cum consensu ipsorum habentium conferre. Host. in cap. quæsitum, quem refert & sequitur Franc. d. cap. 1. sub num. 8. Fed. de Sen. de permut. benefi. q. 22.

18 Vnde constituenda † est conclusio, inferiorem Episcopo posse conferre, non autem recipere resignationes, & auctorizare permutationem, nam hæc spectant ad Episcopum. Host. in summ. de rer. permut. versic. sed nunquid, & versic. seq. Archid. Io. Monach. Gemin. num. 18. Franc. num. 8. & alij communiter in dict. cap. 1. de rerum permut. glos. penult. in clem. 1. eod. tit. Calder. cons. 7. eod. tit. Abbas in cap. quæsitum. num. 4. eod. tit. vbi attestatur de communi, vt Episcopus habeat duntaxat facultatem destituendi. Federic. de Sen. in tract. de permut. benefic. quæst. 22. qui & si dicat esse mirabile vt hoc casu conferat Episcopus, cum vacent beneficia per resignationem, licet ad ipsum non spectet collatio, tamen hoc dictum debet intelligi de consensu inferioris, per ea, quæ suprà dicta sunt.

19 Limita primò nisi † iste inferior cum facultate instituendi habeat quoque ius destituendi, nam hoc casu posset recipere resignationes illorum beneficiorum, ita in terminis Innoc. in dict. cap. quod in dubijs, num. 3. versic. nisi de renunt. Abb. num. 6. vers. sed est dubium, & est communis opinio iuxt. ea quæ supra dicta
20 sunt abondè. Nam licet destitutio competat † dontaxat Episcopis, vt est communis opin. teste Abb. in dict. cap. quæsitum, num. 4. de rerum permut. tamen potest
21 alijs competere, & ius instituendi † colligi ex vltimo statu. tenuit Rota in vna Segobien. benefic. coram Corta 30. Martij 1576. & in alia Placentin. Archid. de Medellin. coram R. P. D. Blanchetto, die veneris 3. Maij 1576. & ita ius destituendi.

Limita secundò, nisi inferior prælatus haberet ius Episcopale in resignandis beneficijs, seu permutandis, vt colligitur ex his, quæ scribit Abb. d. cap. quæsitum, num. 5. vers. idem tamen intelligas. de rerum permut. Franc. in d. cap. 1. nu. 8. ver. c. hoc tamen limitat. & nu. 9. vers. quod intellige. eo. tit. lib. 6. Feder. de Sen. de permut. benef. qu. 23. & quæst. 26. & communiter DD.

Et ratio est, quia tales habent ius Episcopale, &
22 iurisdictionem Episcopalem, ac ideo exercent † omnia iura Episcopalia, quæ sunt iurisdictionis. Inn. in cap. 2. de transact. Abb. cap. quæsitum. num. 4.

Tertiò limita, nisi inferior acquisiuisset hanc facultatem recipiendi resignationes, ex priuilegio, seu consuetudine, nam tunc posset, etiam si ad illum non spectaret destitutio, vt scribit Ioan. And. in cap. significatum, in verb. dimittere, de præb. quam ad hoc refert, & sequitur Abb. in d. cap. quod in dubiia, sub num. 6. propè fin. versic. de consuetudine, Bonifac. de Vital. in clem. multorum, num. 6. de pœn. vbi dicit, quòd ita practicatur.

Amplia 6. vt Episcopus possit recipere resignatio-
23 nem beneficiorum existentium † in sua diœcesi etiam in Curia, Gabriel. cons. 187. nu. 4. lib. 1. alleg. decis. Rot. 23. col. 2. in nou. quæ est 1. de rer. permut. quamuis contrarium voluerit Gam. in cap. 1. num. 131. de rerum permut. lib. 6. adducit rationem, quia id est, voluntariæ iurisdictionis. Sed tunc beneficia dicuntur vacare in Curia per resignationem, vt est communis opinio, de qua dicetur suo loco, & per consequens collatio spectat ad Papam, cui sunt specialiter reserua-
24 ta beneficia † vacantia in Curia, cap. 2. de præb. lib. 6. vbi omnes DD. Sarn. de trien. q. 31. num. 19. cum seq. cum alijs, per Mandos. reg. 5. Canc. q. 1. vel ad Card. habentem indultum, in quo solet dari facultas conferendi omnia beneficia vacantia, præterquam per resignationem in Curia coram summo Pontifice, ergo videtur concessa facultas conferendi vacantia per resignationem in Curia coram Episcopo. Ita arguit, & concludit Gabr. d. cons. 187. col. vlt. lib. 1. Ex quo
pater † Episcopum, tali casu non posse conferre bene- 25
ficium resignatum coram ipso, vnde melius esset admittere resignationem extra curiam in sua diœcesi, vel in alterius: nam tunc posset conferre beneficia coram
eo resignata † etiam in Curia ipso Episcopo degente, 26
vt fuit resolutum in Rot. coram Put. teste eod. decis. 167. lib. 1.

Septimò Amplia † procedere etiam in beneficijs 27
volentium intrare religionem, Imol. in cap. admonet. nu. 7. de renunt. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 6. vbi etiam
dicit nu. 4. quòd eorum possessio † etiam inconsulto 28
superiore inducit renunt. & vacationem beneficij. Syl. verb. religio. 2. qu. 8. Abb. in cap. quod Dei. de stat. Monac. D. Tho. 2. 2. q. vlt. art. 7. Abb. in cap. Admonet. 2. lect. col. vlt. vers. oppono quòd de renunt. & est communis opinio.

Octauò amplia, vt possit Episcopus solus recipere
renunt. inferioris prælati sibi subiecti † & honorabilis 29
membri absque consensu capituli, vt notat Abb. ex illo text. in cap. lectc. num. 3. ont. etiam 3. de renunt. & ibi Anton. de Butr. & est communis opinio.

Nonò amplia, vt possit Episcopus recipere renun-
tiationes beneficiorum obtentorum † per alium Epis- 30
copum. Abb. in cap. ad supplicationem, nu. 5. de renunt. vbi notat casum singularem, quòd propter beneficium receptum, par in parem habet potestatem, contra l. nam & magistratus. ff. de arbitris, cap. innotuit. de elect. Ripa. in l. si constante, num. 18. ff. sol. matr. quod potest vendicare sibi locum, vel quia Episcopus habeat retentionem beneficiorum in adeptione Episcopatus, quæ datur quandoque à summo Pontifice in Consistorio, vt tota die videmus, vel quia relicto Episcopatu habeat beneficium, vt viuat. vt tradit Abb. in dict. cap. ad supplicationem, num. 6. & num. 9. de renunt.

Lib. 7. quæst. 14. num. 13. Ibi, Episcopus enim, in manibus suis potest recipere resignationes.

NOn dicendum in manibus, Sed in Mensibus, vt quæ subiunguntur verba, in mensibus verò, satis demonstrant.

Eadem quæst. num. 17. Ibi, Vel ab Episcopo, cum illius consensu.

SCilicet intra semestre, vel aliud tempus datum inferiori, ad instituendum: eo enim elapso, non expectabitur illius consensus, sed Episcopus ipso iure deuoluto conferre poterit.

Eadem quæst. numer. 18. Ibi, Quòd eorum possessio.

DIc ità, quòd eorum professio: de illa enim loquitur, & non de possessione.

Eadem quæst. numero 30. Ibi, Vel quia relicto Episcopatu.

ADde, vel quia (retento etiam Episcopatu) conferatur sibi aliquod beneficium, vt aliàs Sancti Pontij Thomeriarum & Lasceurrensi reuerendis Episcopis contigisse, suprà, lib 4 q. 8 num. 5. meminimus. Et nouissimè Reuerendo Simeoni Stephano de Popiano Episcopo Cadurcensi, Prioratus cura & conuentu carens, Sancti Martini de Mauriaco, ordinis Sancti Benedicti Vabrensis Diœcesis (vti per commendæ cessionem magistri Francisci de Popiano vacans) Apostolica auctoritate commendatus extitit, Vt scilicet statum suum, iuxta Pontificialis dignitatis exigentiam tenere valeat.

Digitized by Google

q. 14. num. 3. quod procedit etiamsi fundator ordinaret quod institutio non spectet ad Episcopum.

¶ HOc cauto lectore opus habet; si enim fundator institutionem Episcopi prohibeat, & sibi ac successoribus suis plenam collationem reseruatam velit nihil agit (nisi solùm temporalem & quasi profanam Capellaniam vel quid tale, & non Beneficium Ecclesiasticum instituere intendat) poteritque nihilominus ac debebit Episcopus instituere, quia nemo potest cauere ne leges in suo testamento locum habeant, l. nemo de legat. 1. cap. requisisti, de testib. Lex autem fundatores de Ecclesiis vetat disponere eaque ordinationi Episcopi subiicit, can. si quidam, & can. nouerit. 10. q. 2. can omnes Basilicæ 16. qu. 7. iuraque spiritualia non cadunt in Laicos, cap. decernimus de iudiciis, cap. Massana de elect. nec iure hereditario deferuntur, can. Apostolicæ 2. quæst. 1. At si non sibi & hæredibus, sed cuidam dignitati Ecclesiasticæ inferiori, seu etiam simplici clerico vt tali, excluso Episcopo, ius tribuat instituendi, & Episcopus dispositioni huiusmodi auctoritatem præstet, valet dispositio, & seruanda est, cap. cum dilectus de consuetud. Abbat. in cap. nobis de iurepat. Lambertinus eodem. lib. 1. p. 1. q. 9. nu. 77. quamuis hoc sit contra ius commune in d. can si quidam can. nouerit & can. omnes basilicæ, supra quod nemo est nisi solus Papa, cap. propositum de concess. præb. quia ratio quæ induxit iurislatorem ad sustinendum Patronos in iurepat. scilicet vt induceantur ad Ecclesias fundandas, cap. 3. de iurepat. induxit etiam vt permitteret Episcopum posse apponere huiusmodi reseruationes & conditiones contra ius commune ad supplicationem fundatorum per d. cap. cum dilectus & Can. Eleutherius 12. qu. 2. vt obseruat Lambertin. vbi supra num. 70 Sed iste inferior ius habens instituendi poterit resignationem admittere? Dic quod non per ea quæ tradidit Auctor supra hoc lib. quæst. 10. num. 6. nisi id ex consuetudine habeat, ibidem num. 5. & 20.

QVÆSTIO XV.

An coram Abbatibus possit fieri renuntiatio, & quid de Abbate non exempto.

SVMMARIVM.

1. *Abbas non exemptus non potest recipere renuntiationem beneficiorum, neque auctoritatem permutationibus eorumdem præstare.*
2. *Instituti ab Abbate non administrant, nisi de licentia Diœcesani.*
3. *Abbas exemptus potest renuntiationem beneficij recipere.*
4. *Abbas exemptus habet Ecclesiam pleno iure sibi subiectam, & per hoc habet ius Episcop. & iurisd. pisc.*
5. *Abbas exemptus, habet magnam Iurisdictionem.*
6. *Abbatia, & Episcopatus æquiparantur.*
7. *Abbatia, quæ.*
8. *Abbas exemptus potest destituere, & recipere resignationes.*
9. *Abbas exemptus potest visitare, ex qua visitatione sequitur iurisdictio.*
10. *Abbas exemptus habet correctionem.*
11. *Abbas exemptus, maiorem potestatem habet in Monachos, quàm Episcopus in clericos.*
12. *Episcopi sunt propriè Ordinarij.*
13. *Abbas est Prælatus, & Ordinarius.*
14. *Episcopus non potest se intromittere in Ecclesiis subiectis Abbati Exempto.*
15. *Habere Ecclesiam pleno iure sibi subiectam, quid importet.*
16. *Abbas potest præstare consensum alienationi.*
17. *Abbas potest recipere permutationes.*
18. *Renuntiatio facta coram Abbate habente temporalia alicuius Ecclesiæ, habente autem Episcopo spiritualia, est nulla.*
19. *Abbas non potest renuntiare in manibus subditorum, sed superioris.*

QVæro decimo quintò, an coram Abbatibus
possit fieri resignatio beneficiorum? distinguendum est, & duo capita constituenda, quorum
primum erit in Abbate non exempto; † 1
nam iste non poterit recipere resignationes, neque auctoritatem permutationibus præstare, ita Collect. quem refert & sequitur Bellam. de permutationibus benef. 1. p. quæst. 9. & Colle. dicit hoc audiuisse a pluribus, quia recipere resignationes, Episcopale est, & vt supra dictum fuit, non valet consequentia, potest instituere, ergo & conferre. Hinc scribit Hugo de offi. & qualit. prælat. tit. de offic. Episc. vers. simpliciter, numer. 4. quòd Abbates possunt instituere in Ecclesijs sibi subie-
ctis, † instituti tamen non administrant, nisi de licentia 2
diœcesani, quia dicti Abbates subsunt Episcopis, vt latè deducit Durand. de mod. cogend. gene. Conc. rubr. 4. num. 35. & rubr. 23. num. 1. & 3.

Et hùc tendit illud, quòd inferiores Episcopo, quamuis possunt conferre, non possunt recipere resignationes beneficiorum. Zabarell. in clem. 1. numer 18. de renunt. & communiter D D. vt supra dictum est, & hæc conclusio nullum videtur habere dubium, nam communiter ita ob omnibus tenetur.

Secundum Caput est in Abbate exempto, nam iste
poterit resignationes Beneficiorum † recipere (præsup- 3
ponendo habere ius conferendi) vt fuit resolutum in Rot. in vna Legionen. parroch S. Lauren. 16. Februarij 1562. prout attestatur Orad. in recoll. manusc. titul. de resi. lib. 1. incipien. in vna Legione. & videtur firmare Abbas in cap. quæsitum. nume. 4. de rer. permut. Fran. in cap. 1. num. 8. de rerum perm. & est communis
Opinio DD. Ratio est, quia Abbates † exempti habent 4
Ecclesias pleno iure sibi subiectas, & per hoc habentibus Episcopale, & iurisdictionem quasi Episcopalem. Inn. in cap. 2. vers. de Abbatibus de trans. & probatur in cap. Abbates, in fin. de priuil. li. 6. gloss. in clem. 1. vers. proprij, prope fi. de reb. Eccles. non alien. Innoc. in cap. cum & plantare. §. in Ecclesijs, de priuile. Ab-
bates enim exempti omnimodam habent † iurisdictio- 5
nem in suos Monachos, & in locis pleno iure sibi subiectis iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, cap. 1. & cap. in singulis, de stat. Mona. cap. sicut tuis, de sim. ca. significasti. de for. compet. glo. & D D. in cap. cum Ecclesiarum. de off. ord. Arc. cons. 63. col. 3. ou. 4. decis. in cap. eam te. 10 1. not. de resc. Card. Paris. cons. 22.
num. 14. vol. 4. & ob id Abbatia † & Episcopatus æqui- 6
parantur. cap. ne pro defectu. §. statuimus. iuncta glos. in ver. regularis. cap. dilectus filius. iuncta gl. vlt. in fi. de concess. præb. Mandos. reg. 26. Cancel. quæst. 3. nu. 8.
nam Abbatia † est Caput omnium Ecclesiarum regula- 7
rium, totaque potestas Monasteriorum ab Abbatibus dependet. can. nullam potestatem. 18. quæst. 2. cap. cum ad Monasterium. de stat. Monac. Selu. de benef. 1. p. quæst. 2. num. 49. sed inferiores Episcopo habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possunt recipere resignationes. Franc. in cap. 1. num. 8. vers. hoc tamen limita & num. 9. vers. & quod intellige. de rerum permut. in 6. Feder. de Sen. de permut. benefi. quæst. 23. & qu. 26. ergo & tales Abbates exempti.

Secundò accedat, quia qui possunt destituere, possunt recipere resignationes vt est communis opinio, de qua supra locuti sumus, sed Abbates exempti possunt
destituere, † vt scribit Card. Paris. cons. 22. num. 14. 8
vol. 4. Gig. de crim. læs. maies. qu. 19. num. 9. & communiter D D. namque hoc importat Iurisdictio Episcopalis, vel quasi, quam habent cap. sicut tuis, de sim. cap. significasti. de for. compet. & quia possunt visitare, ex
qua visitatione sequitur † iurisdictio priuandi, & desti- 9
tuendi, secundum Fed. de sen. cons. 55. per Visitationes, cum alijs, vt per Felin. in cap. dilectus, 1. colum 2. de rescrip. correctio enim, quam habent supponit pote-
statem † puniendi, & castigandi iuxta not. in cap. olim. 10

de accusat. & in cap. Nemo. 85. dist. Immo maiorem
11 potestatem habet Abbas in Monachos, quàm † Episco-
pus in clericos, Abb. in cap. ad nostram nume. 2. & in
cap. reprehensibilis, & vtrobique Ph. Franc. de appell.
Fel. in cap. super literis, col. 1. in 10. reg. de rescr. cum
alijs, vt per Mandos. reg. 24. Cancel. q. 5. num. 4. in fi.
12 Hinc † est, quod non solum Episcopi sunt propriè ordi-
narij, vt dicitur in can. omnes basilicæ, & cap. seq. 16.
q. 7. c. de persona. 11. qu. 1. cap. 1. de off. ord. extraua.
Ioan. xxij. Execrabilis. §. cæterum. sub tit. de præb.
Card. in clem. 1. numer. 14. in fi. vt lit pend. sed etiam
13 Abbates dicuntur verè Prælati † & ordinarij cap. nullus
Monachus & c. nullam potestatem. 18. q. 2. cap. quanto,
& ibi Inn. Car. de off. ordin. Accedit, quia vt supradi-
ctum est, si Abbates exempti habent Ecclesias pleno iu-
14 re sibi subiectas, adeo quod in illis Episcopus non †
potest se intromittere, Coras, de benef. cap. 9. num. 5.
15 & tamen habere † pleno iure subiectos, nil aliud im-
portat signanter, quam institutio, destitutio, visitatio,
& correctio, Card. Paris. cons. 25. num. 14. vol. 4. Idem
Paris. cons. 35. num. 9. eod. vol. 4. post alios quos ci-
tat, quibus inspectis satis potest recipere resignationes
beneficiorum.
16 Et ob id hi † Abbates possunt præstare consensum &
auctoritatem alienationibus, ita communiter seruatur,
teste gl. in clc. 1. ver. proprij. de reb. Ecc. non alien.
Redoan. in tract. de reb. Eccl. non alien. rub. 26. nu. 8.
& rub. 50. cas. 1. num. 64. & communiter DD. ac etiam
17 poterunt præstare auctoritatem † permutare volenti-
bus, Abb. communiter receptus in dict. cap. quæsitum.
num. 4.

Dubium tamen est, si aliqua Ecclesia circa tempora-
lia recognoscat N. Abbatem, circa vero spiritualia N.
Episc. loci, si beneficiatus illius Ecclesiæ velit renun-
tiare, an debeat hoc facere in manibus Episcopi, vel in
18 manibus Abbatis? respondet † Innoc. in cap. vlt.
de renunt. quòd sit facienda coram Episcopo, nam in-
quit, si fuerit facta renunt. coram Abbate illa non te-
net. Hoc quoque tenent Paul. & Host. quos refert & se-
quitur Card. Zabarel. in clem. vnica, num. 17. de ren.
Abb. in d. cap. vlt. sub num. 3. verb. quæro. de præsby-
tero, & communiter DD.

Quod ego probo, nam aut dicitur quòd renuntiat temporali coram Abbate, & hoc non potest facere, quia dicto casu temporalia, & spiritualia sunt ita coniuncta, quòd vnum non potest esse sine alio, can. si quis obiecerit, 1. quæ. 3. & ratione etiam connexionis, cap. quanto. de iud. cum ibi not. aut vero dicitur quòd renuntiat beneficium, & hoc neque etiam potest facere coram Abbate, sed coram Episcopo duntaxat, nam coram superiore Ecclesiastico beneficia sunt resignanda, vt scribit Fus. de visit. li. 2. cap. 28. num. 12. Rossiniac de benef. cap. 14. num. 41.

19 Ipsi vero Abbates † debent renuntiare in manibus
superioris, non autem poterunt in manibus subdito-
rum, vt not. Abba. in cap. vlt. 2. not. de ren. Ant. de
Butr. num. 3.

Lib. 7. q. 15. num. 10. ibi, Imò maiorem potestatem habet Abbas in Monachos.

IDque vt reor, ob illud solemne, & substantiale (quod in professionis actu emittitur) obedientiæ votum.

q. 15. num. 2. Instituti tamen non administrant nisi de licentia diœcesani.

¶ INtellige de institutis ad Parrochial. seu Curatas Ecclesias; quia in his subiectum administrationis est Cura animarum, quæ rad catur in Episcopo, & ab eo imabdicabilis est. Gemin. in cap. 1. num. 5 de Capell. Monach. circa quod aduertendum duplicem esse institutionem, gloss. in cap. vnic. eod. tit. in 6. alteram tituli collatiuam, quæ iure speciali potest inferiori competere, cuius subiectum est beneficium ipsum: altera quæ ad differentiam illius dicitur auctorisabilis, cuius subiectum est Cura animarum, & hæc a solo Episcopo procedit, à quo tanquam ab vniuersali Parocho suæ diœcesis institutus recipit curam, de qua ei soli rationem reddere tenetur, d. cap. 1. de Capell. Monach. Socin. in cap. cum & plantare de priuileg. potest tamen ex concessione Episcopi, vel Papæ (quamuis de Episcopo neget Burrius in cap. de Monachis. de præb.) vtraque institutio esse penes inferiorem, non quidem iure proprio quasi ab Episcopo auulsa, & in inferiorem translata, quod fieri nequit, sed iure Episcopi, ac ipsius vice ita vt inferius dicatur in hoc Vicarius Episcopi, vt post Ioannem Andream in d. cap. de Monachis, optimè declarat Melchior Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 15. num. 13.

QVÆSTIO XVI.

An præpositus possit renuntiationes beneficiorum recipere, & quid in Archidiacono, Archipresbytero, Priore & alio inferiore.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium non potest renuntiari in manibus Præpositi.*
2 *Beneficium non potest renuntiari in manibus Archipresbyteri, Prioris, Thesaurarij.*
3 *Beneficium non debet renuntiari in manibus Canon.*
4 *Beneficium non potest renuntiari in manibus Clerici, aut Presbyteri.*
5 *Renuntiatio non potest fieri coram inferiore.*
6 *Non habens destitutionem non potest recipere renuntiationem, & quid in laicis etiam Imperatoribus & regibus num. 7.*

QVæro XVI. principaliter an renunt. beneficij
possit fieri in manibus infra scriptorum, com-
munis opinio est negatiua, & primo non posse
in manibus Præpositi † tradit Inn. in cap. quod in du- 1
bijs. numero 3. Abbat. numero 6. vers. sed est du-
bium, de renunt. Neque in manibus Archipresb. Archi-
diac. Prioris. Thesaurarij, aut alterius, Doct. in d. cap
quod in dubijs.
Neque etiam in manibus † Canonici, Innoc. in d. cap. 2
quod in his. num. 3. Abb. num. 6. vers. sed est dubium.
Card. in clem. vnica. num. 8. de renunt.
Neque etiam in manibus † clerici, aut presbyt. Host. 3
in cap. Dudum. num. 2. de conuers. coniu. Maiol. de
irreg. lib. 3. cap. 6. num. 12. in fin.
Idemque erit, vt coram † alio inferiore non possit 4
fieri resignatio. Card. Zabarell. in clem. 1. num. 18. de
renunt.
Et ratio, est quia † cum hi non possint instituere & 5
destituere, nam hoc pertinet ad Episcopum, vt suprà
plenè conclusum est, sequitur coram eis non posse re-
nuntiari beneficia, ac etiam coram laicis, etiam Impe-
ratorib. & Regibus, Bald. in d. cap. quod in dubijs. in
princ. Amplia etiam si possint † instituere, nam nisi ha- 6
beant destitutionem, non poterunt recipere resignatio-
nes, Feder. de Sen. & Inn. quem refert & sequitur
Franc. cap. 1. num. 8. de rerum permut. & dictum fuit
suprà.

Quod limita nisi ex priuil. vel aliàs habeant ius Episcopale, iuxtà ea, quæ scribit Mandos. reg. 26. Canc. 96. num. 4. nam hoc casu possent recipere resignationem, cum habeant facultatem instituendi & destituendi. Card. Paris. cons. 22. num. 14. vol. 4. & suprà de hac re locuti fuimus.

Lib. 7. quæst. 16. num. 6. Ibi, Nam nisi habeant destitutionem, non poterunt recipere resignationes.

CVius rei ratio hæc reddi potest, quia renuntiatio habet vim destitutionis: per eam enim desinit renuntians intitulatus esse. Vt idem Parisius suprà, quæst. 10. num. 7. huius lib. annotauit. Adde à nobis notata suprà lib. 3. quæst. 16. & notanda infrà, lib. 14. q. 2. num. 6. in fine.

q. 16. num. 6. Amplia etiamsi possint instituere.

¶ AMpliationem hanc limita nisi aliud habeat consuetudo quæ fere generalis est, saltem in Gallia vt qui confert habet renuntiationem admittat. vide Lessium. lib. 2. cap. 34. num. 191.

QVÆSTIO XVII.

An renuntiatio beneficij possit fieri coram Cardinali Vicecancellario, & quid seruetur hodie.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio potest fieri coram Vicecancellario contra num. 5.*
2 *Vicecancellarius maior est post Papam.*
3 *Vicecancellarius habet administrationem Iustitiæ.*
4 *Vicecancellarius quas gratias signet, & quare non dicatur Cancellarius, sed Vicecancellarius ibidem remissiuè.*
5 *Hodie Vicecancellarius non recipit resignationes.*

QVæsto 17. An resignatio beneficij possit fieri coram Vicecancellario S. Rom. Eccl. Rot. dec. 5. si actor. nu. 3. vers. facillimè, de renun. in
1 no. tenet † affirmatiuè, Saro. in Comp. vtr. sig. nu. 38.
2 namque in Ro. Curia post † Papam, omnib. aliis officialib. maior est. Petru. And. Gam. de auctor. leg. à latere lib. 9. num. 76. Sar. proœm. reg. Canc. q. 1. nu. 27. vbi etiam dicit ipsum Vicecancellarium habere ad-
3 ministrationem † iustitiæ, regularum Apostolicarum ac constitutionum, tutelam & custodiam, Gondisal. Villadieg. de orig. ac dig. Card. q. 13. num. 71. & proui-
4 siones † gratiosas signat, in casib. in quibus sibi per regulas Cancellariæ conceduntur, vt sunt *gratiæ si neutri*, vsque ad certam summam, & cum quadam limitatione, vt per Rom. cons. 379. col. vlt. Saro. in Comp. signat. num. 11. Pauin. de off. & potest. capi. sed. vacan. quæst. 1. num. 11. & qua ratione non dicatur Cancellarius, vide Gamb. dict. tract. lib. 6. num. 75.

Hodie autem hoc recessit ab aula, & communiter
5 seruatur, vt receptio resignationis † nullo casu spectet ad Vicecancellarium, teste Mar. Anton. Papazopa in additad. dict. tertiam decis. num. 5. & ita practicari tota die videmus.

Lib. 7. q. 17. num. 5. Ibi, Vt receptio resignationis nullo casu spectet ad Vicecancellarium.

HInc apparet satis esse, si in procuratorio, quod pro constitutione procuratoris ad resignandum in fauorem alicuius conficitur, simplex clausula, in manibus Sanctissimi Domini nostri Papæ, adhibeatur: & reliquas (nempè hanc, seu Illustrissimi eius Vicecancellarij, & illam, vel alterius ad id ab eo potestatem habentis) superfluas esse frustràque apponi. Vt quid ergo membranas occupant? Can. si Romanorum. 19 dist. poterat equidem Vicecancellarius antiquitùs recipere, & admittere quorumlibet beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes, simpliciter vel ex causa permutationis, iuxta Clementis Papæ VII. constitutiones: Sed eæ, quoad hoc (vt etiam Parisius suprà, lib. 3. q. 6. n. 27. testatur) in desuetudinem abierunt. Quid ergo opus est verbis quæ rerum effectus nullus sequitur? l. 1. C. de donat. De Vicecancellario autem cur non dicatur Cancellarius, hanc verissimam Gometius, in proœmio Regularum Cancellariæ Apostolicæ, num. 21. tradit rationem, quia scilicet Summus Pontifex solus, appellatur Dei Cancellarius, & cum eo, vnum & idem Consistorium tacit. ¶ Ob humilitatem non vocat se Cancellarium, Gondisal. Villadiego. de Origin. Cardin. q. 13. num. 70. Administrationi Iustitiæ præest, idem num. 71. Sede vacante nullam habet iurisdictionem, vel si quam, habitu tantum, Gambac. de Auctor. legat. à latere. lib. 9. num. 68. poterat olim declarare dubia iuris, & concurrebat cum Papa in potestate, Ioan. Staf. super Commiss. & liter. iustitiæ, num. 12. plura vide apud eosdem.

QVÆSTIO XVIII.

An auditores Rotæ possint recipere renuntiationes beneficiorum, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Rotæ potest recipere cessionem litis coram eo pendentis, non autem resignationem beneficij.*
2 *Auditores Rotæ habent strictam potestatem.*
3 *Aliud est renuntiare iuri, aliud liti.*
4 *Auditor Rotæ de speciali mandato potest renuntiationem beneficij admittere.*

QVæsto 18. An Auditores Rotæ possint recipere resignationes beneficiorum, communis responsio est posse recipere cessionem † litis, & 1
causæ coram ipsis pendentis super beneficio, non autem resignationem beneficij, Rot. dec. 15. no. quod Auditor de renunt. in antiq. vbi attestatur ita seruari in Ro. & dec. 3. si Auctor. num. 3. ver. sed quicquid sit de facto seruatur de renunt. in nou. vbi etiam refert ita fuisse decisum. Cassad. dec. 2. num. 7. de appell. Staphil. de lit. capect. tit. de varijs mod. vacat. num. 27. & communiter DD.

Et sic coram eis non potest fieri renunt. beneficij
quia † Auditores Rotæ habent strictissimam potestatem, 2
& multa facere recusarunt sine speciali mandato. Vanti. de nullit. Rubr. de null. defect. iurisd. deleg. nume. 19. potest tamen, vt dixi fieri cessio litis coram pro-
prio Auditore, nam aliud est renunt. iuri, † aliud liti, 3
cap. cum inter. de elect. cap. sane, & cap. veniens. de renunt. Innoc. in cap. in nostra. super verb. receptæ. io si. de rescript. cum alijs, vt per Rot. d. decis. 3. num. 2 de renunt.

Limitatur tamen † nisi de speciali Papæ mandato re- 4
ciperent resignationes beneficiorum, † nam hoc casu possunt Rot. Auditores, d. decis. 15. in antiq. & 3. in nou. de renunt.

Lib. 7. quæst. 18. numer. 4. Ibi, Nisi de speciali Papæ Mandato.

NEc tunc mirum. Nam etiam quiuis alius ipsis Rotæ auditoribus inferior, speciali Romani Pontificis mandato suffultus, easdem resignationes recipiendi potestatem, eo casu haberet.

quæst. 18. num. 1. Posse recipere cessionem litis, non autem resignationem.

¶ TAmen quilibet auditor ad decidendam beneficialem controuersiam in Romana Curia deputatus

Potest beneficium, de quo agitur collitiganti debitum eidem conferre ad vitandum circuitum, Clem. Audisoc. de rescript. vbi Zabarel. exclamat notandum casum mirabilem, in quo potestas delegati extenditur ad non commissa: Sed non valet consequentia de potestate instituendi ad destituendi potestatem.

QVÆSTIO XIX.

An Referendarij vtriusque signaturæ habeant facultatem recipiendi resignationes.

SVMMARIVM.

1 *Referendarij possunt recipere renuntiationes benefic. contra num. 2.*
2 *Referendarij quare constituti.*
3 *Referendariorum numerus.*

QVæro 19. principaliter, An Referendarij vtriusque signaturæ possint recipere resignationes beneficiorum. Rot. dec. 3. si actor. vers. tum
1 etiam quia facillimè. de renunt. in nou. † tenet quòd sic. Sarn. in Comp. sign. num. 38. vbi dicit hoc esse intelligendum de Referendarijs vtriusque sign. Sec hoc ho-
2 diè abiit in desuetudinem, † & recessit ab aula, vt tradit Mar. Anton. Papazon. in addit. ad dict. decis. 3. Rot. num. 5. & omnibus notum est, hodiè referendarios etiam gratiæ, habere hanc facultatem, immo concludo numquam habuisse, nam Referendarii, vt rem Principi
3 commodè exponant & pauperum † ac ineloquentium desideria insinuent, fuerunt constituti, Gam. de aucto. leg. à lat. tit. qualiter legatus. num. 33. nam Princeps non poterat ob negotia innumera Sedis Apostolicæ, & propter multitudinem supplicationum, examinare omnes supplicationes. deputauit igitur aliquos, vt hunc laborem subirent, examinarentque prius, & discuterent, num quæ in supplicationibus petuntur, ab ipso Principe sine alicuius iniuria concedi possint, in quorum signum visas supplicationes subscriptione nominis sui propria manu signarent, vt sic princeps cautior redderetur. Sarn. in compend. vtriusque signa num. 26. Alex. VI. voluit vt Referendarij gratiæ, vt dicit Sarn. loc. cit. numer. 27. postea vero numerus fuit mirum in modum auctus, Hodie autem ex constitutione Sanctissimi Domini Sixti V. 39. incip. quemadmodum, ann. 2. præscriptus est numerus, vt sint centum septuaginta signaturæ gratiæ, & triginta signaturæ Iustitiæ, & ibi ponit priuilegia.

Lib. 7. quæst. 19. num. 3. Versic. nam Princeps.

QVæ Auctor subdit, ferè de verbo ad verbum ex his, quæ Sarnensis in compendio vtriusque signaturæ numer. 26. & 27. tradit, depromantur. Quæ nam autem Referendarij gratiæ, antiquitus in eorum receptione promittere ac iurare deberent, Idem Gomesius loco citato, num. 28. recenset.

quæst. 19. numer. 3. Referendarij vt rem principi commode exponant & pauperum ac ineloquentium desideria insinuent fuerunt instituti.

¶ HOc Referendariorum officium fuit olim apud Imperatores ex Iustinianea institutione vt patet in Auth. de Referendariis Sacri Palat. vbi glossa inquit quod eorum munus erat aduocationis in Curia principis, vel secundum Iacob. de Bellapertic. ibidem Indigentium petitiones coram principe cum honestate proponebant. Hodie apud Papam eorum munus in recipiendis & proponendis supplicationibus coram ipso versatur, Marchesan. de commissionib. cap. 1. vnde quia quotidie apud principem & in eius præsentia, imò simul cum eo officia sua exercent, cum opere & consilio iuuando (quod alii officiales seorsum faciunt, nec ita immediatè Papam iuuant) ideo digniores cæteris officialibus Romanæ Curiæ reputantur, & dato inter ipsos expectatiuarum concursu omnibus præferuntur, Gomes. in compend. vtriusque sig. pag. mihi 321.

QVÆTIO XX.

An coadiutor datus Episcopo possit renuntiationem beneficij recipere, explicatur materia coadiutorum, scilicet quando fuerunt instituti, quando dentur, & quæ sit eorum iurisdictio.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutorum origo antiquissima est.*
2 *Qui coadiutores delegerunt.*
3 *Augustinus fuit datus coepiscopus Valerio senio confecto.*
4 *Coadiutoria prohibita in quo Conc.*
5 *Coadiutor dandus cum causa ob vrgentem necessitatem, & vtilitatem Ecclesiæ examinandam & approbandam à Summ. Pontif.*
6 *Senectus, est causa dandi coadiutorem.*
7 *Ægritudo Episcopi, est causa dandi coadiutorem.*
8 *Leproso datur coadiutor.*
9 *Dementi datur coadiutor.*
10 *Suspecto de dilapidatione, datur coadiutor.*
11 *Coadiutor datur contemplatione Ecclesiæ, & prælati.*
12 *Propter impedimentum personæ, Episcopus non priuatur Episcopatu.*
13 *Coadiutor datur ad tempus & in perpetuum, aliquando cum futura successione.*
14 *Solus Papa dat coadiutorem.*
15 *Papa examinat causam dandi coadiutorem in Consistorio.*
16 *Coadiutor ad quid datur, & quid debeat facere.*
17 *Coadiutor dicitur prælatus.*
18 *Cura exercitium est penes coadiutorem.*
19 *Coadiutor potest recipere resignationes, si hoc ei fuit concessum.*
20 *Coadiutoris potestas à forma procedit.*
21 *Coadiutor datus propter temporalia non potest recipere resignationes.*
22 *Coadiutor datus propter temporalia non potest conferre.*
23 *Coadiutor datus ad spiritualia infirmo & seni Episc. potest conferre de consensu Episcopi.*
24 *Coadiutor datus ad spiritualia potest recipere renuntiationem consentiente Episcopo.*
25 *Coadiutor datus dementi, habet liberam potestatem in spiritualibus, & temporalibus.*
26 *Coadiutor datus dementi, potest conferre omnia beneficia in illa diœcesi vacantia.*
27 *Coadiutor datus dementi, potest recipere renuntiationem.*

QVæro 20. an coadiutor datus Episcopo possit recipere resignationes beneficiorum? Antequam quæstioni satisfaciam, præmittendum est, coadiutorum originem † antiquam esse, 1
vt colligitur ex lib. 11. historiarum Eccl. auctore Ruffino ca. 3. vbi fertur Athanasium iam senio confectum delegisse † coadiutorem, & successorem, & eadem ratione motus hoc idem fecit Narcissus Episcopus, vt 2
scriptum reliquit Eusebius li. 6. cap. 9. ac etiam Greg. Nazianzenus, vt habetur in d. lib. 11. hist. Eccl. & Augustin. fuit datus coepiscopus Valerio † senio confe- 3
cto. can. non autem. 7. qu. 1. Zabarel. cons. 70. incipit, dico, in principio, & Zaccharias Papa concessit Bonifacio Archiepiscopo Maguntino, vt successorem sibi designaret. can. petisti. 7. qu. 1. quòd tamen † fuit pro- 4
hibitum

hibitum in concilio. Niceno, vt refert S. Aog. Epis.
40. & 110. & in conc. Antiocheno, can. Episcopo. 8.
q. 1. & ab Hilario Papa, can. pleriq. & ab Inno. 1. can.
Apostolica. 8. quæ. 1. ac ab alijs, & postremo cum quadam modificatione a Conc. Trid. c. 7. sess. 55. scilicet
5 vt detur duntaxat ob vrgentem † necessitatem & vtilitatem Ecclesiæ examinandam, & approbandam à summo Pontifice, latè Nauar. cons. 1. de clericis ægrot.
6 causæ enim sunt † plures, prima est propter senectutem
Episcopi, cap. vnico, de cler. ægrot. li. 6. vbi Arch.
Gem. num. 5. & alij communiter. Arch. in c. Nihil. §.
ecce num. 47. quæ. 1. vbi Car. Alex. num. 1. Rabuff. in
sua prax. benefic. tit. de reprob. benef. viu. imp. n. 50.
7 Secunda propter † ægritudinem Episcopi. can. 1. 7. q. 1.
d. c. vnico. Card. Alc. in can. quod autem, num. 1. &
can. scripsit. oum. etiam 1. 7. q. 1. Card. Paris. cons. 49.
num. 38. vol. 4. vt quia maiori parte temporis sit infirmus, vt non possit exercere ea quæ muneri suo incumbunt. iux. not. in cap. Nisi. de renunt. vel quia sit cœcus.
Archid. in cap. super num. 3. 4. quæ. 2. aut lepram ha-
8 beat. † Card. Ale. in d. cap. scripsit. num. 3. & 5. Abb.
in cap. ex parte. & in cap. de rectoribus, de clerico
9 ægrot. Tertia propter † dementiam Episcopi, dict. cap.
vnico, & ibi communiter doct. de cleric. ægrot. li. 6.
Bertach. de Episcopo, secunda par. 4. li. num. 24.
10 Quarta causa si prælatus † sit suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, Specul. in tit. de inquis. §.
Nunc videndum, num. 4. & 5. Abb. in cap. venerabili.
in 4. not. de off. deleg. & in cap. licet heli. numer. 8.
de simon.

Quinta causa si alias est inhabilis, vt non possit muneri sibi iniuncto incumbere, vt per Ioan. And. & Imol.
in cap. vlt. de cler. ægrot. Card. Zabarel. dict. cons. 70.
facit text. in cap. quoniam, de off. ord. in vers. sed si
propter, & ibi Host. num. 1. Abb. num. 2. ver. item.
11 Namque coadiutor datur cum contemplatione † Ecclesiæ, cum contemplatione prælati. contemplatione Ecclesiæ vt exerceat officium illius qui non potest, &c.
ne pro defectu pastoris gregem dominicum inuadat
lupus rapax, aut in facultatibus suis Ecclesia quasi viduata graue patiatur detrimentum, cap. ne pro defectu.
de elect. contemplatione vero Episcopi, vt non remoueatur ab Episcopatu, Cardinal. Alex. in can. scripsit.
num. 2. vers. s. 7. quæst. 1. Abb. in cap. ex parte. nu. 3.
12 vers. vltim. not. de cler. ægrot. nam licite † non potest priuari, Anchar. dict. cap. vnico. num. 4. eod. tit.
lib. 6. hac igitur via prouisum est vtrisque, quòd fit &
13 ad tempus, & in perpetuum, † cum futura successione.
Card. Alex. in can. pastoralis numer. 5. 7. q. 1. & datur
14 coadiutor † dumtaxat à Papa. dict. cap. vnico, de
cler. ægrot. li. 6. Archid. in d. cap. scripsit. num. 1. vbi
Alex. nume. 2. Abb. in cap. venerabili. nume. 4. de off.
deleg. communis opin. de qua restatur Abb. in cap. vlt.
num. 5. de cler. ægrot. Card. Iaco. de conc. li. 4. art. 3.
num. 16. Gamb. de auctor. leg. tit. de coadiut. num. 5.
15 qui solet priuatim per Cardinales, & in consistorio †
examinare causam, iux. text. can. 7. sess. 55. de reform.
conc. Trid. & dare coadiutorem sufficientem habentem
qualitates requisitas illi officio. Card. Alex. in c. Quia.
16 nume. 1. 7. quæst. 1. vt possit coadiuuare † & subleuare
officium illius cui datur, & idoneum vita, scientia &
ætate. Card. Alex. in can. petisti. num. 2. vers. & nota.
7. quæst. prima. Nam si datur circa temporalia propter
dilapidationem debet esse prouidus, & scire ea bene
dispensare, cap. venerabile. de off. deleg. ac fidelis, &
modestus. Imol. in dict. cap. vlt. colum. 4. de cler.
ægrot. si verò circa spiritualia, vt sciat prouidere saluti animarum, dict. cap. petisti. & sit ætatis 30. annorum,
vt est communis opin. teste Abb. in d. cap. vlt. num. 1.
17 vers. tertio. de cler. ægrota. & talis † coadiutor ita
deputatus satis dicitur prælatus. Archi. in can. quamuis,
num. 6. vers. sed 7. q. 1. Gl. in can. s. 7. q. 1. Innoc. in
cap. de rectoribus, & communiter doctor. & omnibus
notus est stylus vulgaris curiæ, nam quando datur
coadiutor alicui Episcopo, ille coadiutor fit Episcopus
in partibus infidelium, idest nulla tenentium, cum onere vt coadiuuet N. & ideo exercitium † curæ est penes 18
ipsum, Archidiacon. in d. capit. vnico. num. 7. versic.
titulus. Abb. dict. cap. de rectoribus, num. 6. His præmissis dum quæris an coadiutor † possit recipere re- 19
signationes beneficiorum, videnda est forma dationis
coadiutoriæ, num hoc sit expressum, & sit data huiusmodi facultas, nam hoc casu poterit absque aliquo dubio, ita Ioan. Andr. & Imol. dict. capit. vltim. de cleric. ægrot. li. 6. Card. Alexand. in dict. can. quia. & dict.
can. scripsit. num. 5. versic. sed quæro. 7. quæst. 1. Oldrad. consil. 44. numer. 2. versic. ad hoc colliguntur
hæ conclusiones. Bellencin. de charit. subsid. quæst. 8.
Pauin. de visit. part. 1. quæst. 5. numer. 32. ubi dicit,
quòd coadiutoris potestas à forma pendet, & est com- 20
munis & recepta doctor. sententia, si verò in datione
non sit data talis facultas recipiendi resignationes, tunc
inspiciendum erit ex qua causa fuit datus, nam si fuit
datus coadiutor ob temporalia, idest propter timorem
dilapidationis, putà quia bene administrat spiritualia,
sed timetur de dilapidatione, tunc videtur datus † pro- 21
pter certam causam & exercitium illius causæ, & per
consequens officium coadiutoris vertitur circa temporalia, ca. venerabili. de offic. delegat. vnde in temporalibus liberam habebit administrationem, Anch. in
dict. cap. vnico in primis verbis, & nume. 9. vers. nam
debet, & beneficia † non poterit conferre. Ioan. Andr. 22
Arch. Anch. num. 9. in dict. cap. vnico de cler. ægrot.
Oldrad. consil. 44. numer. 3. Pauin. de offic. & potest.
capit. sede vacant. part. 2. quæst. 1. num. 8. & per consequens non poterit recipere resignationes illorum beneficiorum, iuxt. communem conclusionem de qua
suprà.

Quando verò datur ad spiritualia, vt quia datur in-
firmo, seni, tunc poterit conferre de † consensu ipsius 23
Episcopi. Lap. Gemin. dict. cap. vnico. §. vlt. num. 4.
Cardin. Alexand. in can. quia nume. 4. 5. quæst. 1. & in
dict. can. scripsit. num. 3. Oldrad. consil. 44. numer. 4.
versic. si verò. Pauin. vbi suprà & per consequens recipere resignationes † cum consensu ipsius Episcopi, 24
Cotas. de benefic. cap. 4. nume. 6.

Quando verò datur dementi, tunc habet in spiritua-
libus & temporalibus generalem † & liberam pote- 25
statem, c. 1. can. quamuis, can. petisti, can. quia frater
7. quæst. 1. capit. grande. de supplen. prælat. neglig.
li. 6. cap. conquerente, & cap. dilectus, de offic. Ord.
cap. accedentibus de priuileg. Anchar. in dict. cap. vnico, num. 5. versic. Octauo nota. Marsil. de Eccles. redd.
cap. 26. num. 33. & potest conferre † omnia beneficia 26
in illa diœcesi vacantia, Card. Alexand. in dict. can.
scripsit oumer. 3. post Cald. Gemin. dict. cap. vnico §.
vltim. nume 4. Anch. nume. 8. Oldrad. dict. cons. 44.
num. 3. vers. propterea, & communiter doctor. ac de-
stituere, & per consequens poterit recipere † resigna- 27
tiones beneficiorum, ex his quæ supra sunt deducta.

Lib. 7. quæst. 50. numer. 6. Ibi, Causæ enim sunt plures.

NOta res est, concessas dudùm fuisse coadiutorias, cum futuris successionibus quondam Petro de Lancrau, & Ioanni Burgio, bonæ memoriæ Lumbatiensi, & Riuensi Episcopis. Summus siquidem Pontifex (fœlicis scilicet recordationis Clemens Papa octauus, tunc sedens) illi, Ioannem Dassis, Isti verò, Ioannem Betterium. Nobiles viros Iuris vtriusque Doctores, in Presbyteratus ordine, ac in Ecclesiastica dignitate constitutos (eo quia iidem quondam Episcopi, septuagenarij iam, & valetudinarij existebant) quoad viuerent. & suis Ecclesijs præfuissent, in coadiutores perpetuos. & irreuocabiles, in regimine & administratione dictarum Ecclesiarum. in spiritualibus & temporalibus, cum plena facultate, omnia & singula, quæ ad huiusmodi coadiutoris officium, de iure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet pertinent, & postquam munus consecrationis suscepissent, Pontificalia officia (ille videlicet in Lumbatiensi iste verò in Riuensi, ciuitatibus & Diœcesibus tantùm) gerendi, exercendi, & ordi-

Digitized by Google

nandi, ipsorum Episcoporum expressis accedentibus consensibus, Apostolica auctoritate constituit & deputauit. Et nihilominus dictis Episcopis cedentibus, vel decedentibus seu regimini & administrationi dictarū Ecclesiarum quomodolibet præesse desinentibus, aut aliàs Ecclesijs ipsis quouismodo, etiam apud sedem Apostolicam vacantibus ex nūnc prout ex tūnc & contra, de personis dictorum Dassis, & de Bertier, ad tūnc existentis, Christianissimi Francorum Regis nominationes, apostolica auctoritate prædicta, (diuersis tamen & successiuis temporibus) prouidit. Quando autem in coadiutoria narratur debilitas seu infirmitas, ea debet esse talis, quæ præstet perpetuum impedimentum. Caputaquensis decis. 240. num. 2. parte 1. licet huiusmodi impedimentum sit cum aliquo temporis interuallo. Idem Caputaquensis decis. 91. num. 3. parte 2. Etiamsi ex dementia procedat, ita vt Episcopus quid velit, aut nolit, exprimere nesciat vel non possit cap. vn. de cler. ægrot in 6. Palam quoque est, aliàs (videlicet die secunda mensis Septembris 1613.) Sanctissimum in Christo Patrem D. Paulum V. Pontificem maximum (postquam ipse, motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, cum Clarissimo & Illustrissimo Ludouico Delaualete Clerico Engolismensis Dioecesis, in 23. ætatis suæ anno solùm constituto, vt Ecclesiæ Tholosanæ, tunc pastoris solatio destitutæ, in Archiepiscopum præfici & præesse, illamque extunc in temporalibus duntaxat regere & gubernare, cum verò vigesimum quintum ætatis suæ annum expleuisset, extunc eandem Ecclesiam etiam in spiritualibus regere & administrare, ac munus consecrationis suscipere, liberè & licitè valeret, Apostolica auctoritate, ad Regis Christianissimi nominationem dispensasset) ne dicta Ecclesia Tholosana interim aliqua in eisdem spiritualibus detrimenta pateretur. Reuerendissimum Dominum Philippum Cospeanum Adurensem Episcopum, ipsius Ecclesiæ Tholosanæ administratorem in eisdem Spiritualibus, Donec dictus Ludouicus vigesimumquintum suæ ætatis annum huiusmodi expleuerit, etiam vnà cum Ecclesia Adurensi, ac Monasteriis, dignitatibus, aliisque beneficiis Ecclesiasticis, per eundem Episcopū, pro tempore quomodolibet obtentis, ac omnibus facultatibus prærogatiuis, antelationibus, priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & aliis gratiis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, similibus administratoribus hactenus concessis, & imposterum concedendis, ac de iure, vsu, consuetudine, priuilegio, aut aliàs quomodolibet competentibus, & competituris, constituisse & deputasse, ac sibi curam & administrationem dictæ Ecclesiæ Tholosanæ, in eisdem spiritualibus plenariè commisisse.

Eadem quæst. num. 16, Ibi, Et sit ætatis triginta Annorum.

IN Gallia tamen sufficiunt viginti septem anni incepti, licet non sint completi. Namque non maior ætas in ipsis Episcopis requiritur. Vt palàm est ex §. 1. innc. Ibi doctrina Rebuffi, post Dayma, in verbo, constitutum. in fine. de regia ad Prælat. nominat. faciend. in concordat.

§. 20, *num.* 2. Athanasium iam Senio confectum delegisse Coadiutorem & successorem.

¶ QVin & ipse Diuus Petrus Coadiutores sibi Linum & Cletum asciuit, & successorem sibi elegit Clementem Can. si Petrus. 8. qu. 1. vnde videtur quod Papa possit similiter, successorem suum designare, quod tamen negat gloss. in cap. si transitus. dist. 79. & in cap. Apostolica §. his omnibus in verb. Petrus. 8. q. 1. etiamsi Cardinales hoc statuerent, DD. & præcipuè Cardin. in Clem. ne Romani. de elect. quamuis alii possit indulgere vt successorem sibi faciat, can. Petiisti 7. q. 1. quia nemo sibi honorem assumit, c. in scripturis. d. q. 1. hinc cum alias Cælestinus 3. graui morbo correptus conuocatis coram se vniuersis Cardinalibus obtulisset se ipsum deponere de Papatu si ipsi consentirent in electionem Ioannis de Sancto Paulo Presbyteri Cardinalis Sanctæ Priscæ, omnes vna voce consentire recusarunt, Baron. ad annum Christi 1198. Sed quare Petrus potuit & successores Petri non possunt? Respondet glossa in d. c. si transitus quia Petrus vmbra sua curabat infirmos, quod successoribus non licet, vel dic quia successor Clementi similis facilè inueniri nequit, & officium non vitæ sed sanguini deferetur, d. §. his omnibus, vel quia tale postmodum fuit Statutum Ecclesiæ, quod non licet immutare, Can. quæ ad perpetuam 25. q. 1. & Papa eligens sibi successorem statutum facit in id tempus in quo non est futurus Iudex, l. eum qui de iurisdict. omnium Iudic. gloss. in d. §. his omnibus. Adde quod cum electio Petri de Clemente facta effectum suum non fuerit sortita (Clemens enim videns periculum exemplo quod aliquis successorem sibi eligat, noluit Pontificatum acceptare, vt obseruat gloss. in d. c. si Petrus) incongruum esset Papam cum effectu id agere posse, quod Petro non licuit. De materia coadiutorum vid. Garciam. de benef. p. 4. cap. 5. & Lotter. de re beneficia. lib. 2. q. 25. post alios quos citant & Caue à Gregorio Tholosano de benefic. cap. 30. n. 2. vbi ait Coadiutorias cum futura successione videri detestabiles in iure ex cap. accepimus de pactis, quod tamen non loquitur de Coadiutoriis quæ Sacris Canonibus inimicæ non sunt, sed potius cum iure commune conformitatem habent vt videre est in præfato c. Petiisti, in cap. si ait. §. Ecclesia, & c. cum autem 7. q. 1. & cap. 2. de præb. in 6.

QVÆSTIO XXI.

An Oeconomus habeat facultatem recipiendi resignationes, explicatur: quando detur œconomus: quibus casibus: & quid possit facere.

SVMMARIVM.

1 QVæro vigesimo primò, An Oeconomus possit recipere resignationes beneficiorum? Respondeo negatiuè, quia Oeconomus datur & constituitur auctoritate superioris ad gubernandas res Ecclesiæ, dum prælatus non potest administrare, vel in

1 Ecclesia † vacante, vt in l. iubemus. in princ. Cod. de
Sacrosanct. Eccles. l. omnes. §. hoc nihilom. C. de Episc.
& Cler. can. quia in quibusdam, dist. 89. cap. cum no-
bis, de off. ordin. can. volumus, & can. vlt. d. dist. 89.
vbi appellatur vicedominus. Specul. in tit. de his qui
alie. non poss. §. 1. ver. Oeconomus. Io. de Grass. de
subst. procur. verb. Oeconomus, num. 1. & 2. & ideo
2 Sebast. Medic. de diffinit. diff. 29. num. 6. diffinit, †
Oeconomus est dispensator Ecclesiæ, seu defensor, cui
res Ecclesiæ, gubernandæ mandantur, & sic non pote-
rit † donare cum huiusmodi potestas ea his non sit data
3 vt per Mascard. de probat. concl. 554. & per conse-
4 quens neq. conferre † & recipere resignationes, iuxta
5 ea quæ latè supra scripsimus. Hinc non potest res †
Ecclesiæ alienare. Alciat. de præsump. præsump. 29. nu.
5. Redoan. de reb. Eccles. non alien. qu. 21. num. 2. &
6 qu. 22. nu. 3. tum quia conferre † est donare. Glo. in
cap. relatum. de præben. & alienare, vt ibi docto. di-
7 cunt, & ob id collatio beneficiorum inter bona †
Episcopalia computatur. Gloss. in cap. cum olim. de
maio. & obed. Stafil. de ex expect. verb. inter formas.
num. 30. fol. 265. & ob id potestas conferendi benefi-
8 cia dicitur † extraordinaria, & odiosa, vt signanter
scribit Dec. cons. 118. colu. 1. ver. 3. facit. & per con-
9 sequens talis potestas non venit in verbis † generali-
bus, nisi expressè dicatur. cap. vlt. de off. vic. lib. 6.
Rot. dec. 1. eo. tit. in antiq. Card. Paris. cons. 80. nu.
17. & 18. vol. 4. Roland. à Val. cons. 47. num. 19.
lib. 1.

Limita tamen non procedere quoties Oeconomus
datus per summum Pontificem, & sedem Apostolicam
ad administrandam aliquam Ecclesiam Cathedralem;
haberet facultatem instituendi, & destituendi, & vt
10 possit exercere † omnia quæ sunt iurisdictionis Episco-
palis, vt in casu Pelegr. decis. 272. lib. 3. in manuscrip.
Pute. decis. 275. lib. 5. vt euenit Ecclesiæ Montis fa-
lisci, teste Mandos. reg. 27. Cancell. q. 16. in principio,
quia hoc casu posset recipere resignationem beneficio-
rum, iuxtà ea, quæ scribit Inno. in cap. quod in dubiis,
sub nu. 3. de renun. Card. Zabarell. cons. 112. in quinto
dubio. Rot. decis. 6. de renunt. in nou. Gabriel. consil.
187. num. 4. lib. 1. & communiter docto. vt suprà di-
ctum est.

11 Dubium tamen † est, an talis Oeconomus cum hu-
iusmodi facultate instituendi deputatus, possit conferre
beneficia litteris non expeditis, stante sola signatura
supplicationis. Partem negatiuam videtur tenere Man-
do. d. reg. 27. de non iud. iuxta form. suppl. q. 27. nu.
12 1. cum seq. 1. quia † conferre beneficia est quid iuris-
dictionis. cap. nosti. cap. transmissa. de elect. sed iuris-
13 dictio in habitu tantùm traditur, non in actu † ante
expeditionem, & presentationem litterarum, cap. pa-
storalis, in fi. de rescr. cap. super eo, 2. de appell. cap.
audita. & ibi Abb. in 6. not. de rest. spol. Bellam. de-
cis. 110. colum. 5. Io. And. in cap. eam te. in fin. de
rescr. Lap. alleg. 81. nu. 6. Crauett. con. 224. num. 4.
Paris. con. 12. num. 18. volum. 4. communis opinio
teste Romano in l. absenti. in prin. ff. de donat. & re-
quiritur expeditio litterarum respectu exercitij, adeo
quòd ante gratia non dicitur facta ad hunc effectum,
Ioannes And. & Gemin. in proœ. 6.

Secundo ex extrauag. Iniunctæ, de elect. in com-
14 mun. vbi Bonif. viij. multis argumentis probat † pro-
motos in curia non debere ad proprias eccl. redire sine
litteris suæ promotionis, qui si secus fecerint, pro
prælatis non sunt habendi, pœnasq. incurrunt ibi ex-
pressas, & non possunt administrare, nec debent recipi,
& alia vt ibi dicitur.

15 Tertiò quia collatio † fieri non potest vigore alter-
natiuæ litteris non expeditis, vt fuit resolutum in Rot.
25. Iunij 1546. coram Episcopo Rauellen.

16 Quartò quia executor litteris † non presentatis non
habet iurisdictionem, vt pluries censuit Rot. & tradit
Cassad. decisio, vlt. nu. 12. de restit. spoliat. Bellam.
dec. 2. colum. 2. Card. Paris. con. 12. num. 18. volum.
4. Crauett. cons. 134. num. 22. Cassan. con. 10. col. 4.
Sarn. de mand. de proui. num. 138. Ita † & legatus. 17
Aret. con. 68. nu. 2. Roman. con. 253. communis opi-
nio teste Socio. in l. multum ante. num. 6. de cond. &
demonst.

His tamen † non obstantibus contraria opinio est 18
vera, & recepta, vt Oeconomus possit conferre be-
neficia ex sola supplicatione ante expeditionem litte-
rarum, quam opinionem tenuit Rot. coram Pelegr. die
25. Octobris 1549. teste Put. decis. 175. dubitauit. li. 3.
nam ille erat deputatus Oeconomus in supplicatione,
ideo sola signatura gratiam perficit, † est communis 19
opinio, de qua per Felin. in rub. de const. & ex reso-
lutione contrariorum apparebit de veritate huius con-
clusionis.

Non obstat primum argumentum, quia respondetur
exercitium esse satis concessum per solam Signaturam.
Non obstat 2. loco dic. extrau. iniunctæ. quia respon-
detur † illam loqui de titulari & ideo non habere lo- 20
cum in commendatario ad tempus, fuit resolutum in
Rot. 9. Decembris 1542. sed Oeconomus non dicitur 21
titularis, sed potius quidam commendatarius. Put. dic.
decis. 275. nu. 1. ergo dic. extrau. non habet locum in
Oeconomo.

Ad tertium respondetur illam decisionem procede-
re, quando alicui prælato in diœcesi aliena concessum
est indultum conferrendi beneficia in mensibus Papæ;
vt contigit Cardinalibus, nam isti non potetunt con-
ferre litteris † non confectis, & ita procedit decis. su- 22
pra alle. nam huiusmodi facultas est extraordinaria,
collatoribus preiudicans, & restringenda. clem. 2. de
off. ord. Cassad. decis. 8. num. 6. de præben. si verò
proprio Episcopo in sua diœcesi, & ciuitate fuerit † 23
concessa alternatiua, sufficit sola supplicatio, vt fuit
resolutum in vna Portugallen. coram Put. 19. Octo-
bris 1546. teste eod. decis. 5. sub tit. de off. vic. in ma-
nuscriptis, de qua re latè Mandos. reg. 26. Cancell.
col. 1. & 2.

Ad quartum respondetur decisiones illas loqui in
illis executoribus, qui non sunt in gratia nominati, sed
eorum nominatio dependet à Cancellaria, ita declarat
Put. dic. decis. 275. num. 5. Mandos. dic. q. 27. in fine,
quod secus erat hic, cum Oeconomus expressè in sup-
plicatione esset deputatus.

Lib. 7. q. 21. numer. 8. Ibi, Potestas conferendi
beneficia dicitur extraordinaria, &
odiosa.

HOc intellige, quatenùs inhæret personæ alteriùs,
quàm ordinarij: Potestas enim quam habet Epis-
copus conferendi beneficia, quæ in sua Diœcesi
existunt, dicitur naturalis & fauorabilis, vt est commu-
nis omnium Doctorum sententia; quæ probatur per Can.
peruenit. 11. q. 1. & Can. nullus. 16. q. 7.

Eadem q. numer. 10. Ibi, & vt possit exercere omnia,
quæ sunt iurisdictionis Episcopalis.

TVnc enim res careret difficultate, ob illi attributam
à sede Apostulica potestatem, quæ in dubium reuo-
cari non debet. cap. proposuit. §. licet. de concess. præ-
bend.

Eadem q. numer. 19. versic. non obstat. Ibi, exercitium
esse satis concessum, per solam signaturam.

QVia nisi sa res ita haberet, non concederentur sig-
naturæ, sine litteris Apostolicis. Ex tali ergo con-
cessione inducitur coniectura voluntatis summi Pontifi-
cis, concedentis simplices signaturas super prouisionibus
beneficiorum inferiorum in partia reducta existentium
pro tempore vacantium, quæ est, vt ad id ab eo delegati,
iniunctum sibi munus, visis dictis signaturis debitè veri-
ficatis, & non expectata huiusmodi litterarum, seu (vt

Digitized by Google

vulgur vocat) bullarum expeditione aut exhibitione aequantur. Quod ita longo vsu in hoc Regno receptum esse, neminem latere existimamus. Sunt autem Bullæ Chartulæ complicatæ & lino traiectæ, seu prouisio Bulla extensa insignita. Eratque Bulla antiquitus (vt Mathæus, in Epistola dedicatoria summæ constitutionum summorum Pontificum & rerum in Ecclesia gestarum testatur) insigne puerorum prætextatorum, quod dependebat eis ab pectore, vt significaret eam ætatem alterius consilio regendam. Et hinc Papæ constitutio Bulla dicitur. De qua latiùs per rebuffum in elucidationibus Bullæ Cœnæ Domini in verbo, Bullarum. Et nouissimè per Gregorium in sintagmate iuris vniuersi parte 2. lib. 17. cap. 15. num. 21.

y. 21. num. 1. Oeconomus datur &c.

¶ OEconomus sic grecè appellatus à Cura rerum domesticarum de iure non datur Ecclesiæ Cathedrali quoquo modo vacanti; quia Capitulum Succedit in administratione, cap. his quæ, & cap. cum Olim, de maiorit. & obedientia. de abbatiali verò distinguendum: Si enim vacat per obitum Abbatis idem dicendum, quod de Cathedrali, vt scilicet Monasterium in administratione succedat, cap. vlt. de regul. Clem. ne in agro. §. si quis autem. Versic. Abbate de elect. si verò vacet per remotionem ob delictum, Conuentus non succedit in administratione temporalium, sed ad Curam illorum datur Oeconomus, cap. ea quæ de Stat. Monach, quia est suspicio contra capitulum quod tolerauerit Abbatem Criminosum, Panor. in d. cap. ea quæ num. 8. & 9. & ita intelligendum est cap. cum dilecta de rescript. Succedit tamen in administratione Spiritualium, quia quoad hæc nihil fuit innouatum per dictum Capitulum ea quæ, debet autem Oeconomus esse Clericus si deputetur ad Curam spiritualium, c. in nona 16. q. 7. cap. edoceri de rescript. & cap. ex ratione de ætat. & qualit. Sed ad Curam temporalium tantum potest etiam laicus constitui, Specular tit. de Oeconomo, arg. cap. in singulis, dist. 97. Imò & is debet esse Clericus, cap. iudicatum dist. 89. Cui autem competat ius ponendi Oeconomum? Dic quod in collegiatis competat Capitulo, Innoc. in cap. vnic. vt Ecclesiast. benef. sine diminut. conferantur: In Ecclesiis inferioribus liberis ei competit quamuis inferiori, qui conferendi ius habet, gloss. penult. in fine in cap. cum vos. de offic. ordin. In Patronatis Patrono Ecclesiastico d. capit. cum vos; non autem Patrono laico, eod. cap. Sed habenti instituere, d. gloss. penult. nisi custodia Ecclesiæ vacantis spectaret ad Patronum laicum ex priuilegio, præscriptione, vel reseruatione in limine fundationis, Hostien. in d. cap. cum vos & tunc aut ipse erit Oeconomus, aut Clericum & non laicum committet, Lambertin, de iurepat. p. 1. lib. 2. q. 1. art. 30. n. 1. alias committendo laicum, priuilegium, præscriptionem vel reseruationem extenderet. Sic apud nos vacante Ecclesia Cathedrali vel Abbatiali, Rex Clericum; non autem laicum ad Curam temporalium constituit.

QVÆSTIO XXII.

An resignatio possit fieri coram exequutoribus gratiarum deputatis à sede Apost. ad prouidendum de beneficijs vacantibus.

SVMMARIVM.

1 *Executores gratiarum non possunt resignationes recipere, & beneficia conferre.*
2 *Resignationis receptio debet expressè committi.*
3 *Executoris officium quale.*
4 *Executoris potestas pendet à mandato, & forma data.*
5 *Executor non potest conferre.*
6 *Executor non potest priuare beneficiis.*
7 *Executor potest recipere resignationes, si hoc ei fuit concessum in mandato.*

QVæro XXII. An executores gratiarum deputati à sede Apostolica ad prouidendum de beneficiis vacantibus, vel vacaturis, possint recipere resignationem alicuius volentis in eorum manibus resignare, vt ea recepta prouideant, negatiuè † 1
est respondendum, vt tenet Rot. decis. 2. verum si Episcopus. nu. 3. de resig. per Bisig. in antiquior. Rot. decis. 53. quæritur. de renunt. in antiq. Coras. de benef. parte 1. cap. 8. num. 17. vers. qui verò, & est communis opinio Doctor.

Quod probatur primò, quia necesse est, vt expressè committatur receptio † resignationis. cap. dudum, 2
circa princ. cum ibi not. de præben. in 6. his non videtur commissa, namque officium ipsorum est, vt prouideant † nominato de beneficio vacante, vel vacaturo. 3
Bellam. de benefi. permut. par. 5. q. 2. nu. 7. Selu. de benef. p. 3. q. 11. num. 109. & ipsius † potestas pendet à 4
mandato, & forma data, & ob id executor datus ad executionem mandati de prouidendo non potest † conferre beneficia, nisi ad hoc fuerit specialiter nominatus. Abb. per illum tex. in cap. super eo. de off. deleg. & in cap. vlt. de præsumpt. communis opin. vt per Io. Selu. de benef. p. 2. q. 18. num. 1. cum seq. 5

Secundò accedat, quia † executores non possunt 6
Inuitum destituere, ergo neque recipere resignationes. Innoc. in cap. quod in dubiis propè fin. de renunt.

Limita nisi in mandato facultas recipiendi resignationes esset data, nam † tunc absque dubio posset. 7
Coras. d. cap. 8. num. 17. ver. qui verò, & habetur in d. decis. 13. & communiter à DD. est receptum: quia in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat.

Lib. 7. quæst. 22. num. 1. Ibi, Negatiuè est respondendum.

QVia scilicet limitata causa, limitatos producit effectus in agris l. ff. de acq. rer. dom. l. ait Prætor. §. si insula ff. de flumin. l. age cum geminiano C. de transact. Molineus ad regulam de publicandis resignat. num. 72. in fine.

Eadem q. num. 5. Ibi, Nisi ad hoc fuerit specialiter deputatus.

FInes enim mandati sunt diligenter custodiendi vulg. l. diligenter, ff. mand. cap. cum dilecti, in fine. de rescript. vt etiam supra diximus.

Eadem quæst. num. 6. Ibi, Ergo nec recipere resignationes.

NIsi (vt Auctor subiungit) id agendi, ei concessa esset facultas. Fieri enim potest vt collatio ad eum pertineat, qui destituendi ius non habet. Sed resignationis admissio, ad eum solummodò spectat qui instituendi & destituendi habet auctoritatem, vt idem auctor suprà pluriès comprobauit.

Eadem quæst. num. 7. Ibi, Tunc absque dubio posset.

SEd vana est disputatio ista, postquàm mandata Apostolica, iamdudùm à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 19. de reformat. abrogata sunt. ¶ Mandata ad prouidendum de vacaturis dumtaxat sunt abrogata per Concilium; non autem ad prouidendum de vacantibus, & sic istorum respectu non est vana disputatio. Imò sunt etiam hodie apud nos Executores mandati ad vacatura videlicet indulti nominationis Curiæ Parisiensis, in quibus quæstio & eius resolutio aliquatenus procedere potest. Hi autem, recusantibus scilicet Ordinariis, sunt Sancti Maglorii Parisiensis, & sancti Victoris prope & extra muros Pa-

Digitized by Google

eibenses Monasteriorum Abbates, ac Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis, vt patet ex indulto Pauli 3. per Rebuffum Consil. 6. integre relato.

QVÆSTIO XXIIII.

An Capitulum Metropolitanæ, vel Cathedralis Ecclesiæ sede plena vel vacante habeat facultatem recipiendi resignationes, vt poterat Archiepiscopus, vel Episcopus, & quorum beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum plenâ sede, non potest recipere renunciationem beneficij, etiam ipsius Canonici.*
2 *Collatio & destitutio spectat ad Episcopum, & non ad Capitulum.*
3 *Capitulum cum Episcopo recipit renuntiationem, cum collatio, & destitutio spectat ad vtrunque.*
4 *In rebus communibus Capitulum non potest agere sine prælato.*
5 *Capitulum habens facultatem instituendi, & destituendi potest recipere renunciationem beneficij.*
6 *In renunciatione recipienda per Episcopum non requiritur consensus Capituli.*
7 *Magna dignitas an possit renunciari sine Capitulo?*
8 *In arduis requiritur consensus Capituli.*
9 *In renunciatione prælati non requiritur consensus Capituli.*
10 *Stylus seruandus.*
11 *An Capitulum sede vacante, possit recipere resignationem beneficiorum & num. 20.*
12 *Capitulum sede vacante non potest aliquem licentiare ab Ecclesia.*
13 *Capitulum non succedit in Iurisdictione voluntaria mortuo prælato, limita vt num. 25.*
14 *Resignationis receptio est iurisdictionis voluntariæ.*
15 *Capitulum sede vacante non potest alienare.*
16 *Resignare est alienare.*
17 *Capitulum sede vacante non dat licentiam transeundi, de loco ad locum, contra num. 29.*
18 *Capitulo sede vacante non competit Iurisdictio, nisi quatenus expressum reperiatur.*
19 *Capitulum sede vacante, non potest conferre beneficia quæ vacant per renuntiationem.*
21 *Renuntiatio facienda est in manibus illius, qui potest destituere, etiam inuitum.*
22 *Capitulum sede vacante potest destituere.*
23 *Capitulum sede vacante potest corrigere.*
24 *Capitulum sede vacante dicitur Ordinarius.*
26 *Capitulum sede vacante, succedit Episcopo in spiritualib. & temporalibus.*
27 *Capitulum sede vacante succedit in his, quæ sunt ordinis & iurisdictionis.*
28 *Capitulum sede vacante, potest omnia facere, quæ pertinent ad iurisdictionem.*
29 *Conferre, & recipere renuntiationem sunt separata.*
31 *Capitulum sede vacante, potest præstare auctoritatem Permutationibus.*
32 *Beneficium iuris patronatus, potest resignari, coram capitulo, sede vacante.*
33 *Capitulum sede vacante, potest instituere præsentatum.*
34 *Capitulum sede vacante, potest committere alteri renuntiationem beneficij.*
35 *Capitulum sede vacante, potest recipere renuntiationem quando fit in resignantes pænam.*
36 *Capitulum sede vacante, succedit in his, quæ sunt iustitiæ.*
37 *Capitulum sede vacante, potest recipere renuntiationem beneficiorum spectantium ad collationem ipsius, & Episcopi.*
38 *Capitulum sede vacante, non potest recipere permutationem beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi tantum.*
39 *Capitulum, & Episcopus considerantur, vt duo corpora quoties collatio spectat ad vtrumque.*
40 *Capitulum sede vacante, habens ex consuetudine ius conferendi, potest etiam spectantia ad solum Episcopum conferre.*
41 *Ex vnica collatione sortita effectum acquiritur possessio &c.*
42 *Pertinentia collationis probatur per famam, & communem reputationem.*
43 *Clericatus probatur per communem reputationem, vt & Legitimatio.*
44 *Capitulum sede vacante, non potest præscribere facultatem recipiendi resignationes.*
45 *Sede vacante, non potest inchoari, nec currere, nec etiam finire, præscriptio &c.*
46 *Capitulum in casibus, quibus potest recipere renuntiationem, & conferre, debet hoc facere ante propositionem faciendam in Consistorio.*
47 *Factâ propositione in Consistorio de Episcopo, Capitulum eo ipso non potest conferre.*
48 *Vacatio sedis Episcopalis durat vsque ad confirmationem.*
49 *Prouisio Apostolica habet vim electionis, & confirmationis.*

QVæro vigesimo tertiò. An Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, aut Metropolitanæ vel Collegiatæ insignis possit recipere resignationes beneficiorum distinguendum est, Aut loquimur in Capitulo plena sede, aut in Capitulo sede vacante.

Primò casu constituenda est conclusio, Capitulum Plena sede non posse recipere † resignationes beneficiorum etiam ipsorum Canonicorum, vt in terminis voluit Inno. in cap. quod in dubijs. num. 3. & ibi Abb. num. 6. vers. sed est dubium. de renunc. Card. Zabarel. in clem. vnica nu. 8. eo. tit. DD. in cap. vlt. eo. tit. extr. & communiter alij. 1

Ratio quia † collatio, & destitutio regulariter spectat ad prælatum, vt est communis DD. sententia, ergo & receptio resignationis, Franc. in cap. 1. num. 8. de rer. permut. lib. 6. 2

Amplia etiam, si Collatio & destitutio spectaret ex priuilegio communiter ad Episcopum, & Capitulum, nam hoc caso non posset Capitulum recipere resignationem † nisi cum Episcopo. Put. decis. 414. num. 3. 3
lib. 2. in rebus † enim communibus Capitulum sine 4
prælato agere non potest. Abb. in cap. 1. de rescr.

Limita nisi ex priuilegio, & consuetudine haberet Capitulum, facultatem instituendi, & destituendi ad quædam beneficia, nam hoc casu posset † recipere resignationes illorum beneficiorum. Ion. communiter 5
receptus in d. cap. quod in dubiis. num. 3. vers. Nisi, Abb. num. 6. vers. est dubium, & alij omnes, & ita practicari attestatur Bonifac. de Vitall. in clem. multorum, num. 60. de pœn.

Dubium tamen est, an consensus Capituli debeat interuenire in renuntiatione, vltra auctoritatem Prælati recipientis resignationem, regula est † negatiua 6
Inn. in d. cap. quod in dubijs. num. 2. Card. Zabarell. alios cit. in clem. vnica. sub num. 8. de renun. & communiter Doct. à qua excipiunt duos casus, quorum primus est, quando renuntiaretur † magna dignitas. 7
Inn. d. cap. quod in dubijs. nu. 2. vers. nisi Abb. nu. 5. Aug. can. statuimus. 19. q. 3. cap. si quod. dist. 58. Secundus si esset persona, de qua magnus honor, vel periculum Ecclesiæ immineret, Inn. & Abb. locis cit. Compostell. Hostien. quos refert, & sequitur Zabarel. in clem. vnica, sub nu. 8. de renunt. nam tunc esset magnum negotium & arduum, in quo requiritur consensus Capituli, cap. quanto. de his quæ fiunt à præl. 8
Abb. in cap. at si clerici. §. de adulteriis. num. 16. de

Aa 3

Digitized by Google

iudi. sed quicquid sit de iure, huiusmodi consensus non
requiritur hodie, vt communiter in praxi obseruatur
ab omnibus. Ideo dicit Cardin. Zabarell. dict. clem. 1.
sub num. 8. quod satis est quòd Capitulum non contra-
dicat.

Immò quod est plus communiter etiam practicatur,
9 vt consensus Capituli non requiratur † quando renun-
tiat ipse Prælatus, quicquid alij voluerint, ita seruat
10 communis stylus † à quo non est recedendum, cap.
quam grauis de crimin. fals. Marsil. sing. 118. Cur. Iun.
cons. 178. num. 13. & communiter DD.

11 Secundo casu, † an Capitulum sede vacante possit
admittere resignationes beneficiorum. Negatiuam opin.
videtur tenere Gloss. in cap. fraternitatem. in verb.
licentiam, dist. 71. dum scribit Capitulum, dum sedes
12 vacat, non posse aliquem † licentiare ab Ecclesia, &
ibi Archid. in vers. in glos. sed nunquid. Vinc. in cap.
cum olim. de maior. & obed. Rebuff. in prax. benef.
tit. de deuolut. nu. 94.

Pro qua opinione primò adducitur, quia Capitulum
13 non succedit in iurisdictione voluntaria † mortuo præ-
lato. Ioan. Monach. in cap. vlt. de supplen. Prælat. ne-
glig. Archid. in cap. Episcopus. eod. tit. Glos. in clem.
14 1. de hæret. sed receptio † resignationis est iurisdictio-
nis voluntariæ, quia Capitulum potest admittere, &
non admittere ex causa, ad not. in cap. admonet. de
renunt. ergo &c.

15 Secundò, quia alienatio omnis † est interdicta Ca-
pitulo sede vacante. can. si qua. 12. q. 2. Ioan. Monach.
in cap. vnicu. de maior. & obed. lib. 6. sed receptio
16 resignationis est quædam alienatio, † Calder. cons. 3.
in fi. de renunt & maior est, quam alienatio rei, can.
præcipimus. 12. quæst. 1. & ideo non datur sede vacan-
17 te licentia transeundi † de loco ad locum, dict. cap.
fraternitatem. Calderin. cons. 3. in fin. de renunt.

Tertiò quia Capitulo, sede vacante, non competit
81 iurisdictio, nisi quatenus expressum † reperiatur, cap.
ex indulgentia speciali, cap. ex parte. de rescript. latè
Archid. dict. cap. fraternitatem, sed hoc non reperitur
expressum ergo.

Quartò, quia Capitulum sede vacante non potest
19 conferre beneficia, quæ vacant † per resignationem.
Ioan. Andr. in clem. vlt. in gloss. penult. de rerum per-
mut. ergo minus recipere resignationes, nam aliàs ca-
pitulum posset donare, posset alienare, & alia facere
quæ ei interdicuntur, iuxtà ea, quæ suprà dicta sunt,
& hæc opinio in puncto iuris est verior.

20 His tamen non obstantibus contraria † opinio est
communis, & ab ea non est recedendum in iudicando,
vt Capitulum sede vacante possit recipere resignatio-
nes beneficiorum spectantium ad collationem Episco-
pi, ita fuit resolutum in Rota à maiori parte, vt ha-
betur decis. 6. fuit dubitatum. de rer. permut. in nou.
Federic. de sen. in tract. de permut. benef. quæst. 36.
num. 61. vers. sed contrarium videtur, Ant. de Butr. in
cap. quod in dubijs. 3. col. vers. nunquid ante Capitu-
lum, Abb. num. 7. de renunt. idem Abb. in cap. cum
olim. num. 5. vers. sexto dubitatur. de maior. & obed.
Gemin. in cap. 1. sub num. 5. vers. vigesimo secundò
an possit, eod. tit. lib. 6. Franc. in cap. 1. sub num. 9.
de rer. permut. lib. 6. Pauin. de potest. cap. sed vac. se-
cunda part. quæst. 2. num. 11. cum alijs, vt per Felin. in
dict. cap. cum olim, num. 4.

21 Primò, quia resignatio † debet fieri in manibus il-
lius, qui potest inuitum destituere, vt suprà conclusum
est, & non in manibus collatoris, Innoc. in d. cap.
quod in dubijs. Abb. & alij omnes, sed Capitulum
22 sede vacante potest † inuitum destituere, priuando ali-
quem beneficio propter crimen, cum in iurisdictione
succedat, dict. cap. cum olim. de maior. & obed. vbi
Abb. & alij Io. And. in cap. primo de postul. Prælat. in
nouel. & est communis opinio teste eod. Io. And. dict.
cap. cum olim. relato à Pauin. tract. de sede vacant. q.
23 p. 1. par. sub nu. 4. ac † corrigere, punire, Io. Andr.
in cap. vnu de maiu. & obed. in 6. in nou. Hinc est,
quod Capitulum sede vacan. dicitur ordinarius, † ex- 24
trau. execrabilis. §. cæterum. de præb. vbi postquam
dixisset, quòd recipientes secundum curatum, debent
dimittere primum in manibus ordinariorum, subdit,
cæterum ordinarios intelligimus &c. vel Ecclesijs Ca-
thedralibus vacantibus Capitula eorundem.

Non obstant † in contrarium adducta, ad primum 25
respondetur ex mente Fede. de Sen. loco cit. quòd plu-
rima potest Cap. Sede vacan. de pertinentib. ad Episc.
quæ sunt iurisdictionis voluntariæ. Ioan. And. in d. cap.
vno. de maior. & obed. li. 6. in nou.

Ad 2. respondetur, quòd Cap. succedit Episcopo ge-
neraliter in spiritualibus † & temporalibus, cap. pen. 26
& vlt. in gl. 1. de suppl. neg. præla. & in his quæ † sunt 27
ordinis, & iurisdic. Butr. Zabarel. Abb. in d. cap. cum
olim. communis opin. teste Pauin. d. 2. par. quæ. 1. sub
numer. 4. ver. item ratio, & potest omnia facere, quæ
pertinent ad iurisdictionem, † gl. in cap. 2. ne præl. 28
vic. suas. Cum Cap. sit vnum corpus, cuius Caput est
Episc. cap. nouit. de his, quæ fiunt a præl. cap. cum non
deceat. de elect. li. 6. Pauin d. p. 5. quæ. 5. num. 1. & 2.
ideo potest maxima crimina punire, cap. ad abolendam.
de hæret. & alia facere, de quib. Abb. & Fel. in d. cap.
cum olim. Accedat, quia admittere resignationes non
est propriè alienatio, cum non conferat, eoque magis,
quia falsa est opin. Docto. antiquorum, quòd Capitu-
lum Sede vacan. non possit dare licentiam † transeundi 29
de vna Ecclesia ad aliam. Rot. p. dec. 6. nu. 3. de rerum
permut. in nou.

Ad 3. respondetur, quòd immo succedit in iurisdi-
ctione, cum succedat in omnibus, Feder. de Sen. consil.
30. in fin.

Ad 4. respondetur, quòd hæc sunt separata inter se,
scilicet conferre, & recipere resignationem, quando
quidem potest ad vnum spectare collatio, & ad alium
receptio † resignationis, Gabriel. cons. 187. lib. 1. & 30
plura adduxi suprà.

Vnde concludendum est posse recipere resignationes
beneficiorum Capit. Sede vacan. potest etiam auctori-
tatem † præstare permutationib. beneficiorum, Federic. 31
de Sen. cons. 30. col. 2. vers. propterea facere Franc. in
cap. vnico. numer. 5. vers. 2. dubitatur. de maior. &
obed.

Amplia primò, hanc conclusionem procedere in qui-
buscunque beneficijs etiam iurispatr. nam si beneficium
est iurispatro. & possidens illud beneficium † renuntiet 32
coram Cap. si patroni sciant, & non contradicant, vi-
dentur factum Cap. & resignationem approbare. Host.
in cap. ex ore. de his, quæ fiunt à maior. par. Archid. in
cap. si seruus, dist. 54. cum alijs adductis per Paul. de
potest. Cap. sede vacan. part. 2. q. 2. num. 15. Si autem
post admissionem resignationis beneficij iuris patr. fa-
ctam à capitulo patronus † præsentet aliquem, & capi- 33
tulum instituit præsentatum, institutio valet, vt habe-
tur in decis. 6. de rer. permut. ver. ponamus, in nou. se-
quitur Pauin. d. q. 5. sub num. 15. vers. subdit etiam, &
est communis opinio, ratio, quia præsentando, vide-
tur tacitè renuntiationem admittere, arg. eorum, quæ
habentur in cap. ex ore. de his quæ fiunt à maior. part.
capit.

Secundò amplia posse cap. † committere alteri re- 34
signationem benef. Pauin. de potest. cap. Sede vacan. 2.
par. q. 2. num. 15. versic. & licet.

Declara primò conclusionem procedere, quando fit
resignatio in resignantis pœnam, nam † hoc casu potest 35
Cap. recipere resignationem. Ita Lap. in add. ad tract.
de permut. benef. Feder. de Sen. q. 36. num. 62. in fin.
Pauin. d. p. 2. numer. 12. & communiter DD. arg. cap.
quidam, de rerum permut. & extrauag. execrabilis. §.
qui vero & §. cæterum, de præb. & ratio est, quia ad-
missio d. resignationis pertinet ad iustitiam, & in his
quæ sunt iustitiæ succedit Cap. sede vacan. † non autem 36
in his, quæ sunt gratiæ, Ioan. And. in cap. vno. de ma-
ior. & obed. in nou. Ideo inquit Lap. resignationem
gratiosam non posse admitti à Cap. Sede vacan.

Secundo declara conclusionem procedere in his be-
nefic. in quib. collatio ad Episc. & Cap. pertinet simul.
37 namque horum beneficiorum mortuo Episc. †Cap. po-
test resignationem admittere, ita declarat Rota dict.
decis. 6. num. 5. prope fi. de rer. permu. in nou. vbi ad
hoc allegat Ioan. And. in clem. vnica, de rerum per-
mut. Paun. in clem. 1. de hæret. & quamuis Paun. d.
part. 2. q. 2. sub num. 13. teneat cap. Sede vac. posse re-
cipere resignationem beneficiorum, etiam spectantium
ad collationem solius Episcopi, tamen contraria opin.
est verior, & communis, quam etiam tenuit Rot. in
vna Illerden. die 6. Nouembris 1545. cor. Reum. dum
38 firmauit capitulum Sede vacante † non posse recipere
permutationem, ac resignationem beneficiorum spe-
ctantium ad collationem Episcopi dumtaxat, sed solum
spectantium ad collationem vtriusque vt attestatur
Card. S. Crucis, decis. 11. alias 12. in manuscr. & Put.
39 decis. 229. p. 2. nam quoties † collatio spectat ad Epis-
copum & capitulum simul, consideratur vt duo corpo-
ra, vt fuit decisum in vna Tol. Canonicatus, & præbe.
die 27. Aprilis 1548. teste Put. decis. 117. part. 3. vnde
cum cesset vnum, & alterum succedat in locum alte-
rius, Abb. in cap. cum olim, sequitur, &c.

Excipe tamen ab hac declaratione, quando capitu-
lum sede vacante est in possessione conferendi, & reci-
piendi resignationes omnium beneficiorum etiam spe-
ctantium ad collationem solius Episcopi, nam tunc pos-
40 set recipere resignationem & conferre † omnia benefi-
cia, vt colligitur ex decis. 237. Seraphni. Incip. domi-
ni dixerunt. li. 1. in manuscr. nam in istis attenditur
possessio, cap. consultationibus, de iur. patr. Abb. in
41 cap. bene. 2. nume. 9. de postul. præl. Immo ex vnica †
collatione sortita effectum, acquiritur possessio confe-
rendi. glos. in cap. cum Ecclesia. verb. Trium. de caus.
poss. Dec. cons. 126. colum. 1. communis opinio teste
Ferre. cons. 2. num. 3.

42 Pertinentia autem † collationis probatur per famam,
& communem reputationem, Mil. in reper. vers. pro-
batio, Lap. alleg. 89. sub num. 8. Dec. in cap. 1. col. 4.
de appel. Cardin. S. Crucis decis. 27. in manuscr. com-
munis opinio, latè per Mascard. de probat. conclus.
43 173. per totam. Ita clericatus † probatur per commu-
nem reputationem, Card. S. Crucis decis. 23. ac legiti-
matio. Idem Card. S. Crucis decis. 76. hinc die veneris
27. Ianuarij 1584. coram R. P. D. Hippolito Aldo-
brandino nunc Card. Amplissimo fuit tentum ad susti-
nendam collationem factam ab Abbate sufficere fa-
mam, & quasi possess. conferendi, in vna Esuen. Prio-
ratus, & sufficere communem reputationem fuerat ten-
tum in vna Legionen. parochialis S. Laurentij 16. Fe-
bruarij 1562. vt habetur in recollectis manuscr. per
Orad. li. 1. tit. de resig. incip. in vna legion.

Alias autem fuit resolutum in Rot. capitulum Sede
44 vacante non posse præscribere † hanc facultatem reci-
piendi resignationem, vt habetur decis. 7. de rer. per-
mut. in nou. de qua facit mentionem Abb. in cap. cum
olim. nume. 2. sub vers. sexto dubitatur, quia Sede va-
45 cante inchoari, nec † currere, nec etiam finiri potest
præscriptio, cum careat Ecclesia legitimo defensore, &
sit pupillus cap. 3. & cap. de quarta. de præscr. Abb.
cap. ex transmiss. 2. colum. versic. tertius Casus.

Tertiò declara, vt in casibus in quibus Capitulũ Sede
vacante potest recipere resignationes benef. & illa
conferre, debeat hoc facere ante prouisionem facien-
46 dam † in Consistorio de prælato, quia tunc vacat sedes:
facta autem huiusmodi prouisione, nequaquam potest,
& hæc est communis opinio ab omnibus recepta, etiam
47 antequam capiat possessionem, † vt fuit resolutum in
similibus terminis in Rot. in vna Burg. Canonicatus
die veneris 28. Ian. 1583. coram R. P. D. Scipione Lan-
celotto tunc Auditore Rotæ, nunc Card. Amplissimo,
48 nam vacatio † durat vsque ad confirmationem, gloss. in
clem. 1. verbo collatio. vt lite pend. Felin. in cap. cum
49 Bertoldus, num. 3. de re iudic. & prouisio † Apost. ha-
bet vim electionis & confirmationis. Cald. cons. 4. de
elect. Fel. in cap. 2. colum. de rescrip.

Lib. 7. quæst. 23. num. 5. Ibi, Nam hoc casu posset.

Simile priuilegium habet Capitulum Ecclesiæ Tholo-sanæ, ratione octodecim ex viginti quatuor Capellaniis, seu Præbendis de communitate nuncupatis, inibi fundatis. Dum enim aliqua earum vacat, præsentatio personæ idoneæ, in ea, ad præsentationem huiusmodi, per Præpositum, & Cantorem prædictæ Ecclesiæ coniunctim instituendæ, ad Canonicum pro tempore existentem Hebdomadarium eiusdem Ecclesiæ, ex indulto fœlicis recordationis Iulii Papæ huius nominis secundi, & actis, folio 80. registri scriptis, spectat & pertinet.

Eadem q. n. 9. Ibi, Et consensus Capituli non requiratur quando renuntiat ipse Prælatus.

Sed tunc in Gallia, iuxta concordata, loco consensus, seu electionis capituli, succedit personæ præficiendæ Regia nominatio, Sedi Apostolicæ, ac pro tempore existenti Romano Pontifici facienda. Idem quoad virorum Monasteria cuiusuis ordinis, præterquàm ea, quæ sunt capita ordinum Cisterciensis, Cluniacensis, Grandimontensis, & Præmonstratensis: His enim etiam in Gallia, per electionem prouidetur, post constitutionem Blesiis editam de anno 1577.

Eadem quæst. numero 40. Ibi, Et conferre omnia beneficia.

Sed quòd hæc forsan deinceps non obtineant, ex eo vtcumque perspicuum sit, quòd nupèr Arrestum, quo in vniuersum cunctis Regnicolis inhibitum fuit, ne posthàc in dubium, seu quæstionem reuocare audeant, an Rex Franciæ, in quibuslibet sui Regni, ac aliis sibi subiectis Ecclesiis, ius Regaliæ (hoc est sede Episcopali vacante, beneficia, quæ ad Episcopi collationem spectant, vacantia, demptis curatis, conferendi potestatem) habeat, die 24. mensis Aprilis 1608. in Parlamento Parisiensi pronunciatum fuit, vt Dominus Seruinus, Tertio suorum litigatorum volumine arresto 1. refert. Qua tamen de re videndus Carondas lib. 1. Pandectarum iuris Gallici cap. 17. fol. 184.

Eadem qu. num. 46. Ibi, Facta autem huiusmodi prouisione, nequaquam potest.

De hoc videndus Rebuffus in sua praxi beneficiaria, tit. de commenda. num. 55. & tit. de simonia in resignat. num. 25. & seq. vsque ad finem tit. & tandem Gonzalez in commentatione ad regulam 8. Cancellariæ de mensibus & alternatiua Episcoporum gloss 15. §. 1. num. 88. qui ait cauendum esse à Flaminio Parisio (dicente cessare vacationem, & potestatem Capituli, statim post prouisionem ante captam possessionem, & pro hoc citante decisionem Rotæ de die 28. Ianuarii 1581) cum à prædicta decisione recessum sit per aliam posteriorem de die 3. Iunii eiusdem anni.

qu. 23. num. 46. Facta autem huiusmodi prouisione nequaquam potest.

¶ Distinctio panormitani in cap. transmissam de elect. communiter recipitur, vt si Episcopatus vel Abbatia possessorem non habeat, quod forsan vacet per obitum, aut alias de iure & de facto, prouisus possit ante Captam possessionem beneficia conferre per d. cap. transmissam, c. nosti, & c. qualiter, Rebuff. in praxi, tit. de Simonia in resignat. num. 56. Ioan. de selua de benefic. p. 3. q. 15. num. 4. Chop. de Sacra Polit. lib. 1. tit. 2. num. 10. Rosinac. de re sacerdotali lib. 3. cap. 23. quia per electionem datur potestas administrandi in habitu: per confirmationem datur in actu, gloss. in c. quanto dist. 63. vnde sequitur quod possessio nihil operatur, est enim de solemnitate, & non de substantia sicut Missa Spiritus Sancti in

Digitized by Google

actu electionis, vt notat Panor. in d. cap. transmissam. Si verò aliter, incumbat possessioni iustæ, vel iniustæ, quia scilicet resignauit vel est intrusus, tunc non est licitum confirmato seu prouiso administrare & conferre nisi prius inducatur legitimè in possessionem: quia secus faciendo esset spoliare possessorem propria auctoritate, quod non licet, cap. cum qui de præb. in 6. & placuit 16. q. 6. l. si quis in tantam Cod. vnde vi. & §. nedum instit. de vi bonor. rapt. & resignans interim administrat. arg. l. meminisse 10. in princ. ff. de Offic. Proconsul. Charund. Pandect. lib. 2. cap. 12. & Maynard. lib. 8. cap. 3. vbi igitur collatio spectans ad Episcopum peragitur per Capitulum sede vacante ex consuetudine vel indulto Apostolico, vt in Ecclesia Tholosana, nunquam Prælatus conferre potest antequam possessionem sit assequutus cum possessio conferendi sit penes alium, Prælatum scilicet si sedes plena sit, vel Capitulum, si vacua. qui propria auctoritate spoliandi non sunt per supradicta.

QVÆSTIO XXIIII.

An Vicarius Episcopi possit renuntiationes beneficiorum recipere: quorum beneficiorum, quando & quomodo. Hac materia diffusè tractatur, nam ponitur regula cum multis ampliationibus & limitationibus, quam plures Rotæ decisiones in casibus occurrentibus facta referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi non potest recipere resignationes benefic.*
2 *Facultas admittendi renuntiationem debet specialiter commitți.*
3 *Episcopus potest dare Vic. facultatem recipiendi renunc.*
4 *Vic. non potest virtute generalis mandati, recipere renuntiationes.*
5 *Vicarius non potest vigore generalis mandati, conferre.*
6 *Vicarius habens facultatem administrandi spiritualia & temporalia, non potest recipere resignationem.*
7 *Vicarius ex facultate omnia faciendi vt Episcopus, non tamen potest conferre.*
8 *Conferre plus est, quàm admittere renuntiationes.*
9 *Comissio Vic. interpretanda, quatenus sonat, & strictè.*
10 *Vicarius ex facultate generali non potest priuare.*
11 *Qui non potest destituere non potest recipere renunt.*
12 *Mandatum habere* cum libera, & in specie *æquiparantur.*
13 *Vicarij receptio resignationis sustinetur, si prædecessor id fecit cum simili mandato.*
14 *Interpretatio fit, vt actus sustineatur.*
15 *Vicario data facultate conferendi, non venit recipiendi renuntiationes beneficiorum.*
16 *Conferre, & recipere renuntiationes differunt.*
17 *Habens ius instituendi de iure speciali, non potest destituere.*
18 *Iurisdictio voluntaria non includit contentiosam.*
19 *In facultate data Vic. etiam destituendi, non venit facultas recipiendi renuntiationis.*
20 *Destituere, & recipere renuntiationes differunt.*
21 *Habens ius destituendi de iure speciali, non potest recipere renuntiationes.*
22 *Episcopus potest dare Vic. facultatem recipiendi renuntiationes.*
23 *Papa dat administratoribus Ecclesiarum, facultatem recipiendi resignationes.*
24 *Papa dat Vic. Apost. facultatem recipiendi renunt.*
25 *Vicarius dicitur Ordinarius.*
26 *Administrator habet ordinariam iurisdictionem.*
27 *Iurisdictio simpliciter data facit quem delegatum.*
28 *Vicarius potest recipere resignationes beneficiorum electiuorum, & iurispatr.*
29 *Vicarius sine speciali mandato instituit præsentatos.*
30 *Vicarius cum speciali mandato potest recipere renuntiationes benefic. reseruatorum.*
31 *Reseruata non spectant ad Episcopum.*
32 *Vicarius extra dioecesim potest conferre.*
33 *Resignatio recepta per Vicarium valet etiam mortuo Episcopo, eo tamen inscio.*
34 *Valent gesta legati post reuocationem, antequam fuerit certioratus.*
35 *Episcopo mortuo expirat Iurisdictio Vicarij.*
36 *Reuocatio per mortem operatur effectum absque intimatione.*
37 *Episcopo mortuo in longinquis valet prouisio Vicarij.*
38 *Resignatio recepta per Vicarium valet etiam post renuntiationem aut translationem Episcopo inscio.*
39 *Sententia lata à iudicibus reuocatis, valet ante scientiam reuocationis.*
40 *An sententia Vicarij post renunc. Episcopi, valeat.*
41 *Resignatio recepta per Vicarium tenet ante scientiam.*
42 *L. si forte, ff. de off. præs. an procedat in beneficialibus.*
43 *Reuocationis ignorantia in dubio præsumitur.*
44 *Resignatio recepta per Vicarium tenet, etiam si ipse esset irregularis, aut inhabilis, si communiter habilis reputabatur.*
45 *Sufficit, quem reputari habilem communi hominum reputatione, licet sit inhabilis.*
46 *Instrumenta facta per Notarium inhabilem, valent, si reputabatur habilis.*
47 *Communis reputatio an sufficiat quoad spiritualia.*
48 *Renuntians scienter coram inhabili, nulliter renuntiat.*
49 *Spoliato, restitutio danda.*
50 *Vicarius non potest conferre beneficia resignata coram ipso nisi habuerit hanc facultatem.*
51 *Vbi requiruntur verba specialia, non sufficiunt generalia.*
52 *Collatio requirit speciale mandatum, aliàs non potest fieri à Vicario.*
53 *Plus est conferre quàm recipere resignationes.*
54 *Receptio resignationis est præparatoria ad resignationem.*
55 *Ex præparatorijs infertur ad præparatum.*
56 *Mulier amittit dotem propter adulterium.*
57 *Mulier amittit dotem propter osculum impudicum.*
58 *In materia strictissima ex præparatorijs non infertur ad præparata.*
59 *Mandatum ad renuntiandum non extenditur ad petendam translationem.*
60 *Mandatum habens ad locandum, non se extendit ad exigendam pensionem.*
61 *Mandatum habens ad petendum iudicem, non est sufficiens ad prosequendam litem.*
62 *Vicarius potest conferre ex causa permutationis.*
63 *Vicarius habens facultatem conferendi, non potest conferre reseruata.*
64 *Vicarius habens facultatem conferendi, non potest conferre ea, quæ Episcopus confert auctoritate Apostol.*
65 *Vicarius habens facultatem conferendi, potest conferre beneficia vacantia ante datam commissionis.*
66 *Vicarius non potest recipere resignationem beneficiorum obtentorum per Episcopum, cuius est Vicarius.*
67 *Episcopi & Vicarij idem est tribunal.*
68 *Nemo potest renuntiare in manibus inferioris.*
69 *Episcopus in cuius manibus debeat renuntiare beneficia quæ obtinet.*
70 *Vicarius Generalis non potest alium Vicarium Generalem facere.*
71 *Ius prohibet infinitatem.*
72 *Vicarius potest alium deputare ad recipiendum renunt.*
73 *Vicarius potest committere vices suas ad vnum ar-*

sic. & vnum causam.
74 *Administrator potest constituere Vicarium generalem, cum potestate conferendi beneficia, & recipiendi resignationes.*
75 *Locum tenens, alium locum tenentem deputare an possit.*
76 *Facultas recipiendi resignationem data Vicario, non transit ad eius successorem, ipso mortuo ciuiliter vel naturaliter.*
77 *Delegatio non transit ad successorem.*
78 *Causa commissa Vicario non transit ad successorem, seu Archipresb.*
79 *Vicarius etiam in choro præcedit Archidiaconum, quatenus est Vicarius, non quatenus est canonicus.*

QVæro XXIIII. An Vicarius Episcopi possit
beneficiorum resignationes recipere, regula
communis & recepta communiter à Doctor.
est negatiua, non posse Vicarium recipere re-
1 signationem † beneficiorum nisi fuerit ei data ab Epis-
copo huiusmodi facultas. Cal. cons. 3. de renunt. Fran.
in cap. vnico. num. 9. de ret. perm. Rebuff. in prax. be-
nef. tit. Form. vic. num. 104. cum seq. Ioan. Paul. Pro-
lom. decisio. 141. aliàs 235. in manuscrip.

Et ratio est, quia necesse est, vt specialiter commit-
2 tatur facultas admittendi † resignationem, cap. dudum.
de præben. lib. 6. cap. quæsitum de rer. permut. Cald.
dict. cons. 3. Rot. decis. 13. vers. & dic. de renont. in
antiq. vbi dicit requiri speciale mandatum ad hoc, &
3 posse Episcopum committere, & dare † generali suo vi-
cario hanc facultatem recipiendi resignationem, fuit
decisum in Rota, vt habetur dec. 2. de off. vic. in antiq.
arg. cap. vlt. eo. tit. lib. 6. Rot. etiam decis. 5. eo. tit.
in no. & est communis doct. sententia.

Amplia primo, vt non possit vicarius etiam virtute
4 generalis mandati admittere † resignationes beneficio-
rum, vt communiter doct. supra allegati volunt, & pro-
batur, quia ex vi mandati generalis vicarius non potest
5 † conferre beneficia, cap. vlt. de off. vic. lib. 6. vbi Ar-
chid. Ioan. Mon. Ioan. An. Gem. Franc. & alij, omnes,
Anton. de Butr. in cap. 2. eo. tit. lib. 6. Abb. in cap.
constitutus, sub num. 5. de conces. præb. Decius cons.
127. sub num. 3. Card. Paris. cons. 80. numer. 17. & 18.
vol. 4. Roland. à Vall. cons. 47. num. 19. lib. 1.

Amplia secundò procedere etiam si Episcopus con-
6 stituit Vicarium generalem cum potestate † admini-
strandi in spiritualibus, & temporalibus, & cum stipen-
dijs, honoribus, & præeminentiis datis aliis vicariis,
& cum plena & omnimoda potestate de omnibus cog-
noscendi, nam nihilominus iste Vicarius non poterit
admittere resignationes, etiam si adsint in mandato alia
verba generalia & prægnantia, namque debet fieri spe-
cifica mentio de hoc, quam ampliationem primò pro-
bo, quia vicarius non potest conferre beneficia ea
7 commissione † amplissima ei data ab Episc. etiam si in
commissione dictum fuerit, vt possit omnia facere, quæ
ipse potest, vt latè probat. Ant. de Butr. cons. 19. col. 2.
3. 4. Pauin. de off. & potest. cap. sede vacan. x. p. q. 10.
in terminis, egregie Dec. consil. 128. colu. 1. & tamen
8 nemini dubium est plus esse conferre, † quàm admitte-
re resignationes, arg. Glo. in cap. relatum, de præb. ex
quo satis colligimus, & ex aliis exemplis allatis a Re-
buff. in prax. titul. form. vic. commissionem vicarij
9 strictè. & † quatenus verba sonant esse interpretandam,
de qua re dicetur latius opportuniori loco. Accedit
10 quia ex dicta facultate non venit, potestas † priuandi ali-
quem, communis opin. vt resoluit Rebuf. dict. prax. in
tit. form. vicarius & tamen qui non potest destituere,
11 non potest † admittere resignationes. Inno. cap. quod
in dubiis, in fin. de renunt. Card. in clem. 1. nume. 16.
eod. tit.

Nec obstat decisio Rotæ facta in quadam causa co-
ram Ioan. Paolo. 22. Maij 1532. teste eod. Ioan. Paulo
decis. 233. Moedan. decis. 320. Episcopus, sub tit. de
offic. Vic. in manuscr. dum conclusit subsistere resigna-
tionem receptam à Vicario Sibien. vigore facultatis
sibi datæ, vt supra, nam respondetur, quòd Rota non
semouit ex eo, quia *habere mandatum † cum libera, & in* 12
specie, æquiparantur, l. procurator cum libera, l. man-
dato. vbi gloss. & Bart. ff. de procur. Dec. cons. 493.
num. 2. Cur. iunior. cons. 178. num. 20. Grat. cons. 159.
num. 7. lib. 2. Afflict. decis. 305. num. 6. sed quia pro-
batum fuerat, plenissimè per plures testes prædecesso-
res illius Vicarij per similia mandata solitos fuisse ad-
mittere † resignationes, & conferre beneficia resigna- 13
ta. Vnde ne tot resignationes controuerterentur, & ne
tot lites oriantur, ob publicam vtilitatem fuit ita con-
clusum, vt dicit Mohedan. dict. dec. 320. Episcopus,
col. vlt. ad quod † accedat, quia semper fit interpreta- 14
tio pro validitate actus, l. quoties ff. de regul. iur.

Amplia tertiò etiam si Vicario fuerit data in com-
missione facultas conferendi omnia † & singula bene- 15
ficia vacantia, nam nihilominus vigore huius facultatis
non potest recipere resignationes beneficiorum sine
speciali mandato. Rot. decis. 1. de renunt. in antiq. &
decis. 5. & 13. eod. tit. & libr. Card. Zabarell. in clem.
vnica. num. 14. de rer. perm. Bell. & Rebuf. quos refert
& sequitur Roffiniac. tract. benef. cap. 14. in fi. Ratio,
quia hæc duo scilicet conferre, & recipere resignatio-
nem, inter se differunt † vt per Archid. in cap. sicut. 16
sub verbo sign. lib. 6 & late per Gabr. cons. 187. col. 2.
lib. 1. & diximus supra latè, vnde ex concessione
vnius, non venit alter. argum. lib. Papinianus. ff. de
minor.

Accedit, quia ex huiusmodi facultate conferendi
non potest destituere Vicarius, cum habeat ius insti-
tuendi de iure speciali. dict. cap. vlt. de offi. Vic. lib 6.
& qui habet ius instituendi de iure speciali non potest † 17
destituere. Hostien. in cap. cum ex iniuncto. de hæret.
nam voluntaria Iurisdictio † non includit contentio- 18
sam. Fel. in cap. auditis, num. 12. de procur. Compro-
batur, quia in resignatione possunt euenire multa, in
quibus propter factum resignantis posset damnificari
ille, ad quem pertinet collatio. Rot. dict. decis. 5. de
renunt. in antiq. & hæc opinio mihi videtur verior,
quamuis Put. decis. 76. numer. 4. libr. 3. teneat contra-
rium.

Amplia quartò procedere etiam, si in commissione
Vicarij adsit facultas destituendi † omnes & singulos 19
beneficiatos, iuxtà cons. Anchar. duplici, nam nihilo-
minus non poterit recipere resignationes, nisi fuerit ex-
pressè dictum, nam hæc duo priuare & † recipere re- 20
signationes differunt, vt tradit Rebuff. in prax. benef.
tit. deuolutiuæ, num. 96.

Nec obstat regula communis, vt qui potest destitue-
re potest conferre, de qua suprà sæpe locuti fuimus,
nam procedit in eo, qui habet ius destituendi de iure
communi, † & non de eo, qui habet ius destituendi de 21
iure speciali, vt in casu nostro, ita declarant communi-
ter Doctor. quia iurisdictio contentiosa non includit
voluntariam, Abb. in cap. accepta. colum. vltim de re-
stit. spoliat.

Si autem in commissione fuerit data huiusmodi fa-
cultas recipiendi resignationes, quæ datur † vel ab 22
Episcopo, Archiepiscopo, Patriarchia, vel Primate,
qui possunt hoc facere, vt fuit decisum in Rot. vt ha-
betur decis. 1. & decis. 4, de off. Vic. in antiq. decis. 5.
eod. tit. in nou. Abba. in cap. constitutus, sub num. 5.
vers. in genere. de concessione præb. Ioan. Selu. de be-
nef. 2. p. q. 21. & communiter Doct. vel à Papa, qui so-
let quandoque deputare administratorem, quem mittit
ad regendas Ecclesias Cathedrales & Metropolitanas,
† donec Episcopi perueniant ad ætatem legitimam, vt 23
in casu Put. decis. 223. libr. 2. & quandoque Vicarium
Apostolicum, quem mitit cum Breui † de Consilio Il- 24
lustrissimorum Cardinalium super negotijs Episcopo-
rum, ad gubernandam Ecclesiam, donec causa Episco-
pi inquisiti cognoscatur & decidatur, vel suspensio tol-
latur, vt totà die experimur, & dicitur habere ordina-
riam iurisdictionem, & ipsi dicuntur † ordinarij, iuxta 25

Digitized by Google

ea quæ scribunt Bartol. in l. 1. §. ab eo. oume. 1. vers.
quod potest. ff. quis & a quo appel. Rot. dec. 1. de offi.
Vicar. in nou. Rolan. cons. 46. numer. 26. lib. 1. cum
alijs, vt per Alexan. in rubr. ff. de offic. eius, num. 15.
Ias. num. 2. communis teste Abb. in cap. si quis contra
26 num. 29. de for. compet. Ita & † etiam administrator,
nam & si aliqui voluerint habere delegatam iurisdi-
ctionem, ex his, quæ dicit Bal. in l. 1. q. 1. de off. cons.
27 dum vult quòd iurisdictio simpliciter data, faciat †
quem delegatum, Doct. in l. more ff. de iurisdic. omn.
iud. tamen in contrarium est veritas, vt sic ordinarius
talis administrator, vt conclusit Rota in vna Astoricen.
24. Ianuarij 1545. coram domino Aquen. teste Put. de-
cis. 223. lib. 2.

Vicarius enim Apostolicus & Administrator possunt
recipere resignationes beneficiorum inspectis verbis,
quæ solent apponi in concessionibus, & ita practicari
in vicario Apostolico videmus, namque datur huius-
modi facultas.

Vnde regula est constituenda vicarium habentem fa-
cultatem recipiendi resignationes beneficiorum, posse
illas recipere, vt suprà dictum est.

Amplia primò, vt possit recipere resignationes om-
28 nium beneficiorum, sicuti poterat † Episcopus, qui ei
concessit huiusmodi facultatem, etiam si beneficia sint
iuris patronatus, & electiua, nam in his quoque requiri
speciale mandatum, scribit Cald. cons. 3. numer. 2. de
renun. cum adsit eadem ratio, quod est notandum, cum
29 Vicarius sine speciali mandato instituat † præsentatos,
Archid. in cap. vlt. de off. vic. lib. 6. Rot. dec. 1. de re-
nunt. in antiq. Abb. in cap. ex frequenti. num. 7. de
instit. Roma. singul. 601. Bellam decis. 93. Duaren. in
tract. benef. li. 3. c. 73. Rolan. à Vall. cons. 4. num. 47.
lib. 1. vbi attestatur de communi.

30 Amplia secundò, vt Vicarius cum † speciali manda-
to dato possit resignationes beneficiorum etiam reser-
uatorum admittere. Lap. in addic. ad tractat. Feder.
de Sen. de permut. benef. q. 36. in fi. sub num. 62. Rot.
decis. 4. de renunt. per Bisignet. & decis. 10. eo. tit. in
antiqu. Cassad. decis. 8. nu. 9. de præben. Hieron. Ga-
briel. consil. 189. num. 6. lib. 1. & communiter docto.
vt supra scripsi.

Limita non procedere, quoties facultas concessa vi-
cario esset restricta ad beneficia spectantia ad collatio-
nem Episcopi dumtaxat, nam hoc casu non posset vi-
carius recipere resignationes beneficiorum reseruato-
rum, vt fuit resolutum in vna Salamantin. beneficij, co-
ram Card. de Sancta Cruce de anno 1555. teste Capu-
31 raq. decis. 357. lib. 1. in manuscr. & ratio est, quia † re-
seruata non spectant ad collationem Episcopi prout lo-
quitur concessio. Cassado. decis. 8. num. 9. de præben.
& commun. docto.

Amplia tertiò, vt Vicarius habens talem facultatem
possit recipere resignationes beneficiorum etiam ex-
tra diœcesim, namque etiam extra diœcesim, & sic
32 vbique potest vicarius conferre, † quoties habet spe-
ciale mandatum conferendi, vt resoluit Rot. vt habe-
tur in dec. vlt. incip. numquid vicarius. de off. Archid.
in antiquior. per Bisign. Gemin. in cap. vlt. num. 10. de
off. vic. lib. 6. secundum quam opinionem fuit alias iu-
dicatum, teste Boër. decis. 30. per totam, quamuis Bal.
in l. 2. numero 1. ff. de off. procons. tenuerit contra-
rium.

Amplia quartò, vt resignatio recepta per vicarium
habente ad hoc speciale mandatum valeat, & subsistat,
33 etiam si Episcopus, qui ei dedit hanc facultatem † erat
mortuus ante receptionem resignationis, si obitus Epis-
copi non peruenit ad ipsius notitiam, vt tenuit Rot. die
27. Ianuarij 1546. in vna Iacen. seu Oscen. Canonica-
tus & præbendæ coram Antonio Augustino, teste Put.
decis. 370. lib. 2. & Mocdan. decis. 313. fuit dubitatum.
in tit. de renunt. Card. S. Cruc. dec. 132. in manuscrip.
propter communem errorem & publicam vtilitatem.
l. Barbarius. ff. de off. præto. l. 1. Cod. de testi. Alex.
cons. 536. col. 1. & seq. lib. 1. Ciunan. cons. 61. Card.
Paris. consil. 136. col. 5. vol. 4. Hinc valent gesta lega-
ti reuocati † expressè in concistorio, antequam certio- 34
retur. Cald. consil. 4. de offic. leg. ex quo non obstat,
quod mortuo Episcopo † expirat omnis Iurisdictio vi- 35
carij, Abb. in cap. penul. de offic. vicar. Rebuff. in
prax. form. vic. & communiter docto.

Immo reuocatio † per mortem operatur effectum 36
etiam non intimata. Fel. communiter receptus in cap.
ex parte decani. numer. 18. vers. fallit octauo. de rescr.
quia respondetur valere gesta ob communem vtilita-
tem, vt dictum est suprà.

Et hæc conclusio ampliatur procedere, etiam si vi-
carius potuit scire obitum Episcopi, nam si nihilomi-
nus constat non sciuisse, subsistit resignatio, & in his
terminis procedit decisio Rotæ supra allegata, Put. d.
decis. 370. lib. 2. quod eo magis vendicat sibi locum, si
Episcopus mortuus † est in longinquis, Card. Sanctæ 37
Cru. d. decis. 132. in manuscrip.

Amplia quintò vt resignatio recepta per vicarium
habentem ad hoc facultatem subsistat, † si ante renun- 38
tiationem Episcopus renuntiauerat in vrbe, vel fuerat
translatus ad alium Episcopatum, si hoc ad notitiam
vicarij non peruenit, prout fuit resolutum in Rot. in
vna Oueten. Canonicatus, & præbendæ coram Pele-
grino, teste eo. Pelegr. decis. 157. lib. 2. alias 33. lib.
2. alias 158. ex eo, quod dicitur delegato reuocato an-
te scientiam reuocationis valere gesta per eum. Cald.
cons. 4. de off. leg. Put. decis. 370. num. 1. lib. 2. &
valida est etiam sententia lata à Iudicibus reuocatis † 39
ante scientiam reuocationis, ad not in cap. audita. de
rest. spol. Bal. in l. 1. in fi. C. vt litè pend. & in l. man-
datum. nu. 17. Cod. mand. nec obstat cons. Cald. vlt. de
re iud. vt non valeat sententia † vicarij post renuntia- 40
tionem Episcopi, etiam si ignoret, quia communiter
reprobatur ex relatis suprà.

Amplia sextò, validam esse resignationem receptam
à vicario, etiam post reuocationem † expressè factam, 41
si ignoret illam, vt colligitur ex his quæ scribit Ro-
man. sing. 57. & sing. 566. Ias. in l. more maiorem. nu.
8. ff. de iuris. omn. iud. Reb. in prax. tit. de simo. resig.
nu. 34. in terminis. Put. decis. 370. num. 1. lib. 2. nam-
que dispositio. l. si fortè. ff. de off. præsid. procedit † 42
etiam in beneficialib. gl. in l. tribunus. ff. de test. milit.
quam ad hoc allegat Rom. & Rebuff. loc. citat. Boër.
latè dec. 347. nu. 17. & communiter sequuntur omnes
Doctores.

Et in dubio præsumitur † reuocationis ignorantia. 43
Fel. in cap. cæterum. col. 8. vers. valet processus, de
rescr. quem refert, & sequitur. Rebuff. loc. cit. nu. 37.
Rot. dec. 21. de concess. præbend. in nou. Crauet. cons.
203. num. 5.

Amplia septimò, vt resignatio recepta per vicarium
habentem hanc facultatem valeat † & subsistat, etiam 44
si ipse vicarius tempore receptionis esset irregularis,
aut alias inhabilis, si communiter reputabatur habilis,
vt fuit resolutum in Rot. coram Card. de Sancta Cruce
de anno 1555. teste Caputaq. decis. 356. lib. 1. in ma-
nuscr. & ratio est, quia sufficit quem reputari habilem
communi hominum † reputatione, licet sit inhabilis. l. 45
Barbarius Philippus. ff. de off. prær. vbi Bar. & alij, Soc.
latè cons. 32. num. 29. lib. 1. cum alijs, vt per Gabriel.
com. concl. tit. de probar. concl. 8. num. 1. cum seq.
Felin. plura adducens in cap. ad probandum colum. 1. 2.
& 3. de re. iud. & sicuti valet resignatio recepta per
Episcopum inhabilem, qui communiter reputabatur
habilis. Fel. in d. cap. ad probandum, ita resignatio fa-
cta coram vicario, cum eadem præsumptio, quæ oritur
pro Episcopo oriatur pro vicario, nam habet iurisdi-
ctionem ordinariam, & idem tribunal, & per hanc ra-
tionem Rot. resoluit notabilem casum die veneris 22.
Martij 1585. in vna Reginen. Hospitalis, coram Bubalo.
Hinc valet instrumentum factum per Notarium † inha-
bilem si reputabatur communiter habilis. Spec. in tit.
de instrumen. edit. §. æstat. col. antepen. vers. ex præ-
missis. Innoc. in cap. veniens. de verb. signif. Ant. de

Butr. in cap. significauit. de testib. magis communis
opinio teste Gabr. d. concl. 8. n. 25. & de Nuntio scri-
bit Card. Paris. cons. 17. col. 2. vol. 4.

47 Nec obstat, quòd † communis reputatio non suffi-
cit quoad spiritualia, Bal. in l. mutat. C. de li. caus.
Abb. in cap. si vero. circa fin. de sen. excom. Fel. in
cap. Rodulsus, col. 2. de rescr. Soc. sen. reg. 527. in
fall. 5. Sarn. de pub. q. 3. Card. Paris. cons. 136. col. 2.
vol. 4. nam respondeo hoc non esse verum, quia nulla
est differentia quoad hoc inter spiritualia & tempora-
lia. Inn. in cap. 1. col. 1. de schisma, & in cap. veritatis.
de dol. & contum. glo. in cap. Dudum. 2. de elect.
cum aliis per Gabriel. d. concl. 8. nu. 36. procedit tan-
tum quod dicunt dicti Doct. in sacramentalibus, Fel. in
d. cap. Rodulfus, & d. c. probandum. Requiritur ta-
48 men, † vt ipse resignans ignoret inhabilitatem. Soc.
de reg. 277. fall. vlt. Butr. in cap. suscitatus. de rescrip.
Gemin. in can. si Sacerdotes. 2. q. 7. cum aliis, vt per
Gabriel. d. concl. 8. nu. 32. nam tunc subsistit resigna-
tio.

49 Et hinc alias † fuit pulchrum dubium resolutum in
Rot. 16. Iunii 1542. coram Ptolomeo in vna Imolen.
parochialis, nam vicarius qui receperat resignationem,
erat inhabilis ex capite iurisdictionis, quia non habe-
bat mandatum, contulit tamen illud beneficium Titio,
qui Titius illud resignauit in curia ad fauorem N. qui N.
fuit spoliatus, quærebatur, an esset restituendus, &
dubium faciebat, quia resignans habuit beneficium † ab
eo qui non habebat ius, contrarium tamen firmauit
Rot. teste eo. Ptol. dec. 141. in manusc. quia id sufficit
pro titulo colorato.

Limita primò, vt non possit Vicarius beneficia re-
50 signata coram ipso conferre, nisi habuerit etiam † vltra
facultatem recipiendi resignationes, conferendi itidem.
Rot. decis. 1. de renunt. in antiquis, vbi dicit, ita com-
muniter teneri in Rota. Cal. cons. 3. eod. tit. Roman.
cons. 330. circa primum. col. 2. in fin. Io. Selu. de be-
nef. p. 3. q. 14. num. 9. vers. contrarium, Felin. in cap.
auditis, num. 13. vers. sicut de præscr. Rebuff. in prax.
tit. for. Vic. num. 105. & in reg. 13. Cancel. vers. item
Vicarius, Roland. à Vall. cons. 47. nu. 20. li. 1. Bella.
dec. 94. in fi. Mant. con. 38. n. 10. li. 1. Burs. con. 395.
num. 20. vol. 4. & communiter Docto.

Et probatur, quia quoties requiruntur verba spe-
51 cialia ad concedendum aliquid, non sufficiunt † alia
quocumque nomine sint prolata, l. si quando. §. & ge-
neraliter. C. de non num. pecu. cap. 1. de præbe. in 6.
gl. in cap. inquisitores. verb. expresse. de hæret. in 6.
gl. in clem. dudum. verb. pacta. de sepul. & in clem. 1.
verbo specialiter de Iudic. Io. Andr. in cap. 1. de rescr.
in 6. Alexan. cons. 122. num. 12. lib. 4. Card. Paris. in
addit. ad Part. in l. vlt. §. omne, ff. de admini. tuto.
52 sed collatio † requirit speciale mandatum, aliàs non
potest fieri à Vicario. Rot. decis. 1. de off. Vicar. in an-
tiq. & decis. 4. eod. tit. & li. & dec. 7. eo. tit. in nou.
Io. Monac. Anchar Gem. & alij omnes per illum tex.
in cap. vlt. de off. Vic. lib. 6. Dec. cons. 128. num. 3.
Car. Pati. con. 80. num. 17. & 18. vol. 4. Roland. cons.
47. num. 19. lib. 1. ergo ex verbis generalibus non vide-
tur data huiusmodi facultas.

Secundò accedat, quia aliud est recipere resigna-
53 tionem, & aliud conferre, immo plus est † vltimum,
nam primum consistit in acquisitione, hinc in amissione,
gl. in cap. relatum. de præben. & tamen in commissio-
ne quantumuis generali non veniunt maiora expressis,
cap. qui ad agendum, de procur. in 6. Bart. in l. 1. ff. si
quis iusdic. non obt. Alex. cons. 23. lib. 3. Card. Paris.
cons. 41. col. 1. lib. 4.

54 Nec obstat, quòd receptio † resignationis sit præ-
paratorium ad collationem, vt colligitur ex his, quæ
scribit Io. Selu. d. p. 3. q. 14. sub num. 19. & ex præ-
55 paratoriis † infertur ad preparatum, l. 5. C. de do. prom.
l. quisquis. C. de agric. & cens. lib. 11. l. qui procurator,
56 ff. de proc. Et ob id mulier sicut † amittit dotem prop-
ter adulterium, cap. plerumq. de don. int. vir. & vxo.
communis opinio teste Vicc. li. com. opin. verb. vxor
perdit. Clar. li. 5. recep. sent. §. Adulterium, vers. scias,
Menoch. de arbit. Iud. cas. 287. Ita propter osculum † 57
impudicum, Bald. in cap. tuæ de pro cur. communis
opin. teste Couar. lib. 4. decret. 2. part. c. 7. §. 6. num.
3. & Iudex in causa præparatoria est iudex in causa
præparata. Cald. con. 2. de Iud. communis opinio teste
Felin. in capit. 1. num. 34. de sponsal. & late scripsi in
rubr. de iud. Namque respondetur hoc sibi non vendi-
care locum in hac materia, in qua strictissima sit † in- 58
terpretatio. Bursat. con. 409. num. 5. cum seq. lib. 4. &
ideò mandatum ad petendam absolutionem a vinculo,
quo quis tenetur alicui Ecclesiæ, non extenditur, vt
possit eundem † transferre ad aliam Ecclesiam, Ro- 59
man. cons. 330. num. 5. colu. 2. Hinc habens mandatum
† ad locandum, quod est exigendæ possessionis præpa- 60
ratorium, non censetur habere mandatum † ad pensio- 61
nem ex locatione debitam exigendam, quæ est ipsius
locationis exequutio, l. 1. §. igitur. ff. de exerc. act.
Hinc habens mandatum ad iudicem impetrandum †
quod est inchoandæ litis præparatorium, non censetur
habere mandatum ad prosequendum, cap. Nicolao. de
appel. & plura huius generis exempla adducit Roman.
dict. cons. 330. col. 2.

Limita primò nisi fieret † collatio ex causa permu- 62
tationis. Bellam. dec. 94. col. 2. Gem. dict. cap. vlt. nu.
10. de off. vic. lib. 6. Io. Selu. de benef. p. 3. qu. 14.
sub num. 9. & est ratio, quia huiusmodi collatio necesse
debet fieri cum permuttantibus, clemen. vnica, de rer.
permutat.

Et quoties Vicarius habuit facultatem conferendi
resignata beneficia coram † ipso, non potest conferre 63
reseruata. Cattad. dec. 8. num. 9. de præben. & diximus
supra, secundò, non potest conferre ea, quæ Episcopus
† confert auctoritate Apostolica. Rebuff. dit. tit. form. 64
Vica. num. 98. Tertiò non potest conferre Episcopo,
qui ei dedit commissionem. Abb. in cap. vlt. numer. 6.
versi. aut transtulit, vbi dicit hanc communem opi-
nionem de Instit. Felin. in cap. sanè. 2. num. 4. de off.
delegat. Rebuff. in prax. form. Vica. num. 82. & hic non
est omittendus casus notabilis, vt Vicarius habens
facultatem conferendi possit conferre beneficia, quæ
vacabant † ante datam commissionis, vt fuit resolu- 65
tum in Rot. in vna Mediola. Præpositure coram Car-
dinali sanctæ Cruc. de ann. 1555. teste Caputaque decis.
363. lib. 1. manuscr. ex gloss. in clemen. 1. verbo no-
titia. de concess. præbend.

Secundò Limita, vt Vicarius habens facultatem
recipiendi resignationem quorumcunque † beneficio- 66
rum, non possit recipere resignationem beneficiorum
obtentorum per Episcopum; qui ei dedit huiusmodi
facultatem, & sic Episcopus non potest resignare be-
neficium in manibus sui Vicarij, prout fuit resolutum
in Rot. in vna Salaman. de mense Martij 1541. teste
Put. decis. 94. fuit tentum, lib. 1.

Idque probatur, tum quia cedere in manibus Vicarij,
esset cedere in manibus † sui ipsius, cum Episcopi & Vi- 67
carij idem sit tribunal & Consistoriũ, c. Rom. de appel.
in 6. cap. 2. de consuet. eod. lib. tum etiam quia † qui 68
non potest renuntiare in manibus inferioris, & maximè
sibi subditi. Inno. in cap. quod in dubijs. num. 3. Host.
num etiam 3. & alij omnes de renunt.

Debet igitur Episcopus renuntiare in manibus su-
perioris. Pue. d. decis. 94. lib. 1. vbi ampliat etiam si
fuerit data facultas prouidendi beneficia † quæ tenebat 69
ipse Episcopus, & sic debebit renuntiare in manibus
Papæ, vel manibus Episcopi, in cuius diœcesi situm
est beneficium. Abb. in cap. ad supplicationem, de re-
nun. nu. 5. vbi notat casum specialem, quòd propter
beneficium receptum, par in parem habebit potesta-
tem.

Tertiò Limita vt Vicarius Generalis habens facul-
tatem recipiendi, resignationes non possit alium † Vi- 70
carium generalem deputare. Host. in cap. clericos. de
off. Vic. Inn. in cap. Rom. in fin. eo. tit. lib. 6. & illum

Digitized by Google

referi & sequitur Card. in clem. 1. nu. 2. eod. tit. de off. Vic. & in clem. 2. nu. 4. de resce. glo. in clem. 1. verbo, locum aliorum, de regul. Bal. in l. aliquando, num. 3. ff. de off. procon. communis opinio, de qua attestatur Car. Paris. cons. 80. num. 15. vol. 4. quòd latis probatur in d. cap. clericos, vt ibi Doct. communiter ponderant
71 & ad vitandam † etiam infinitatem à iure prohibitam, cap. cum in multis, de rescr. li. 6. c. quoniam, 11. q. 3. l. fidei commissa. §. si quis alicui. ff. de leg. 3. l. inter socerum. §. alt. ff. de pact. dot. cum aliis, vt per Card. Paris. cons. 92. num. 4. vol. 3. per Port. Imol. cons. 110. nume. 3. & hæc conclusio nullam habet difficultatem, facit quod scribit Put. decis. 224. nume. 9. lib. 2. & per consequens deputatus, non potest recipere resignationes.

72 Potest tamen † talis Vicarius deputare alium Vicarium ad recipiendum resignationem omnium beneficiorum. Rot. dec. 7. de off. Vic. in nou. Put. dec. 224. li. 2. & consuluit Rebuff. cons. 86. nume. 2. nam quamuis Vicarius non possit alium ex toto deputare, tamen bene
73 poterit committere vices suas ad vnum † articulum, seu vnam causam. Abb. d. cap. clericos, num. 2. vers. sed obstat prædictis, Bal. in l. aliquando, numer. 3. de off. proconf. glo. in cap. Roman. verb. ipsius, de off. Vic. in 6. Car. in clem. 2. num. 1. in princ. eod. tit. Hinc fuit resolutum in Rot. in vna Astoricen coram D.
74 Aquen. 4. Februarij 1545. quod † administrator, de quo supra potest constituere Vicarium generalem cum potestate conferendi beneficia, & recipiendi resignationes Beneficiorum, vt attestatur Put. d. dec. 224. lib. 2. Nec
75 obstat, quòd locum tenens † alium locum tenentem deputare non possit. Bald. in lib. 1. §. à præfectia. ff. de leg. 3. quia Respondetur hoc procedere ei dando totam iurisdictionem, & sic illam à se in omnibus abdicando, & illum ordinarium faciendo. Ita Alex. in li. à Iudice. col. 2. vers. recipit, & ibi Ias. col. 3. ver. 7. fallit. C. de iud. & communiter Doct. sed hoc casu non abdicat à se totam potestatem, cum penes illum remaneat cognitio causarum ciuilium & criminalium, ac collatio beneficiorum, ergo cessat argumentum, cap. cum cessante, de appell.

Quartò declara, vt huiusmodi facultas recipiendi
76 resignationes beneficiorum non transeat † ad Vicarium successorem, ipso mortuo ciuiliter, vel naturaliter, & ita communiter practicatur ac tenetur, sicuti dicimus
77 de delegatione, † vt habetur in cap. quoniam Abbas,
78 de off. deleg. nam causa commissa Vicario † simpliciter, non transit ad successorem, Simon. de Rosano, qui legit in studio Patauino, Barto. in leg. quod principi in fin. ff. de leg. 2. Gem. in cap. statutum. in princ. col. 2. vers. & per hoc. de resce. lib. 6. communis opin. teste Dec. in d. cap. quoniam Abbas, num. 62. & hanc esse communem legistarum, & Canonistarum, attestatur Bero. nume. 110. & ita reperio fuisse resolutum in vna Neapolitan. teste Caput. decis. 389. lib. 1. in manuscri vide tamen Put. limitantem decis. 487. lib. 2. & latè scripsi in d. cap. quoniam. Abbas.

Vicarius enim habet dignitatem, seu præeminen-
79 tiam, dum est Vicarius, † ideo tunc etiam in choro si incedat vt Vicarius, præcedit Archidiaconum seu Archipresbyterum habentem primam dignitatem post Pontificalem, secus si ibi incedat vt Canonicus, vt fuit decisum in Rot. 9. Maij 1557. coram Oradino, vt habetur lib. diuersarum decis. 280. in manuscrip.

Lib. 6. quæst. 24. numer. 7. Ibi. Ex commissione amplissima.

VIdimus ipsi, dùm in Archiepiscopatu Tholosano secretarij officio fungeremur, quòd nullus ad prouincialia comitia, tanquàm Episcopi vicarius admittebatur, nisi priùs ostendisset literas sui vicariatus: quibus se. aut beneficia conferendi expressam facultatem habere, aut vicarium generalem creatum fuisse constaret.

Eadem quæst. num. 18. Ibi, Nam voluntaria iurisdictio, non includit contentiosam.

NEc è contrà, contentiosa voluntariam. Vt infrà, numero 21. dicitur.

Eadem q. num. 22. Ibi, Qui possunt hoc facere

QVilibet scilicet in districtu suæ iurisdictionis.

Eadem quæst. nu. 32. Ibi, Et sic vbique potest vicarius conferre.

NOn tamen, in casu cap. Statutum. de præb. in 6. Quin & amplius diximus, vicarium scilicet, ex sola Episcopi commissione vel mandato, beneficia extrà Diœcesim conferre non posse. Mouemur argumento & ratione. leg. 2. ff. de offic. proconsult. (¶) Et notatia tàm per Baldum Ibidem, quàm per Philippum Probum, in additionibus ad Ioannem Monachum in dicto cap. statutum. in verbo, caplere potest. num. 22. de preben. & dignit. in 6. nec non per Bartolum in l. 1. Cod. de summ. Trinit. & fide Catho. & post eos per Iordanum Bricium in repetitione §. contrahentes. in cap. Romana. de foro compet. in 6. hunc Guillelmus Budeus Secretarius Regius, eius contemporaneus, in quadam ex suis epistolis, non Iordanum, sed Germanum: non Bricium, sed Brixium vocat. (¶) Hæc lex oppositum probat, saltem quoad ipsum Episcopum, de Vicario autem quod etiam possit extra diœcesim conferre tenent gloss. pragmat. Sanct. de collat. §. item volunt. in verb. Vicario, Paulò ante finem, & Molin. ad Ioan. de Selua. de benef. p. 2. q. 14. num. 8. quibus accedimus.

Eadem q. num. 48. Ibi, Vt ipse resignans ignoret inhabilitatem.

NAm si resignans sciens inhabilitatem Vicarij, nihilominus in illius manibus resignaret, vtique resignatio in eiusdem resignantis odium, & præiudicium valeret. prout aliàs. de sciente resignante in fauorem incapacis, respondimus lib. 2. q. 19. num. 4. ¶ Contrarium veniebat dicendum: nam ad hoc vt facta in manibus Vicarij inhabilis resignatio valeat, requiritur quod resignans inhabilitatem ignoret, vt Auctor ait hic; quum ratio cur valeat fundetur in errore communi iuxta l. Barbarius Philippus ff. de offic. præt. Si ergo cesset error, vt cessat in sciente, cessabit quoque ratio validitatis, & in consequens nulla erit resignatio, etiam quoad præiudicium resignantis: nisi ab Episcopo aut alio potestatem habente rata habeatur, iuxta ea quæ superius diximus lib. 7. qu. 1. nec pari passu ambulant resignatio scienter facta ad fauorem indigni, & resignatio simplex scienter facta in manibus Vicarij inhabilis; quia in illa subest fraus, & dolus in resignante, & adest potestas in admittente: in ista verò abest vtrumque.

QVÆSTIO XXV.

An notarij possint resignationes beneficiorum recipere.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non potest recipere resignationes benef.*
2 *Renuntiatio facta coram Notario est nulla.*
3 *Renuntiatio facta coram Notario tenet quoad præiudicium renunciantis.*
4 *Notarius potest recipere renuntiationes nomine superioris.*
5 *Notarij Cameræ vel Cancellar. recipiunt consensus.*

6 *Renuntiatio*

6 *Renuntiatio iusta coram notario ratificatur in Bullis.*

7 *Cessio litis potest fieri coram Notario causæ.*

1 QVæro 25. an Notarius possit recipere resignationem beneficiorum, regula † negatiua, quam firmant communiter doct. tam si sit Notarius Imperialis, quàm si sit Notarius Apost. Rot. decis. 8. nu. 1. de renun. in antiq. & facta
2 coram eo est nulla, † vt respondit Nauar. cons. 1. nu. 1. de renun. ampli a 2. tam in Romana curia, quam extra. Et facta renunciatione coram Notario vacat benefi-
3 cium, quoad preiudicium † resignantis, non autem superioris. Rebuf. in prax. form. sig. col. 13. fol. 100.
4 Declara primo, nisi recipiat † nomine superioris. Boer. dec. 348. vers. quia Notarius. Menoch. de recup. pos. 2. remed. nu. 277. Guid. Papæ cons. 172. Crescent. decis. 64. lib. 1. in manuscr.
5 Declara 2. vt † in curia, Notarij Cameræ vel Cancellariæ, recipiant consensus, iuxtà ea quæ scripsi supra.

Declara tertiò, vt renuntiatio facta extrà curiam in manibus Notarij ratificetur, ita communiter seruatur, namquè in bullis prouisionis beneficiorum † solet
6 apponi, etiam si vacent extra curiam per resignationem coram Notario, vt docet communis stylus, & dictum fuit in vna Leodicensi Canonicatus, coram Ant. Augustino 2. Febr. 1548. teste Put. decis. 12. de renun. in
7 manuscr. Declara, vt cessio † litis facta coram Notario causæ in absentia iudicis extinguat litem, vt fuit decisum coram Thom. de Tanis in vna Palenti. 15. Nouemb. 1546. teste Put. decis. 16. de renun. in manuscr.

Lib. 7. q. 25. num. 3. Ibi, Vacat beneficium, quoad præiudicium resignantis.

ET per consequens, facta beneficij resignatione in Notarij manibus, illud vti sic vacans, licitè impetrari poterit. Vt etiam clausula, (etiam coram Notario publico & testibus spontè factam) in signaturis apponi solita, denotare videtur. ¶ Quia per hoc ratificatur resignatio, quæ valebit vt ex nunc, modo anteà non fuerit reuocata, & sic quod Auctor. dicit renuntiatione facta coram notario vacare beneficium quoad præiudicium resignantis, intellige si ratam habeat superior. Vide à nobis dicta supra lib. 7. q. 1.

QVÆSTIO XXVI.

An resignatio possit fieri coram iudice.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio beneficij, non potest fieri coram iudice: lim. in cessione.*

1 QVæro 26. an possit fieri coram iudicè, responde negatiuè, vt suprà dixi de Auditore † Rotæ, limita, vt possit fieri renuntiatio litis & causæ, prout superius deductum est.

Lib. 7. quæst. 27. num. 3. Ibi, Non includuntur reseruata.

IDque operatur affectio Summi Pontificis, quodpiam Beneficium suæ dispositioni specialiter reseruantis. Sed hoc in Gallia non obtinet.

Eadem quæst. num. 5. Ibi, Reseruatio enim regulare est vt exprimatur.

CVm in eo quod minus est, non insit maius: vt notatur in cap. in obscuris. Et in cap. plus semper. de reg. iu. in 6.

quæst. 26. Ibi: Limita vt possit fieri renuntiatio litis & causæ.

¶ HInc videtur concordia quia collitigantes nullo dato aut recepto, à lite beneficiali recedunt Confirmatione Apostolica non indigere; sed contrarium tutius cum omne pactum circa beneficialia reprobetur cap. pactiones de pactis & in terminis ipsa translatio, cap. constitutus de translat.

QVÆSTIO XXVII.

An data facultate recipiendi resignationes beneficiorum veniat facultas recipiendi renuntiationem beneficiorum reseruatorum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Principis latissimè interpretatur in sui præiudicium.*

2 *In facultate recipiendi renuntiationes beneficiorum, non veniunt reseruata.*

3 *Datâ facultate conferendi, non veniunt reseruata.*

4 *In facultate conferendi non veniunt vacantia in curia.*

5 *Reseruatio debet exprimi.*

QVæro 27. an data alicui facultate recipiendi resignat. beneficiorum, possit ille recipere resignationem beneficiorum reseruatorum, quidam Rober. tenebat, quòd sic, propter generalitatem concessionis, & quia priuilegium Principis est latissimè † interpretandum in sui præiudicium, 1
cap. olim. de verb. sign. cap. cum dilecti. de donat. In contrarium se habet veritas, vt tenet. Fedc. de Sen. quem refert, & sequitur † Gemin. in cap. si cui nulla, 2
nu. 8. de præben. in 6. Rot. de off. legat. in 6. & decis. 4. eo. tit. in antiq.
Hinc data facultate conferendi beneficia, † non includuntur, reseruata. Fran. in cap. 2. sub num. 3. col. 3
2. de publ. in 6. Gemi. loc. cit. & communis opin. sicut † neq. vacantia in curia. Lap. alleg. 84. Aeneas de Falcon. de reseruat. eff. 6. num. 1. fuit resolutum in vna 4
Valent. 16. Martij 1543. coram Io. Paulo. teste Put. decis. 344. nume. 3. lib. 1. Reseruatio enim † regulare est, vt exprimatur, vt resoluit Rot. in vna Florentin. 5
sanctæ Felicitæ, coram Fabio die 23. Decembris 1547.
Limitarem tamen hanc conclusionem, nisi adessent verba prægnantia, & multum generalia, nam tunc cessaret quòd dictum est supra & in casu, vt suprà quæ. 24. Ampl. 2. num. 30.

Lib. 7. q. 28. num. 7. Ibi, Limità, nisi Papa contrarium concedat.

TVnc enim eius voluntati standum erit, propter omnimodam scilicet, quam in beneficialibus habet potestatem. cap. 2. de præben. in 6. Clem. 1. in fine. Ibi. ex suæ potestatis plenitudine, vt lit. pend. nihil inno. notant Doctores in sup. quæ in Ecclesiarum. de constitut.

q. 27. In princ. beneficiorum reseruatorum.

¶ TRiplex est reseruatio seu ex triplici capite inducta: ratione loci, personæ, beneficij. Ratione loci inducitur ex vacatione in Curia quæ bifariam accidit; primò per obitum apud sedem seu in Curia (quod idem est, gloss. in cap. statutum de præb. in 6.) contingentem, cap. 2. eod. Clem. 1. vt lite pend. vel in loco vicino intra duas dictas legales, cap. præsenti de præb. in 6. Secundò per priuationem ex sententia Papæ, videlicet ex prouisione secundi incompatibilis, regul. 1. Cancell. iuxta extrauag. ad Regimen de præb. inter communes, vel execrabilitate vtrumque retinentis, Extrauag. execrabilis, eod. vel promotione ad Episcopatum, d. Extrauag. ad Regimen, vel mala collatorum dispositione contra concilij tridentini decretorum formam iuxta appendiculam eidem regulæ primæ per Sixtum 5. & Gregorium 14. adiectam, Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 30. num. 3. & 4. Vel resignatione in manibus Papæ facta, per, quam reseruatio dicitur induci ex manus Papæ appositione, Lotter. ibid. q. 33. num. 34. quæ habet vim reseruationis specialis, Extrauag. ne Romani. de præb. inter comm. Ratione personæ reseruantur beneficia Officialium Romanæ Curiæ, d. Extrauag. ne Romani & d. regul. 2. & familiarum Papæ, vel Cardinalium per regul. 3. Cancell. Ratione verò beneficij reseruatio inicitur Ecclesijs Cathedralibus, & Monasterijs virorum per regulam 2. nec non dignitatibus Maioribus post Pontificalem in Cathedralibus, ac principalibus in Collegiatis, & prioratibus, præpositutis aliisque dignitatibus Conuentualibus ac præceptatijs generalibus ordinum quorumcumque, non tamen militarium per d. Regulam 3. Verùm omnes istæ reseruationes (vna, quæ ex vacatione per obitum in Curia insurgit, excepta) abrogatæ nosentur in Gallia per decretum de reseruat. sublat. in concordat. quamuis ibi Ecclesijs Cathedralibus, Monasterijs & Prioratibus Conuentualibus summus Pontifex ad nominationem Regis explosis electionibus ex compacto solus prouideat.

QVÆSTIO XXVIII.

An in resignatione beneficij quæ fit in vrbe, habeat locum regula Cancellariæ de imp. benef. vac. per ob. fam. Card, vt impetrans beneficium vacans per obitum fam. Card. teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius cardinalis, & si ille in curia fuerit, eius ad id accedat consensus, alias gratia sit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians habetur pro mortuo.*
2 *Clemen. Vlt. de procu. habet locum etiam in morte ciuili.*
3 *Iura loquentia de morte naturali habent locum in ciuili.*
4 *Regula de impetr. benef. vac. per obit. famil. Cardin. non habet locum in beneficijs vacantibus per renuntiationem familiaris Card.*
5 *Expresso vno modo vacandi, non venit alter.*
6 *Renuntians habetur pro mortuo ficte.*
7 *Cardinales ex qua causa habent priuilegia.*

QVæsto XXVIII. An in resignatione beneficij, quæ fit in vrbe, habeat locum regula de impetr. benefic. vacant. per obitum familiaris Cardinalium, vt impetrans beneficium vacans per obitum familiaris Cardinalis teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in curia fuerit, eius ad id accedat consensus, alias gratia sit
1 nulla, affirmatiua opinio probatur, quia renuntians † beneficium, quoad illud habetur pro mortuo. Docto. omnes in cap. susceptum. de rescr. lib. 6. facit clemen.
2 vlt. de procu. quæ † ex sententia Rotæ habet locum etiam in morte ciuili, & sic in renuntiatione. Cassad decis. 2. numer. 2. de appell. & quia iura † loquentia de 3
morte naturali, habent locum in morte ciuili. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth.

His tamen non obstan. contraria opin. est verior, &
communis, vt dicta regula Cancellariæ non habeat † 4
locum, si beneficium vacet per renuntiationem familiaris Card. quam opinionem tenuit Glosator ibi, & Sarn. ibid. q. 4. vbi refert ita tenuisse curiam tempore Sixti. IV. & pro expedito fuisse dictum in vna Segob. Archidiaconatus, idem Sarn. in reg. de infirm. quæst. 4. Cass. decis. 16. vnus familiaris, & dec. vlt. verum reseruatio. num. 6. & 8. de præb. Mand. in ea. reg. de impet. benef. vacan. per obit. famil. Card. q. 5. numer. 4. vet. contraria opin. Namque dicta regula exprimit vacationem per obitum, quæ diuersa est ab ea, quæ fit per
resignationem, ergo per expressionem vnius † modi 5
excluditur alius diuersus, cap. susceptum, vbi communiter doctores, de rescrip. libr. 6. eo magis cum regula sit exorbitans & odiosa, Bellam. decis. 626. supposita. col. 2. circa med. Barb. cons. 82. col. 5. volo. 4. Sarn. q. 1. num. 2. & q. 3. num. 3. & qu. 11. ante fin. & q. 15. num. 3. latè Mand. q. 1. num. 5. vers. contrarium, cum sit contra libertatem publicam, implicans etiam speciem reseruationis, seu seruituris. Pet. de Anch. cons. 297. in prin. Cald. cons. 10. in fin. tit. de praben. Bellam. cons. 34. col. antep. Aene. de Falcon. de reserua. q. 4. ante fi. eff. 17. Nec obstat, quòd cedens habetur
pro mortuo, nam illud non procedit verè, sed † fictè 6
Calca. cons. 78. dubium, num. 6. Accedit, quia † Card. 7
habent hanc prærogatiuam, primò propter pondus quod sustinent, Bellam. decis. 632. In prin. secundò propter onera, quæ subeunt in alendis suis familiaribus, tertiò vt spes bene seruientium tali priuilegio sustineatur. Rom. cons. 498. & latè prosequitur Anasta. de indul. §. tibi quoad vixeris, colum. 1. vt habeat hoc solatium, cum eo priuetur, Mandos. late d. q. 5. numer. 6. quæ vltima ratio cessat, quia cum resign. familiaris remanet in domo ipsius Card. ideo &c.

Limita nisi Papa contrarium concedat, vt idem Sar. d. q. 4. tradit, ad quod facit in simili, quod dicit Reb. cons. 4. in princ. & nume. 20. Quòd si fuit datum priuilegium, quod de beneficiis talis loci non prouideatur, nisi de consensu talis, vt dicta beneficia non possint resignari sine dicto consensu.

Lib. 7. q. 28. num. 7. Ibi, Limita nisi Papa contrarium concedat.

TVnc enim eius voluntati standum erit, propter omnimodam scilicet, quam in beneficialibus habet, potestatem, cap. 2. de præben. in 6. Clem. 1. in fine. Ibi, ex suæ potestatis plenitudine. Vt lit. pend. nihil inno. notant Doctores in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut.

q. 28. In princ. de Impetrantibus beneficia vacantia obitum familiaris Cardinalis.

¶ HÆc regula non recipitur in Gallia, quia implicat speciem reseruationis, Molin. ad regul. de infir. resig. num. 364. Nec apud nos ex taciturnitate eorum, quæ exprimenda præcipit, aliqua inducitur subreptio, quantumuis difficilior per expressionem Papæ concedatur: quia difficultas non ex affectu priuato collatoris, sed ex iuris impedimento æstimanda est, nec quod Papa facit, sed quod facere debet considerandum, iuxta l. sed licet ls de Offic. Præsid. Et de hoc pulchrum valt Molineus esse textum in cap. graue nimis. de præb. ex Concilio lateran. desumptum, vbi, inquit, in collatione beneficiorum non solum non consideratur sed penitus damnatur & reprobatur Cardinalis affectus: Sed vide luculentam Molinei allucinationem, qui loco Carnalis vel Carnalitatis affectus, vt habetur in d. cap. legit Cardinalis affectus.

QVÆSTIO XXIX.

An inferiores à Papa habentes facultatem conferendi, & recipiendi resignationes beneficiorum, possint committere receptionem resignationis & collationem, & ponitur quomodo probetur collatio.

SVMMARIVM.

1 *Habens facultatem recipiendi resignationes non potest hoc alteri committere, nec collationem.*
2 *Habens facultatem recipiendi resignationes, potest committere hoc tantum.*
3 *Episcopus potest committere receptionem resignationis.*
4 *Collatio probatur per famam.*
5 *Clericatus probatur per communem reputationem.*
6 *Legitimatio probatur per communem reputationem.*
7 *Prouisus ab habente facultatem conferendi praefertur alteri.*
8 *Praesentatus ab eo qui est in quasi possessione praefertur.*
9 *Quasi possessio ex vnico actu acquiritur.*
10 *Pertinentia collationis potest per priuilegium, & per testes probari.*
11 *Ordinarius potest prorogare tempus concessum patronis ad praesentandum ad quatuor, vel sex menses.*

QVaero Vigesimononò, an inferiores à Papa habentes facultatem conferendi, & recipiendi resignationes beneficiorum, possint committere receptionem resignationis, & collationem, gloss.
1 in clemen. literis, verb. commisisse. de proba. tenet †
negatiuam opinionem, & ibi Cardin. Zabarell. num. 8. ad quod facit cap. deliberatione. §. prohibemus. de off. legat. lib. 6. vbi dicitur legatum non posse committere N. quòd recipiat resignationem beneficij, & postea illud conferat, ne aperiatur via contra conc. Lateranen. ad beneficia vacatura, & ibi Gemin. nume. 4. vers. quaero, asserit illum text. habere locum in alijs collatoribus.

2 † Declara tamen primo, vt † praedicti possint committere receptionem resignationis dumtaxat, qua recepta, cum beneficium vacat, possunt committere collationem, ita Gloss. communiter recepta in dic. cap. deliberatione. §. prohibemus verb. cuicunque. vers. puto tamen, de off. legat. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. Gemin. col. vlt. sub num. 6. Franc. sub num. 2. & est communis omnium Doctorum sententia.

3 Declara secundò non † procedere in Episcopis, qui possunt committere vicario, aut officiali generali potestatem conferendi beneficia vacatura, & recipiendi resignationes, cap. vlt. vbi omnes DD. de off. vic. li. 6. non tamen committere singulari personae, & de singulari beneficio, ne aperiatur via ad vacatura, contra d. §. prohibemus, ita fuit decisum in Rot. vt habetur decis. 1. & 4. de off. vic. in antiq. Ioan. And. Ioan. Monac. Archid. Hostien. Inn. quos refert, & sequitur Oldr. cons. 77. Quod Episcopus, vbi attestatur de communi. gl. d. §. prohibemus. verb. cuicunq. in fin. Franc. num. 2.

Et in hac materia non est omittendum, quòd per fa-
4 mam probatur collationem † talis beneficij pertinere
ad aliquem, Mil. in repert. in verb. probatio. Lap. alleg. 89 Rot. dec. 447. & 123. in nou. & 449. in antiq. cum alijs allegatis à Mascat. de probat. concl. 173. n. 1. vol. 1. & fuit pluriès decisum in Rota, vt Card. S. Cruc. decis. 27. & nouissimè in vna Eluen. Prioratus, die veneris 17. Ianuarij 1574. coram R. P. D. Hyppolyto Aldobrandino nunc S.R.E. Cardinali meritissimo, in qua ad sustinendũ collationem factã ab Abb. N. cum
dubitaretur, an haberet facultatem conferendi vel ne, fuit conclusum sufficere famam, & quasi possessionem conferendi. Dec. in cap. 1. colum. 4. de appell. & est communis opinio omnium DD. a qua in iudicando
non erit recedendum. Ita clericatus † probatur per 5
communem reputationem, Card. S. Cruc. dec. 23. in ma-
nuscr. & legitimatio † etiam probatur per communem 6
reputationem, vt idem Card. S. Crucis scribit dec. 76.
& ob id prouisus ab habente potestatem conferendi,
praefertur † ei, cui ille, ad quem de iure pertinet, con- 7.
tulisset. Abb. in cap. cum olim, in 5. not. num. 4. quam
refert & sequitur Mascat. d. concl. 183. numer. 7. Dec.
cons. 134. num. 1. & communiter alij. Ita † praesentatus 8
ab illo, qui est in quasi possessione praefertur omnibus alijs cap. consultationibus, de iur. patron. cap. querelam. de elect. Oldr. cons. 312. Feder. de Sen. cons. 394. Cald. cons. 23. de praeb. & cons. vlt. de iur. patron. Rot. decis. 4. de iur. patron. in antiquis, & est com-
munis opinio. Et huiusmodi † quasi possessionem ex 9
vnico actu acquiri respondit Oldrad. cons. 312. Thema quaestionis. circa fin. Dec. d. cons. 134. in princ. Mascard. d. concl. 173. num. 8. Abb. cons. 14. lib. 1. Cald. consil. 12. de iur. patron.

Potest etiam pertinentia collationis probari † per 10
priuilegium, & per testes, vt fuit decisum in Rota, teste Mascard. loc. cit. num. 10.

Et scias, quòd ordinarius in sui praeiudicium potest
prorogare † tempus concessum patronis ad praesentan- 11
dum, ad quatuor menses, vel sex menses, vt fuit decisum in Rota teste Crescent. decis. 148. in manuscr.

Lib. 7. q. 29. num. 5. Ibi, Ita clericatus per communem reputationem.

IN beneficialibus tamen tonsuram probari non posse, Nisi per scripturam, & literas, tenet Rebuffus in forma litterarum tonsurae, num. 26. Et Gregorius, in Syntagmate libr. 15. cap. 3. numer. 8. sicque pluriès iudicatum extitisse audiuimus, licet Rosiniacus Cosageus in tractatu de re sacerdotali lib. 3. cap. 1. fol. 148. Verso, contrariam videatur tenere sententiam. Scripturae autem & literarum loco, habendum erit curiae arrestum, in quo dicatur, visas fuisse literas tonsurae. Cum tunc eidem Curiae credendum sit vt idem Rebuffus, notat in prooemio concordatorum in verbo, curias summas, priuilegio 15. Quod sane sic limitandum esse censemus, vt locum sibi non vendicet si placitum seu arrestum huiusmodi, collusorio iudicio obtentum fuerit; Eo namque casu, & ipsa collusione detecta tantum abest vt subsequentis placiti narratiuae credatur vt potiùs qui sciens prudensque eodem placito ad dictae tonsurae probationem vti ausus fuerit, graui poena, saltem pecuniaria, praeter iuris praetensi priuationem, puniendus veniat.

Eadem q. num. 6. Ibi, & legitimatio etiam probatur per communem reputationem.

INter legitimatos à Principe, & legitimatos per subsequens matrimonium, haec est constituenda differentia, vt illi, fictè. Isti autem, propriè & verè legitimi dicantur. Ac istis pupillariter substitui possit: illis minimè possit. Vt Peleus rectè explicat, & iudicatum esse refert, quaest. 36.

Eadem q. num. 11. Ibi, Potest ignorare tempus concessum Patronis, ad praesentandum.

SEd eo casu si Patronus laicus, intrà quatuor; vel Patronus Ecclesiasticus infrà sex Menses prorogatos huiusmodi, non praesentauerit, ius conferendi, ad immediatum superiorem (excluso Episcopo) deuoluetur. Neque enim superiori Episcopus prorogando, sed sibi soli, praeiudicare potuit. De quo etiã vide notata per Mandosium in praxi signaturae gratiae. tit. de prorogationibus.

Versic. concessa fuit prorogatio & per Rebuffum, in tractatu de deuolut. numer. 30. Quibus adde, collationem post lapsum tempus, intra quod ordinarius conferre debet, factam, posse per patientiam superioris tolerari. cap. literas de supplen. negl. prælat. Quod sano modo intelligendum est, nempè si beneficium idoneo collatum sit. Nam alioquin, huiusmodi tolerantia impetrationem beneficii à tertio faciendam non impediret.

qu. 19. num. 3. Non tamen committere singulari personæ & de singulari beneficio.

¶ IMò potest singulari personæ modo generaliter, ad omnia beneficia, Plus dico quod etiam Vicarius in aliqua Diœcesis parte tantum ad conferenda quæ ibi vacabant beneficia, liberè constitui potest exemplo tutoris, qui tametsi ad certam aliquam rem, vel causam tutor dari nequeat, si tamen rei Italicæ, vel Gallicanæ tutor detur, responsum est eum rectè dari, l. si tamen ff. de testam. tut. l. ex facto magna ff. de hæredibus instit. sic in Senatu Parisiensi iudicatum refert Ruffiniac. de re sacerdotali. lib. 3. tit. 10. & aliquando Antistites peculiarem hunc Vicarium necesse habent constituere cum videlicet Diœcesis vel Prouincia ad duorum aut plurium Parlamentorum districtus protenditur: tunc enim in quolibet districtu Vicarium habere lege regni astringuntur.

Finis Septimi Libri, & primi Voluminis.

Digitized by Google

FLAMINII PARISII
IVRECONSVLTI
CONSENTINI,
ET IN ALMO VRBIS GYMNASIO IVRIS PONTIFICII PRIMARII INTERPRETIS.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM TRACTATVS.

Complectens totam ferè praxim Beneficiariam.

TOMVS SECVNDVS.

Decisionibus Rotæ Romanæ, & receptis Doctorum opinionibus vbique locupletatus.

Indice primo Quæstionum, altero deinde sententiarum, ac Verborum Primi & huius Secundi Tomi copiosissimo adiecto.



TOLOSÆ;
Apud RAYMVNDVM BOSC.

M. DC. LXVIII.

Versic, concessa fuit prorogatio & per Rebuffum, in tractatu de deuolut. numer. 30. Quibus adde, collationem post lapsum tempus, intra quod ordinarius conferre debet, factam, posse per patientiam superioris tolerari. cap. literas de supplen. negl. prælat. Quod sano modo intelligendum est, nempè si beneficium idoneo collatum sit. Nam alioquin, huiusmodi tolerantia impetrationem beneficii à tertio faciendam non impediret.

qu. 29. num. 3. Non tamen committere singulari personæ & de singulari beneficio.

¶ IMò potest singulari personæ modo generaliter, ad omnia beneficia, Plus dico quod etiam Vicarius in aliqua Diœcesis parte tantum ad conferenda quæ ibi vacabunt beneficia, libere constitui potest exemplo tutoris, qui tametsi ad certam aliquam rem, vel causam tutor dari nequeat, si tamen rei Italicæ, vel Gallicanæ tutor detur, responsum est eum rectè dari, l. si tamen ff. de testam. tut. l. ex facto magna ff. de hæredibus instit. sic in Senatu Parisiensi iudicatum refert Roffiniac. de re sacerdotali, lib. 3. tit. 20. & aliquando Antistites peculiarem hunc Vicarium necesse habent constituere cum videlicet Diœcesis vel Prouincia ad duorum aut plurium Parlamentorum districtus protenditur: tunc enim in quolibet districtu Vicarium habere lege regni astringuntur.

Finis Septimi Libri, & primi Voluminis.

FLAMINII PARISII
IVRECONSVLTI
CONSENTINI,
ET IN ALMO VRBIS GYMNASIO
IVRIS PONTIFICII PRIMARII
INTERPRETIS.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM
TRACTATVS.

Complectens totam ferè praxim Beneficiariam.

TOMVS SECVNDVS.

Decisionibus Rotæ Romanæ, & receptis Doctorum opinionibus vbique locupletatus.

Indice primo Quæstionum, altero deinde sententiarum, ac Verborum Primi & huius Secundi Tomi copiosissimo adiecto.



TOLOSÆ:

Apud RAYMVNDVM BOSC.

M. DC. LXVIII.

INDEX LIBRORVM, ET QVÆSTIONVM HVIVS SECVNDI VOLVMINIS COMPLECTENTIS LIBROS SEPTEM,

Ac Quæstiones nonaginta quinque.

quantum tempus poßit præstare consensum.

14 *Beneficium resignatam per procuratorem legitimum vbi dicatur vacare, vbi confectum est mandatum procuratoriam, vel vbi factu est resignatio.*

15 *Resignatio facta per procuratorem, an trahatur ad diem confecti mandati, vt tunc dicatur, amissum beneficium.*

16 *An resignatio facta per procuratorem sit eiusdem potentiæ, vis, & effectus sicut resignatio facta per principalem.*

17 *An poßit constitui procurator ad resignandum beneficium aliquo modo, & forma, & an illam conditionem teneatur procurator sub pœna nullitatis actus seruare. Et hac sumpta occasione plenè agitur de procuratoribus constituendis ad resignandum in fauorem, reseruatis fructibus, denominatione, tical. sub certis conditionibus, cum Regressu, Coadiutoria, simpliciter: & de constituto ad resignandum in fauorem personæ nominandæ per ipsum, & hoc casu, an poßit se nominare, & plures casus particulares ponuntur, & explicantur nullitates prouenientes ex nullitate ob non seruatam, & fines mandati.*

18 *An procurator constituens ad resignandum in fauorem Petri, poßit ad instantiam eiusdem futuri resignatarij cogi ad exhibendum huiusmodi mandatum, ac consentiendum.*

19 *An procurator datus ad concordandum de beneficio, cum quibusdam conditionibus, poßit ex hoc resignare.*

20 *An procurator constitutus ad resignandum beneficium super quo ipse habet regressum per decessum, vel cessum etiam in fauorem, consentiendo resignationi, sibi præiudicet, vt ea non poßit vti.*

21 *An si procurator resignet in fauorem inhabilis, vacet beneficium, & ius abdicetur à resignante, vt poßit à quocumque impetrari.*

22 *An resignatio per procuratorem præsumatur facta legitimo præcedente mandato, & ponitur de præsumptione mandati.*

23 *Datis duobus mandatis eisdem, anno, mense, die, loco, & testibus vnam ad resignandum simpliciter, alterum in fauorem, quod censeatur validum.*

24 *Mandatum datum ad resignandum, an expiret mortuo mandante, & quid si procurator incæpit, an poßit post obitum consentire, & plenè tractatur de consensibus, qui præstantur post obitum iuxta Alexandrinam, cuius verba ponantur.*

25 *An procurator constitutus ad resignandum poßit reuocari, & an resignatio facta per procuratorem reuocatum ante scientiam reuocationis teneat, & quomodo debeat fieri intimatio.*

26 *Intimatio reuocationis procuratoris dati ad resignandum coram Papa, vbi debeat fieri & an sufficiat illam facere in Camera, vel Cancellaria.*

27 *An sufficiat intimare reuocationem procuratoris dati ad resignandum futuro resignatario, absque quo intimetur procuratori constituto ad resignandum.*

28 *An procurator datus ad resignandum poßit præstare consensum, non obstante, quòd eius principalis per literas hoc ei prohibuerit.*

29 *An procurator datus ad resignandum censeatur reuocatus eo, quòd resignans effectus sit furiosus.*

30 *An per dationem alterius procuratoris ad resignandum idem beneficium, procurator iam datus censeatur reuocatus.*

31 *An procurator datus ad resignandum cum iuramento de non reuocando, poßit reuocari non obstante huiusmodi iuramento.*

32 *An mandatum ad resignandum expiret per priuationem constituentis, & an per translationem, & ponantur modi reuocandi procuratorem.*

Liber Decimus.

Quæ teneatur facere resignatarius pro validitate, & executione resignationis. Nouem continet Quæstiones.

1 *AN teneatur expedire literas, seu bullas beneficij resignati, vel sufficiat sola supplicatio, quando literæ dicantur expeditæ, an poßint expediri mortuo Papa, qui fecit gratiam, intra quod tempus debeat id facere.*

2 *Quæ teneatur exprimere resignatarius in dictis literis resignationis, & plenè ponuntur omnes qualitates de iure, vel stylo inductæ, quæ necessario sunt exprimendæ in beneficialibus, aliàs literæ sunt obreptitiæ, vel subreptitiæ*

3 *An resignatarius debeat verificare omnia expressa in literis resignationis beneficij quomodo, quando, & coram quo, & quæ sint ista necessaria verificanda, & an teneatur probare suam idoneitatem.*

4 *An resignatarius teneatur docere de titulo sui prædecessoris, quomodo, & quando, & multi casus explicantur.*

5 *An resignatarius teneatur probare resignantem superuixisse.*

6 *An resignatarius teneatur capere possessionem beneficij resignati, an poßit per procuratorem, an poßit vigore supplicationis, vel propria auctoritate. Quomodo debeat capi huiusmodi possessio, & an vacet beneficium per obitum, resignatario moriente antequam capiat possessionem.*

7 *An in resignatione parochialium facta in fauorem alicuius, requiratur examen per concursum, iuxta cap. 18. Concil. Trident. seß. 24. de reformation. & constitutione Pij Quinti 32. in conferendis, & quando requiratur dictus concursus, & quomodo fiat.*

8 *An requiratur acceptatio resignatarij pro complemento & perfectione resignationis, intra quantum tempus, quomodo colligatur, ac præsumatur, & quomodo probetur, & ad quid se obligat acceptans.*

9 *An resignatarij teneantur emittere professionem fidei, & sub qua pœna.*

Liber Vndecimus,

Quomodo debeant publicari resignationes omnium beneficiorum? quando, vbi, per quos, coram quibus, & plenè interpretatur constitutio S. memor. Gregor. XIII. super hac re ædita, cuius verba in præfatione inseruntur, ac itidem tenor constitutionis felicis record. Pij V. Quatuordecim continet Quæstiones.

1 *OB quam causam resignatio beneficiorum est publicanda, & explicantur omnes fraudes prouenientes ex non publicatione.*

2 *Quantum tempus detur ad publicandum resignationes, tàm in factis in Curia quàm in admissis extra Curiam, & quando computetur huiusmodi, tempus, & incipiat currere.*

3 *Resignatio quorum beneficiorum est publicanda, an Reseruatorum, Iurispatronatus, Consistorialium, Electiui, Religiosi, Hospitalis dati in titulum, vel administrationem, & postea plenè agitur de omnibus beneficijs regularibus & de Præceptorijs Religionis Hierosolymitanæ.*

Google

4 *Qui teneantur publicare resignationes in eorum fauorem factas, & admissus, & plenè tractatur de officialibus Curiæ, de S. R. E. Cardinalibus, de Exemptis, de secundis resignatarijs, de impetrantibus beneficia vacantia ob non publicationem, de his quibus transferuntur pensiones, de minoribus, & an si decurrat tempus, detur eis restitutio.*

5 *An quomodocumque facta fuerit resignatio sit publicanda, quid de facta extrà curiam coram Ordinarijs, & alijs Collatoribus, & de permutatione, ac de ea, quæ fit reseruatis omnibus fructibus vel denominatione, titulo, aut pensione, & de commenda, & gratia in form. dignum, & resignatione simpliciter coram Papa absque prouisione, & de cessione iuris.*

6 *Vbi sit facienda publicatio, quibus Ecclesijs, qua die, quo tempore, coram quibus, & quid debeat obseruari, & ponitur forma, quæ quotidie practicatur, & multi casus dubij circa hoc explicantur, & agitur, an forma tradita per Gregorium XIII. possit adimpleri in forma æquipollenti, & quæ suffragentur.*

7 *Quæ sit pœna non factæ publicationis resignationis, nullitas literarum quomodo inducatur, ius an abdicetur à resignante, & an non facta publicatione reseruatione fructuum, & pensionis amittantur*

8 *An beneficia quæ vacant ob non factam publicationem, dicantur vacare in curia apud sedem.*

9 *An possit allegari, constitutionem felic. record. Greg. XIII. non fuisse acceptatam, publicatam, vsu receptam in aliqua Ciuitate, Prouincia ad effectum sustinendi resignationem non publicatam, & ponitur modus publicandi in Curia constitutiones Pontificias.*

10 *An in impetratione beneficiorum vacantium ob non factam publicationem debeat poni clausula in literis,* vocato possessore, *&c. Vel sufficiat committere Ordinarijs, vt constito de non publicatione, conferant beneficium absque alio.*

11 *An constitutio Pij V. de publicando sit in totum sublata per dictam constitutionem Gregorij XIII. non solum quo ad modum, tempus, & formam publicationis, sed etiam quo ad modum extensionis consensus, & possessionis capiendæ.*

12 *Quæ differentia sit inter constitutionem Pij V. de public. & Gregorij XIII. etiam de publicat.*

13 *An impedimenta legitima excusent à publicatione facienda, quæ dicantur in hac materia impedimenta legitima, an bellum, pestis, casus fortuiti, & agitur de impedimentis animi, corporis, & de prouenientibus ab aduersario, iudice, aut tertio, vel patre, & consanguineis, ac à Dataria, & occasione Sedis vacantis, an huiusmodi impedimento sint probanda, & quomodo, & an tunc resignatarius teneatur in alio loco facere aliquam diligentiam, vel protestationem.*

14 *Cui incumbat onus probandi publicationem, vel non publicationem, & agitur quomodo probetur publicatio, & quomodo non publicatio: Et an re-*

15 *signatio præsumitur, & in tempore facta, ac alij casus contingentes explicantur.*

Liber Duodecimus.

De infirmis resignantibus beneficia. & morientibus intrà viginti dies, vt vacent huiusmodi beneficia per obitum, & non per renuntiationem iuxtâ regulam Cancellariæ xviij. Sanctis. D. N. Clementis viij quæ ponitur & plenè interpretatur. Continet. Quæstiones quatuordecim.

1 Q*Va ratione emanauit huiusmodi regula, à quo loco fuerit extracta.*

2 *An hæc reg. sit odiosa, vel fauorabilis.*

3 *In quibus beneficijs procedat, an habeat locum in Præceptorijs, in beneficijs manualibus, in beneficijs iurispatronatus, in beneficijs reseruatis, electiuis, litigiosis, in consistorialibus, super Episcopatibus, Abbatijs, Prioratibus, Præpositutis, & alijs consistorialibus, quæ non prouidentur in Consistorio, ac in beneficijs vnitis, in translationibus pensionum, in iuribus ad beneficia, & in officijs curiæ,*

4 *Qui comprehendantur sub dispositione huius regulæ, & an habeat locum in Papa, in S. R. E. Cardinalibus, in Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in Exemptis in familiaribus Cardinalium, in fœminis religiosis.*

5 *An vbique, & quomodocunque facta fuerit resignatio, habeat locum hæc regul., & quid de resignatione facta extra Curiam, de permutatione, de resignatione cum reseruatione fructuum, de commenda, & de resignatione per procuratorem.*

6 *An requiratur infirmitas, & quo tempore, & qua, & qualis infirmitas, & multa dubia circa varias infirmitates, & casus explicantur.*

7 *Cui incumbat onus probandi resignantem esse mortuum ad effectum huius regulæ, vt beneficium dicatur vacare per obitum, vel per resignationem & prædicta probatio quomodo debeat esse.*

8 *Quare magis apponatur terminus viginti dierum ad validandam renuntiationem iam factam, quàm quindecim, vel triginta; Et agitur an dies, qua præstatur consensus per resignantem computetur in dicto termino, & quid de die quo moritur, resignans, & an loquatur, de die naturali, vel artificiali.*

9 *An vacatio per obitum inducta per hanc regulam, resignante moriente infrà 20. dies sit vera ad effectum, vt sub regulis, & alijs dispositionibus, ac concessionibus, loquentibus de vacatione per obitum comprehendatur, vel sit facta.*

10 *An beneficia, quæ censentur vacare per obitum secundum dispositionem huius regulæ resignante moriente infrà 20. dies, sit affectum, & reseruatum collationi Papæ, vt ad ipsum dumtaxat spectet dispositio, & non ad ordinarios, & alios collatores. Et quid de renuntiatione facta coram ordinario, & ponitur quomodo sit facienda impetratio dictorum beneficiorum.*

11 *An habeat locum hæc regula in resignationibus factis & consensibus præstitis post obitum Papæ.*

12 *An hæc regula loquatur de consensu resignantis, vel de consensu resignatarij, an de vtroque.*

13 *De qua collatione, seu auctoritate loquantur verba regulæ, quauis auctoritate.*

14 *An derogetur huic regulæ, an legatus à latere possit ei derogare, quomodo debeat esse derogatio, an comprehendatur ex clausulis generalibus, & an derogatio sit valida tempore alterius Papæ.*

Liber Decimus tertius.

De resignatione metu, dolo, fraude, vi, & post spolium facta. Quinque continet Quæstiones,

1 A*N resignatio Beneficij, & Dignitatis metu facta sit nulla, & quid si fuerit iurata, qui metus requiratur, & quomodo probetur, & agitur de metu mortis, & cruciatus corporis, de carcere, de metu excommunicationis, de metu amis-*

sionis omnium bonorum, vel partis, de metu periculi consanguineorum. At dubitatur de renunciante ob metum reuerentialem Episcopi, seu Cardinalis, ob praeceptum Regis, aut alterius commnatorium carceris, priuationis, &c. ob iussum Iudicis, & an requiratur protestatio, & purgetur per tempus subsequens, & alij multi casus explicantur.

2 *An resignatio metu facta sit nulla ipso iure, vel veniat rescindenda, & à quo rescindatur, quomodo, & an requiratur noua collatio.*

3 *An resignatio dolo facta sit nulla, & an ipso iure, & quomodo probetur dolus.*

4 *An resignatio fraude facta sit nulla, & quid de permutatione, quomodo colligatur fraus in permutatione, & in resignatione, & agitur de modo probandi illam. Et an resignatio facta vi sit nulla.*

5 *An resignatio facta post spolium teneat, & quid de facta coram Iudice competenti, & de ea, quae fit post spolium absque vi, & metu, & de facta per procuratorem constitutum ante spolium, & an huiusmodi spoliato detur restitutio etiam si non fuerit conquaestus per aliquod tempus, & etiam si pepigisset non acturum spolio, & etiam si resignauit in fauorem tertij: & plenè agitur de eo, quod tenetur probare spoliatus, & ponitur exactissimè quomodo debeat probari color, & an actio spolij possit cedi.*

Lib. XIV. & vltimus.

Quae resignatio sit simoniaca, an sit nulla ipso iure, quomodo probetur, & per quos, continet decem Quaestiones.

1 *AN resignatio facta cum interuentu simoniae sit nulla, & an pariter collatio sit nulla.*

2 *An resignatio simoniaca sit nulla ipso iure, vel veniat annullanda per sententiam, & agitur de poenis simoniacorum, etiam attento tempore nouissimo.*

3 *Quae resignatio dicatur simoniaca, & agitur quando fuit facta pro temporali re mobili, vel immobili, & an renunciatio possit fieri in fauorem coram ordinariis absque vitio simoniae.*

4 *An resignatio facta ob aliquod spirituale, dicatur simoniaca, & exemplificatur pluribus modis.*

5 *An resignatio in fauorem cum pacto retinendi fructus vel pensionem dum viuit, committat simoniam, & agitur de tractatu qui fit inter resignantem, & resignatarium ante resignationem.*

6 *An resignatio facta coram Ordinario ea intentione, vt illud beneficium conferatur nepoti, vel alteri consanguineo dicatur simoniaca.*

7 *An resignatio sit simoniaca ex pactione circa expensas expeditionis, & ex pecuniis mutuo datis, & ex ijs multis casibus particularibus, ibi positis pro complemento totius materiae.*

8 *An coniectura, & praesumptiones probent resignationem simoniacam, & quomodo debeant esse huiusmodi coniecturae.*

9 *Resignatio simoniaca quomodo probetur, & multa dicuntur de correspectiuitate actuum, ex qua praesumitur simonia.*

10 *An simonia probetur per testes socios criminis.*

FINIS.

Google

FLAMINII PARISII

IVRE-CONSVLTI

CONSENTINI.

TOMVS SECVNDVS.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER OCTAVVS.

Quomodo sit facienda resignatio omnium beneficiorum in Curia, & extrà Curiam.

Hic Liber Octauus vndecim habet quæstiones:

1 *An renuntiatio beneficij debeat fieri specificè & expressè.*
2 *An debeat fieri in scriptis.*
3 *Quomodo sit facienda renuntiatio Papatus.*
4 *Qua forma Cardinalatus renuntiatur.*
5 *Quomodo fiat renuntiatio Archiepis. & Episcopatus.*
6 *Beneficia Consistorialia quomodo renuntientur.*
7 *Qua forma sit facienda renuntiatio aliorum beneficiorum coram Papa.*
8 *Quomodo præstetur consensus in renuntiatione beneficiorum in Curia, & vbi.*
9 *Qua forma facienda sit renuntiatio coram ordinariis.*
10 *An alius consensus in renuntiatione requiratur.*
11 *An credendum sit litteris attestantibus renuntiationem factam fuisse.*

QVÆSTIO I.

An resignatio beneficij debeat fieri specificè & expressè.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio beneficij debet fieri expressè & specificè.*
2 *In dubio quis non præsumitur renuntiare beneficio.*
3 *Interpretatio capienda, vt renuntiatio vitetur.*
4 *Renuntiatio est donatio.*
5 *Donatio non præsumitur.*
6 *Remissio est donatio.*
7 *Remissio non præsumitur nisi probetur.*
8 *Renunciatio est stricti iuris.*
9 *Renuntiatio interpretatur, vt minùs noceat resignanti, quam fieri potest.*
10 *Renuntiatio est strictissimi iuris.*
11 *Præsumitur error potius, quàm renuntiatio.*
12 *Renuntiatio est quædam dilapidatio.*
13 *Renuntiationis verba diligenter sunt ponderanda.*
14 *Renuntians vni priuilegio alteri renuntiare non videtur.*
15 *Renuncians feudum ex vna causa, potest illud ex alia habere.*
16 *Renuntians priuilegio non censetur renuntiare iuri communi.*
17 *Renuntians instrumento debiti, quid videatur renuntiare.*
18 *Renuntians litteris quid videatur renuntiare.*
19 *Non censetur renuntiatum nisi quatenus expressum est.*
20 *Mens renuntiantis an ex signis certis, & coniecturis possit colligi.*
21 *Promittens renuntiationem quid videatur promittere.*
22 *Prælatus absoluens subditos ab obedientia, non censetur renuntiare prælaturæ.*
23 *Prælatus an censeatur renuntiare prælaturæ ob reuerentiam præstationem.*
24 *Committens se gratiæ an renuntiet ius suum.*
25 *Renuntians litteris quid renuntiet.*

PRimò quæro, an specificè & expressè debeat fieri renuntiatio beneficij? communis opinio est affirmatiua, vt scribit † Zabar. cons. 30. col. 4. Alc. cons. 225. n. 6. lib. 5. Quia in dubio quis † non præsumitur renuntiare beneficio suo. Host. in cap. post electionem, num. 6. de conces. præb. But.

Digitized by Google

in cap. lectæ.n. 1. de ren. & in cap. super hoc. num. 5.
eod. ti. Et regulare est, vt iuris proprij renunt. non
3 præsumatur in omni materia, sed semper † capienda
sit interpretatio, vt euitetur, late Dec. in l. postquam
liti. num. 16. C. de pact & con. 352. num. 6. Crau.con.
257. num. 4. & con. 142. num. 6. & con. 290. num. 6.
Nat. cons. 78. in fi. li. 1. Rui. cons. 127. num. 19. volu.
3. Cardinal. Paris. consilio 49. num. 39. vol. 3. & com-
muniter Doctores, vt per Tiraq. in l. si vnquam. in præ-
fatio. numero. 128. & 129. C. de reuoc. don.

Ratio rationis duplex est, prima quia renuntiatio est
donatio, vt latissime deducit Tiraquell. in d. l. si vn-
quam. in verb. donatione. qu. 8. donatio autem non †
4 præsumitur, l. cum de indebito. ff. de prob. l. Campa-
nus. ff. de oper. libert. Bar. in l. 1. num. 6. C. ad Velle-
ian. Marsil. sing. 97. in princ. ergo neque renuntiatio,
5 hac ratione, quia remissio † nihil aliud est quam dona-
6 tio. l. hoc iure. † 1. ff. de don. l. si quis oblig. ff. de reg.
iur Bar. & Doct. in l. Modest. ff. de don. Nat. cons. 14.
num. 2. vol. 1. & cons. 566. num. 16. eod. lib. Rol. à
Vall. cons. 64. num. 20. lib. 2. Pancirol. cons. 59. num.
7 89. non præsumitur, † nisi probetur. Rol. cons. 51. num.
13. volum. 4. Menoch. cons. 46. numer. 9. & cons. 99.
num. 179. lib. 1. & communiter Doctores, vt per Mas-
card. de prob. concl. 1262. per totam, vbi ampliat &
limitat.

8 Secunda quia renuntiatio † est stricti iuris, & ideo
semper interpretatur, vt non credatur facta, & si pro-
9 betur facta vt † minus noceat resignanti, quàm fieri po-
test Dec. cons. 495. num. 19. & 20. & cons. 551. & cons.
615. Card. Paris. con. 12. num. 94. vol. 2. & cons. 10. n.
20. & 21. vol. 4. Nat. cons. 78. in fi. lib. 1. Cur. iun. cons.
23. in prin. Crauet. cons. 257. num. 4. Cæphal. cons. 19.
num. 25. & cons. 15. num. 44. & seq. & cons. 58. num.
22. vol. 1. Bertaz. consil. ciu. 32. num. 29. Pancirol. con.
61. in fi. & est communis omnium Doctorum senten-
10 tia, immo est † strictissimi iuris. Car. Alb. cons. 17. nu.
11 8. ob id potius præsumitur error etiam in facto † pro-
prio, quam iuris renuntiatio. Ruin. cons. 127. nume. 19.
vol. 3. Tib. Dec. cons. 47. num. 7. vol. 2. & cons. 29.
num. 25. & cons. 33. num. 46. eod. li. cum potius præ-
12 sumatur error, quàm dilapidatio, & renuntiatio est †
quædam dilapidatio. Tib. Decian. cons. 39. numer. 87.
vol. 2. cons. 52. num. 18. vol. 1. cum alijs adductis per
Tiraquell. in l. si vnquam. in præfat. num. 128. & 129. C.
de reuocan. donat.

13 Hinc † verba renuntiationis diligenter esse ponde-
randa, scribit Fran. de Mar. cons. 68. num. 3.

Hinc habens plura remedia, seu priuilegia, vni re-
14 nuntians, alteri † renuntiare non præsumitur. l. si do-
mus. vbi Castren. ff. de seruit. vrb. prædio.

Hinc renuntians feudo ex vna causa non prohibetur
illud ex alia causa sibi competenti habere. Bald. in l. 1.
q. 50. ff. de rerum diuis. Cat. cons. 129. in 3. dub. Tiber.
Decian. cons. 29. num. 59. vol. 3.

15 Hinc renuntians † priuilegio, non censetur renun-
tiasse iuri communi. Bur. in cap. 1. per illum text. in 2.
not. de transact.

16 Hinc renuntians † instrumento debiti non præsumi-
tur renuntiare debito, sed tantum probationi fiendæ
per illud instrumentum. Fel. in cap. capitulum. numer.
14. de rescr. Dec. cons. 17. num. 3. Rol. a Vall. cons. 43.
num. 16. vol. 3.

17 Hinc renuntians † literis non præsumitur renuntiare
contentis in eis, sed solum probationi per ipsas facien-
dæ. Tib. Decian. cons. 29. num. 76. vol. 2. nam satis
est quòd aliquid operetur. Bartol. in l. labeo. §. 1. ff. de
pact. & tunc nihil aliud amplius debet operari. Corn.
cons. 291. vol. 4. Alex. cons. 27. num. 3. li. 3. Cat. Paris. con.
12. num. 94. vol. 2. & cons. 10. num. 20. & 21. vol. 4. Car.
Alb. cons. 38. num. 8. Hier. Gab. cons. 60. num. 6. & cons.
90. num. 34. vol. 1. & est communis opinio, teste Bursat.
cons. 33. num. 48. vol. 1.

Hinc etiam alibi dicitur, quòd non censetur renun-
18 tiatum, † nisi quatenus expressum sit. Bar. cons. 72. ex
facto. col. 1. Dec. cons. 43. col. 2. & consil. 47. col.
etiam 2. Tib. Decian. cons. 64. num. 30. vol. 3. Rol. à
Vall. cons. 43. num. 16. vol. 3. Nisi ex signis certis † & 19
coniecturis mens resignantis in contrarium colligatur,
iuxta ea quæ scribit Bald. in l. labeo. §. 1. ff. de pact. se-
quuntur communiter Doctores, vt per Mascar. de prob.
concl. 1263. num. 18. Et ideo qui promittit renuntia-
tionem totius, illam † videtur promittere in partibus 20
diuiduis. Purpur. cons. 551. num. 2. lib. 2.

Hinc non censetur renuntiare prælaturæ Prælatus si
absoluit † subditos ab obedientia. But. in cap. lectæ. n. 21
1. de renunt.

Hinc Prælatus non censetur renuntiare prælaturæ
propter † reuerentiæ præstationem, & obedientiæ ex- 22
hibitionem. But. in cap. 3. num. 1. de his quæ fiunt a
mai. par. Et non renuntiat iuri suo qui committit se
gratiæ, cap. veniens. de renun.

An verò renuntians literis videatur renuntiare tit.
vide Maiol. lib. 3. cap. 6. & Dec. respons. 29. num. 74.
lib. 2. An iste videatur renuntiare causæ, Guid. Papæ.
cons. 6. num. 5.

Lib. 8. quæst. 1. Ibi, Communis opinio est affirmatiua.

ET ita inuiolatè obseruatur: siquidem semper in ip-
sis resignationibus, ac etiam in procuratoriis ad resi-
gnandum confectis expressè nominatur beneficium, de cu-
ius resignatione agitur. Et absurdum sanè iudicaretur,
si secùs fieret.

Eadem q. num. 19. Ibi, Nisi ex signis certis & coniecturis mens resignantis in contrarium colligatur.

PRout satis colligitur ex consensu formali, quem resi-
gnans per seipsum, aut per procuratorem ad id ab eo
specialiter constitutum præstat: & sine quo resignatio
ipsa viribus non subsisteret. Huic enim ille dat esse, ve-
lut forma rei. arg. l. Iulianus scribit. §. si quis rem. ff. ad
exhiben. & l. adeò. §. insula. Ibi. quia & ager ille qui
fuerat, desiit esse, amissa propria forma. ff. de acq.
rer. dom.

quæst. 1. num. 1. An specificè & expressè debeat fieri renuntiatio? Communis opinio est affirmatiua.

¶ MVltiplici respectu renuntiatio specificè & ex-
pressè fieri dici potest. Primò respectu sui, vt
scilicet clarè & expressis verbis, non autẽ implicitè & per
consequentias concipiatur & in hoc sensu præcipuè proce-
dit quæstio. Secundò respectu beneficij, nec enim generali-
ter quæcumque beneficia resignare licet, sed in indiuiduo
tale corpus beneficij: vnde est quod mandata generalia
ad resignandum constitutione Henrici 2. contra paruas
datas nuncupata. art. 10. penitus reprobantur. Tertiò
respectu superioris ius admittendi habentis puta Episco-
pi vel Papæ: mandatum tamen generale ad renuntian-
dum in manibus eius qui recipere potest, non improba-
tur, gloss. Clem. vnic. in verb. manibus. de renuntiat.
Quartò respectu Resignatarii expresse nominati in man-
dato. Licitè tamen procurator, constituitur, ad resignan-
dum in fauorem personæ per ipsum procuratorem eligen-
dæ & nominandæ, Molin. in commentario ad d. ordinatio-
nem Henrici 2. art. 10 etiamsi procurator sit Laicus, per
rationes ab eo ibidem adductas; quamuis contrarium
velit Melchior Pastor de benefic. lib. 3. tit. 6. numer. 3.
Quinto respectu procuratoris, qui certus esse debet, l. 1.
ff. de procuratoribus, non in albo relictus, Rebuff. in pra-
xi tit. de procurat. ad resignandum. nu. 8. & 9. Sed quam-
uis de iure non valeat tale mandatum sustinetur tamen
de consuetudine. Pcër. decis. 274 quem sine fundamento
reprobat Reb. ff. d. num. 9. Sextò ratione loci & diœcesis
vtrũque enim exprimi debet, ne incertitudo vitiet prouisio-
nem, de quo videndus est Rebuff. in praxi tit. forma si-
gnat. in verb. loci & in verb. eiusdem diœcesis.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

An debeat fieri beneficij renunciatio in scriptis; negatiuam aliqui, alij affirmatiuam vt communiorem, & ex stylo obseruatione Curialistica magis vsitatam tenuere; & quinam illi.

SVMMARIVM.

1 *An renunciatio beneficij debeat fieri in scriptis.*
2 *Collatio an requirat scripturam.*
3 *Renunciatio, quæ resultat ex facto, potentior est ea quæ ex verbis.*
4 *Vbi est opus facto, non sufficiunt verba.*
5 *Renunciatio beneficij an possit probari testibus, & numer. 6.*
6 *Paria sunt probare per scripturam, vel per testes.*
7 *Renunciatio probatur per literas tantum.*
8 *Solo verbo Papæ perficitur gratia.*
9 *Verbum, fiat, cuius sit potestatis & effectus.*
10 *Episcopus aliquis efficitur ex pronuntiatione Papæ.*
11 *Gratia Principis ante confectionem literarum, dicitur informis.*
12 *Iudices non possunt iudicare iuxtà formam supplic.*
13 *Rationes reg. Cancellariæ de non iud. iux. for. supplic.*
14 *Difficile est scire omnem continentiam gratiæ contentæ in supplicatione.*
15 *Officiales Cancellariæ ob appositionem manuum percipiunt emolumenta.*
16 *Officiales cancellariæ ad quid sunt deputati.*
17 *Gratiæ Papæ habent tacitam conditionem, si per Cancellariam literæ expediri possunt*
18 *Literæ dicantur expeditæ cum sunt in plumbo.*
19 *Sumptum de registro supplicationum, fidem non facit.*
20 *Sumptum literarum bullatarum fidem facit.*
21 *Collatio inferiorum potest testibus probari.*
22 *An probatâ amissione literarum, gratia summi Pontificis possit testibus probari.*
23 *In Palatio adsunt duo registra.*
24 *In foro conscientiæ quis est tutus ex sola supplicatione.*
25 *Circunstantiæ, & qualitates gratiæ possunt testibus probari.*
26 *Tenor gratiæ potest testibus probari cum litteræ sunt deperditæ.*
27 *Testibus potest probari resignationem non fuisse factam sponte.*
28 *Resignatio non præsumitur facta voluntariè.*
29 *An sint admittendi testes de libera voluntate; vel de metu in resignatione.*

1 SEcundò quæro, an † resignatio beneficij debeat fieri in scriptis? negatiuam opinionem, non requiri scripturam tenuerunt Gl. in can. qualiter. 8. q. 1. Paul. quem refert & sequitur Card. zabar. in clem. 1. num. 23. de renunc. Card. Ale. in can. sicut vir. §. ecce. num. 4. in fi. 7. q. 1. & in dict. can. qualiter. num. 6. in fi. Bal. in cap. 2. num. 3. de restit. spol. Ias. in l. cum proponas. num. 4. C. de pact. idem Ias. in rub. ff. de acq. poss. num. 17 ex cap. sollicitudinem de appel. cap. ex ore, de his quæ fi. à mai. par cap. postquam. C. de pact. cap. super hoc de renunc. Contraria tamen opinio, vt requiratur hodiè scriptura communiter recipitur & approbatur ab omnibus ex stylo vulgari, & notorio in Romana Curia, & ex regula Cancell. quam firmarunt Turrecrem. in d. can. sicut vir. §. ecce. num. 1. 7. qu. 1. vbi Arch. num. 4. & alij. Imol. in cap. 1. num. 56. de rer. permu. Luc. de Penn in l. curiales. colu. 6. in prin. C. de præd. curial. lib. 10. Gl. in can. qualiter. in verb. data. 7. qu. 1. Bellam. de Permut. benef. parte. 8. qu. 1. num. 1. idque potest deduci ex d. §. ecce. can. sicut vir. 7. q. 1. ibi, *eo petitionem scripto donate &c.* & ex d. can. qualiter, ead. caus. & q. ibi, *data in scriptis supplicationi nat petijt &c.* & ex can. quamuis. ea. caus. & qu. ibi, *ipse dato petione &c.* & ex can. Romualdus. 17. q. 2. ibi, *nec promissionem scripsit*, & posset etiam elici ex pluribus textibus positis in tit. de renun. extr. & in 6. quos breuitatis causa scribere prætermittam, cum hoc sit omnibus clarum & expeditum, requiri scripturam, tam in renunciatione, quæ fit coram summo Pontifice, quam in ea, quæ fit coram ordinarijs.

Ita † quamuis in collatione non requiri scripturam 2
voluerint Rot. decis. 28. de prob. in antiq. Cassad. decis. 8. num. 4. de restit. spol. Bald. in cap. 1. num. 3. eo. tit. Ias. in rub. ff. de acq. poss. num. 17. tamen hodie ex communi stylo requiritur tam in Curia, quam extra, vt omnibus notum est. Et quidem tutius est renunciationem fieri in scriptis, vt volentibus pœnitere obstet renunciatio propria aut aliena suo mandato scriptura facta, ita egregiè Ant. de Butr. in cap. 1. de renunc. in 6. & vt tollantur lites, & altercationes, quæ possunt accidere, arg. prin. de vsucap.

Hinc, dicitur potentior renunciatio, quæ resultat ex
facto & scriptura, quam ea, quæ ex verbis. Turrecrem. 3
in c. sunt qui arbitrantur. numer. 1. de pœnit. dist. 1.
Pet. de Anch. in cap. ex literis. num. 6. de vit. & ho-
nest. cleri. Et ideo dicimus, quòd vbi est † opus facto 4
aut scriptura, verba non sufficiunt l. qui decem. §. 1.
vers. idem responsum. de solut. Gl. per illum text. in cap. 1. de eo qui mitt. in poss. cum alijs, vt per Tiraq. in tract. de retract. §. 1. Gloss. 16. num. 9. circa fio. & est commune dictum, ac prouerbium.

Ex quo infertur, quòd quamuis plures DD. ex supra-
dictis, & alij tenuerint renunciationem beneficij † pos- 5
se probari testibus, vt scriptum reliquerunt Bald. in c. 2. num. 3. de restit. spol. Ias. in l. cum proponas, num. 4. C. de pact. vbi dicit ita respondisse in facto, & in l. 1. not. 1. C. de bon. poss. contr. tab. Cassad. decis. 8. num. 4. de restit. spol. Fr. Niconit. in cap. quoniam contra. num. 132. de prob. Ferret. cons. 283. num. 25. Rot. decis. 8. de proba. in antiq. vbi dat rationem quia pa-
ria sunt aliquid † probari per scripturam, vel per te- 6
stes. Dec. in l. nihil tam naturale. num. 11. ff. de reg. iur. Gig. de pens. q. 43. Masc de prob. concl. 1272.

Tamen contraria opinio communiter est recepta de
stylo, vt gratia Principis, & sic resignatio † non possit 7
probari nisi per literas. Bald. in l. humanum. in fin. C. de legib. & in l. si qua per calumniam. C. de Episco. & cleric. idem Bald. per illum text. in l. idem Vlpianus. ff. de excus. tut. & in cap. constitutus. col. pen. in fin. de rescr. Car. in proœm. cle. ver: Nec sane. in fin. Abb. in cap. nost. in vl. no. de elect. vbi dicit quòd hodiè non sufficit probare per testes Papam pronuntiasse aliquem Prælatum, sed sunt necessariæ literæ. Idem Abb. in cap. qualiter. in prio. de elect. Fel. in rub. de constit. col. 3. Staph. de litt. grat. tit. quib. mod. except. nu. 10. Affli. decis. 361. num. 17. & 21. & dec. 319. nume. 10. Gig. in resp. 42. nume. 9. Rebuff. in concord. de manda. Apostolic. §. 1. vers. ad probandum, & est communis & recepta DD. sententia, vt per Mascard. de prob. concl. 843. in prin. & ita obseruare Romanam curiam attestatur Bellamer. decis. 746.

Namque verum † est solo verbo Papæ perfici gra- 8
tiam. can. inquisitionis. 25. qu. 1. clem. dudum. § vlt. de sepultu. Arch. & Ioan. And. in proœm. 6. Gem. conf. 106. col. 3. post nume. 6. Fel. in cap. nostra, in fin. de resc. Cald. in cap. quisquis, de elect. Ias. cons. 146. col. 5. post. numer. 3. vers. quinto facit. libr. 2. Sar. de non iud. iuxt. form. suppl. q. 1. num. 2. Cassad. dec. 4. nume. 2. de caus. poss. & propr. Gig. tract. pens. q. 34. num. 1. Rebuff. in reg. 34. Cancell. col. 1. vbi exempli-
ficat in † verbo fiat, Arnulf. Rux. de iur. reg. priuileg. 9
4. nume. 14. & 15. Bursat. cons. 393. numer. 4. & ideo scribunt DD. quòd statim quòd Papa pronuntiat ali-
quem esse Episcopum † alicuius ciuitatis, statim ille de- 10

Digitized by Google

citur Episcopus, Bal. quem refert Dec. in rub. de const.
t. lect. numer. 38. communis opinio teste Mascard. de
prob. conclu. 843. nume. 20. & id posse probari per te-
stes verissimum esse affirmant Gem. in procem. 6. §.
vniuersitati, numer. 4. in fin. Fran. num. 2. Bonif. de Vi-
tali. in clem. dudum. §. nos etiam de sepult. Dec. cons.
169. colu. 2. Ioan. Selu. de Benef. 3. par. q. 22. hoc ta-
men procedit quantum ad validitatem, vt declarat,
Dec. in d. rub. de constit. lect. 1. numer. 42. quo vero ad
probationem, requiritur scriptura, vt est communis
opinio omnium D D. de qua suprà, & attestatur Sarn.
de non iud. secun. for. suppli. q. 1. num. 2. vel hoc pro-
cedit de iure communi: de stylo autem curiæ requiri-
tur scriptura. Card. in procem. clem. ver. sane. in fin.
Fel. in cap. ex diligenti. in fin. de simo. Mascard. de
prob. conclus. 843. num. 10. ob id gratia Principis an-
11 te confectionem literarum † dicitur informis & im-
perfecta sed per confectionem literarum ad suum esse
perfectum deducitur. Rot. decis. 20. in fin. de concess.
præb. Rot. decis. 4. eo. tit. per Bisigner. Bella. dec. 432.
& dec. 746. & cons. 34. nume. 5. Rot. dec. 27. de resc.
in nou. Oldr. cons. 320. quod articuli. nume. 6. Et iudici
12 prohibitum est iudicare iuxtà for. suppl. † & eis man-
datur, vt iudicent secundum formam literarum expe-
ditarum, vt habentur in reg. Cancel. de non iud. iux.
form. sup. & ratio duplex assignatur, vt tradit ibi Sarn.
13 num. 6. Prima, vt euitentur † falsitates quæ in suppli-
cationibus facilius committerentur, quam in bullis
propter appositionem manuum plurimorum officia-
lium. arg. l. vlt. C. de codic. & sic si probaretur testib.
gratia, multa absurda euenirent, quia difficilimum, &
14 quasi impossibile esset scire omnem continentiam †
gratiæ, vt tradit Car. in procem. cle. ver. nec sane. Re-
buff. in conc. rub. de mand. Apost. §. 1. Barb. in d.
procem. Secunda ratio, ne, si sola supplicatio absque
literarum expeditione sufficeret, officialibus Romanæ
15 Curiæ præiudicium inferretur, qui eam † ob causam
officia bona fide à sede Apost. emerunt, vt aliquod
emolumentum capiant ex appositione manuum, & sum-
mus Pontifex deputauit dictos officiales ad literas su-
per gratijs à se concessis expediendas, quibus dedit re-
16 gulas Cancellariæ † vt literæ possint expediri vel de-
negari, & cum quibus clausulis. Sarn. in d. reg. de no.
iud. iuxtà form. suppl. num. 2. q. 1. & de mente summi
Pontificis signantis supplicationem videtur esse vt sua
gratia habeat tacitam conditionem si per Cancellariam
17 literæ super † dicta supplicatione potuerint expediri.
Mil. in repert. verb. gratia Apostolica. Bella. d. cons. 34.
Suplicatio enim postquam est signata à summo Pontifice
ac reuisa, datur Datario, & postea mittitur ad regi-
strum, deinde fit minuta, quæ reuidetur per Summi-
stam, postea scribuntur literæ in quibus apponuntur
manus aliquorum officialium in Cancellaria solutis
consuetis: Postremò in plumbo plumbantur, & tunc li-
18 teræ dicuntur expeditæ cum sunt in plumbo, † iuxta
cap. licet. de crim. fal. fuit resolutum in Rot. in vna
Salmantin. parochialis de mense Nouemb. 1539. coram
Crescentio, teste Sar. d. q. 1. num. 5. vers. est tamen, re-
gula de non iud. iuxtà form. suppl. Et postquam sunt
plumbatæ, registrantur, & dantur partibus: & ideo
19 sumptum de registro supplicationum † signatarum in iu-
dicio fidem non facit. Bellam. decis. 252. Sumptum au-
20 tem literarum bullatarum † fidem facit. Put. decis. 28.
tit. de prob. in manusc. Bellencin. in tract. de charit.
subsid. q. 113. & approbatur id à Rot. vt colligitur ex
Sarn. d. q. 1. num. 4.

Primò limita in inferioribus vt eius collatio possit
21 testibus probari † ita Fran. in procem. sexti, in verb.
vniuersitati, circa fi. Bal. in l. si qua per calumniam. col.
2. nu. 5. versic. modo quæritur. C. de Epis. & cler. Rot.
decis. 5. de os. vic. in nou. Mascard. de prob. concl. 843.
num. 11. 12. & num. 33. Quod puto procedere quando
literæ essent amissæ, vt latè explicat Mascard. concl.
22 173. num. 10. & licet aliqui voluerint † probata amissio-
ne literarum etiam gratiam summi Pontificis testibus
probari posse. Abb. in cap. ex diligenti. in vlt. not. nu.
3. de sim. Fel. in rub. de const. col. vlt. post. nu. 6. ver.
3. casus. vbi Mandos. num. 59. Rebuff. in concord. rub.
de mand. Apost. §. 1. cum alijs. vt per Mascard. d. con-
cl. 743. num. 24. 25. 26. & 27. Tamen Rot. contrarium
obseruat, vt etiam probata amissione literarum, non
admittatur probatio per testes, vt tradit Bellencin. in
tract. de chari. subsid. q. 110. num. 9. & id receptum est
ex stylo vulgari in quocunque tribunali Curiæ, & ratio
est quia in Palatio, ad sunt † duo registra, vnum suppli- 23
cationum omnium expeditarum, alterum literarum:
vnde poterit quisque inuenire suam gratiam, & extra-
here sumptum supplicationum vel literarum, namque
facile inueniri potest etiam si præcise non recordaretur
de anno, propter peritiam, & methodum officialium
ibi existentium, & ita practicari videmus quotidiè, vt
omnibus notum est, namque stylus est vulgarissimus.

Secundò limita, in foro conscientiæ, vt quis sit tutus
in foro Poli, sola supplicatio † signata sufficit absque 24
quo expediantur literæ. Abb. in clem. dudum. §. per il-
lam. in fi. de sepul. Fel. in rub. de const. pen. col. post.
num. 6. vers. secundus casus, & in cap. ex diligenti. in
fi. num. 4. vers. limitabis 1. de simon. Rebuff. in 34. reg.
Canc. col. 3. vers. secundus casus, & in rub. de mand.
Apost. §. 1. vers. 3. in loto conscientiæ, Mascard. d.
concl. 843. num. 30. & communiter DD. passim hoc
volunt.

Tertiò declara ad probandum substantiam gratiæ re-
quiri scripturam, circumstantiæ † tamen & qualitates 25
gratiæ possunt testibus probari. Rot. decis. 27. de res-
cript. in nou. Abb. per illum text. in cap. auditis. in 2.
no. nu. 3. ver. item nota. de rest. in integ. Felyn. in Rub.
de const. post num. 5. vers. & conclusio est. Sarn. in d.
regul. de non iudic. iuxtà form. sup. q. 13. Marsi. in rub.
C. de prob. num. 26. Gig. resp. 9. num. 5. & resp. 34. n.
8. Mil. in reper. in verb. probatio gratiæ Papalis, Syl.
in tract. de benef. p. 3. q. 11. num. 57. Boër. de potest.
leg. à later. num. 78. & est magis communis opinio,
secundum quam iudicauit Rota, vt attestatur Hor.
Mand. in add. ad Rom. cons. 327. sub numer. 8. lit. H.
Mascard. de prob. d. concl. 843. num. 23. & hæc opinio
sequenda est, quicquid voluerint plures DD. & tenor † 26
gratiæ potest testibus probari, si literæ sunt deperditæ.
Mandos. in rub. de const. numer. 59. 60. & 61. vbi di-
stinguit quando literæ sunt deperditæ, & quando sup
plicatio.

Quartò declara, vt possit probari testibus, qualitas
resignationis, primum exemplum, potest probari testi-
bus resignationem non † sponte factam fuisse, quia li- 27
cet videatur agi de probanda negatiua, & sic improba-
bili, attamen quia habet affirmatiuam implicitam nem-
pe, quia coactè facta fuit, testes admittuntur. Abb. in
cap. super hoc. num. 5. & 15. But. num. 9. Imol. nu. 12.
de renunc. Ioan. And. ibid. column. 2. latè Mascard. de
prob. conc. 1272. num. 2. cum seq. qualitas enim gratiæ
testibus probari potest. Fel. in rub. de const. commu-
nis opinio teste Nic. Boër. de potest. leg. à later. in 1.
q. ante num. 79. de communi etiam Mand. in d. rub. de
const. numer. 54. & in reg. de non iudic. iuxtà form.
suppl. quæst. 4. quod comprobatur præsumptione, quia
non † præsumitur, resignationem beneficij factam fuisse 28
voluntariè. Abb. in d. cap. super hoc. numer. 12. Imol.
num. 12. Card. Paris. cons. 10. nume. 64. volu. 1. Mas-
card. d. concl. 1272. num. 12.

An autem sint † admittendi testes de libera volun- 29
tate, vel de metu. Mascard. latè dict. concl. 1272.
col. 2.

Lib. 8. quæst. 1. num. 1. Ibi, Quàm in ea, quæ fit
coram Ordinarijs.

IN hoc sæpenumero peccatur ab Ordinariis collatori-
bus: idque (vt verisimile est) ob Secretariorum impe-
ritiam, qui audita beneficiati resignatione ore tenus facta
vel viso solo mandato, aut procuratorio ad resignandum,

nullo ipsius resignationis actu in scriptis redacto, literas collationis expediant. (¶) Nec mirum; cum in curia Romana idem hac, idemque sit actus renuntiationis & collationis seu vtramque contineat.

Eodem q. numer. 2. Ibi, Tamen hodie ex communi stylo requiritur.

VNde à Notariis (saltem expertis in arte) solet in instrumento procurationis ad resignandum, apponi hæc clausula, literarumque Apostolicarum, desuper necessariarum expeditioni consentiendum.

Eadem quæst. num. 15. Ibi, Vt aliquod emolumentum capiant.

HÆc tamen flocci faciunt Galli, quibus bursales (quas vocant) constitutiones, minus exosæ sunt. Hi etenim, simplici signatura, pro inferiorum beneficiorum prouisionibus contenti, literarum expeditionem spernunt.

Eadem quæst, numer. 24. Ibi, Vt quis sit tutus in foro Poli.

IN Gallia æquè tutus erit in foro fori, atque in foro Poli, is qui sola vtitur signatura: Idque propter tolerantiam Summi Pontificis, qui Gallos ad expeditionem literarum, super concessis ab eo, inferiorum beneficiorum gratiis, compellere non consueuit.

Eadem q. num. 27. Ibi, Latè Mascardus de probat. concl. 1272.

IMo dicendum conclusione 1278. Et ita etiam corrigendæ sunt allegationes sequentes quæ sub numeris 28. & 29. continentur. Ad quod apprimè est aduertendum, ne alioquin candidus Lector decipiatur. Rationem autem, cur resignatio non censeatur facta voluntariè, ponit ibidem Mascardus num. 22. quia scilicet, quod forte multis laboribus & expensis quæsitum est, non præsumitur quis iactare, cap. super hoc de renunt. apud Gregorium.

QVÆSTIO III.

Quomodo sit facienda renuntiatio Papatus?

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio Papatus facienda est in scriptis.*
2 *Papa renuntiante, deuenitur ad electionem successoris.*
3 *Schisma vitandum.*
4 *Concilium generale congregatur ad tollendum schisma.*
5 *Collegium Cardinalium congregat Concilium pro schismate sedando.*
6 *Schisma est causa multorum malorum.*
7 *Scriptura facit quid notorij.*
8 *Renuntiatio Papæ debet fieri in Consistorio.*
9 *Cyriacus & Cælestinus Pontifices renunciarunt in Consistorio.*

QVæro tertiò contingente casu, quomodo facienda sit renuntiatio Papatus? Responde esse
1 faciendam in scriptis † per priuatam scripturam ipsius Papæ, vel publicam, nam id ex-
2 pedire, vt postea possit deueniri † ad electionem successoris, scribit Ant. de But. in cap. 1. nu. 4. ver. tutum. de renunt. libr. 6. vbi Fran. sub. num. 2. ne postea
3 ille negando renuntiationem, aperiatur † via schismati. Io. An. in d. cap. 1. Anc. nu. 5. Ant. de But. num. 4. Gem. num. 9. & communiter Doctores, ad quod tol-
lendum congregatur Concilium † generale. Io. An. in cap. licet deuitanda. vers. Card. de elect. Aug. in cap. si duo. d. 69. Barb. in cap. quam translationem, 32. col. de 4
off. del. per collegium † Cardinalium. Bal. in cap. olim. de rescr. & in cap. quia propter. de elect. cum aliis adductis per Cardinalem Iacob. in tract. de conc. li. 3. ar. 5
1. nu. 11. 74. & 88. & multa † mala solent venire schismate, vt latè Bal. in suo tract. schismatis. Post scripturam autem super renuntiatione confectam si negaret, 6
negatio ei non prodesset † cum illa faciat quid notorij. Io. An. in cap. ex par. 1. de verb. sig. in terminis Franc. d. c. 1. sub num. 7. 7
Vnde licet sufficiat simplex declaratio ipsius Papæ, vt scripsit Vinc. in cap. quod dubiis, de renun. quem sequuntur communiter Doctores in d. cap. 1. teste Franc.
nu. 3. tamen expedit † vt huiusmodi declaratio fiat in 8
Consistorio coram Cardinalibus; vt legimus factum
fuisse a Cyriaco, † & Cœlestino summis Pontificibus, 9
vt habetur per Aug. de Anch. de potest. Pontif. qu. 4. & dixi suprà lib. secundo quæst. 1.

Lib. 8. q. 3. num. 2. Ibi, Ne postea ille negando renuntiationem aperiatur via schismati.

REctiùs sic; ne posteà illo negante renuntiationem aperiatur via schismati.

Eadem qu. num. 6. Ibi, Post scripturam autem negatio ei non prodesset.

NEque si sine scriptura renuntiaret, dummodò id fieret in pleno Consistorio, coram Illustrissimis Cardinalibus. Idque propter tantam sacri Collegij auctoritatem.

Eadem quæst. num. 9. Ibi, Et dixi suprà, libr. 2. quæst. 1.

AC lib. 7. quæst. 5. num. 12.

quæst. 3. Ibi, Per priuatam Scripturam ipsius Papæ?

¶ SIc Celestinum scripto proprio papatui renuntiasse; renuntiationem verò fictitii Cyriaci merum esse commentum ex Baronio suprà lib. 7. quæst. 5. monstrauimus.

QVÆSTIO IV.

Qua forma Cardinalatui renunciatur?

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus renuntiatio debet fieri in Consistorio.*
2 *Cardinales creantur in Consistorio.*
3 *Forma renuntiationis Cardinalatus per magnum Ducem Ethruriæ.*
4 *Oratio facta in Consistorio in renuntiatione Cardinalatus magni Ducis Ethruriæ.*

QVartò quæro quomodo facienda sit renuntiatio
Cardinalatus? Responde in † Consistorio, va 1
aliàs fuit seruatum tempore Alexandri VI. vt dixi lib. 2. qu. 1. facit quod in terminis scribit Fran. in cap. 1. sub num. 5. de renunt. lib. 6. & ratio est euidens,
quia Papa solet in Consistorio creare † Cardinales, vt 2
omnibus notum est. Et ita factum vidimus anno 1588.
namque Ferdinandus Cardinalis Medices † nunc Sere- 3
nissimus magnus Dux Ethruriæ constituit duos nominandos procuratores ad petendam admissionem renun-

tiationis, qui cum Excellentissimo Domino Cæsare Marsilio I. C. Bononiensi Aduocato Consistoriali meritissimo, admissi fuerunt in Consistorio secreto, in quo prædictus D. Cæsar ita dixit, Pater Beatissime, Admodum R.P. Nicolaus Episcopus Ciuitatis Burgi S. Sepulchri, & Illustris Ioan. Nicolaus Ferdinandi Cardinalis magni Ducis apud Sanctitatem vestram Orator eiusdem Cardinalis magni Ducis in Solidum procuratores hoc legitimo suffulti mandato ad resignandum in manibus S. V. Cardinalatus dignitatem, habent ad S.V. & ad sacrum Collegium literas, quas humiliter supplicant, vt recipere dignetur, illisque lectis benigne audire, quæ habent in mandatis. Postea fuerunt datæ literæ, quibus lectis denuo dictus D. Cæsar Marsi. orauit his verbis.

Beatissime Pater, Cardinales Amplissimi.

4 Postquam † superiore anno D.O. Maxim. omnium creatori visum est claræ M. Franciscum Medicem magnum Ethruriæ Ducem, sine descendentibus masculis legitimis & naturalibus, ex huius vitæ exilio ad cœlestem patriam (vt piè credendum est) reuocare. Quod in tam graui iactura maximè optandum erat, Ferdinandus Cardinalis ex duob. qui supererant germanis fratribus natu maior iure, eidem Francisco successit, ac tertius Magnus Ethruriæ Dux summa populorum gratulatione, & lætitia constitutus est. Quamquam verò Ferdinandus Cardinalis magnus Dux, Amplissimam hanc Cardinalatus dignitatem, tot nominibus insignem, ac verè illustrissimam, quamque ab adolescentia in ea versatus tantopere coluit, ac summo cum honore, & splendore sustinuit, ad vitæ exitum vsque retinere desideraret, & certum ac constiturum apud se haberet, in hoc ipso tam magno, tamque graui euentu, rerum statu magnopere commutato (id quod in rebus humanis accidere solet) aliud sibi grauissimis, & maximè necessariis de causis, statuendum suis ac omnino prospiciendum, vt tam amplæ lateque prouinciæ, ac ditioni, quibus præest, necnon familiæ suæ, legitima liberorum & posterorum successione consuleret, atque propterea singulari prius S. V. & huius sacri Collegij benignitate, admissa dignitatis Cardinalatus resignatione sacrosanctum matrimonium ob id subititurum, vt Christianum & prudentem Principem decet, ritè recteque contraheret. Dolet quidem Ferdinandus Cardinalis vicem suam, Pater Beatissime, quando certò etiam agnoscis sibi valde inæquali commutatione de Ecclesia ad sæculum esse transeundum, sed quia ipsis S. R. P. visum est sibi semper indulgere, ne sacris vllis ordinibus initiaretur, qui prudentissimè prospiciebant posse aliquando quod accidit euenire. Idcirco ita dolet, vt aliqua ex parte inde consolationem capiat. Hancque animi sui sententiam S. V. vnà cum his amplissimis Patribus probaturam sibi certò persuadet. Imò verò, & gratam S. V. futuram hanc suam deliberationem sperat, præter enim perpetuam quandam familiæ suæ, præcipuè verò præstantissimorum Ducum in Romanam Ecclesiam fidem & obseruantiam, quam re ipsa semper testati sunt, Ferdinandus ipse eiusque successores, quos diuinam benignitatem sibi largituram sperat, nouo quodam vinculo adstrictum, hoc studium augebunt, nouisque officijs & obsequijs cumulabunt semper. Nemo est præterea, qui ignoret, quantum ad huius sanctæ Sedis amplitudinem, totiusque Italiæ quietem & pacem pertineat, huiusmodi vicinos Principes, terra marique potentes nancisci à quibus perpetua hæc in eam studia dimanent, præclarissimamque familiam Mediceam, quæ cum hac Apostolica sede coniunctissima semper fuit ex qua non solum viri Principes, pietate, rerum gestarum gloria, & heroicis virtutibus illustres, sed tot Summi Pontifices de Catholica religione præclarè meriti prodierunt, in posterum, & florere, & quàm diutissimè conseruari. Multa alia prætermitto, ne longus sim, quæ copiosa aliquando oratione prosecutus est sanctissim. memo. Pius V. in ea constitutione, qua Cosmum Ferdinandi patrem æterni nominis Principem, in magnum Ethruriæ Ducem extulit. Cæterum, Pater Beatissime, Ferdinandus Cardinalis magnus Dux summopere cupijsset ipsemet Romam aduenire, pedibus S. V. aduolui, & in hoc sacro loco, in quo tot annis tam honorificè versatus est, omni cum humilitate S. V. supplicare, ac coram in eius manibus, Cardinalatus dignitatem, non sine animi sensu liberè dimittere, sed cum magnis curis & negotiis, in his præsertim exordijs, assiduè impediatur, quæ S. V. & sacro Collegio non ignota sunt, & probata esse sperat, ob eas causas dedit in mandatis, admodum R. P. Nicolao Episcopo ciuitatis Burgi S. Sepulchri, quem, huius tantùm rei conficiendæ causa, Nuncium & Procuratorem misit, necnon Illustri Ioanni Nicolao, qui apud S. V. illius Orator existit, vt dignitatem Cardinalatus sui, purè, liberè, & simpliciter in manibus S. V. resignent, cæteraque omnia suo nomine efficiant, quæ ad hanc rem necessaria quouismodo, & opportuna videbuntur, quemadmodum ex ipso procurationis mandato copiosè constat.

Hi igitur hic præsentes prostrati ad pedes S. V. & Ferdinandi Medices S. Mariæ in via lata S. R. E. Diaconi Cardinalis, magni Ethruriæ Ducis procuratores, & eius nomine, ea qua decet humilitate, in manibus S. V. dicti Cardinalatus dignitatem, vna cum omnibus præeminentijs, honoribus, priuilegijs, insignibus quibuscumque realiter, & cum effectu, purè, liberè, & simpliciter dimittunt, resignant, & renuntiant, necnon regimini atque administrationi dictæ Ecclesiæ S. Mariæ in via lata, eodem nomine cedunt S. V. humiliter & instantissimè supplicant, vt demissionem, resignationem, renuntiationem & cessiones prædictas grato animo excipiendo, dignetur admittere, sibique iuramenta quæcumque per eum præstita ratione dignitatis Cardinalatus & præfatæ, aliarumque quarumcunque Ecclesiarum, quibus adhuc vsque diem præfuit, relaxare, & quacunque magis opportuna ratione statui conscientiæ, & securitati eiusdem Cardinalis magni Ducis prouidere, prout S.V. ex summa sua prudentia, & benignitate censuerit expedire.

Quod verò reliquum est, Pater Beatiss. Ferdinandus Cardinalis Magnus Dux multis quidem nominibus Sanctitati V. & huic Apostolicæ Sedi se adstrictum profitetur, sed ad vetera S. V. erga eum officia, & promerita magnus cumulus accedet, si S. V. cum his Reuer. D D. assistentibus, eum à Cardinalatus munere, (vt sperat) absoluerit, & vt in altera vocatione ad quam eum Deus vocat, diu feliciterque versari possit, suam sibi paternam benedictionem impertiuerit.

Summus Pontifex annuit, & admisit renuntiationem, Cardinalibus omnibus consentientibus, quare fuerunt vocati duo Protonotarij participantes, vt de hoc actu se rogarent.

Libr. 8. quæst. 4. numer. 1. Ibi, Responde in Consistorio.

Responsio non videtur congruere interrogationi: non enim vbinam, sed quomodo renuntiatio fieri debeat, quæritur. l. vt responsum. C. de transact.

Eadem q. numer. 3. Ibi, Pater Beatissime.

Pulchra sanè, ac elegans, Ideoque menti semper tenenda est, hæc renuntiationis Cardinalatus forma: vt potè quæ rara sit, & non frequenter accidat.

quæst. 4. Ibi, Respoode in Consistorio.

¶ Vide quæ nos supra lib. 5. quæst. 1. de Cardinalatus renuntiatione diximus.

QVÆSTIO V.

Quomodo fiat renuntiatio Archiepiscopatus & Episcopatus.

SVMMARIVM.

1 *In conferendis Episcopatibus alias modus obseruatur quàm in alijs beneficijs.*
2 *Episcopatus non conceduntur per supplicationem.*
3 *Episcopatus dantur mediante promotione consistoriali.*
4 *In Episcopis requiritur ætas, morum grauitas, & literarum scientia.*
5 *Episcopus debet esse Doctor, legitimus, & in sacris antea saltem sex mensium spatio constitutus.*
6 *Qualitates promouendorum debent discuti in Consistorio secreto coram Papa & Cardinalibus.*
7 *Modus creandorum Episcoporum per Concilium Lateranense sub Leone X.*
8 *Promouendos debet adire Cardinales.*
9 *Paulus Quartus statuit, vt promotiones consistoriaAlium non absoluantur vno consistorio.*
10 *Forma Concilij Tridentini in creandis Episcopis.*
11 *Processus fit in creatione Episcopi.*
12 *Modus conficiendi processum in creatione Episcopi.*
13 *Processus promouendorum, si præsentes sint in curia, à quibus fiat, & coram quo.*
14 *Professio fidei fit per promouendos.*
15 *Cardinales proponunt consistorialia.*
16 *Episcopi aliquando fiunt absque processu.*
17 *Cardinalis Montis Regalis habuit Episcopatum, absque processu.*
18 *Modus introductus per Concilium Tridentinum in promotionibus Episcoporum habet locum in cessionibus eorundem.*
19 *Cardinalis relaturus in Consistorio aliquam Ecclesiam, mittit schedulam aliqs Cardinalibus.*
20 *Forma schedulæ, quam mittit Cardi. relaturus aliquam Eccl.*
21 *Montis regalis Ecclesiæ fruct, status, & valor.*
22 *Forma propositionis Card. in Consistorio.*
23 *Forma schedulæ Cardinalis relatoris alicuius Ecclesiæ, quam mittit Vicecancellario.*
24 *Vicecancellarius facit contraschedulam de prouisione Episcopatus.*
25 *Literæ Episcopatus expediuntur super contraschedulam Vicecancellarij.*
26 *Contraschedulæ, & non schedulæ statur.*
27 *Vicecancellario statur de his, quæ concedit summus Pontifex in Consistorio.*
28 *Literæ non possunt expediri super schedula nisi habeatur expressa concessio à Papa.*
29 *Vicecancellarius notat gratias consistorij.*
30 *Scriptura Vicecancellarij dicitur matrix.*
31 *Papa proponente Ecclesiam, Vicecancellarius attestatur.*
32 *Forma attestationis officialis Vicecancellarij, quando Papa proponit Ecclesiam.*
33 *Episcopus potest administrare literis expeditis.*
34 *Papa de iure communi creat Episcopos solo verbo.*
35 *Forma literarum expeditionis Episcopatus.*
36 *Ex quibus causis Episcopi renuntient.*
37 *Forma propositionis cessionis Episcopatus cum reseruatione fructuum.*
38 *Narbonensis Ecclesiæ status.*
39 *Cæsenatensis Ecclesiæ status.*
40 *Forma propositionis cessionis Episcopatus cum reseruatione pensionis.*
41 *Mossan. Ecclesiæ status.*
42 *Melphiten. Ecclesiæ status.*
43 *Renuntiatio Episcopatus fit dupliciter.*
44 *Episcopus renuntians loco, quid renuntiet.*
45 *Episcopo renuntianti loco conceditur denominatio.*
46 *Episcopus renuntiat loco, & dignitati, propter crimen.*
47 *Archiepiscopi, & Patriarchæ comprehenduntur sub dispositione loquente de Episcopo.*
48 *Archiepiscopi non habent plusquam Episcopi in casibus à iure non expressis.*
49 *Regula Cancellariæ de consensibus in reg. non habet locum in prouisionibus Episcopatus.*
50 *Regula Cancellariæ de consensibus in resig. qua ratione fuit edita.*
51 *Consensus per porrectionem supplicationis, de iure communi sufficit.*
52 *Factum coram Papa in consistorio excludit fraudem.*
53 *Episcopatuum cessio expeditur absque expresso consensu.*
54 *Episcopi renuntiantes consentiunt coram Cardinali.*
55 *Forma propositionis Episcopatus vacantis per obitum.*
56 *Asteasis Ecclesiæ status.*
57 *Forma propositionis Episcopatus per translationem.*
58 *Lancianen. Ecclesiæ status.*
59 *Ecclesiæ de Cuzco in Indijs status.*
60 *Nonocomea. Ecclesiæ status.*
61 *Tenor Constit. Greg. XIIII. circa processum promouendorum.*

QVintò quæro, quomodo facienda sit renuntia-
tio Episcopatus & Archiepiscopatus? Res-
pondeo io conferendis huiusmodi dignitati-
bus alium modum obseruari quam † in alijs beneficijs, 1
vt scriptum reliquit Sarn. in reg. de infir. resig. qu. 14.
col. 1. in prin. & col. 2. namque Ecclesiæ Cathedrales
& Metropolitanæ ex consuetudine & stylo non † con- 2
ceduntur per supplicationem, vt tradit idem Sarn. in
regul. de non iudic. iuxta form. supplic. quæst. 9. colu.
2. versic. & ista, sed dantur mediante promotione † 3
consistoriali, vt Sar. dictis locis scribit, quem commu-
niter sequuntur Doctores. Caputaque decis. 298. par. 1.
& tota die experimur. Modus autem qui in his serua-
tur, est infrà scriptus. Nam cum ex constitutione Ale-
xand. Papæ III. edita in Consilio Lateranen. quæ poni-
tur in cap. cum in cunctis, de elect. requiratur in pro-
mouendis ad Episcopatum † ætas, morum grauitas, & 4
literarum scientia, ac vt sit legitimus, Doctor, & in sa-
cro ordine antea † saltem sex mensium spatio consti- 5
tutus, vt patet in decreto conc. Trid. c. 2. sess. 22. de
refor. per hæc verba. *Quicunque post hac ad Ecclesias*
Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus,
ætate, moribus vita, atque alijs, quæ à sacris Canonibus
requiruntur, plenè sit præditus, verum etiam in sacro or-
dine antea saltem sex mensium spatio constitutus, &c.
subdit. *Scientia vero propter hac eiusmodi polleat vt*
muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere. Ideoq;
qui antea in Vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor,
aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonica
merito sit promotus, aut publico alicuius Academiæ testi-
monio idoneus ad alios docendos ostendatur, &c. Ideo
receptum fuit, vt qualitates promouendorum ad Epis-
copatus, referantur, & † discutiantur in consistorio se- 6
creto coram S. D. N. ac S. R. E. Cardinalibus, & rela-
tio fiat ab vno Cardinali, cum alijs circunstantijs,
prout in concil. Later. sub Iulio II. & Leone X. stato-
tum esse comperimus, vt habetur in const. 11. Leonis X.
supernæ. de gener. cler. & laico. † ac Rom. Curæ re- 7
formatione in pr. *Ibi vt ab his sumamus exordium, quæ*
pro nunc magis expedire videtur, & quæ sæpe per sin-
gulas ætates neglecta magnam Christianæ religioni attu-
lere perniciem, & in Ecclesia Dei maxima scandala pe-
perit, à promotionibus scilicet ad Ecclesiasticas digni-
tates constituimus exordiri. Cum piæ mem. Alex. Papa
III. prædecessor noster, etiam in Later. Concilio decreue-
rit, vt ætas, morum grauitas, ac literarum scientia in

personis promouendis in Episcopos, & Abbates diligenter inquiratur, nihilque magis Dei Ecclesiæ officiat, quàm cum immeriti assumuntur Prælati ad regimen Ecclesiarum, propterea in promotionibus Prælatorum, quorum à Romano Pontifice magna ratio haberi debet, eo præsertim quod de promotis per eos ad Ecclesias, seu Monasteria in extremo iudicio Deo rationem reddituri sunt. Statuimus, & ordinamus, vt deinceps perpetuis futuris temporibus patriarchalibus, metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis, & Monasterijs pro tempore vacantibus de personis, iuxtà præfati Alex. constitutionem, ætate matura, grauitate morum literarumque scientia præditis non ad alicuius instantiam per commendam, & administrationem, seu conseruationem, aut alio quouis modo prouideatur, nisi ratione vtilitatis Ecclesiarum prudentiæ nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ, cum competenti literatura: & in sede Apostolica meritorum, aliter visum fuerit faciendum. Idemque in electis, & postulatis, quorum electiones, & postulationes per sedem Apostolicam admitti consueuerunt, volumus obseruari, &c. Quinimmo, vt accuratius diligentiusque idoneæ personæ promoueantur, statuimus, vt Cardinalis cui electionis, postulationis, aut prouisionis Ecclesiæ, seu monasterij relatio committetur, antequam in sacro Consistorio, vt moris est, referat commissionem examinis, ac relationis huiusmodi sibi datam vni cuiuslibet ordinis antiquiori Cardinali in ipso Consistorio per se ipsum, vel si ea die qua sibi commissionis onus iniunctum fuerit, Consistorium non fuerit, per Secretarium suum, aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus notam facere debeat, qui tres priores alijs quam primum sui ordinis Card. eam significare teneantur, negotiumque electionis, administrationis postulationis ve, aut promotionis summariè, & de plano per se ipsum dictus relator examinet, & si qui contradixerint his vocatis idoneos, graues, & fide dignos testes, & si expediens opusque fuerit, alios ex officio assumere processusque & iura hominis, vna cum dictis testium die faciendæ relationis secum ad Consistorium deferre debeat, neque vllo modo referat, si præsens
8 *in Curia promouendus † maiorem Cardin. partem antea non adiuerit, vt quæ à referente collegæ sint Card. audituri occulta fide quantum promouendi attinet cognoscere possint.*

Et ita seruatum fuit paucis mutatis, vel additis vsque ad tempus S. memor. Pauli IIII. qui omnium primus voluit & introduxit, vt propositiones consistoria-
9 lium non eo consistorio, † vt hactenus fiebat, sed sequenti absoluerentur, vt interim S. R. E. Card. possint de qualitatibus præficiendi seu promouendi certiores reddi, & plenè instrui. prout attestatur Quint. Mandos. in reg. 24. Cancell. de mala. promot. quæstion. 3. sub. numer. 12.

Superuenit postea Concil. Triden. sub Pio IIII. anno 1563. in quo hoc idem fuit statutum, ac forma breuior,
10 † vtilior, & facilior data fuit, quæ hodie est in viridi obseruantia, vt habetur in sess. 24. cap. 1. de refor. prope fin. ibi. *Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia ac probationes quæcunque de promouendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu à quibuscunque etiam in Romana Curia habita per Cardinales, qui relationem facturus erit Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur, in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment se adhibita accurata diligentia inuenisse promouendos qualitatibus à iure, & ab hac sancta Synodo requisitis præditos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse qui Ecclesiis præficiantur ita, vt relatione in vno Consistorio facta, quò maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit in aliud Consistorium iudicium differatur, nisi aliud Beatissi-*
11 *mo Pontifici videbitur expedire.* Ex quo patet † quòd imprimis fit Processus super quo examinantur testes fide digni, an sint de legitimo matrimonio, an sint triginta annorum, an sint D D. an sint bonæ famæ iuxtà requisita à Canonibus, & ab œcumenicis concilijs, de quib. dictum est, & de qualitatibus Ecclesiæ, super exi-
stentia Ecclesiæ solent communiter fieri tres † articuli, 12
primo vbi sit sita, sub cuius ditione, secundo sub cuius inuocatione sit Ecclesia Cathedralis, quot dignitates, & canonici sint in ea, & an sacristia sit decenter ad cultum diuinum instructa circa paramenta, tertio cuius valoris sit, & quam curam habeat. Super verò idoneitate promouendi fiunt hi articuli primo, an testes cognoscant promouendum, & à quanto tempore citra illum cognouerint, & sint secum conuersati ideò vt possint super eius habilitate deponere, secundo, an sciant promouendum esse de legitimo matrimonio procreatum, & ex quibus parentibus, tertio an ætatem a sacris canonibus diffinitam attigerit, vt possit Cathedralem Ecclesiam consequi, quartò an vitam honestam, & laudabilem duxerit & ducat de præsenti, & honestæ fuerit, & sit conuersationis, bonisque & Christianis moribus præditus, quinto an sit V. I. D. Theologus seu licentiatus in publica vniuersitate, sexto an tali scientia polleat, vt cuiuscunque muneris temporalis, vel spiritualis sibi iniungendi possit necessitati satisfacere, septimo an sit habilis, idoneus, & sufficiens ad regendum, & gubernandum qualemcumque Episcopatum, & ad docendum Dominicum gregem necessaria ad salutem, octauo an secundum Christianam charitatem possit aliquam Ecclesiam Cathedralem defendere, ac fideliter diuina ministeria, & verbum Dei dispensare, nono an sit in sacris ordinibus constitutus, & a quanto tempore citra, & habeat cæteras qualitates, per sacros canones, & præsertim per Concilij Tridentini decreta requisitas, & regulariter solent tres vel quatuor testes noti & fide digni examinari super existentia Ecclesiæ, & totidem super idoneitate. Et cum hæc imprimerentur Sanctiss. D. N. Gregorius XIIII. hodie in Consistorio secreto die 15. Mai. 1591. promulgauit constitutionem circa examen faciendum in processu Episcoporum, cuius constitutionis tenorem infra ponam numer. 60. in fine huius quæstionis.

Si promouendus est in curia, processus fit à Notario
deputando † à Cardinali, qui est relationem facturus 13
qui examinabit hos testes cum participatione & in præsentia Auditoris eiusdem Cardinalis. Postea vero promouendus emittit professionem fidei coram illo Cardinali. Si verò promouendus est extrà curiam, & in vrbe non adsint testes qui possint super articulis positis deponere, huiusmodi processus fit à legatis nuntijs vel ordinarijs, vt dicitur in dict. cap. 2. sess. 22. de refor. ibi. *Quarum verum instructio si eius notitia nulla aut recte in curia fuerit, à sedis Apostolicæ Legatis seu Nuntijs prouinciarum, aut eius ordinario, eoque deficiente à vicinioribus ordinarijs, sumaturque,* subdit. *Prædicti autem omnes vnde instructio seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur, alioquin eorum conscientias grauiter onerata esse sciant ac Deum & superiores suos habebunt vltores.* Et in dic. cap. 1. sess. 24. de reform. circa eandem materiam decretum est his verbis. *Quoniam verò in sumendis de prædictis omnibus qualitatibus graui idoneique bonorum & doctorum virorum testimonio non vniformis ratio vbique ex nationum populorum ac morum varietate potest adhiberi, mandat sancta synodus, vt in prouinciali synodo per Metropolitanum habenda præscribatur quibusque locis & prouinciis propria examinis, seu inquisitionis aut instructionis facienda forma Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis vtilis atque opportuna esse videbitur, ita tamen vt cum deinde hoc examen seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio ac professione fidei ab ea facta quamprimum ad sanctissimum Roman. Pontificem omnino transmittatur, vt ipse summus Pontifex plena totius negotij ac personarum notitia habita pro gregis dominici commodo de illis si idonei per examen seu inquisitionem factam reperti fuerint, Ecclesijs possit vtilius prouidere.* Confecto igitur processu eo
modo, vt suprà dictum est, factaque † professione fidei 14

coram Cardinali relatore, processus subscribitur à
Cardinali a quo conficitur, & a capitib. ordinum, scili-
15 cet a primo Cardinali Episcopo, a primo Cardinali
presbytero, a primo Cardinali Diacono, postea in vno
Consistorio fit præconizatio, in alio vero relatio &
admissio, & ita hodie obseruatur communiter, vt quo-
tidie experimur.

Quandoque verò expeditur absque processu & sine
supradictis qualitatibus, & hoc contingit in personis
16 notis † & gratis Summo Pontifici, nam tunc ipse sum-
mus Pontifex refert & concedit approbantibus Cardi-
nalib. & hoc modo fuit promotus ad Ecclesiam Montis
Regalis Illustriss. & Reuerend. D. meus D. Vincentius
Laurus † Cardinalis Montis Regalis nuncupatus, nam
17 Sanctæ memor. Pius V. cum esset Cardinalis, erat Epis-
copus Montis Regalis, & statim post assumptionem
suam ad Apostolatus apicem delegit illum. Vnde de-
ueniendo ad rem nostram, postquam quis vult renun-
tiare Episcopatui vel Archiepiscopatu, agit per se vel
per alium cum Summo Pontifice, vt admittat renuntia-
tionem qui si hoc velit concedere committet alicui
Cardinali, vt conficiat processum eo modo, vt supra
dictum est, namque dictus modus est etiam seruandus
18 in prouisionibus, quæ fiunt per † resignationem, cum
ratio militet etiam hoc casu, & hoc in terminis videtur
sentire Samen. de infirm. resign. quæst. 14. colum. 1. in
princ. & colum. 2. & in terminis hoc vult Mandos. in
Rubr. de constit. num. 43. & non habet dubium, quia
quocumque modo vacet, seu per translationem, seu
præsentationem, see alias, seruatur hic modus, eoque
confecto emissaque professione fidei, in vno Consisto-
rio præconizat pretendo licentiam à Sanctissimo, vt
possit in proximo Consistorio referre talem Ecclesiam,
in alio proponit & Summus Pontifex concedit cum
consensu Cardinalium. Verum antequam proponat in
vigilia Consistorij vel per aliquos dies antea Cardina-
19 lis relator emittit schedulam † omnibus Cardinalibus
sequentis tenoris. Ego Cardinalis Alexandrinus in pro-
ximo Consistorio proponam Ecclesiam Montis Regalis
20 † vacantem per liberam resignationem Illustrissimi &
Reuerendissimi Cardinalis Montis Regalis in manibus
S. D. N. pro persona Reueren. P. C. Felicis Bertodani
vtriusque signaturæ Referendarij.

21 Sita est † Ecclesia in principatu Pedemontium sub
ditione Serenissimi Ducis Subaudiæ suffraganea Tauri-
nen. Metropolis quæ sub sancti Donati inuocatione
eiusdem reliquijs, nec non sancti Bernulphi capite or-
natur, habet campanile, chorum, & sacristiam varijs ac
necessarijs paramentis copiosè refertam, Episcopalem
domum non longe distantem ac congruam, sunt in ea-
dem dignitates Archidiaconatus, Archipresbyteratus,
præpositura & cantoria, sex etiam alij canonici, ex qui-
bus pœnitentiarius & Theologus per Illustriss. D. Resi-
gnantem creati fuerunt, à quo seminarium etiam insti-
tutum reperitur.

Fructus in libris Cameræ taxantur ad Florenc. 300.
ascendunt secundum communem ad bis mille & 800.
auri.

Promouendus est ætatis annorum 30. & vltra, Illu-
stribus parentibus & ex legitimo matrimonio procrea-
tus, I. V. D. ac S. D. N. in vtraque signatura Referen-
darius, in sacro presbyteratus ordine constitutus, in
quo concurrunt omnes aliæ qualitates à sancta synodo
requisitæ, prout in processu super his confecto suffi-
cienter probatum cernitur ab Illustriss. DD. meis
Cardinalibus, Capitibus ordinum, & à me approbato
& subscripto.

Emisit professionem fidei in manibus meis iuxta ar-
ticulos a sancta sede Apostolica traditos, supplicatur
pro expeditione &c.

Postea in consistorio secreto Cardinalis relator co-
ram Summo Pontifice & Cardinalibus proponit dicen-
22 do, Beatissime Pater. Vacat Ecclesia Montis † Regalis,
& alijs verbis, quæ habentur in d. schedula, & in fine
dicit supplicatur pro expeditione. Tunc si est admissa
in Consistorio propositio, Cardinalis relator domi si-
gnat manu propria & sigillo suo schedulam sequentis
tenoris, quam mittit Cardinali Vicecancellario.

† Reuerendissime D. Hodie sanctissimus in Christo 23
Pater & D.N. Sixtus diuina prouidentia Papa V. in Con-
sistorio suo secreto, vt moris est, ad relationem meam
Ecclesiam Montis Regalis prouinciæ Taurinen. ex eo
quòd Reuerend. Vicentius tit. S. Mariæ in via præsbyter
Montis Regalis nuncupatus regimini & administratio-
ni dictæ Ecclesiæ, cui tunc ex dispensatione Apostolica
præerat, in manib. sanctitatis suæ sponte & libere ces-
sit, ipsaque Sanctitas sua cessionem huiusmodi admit-
tens pastoris solatio destituta de persona magistri Feli-
cis Bertodani præposituræ S. Christophori olim ordinis
humiliatorum Vercell. V. I. D. in vtraque signatura
eiusdem Sanctissimi D. N. Referendarij de nobili ge-
nere procreati & in ætate legitima & præsbyteratus or-
dine constituti de Reuerendissimorum Dominorum
meorum S. R. E. Cardinalium Consilio Apostolica au-
ctoritate prouidit, ipsumque illi in Episcopum præfecit,
& pastorem, curam & administrationem eiusdem Ec-
clesiæ Montis Regalis sibi in spiritualibus & tempora-
libus plenariè committendo.

In quorum fidem præsentem schedulam mei soliti si-
gilli impressione muniri feci, eamque manu propria
subscripsi. Datum Romæ in ædibus meæ solitæ residen-
tiæ die 26. Octobris, anno à natiuitate Domini 1587.
Pontificatus eiusdem S. D. N. Papæ, anno III. Eiusdem
Reuerendissimæ D. V. Humilissimus seruitor F. M. B.
Card. Alexandrinus Vicecan. recepta hac schedula Vi-
cecan. facit aliam † contra schedulam dicens. Hodie 24
ad relationem Card. Alexandrini S. D. N. PP. &c. &
hæc schedula est breuior, & super hac contra schedula
expediuntur † literæ, vt tradit Mandos. in rubr. ex- 25
tra de condit. numer. 43. & 44. & communiter in praxi
seruatur.

Hinc aliàs fuit tentum in Rot. coram D. Samen. in
vna Brixian. fructuum. 9. Iunij 1542. quod non statur † 26
schedulæ Cardinalis, sed contra schedulæ, quia contra
schedula fit à Vicecancellario officiali deputato, nam
licet proponentes multa attestentur in eorum schedulis
propositionum, tamen standum est contraschedulæ Vi-
cecancellarij officialis ad hoc deputati ad ea, quæ con-
cedit summus Pontifex in Consistorio, vt † attestatur 27
Cardin. Put. decis. 328. lib. 1. idemque fuit resolutum
in alia Marianin. & Accien. pensionis, Iunæ 7. Maij
1576. coram Cotta, in qua etiam fuit dictum quòd vo-
lentes literas expedire super schedula debent † haberet 28
expressam concessionem à Sanctissimo. Ideo communi-
ter videmus practicari ex contra schedula expediri li-
teras Apostolicas, namque licet contra schedula sit
scripta ad relationem Cardinalis, qui proposuit, tamen
ipse etiam Vicecancellarius vel alius eo impedito de-
putatus ab eo † notat gratias quæ fiunt à Papa cum con- 29
silio Cardinalium in Consistorio, & ideo eius scriptu-
ra † dicitur matrix, & illi standum est. Put. decis. 328. 30
lib. 1. & quando Papa proponit, Vicecancellarius † aut 31
deputatus ab eo de hoc fidem facit, vt ex hoc exemplo
apparet.

Romæ apud Sanctum Petrum 30. Martij 1573. fuit
Consistorium, in quo S. D. N. proponente sanctitate
sua.

Absoluit † R. P. D. Ferdinandum Farnesium Episco- 32
pum Montis Flasconen. & Cornetan. à vinculo, quo ip-
sis Ecclesijs Montisflascon. & Cornetan. tenebatur &
eum transtulit ad Ecclesiam Parmen. vacantem per ces-
sionem Reuerendissimi D. Alexandri Cardinalis Farne-
sij, ipsumque illi in Episcopum præfecit, & pastorem,
curam, &c. committendo, cum reseruatione pro Reue-
rendissimo cedente pensionis annuæ 3131 scutorum auri
in auro etiam si fructuum dictæ Parmen. medietatem
pensio ipsa excedat, & cum reseruatione beneficiorum,
& alias prout in schedula de consensu ipsius Ferdinandi
Episcopi & Reuerendiss. D. Alexandri S. R. E. Cardin.
Farnesij cui ad ipsam Ecclesiam Parmen. per decessum

vltimi Episcopi, seu administratoris vel præsulis Parmen. regressus Apostolica auctoritate alias reseruatus existit, & saluo manente prædicto regressu & omni iure quod habet ipse Reuerendissimus Cardinalis Farnesius vigore regressus huiusmodi ad ipsam Ecclesiam Parmen. & cum reseruatione pro præfato Reuerendissimo Ferdinando compatibilium, quæ obtinet & cum clausulis opportunis & consuetis, absoluens præfatum Ferdinandum, &c. Ita est M. Massa.

Literis expeditis potest Episcopus electus admini-
33 strare, † antea vero non sub pœnis, de quibus in extrau. iniunctæ. sub tit. de elect. inter extrauag. comm. quæ fuit innouata & confirmata per Aleand. VI. & alios Rom. Pontifices, ita quòd hodie est in viridi obseruantia teste Mandos. d. Rubr. de const. num. 42. quod est not. nam
34 de iure communi solo † verbo, Papa creat Episcopos, Bal. in l. humanum. in fine, de legib. Ang. in l. cum talutatus. C. sent. pass. cum alijs adductis per Bursat. consil. 393. num. 4. vol. 4. continentia literarum hæc est. Gre-
35 gorius † Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Francisco Guincsio electo Montis Flasconen. & Cornetan. Sal. &c. & deinde Montis Flasconen. & Cornetan. Ecclesijs in vnum vnitis ex eo quod nos nuper venerabilem fratrem nostrum Ferdinandum Episcopum Parmen. nuper Montis Flasc. & Cornetan. à vinculo quo dictis Ecclesijs, quibus tunc præerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine absoluentes illum ad Ecclesiam Parmen. certo tunc expresso modo vacantem de pari consilio Apostolica auctoritate transtulimus, præficiendo ipsum illi in Episcopum & pastorem, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur apud sedem prædictam pastoris solatio destitutis, &c. Nos ad prouisionem dictarum vnitarum Ecclesiarum fœlicem, &c. ne ipsæ vnitæ Ecclesiæ longe vacantes exponantur incommodis, &c. de eorumdem fratrum consilio & auctoritate prouidemus, teque illis in Episcopum præficimus & Pastorem curam & administrationem ipsarum vnitarum Ecclesiarum, &c. tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1573. VI. Idus Aprilis, Pontificatus N. anno 1. omnia verba hic non ponuntur breuitatis causa. Ali-
36 quando huiusmodi † resignatio Episcopatus fit, quia obtinens Episcopatum vult viuere absque labore curæ animarum iuxta ea, quæ scripsi supra lib. 5. quæst. 3.

Quandoque quia transfertur ad aliam Ecclesiam.

Quandoque impetratur gratia, vt concedatur nepoti, vel consanguineo, vel alteri amico, & hæc fit vel cum reseruatione fructuum, vel cum reseruatione pensionis, vt ea frequentibus schedulis propositis in Consistorio secreto coram Sanctiss. & Card. apparebit.

Beatissime Pater, Vacat Ecclesia Narbonen. per ces-
37 sionem † Illustriss. & Reuerendiss. Cardin. de Gioiosa & ad eam nominat Rex Christianiss. R. D. Ramundum Episcopum Hemausen. vt a vinculo quo Ecclesiæ Hemausen. tenetur, absoluatur, ad prædictam Ecclesiam transferatur.

38 Ecclesia Narbon. † est Archiepiscopalis sub inuocatione Sanctorum Iusti & Pastoris, & habent quinque dignitates, nempe tres Archid. vnam cantoriam & vnam subcantoriam, & viginti canonicatus, cum ornamentis & alijs reb. ad diuinum cultum necessarijs, dictus D. transferendus vt constat ex duobus processibus ab Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. meis capitibus ordinum & à me subscriptis, cum olim professus fuisset ordinem fratrum prædicatorum factus est postea Episcopus Hemausen. & est præditus omnibus qualitatibus quæ à sacris canonibus & à sacrosancta synodo Tridentina requiruntur, nempe natus in legitimo matrimonio, ætatis annorum 65. Catholicus, nulla hæresis labe pollutus, imo religionis Catholicæ acerrimus defensor, vitæ exemplaris, & egregius verbi Dei concionator, emisit professionem fidei iuxta articulos, fructus taxantur Florenis nouem millibus, & reducuntur.

Supplicatur pro translatione cum reseruatione fructuum pro dicto Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Cardinali cedente, demptis scutis mille & quingentis pro eodem Domino transferendo.

Et hanc propositionem fecit Illustriss. & Reuerend. Cardinalis Consentinus.

Beatissime Pater, Vacat Ecclesia Cæsenaten. per resignationem in manibus Sanctitatis suæ factam à R. P. D. Odoardo vltimo eius Episcopo.

Eidem Ecclesiæ præficiendus est R. D. Camillus Goalandrus Pisanus, qui eiusdem Ecclesiæ præpositus & Vicarius etiam fuit, qui vt constat ex processu coram me confecto, & a Reuerendiss. DD. meis Capitibus ordinum subscripto, Natalibus, morib. qualitatib. a Trid. Conc. requisitis satis superque est commendatus. Eccle-
sia † Cæsenaten. est in Romandiola sub inuocatione 39
sancti Ioannis Baptistæ, habet duas dignitates, præpositturam & Archidiaconarum cum quindecim Canonicis & triginta Capellanis, & satis instructa supellectili ad diuinum cultum necessaria, ædes Episcopales haud incommodas & diœcesim mediocrem.

Eius fructus in libris Cameræ ad centum quinquaginta taxati sunt, tamen verum valorem annuum conficiunt summam 1600. scutorum illius monetæ, supplicatur pro expeditione cum reseruatione pensionis pro D. Resignante, deductis tamen mille pro Episcopo, & retentione compatibilium. Et hanc Ecclesiam in Consistorio proposuit Cardinalis Carafa.

Beatissime † Pater, Vacat Ecclesia Massan. per resi- 40
gnationem R. P. D. Vincentij Causalis eiusdem vltimi possessoris in personam R. P. D. Achillis Sergardij, vtriusque signaturæ factis. refer. ætatis 50 annorum, ex legitimo matrimonio procreati, in quo etiam concurrunt omnes qualitates à sacris canonibus, & Conc. Trid. requisitæ.

Dicta Ecclesia † sita est in prouincia Tusciæ status Se- 41
reniss. Magni Ducis sub Domino & Metropoli Senen. ac sub inuocatione B. Mariæ Virginis & S. Cerboni Episcopi, cuius corpus in eadem Ecclesiâ cum maxima veneratione asseruatur, in ea sunt dignitates, Archipresbyteratus, septem Canonici, habitatio pro Episcopo, campanile cum campanis, chorus, & sacristia omnibus ad cultum diuinum necessarijs satis ornata, diœcesis ampla in qua est præsertim insula Iluæ. Ciuitas est satis ampla, sed paucos habet habitatores ob prauum aërem, fructus Ecclesiæ in libris Cameræ taxati erant Florent 300. sed anno 1570. in quo fuit de ea prouisus D. Antoninus de Angelis fuerunt reducti ad 200. ob dismembrationem factam a sanctissimo 2000. duc. redituũ super Fodinis Aluminum, & communiter dicti fructus ascendunt hodie ad 1200. aureos, super quibus reseruatur annua pensio 200. scut. auri pro resignante supplicatur igitur pro expeditione cum reseruatione nominis, denominationis, & Compatibilium. Et hanc propositionem fecit Cardinalis Asculanus nomine Cardinalis Alexandrini.

Beatissime Pater, vacat Ecclesia Melphien. & Rapollen. illi vnita per resignationis cessionem a R. P. Gaspare illius vltimo Episcopo factam vacantem in personam R. D. Horatij Celsi Canonici Basilicæ S. Petri de vrbe ac commendatarij Monasterij S. Mariæ, ac S. Stephani de plano ordinis S. Benedicti Marsican. Diœcesis.

Ciuitas Melphien. est in regno Neapolitano, in prouincia Basilicatæ. In ea est Cathedralis Ecclesia in qua sunt quatuor dignitates, videlicet Cantoratus, Primiceriatus, Vicecantoratus, & Thesaureatus. XII. Canonicatus, 25 portionarij, atque plurimi alij beneficiati.
Dicta † Ecclesia nullam Metropo. cognoscit, sed est 42
immediatè subiecta in spiritualibus sanctæ Sedi Apostolicæ, habet Ecclesia Cathedralis ad cultum diuinum necessaria. Diœcesis est mediocriter ampla, in qua sunt plura Oppida & Castra, fructus mensæ Episcopalis vna cum vnitis in libris cameræ taxati reperiuntur ad florenos 500. & communiter dicuntur ascendere ad sex millia ducatorum monetæ illius regni, super quibus

pensio antiqua 500. ducatorum de Camera D. Vincen-
tio Carafæ reseruata existit.

. Reuerend. D. Promouendus, est de nobili familia vr-
bis, ex legitimo matrimonio natus, annum agens circi-
ter 39. in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitu-
tus, in vtroque iure Doctor, vitæ ac morum probitate
& idoneitate ad regendam Ecclesiam, fide dignorum
testimonio commendatus, estque præditus cæteris qua-
litatibus à sacro Concilio Tridentino requisitis.

Emisit professionem fidei iuxta articulos à prædicta
sede traditos, quæ quidem omnia constant ex processu
coram me habito ac à Reuerendiss. DD. meis capitibus
ordinum subscripto. Quare supplicatur pro expeditio-
ne cum retentione denominationis dictæ Ecclesiæ, ac
reseruatione pensionis annuæ 2600. scutorum monetæ
exemptæ ab omni impositione pro prædicto R. D. Gas-
pare cedente. & hanc propositionem fecit Ampliss.
Card: Cosentinus.

Aliquando autem fructus, aut pensio non reseruatur
in Consistorio, sed fit motus proprius ad partem, qui
incipit, Cum hodie &c.

Et ita de stylo obseruatur multoties, &c.

Notandum tamen est, quòd huiusmodi renuntiatio fit
43 dupliciter † nam quandoque Episcopus renuntiat loco
& dignitati. cap. 1. vers. respondemus de ordinatis ab
Episcopo qui renuntiauit Episc. Renuntiatur loco quo-
44 ties renuntiatur † ciuitas, nempe cura & administratio
illius Ecclesię. cap. ad supplicationem de renunt. & hoc
casu per talem renuntiationem non amittitur dignitas,
quare renuntians potest appellari Episcopus, imo ex
45 stylo conceditur † etiam denominatio, vt possit deno-
minari Episcopus illius Ecclesiæ, quam renuntiauit, vt
quotidie de stylo in Curia videmus, & ita communiter
solent Episcopi renuntiare.

Quandoque verò fit renuntiatio loci & dignitatis,
quoties non solum renuntians amittit Ecclesiam, sed
46 etiam dignitatem, † & huiusmodi renuntiatio fit prop-
ter crimen. vt tradit Abb. communiter receptus in d.
cap. 1. num. 8. de ordin. ab Episcop. qui renunt. Episc.
Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 6. num. 8. vt latè dixi
lib. 1. q. 17.

Et ea quę diximus de Episcopis procedunt in Archie-
piscopis, Patriarchis, &c. namque hi comprehenduntur
47 sub dispositione † loquente de Episcopis. ad not. in cap.
Cleros. vbi. Cardinal. Alexand. colum. 4. distinct. 21.
Glos. in capit. quia periculosum. de sentent. excom. li-
br. 6. vbi Gem. Franc. & communiter alij, & nihil ha-
48 bent plus, quàm Episcopi in casibus † à iure non ex-
pressis, vt optimè tradit Thom. de Tan. decision. 21. in
manuscr.

Ex his enim, quæ diximus, infertur, Reg. Cancel. 40.
sub titul. de consensu † in resignationibus, qua caue-
49 tur, vt non expediantur literæ nisi resignantes coram
Papa præstent consensum in Cancellaria, non habere
locum in prouisionibus Episcopatus, &c.

Primò quia hæc regula fuit facta ad vitandas fraudes,
50 quæ possent † fieri, quia quis posset nomine alterius
porrigere supplicationem resignationis & alium priua-
re beneficijs. Sarn. de publ. resign. quęst. 7. num. 3. &
4. decis. 3. Alfons. lib. 3. nam consensus per † porre-
51 ctionem supplicationis sufficiebat de iure communi,
Cassad. dec. 1. de reg. Mohedan. dec. 60. consensus. Cres-
cent. dec. 210. Consensus. lib. 1. Put. dec. 19. de renunt.
Guid. Bon. dec. 92. in manusc. sed hæc fraus non potest
cadere in renuntiatione Episcopatuum, cum huiusmodi
52 renuntiationes fiant coram Papa † in Consistorio præ-
sentibus Cardinalibus, arg. can. nobilissimus, & ibi Præ-
posit. 97. dist.

Secundò, quia regula per prædicta requirit expressum
consensum, & tamen expediuntur literæ Episcopa-
tuum vacantium per resignationem sine consensu ex-
53 presso resignantium † nam statur simplici verbo vnius
Cardinalis resignantis in Consistorio nomine Epis-
copi.

Tertiò, quia regula disponit quòd præsentes in curia
debeant consentire personaliter per se ipsos, & tamen
in resignationibus quæ fiunt de Episcopatibus præsen-
tes in Curia non consentiunt coram Papa, † sed vnus 54
Card. &c. vt dictum est, & ita obseruat communis sty-
lus, qui fit, &c.

Quartò, quia regula loquitur de renuntiatione bene-
ficij & tamen Episcopatus non comprehenditur sub hoc
nomine regulariter, vt alias dicemus.

Et quòd hic etiam modus seruetur in Ecclesijs vacan-
tibus per obitum & translationem, subijciam aliquas
propositiones in eodem Consistorio factas.

Beatissime † Pater, Vacat Ecclesia Cathedralis sub 55
inuocatione S. Mariæ Ciuitatis Asten. per obitum quon-
dam fratris Dominici de Ruuere illius vltimi possesso-
ris, prouidendus est R. P. D. Fran. Panicarnla, de cuius
idoneitate, & sufficientia est publica vox & fama & v-
bi & alibi notissima, & alias, vt per processum factum
in electione ad Episcopatum Grisopnlita. & sic in eo
concurrunt omnes illæ qualitates requisitæ a sacro Con-
cilio Trident.

Ecclesia † habet amplam diœcesim & iurisdictionem 56
temporalem & dignitates infrascriptas, videlicet Ar-
chipresbyteratum, Præposituram & Cantorias, & Ca-
nonicos tredecim, & alia requisita ad Ecclesiam Ca-
thed. Quare &c. & hanc propositionem fecit Card. Ale-
xandrinus.

Beatissime † Pater, vacat Ecclesia Metrop. Lancia- 57.
nen. per translationem R. D. Marij Belognini ad Eccle-
siam Crotonien. promouendus est Paul. Tassus à Seren.
Rege Cath. præsentatus.

Ciuitas † Lancianen. est in prouincia Aprutina ci- 58
teriori sub ditione eiusdem Regis, eius Metrop. Ecclesia
sub inuocatione Annunciationis glorios. Virg. habet
duas dignitates, duodecim Canonicatus, & duas Capel-
lanias, ac omnia necessaria, nullos tamen habet suffra-
ganeos. Domus Archiepiscopi distat ab Ecclesia fere
400. passibus, quæ tamen satis commoda existit, sunt
in ciuitate Lancianen. Parochiales octo. Monasteria sex
regularium diuersorum ordinum, & vnum Monialium,
angustam habet diœcesim, quæ quinque tantum oppida
& totidem villas continet.

Eius fructus taxantur in libris Cameræ ad Floren. 100.
valor annuus ascendit ad ducat. 700. monetæ regni
Neapolitan.

R. P. D. Paulus promouendus, est Neapolitan. ex le-
gitimo matrimonio, Catholicis parentibus procreatus,
50. ætatis suæ annum excedit, à multis annis sacerdos.
doctor in vtroque iure, Ecclesiæ Metropolitanæ Cano-
nicus, per triennium fuit Vicarius Archiepiscopi Nea-
politani, est ex iudicib. causarum appellationum, & est
idoneus qui Ecclesiæ Lancianen. præficiatur. Emisit
professionem in manibus Nuntij Neapolit. coram quo
fuit formatus processus à Reuerend. D D. meis capiti-
bus ordinum, & à me approbatus & subscriptus; Sup-
plicatur pro expeditione cum retentione compatibi-
lium & canonicatus ad duos menses, & hanc Ecclesiam
proposuit Illustr. & Reuer. D. Alfonsus Card. Gesual-
dus.

Beatiss. Pater, Vacat Ecclesia del Cuzco in Indijs per
obitum Sebastiani illius vltimi Episcopi, ad quam Sere-
niss. Hispaniarũ Rex Catholicus, cui ius præsentandi ad
eandem pertinet, nominauit & præsentauit ad illam R.
D. Greg. de Montaluo Episcopum de Iucatam in eisdem
Indijs. Ciuitas † del Cuzco est in Indijs sub ditione 59.
eiusdem Regis. Eius Ecclesia Cathedralis sub inuoca-
tione assumptionis B. Mariæ habet dignitates, canoni-
catus, & diœcesim distinctam, & est suffraganea Eccle-
siæ Ciuitatis Regum. Fructus reperiuntur taxati in li-
bris Cameræ ad Flor. 33.

Dictus R. D. Gregorius promouendus Episcopus de
Iucatam in eisdem Indijs de legitimo matrimonio pro-
creatus, annorum 50 maior, à multis annis in sacro pres-
byteratus ordine constitutus, Theologus, vita & mo-
rib. laudabilis, & habet denique omnia requisita à sa-
cra Tridentina synodo. Et quia de præsenti reperitur in

eisdem Indijs supplicamus receptionem professionis fidei ibidem committi, cum decreto quòd non ante consecrationem & professionem illam emittere teneatur.

In reliquis formatus fuit processus coram R.D.Nuncio suæ sanctitatis, in Hispaniarum regnis degente, per Reuerendiss. DD. meos capita ordinũ & à me subscriptus.

Supplicatur pro expeditione.

Et hanc propositionem fecit Hypolitus Aldobrandinus Cardinalis amplissimus.

Beatissime Pater, Vacat Ecclesia Nouocomen. per obitum R. D. Ioannis Antonij Vlpij vltimi Episcopi.

60 Dicta † Ecclesia sub inuocatione assumptionis B.Mariæ Virginis habet tres dignitates Archidiaconatum Arcbipresbyteratum, & Præposituram, & decem suprà septem Canonicatus cum totidem præbendis, estque suffraganea Patriarchatus Aquilegensis, ea insuper est tota pariete marmoreo elegantique forma constructa, vasis aureis & argenteis ac paramentis & ornamentis preciosis omnibusque alijs ad diuinum cultum necessarijs referta, in ea multa corpora & aliæ Sanctorum reliquiæ debita cum veneratione asseruantur, eius fructus taxati in libris Cameræ ad Flo.800.sed secundum communem æstimationem ascendunt ad circiter bis mille aureos monetæ Romanæ, grauatur annua pensione ducatorum ducentorum auri in auro, & alijs grauaminib. non paucis, videlicet eleemosynarum à veteri consuetudine introductarum, quæ non minoris sunt trecentorum aureorum, Episcopi Comenses erant olim re ipsa Clauennæ Comites, nunc vero nomen tantum retinent, Promouendus ac transferendus est R.P.Felicianus Nenguarda Comen. diœcesis ord. Prædicatorum, sacræ Theologiæ magister, omnibus à sacris Canonibus & Concil. Trident. requisitis abundè decoratus, proùt notum est omnibus, & aliàs in eius promotione ad Scalen. & S. Agathæ Gothorum Ecclesias, & nunc etiam per testes in Curia examinatos probatum est, emisit in manibus meis fidei professionem iuxtà articulos à S.Sede Apost. traditos.

Supplicatur itaque pro translatione & expeditione cum reseruatione nouæ pensionis D.Francisco Lancelloto ciui Romano trecentorum aureorum monetæ Romanæ, quam propositionem fecit Ampliss. Card. Asculanus.

Suprà retulimus formam processus conficiendi in Curia, vel extra promouendi ad aliquam Ecclesiam Metropolitanam, aut Cathedralem vel monasterium, iuxta præscriptum Concilij Lateranen. sub Iulio II. & Leone X. sum. Pontific. & Concil. Trident. sub Paulo III. & Pio IV. etiam summis Pontificibus, ac communem visum, sed quia experientia docuit multos fuisse promotos, cum non haberent qualitates requisitas à iure Pontificio & Oecumenicis Concilijs deficiente vita, moribus, vel doctrina, aut prudentia, quod quàm mali exempli sit, nemo est qui ignoret, cum certum sit gregis salutem magnoperè pendere ex boni pastoris præstanti vita & doctrina, etsi in quibusuis Ecclesiæ gradibus & ministris curandum est tales eligi, qui religione, & sanctitate fideles ædificent, multo certè magis elaborandum est, ne in eius electione erretur, qui supra omnes gradus constituitur. can. cum c. 33. q.5. ca. vnico §. ad exhibendum de sacr. vnct. cui tanquam seruo fideli & prudenti totius familiæ cura traditur, qui ad omnem virtutem & mandatorum Dei obseruantiam aliorum forma esse debet. D. Thom. 2.2. qu. 185. art. 5. & ibi Caietan. Turr. Crem. in c. peruenit. in princ. 7. quæst. 1. Præposit. in c. accusatio. 2. q. 7. Latè Gig. de resid. Episc. c.14. Ideo S.D.N. Greg. XIV. volens huic rei remedium adhibere, negotiũ examinandũ cõmisit sex Cardinalibus pietate, prudentia & doctrina insignibus, qui omnibus cõsideratis circumstantijs, illisque relatis suæ Beatitudini, sanctitas sua die 15. Maij 1591. in suo Consistorio secreto publicauit super hoc constitutionem, quam extrauagantem, quia materia est exemplaris & vtilis, libenter hic ponerem, & interpretarer, si antea fuisset publicata, sed quia dum hæc quæstio imprimeretur, emanauit, ideo eius tenorem tantum, & summarium subijcere placuit, eam diuidendo in capita pro maiori intelligentia. 61

1 Cum † inquisitio extra Romanam Curiam facienda erit, a sedis Apostolicæ Legatis seu Nuntijs prouinciarum in locis, in quibus commorantur, aut Episcopo personæ promouendæ ordinario, eoque deficiente ordinarijs vicinioribus proùt à sacr. Conc. Trid. statutum fuit omnino fieri debeat, nec alij talem sibi arrogent facultatem, nisi Papa per speciale mandatum alteri demandauerit.

2. Intercedente consanguinitate aut affinitate vsque ad tertium gradum inter eum, ad quem iuxta prescriptam formam inquisitio pertinet, & personam promouendam, tunc inquisitio dictæ personæ promouendæ ad proximè sequentem ipso iure deuoluatur, vt omnis suspicio carnalis affectus à tam sancto negotio repellatur, hoc est, si legatus ob hanc causam excludendus erit, ad Nuntium facultas transit, si Nuntius, ad ordinarium, si ordinarius, ad viciniorem ordinarium inquisitionis officium defertur.

3 In processu conficiendo in curia, facultas spectat vel ad alios Cardinales, qui à sum. Pontifice ad hoc eliguntur, vel ad Cardinales Protectores regnorum, in quibus Ecclesiæ ipsæ consistunt, si ad ipsorum protectionem dictæ Ecclesiæ prouidendæ pertinebunt.

4. Si Episcopus vel Archiepiscopus extrà Romanam Curiam existens transferendus erit ex aliqua graui & iuxta causa, deficientibus Legato vel Nuntio, inquisitio spectabit, ad Metropolitanum, si Episcopus, ad suffraganeum vero antiquiorem residentem, si Metropolitanus, transferendus erit.

5. Legati, Cardinales, Nuntij, Archiepiscopi, Episcopi, qui processum debent conficere, per se ipsos hoc faciant, non tamen per Vicelegatos, Auditores, & Vicarios, aut alios Ministros, possunt tamen ab huiusmodi personis, alijsque viris peritis adiuuari.

6. Si inquirens ob locorum distantiam super aliquo articulo testes examinare per se ipsum non potest, licebit & alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ articulum illum, non autem vniuersam inquisitionem subdelegare.

7. Inquisitor articulos & testes non à persona promouenda oblatos recipiat, sed illos testes ex officio vocet, & quos de qualitatibus promouendi syncerum ac fidele testimonium daturos etiam existimet & illos super articulis ex suo officio componendis examinet.

8. Vt inquisitio facilius & plenius perfici queat, vtile erit vt inquisitor vel à promouendo vel ab alio confici curet schedulam, in qua sint ordine descripta, nomen promouendi, cognomen, patria, parentes, ordo, gradus, professio, functio (si quam is forte exercuit) loca, in quibus aut Theologiæ, aut iuri canonico operam dedit, aut longo tempore versatus fuerit, denique amici familiares, qui tam ipsum quàm parentes eius intimè norint.

9. Quòd si promouendus iura aliqua exhibere voluerit vnde ipsius ætas, gradus, dignitas, sacri ordines, aut aliquid eiusdem comprobetur, admittantur, dictaque iura in processu inserantur, modo iura huiusmodi sint publica seu authentica.

10. Ad prohibendum testimonium in negotio inquisitionis non quælibet persona indistinctè recipiatur, sed viri tantùm graues, probi, prudentes, docti, qui de qualitatibus promouendorum iudicium ferre queant, ac syncerum & fidele testimonium dare velint, proinde tam cognati ac nimium familiares, quàm inimici, atque æmuli excludendi erunt.

11. Testes seorsum & sigillatim examinandi erunt, etsi expediens aliquando erit, reducetur eis per inquirentem ad memoriam vis iuramenti, ac grauitas periurij.

12. Qualitates testium, inquirens cognoscere studebit & potissimum quàm sint ad promouendos affecti,

Digitized by Google

ac dabit operam, vt, quoad eius fieri poterit, exprimantur ea omnia, quæ ad inquisitionem facere videbuntur.

13. Quòd licet qualitates omnes promouendorum in canonibus & decretis conciliorum contentæ, probè cognitæ esse debent iis quib. inquisitio demandata est, quales sunt natum esse ex legitimo matrimonio, & parentib. catholicis, annum trigesimum expleuisse, sacris ordinib. saltem ante sex menses initiatum esse, gradum Doctoratus, aut licentiæ in Theologia vel iure canonico, aut publicæ alicuius Academiæ testimonium obtinuisse, quoad alios docendos idoneum esse declaretur, in Ecclesiasticis functionib. diu esse versatum, præditum esse fidei puritate, innocentia vitæ, prudentia, vsu rerum, integra fama, tamen circa doctrinam, peculiaris diligentia adhibenda erit.

14. Priuilegium doctoratus aut licentiaturæ, vel publicæ Academiæ testimonium nemini suffragetur, sed de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, nisi ex aliqua publica functione notorium esset.

15. Inquisitio de doctrina ita facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ vel iuri canonico promouendus operam dederit, cognoscatur.

16. In illis verò prouincijs in quibus nulla sunt studia generalia, neque vllæ publicæ scholæ, neque vsus habet vt qui studijs operam nauant vllis doctoratus, aut licentiæ insignib. decorentur, declarat sufficere, si testimonio virorum grauium, & sacræ Theologiæ, vel iuris canonici peritorum constet promouendos, altera dictarum scientiarum pollere, vt idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneri sibi iniuncto valeant satisfacere.

17. Testes vero eiusmodi deponere teneantur de certa causa scientiæ ex eo quòd dictos promouendos specimen, seu doctrinæ publicè vel priuatim dedisse cognouerint.

18. Quo verò ad regulares ad Cathedrales promouendos, in quibus Concilium Tridentinum statuit, vt à suis superioribus sufficientis doctrinæ testimonium habeant, declarat nomine superiorum eos duntaxat intelligendos esse qui supremam in ordinibus regularium potestatem habent, siue ij generales magistri, aut ministri, aut præpositi siue definientes, aut visitatores capitulum generale repræsentantes, siue alij quocunque vocabulo nominentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij seu commissarij generales, vel in Roman. Curia procuratores generales succedere. Et nihilominus præter dictorum superiorum testimonium, qui fidem faciunt eiusmodi regulares ad alios docendos idoneos esse, mandat ea seruari quæ de ijs proximè dicta fuerūt, qui publicum suæ doctrinæ ab aliqua Academia testimonium habeant.

19. Post inquisitionem de vita & moribus alijsque necessarijs qualitatibus, professionem fidei fieri mandat, quæ ab eo duntaxat recipiatur, ad quem de iure inquisitio pertinebit coram Notario publico, ac testibus, ac eam sic admissam propriæ manus subscriptione testabitur.

20. Is quoque qui professionem huiusmodi fecerit in eo loco, vbi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suum manu propria adscribet, & de his omnibus Notarius publicus præsentib. testib. rogetur, & instrumentum cum omnib. solemnitatib. requisitis conficiatur, quod vna cum processu examinis, & inquisitionis in authenticam formam redactum, ad sanctam sedem, vt concilium statuit, quam primum clausum & obsignatum transmittatur.

21. Professio fidei ijsdem omnino verbis ac sententijs descripta sit, vt in constitutione fel. recor. Pij IV. continetur.

22. Prælatus qui inquisitionem extrà Curiam fecit det literas separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem processus, significet quanta fides testibus ac scripturis productis suo iudicio habenda sit.

23. Processus ad Curiam transmissi à Cardinali cui proponendi munus incumbit, & a Capitibus in quolibet ordine antiquioribus Cardinalibus, vt moris est, iuxta formam Concilij Trident. subscribentur & expedientur.

24. Promouendus præsens in curia omnes Cardinales siue maiorem partem collegij adire debet, vt oculata fide quantum ad eius personam attinet cognoscere possint, iuxtà formam Concilij Lateranen.

25. Hæc omnia, quæ de promouendis ad Cathedrales dicta sunt, in eorum promotione seruari debent qui nominati, præsentati, aut electi fuerint ad Abbatias, Prioratus, Monasteria, aut aliorum regularium præfecturas, de quibus consistorialiter prouideri solet, atque ijs præsertim quibus annexa est in populum iurisdictio spiritualis vel temporalis, excepta tamen ætate, circa quam nihil innouat.

26. Inquisitio facienda erit de doctrina nominatorum ad Abbatias & monasteria, vt supra, ad hoc, vt summus Pontifex habita informatione per processum, qui ab inquirente trasmittetur, certo statuere possit, an persona promouenda sit talis, qualem dignitas illa exigit & requirit.

27. Hortatur postea in fine summ. Pontifex in dicta constitutione ac monet omnes, qui in sancta sede Apostolica ius nominandi, præsentandi, vel eligendi Episcopos habent, vt seriò apud se cogitent, quanti momenti sit hoc negotium, & ideo non precibus aut humano affectu vel ambientium cupiditatibus se moueant. At hortatur vt eligendi ad præfecturas regulares eundem ordinem sint antea professi & in eo satis diu laudabiliter versati. Et insuper admonet omnes, qui vel examinando, vel inquirendo, vel testimonium ferendo operam suam præstabunt, vt in hoc negocio versentur ea fide & diligentia, vt à Deo & a Rom. Pontif. laudem expectare valeant, alioquin sciant non euasuros Apostolicæ sedis censuram.

Quapropter necessarium erit hanc formam seruare tam in processibus conficiendis in curia, quam extra.

Lib. 8. quæst. 5. numer. 3. Ibi, Sed mediante promotione consistoriali.

FAllit cum Romanus Pontifex proprio motu, vel ad præficiendi seu alterius pro eodem intercedentis instantiam preces, Annatam, & [suis officialibus, ratione expeditionis literarum Apostolicarum desuper faciendæ] debita iura, eidem præficiendo remittere, ac de illis gratiam integram facere intendit. Tūnc enim & eo casu, literæ ipsæ, non per Consistorium [nec tot numero] sed per viam secretam expediri consueuerunt.

Eadem quæst. num. 11. Ibi, An sint trigiota annorum.

HOc verum quoad promouendos ad Ecclesias, in patria obedientiæ existentes: secùs si eædem in patria reducta consistant, vtporè in Gallia, vbi in præficiendis ad Cathedrales vel Metropolitanas, vigesimum septimum eorundem ætatis Annum sufficere, ex ipsis Franciæ concordatis, suprà lib. ., quæst. . num 16. docuimus. Quænam autem sint Ecclesiæ patriæ reductæ, & quænam patriæ obedientiæ, reperies à nobis annotatum infrà, lib. 12. q. 13. num. 136.

quæst. 5. num. 21. Fructus in libris cameræ taxantur ad Florenos 300.

¶ HÆc est taxa quam commune seu annatam vocant, cuius medietas soluitur Collegio Cardinalium, si Ecclesia sit in patria obedientiæ, & alia medietas Officialibus Cancellariæ de dicto communi participantibus: Si verò sit in patria reducta soluitur tantum medietas illius, quod solueretur in non reductis; vt si Ecclesia (idem de Monasterio) existens in patria reducta sit taxata ad mille, reducitur commune ad medietatem quæ est 500. & Cardinales habent 250. Officiales prædicti totidem. præterea soluuntur alia iura Officialibus de communi

non participantibus pro expeditione literarum. Commune aliquando remittitur & condonatur, iura verò expeditionis nequaquam, nisi fiat per viam secretam.

QVÆSTO VI.

Beneficia Consistorialia quomodo renuntientur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia consistorialia quæ*
2 *Beneficia scripta in libris cameræ sunt consistorialia.*
3 *Beneficia quæ prouidentur in Consistorio secreto præsentibus Cardinalibus, sunt consistorialia.*
4 *In prouisionibus, quæ fiunt in Consistorio de beneficijs consistorialibus formatur processus super qualitatibus promouendi.*
5 *Vbi adest eadem ratio dicitur comprehensio.*
6 *Forma schedulæ propositionis beneficij consistorialis per cessionem.*
7 *Forma schedula propositionis beneficij consistorialis vacantis per obitum.*
8 *De consistorialibus, vt plurimum, Papa prouidet extrà Consistorium.*

SEato quæro, quomodo debeat fieri renunciatio beneficiorum consistorialium? quæ sint benefi-
1 cia consistorialia † supra declaraui lib. 5. qu. 5.
nam reperiuntur in duplici genere, quædam quæ appellantur consistorialia, quia reperiuntur scripta &
2 annotata in libris † Cameræ inter consistorialia, sed de illis ex consuetudine non prouidetur consistorialiter, vt tradit Caputaq. decis. 17. & decis. 19. lib. 1. in manuscript. & de his fit idem iudicium quod de cæteris alijs beneficijs de quibus dicetur infra seq. quæst.

Alia sunt consistorialia, de quibus Papa disponit in
3 Consistorio † secretò præsentibus Cardinalibus, Rebuff. super concordat. ad Prælat. nomin. facien. vers. consistorialiter, Pet. Greg. Syntag. iur. lib. 15. cap. 4. num. 15. Mandos. de annal. qu. 16. num. 2. vt sunt Ab-
4 batiæ & Monasteria, & in his etiam † requiritur, vt formetur processus super qualitatib. promouendi iuxta dispositionem editam in Conc. Lateran. sub Leone X. vt patet in constitutione 11. incip. supernæ. eiusdem Leonis, de qua sup. quæ constitutio, vt ex verbis patet loquitur etiam de Abbatibus, seu Monasterijs, & licet tex. in cap. 1. Conc. Trident. sess. 24. de reform. non loquatur in his consistorialibus, sed tantum de Episcopatibus, tamen ratio, ex qua illud ibi statutum est, vi-
5 get etiam hoc casu; vnde videtur † huiusmodi casus comprehensus ibi, l. his solis. C. de reuocan. donat. Dec. at si clerici §. de Adult. numer. 18. de iudic. & in capit. 5. requiris. numer. 2. de appell. & cons. 584. col. 5. Card. Parif. cons. 83. num. 51. vol. 3. & cons. 69. nume. etiam 3. vol. 4. Crauett. cons. 118. nume. 15. Et ita seruatur de stylo, adeo quod omnia fere requisita in promotionib. ad Episcopatum per translationem, priuationem, & mortem, ac cessionem habet locum in promotionibus ad Consistorialia, ideoque eodem modo formatur processus, & fit expeditio, & ita intelligendus est Staphil. de lite. grat. §. dicendum. numer. 67. vers. quia, dum scribit beneficia consistorialia esse in Consistorio renuntianda, idque etiam ex Constitutione S.D.N. Gregorij XIV. de qua in fine præcedentis quæst. probatur expressè, & qualitates ibi positæ sunt † seruan-
6 dæ. Et forma schedulæ hæc est.

Beatissime Pater, Vacat Monasterium B. Mariæ de Soiaco Cisterci. ordinis, Senonen. diœcesis per cessionem commendæ D. Gamberti Geubrum.

Ad illud nominat Rex Christianissimus D. Palamedem Foudriam clericum Antisiodorens. diœcesis, cui dictum Monasterium commendetur.

Dictus D. Palamedes, vt ex processu coram Vicario Episcopi Parisien. formato, est ex nobili genere, ex legitimo matrimonio natus, ætate 35. annorum, catholicus, nulla hæresis labe pollutus, bene moratus, literarum Græcarum & Latinarum peritus & Regis Christianis. in Curia Parlamenti Parisien. Consiliarius, emisit professionem fidei iuxta articulos a sede Apost. traditos.

Fructus taxantur floren. 500. & reducuntur supplicatur pro expeditione.

Et hoc Monasterium fuit in Consistorio propositum per Illustriss. & Reuerendiss. D. Franciscum Cardinalem de Gioiosa amplissimum protectorem Galliæ, &
ita seruatur in vacantibus per obitum, vt ex hoc exem-
plo apprehendi potest Exemplum. 7
Beatissime † Pater, Vacat Monasterium sanctorum Petri & Pauli dell'Itala ordinis sancti Basilij diœcesis Messanen. cessante commenda per obitum Antonij Cardinalis Granuellani in personam Reuerendiss. D. Ioannis Vincentij S. R. E. Cardinalis Gonzagæ, & ordinis Hierosol. professi a Sereniss. Rege Catholico, de cuius iure patronatus ex priuilegio Apost. existit, præsentati.

Monasterium est egregie constructum, & adest habitatio pro Abbate, & conuentus, in quo degunt circiter decem Monachi eiusdem ordinis, inter quos vnus est Prior, quibus Abbas victum subministrat, Ecclesia habet omnia paramenta ad cultum diuinum necessaria, & Abbas pro tempore existens exercet iurisdictionem etiam temporalem tam in dicto loco dell'Itala, qui facit focularia circiter 250. quam etiam in alio oppido nuncupato Ali, qui facit circiter 500. focularia.

Monasterium est taxatum ad floren. 150. in libris Cameræ, valor annuus ascendit ad ducat. auri circiter. 2800. cum reseruatione pensionis mille scutorum pro personis nominandis. Et hoc monasterium proposuit Illustriss. & Reuerendiss. D. Gabriel. Palæotus Cardin. amplissimus.

Verum etiam horum consistorialium, quæ solent & debent prouideri in Consistorio, Summus Pontifex vt
plurimum † quoties admittit renunciationem illorum 8
de eis prouidet, vt de alijs beneficijs extrà Consistorium, vt multoties vidi seruari ac practicari, & ita audiui seruari communiter à practicis expeditoribus, cum clausula tamen, ac si consistorialiter &c.

Lib. 8. quæst. 6. num. 2. Ibi, Quia reperiuntur scripta & annotata in libris Cameræ inter Consistorialia.

HÆc ratio non est concludens, nisi adhibeatur distinctio quàm nos suprà lib. 2. q. 2. num. 10. posuimus; vt scilicet ea solùm consistorialia esse dicãtur, quorum taxa in libris Cameræ Apostolicæ, ducatos sexaginta sex cum duobus tertiis vnius ducati, excedere reperitur. Non consistorialia verò, reliqua omnia quæ scripta & annotata in prædictis libris non sunt: aut sunt quidem, sed eorum taxa prædictam taxam non excedit. Et hæc non consistorialiter (vt priora) Sed per signaturam expediuntur. Sunt tamen qui dicant consistorialia etiam esse ea, quorum taxa sexaginta sex Florenos cum duobus tertiis attingit, licet non excesserit, quorum votis annuimus. Notandum est autem in concernentibus literas Apostolicas & prædictam Cameram, Florenum & Ducatum æqualis valoris esse, & vnum pro alio poni. Secundùm glossam pragmat. sanct. in §. quòd si quis. in verbo, florenorum, de collar.

q. 6. num. 3. De quibus Papa disponit in consistorio secreto.

¶ TRes sunt viæ obtinendi seu expediendi bullas Apostolicas: vna per Consistorium & Cancellariam; altera per Cameram: tertia per viam secretam. Per Consistorium & Cancellariam expediuntur omnes Ecclesiæ Cathedrales & Monasteria Consistorialia. Per Cameram omnes bullæ expediri possunt, quæ & per Cancellariam, sed non è contra: quia Cancellaria est strictior, vultque de omnibus esse certa, nec admittit narratiuas conditionales, aut dubitatiuè conceptas, quas tamen admittit Camera. Per Cancellariam simplices prouisiones, in quibus

bus nullę adest dispensatio; Per Cameram commendæ gratiolæ & prouisiones dispensatoriæ, seu alias difficiliores gratiæ: Per viam Secretam bullæ motu proprio in Camera Papæ pro Magnatibus & benemeritis gratis, vt plurimum, expediuntur. Hac via secreta præposituram Ecclesiæ Tholosanæ per cessionem nuper est assecutus Illustrissimus Dom. Antonius Lud. de Bertier Episcopus Riuensis, & obstantias ex parte Capituli Tholosani opponentis in Camera & Cancellaria insinuatas elusit.

QVÆSTIO VII.

Qua forma sit facienda renunciatio aliarum beneficiorum coram Papa.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non consistorialia possunt resignari coram Papa, & ordinarijs.*
2 *Papa potest recipere renunciationem omnium beneficiorum existentium vbique.*
3 *Resignationes recipere est iurisdictionis.*
4 *Papa dominus & ordinarius cunctorum.*
5 *Papa est Episcopus vniuersalis Ecclesiæ.*
6 *Papa est vicarius Dei.*
7 *Papa est successor Petri.*
8 *Papa in beneficialibus liberam habet potestatem.*
9 *Ordinarius recipit resignationes beneficiorum existentium in sua diœcesi.*
10 *Papa potest recipere resignationes omnium etiam habentium dignitatem.*
11 *Papa admittit resignationes in fauorem, & cum reseruationibus.*
12 *Resignatio ad fauorem non potest fieri coram ordinario.*
13 *Resignatio reseruatis fructibus non potest fieri coram ordinario.*
14 *Resignatio reseruata pensione, non potest fieri coram ordinario.*
15 *Ordinarius non potest admittere resignationes limitatè ad tempus.*
16 *Resignationes coram Papa fiunt per supplicationem.*
17 *Renunciatio est illa, quæ in supplicatione continetur.*
18 *Literæ expediuntur super supplicatione extenso consensu à tergo.*
19 *Supplicatio fit à copistis in medietate folij.*
20 *Supplicatio porrigitur Datario & remittitur &c.*
21 *Papa signat supplicationes, fiat vt petitur, cum litera nominis proprij.*
22 *Supplicatio per quas manus transeat.*
23 *Cardinalis dum est Datarius subscribit pro Dat.*
24 *Consensus vbi præstetur & notetur.*
25 *Supplicatio resignationis aliquando signatur à Cardinali Præfecto Signaturæ gratiæ.*
26 *Cardinalis Præfectus Signaturæ gratiæ quomodo signet.*
27 *Cardinalis Parisius fuit Præfectus signaturæ gratiæ.*
28 *Forma supplicationis renunciationis in fauorem, & numer. 31.*
29 *Forma supplicationis resignationis signatæ per Cardinalem Præfectum signaturæ gratiæ.*
30 *Forma supplicationis resignationis signatæ per prælatum deputatum.*
32 *Supplicatio fit in papyro.*
33 *Diœcesis ponitur in supplicatione in medio capitis.*
34 *Diœcesis, vbi situm est beneficium ponitur in supplicatione resignationis.*
35 *Diœcesis resignantis & resignatarij ponitur in corpore supplicationis.*
36 *Tempore Gregorij XIII. cœpit non poni in supplicatione verbum in fauorem.*
37 *Papa confert beneficium resignatario ad preces ipsius.*
38 *Resignatarius habet ius à Papa & non à resignante, & num. 92.*
39 *In supplicatione licet dicatur, quod renunciat simpliciter, tamen videtur in fauorem.*
40 *Resignatio conditionalis, in qua vnus renunciat, alter supplicat, licet non dicatur in fauorem.*
41 *Papa vocatur Beatissimus.*
42 *Papa pater omnium.*
43 *Supplicatio debet esse deuota.*
44 *Nomen supplicantis exprimendum.*
45 *In impetrationibus exprimendus clericatus.*
46 *Diœcesis supplicantis exprimenda.*
47 *Resignatio illius qui non habet vnde viuere, non admittitur, nisi sit simplex clericus.*
48 *Beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus, necessario exprimendum.*
49 *Qualitas beneficij exprimenda in supplicatione.*
50 *Nomen Sancti beneficij exprimendum in supplicatione.*
51 *Locus vbi situm est beneficium, debet exprimi in supplicatione.*
52 *Diœcesis, vbi situm est beneficium, debet exprimi in supplicatione*
53 *Non potest, fieri resignatio de beneficio, quod non habetur.*
54 *Promotio præsupponit habitum.*
55 *Resignatio in Curia fit in manibus Papæ.*
56 *Resignatio debet fieri sponte & liberè.*
57 *Resignatio debet fieri deliberatè.*
58 *Resignatio fit de præsenti.*
59 *Supplicatio debet esse humilis.*
60 *Supplicatio debet fieri vt petenti prosit.*
61 *Resignatarius in supplicatione petit admissionem, & collationem.*
62 *Alio tempore resignans supplicabat pro collatione.*
64 *Valor beneficij exprimi debet in supplicatione.*
64 *Per clausulam,* siue alio quouis modo, *venit omnis, vacandi modus.*
65 *Verba* aut ex alterius persona *quid comprehendant.*
66 *Verba apponi solita in supplicatione, seu per liberam resignationem, quid important.*
67 *Verba posita in supplicatione per assecutionem, quid important.*
68 *Verba* etiam si deuol. *posita in supplicatione resignationis, quid significent.*
69 *In resignatione aliquando datur clausula cum extinctione litis.*
70 *In conclusione supplicationis quid petatur.*
71 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
72 *Papa signat gratias per* fiat, *exemplo Dei.*
73 *Verbum* fiet *significat gratiam de præsenti.*
74 *Gratia est perfecta cum est signata.*
75 *Solus Papa signat verbum (fiat.)*
76 *Signatura per* fiat *dicitur latior & fauorabilior.*
77 *Signatura per* fiat *præfertur signaturæ per concessum & numer. 82.*
78 *Papa signat supplicationes in camera præsente Datario.*
79 *Cardinalis præfectus signaturæ signat supplicationes vel concessum.*
80 *Cardinalis cur signet supplicationes & dicat in præsentia Papæ.*
81 *In præsentia Papæ dicitur fieri quod fit in palatio.*
83 *Regula de signatura* per fiat, *habet locum in supplicatione resignationis.*
84 *Verba (super quocunque) sunt admodum generalia.*
85 *Regula, de signatura per fiat, exempla.*
86 *In resignatione conditionali attenditur supplicatio, super qua præstitus est consensus.*
87 *Resignans potest præstare consensum secundæ supplicationi.*
88 *Secundus resignatarius præfertur primo, cum in sua gratia fuit præstitus consensus.*
89 *Licita est pœnitentia donec extendatur consensus.*

90 *Semel resignans non potest amplius resignare.*
91 *Resignans bis tenetur crimine stellionatus, & quomodo procedat.*
92 *Resignatarius ius habet à Papa & non à resignante.*
93 *Resignans potest simpliciter consentire, quamuis supplicatio sit signata reseruatis fructibus.*
94 *Verba secunda part. supplicat. explicantur temissiuè.*
95 *Forma supplicationis resignationis cum reseruatione pensionis.*
96 *Forma supplicationis resignationis cum reseruatione fructuum.*
97 *Clausula* & non alias &c. *apponitur in resignatione cum reseruatione.*
98 *Clausula* & non aliàs &c. *induxit conditionem.*
99 *Renuncians cum reseruatione non dicitur ius abdicare, nisi cum illa reseruatione.*
100 *In supplicatione resignationis vterque supplicat.*
101 *Verbum* supplicans, *positum in supplicatione resignationis stat distributiuè.*
102 *Promoti ad incompatibilia renunciant simpliciter.*
103 *Forma supplicationis resignationis simplicis absque prouisione.*
104 *Resignatio simplex de iure fit in manibus Papæ.*
105 *Ex sola supplicatione, possessio benef. capi non potest.*
106 *Literæ oriuntur à supplicatione.*
107 *Instrumentum oritur ex protocollo.*
108 *Literæ regulariter interpretantur secundum ius.*
109 *Forma literarum prouisionis per resignationem.*
110 *Papa est Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, & Episcopus Episcoporum.*
111 *Papa dicitur seruus seruorum.*
112 *Greg. I. fuit primus qui se inscripsit seruus seruorũ.*
113 *Bulla absque inscriptione seruus seruorum, de falso potest redargui.*
114 *Papa omnes vocat filios præter Episc. Arch. & Patr.*
115 Thomas *Aualos laudatur.*
116 *Papa salutat eum, cui confert.*
117 *Beneficium vacat per resignationem.*
118 *Consensus retrotrahitur ad tempus datæ.*
119 *In literis dicitur hodie, in mensibus nostris.*
120 *Clausula* teque absoluentes &c. *posita in literis quid importet.*
121 *Clausula* teque absoluentes, *posita in literis non suffragatur insordescentibus.*
122 *Clausula* teque absoluentes, *posita in literis non suffragatur irregularibus ob notoriam fornicationem.*
123 *Papa non dispensat super irregularitate, nisi expressè dicat.*
124 *Clausula, teque absoluentes, posita in literis non prodest hæreticis.*
125 *Clausula, teque absoluentes, posita in literis non suffragatur committentibus falsum super literis Apostolicis.*
126 *Clausula, teque absoluentes &c. non suffragatur incendiarijs.*
127 *Ingerens se in diuinis post clausulam positam in literis, teque absoluentes, fit irregularis.*
128 *Clausula, teque absoluentes, nascitur ex ventre signaturæ in secunda parte.*
129 *Clausula* quouis modo, &c. *cur apponatur in bullis.*
130 *Quod non potest fieri directè, neque indirectè.*
131 *Collatio per resignationem non comprehendit vacationem per mortem.*
132 *Expresso vno modo vacationis non venit aliud.*
133 *Resignatarius vigore clausulæ*, quouis modo, &c. *capit beneficium ex morte veri rectoris, quamuis resignans nullum habuerit ius.*
134 *Clausulæ quouis modo &c. latissima est significatio.*
135 *Resignatarius potest capere beneficium sibi resignatum etiam si vacet per obitum stante clausula* quouis modo, &c.
136 *Per clausulam siue alio quouis modo ex alterius persona venit vacatio etiam per extraneum.*
137 *Verba debent aliquid operari.*
138 *In literis Apostolicis nihil frustrà ponitur.*
139 *Tot videntur concessiones, quot clausulæ.*

140 *Papæ concessio ad omnes clausulas refertur.*
141 *Clausula* siue alio quouis modo *capit etiam beneficium vacans per obitum in Curia.*
142 *Verba quæ apta comprehendere, maiora expressis.*
143 *Clausula* quouis modo *posita in supplicatione capit beneficium quod tunc vacat de præsenti, non autem de futuro.*
144 *Clausula*, siue alio quouis modo *non se extendit ad personam non expressam.*
145 *Valet argumentum de persona ad tempus.*
146 *Prouisio Papæ super beneficio vacante, non se extendit ad vacaturum.*
147 *Vacatio tempore datæ verificari debet.*
148 *Beneficia antequam vacent non sunt conferenda.*
149 *Beneficia viuorum non licet impetrare.*
150 *Impetratio beneficij viuentis est nulla, quamuis ille postea moriatur.*
151 *Nulla, non præstant impedimentum.*
152 *Resignatio nulla non debet tollere collationem faciendam.*
153 *Beneficia non sunt acquirenda per piscationis modum.*
154 *De beneficijs non debet disponi per vltimam voluntatem.*
155 *Regula de mense, quando habeat locũ in resignatione.*
156 *Clausula* siue quouis modo &c. *capit etiam vacationem per priuationem.*
157 *Clausula* & coram Notario & testibus *apponi solita in literis, quos effectus producat.*
158 *Per clausulam & coram Notario &c. Papa admittit resignationem factam coram quocunque.*
159 *Papa potest conferre beneficium renunciatum etiam non habente hanc facultatem.*
160 *Per clausulam & coram Notario, &c. Papa videtur legitimè priuare.*
161 *Clausula & coram Notario, &c. apponi solita in literis, capit etiam renunciationem factam coram duobus Notarijs.*
162 *Prouisio facienda est in Consistorio de beneficio consistoriali.*
163 *Resignatio, non expressa iure, nulla.*
164 *Litera Papæ non operantur cum alteri est ius quæsitum.*
165 *Resignatarius non potest capere possessionem beneficij resignati propria auctoritate.*
166 *Executio literarum Apostolicarum duobus, vel tribus solet committi, vnus tamen sufficit &c.*
167 *Executor potest subdelegare.*
168 *Executores possunt excommunicare contradictores.*
169 *Contradicentes, & se opponentes literis Apostolicis cadunt à iure quod habebant in beneficijs.*
170 *Non obstante clausula posita in literis contradictores &c. possunt aliqui contradicere de iure.*
171 *Delegatus habet iurisdictionem inter partes & impedientes.*
172 *Executor habet iurisdictionẽ contra contradicentes.*
173 *Clausula, appellatione postposita, posita in literis operatur vt executio non veniat per viam attentati reuocanda.*
174 *Clausula* appellatione postposita *nihil operatur cum quis notoriè grauatur.*
175 *Clausula* non obstantibus, &c. *posita in literis quid operetur.*
176 *Clausula* non obstantibus, *non derogat regulis Cancellariæ.*
177 *Clausula, non obstantibus, posita in literis non operatur derogationem beneficij iurispatronatus.*
178 *Verba posita in literis expresso accedente consensu stat distributiuè, & non conditionaliter.*
179 *Literæ expediuntur viso consensu resignantis.*
180 *Verba posita in supplicatione, expresso accedente consensu, stant conditionaliter.*
181 *In resignationibus quandoque derogatur indultis Cardinalium.*
182 *In resignatione quandoque datur suspensio vnionum &c.*

Digitized by Google

183 *Clausula* quorum tenores *non operatur sadsaidnam meationem.*
184 *Decretum irritans positam in literis operatur nullitatem actus.*
185 *Decretum irritaas operatur aduonieate contradictione.*
186 *Decretum irritans ligat ignoraates.*
187 *Claasula generales sunt dependentes à renunciatione.*
188 *Clausulæ generales videatur positæ de consensu resignatary.*
189 *Super eadem supplicatione possunt plures literæ expediri.*
190 *Literæ remittantur ad corrigendum quoties discordant à supplicatione.*
191 *Expeditores non possunt alterare gratiam.*
192 *Recurritur ad protocollum cum de instrumento dubitatur.*
193 *In correctione literarum non requiritur partis citatio.*
194 *Parte iaaita possunt literæ corrigi eam discordant.*
195 *Consensu discordante à mandato, an sit locus correctioni.*
196 *Supplicatio potest lacerari antequam sit registrata.*
197 *Forma resignationis, qua committitur ordinario in forma dignum.*
198 *Ordinarius cui committitur* io forma dignum, *confert auctoritate Apostolicâ.*

SEptimo quæro, quomodò debeat fieri renunciatio, aliorum beneficiorum? Distinguenda sunt duo capita, & de duobus videndũ est, scilicet quomodo sit facienda in Coria coram summo Pontifice, & quomodo extra Curiam coram ordinarijs. Namque horum
1 beneficiorum resignatio potest, non solum coram † Papa fieri, sed etiam coram ordinarijs, vt est communiter per omnes receptum, & fieri videmus tota die; summus
2 mus Pontifex potest omnium beneficiorum † existentium in quacumque parte mundi resignationes recipere, vt stylus notorius obseruat, recipere enim resigna-
3 tiones † est iurisdictionis, vt scriptum reliquit Oldrad. cons. 324. num. 4. & ipse vbique habet iurisdictionem,
4 cum † sit dominus & ordinarius cunctorum, Host. in c. dilecti filij. num. 5. de for. compet. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. numer. 1. vt lit. non contesta. & in cap. cum Ecclesia. num. 4. de app. & in cap. 1. num. 8. de reliqu. & vener. sanct. Caputaque. decis. 281. num. 3. part.
5 1. & Episcopus † vniuersalis Ecclesiæ, Card. Alex. per illum tex. in cap. suspectus, & in ca. sicut. oum. 3. 2. q.
6 1. & in c. cum redemptor. 12. quæst. 2. quia † est Vicarius Dei, Hostiens. in procem. decretal. oum. 3. & in
7 cap. literis. num. 3. de rescript. & successor † Petri principis Apostolorum, Card. Alex. in can. quoties. oum. 5. 1. quæst. 5. Abb. in cap. per venerabilem. numer. 20. qui filij sint legit. Host. in cap. quod super. num. 14. de
8 vot. & † in beneficialibus liberam ac plenissimam habet potestatem. cap. 2. de præbend. lib. 6. clem. 2. vt lite penden. Gemin. in cap. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. Dec. consilio 173. in princ. & cons. 224. Roman. cons. 29. & communiter Doctores. Ordinarius vero non potest recipere resignationes beneficiorum, nisi existen-
9 tium † io sua diœcesi, vt omnes sciunt, & quotidiè practicatur, & hæc est prima differentia. Secunda vero est, quia Summus Pontifex potest admittere resignatio-
10 nes † omnium beneficiorum, etiam habentium dignitatem quantumuis maximam, vt ex allegatis liquet. Ordinarius vero non omnium, vt late dixi lib. 2. lib. 5. q.
11 6. Tertia differentia, quia summus Pontifex potest † admittere resignationes beneficiorum ad fauorem, & cum reseruatione fructuum, pensionis, regressus, &c. vt quotidie videmus, teste Redoan. de simon. part. 1. cap. 25. num. 7. Ordinarius vero non potest admittere nisi simpliciter, iuxta const. Pij V. relatam & interpretatam
12 lib. 5. q. 6. vnde coram ordinario non potest fieri † resignatio ad fauorem, Car. Paris. cons. 15. num. 16. vol. 4. Rossin. de benef. cap. 14. num. 19. 22. & 23. Mandos. in regu. de infir. resign. q. 16. nu. 11. & de annal. q. 46. num. 2. Caputaq. decis. 225. lib. 1. in manuscr. communis opinio, de qua attestatus sum lib. 1. q. 3. in prin. ne-
que etiam potest fieri reseruatis † fructib. vt respondit 13
Ferret. cons. 95. num. 27. & est communis & recepta in
praxi sententia, neque etiam † reseruata pensione Re- 14
doan. de simon. par. 2. c. 13. nu. 27. & cap. 21. nume. 35. & communiter alij, & stylus obseruat; neque dimitate. Purpurat. cons. 585. num. 4. libr. 2. neque ad tempus, Cardin. Zaba. in cap. sicut. numer. 3. de rescr.

Tractaturus igitur primo de modo faciendi resigna-
tiones coram summo Pontifice, Quæro quomodo fiant? 15
communis responsio omnium est fieri per supplicatio-
nem, & ita fieri videmus tota † die, vt omnibus est no- 16
tum, & ideo dicimus quod renunciatio est illa, † quæ 17
in supplicatione continetur, vt tradit Mandos. reg. 19. Cancel. quæst. 9. num. 2. Namque supplicatio continet
actum renunciationis, & super ea literæ expediuntur 18
extenso consenso a tergo in ipsa supplicatione & literis, Ant. Aug. dec. 256. lib. 3. Pelegr. dec. 69. libr. 2. Mohedan. dec. 111. in ead. Cre. dec. 209. libr. 1. omnes
in manuscr. Supplicatio enim † resignationis fit à Co- 19
pistis in medietate vnius folij papyri, & postea porri-
gitur R. P. D. Datario, quæ reuidetur à quibusdam 20
officialibus deputatis, a quibus in calce supplicationis apponitur summarium contentorum in ea, quod solet legi, vel referri per Datarium Sanctissimo D. N. qui
signat † supplicationem, fiat vt petitur, cum litera no- 21
minis proprij ante Pontificatum, *fiat vt petitur.* A tempore Pauli III. fiat vt petitur I. tempore Iulij III. fiat vt petitur M. tempore Marcelli II. fiat vt petitur P. tempore Pauli IV. fiat vt petitur I. tempore Pij IV. fiat vt petitur M. tempore Pij V. fiat vt petitur H. tempore Gregorij XIII. fiat vt petitur F. hoc tempore Sixti Quinti. Cum vocaretur antea Felix, in margine clau-
sularum & signat *fiat F.* Postquam signata † est suppli- 22
catio iterum reuidetur ab officialibus, & hi solent apponere io calce, componat, si est reseruata pensio, aut fructus, & transmittitur ad officium datæ paruæ, cui officio præpositus in calce ponit datam diei & mensis ac annum Pontificatus, & postea datur officialib. præpositis super compositionib. & ibi soluitur compositio, si materia hoc exigit, qua soluta supplicatio mittitur substitutis R. P. Datarij, qui illam porrigunt ipsi Datario, vt apponat datam; nam scribit datum Romæ apud sanctum Petrum. Idibus, &c. ann. 6. & postea consignatur officiali de missis, à quo apponitur in calce missa die tali, cum manu Datarij, M. Dat. tempore Gregorij
XIII. E. Pro dat. hoc tempore; nam est † Cardinalis, 23
ideo subscribit Pro datar. & iste officialis de missis aufert datam paruam, & summarium & supplicatio mittitur ad registrum, & postquam est registrata, auscultatur à magistris registri, qui illam mittunt in Cancellariam ad Notarium regentis Cancellariæ, vt eam distribuat inter Abreuiatores, & Abbreuiator cui contingit, illam dat partibus solutis quibusdam, & tunc pars vel partes faciunt conficere minutam literarum, & procurant, vt pro perfectione resignationis præfatæ præstetur consensus in Camera vel Cancellaria per principa-
lem, vel per procuratorem legitimum, & hi Notarij † 24
notant dictum consensum in libris Cameræ vel Cancellariæ, & à tergo supplicationis, & postea expediuntur literæ solutis consuetis, à tergo quarum etiam notatur consensus, & illæ literæ plumbantur, & registrantur, & harum vigore capitur possessio, & fit publicatio resignationis, & ita regulariter obseruatur, aliquando tamen supplicatio resignationis simplicis
signatur à Cardinali Præfecto † Signaturæ gratiæ: nam 25
postquam aliquis Referendarius apposuit manum in capite ipsius supplicationis, ipse Cardinalis signat in
loco vbi solet signare Papa † his verbis, concessum vt 26
petitur, in præsentia D. N. Papæ P. Pau. † Cardinalis 27
Parisius, & in margine clausularum, concessum P. P. Car. Paris. vel apponit manum Prælatus deputatus, vt

infrà dicetur, & hæ etiam supplicationes ita signatæ expediuntur eo modo, vt supra dictum est, & quia materia nedum est vtilis, sed frequens, non abs re erit ponere formam supplicationum, & primo supplicationis resignationis in fauorem, postea resignationis cum reseruatione fructuum aut pensionis.

Resignatio. *Tropica.*

28 BEatissime † Pater Cum deuotus vester F. M. Rector Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Bello Monte Tropiensij diœcesis, cui alias de canonicatu & præbenda Ecclesiæ Tropiens. certo tunc expresso modo vacantibus auctoritate Apostolica per S. V. cum hoc, quòd ipse dictam parochialem Ecclesiam per eum iam tunc obtentam infra certum eidem tunc expressum, & hodie nondum elapsum tempus dimittere omnino teneretur, prouisum, seu prouideri mandatum extitit, propterea, & ex certis alijs causis animum suum mouentibus dictam parochialem Ecclesiam in Sanctitatis vestræ vel alterius ad id potestatem habentis manibus sponte & libere resignare proponat, & ex nunc resignet. Supplicat humiliter S. V. deuotus illius orator L. M. clericus Tropien. vtriusque Iuris Doctor, quatenus resignationem huiusmodi admittentes, ac specialem sibi gratiam facientes parochialem Ecclesiam prædictam, cuius & illi forsan annexorum fructus &c. 24. ducatorum auri de Camera, secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per similem dicti Fabij vel cuiusuis alterius resignationem de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam vnionis &c. dissolutionem aut constitutionem execrabilis vel assecutionem &c. vacet, etiam si deuoluta affecta specialiter vel alias ex quauis causa in literis etiam dispositiuè exprimenda generaliter reseruat. litigios. cuius litis status &c. existat, eidem oratori conferre, & de illa etiam prouidere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apost. cæterisque contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur.

ET cum absolutione à censuris ad effectum &c. & quod eiusdem oratoris dispensationes verusque & vltimus dictæ Parochialis Ecclesiæ vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, necnon litis & causæ si quæ sint status & merita nominaque & cognomina Iudicum & collitigantium, ac ius & tituli illorum, ac concessiones, & prouisiones dicti Fabij aliorumque quorumcunque, etiam causæ annullatiuæ, & infectiuæ, etiam proprij tituli, ac litis habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis, & cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in literis, etiam dispositiuè exprimenda, & de admissione resignationis huiusmodi, ac prouisione dictæ Parochialis Ecclesiæ pro præfato oratore, quatenus illi locus sit. Ita quòd literæ desuper in forma gratiosæ subrogationis, etiam quoad possessionem, gratiæ *si neutri, si nulli, si alteri perinde*, & etiam valere, simplicis prouisionis simul, vel ad partem expediri possint, & cum derogatione regularum de non subrogantibus, non collitigantibus, quia non in potentiorem, ac de annali possessore &c. quoad primam eius partem, necnon Iurispatronatus quatenus de illo existat, quod dispositiuè in literis exprimi possit, videlicet si laicorum tantum, etiam nobilium, ac illustrium, eisque ex fundatione, seu dotatione competat pro medietate, alias seu si litigiosa, vel deuoluta sit in totum latissimè extendenda, & cum suspensione quarumcunque specialium, vel generalium, etiam mentalium reseruationum, vnionum, suppressionum, mandatorum, etiam de prouidendo expectatiuarum & aliarum quarumcunque gratiarum, præuentionum, facultatum, & indultorum, quibusuis etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac eis, etiam in nullius fauorem quomodolibet concessorum &c. cum decreto desuper opportuno (quod se ad præmissa minime extendant (in literis latissimè extendenda, citra tamen accessum, & regressum, ac de consensu coadiutorix, & quod præmissorum omnium, & singulorum, etiam fructuum &c. augendo, vel minuendo inuocationum denominationum, annexorum, qualitatum nuncupationum aliorumque necessariorumque maior, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis. Fiat V.

Et committatur in forma dignum nouissima vicinlori.

Datam Romæ apud Sanctam Marcum, Kalendis Iunij, Anno duodecimo.

Missa VI. Iunij M. Pro. Dat. fol. 168.

R. A. Iacobatius pro Reuerendissimo D. Viet. B. Amerinus.

Resignatio simplex *Auxima.*

29 BEatissime † Pater Cum deuotus vester P. C. presbyter Auximan. diœcesis, aliundè habens vnde se commode sustentare possit, certis ex causis animum suum mouentibus Canonicatum, & præbendam collegiatæ Ecclesiæ Sancti Donati terræ Montisfani dictæ diœcesis, quos obtinet, in Sanctitatis vestræ, vel alterius ad id potestatem habentis manibus sponte & libere resignare proponat, prout resignat de præsenti. Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ deuotus illius orator C. C. Clericus dictæ diœcesis ipsius. P. Frater Germanus, quatenus resignationem huiusmodi admittentes, sibique specialem gratiam facientes, Canonicatum & Præbendam præfatos quorum & aliàs forsan annexorum fructus &c. xxiiij. ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per similem dicti Pompilij, vel cuiusuis alterius de illis in Romana Curia, vel extrà eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam resignationem vnionis & cæt. dissolutionem, aut assecutionem &c. vacent, etiam si deuoluti, affecti, sacerdotales specialiter, vel aliàs ex quauis causa in literis etiam dispositiuè exprimenda generaliter reseruati, litigiosi, cuius litis status &c. existant, eidem oratori conferre, & de illis etiam prouidere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ statutis &c. etiam de optando maiores præbendas, etiam iuramento &c. roboratis priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ecclesiæ, illiusque capitulo, Canonicis, & quibusuis alijs personis, sub quibuscun-

que tenoribus ac formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, &c. Quibus omnibus etiam si de illis, &c. latissimè, &c. derogare placeat cæterisque contrarijs quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Concessum vt petitur in præsentia Domini nostri Papæ P. Pau. Card. Parisius.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. Et quod verus & vltimus dictorum canonicatus & præbendæ vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausula resultet, nec non litiũ & causæ si quæ sint status & merita nominaque & cognomina iudicum & collitigantium, ac iura & tituli illorum ac concessiones & prouisiones dicti Pompilij aliorumque quorumcunque, etiam causæ, etiam proprij tituli ac litis habeantur pro expressis, seu in toto vel parte exprimi possint in literis. Et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in literis etiam dispositiuè exprimenda, & de admissione resignationis huiusmodi ac prouisione dictorum canonicatus & præbendæ pro eodem oratore cum opportuna gratificatione quatenus illi locus sit. Ita quod literæ desuper per viam gratiosæ vel alterius subrogationis, etiam quoad possessionem, gratiæ, *si neutri, si nulli, si alteri*, perinde & etiam valere, simplicis prouisionis, prout melius videbitur, simul vel ad partem expediri possint. Et cum derogatione regularum de non subrogandis non collitigantibus quia non in potentiorem, ac de annali possessore, quoad primam eius partem, ac llaetorum &c. etiam de optando, &c. ac priuilegiorum nec non iurispatronatus, quatenus de illo existant, quod dispositiue in literis regula contraria non obstante exprimi possit, citra tamen illius approbationem videlicet si laicorum tantum, etiam nobilium ac illustrium, eisque ex fundatione seu dotatione competat pro medietate, aliàs seu si ipsorum & clericorum mixtim seu clericorum tantum aut litigiosi vel deuoluti sint in totum in literis latissimè extendendis, & cum suspensione quarumcunque specialium vel generalium etiam mentalium reseruationum, vnionum, suppressionum, mandatorum etiam de prouidendo, expectatiuarum & aliarum gratiarum, præuentionum, facultatum, quibusuis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac eius etiam in nullius fauorem quomodolibet concessorum, cum decreto desuper opportuno, quod se ad præmissa minimè extendat, in literis latissimè extendendis, citra tamen accessum & regressum ac de consensu coadiutoris, & Seminarijs Ecclesiasticis factas vniones, &c. Et quod præmissorum omnium & singulorum, etiam fructus, &c. augendo vel minuendo, cognominum, inuocationum, denominationum, qualitatum, aliorumque circa præmissa necessariorum, maior & verior specificatio & expressio fieri possit in literis. Et committatur in forma dignum nouissima. Concessum P. Pau. Cardin. Parisius.

Datum Romæ V. Idus Octobris, Anno IX.

Missa XVIII. Nouembris. A. Dat.

R. Felix. Al. pro Reuerendissimo D. V.

G. A.

Resignatio simplex *Ciuitatis Castelli.* *A Risius.*

30 BEatissime † pater, Cum deuotus vester P. B. Ciuitatis Castelli diœcesis aliundè habens vnde commodè sustentari possit, certus ex causis animum suum mouentibus, vnam Sancti Donati De serueto de Montorio, & alteram rurales & sine cura Ecclesias seu Capellas Sancti Blasij de Castro veteri dictæ diœcesis quas obtinet in Sanctitatis Vestræ, vel alterius ad id potestatem habentis manibus spontè & liberè resignare proponat, prout resignat de præsenti. Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ deuotus illius orator C. P. Clericus Cortonensis diœcesis, quatenus resignationem huiusmodi admittentes, seu admitti mandantes, sibique specialem gratiam facientes Ecclesias seu capellas præfatas, quæ personalem residentiam non requirunt, ac quarum, & illis forsan unnexorum fructus insimul vigintiquatuor ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt. Siue præmisso siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem vel liberam dicti Pompilij, vel cuiusuis alterius de illis in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico & testibus spontè factam resignationem, vnionis, &c. dissolutionem, aut assecutionem, &c. vacent etiam si deuolutæ, affectæ, specialiter vel alias ex quauis causa in literis, etiam dispositiuè, exprimenda generaliter reseruatæ litigiosæ, cuius litis status, &c. existant eidem oratori conferre, & de illis etiam prouidere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Concessum, vt petitur, in præsentia domini nostri Papæ G. Bastonus.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. Et quod eiusdem oratoris dispensationes, verusque & vltimus dictarum Ecclesiarum seu capellarum vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausula resultet, nec non litis & causæ, si quæ sint, status & merita, nominaque & cognomina iudicum, & collitigantium, ac ius & tituli illorum, ac concessiones, prouisiones dicti Pompilij aliorumque quorumcunque, etiam proprij tituli, ac litis habeantur pro expressis, seu in toto vel parte exprimi possint in literis, Et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in literis etiam dispositiuè exprimenda, & de admissione resignationis huiusmodi, ac prouisione dictarum Ecclesiarum, seu capellarum pro eodem oratore, cum opportuna gratificatione, quatenus illi locus sit, in literis latissimè extenden. & quòd literæ in forma simplicis prouisionis gratiosæ subrogationis etiam quoad possessionem cum derogatione regularum de non subrogandis non collitigantibus, quia non in potentiorem ac de annali possessore, &c. quoad primam eius partem gratiæ, *si nulli, si alteri*, perinde & etiam valere simul vel ad partem expediri possint. Et cum suspensione quarumcunque specialium Concessum C. Baston.

Digitized by Google

vel generalium etiam mentalium reseruationum, vnionum, supressionum mandatorum, etiam de prouidendo expectatioarum, & aliarum gratiarum, præuentionum, facultatum, indultorum, quibusuis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac eis etiam in nullius fauorem quomodo libet non tamen Seminarijs Ecclesiasticis concessis, &c. Com decreto desuper opportuno quod se ad præmissa minime extendat in literis latissimè extenden. citra tamen accessum & recessum ac (de consensu) coadiutotis. Et quòd præmissorum omnium & singulorum etiam fructus augendo vel minuendo ac diuidendo inuocationum, denominationum aliorumque circa præmissa necessariorum maior, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis simul vel ad partem expediendis & committatur in forma dignum nouissima.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Iunij, Anno Secundo.

Missa XIX. Iunij E. pro Dat.

I. Maffeus pro Reuerendissimo D. Vic.

B. Amerinus.

A tergo postea adest signum registri, & nota præstiti consensus,

Resignatio. *Firmanen.*

31 BEatissime † Pater. Cum deuotus S.V.N. clericus Ianuensis, qui aliundè etiam in redditibus Ecclesiasticis habet vnde commodè sustentari potest, ex certis causis animum suum mouentibus parochialem Ecclesiam sancti Angeli terræ muris vallium Firmanen. diœcesis, quam obtinet, in manibus S. V. sponte & liberè resignare proponat, prout resignat de præsenti, supplicat humiliter eidem S. V. deuotus illius orator A. Clericus Consentin. quatenus resignationem huiusmodi admitten. sibique specialem gratiam facien. Ecclesiam prædictam, cuius & illi forsan annexorum fructus 80. ducat. aur. de Cam. secundum communem æstimationem val. ann. non excedút, siue præmisso, siue quouis alio modo, aut ex alterius cuiuscúque persona seu per liberá resignationẽ dicti N. vel cuiuuis alterius de illo in Romana Curia vel extrà eã, etiã corã Notario publico, & testibus sponte factam aut assecutionem, &c. aut dissolutionem, &c. vacet, &c. etiam si deuoluta, affecta, specialiter vel alias ex quauis causa in literis etiam dispositi, exponenda generaliter reseruat. litig. cuius litis, status &c. existat eidem oratori conferre & de illa etiam prouidere dignemini de gratia speciali, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis certisque contrarijs quibuscumque, &c. cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. & quod dicti oratoris dispen. verusque & vltimus Parochialis Ecclesiæ Sancti Angeli vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultet, nec non litis & causæ si quæ sint status & merita nominaquè & cognomina iudicum & collitigan. ac iura & tituli illorum, ac concessionem & promissionem dicti N. aliorumque quorumcunque annullat. & infect. causæque etiam annullatæ & infectæ etiam proprij tituli ac litis habeantur pro expressis, seu in toto vel in parte exprimi possint in literis & cum clausula generalem reseruationem importan. ex quauis causa in literis etiam dispensatione expedienda & de admissione resignationis ac prouisione parochialis huiusmodi pro eodem oratore vt suprà. Ita quòd literæ desuper in forma gratiosa subrogationis etiam quoad possessionem gratiæ, si neutri, si nulli, si alteri, perinde etiam valere simplicis prouisionis simul, vel ad partem expediri possit. Et cũ derogatione de annali possessore quoad eius primam partem, & de non subrogan. collitigant. quatenus, &c. Nec non iuris patronatus quatenus de illo existat & opus sit etiam si laicorum tantum, etiam nobilium & illustrium, eisque ex fundatione, dotatione competat pro medietate, alias seu si litig. vel deuoluta sit in totum latissime extenden. Et cum suspensione quarumcunque specialium vel generalium etiam mentalium reseruation. vnion. &c. suspension. &c. suppression. &c. mandator. &c. etiam de prouidentia, & aliarum quarumcunque gratiarum, &c. quibusuis, &c. etiam Cardinalibus, aut alias quomodolibet concessis & cum decreto, &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum Kal. Decemb. Anno. VI. Missa VI. Decembris E. pro Dat. & R. N. Maffeus pro Reuerendissimo D. Vic. B. Amot.

Hæc est forma supplicationis resignationis factæ in manibus Papæ ad fauorem alicuius, vt omnes curiales sciunt, & est stylus vulgatissimus, & tradit Mandos. de infir. resign. quæst. 9. num. 21 & quæst. 17. numer. 9.
32 & fit in † papyro, vt omnibus notum est, & tradit Rebuff. in prax. tit. bull. declar. nume. 12. ponitur quæst.
33 in capite, & in medio Diœcesis, vbi situm est † beneficium Firm. Mediolanen. Bononien. Neapolita. & ita communiter practicat. ex quo collige quòd quiuis resignans vel resignatarius sint alterius Diœcesis, nihilo-
34 minus ponitur in prædicto loco diœcesis, † in qua situm est beneficium, & non illa resignantis vel resign.
35 quæ ponitur † in corpore vt infra dicetur, in capite etiam in dextera parte, ponitur resignatio, & in hoc stylus modernus est diuersus ab antiquo, nam ante sanc.
36 memo. Gregorium XIII. ibi ponebatur, resignatio † in fauorem presbyteri, aut Clerici diœcesani, aut alterius loci, & ita practicabatur tempore Paul. III. Iulij III. Paul. IV. & Pij IV. ac Pij V. vt omnes sollicitatores sciunt, & hoc modo vidi plures supplicationes. Matthæus Contarellus Cardinalis Sancti Stephani vir eruditissimus & in hisce materijs excellentissimus Prodatarius in Pontificatu D. Gregorij XIII. mandauit vt non apponerentur illa verba in fauorem, tanquam non necessaria & suspecta, vt ostendi lib. 1. q. 3. neque in capite neque in corpore, & tunc cœpit practicari vt apponatur dumtaxat resignatio, & ita vidi infinitas supplicationes, postea autem compositores supplicationum addiderunt, simplex, ita vt hodie communiter soleat poni, resignatio simplex, namque ille renunciat simpliciter in manibus Papæ, qui postea ad preces resignatarij, ei, dictum beneficium † resignatum confert. 37
Fede. de Sen. in tract. de permut. benef. quæst. 29. nam Papa non habet respectum ad mentem resignantis, sed ad supplicationem humiliter sibi factam à resignatario, Boer. in trac. de auct. leg. à lat. nume. 127. Redoan. de

Digitized by Google

Simon. par. 1. cap. 27. num. 17. & ab eo dictus resigna-
38 tarius habet ius & † non a resignante. Cassad. dec. 15.
sub num. 1. de preben. Mand. regul. 33. de resigna. per
fiat. quæst. 7. numero 8. & quamuis ita dicatur, videtur
39 de stylo facta in † fauorem. Cassad. decis. 10. nume. 10.
de cons. præb. propter correspectiuitatem, quia vnus
renunciat, alter supplicat, ad no. per Fel. in cap. pasto-
ralis, de rescript. & dixi lib. 1. quæst. 3. col. vlt. & li-
cet Copistæ compositores supplicationum apponant
huiusmodi verbum simplex, non tamen hæc erit sim-
plex resignatio eo modo, vt fit coram ordinario vel
coram Papa absque prouisione, vt dixi in principio di-
ctæ quæst. 3. lib. 1. & infra dicetur, sed potius in fauo-
rem, vt sup. dictum est & hoc est de mente Rotæ, vt
audiui a plurib. excellentissimis Aduocatis, ac dici-
tur conditionalis resignatio attento quòd vnus renun-
40 ciat, alter supplicat pro † collatione, quamuis in ca-
pite vel in corpore non dicatur in fauorem, nec alias
nec alio modo &c. vt fuit resolutum in vna Tranen. in
vna Vincentio. Cantoriæ, in alia Firmana Prioratuum
coram Cardinali sanctæ Crucis. 28. Iunij 1547. vt ipse
attestatur decis. 150. alias 156. in manuscr. & attestatur
etiam Put. decis. 523. libr. 2. & in alia Gebbenen. de
anno. 1534. teste Sarn. decis. 4. libr. 2. in manuscript.
Crescent. in recollectis, manuscr. decis. 78. & in vna
Tuden. beneficij coram R. P. D. Blanchetto, vt late di-
xi dict. quæst. 3. Et quando reseruatur pensio, aut fru-
ctus resignanti dicitur, vt infra patebit. Et incipit sup-
41 plicatio, † *Beatissime*, quia Papa Beatissimus appellatur
Gomes. in cap. 1. num. 22. de const. lib. 6. Troil. Maluet.
42 de Canoniza. sanct. q. 1. num. 17. ac etiam sanctissimus,
vt omnibus est notum, *Pater*, quia Papa est Pater † om-
nium cum vices Dei gerat. can. Lotharius Rex 31. q. 2.
cap. quam graui. de crimine fals. cap. vlt. de pac. lib.
6. Ioan. Mon. in cap. si eo tempore de ele. libr. 6. Cur.
43 iun. cons. 157. num. 11. *Deuotus*, quia deuota debet esse
† supplicatio. cap. 25. Exod. *Orator*, quia supplex ro-
gat, N. nomen resignantis supplicantis pro admissione
44 resignationis, oportet enim vt exprimatur is qui petit,
sicuti † dicimus in libello. cap. 1. vbi Gl. & Doctores
45 de libel. oblat. & in l. 1. ff. de eden. *clericus*, hoc enim
exprimi debet † in impetrationibus, cap. cum adeo. de
46 rescr. vbi Doctores cap. ex literis transact. *Ianuen.*
nam exprimi debet Diœcesis, † vt communiter de sty-
lo practicatur, & rationes tradit Rebuff. in prax. form.
47 signat. col. 4. ver. Magalonen. *Qui aliunde viuere, &c.*
nam alias † non admitteretur resignatio, ne postea cum
dedecore ordinis clericalis mendicet, nisi esset simplex
clericus vt latè dixi libr. 2. quæst. 6. & lib. 3. quæst. 13.
48 & libr. 5. quæst. 6. Et si fuerit ordinatus ad titulum
illius beneficij, hoc † necessariò est exprimendum,
iuxta decretum Concil. Trident. & resolutionem Rot.
vt dixi dict. lib. 2. quæst. 6. *Et certis causis animum suum
mouentibus &c.* Hæc verba apponuntur, quia in resigna-
tione beneficiorum requiritur causa, vt latè dixi lib. 5.
Stylus fuit diuersus, nam vsque ad hoc tempus obser-
uauit, vt in resignationibus quæ fiunt coram Papa, causa
non exprimatur: nunc autem apponitur eo modo, vt
dictum est sup. lib. 5. quæst. 5. num. 5. Et quoties ap-
ponitur debent verificari, vt dicam lib. 10. *Parochialem*
49 *Ecclesiam &c.* necesse est enim exprimere qualitatem
beneficij, † an sit simplex, vel curatum, cap. cum in
illis, de præbendis libr. 6. Ioan. Selu. de benef. 3. par.
50 quæst. 52. & communiter alij, ac nomen Sancti † in cu-
51 ius † honorem Ecclesia fundata est, cap. quamuis pri-
mo, vbi Gl. & DD. de præb. lib. 6. & locus † vbi situm
52 est beneficium, alias incertitudo vitiaret prouisionem,
cap. 2. de elect. lib. 6. & Diœcesis † vbi situm est bene-
ficium, vt communis stylus obseruat. *Quam obtinet*;
53 nam non potest fieri resignatio de beneficio, quod quis
non habet † Rossiniac. de benef. cap. 20. num. 7. quia
54 non entium nullæ sunt qualitates. lib. eius qui prouin-
ciam. ff. si cert. petat. & priuatio † præsupponit habi-
tum. l. qui decem. ff. de verb. obligation. neque præ-
tendit ius, Rot. dec. readuic. per Bisigner. Boër. decis.

105. num. 8. & communiter DD. vt dixi lib. 3. quæst. 1.
Nauarr. cons. 1. in princ. de rescr. *In manibus S. V.*
Nam † quando resignatio fit in Curia fit in manibus Pa- 55
pæ, & ipse admittit, vt latè dixi li. 7. *Sponte & liberè*,
quia † ita debet fieri renunciatio, Host. in summ. tit. 56
de renun. §. qualiter, Rot. decis. 5. numer. 2. eod. tit.
communis opinio, vt dixi supra lib. 1. quæst. 2. nu. 43.
renunciatio enim beneficij debet libenter fieri, Card.
Zabarell. in cap. dilecti. numer. 5. de præb. *Resignare
proponat.* namque resignatio † debet fieri de libertate, 57
Bar. Brixien. in suis q. Dominic. quæst. 6. Imol. in cap.
2. de renun. lib. 6. & ibi Gemin. nume. 12. Boer. decis.
150. numer. 5. communis opinio, vt optime declaraui
libr. 1. quæst. 13. numer. 39. *Prout resignat de præsenti.*
Hæc verba sunt † verba præsentis temporis, vt patet ad 58
sensum, & scribit Mand. de infir. quæst. 9. num. 3. *Sup-
plicat humiliter*, quia humiliter precatur, † & cum re- 59
uerentia, Rebuff. in tract. suppl. in primo tom. consti-
tut. Supplicatio † enim debet petenti prodesse. l. re- 60
scripta. C. de precibus Impe. offeren. & supplicans hu-
militer facile obtinet quæ petit, ad not. in cap. cum
contingat. §. primo de rescript. *Eidem S. V. deuotus
illius orator A. &c.* Hic enim est resignatarius, qui pe-
tit pro admissione † resignationis, & collatione sibi fa- 61
cienda de beneficio resignato, Crescent. decis. 173. li-
bro primo in manuscrip. aliàs autem conficiebatur sup-
plicatio diuersa forma, nam vterque hoc petebat, in
narratiua, dicebatur † quòd resignans non resignabat, 62
nisi vt admittatur in fauorem talis, & non alias, nec
alio modo. teste Mandos. de sign. per fiat. quæst. 7. n. 3.
hodie autem illa forma abijt in desuetudinem, & illa
clausula fuit sublata, vt dixi libro primo. quæst. 3. co-
lum. penult. *Cuius & illi forsan annexorum fructus &c.*
regulare enim est, in impetrationibus valor annuus † 63
secundum communem æstimationem exprimi debeat,
vt est cautum in reg. Canc. alias impetratio nulla, vt
fuit pluriès resolutum in Rota, & latè de huiusmodi
materia dicam inf. lib. 10. *Siue præmisso siue alio quouis
modo.* Huiusmodi clausula † operatur, vt veniat om- 64
nis vacandi modus, cap. susceptum, vbi communiter
DD. de rescrip. lib. sexto. vnde stante huiusmodi clau-
sula poterit resignatarius consequi beneficium non so-
lum ex vacatione expressa per resignationem sed etiam
vacationem per obitum, & contractum matrimonij, in-
gressum religionis, &c. Rot. decis. 1. de rescr. Soc.
cons. 32. colu. 5. libr. 1. Bel. decis. 610. Lap. alleg. 79.
num. 2. Cassad. decis. 5. de præb. Car. cons. 30. num. 3.
Gem. cons. 79. Card. Paris. cons. 33. nume. 29. volu. 3.
Crauett. cons. 87. num. 10. *Aut ex alterius cuiusuis per-
sona.* hæc † verba apponi de stylo Curiæ attestatur Bur- 65
sat. cons. 394. sub numer. 2. & comprehendunt omnem
modum vacationis non tantum ex persona expressa in
literis, sed etiam ex alia persona quantumuis extranea,
Fran. in d. cap. susceptum, Cassan. cons. 10. nume. 11.
cum alijs cumulatis per Bursat. d. cons. 394. colum. 2.
ex stylo tamen palatij alia persona non venit, teste Re-
buff. in prax. form. signat. colu. 12. & fuisse pluries re-
solutum attestatur Bursat. d. cons. 394. num. 18. col. 4.
quod an sit verum, & quomodo procedat infra dice-
tur. *Seu per liberam resignationem dicti N. vel cuiusuis
alterius in Romana curia vel extra etiam coram Notario
publico & testibus sponte factam.* † Hæc verba appo- 66
nuntur, vt si forte resignans resignauerit in Curia vel
extra coram Notario & testibus aut aliàs inualidè Papa
decernit vacare beneficium, & sic admittit resignatio-
nem factam quantumuis inualidè, vt sustineatur proui-
sio facienda in fauorem resignatarij, ita fuerunt hu-
iusmodi verba interpretata in vna Leodien. canonicatus
coram Antonio Augustin. 24. Februarij 1548. teste Put.
decis. duodecima. de renun. in manuscr. & dicta verba
declarantur per Rebuff. in prax. tit. form. sign. colum.
13. folio mihi 100. *Aut assecutionem &c.* Hæc verba † 67
capiunt beneficium vacans iam per assecutionem alte-
rius, iuxta nota. in cap. de multa, de præben. *etiam si
ex vel. affecta &c.* quid hæc verba significent † ostendit 68

Digitized by Google

pluribus verbis Reboff. d. titu. form. signat. fol. 101. communis stylus est, vt prouisio illius beneficij sit valida, etiam si sit deuolutum iuxtà terminos cap. 2. de concess. præben. reseruatum reseruatione generali vel speciali, non obstante quòd non fuerit eapressum *litigiosis &c.* hoc ponitur ob cap. si hi contra. vt lit. penden. in 6. vnde stante clausula nihil obitat. d. c. & da-
69 tur clausula cum extinctione † litis quoad cedentem. Put. decis. 141. lib. 1. & 393. lib. 3. quid hæc verba tunc operentur declarat Put. ex mente Rot. loco citat. *prouidere dignemini de gratia speciali non obstantibus, &c.*
70 hæc est conclusio in qua petitur † derogatio constitutionum generalium vel specialium vt non obstent, iuxta cap. cum aliquibus de rescr. libr. 6. Franc. de Marc. decis. Delphin. 1105. par. 1. Bursat. cons. 406.
71 num. 14. vol. 4 & in fine posita, † refertur ea sui propria natura ad omnia præcedentia. Bart. in l. si idem. ff. de iuris. omn. Iud. & io lib. talis scriptura. in fine ff. de leg. 1. Bursat. cons. 444. num. 10. vol. 4. & est communis opinio omnium D D. & alia in supplicatione exprimuntur, prout qualitas beneficij & personarum requirit, de quib. latè dicendum erit infrà lib. 10.

Et hanc primam partem supplicationis Papa signat, fiat vt petitur, F. & hoc modo signandi supplicationes Papam vti, omnes sciunt, nam ita obseruatum est ab antiquo tempore, vti etiam Deus Optimus Maximus in mundi creatione dixit, fiat lux, & facta est, Gene. 1.
72 ita eius Vicarius suam gratiam signat † per fiat, ita Reboff. in prax. in 2. par. signat. nume. 14. vbi num. 16.
73 dicit hoc verbum *fiat* † significare gratiam fieri de præsenti, iuxtà illud Euangelij, fiat mihi secundum verbum tuum, & traditio Rege Afflict. decis. 253. ideo statim
74 perfecta † est gratia, Car. communiter receptus in cap. quisquis. de elect. Fel. in rub. de const. col. 3. Selu. de benef. par. 3. q. 12. post num. 6. Rebuff. in concor. tit. de manda. apost. §. 1. in verbo item dispensatio, & ita
75 signat † solus Papa, vt tradit Mandos. reg. 33. de signat. per fiat. quæst. 2. num. 3. & ideo dicitur latior, fauora-
76 bilior, † & potentior signatura Alc. cons. 195. Assumo. post numer. 10. vers. ad idem. lib. 2. Sar. in comp.
77 vtriusque signat. num. 70. & præfertur alijs, vt † dicitur in d. reg. de non Iud. & Papa vt plurimum signat sup-
78 plicationes in sua camera præsente † Datario, nam princeps leges etiam potest facere in suo cubiculo, Cyo. in libr. humanum. C. de leg. Bonf. de Vitall. in procem. Cle. §. hæc sane, num. 36. aliquando in plena signatura conuocatis & præsentib. quibusdam Cardin. & Referendarijs statuta die Martis vel Sabbati. Aliquando vero, supplicationes signantur per signaturam per concessum, qua vtitur Cardinalis præfectus signa-
79 turæ † gratiæ, vel alius prælatus deputatus à Papa hoc modo, concessum vt petitur in præsentia D. N. Papæ P. Paulus Parisius, concessum vt petitur in præsentia D. N. Papæ B. Cardinalis Tranensis, vel concessum, vt petitur, in præsentia D. N. Papæ V. Boncompagnus, concessum, vt petitur in præsentia D. N. Papæ G. Bastonus, & licet hi signent extra præsentiam papæ, ta-
80 men † dicunt in præsentia, vt tradit Mandos. in d. comp. vtriusque Signa. Staph. de lit. grat. & iust. fol. 171. iuxtà primam impressionem, & hoc potest sustineri duab. rationibus, vt tradit Mandos. dict. reg. 33. signat. per fiat. quæst. 2. colum. 2. vt dicant in præsentia, quia
81 signant in Palatio Papæ, vel in vrbe † vbi est Papa. leg. præsens, & l. sequen. ff. de procura. l. absentem. ff. de verb. signific. vel intelligant de præsentia ficta circa quam Princeps fingere potest. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Car. Paris. cons. 44. num. 8. volum. 4. vel quia hoc faciunt de mandato Papæ, vel quia ita a principio faciebant, licet postea vsus aliud obtinuit. Et in his supplicationib. quæ signantur per Cardinalem Præfectum Signaturæ gratiæ, aut per Prælatum prius apponit manum vnus Referendarius gratiæ, in capite in latere sinistro, hoc modo A. Glorierius, C. Burghesius, I. Papins.
82 Et quia, vt dictum est suprà, Signatura † per fiat præfertur Signaturæ per concessum, vt dicitur in reg. 29. cancell de signat. per fiat, his verbis. *Item voluit idem Dominus noster quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio per fiat, & concessum signaturis, ea est per fiat, etiam, vt petitur habens altera per concessum, etiam motu proprio habentis præferatur, etiam si in illa per concessum prærogatiores, & quantumlibet priuilegiatiuæ essent clausulæ.* An hoc procedat in beneficijs vacantibus per resignationem? & sic an hoc casu habeat locum dicta regula; affirmatiuè † concludendum est, vt etiam 83
firmat Mandos. d. reg. q. 7. num. 3. vers. pro parte. & n. 5. & hoc ea verbis dictæ regulæ, & ex ratione, ea verbis, quia dicit super quocunque beneficio, quæ † verba 84
sunt admodum generalia, le 1. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Cal. consilio primo de consangu. & affinit. ex ratione: nam ratio hæc est, quòd potentia verbi fiat; præponitur cuicunque alio verbo præceptiuo, seu demonstratiuo, aut inductiuo, & voluntatem magis deliberatam ostendit, ac præcisam, quæ ratio comprehendit etiam vacantia per resignationem, & quouis alio modo, vnde non remanet dubium, accedit, quia in dicta regula subintelligitur verbum vacante, quod si expressum fuisset, omnem modum vacandi comprehenderet, Gemini. num. 10. Fran. num. 3. in cap. susceptum. de resc. libro sexto. & contraria pluribus verbis remouet Mandos. loc. citat. & huiusmodi conclusio exemplificari posset, quoties duæ supplicationes reperirentur signatæ, quarum † vna esset per fiat, altera per con- 85
cessum, vt late per eundem Mandos. in prima quæstione columna secunda. dic. regula. Posset eadem conclusio procedere in impetratione, quæ fieret de beneficio vacante per renunciationem simplicem, seu liberam dimissionem. In resignatione autem conditionali, etiam si essent decem supplicationes signatæ, illa attenditur, & præfertur, super qua † est præstitus consensus à resi- 86
gnante, etiam si esset præstitus super ea, quæ fuerit vltimo loco signata, aut super ea, quæ fuerit signata per concessum, vt communiter omnes DD. concludunt, & ita seruatur de stylo, namque consensus est formalis, & attenditur, vt latè concludit Sarnen. de infirmis, quæstio. trigesima prima, columna secunda, & est communis opinio. Ex quo infertur resignantem posse impunè consentire, & præstare consensum † secundæ supplicationi 87
signatæ, & non primæ, nam hoc resider in eius arbitrio, ita signanter Cassado. communiter receptus in prax. decisio. prima. num. sexto. in vlt. col. de renunciat. & iste † secundus resignatarius præfertur primo, vt fuit 88
resolutum in Rota teste Mohedan. decisio. centesima octuagesima nona, in manuscript. die 23. Ianuarij 1544. & in vna Placentin. Canonicatus octauo Octobris 1548. & in vna Salamantin. etiam Canonicatus 19. Ianuarij 1545. teste Put. decisio. 79. tit. de renunciat. in manuscript. Accorambono. decisio. 48. Cotta decis. 161. nam licita est pœnitentia † donec extendatur con- 89
sensus in Camera vel Cancellaria, vt pluries fuit resolutum per Rot. vt per Ant. Aug. decis. 150. lib. 3. Sarnen. decis. 20. lib. 1. Cot. decis. 16. Accoramb. decis. 48. Put. decis. 29. de renunc. omnes in manuscr. & late dixi li. 1. q. 12. num. 16. Ex quo secundo infertur, quòd illa conclusio communiter recepta, vt semel resignans non † possit rursus resignare, vt per Rebuff. cons. 4. & 90
dixi latè lib. 1. quæst. 15. procedit post præstitum consensum in Camera, vel Cancellaria, vt dict. quæst. 15. num. 35. ostendi. Tertiò infertur, quòd alia conclusio, vt resignans † bis teneatur crimine stellionatus, Rebuff. 91
cons. 90. num. 9. & cons. 93. num. 14. & fit periurus, Mandos. dic. reg. de signat. per fiat. q. 7. num. 2. est intelligenda post consensum præstitum in prima; & ita resident communiter DD. Quartò infero verum esse, quod aliàs dixi, ex communi sententia, resignatarium † ius 92
habere à Papa. & non à resignante, Abb. in cap. 1. de præscr. Cassad. d. decis. 13. post num. 1. de præbend. namque resignans consentit, vt abdicetur à se ius, quod habet ex collatione in beneficio resignato, ius tamen acquiritur resignatario ex prouisione Papæ, mediante

Digitized by Google

93 consensu ipsius. Quinto infero † quod si supplicatio fuit resignata ad fauorem resignantis reseruatis fructibus, aut pensione, ipse potest simpliciter consentire, vt fuit alias resolutum in Rota; namque quisque potest
94 renonciare fauori suo. Alia vero † verba secundæ partis supplicationis, & cum absolutione &c. habes latissimè explicata per Rebuff. in sua praxi. titul. 3. pars signat. fol. mihi 107. vsque ad folium 13. ideo ad illum te remitto, ne videar simplex relator.

Et quia resignanti aliquando reseruantur fructus, aliquando pensio, ideo vtilissimum esse putaui, ponere formulas harum supplicationum.

Resignatio cum pensione. *Casertan.* *Ioan. Lambertinus.*

95 BEatissime † Pater; cum deuotus Sanctitatis vestræ orator Marcellus Viglionus presbyter Neapolitanus, qui senio confectus existit, & nonnulla beneficia Ecclesiastica in Ciuitate, & Diœcesi Neapolit. canonicè obtiner, quorum inuocationes, situationes, qualitates, & diœceses in literis exprimi, seu pro expressis haberi possint, & ex quorum fructibus &c. & infrà scripta pensione annua se commodè sustentare potest, obtinet certis ex causis ad id animum suum mouentibus Ecclesiam sine cura Rectoriam, aut aliàs nuncupatam B. Mariæ de capella alias Vallefreda in territorio terræ Magdaloni Casertanæ diœcesis, quam obtinet, in Sanctitatis vestræ, vel alterius ad id potestatem habentis manibus sponte & libere reseruatis sibi nihilominus valide infra scriptis, & non alias, aliter nec alio modo resignare proponat, proùt resignat de præsenti. Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ tam idem Marcellus, quàm deuotus etiam illius orator Ioannes Vincentius de Marinis Clericus Neapolitanus eiusdem Marcelli ex sorore nepos, quatenus resignationem huiusmodi admittentes, seu admitti mandantes, eisque specialem gratiam facientes Ecclesiam prædictam, cuius & illi forsan annexorum fructus, &c. sexaginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedunt, siue præmisso, siue alio quouismodo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per similem dicti Marcelli vel cuiusuis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factam resignationem vnionis &c. dissolutionem aut assecutionem &c. vacet, etiam si deuoluta, affecta, electiua, sacerdotalis specialiter, vel aliàs ex quauis causa in literis etiam dispositiue exprimenda generaliter reseruata litigiosa, cuius litis status &c. existat Ioanni Vincentio conferre, & de illa etiam prouidere seu conferri, & prouideri mandare, Marcello vero oratori præfato, ne ex resignatione sua huiusmodi nimium dispendium patiatur de alicuius subuentionis auxilio prouidentes pensionem annuam ab omni decima populi, charitatiuoque subsidio ordinario, & extraordinario & quocumque alio onere quauis etiam Apostolica auctoritate, & ex quacumque etiam quantumuis vrgentissima, & hic necessariò exprimenda causa, etiam pro fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, Cruciata sancta, & tam offensiua quàm defensiua expeditione contra Turcas, & alios infideles sanctæ Catholicæ Fidei, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum quorumcunque instantiam Canonice, vel de facto nunc & pro tempore impositis, & imponendis etiam si impositionibus huiusmodi pro tempore caueatur expresse, quòd pensionarij pro rata pensionum suarum quantumuis exemptarum contribuere teneantur, ac etiam belli, pestis, grandinis, & incendij, siccitatis, tempestatis, alluuionis, inundationis, deprædationis, & cuiusuis alterius amissionis fructuum, & ab omni incursu militum, & quibusuis alijs inexcogitabilibus, & insolitis casibus, & euentibus pro tempore contingentibus liberam, immunem, & exemptam triginta ducatorum monetæ Regni Neapolitan. super dictæ Ecclesiæ fructibus, redditibus, & prouentibus, quorum medietatem non excedit eidem Marcello quoad vixerit, vel procuratori, suo legitimo per dictum Ioannem Vincentium, cuius ad hoc expressus accedit assensus, & successores suos Ecclesiam prædictam pro tempore, quomodolibet obtinentes annis singulis in ciuitate Neapolitan. vnica solutione videlicet assumptionis B. Mariæ Virginis festiuitate à proxime ventura incipiendo, sub sententijs, censuris, & pœnis in similibus apponi solitis & consuetis integre persoluendam, vigore literarum desuper conficiendarum reseruare, constituere, & assignare. Sibique quod dicto Ioanne Vincentio, seu aliquo ex successoribus præfatis in solutione dictæ pensionis in toto vel parte cessante, seu deficiente, vel illam ad minorem summam reduci, annullari, seu inualidari petente, vel procurante, aut pensione ipsa ex quauis causa nulla & inualida, vel reducibili, seu male, aut nulliter assignata existente, seu dicente, vel allegante, liceat eidem Marcello ad Ecclesiam huiusmodi liberos habere regressum accessum & ingressum, illiusque corporalem &c. possessionem per se vel alium, seu alios eius nomine propria auctoritate libere apprehendere, ac tam suis prioris tituli quam super præsentibus conficiendarum literarum vigore, quas vim validæ, & efficacis prouisionis sibi de illa etiam ex nunc proùt ex tunc, & è contra Apostolica auctoritate factæ habere decernere placeat, absque alia sibi desuper de nouo facienda prouisione, vt prius retinere, concedere, & indulgere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Concessum, vt petitur, in præsentia Domini nostri Papæ P. Pau. Card. Parisius.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. Et quod dictorum oratorum dispensationes, verusque, & vltimus dictæ sine cura Ecclesiæ vacationis modus etiamsi ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, nec non litis & causæ si quæ sint status, & merita nominaque, & cognomina graduum, & qualitatum Iudicum, & collitigantium, ac ius & tituli illorum, ac concessiones &c. seu prouisiones dicti Marcelli aliorumque quorumcumquè etiam causæ proprij tituli, ac litis habeantur pro expressis, seu in toto vel parte exprimi possint in literis, & cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in literis etiam dispositiuè exprimenda, & de admissione resignationis huiusmodi ac prouisione dictæ sine cura Ecclesiæ pro Ioanne Vincentio cum opportuna gratificatione, quatenus illi locus sit, necnon reseruatione pensionis annuæ triginta ducatorum monetæ prædictæ libere &c. quæ transeat ad successores, & solui debeat in loco & terminis supradictis, ac cum decreto, quod dicta pensio ex quauis causa quantumuis vrgentissima ad minorem summam reduci, annullari, seu inualidari etiam ad eorundem successorum instantiam nullatenus possit, neque debeat, necnon regressu &c. præsato in euentum non solutionis &c. dictæ pensionis, & alias proùt suprà pro Marcello oratoribus præfatis modo & forma præmissis, quæ hic pro sufficienter reperitis ad partem habeantur in literis latissime extendendis, & quod literæ in forma simplicis prouisionis gratiosæ subrogationis etiam quoad possessionem cum derogatione regularum de non subrogandis non collitigantibus, quia non io potentiorem, ac de annali possessore, &c. quoad primam eius partem gratiæ *si neutri, si nulli, si alteri* perinde, & etiam valere, aut alia vtiliore via fatendo, etiam si opus fuerit sibi ius

Cõcessum P. Paul. Cardin. Parisius

competere, & causas propter quas simul, vel separatim expediri possint, & cum derogatione Iurispatronatus, quatenus de illo existat, quod dispositiuè in literis si videbitur si laicorum tantum etiam si nobilium, ac illustrium eisque ex fundatione, vel dotatione competat pro medietate alias, seu si litigiosa, vel deuoluta sit in totum pro dictis oratoribus in literis latissime extendenda. Et cum suspensione quarumcunque specialium, vel generalium etiam mentalium reseruationum, vnionum, suppressionum, mandatorum, etiam de prouidendo expectatiuarum, & aliarum quarumcunque gratiarum, præuentionum, facultatum, & indultorum, quibusuis etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac eis etiam in nullius fauorem quomodolibet, nun tamen Ecclesiasticis Seminarijs concessorum. Cum decreto desuper opportuno, quod se ad præmissa minimè extendant in literis latissimè extendenda citra tamen accessum, & regressum, ac de consensu coadiutoris, & quod præmissorum omnium & singulorum etiam fructus &c. augendo inuocationum denominationum, annexorum, qualitatum, nuncupationum, aliorumque circa præmissa necessariorum maior & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis simul vel ad partem expediendis &c. Et quoad prouisionem in forma dignum nouissima.

Datum Romæ apud S. Petrum Idibus Februarij anno octauo.

Missa XXIII. Februarij A. Dat. XV. fol. 168.

B. A.

Cessio cum reseruatione fructuum pro Cardinale. **Gebennen.**

96 Beatissime † Pater. Cum deuota Creatura vestra Vincentius tituli sancti Clementis presbyter Cardinalis Montis Regalis nuncupatus, qui Prioratum Sanctæ Mariæ de Contamina Cluniacensis ordinis Gebennensis diœcesis in part. Sabaudiæ in commendam ad eius vitam ex concessione, & dispensatione Apostolica obtinet, ex certis causis animum suum mouentibus commendæ huiusmodi necnon omni, & cuicunque iuri sibi in dicto prioratu, vel ad illum quomodolibet competenti in manibus Sanctitatis vestræ, reseruatis sibi nihilominus validè infrascriptis, & non alias aliter, nec alio modo, sponte, & alias libere cedere proponat, & ex nunc cedat. Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ, tam dicta creatura, quàm etiam deuotus eiusdem Sanctitatis vestræ orator Philibertus Millietus Clericus Gratiònopolitanæ diœcesis, Magister in Theologia, quatenus cessionem huiusmodi admittentes, dictoque Philiberto, vt commodius sustentari valeat de alicuius subuentionis auxilio prouidentes, ac specialem gratiam facientes, Prioratum præfatum, qui forsan conuentualis existit, cuique cura Parochianorum non imminet animarum, ac cuius & illi forsan annexorum fructus &c. CC. ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt. Quouismodo & ex cuiuscunque persona, seu per liberam cuiusuis resignationem de illo in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem execrabilis, vel assecutionem, &c. vacet etiam si deuolutus affectus specialiter, vel alias ex quauis causa etiam dispositiuè exprimenda generaliter reseruatus, electiuus, curatus, cura iurisdictionali litigiosus, cuius litis status &c. existat Philiberto, qui Monasterium, Abbatiam forsan nuncupatum Sanctæ Mariæ vallis Alpium Cistercien. cuius fructus &c. ad quinquaginta florenos auri in libris cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, necnon Prioratum Conuentualem sancti Petri de Lemenco sancti Benedicti ordinum, eiusdem Gebennensis diœcesis, cuius fructus &c. CC. ducatorum auri de Camera secundum æstimationem eandem valorem annuum non excedunt, & quibus cura parochianorum etiam non imminet animarum ex simili concessione, seu dispensatione in eandem commendam ad vitam obtinet per eum quoad vixerit etiam, vna cum Monasterio, & Prioratu obtentis huiusmodi tenendum, &c. Ita quòd liceat sibi de fructibus, &c. disponere alienatione, &c. Interdicta commendare, Creaturæ vero præfatæ ne ex cessione sua nimium dispendium patiatur, sed vt statum suum iuxtà Cardinalatus sublimitatem decentius tenere valeat de alicuius subuentionis auxilio prouidentes sibi omnia & singula fructus, &c. iura, census, decimas, obuentiones, oblationes, & emolumenta ordinaria, & extraordinaria in quibuscumque rebus consistentia dicti Prioratus de Contamina, ac illi annexorum membrorum, & pertinentiarum quorumcunque per eandem creaturam, quoad vixerit, etiam vna cum sancti Clementis, quæ titulus sui Cardinalatus existit, ac omnibus & singulis alijs cathedralibus, etiam Metropolitanis, & patriarchalibus Ecclesijs ac Monasterijs etiam consistorialibus, Prioratibus, Præposituris, præceptorijs etiam Conuentualibus Generalibus, & electiuis, dignitatibus, etiam maioribus, & principalibus personatibus, administrationibus, & officijs, cæterisque beneficijs Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus, ac dictorum, & quorumuis aliorum ordinum, ac etiam militiarum, ac hospitalium, etiam sancti Ioannis Hierosolymitani regularibus, quæ ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac aliàs quomodolibet obtinet, & in posterum obtinebit, quæcunque, quotcumque & qualiacumque sint, ac fructibus &c. Ecclesiasticis etiam loco pensionum annuarum, necnon pensionibus annuis super similibus fructibus &c. sibi reseruatis, & assignatis, reseruandisque, & assignandis, quos & quas ex similibus concessionibus, & dispensationibus percipit, & percipiet in futurum per se, vel alium, seu alios eius nomine propria auctoritate liberè percipienda, colligenda, leuanda, exigenda, recipienda, recuperanda, arrendanda, locanda, dislocanda, ac in suos vsus & vtilitatem conuertenda, loco pensionis annuæ, excepta tamen summa quinquaginta scutorum aureorum per eandem creaturam ipsi Philiberto quoad vixerit, & quibuscunque successoribus suis eiusdem Prioratus de Contamina Prioribus, seu perpetuis commendatarijs annis singulis præfata reseruatione durante pro vna, videlicet in B. Ioannis Baptistæ proximè futura incipiendo, & altera medietatibus summæ quinquaginta scutorum huiusmodi in Domini nostri Iesu Christi natiuitatem festiuitatibus præstanda, & persoluenda, qua contenti esse debeant, nec quicquam aliud, siue alimentorum, siue alia quantumcumque graui causa petere possint, necnon collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, institutionem, & quamuis aliam dispositionem omnium, & singulorum beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & dicti, ac etiam aliorum quorumuis ordinum regularium ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, institutionẽ & quamuis aliam dispositionem Abbatis, seu perpetui Commendatarij pro tempore existentis, Prioratus de Contamina huiusmodi de iure, consuetudine, priuilegio ac aliàs quomodolibet pertinentes illarum vacatione pro tempore occurrente per eandem creaturam, etiam quoad vixerit, aut Vicarium, seu Vicarios ad id per eam pro tempore deputandum, seu deputandos in omnibus & per omnia, prout ipsa creatura ante cessionem huiusmodi tam sua ordinaria auctoritate, quàm vigore indulti Apostolici sibi desuper concessi pe-

terat, & alias iuxta eiusdem indulti formam, & tenorem faciendas, ac destitutionem, & deputationem quorumcumque Vicariorum, officialium, & ministrorum dicti Prioratus de Contamina illiusque omnimodam iurisdictionem, & auctoritatem. Ita quòd ipsa creatura super præmissis omnibus & singulis, seu eorum aliquo per dictum Philiberrum, & eius successores præfatos, aut alium, seu alios quoscunque Priorarum de Contamina huiusmodi, in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet pro tempore obtinentes nullatenus molestari, perturbari, vel inquietari valeat ipsius Philiberti expresso ad hoc accedente consensu, reseruare, concedere & assignare sibique, quod Philiberto, aut aliquo ex successoribus præfatis per se, vel per alium, seu alios directè, vel indirectè, eaodem creaturam super perceptione, &c. ac collatione, &c. & alijs præmissis quacunque occasione, vel causa, seu prætextu, vel quæsito colore molestante, perturbante, vel impediente, seu quicquam aliud vltra quinquaginta scuta præfata, quocunque prætextu, siue occasione, vel causa, aut alias quomodocunque exigere, &c. intensè, aut alias reseruationem, concessionem, & assignationem præfatas quomodolibet impugnante, vel inualidari procurante, aut contra eas aliquid dicente, vel allegante, &c. seu reseruatione, &c. ipsa nulla, inualida, aut irrita ex quauis causa existente liceat eidem creaturæ ad dictum Prioratum de Contamina liberum habere regressum, illiusque corporalem, &c. possessionem per se, vel alium, seu alios eius nomine propria auctoritate liberè apprehendere, ac vigore prioris commendæ sibi de illo facta absque alia sibi desuper de nouo facienda commenda, vt prius etiam vna cum sancti Clementis, ac omnibus & singulis alijs Ecclesijs, &c. Monasterijs &c. beneficijs, &c. per eum obtentis, & obtinendis, &c. ac fructibus, &c. & pensionibus, &c. sibi reseruatis, & reseruandis præfatis retinere in omnibus, & per omnia perinde, ac si cessionem huiusmodi minime fecisset, indulgere irritumque decernere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Apostolicis, ac in prouincialibus, synodalibus, & generalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non Cluniacen. Ordinis, & Prioratus de Contamina præfatorum, ac Monasterij, vel alterius regularis loci, a quo ipse Prioratus forsan dependet etiam iuramento. &c. roboratis statutis, &c. priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque Abbatibus, superioribus, Conuentibus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis: etiam motu proprio, &c. & consistorialiter etiam contra commendas, aut alias in contrarium singulorum præmissorum quomodolibet concessis, & cætera, & viribus omnibus, etiamsi de illis, &c. eorum tenores, &c. latissimè derogare placeat, cæterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur. F.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. & quod creaturæ obstantiæ, & beneficiales illiusque, ac non tamen super defectu natalium Philiberti præfatorum dispensationes vetusque & vltimus dicti Prioratus de Contamina vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, necnon litis & causæ si quæ sint status, & merita nominaque, & cognomina Iudicum, & collitigantium, eorumque, ac dictæ creaturæ, necnon quorumcunque aliorum collationes, prouisiones, commendæ, concessiones, aliaque iura, & tituli, etiam nulli, & infectiui, causæque etiam illorum annullatiuæ, & infectiuæ, ac litis, & possessionis habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint. Et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa etiam dispositione exprimenda. Et de amissione cessionis, ac commenda Prioratus de Contamina huiusmodi ad vitam præfati Philiberti, quatenus ita commendari consueuerit, etiam vnà cum Monasterio, Prioratu de Lemenco præfatis teneren. &c. Ita quòd liceat sibi de fructibus, &c. disponere, vt supra pro eodem Philiberto latissimè extendendis. Et quòd literæ desuper etiam in forma simplicis commendæ gratiosæ subrogationis, etiam quoad possessionem gratiæ, *si neutri*, *si nulli*, *si alteri*, perinde, & etiam valere cum gratificatione opportuna, quatenus illi locus sit, simol, vel separatim expediri possint. Et de reseruatione, &c. omnium & quorumcunque fructuum, &c. propria auctoritate percipiendorum, &c. ac collationis, &c. beneficiorum, &c. & cum regressu in molestationis, &c. & singulos alios euentus præmissos, ac decreto, & alijs præmissis pro dicta creatura latissimè extendendis, & derogatione, de subrogandis collitigantibus, attento, quòd non in potentiorem, ac de annali possessore. &c. quoad primam eius partem regularum Sanctitatis vestræ, necnon constitutionum, statutorum, &c. priuilegiorum, indultorum, & literarum præfatarum, aliorumque quomodolibet contrariorum latissimè extendenda, quorum tenores, &c. ac Iurispatronatus si quod sit, citra tamen illius approbationem, videlicet si laicorum tantum etiam nobilium, & Illustrium, eisque ex fundatione, vel dotatione competat pro medietate alias, seu si litigiosus, vel deuolutus sit in totum etiam latissimè extendenda. Et cum suspensione quarumcumque, tàm generalium, quàm specialium reseruationum, etiam mentalium vnionum, &c. perpetuarum suppressionum, nominationum, facultatum, indultorum, mandatorum, expectatiuarum & aliarum gratiarum quibusuis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, eorumque etiam antiquis, & descriptis familiaribus continuis commensalibus in genere, vel in specie, & alias quomodolibet concessorum, &c. cum decreto desuper opportuno, quod se ad præmissa non extendat latissimè extendendis, citra tamen accessum & regressum, ac de consensu coadiutoris. Et quòd præmissorum omnium & singulorum, etiam qualitatum, inuocationum, denominationum, nuncupationum, annexorum fructus &c. augendo, vel minuendo cognominum ordinum dependentium, aliorumque necessariorum maior & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis simul, vel ad partem, etiam in vna non facta mentione de alia, vel alijs expediendis. Fiat. F.

Datum Romæ, in Monte Quirinali, Idibus Augusti, Anno quinto.

Missa XIX. Octobris E. pro Dat.

R. G. Albertonius pro Reuerendiss. D. Vice. Ioan. Barengus.

Quartò Secretorum. fol. 199.

Ex quibus vltra supradicta, Primo nota, quòd clau-
97 sula, *& non alias nec* † *alio modo* in his apponitur vt
plurimum, & non cassatur a reuisoribus, nam respicit
fructus reseruandos, ac pensionem itidem reseruandam,
vt colligitur ex Cassad. decis. 2. de simon. Redoan. de
simon. p. 2. cap. 12. & cap. 13. nu. 3. Mandos. in praa.
Signat. grat. tit. regressus, & accessus, colum. 2. & in-
98 ducit † conditionem, Bald. in l. si quidem C. de except.
Alesa. cons. 3. nume. 5. lib. primo, Cardin. Paris. cons.
99 19. num. 18. volum. 1. vt non aliter † censeatur ius ab-
dicatum, ac renunciatum, nisi reseruatis fructibus, aut
pensione: vt fuit resolutum in Rot. teste Cresecn. de-
cis. 64. libro 1. in manuscr. Caputaq. decis. 86. lib. 3. in
manuscr. & in vna Aueniouen. Canonicatus coram Io.
Paulo, teste Crescent. decis. 231. in manuscr. vt late
deduxi libro 1. quæst. 3. fuit enim huiusmodi clausula
sublata quatenus dicebatur in supplicatione resignan-
tem resignare in fauorem N. *& non alias, nec alio modo*,
vt dixi suprà.

Secundò nota, † quod non dicitur supplicat, sed sup- 100
plicant, namque resignans supplicat pro reseruatione
fructuum, & pensionis, Resignatarius vero pro admis-
sione, & prouisione, nam huiusmodi verbum † stat di- 101
stributiue, non copulatiuè, vt fuit resolutú in vna Tul-
lens. Abbatissatus coram Camillo, teste crescent. decis.
173. Mohedan. decis. 112. Ambrosius, in manuscr. vnde
sufficit, quòd vnusquisq; supplicet pro his, quæ spectant
ad ipsum.

Tertiò nota clausam, vt propria auctoritate, &c.
& exceptionem, de quibus, & alijs dicetur infrà libr.
10. latissime.

Et quia aliquando fit resignatio absque prouisione,
quod † contingit in promotis ad incompatibilia, qui 102
in literis habuerant decretum, vt debeant renunciare
liberè, & simpliciter in manibus Papæ infra duos men-
ses, ideo hic ponam formam, quæ est talis.

Resignatio simplex absque prouisione. *Hieracen.*

103 BEatissime † Pater. Cum deuotus Sanctitatis vestræ orator Tyberius Sirletus Canonicus Hieracen. cui aliàs à Romana Curia absenti, ac Canonicatum, & præbendam dictæ Ecclesiæ, ac vná cum illis ante decreta Concilij Tridentini, seu ea dispensatione Apostolica parochialem Ecclesiam sanctæ Catharinæ, etiam Hieracen. inter alia tunc obtinenti de Cantoria ipsius Ecclesiæ Hieracen. quæ inibi dignitas non tamen maior post Pontificalem existit, tunc per obitum quondam Antonini de Candida ipsius Ecclesiæ dum viueret Cantoria extrà Romanam Curiam de mense Augusti proxime præterito defuncti vacante Apostolica auctoritate sub datum Romæ apud sanctum Marcum, Septimo Kalendas Septembris, Pontificatus vestri anno tertio prouideri mandari concessum extitit cum decreto, quòd idem orator infrà duos menses a die habitæ per eum dictæ Cantoriæ possessionis, seu qua per eum staret quominus illam assequeretur computandos Canonicatum, & præbendam, ac parochialem Ecclesiam, per eum obtentos huiusmodi in manibus Romani Pontificis tantum dimittere omnino teneretur, alioquin tam Canonicatus, & præbenda, ac Parochialis Ecclesia, quàm cantoria prædicti vacarent eo ipso, ita quòd illis per Sedem Apostolicam dumtaaat disponi posset ea eo, quòd ipse orator coocessioni gratiæ huiusmodi, quæ eo inscio impetrata fuit, nequaquam vti, immo illi renunciare, ac Canonicatum, & præbendam, necnon parochialem Ecclesiam prædictos, prius vt retinere intendit, propterea, & ea certis causis animum suum mouentibus concessioni gratiæ dictæ Cantoriæ prouisionis, seu ad illam mandato huiusmodi, ac omni, & cuicunque iuri actionique sibi in eadem Cantoria, vel ad illam quomodolibet competenti in manibus Sanctitatis vestræ spontè & libere cedere proponat, proùt cedit de præsenti. Supplicat igitur humiliter Saoctitati vestræ dictus orator, quatenus eum specialibus fauoribus, & gratijs prosequentes cessionem huiusmodi Apostolica auctoritate admittere, ac admissam esse, necnon per admissionem huiusmodi factam Cantoriam vacare, ipsumque oratorem prætextu decreti præfati ad dimittendum Canonicatum, & præbendam, ac Parochialem Ecclesiam huiusmodi minime teneri decernere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictoque decreto cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur F.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. Et quod mandati prouisionis huiusmodi tenores, &c. ac data &c. cum inde secutis habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint. Et de admissione, & decreto prædictis, vt suprà in forma gratiosa & quod præmissorum omnium & singulorum, etiam fructus &c. Inuocationum, denominationum, anneaorum, qualitatum, nuncupationum, aliorumque necessariorum maior & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis. Fiat F.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Kal. Martij, Anno Tertio.

Missa IV. Martij. E. pro Dat.

XVI. fol. 198. R. I.. Mutins pro Reuerendissimo D. Vice. B. Amerinus.

Resignatio absque prouisione. *Veronen.*

BEatissime † Pater Cum deuotus Sanctitatis vestræ orator Ioannes Paulus Bronzius Rector Præpositus nuncupatus Parochialis Ecclesiæ Præposituræ nuncupatæ Sanctorum Mariæ, & Erasini Castri Guffridij Brixiensis diœcesis, cui nuper parochialem Ecclesiam Sanctæ Cæciliæ, Veronen. etiam tunc obtinenti, de primò dicta Ecclesia Præpositura nuncupata certo tunc expresso modo vacante Apostolica auctoritate prouisum, seu prouideri mandatum extitit, cum decreto, quòd infra certum tunc expressum tempus secundò dictam Ecclesiam, in manibus Romani Pontificis dimittere teneretur, propterea decreto huiusmodi parendo, secundò dictam Ecclesiam, in manibus Sanctitatis vestræ spontè & liberè resignare proponat, proùt resignat de præsenti, Supplicat humiliter Sanctitati vestræ dictus orator, quatenus specialem sibi gratiam facientes, resignationem huiusmodi admittere, ac per illius admissionem dictam Ecclesiam sanctæ Cæciliæ vacare, necnon decreto præfato satisfactum esse irritumque, &c. decernere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus aonstitutionibus, & ordiuationibus Apostolicis, cæterisque cootrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur F.

Et cum

ET cum absolutione a censuris ad effectum, &c. & de admissione resignationis, ac decreto præfatis, vt supra. Ita quod sola præsentis supplicationis Signatura, cum consensu, a tergo annotato, sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante. Fiat. F.

Et huiusmodi cessio fit ob causam prædictam, nam
104 resignatio † simplex in manibus Papæ de raro fit, vt om-
nes sciunt, & fuit dictum in vna Cremo. pensionis 18.
Maij. 1584. coram R. P. D. Cantuccio, quæ decisio est
impressa Venetijs p. 1. decis. 791. num. 3.
105 Et quia ex † sola supplicatione possessio beneficij
non potest capi, vt grauissimis pœnis statuit Iul. III.
in sua extrauaganti, quæ est in viridi obseruantia. Ideò
registrata supplicatione, & præstito consensu in Ca-
mera, vel Cancellaria, expediuntur literæ pro comple-
mento resignationis, quas † à Signatura oriri, scribit 106
rebuff. in prax. tit. Bull. nou. prouis. numer. 1. fol. mihi
131. sicuti † instrumentum a protocollo. §. 1. & seq. 107
Auth. de tabell. coll. 4. Quare non ab re erit formam
dictarum literarum ponere, & conscribere aliquas in-
terpretationes iuri, & praxi conuenientes, regulariter
† tamen secundum ius interpretantur. cap. causam. de 108
reler. Card. Paris. cons. 109. col. vlt. vol. 1. Rebuff.
loc. cit. num. 5.

Sixtus Episcopus Seruus Seruorum Dei.

109 DIlecto Filio Thomæ Auolo Clerico Isolan. salutem & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circumspecta, Ecclesijs, & Monasterijs singulis, quæ vacationis incommoda deplorare noscuntur, vt Gubernatorum vtilium fulciantur præsidio, prospicit diligenter, & personis Ecclesiasticis quibuslibet, vt in suis oportunitatibus congruum suscipiant releuamen de subuentionis auxilio, prout decens est, prouidet oportuno. Cum itaque Monasterium, Abbatia nuncupatum Sancti Vit dello Pizzo, Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis Tarentin. Ciuitatis, seu Diœcesis, quod venerabilis frater noster Innicus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Aragona nuncupatus in commendam ad sui vitam ex concessione & dispensatione Apostolica nuper obtinebat, commenda ipsa ex eo, quod dictus Innicus Episcopus & Cardinalis, illi, nec non omni & cuicumque iuri & actioni sibi in regimine, & administratione dicti Monasterij vel ad illa quomodolibet competenti, hodie in manibus nostris sponte & liberè cessit. Nosque cessionem huiusmodi duximus admittendam, cessante, adhuc eo quo ante commendam ipsam vacabat, modo vacare noscatur ad præsens. Nos tamen eidem Monasterio de Gubernatore vtili & idoneo per quem circumspectè regi & salubriter dirigi valeat, quam tibi, asserenti te in 16. tuæ ætatis anno constitutum, & eiusdem Innici Episcopi & Cardinalis ex fratre Germano Nepotem existere, vt, commodiùs sustentari valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes. Teque a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes & absolutum fore censentes, Necnon verum & vltimum dicti Monasterij vacationis modum, etiam si ex illo, quæuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultet, præsentibus pro expresso habentes, Monasterium predictum, quod cura & conuentu caret, ac cuius & illi forsan annexorum fructus redditus & prouentus ad octuaginta florenos auri cum vno tertio alterius similis floreni in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur. Quouis modo, & ex cuiuscumque persona, seu per liberam cessionem cuiusuis de prædictis regimine, & administratione in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam vacet, etiam si tanto temporè vacauerit, quòd eius prouisio iuxta Lateranen. statuta concilij, aut alias canonicas sanctiones ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta existat, & illa ex quauis causa ad sedem eandem specialiter, vel generaliter pertineat, & de ipso Monasterio Consistoriali disponi consueuerit, seu debeat, & super eisdem regimine & administratione inter aliquos lis, seu illorum possessio, vel quasi molestia, cuius statum & merita, causæ, nominaque & cognomina Iudicum & colitigantium eorumque, ac eiusdem Innici Episcopi & Cardinalis aliorumque, quorumcunque, concessiones, prouisiones, commendas, aliaque iura & titulos. Causasque etiam proprij tituli, ac litis & possessionis etiam præsentibus haberi volumus pro expressis, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ earundem præsentium prædicto Monasterio de Abbate prouisum, aut illud alteri commendatum Canonicè non existat, tibi per te, quoad vixeris tenendum, regendum, & gubernandum. (Ita quòd liceat tibi, debitis & consuetis ipsius Monasterij supportatis oneribus, ac tertia parte omnium fructuum, redditium, & prouentuum ipsius Monasterij in restaurationem illius fabricæ, seu ornamentorum emptionem, vel fulcimentum, aut pauperum alimoniam. prout maior exegerit, & suaserit necessitas, omnibus alijs deductis oneribus annis singulis impertita) de residuis illius fructibus, redditibus, & prouentibus disponere & ordinare, sicuti ipsius Monasterij Abbates, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcumque illius bonorum immobilium & preciosorum mobilium tibi penitus interdicta, Apostolica auctoritate commendamus, curam ipsius Monasterij ac huiusmodi regimen & administrationem tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Tarentin. & Episcopo Ametin. ac dilecto filio causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse vel duo, aut vnus eorum per se vel alium, seu alios tibi in adipiscenda possessione seu quasi regiminis, & administrationis prædictorum, ac bonorum ipsius Monasterij auctoritate nostra assistentes, faciant tibi a dilectis filijs, vassallis, & alijs subditis eiusdem Monasterij consueta seruitia, & iura tibi ab eis debita integrè exhiberi. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac Monasterij, & ordinis cuius existit, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Monasterio, & ordini, eorumque Abbatibus, Conuentibus, alijsque superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs alijsque efficacioribus, ac insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros ac forsan nos, & dictam sedem, etiam motu proprio, & consistorialiter alias in genere seu specie quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, etiam si in eis, ac statutis prædictis inter alia caueatur expressè, quòd prædictum, & alia ipsius ordinis Monasteria nullatenus, aut non nisi de ipsorum Abbatum consensu, ac personis certo inibi expresso modo qualificatis conferri, seu commendari possint, & aliter de illis pro tempore factæ collationes, prouisiones, vel commendæ viribus careant. Quódque eisdem priuilegiis, indultis, & literis non nisi sub certis modo & forma, inibi contentis derogari possint, & si illis alias derogari contingat, derogationes huiusmodi nemini suffragentur. Quibus omnibus, etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia ex-

pressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter & expresè derogamus, contrarijs quibuscumque aut si vassallis,& subditis prædictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quòd propter nostram huiusmodi Commendam, Monasterium prædictum in spiritualibus non lædatur, & in temporalibus detrimenta non sustineat, sed eius congruè supportentur onera ante dicta. Nos enim exnunc irritum decernimus, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1588. Duodecimo Kalendas Maij, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Gratis pro Nepote Cardinalis — *Hieronym. Auila.* — *P. Par. pro &c.* — *A. Instus.*
A. K. — *P. S.* — *A. Be. pro &c.* — *Franciscus Contogins pro communi.*
E. Helemus — *A. Rocheta.* — *I. pro &c.*
I. pro &c.

A. Baldinus pro communi gressos octo &c.
Pep.

A. T. pro communi &c.

Gratis pro Nepote Cordinalis Be. Remondus.

A tergo autem ponitur nota præstiti consensus,& fit mentio literas fuisse registratas in Camera, & postea fuit in his literis etiam à tergo scriptum, quòd tali die fuit capta possessio, & facta publicatio, cum extensione instrumenti publicationis, Pro maiori declaratione verba harum literarum erunt declaranda.

Sixtus nomen Sanctissimi Domini N. *Episcopus*, sci-
110 licet vniuersalis † Ecclesiæ, & Episcopus Episcoporum. can. Nouatianus 6. q. 1. can. loquitur. 24. quæst. 1.
111 *Seruus seruorum*, vt † habetur in can. saluator. 1. qu. 3. cap. vlt. de consuet. & habetur in procem. decret. & Sext. ac Clemen. nam Papa vtilitatibus, & commoditatibus seruorum Dei se ingerit, vt tradit Mandos. qui plura huius generis explicat in Glos. facultate, §. su-
112 perscriptio, & Gregorius Primus † Pontificum, ita se inscripsit, Archid. in procem. 6. Alberic. de Rosat. in verb. Gregorius, & ita stylus hodiè obseruat, adeò vt si appareret bulla absque huiusmodi inscriptione, de
113 falso esset suspecta, tanquam † contra stylum. l. sacri afflatus, & ibi Bal. in princi. C. de diuers. rescr. cap. porrecta, vbi Gl. magna de confirm. vtil. vel inutil. Abb. in cap. ex part. 1. num. 7. de officio deleg. latè Fel. in cap. ex part. 1. numer. 16. de rescript. *Dilecto*
114 *filio*, nam Papa omnes vocat filios, præter † Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas cap. quam graui. de crimine fals. & hunc etiam stylum Curiæ attestatur Rebuff. in Pra a. tit. forma. nou. prouis. colum. 3. vers. & filius, & cum prouideat digna. cap. cum in cunctis. de elect. verè illi sunt dilecti. *Thom. Aualos.* hic est resi-
115 gnatarius qui generis † nobilitate, præstantia, ac doctrina, & castissimis moribus pollet. *Cleric. Ilelom. diœcesis.* in qua natus est ipse resignatarius. *Salutem, & Apostolicam benedictionem*, Papa enim salutat eum,cui pro-
116 uidendo † confert, ad not. in clem. vlt. de sent. excomm. latè Rebuff. in form. mand. in principio *Romani Pontifices prouident &c.* ex his verbis colligitur, cum quanta circumspectione sint conferenda Monasteria, & quibus personis,& quid soler Sedes Apostolica obseruare, in prouisionibus vero aliorum beneficiorum solet poni vitæ, ac morum honestas, quæ verba declarant rationes, quæ mouerint eum ad concedendum. *Cum itaque Monasterium Abbatia nuncupatum, &c.* regitur hoc ab illis verbis modo vacare noscantur. *Ad præsens ex eo, quòd venerabilis frater noster Innicus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Aragona nuncupatus, hodiè in manibus nostris, sponte & liberè cessit*, & sic per resignatio-
117 nem vacat beneficium, † vt latè ostendi lib. 1. q. 5. & est communis opinio, vacat inquam ex persona resi-
118 gnantis. Hodiè *in manibus nostris*. nam consensus † retrotrahitur ad diem datæ, vt pluriès fuit decisum in Rota & præsertim in vna Zamoren. Parochialis coram Paleotto 13. Maij 1558. teste Caputaq. decis. 71. lib. 1. qui attestatur hunc esse communem, & notum stylum omnibus Io. Paul. decis. 38. Cassad. decis. 2. de renunc. Sarn. quæst. 21. de infir. & in stylo regulare est, vt in literis apponatur † hodiè in manibus nostris. Caputaq. d. 119
decis. 71. Gammar. dec. 19. in manuscr. *Nos cum eidem Monasterio*, &c. ex his verbis colligitur causa prouisionis, vt prouideatur Monasterio de gubernatione vtili, vt prouisus commodius sustentari valeat. † *teque à quibuscunque excommunicationis, &c.* per hanc clausulam 120
Papa absoluit prouisum, si eget, a sententia excommunicationis, etiam maioris, & suspensionis, ac interdicti, & eum habilitat, vt non obstante excommunicatione, suspensione,& interdicto possit consequi beneficium resignatum, aliàs non posset, vt dixi late lib. 4. quæst. 3. num. 44. & hoc siue fuerit excommunicatus à iure, siue ab homine, & ex quacunque causa, & occasione, huiusmodi autem absolutio non † suffragatur in sordescenti- 121
bus, vt fuit aliàs iudicatum, teste Boër. decis. 590. duo permutauerunt, & fuit resolutum in Rot. vt dixi in d.
lib. 4. Nec etiam † irregularib. ob notoriam fornicatio- 122
nem, vt respondet Nauarr. cons. 66. num. 1. de sent. excommun. quia † nunquam videtur Papa dispensare su- 123
per irregularitate, nisi expressè dicat. Nauarr. in manu. cap. 77. 254. & est communis opinio. Nec † hæreticis. 124
cap. excommunicamus, §. credentes. de hæret. Fel. in c. Apostolicæ. colum. 1. de except. & fuit aliàs dictum in Rot. Nec committentibus † falsum in literis Apostoli- 125
cis, ad not. in cap. ad falsariorum. de crim. fals. Rebuff. in prax. in for. nou. prouis. fol. mihi 144. num. 89. colum. 11. & cum seq. Nec incendiarijs, violatoribus † 126
Ecclesiarum, & alijs personis relatis in reg. 61. cancell. Sixti V. Et huiusmodi absolutio, vt in literis dicitur, datur ad effectum præsentium, vt ad hunc effectum suspendatur excommunicatio, suspensio, & interdictum, vt declarat Rebuff. loc. citat. numero sexto, vnde si post huiusmodi absolutionem † se ingerat in diuinis, est 127
excommunicatus. cap. is coi. de sent. excommu. libr. 6. nec potest habere beneficium ab ordinario absque alia absolutione, & hæc est communis opinio. Et huiusmodi clausula *teque absoluentes, &c.* nascitur ex ventre signaturæ, in secunda † parte supplicationis, dum dici- 128
tur,& quod obstantiæ oratoris habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint. Rebuff in Pra a. fol. 145. num. 2. & tantum operatur, ac si nominatim expressio fieret. Ant. de Butr. cons. 2. colum. 1. Felin. in cap. in nostra. coroll. 9. de rescr. & quamuis habeantur pro expressis, exprimi tamen possunt. *Nec non Monasterium prædictum, quod curo, & conuentu caret, &c.* necesse est enim, vt hoc exprimatur, vt Papa sciat qualitatem beneficij, vt latius dicam infra libro 10. *Cuius &*

Digitized by Google

illi annexorum fructus &c. expressio fructus, vt decla-
raui supra in interpretatione supplicationis. *Quouis
modo, & ex cuiuscumque persona, &c.* huiusmodi enim
129 clausula solet dari, † vt tradit Mandos. in prax. Signar.
gra. iii. resignationes. colum. 9. vers. clausulæ, siue
præmisso &c. Et quandoque solet poni, præterquam
per obitum, vt idem Mandos. tradit in eadem prax.
verb. derogationes. Bursat. consil. 394. numero. 11. ne
quis non sperans obtinere posse beneficium per obitum
vacans contingat per resignationem vacare, & per
clausas generales illud aucupetur, & sic indirectè as-
130 sequatur † id, quod via ordinaria non posset, contra
capit. cum quid vna. de regul. iur. libr. 6. Decis. cons.
561. ant. numer. 5. Si autem dicta restrictiua, præter
quam per obitum non apponatur, dubitatur, An vi
dictæ clausulæ resignatarius possit capere beneficium
resignatum vacans per obitum legitimi possessoris,
quamuis resignans nullum ius habuisset. Quidam
Doctores maximæ auctoritatis tenuerunt negatiuam,
131 quia collatio facta per † resignationem non compre-
hendit vacationem per mortem. Felyn. in cap. in no-
stra. numer. 37. in fin. de rescript. Rot. decis. 53. de
rescript. in antiq. & decis. 22. de præbend. in nou.
Ioan. Selu. de benef. p. 3. quæst. 12. numer. 72. & com-
muniter Doctores in cap. susceptum. de rescript. libr.
132 6. dum scribunt quod † expresso vno modo vacationis
per resignationem, non venit vacatio per obitum, Bu-
tr. cons. 43. Æneas de Falco. tracta. de reserua. benef.
quæst. 1. num. 3. & 4. & hanc opinionem Domini Ab-
breuiatores tenuerunt in vna Ispalen. teste Mandos. de
signar. grat. tit. resignationes. colum. 5. vers. non ad-
dita &c. Contraria tamen opinio verior est, & commu-
133 nis, vt vi dictæ clausulæ resignatarius possit capere be-
neficium vacans tunc per obitum legitimi, & veri do-
mini, quamuis resignans nullum ius habeat, vt fuit re-
solutum in Rot. coram Cardin. Sanctæ Crucis die 27.
Februarij 1559. teste Cotta decis. 277. & in vna Spo-
letan. beneficij 4. Iulij 1550. coram Pelegrin. teste eo-
dem decis. 266. lib. 2. & 347. lib. 3. in manuscr. & in
dict. Ispalen. Cantoriæ de anno 1539. teste Mandos.
loc. cit. & ratio est, quia per clausulam *siue alio quouis
134 modo vacet*, omnis modus vacandi, siue † directus, siue
indirectus, etiam accessorius ea intentione conceden-
dis includitur, dummodo ea persona expressa, & no-
minata in gratia vacet. Glos. Gemin. Imol. & alijs in
dict. cap. susceptum. de rescript. libr. 6. Rot. decision.
1. num. 4. & decis. 14. & decis. 17. de rescript. in nou.
Egid. Bellam. decis. 610. Lapus alleg. 79. numer. 2. vbi
Mandos. in additionibus plures adducit. Cardin. Paris.
cons. 33. numer. 29. vol. 3. Cassad. decis. 5. de præb.
Gemin. cons. 79. Cardin. cons. 30. numer. 3. Sarn. de
infirm. resignan. quæst. 34. in fi. Socin. sen. cons. 33. nu.
29. volum. 1. Cardin. Paleot. decis. 348. incipit An-
dreas, & communiter alij Doctores. Vnde si beneficium
135 vacet per obitum, quia resignans † obijsset, potest resi-
gnatarius illud capere, Put. decis. 280. libr. 2. numer.
11. vbi dicit, præsumi resignantem viuere, nam Papa si
sciuisset, quòd esset mortuus tempore quo facta fuit
gratia non dedisset hanc clausulam *quouis modo &c.* per
clausulam autem, siue alio quouis modo, ea alterius,
& cuiuscunque persona vacet &c. † non solum venit
136 vacatio quælibet per personam expressam in literis tan-
tum, sed omnis modus vacandi per extraneam perso-
nam. Perusin. dict. cap. susceptum, vbi additionarij
vltimi maxime num. 8. Glos. reg. Cancell. & Sarn.
quos refert, & sequitor Mandos. de infir. resign. quæst.
17. num. 4. Cassad. decis. 5. in princ. de præbend. Cassan.
cons. 30. num. 11. Staphil. de liter. grat. vers. sunt & aliæ.
num. 14. Mil. in verb. gratiam §. 2. Io. Selo. de benef.
p. 3. quæst. 12. nu. 77. & q. 46. in fi. Card. Paris. cons. 118.
potuit. num. 29. volum. 1. Berous cons. 156. num. 11.
lib. 4. Crauet. cons. 88. numer. 9. & sequen. Rebuff. in
concord. tit. forma mandati, vers. aliam quamcumque.
& in tract. de nominan. q. 17. num. 25. & est communis,
& recepta Doctorum sententia secundum quam resoluit
Rot. in vna Ispalen. Cantoriæ teste Mohedan. decis. 107.
de præbend. in manuscr. nam ex clausula, vel alio quo-
uis modo vacet, vacationem per extraneum venire, vo-
luit Card. Zabarel. dict. cons. 30. num. 3. vers. item
etiam. Mandos. in prax. de Signat verb. derogationes
aliæ. vers. non addita. Bursat. cons. 394. num. 2. volum.
4. & fuit resolutum in Rota quibusdam alijs concurren-
tibus in vna Tudertin. Parochialis coram Rauellen. die
27. Ianuarij 1546. teste Put. decis. 64. incipit clausula
de præb. in manuscr. Et ratio rationis est, vt illa verba
aliquid † operentur, argum. l. si quando. ff. de leg. 1. c. 137
Abbate sane, de verb. sign. cap. si Papa. de priuileg. in
6. nihil enim † frustra ponitur in literis Apostolicis. Re- 138
buff. in prax. 3. par. signat. vers. item in hac Signatura.
num. 2. & in tit. de Pap. prouisione. n. 12. Cassad. decis.
5. in fi. de præbend. Sarn de verif. nar. q. 3. ver. sed præ-
dictis. namque istæ clausulæ generales propter disiun-
ctiuas dicuntur omninò separatæ, diuersæ, ac principa-
les, non autem ad cæteras accessoriæ, & dependentes,
atque connexæ. Card. d. cons. 30. Sarn de infir. q. 34.
& tot videntur † concessiones, quot clausulæ. l. quædam 139
mulier. ff. fam. hercis. l. si ex causa. ff. de min. Bar. in l.
Aurel. §. idē quæsijt. ff. de liber. l. nam ad ōnes clausulas 140
refertur concessio Papæ. Dec. cons. 33. in principio, &
cons. 373. nu. 11. & illæ vim diuersorum factorum ha-
bent, l. circa eos. in principio ff. de condit. & demonst.
Vit. de Camb. in tract. de clausulis, titu. de emologa-
tio. Arbitr. numer. 1. Et ad argumentum pro contraria
opinione adductum respondetur, quòd procedit, cum
vnus vacandi modus est expressus. Doctores commu-
niter in dict. cap. susceptum de rescrip. libr. 6. sed hic
omnis modus vacandi est expressus. Ideo &c. vt latè
per Bursat. cons. 394. colum. 1. vol. 4. & non est appo-
sita dicta clausula & ad hæc faciunt quæ scribit Crauet.
cons. 78. num. 8. cum sequen. Et eò magis hæc conclusio
procedit, si ille, qui resignabat, erat possessor, & ius in
beneficio habebat ex alterius resignatione. Peleg. dict.
decis. 347. libr. 3. in manus.

Ampliatur hæc conclusio procedere, etiam si bene-
ficium vacaret † in Curia per mortem, nam perinde 141
habetur, ac si obitus in Curia esset expressus, ita Pe-
legrin. dict. decis. 347. libr. 3. & 262. libr. 2. & ratio
est quia clausulæ prædictæ comprehendunt vacationes,
etiam beneficiorum reseruatorum, & comprehendunt
etiam vacationem apud sedem, cum talia verba sint
vniuersalia, † prægnantia, & apta etiam comprehen- 142
dere maiora expressis. Gloss. in Clement. vlti. de sen-
tent. excommunic. in vers. quouis, Glos. in Clement.
ne Romani. §. 1. de elect. Felyn. in cap. sedes. column.
6. vers. secunda declaratio. de rescr. in terminis Rot.
decis. 12. de præbend. in antiquior. per Bisign. Sarn.
de infirm. non resign. quæst. 34. in princ. & commu-
niter Doctores, vt per Mandos. d. regul. de infirm.
quæst. 17. numer. 7. & in numer. 8. refert. decisionem
factam in dicta causa Spoletana benefic. 4. Iulij 1550.

Limita tamen hanc conclusionem, vt dicta clausula
capiat tantum † vacationem contingentem tempore 143
prouisionis, & datæ, & sic beneficium, quòd iam va-
cat de præsenti, non eam, quæ postea extrinsecùs, &
in futurum occurrat. Hanc esse communem opinionem
attestatur Sarn. de publican. resignat. quæst. 16. num. 2.
qui etiam attestatur de stylo & dicit ita fuisse iudica-
tum in Rot. sequitur Mandos. de infir. resign. quæst. 27.
numer. 8. in fin. Rebuff. Ioan. Selu. & Ferret. quos re-
fert, & sequitur Bursat. cons. 394. numer. 9. & 10.
cum sequen. Et ratio est quia dicta clausula, *quouis
modo &c.* non se extendit ad vacationem † alterius 144
personæ, quàm expressæ, communiter omnes in cap.
susceptum. de rescr. libr. 6. ergo eadem ratione non
capiet vacationem, alio tempore contingentem, nam
† valet argumentum de persona ad tempus & è contra. 145
lib. qui plures in principio. ff. de vulg. & pup. Secundò,
quia † prouisio Papæ, super beneficio vacante, regula- 146

rirer ad illud postea vacaturum non extenditur, cum
147 vacatio † tempore datæ verificari debeat. cap. eam
de rescrip. Oldrad. cons. 168. quæst. 2. & 228. in fin.
Ferrer. cons. 283. numer. 18. Tertio quia beneficia an-
148 tequam vacent, non † sunt conferenda. cap. 2. vbi Abb.
cap. ex tenore. de concess. præbend. cap. deliberatio-
ne, §. prohibemus. de off. deleg. Bellam. decis. 443.
149 si Episcopus. in principio. Quartò quia beneficium †
viuorum non licet impetrare, vt expressum est in re-
gula Cancell. de benef. impetr. per obit. Fely. in cap.
in nostra. num. 38. de rescr. vbi dicit, quòd impetratio
beneficij tanquam vacantis per mortem Titij non sub-
150 sistit, si ille tunc † viuat, licet postea moriatur. Ioan.
Selu. de benef. p. 3. q. 12. num. 83. Barbat. in cap. con-
sultationibus, not. primo de donat. Quintò quia seque-
retur absurdum, vt quis caperet beneficium ex resigna-
tione illius, qui nullum ius penitus in eo habet, quod
canones abhorrent, cum non entis nullæ sint qualitates,
151 & nulla nullum impedimentum † inferant, nulliusque
effectus existant, cap. non præstat. cum vulg. de reg.
iur. libr. 6. & absurdum videretur quòd resignatio pri-
152 ma nulla † tolleret collationem faciendam. Rebuff. de
nomina. q. 17. num. 4. in fin. & etiam aliud absurdum
sequeretur, induceretur enim quoddam piscationis, vt
aiunt, beneficiorum genus, nam multi confingendo re-
signationes, appositis his clausulis fraude acquirerent
153 † beneficia quæcumque vellent, quod minimè admit-
tendum est. Sarn. de public. quæst. 7. Mandos. de infir.
q. 9. nume. 5. aliud quoque absurdum quia quis indire-
ctà via acquireret beneficium, cum directè non posset.
arg. cap. cum quid per vnam. de reg. iur. in 6. aliud ab-
surdum, quia disponeretur de beneficijs per vltimam
154 † voluntatem, contra rest. in cap. 1. de præbend. & fa-
ciunt duæ decisiones Rot. prima in vna Lucan. Cano-
nicatus, & Præbendæ 7. Februarij 1571. coram Rub. &
alia in causa Corduben. Beneficij 21. Aprilis 1562. dum
155 firmarunt † regulam de mense procedere in resignatio-
ne, vbi quis velit capere beneficium vi clausularum ge-
neralium, vt tradunt Cardin. Paleott. decis. 499. incip.
quoniam regula. Ant. Augustin. decis. 771. libr. 3. Put.
decis. 1. & decis. 4. inci. prouisio, in regula de mense.
Bursat. dic. cons. 394. numer. 18. volum. 4. vbi refert,
esse stylum Referendariorum, & Abbreuiatorum. Et
hæc clausula, siue præmisso, siue quouis modo &c.
156 capit etiam † vacationem per priuationem. Rot. dec. 1.
de rescrip. in nou. Lap. alleg. 78. numer. 14. Mohedan.
decis. 353. fuit resolutum in vna Burgen. Canonicat. die
veneris 27. Iunij 1686. coram R. P. D. Gipsio in qua
fuit sententiatum prouisionem Aloysij sustinen vi dictæ
clausulæ generalis, quamuis, constaret simoniam rea-
lem inter Antonium, & Georgium commissam fuisse.

Sequitur clausula, quæ passim concedi consueuit
in prouisionibus per resignationem, vt tradit Mandos.
in prax. Signa. grat. tit. resignationes, colum. 5. vers.
concedi, & quotidiè videmus. *Et coram Notario publi-*
157 *co & testibus spontè facta, &c.* quæ † clausula operatur
hunc effectum, quòd si resignatio facta sit coram solo
Notario, vel coram laico, contra resignantem, in eius
præiudicium valeat, & vacet beneficium, ita quòd pro-
uisio facta de illo beneficio, sit valida, ad not. in cap.
quòd in dubijs, de renunc. Rot. decis. 1. eod. tit. in an-
tiq. cum alijs, vt per Mand. loc. cit. & sic per illa verba
158 Papa intendit dicere quòd † admittit resignationem fa-
ctam coram quocunque non habente potestatem, etiam
coram Notario & testibus. Ptolem. decis. 136. & etiam
coram testibus dumtaxat. Rebuff in Prax. tit. form. Signa-
tur. vers. etiam coram Notario, fol. 100. & in forma no-
uæ prouisionis, in vers. siue vt præmittitur. hinc fuit re-
solutum in Rot. die 23. & 27. Ianuarij 1540. in vna &
159 Astoricem. quòd si resignatio fuit facta coram † Nuntio
Hispaniæ non habente potestatem recipiendi illam re-
signationem, potest Papa prouidere illud beneficium
non facta mentione iuris remanentis penes resignantes,
160. nam prouidendo cum dicta † clausula, videtur legitimè
priuate, facit decis. 1. de reo per Bisignett. Sed dubium

est, quid si resignatio facta fuit coram duobus Nota-
rijs, an capiant illam resignationem hæc verba? Res-
pondit Rebuff. † affirmatiuè in Prax. tit. form. nou. 161
prouision. fol. 148. colum. 1. *Et si tanto tempore vacaue-*
rit, quod eius prouisio iuxto Lateranen. Concilij statuta
&c. probatur in cap. cum nostris. & cap. literas. de con-
cess. præb. cap. vnico, vt Ecclesia. benefic. & hæc verba
optimè declarantur à Rebuff. in prax. tit. de deuolutio-
nibus, num. 1. cum sequen. *Et de ipso Monasterio Consi-*
storialiter disponi consueuit &c. Necessaria hunt huius-
modi verba, quia si Monasterium esset Consistoriale,
requireretur, vt † prouisio fiat in Consistorio. Petr. 162
Gregor. Syntag. iur. libr. 15. cap. 14. numer. 15. Re-
buff. super concordant. ad Prælat. nomi. facie. ver.
Consistorialiter. Mandos. de Annal. quæst. 16. & dixi
supra quæst. 6. *Et super eisdem regimine, & admini-*
stratione inter aliquos lis, &c. optima ratione poni-
tur huiusmodi clausula, nam si lis esset super benefi-
cio, & non exprimeretur, resignatio † subreptitia 163
censeretur, vt est communis opinio, de qua dixi lib. 2.
& ideo bis in supplicatione huiusmodi clausula reperi-
tur, in corpore. scilicet & in clausulis. *Dummodo tem-*
pore dato eorumdem, &c. Per hæc verba Papa limitat
gratiam suam, vt non intendat resignatario prouidere,
si † ius sit alicui quæsitum, namque non est suæ inten- 164
tionis illud tollere. cap. super eo. de off. deleg. Calder.
cons. 8. de rescrip. Card. Paris. consil. 118. volum. 4.
Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris, Archiepiscopo
Tarentino, & Episcopo Amerino, ac dilecto filio causarum
Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditore &c. mandat
Papa his, vt mittant in possessionem † resignatarium, 165
qui non posset illam capere propria auctoritate vt est
communis opinio, de qua dicetur infra libr. 10. & suffi-
cit vnus horum, ob clausulam † ipsi, vel duo, aut vnus 166
&c. cap. prudentiam. de off. deleg. cap. sciscitatus. de
rescr. qui etiam poterit † subdelegare, cap. pastoralis. 16
de off. deleg. Rot. dec. 31. de rescr. in antiq. & est com-
munis opinio. *Contradictores, &c.* possunt enim † exe- 168
quutores per hanc clausulam excommunicare contra-
dicentes, vt declarat Nauarr. latè in c. si quando. in 7
causa nullit. num. 2. & 3. & hoc intellige in volentibus
contradicere sine causa, & de facto, nam tunc possunt
excommunicari, & † eo ipso cadunt à iure, quod in illo 169
beneficio forsan habent, vt optime statuit Inn. VIII. in
const. XIIII. incip. officij nostri debitum, sub datum
Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Do-
minicæ 1491. 8. Kal. Februarij. Pontif. anno 8. secundum
quam vidi pronunciari anno precedente 1590. de mense
Maij a locum tenente criminali Auditoris Cameræ in
vna Beneuentan. Abbatiæ, possunt tamen aliqui contra-
dicere de iure, allegando iustam causam, † scilicet col- 170
lationem priorem, aut aliud simile, arg. cap. licet. de
præb. in 6. Fel. in cap. causam qu. n. 10. de rescr. Rebuff. in
concord. in forma liter. exec. mandat. in fi. & in Prax. tit.
form. nou. prou. fol. 154. col. 1. Corset. in sing. in verb. mo-
lestia. latè Rebuff. in concor. for. lit. execut. in verb. man-
dati Apostoli. fol. 668. & quamuis delegatus regulariter 171
non habeat iurisdictionē nisi inter partes, & eos impe-
dientes, c. 1. de off. deleg. Staphi. de liter. grat. rub. de vi
& effectu clausol. ver. sequitur postmodum, tamen per
hanc clausulam executores habebunt iurisdictionem,
non solum † inter partes, sed etiam contra extraneos con- 172
tradicentes de facto. *Appellatione postposita, &c.* Hæc
clausula operatur, vt possit fieri executio, quæ non ve-
niat † per viam attentati reuocanda, Franc. & alij omnes 173
in cap. pastoralis. col. 3. de appell. Caput. decis. 134. num.
4. p. 3. sed de stylo parum operatur, cum passim in literis
apponatur, vt fuit tentum in Rota in vna Hispalen. dona-
tionis coram Pelegr. die 6. Nouembris 1545. teste Put.
decis. 328. libr. 2. & facit quod fuit resolutum in vna
Augustan. Cappellaniæ Put. de mense Iulij 1544. teste
eod. decis. 147. lib. etiam secundo, & maxime cum quis
notoriè † grauatur, nam tunc dicta clausula nihil ope- 174
ratur. Put. decis. 414. lib. 3. num. 2.

Non obstantibus felic. record. Bonifacij Papæ VIII.

Google

prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus,
175 per † hanc clausulam Papa intendit tollere, quæ obstant prouisioni, & in specie constitutiones Bonifacij VIII. disponentes, vt beneficia in Curia vacantia non debeantur alicui, etiam per literas Papæ, nisi specialis, & expressa sit facta mentio quod beneficium vacauit in Curia, cap. 2. de præben. libr. 2. vt explicat Rebuff. in prax. tit. form. nou. prouisionis. fol. 254. vers. non obstantibus. *Et alijs Apostolicis constitutionibus, &c.* Quid operentur hæc verba, vide Put. decis. 5. Eis, lib. 2. & quid ibi dicit, num. 1. & 5. Et quamuis hæc clausula, non obstantibus, operetur maximum effectum, cap. cum aliquibus, de rescr. libr. 6. cap. vlt. de sent. excomm. eo. lib. 6. Gem. cons. 39. colum. 2. Burs. cons.
176 406. nume. 14. volum. 4. non tamen derogat regulis † Cancellariæ, Selu. de benef. p. 4. q. 46. col. 4. Sarn. in proœm. reg. Cancell. quæst. 5. & quæst. vlt. est communis opinio, nec etiam apposita in prouisione benefi-
177 cij iuris patronatus fundati à patrono laico operatur † derogationem, vt fuit resolutum in vna Barchinonen. beneficij sancti Antonij coram Restano 24. Februarij 1552. teste Caputaq. decis. 122. par. 1. Et verba, quæ in literis solent de stylo apponi plerumque expresso accedente consensu de voto RR. DD. PP. Abbreuiatorum. Rot. die 24. Martij 1542. in vna Maioricen. Canonicatus, & Præbendæ coram Pelegrino intellexit stare
178 † distributiuè, & non conditionaliter, scilicet quia accessit consensus, qui requirebatur, teste eod. Pelegr. decis. 73. libro primo, alias decis. 80. incipit in vna Maioricen. in manuscrip. vbi etiam attestatur ita practicari de stylo, & ita seruat Rot. vt fuit dictum in vna Tudertin. obseruationis concordiæ, 10. Iunij 1552. coram D. Fabio, teste Caputaq. decis. 120. parte prima, & tradit Bursat. cons. 421. num. 16. in fin. volum. 4. vbi etiam attestatur de hoc stylo, & ratio est aperta, quia
179 literæ expediuntur viso consensu resignantis, hunc esse stylum attestatur Mohed. d. 122. in ead. manuscr. Put. dec. 368. numer. 4. libr. 7. Anton. August. decis. 256. libr. 5. Crescentius decis. 209. lib. 1. Pelegr. decis. 169. lib. 1. in manuscr. vnde dicta clausula, *accedente consensu*, stat dispositiuè, hoc est quia consensus expresse accessit,
180 quod secùs † est in supplicatione, teste Ant. August. super regul. 43. in manuscr.

181 Et in † resignationibus datur quandoque derogatio Indultorum S. R. E. Cardinalium, Mandos. in prax. signat. grat. tit. resignationes. colu. 4. vers. in resignatio-
182 nibus, & datur † suspensio omnium reseruationum, vnionum, expectatiuarum, & aliarum gratiarum, Mandos. dic. prax. tit. resignationes, col. 7. vers. clausula, vbi dicit dari dumtaxat in resignationibus, & aliqua
183 circa hoc considerat. Et clausula † *quorum tenores*, non operatur expressam, & indiuiduam mentionem iuxta cons. 2. Butr. quando non fuit facta aliqua mentio de eo de cuius derogatione tractatur, vt fuit resolutum in vna Barchinonen. beneficij sancti Antonij coram Vestano 24. Februarij 1552. teste Caputaque. decis. 121.
184 part. 1. Et decretum † irritans, quod in fine ponitur, operatur nullitatem actus iuxta communem opinionem ab omnibus receptam, si is pro quo fuit appositum eo vti velit, vt fuit pluriès, resolutum in Rota, & 17. Octobris 1551. teste Caputaq. decis. 249. p. 1. & operatur adueniente † conditione, vt fuit pronunctatum 185
in vna Chiennen. beneficiorum coram Vestano 17. Iunij 1551. teste Caputaq. decis. 251. p. 1. & ligat † igno- 186
rantes, vt fuit decisum in vna Conchen. coram Marsican. teste Simonett. decis. 11. Sarnen. decis. 6. libr. 1. in manuscr.

Nec est omittendum, quod † clausulæ generales sunt 187
annexæ, & dependentes ab ipsa resignatione, & videntur de consensu † resignantis, appositæ vt fuit resolutum 188
in vna Placent. die 3. Maij 1552. teste Cotta decis. 352. in manusc.

Et hic non est omittendum, quòd super eadem, supplicatione † possunt plures literæ expediri diuersis 189
temporibus, etiam non facta mentione de alijs expeditis, & ita obseruat stylus, & tradit Cardinal. Paleottus decis. 161. in manusc. & habetur libr. diuers. manuscr. decis. 23.

Et quotiès † literæ discordant à supplicatione, re- 190
mittendæ sunt ad corrigendum, & ita seruat Rota. vt fuit dictum 7. Octobris 1552. teste Caputaque. dec. 270. libro primo, in manuscrip. Rebuff. in praxi tit. de reform. & correct. bull. columna 1. & 2. & sic de stylo super discordantia semper recurritur ad matricem, quia
non possunt expeditores alterare † gratiam, & ius quæ- 191
situm tollere, vt fuit tentum in vna Maioricen. beneficij coram Achille de Grass. 15. Maij 1553. teste Caputaq.
decis. 273. libro primo, in manuscrip. ita † recurritur 192
ad protocollum, quando instrumentum non est ita conceptum, §. 5. Authen. de tabell. collum. quarta: doctores in lib. contractus. C. de fid. instrument. & reformantur ab officialibus curiæ iuxta regulam. Cancel. relatam à Rebuff. loco citat. & nullam requiri ad hoc
partis † citationem scribit Rebuff. d. tit. numer. 8. quia 193
cum inuita † parte fieri possit, multo magis ea ignoran- 194
te & absente, l. qui potest inuitis, ff. de regul. iur. l. 4. §. 1. ff. de fideicomiss. libert. l. nec ignorante. de tutor. 27, & curator. dat.

Et an quando † consensus præstitus discordat à man- 195
dato possit remitti ad corrigendum, vide Mandos. regul. Cancell. 27. de non iudic. iuxta form. supplicat. quæst. 24. vbi latissimè refert septem opiniones.

Et non omittam, quòd antequam supplicatio sit registrata, & tradita partibus, non potest considerari aliquod præiudicium neque aptitudo ad præiudicium,
cum princeps vsque ad illud tempus possit denegare & 196
lacerare, atque ad libitum disponere absque iniuria de supplicatione, vt per Sarn. regul. de iur. quæsit. q. 6. numer. 2. & quæst. 10. in fin. fuit dictum in Rot. in vna Oxomen. Archipresbyteratus die veneris 6. Aprilis 1576. coram Robusterio.

Et quia aliquando literæ resignationis, solent committi ordinarijs in forma dignum, ideo exemplum hic ponere placuit.

Sixtus Episcopus Seruus Seruorum Dei.

Dilecto filio Vicario Venerabilis fratris nostri Episcopi Isernien. in spiritualibus Generali salutem, & Apostolicam benedictionem. Dignum arbitramur, & congruum, vt illis se reddat Sedes Apostolica gratiosa, quibus ad id propria merita laudabiliter suffragantur. Dudum si quidem omnia beneficia Ecclesiastica apud sedem eandem tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reseruauimus. Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum itaque postmodum Ecclesia sancti N. de N. nuncupati extrà muros N. per liberam resignationem dilecti filij N. N. nuper ipsius Ecclesiæ Rectoris de illa, quam tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam apud sedem eandem vacauerit, & vacet ad præsens, nullusque de illa præter nos hac vice disponere potuerit, siue possit reseruatione, & decreto obsisten. suprascriptis. Nos volentes dilectum filium N. de N. asserentem dictum N. aliunde habere, vnde commodè viuere potest apud nos debitè ac morum honestate, alijsque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu fauore prosequi gratiosè, ipsumque N. à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, &

Digitized by Google

pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectus præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si tibi constiterit quòd dictus N. aliunde habeat, vnde commodè viuere possit, vt prædicitur, ac per diligentem examinationem præfatum N. ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, Ecclesiam præfatam, quæ sine cura est, & personalem residentiam non requirit, ac cuius, & illi forsan annexorum fructus redditus, & prouentus 300. ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem, valorem annuum, vt dictus N. etiam asserit non excedunt, siue præmisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per similem resignationem dicti N. vel cuiusuis alterius de illa in Romana Curia, vel extrà eam & coram Notario Publico, & testibus spontè factam vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta Concilij ad sedem præfatam legitimè deuoluta, ipsaque Ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa. Dummodo eius dispositio ad nos hac vice pertineat cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis eidem N. auctoritate nostra conferas, & assignes, inducens per te, vel alium, seu alios eundem N. vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Ecclesiæ, & annexorum, iuriumque & pertinentiarum præfatorum, ac defendens inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac faciens eidem N. de Ecclesiæ ac annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi. Contradictores autem nostra præfata, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus fœlicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus contrarijs quibuscumque. Aut si aliqui promotionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, aut Legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit processum. Quibus omnibus eundem N. in assecutione dictæ Ecclesiæ, volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si pro tempore existenti Episcopo N. vel quibusuis alijs communiter, aut diuisim ab eadem sit sede indultum, Qui ad receptionem, vel prouisionem minimè teneantur, & ad id, compelli, aut interdici, suspendi, vel excommunicari non possint. Quodque de huiusmodi, vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ sedis Indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Ceterum ne dum prodesse studemus aliqua forte irrepat iniquitas in exitium animarum, tu attentè istic circumspicias an ex parte N. & N. præfatorum super dicta resignatione, vt fieret quam nos nullo huc vsque vitio laborare deprehendimus intercesserit Simoniæ labes, aut aliqua alia illicita pactio, vel etiam corruptela. Nos enim prout est irritum, & inane decernimus si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1589. Quartò decimo Kalend, Decembris.

Pontificatus nostri Anno quinto.

ET ita expediuntur literæ in forma dignum nouissima, quibus quædam clausula ponitur prout qualitas beneficij exposcit, ad quod habemus constitutionem Pij V. 162. quæ cum sit notabilis, pro maiori commoditate illorum qui literas habent conficere, videre, & expedire, ac ordinariorum, qui eas habent examinare hic ponere placuit eius verba quæ sunt hæc.

PIus Papa V. Motu proprio, &c. Cogit nos necessitas, vt nouam futuris aliquot huius Curiæ negocijs formam imponere curemus. Quocirca dilectis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario literarum Apostolicarum Abbreuiatoribus, & in illarum expeditione dicto Vicecancellario assistentibus, Summatori, cæterisque omnibus id expeditionis munus in Curia, & Camera Apostolica & vbicumque gerentibus, tenore præsentium auctoritate Apostolica mandamus, vt deinceps super omnibus gratijs, & concessionibus Apostolicis de quibusuis beneficijs cum cura, & sine cura, sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus etiam Apud Sedem Apostolicam vacantibus, & dispositioni Apostolicæ reseruatis, in quibus addita fuerit clausula. Et in forma dignum literas Apostolicas expediant in eadem forma, quæ aut ad Episcopum diœcesanum, aut ad Vicarium generalem, aut ad officiales eiusdem Episcopi disiunctiuè, ad electionem impetrantis dirigantur, cum limitationibus & clausulis infrascriptis, videlicet de parochialibus Ecclesiis, vel earum parochialibus Ecclesiis dumtaxat, & per resignationem vacantibus in dictis literis post verbum, mandamus, vt si tibi constiterit, quòd dictus N. resignans, si in sacris ordinibus constitutus existat, aliundè commodè viuere possit, ac per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad hoc à Concilio Tridentino designatis, si isthic sint vti esse debent in diœcesana synodo deputati, siu autem absque illis faciendá, dictum I. resignatarium ad hoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, Ecclesiam prædictam, cuius, &c. & inferius post verba. Cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem Ioanni, quibuscumque aliis sese ad examen prædictum, etiam per mutuum concursum admitti, & sibi de dicta Ecclesia prouideri petentibus penitus exclusis, infrà triginta dies postquam præsentes literæ tibi præsentatæ fuerint auctoritate nostra conferas, & assignes, &c.

In cæteris vero literis de quibusuis aliis beneficiis per eandem resignationem vacantibus similiter post verbum, mandamus, inferatur, vt si tibi constiterit, quòd si dictus N. quatenus in sacris ordinibus constitutus existat, aliundè commodè viuere possit, ac per diligentem examinationem dictum I. idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, Canonicatum, & præbendam prædictam, quorum, &c. Et inferius post verbum, pertinentiis suis, eidem I. intra 30. dies postquam præsentes literæ tibi præsentatæ fuerint, auctoritate nostra conferas, &c.

Propterea in omnibus mandatis prouisionum, seu commendis de quibuscumque beneficiis, & Monasteriis per similem resignationem, seu cessionem vacantib. ad finem ante clausulam decreti irritantis, addatur hæc clausula, videlicet. Cæterum ne dum prodesse studemus, aliqua forte irrepat iniquitas in exitium animarum, tu attentè his circumspicias, an ex prædictæ N. & I. prædictorum super dicta resignatione, vel cessione,

vt fuerit, quam nos nullo hucusque vitio laborare deprehendimus, intercesserit simoniæ labes, aut alia illicita pactio, vel etiam corruptela, nos eum, &c.

In reliquis autem prouisionibus, & commendis quorumcumque curatorum, & simplicium beneficiorum sæcularium, & regularium prædictorum, etiam reseruatorum aliter quam per resignationem quouis modo vacantibus, videlicet quoad parochiales Ecclesias, vel earum perpetuas vicarias dumtaxat, post verbum, mandamus, vt si per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad hoc, vt supra vsque, oneramus, Ecclesiam prædictam cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis eidem Ioan. intra triginta dies, &c. conferas.

Et similiter io omnibus illis eadem forma seruetur omissa clausula adhibitis examinatoribus.

Et deinde super omnibus huiusmodi literis, etiam aliæ literæ executoriæ dari debeant directæ, vel ad Metropolitanum, vel vni ex propinquioribus, Episcopis, siue eorum Vicario, vel Officiali disiunctiuè, aut nomine dignitatis Episcopi expresso, quando alij executores soper hoc a nobis dati pro tempore adfuerint, videlicet pro parochialibus Ecclesiis per resignationem vacantibus in hunc modum, videlicet, Fratri Archiepiscopo N. salutem, &c. Hodiè cum dilectus filius N. nuper parochialis Ecclesiæ Rector de N. & N. diœcesis dictam Ecclesiam quam tunc obtinebat, per certum procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, in manibus nostris spontè, & liberè resignasset, nosque resignationem huiusmodi duxissemus admittendam, venerabili fratri nostro Episcopo N. per alias nostras literas dedimus in mandatis, vt si constaret, quòd N. in sacris ordinibus constitutus existeret, aliunde commodè viuere posset, ac per diligentem examinationem per eundem Episcopum adhibitis examinatoribus ad id à Concilio Tridentino designatis, si isthic sint, vt esse debent in diœcesana synodo deputati, sin autem sine illis faciendam dilectum filium N. Clericum dictæ diœcesis ad id idoneum esse reperiret, clausulam prædictam per resignationem eandem tunc vacantem, & antea dispositioni Apostolicæ reseruatam, etiam si illa alias quouismodo, aut ex alterius cuiuscumque personæ vacaret cum illis forsan annexis, ac omnibus iuribus & pertinentiis suis, prædicto Ioan. quibuscumque aliis sese ad examen prædictum, & per mutuum concursum admitti, & sibi de dicta Ecclesia prouideri petentibus penitus exclusis, intrà triginta dies postquam dictæ literæ presentatæ fuerint, auctoritate nostra conferret, & assignaret, prout in dictis literis pleniùs continetur. Quocirca fraternitati tuæ &c. mandamus, vt si dictus Episcopus eandem Ecclesiam intrà prædictos 30. dies ipsi Ioan. non contulerit & assignauerit, tu illis elapsis postquam tibi constiterit, quod d. Io. si in sacris ordinibus constitutus existit, aliundè commodè viuere possit, vt præfertur, ac solertem examinationem à te etiam adhibitis tribus vel pluribus aliis probis, & peritis viris quamprimum facien. prædictum N. idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, prædictam Ecclesiam cum annexis, ac iuribus & pertinentiis supradictis, eidem N. quibuscumque aliis huiusmodi concurrentibus prorsus exclusis, dicta auctoritate conferre, & de illa etiam prouidere procures, inducens per te, vel alium, seu alios ipsum N. vel Procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Ecclesiæ, ac annexorum iurium, & pertinentiatum prædictarum, & defendens inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac faciens illi de Ecclesiæ & annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi, contradictores, &c. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obstare, aut si pro tempore existenti Episcopo N. vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nun possit per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum tu attentè isthic circumspicias, an ex parte N. & Ioan. prædictorum supradictæ resignationi, vt fieret, intercesserit simoniæ labes, aut alia illicita pactio, vel alia corruptela. Dat. &c.

In cæteris vero beneficiis prædictis per similem resignationem vacantibus, vt supra. Venerabili Archiepiscopo N. salutem, Hodie cum dilectus filius F. nuper Canonicus B. Canonicatum & præbendam Ecclesiæ B. quos tunc obtinebat per certum Procuratorem suum, &c. vt supra duxissemus admittendum, venerabili fratri nostro Episcopo N. per alias nostras literas dedimus in mandatis, vt si ei constaret, quòd dictus F. si in sacris ordinibus constitutus esset, aliundè commodè viuere posset, ac per diligentem examinationem dilectum filium N. Clericum N. diœcesis ad id idoneum esse reperiret, Canonicatum, & præbendam præfatos per resignationem eandem tunc vacantes, & antea Apostolicæ dispositioni reseruatus, etiam si illi alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona vacarer, cum illis forsan annexis, & plenitudine iuris canonici, & omnibus iuribus, & pertinẽtijs suis prædicto Ioan. intra triginta dies postquam dictæ literæ præsentatæ fuerint auctoritate nostra conferret, & assignaret, prout in dictis literis plenius continetur. Quocirca fraternitati tuæ, &c. mandamus, vt si dictus Episcopus eosdem Canonicatum, & Præbendam intrà prædictos triginta dies ipsi Ioan. non contulerit, & assignauerit, tu illis elapsis, postquam tibi constiterit, quòd dictus F. si in sacris ordinibus constitutus sit, aliundè commodè viuere possit, vt præfertur, & per similem examinationem quàmprimum faciendam præfatum Ioan. idoneum esse repereris (super quo tuam conscientiam oneramus) Canonicatum, & præbendam prædictos, cum omnibus annexis, de plenitudine iuris Canonici, ac omnibus iuribus, & pertinentiis prædictis, eidem Ioan. conferre, & de illis etiam prouidere dicta auctoritate procures, inducens per te, vel alium seu alios, ipsum Ioan. vel Procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem Canonicatus, & præbendæ, ac annexorum, iuriumque, pertinentiarum prædictarum, & defendens inductum, amotò exinde quoliber detentore, ac faciens illum, vel pro eo procuratorem prædictum, ad præbendam huiusmodi in dicta Ecclesia in Canonicum recipi, & in fratrem: stallo in Choro, & loco in Capitulo dictæ Ecclesiæ, cum iuris Canonici plenitudine assignaris, sibique de Canonicatus, & præbendæ, ac annexorum eorundem fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis integrè responderi. Contradictores, &c. Non obstantibus omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si pro tempore existenti Episcopo, & dilectis filiis Capitulo B. vel quibusuis, &c. mentionem. Cæterum tu attentè isthic circumspicias, &c. Dat. &c.

Aliis autem prouisionibus, seu commendis huiusmodi beneficiorum aliàs vacantibus, alia forma executoria concipiatur, quæ literæ congruunt principali.

Similiter quando vicario, vel officiali prædicto huiusmodi literas, tam pro principali quam pro executoria dirigi contigerit communi eis formula seruatis aliis omnibus suprà dictis ordinetur.

Cæterum omnibus mandatis de prouidendo, vel commendæ Monasteriorum, etiam reseruatorum, tàm virorum, quæ extra Consistorium expediuntur, quam etiam mulierum, vetus forma commissoria sicubi desueuit, restituatur, ac literæ desuper expediantur, cum clausula, quòd delegatus de meritis, & idoneitate promouendi se informet, & si eum, ad regimen, & admistrationem monasterij, repererit idoneum (conscientiam illius onerando) prouideat, vel commendet intra triginta dies, vt suprà, & desuper forma executorialium, etiam concipiatur, quæ suis prouisionibus correspondeat. Denique in ipsis commendis post verbum *idoneum* repereris, inserantur verba, *ad Monasterium*, vel

Google

beneficium, in commendam obtinendum.

Volentes, præsentes tam in dicto Cancellariæ libro, Quinterno nuncupato, quam etiam in Camera prædicta registrari, & ob omnibus inuiolabiliter custodiri.

Ac decernentes irritum, &c. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Cancellariæ, & Cameræ Apostolicæ quantocumque temporum seruato, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Quibus literis præsentatis, ordinarius illum examinat, inspiciendo an narrata sint vera, & si reperit eum idoneum, & narrata vera, confert ei illud beneficium auctoritate Apostolica, iuxta tenorem literarum, & fa-
198 ciunt | notata in cap. eum aliquibus de rescript. lib. 6. vbi Doctores, Fel. in tub. de off. deleg. Cassad. decis. 8. num. 6. de præb.

Lib. 8. quæst. 7. num. 97. ibi, Nam respicit fructus reseruandos, ac pensionem itidem reseruandam.

ET ita hæc non aduersantur dictis suprà, hac eadem q. 7. num. 62. vbi de resignatione, non nisi in fauorem tantum, agitur. Cæterum hoc scitu dignum censemus, interdum, quoties pensio vnica, super duobus beneficijs inuicem non vnitis, resignanti, Apostolica auctoritate reseruata reperitur, diuisionem prædictæ pensionis peti & simili auctoritate concedi posse, prout nos nuper obtinuimus sub forma infrascripta.

Diuisio pensionis cum reseruatione.

Appamiarum.

BEatissime Pater Cum aliàs deuotus Sanctitatis vestræ orator Ioannes Belloguet, Canonicus exprefsè professus ordinis Sancti Augustini canonicorum regularium, pro complemento certæ honestæ concordiæ inter eum ex vna, & deuotum vestrum Ioannem Amardel, etiam Canonicum expresè professum Monasterij Sancti Volusiani de Fuxo, dicti ordinis, Appamiarum diœcesis, ex altera partibus initæ, & per sanctitatem vestram approbatæ; Omni & cuicunque iuri & actioni, sibi in loco & canonicali portione dicti Monasterij, vel ad illos quomodolibet competenti, & per eum prætenso, in manibus Sanctitatis vestræ sponte & liberè cessisset: ac (quæ inibi officium claustrale existit, & per vnum & eundem ex prædicti Monasterij Canonicis, vnà cum illius loco, & canonicali portione, etiam absque dispensatione Apostolica obtineri consueuit) Sacristiam dicti Monasterij, necnon Capellam beatæ Mariæ de Monte gaudio, eiusdem Diœcesis, eidem Sacristiæ annexam, resignasset; Eadem Sanctitas vestra, cessionem & resignationem huiusmodi admittens, locum & Canonicalem portionem, ac Sacristiam & Capellam prædictos, per cessionem & resignationem huiusmodi vacantes, eidem Ioanni Amardel, Apostolica auctoritate contulit, & prouidit de eisdem, seu conferri & prouideri mandauit. Dicto verò oratori, ne ex suis cessione & resignatione prædictis, nimium dispendium pateretur, illi, pensionem annuam ab omni decima & quouis alio onere ordinario & extraordinario immunem & exemptam, septingentarum librarum Turonensium, super loci & Canonicalis portionis, necnon Sacristiæ & Capellæ prædictorum fructibus eidem oratori quoad vixerit, seu procuratori suo legitimo, per dictum Ioannem Amardel (cuius ad hoc tunc expressus accessit assensus) & successores suos, locum & Canonicalem portionem, ac Sacristiam & Capellam huiusmodi pro tempore quomodolibet obtinentes, annis singulis, in certis loco & terminis, ac sub sententijs, censuris, & pœnis tunc expressis, eadem auctoritate reseruauit, constituit, & assignauit: prout in supplicatione desuper, sub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem septimo Kalendas Ianuarij, Pontificatus vestri Anno Decimo, expedita, plenius continetur. Cum autem, Pater sancte, locus & Canonicalis portio, ac Sacristia prædicti, inuicem vniti vel annexi non sint, & propterea adueniente eorum vacatione diuersis personis conferri, ac inter oratorem & successores prædictos, quæstio seu controuersia super modo soluendi dictam pensionem verisimiliter oriri possint, fructusque loci & Canonicalis portionis, fructibus Sacristiæ & Capellæ prædictarum longè tenuiores existant. Et si dicta pensio diuideretur, ac loci & Canonicalis portionis, centum, Sacristiæ verò & Capellæ prædictæ fructus, sexcentarum librarum similium pensionibus grauentur, nulla earundem pensio, tertiam eorundem fructuum partem excessura sit. supplicat igitur humiliter eidem Sanctitati vestræ orator prædictus, quatenus sibi in præmissis opportunè prouidentes, eumque specialis gratiæ fauore prosequentes, dictam pensionem DCC. librarum diuidere, dictoque oratori vnam, Centum, super loci & Canonicalis portionis, & alteram, pensiones annuas, sexcentarum librarum Turonensium super Sacristiæ & Capellæ prædictarum fructibus, eidem oratori quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo, per Ioannem Amardel (cuius ad hoc expressus accedit assensus & successores suos prædictos, locum & Canonicalem portionem, ac Sacristiam & Capellam huiusmodi, pro tempore quomodolibet obtinentes, annis singulis, in loco seu locis, & termino seu terminis, necnon cum omnibus & singulis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, indultis, cautionibus, obligationibus, renunciationibus, derogationibus, alijsque clausulis & cautelis, ac aliàs modo & forma, in priori dictæ pensionis septingentarum librarum huiusmodi reseruatæ, contentis & appositis, ac sub similibus sententijs censuris & pœnis integrè persoluendas, reseruare, constituere, & assignare, irritumque &c. decernere dignemini de gratia speciali; non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterij, & Ordinis Prædictorum statutis, etiam iuramento roboratis priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, illorumque conuentui, superioribus & personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, in genere vel specie, aut aliàs in contrarium quomodolibet concessis, quibus omnibus, etiam si de illis &c. latissimè derogare placeat, cæterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur. C.

ET cum absolutione à censuris, ad effectum, & quòd prioris reseruationis & supplicationis prædictorum & inde secutorum quorumcunque tenores, etiam veriores, ac datæ habeantur pro expressis, seu in toto vel parte exprimi possint. Et de diuisione, ac reseruatione vnus, centum super loci & Canonicalis portionis: & alterius, pensionum annuarum, sexcentarum librarum prædictarum, super Sacristiæ & Capellæ prædictarum fructibus, quæ transeunt ad successores, soluique debeant, vt præmittitur, pro dicto oratore, modo & forma superiùs expressis, quæ hic ad partem pro sufficienter repetitis habeantur, latissimè extendenda. Et quod præmissorum omnium & singulorum, etiam qualitatum, inuocationum, denominationum, nuncupationum, annexorum, fructuum, aliorumque necessariorum, maior & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis Et iuxta formam prioris reseruationis, & de consensu vtriusque Ioannis prædictorum. Fiat. C.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Idibus Augusti Anno vndecimo.

Missa XXII. Augusti M. Lat.

R. I. Bombellus pro Reuerendissimo Domino Vicecancellario.

Registra lib. 6. fol. 121. I. Nutius.

Lib. 8. quæst. 7. in princ. Ibi, Renunciatio aliorum beneficiorum.

NOn intelligit Consistorialia, Sed illis inferiora beneficia.

Eadem qu. num. 22. Ibi, Et hi solent apponere in calce, componant.

HÆc consuetudo, tanquàm bursalis, & solutionem ipsius compositionis respiciens, non est de obseruatis, quoad inferiora Regni Franciæ beneficia.

Eadem quæst. num. 23. Ibi, Vt pro perfectione resignationis præfactæ, præstetur consensus in Camera val Cancallaria.

ESt ergò in electione seu Arbitrio resignantis, vel eius procuratoris, in quanam illarum velit consensum præstare. Debebit tamen prudens mensularius animaduertere, num adsint aliquæ narratiuæ dubiæ aut conditionales in nullis exprimendæ. Quia cum Cancellaria (quæ vult esse de omnibus certa) tales narratiuas, aut aliquid quippiam quod dubiè ponatur, non admittat, Bullæ huiusmodi erunt necessariò per Cameram expediendæ. Nec hoc casu electioni, seu arbitrio locus relinquetur.

Eadem quæst. num. 24. Ibi, Et harum vigore capitur possessio.

SCilicet post earumdem fulminationem, & literas super processu per executorem formato, subdelegationem, pro prouiso in possessionem mittendo, sortiente, expeditas, & in ipsarum quoque vim.

Eadem q. num. 25. Ibi, Ipse Cardinalis signat in loco vbi solet signare Papa.

QVando autem Pontifex ipse Maximus signat, tunc Referendarius, aut nunquàm, aut certè perrarò (& tunc forsan inconsultè) manum apponit.

Eadem q. n. 28. Ibi, Et committatur in forma dignum nouissima viciniori.

SOlet de stylo inseri causa, propter quam, non proprio, sed viciniori committatur ordinario, mandatum seu illius executio: Sed hæc est frequentior, Quia Sedes Episcopalis N. vacat. Vide iam à nobis deducta suprà, lib. 3. q. 11. num. 7. Quibus adde, committi etiam prouisiones ordinario viciniori, quando Episcopus nondum munus consecrationis suscepit, & nullus Vicarius deputatus ab eo reperitur. Item quando mandatur conferri beneficium vacans per resignationem factam in fauorem, & Episcopus in remotis agit, vnicusque eiusdem Episcopi Vicarius, est ipsemet qui resignauit.

Eadem q. num. 47. Ibi, Nisi esset simplex clericus.

IN isto etiam, vna vel altera ex illis quas nos suprà (videlicet lib. 5. quæst. 4.) enumerauimus causis requiritur, & exprimi solet, vt eius resignatio in Romana Curia admitti possit.

Eadem quæst. numer. 48. Ibi, Et quotiès apponitur debet verificari.

DE hoc, quid in Gallia soleat obseruari, abundè tractabimus infrà, nempè hac ipsa quæst. num. 198. & lib. 10. q. 7. n. 27.

Eadem qu. num. 62. Ibi, Et illa clausula fuit ablata.

HOc verum de signatura (& consequenter de literis desuper expeditis) secùs de procuratorio seu instrumento, mandatum ad resignandum continente. In hoc enim semper, etiam de Notariorum stylo communiter approbato, clausula illa, non aliàs aliter nec alio modo, inseri consueuit.

Eadem quæst. num. 95. Ibi, Vel alterius ad id potestatem habentis manibus.

MEminisse tamen oportet eorum, quæ nos suprà, lib. 7. q. 1. (de quibusdam clausulis perperàm in procuratoriis ad resignandum apponi solitis) diximus: Ea etenim hic recte adaptari poterunt.

Eadem quæst. num. 97. Ibi, Nam respicit fructus reseruandos, ac pensionem itidem reseruandam.

ET ita, hæc non aduersantur dictis suprà, hac eadem quæst. num. 62. vbi de resignatione, non nisi in fauorem agitur.

Eadem quæst. num. 111. Ibi, Præter Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas.

HOs enim idem Sanctissimus vocat venerabiles in Christo Fratres: Cæteros autem quoscumque dilectos filios appellat.

Eadem quæst. num. 138 Ibi, Nihil enim frustra ponitur in literis Apostolicis.

HÆc ratio plurimùm pro priori opinione militat: quapropter attento signaturarum resignationis stylo qui vltrà illas duas (Quouis modo, & ex alterius cuiuscumque persona) clausulas Tertiam, videlicet siue per obitum dicti N. addit, eam sequi non verebimur, eò maximè, quia pro illa, in Parlamento Parisiensi solenniter iudicatum fuisse refert, Carondas lib. 5. Responsorum iuris Gallici, Resp. 17.

Eadem quæst. num. 150. Ibi, Licet post moriatur.

QVinimo ad idem deinceps obtinendum, eo ipso inhabilis efficitur, quòd viuo possessore illud impetrauit. Ita vt volens ipse denuò impetrare tanquam verè vacans per obitum, egeat indulto, & concessione Apostolicis, vt prouisio, ac omnes & singulæ in signatura contentæ clausulæ, validæ existant, & oratori suffragentur, suumque plenum sortiantur effectum in omnibus & per omnia, ac si beneficium ab ipso oratore, eodem possessore tunc viuente & per illius obitum (qui tunc non decesserat) vacans impetratum non fuisset: egeat insuper derogatione regulæ Cancellariæ desuper editæ. Solemus autem similes supplicationes sic concipere, Beatissime Pater cum Prioratus N. de quo aliàs tanquam tunc per obitum quondam Ioannis M. illius dum viueret vltimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti (licet tunc temporis reuera defunctus non esset, rumor tamen seu fama erat ipsum è viuis decessisse) vacante, deuoto S. V. oratori Bernardo P. Apostolica auctoritate prouisum seu prouideri mandatum extitit. Prouisione tamen, seu mandato huiusmodi executioni minime demandatis, ac eadem prouisione, seu mandato huiusmodi, ex eo quòd tempore eiusdem prouisionis seu mandati dictus Ioannes nondum obierat, iuxta Cancellariæ Apostolicæ regulam, contra viuorum beneficia impetrantes editam, nulla, & inualida existente, adhuc per obitum huiusmodi, aut aliàs certo alio modo vacauerit & vacet ad præsens. Supplicat dictus orator quatenus sibi Prioratum prædictum quouismodo vacet idem oratori conferre & de illo, etiam prouidere, secumque, vt illum recipere, & quoad vixerit retinere liberè, & licitè valeat, dispensare, omnemque inhabilitatis maculam siue notam contra eundem oratorem ex præmissis quomodolibet insurgentem, ab eo penitus tollere & abolere ipsumque in pristinum, & eum in quo antè præmissa quomodolibet erat, statum restituere reponere & plenariè reintegrare dignemini de gratia speciali non obstantibus regula prædicta, & quibusuis aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis. Neque enim

Digitized by Google

nos Molineo assentimur, qui ad regulam de verisimili notitia obitus num. 65. sustinet, Summum Pontificem in hac impetratione dispensare aut derogare non posse. Et non solùm eioi, qui beneficium, vel per obitum adhùc viventis vacans impetrauit, prouisio est nulla (Molineus ad regulam de infirmis resignantibus num. 38.) Sed & illius, qui post obitum vltimi possessoris de eodem prouideri obtinuit. Si tamen hic, (aut de eius mandato, alius pro eo) ad id in vita eiusdem possessoris, iter Romam arripuerit. Vt eidem Molineo ad dictam Regulam de verisimili. num. 9. & 10. ac etiam num. 93. Et Carondæ lib. 1. Pandectarum cap. 12. in fine. placet. ob id tamen collator, iterùm contendendi potestate non priuatur. Vt pluribus docet Rebuffus in repetitione cap. nulla. in verbo, Tribuantur in 1. limitat. versic. quia. in principio, De concess. præb. & de inhabilitate impetrantis beneficium viventis, plura idem Rebuffus in tractatu de pacificis possessoribus num. 260.

Eadem quæst. numer. 180. *Ibi*, Quod secus est in supplicatione.

IN ex enim, hæc verba, expresso accedente consensu, stant conditionaliter. Quia scilicet signatura vt plurimùm expeditur antè præstationem consensus formalis. De dicta clausula, vide Caputaquensem parte 1. decis. 110.

Eadem quæst. numer. 188. *Ibi*, Videntur de consensu resignantis.

SVbaudi verbum, Appositæ, scilicet clausulæ, de quibus verba facit.

Eadem quæst. num. 196. *Ibi*, Cum Princeps vsque ad illud tempus possit denegare.

ET Ità, cùm Ius cuiquam adhùc quæsitum non sit, præiudicium aliquod considerari nequit.

Eadem quæst. num. 198. *Ibi*, Inspiciendo an narrata sint vera.

IN Gallia tamen ordinarii, dùm eisdem aliquæ signaturæ in forma dignum expeditæ, ipsis commissæ præsentatur exequenda: non de veritate narratorum cognoscunt sed de habilitate & idoneitate vel capacitate impetrantis, per examen & solertem inquisitionem. Et si illud fieret, aut illud omitteretur; solet tunc ab eisdem, ad magna tribunalia, tanquam ab Abusu appellari. Neque enim executores in hoc Regno Iurisdictionem exercere (hoc est de petitorio, antequam possessorium coram secularibus iudicibus finitum, resque super eo iudicata, executioni demandata sit, cognoscere) possunt. vt eiusdem Regni constitutionibus cauetur. Et Rebuffus tam in praxi beneficiaria, in forma & declaratione nouæ prouisionis, in verbo, amoto, ad finem. quàm in concordatis in forma literarum executorialium mandati Apostolici in verbo, contradictores. versic. Sed in hoc Regno. & versic. nisi in hoc Regno. notat. De quo etiam videre liceat à nobis notanda infrà. lib. 10. q. 7. num. 27. Sed interim quæri hic commodè potest. vtrùm, ordinario, mandatum Apostolicum, in simili forma sibi commissum, exequi recusante, impetrans, pro dicti mandati executione, solum Metropolitanum, vti superiorem, An verò, relicto eo, vnum aut alterum ex viciniorbus ordinariis (siue suffraganei sint, siue non) adire possit? Et verius est in impetrantis arbitrio esse, quem maluerit adire: Nihil enim interest ex qua prouincia fuerit executor, dummodò de numero viciniorum existat. Sicque aliàs pro Magistro Ioanne Casalis, in causa appellationis, per Magistrum Ioannem Sirgant, Canonicum Ecclesiæ Conseranensis, collitigantem, à titulo eidem Casalis, per quondam Episcopum Appamiacum, in tunc existentis Episcopi Conseranensis, executoris Apostolici, recusationem, in eadem forma concesso, tanquam ab abusu interpositæ. à Senatu Tolosano iudicari vidimus. Sed hoc in patria iuris scripti obtinet: in patria verò consuetudinaria, (& maximè Parisiis) aliter obseruari audiuimus (videlicet Metropolitanum) rectà via, in recusationem ordinarij adeundum esse, nam si secus fiat, ab alterius, licet vicinioris ordinarij, executione signaturæ, tanquam ab abusu, ad Senatum appellari solet.

qu. 7. num. 166. Aliquando literæ resignationis solent committi Ordinarijs in forma dignum.

¶ OMnibus notum est summum Pontificẽ sub duplici forma de beneficijs prouidere solitum, gratiosa scilicet. cum ipsemet confert, & commissaria cum conferre mandat. Hæc est in triplici differentia, videlicet forma dignum antiqua, vel forma dignum simpliciter, forma dignum nouissimæ, & forma iuris. Forma dignum antiqua omnibus indistinctè beneficijs inferioribus antiquitus adhibebatur: Nouissima postmodum inuenta est ad fauorem beneficiorum sedi Apostolicæ reseruatorum quò promptior, & facilior esset literarum executio. Vis autem & differentiæ vtriusque non omnibus obuiæ ex sequentibus facilè percipientur. Primò enim forma dignum antiqua aliis à reseruatis beneficiis applicatur: Nouissima verò propriè solis reseruatis, quandoque tamen ex vsu etiam non reseruatis, in quibus non præsumitur futura controuersia vt in resignatis, vel per obitum vacantibus. Secundo in illa datur, vnica bulla Ordinario directa: in ista verò duplex, si expeditio per Cancellariam contingat fieri, principalis videlicet ipsi Ordinario, & executoria seu executorialis vni ex vicinioribus directæ; Sed si fiat expeditio per Cameram vnica bulla conficitur, quæ prouisionem continet & executoriam. Tertiò per formam antiquam nullum tempus Ordinario præfigitur ad literas exequendas, sed eo recusante, aut in dies procrastinante ad Papam, seu etiam ad Metropolitanum per viam appellationis à denegata iustitia recurritur. At per nouissimam, spatium triginta dierum à die præsentationis literarum computandorum Ordinario ad conferendum præscribitur, intra quod, si non contulerit aditur vicinior ad id per executorialem subdelegatus. Quartò contradictor legitimus impedit, aut suspendit executionem literarum in forma dignum antiqua, quæ ideò clausulas complectitur *Dummodo tempore data præsentium ius alteri non sit quæsitum. Vocatis qui fuerint vocandi. Amoto quolibet illicito detentore*, quæ citationem & causæ cognitionem requirunt, vbi executores & iudices Ecclesiastici de beneficiorum possessorio cognoscunt: Secus in forma dignum nouissima, quæ executionem habet paratam à nullo contradictore, vel clausula retardandam. Si tamen Ordinarius Impetrantem reperiat inhabilem, & ob id literas non exequendas pronunciet, appellandum erit ad Papam etiam in forma dignum nouissima, non ad Metropolitanum, nec poterit ad subexecutorem recurri; quia ille extra casum negligentiæ exequi non potest. Hæc mihi primùm aperuit mei amantissimus Dominus Dulor in ciuitate biterrensi quondam mensularius rei beneficiariæ & praxis Romanæ peritissimus. Verum apud nos duæ formæ huiusmodi confunduntur, & commissiones vtriusque pari modo executioni demandantur. videlicet in patria consuetudinaria. hoc est in Parlamento Parisiensi, recusante Ordinario aditur indistinctè Metropolitanus, non Ordinarius vicinior, ac si omnes commissiones fierent in forma dignum antiqua. È contra verò in patria iuris scripti, vt in Parlamento Tholosano, recurritur ad quemcumque ex vicinioribus, ac si omnes commissiones essent in forma dignum nouissima. Forma iuris locum sibi vindicat vbi prætenditur ex crimine aliquo inducta vel inducenda vacatio, & per eam mandatur Ordinario vt de crimine huiusmodi auctoritate Apostolica inquirat, & si conuincet possessorem contingat, beneficio priuet, seu priuatum declaret, & beneficium conferat Oratori, quæ forma his verbis concipitur. *Et committatur Ordinario priuatio, seu priuationis declaratio in forma iuris, & prout de iure & de prouisione in euentum priuationis.* At cum commissiones in hac forma sint potius rescripta ad liter, quam prouisiones beneficiorum, vt obseruat Gomesius ad regul. de annali possess. q. 42. & ad regulam de subrog. collitig. num 7. non recipiuntur in Gallia. Molin. ad regul de infirm. resig. num. 381. Louetius ad regul. de public. resig. num. 101. Oliuerus in notis ad cap. 16. lib 1. suarum iuris quæstionum notab. vt pote contrariæ decretis de causis & de reseruat. sublat. in concord. Molin. & Louet. ibid. in quo aliquando vidi impegisse mensularios ad hoc non aduertentes, qui cau-

santes aliquo possessoris crimine impetrationes certo modo nuncupatas, huic sepe obæ formæ locum incautè fecerunt.

QVÆSTIO VIII.

Quomodo præstetur consensus in renunciatione beneficiorum in Curia, & vbi.

SVMMARIVM.

1 *Consensus in resignationibus debet præstari per principales, vel procuratores.*
2 *Sine literis non potest capi possessio, neque percipi fructus.*
3 *Regula Cancellariæ de consensu in resignatione emanauit ad obuiandum fraudibus.*
4 *Quomodo probetur renunciationem porrectam fuisse per principalem.*
5 *Iuramentum in resignatione præstatur.*
6 *Consensus requiritur in qualibet resignatione, & debet præstari per quemcunque etiam in dignitate Ecclesiastica constitutum.*
7 *Verba generalia operantur etiam in materia odiosa.*
8 *Cardinales comprehenduntur sub regula Cancellariæ de consensu in resignationibus, contra numer. 17.*
9 *Cardinales comprehenduntur vbi agitur de obuiandis fraudibus.*
10 *In cessionibus Episcopatuum, consensus præstatur coram Cardinali, qui est relationem facturus in Consistorio.*
11 *Consensus in resignationibus præstatur in Camera, vel Cancellaria.*
12 *Consensus præstatur in Camera, vel Cancellaria, vt vitentur fraudes.*
13 *Procuratoris ad resignandum intimatio reuocationis fit in Camera vel Cancellaria.*
14 *Consentiens resignationi non in Camera, vel Cancellaria, nullitèr consentit.*
15 *Omnes volentes resignare debent consentire in Camera, vel Cancellaria.*
16 *Cardinales in resignationibus præstant consensum per cedulam subscriptam, & proprio sigillo sigillatam.*
17 *Regula de extendēdis consensibus non habet locum in extensione consensuum præstitorum per Cardinales.*
18 *Fraus in Cardinalibus non præsumitur.*
19 *Forma schedulæ, per quam Cardinalis præstat consensum in resignatione.*
20 *Præsentes per se præstant consensum, absentes per procuratorem.*
21 *Procurator debet esse specialis ad resignandum.*
22 *Notarij Cameræ, vel Cancellariæ vigore literarum non extendunt consensum.*
23 *Præsens in Curia, non potest constituere procuratorem ad resignandum beneficium.*
24 *An plus operetur consensus per se.*
25 *Expressus debet esse consensus in resignatione.*
26 *Vbi requiritur consensus intelligitur de expresso.*
27 *Voluntas etiam in tacita voluntate operatur.*
28 *Consensus, qui colligitur ex porrectione supplicationis, non sufficit in resignatione.*
29 *Consensusparuus non sufficit ad abdicandum ius.*
30 *Parua data datur à Datario.*
31 *Vbi requiritur expressus consensus, non sufficit tacitus.*
32 *Forma non adimpletur modo tacito.*
33 *Consensus non præstitus in Camera, vel Cancellaria non abdicat ius.*
34 *Paria sunt non consentire, vel consentire non seruata forma.*
35 *Paria sunt non facere, vel facere minus ideonè.*
36 *Paria sunt non probare, vel probare minus sufficienter.*
37 *Consensus formalis requiritur, dum agitur de præiudicio alicuius.*
38 *Renunciare quis non præsumitur, nisi constet.*
39 *Renunciare est donare.*
40 *Resignans potest pænitere, donec præstet consensum.*
41 *Præstito consensu abdicatur ius à resignante.*
42 *Cum aliquid superest agendum, nihil dicitur actum.*
43 *Consensus, qui præstatur in Camera, vel Cancellaria, dicitur formalis.*
44 *A die consensus præstiti computatur tempus regulæ cancellariæ, de Inf. & reg. de subrog.*
45 *Consensus aliter præstitus, quàm vt vult regula de consensu, est nullus.*
46 *Paria sunt non præstare consensum, vel præstare absque solennitate.*
47 *Stylus, vt lex seruandus.*
48 *Actus contra legem est nullus.*
49 *Actus contra stylum est nullus.*
50 *Collatio quando est nulla absque consensu Cardinalis de beneficio eius familiaris.*
51 *Literæ non possunt expediri, nisi præstito consensu in Camera, vel Cancellaria.*
52 *A forma data non potest recedi.*
53 *Verbum nullatenus annullat ipso iure.*
54 *Nouus consensus requiritur in reualidatione.*
55 *Literæ præsumuntur expeditæ cum consensu valido.*
56 *Præsumptio semper capitur pro validitate actus.*
57 *Præsumptio vt valeat actus, præualet alijs præsumptionibus.*
58 *Vt actus valeat, receditur à natura dispositionis.*
59 *Præsumitur pro Notarijs Cameræ, & Cancellariæ.*
60 *Consensus requisitus ad validitatem actus, ex spatio longi temporis præsumitur interuenisse.*
61 *Actus præsumitur factus cum ea solennitate, cum quo solet fieri.*
62 *Tempus decem annorum dicitur longum, vt præsumatur consensus.*
63 *In reformatione literarum, non requiritur nouus consensus.*
64 *Consensus præsumitur durare.*
65 *Consensus durat, quamdiu durat actus principalis.*
66 *Consensus dicitur simplex præstitus, iuxtà formam supplicationis.*
67 *Consensus potest præstari iuxtà formam supplicationis.*
68 *Consensu præstito iuxtà formam supplicationis, si adsint duæ supplicationes, intelligitur datus vt minus noceat.*
69 *Consensus extenditur per Notarios in libris eorum.*
70 *Resignans potest pænitere donec fuerit extensus consensus in libris Cameræ, vel Cancellariæ.*
71 *Parui consensus non habentur in consideratione.*
72 *Parui consensus quomodo annotentur.*
73 *Consensus scribitur à tergo supplicationis, & bullæ.*
74 *In renunciatione beneficiorum, quæ vacant vigore decreti, non extenditur consensus à tergo literarum.*
75 *Notarij non annotant horam præstationis consensus.*
76 *Consensus non probatur per testes de publica voce & fama.*
77 *Probatio de publica voce, & fama est semiplena.*
78 *Probatio debet esse plena.*
79 *Probatio plena requiritur ad probandum consensum*
80 *Consensus potest probari ex dicto Notarij Cancellariæ, & testium.*
81 *Consensus probatur ex inspectione literarum, & num. 83.*

82 *Consensus coram ordinaria quomodo censeatur præstitus.*

83 *Visis literis renunciationis præsumitur consensus intercessisse.*

84 *Præsumitur pro Notarijs.*

85 *Consensus capituli præsumitur, in alienatione rei Ecclesiasticæ.*

86 *Consensus summi Pontif. præsumitur in alienatione rerum Eccles.*

87 *Testes quid debeant concludere in probatione consensus.*

88 *Consensus resignantis & resignatarij requisiti in resignatione, an debeat præstari eodem tempore.*

89 *Non est dicendum quod cautum non reperitur.*

90 *Vbi consensus requiritur in aliquo actu, sufficit, vt vbicunque præstetur.*

91 *Consensus præstitus eodem die à diuersis efficit actus correspectiuos.*

92 *Data nullitate vnius actus correspectiui, corruit alter.*

93 *Actus correspectiui habentur pro vno actu.*

94 *Consensus resignantis non extenditur absque consensu resignatarij.*

95 *Res dicitur integra, donec vterque consensus resignantis, & resignatarij extendatur.*

96 *Mortuo resignante antequam resignatarius consentiat, beneficium vacat per obitum ipsius.*

97 *In conditionalibus, requiritur adimplementum conditionis.*

98 *Mandata quotidiè dantur ad cedendum, facta reseruatione.*

99 *Pensio reseruata absque consensu resignatarij nulla.*

100 *Consensus malè præstitus post expeditionem literarum, potest conualidari, & num. 104.*

101 *Consensus superueniens actui nullo, quid efficiat.*

102 *Resignatio subreptitia, non validatur, & numero 106.*

103 *Requisitum per prius & posterius, pro forma datum videtur.*

104 *Contrariam tamen opinionem cum Rota credo veriorem.*

105 *Consensus requisitus in aliquo actu, sufficit quod præcedat, vel sequatur.*

106 *Decisio Rotæ fundatur in resignatione & reseruatione regressus, quæ nulla erat nulla facta mentione alterius regressus.*

107 *Quoad subreptionem attenditur tempus datæ.*

108 *Cessante ratione cessat dispositio.*

109 *Diuersis consensibus super diuersis resignationibus datis quid attendatur.*

110 *Consensus præstitus ab eo qui nullum ius habet, est nullius momenti.*

111 *Consensus retrotrahitur ad tempus datæ, etiamsi sit latus longo tempore post.*

112 *In literis, ponitur tempus datæ supplicationis.*

113 *Prima resignatio & non secunda tenet.*

114 *Consensus non retrotrahitur, cum media sunt impedita.*

115 *Consensus non retrotrahitur, quando est cum præiudicio tertij.*

116 *Resignatio tenet consilio de consensu, quamuis fuerit conditionalis.*

117 *Regulæ de præstandis consensibus derogatur.*

118 *Collato beneficio absenti cum reseruatione pensionis, derogatur regula de præstandis consensibus.*

119 *Papa potest reseruare pensionem absque consensu.*

120 *Derogatur regula de præstandis consensibus in resignatione facta in fauorem minoris.*

121 *In reseruatione pensionis iuxtà concordiam derogatur regulæ de præstandis consensibus.*

122 *Regulæ Cancellariæ habent decretum irritans.*

123 *Regulis Cancellariæ non censetur derogatum ex clausulis generalibus.*

124 *Consensus in resignatione infrà quantum tempus debeat extendi.*

125 *Terminus præfixus ad annotandum consensum in resignationibus curris à die missa.*

126 *Post decem annos non potest præstari consensus in resignatione.*

127 *Constitutio de extenden. consensibus infrà 15. dies procedit in Camera, & Cancellaria.*

128 *Constitutio 19. Clem. 7. de extenden. consensibus fuit edita ad obuiandum fraudibus.*

129 *Proœmium ostendit causam finalem.*

130 *Constitutio 19. Clemen. 7. de extenden. consensibus est pœnalis.*

131 *Regulæ Cancellariæ expirant mortuo Pontifice.*

132 *Constitutio 19. Cleme. 7. de extenden. consensibus est perpetua.*

133 *Constitutio est lex generalis.*

134 *Effectus attendi debet magis, quàm sonus verborum.*

135 *Ignorantes an ligentur sub constitutione 19. Clem. 7. de extenden. consensibus.*

136 *Decretum irritans ligat ignorantes.*

137 *Maius tempus assignatur in supplicationibus, venientibus ex partibus Franciæ.*

138 *Constitutio Clemen. 7. de extenden. consensibus intelligitur de consensu, qui præstatur in Camera vel Cancellaria.*

139 *Per porrectionem supplicationis qui consensus detur.*

140 *Consensus extensus in brouiardo, non sufficit ad satisfaciendum constitutioni 19. Clem. 7. de extenden. consensibus.*

141 *Constitutio 19. Clem. 7. de extenden. consensibus habet etiam locum in resignatione conditionali.*

142 *Verba generalia, generaliter accipiuntur.*

143 *Vbi adest eadem ratio, ibi idem ius statuitur.*

144 *Constitutio 19. Clem. 7. de extenden. consensibus non habet locum in consensu præstando per resignatarium in resignatione conditionali.*

145 *Consensus resignatarij quandocunque præbeatur, extenditur infrà 15. dies.*

146 *Cardinales comprehenduntur, vbi agitur de obuiando fraudibus.*

147 *Constitutio Clem. 7. de extenden. consensibus non habet locum in consensibus, qui præstantur per Cardinalis familiar.*

148 *Cessantibus verbis legis, cessat dispositio.*

149 *Cardinales comprehenduntur in regula de extenden. consensibus, & num. 155.*

150 *Ex diuersis non infertur.*

151 *Consensus extendi non potest super actu nullo.*

152 *Consensus si non fuit præstitus infrà 15. dies potest denuò præstari.*

153 *An constitutio 19. Clem. 7. de datæ in Camera, vel Cancellaria, sit in vsu.*

154 *Lex non ligat, nisi fuerit vsu recepta.*

155 *An constitutio Clementis VII. locum habeat in consensibus Cardinalium qui à Notarijs admittuntur.*

156 *An constitutio 19. Clem. 7. habeat locum in successione litis.*

Ocrauò quæro, an debeat præstari consensus, & quomodo præstetur in Curia in resignationibus horum beneficiorum non consistorialium? Respondeo, inter alia, quæ requiruntur in resignationibus beneficiorum, illud obtinere principatum, vt præstetur consensus † per ipsos resignantes, vel per pro- 3
curatores eorum; idque de stylo esse omnes sciunt, & statutum reperitur in regulis Cancel. per Sixtum IV. 50. per Innoc. VIII. 44 per Alex. VI. 42. per Adri. VI. 46. & per alios, vt licet videre, & nouissimè per Sixtum V. 40. *Item voluit, & ordinauit, quòd super resignatione cuiuscunque beneficij Ecclesiastici, seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis, vel Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Romana*

curia

Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditons huiusmodi in eadem Cancellaria expressè consenserit, & iurauerit, prout moris est &c. & sic vides, quòd si non præstetur consensus in Cancellaria, vel Camera, non expediuntur literæ, quibus non expeditis non prodest
2 resignatio, cum † non possit capi possessio, & minus fructus sine literis, vt est cautum in constit. 83. Iulij III. quæ hodie ad vnguem obseruatur. Et quia materia hæc est frequens, ideo subijciendas existimaui aliquas quæstiones.

Primò dubitatur, qua ratione emanauerit huiusmodi regula Cancellariæ, quæ ab omnibus Pontificibus pro tempore existentibus repetitur? Communis responsio
3 est, ad † obuiandum fraudibus, ne quis, inscio beneficiario, porrigat supplicationem resignationis, illudque beneficium obtineat citra domini voluntatem, & sic dolo alterius dominus priuaretur beneficio, ad tollendas igitur has fraudes cautum est requiri consensum præstandum per se, vel per procuratorem ad hoc specialiter deputatum, hanc esse rationem tradunt Boer. decis. 345. num. 5. Sarn. de publica. quæst. 7. colum. 3. in princ. Bursat. cons. 393. sub num. 12. vol. 4. & colligitur ea glosa in dict. regul. Fran. de Marc. decis. Delph. 160. num. 2. & decis. 622. num. 2. t 168. 1. par. & decis. 1180. num. 3. ead. par. Caputaq. decis. 211. lib. 1. Put. decis. 111. lib. 3. Mand. de infir. qu. 9. num. 4. & huc tendit quod scribit Crescen. decis. 36. lib. 1. in manuscr. quòd præstatur consensus, vt probetur supplica-
4 tionem fuisse porrectam † per resignantem, scilicet illum velle renunciare. Accedat etiam alia ratio, vt
5 possit † præstari iuramentum de stylo requisitum, vt præstetur in renunciationibus, vt dicitur expressè ibi, *Et iurauerit, prout moris est*, quòd scilicet in ipsa renunciatione non interuenit fraus, dolus, metus, vis, neque similia, vt tradit Boër. decis. 348. num. 2.

Secundò dubitatur, an in resignatione cuiuscumque beneficij requiratur huiusmodi consensus & sic an omnes arctentur ad illud præstandum? Communis res-
6 ponsio est affirmatiua, requiri † in qualibet resignatione, & præstandum per quemlibet resignantem, etiam in dignitate Ecclesiastica constitutum, vt colligitur ex verbis, reg. ibi, *Quod super resignatione cuiuscumque beneficij Ecclesiastici, &c.* Quæ verba includunt resignationem faciendam per quamlibet personam de quocumque beneficio Ecclesiastico. arg. l. in fraudem. in fi. & ibi Bal. ff. de testam. milit. Socin. in l. 5. §. ex his. in principio. ff. de verb. oblig. cum aliis, vt per Crauett. cons. 92. nu. 4. & cons. 308. colu. 4. & 5. etiam si
7 † maior ratio sit in vno, quàm in alio casu, etiam in materia odiosa, vt per Dec. cons. 5. ad fi. Crauett. cons. 118. numer. 14. & dict. cons. 308. numer. 3. & ita communiter obseruatur in praxi. Hinc aliqui volue-
8 runt, Cardinales ligari hac † regula namque vbi agitur de obuiandis fraudibus, comprehenduntur Cardinales,
9 ita Caputaq. qui hoc † dicit expressè, & attestatur communem esse opinionem decis. 211. libr. 2. & tradit etiam hoc expressè Cassad. decis. 2. in principio de renunc. Verum contrarium est receptum, vt infra dicam num. 17.

10 Limita non habere † locum in cessionibus Episcopatuum, in quibus præstatur consensus Cardinali, qui confecit processum, & est relationem in Consistorio facturus, vt quotidiè fieri videmus, & hoc per se, vel per schedulam, & rationes huius limitationis adduxi quæst. præc. num. 49. limita sec. non habere locum in Cardinalibus, infra num. 15.

Tertiò dubitatur, vbi præstetur huiusmodi consensus? Communis responsio omnium DD. ac recepta
11 in stylo est, esse præstandum † in Camera, vel Cancellaria. Crescen. decis. 105. libr. 1. in manuscr. Caputaq. decis. 55. libr. 1. in manuscr. & decis. 215. part. 1. Gabriel. cons. 144. numer. 7. Bursat. cons. 393. libr. 4. Sarn. de infirm. resign. quæst. 26. colum. 1. & 31. de publican. quæst. 7. num. 4. Put. decis. 112. lib. 3. & decis. 95. libr. 5. Mand. quem refert, & sequitur Bursat. cons. 393. numer. 14. col. 4. vbi dicit ita fuisse decisum in Rota. & ita seruari de stylo tota die videmus, & attestatur Oradin. decis. 82. incip. Placentiu. libr. 2. in manuscr. & hanc etiam praxim attestatur Mohed. decis. 60. incip. in eadem n. de renunc. col. 2.

Et ratio est † vt euitentur infinitæ fraudes, quæ possent fieri, Put. ead. decis. 111. lib. 3. in fi. 12

Hinc est, quòd intimatio reuocationis procuratoris ad resignandum, fit † quoque in Cancellaria, & Came- 13
ra. Achil. de Grass. decis. 12. de procur. Caputaq. decis. 31. lib. 3. in manuscr. Put. decis. 110. libr. 3. & ita seruari attestatur Mohedan. decis. 150. incip. circa, & ita fuisse pluries decisum per Rot. attestatur Caputaq. & Achil. de Grass. in in præal. decis. non enim potest præstari consensus, nisi in Cancellaria, vel Camera, vt fuit resolutum teste, Mand. de infirm. q. 9. num. 5.

Hinc etiam quòd si quis consentiat alibi, quam in
Camera, vel † Cancellaria, nulliter consentit, vt fuit 14
resolutum in vna Astoricen. Parochialis coram Aut. Aug. die 5. Martij 1548. teste Put. d. decis. 114. lib. 3. Namque ibi principalis porrexit supplicationem resignationis, in fauorem N. postea constituit procuratorem ad consentiendum, & quia procurator non consensit, & supplicatio erat signata, Principalis narrando supplicationem esse signatam, illam ratificauit, fuit resolutum nullam esse resignationem. Et hæc conclusio
procedit in omnibus, & quibuscumque † personis vo- 15
lentibus resignare, vt tradunt communiter curiales, exceptis tamen Cardinalibus, qui ob eorum maximam dignitatem, & infinita priuilegia, præstant consensum
† per schedulam propria manu subscriptam proprioque 16
sigillo sigillatam, & hunc esse stylum attestatur Cassad. decis. 2. in prin. de renunc. Orad. in præalleg. decis. 82. incip. Placent. libr. 1. in manuscr. Nauarr. in c. Accepta. oppos. 7. num. 27.

Hinc Caputaq. decis. 18. p. 3. refert fuisse decisum
in Rota de anno 1551. regulam † de extenden. consen- 17
sibus, non habere locum in extensione consensuum præstitorum per Cardinales: nam regula loquitur de consensibus præstitis coram Notario, & testibus, Cardinales autem præstant per schedulam, ideò non comprehendit Cardinales, nam cui non conuenit qualitas legis, non conuenit dispositio. l. 4. §. ait prætor. ff. de damn. infect. & quia regula facta est ad tollendas frau-
des, quæ † in Cardinalibus non præsumuntur. Sarn. in 18
proœm. reg. q. 6. nume. 10. forma autem schedulæ est huiusmodi.

Nos † Vincentius tit. sancti Clementis presbyter 19
Cardinalis Montis Regalis nuncupatus, harum seriè cessioni Commendæ Prioratus Beatæ Mariæ de Contamina Cluniacen. Ordinis Gebennen. diœces. quam illum ex concessione, & dispensatione Apostolica ad vitam obtinemus, ac omnis, & cuiuscumque iuris nobis in dicto Prioratu, vel ad illum quomodolibet competen. ac literarum expeditioni in manibus Sanctissimi D. N. PP. in fauorem Domini Philiberti Millieti Clerici Gratianopolitani Diœces. in Theologia Magistri, & perpetui commendarij Monasterij eiusdem B. Mariæ Vallis Alpium Cistercien. Ord. Gebennen. Diœces. reseruatis tamen nobis valide omnibus, & singulis fructibus, &c. Iuribus, censibus, decimis, obuen. oblationibus, & emolumen. ordinarijs, & extraordinarijs in quibuscumque rebus consistentibus dicti Prioratus de Contamina, & illi annexis membrorum, & pertinen. quorumcumq; per nos quoad vixerimus, vel alium, seu alios nomine nostro propria auctoritate liberè percipiend. colligendis, leuandis, exigendis, recipiendis, recuperandis, arrendandis, locandis, & dislocandis, ac in nostros vsus, & vtilitatē conuertendis loco pensionis annuæ, excepta tamen summa 50. scutorum aureorum per nos eidem D. Philiberto quoad vixerit & quibuscumq; successoribus suis annis singulis prædicta reseruatione durante pro vna in S. Ioan. Baptistæ proxim. futura incipien. & altera medietatibus summæ 50,

Digitized by Google

scutorum huiusmodi in D. N. Iesu Christi natiuitatum
festiuitatibus præstanda, & persoluenda, qua contenti
esse debeant, nec quicquam aliud, siue alimentorum,
siue alia quantumcumq; graui causa petere possint, nec-
non collatione, prouisione, præsentatione, electione
institutione, & quauis alia dispositione omnium, &
singulorum beneficiorum, & officiorum Ecclesiasti-
corum cum cura, & sine cura, sæcularium, & quarum-
uis ordinum regularium, ac collationem, prouisionem,
præsentationem, electionem, institutionem, & quam-
uis aliam dispositionem Prioris, seu perpetui commen-
datarij Prioratus huiusmodi de iure, consuetudine, pri-
uilegio, ac alias quomodolibet pertinen. illorum va-
catione pro tempore occurrente per nos, & quoad vi-
xerimus, aut Vicarium, seu Vicarios a nobis deputan-
dos in omnibus, & per omnia, prout ante cessionem
huiusmodi tam ordinaria auctoritate, quam vigore in-
dulti Apostolici, nobis desuper concessi poteramus fa-
ciendas, ac constitutione, & deputatione, quorumcum-
que Vicariorum, officialium, & ministrorum dicti
Prioratus, illiusq; omnimoda, & totali iurisdictione,
& auctoritate, & alias in omnibus, & per omnia: iuxtà
formam supplicationis desuper signatæ consentimus,
& tacto pectore iuramus. In quorum fidem præsentes
manu nostra subscriptas exinde fieri, & sigilli nostri
impressione muniri fecimus.

Datum Romæ in Palatio nostræ solitæ residentiæ,
die 2. Mens. Octobris M. D. LXXXIX. Vincentius Car-
dinalis Montis Regalis.

Locus Sigilli.

Et ita stylus interpretatur dictam regulam quoad
hoc.

Quartò dubitatur, per quos præstetur huiusmodi
20 consensus? Responde † per Resignantes, si sunt in Cu-
ria, si verò sunt absentes per procuratores specialiter ad
hoc constitutos, ita enim mandat fieri dicta regula
Cancellariæ ibi. *Si præsens in Romana Curia fuerit,
personaliter, alioquin per procuratorem suum &c.* &
communiter DD. hoc absque contradictione affirmant,
& Notarij recipiunt consensum procuratoris, quoties-
21 cumque † adest mandatum specificè ad hoc, vt dicam
22 lib. 9. Vnde vigore † literarum Notarij non extendunt
consensum, Achil. de Graff. decis. 1. de renunc. alias
decis. 312. Ex quo infertur, quòd præsens in Curia non
23 potest constituere procuratorem † ad resignandum be-
neficium. Gig. tract. de pens. quæst. 11. vbi dicit, hanc
opinionem esse veriorem, & seruari in praxi, Bursat.
cons. 395. numer. 28. volum. 4. & communiter, vt di-
cam libr. seq. limit. in Camera, vt per Glosat. in 54.
reg. Cancel. Innoc. VIII. vnum autem non omit-
24 tam quòd licet idem operetur consensus per se, † &
per procuratorem, ad eundem effectum, vt alias
scripsi, tamen datur casus in quo plus operatur consen-
sus præstitus per se, nam si quis consentit personaliter
pensioni constitutæ, præsumitur consensisse regressui in
eadem supplicatione existenti, ita fuit resolutum in vna
Columbrien. Cantoriæ coram Pelegrino teste eodem
Pelegrino decis. 88. lib. 2. nam videtur acceptasse ces-
sionem cum omnibus qualitatibus.

Quintò dubitatur, quomodo debeat esse huiusmodi
25 consensus? Respondeo expressum in Camera † vel
Cancellaria, scilicet penès dictos Notarios, vt colli-
gitur ex regula supràdicta & communiter recipitur ab
omnibus in praxi, vt tradit Put. decis. 10. numer. 5.
libr. 2. Nam vbi in aliquo actu requiritur consensus,
26 intelligitur † de expresso, Sarn. de impetr. benef. per
obit. Famil. Card. q. 11. nume. 2. Dec. cons. .... Arét. in
l. 2. §. voluntatem. ff. sol. matrimonio, vbi inquit in
27 prima columna vers. aduerte, quòd licet interdum †
voluntas etiam in tacita voluntate verificari possit, ta-
men consensus, de sui natura, videtur importare con-
sensum expressum, sequitur Dec. cons. 409. numer. 3.
& 4. & ita fuit resolutum in vna Camerien. Schola-
striæ, & præbendæ coram Ant. Aug. die 15. Ianuarij
1553. teste Caputaq. decis. 308. libr. 1. Rot. decis. 15.
num. 2. de offic. deleg. in nou.

Ex quo primo infertur, non † esse validum consen- 28
sum, qui colligitur ex supplicationis porrectione ad
effectum, vt abdicetur ius a resignante, & vt satisfiat
dictæ regulæ, vt colligitur ex Put. decis. 111. libr. 3.
& pluries fuit resolutum in Rota, & communiter ita
seruatur.

Secundò infertur, non † esse sufficientem, quoad 29
hunc effectum, consensum, qui appellatur paruus, ita
Cott. decis. 16. in manuscr. namque † parua data, & 30
paruus consensus datur à Datario, & remanet penès par-
tes, vt post alios, quos citat. scribit Bursat. dict. cons.
393. num. 7. vers. 1. cum seq. Tertiò infertur, non esse
sufficientem consensum quemlibet tacitum, namque re-
quiritur expressus, vt patet ex sup. dictis, ideo † non 31
dicitur sufficere tacitus, iuxtà communes conclusio-
nes, & regulas traditas à Doctoribus passim; forma enim
non impletur modo † tacito, Put. decis. 182. libr. 1. 32
Sarn. de imper. benef. vacant. per obit. famil. Car. q. 11.
col. 2. Dec. in cap. dilect. nu. 2. de appell. Tiraquel. de
legib. connub. Gl. 7. nu. 5. & communiter DD.

Quartò infertur non sufficere consensum etiam ex-
pressum, si † ille consensus fuit præstitus alio in loco 33
quam in Camera, vel Cancellaria, prout fuit resolu-
tum in Rota in dicta Astoricen. die 5. Martij 1548. co-
ram Ant. August. teste Put. d. decis. 111. libr. 3. namque
ibi fuerat per principalem, qui porrexerat supplicatio-
nem, approbata illa supplicatio, recepta, ac signata à
Summo Pontifice, & tamen fuit dictum hunc expres-
sum consensum non suffragari.

Et ratio dictarum illationum est, quia paria sunt
non consentire vel consentire, & nulliter, puta non ser-
uata forma † vel modo expressis, vt scribit Put. decis. 34
360. num. 6. lib. 2. sicuti paria sunt, non facere, vel fa-
cere, † & minus idoneè. l. quotiès. ff. qui satis dare co- 35
gantur, l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. l. non puta-
uit. §. non quæuis. ff. de contra tab. Alex. in l. quotiès,
sub num. 5. C. de hære. instit. & paria sunt † non pro- 36
bare, vel probare, & minus sufficienter. DD. commu-
niter in cap. in præsentia de proba. Accedit & ratio quæ
maximè congruit huic quæstioni, quia quotiès agitur
de præiudicio alicuius, tunc requiritur † consensus for- 37
malis. Alex. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de ac-
quir. hæred. Bald. in l. 1. in vlt. carta. C. qui admitti,
quem ad hoc refert, & sequitur Put. decis. 100. num. 5.
lib. 2. Sed hic agitur de præiudicio, namque renuncia-
re quis non † præsumitur beneficium, nisi expressè con- 38
stet, vt est communis opinio DD. de qua dictum est suo
loco, & renunciare est † donare, vt est etiam commu- 39
nis opinio, vt latè ostendi lib. 1. quæst. 1. Et ob id lici-
ta est pœnitentia in resignationibus, donec † præstetur 40
dictus consensus expressus in Camera, vel Cancellaria.
Put. decis. 15. 17. 19. sub tit. de renunc. in manuscr.
Mohedan. decis. 189. & communiter DD. vt dixi lib. 1.
q. 15. nam ita pluries fuit resolutum in vna Placent. In
vna Toletan. in alia Salamantin. prout dicetur suo lo-
co, & tradit Paleot. decis. 257. Idque ampliatur pro-
cedere, etiam si in suprascriptione supplicationis di-
catur resignantem dedisse consensum, nam donec non
est præstitus & extensus à Notario, licitum est de sty-
lo Curiæ recedere, ita attestatur Caputaq. decis. 217.
p. 1. num. 8. & fuit resolutum in vna Placentin. Paro-
chialis 7. Nouembris 1554.

Hinc post præstitum dictum consensum, abdicatur
ius à † resignante, vt est communis omnium Doctorum 41
sententia, nam antea non, quia cum aliquid superest
agendum, nihil dicitur † actum. cap. cum super, de 42
offic. deleg. l. vlt. C. ad Sillan. cap. 1. de Baptis. Sarn.
de subrogan. collitig. quæst. 10. & Bursat. cons. 393.
nume. 13. volum. 4. Card. Sanctæ Crucis decis. 143. in
lib. diuers. manuscr.

Et tandem omnes scribunt, hunc † esse formalem 43
consensum, vt latè tradit Sarn. communiter receptus
de infr. resig. q. 31. col. 2. à quo † computari tempus. de 44
quo in reg. Cancel. de infr. resign. fuisse resolutum

Digitized by Google

in Rota attestatur Crescent. decis. 226. in manuscript.
& tempus, de quo in reg. Cancell. de subrogand. col-
litig. Sarn. d. reg. quæst.10. & etiam tempus, de quo in
reg. de public. Sarn. de publican.q.7. licet hodie tectus,
per extrauagan. Pij V. & Gregorij XIII.

Sextò dubitatur, an aliter præstitus consensus sit in-
45 ualidus, affirmatiue † respondendum absque dubio
erit, idque expressè vult. Gl. in reg. Cancell. Inno-
cen. VIII. reg. 43. Boer. decis. 348. numer. 1. Put. de-
cis. 111. libr. 3. qui dicit ita fuisse decisum in vna Astu-
ricen. Parochialis coram Ant. August. 5. Martij 1548.
& communiter Doctores. Et ratio est, quia paria sunt
46 † non præstare consensum, vel illum præstare absque
solennitate requisita, Put. decis. 360. numer. 6. libr. 2.
sed cum hæc regula Cancellariæ requirat consensum
eo modo, vt supra dictum est, & de stylo sit receptum
esse præstandum in Camera, vel Cancellaria, sequitur
hunc stylum esse seruandum † tanquam legem. l. vlt.
47 C. de iniur. cap. quam graue. in fine de crim. fals. Cald.
cons. 8. numer. 4. de rescript. Guid. Pap. cons. 119.
numer. 4. Card. Paris. cons. 128. numer. 4. volum. 4.
48 & sicuti actus † contra legem est nullus. l. non du-
49 bium, C. de legib. ita, † & contra stylum, Craue.
cons. 201. num. 19. 20. Gig. respons. 22. num. 8. Ferret.
cons. 53. Alciat. cons. 220. in fi.

Hinc si alicui prouideatur de beneficio, & appona-
50 tur clausula, † de consensu Cardinalis N. habentis fa-
miliaritatem, prouisio est nulla absq; dicto consensu,
ita fuit resolutum in Rot. in vna Astoricen. Canonic.
& præb. 4. Octob. teste Put. decis. 282. lib. 3.

Ex quo sequitur quòd literæ non possunt expediri,
51 nisi fuerit † consensus, præstitus in Camera, vel Can-
cellaria namque id expresse prohibetur per hanc regu-
lam his verbis. *Apostolicæ literæ nullatenus expedian-
tur nisi resignans vel cedens &c.* & sic forma est data,
52 à qua non † potest recedi. Dec. cons. 90. numer. 6.
& cons. 262. num. 4. Card. Paris. cons. 12. numer. 47.
volum. 1. & si forsan fuerint expeditæ, nullæ, & in-
53 ualidæ sunt, namque adest verbum, † nullatenus,
quod absque dubio annullat literas expeditas ipso iu-
re. Gl. in reg. Cancell. 43. Innoc. VIII. in terminis,
Boer. decis. 348. num. 1. & colligitur ex trita regula,
de qua per Gl. in Cle. 1. verb. nullatenus, sicut omni-
no, & penitus. cap. in ordinarijs. §. in conferendis de
off. ord. lib. 5. Card. paris. cons. 22. n. 26. lib. 2.

Et per consequens nouus consensus requiritur, nam
quando primus præstitus, fuit extinctus, vel nullus
54 actus, super quo fuit interpositus; tunc † in reualida-
tione requiritur nouus consensus. l. contractus. C. vbi
Cyn. de fid. instrum. Dec. cons. 661. numer. 14. Corn.
cons. 71. nu. 9. & seq. lib. 2. Crauett. cons. 39. num. 3.
& ita fuit resolutum in vna Toletan. Parochialis Co-
ram D. Aquen. 14. Maij 1539. & in vna Conchen. bene-
ficij sancti Michaelis coram Put. & in alia Tarraconen.
coram Achill. de Grass. & rursus in alia Tarraconen.
Canonicatus & Præbend. coram D. Vestano 16. De-
cembris 1552. teste Caputaq. decis. 211. par. 1.

Bene verum est, quòd bonus consensus interuenisse
55 præsumitur † in expeditione literarum postquàm sunt
expeditæ, vt in terminis scriptum reliquit Caputaq.
decis 213. in prin. par. 1.

56 Et ratio prima est, quia semper capitur † præsum-
ptio pro validitate actus, iuxta not. in l. quotiès. ff.
de verb. oblig. & in l. quotiès. ff. de reg. iur. Paul. de
Castr. in l. ex imperfecto. C. de testamen. adeo vt hæc
57 præsumptio, vt valeat actus † præualeat alijs præsum-
ptionibus, Dec. in l. postquam liti. num. 23. C. de pact.
58 & ob id, vt actus valeat, receditur † à natura disposi-
tionis. l. qui concubinam. §. qui hæres. ff. de leg. 1.
Dec. in cap. quoniam Abb. numer. 16. de off. deleg.
Alciat. tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 34. Cephal.
cons. 138. num. 13. vol. 1.

59 Secunda ratio, quia præsumitur pro † Notatijs Ca-
meræ, & Cancellariæ, ac alijs officialibus, nam hi
non recepissent consensum, nisi bonum, & non permi-
sissent fieri expeditionem literarum, arg. nota. per
Butr. in cap. quoniam contra. col. pen. de probat. cum
alijs tradit. per Alciat. tractat. præsumpt. reg. 3. præ-
sumpt. 1. cum seq. Roland. a Vall. cons. 90. nu. 12. li. 1.
Ale. cons. 92. col. 3 lib. 5. Quod absque dubio, eo ma-
gis vendicat sibi locum, & procedit, quando multo
tempore antea literæ erant expeditæ, namq; consensus,
qui requiritur ad validitatem actus, ex spatio † longi 60
temporis præsumitur interuenisse Ant. de butr. in cap.
ea noscitur. de his quæ fiunt. à Præl. Alex. cons. 18.
col. penul. in fi. lib. 4. Ias. in l. 1. nume. 105. C. qui ad-
mitt. Rum. cons. 63. nu. 6. lib. 1. Card. Paris. cons. 85.
nu. 13. volu. 4. Dec. cons. 183. col. penul. in fi. Crau.
cons. 204. nu. 9. & communiter DD. vt per Mascard. de
probat. concl. 417. n. 1. cum seq. etiam in præiudicium
tertij, Alex. cons. 1. libr. 4. Dec. cons. 409. Cephal.
cons. 328. num. 34. & communiter DD. vt per Buriat.
cons. 424. nu. 9. vol. 4. Eo magis, quia sumus in actu,
qui † solet fieri, & expediri dicto consensu præcedente, 61
Gozad. cons. 11. nu. 34. Gier. de Monc. in tract. de sub.
reg. cap. 105. nu. 13. Tiraquel. in tract. præscript. vers
per decem annos. §. 1. Gloss. 4. vers. 3.

Et tempus dicitur † longum, vt præsumatur consen- 62
sus decem annorum, Imol. in cap. illud. de præsum. Lam-
ber. in tract. de iur. patr. lib. 1. q. 9. prin. prima par. nu. 107.
vers. & dicitur. Mascard. dict. concl. 417. num. 1.

Septimò dubitatur, si literæ prouisionis sunt refor-
mandæ, an requiratur nouus consensus in hac reforma-
tione, vel sufficiat iam præstitus? & quidem loquendo
de simplici consensu fuit resolutum in Rot. in vna Pien-
tin. de Monticello. 7. Nouembris 1554. coram Oradi-
no, non † requiri nouum consensum, teste Caputaq. de- 63
cis. 213. par. prima, & ratio est, quia † simplex & purus 64
consensus præsumitur durare, l. cum qui voluntatem. ff.
de probat. cap. maiores in fi. de Bapti. cum alijs, vt per
Alciat. de præsum. reg. 2. præsumpt. 16. & hanc opi-
nionem tenet Mohedan. decis. 60. incip. in eadem par-
tit. de renunc. vbi inquit, quòd practica est vt, signata
supplicatione consensus præstetur in Camera vel Can-
cellaria, & postea expediuntur Bullæ, in quib. si est ali-
quis defectus, tunc fit reformatio ad primam supplica-
tionem, vel noua prouisio tollens defectum, pro expe-
ditione sufficit primus consensus.

Et ratio rationis est, quia quando per primum actum
satisfit menti disponentis, intelligitur etiam de actu se-
cundò. Bal. in l. fideicommissa. §. si quis decem, ff. de
leg. 3. Fel. cap. Innouamus. vers. fallit primo. & ver.
fallit quinto. de tregua. & pac.

Hinc Bal. in l. liberta tua. C. de oper. libert. in ma-
teria consensus tradit regulam, quod consensus du-
rat, & nocet, quamdiu tela non est succisa, sed durat
actus † principalis. Et sufficit, vt consensus quando- 65
cumq; interueniat, Bart. & Ias. in l. si quis mihi bona.
§. iussum. ff. de acqu. hæred. Ideo Put. decis. 258. num.
7. libr. 3. inquit quod consensus semel præstitus præsu-
mitur durare, si consensus est simpliciter præstitus;
dat exemplum, quoniam quis consentit resignationi
faciendæ, si vero consensus est ad certum actum breui-
tatis, tunc secus, vt in casu suo in vna Roman. doris.
17. Iunij 1549.

Et dicitur † simplex, & purus consensus, quoties- 66
cumq. fuit præstitus iuxtà formam supplicationis, &
contenta in supplicatione concernunt validitatem re-
signationis, & tendunt ad corroborationem voluntatis
renunciantis, ita fuit conclusum in dict. Pientin. Paro-
chialis de Monticello 7. Nouembris 1554. coram Ora-
dino, teste Caputaque. decis. 214. par. 1.

Ex quo colligitur, quòd potest etiam hoc modo præ-
stari consensus † iuxta formam supplicationis, & si duæ 67
supplicationes eiusdem datæ reperiantur, in quarum
vna reseruatur resignanti regressus, in alia vero non,
postea vero resignatarius consensit iuxtà formam sup-
plicationis signatæ sub tali data, fuit alias dubitatum
in Rota coram Ioan. Paulo in vna Abulen. Parochialis,
ad quam supplicationem referatur? fuit resolutum

Digitized by Google

68 referri ad supplicationem, io qua regressus † non erat
reieruatus, quia ille qui haber regressum debet proba-
re consensum, quem cum non piobet concludenter,
quia referri potest ad aliam supplicationem, ideo, &c.
teste Pelegrin. decis. 135. io manuscr.

69 Octauo dubitatur, vbi extendatus consensus per
Notarios Cameræ, vel Cancellariæ? Responde, †
in libris eorum iuata constitutiones Clemen. VII.
19. 20. & 45. de quibus infra latius dicetur, omnia
declarando. Et donec fuerit extensus consensus in his
70 libris Cameræ vel Cancellariæ, resignans potest †
pœnitere. Sarn. de infirm. resign. quæst. 31. numer. 2.
Crescent. decis. 76. Fab. decis. 48. Mohedan. decis.
289. omnes in manuscr. & fuit resolutum in vna Ache-
rontin. fructuum Venetis 16. Iunij 1579. coram Bra-
uo, vt habetur decis. 471. part. prima, & d. ai libro pri-
mo quæst. 12. in qua etiam fuit dictum, quod parui
71 † consensus non habentur in consideratione, nam sunt
potiùs quædam præparamenta, quàm quòd verè rei
perfectionem demonstrent. quod ea modo illos anno-
72 tandi patet, quia † Notarius quando illos annotat so-
lum apponit diem, mensem, & annum, & nomen pro-
curatoris, vel principalis, si principalis illum præstet,
deinde si pars illum vult, sibi consignat. Scribitur
etiam consensus formalis, de quo loquimur, à tergo
73 † in supplicatione originali, & literis, prout tradunt
A. August. decis. 256. lib. 3. Crescent. decis. 209. lib. 1.
Pelegrin. decis. 69. libr. etiam primo in manuscr. & ita
fieri communiter videmus, & practicamus. Ideo inquit
Put. decis. 368. num. 4. lib. 2. quod consensus soler ap-
poni à tergo Bullæ, in literis prouisionis, & nisi appo-
natur, literæ sunt nullæ, & non solent literæ expediri,
nisi extenso consensu a tergo ipsarum, vt tradit Mohe-
dan. decis. 11. in eadem, in manuscr.

Limita non procedere, quoties quis prouidetur de
74 beneficio, † & datur decretum dimittendi primum be-
neficium, quod obtinet, in manibus Sanctissimi Si. o.
iste dimitat, quia beneficium vacat vigore decreti, non
extenditur consensus a tergo literarum, & ita hodie
practicari in Cancellaria videmus. Idque non caret ra-
tione, quia beneficium non vacat ex consensu, sed ex
decreto, vnde, &c.

75 Et hic non † est omittendum, quòd Notarij nunquam
solent annotare horam præstationis consensus, vt fuit
dictum in Rota in vna Imol. Canonicatus, & præbendæ
28. Aprilis 1578. coram R. P. D. Cantuccio.

Nonò dubitatur, quomodo probetur fuisse præsti-
tum consensum in resignatione beneficij? Rot. coram
Decano Deza die 8. Iunij 1552. in vna Camaricen.
Canonicatus sancti Gangerici censuit, consensum
76 non probari per testes de publica † voce, & fama, quia
77 talis probatio esset semiplena, † Doctores omnes
in l. admonendi. ff. de iureiur. Put. decis. 368. num. 5.
libr. 2. quæ non sufficit quia requiritur plena, cum
78 talis † probatio non sit difficilis, teste Caputaque. de-
cis. 211. part. prima, qui attestatur requiri ea mente
79 Rotæ, plenam † probationem ad probandum consen-
sum. Declara tamen, vt consensus possit probari ex
80 dicto † Notarij Cancellariæ, & testium, vt fuit reso-
lutum in vna Camerinen. coram Chitoga, vt habetur
in lib. diuers. decis. 3. Verè autem probatur, si loqui-
mur de resignatione facta coram summo Pontifice, si
81 in bullis † prouisionis fiat de hoc mentio, prout requi-
ritur de stylo, nam tunc probari consensum scribit Put.
82 decis. 368. numer. 3. lib. 2. Si de resignatione † coram
ordinariis, si apud Notarium de hoc appareat; Quo
constito, satis consensus probatur, maximè concurren-
tibus aliquibus, scilicet epistola, iuxtà ea quæ scribit.
Socin. Senior. cons. 291. colum. 7. in fi. num. 12. li. 2.
& cons. 41. libr. 3. vel alias. 2.

Imo ego auderem firmare conclusionem hanc, vt
83 visis † literis renunciationis presumatur consensus in-
teruenisse, nam aliter literæ non fuissent expeditæ, vt
in simili fuit dictum in Rota in vna Tolentin. vt per
84 Put decis. 439. num. 6. lib. 1. præsumendum enim † est
pro Notarijs his, vnde aliter asserenti incumbit onus
probandi, & hanc esse veram sententiam existimo, quid-
quid alij voluerint.

Hinc consensus † Capituli præsumitur in alienatio- 85
ne rei Ecclesiasticæ. Anchar. cons. 136. Alex. cons. 79.
colum. 3. lib. 1. Capic. decis. 4. latè Mascard, conclus.
416. num. 19. cum seq. vbi ponit communem in consen-
su † Summi Pontificis in alienatione rei Ecclesiasticæ 86
facta, &c.

Non omittam, quòd aliàs in vna Segobi. fructuum,
11. Nouembris 1554. coram Oradino fuit resolutum,
consensum fuisse præstitum certa die, io qua consen-
tiens erat in carceribus, non probari per † testes, nisi 87
concludenter deponant de initio, & consummatione
illius diei, teste Caputaq. decis. 218. par. 1.

Decimò, Dubitatur, quia communis conclusio Do-
ctorum est, vt resignans, & resignatarius consentiant,
quando resignatio est cum reseruatione fructuum, aut
pensionis, resignans vt abdicetur ius ab eo, resignata-
rius vt resignanti reseruetur pensio. An debeat præ-
stari vno, & eodem tempore consensus † resignantis, 88
& resignatarij? vera conclusio est negatiua, secundum
quam fuit resolutum in Rota. teste Crescent. decis.
105. lib. 1. in manuscr.

Et ratio est, quia nullibi cautum reperitur eodem
tempore esse præstandum, ergo neque † dicendum. 89
leg. illam. C. de collat. Oldrad. cons. 202. Crauett.
cons. 90. nume. 2. vers. 2. valet. Imo regula commu-
nis est in contrarium, quæ se habet quod vbi consensus
requiritur in aliquo actu, sufficit quòd † quandocumque 90
præstetur. Alex. Ias. & alij omnes in l. si quis mihi bo-
na, §. iussum. ff. de acqu. hæred. Rota decis. 3. in fin. de
confess. in nou. Si autem eodem † contextu præsten- 91
tur coram eodem Notario, & testibus super vtraque
supplicatione efficit actus correspectiuos, Achilles de
Graff. decis. vnic. de resign. in manuscr. & ex not. com-
muniter per Doctores in l. petens. C. de pact. & data
nullitate † vnius actus corruit & alter, vt fuit resolutũ 92
in vna Bononien. translatio. pensionis veneris 23. Ianua-
rij 1579. coram Illustrissimo Card. Aldobrandino, vt
habetur decis. 446. part. 1. inter diuers. impress. Ve-
net. nam actus correspectiui † habentur pro vno actu 93
tantum, vt vnus nequeat ab alio separari, Corn. cons.
vlt. lib. 1. & cons. 10. & 36. libr. 2. Crauet. cons. 153.
Tiraquell. in l. si vnquam. in verbo, Donatione lar-
gitus, num. 117. C. de reuocan. donat. verum secundum
plures peritos & practicos vnus † consensus non po- 94
test, & non solet extendi absque alio, nam vterque est
formalis, & cum vnus sit pars alterius, forma erit in-
diuidua, Bal. in l. si veritas. C. de fideicom. Alex. in
l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. Falcid. Dec.
cons. 532. numer. 5. & fuit dictum io vna Acherontin.
fructuum 16. Iunij 1579. coram R. P. D. Brauo, vt ha-
betur decis. 471. num. 8. & 9. part. prima, namque ibi
vnus voluit cessare reseruationem fructuum validè ta-
men sibi reseruata pensione, fuit resolutum esse licitam
pœnitentiam, donec vterque consensus sit extensus,
quia res † dicitur integra ad not. per Ias. in l. si pecu- 95
nia. num. 5. ff. de condic. caus. dat. Cur. in l. cum pro-
ponas. num. 3. & in l. si petens. nu. 39. C. de pact.

Et in tantum est necessarius hic consensus in resigna-
tione conditionali, quòd si antequam resignatarius con-
sentiat, resignans † mortuus fuerit beneficium vacat per
obitum resignantis, & per illius obitum a quocumque 96
impetrari potest, prout fuit resolutum in Rota in vna
Mantuana Canonicatus, & præbendæ, teste Crescent.
decis. 57. lib. 1. in manuscr. & in alia Brauaren. Vica-
riæ coram Pisaurien. teste eo. Crescent. decis. 226. in
manuscr. lib. 1. alias 226.

Et ratio est, quia cum resignatio esset conditionalis,
requirebatur † ad implementum conditionis ante mor-
tem resignantis, Bart. & alij in l. 1. ff. de condic. & de- 97
monst. & regula est, quod vbi aliquid agendum super-
est, nihil dicitur actum, cap. cum super. de off. deleg. l.
vlt. C. ad Sillan. Boer. cons. 393. num. 13. vol. 4. Bur. 121.

Digitized by Google

decis. 348. sub num. 2. & ideo post mortem non pote-
rit consentire, quia res non est integra, quia resignanti
non amplius regressus nec reseruatio fructuum acquiri
potest.

Et quotidiè fiunt mandata ad cedendum, & consen-
98 tiendum cessioni in euentum † quòd mihi reseruetur
pensio, & ad consentiendum pensioni, in euentum, quòd
mihi resignetur tale beneficium, ita Crescen. decis. 505.
lib. 1. in manuscr. & nulla est pensio reseruata absque
99 consensu † resignatarij, vt fuit resolutum in vna
Compostellan. 14. Nouembris 1551. teste Caputaq.
decis. 35. lib. 3.

100 XI. Dubitatur, An † si consensus præstitus iuxtà hanc
regulam Cancellariæ sit nullus, vt quia non fuit præsti-
tus per procuratorem idoneum, possit, post expeditio-
nem literarum reualidari, vt quia procurator bonus
consentiat, vel ipse Dominus?

Pro negatiua adducitur primo cap. auditis. de elect.
vbi omnes Doctores ex illo textu colligunt consensum
101 nihil operari, quando † actus est nullus, Bar. & Do-
ctores in l. 1. C. qui admitti. maximè quia hic superue-
nit tempore non congruo, scilicet post resignationem
factam, ad not. per Dec. in l. semper qui non prohibet.
ff. de reg. iur.

Secundò adducitur decisio Rotæ, de qua per Mohe-
dan. decis. 85. cum in minoribus tit. de renunc. vbi re-
fert 14. Martij 1539. fuisse dubitatum coram Aquen.
quia quidam resignauerat beneficium reseruato regressu,
super quo beneficio habebat regressum Paul. III. dum
esset in minorib. qui consensit huiusmodi resignationi.
Dubitabatur igitur an consensus hic Pauli III. dum erat
in minoribus super dicta resignatione sit præstitus vali-
dè, & resignatio sine nouo consensu subsistat? fuit re-
solutum quod requiritur nouus consensus quia prima
102 resignatio † cum fuerit subreptitia non potuit vali-
dari, requiritur ergo alia prouisio, ita & in casu no-
stro.

Tertiò quia requiritur consensus ante expeditionem
literarum idque de stylo, sed quotiès requiritur aliud
103 per prius, & posterius, pro forma † datum videtur, Fe-
lyn in cap. cum dilecta. vers. 6. signum de resc. sed for-
ma non seruata actus corruit. Dec. cons. 90. num. 6. Pa-
ris. cons. 12. n. 47. vol. 2. ergo, &c.

104 His tamen † non obstantibus contrariam opinionem
crederem veriorem, quam in his proprijs terminis tè-
nuit Rot. in vna Segobien. de Villa Castri coram Pele-
grio. die 17. Octobris 1552. teste Caputaq. decis. 175. p.
2. Et ratio est, quia vbi consensus requiritur in aliquo
105 actu, † sufficit quòd quomodocumque præstetur, siue igi-
tur præcedat, siue sequatur, actus est validus, cap. cura.
cap. suggestum. de iure patr. Ale. & Ias. & communiter
Doctores in l. siquis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui-
rend. hæred cap. quamuis. de elect. lib. 6. & in terminis
renunciationis hoc volunt Cassad. decis. 1. numer. 3. &
decis. 3. de renunc. Caputaq. decis. 205. libro 2. in ma-
nuscr. Card. Palæott. decis. 156. Carthaginen. Ardichia-
conatus, alias 233. in manuscript. Put. decis. 268.
numer. 2. libr. 3. Sarn. de infirm. resignan. quæst. 26.
col. 2. & communiter Doctores. Remanet vt contraria
tollamus.

Ad primum respondetur speciale esse in electione ex
ratione tradita à Doctoribus ibi.

Ad secundum respondetur, decisionem illam Rotæ
106 fundari, quia † resignatio, & reseruatio regressus, non
facta mentione alterius regressus, erat nulla, & subrep-
titia qui defectus non potuit per nouum consensum sa-
107 nari, quia quo † ad subreptionem, attenditur tempus
datæ, cap. si eo tempore. de rescr. libr. 6. Io. And. &
Abb. in cap. ad aures. eod. tit. expr. Fel. in cap. eam te.
col. penul. vers. tempus datæ. de rescr. & hæc ratio mo-
108 uit Rotam vt tradit Mohedan. † dic. decis. 85. quæ ratio
cum cesset in casu nostro cessabit pariter dispositio, cap.
cum cessante de appell.

Ad tertium respondetur illam formam, quòd consen-
sus præstetur ante expeditionem literarum, respicere
ipsos expeditores non autem partes illas quæ expediri
volunt, & ideo dicta regula non est de dandis, ita Ca-
putaq. dict. decis. 175. num. 4. & 5. Vnde remanet fir-
ma conclusio.

Si autem non fuisset præstitus consensus, hoc casu
crederem consensum superuenientem non reualidare
resignationem, quia dictus consensus requiritur forma-
lis, & per consequens à principio debet interuenire Mo-
heda. dict. decis. 85. Hoc tamen interuenire non po-
test, quia non expediuntur literæ sine dicto consensu, vt
supra dictum est, & tota die ita fieri videmus.

XII. Dubitatur si plures reperiantur consensus super
diuersis renunciationibus, † quis attendatur? hæc quæ- 109
stio est decisa per dictam regulam Canc. quadragesi-
mam. de consensu in resignationibus, illis verbis; *Et si
ipsum resignantem, seu cedentem plures super vno, & eo-
dem beneficio, in fauorem diuersarum personarum succes-
siuè consentire contigerit, voluit sanctitas sua, quod pri-
mus consensus teneri debeat, & alij posteriores consensus,
ac literæ illorum prætextu, & sub priori data expeditæ,
pro tempore nullius sint roboris, vel momenti literæ reser-
uationis, vel assignationis motu proprio cuiusuis pensionis
annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri pos-
sint, nisi de consensu illius, qui pensionem persoluere tunc
habebit.*

Idque fundatur in maxima, & euidenti ratione cum
ex primo consensu sit abdicatum omne ius a resignante,
iuxtà communes conclusiones sequitur quòd alij con-
sensus † sunt nullius roboris, & momenti, tanquam da- 110
ti ab eo qui nullum ius habebat, nemo enim potest dare
quod non habet.

XIII. Dubitatur sub qua die ponatur consensus præ-
stitus? Respondetur consensum retrotrahi ad tempus da-
tæ, & si etiam sit præstitus † longo tempore post. Cas- 111
san. dec. 1. & 2. de renunc. Sarn. decis. 20. li. 1. Cres-
cen. dec. 36. li. 1. & decis. 210. eod. li. Caputaq. decis.
506. lib. 1. Io. paul. decis. 38. Mohed. decis. 60. & 189.
Paleot. decis. 72. & ita fuit decisum in vna Zamorem.
parochialis coram Paleot. 13. Maij 1558. teste Caputaq.
decis. 71. lib. 1.

Hinc dicimus, quòd data consensus præstiti non at-
tenditur, licet necessarius sit pro expeditione literarum,
secundum regulam Cancell. cum ex tunc dicatur fieri
resignatio: vnde videmus, quod in † literis dicitur, hodie 112
in manibus nostris resignauit, & ponitur tempus datæ
supplicationis, ita Crescen. decis. 210. in fi. li. 1. in ma-
nuscr.

Secundò infertur, quòd si quis porrexit supplicatio-
nem, quæ fuit signata, & postea fecit aliam resignationé,
si deinde consentit primæ supplicationi signatæ, con-
sensus retrotrahitur † ad diem datæ, & per consequens 113
tenet prima resignatio, vt fuit resolutum in Rot. in cau-
sa Cardinalis Cibo, teste Cassador. dict. decis. 1. de
renunc.

Quæ conclusio de plano procedit, quotiès super se-
cunda resignatione non præstitit consensum, si vero illi
consensit, quamuis consentiat † primæ supplicationi, 114
hic consensus non potest retrotrahi ad primam renun-
ciationem, cum media sint impedita, ita fuit resolu-
tum coram Camillo 25. Octobris 1531. teste Sarnen.
decis. 20. lib. 1.

Et hæc erit prima limitatio ad hanc communem con-
clusionem.

Secundò limita non † retrotrahi consensum ad diem 115
datæ, quoties id esset cum præiudicio iuris tertij. Ita
limitat Put. decis. 268. numer. 3. li. 3. in pulchro casu
quem poteris videre.

XIV. dubitatur, an constito † de consensu resignan- 116
tis teneat resignatio, quamuis consensus sit conditio-
nalis? Respondet Ant. August. decis. 302. lib. 3. affir-
matiuè & hoc ampliat procedere, etiam si non fuit re-
probatus euentus conditionis.

XV. Dubitatur, an derogetur huic regulæ de præ-
standis consensibus? affirmatiuè respondendum est ali-
quando derogari, † vt tradunt Mohedan. decis. 301. To- 117

leran. pensionis, Bursat. cons. 411. num. 16. vers. s. considero. Mandos. in praa. Signat. grat. in titu. derogationes regularum. col. 5. regulæ de præstan.

Primum exemplum, quotiès confertur beneficium
118 absenti, cum † reseruatione pensionis, nam tunc in re-
seruatione pensionis derogatur, Cardin. Paris. consil. 5.
num. 56. & seq. vol. 4. Gig. de pens. quæst. 10. num. 7.
119 & 11. Burs. & Mandos. locis citat. & Papam † posse re-
seruare pensionem absque consensu beneficiati communiter est receptum, & pluriès fuit resolutum in Rota.

120 Secundum exemplum, quotiès resignatur † in fa-
uorem minoris absentis, nam tunc derogatur, & Papa contentatur non esse necessarium consensum minoris, & per consequens resignatio non potest annullari ob non præstitum consensum, vt fuit resolutum in vna Acheront. coram Oradino. 4. Maij 1554. Cardinalis Paleott. decis. 236. incipit Ægidius.

121 Tertium, quando reseruatur pensio † iuxtà con-
cordiam, vt in casu Mohedan. dict. decis. 301. quam vide.

Regulariter autem huic regulæ non derogatur.

Derogatio autem debet esse nominatim, & expressa,
122 quia regulæ † Cancellariæ habent decretum irritans.
Felin. in cap. nonnulli. nume. 7. de rescr. Cassad. decis.
38. num. 11. super reg. Sarn. ibi in procem. regul. iur. 5.
123 quæst. in fin. Clausula enim † quantumuis generalis
non sufficit, Dec. cons. 155. colum. 3. Curr. Iun. cons. 56. num. 3.

124 XVI. Dubitatur, infrà quantum † tempus consensus
debeat extendi? In hoc habemus const. Clem. VII. 19. inc. Sanctissimus D. N. anno 3. publicata, in qua vult vt consensus annotetur per Notarios in libris autenticis Cameræ Apostolicæ, vel Cancellariæ, & vt extendatur infra tres menses in materijs Franciæ, in alijs vero infra 15. dies a die præstationis eorundem consensuum computandos.

Et cum huiusmodi constitutio sit notabilis, placuit tenorem hic inserere, qui est talis.

SAnctissimus in Christo pater & Dominus noster D. Clemens diuina prouidentia Papa VII. prouidè attendens infrascriptas constitutiones felic. re. Iulij II. & Leo. X. Rom. Pontificum prædecessorum suorum fore rationabiles, ac canonicas & iustas, per quas primo Iulius accepto per eum quod tunc Cameræ Apostolicæ Notarij per quandam corruptelam seu abusionem resignationes beneficiorum quæ in Romana Curia in dicta Camera fiebant, ac in ordinariis auctenticis libris annotari, & scribi consueuerant, ne fraus aliqua fieri aut excogitari, sed quando opus esset, semper de veritate doceri posset, vt plurimum in dictis libris prout consuetum erat non scribebant, sed a tergo supplicatioonum annotabant, & postea supplicationes ipsas cum annotatione resignationum huiusmodi a tergo earum partibus restituebant, nulla retenta copia, seu nota, absque eo quòd in protocollis vel libris eiusdem Cameræ scriptæ forent, talesque resignationes per interuallum plurium mensium parte instante absconsæ & secretæ existebant, quo fiebat vt cum in dictis libris dum de resignationum admissionibus huiusmodi tractaretur, veritas reperiri non posset, essetque in potestate partium in fraudem & deceptionem impetrantium ad eorum propositum resignationibus sic à tergo annotatis vti, vel eas celare vt eis magis expedire videretur, huiusmodi fraudibus occurrere volens, eisdem Notariis & eorum cuilibet sub excommunicationis latæ sententiæ pœna mandauerat, vt resignationes dictorum beneficiorum tunc factas & admissas in margine, seu a tergo supplicationum, aut alias aliter quam in dictis libris annotatas, etiam si partibus restitutæ essent, infra terminum octo dierum ex tunc proximè futurorum in libris auctenticis eiusdem Cameræ scripsisse deberent, resignationes vero quas ex tunc in posterum admitti, & fieri contingeret, sub simili pœna infra tres dies computandos a die præstiti consensus super supplicationibus singulis annotari deberent, nec ex tunc de cætero liceret eis in margine supplicationum dictas resignationes scribere vel annotare, nisi prius in libris autenticis annotatæ fuissent, ac ex tunc resignationes aliter factæ nullius momenti fore, nec alicui suffragari debere, beneficiaque aliter resignata quamuis resignantes tunc mortui essent, non per resignationem sed per obitum vacare decreuerat. Et deinde Leo prædecessor præfatus (etiam per eum accepto quòd præfati dictæ Cameræ, ac etiam Cancellariæ Apostolicæ Notarij plura loca seu folia in libris talium resignationum in albo dimittebant, vt postmodum diem qua resignationes à tergo supplicationum annotatæ fuerant scribere possent, & per hoc occasio præbebatur vt alias fraus committeretur, quoniam litigantes vel eorum procuratores qui consensum resignationis seu concessionis post signaturam supplicationis, vigore cuius facienda erat resignatio vel cessio, præstare debebant, consensum per eos huiusmodi cessioni præstandum ad eorum beneplacitum, & iuxta euentum litis in fraudem collitigantium præstare, aut in dictis libris annotari facere differebant, cum consensus super huiusmodi resignationibus seu cessionibus retrotraheretur ad diē datæ supplicationis, & ex die datæ supplicationis cessiones ipsæ factæ censerentur, quo fiebat quòd lites ipsæ fiebant immortales, ac collitigantes & alij impetrantes supplantarentur, cum esset in potestate illorum, in quorum fauorem huiusmodi resignationes seu cessiones fierent, sententias latas retractari, & annullari facere detegendo supplicationes, & cessiones, ac resignationes præcedentes illarum vigore factas) præmissas omnesque alias fraudes quantum potuit extirpare volens, ac resignationes & cessiones sic dolosè extenus factas, & ex tunc in antea faciendas irritans, ac irritas, & inanes decernens, mandatum Iulij prædecessoris huiusmodi Motu proprio approbauerat, & nihilominus dictis Notarijs sub dicta latæ sententiæ pœna mandauerat quod ex tunc de cætero omnes resignationes, & cessiones quas per eos admitti seu coram eis fieri contingeret, infrà tres dies à die præfati consensus computandos super supplicatione cessionis seu resignationis signata in libris præfatis autenticè & legaliter annotare ac solenniter apponere tenerentur omni prorsus exceptione cessante, ita quod, ex tunc de cætero nulli ex eis liceret in margine vel à tergo supplicationis siue procurationum dictas resignationes aut cessiones scribere vel annotare, nisi prius in dictis libris anthenticis annotatæ forent: Et in annotationibus huiusmodis fiendis, voluerat diem datæ supplicationis, cuius vigore talis resignatio vel cessio facianda erat, poni & annotari, & tempus trium dierum prædictorum præfixum à die præstiti consensus computari debere, ac ex tunc resignationes, & cessiones aliter factas nullius roboris vel momenti fore nec alicui suffragari debere, beneficiáque aliter resignata non per resignationem, sed per obitum vt præfertur vacare, sicque iudicari debere, ac irritum si secus contingeret fieri decreuerat. Itemque Leo prædecessor cum postmodum accepisset, quòd nonnulli dictorum mandatorum contemptores tiai fuerant, & nitebantur per vias varias illorum dispositionem cauillari, illa de consensibus duntaxat à tergo supplicationum seu mandatorum procurationum, non autem in aliis locis descriptis vel mente retentis & gestis intelligi debere, aliis vero aliter, & aliter interpretantibus, volens suum, & Iulij prædecessoris mandatum huiusmodi semotis quibusuis cauillationibus effectum sortiri, Motu simili declarauerat, illam ex tunc in antea intelligi debere de omnibus & singulis consensibus in quacunque cessione, & resignatione, ac vnionum dissolutione, ac alia actione pro expeditione literarum Apostolicarum necessarijs, siue à tergo supplicationum & mandatorum procurationum, siue alibi scriptis, aut etiam aliter vigore supplicationum pro tempore signatarum quomodolibet etiam tacitè præstitis vel mente retentis, qui in libris prædictis infrà tempora prædicta res-

pectiuè in posterum non annotarentur, ac voluerat, & decreuerat verbum, Hodiè, quòd in literis resignationum, & concessionum, dissolutionum, vnionum ac alias in quibus consensus requiritur apponi solitum, nullum effectum de cætero operari, nec attendi debere vbi non esset seruata solennitas prædicta annotandi consensum infrà triduum modo & forma prædictis, ac quod consensus in dictis libris vltra tres dies annotati ante illos de quibus ageretur facerent sufficientem probationem de & super eo quod dicti consensus, de quibus ageretur, post tres dies prædictos in dictis libris pro tempore positi fuissent, & essent, nec ad id alterius probationis adminiculum requireretur, nisi contrarium ex aduerso probaretur, & sic per palatij Apostolici causarum Auditores, ac dictæ Cameræ præsidentes, & clericos, ac alios quoscunque Iudices etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales iudicari debere, ac irritum & inane si secus super ijs contingeret attentari. Constitutiones, & mandatum Iulij & Leonis prædecessorum huiusmodi, ad quorum probationem illorum narratiuam prædictam in iudicio & extra illud sufficere voluit, per præsentem suam constitutionem approbauit, & innouauit, sic perpetuo inconcussè & inuiolabiliter pro lege obseruari, & secundum illa de cætero iudicari mandauit, saluo quòd ne quis in futurum de breuitate termini ad annotandum dictos consensus in dictis constitutionibus, & mandatis Iulij, & Leonis prædecessorum appositi conqueri possit, voluit quod in materijs Franciæ pro absentibus a Romana Curia ad consulendum commoditati sollicitatorum, qui nonnunquam in illarum expeditione coguntur partibus rescribere, & responsum ab eis expectare, habeant Notarij ad annotandum consensus de cætero præstandos tres menses, in alijs vero quindecim dies à præstationis eorundem consensuum computandos, consensus autem hactenus præstitos in materijs Franciæ pro absentibus infra duos menses, alij vero infra decem dies post publicationem præsentis constitutionis nostræ præmissæ annotare teneantur, ipsique Notarij qui præsentem constitutionem in aliquo obseruare contempserint, vltra dictam excommunicationis sententiam pro prima vice suspensionis a perceptione emolumentorum officiorum suorum ad tres menses per Datarium pro tempore existentem irremissibiliter exigendorum, & fabricæ Basilicæ Sancti Petri de Vrbe applicandorum, & si secundario deliquerint ipsorum officiorum priuationis pœnas incurrant eo ipso. Insuper mandauit eandem constitutionem in Cancellaria Apostolica publicari, & in illius quinterno ad perpetuam rei memoriam describi, & ex eodem quinterno cuicumque petenti dari, vt in alijs constitutionibus extrauagantibus in ipso quinterno descriptis solitum est obseruari. Decernens irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Lecta & publicata fuit suprascripta constitutio Romæ in Cancell. Apost. anno Incarnationis Dominicæ M.D.XXV. die vero 30. mensis Ianuarij, Pontificatus præfati S. D. N. Papæ Anno III.

Et quia sequens extrauagans ad hoc etiam tendit, ideo eius etiam tenorem hic subijciam, qui est talis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Clemens diuina prouidentia VII. qui dudum postquam felicis rec. Iulius Papa II. eius prædecessor accepto per eum quod tunc Cameræ Apostolicæ Notarij per quondam corruptelam seu abusionem resignationes beneficiorum, quæ in Romana Curia in dicta Camera fiebant.

Omittitur sequens tenor, quia habes in præced. const.

Et cui postmodum innotuit, quòd dicti Notarij consensus prædictos iuxta prædecessorum, & sanctitatis suæ constitutiones & mandata huiusmodi annotare prætermittentes, seu ex aliqua causa nequeuntes, instrumenta resignationum & cessionum de quibus rogati fuerunt tanquam coram eis & testibus factarum partibus indifferenter dant, quorum vigore illis exhibitis literæ Apostolicæ super resignationibus seu cessionibus ipsis illas admitti mandando, aut etiam admittendo, absque eo quòd Notarij prædicti manum à tergo ipsarum literarum apponant tàm per Cancellariam quam per Cameram Apostolicam iuxta illarum stylum expediuntur, ad quod nonnulli Iudices dictæ Curiæ transumpta supplicationum, prouisionum, beneficiorum, & aliarum gratiarum per sanctitatem suam & in eius præsentia signatarum & registratarum, ac etiam earundem supplicationum prætextu literas & mandata de adipiscenda possessione beneficiorum in illis expressorum, antequam literæ Apostolicæ desuper expeditæ fuerint, expediant & concedant, ex quo plura inconuenientia subsequuntur & diuersæ querelæ ad aures sanctitatis suæ proferuntur, volens etiam huiusmodi abusibus & inconuenientibus, congruis remedijs obuiare, tam Cancellariæ & Cameræ prædictarum, quam alijs quibuscunque Notarijs publicis sub pœnis supra dictis mandauit, ne de cætero instrumenta resignationum, seu cessionem beneficiorum in dicta Curia etiam sine supplicatione pro tempore factarum, seu præstiturum in illis consensuum tradere, nec non tàm per Cancellariam, quam per Cameras prædictas expediendarum, præsidentibus, ne prætextu dictorum instrumentorum literas Apostolicas super resignationibus & cessionibus prædictis cum mandato eas admittendis, constito quod illæ coram Notario, & testibus in dicta Curia factæ fuerunt, vel etiam cum earum admissione dicendo quòd de illis per publica documenta extitit legitimè facta fides, expedire, nec non quibusuis iudicibus dictæ Curiæ quauis ordinaria vel delegata auctoritate fungentibus, & quocunque nomine nuncupatis sub eisdem pœnis ne transumpta supplicationum Apostolicarum, & literas seu mandata illarum vigore possessionem beneficiorum Ecclesiasticorum apprehendendi, dare, & concedere quomodolibet præsumat, decernens irritum &c. Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancell. Apost. Anno. Incarnationis Dominicæ M.D.XXX. die 22. mensis Septembris Pont. S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ VII. Anno Septimo.

Et quia poterat dubitari à quo tempore incipiat currere terminus præfixus, ideo idem Clemens VII. fecit aliam constitutionem in ordine 45. incipit, Sanctissimus anno vndecimo publicata, quòd currat † à die missæ, & de cætero Datarius debeat annotare in calce supplicationis diem missæ, cuius tenorem ponam in gratiam studiosorum, qui est talis.

Sanctissimus in Christo pater & D. N. D. Clemens diuina prouidentia Papa VII. Constitutionem suam de consensibus in Cancellaria, vel Camera Apostolica ex tunc de cætero præstandis quoad materias Franciæ infra tres menses, in alijs vero infra quindecim dies à die extensionis eorundem consensuum computandos in libris solitis & autenticis annotandos, ad obuiandum fraudibus, quæ in retardatione annotationis consensuum huiusmodi committebantur, nuper editam declarando, voluit quòd dicta tempora non à die extensionis consensuum in dictis libris, cum ipsa constitutio sic nihil operaretur, nec per eam dictis fraudibus in aliquo obuiaretur, sed à die præstationis eorundem consensuum intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præstantur consensus super supplicationibus nondum ad registrum missis, sed adhuc penès Datarium suum existentibus, & Notarij non possunt tales consensus in dictis libris annotare, nisi videant huiusmodi supplicationes registratas seu expeditas, & sæpe labantur ea tempora antequam dictæ supplicationes ad registrum mittantur seu expediantur, Voluit & declarauit quòd tunc & eo casu dicta tempora à die quo

Datarius huiusmodi supplicationes ad registrum vel summissam miserit, computati debeant, diem autem missionis huiusmodi de cætero annotabit. Datarius pro tempore in calce supplicationum consensum aliquem requirentium per hæc verba, videlicet. Missa die tali. N. Datarius, quæ verba voluit ad plenam probationem missionis prædictæ sufficere. Præterea voluit quòd Notarij de talibus consensibus rogati in annotatione illarum in dictis libris facienda teneantur de die missionis huiusmodi, sicut de data supplicationum, expressam mentionem facere, vt die præstationis consensuum, & die missionis supplicationum huiusmodi simul iunctix ex illorum inspectione euidenter appateant ipsi consensus infra tempora prædicta in dictis libris annotati, & Notarij requisiti de cætero ad ponendum aliquos consensus in libris prædictis, si ex inspectione dierum præstationis consensuum, ac missionis supplicationum viderint dicta tempora ad annotandum consensus, vt præfertur, præfixa esse lapsa, consensus tales in dictis libris annotare nullatenus præsumant sub pœnis in dicta priori constitutione contentis. Et nihilominus annotatio de illis sic extra tempora prædicta pro tempore facta, ipsique consensus sic annotati viribus omnino careant, nulliusque sint roboris vel momenti. Narratiua quoque per verbum, Hodie, vel Nuper, in literis Apostolicis super materijs ad quarum expeditionem consensus aliquis requiritur pro tempore expeditis posita, contra præmissa minimè attendi debeat nec aliquem effectum operetur. Insuper intelligens Sanctitas sua in profectione sua versus Massiliam, & durante sanctitatis suæ ab Vrbe absentia, ac per aliquos dies ante, & postquam plures consensus fuisse præstitos, qui propter varia impedimenta infrà dicta tempora iuxta dictam constitutionem in libris prædictis annotari non potuerunt. Ad consulendum indemnitati partium, dat & concedit Notarijs Cancellariæ & Cameræ prædictis licentiam, & facultatem quòd omnes consensus à die recessus Sanctitatis suæ ab Vrbe versus Massiliam vsque ad eius in Vrbem felicem reditum, videlicet à die nona Septembris vsque ad diem decimam Decembrix Anni M. D. XXXIII. ac per quindecim dies ante recessum, & alios quindecim dies post reditum huiusmodi præstiti in libris prædictis pro absentibus infrà tres menses, & pro præsentibus infra quindecim diex à die publicationis præsentis constitutionis computandos, annotare possint & valeant. Nec non consensus huiusmodi sic annotandos, ac etiam de mandato Sanctitatis suæ, vel Datarij sui iam annotatos in omnibus valere & validos esse perinde ac si infrà tempora dictæ ptioris constitutionis in eisdem libris annotati fuissent. Decernens sic per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes in quibusuis caussis motis & mouendis & etiam per appellationem adhuc pendentibus interpretari, ac iudicari debere. Ac irritum &c. si secus fiat. Constitutione prædicta cum pœnis in ea in dictis aliàs in suo robore permanentibus. Lecta & publicata fuit die martis 14. Aprilis 1534. P. S. D. N. anno vndecimo.

Et hæc constitutio, siue regula, vt consensus debeat extendi infra 15. dies à die missæ est recepta in Rota, vt per Oradin. in vna Barchinonen. Canonicatus de anno 1586. incip. stantibus. lib. 2. in manuscr. & tradit Cort. decis. 16. & ideo in vna Ispalen præstimonij de
126 Construcia fuit resolutum coram Ptolomæo in resignatione facta de anno 1520. non † potuisse præstari consensum anno 1530. propter hanc regulam de extenden. consensibus. Teste eodem Ptolemæo decis. 37. & in his etiam terminis fuit resolutum in Rota in vna Veronen. sancti zenonis veneris 10. Decembris 1575. coram Illustrissimo D. Aldobrandino, quæ decisio habetur 1. part. decisio. 247. in impressis Venetijs, ex qua satis colligitur hanc constitutionem Clementis in vsu esse.

Ft huiusmndi regula de extenden. consensibus, infrà
127 15. dies procedit † in Camera & Cancellaria, Mohedan. decis. Incip. eadem parochiali. tit. de renunc. & expressè in d. constitutione dicitur.

Circa has constitutiones occurrunt aliqua dubia de necessitate exemplificanda. Primum dubium, qua ratione sit edita dicta constitutio 19. Clementis VII. communis resolutio est, esse editam ad † obuiandum frau- 128
dibus, namque Cameræ Apostolicæ Notarij per quandam corruptelam, & abusionem, resignationes beneficiorum, quæ in dicta Camera fiebant non annotabant in libris Cameræ, prout alias erat consuetum, sed annotabant à tergo supplicationum, quas dabant partibus, & partes illas tenebant secretè, vnde erat in partium voluntate velle vti resignationibus &c. vt colligitur ex prooemio ipsius constitutionis, † quod osten- 129
dit causam finalem, & tradit Bursat. cons. 393. num. 20. ver. accedat. colum. 4. vbi inquit id factum ob fraudes, & machinationes per resignantes excogitatas, & nedum differtur extensio, & præstatio consensus, sed status beneficiorũ in incerto positus sit, quod vt plurimum contingebat, quia in arbitrio resignantis erat velle cessionem à se factam vel per procuratorem cum paruo consensu probare & ad perfectionem deducere, aut potius improbare, & pœnitere, & emanasse ad obuiandum fraudibus scribunt Ptolem. decis. 37. Caputaquen. decis. 211. lib. 1.

Quamuis aliàs Rota dixerit constitutionem † pœna- 139
lem esse restringendam, vt per Crescent. decis. 209. lib. 1. in manuscr.

Secundum. dubium, An dicta constitutio Clementis VII. quæ emanauit. vt consensus extendatur infrà 15. dies. sit perpetua vel expirauerit per mortem.

Quòd expirauerit per mortem adducitur, quia dicta constitutio allegatur pro regula Cancellariæ, ita eam citat Bursat, dict. cons. 393. sub numer. 20. sed regulæ Cancellariæ † expirant morte summi Pontificis Condi- 131
toris, vt est communis opinio, de qua per Sarn. in procem. regul. Cancel. q. 2. num. 14. ergo, &c.

Hoc tamen non obstante, contraria opinio est verior, vt dicta † constitutio non expirauerit per mortem ip- 132
sius Clementis VII. sed sit perpetua quemadmodum & aliæ extrauagantes, vt in facti contingentia fuit resolutum per Rotam in vna Vrbeuetan. Monasterij 15. Nouembris 1560. coram Caputaq. teste eod. decis. 225. lib. 1. in manuscr. Et ratio est quia † constitutio est per- 133
petua, cum dicatur lex generalis, prout tradunt communiter DD. in Rub. extr. de constit. & est tex. in cap. constitutio. in 2. dist. Sarn. in procem. reg. q. 2. num. 9. & colligitur expressè ex dicta constitutione.

Non obstant in contrarium allegata, namque respondetur nihil referre ita allegari, sufficit autem in essentia esse constitutionem, & habere vim legis, effectus enim magis attendi debet † quàm sonus verborum, & 134
maximè particularium DD. Crauett. cons. 301. num. 3. cons. 305. num. 2. Fed. de Sen. cons. 72. Bal. in l. eotem. §. qui maximos. ff. de public.

Tertium dubium. An ligentur ignorantes, responde ligari, vt scriptum † reliquit Caputaque. dec. 191. lib. 1. 135
in manuscr.

Et ratio est quia haber decretum irritans, quod ex communi opinione, absque dubio † ligat ignorantes, vt 136
volunt Ant. de Butr. Imol. Felyn. & alij communiter in cap. 2. de constit. Sarn. in procem. regul. Cancell. quæst. 2. num. 14.

Quartum dubium, cur in resignationibus venientibus ex partibus Franciæ † assignetur maius tempus? ra- 137
tio ponitur in eadem constit. 19. §. voluit, ibi, *Voluit quòd in materijs Franciæ pro absentibus à Romano Curia, ad consulendum commoditati sollicitatorum, qui nonnunquam in illorum expeditione coguntur partibus rescribere, & dare responsum, &c.*

Et etiam in materia publicationis maius tempus assignatur in beneficijs existentibus vltra montes, vt patet in constitutione Gregorij XIII. de public.

Quintum dubium, de quo consensu intelligatur huiusmodi constitutio? vera † responsio est, intelligen- 138
dam de consensu qui præstatur in Camera, vel Cancel-

Digitized by Google

laria pro expeditione literarum, nou autem de consen-
su perficiente resignationem, ita Mohedan. decis.60.in-
cip. In eadem Parochiali,tit.de renunc.vbi dicit die 16.
Martij 1539. in vna Toletan. Parochiali fuisse resolu-
tum per omnes, duobus exceptis, quod consensus indu-
ctus ex porrectione,supplicationis confirmationis indu-
cat consensum formalem resignationi, dans valorem
gratiæ. Vnde in tali consensu non habet locum dicta
constitutio, siue regula, nam per porrectionem suppli-
cationis confirmationis gratiæ per dominum, vel per
procuratorem inducitur consensus formalis dans valo-
rem gratiæ, Cassad. decis. 1. de renunc. & ita attestatur
practicari Mohedan. dict. decis. 60. quia quandocum-
que interueniat consensus sufficit ad not.per Bar.& Ias.
in l. si quis mihi bona. §. iussum ff. de acquiren. hæred.
praxis enim est vulgaris in Curia, vt signata supplica-
tione, & præstito consensu in Cancellaria, vel Camera
si adest in supplicatione aliquis defectus fit reformatio
ad primam supplicationem, vel noua prouisio tollens
defectum, & pro expeditione sufficit primus consensus
non obstante hac regula de extenden. quæ loquitur de
consensibus qui præstantur in Camera vel Cancellaria
pro expeditione literarum, non de consensu perficiente
resignationem, nam cum consensus pro expeditione sit
præstitus, iterum non est præstandus, vt quid non neces-
sarium, & superfluum fiat.

Sextum dubium, si dictus consensus reperiatur exten-
140 sus in broliardo, an sufficiat? communis responsio † est
negatiua, idque seruatur in praxi. Et ratio est, quia di-
cta constitutio requirit, vt extendatur in libris authen-
ticis Cameræ, vt patet ex principio, vnde, &c, & hanc
opinionem tenet Put. relatus ab Ant. August. in suo re-
pert. circa hanc regulam hoc enim casu cessant verba
constitutionis, & habet locum ratio fraudis. Ideo,&c.
& ad hoc vide decis. 247. part. 1. in impressis Venetijs
hoc anno.

Septimum dubium. An dicta constitutio de exten-
den. consensibus habeat locum in resignatione cum
clausula & non aliter nec alio modo, &c. & sic in con-
141 ditionali? affirmatiuè respondendum † proùt resoluit
Rota in vna Ispaleo. præstimonij coram Ptolemæo de
anno 1538. vt ipse attestatur decis. 35.& testantur etiam
Aragon. decis. 43.& Ant. Augustin. suo repert. manus-
cr. vbi quidam Garsias resignauit præstimonium in fa-
uorem sui nepotis reseruatis fructibus, consensum au-
tem non præstitit resignationi infra 15. dies sed post,
dubitabatur, an consensus esset validus in tali resigna-
tione conditionali præstitus post 15. dies; fuit resolu-
tum, esse nullum. Idque deducitur tum ex verbis con-
142 stitutionis, quæ loquitur † de resignatione in genere,
Bald. in l. in fraudem.ff. de testam. milit. & cons. 205.
lib. 1. Crauett. cons. 91. n. 4.& cons. 133. n. 5. tum, ex
ratione fraudis consideratæ in dicta constitutione, quæ
143 vendicat sibi locum, † etiam hoc casu, vnde etiam de
ea videtur constitutio loqui. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l.
hit solis. C. de reuocan. don.

Octauum dubium, An dicta constitutio de extenden.
consensibus habeat locum in consensu præstando per
resignatarium in resignatione conditionali? responden-
144 dum est negatiuè, † & ita reperio fuisse decisum in vna
Parmen. Prioratus 20. Februarij 1553. teste Caputaq.
decis. 191. libr. 1. in manuscr. Quia ratio fraudis, in
constitutione considerata cessat in consensu resignata-
rij; vnde debet cessare dispositio cap. cum cessante. de
appel. & hanc opinionem tenet Aragon. decis. 43. in
145 manuscr. vbi inquit quòd † consensus resignatarij
quandocumque præbeatur extenditur infra 15. dies.

Nonum dubium, An hæc regula de extenden. con-
sensibus habeat locum in consensibus, qui præstantur
per Cardinales, in prouisione beneficiorum vacantium
per obitum suorum familiarium iuxtà regulam Can-
cellariæ?

Pro affirmatiua adducitur, quia quotiès agitur de
146 obuianda fraude † comprehenduntur Cardinales, com-
munis opinio, de qua per Sarn. in procem. reg. Cancell.
quæst. 3. numer. 6. vbi dicit hoc pluties resolutum in
Rota, sed dicta constitutio emanauit ad obuiandum
fraudibus, vt iam dictum est in prima quæstione, er-
go, &c.

In contrarium tamen † se habet veritas, vt non ha- 147
beat locum in consensibus qui præstantur per Cardina-
les in prouisione beneficiorum vacantium per obitum
familiarum, & hanc opinionem in factu contingentia
tenuit Rot. in vna Segobien. Archipresbyteratus co-
ram Domino Ant. August. 29. Aprilis 1551. teste Ca-
putaquen. decis. 211. libr. 1. in manuscr. & decis. 28.
par. 3. in impress. & probatur, quia dicta constitutio lo-
quitur de consensu præstando in resignationibus, vt
patet ibi. Sed hic consensus non præstatur in resigna-
tionibus, vnde cum cessent verba, cessat pariter † dis- 148
positio. l. 4. §. toties. ff. de damno infect. Non obstat
argumentum in contrarium adductum, quia conclude-
ret, si tractaretur an Cardinales comprehendantur in
dicta constitutione de extenden. consensibus, & † qui- 149
dem ex ratione allegata est respondendum affirmatiuè,
at hic non tractatur de consensu, in quo consideratur
fraus dictæ constitutionis, ideo sumus † in diuersis, ex 150
quibus non infertur. l. Papinianus. ff. de minor. & sic
cum verba constitutionis non se extendant in præsenti
casu, sumus in dispositione iuris communis.

Decimum dubium, si consensus non fuit intra tem-
pus 15. dierum præstitus, an possit denuò præstari su-
per eadem supplicatione signata? Videtur quòd non,
primo ex verbis dictæ constitutionis 19. Clement. VII.
de extenden. consensibus, ibi. *Ac ex tunc resignationes
aliter facta nullius momenti fore, nec alicui suffragari
debere, beneficiaque aliter resignata quamuis resignantes
tunc mortui essent, non per resignationem sed per obitum
vacare &c.* si ergo nulla est resignatio, ita super ea-
dem supplicatione consensus extendi denuò non pote-
rit, tanquam super † actu nullo. argu. l. 4. §. condem- 151
natum ff. de re iudic.

Hodie tamen non obstante † contrariam opinionem 152
tenuit Rota in vna Placenti. Archidiaconatus de ta-
xillo coram Crescentio teste eodem decis. 206. libr. 1.
in manuscr. aliàs 209. nam interpretata est Rota dictam
regulam quòd annullet resignationes, id est consensus
præstitos, ita vt amplius ille consensus extendi non
possit: non autem annullat supplicationes signatas, su-
per quibus fuerunt præstiti consensus inualidi. Sequitur
Ant. August. decis. 530. libr. 3. Et per consequens an-
nullato primo consensu, quia non fuit præstitus in tem-
pore potest nouus præstari super eadem supplicatione
signata. Crescent. dict. decis. vel impetrari a Papa li-
centia extendendi antiquum, aut declarandi esse benè
extensum, Ant. Aug. dict. decis. 530. lib. 1.

Accedit, quia dicta constitutio est pœnalis, vnde
erit intelligenda magis strictè, quam possibile sit, vt
tradit Crescent. loc. cit.

Vndecimum dubium, An regula de extenden. con-
sensibus, dum vult, quòd in illorum annotatione †
ponatur data, aliàs resignationes factæ sint nullæ, ser- 153
uetur? In Rota fuit hic casus propositus,& die 22. Maij
1533. in vna Placentin. Archidiaconatus de Taxillo
fuit resolutum, quòd in hac parte, de data in Camera,
vel Cancellaria nunquam dicta regula fuit vsu recepta,
& per consequens quod eius omissio non vitiat, quoties
apparet de consensu, & non de data, teste Arago. de-
cis. 1. Placentin. vbi de vtroque fidem facit, lex enim
non † ligat, nisi fuerit usu recepta, no. in cap. 1. de
treug. & pac. vbi Felin. Idem Felin. in cap. Pastoralis. 154
de fid. instrum. Socin. in l. si filius eius. numer. 7. ff. de
lib. & posthum. Deci. cons. 469. nume. 8. Card. Paris.
cons. 104. num. 69. vol. 1. & cons. 105. num. 8. vol 4.
Cephal. cons. 136. num. 8. lib. 1. Ruio. Cons. 13. num.
27. libr. 2. Vnde non obstat decretum irritans ibi posi-
tum quia habet tacitam conditionem si accipiatur, vt
ex prædictis colligitur.

Declara, vt non fuerit recepta huiusmodi regula in
Camera, & Cancellaria pro præsentibus, secus tamen

Digitized by Google

quando præstatur pro absentibus, quia tunc posset seruari regula. Aragon. dict. decis. 1. in manus. qui etiam dicit quod in Camera non præstatur consensus per procuratorem nomine absentis.

Duodecimum dubium, An habeat locum in consen-
155 sibus Cardinalium qui a Notarijs † admittuntur? Respondeo affirmatiue, vt colligitur ex verbis constitutionis, & est ex mente Rotæ, vt in ea fuit dictum Venetis 18. Martij. 1575. in vna Veronen. Monasterij Sancti Zenonis coram Aldobrandino, vt patet decis. 215. par. 1. in impress. Venetijs. Et ratio est quia Cardinales possent, si vellent, occultare schedulam, vel dare eam alicui Notario, qui non esset Notarius Cameræ, vel Cancellariæ, qui Notarius posset eam occultare, & postea quando sibi videretur eam porrigere Notario Cameræ, vel Cancellariæ, qui consensum prædictum extenderet.

Decimum tertium dubium, An huiusmodi constitu-
156 tio habeat locum in cessione † litis? Fuit hoc dubium disputatum, & decisum in Rota de anno. 1575. in d. Veronen. vide decis. alleg. 215. par. 1.

Lib. 8. quæst. 8. num. 2. Ibi, Cum non possit capi possessio, & minus fructus, sine literis.

REbuffus tamen nedùm in praxi beneficiaria, tit. de rescripto, etiam si perindè valere. num. 50. Sed etiam in Concordat. tit. de Annatis, Possessionem beneficij ex simplici signatura assequi, posse notat. Quod, si verum sit, credimus locum sibi tantummodò vendicare in patria consuetudinaria, non autem in patria scripti iuris. In ista enim, præter signaturam (si ipsa in forma dignum concessa extiterit) ordinarij, vel alterius executoris Apostolici eandem fulminantis, seu executioni demandantis: Si verò in forma gratiosa expedita fuerit, Regijs, (prout iam à nobis suprà 5 lib. 1. qu. 5. n. 30. annotatum est) opus esse literis, ipsa praxis satis ostendit. Vide Georgium Louetum, supremæ Parisiensis Curiæ quondam Senatorem dignissimum, in suis memorialibus seu recollectionibus. pag. 519. & pag. 523. in impressis Parisijs de Anno. 1609. Nec abs re fuerit, si quod à Paponio in prologo secundi Tomi trium Notariorum traditur, nos huc adduxerimus. Iuris nempè scripti vsum a Pago Sancti Martini Castimorandi, versus Septentrionem (qui consuetudinarius est) initium sumere se ad Meridiem, Australemue Regionem (quæ iuris est scripti) versus crucem ibi proximam, in aduentu Ducatus Borbonij (qui illic à Comitatu Forensi Distinguitur) vergere.

Eadem quæst. num. 14. Ibi, Nulliter consentit. Iunctis numeris. 33. 34. & 52.

EX eo infertur, de forma consensus esse vt ipse in Camera vel in Cancellaria presteiur, & non alibi. Quod in non Consistorialibus obtinet: non autem in Consistorialibus. In istis enim, consensus nec per resignantem, nec per eius Procuratorem præstatur. Etenim per Illustrissimum Cardinalem proponentem, & in ipso Consistorio fit simpliciter resignatio, eique statur. Vt iam suprà, ab ipso Parisio lib. 3. q. 18. n. 84. relatum est.

Eadem quæst. numer. 30. Ibi, Namque requiritur expressus.

QVI & formalis alibi dicitur, qui scilicet in publicam formam & instrumentum Authenticum reducitur vt infrà patebit.

Eadem quæst. num. 43. Ibi, Hunc esse formalem consensum.

QVi scilicet expressè præstitus, & extensus est à Notario, tàm pro perfectione resignationis, quàm pro expeditione literarum, seu Bullarum Apostolicarum.

Eadem quæst. num. 64. in fine Ibi, Pro expeditione sufficit primus consensus.

EX his patet vera esse ea, quæ nos aliàs lib. 4. q. 8. numer. 19. tradidimus. Et quod hic de practica dicitur, eisdem ferè verbis videbis repetitum infrà, num. 138.

Eadem quæst. nu. 91. Ibi, Post consensum præstitum in prima.

NAm quousque præstitus sit consensus, non dicitur perfecta resignatio: Neque enim dicitur perfectum, cui aliquid superest addendum: est autem consensus de essentia resignationis, Ita vt illo deficiente, hæc subsistere nequeat.

Eadem quæst. num. 110. Ibi, Alij consensus sunt nullius roboris & momenti.

VNde deciditur, quòd si quis, duabus, aut pluribus à se factis cuiusdam Ecclesiastici beneficij resignationibus, post sex menses in sic resignati benefici possessione decesserit, tempus resignatario, ad huiusmodi resignationem, (Iuxta regulam Cancellariæ Apostolicæ, de publicandis resignationibus.) publicandam statutum, à die prioris resignationis, cui validè præstitus fuerit consensus) computari debet, Teste Gomesio super dicta regula. q. 18.

Eadem quæst. numer. 113. Ibi, Et tenet priùs resignatio.

COnsensus igitur est, qui dat esse resignationi, sicut forma est, quæ dat esse rei. l. stipulatio, §. opus. ff. de noui oper. nunciat. l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhibend.

Eadem quæst. num. 118. Ibi, Nam tunc in reseruatione pensionis derogatur.

QVomodò istud sit intelligendum, paucis elucidauimus suprà, lib. 6. quæst. 1. num. 131. Non est ergò cur super eo, hic diutiùs immoremur.

Eadem quæst. num. 121. Versic. Derogatio autem debet esse nominatim & expressa.

SOlet etiam sic concipi in signatura, & cum derogatione regulæ de præstando consensu in pensionibus, attento quòd dictus N. (puta resignatarius est absens, & orator (nempe reseruatarius) qui pacificè possidet, aliter resignare non intendit.

quæst. 8. num. 96. Si antequam resignatarius consentiat Resignans mortuus fuerit, beneficium vacat per obitum.

¶ NIsi me retraheret auctoritas Rotæ crederem contrarium: certum est enim procuratorem, qui viuo resignante supplicationem porrexit (quæ signata fuit & datata) posse etiam post mortem eiusdem Resignantis validè consentire, iuxta communem doctorum sententiam, quam testatur & sequitur flamin. inf. lib. 9 q. 12 num. 14. vbi refert constitutionem à Leone decimo super hoc editam iuri communi omninò conformem; de iure enim procurator post mortem Domini potest consummare per ipsum procuratorem cœpta, non autem noua inchoare, l. nam & seruius §. Si viuo titio. ff. de negot. gest. nec satis video cur procurator, qui alieno nomine consentit, id facere possit post mortem constituentis; resignatarius autem pensioni resignanti reseruatæ consentire non possit

Digitized by Google

Post mortem ipsius resignantis; quandoquidem sicut non potest mortuo reseruari pensio, ita nec potest mortuus resignationi consentire; Sed quemadmodum procurator post mortem Domini rectè consentit quia non tam iam primum consentit quam inantea consensisse declarat & sic nihil de nouo dat, l. hæredes palam. §. quid post ff. de testam. l. adeò §. cum quis. ff. de acquirend. rer. Domin. ita resignataeius qui in vita resignantis vel in ipso procuratorio acceptauit & supplicauit pro collatione ex resignatione conditionali huiusmodi atque ideo satis conditioni id est reseruationi consensit, mortuo postmodum resignante videtur posse similiter consensum suum declarare, maximè cum de stylo consensus hic datetur de data signaturæ resignationis decessum resignantis, vt supponitur, antecedente.

QVÆSTIO IX.

Qua forma facienda sit renunciatio coram Ordinarijs.

SVMMARIVM.

1 *Forma renunciationis coram Ordinarijs.*
2 *Nomen Episcopi exprimitur in receptione resignationis.*
3 *Episcopi proprium tantum nomen solent exprimere.*
4 *Cardinalis de Camerino laudatur.*
5 *Renunciatio debet fieri coram proprio superiore.*
6 *Nomen & cognomen resignantis cur exprimendum.*
7 *De renunciatione debet specificè apparere.*
8 *In renunciatione requiritur causa.*
9 *Cum renunciatione beneficij renunciantur iura & pertinentia.*
10 *In manibus Ordinarij resignatio debet fieri liberè.*
11 *Renunciaria non debet esse meticulosa.*
12 *In renunciatione non debet adesse dolus & vis.*
13 *Ius abdicatur à resignante per admissionem renunciationis.*
14 *Beneficium dicitur vacare post admissionem.*
15 *Post admissam renunciationem resignans non potest amplius pœnitere.*
16 *Ordinarius non potest quemquam beneficio priuare sine causa.*
17 *In renunciatione requiritur iuramentum quod non interuenerit dolus & fraus.*
18 *In instrumento requiritur annus & dies.*
19 *De admissione resignationis extra Curiam quare fiat Instrumentum.*
20 *Forma renunciationis coram Ordinario per procuratorem.*
21 *Procurator debet esse certus.*
22 *Ordinarij possunt conferre beneficia resignata coram eis, si habent hanc facultatem.*
23 *Ordinarij collatores qui sint.*
24 *Legati à latere possunt beneficia conferre.*
25 *Episcopi possunt conferre beneficia vacantia in suis diœcesibus.*
26 *Abbates possunt conferre.*
27 *Appellatione Ordinarij in materia collationis, venit inferior Episcopo.*
28 *Ordinarij debent conferre beneficia sine pacto.*
29 *Collatio facta ab Ordinario cum pacto est simoniaca.*
30 *Modus æquipollet conditioni.*
31 *Collatio non debet fieri metu.*
32 *Collatio debet fieri de beneficio vacante.*
33 *Collatio debet fieri palam, alioquin esset suspecta.*
34 *In collatione requiruntur testes, vel Notarij.*
35 *Literis Episcopi conferentis non creditur sine testibus.*
36 *Electiones clandestinæ reprobantur.*
37 *Ordinarij debent conferre personis idoneis.*
38 *Idoneus ad beneficia qui.*
39 *Prælati conferentes beneficia indignis peccant.*
40 *Hodie quomodo peruenietur ad beneficia.*
41 *Beneficia debent conferri intra tempus præfixum in iure.*
42 *Beneficia nisi conferantur intrà tempus, fit deuolutio ad proximè superiorem.*
43 *Prælato negligente fit deuolutio.*
44 *Collatio facta de beneficio resignato per Nuntium est nulla ante præstitum consensum per procuratorem.*
45 *Inferiores Papa non possunt prouidere conditionaliter.*
46 *Forma collationis Ordinarij de beneficio simplici.*
47 *Collationis factæ per Ordinarium, quinque sunt partes.*
48 *In collatione requiritur nomen Episcopi.*
49 *In collatione exprimitur causa collationis.*
50 *Ordinarij exprimunt modum quo vacat beneficium.*
51 *In collatione beneficij vacantis per resignationem exprimitur is, per quem vacat.*
52 *In collatione ordinarij exprimitur qualitas beneficij.*
53 *In collatione beneficij exprimitur nomen Sancti.*
54 *In collatione exprimitur Ecclesia vbi sita est Capella.*
55 *Possessio non potest capi propria auctoritate.*
56 *Possessio non transfertur per collationem.*
57 *Archidiaconus de iure dat possessionem.*
58 *Possessio hodie traditur per alios quam per Archidiaconos.*
59 *In collatione apponitur data.*
60 *Testes adhibentur ad minus duo, in collatione.*
61 *Episcopo soli non creditur de collatione.*
62 *Ordinarius non potest in collatione apponere clausulam, non obstan.*
63 *Inferior non derogat iuri superioris.*
64 *Ordinarius potest vti decreto irritanti.*
65 *Decretum irritans positum per Ordinarium in collatione non ligat ignorantes.*
66 *Papa solus ligat ignorantes.*
67 *In collatione Ordinarij est necesse exprimere beneficia, quæ obtinet ille cui confertur.*
68 *In collatione Ordinarij non exprimitur valor beneficij.*
69 *In collatione Ordinarij non est necesse exprimere possessionem coloratam ulterius.*
70 *In collatione Ordinarij, de necessitate non narratur si beneficium habet dignitatem, vel iurisdictionem.*
71 *In collatione Ordinarij non requiritur expressio eorum, quæ illi verisimiliter nota sunt, vel esse possunt.*
72 *Ordinarius præsumitur diligenter visitare suam diœcesim.*
73 *Ordinarius videtur conferre motu proprio, Papa ad supplicationem.*
74 *In collatione Papæ facta motu proprio non consideratur subreptio.*
75 *Valor exprimitur in collatione, Papæ de stylo.*
76 *In collatione Ordinarij non requiritur vt exprimatur dignitas, quam habet ille cui confertur.*
77 *In beneficio curato resignato Episcopus debet seruare formam Concilij Tridentini.*
78 *Ecclesiæ curatæ debent committi personis dignis.*
79 *Collationes parochialium non sunt conferendæ, non seruata forma Concilij Tridentini.*
80 *Noua prouisio potest expediri cum confertur parochialis, non seruata forma Concilij Tridentini.*
81 *In collatione beneficij curati vacantis per resignationem, fit concursus.*
82 *Edictum pro concursu vbi ponatur.*
83 *Concursus est faciendus, etiam si Episcopus vellet digno conferre.*
84 *Forma non potest omitti.*
85 *Episcopus non potest remittere concursum.*

Digitized by Google

86 *Concursus examen requiritur pro forma, in collatione Curati beneficij eo namque non adhibito annullatur facta collatio.*
87 *Episcopus non potest conferre parochialem Vicario, omisso concursu.*
88 *Episcopus non potest conferre parochialem literatis & constitutis in dignitate, omissa forma examinis per concursum.*
89 *Ordinarius non potest conferre parochialem famosissimo doctori, omissa forma examinis per concursum.*
90 *Felinus vocatus ad Auditoratum Rotæ, fuit examinatus.*
91 *Doctoratus non suffragatur in concursu.*
92 *Habentes testimonium ab Episcopis esse idoneos pro administrandis parochijs, sunt denuo examinandi per concursum.*
93 *Examen per concursum non requiritur in cura animarum, quæ in Ecclesia collegiata exercetur per aliquos Canonicos.*
94 *Dispositio in parochiali non habet locum in Collegiata Curata.*
95 *In prouisionibus ex causa permutationis, non requiritur Concursus.*
96 *Examen per concursum, non potest fieri ab alio quàm ab Episcopo.*
97 *Abbas non potest examen per concursum facere.*
98 *Abbas qui potest Synodum celebrare potest examen per concursum facere.*
99 *Archidiaconus habens ius conferendi, non potest examen per concursum facere.*
100 *Capitulum non potest examen per concursum facere.*
101 *Prouisio benefic. vacantium non seruata forma Conc. Trid. circa formam examinis per concursum, spectat ad Sedem Apostolicam.*
102 *Si collatio spectat ad Episcopum in aliena diœcesi, examen per concursum fiet per Episcopum, vbi est beneficium.*
103 *In beneficijs vacantibus in mensibus Papæ, Ordinarius ponit concursum, & mittit approbationem Romæ.*
104 *Appellatio datur à mala electione, quam fecit Episcopus examinatoribus discordibus in examine per concursum.*
105 *Examen per concursum, potest fieri coram Vicario.*
106 *Episcopus in examine per concursum potest accedere, vbi vota sunt paria vel singularia.*
107 *Tempus quatuor mensium currit Episcopis, à die habitæ notitiæ vacationis.*
108 *Formula edicti examinis per concursum.*
109 *Forma collationis de beneficio parochiali.*
110 *In prouisione parochialis hodiè apponitur: fuit examinatus & repertus idoneus.*
111 *In beneficijs iurispatronatus non fit examen per concursum.*
112 *Rector iurat esse obedientem Episcopo.*
113 *Rector iurat, quòd faciet seruare mandata Episcopi.*
114 *Rector promittit seruire Ecclesiæ.*
115 *Rector promittit se non transferre ad aliam Ecclesiam sine licentia Episcopi.*
116 *Rector promittit libertatem Ecclesiæ conseruare.*
117 *Rector promittit non alienare res Ecclesiæ.*
118 *Rector iurat non commisisse illicitum, pro adipiscenda Ecclesia.*
119 *Rector promittit ordines suo tempore suscepturum.*
120 *Clausula* saluo nostro, &c. *quid importet.*
121 *Parochi debent facere professionem fidei.*
122 *Triennalis possessio non prodest ei, qui non emisit professionem fidei.*
123 *Possessio longissima non prodest ei, qui non emisit professionem fidei.*
124 *Fructus non residentium applicantur pauperibus.*
125 *Forma collationis parochialis vacantis per resignationem in manibus Cardinalis ratione tituli.*
126 *Notarius potest nomine superioris recipere renunciationem.*
127 *Consensus in resignatione facta coram ordinario præstatur vnico contextu.*
128 *Notarius conficit instrumentum de renunciatione facta coram ordinario.*
129 *In resignationibus factis coram Notario non præstatur consensus à tergo literarum.*

NOnò quæro, quomodo sit facienda renunciatio coram ordinario? Respondeo, formam poni in formulario instrumentorum sub tit. de renunc. fol. 226. & est talis.

Vniuersis, &c. Marianus, † miseratione diuina, ac san- 1
ctæ sedis Apostolicæ gratia, Episcopus Marturanen. salutem, &c. Noueritis, quòd cum honorabilis, vir N. Rector Parochialis Ecclesiæ sanctæ Mariæ, Ecclesiam ipsam, quam obtinebat, ex certis rationalibus causis ad hoc animum suum mouentibus resignare intenderet, Ecclesiam ipsam cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis in manibus nostris sponte, & libere resignauit, & nos factam admisimus, & tenore præsentis publici instrumenti admittimus, recepto per nos primitùs ab eodem N. quòd in resignatione huiusmodi non interuenit dolus, &c. corporali iuramento, in quorum, &c.

Nam volens renunciare coram ordinario ad illum accedit, hoc ei significans, & vnico contextu præstat consensum. Cassad. dec. 31. num. 2. super reg. Cancell. Caputaque dec. 209. lib. 1. in manuscr. vbi attestatur ita fuisse decisum & Notarius de hoc conficit instrumentum forma prædicta not. per Put. dec. 455. num. 3. lib. 2.

In quo primò † ponitur, nomen Episcopi iuxta tex. in 2
cap. ego N. de iureiur. in c. in nomine dist. 73. & sufficit
proprium † iuxta ea, quæ scribit Alex. cons. 37. viso. lib. 3
6. & ita seruat notorius, & communis stylus, & iste Ma-
rianus nunc est † Cardinalis creatus a Sixto V. in vltima 4
promotione Cardinalium de mense Decembris anno 1589. ob insignem pietatem, religionem, zelumq. iustitiæ, ac eximiam doctrinam, & appellatur Cardinalis de Camerino.

Secundò exprimitur nomen Episcopatus, vt constet,
an coram suo superiore quis † resignauerit, vt requirit 5
Abb. in cap. Audita num. 3. de rest. spol. & in cap. admonet. numer. 8. & 13. de renunc. Bonif. de Vitall. in Clem. gratiæ num. 43. de rescr. Put. decis. 94. numer. 3. lib. 2. & est communis & recepta Doctorum sententia teste Christop. Rossiniac. in tract. cap. de benef. cap. 4. in princ.

Tertiò exprimitur † nomen & cognomen resignantis 6
ad euitandum dubia, & æquiuocationes l. ad cognoscendos, C. de ing. & manumiss. l. hac consultissima C. qui test. fac. poss.

Quartò exprimitur beneficium quod resignatur, ne forte si alia obtineat, oriatur dubium, & vt appareat de
renunciatione † specificè, prout eius natura requirit. 7
Dec. in l. postquam lite num. 16. C. de pact. & cons. 195. colum. 3 & cons. 379 col. 2. Card. Paris. cons. 12. num. 94. vol. 2. & cons. 10. numer. 20. & 21 vol. 3. Gabr. cons. 59. numer. 15. & cons. 154. numer. 20. libr. 1. Pancirol. cons. 61. in fine.

Quintò exprimitur renunciationem fieri ex certis cau-
sis animum suum † mouentibus, quandoquidem in qua- 8
libet renunciatione requiratur causa, cap. nisi, vbi communiter Doctores de renunciatione Fusc. de visitat. par. 2. cap. 28. in princ. & latè diximus suo loco.

Sextò exprimitur, quòd renunciatur non solum Ec-
clesia, sed etiam † omnia iura, & pertinentia, & huius- 9
modi expressio fit ad maiorem, & abundantiorem cautelam, Fulgos. in leg. vlt. numero 16. C. de edict. diu. Adriano tollen. ne circa aliquod postea dubitetur iuxta eaquæ scribunt Roman. cons. 271. prope fin. Corn. cons.

33. num.

33. numero 14. lib. 2. Cesal. cons. 135. numero 20.
lib. 1.
10 Septimò exprimitur, quòd resignatio fit † liberè, nam
aliter non potest fieri in manibus ordinariorum, prout
de iure communi ab omnibus Doctoribus est receptum,
vt alias scripsi & nouissimè habemus constitutionem Pij
V. 58. incipit. Quanta Ecclesiæ. Et spontè namque non
11 debet † esse meticulosa renunciatio, Zabarell. in cap.
ad Audientiam num. 1. vbi Abb. & alij. per illum text.
de his quæ vi met. caus. Ant. de But. in cap. quod in du-
bijs num. 3. de renunc. Abb. in cap. 1. nume. 9. de his quæ
vi met. caus. Idem. Abb. in cap. verò num. 1. de iureiuran.
Bonif. de Vitall. in Cleme. ne Romani. §. sanè num. 27. de
elect. latè Nauarr. in cap. accepta. oppos. 5. de rest. spo-
liat. Petr. Gregor. libr. 36. syntag. Iur. cap. 25. numer.
29. & communiter Doctores, vt suo loco dicetur,
12 neque etiam debet † adesse dolus, & vis. Imo. in cap.
1. numero 38. de rer. permut. Par. cons. 135. numero 4.
vol. 4.
Octauò ponitur admissio resignationis, nam ea re-
13 quiritur ad abdicandum † ius à resignante, vt scribunt
Oldrad. & Io. An. relati à Paris. cons. 143. num. 19. volu.
4. Cel. Hug. cons. 16. numero 22. post enim admissionem
14 dicitur beneficium † vacare. Bellam. de permu. benef.
par. 51. qu. 3. num. cum alijs adductis per Card. Paris.
cons. 76. num. 4. vol. 4. Bursat. cons. 393. num. 1. volu. 4.
Port. Imol. cons. 131. num. 3. & est receptum ab omnibus,
15 & tunc non poterit † amplius pœnitere. Menoch. de
Arbit. Iud. cas. 202. num. 47. & primo remed. de acquiren.
poss. num. 303. Nauarr. in cap. accepta. oppos. 7. nume. 26.
de rest. spoliat. Et quia huiusmodi admissio fit ad instan-
tiam partis, ideo hoc exponitur, quia aliàs non posset
16 ordinarius † quemquam beneficio priuare sine causa, vt
per Doctor. communiter in cap. at si Clerici. §. de adul-
terijs. de iudici. & id, est penes omnes notissimum, ac
vulgare.
17 Nonò exprimitur, Quod fuit † datum iuramentum
quòd in dicta resignatione non interuenit dolus, fraus
&c. quod necessarium & vulgatissimum est in praxi tum
in Curia, tum etiam extra, vt quotidiè videmus.
18 Vltimo apponitur † annus, & dies prout requiritur, l.
generali. C. de tab. 10. idque receptum esse de iure & sty-
lo sciunt omnes.
19 Et fit instrumentum † resignationis, vt illud probari
possit, namque non creditur Episcopo hoc asserenti, ita
Rebuff. in prax. tit. requisita in literis collationum nu.
21. fol. 33.
Et hæc formula obseruatur quando beneficiatus re-
nunciat per se beneficium. Si autem renunciat, per pro-
curatorem, renunciatio fit hoc modo, postquam legi-
time constat de mandato ipsius procuratoris.
20 In nomine Domini, &c. Personaliter constitutus †
venerabilis vir N. Canonicus præbendatus Ecclesiæ san-
cti Ioannis diœcel. &c. desiderans & affectans eosdem
Canonicatum, & præbendam, quos in dicta Ecclesia ob-
tinet resignare, &c. in manibus præfati Episcopi per dis-
cretum virum N. Clericum procuratorem suum ad hoc
ab eo specialiter constitutum, prout de suæ procuratio-
nis mandato legitimè per publicum instrumentum fi-
dem fecit, purè, & liberè, ac simpliciter resignauit.
Idemque Dominus Episcopus resignationem huiusmo-
di, sic vt præmittitur in manibus suis factam admisit, &
recepit, præstito per eumdem procuratorem, nomine
quo suprà procuratorio, quòd in huiusmodi resignatione
non interuenit fraus, dolus seu quæuis illicita pactio
ad sancta Dei Euangelia corporaliter iuramento, &c.
Hanc formam habes in Formulatio instrumentorum
tit. de renunc. c. 2. fol. 226.
Vel potest fieri eo modo, quo fit resignatio per se, vt
suprà, addito quod fit per procuratorem, & ille modus
forsan est melior.
Et exprimitur nomen, & cognomen procuratoris,
21 qui beneficium resignauit, quia † procurator certus de-
bet esse, l. 1. ff. de procuratoribus, & vt si postea im-
pugnetur, probari veritas possit. Rebuff. in prax. titul.
requisita in literis collationum. num. 20.
Sed dubium est, an ordinarij possint conferre benefi-
cia vacantia per resignationem admissam per eos, com-
munis opinio est affirmatiua, † si habent facultatem 22
conferendi, vt ordinarij collatores. Anton. de Butr. in
cap. sollicitè. nu. 13. de restitutione spoliatorum. Ho-
stien. in cap. Accepta. eodem tit. Gabriell. consil. 187.
num. 6. li. 1. & alij, vt dixi libro 1. qu. 4. num. 64. Or-
dinarij autem collatores sunt, qui potestatem conferen-
di beneficia † Ecclesiastica habent. a iure, a Papa, & con- 23
suetudine, can. a iudicibus. secunda. quæst. 6. Gloss. in cap.
ordinarij. de offic. ordina. lib. 6. cap. si soli, de concess.
præb. eodem li. Gl. in verb. ordinario. §. statuimus ex-
trauagan. execrabilis Ioann. 22. rub. de præbend. Re-
buff. de nominat. in 8. quæstione princip. vt sunt Legati
à latere † habentes hanc facultatem. cap. 1. de off. lega. 24
li. 6. cap. dilecto. cum simil. de præbend. Rebuff. in con-
cord. rubr. de collat. folio. 265. Epis. in diœcesibus † 25
proprijs. cap. omnes basilicæ. 16. quæ. 7. cap. 1. de concess.
præbe. cap. ordinarij. de off. ordina. lib. 6. extrauag. exe-
crabilis. §. cæterum. Io. 22. de præbend. Card. in Clemen.
2. q. 14. vt lit. penden. Dec. in cap. post cessionem. not. 1. de
probat. & cons. 169. Abbates & alij inferiores † haben- 26
tes hanc potestatem Clement. vnica de supplen. prælat,
negligen. Rebuff. in concord. rubric. de collat. fol.
265. & 369. nam in materia collationis appellatione.
ordinarij venit alius inferior † etiam si non sit Episco- 27
pus, Felin. & alij in cap. cum olim, col. 1. de præscript.
Glos. in Clem. 1. in vers. ordinariam, vt lit. penden.
Rebuff. dict. rubr. de collat. §. præfati ordinarij. Et hi
ordinarij debent † beneficia purè conferre, id est sine 28
pacto, & conditione, cap. vlt. de pact. cap. quam pio,
1. quæst. 2. vt † vitetur simonia, cap. cum pridem. de 29
pact. & absque modo, nam † æquipollet conditioni l. 30
1. C. de don. quæ sub mod. cap. verum. de cond. appo.
& communiter Doctores, liberè; quia collatio non
debet fieri † metu, vt communiter concludunt docto- 31
res. Rebuff. in prax. tit. de coll. num. 2. & debet fieri † 32
de beneficio vacante cap. 1. de conces. præbend. sine
aliqua diminutione, cap. vnico. §. pen. vt Eccl. benef.
ca. 2. de monachis, & cap. auaritiæ. de præb. cap. prohi-
bemus, & c. grauis. de censib. Palam, alioquin † colla- 33
tio esset suspecta, c. vnico. §. porro, vt Eccles. benef.
cap. Clericus. dist. 8. Perusin. in cap. si tibi absenti de
præben. li. 6. namque requiruntur † testes vel Notarij, 34
vt fuit sententiatum Parisijs die 7. Iunij 1527. & die 24.
Iulij 1550. Rebus. de nom. quæst. 10. num. 22. & ob id
literis † Episcopi non creditur sine testibus Archidia- 35
conus in cap. vt circa colum. 2. in vers. instrumento pu-
blico. de elect. lib. 6. Bal. cons. 319. super. 1. in 3. libr. com-
munis opinio teste Aret. in ca. post cessionem. colum. 2.
& seq. de probat. de communi etiam attestatur Bertran.
cons. 132. colum. 2. numero 7. & seq. volum. 2. & ob id
electiones clandestinæ † reprobantur, cap. quia propter. 36
§. vlt. de elect. & debent † etiam conferre personis 37
idoneis. cap. graue, & cap. conferente, de præbend. cap.
2. de insti. extra. ad regimen de præb. in communibus. c.
post electionem de concess. præbend. Idoneus dicitur
moribus, † ætate, & scientia, cap. cum in cunctis. de elect. 38
vt dixi lib. 6.
Ideo Prælati † conferentes beneficia indignis, pec- 39
cant ex pluribus capitibus, quę refert Rebuff. in prax. tit.
pœnæ contra collatores indig. fol. 29. Nauarr. in cap.
si quando. in 6. exceptione num. 3. D. Tho. 2. 2. qu. 63. art.
2. & qu. 185. artic. 3. & in quolibet. 6. quæst. 9. Caietan. in
summ. in verb. beneficium, Sot. lib. 3. de iustitia, & iur.
qu. 6. art. 2. & 10. q. 2. art. 3. August. de Anchon. de Eccle-
siast. potest. qu. 72. num. 2. & vltimo, & Sanctus Vincen-
tius relatus à Rebuff. in concor. rub. de collat. fol. 267.
vbi refert, & declarat modos, per quos † peruenitur 40
ad beneficia, hodie scilicet per nominatiuum, genitiuū,
datiuum, accusatiuum, & ablatiuum dormiente voca-
tiuo.
Et debent † conferre intra tempus præfixum à iure, 41
vt est communiter per omnes receptum, & tradit Re-

buff. in Concor. Rub. de collat. fol. 266. in principio,
42 alioquin † fit deuolutio ad proximum superiorem, ne
diu Ecclesiæ maneant in suspenso, c. 2. de concess. præ-
43 bend. & hoc tùm ob vtilitatem publicam, tùm † ob
negligentiam, cap. licet. de supplen. prælat. neglig. cap.
quamquam. de electi. in 6. Fel. in cap. à nobis de excep.
Curt. in tract. iurisf. verb. Honorificum. q. 27. Rebuff. in
concord. Rubr. de collat. §. siquis vero fol. mihi 355.

Facta igitur huiusmodi resignatione, vt dictum est,
quia beneficium vacat, poterit ordinarius procedere
ad collationem, si ad ipsum facultas spectat. Et si
resignatio fuit facta per procuratorem, procedet ad
collationem post præstitum consensum, nam per Do-
44 minos de Rota die 17. Maij 1546. fuit annullata † re-
signatio facta in manibus Nuntij, & collatio facta
per eundem, qui statim contulit beneficium tanquam
vacans per resignationem in manibus suis factam &
procurator præstitit consensum post decem dies, teste
Put. decis. 475. libr. 2. quia collatio fuit facta tem-
pore, quo non erat præstitus consensus & sic non
erat abdicatum ius à resignante, nec consensus, trahi-
tur ad Datam supplicationis in inferioribus Papæ, qui
45 non possunt † prouidere conditionaliter. cap. 2. vbi
omnes de elect. in 6.

Et si beneficium est simplex hac formula illud
confert.

46 Marianus † Dei, & Apostolicæ sedis gratia Epis-
copus Marturanen. dilecto nobis in Christo N. Cle-
rico, Sacræ Theologiæ magistro salutem in Domino
sempiternam. Literarum scientia, vitæ, ac morum ho-
nestas, aliaque probitatis, & virtutum merita, qui-
bus fide digno commendaris testimonio, nos inducunt,
vt tibi ad gratias reddamur liberales. Cum itaque be-
neficium, &c. quod nuper N. dicti beneficij rector ob-
tinebat per liberam resignationem dicti N. de eo, quod
tunc obtinebat in manibus nostris spontè, & liberè fa-
ctam, & per nos auctoritate nostra ordinaria admissam
liberè vacare noscatur. Nos meritorum tuorum intuitu,
tibi conferimus, & assignamus ac prouidemus teque
coram nobis constitutum in corporalem possessionem,
seu quasi, iuriumque, & pertinen. per annuli nostri in
eius manibus traditionem inducimus, & inuestimus,
recepto à te prius in nostris manibus iuramento, quod
nobis, & successoribus nostris fidelis, & obediens
eris, & Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac nostris, & nostro-
rum successorum parebis mandatis, &c. Quo circa
vobis, & vniuersis, & singulis personis Ecclesiasticis
tenore præsentium damus in mandatis, quatenus vos,
aut alter vestrum, qui super hoc per dictum N. aut pro-
curatorem suum fueritis requisiti, aut fuerit requisitus
ad dictam Ecclesiam accedatis, seu alter vestrum ac-
cedat, & eundem N. vel procuratorem suum eius no-
mine, in corporalem realem & actualem possessionem
Ecclesiæ, iuriumque, & pertin. prædictorum recipiat,
amoto exinde quolibet illicito detentore sibique de
ipsius Ecclesiæ fructibus, redditibus, iuribus, ob-
uentionibus, & pertinen. vniuersis integrè respon-
deat, & ab aliis responderi faciat. Contradictores au-
ctoritate nostra, &c. compescendo, in quorum om-
nium & singulorum fidem, & testimonium præsentes
literas, collationem, & prouisionem nostram in se
continentes fieri, & per secretarium nostrum infrà scri-
ptum subscribi & publicari fecimus, nostrique sigilli
magni iussimus appensione communiri. Datum Scilani
die 20. Iulij 1582. præsentibus Ecc. T. Ioan. Maria
Mirabello V. I. D. & Ascanio. Nit. testibus ad præmis-
sa vocatis, & adhibitis.

De mandato Reuerendissimi D. Episcopi N. Secre-
tarius, locus sigilli, formulam habes in formulario in-
strumentorum tit. de collat. c. 2. fol. 44.

47 Cuius collationis formæ † quinque sunt partes, se-
cundùm Rebuff. in prax. benefic. in tit. requisita in
literis collationum in principio. Quarum prima con-
tinet salutationem, & collationis causam. Secunda
collationem, prouisionem, inuestituram per pilei
traditionem, ac iuramenti receptionem. Tertia dele-
gationem, & commissionem factam omnibus clericis,
tabellionibus & personis Ecclesiasticis subditis, vt N.
in possessione Ecclesiæ collatæ ponant, & inducant.
Quarta mandatum conficiendi literas ad fidem col-
lationis. Quinta datam, & testes, & subscriptio se-
cretarij, Secunda ibi, cum itaque, Tertia ibi: quo-
circa, Quarta ibi, in quorum fidem, Quinta patet
per se.

Primò ergo † requiritur nomen Episcopi, cap. ego 48
N. de iureiur. capit. in nomine. dist. 23. secundo salu-
tatur is cui beneficium confertur, & exprimitur cau-
sa, scilicet † merita illius iuxt. capit. graue. de præ- 49
bend. quæ non omittitur vt de stylo videmus, licet
Rebuff. loc. cit. col. 3. contrarium voluerit.

Tertiò, dicitur beneficium vacare per resignatio-
nem, namque † ordinarij exprimunt modum, quo va- 50
cat beneficium. cap. susceptum. de rescrip. in 6. & non
possunt habere modum vacandi pro expresso, vt Papa,
Rebuff. in concor. in form. mand. in glos. pro expres-
sis. Gloss. & Doctores in cap. 2. de præbend. eod. lib. 6.
& exprimitur is per cuius resignationem † vacat, quod 51
esse necessarium colligere poteris ex Fel. in cap. signi-
ficante colum. 1. de rescrip. Menoch. de arbitr. Iudic.
cas. 201. num. 99.

Quartò, exprimitur † si beneficium est simplex, vel 52
requirit residentiam, aut est curatum, & ita seruatur de
stylo, quidquid in contrarium dixerint Selu. de benef.
quæst. 11. nume. 55. Ber. in cap. ad aures. numer. 18. de
rescr. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 201. nume. 70. ex ra-
tione Cle. 2. de off. ord. & exprimitur † nomen Sancti. 53
Glos. in cap. quamuis 1. de præbend. lib. 6. & si capella
est intra Ecclesiam † exprimitur Ecclesia, vbi sita est, 54
Feli. in cap. significante. colum. 1. de rescrip.

Quintò mandatur personis in dignitate Ecclesiastica
constitutis vt, &c. namque propria auctoritate quis
possessionem † apprehendere non potest l. si ex stipu- 55
latione ff. de acquiren. poss. Rebuff. in concord. in
for. manda. verbo, inducentes; namque per collatio-
nem non † transfertur possessio. cap. cum Bertoldus. 56
de re iud. & quamuis † de iure spectet ad Archidiaco- 57
num. cap. ad hæc. de offic. Archid. tamen generalis
consuetudo hoc extendit † etiam ad alios, vt latè per 58
Rebuff. in prax. in tit. de mission. in poss. Ioan. Selu.
de benef. 3. part. quæst. 15.

Quintò, etiam apponitur † data, videlicet quo 59
die collatio facta fuerit, & hoc est vulgare penes
omnes.

Adhibenturque testes † ad minus duo, quia Episco- 60
po soli non creditur vt est † communis opinio, teste 61
Aretin. in cap. post cessionem. col. 2. de præb. Bertrand.
cons. 132. col. 2. lib. 2. in ant. edit.

Non apponitur † clausula, non obstante, quia infe- 62
rior † non potest iuri superioris derogare, Clement. de 63
Romani. de elect. Alc. & alij in l. nemo potest. ff. de
legat. 1. Rebuff. in concord. in form. mand. Apost.
in ves. non obstantibus, & ordinarius † potest vti de- 64
creto irritanti, secundum magis communem opinio-
nem, de qua per Innocen. Card. & Felin. in cap. con-
stitutus. de concess. præbend. fuit resolutum in vna
Conchen. coram Marsican. teste Simon. decis. 12. in ma-
nuscri. illud tamen † non ligare ignorantes fuit resolu- 65
tum in Rot. teste Sarn. decis. 6. libr. 1. in manuscr. nam
solus Papa ligat † ignorantes, vt per Soc. cons. 122. 66
lib. 2. & est communis opinio.

Et in hac collatione, quæ fit per ordinarios, non re-
quiritur, vt exprimantur plura, quæ in collatione Papæ
necessariò exprimenda sunt.

Primò enim † non requiritur, narrare & exprimere 67
beneficia, quæ obtinet ille, cui hoc confertur. ita Ioan.
Selu. de benef. part. 3. quæst. 12. num. 53. Menoch. de
Arbit. Iud. cas. 201. num. 150.

Secundò non est opus † exprimere fructus, seu valo- 68
rem beneficij collati, Felin. in cap. ad aures. nu. 15. de
rescr. Cassad. super regul. Cancell. decis. 31. nu. 5. Sarn.

Digitized by Google

de valor. exprim. quæst. 3. & est recepta Doctorum
sententia.
69 Tertio non est necesse † exprimere possessionem
coloratam alterius. Host. & Ioan. Andr. in capit. cum
nostri. de concess. præbend. Felin. in capit. in nostra.
num. 25. vers. vigesimum nonum corollarium. de resc.
Selu. dict. q. 12. num. 55.
70 Quartò de necessitate † non narratur, an beneficium
habeat dignitatem, aut iurisdictionem anneaam, Selu.
dict. 3. par. quæst. 11. numer. 55. Ber. in cap. ad aures.
num. 18. de rescrip. Menoch. de arb. Iud. cas. 201. n. 80.
ea ratione Clem. 2. de off. ordinariorum.
Quintò, vt omnia vna verbo concludam, in col-
71 latione Ordinarij, non † requiritur expressio eorum,
quæ illi verisimiliter nota sunt, vel esse possunt, ita
Fel. Sel. Menoch. locis præallegatis tradunt, ad quod
faciunt quæ scribit Sarn. de ann. quæst. 9. vers. Adiu-
uatur. Ratio duplex affertur, quarum prima est, quòd
Ordinario beneficiorum suæ diœcesis qualitates cog-
nitæ præsumuntur, ac etiam cognitæ præsumuntur im-
72 petrantium conditiones, cum præsumatur diligenter †
visitare suam Diœcesim, argum. not. in cap. illud, de
præsump. vbi Abb. & alij, & hanc rationem assignat
Felin. in dict. cap. ad aures num. 15.
73 Secundò quia † ordinarius videtur conferre motu
proprio beneficia, & Papa solet conferre ad supplica-
tionem, hanc rationem assignat Felin. post Card. dic.
cap. ad aures. num. 15. Selu. num. 58. Menoch. dic. cas.
201. num. 155. & communiter Doctores.
Hinc fit, quod si Papa conferat motu proprio non
74 potest † considerari subreptio, cum per hanc clausu-
lam videatur sublata. Dec. cons. 407. num. 21. & cons.
602. nume. 19. Alciat. respons. 25. num. 5. Card. Paris.
cons. 1. num. 78. vol. 1. & cons. 74. num. 37. volum. 4.
& ita in terminis respondit Anch. cons. 138. & cons.
295. & 297. Felin. in cap. causam. 2. nume. 6. de testib.
Mant. in cap. ad aures. num. 20. de rescr. & communi-
ter Doctores. Eoqde magis procedit in valore expri-
75 mendo, qui de iure non requiritur, vt exprimatur † in
collatione Papæ, sed de stylo antiquissimo Curiæ,
Bellam. decis. 697. numer. 4. in fin. Capell. Tolos.
quæstio. 436. Dec. cons. 262. optimè habetur in de-
cis. 19. de rescrip. in nou. Dec. in capit. ad aures. nu-
mer. 10. de rescript. late Sarn. de valor. exprimen. in
præfatione.
Vnde infero, quòd non requiritur, vt exprimatur, ne-
76 que dignitas, † quam habet ille, cui confertur, sicuti in
collatione Papæ. Paris. cons. 74. col. 1. li. 4. Dec. in cap. ad
aures. nu. 2. de rescrip. vbi Ber. & Mant. vterque nu. 7.
Si resignatur beneficium requirens residentiam,
prout Canonicatus, confertur ea forma, prout in for-
mulario instrumentorum. fol. 44. & 45.
Si vero beneficium resignatum in manibus ordinarij
habet curam animarum, tunc Episcopus admissa resi-
77 gnatione † illius beneficij, debet seruare formam tra-
ditam, c. 18. expedit. sess. 24. de reform. Conc. Tri-
dentin. quo cauetur, vt quamprimum parochialis Ec-
clesia vacauerit per obitum, vel per resignationem,
Episcopus habita notitia vacationis, si opus fuerit,
idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio
portionis fructuum assignatione, debet constituere, qui
onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec de rectore ei pro-
uideatur, & deinde Episcopus, & qui ius patronatus
habet, aliquos Clericos ad regendum Ecclesiam idoneos
examinatoribus in synodo diœcesana deputatis no-
minet, & licitum sit alijs sua nomina, vel aliorum
idoneorum deferre, quo tempore transacto descripti
examinentur ab Episcopo, vel eo absente à Vicario
generali atque ab alijs examinatoribus non pauciori-
bus quàm tribus, quorum votis si pares, aut singulares
fuerint, accedere possit Episcopus, vel eius Vicarius,
& magis idoneus approbetur, ad effectum illi con-
ferendi Ecclesiam parochialem. Causa finalis huius
decreti ponitur in principio, quia expedit maximè
animarum saluti, à dignis & idoneis parochis guber-
nari, & ob id vt Ecclesiæ curatæ † & animarum curæ 78
committantur personis dignis iuxtà decretum Innoc.
III. & Alexandri III. in Concilio Lateranen. ac Gre-
gorij X. in Concilio Lugdunen. & habes decretum
Concil. Trident. cap. 13. sess. 7. Rebuff. in tract. no-
minan. quæst. 18. cum alijs quæ ad hæc cumulat Fusc.
de visit. lib. 2. ca. 5. numer. 2. circa interpretationem
dicti decreti. Et ob id sanctæ memoriæ Pius V. in
constitut. trigesima secunda. incipien. In conferendis
ann. secundo confirmauit hoc decretum, & ad tollen-
das † fraudes statuit, vt collationes factæ non seruata 79
forma dicti Concilij sint nullæ, irritæ, ac nullius ro-
boris & momenti, & vt nullum ius, aut titulus etiam
coloratus prouisis acquiratur, & vt parochiales, prout
ante collationem vacabant, statim ea tunc vacare, &
vt de sic vacantibus disponatur dumtaxat per Sedem
Apostolicam, & huiusmodi constitutio est in viridi ob-
seruantia, & secundum eam pluriès vidi iudicari à Ro-
ta, & præsertim in vna Gerunden. Sacristiæ coram
Cotta die lunæ 26. Maij 1567. & vidi † etiam nouas 80
prouisiones expediri ob non seruatam formam Conc.
Tridentini. & dictæ constitutionis Pij V. cum compo-
sitione fructuum male perceptorum, & vidi etiam plu-
res impetrationes ob non seruatam constitutionem
Pij V. Et habet locum id, quod dicitur de concursu,
etiam vbi benficium vacat per † resignationem, vt pa- 81
tet exprefsè in dic. c. 18. ibi vel resignationem, & tra-
dit Fusc. in tract. de visit. lib. 2. c. 5. num. 3. nam † post 82
admissam resignationem ponitur edictum publicum in
illa Ecclesia, & etiam in maiori, vt tradit Fusc. d. c.
num. 3. & ita fieri videmus tota die.
Amplia, vt teneatur Episcopus seruare hanc for-
mam examinis † per concursum, etiam si idem Epis- 83
copus velit conferre illam parochialem vacantem per-
sonæ idoneæ vita, moribus, & scientia, de qua
idoneitate omnibus constet, namque notorietas per-
sonæ qualificatæ non operatur hunc effectum, vt re-
mittatur hoc examen: ita Fusc. de visit. libr. 2. cap. 5.
numer. 10. idque habet maximam rationem, quia quo-
tiès † examen est faciendum de forma non potest omit- 84
ti. Bal. in cap. constitutus. 2. de Iudic. latè Lambe. de
iur. patr. libr. 2. p. 1. quæst. 11. artic. 3. Dec. cons. 99.
numer. 6. & cons. 262. numer. 4. & cons. 439. num. 5.
Card. Paris. cons. 12. numer. 47. & cons. 15. numer. 13.
& cons. 33. num. 21. volum. 2. neque etiam † iudex po- 85
test remittere illud, Bal. in l. Iulianus. in fi. C. de Iu-
dic. Dec. cons. 699. num. 4. & 5. Card. Paris. cons. 43.
colu. vlt. volum. 1. & cons. 107. numer. 82. volu. 3. &
cons. 14. col. 2. vol. 4. Roland. à Vall. cons. 70. nu. 15.
libr. 1. sed hic examen requiritur pro forma, quod pa-
tet, quia alias annullatur † collatio per dictam consti- 86
tutionem Pij V. 32. In conferendis. Alex. cons. 53.
libr. 3. Bar. & alij in l. non dubium, C. de legib. Bal.
cons. 11. colum. vlt. libr. 1. Card. Paris. dict. Consilio
12. numer. 38. volum. 4. Idem Paris. in rub. ff. de oper.
nou. nunciat. num. 5.
Ex quo primò infero, non posse Episcopum confer-
re parochialem † suo Vicario in temporalibus, & spiri- 87
tualibus omissa forma examinis per concursum, & ita
aliàs fuit decisum per sacram Congregationem Illu-
strissimorum Cardinalium deputatorum super declara-
tione Concil. Trid. cum proponeretur hoc dubium,
quia quamuis Vicarius censeatur idoneus, nihilominus
seruanda est forma data, ex supràdictis.
Secundò infero, non posse Episcopum conferre † 88
parochialem vacantem Archidiacono, Archipresby-
tero, Pœnitentiario, & alijs personis constitutis in di-
gnitate, quantumuis maxima, omissa hac forma, nam
quamuis prædicti censeantur idonei, tamen hoc non
sufficit.
Tertiò infero, Ordinarium non posse conferre Pa-
rochialem, omisso concursu, etiam † famosissimo Do- 89
ctori iuris Canonici, vel Theologiæ, vt quia legit per
plures annos cum maximo applausu, nam nihilominus
requiritur examen per concursum, vt tradit Fusc. dic.

c. 5. lib. 5. numer. 10. cum requiratur pro forma huiusmodi
90 modi esamen, hac ratione Fel. vocatus ad † Auditorium Rotæ fuit examinatus, qeia illud esamen requirebatur pro forma, vt refert Neuizan. libr. 5. Silu. nup. fol. 188. Idque videmus contingere tota die cuilibet etiam doctissimo, hoc idem etiam seruatur in Collegio Aduocatorum Consistorialium.

91 Hinc alias fuit † ab eadem sacra Congregatione Conci. decisuio, doctoratum, siue licentiatum in Theologia, vel iure Canonico etiam in publica vniuersitate non eacosari ab hoc eaamine.

92 Amplia, vt † qui ab Episcopo testimonium scriptum habuerunt, quòd sint idonei moribus, scientia, & ætate pro administrandis parochiis, sint denuò esaminandi per concursum in specie, ita censuit aliàs sacra Congregatio Concilij.

Declara non procedere in cura animarum, quæ in
93 Ecclesia collegiata exercetur † per Canonicos, vel Hebdomadarios, aut alios Clericos, namque in vacatione cuiuslibet Canonicatus, Hebdomadariæ, aut Clericatus non requiritur concursus: ita censuit sacra Congregatio Concilij in vna Neapolitan. Hebdomadariæ sancti Ioannis maioris 15. Kalen. August. 1569. per cons. Oldrad. 67. in tit. de præbend. & verb. signif. facit cap. statutom, vbi Glo. de elect. in 6. vbi quæ lo-
94 quuntur in parochialibus non habent † locum in collegiatis curatis, Lap. alleg. 5. numer. 9. Staphil. de qualit. & statu benef. fol. 41. n. 31. Barb. de præstant. Cardinalis quæstio. 1. numer. 34. In puncto autem iuris contrarium aliàs defendi es pluribus.

Declara secundo, vt in prouisionibus faciendis de
95 beneficijs ex causa † permutationis non sit necessarium nouum eaamen, potestque apponi clausula, vt non obstantiæ beneficiales, & dummodo permutatio non sit fraudulenta, nec de simplici ad curatum, nec in valore sit magna inæqualitas, nec aliud simile, nam aliàs debet fieri examen, ita censuit sacra Congregatio Concilij.

Et non est omittendum, quòd examen hoc per con-
96 cursum ad parochiales † non potest fieri ab alio, quàm ab Episcopo, quia textus Concil. Trid. dict. c. 18. hoc committit solis Episcopis, vnde alij excluduntur, & hoc sæpè fuit in Congregatione Concil. resolutum, vt ipse, vel Vicarius, &c.

97 Ex quo infertur. Primò, quòd Abbas, † qui ab immemorabili tempore exercuit iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos, priuatiuè ad ordinarium loci, non poterit hoc examen per concursum ad parochiales facere, ita aliàs censuit sacra Congregatio, namque cum concursus sit iure nouo per Concilium inductus, non est opus derogatione immemorabilis. Si vero Abbas cum tali iurisdictione sit, etiam nullius Diœcesis habens pro-
98 prium, & distinctum territorium quo casu possit † conuocare Synodum, deputare examinatores, examinare, & approbare, secùs, ita censuit sacra Congregatio Concilij.

Ideo aliàs fuit resolutum in eadem sacra Congregatione Concilij, quòd † vacante parochiali, cuius col-
99 latio pertinet ad Archidiaconum, ius examinandi, eligendique virum idoneum, atque edictorum proponendorum ad ordinarium pertinet, & non ad Archidiaconum. Et aliàs fuit in eadem Congregatione resolutum his verbis: Capitula, & † inferiores collatores, qui pro-
100 uident parochialibus sine eaamine concursus facto ab examinatoribus ordinarijs in diœcesana Synodo deputatis reprehendantur, eorumque collationes nullæ sunt, debentque hoc casu Episcopi locorum edicta concursus proponere prædictis parochialibus, approbatosque ab illis Romam mittere pro literarum expeditione, cum prouisio † istarum parochialium ad Sedem Apostolicam spectet, per Bullam Pij V. de collatione parochialium, quæ incipit in conferendis. Et alias in eadem Congregatione fuit resolutum his verbis.

Quotiès aliqua Ecclesia parochialis vacauerit, ad quam Abbas aliquis habet ius nominandi, quemcumque Abbas nominauerit, eum ad eamen Ordinarius admittere debet illo examinis genere, quod vocatur per concursum, neque Abb. eam ob causam vllũ examinis edictum proponere potest, neque illius officij partem aliquam attingere, sed id pertinet ad ordinarium, qui debet ipse proponere edicta, & eaaminatores ex Concilij Tridentini præscripto deputatos adhibere, a quibus omnes esaminentur, quo eaamine confecto, ex ijs quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, ordinarius debet eligere magis idoneos, & postea Abbati relinquere, vt ea electis, cui maluerit, conferat curam. Et aliàs in eadem congregatione fuit resolutum his verbis. Licet aliqui Patriarchæ habeant collationem parochialium in aliena diœcesi, Ordinarius
tamen illius diœcesis † debet edicta proponere, & 102
collatio postea fiet à patriarchis ipsis approbatis ab Episc. vel eius eaaminatoribus. Et aliàs in eadem congregatione fuit decisum his verbis. Quotiès vacauerit Ecclesia parochialis, cuius collatio spectat ad Præpositum alicuius collegiatæ, debet idem Præpositus curare, vt fiat instrumentum publicum, in quo sit assumptus certus dies &c. eius tenoris, videlicet quod protestatur, se in ea ipsa Ecclesia conferenda, ordinarium Episcopum præuenire, ipsamque conferre illi, quem Episcopus idoneum elegerit ex ijs, quos eaaminatores approbauerint, ac ideo se ei denunciare, vt edicta proponat, & curet, vt eaamen fiat suo tempore.

Ita etiam per eandem Congregationem fuit resolutum in beneficijs curatis, reseruatis Sedi Apostolicæ vacantibus per obitum, puta in mensibus reseruatis. Or-
dinarij proponant † edicta concursus, & a Sede Apo- 103
stolica prouisio fiat approbato ab examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, si fidem suæ approbationis habet ab Ordinario, vt in dicta constit. Pij V.

Et non omittam, quòd alias in vna Vincentin. fuit resolutum in eadem congregatione pridiè Kalendas Septembris 1570. quòd datur appellatio à mala ele-
ctione † quam facit Episcopus, quotiès examinatores 104
sunt discordes. Ac per eandem congregationem fuit
resolutum, examen esse faciendum coram Episcopo, † 105
vel eius Vicario, absque ipsorum voto decisiuo, &
tantum † eos posse accedere; vbi vota sunt paria, vel 106
singularia.

Et tempus † quatuor mensium datum Episcopis per 107
d. cap. 18. sess. 24. & per dict. const. Pij V. currit à die habitæ notitiæ vacationis, vt fuit resolutum in Rota, in vna Toletan. beneficij veneris 18. Nouembris 1578 coram R. P. D. Seraphino.

Et non erit inutile ponere formam edicti, quæ est talis.

Formula † edicti de examine eorum, qui Ecclesiæ Pa- 108
rochiali præficiendi sunt.

CAROLUS S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis, &c.

VAcante Ecclesia parochiali N. Diœcesis nostræ Mediolanensis, nos eo nomine examen, quod ex Tridentina sanctione, prouincialique decreto nostro præstari plane debet, à die promulgationis huius edicti, vsque ad diem decimum proxime sequentem, confecturi sumus, ac deinceps, etiam ex auctoritate Apostolica nobis concessa, quousque eidem vacanti Ecclesiæ per nos prouisum erit. Quare omnes & singulos, qui vel examinari, vel alios eaaminandos nominare voluerint, præscripto illo tempore ad R. Canonicum ordinarium, & Cancellarium nostræ Ecclesiæ Mediolanensis, qui nomina describat, conuenire, tum constituta examinis die, coram nobis, atque examinatoribus Synodalibus, per nos eo nomine delectis, adesse, hoc edicto significamus, atque edicimus, vt quos

confecto examine, moribus, ætate, doctrina, prudentia, alijsque rebus ad curæ animarum bene gerendæ rationem opportunis, idoneos esse compertum erit, ex ijs nos, quem cæteris magis idoneum censuerimus illum Ecclesiæ vacantis rectorem, parochum eligamus, ac præficiamus. Quod sane sicut nos pro eo, quod debemus, integrè, sanctèque in domino præstare cupimus, itaque omnes, præcipue illos, quorum Ecclesiæ, & curæ spirituali per nos consulendum, ac prouidendum est magnopere hortamur, ac requirimus, vt hanc nostram sollicitudinem, pastoraleque studium omni supplicatione, omnique intima pietate, ac religiosis precibus, continenter adiuuent. Datum Mediolani, ex ædibus Archiepiscopalibus.

109 Postea autem † poterit Episcopus procedere ad collationem, & forma collationis ponitur in formulario instrumentorum, tit. parochialis Ecclesiæ eod. modo vacant. fol. 44.

Ponitur etiam breuior forma à Rebuff. in prax. benefic. tit. forma collationis, & prouisionis ordinariorum, fol. 31.

Martinus, &c. & cum in vnaquaque diœcesi adsit,
ideo non curabo illam ponere. Aduertas autem quòd
110 hodie post Concilium Tridentinum † apponitur, fuit
examinatus, & repertus idoneus iuxta Concilium Tridentinum.

111 Si verò † parochialis est de iure patronatus Laicorum, examen per concursum non debet fieri, sed sufficit, quòd deputatus à patronis examinetur ab examinantibus in diœcesana Synodo deputatis: ita censuit Congregatio Concilij ad interpretationem dic. cap. 18. §. quod si.

Et Rectores iurant infrà scripta.

Primò, iurant, quòd erunt obedientes, & fideles ipsi
112 Episcopo, † ac successoribus, & sanctæ Sedi, iuxta cap.
Episcopo N. cum seq. de iureiu. cap. cum clerici de verb. signif. c. forma. 22. q. vlt.

113 Secundò, quòd † seruabit mandata Episcopi, & ea seruari faciet, videlicet sententias, & statuta, cap. cum ab Ecclesiarum, & c. cum ad reprimendum. de off. ord. cap. qui resistit. 11. q. 3.

114 Tertiò, quòd seruiet † Ecclesiæ, cum præficitur, capitulo vltimo, de rescript. in sexto, & in ea residebit, si hoc requirit, capit. quia nonnulli, & cap. relatum. de cleric. non residen.

115 Quartò, non relinquet † neque se transferet ad aliam Ecclesiam sine ipsius Episcopi licentia, capit. admonet. de renunc.

116 Quintò, iura, & libertates † Ecclesiæ iurat conseruare, & defendere, & vtilia procurare, sicut tutor; l. vlt. §. omnem. C. de administ. tut.

117 Sextò, quod non † alienabit res Ecclesiæ, & alienata per prædecessores reuocabit. c. Abbatibus. 12. q. 2. capit. si quis presbyterorum. de reb. Eccles. non alienan. cap. 2. de rer. permut.

118 Septimò, quòd † nihil dedit, nec illicitum pro adipiscenda hac Ecclesia commisit, cap. vlti. de pact. cap. nobis. de simon.

Octauò, quòd non soluet vltra antiquam, & solitam pensionem, cap. prohibemus. & seq. de censibus, cap. tua nos, vbi Abbas de iureiuran.

119 Nonò, quòd † ordines suo tempore recipiet, cap. quæris de ætat. & qualit. capitulo licet Canon. de electio. in 6.

Hæc enim ponit Abb. in cap. tua nos, num. 5. de iureiur.
Rebuff. in prax. tit. requisita in literis collationum, à nu.
2. vsque ad nu. 12. & habetur in dicto formulario instru-
mentorum. fol. 44. Rebuff. tamen num. 11. loco citato di-
cit hodie non omnia ista iurari, sed apponi clausulam;
120 saluo nostro, &c. de qua † clausula Rarisius consi-
lio 21. nu. 55. vol. 1. melius tamen est, vt fiat huiusmodi
iuramentum, & ità vidi practicari.

121 Requiritur † tamen hodie, vt fiat professio fidei iuxtà decretum Concil. Trident. c. 12. sess. 24. de reform. § Prouisi, his verbis. *Prouisi etiam de beneficijs quibuscumque curam animorum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito coram generali eius Vicario seu officiali orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant; ac iurent. Prouisi autem de Canonicatibus, & dignitatibus, in Ecclesijs Cathedralibus, non solum coram Episcopo seu eius officiali, sed etiam in capitulo idem facere teneantur, alioquin prædicti omnes prouisi, vt suprà fructus non faciant suos nec illis possessio suffragetur, &c.*
Quòd confirmauit Pius IIII. in constitutione. 114. incip.
iniunctum anno quinto. 1564. vbi etiam apposita est for-
ma huius professionis fidei, quæ est in viridi obseruan-
tia, vt tota die videmus. Et in hoc decreto Congrega-
tiò Concilij censuit, nec longissimam, nedum trienna-
lem † possessionem prodesse ei, qui non emisit profes- 122
sionem fidei, quoad fructus percipiendos quamdiu di-
ctam professionem non emiserit, nam inquit Concilium,
non faciunt fructus suos, nec illis possessio suffragatur,
vnde non poterit se tueri triennali, aut † longissima pos- 123
sessione ad faciendum fructus suos, & dicti fructus es-
sent applicandi fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, sicut † 124
dicimus de fructibus non residentium, cap. veri. si quis
autem. sess. 23. Samen. de visit. lib. 2. cap. 3. num. 4. Hodie
autem in Regno Neapolitano incameratur.

Formam autem collationis Parochialis, vacantis per 125
resignationem simplicem in manibus Cardinalis ratio-
ne tituli, habes in formulario instrumentorum fol. 45.
col. 2. pone. vbi etiam habes formam resignationis co-
ram Notario, qui † vt persona publica recipit renun- 126
ciationem nomine Superioris, & pro superiore, l. 2. ff.
rem pupi. salu. for. leg. cum pro quo. ff. de in ius vocan.
in capit. dudum. de conuers. coniug. ita Boe. decis. 348.
sup. n. 3.

Sed iuxtà prædicta contigit dubitari. Quomodo præ-
stetur consensus † in resignatione, quæ fit coram ordi- 127
nario? communis opinio est, vt præstetur vnico contex-
tu cum fit resignatio. Cassador. decis. 31. num. 5. in fin.
super reg. & in his terminis fuit decisum coram Ant. Au-
gust. 4. Iunij 1554. teste Caputaque dec. 209. lib. 1. in
manusc. qui attestatur, idem fuisse decisum coram Pu-
teo quamuis Sam. de infirm. resign. quæst. 26. col. penul.
vers. nec obstat, tenuerit, posse postea consentire, &
huiusmodi consensus † præstatur coram ordinario, cui 128
fit renunciatio, de qua Notarius ipsius conficit instru-
mentum, faciunt notat. Per put. decis. 455. num. 3. lib. 5.
& per se, & per procuratorem, & non potest huiusmodi
consensus præstari † à tergo literarum, quia videretur 129
facta resignatio in fauorem certæ personæ vt fuit reso-
lutum in Rota in vna Lamonacen. teste Put. decis. 13. de
renunc. in manuscr.

In aliquibus locis de renunc. non conficitur instrumentum, sed Episcopus habito consensu confert, & in collatione vnico contextu attestatur de ipsa renunciatione, vt dicetur infra qu. 11. nu. 40. tutius tamen est, vt conficiatur instrumentum, & ita seruatur vbique, si verò in illis literis adsunt testes illis creditur, prout instrumento, vt in d. quæst. 51. num. 43.

Lib. 8. quæst. 9. num. 3. Ibi, Et ita seruat notorius, & communis stylus.

IN hoc tamen Galliæ Regno Episcopos & Archiepiscopos, in eorum testimonialibus, tam insignitionis Clericalis characteris & promotionum ad quoscumque ordines, quàm collationum, seu prouisionum beneficiorum Ecclesiasticorum, & in quibusuis alijs expeditis patentibus literis, non solùm proprium nomen, verum etiàm sæpenumerò cognomen (& interdùm alias qualitates) exprimere solere, cuius manifestum est.

Digitized by Google

Eadem quæst. num. 15. *Ibi*. Et tunc non poterit amplius pœnitere.

CVm scilicet, stante huiusmodi admissione (per quam, vt sæpe sæpiùs Author probauit, ius abdicatum fuit à resignante) res non sit integra.

Eadem quæst. numero: 22. *Ibi*, Si habent facultatem conferendi.

EX his apparet, toto cœlo aberrare eum qui obtentum beneficium (ad quod, illius occurrente vacatione presentatio personæ idoneæ, in eo, ad presentationem huiusmodi per alium instituendæ, ad me pertinet) non in eius, cui ius instituendi competit, sed in meis manibus resignandum censet. Quibus ea suffragantur, quæ nos supià, lib. 7. q. 4. diximus.

Eadem quæst. numero 27. *Ibi*, Etiam si non sit Episcopus.

NE propterea credas, dùm alicui signaturæ Apostolicæ in forma dignum expeditæ, prouisionem cuiuspiam beneficij Ecclesiastici vacantis (seu quod certo modo vacare pretenditur) continenti, clausula, & committatur ordinario seu eius officiali, vt assolet) apponitur: ordinarij verbo simplici, solum Episcopum, in cuius Diœcesi ipsum beneficium, de cuius prouisione agitur, situm est, quamuis aliàs collatio seu prouisio eiusdem beneficij non ad eum, sed forsan ex consuetudine vel priuilegio, ad aliam pertineat, non venire.

Eodem quæst. numero 52. *Ibi*, Et ita seruatur de stylo.

NEdùm autem beneficij, quod impetratur, sed etiam illius, quod impetrans obtinet qualitates sunt exprimendæ coram Papa vel eius legato, siue de dispensando siue de prouidendo agatur. Gemmianus Consil. 92. num. 6. & Corasius in sua paraphrasi in vniuersam Sacerdotiorum materiam parte 4. cap 4. num. 56. & 57. verùm in vtrisque sat erit si de dignitate, de cura, de assiduitate (hoc est de continua residentia) mentio facta sit. De alijs enim qualitatibus verba facere, regulariter non tenetur impetrans. Vt pulchrè docet Nicolaus de Milis in suo repertorio, in verbo, gratiam beneficij impetrans in 1. Quinimò (& hoc non prætermittendum censuimus) impetrans aliquod simplex beneficium, cui parochialis Ecclesia sit accessoriè vnita, de dicta Ecclesia mentionem facere non tenetur. vt volunt Domini de Rota decis. 46. aliàs 319. de Rescript. in antiquis. Et Cassadorus decis. 12. num. 5. de præben. Indè fit, vt in signaturis Apostolicis nusquàm, aut rarò, de annexis (saltem quo ad prouisionem) fiat mentio, sed tantùm quoad annuorum fructuum expressionem.

Eadem quæst. numer. 81. *Ibi*, Etiam vbi beneficium vacat per resignationem.

SImplicem intellige, hoc est puram, & nullius fauore factam. Nam in conditionali (quæ coram Papa tantùm fieri licitè potest) & in ea quæ causa permutationis fit. non habet locum concursus, vt censuit Sacræ Concilij congregatio ad cap. 18. Ses. 24. de reformat.

Eadem quæst. num. 104. *Ibi*, Quòd datur appellatio. à mala electione quam facit Episcopus.

DAtur inquam appellatiò de Episcopo ad Metropolitanum, non autem ad sedem Apostolicam Nam in hoc casu, iurisdictio ex Concilio Tridentino sess 24. cap. 18. ipsi Episcopo delegata, concurrit cum sua ordinaria, secùs esset si idem Episcopus, vti sedis prædictę delegatur, in causis, quæ sub eius iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, procederet: tunc enim appellatio non nisi ad eandem sedem interposita, sustineretur. Vt sacra eiusdem Concilij congregatio censuit sess. 14. cap. 4. de reformat.

Eadem quæst. num. 110. *Ibi*, Examinatus & repertus idoneus.

NEdum examinis, verùm etiam Præsentiæ illius, qui obtentæ per eum signaturæ Apostolicæ (prouisionem beneficij in forma dignum continentis) executionem petit, expressio specialis, in literis ordinarij desuper expeditis (quas titulum vocant) fieri debet; Idque iuxtà Regias Blesiis editas constitutiones, cap. de l'Esglise artic. 12. Alioquin ab huiusmodi executione solet tanquam ab abusu, ad summa tribunalia frequenter appellari.

quæst. 9. *num.* 1. Et Notarius de hoc conficit instrumentum.

¶ APud nos tamen cum beneficium eiuratur in manibus Ordinarij nunquam vel certè rarissimè conficitur actus renunciationis alius à procuratorio ad renunciandum, sed ipso procuratorij seu mandati instrumento penes habentem admittere & conferre obsignato, nomine procuratoris etiam in albo relicto, fit titulus collationis per renunciationem, adhibitis ad minus duobus testibus notis, domicilium habentibus, ipsius renunciantis vel patroni aut collatoris in secundo gradu non consanguineis vel affinibus; nec ipsorum domesticis, in scheda originali subscribendis sub pœna nullitatis iuxta edictum contrarotulationis art. 21. & edictum insinuationum art. 9. de materia huius quæstionis quando scilicet resignatur in fauorem coram Ordinario dicam infra lib. 14 q. 1.

QVÆSTIO X.

An alius consensus in renunciatione requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ requirunt alium consensum, præter illum resignantis.*

2 *In renunciatione benef. Iurispatronatus requiritur consensus patroni.*

3 *Renunciatio benef. iurispatronatus, absque consensu patroni est nulla.*

4 *Consensus patroni in renunciatione benef. iurispatronatus quomodo præstetur.*

5 *Consensus patroni requisitus in resignatione beneficij iurispatronatus, potest præstari ante & post prouisionem.*

6 *Consensus requisitus in aliquo actu potest postea interuenire.*

7 *Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus potest interuenire ex post facto.*

8 *Consensus Episcopi in dimissione iurispatronatus potest interuenire ex post facto.*

9 *Consensus Cardinalis requisitus in impetratione Beneficij vacantis per obitum sui familiaris potest interuenire post.*

10 *Collatio facta spreto patrono, conualidatur per superuenientem consensum.*

11 *In resignatione beneficij electiui, requiritur consensus habentis eligere.*

12 *Consensus habentis eligere, requiritur in renunciatione beneficij electiui, & potest post prouisionem interuenire.*

13 *Consensus habentis eligere in prouisione Beneficij electiui, extenditur post expeditam supplicationem.*

14 *Beneficia ad denominationem Cardinalis resignantur de eius consensu.*

15 *Cõsensus Cardinalis apponitur in calce supplicationis.*

16 *Verba* de consensu Cardinalium *faciunt gratiam conditio alem.*
17 *Grata facta oppositis verbis* de consensu Cardinalium, *si moriatur Cardinalis ante consensum est nulla.*
18 *Verba* quatenus consensus Cardinalis, &c. *stant conditionaliter.*
19 *Requisita consensu intelligitur de expressa.*
20 *Expressum dicitur pluribus modis.*
21 *Consensus tribus modis dicitur expressus.*
22 *Consensus per signa potest demonstrari.*
23 *Consensus ex generalitate verborum colligitur.*
24 *Cardinalis apponens manum in supplicatione post Signaturam Papæ dicitur expresse consentire.*
25 *Beneficium vacat per resignationem.*
26 *Resignans habetur pro mortuo.*
27 *Dispositum in morte naturali habet locum in Ciuili.*
28 In *resignatione facta per familiarem Cardinalis, non requiritur eiusdem Cardinalis consensus.*
29 *Consensus Cardinalis requiritur in beneficijs vacantibus per obitum, sui familiaris.*
30 *Verbum obitum verificatur in morte.*

QVæro an alius consensus in resignationibus requiratur Respondeo quandoque requiri. Et
non est omittendum interdum in resignationibus non solum requiri consensum resignantis, prout
late dictum est supra, de consensu præstando in Romana Curia quæst. 8. per totam. & de consensu præstando
coram Ordinarijs quæst. 9. num. 127. cum sequent. Sed etiam quandoque alius consensus pro validitate resi-
gnationis † requiritur, prout de stylo seruari videmus
1 tota die, & aliqua exempla subijciam pro elucidatione
materiæ.

Primum erit in resignatione beneficiorum iurispa-
tronatus, in quibus requiritur vltra consensum † resi-
2 gnantis, & admissionem Papæ, consensus etiam patro-
ni, siue Laici, siue Clerici. Innoc. Abb. & alij in cap.
vlt. de renunc. Rocch. de Curt. tract. iurispat. verb.
Honorificum col. 3. Crauet. cons. 153. nume. 10. Pele-
grin. dec. 102. lib. 3. in manuscr. Mandos. cons. 7. nu. 5.
Couar. in c. 36. pract. q. num. 9. & est communis opi-
3 nio omnium Doctorum, alioquin † nulla est resigna-
tio, vt fuit resolutum in Rot. die 15. Ianuarij coram
Ptolemeo 1543. teste Put. decis. 412. & in vna Ispalen.
2. Decembris 1538. vt late dixi libr. 2. quæst. 4. vbi ra-
4 tiones adduxi, & hic † consensus ante prouisionem præ-
statur coram Notario, & testibus, cum narratiua, quòd
habens notitiam quòd N. possessor talis beneficij iu-
rispatronatus ipsius, vult renunciare, in euentum quòd
resignet, ipse Patronus præsentat M. tanquam habilem,
& idoneum ad illud obtinendum, & illi laudabiliter in
diuinis inseruiendi supplicando Sanctissimo, si resigna-
tio fiat coram eo in fauorem præsentati, vel loci ordi-
nario, vt illi conferat, & eum instituat ad dictum be-
neficium, &c. & ita seruari de stylo audiui à peritissi-
mis practicis.

5 Et hic consensus † potest præstari ante prouisionem,
in prouisione, & post prouisionem. Rot. decis. 5. de
rer. permut. in nou. Federic. de Sen. in tract. de per-
mutat. benefic. quæstione 30. Lapus ibidem in fi. in
addit. Cardin. in Clement. 1. in 5. quæst. de rer. per-
mu, Lambert. in tract. de iure patr. lib. 2. p. 2. quæst. 6.
art. 6. numer. 24. Hostiens. in summ. de iurepa. §. vlt.
Dec. cons. 172. in causa. numer. 1. & 2. & communiter
alij Doctores, vt per Mandos. regul. 32. Cancell. de
impetr. benef. vacant per obit. fam. Car. quæst. 17.
numer. 17.

Regulare enim est, vt consensus requisitus in aliquo
6 actu possit interuenire † ex post facto, l. si fundus. §. 1.
ff. de pignor. cap. consuetudinis, & ibi Innoc. in prin-
cipio. Ant. de Bu. & Imol. de consuet. Bart. in l. si an-
tem plures ff. de aqua pluu. arcen. & in l. si quis mihi
bona. §. iussum. col. 2. Ias. late num. 41. ff. de acquir.
hæred. Abb. in cap. cura pastoralis. in vlt. not. num. 2.
de iur. pat. Soccin. Sen. cons. 15. num. 46. & 47. lib. 1.
Hinc consensus Episcopi in translatione † iurispatrona- 7
tus interuenire potest ex post facto, communis opinio
teste Lamber. de iur. patr. in 19 art. quæst. 1. par. 2.
lib. 1. numer. 5. Hinc consensus Episcopi in donatione
iurispatronatus † interuenire potest ex post facto & fuit 8
decisum in Rot. teste Mandos. dict. q. 17. num. 9. & est
communis opinio, teste Dec. cons. 536. anic numer. 5.
Hinc etiam consensus Cardinalis † requisitus per regu- 9
lam Cancellariæ in impetratione beneficij vacantis per
obitum sui familiaris potest, interuenire ante collatio-
nem, & post, vt concludit Sarn. dict. regu. quæst. 28.
dicens ita seruari de stylo, de quo etiam attestatur
Mandos. dict. q. 17. num. 5. in fi. vbi etiam numer. 10.
& 11. respondet contrarijs.

Hinc collatio † facta spreto patrono conualidatur 10
per superuenientem consensum, communis opinio teste
Feli. in cap. cum Bertoldus numer. 9. de re iudi. & ita
seruatur de stylo. Et tunc patronus consentit prouisio-
ni factæ in personam resignatarij tanquam habilis &
idonei.

Secundum exemplum erit in resignatione beneficij
electiui, in qua habentes † ius eligendi debent consen- 11
tire prouisioni de illo beneficio faciendæ per Papam in
fauorem resignatarij, Card. Zabarell. in Clement. vnic.
numer. 18. de renunc. Innoc. in cap. 2. eod. tit. in 6.
Abb. quem refert, & sequitur Boër. decis. 2. nume. 15.
communis opinio, vt dixi lib. 2. quæst. 5.

Et hic consensus † non requiritur de necessitate præ- 12
cisa in ipsa renunciatione, sed sufficit, quod sequatur.
Gem. in cap. 1. num. 16. de rer. permut. lib. 6. vbi re-
fert ita fuisse decisum Bononiæ, & est communis opi-
nio, & fit eo modo, vt suprà dictum est de beneficiis
iurispatronatus, & solet † extendi post expeditam sup- 13
plicationem. Et si fuit facta resignatio coram ordina-
rio, habentes, facultatem eligendi, vel eligent, vel
possunt consentire collationi faciendæ per ordinarium,
& ita sunt intelligenda ea, quæ suprà explicaui in hac
materia li. 2. qu. ante dicta.

Tertium exemplum est in resignatione facienda co- 14
ram Papa in fauorem † de beneficijs, quæ sunt ad deno-
minationem Cardinalis, namque in his consensum re-
quiri, vidi in praxi seruari, qui consensus apponitur in
calce supplicationis, in qua subscribit ille Cardinalis,
& in supplicatione solet apponi per R. P. D. Datarium 15
de consensu Cardinalis, vt patet ex his, quæ scribit Put.
decis. 269. & 302. libr. 3. † quæ verba faciunt gratiam 16
conditionalem, ad not. in cap. si pro te, de rescr. in 6.
Put. dict. decis. 269. num. 2. vbi refert ea hoc fuisse de-
cisum in vna Astoricen. Canonicatus 22. Aprilis 1546.
quòd si Cardinalis erat mortuus tempore prouisionis
gratia, absque illo † consensu esset nulla, quod pro- 17
cedit etiam si dicatur quatenus consensus Cardinalis
requiratur, nam nihilominus † hæc verba stant condi- 18
tionaliter, vt fuit resolutum 4. Octobris 1549. & in
vna Astoricen. Canonicatus 2. Maij 1550. teste Put.
dict. decis. 302. lib. 3. Et hic consensus debet expres-
sè præstari, vt est communis opinio, & fuit pluriès re-
solutum per Rot. nam quotiès pro validitate † resigna- 19
tionis requiritur consensus, semper intelligitur de ex-
presso, & non potest tacito verificari, vt fuit sĕtētiatū in
Rot. in vna Caurien. scholastriæ, & præbendæ coram
Ant. Aug. 15. Ianuarij 1553. teste Caputaque dec. 208.
lib. 1. in manuscr. & quamuis † expressum dicatur plu- 20
ribus modis, Bart. in l. 1. numer. 7. ff. de vulgar. & pu-
pill. & ibi omnes, idem Bart. in l. prætor ait in princ.
ff. de ope. nou. nunc. Card. Paris. cons. 33. numer. 28.
volum. 4. Dec. cons. 389. colu vlt. Consensus tamen † 21
tribus modis dicitur expressus.

Primo quando verbis exprimitur. Glo. 5. in l. etiam.
ff. de auctorit. tutor.

Secundò modo, quando non exprimitur, sed per
signa exteriora † demonstratur. Glos. in l. si patet na- 22
turalis. ff. de adopt.

23 Tertiò modo, quando † ex generalitate verborum
comprehenditur. Barto. in dict. l. prætor ait. ff. de operis
nou. nunc. Socin. conf. 112. num. 8. vol. 1. In casu
verò nostro requiritur primo modo, vt sit expressus
verbis, nam consentit Cardinalis, vel apponendo manum
in supplicatione, vt dixi, quod habet vim con-
24 sensus † expressi, si apponatur post Signaturam Papæ,
vt fuit resolutum in Rota, teste Mandos. de impetr. benefic.
vacant. per obit. famil. Card. quæst. 27. nume. 4.
vel per schedulam.

Dubium tamen est, an in resignatione quæ fit per familiarem
alicuius Cardinalis, requiratur eius consensus?
Pro affirmatiua facit, quia per resignationem va-
25 cat † beneficium, vt est communis opinio, & trita
conclusio omnium Doctorum, vt laté dixi lib. 1. qu. 4.
Sed regula Cancellariæ requirit consensum Cardinalis
in beneficiis vacantibus ex persona suorum familia-
26 rium, ergo &c. eo magis cum, resignans † habetur pro
mortuo. can. in apibus. §. cccc 7. quæst. 1.

27 Secundò, quia disposita in morte † naturali habent
locum in morte ciuili, & sic in resignatione, Cassado.
dec. secunda, numero secundo de appellat. communiter
Doctores in cap. susceptum. de rescript. lib. 6.

His tamen non obstantibus contraria opinio vera est
28 & communis, vt in resignatione quæ fit † per familiarem
alicuius Cardinalis non requiratur eiusdem Cardinalis
consensus, vt fuit resolutum in Rota teste Sarnen.
de infirm. quæstione quarta. Cassador. decis. decima
sexta. Et decis. vltim. numero 6. & 8. de præbend.
Mandos. dict. regul. de impetra. benefic. vacant. per
obit. famil. Cardin. quæst. 5. numer. 4. vers. contraria
29 opinio. Namque dicta regula requirit † consensum
30 Cardinalis in beneficiis vacantibus per obitum, † vt
pluriès ibi hoc verbum obitus reiteratur, quæ cum sit
stricta, & exorbitans, Bellame. decis. 626. columna 5.
Sarn. quæst. 1. & 3. Mandos. quæst. 1. & alij, illô duntaxat
casu debet procedere, scilicet in obitu naturali,
& alias rationes deducit Mandos. d. quæst. 5. vbi respondet
contrariis.

Lib. 8. quæst. 10. numer. 2. Ibi, Alioquin nulla est resignatio.

HOc admittimus in resignationibus beneficiorum, que de iure patronatus Ecclesiasticorum existunt: nam in istis, derogatur in totum iuripatronatus, & derogatio huiusmodi toleratur in Gallia.

Eadem quæst. num. 5. Ibi, Tunc consensus potest præstari antè prouisionem, in prouisione, & post prouisionem.

FLaminij Parisij allegationibus pro hac materia, adde notata per Felinum in tractatu, quandò literæ Apostolicæ noceant Patronis Ecclesiasticis. Limitatione 10. versic. sufficit. Quando autem consensus in ipsa prouisione, vel post prouisionem præstatur à patrono; tunc instrumentum desuper conficiendum, aliter formari debet, quàm concipiatur præcedens per Parisium: additis scilicet addendis, & mutatis mutandis, pro ipsius Notarij dexteritate.

quæst. 10. numer. 11. Habentes ius eligendi debent consentire prouisioni de illo beneficio faciendæ per Papam in fauorem resignatarij.

¶ QVamuis regulariter, apud nos beneficia verè electiua vt sunt plerumque dignitates post pontificalem maiores in Cathedralibus & principales in Collegiatis Papa iure præuentionis non conferat, duobus tamen casibus illa conferre posse certi iuris est. Primò cum ius prouidendi ad ipsum seu quemuis alium superiorem, cum quo concurrit per nullitatem electionis celebratæ aut semestris lapsum eiusdem omissæ deuolutum est, Louetius ad Molin. regul. de infirm. resig. num. 6. in fine. Secundò cum renunciatio beneficij electiui fit in manibus Papæ ad fauorem alicuius, Chopin. de sacra polit. lib. 1. tit. 2. num. 4. Et cum vtroque casu Papa non cumulatiuè sed priuatiuè prouideat, saltem quoad eligentes, nequaquam requiri illorum consensum, sed ipsis ignorantibus immò & inuitis prouisionem apostolicam expleri dicendum est, vt nuper fieri vidimus in resignatione præpositutæ Ecclesiæ Tholosanæ ad fauorem Illustrissimi Domini Antonij Ludouici de Bertier Episcopi Riuensis facta, quæ oppositione Capituli Tholosani posthabita, Romæ fuit expedita & postmodum in partibus executioni demandata. Beneficium autem patronatum Papa similiter iure deuoluto indistinctè citra consensum Patroni Ecclesiastici vel laici confert: iure verò præuentionis per obitum aut resignationem, si Patronus sit laicus, non confert nisi accedente Patroni consensu: Secùs verò si Ecclesiasticus.

QVÆSTIO XI.

An credendum sit literis attestantibus renunciationem factam fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Literis Papæ, attestantibus tale beneficium resignatum creditur.*
2 *Assertioni Papæ statur.*
3 *Veritas est Deus.*
4 *Probatio in contrarium non admittitur, contra assertionem Papæ.*
5 *Contra literas Papæ attestantes de resignatione, nihil potest allegari.*
6 *Clement. literis, de probat. habet locum solùm in Papa.*
7 *Assertioni principis sæcularis, non recognoscentis superiorem statur.*
8 *Dicta principum non recognoscentium superiores, habentur loco plenæ probationis.*
9 *Papæ magis creditur quàm notario.*
10 *Papa potest attestare de resignatione facta coram prædecessore.*
11 *Assertioni principis statur etiam de facto prædecessoris.*
12 *Assertioni filij principis creditur de facto sui genitoris.*
13 *Assertioni Papæ non statur attestantis renunciationem factam fuisse in manibus Ordinarij.*
14 *Principi non creditur de facto alieno.*
15 *Præsumptio oritur ex literis Papæ, attestantibus de renunciatione.*
16 *Attestatio Papæ facta de renunciatione per procuratorem, non probat legitimum mandatum dicti procuratoris.*
17 *Assertio principis de priuatione feudi facta propter demerita probat demeritu, non autem priuationem fuisse factam cum solennitatibus requisitis.*
18 *Priuatio debet fieri citata parte.*
19 *An credatur literis Episcopi cum sigillo absque subscriptione testium & tabellionis, attestantibus de renunciatione, & num. 23. & num. 35.*
20 *Sigillum Episcopi reputatur authenticum.*
21 *Literis Episcopi cum sigillo creditur inter subditos.*
22 *Sigillum Episcopi est publicum.*
23 *Non creditur literis Episcopi solo suo sigillo sigillatis.*
24 *Literis Episcopi contra Apostolicum impetrantem non creditur.*
25 *Testes debent esse rogati.*
26 *Literæ Episcopi etiam sigillatæ non probant in præiudicium tertij.*
27 *Epistola probat contra scribentem, non autem pro eo.*
28 *Sigillo iudicis, in præiudicialibus, non creditur.*

29 *Iudici non creditur in praiudicium alterius.*
30 *Cardinali Legato asserenti aliquid ad se spectare ultra ius commune, non creditur.*
31 *Attestatio legati de latere plenam probationem facit.*
32 *Legato à latere non creditur in his, quæ concernunt præiudicium tertij.*
33 *Cardinali non creditur causam sibi fuisse commissam à Papa.*
34 *Cardinali creditur attestanti de viuæ vocis oraculo, præsente Papa.*
35 *Creditur Episcopo denuntianti subditum esse excommunicatum.*
36 *Literis Episcopi attestantibus de sacerdotio clerici, creditur.*
37 *Literis Episcopi attestantibus de præsentatione, & institutione, creditur.*
38 *Præsentatio probatur per literas Episcopi.*
39 *Literis Episcopi attestantibus de resignatione, & vnica contextu de collatione creditur absque testibus & notario.*
40 *Literis Episcopi non creditur, quando contra ipsum est præsumptio fraudis.*
41 *Literis Episcopi non creditur, quando sunt purè testimoniales super facto præterito.*
42 *Literis Episcopi de resignatione creditur, si adsit sigillum & testes.*
43 *In resignatione facta per procuratorem debet constare de mandato.*
44 *Noua prouisio an probet resignationem.*
45 *Vitiata gratia omnes clausulæ corruunt.*
46 *Renunciatio probatur per literas Papæ.*
47 *Renunciatio probatur per libros notariorum Cameræ & Cancellariæ.*
48 *Officialibus, in his quæ spectant ad eorum officium, plenè creditur.*
49 *Pro notarijs præsumitur.*
50 *Nemo, quantumuis idoneus, potest æquiparari notario.*
51 *Notario magis creditur, quàm literis Ordinarij.*
52 *Notario magis creditur quàm Nuntio.*
53 *Instrumentum notarij, probat renunciationem coràm Ordinario.*
54 *Renunciatio probatur per testes.*
55 *Renunciatio Benef. non præsumitur.*
56 *Renunciatio in omni materia non præsumitur.*
57 *Renunciationem allegans, debet illam probare.*

VNdecimò quæro, an credatur literis attestantibus resignationem fuisse factam de tali beneficio? Duo capita sunt constituenda: Primum in Summo Pontifice; Secundum in Episcopis, & alijs Ordinarijs.

Circa primum, omissis ambagibus, communis opi-
1 nio est affirmatiua, credi literis Papæ, in quibus † dicitur tale beneficium fuisse in eius manibus resignatum, vt fuit pluriès resolutum in Rota, & præsertim tempore Pauli Tertij, in vna Aquens. Canonicatus, & præben. coram Ioann. Mar. teste Crescent. decis. 115. lib. 1. in manusc. & probatur expressè in Clem. literis. de probat. vbi Clemens V. in concilio Vienn. inquit. *Literis nostris, quibus nos dignitates quaslibet, seu beneficia collationis nostræ, vel Sedi Apostolicæ reseruasse, aut resignationem beneficij alicuius recepisse, seu recipiendi potestatem alijs commisisse, vel aliquem excommunicasse, seu suspendisse, seu aliquem Capellanum nostrum, vel familiarem fuisse, vel alia similia, super quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, fecisse narramus, censemus, super his narratis fidem plenariam adhibendam, &c.* & sic inter alia vult credi literis Summi Pontificis attestantibus de resignatione recepta, & ibi Gl. in verbo commisisse, Paul. Zabar. num. 7. Bonif. de Vitall. & communiter alij hoc volunt, idemque tradunt Abba. An. de Butr. & Dec. in cap. post cessionem de probat. Lap. alleg. 5. & est com-
2 munis opinio standum esse assertioni † Papæ, vt probatur in d. cle. literis. Vbi omnes Gem. cons. 33. colum. 3. Bar. in l. ambitiosa, nu. 28. ff. de decret. ab ord. faciend. Lap. d. alleg. 7. & 122. Cald. cons. 7. de rescr. Ioan. Andr. in d. cap. non licet de reg. iur. li. 6. Feder. de Sen. cons. 117. Oldr. cons. 288. Rui. cons. 127. num. 6. vol. 1. Gabr. de probat. concl. 2. cum alijs, vt per Mascard. de probat. concl. 1227. & est communis omnium DD. sententia; nam actus Summi Pontificis non potest nisi circa veritatem versari, cum veritas sit Deus, cuius in ter-
ris † vicem gerit Pontifex, cap. quanto de transl. can. 3
omnis. 7. quæst. 1. Zabar. d. Cle. literis, col. 1. Iol. Ludo. concl. 14. vers. inferius. 42.

Et adeo statur assertioni Papæ vt contra eius † asser- 4
tionem non admittatur probatio in contrarium. Cin. l. vlt. C. si contra ius, vel vtil. pub. Bald. in leg. 1. ff. de off. præt. & in cap. cæterum, col. 3. de testib. Imol. & alij in d. Cle. literis. Curt. Sen. cons. 20. num. 10 Card. Paris. cons. 17. num. 43. volu. 4. Cesal. cons. 185. num. 20. vol. 2. Rom. cons. 310. num. 18. Natt. cons. 482. nu. 46. Mandos. in add. ad d. alleg. 7. Lap. & est communis opinio.
Et ideo literæ † Papæ narrantes coram ipso factam re- 5
nunciationem probant, vt nihil in contrarium allegari possit. Lap. dict. alleg. 7. id colligens ex dictis Pauli in d. Clem. literis. sequitur Mascard. de prob. concl. 1227. num. 35. Et quamuis dispositio d. Clem. literis, de pro-
bat. † loquatur, & habeat locum tantùm in Papa, vt te- 6
nent Felin. in cap. cum a nobis, colu. 3. de testibus Gemin. cons. 96. num. 9. Dec. cons. 410. colum. 2. in fin. Curt.
Iun. cons. 61. num. 13. tamen † assertionibus aliorum prin- 7
cipum etiam statur. Bar. in d. l. Ambitiosa, num 28. Paul. de Castr. cons. 300. col. 2. quem refert & sequitur Natt. cons. 438. num. 39. li. 3. Barb. cons. 3. col. 1. lib. 3. Gramma. cons. 100. num. 66. Soc. Sen. cons. 4. numer. 11. volu. 3. Rui. cons. 175. num. 15. vol. 1. Gozad. cons. 8. num. 43. Ber. cons. 85. num. 6. vol. 1. Alba. cons. 75. num. 6. Rol. à Vall. cons. 1. num. 68. lib. 2. Cesal. cons. 173. num. 26. Soc. Iun. cons. 65. numer. 10. & cons. 66. numer. 6. vol. 1. & cons. 92. nume. 2. vol. 2. Dec. cons. 606. numer. 1. Et est magis communis opinio, teste Ant. Gabr. d. concl. 2. de probat. nume. 18. si dicti Principes non recognoscant superiores. Alex. cons. 112. lib. 7. Soc. cons. 4. colum. 2. in fin. libr. 3. Soc. Iun. cons. 92. numer. 3. volu. 2. Ruin. cons. 31. nu. 10. vol. 1. Hinc de consuetudine, dicta Principum non
recognoscentium † superiorem, loco plenæ probatio- 8
nis habentur. Bald. cons. 217. lib. 3. & consilio 420. eod. li. Menoc. cons. 110. numer. 26. Mascard. de probat. d. concl. 1217. num. 119.

Et magis creditur Principi, quam † Notario. Gab. d. 9
conc. 2. de probat. numer. 21. Iacob. de sanct. Georg. de feudis. §. an Princeps, num. 9.

Amplia, vt credatur literis Papæ attestantibus resi-
gnationem beneficij † esse factam; vt procedat non so- 10
lùm si attestetur fuisse in suis manibus factam & ab eo receptam, sed etiam si attestetur in manibus prædecessoris, & per ipsum receptam, in his terminis soluit Rot. in dicta Aquen. Canonicatus, vt tradit Crescent. dict. dec. 115. lib. 1.

Nam assertioni Principis statur, etiam si narret fa-
ctum sui † prædecessoris, vt scriptum reliquit Imol. in 11
dict. Clement. literis. colum. pen. vers. idem per omnia, de probat & ibi Cardin. quæst. 9. Alex. cons. 15. num. 2. libr. 5. Angel. cons. 99. nume. 3. volum. 4. Rip. respons. 1. numer. 28. libr. 1. communis opinio, vt per Gabriell. dict. conclus. 2. de probat. num. 17. Mascard. dict. conclus. 1227. nume. 48. dantes rationem, quia præsumitur de tali facto informatus, hac etiam ratione
creditur † assertioni principis de facto sui genitoris 12
Roman. cons. 350. numer 18. Tiraquell. de vtroque retract. p. 1. Gloss. 14. §. 2. num. 49.

Limita non procedere, quotiès Papa asserit renunciationem factam esse in manibus Commissarij. aut Or-
dinarij, vel alterius, quia † tunc eius assertioni non 13
statur, ita Bellam. decis. 253. vbi tenet quòd si Papa narrat per procuratorem ad hoc legitimè constitutum N. renunciasse præbendam in manibus Commissarij

ipsius Papæ, & præbendam illam sic vacantem confe-
rat Meuio petarque ex dicta collatione Meuius præben-
dam huiusmodi, hoc non sufficit inquit Bellam. & hanc
deci. Rota. in dicta Aquen. Canonicatus intellexit,
quando Papa asserit renunciationem factam in manibus
Commissarij, & sic tertij, nam tunc non creditur, vt
tradit Crescent. dict. decis. 115. lib. 1. in manuscr. &
14 ratio est, quia Principi, non creditur de facto † alieno.
Calde. conf. 2. de priuileg. Oldra. conf. 158. colum. 2.
Rot. decis. 2. de præbend. in antiq. Bellam. decis. 191.
Gemin. conf. 15. num. 8. Aret. conf. 23. numer. 9. Ro-
man. conf. 180. num. 3. Card. Paris. conf. 13. nume. 23.
volum. 4. Afflict. decis. 305. nume. 15. Ruin. conf. 127.
nume. 12. vol. 1. Card. conf. 128. colum. 2. & est com-
munis opinio teste Alex. conf. 112. numer. 2. lib. 7. de
communi etiam attestatur Mascard. dicta conclus. 1227.
num. 54. Menoch. dict. conf. 100. num. 18. cum sequen.
vbi reddit rationem.

Declara vt dictis literis fides plenaria non adhibea-
15 sur, sed tantum † præsumptio inducitur. Lap. allega. 7.
Mascard. dict. conclus. 1227. num. 35. & est communis
opinio.

Limita secundò si Summus Pontifex asserat renun-
ciationem talis beneficij esse factam coram se, in eius
16 manibus per procuratorem, vt † probet huiusmodi
assertio renunciationem, non tamen probet illum
fuisse verum procuratorem, & habuisse legitimum
mandatum, Gemin. conf. 53. Gregorius, ita numer. 14.
vers. potest secundò responderij, vbi ad hoc adducit
Glo. Mascard. sequitur dict. conclus. 1227. num. 36. &
numer. 89. ad hoc citat Crauett. de antiq. temp. parte
prima c. 3. numer. 9. Mandos. in addit. ad dict. alleg.
Lap. 7. vers. secundo, quibus addo Bellam. egregiè
hoc in specie tenentem d. decis. 253. in fin. & est com-
munis conclusio, ita si Princeps dicat priuasse aliquem
17 † feudo propter demerita, probantur per talem asser-
tionem demerita, non tamen probatur, quòd priuatio
fuerit facta cum debitis solennitatibus & citata parte,
18 † proüt fieri debet. Dec. conf. 606. numer. 7. vbi alios
citat.

Circa secundum caput Quæritur, an credatur literis
19 Episcopi, solo suo sigillo † sigillatis sine subscriptione
testium, ac tabellione, attestantib. resignationem fuisse
factam in manibus suis, & per ipsum admissam, & col-
lationem per eum factam. Cum iste casus esset propo-
situs in Rota antiquo tempore fuit pro affirmatiua opi-
nione resolutum, vt habetur decis. prima. de probatio.
in nou. & decis. decima sexta. eodem tit. in antiquit.
sequutus est Dec. post Abb. in cap post cessionem. n. 31.
de prob. Mascard. de probat. conclus. 988. numer. 10.
Card. sanctæ Cruc. decis. 77. in manuscr. quia inquit
Rot. decis. prima attenta generali consuetudine Vrbis,
20 quam etiam seruat Palatium, sigillum Episcopi † repu-
tatur authenticum, & creditur ei in his, quæ spectant
21 ad suum officium, & inter subditos, † Bellam. dec. 86.
Roman. sing. 741. Archi. in c. qualiter. num. secundo.
7. q. 1. Bald. conf. 319. num. 2. libr. 3. Ferret. conf. 283.
numet. 25. Gem. conf. 57. colum. 3. Socin. conf. 257.
colum. 3. libro 2. Franc. in cap. vt circa, colum. 4. de
elect. lib. 6. Ioan. Selu. de benefic. in tertia parte prin-
22 cip. quæstio. 23. sigillum enim † Episcopi publicum est.
Paul. de Castr. in l. si procuratorem. ff de procu. & fa-
ciunt quæ scribit Innoc. cap. 1. in fi. de fid. instrum. &
in cap. quoniam contra. de probat. sed omnia & singu-
la præmissa spectant ad officium suum, & inter sub-
ditos suos extra iudicium per eum expediuntur. cap.
admonet, de renunciat. cap. vno, eod. tit. libr. 6. er-
go, &c.

23 Contraria † tamen opinio, quòd non credatur li-
teris Episcopi solo suo sigillo sigillatis sine subscriptio-
ne testium, ac tabellionis, attestantibus resignationem
factam in suis manibus, & per ipsum admissam tenuit
Rot. bis in vna Burgen. coram Crescentino decis. 157.
libr. 1. in manuscr. quam etiam opinionem videtur te-
nere Felin. in dict. cap. post cessionem. nume. 7. in se-
cunda conclusione de probat.

Pro qua primò adducitur, quia sicuti † non creditur 24
literis contra Apostolicum impetrantem, in quibus
Episcopus diceret, se primo contulisse beneficium,
quam Papa, seu eius executor propter fraudes præ-
sumptas, vt tenet stylus Palatij teste Rot. dict. decis. 1.
num. 2. de probat. 10 cap. post cessionem. colum. 6. de
proba. post num. 15. Dec. num. 35. Felin. num. 8. Bel-
lam. decis. 321. cum alijs multis, vt per Mascard. de
probat. concl. 988. numer. 13. & est communis opinio
etiam si dicat Episcopus præsentibus testibus, nam re-
quiritur, † quod fuerint togati, Card. Sanctæ Crucis 25
decis. 76. in manuscr. Ita neque prædictis literis, quia
eadem ratio fraudis, vel saltem similis viget, ne sit in
facultate ordinariorum priuare omnes beneficiatos
suæ diœcesis asserendo eos in manibus suis resignasse.

Secundò, quia regulariter creditur literis in his, quæ
concernunt præiudicium sigillantia, non autem in præ-
iudicium tertij, contra quem † literas Episcopi etiam 26
sigillatas non probare scribit Socin. sen. conf. 258. col.
penult. libr. 2. quod comprobatur ex eo, quòd dicitur
de scriptura, & Epistola, vt † si agnoscatur probet 27
contra scribentem, non autem pro scribente. l. publi-
ca. §. vlt. ff. de poss. cap. 2. de fid. instrum. vbi Abb.
num. 8. Dec. nume. 15. Ruin. conf. 121. num. 18. lib. 4.
Rip. in l. admonendi. nume. 153. ff. de iureiuran. & est
communis opinio teste Mascard. de probat conclus. 626.
vbi comprobat, ampliat, & limitat.

Hinc in præiudicialibus † non creditur sigillo, Iudicis, 28
Rot. decis. 15. de procur. in antiq. Thom. fastol. dub.
65. vacante Acchid. in cap. placuit. 6. quæst. 1. & Iudici
non creditur † in præiudicium alterius. cap. quoniam 29
contra. de probat. Dec. in dict. cap. post cessionem.
nume. 33. Ita non creditur † Cardinali legato asserenti 30
aliquid ad se spectare ex facultatè sibi concessa propter
ea, quæ sibi competunt de iure communi, vt fuit reso-
lutum in vna Salamantin. beneficij coram Capizucco.
24. Octobris 1572. teste Caputaq. decis. 127. libr. 1. in
manuscr. quam opinionem videntur tenere Bald. Imol.
& Fel. & alij quos refert, & sequitur Mascard. de pro-
bat. conclus. 269. num. 25. Corn. conf. 155. In fin. vol.
1. Card. Paris. conf. 2. numer. nono, volum. 2. Capel.
Tolos. q. 463. Et quamuis Legati † de latere attestatio 31
plenam probationem faciat, Abb. Imol. & Fel. in cap.
quod super. de fid. instrum. Fel. in cap. cum introire.
num. 12. de offic. deleg. Gondisal. in tract. de legat. in
6. quæst. 1 par. colum. 4. & communiter alij. Idque re-
ceptum est de consuetudine. Gl. in Clem. literis, in
verb. reseruans. de probat. Alex. conf. 106. numer. 13.
libr. 2. tamen id procedit in his quæ veniunt de iure
ordinario ex officio legationis. Gem. in cap. 1. colum.
penult. de offic. legat. & ibi Franc. columna secunda
Mascard. de probat. conclus. 269. numer. 7. non autem
† creditur Cardinali in his, quæ tertij præiudicium 32
concernunt. Capel. Tolos. qu. 414. Card. Paris. conf.
236. numer. 31. volum. 4. Crauet. conf. 104. numer. 5.
Alex. conf. 112. num. 2. lib. 7. vbi attestatur esse com-
munem. Corn. conf. 155. in fi. lib. prim. Dec. conf. 463.
num. 10. Curt. Iun. conf. 61. num. 13. in fin. & ideo non
creditur Cardinali asserenti † se delegatum, seu causam 33
sibi commissam fuisse à Summo Pontifice, Inn. in cap.
cum olim. r. de priuil. Ant. de Butr. Imol. Fel. in d.
cap. quod, col. 2. in fi. Abb. in cap. propterea, colum. 2.
de dilat. Capel. Tolos. quæst. 464. Mascard. dict. con-
clus. 269. num. 20. Gozadin. conf. 41. num. 5. Hæc au-
tem recipiunt limitationem, vt non procedant, quando
Cardinalis attestatur aliquid cum Summus Pontifex est
præsens in loco illo ad quem facilè confugere quisque
potest, † quia tunc non est præsumendum ipsum menti- 34
ri, & ab omnibus receptum est, tunc credi Cardinali
asserenti de commissione sibi facta viuæ vocis oraculo
à Summo Pontifice: vt scribunt Imol. in dict. cap.
quod super his, & ibi Fel. colum. 3. de fid. instrument.
Card. Alex. in c. nobilissimus. distinct. 98. Barbar. in
tract. de præstao. Card. in secunda part. in prima quæ-

Digitized by Google

stione, Ias. in reperit. l. admonendi. num. 189. ff. de in-
reiur. Idem Ias. cons. 145. colum. 2. lib. 4. Card. Paris.
cons. 11. nume. 17. volum. vlt. & cons. 132. numer. 70.
colum. penult. volum. etiam 4. secundùm hanc opi-
nionem iudicauit Rot. in vna Rom. inter Canonicos, &
Beneficiatos S. Petri coram Contareno de mense Octo-
bris 1540. teste Put. decis. 3. de prob. in manuscr. &
decis. 2. num. 4. libr. 1. in impress.

Quid dicendum in hac quæstione, cum vltra aucto-
35 ritates Doctorum, † decisiones Rotæ inter se sint con-
trariæ.

Distinguendum erit pro concordia, prout distinxit
Rota, concordando dictas decisiones in vna Brachinon.
de monte coram Achille die 22. Octobris 1554. teste
Caputaq. decis. 103. libr. 2. in manuscr. Quod aut Epis-
copus attestatur in suis literis, resignationem fuisse fa-
ctam in manibus suis eo tempore, quo refert, & ad-
mittit, & tunc vera est prior sententia, vt eius literis
credatur attestantibus de his, quæ coram ipso facta
sunt, vt latè comprobat Mascard. de probar. dict. con-
clus. 488. num. 1. dicens num. 4. hanc opinionem esse
veriorem.

36 Hinc † creditur Episcopo denuncianti subditum suum
fuisse excommunicatum. Bertach. in tract. de Episcop.
in octaua part. tit. 3. quæst. 16. Hinc creditur literis
37 Episcopi attestantibus † de Sacerdotio Clerici. Bal.
in l. si qua. colum. 4. C. de Episcop. & cler. Rom.
sign. 741.

38 Ita creditur † literis Episcopi attestantibus de præ-
sentatione, & institutione. Gem. cons. 57. col. 3. & per
39 illas † probatur præsentatio. Bellam. decis. 221. & 311.
Cal. cons. 1. de fid. instru. Spectat enim hoc ad eius of-
ficium, vnde debet illi plenè credi, iuxta communem
opinionem. Eo magis, quia hoc casu cessat omnis fraus.
Ita etiam si admittit, & confert, Mill. in repert. in verb.
literis. Episcopi, cuius sigillo. Crescent. dict. decis. 157.
40 Ita etiam si in literis ordinarij narratur † resignationem
factam fuisse in manibus suis, & collationem ab eo
vnico contextu, tunc creditur dictis literis etiam sine
tabellione, & testibus, vt fuit resolutum in vna Tole-
tana de Alpedrata coram Thoma de Tanis die 24. No-
uembris 1542. teste Put. decis. 384. lib. 1. & in alia Ca-
meticen. Canonicatus & Præb. 8. Iunij 1555. coram Ca-
pizuccho, teste Caputaq. decis. 87. p. 3. vbi numer. 5.
refert idem fuisse decisum 15. eiusdem mensis & anni.

Aut vero Episcopus attestatur beneficium tale vaca-
re per renunciationem, nec dicit coram quo fuit facta
vel si dicat fuisse factam in manibus suis, non tamen
dicit hodie, vel eo tempore, & his casibus vera est
communis & posterior sententia, vt eius literis non
credatur. Et hoc propter fraudis suspicionem & sic mi-
litat eadem ratio, quæ militat vt non ei credi debeat
contra Apostolicum impetrantem, vt suprà dixi, & est
41 regulare, vt quando contra Episcopum est † præsum-
ptio fraudis, tunc eius literis non credatur, Abb. in d.
cap. post cessionem. post num. 15. Soc. Sen. cons. 258.
colum. 3. lib. 2. Bellam. decis. 321. Mascard. de prob. d.
42 concl. 988. numer. 13. Ita & etiam non creditur † literis
Episcopi, quando literæ sunt puræ testimoniales super
facto de præterito, putà quia ad petionem partis scribit
talem excommunicasse, vel ordinasse, vel beneficium
contulisse, Calde. d. cap. post cessionem. colu. 5. circa
prin. & colum. 6. de proba. quod declarat Mascard. d.
conclu. 988. numer. 21. & 22. Limit. nisi cum narratiua
ordinarij concurrat præsumptio resignationis, Imol. in
d. Cle. literis, colum. vlt. in fi. de probat. fuit reso-
lutum in vna Camaticen. teste Caputaque. decis. 87.
part. 3.

Secundò quæritur, an credatur literis Episcopi atte-
stantibus resignationem factam † in manibus suis, si
43 appareant sigillatæ sigillo authentico, subscriptæ ma-
nibus testium ?, communis opinio est affirmatiua plenè
credi, quam opinionem tenet Innoc. in cap. 1. in prima
oppos. de fid. instru. Fel. in cap. post cessionem. num. 3.
sub fi. de prob. & ibi Dec. numer. 49. Put. decis. 400.
num. 4. lib. 1. Cal. Ant, Imol. Abb. & Dec. nu. 22. in d.
c. & est communis opinio, vt patet ex adductis per Mas-
card. de prob. conclus. 627. num. 1. vbi numer. 2. Am-
pliat id procedere non solum in leuibus, sed etiam in
arduis, & alia in dict. conclus. deducit ad propositum.

Declara vt si ordinarius in his literis sigillatis cum
testibus dicat resignationem per procuratorem haben-
tem † mandatum, vt debeat de mandato constare, ita 44
Put. d. decis. 400. num. 4. lib. 1. qui in principio refert
in vna Salamant. de Villoria 15. Decembris 1542. fuisse
resolutum, quod † noua prouisio in qua narrabatur re- 45
signatio in manibus ordinarij, non probat resignatio-
nem esse subreptitiam nec posse N. in fauorem cuius
erat concessa noua prouisio per clausulas generales,
siue alio quouis modo, impetrare beneficium vacans per
obitum eiusdem, qui narrabat se resignasse, nam vitiata
† gratia principali, omnes aliæ clausulæ accessoriæ cor- 46
ruunt, Abb. in cap. Sedes Apostolica. colum. 2. & cap.
super literis. de rescript. & fuit responsum literas or-
dinarij subscriptas per testes, in quibus narrabatur
resignationem in manibus suis factam fuisse per procu-
ratorem, quia non constabat de mandato, subreptitias
esse.

Ex his etiam colligitur quomodo probetur, aliquem
renunciasse beneficium, nam primo hoc † probatur per 47
literas Papæ, vt suprà ex communi opinione de stylo
obseruata dictum est.

Secundò probabitur † per libros Notariorum Came- 48
ræ, & Cancellariæ, in quibus est extensus consensus for-
malis resignantis, nam libris officialium in eis quæ spe-
ctant ad eorum † officium plenè creditur. Bartol. in leg. 49
quædam. §. nummularios. ff. de eden. in fi. & ibi Paul. Ca-
str. in prin. Socin. Senior consilio centesimoquinto. nu-
mero secundo. volu. secundo. Crauett. de antiquitat.
tempor. in part. prima. sect. quarta. limitatur numero
sexagesimo secundo, & sexagesimotertio. Ripa. in l. ad-
monendi. num. 139. ff. de iureiurand. Menoch. de arbi-
tr. in dict. cas. 91. num. 3. & ita communiter obseruari
attestatur Angel. in d. §. nummularios. & Curt. in dicta
leg. admonendi. num. centesimo quinquagesimo tertio.
attestatur de communi, Alex. consilio 136. lib. 2. Fe-
deric. de Sen. consilio. 119. in fi. Bald. cons. 400. libro
quinto. Roman. cons. 319. Roland. a Vall. consilio no-
nagesimosecundo. numero duodecimo. volum. 3. & sem-
per † in dubio præsumitur pro Notarijs, cap. ad Au- 50
dientiam. de præscript. vbi Abb. num. 6. & alij omnes
Alexand. consilio trigesimotertio. col. secunda libro
tertio. Boër. decis. 116. num. 4. Capic. decis. 61. numer.
7. Anch. consilio. 178. num. sexto. Ruin. cons. 159. nu-
mero decimo sexto. libro secundo Dec. cons. 451. num.
4. latè Alciat. tractatu præsumpt. regul. 3. præsumptio,
decimasexta. nam nemo † quantumuis idoneus potest 51
æquiparari Notario, Abb. per illum textũ in cap. quo-
niam contra. numero tertio. & ibi Dec. numer. decimo.
de probatio Idem Dec. consilio centesimo vigesimo in
principio. Capra consilio septuagesimo septimo. & ideo
magis † creditur Notario quàm literis ordinarij, Spe- 52
culator de instrument. edit. §. restat. numero decimo-
octauo. Ioan. And. in ca. post cession. de probar. Bald. in l.
si quis decurio. C. de fals. & magis † Notario, quàm nun- 53
cio, Abb. Imol. Franc. & Dec. numero decimotertio. in
cap. cum parati, de appellat. Angel. in l. 1. §. 1. ff. quemad.
mod. testamen. aper.

Tertiò probatur per literas ordinarij eo modo, vt su-
prà declaratum est.

Quartò probatur † per instrumentum Notarij confe- 54
ctum super resignatione facta coram Episcopo ea ra-
tione, quæ colligitur ea Doctoribus supra allegatis, &
sic quotiès constat de consensu resignantis per Nota-
rium rogatum. Put. decis. tricesima octuagesima quarta,
lib. 1.

Quintò testes † deponentes aliquem renunciasse, fa- 55
cere aliqualem probationem. refert Bald. in cap. 2. nu-
mero tertio. de restitutio. spoliar. Ias. in l. cum proponas.
numero quartò. C. de pact. vbi dicit respondisse in fa-

Digitized by Google

cto, & in leg. prima. in primo, nota. C. de bon. possess. contra tabulas, Cassador. decis. octaua. numero quarto. de restitut. spoliat. Franc. Niconit. in cap. quoniam contra. numero centesimo trigesimo secundo. de probat. Ferret. consilio 583. num 55. Dec. in l. nihil tam naturale, numero duodecimo. ff. de regul. iur. Gig. de pens. quæstio. 45. Rot. decis. 8. de probat. in antiq. Mascard. de probat. conclus. 1271. vbi alios citat.

Et hac sumpta occasione est sciendum renunciatio-
56 nem beneficij † non præsumi, quia quod fortè multis laboribus, & expensis quæsitum est, non præsumitur quis renunciare. Abb. in cap. super hoc. per illum text. & ibi omnes Doctores de renunc. num. duodecimo. & Imol. num. etiam 22. Ioann. Andr. columna quinta. Cardin. Parisius consilio 10. num. 64. volum. 1. Mascard. de probat. conclus. 1275. num. 21. & est communiter à
57 Doctoribus traditum in omni materia † renunciationem non præsumi, Dec. in leg. postquam liti, numero 16. C. de pact. & consilio 352. numero octauo. Crauett. cons. 257. num. 4. & cons. 552. num. 6. & cons. 590. nu. 6. Natt. cons. 78. in fin. lib. 1. Cardin Paris. cons. 49. numero 39. volum. 3. cum alijs, vt per Tiraquel. in l. si vnquam. in præfat. numer. 128. & 159. C. de reuocand. donat.

58 Et qui eam † allegat, debet illam probare, vt est communis, & recepta omnium DD. sententia, vt patet latè ex adductis per Mascard. de proba. conclus. 1263. num. 1. & 2. cum sequen.

Lib. 8. quæst. 11. num. 2. Ibi, Communis opinio est affirmatiua, credi literis Papæ.

IN Gallia non item, cùm ibidem clementina literis, de probat. (super qua huiusmodi opinio fundatur) sublata sit. tàm per concordata, quàm per Pragmaticam sanctionem in tit. de sublat. Clem. literis.

Eadem quæst. num. 40. Ibi, Tunc creditur dictis literis, etiam sine tabellione & testibus.

ET verè quidem, nam per quinque annos & vltrà, Secretarij Archiepiscopatus Tolosani officio sub Illustrissimo Cardinali de Ioiosa, amplissimo Franciæ protectore, tunc Ecclesiæ Tolosanæ Præsule functi & potiti fuimus, nec tamen vnquàm (quòd meminerimus) eundem Illustrissimum Notario seu Tabellione, pro actu resignationis illiusque admissionis, & collationis recipiendo, vsum fuisse vidimus. Sed semper formam, & per nos vno & eodem contextu expedito actui subscripsisse, suoque sigillo illum communiri mandasse: testibus ad minus duobus, qualitatis requisitæ (vt videlicet satis Regijs constitutionibus, & supremarum curiarum placitis fieret) adhibitis.

Eadem quæst. nu. 37. Ibi, Creditur literis attestantibus de Sacerdotio clerici.

HOc verum, si Clericus promotus, ortus est ex diœcesi Episcopi promouentis: nam si secus, vltrà prædictas literas, exhibendæ etiam necessariò erunt literæ dimissoriales Episcopi originis; alioquin solæ promouentis literæ (vti a non habente potestatem emanatæ) non suffragabuntur. cap. eos. de temporib. ordinat. in 6. Nec nos mouet cap. cum nullus. eod. tit. in cuius specie quilibet Episcopus tàm originis quàm domicilij & beneficij, superior dicitur. Hoc enim de Episcopo dimittente, non autem de promouente, (¶) intelligendum est. Ponderando verba, præter superioris ipsius licentiam. Et hæc, superior in hoc casu. (¶) Vult ergo duelosius quod Episcopus domicilij vel beneficij dimittere possit ordinandum, ipsum autem ordinare non possit, quod tamen est contra omnium sententiam, vsum vniuersalem, & manifestam iuris rationem: nemo enim plus iuris in alium transfert quam ipse habeat, vulgat. lege nemo plus & cap. nemo potest. de regul. iur. Alienus autem Episcopus licitè ordinans dimissum ab Ordinario beneficij vel domicilii plus haberet potestatis per dimissoriales quàm haberet ipse dimittens quod dici non potest. Sed cum Episcopus domicilii, vel originis dimittere possit, vt ipse fatetur & textus est apertus in cap. cum nullus, de temporib. ordin. cur necessarias dicat præcisè literas dimissoriales Episcopi originis non video.

Eadem quæst. numero 44. Ibi, Vt debeat de mandato constare.

NEque enim creditur referenti, nisi producatur relatum. Auth. si quis in aliquo. C. de eden. & de his quæ non sunt, & quæ sunt, sed non apparent, idem est Iudicium, l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutela.

Finis Libri Octaui.

FLAMINII PARISII
IVRE-CONSVLTI CONSENTINI.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER NONVS.

De Resignatione quæ fit per procuratores in Curia, & extrà.

Hic Liber Nonus continet Triginta duas quæstiones.

28 *An procurator datus ad resignandum, possit praestare consensum, non obstante quòd per literas constituens ei prae habuit.*
29 *An procurator censeatur reuocatus eo quia resignans constituens effectus sit furiosus.*
30 *An procurator datus ad resignandum censeatur reuocatus per dationem alterius.*
31 *An procurator datus ad resignandum cum iuramento de non reuocando, possit reuocari non obstante huiusmodi iuramento.*
32 *An per priuationem censeatur reuocatus procurator datus ad resignandum, & quid de translatione.*

QVÆSTIO I.

Qui possint constituere procuratores ad resignandum beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio potest fieri per procuratorem.*
2 *Nulla est dubitatio cum habemus casum legis.*
3 *Permutatio potest fieri per procuratorem.*
4 *Mandati vsus necessarius fuit.*
5 *Qui possunt per se renunciare possunt & per procuratores.*
6 *Qui potest per se, potest per alium.*
7 *Infirmus potest per procuratorem resignare.*
8 *Infirmitate oppressus potest esse sanus.*
9 *Infirmus potest testari, & alios legitimos actus facere.*
10 *Constitutus in dignitate potest illi renunciare per procuratorem.*
11 *Gregorius XII. renunciauit Pontificatui per procuratorem.*
12 *Cardinalis de Medices renunciauit Cardinalatui per procuratorem.*
13 *Furiosi, Mentecapti, dementes non possunt constituere procuratores ad resignandum beneficia quae obtinent.*
14 *Consensus deficit in furiosis, mentecaptis, & dementibus.*
15 *Furiosi aequiparantur mortuis.*
16 *Furiosi aequiparantur ignorantibus.*
17 *Dementes aequiparantur absentibus.*
18 *Furiosi non possunt resignare.*
19 *Furiosi non possunt permutare.*
20 *Furiosi non possunt conferre.*
21 *Furiosi non possunt donare.*
22 *Minor non potest resignare neque per procuratorem.*

ET quia non solum per se quis potest beneficia re-
1 signare, sed etiam per procuratorem † vt commu-
niter est receptum per omnes, etiam in praxi, vt
scriptum reliquerunt Host.in sum.in tit. de renunc.nu.7.
Paul.Card.zabarel.Imol.Bonifac. de Vital.in Clem. 1.
eod. tit.Imol.in cap.1.num.7.eod.tit.Pet. Greg. Syntag.
Ior.lib.17.ca.17.num. 37.Moder.Flor.in l.vlt.gl.3.num.
113.de leg.quod satis probat text.in d.Clem.vnica de re-
2 nuo. vbi est casus de hoc, vnde † nulla remanet diffi-
cultas. l.ancillae, C.de fur. l. illam, C. de collat. Dec.
cons. 484. numer.1. Soc. Iun. cons. 10. numer. 2. lib. 1.
Caephal. cons. 138. num. 20. lib. 1. & hoc modo tota
dic fieri videmus, ita etiam, possunt permutari benefi-
3 cia † per procuratorem, Bellam. de permut. benef. pag.
8. quaest. 2. nu. 9. & est communis opinio, namque vsus
4 mandati † necessarius fuit, quando rebus nostris superes-
se non possumus, vel volumus. l. 1. ff. de procurat. vbi
omnes DD. & quia huiusmodi materia est valdè vtilis
& practicabilis, ideo subijciam aliquas quaestiones pro
dilucidatione totius materiae.

Primò quaero, qui possunt constituere procuratores
5 ad resignandum beneficia, responde omnes † qui pos-
sunt per se resignare sua beneficia, possunt etiam consti-
tuere procuratores ad illa ceden.vt tradit Bonif. de Vi-
tallin. in d.Clem.vnica,num.26.de renunc.vbi dicit re-
6 gulam esse, vt † qui potest per se, possit per alium, l. la-
beo. ff. de vsucapio. Et in hoc concurrunt communiter
DD. & ita seruat stylus. Amplia vt etiam infirmus possit
constituere procuratorem † ad resignandum beneficium, 7
vt scribit D. meus Card. Paris. cons. 15. numero 9.cum
seq. volum. 4. Ratio quià corpore languens, & infir-
mitate oppressus † potest esse mente sanus, l. sanum. 8
C. de transact. l. senium, C. qui test. fac. poss. l. 2. &
l. in aduersa, ff. qui test. fac. poss. ob id talis oppressus
corpore, mente autem sanus etiam si proximus morti
existeret, & cogitatione mortis turbatus poterit testari
& alios actus † legitimos facere, l. hac consultissima, §. 9
at cum humana. C. qui test. fac. pos. l. scia. §. vlt. ff. de don.
cau. mor. Ias. in l. quoniam indignum. in 24 not. C. de
test.

Secundò amplia vt † etiam constitutus in dignitate 10
possit illi dignitati renunciare per procuratorem vt est
text. in Clem. vnica de renunc. vbi loquitur in apice
Apostolatus, & hinc est quòd Greg. XII. † renunciauit 11
Pontificatui maximo per procuratorem, vt Platina,
Onufrius & alij tradunt, & Serenissimus Ferdinandus
Magnus Dux Etruriae renunciauit † Cardinalatui per 12
procuratorem, ut dixi lib. 8. quaest. 4. Et plures Episco-
pos renunciasse per procuratorem vidimus pluriès, &
omnes sciunt, Limita primò hanc conclusionem non
procedere in furiosis, † mente captis, & dementibus, 13
qui non possunt constituere procuratores ad resignanda
beneficia quae obtinent, vt scribit Card. Paris. cons. 15.
nume. 9. cum seq. volum. 4. Ratio quia ad constituen-
dum procuratorem requiritur consensus, qui deficit † in 14
furiosis, mentecaptis, & dementibus, Dec. & com-
muniter in l. furiosum, C. qui test. fac. poss. nam † aequi- 15
parantur mortuo. Bald. in l. humanitatis, C. de impub.
& alijs substit. l. Fulcinius. §. adeo, ff. ex quib. caus. in
poss. eatur, & † ignorantibus, Alex. in l. 1. §. adipisci- 16
mur. numero 8. ff. de acq. poss. ac † absentibus, Ant. in 17
l. item. §. cum filio, numero 2. ff. de iniur. ac dormien-
tibus, & ob id † non possunt neque per se resignare, vt 18
dixi lib. 3. quaest. 8. Neq. † permutare. Bellam. dec. 501. 19
& est communis opinio. Nec † conferre, Ferret. cons. 20
201. numero 7. Nec adire haereditatem. D. meus Card.
Paris. cons. 99. num. 1. vol. 2. Nec † donare, Corn. cons. 21
219. lib. 3.

Secundò limita in omnibus his qui † non possunt per 22
se, prout sunt minores, & similes personae. Card. S. Cruc.
decis. 73. in manuscr. nam hae personae neque poterunt
per procuratorem, ex argumento à maiori, quod vali-
dissimum esse in iure, omnes DD. scribunt. Limita ter-
tiò in his personis, quae non possunt procuratores con-
stituere. arg. in cap. intelleximus de Iud. vbi Abb.
Dec. & alij.

Lib 9. quaest. 1. num. 1. Ibi, Vt scriptum reli-
querunt.

MIramur sanè quòd Parisius, Rebuffi (quem alibi saepenumero citare, & allegare solet) hic etiam non meminerit: eo maximè, quòd is, expressum, de procuratoris ad resignandum constitutione, titulum in tertiam suae praxis beneficiariae partem congesserit.

Eadem quaest. num. 12. Ibi, Per procuratorem.

POnit singularem pro plurali. Duo enim, ad effectum Cardinalatus renunciationis, erant constituti procuratores ab ipso Etruriae Duce, vt ex citato loco constat. Tamen huiusmodi negotium aequè per vnum expediri potuisse, inficias ituri non sumus.

quæst. 1. num. 7. Amplia vt etiam infirmus possit constituere procuratores ad resignandum.

¶ LIberum est enim cuique, etiam in mortis articulo proprio se abdicare beneficio, cap. penult. vbi Panorm. de renunciat. maiori tamen 14. annis, cap. fin. de Iudiciis, quin & accusato, imò etiam damnato, qui prouocauit, l. qui à latronibus. § fin. ff. de testam. resignatio tamen infirmi maximè causa permutationis de pio, ut cum tenui Paulo ante mortem, etiam hinc inde adimpleta in mente non libero facta facile ea præsumpta fraude iudicatur nulla in gratiam Expectantium, Louet. ad Molin. super regul. de infirmis resig. num. 111. Secus si fiat in mente libero, idem ibid.

QVÆSTIO II.

Quæ beneficia possint per procuratorem resignari.

SVMMARIVM.

1 *Omnia beneficia possunt per procuratorem renunciari.*
2 *Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Episcopatus, potest per procuratorem renunciari.*
3 *Loquutio generalis nihil relinquit intactam.*
4 *Non potest constitui procurator ad resignandum beneficium nondum habitum.*

SEcundò quæro, quæ beneficia possunt per procuratorem renunciari? hæc quæstio dependet à præcedenti ideo concludendum est communem
1 esse opinionem omnia beneficia † posse per procuratorem renunciari, etiam maxima, namque potest
2 renunciari, etiam Pontificatus † maximus d. Clem. vnica. vbi Bonif. de Vitall. hoc not. num. 7. & est tex. in cap. 1. eod. tit. in 6. vbi Doct. communiter vt euenit Greg. XII. Card. Iacob. in tract. de Conc. lib. 9. art. 11. numer. 1. potest etiam renunciari per procuratorem Cardinalatus, vt euenit tempore S. D. N. Sixti V. an. 4. Tertiò infertur posse renunciari per procuratorem Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, vt dicitur in d. Clem. vnica, ibi, *Pontificalis, &c.* Quartò infertur posse renunciari per procuratorem omnem dignitatem Ecclesiasticam, vt patet in d. Clemen. vnica, ibi. *aut alij cuilibet dignitati. &c.* quæ verba satis comprehendunt dignitatem Ecclesiasticam etiam curatam, & quantumuis priuilegiatam iuxta ea, quæ scribit Crauet. cons. 194.
3 num. 1. & cons. 308. col. 4. 5. 6. loquutio † enim generalis nihil relinquit intactum, Bal. cons. 205. lib. 1. Crau. cons. 133. num. 5. Quintò infertur idem esse in omnibus beneficijs simplicibus, & curatis, vt ex ead. clem. vnica, ibi, *vel beneficijs*, colligitur, quæ verba secundum Bonif. de Vitall. ibi num. 8. largè sumuntur, vt omnia beneficia Ecclesiastica cuiuscumque qualitatis, & generis comprehendantur, cap. tua. de verb. signif. & hoc est clarum cum tota die practicetur, non tamen potest consti-
4 tui procurator † ad renunciandum beneficium nondum habitum. Bellam. de perm. benef. par. 8. quæst. 2. numer. 10. & est communis opinio omn. DD. vt dixi libr. 4. quæst. 22.

Lib. 9. quæst. 2. numer. 2. Ibi, Anno quarto.

SCilicet Pontificatus Sixti Papæ Quinti, Natiuitatis autem Domini nostri Iesu Christi Anno millesimo quingentesimo octuagesimo octauo.

Eadem quæst. num. 4. Ibi, Nondum habitum.

ILlud intellige quod est in spe tantùm. Nam eius, cui per signaturam, etiam in forma dignum expeditam, de aliquo beneficio Ecclesiastico, per resignationem possessoris, aut aliàs vacante, prouideri mandatur, cessio iuris prætensi, etiam antè mandati huiusmodi executionem admitti in Romana Curia solet, vt testatur Quintilianus Mandosius in praxi signaturæ gratiæ, tit. resignationes seu renunciationes. fol. 11. verso. versic. beneficij obtenti. facta scilicet expressione, quòd ipse resignatarius seu mandatarius, etiam literis non expeditis (¶), seu confectis & possessione non habita, iuri sic sibi desuper competenti & per eum prætenso cedere proponit. Votum Parisii amplectitur Dayma in proœmio concordatorum, in verbo, adiunctum. fol. 19. column 3. circa finem. (¶) Imò de literis non expeditis, vbi expediri consueuerunt, aut de signaturæ in forma dignum expeditæ non subsequuta executione mentio non est necessaria: quia solo verbo gratia perficitur & ius in re atque ita cessibile quæritur.

QVÆSTIO III.

Qui possint constitui procuratores ad resignandum, & quid de laica.

SVMMARIVM.

1 *Omnes possunt constitui procuratores ad resignandum.*
2 *Cardinalis potest constitui procurator ad resignandum.*
3 *An laicus possit constitui procurator ad resignandum beneficia & num. 12.*
4 *Beneficium debet acceptari per personam Ecclesiasticam, contra num. 19.*
5 *Laicus non potest tractare negocia Ecclesiastica etiam ministerialiter, contra num. 20.*
6 *Laici non possunt iudicare de rebus Ecclesiasticis.*
7 *Laici non possunt esse arbitri in causis Ecclesiasticis.*
8 *Laici non possunt statuere de rebus Ecclesiasticis.*
9 *Laici non possunt interesse electioni prælati.*
10 *Laici non possunt conferre beneficia.*
11 *Laici non possunt esse collectores Decimæ Papalis.*
12 *Laicus potest constitui procurator ad resignandum beneficia Ecclesiastica.*
13 *Laici possunt constitui procuratores ad permutanda beneficia.*
14 *Ad nudum ministerium laicus in spiritualibus potest constitui procurator.*
15 *Laicus potest esse executor testamenti ad pias causas.*
16 *Laicus potest in missa seruire.*
17 *Laicus potest habere officium pulsandæ campanæ.*
18 *Laicus potest esse Nuntius Episcopi.*
19 *Laicus potest constitui procurator ad acceptandum beneficium.*
20 *Laicus potest tractare ministerialiter negotia Ecclesiastica.*
21 *Plures possunt constitui ad renunciandum beneficium.*
22 *Duo procuratores in solidum constituti, quisque potest renunciare absque alio beneficium.*
23 *Quoties in mandato fuit promissum habere ratum quicquid ab omnibus, vel vno procuratorum fuerit factum, tunc videntur constituti in solidum.*
24 *Duo procuratores constituti* cum libera, *non censentur constituti in solidum.*
25 *Duobus procuratoribus constitutis ad resignandum cum libera, si resignatio fiat cum consensu vnius est inualida.*

alias libr. 1. & decis. sequent. & hoc communiter ab omnibus Doctoribus est receptum absque contradictione.

Verum dubitatur, an debeat vterque, si sunt duo,
27 † vel omnes, si sunt tres, vel plures consentire eisdem
tempore & actu, vel sufficiat, quod vnus post alium
consentiat? Et quidem vera est opinio, vt vnus possit
post alium consentire, ita resolutum in Rota in vna
Barchinonen. de mense Maij 1530. teste Sarnen. decis.
144. libro primo, alias libro secundo, decis. 143. quia
illa verba, *constituo duos procuratores simul, & non*
28 *insolidum*, recipiunt † constitutionem, non autem ex-
tensionem consensus, facit decis. 107. in nou.

Sed maius dubium oritur, si vnus ex dictis procu-
ratoribus datis simul, & non insolidum consentit, &
29 postea † moritur principalis, scilicet resignans, dubita-
tur an alter possit consentire post mortem dicti princi-
palis resignantis? posse fuit resolutum in Rota tertio
Iulij, vel septimo, in eadem causa Barchinonen. teste
Sarnen. decis. 144. libr. 2. alias 145. libr. primo. in ma-
nuscr. namque ibi vnus procurator consenserat, & po-
stea mortuus fuerat resignans, tertius impetrauit, &
alter procurator consensit. Dubitatum ergo fuit, an iste
procurator potuerit dicto tempore consentire, scilicet
post mortem resignantis, & post impetrationem, fuit
resolutum affirmatiuè, & per consequens impetratio-
nem fuisse nullam, quia, vt dixi, non requiritur, quod
eodem tempore consentiant, sed sufficit vt, &c.

Sed quæritur de vlt. quæstione, an vnus possit con-
stitui procurator a resignante, & resignatario, a resignan-
te cum facultate renunciandi beneficio in fauorem N.
reseruata pensione; à resignatario cum facultate con-
sentiendi pensioni aut aliæ reseruationi? Dubia quæ-
stio est, pro vtraque parte possent argumenta allegari,
30 tamen vera videtur conclusio affirmatiua, quam primò
probo, quia potest constitui † vnus procurator à duo-
bus volentibus permutare beneficia, vt tradit Feder.
de Sen. in tract. permut. quæst 37. numer. 63. vbi dicit
ità practicari. Collect. in cap. exhibita. in 6. quæst, de
rerum permut. Bellam. in tract. de permut. benef. 8.
par. qu. 1. per totum, & est communis opinio. Sed hu-
31 iusmodi resignatio, quæ fit in fauorem reseruata pen-
sione † facit speciem permutationis, Ptolem. decis. 93.
in manuscript. ergo, &c. Secundò, quia iure cautum
non reperitur contrarium.

Et hanc opinionem vidi seruari in stylo. Et passim
ita fiunt vt plurimùm mandata, & Notarij Cameræ ac
Cancellariæ nullum faciunt dubium in illis admittendis,
nam vt tota die videmus illa admittunt, nec ex hoc
suspicio simoniæ, vel confidentiæ arguitur, vt dicam
infra lib. vltimo. Melius tamen meo iudicio esset duos
constituere procuratores, vnum à resignanta, alterum
vero à resignatario, & ita consulerem esse faciendum,
32 prout aliàs pluribus suasi. Ex quo collige, quòd quan-
do resignatio fit cum pensione, † vel cum reseruatione
fructuum, requiritur pro validitate vtriusque consen-
sus, scilicet resignantis & resignatarij, resignantis, vt
consentiat resignationi, & expeditioni literarum, re-
signatarij, vt assentiat reseruationi factæ & expeditioni
literarum, & hic consensus potest etiam per procura-
torem præstari, tàm ex parte resignantis, quàm resigna-
tarij, & ita communiter seruatur de stylo, & fieri tota
die videmus.

Libr. 9. quæst. 3. num. 20. Versic. & hanc Ibi, Tutiùs tamen esset.

NVnquàm in dubium reuocari vidimus in iudicio, mandatum ad resignandum, prætextu quòd in eo, laicus procurator constitutus fuerit.

Eadem quæst. n. 24. Ibi, Vera conclusio est negatiua.

QVia scilicet mandata sunt stricti iuris, & ideò non extenduntur vltra expressa in eisdem, nisi non expressa essent de natura actus. Tantum enim valent, quantum sonant huiusmodi mandata. Vndè aliàs pro egregio viro Domino Petro Rouede in Theologia baccalaureo & in Decretis Licentiato Canonico ac Abbate de Cera nuncupato Ecclesiæ Auxitanæ contra suos aduersarios super possessorio Prioratus Beatæ Mariæ de Cadenaco Ordinis Sancti Benedicti, Sancti Papuli diœcesis scribendo sustinuimus, non valere possessionem beneficij adeptam per vnum prætensum procuratorem vigore mandati, in quo non ipse, sed alius (licet eiusdem nominis) constitutus erat, facit cap. accedens, & ibi Panormitanus, de præben.

Eadem quæst. num. 25. Ibi, Clausula habere tantùm.

HIc locus est corruptus: non enim tantùm, sed ratum legendum est. Promittit enim constituens se ratum, gratum, atque firmum perpetuò habiturum id omne & quicquid per constitutum procuratorem actum, gestum, & procuratum fuerit, & insuper eundem de præmissis indemnem releuaturum.

Eadem quæst. numer. 29. Ibi, Fuit resolutum affirmatiuè.

ET vera ratio est, quia scilicet resignans decessit re non integra: Cùm ex duobus procuratoribus, vnus antea consensum præstitisset. Sic enim nihil impedit quominùs alter illum ex sua parte, etiam post mortem prædicti resignantis, præstare queat.

Eadem quæst. numero 32. Ibi, Et ita consulerem esse faciend.

NOs verò contrà, propter difficultatem colligendi duos qui eodem contextu consensum præstent. Et quia etiam nunc de recentiori (non secùs ac aliàs de antiquo) Romanæ Curiæ stylo, ambæ signaturæ simul & eodem tempore expediuntur, vnicum constituere procuratorem, satis esse existimamus: Maximè cum (vt notum est) resignatio, & pensionis reseruatio sint actus correspectiui, & vnus consensus extendi absque alio non possit, vt Parisius lib. 8. quæst. 8. num. 93 docuit. Idemque in permutationibus dicendum esse, Federicus de Senis in tractatu permutationum quæst. 37. censet: cui non dissentimus. Quinam autem actus sint, vel dicantur correspectiui, vide Socinum consilio 48. lib. 1. & Paulum Æmilium Verallum Caputaquensem parte 1. decis. 235. num. 1.

quæst. 3. num. 14. Procurator se habet vt nudus minister ac vt pica.

¶ EX his videtur quod fœmina possit constitui procuratrix, & id verum quoad negotia, non autem quoad iudicialia vel quasi, vt in resignatione. l. neque fœmina ff. de procurat.

QVÆSTIO IV.

An Religiosus possit constitui procurator ad resignandum.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus non potest constitui procurator ad iudicia.*
2 *Religiosus potest ad negocia constitui procurator, contra numer. 7.*
3 *Religiosus potest in negocijs agere per se.*
4 *Quod non prohibetur, videtur permissum.*
5 *Canonicus regularis, & monachus claustralis potest esse Vicarius Episcopi.*
6 *Religiosus non potest constitui procurator, ad resignandum.*
7 *Religiosus non potest constitui procurator ad negotia extraiudicialia.*

8 *Monachi non debent vagari.*
9 *Monachus debet esse contentus suo claustro.*
10 *Monachi debent vacare contemplationi.*
11 *Monachi debent habere officium plangentis.*
12 *Monachorum vita est quies, oratio & labor.*
13 *Monachi quoad mundum habentur pro mortuis.*
14 *Monachi non possunt esse iudices.*
15 *Monachi non possunt esse arbitri.*
16 *Monachi non possunt esse arbitratores.*
17 *Monachus debet esse solus, & tristis in claustro.*
18 *Episcopus & Abbas dicitur religiosus.*
19 *Lex generalis recipit restrictionem à ratione.*
20 *Ratio plus est attendenda, quàm lex.*

QVartò quæro, an religiosus possit constitui procurator ad resignandum beneficia? Videtur dicendum, quod sic, quia religiosus, etsi non
1 possit † constitui procurator ad iudicia, vt dicitur in clem. religiosus. de procur. potest tamen ad negotia
2 constitui † procurator, vt in terminis post Paul. voluit Card Zaba. in dicta clementina religiosus, in ta. oppos.
3 sub nume. 7. quia in his potest † per se agere, argumento cap. 1. & cap. qui generaliter, cum ibi notatis de procur. in 6. ergo & constitui procurator, ad notat. in cap. M. de Constitutio. in cap. dilecti. de dolo, & contu. accedit, quia in his non prohibetur, ergo videtur †
4 permissum, ita arguit Cardinalis Zabarella in clementina secunda, num. 17. de rescr.
5 Comprobatur, quia Canonicus † regularis siue Monachus claustralis potest esse Vicarius Episcopi, glossa in c. de præsentium, 16. q. 1. Gem. in c. si quis, dist. 68. Cardinalis Parisius cons. 40. numer. 19. volum. 4. & communiter D D.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est ve-
6 rior, † vt religiosus non possit constitui procurator ad resignandum, & sic non solum ad lites, causas, iudicia,
7 sed neque ad negotia † etiam extra iudicialia, vt voluit Bonif. de Vitall. in dict. clement. religiosus, in verb. officium, numer. 3. de procurat. vbi ita intelligit illum text. prohibentem religiosum suscipere procurationis officium, Gul. Duran. de Conc. rubr. 53. numer. 9. & secundùm hanc opinionem iudicauit Rota in vna Sen. pensionis coram R. Ioan. Paulo primo Iunij millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, teste Put. decis. 286. libr. 2. Quod potest probare in c. Monachi. 216. quæst. 1. vbi ex concilio Tarraconen. te. inquit Gratianus; *Monachi à Monasterio foràs egredientes, ne aliquod ministerium Ecclesiasticum præsumant agere prohibemus, nisi fortè cum Abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorum, idest Monachorum forensis negotij susceptor, vel executor, nisi quod Monasterij exposcit vtilitas Abbate nihilominus imperante.* Ex quo patet, quod Monachus non potest suscipere negotia aliena, neque illa exequi. Ratio supradictorum est, ne Monachi retrahan-
8 tur à diuinis, & eis detur materia † vagandi, vt tradit Archidiacon. in dict. cap. Monachi, numer. 7. cap. 38. Concilij Agaren. Guliel. Durand. de Concil. rubr. 53. Ioann. Calder. in capitul. ab excommunicato, numero
9 trigesimo. de rescripr. namque † Monachus debet esse contentus suo claustro can. Paschalis, 25. quæst. 1. Nepot. à Montealb. de except. art. 6. nume. 6. Be. Anton. de excommunic. cap. 52. num. 9. Lauren. de Rodulf. in can. Monachi vagantes, 16. q. 1. glo. in cap. 2. de stat.
10 Monac. in quo † debent contemplari. Egidius Bella. in clem. si vna. num. 306. de reb. Eccles. non alien. & ha-
11 bere officium † plangentis, vt scribit Hieronym. ad Paulinum, ad Riparium, ad Desiderium, ideo dicimus
12 quòd vita † eorum est quies, oratio, & labor, can. præ-
13 sentium. 25. q. 1. & quod habentur † pro mortuis. Paris. in cap. in præsentia, in pluribus locis de proba. vbi communiter D D. Anto. de Nigris in extrauag. vnica num. 537. de vit. & honest. Cler. Nep. à Montealb. de except. ar. 19 num. 35. Martin. Solim. de feud. nu. 155.
14 Hinc non † possunt esse iudices. Sarnen. in cap. statutum nume. 45. de rescr. in 6. Card. & ibi alij. Docto. communiter in clem. etsi principalis, de rescript. Hinc non possunt esse † arbitri. Spec. de arbitr. §. 1. Bald. in 15
l. si quis ex consensu. C. de Episc. & cler. Host. in Sum. de arbitr. §. 2. cum alijs, vt per Lanfr. de arbit. par. 2. num. 5. & 6. neque † arbitratores, Benedict. Capr. in d. 16
clem. etsi principalis. numer. 42. de rescript. Hæc ratio subtractionis a diuinis pariter militat tam in iudicijs, quàm extrà, vt considerat Put. d. decis. 286. to fi. ideoque concludendum est ex his, religiosum non posse constitui procuratorem ad resignandum. Non obstat doctrina Card. in contrarium allegata, quia respondeo illam doctrinam communiter esse reprobatam, vt patet ex supradictis; nam si debet esse † solus, & tristis in 17
claustro. l. decernimus, C. de Episc. & cler. ergo non debet se intromittere de huiusmodi officio procurationis, ex quo deuiatur à claustro. Et hæc conclusio intelligenda est de religiosis, putà Monachis, fratribus, & sic regularibus, vt patet ex prædictis, hoc dico, quia etiam † Episcopus, & Abbas dicitur religiosus. Lanfr. 18
de arbitr. p. 2. nume. 4. ideo gl. in ver. religiosus, in fi. in d. clem. religiosos, de procur. intelligit illum textum loquentem generaliter, de religioso claustrali & ibi Bonif. de Vitall. nume. 1. inquit, Religiosus, id est religioni astrictus, siue Monachali, siue regulari, namque non est nouum, vt lex generaliter loquens recipiat interpretationem, & sic restrictionem † à ratione. l. 19
cum parer. §. dulcissimis, ff. de leg. 2. not. in l. regula. §. si quis. ff. de iur. & fact. ignor. Bart. in l. pater filium, §. fundum. in fi. ff. de leg. 3. Cæphal. cons. 139. num. 13. lib. 1. Card. Paris. cons. 57. num. 13. volum. 2. Crau. cons. 321. sub numer. 2. namque ratio plus est † 20
attendenda, quàm lex. l. 1. C. quæ si long. consuet. can. consuetudo. 1. dist. Gem. in cap. vbi periculum num. 1. de elect. libr. 6. Bal. in cap. dilectus filios, colum. 1. de rescripr. Dec. cons. 284. colum. 2. optimè Card. Paris. in l. is potest. numer. 12. ff. de acq. hæred. ex quo patet, responsum ad secundum argumentum. nam satis eis videtur prohibitum ex suprà traditis, vndè argumentum retorquetur in contrarium.

Lib. 9. quæst. 4. numer. 5. Ibi, Monachus claustralis potest esse Vicarius Episcopi.

ET licet Rebuffus, in sua praxi, parte 1. tit. de Vicarijs Episcoporum. num. 32. excipiat eos, qui sunt ex ordine mendicantium; Certum tamen est, Iacobum de Rost, Prædicatorum: & Petrum de Minuielle, Sancti Francisci de Obseruantia, Fratres Monachos, & Vicarios generales creatos fuisse; Illum videlicet, ab Hannibale Oriscelao, Carcasonensi: Istum autem à Ioanne Petro d'Abbadie, *Lulcurrensi*, quondam Reuerendis Episcopis.

Eadem quæst. num. 18. Ibi, Et abbas dicitur religiosus.

QVinimò Abbas ipse, est etiam Monachus, vt tradit Nauarrus lib 3. tit. de regularibus. consil 75. numero 42. per cap. fi. de Simo. Vndè, quoad illum, ratio quam affert Parisius pro intellectu conclusionis (de qua numeris 6. & 17. huiuscè quæstionis meminit) non videtur firma.

Eadem quæst. numero 20. Ibi, Namque ratio plus est attendenda, quam lex.

NEc mirum, cùm ratio nihil sit aliud quàm legis anima, quæ nobilior est corpore, id est lege ipsa: vnde, licet lex abrogetur, illius tamen ratio nunquam videtur abrogata. l. eos. ff. de capit. diminut.

quæst. 4. num. 6. Contraria opinio est verior vt Religiosus non possit constitui procurator ad resignandum.

¶ EX quo tamen superior admittit resignationem procuratoris religiosi, mandatum ratificat & tenet resignatio; quia de consensu superioris potest religiosus procuratoris officium obire, can. Monachi 16. secund. 16. quæst. 1.

QVÆSTIO V.

An possit fieri resignatio per procuratorem coram Ordinarijs.

SVMMARIVM.

1 *Potest beneficium resignari per procuratorem tàm in Curia quàm extrà.*
2 *Mandatum datum ad renunciandum coram Ordinario, debet esse liberum.*
3 *Mandatum datum ad renunciandum coram Ordinario in fauorem, est simoniacum.*
4 *Renunciatio liberè debet fieri coram Ordinario.*

QVintò quæro, an beneficium possit resignari per procuratorem, nedum in Curia Romana in manibus Sanctissimi, sed etiam in partibus coram Ordinarijs? Communis & recepta D D. sententia
1 se habet, † vt possit vtroque loco fieri renunciatio per procuratorem, vt quotidiè videmus seruari, vt tradunt Put. decis. 455. lib. 2. Peleg. decis. 144. libr. 1. in manuscript. Namque eadem ratio militat & potest militare vtroque casu, ob id in Formulario instrumentorum ponitur etiam formula renunciationis coram Ordinario per procuratorem facta, vt habetur fol. mihi 226. c. a. incip. In nomine domini, debet tamen procurator in manibus Ordinarij renunciare eo modo quo debet
2 constituens, vt suo loco dicetur, & mandatum † debet esse liberum, aliàs esset simoniacum. Caccialup. in tract. de pensio. q. 19. num. 15. Ferrett. cons. 95. numer. 15. Cassad. decis. 2. de sim. & non debet esse in fauorem,
3 nam esset simoniacum, etiam si fuerit factum † absque clausula, *& non aliàs, aut alio modo*, proùt fuit resolutum in vna Firmana benef. teste Pelegr. decis. 144. li. 1. in manuscript. & in alia Vincentina præceptoriæ. teste
4 Caputaq. decis. 192. par. 2. sicuti † enim non potest per se fieri renunciatio coram Ordinario, nisi liberè, iuxtà communem sæpiùs in hoc tractatu relatam, & constitutionem Pij V. de qua dixi libr. 5. q. 6. ita neque alio modo potest fieri per procuratorem, nisi liberè, & ita concludunt omnes D D. & seruatur de stylo. Et potest fieri in casibus, in quibus per se vt dicitur in d. Constitutione Pij V.

Lib. 9. quæst. 5. num. 2. ibi, Et non debet esse in fauorem.

POtest tamen à resignante, seu eius procuratore, rogari ordinarium, absque simoniæ incursu, vt beneficium Titio (scilicet idoneo) conferat, vt testantur Cassadorus in extata per Parisium decis. 2. de simo. & Couarruuias lib. 1. variar. resolut. cap. 5. num. 5.

quæst. 5. num. 1. Vt possit vtroque loco fieri resignatio.

¶ HIc surgit quæstio singularis an misso Romam & nondum ibi exequuto procuratorio ad resignandum in fauorem, sed sit mandati idem beneficium coram Ordinario dimittere? Felin. affirmat in cap. ex parte decani. num. 16. de rescript. quem sequitur Pastor de benefic. lib. 3. tit. 6. num. 54. negant verò Ioan. de Selua de benef. p. 3. q. 16. qui Tolosæ ita iudicatum refert, Boer. decis. 207. Christoph. Rossiniac. de re sacerdotali lib. 3. tit. 22. Rebuff. de sublat. Clement. literis. in verbo resignatione. versic. quartò reuocatio in concordat. & Papon. in sua placitorum compil. lib. 2. tit. 8. num. 13. quibus nos assentimur: quia iniquum est simulatione beneficij homines deludere, nec debet quis liberalitatem suam propalam iactare vt grati animi officia interim recipiat & postea munificentiam suam clanculum subducens resignatarium vana spe lactatum decipere, vt eleganter ait Rossiniac. & ad id adducit, l. 1. §. sed & qui, Cod. de latin. libert. tollend. & cum variatio & illusio maximè personis Ecclesiasticis sint vitandæ, Clem. vnic. de renunciat. reuocatio procuratoris & intimatio reuocationis rebus integra sunt prius absolutè necessariæ, iuxta eandem Clem. vt tollatur ansa eludendi procuratoris & resignatarij ac ipsius etiam summi Pontificis; cumque de Clementina loquatur generaliter, ibi: quomodolibet duxerit reuocandum, generaliter est intelligenda, nec plus debet operari tacita reuocatio, quam expressa, l. cum quid ff. si certum Petat. Post hæc scripta inueni conclusionem hanc ab auctore nostro firmatam inf. hoc libr. quæst. 25. num. 44. & seqq.

QVÆSTIO VI.

Quomodo constituantur procuratores ad resignandum.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores ad resignandum duplici modo constituuntur.*
2 *Procurator constituitur per instrumentum.*
3 *Procurator an possit per literas constitui.*
4 *Epistola probat sufficienter intentionem scribentis.*
5 *Procurator datur ad declarandum voluntatem constituentis.*
6 *Supplicationes possunt porrigi etiam absque mandato.*
7 *Consensus in resignationibus non potest præstari vigore literarum.*
8 *Notary Cameræ, & Cancellariæ non notant consensum in resignatione, nisi visa sufficienti mandata.*
9 *Mortuo qui dedit literas ad præstandum consensum, non potest procurator postea consentire.*
10 *Fraudibus obuiandum est.*
11 *Beneficia acquiruntur cum labore.*
12 *Ex literis Regis non potest ferri sententia, nisi producatur verum mandatum.*
13 *Mandatum ad renunciandum debet esse speciale.*

SExtò quæro, quomodò constituantur procuratores ad renunciandum beneficia? Duplici modo † con- 1
stitui, scribit Cardin. Paris. cons. 47. num. 14. vol. 1. vbi dicit hoc non habere dubium. Rebuff. in prax. in
tit. de proc. ad resign. const. num. 5. namque posse † fie- 2
ri per instrumentum publicum nulla cadit dubitatio,
Docto. communiter in clem. 1. de renunc. posse † per 3
literas, tenet Anton. de Butr. communiter receptus in cap. 2. num. 4. de renun. lib. 6. vbi dicit non esse differentiam inter renunciationem quæ fit per literas, & illam quæ fit per procuratorem, colligitur ex l. 1. §. constituuntur, ff. de procur. l. si procuratorem ff. eo. l. cum, §. Iulianus. ff. de const pecu. l. 1. in fi. ff. mand. clem. 1. vbi omnes de procu. inst. mand. & communiter Canonistæ,
teste Caputaq. decis. 183. lib. 2. namque † epistola probat 4
sufficienter intentionem scribentis, l. publica, §. vlt. ff. depos. Ruin. cons. 121 num. 11. lib. 4. & procurator datur
ad † declarandum voluntatem constituentis, Caputaq. 5
decisio. 185. libro 2. Hoc autem, quod dicitur de literis

missiuis, hodiè procedit quoad porrectionem supplica-
6 tionum resignationis, quæ † possunt a quocumque por-
rigi, etiam absque mandato speciali, ita obseruat stylus
vulgaris Curiæ Romanæ, ergo eo magis stantibus lite-
ris missiuis, verum supplicationes non essent porri-
gendæ, nisi de voluntate supplicantis. Quò verò ad
præstandum consensum, stylus non admittit, vt hoc
7 possit fieri per literas † missiuas, nam Notarij Cameræ
& Cancellariæ non extendunt consensum, nisi constet
de mandato per publicum instrumentum. Rebuff. d.tit.
de procur. ad resign. constit. num. 7. & fuit resolutum
die 26. Februarij 1556. quòd vigore Epistolæ missiuæ
non potest quis præstare consensum, teste Caputaq. de-
cis. 85. lib. 3. Idemque fuit resolutum die 25. Octobris
1554. coram Oradino, teste eodem Caputaq. decis. 1568.
libt. 2. vt non censeatur datum mandatum per literas
missiuas dicentes, præstes consensum, vt procurator
8 meus, nam Notarij † Cameræ, & Cancellariæ non ad-
mittunt. Put. decis. 360. num. 5. lib. 2. etiam si in lite-
ris diæerit, Procures vt signetur supplicatio, & præstes
consensum vt procurator meus, quia iam mandatum est
factum, nam nihilominus ex his verbis non potest ex-
tendi consensus, ita resolutum die 11. Februarij, 1545.
coram Put. teste eod. decis. 360. lib. 2. & num. 5. dicit
& attestatur ea stylo, etiam hoc casu, non extendere
consensum Notarios Cameræ, & Cancellariæ, vnde si
9 moriatur, qui scripsit † dictas literas, procurator non
potest præstare consensum post mortem, vt fuit resolu-
tum illa die 11. Februarij 1545. teste Put. d. decis. 360.
10 & hoc ob fraudes, quæ possunt fieri, quibus † obuian-
dum est, Rai. de Forl. in l. omnes populi, num. 8. ver.
nec obstat. ff. de iust. & iur. ne igitur quis priuetur be-
11 neficio † tot laboribus acquisito, arg. cap. sollicitè, de
rest. spol. non debent sufficere literæ, & communiter in
curia parum defertur literis missiuis, ideò aliàs fuit sen-
tum die 5. Octobris 1551. coram Reomano, quòd licet
ex literis Regis constaret de mandato dato oratori Por-
12 tugalliæ, tamen fuit conclusum, quòd non feratur † sen-
tentia, nisi producatur verum, & indubitatum manda-
tum, teste Caputaq. dec. 183. lib. 1. & ideo hodiè com-
munis, & recepta ex stylo sententia est, mandatum re-
quiri ad renunciandum in forma publici instrumenti,
13 quem stylum omnes sciunt, & obseruant. Et debet esse †
speciale, vt infra dicetur, & fuit in simili resolutum in
Rota coram R. P. D. Graff. in vna Zamoren. Spolij.
XVIII. Iunij, 1574.

Lib. 9. quæst. 6. num. 5. Ibi, Quæ possunt à quocumque porrigi, etiam absque mandato speciali.

ET nedum resignationes, sed & quæuis aliæ supplicationes, pro gratia beneficiorum, siue per obitum, siue alio quouis modo ea vacent, tradi & porrigi (Quinimo istarum expeditiones, nullo intercedente mandato, sed sola, & simplici mensularij commissione, & iuxta eiusdem literas missiuas, & memorialia prosequi) possunt & consueuerunt. Hoc enim nos satis superque ipsa praxis edocuit, vt ampliùs dubitationi locus non relinquatur. De missiua epistola, vide Paulum Æmilium Verallum quondam Archiepiscopum Caputaquensem, parte 3. decis. 85.

Eadem quæst. num. 8. Ibi, Nam Notarij Cameræ & Cancellariæ non admittunt.

ET si admitterent, nulla propterea fides resignationi, à Gallicis iudicibus Regijs secularibus, possessorium beneficiorum iudicantibus adhiberetur, obstante Regia constitutione desuper ædita, cuius nota, & ab ipso Parisio, sequenti quæstione. num. 3. allegata.

Eadem quæst. num. 13. Ibi, Et debet esse speciale.

TEstes etiam in mandato ad resignandum adhibiti, debent esse tales, qui Domicilium in eo loco, vbi instrumentum à Notario conficitur, habeant: nec sint resignantis, nec resignatarij consanguinei, hoc est Pater, Auus, Frater, Patruus, seu Auunculus, Matruelis aut Consobrinus germanus. Idque obtinet in Gallia iuxta Regias constitutiones ad Henrici codicem lib. 1. tit. 21. relatas.

quæst. 6. num. 1. Posse fieri per publicum instrumentum.

¶ A Notario scilicet regio confectum, vel Apostolico, qui contenta in primo articulo Edicti Henrici secundi contra paruas datas impleuerit; aliàs procuratorio ad resignandum fides non adhibenda in possessorio iudicio, vt ibi cauetur, nec ideo sufficeret priuata scriptura aut literæ ipsius resignantis: quamuis enim de iure possit per literas procurator ad negotia seu lites constitui, l. 1. ff. de procurat. Clem. 1. eodem, secus tamen ad beneficium renunciandum ob fraudes, quæ fieri possent, vt obseruat Auctor, quod maxime obtinet in Gallia ex edicto insinuationum art. 9. quo omnia procuratoria ad resignandum, permutandum, aut pensiones creandum vel extinguendum, nisi per Notarios Regios vel Apostolicos fuerint recepta coram duobus ad minus testibus, notis & domicilium habentibus, ipsius resignantis vel resignatarij in secundo gradu non consanguineis, vel affinibus, vel nisi testes Schedam originalem, si literas norint subscripserint, vel de hoc Notarij expressam mentionem fecerint, penitus nulla declarantur. Vide quæ ad q. seq. adnotamus.

QVÆSTIO VII.

Quæ requirantur in mandato dato ad resignandum, & ponuntur formulæ mandati, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad resignandum beneficia debet confici à Notario.*
2 *Mandatum ad resignandum non admittitur in Vrbe, nisi fuerit obsignatum signo publico iudicis, vel communitatis.*
3 *Sigillum communitatis vel iudicis positum in mandato debet recognosci in Vrbe.*
4 *Resignans debet subscribere mandatum procuræ, ad resignandum in Gallia.*
5 *Notarius, qui facit instrumentum procuræ, non potest scribere se esse procuratorem.*
6 *Instrumentum non habens Notarij subscriptionem, neque rogitum, neque sigillum, non est in forma probanti.*
7 *Instrumentum, in quo non apparet vbi sit factum, non valet.*
8 *In instrumento, de iure, debet apponi locus.*
9 *Mandatum speciale requiritur ad resignandum.*
10 *Renunciare beneficio est donare.*
11 *Error potius quàm donatio præsumitur.*
12 *Mandatum speciale requiritur, ad acceptandum beneficium.*
13 *Beneficium debet acceptari.*
14 *Collatio tribuit ius in re.*
15 *Beneficium non acceptatum vacat in Curia, licet ille, cui fuit collatum dictum beneficium moriatur extrà Curiam.*
16 *Mandatum generale non sufficit ad resignandum.*
17 *In spiritualibus mandatum generale, non prodest.*
18 *Mandatum habens, vt possit concordare, non potest resignare.*
19 *Mandatum speciale, quod dicatur.*
20 *Exprimi debet nomen, & locus, vbi est beneficium.*
21 *Mandatum ad resignandum omnia beneficia, quæ constituens habet, non admittitur.*
22 *In mandato ad acceptandum non requiritur, vt exprimatur beneficium.*

Digitized by Google

23 *Mandatum ad acceptandum beneficia, est fauorabile.*
24 *Mandatum ad resignandum est odiosum.*
25 *Odiosa strictè interpretantur.*
26 *Procurator specialis, & procurator cum libera, administratione æquiparantur.*
27 *Procurator generalis cum libera & amplissima potestate non potest resignare.*
28 *Procurator cum libera, non potest donare.*
29 *Potestas donandi non censetur data, etiam ex datione totalis potestatis.*
30 *Verba generalia non sufficiant, vbi requiruntur specialia.*
31 *Expressio specialis vbi requiritur non sufficit generalis.*
32 *Vicarius Episcopi non potest conferre nisi habeat speciale mandatum.*
33 *Conferre est donare.*
34 *Vicarius Episcopi non potest conferre etiam ex potestate faciendi, omnia quæ Episcopus.*
35 *Verisimilitudo spectanda.*
36 *Verisimilitudo cognata naturæ.*
37 *Verisimilitudinem qui habet, dicitur habere textum.*
38 *Formæ tres mandati ad resignandum tùm simpliciter, tum etiam in fauorem, & cum reseruatione.*
39 *Nomen procuratoris debet exprimi, aliàs, &c.*
40 *Procuratoria vacua in albo dimissa, non valent.*
41 *Procurator ad resignandum debet constitui spontè, & liberè.*
42 *Facta per metum sunt nulla.*
43 In *mandato ad resignandum debet poni clausula,* quod nec vis, neque dolus, &c.
44 *Mandatum ad resignandum non debet esse cancellatum*
45 *Cancellatio instrumenti impedit missionem in possessionem.*
46 *Cancellatio viciat instrumentum.*
47 *Cancellatio non in loco principali, non vitiat.*
48 *Cancellatio facta eadem manu, non vitiat.*
49 *Reperto mandato cancellato post renunciationem, illam non vitiat.*
50 *Mandatum ad renunciandum relinquitur in Cameræ, vel Cancellaria.*
51 *Literæ semper præsumuntur bene expeditæ.*
52 *Mandatum, vigore cuius fuerunt expeditæ litteræ præsumitur bonum.*
53 *Clericus potest dare mandatum ad resignandum absque consensu Capituli Ecclesiæ, cui renunciat.*
54 *Notarij Cancellariæ magnam adhibent diligentiam, vt mandata sint cum suis requisitis.*
55 *Notarij Cameræ, admittunt mandata minus sufficientia cum obligatione de præsentando bonum.*

SEptimò quæro, quæ requirantur in mandato ad re-
nunciandum beneficijs. Plura requiri nos docet
1 praxis. Primò requiritur, † quòd sit confectum à
Notario in forma solita, iuxta ea quæ scribunt DD. in
cap. post cessionem. de prob. & hoc omnibus patet,
Fusc. de visit. par. 2. c. 28. num. 13. Neque hoc sufficit
vt admittatur à Notarijs Cameræ, & Cancellariæ, sed
vlterius requiritur quòd fuerit obsignatum signo pu-
2 blico † iudicis ordinarij, vel communitatis etiam sine
subscriptione testium, Rot. decis. 15. de proc. in antiq.
Inno. in cap. inter dilectos, in fin. de fide instro. Boer.
decis. 254. num. 6. Archid. in cap. vt circa, de electio.
lib. 6. Fran. Marc. q. 511. num. 4. par. 1. & quæst. 992.
num. 6. par. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 113. nu. 6.
& communiter vt per Mascard. de proba. concl. 1006:
& melius esset vt vtrumque sigillum apponatur, & po-
3 stea debet fieri † recognitio sigilli, vt de stylo obser-
uatur, & in Gallia lege regia cautum est, vt resignans
4 † subscribat instrumentum resignationis, vt scribit Re-
buff. in prax. tit. de procur. ad resign. const. numer. 6:
idquè optimum esset, vt vbique fieret ad tollendam
fraudem, quibus vt obuietur, non potest † Notarius 5
scribere se esse procuratorem, Bar. in l. ea sententia, ff.
de test. tut. Guid. Pap. decis. 126. & ita fuisse decisum
attestatur Afflict. decis. 317. & in Rota in vna Toletana
decimarum fuit resolutum coram Put. die 20. Aprilis
1591. quod instrumentum † non habens Notarij subs- 6
criptionem nec rogitum, neque sigillum, &c. non
esset in forma probanti, teste Caputaq. decis. 104. part.
2. Et in vna Oscen. de Paulis fuit resolutum non vale-
re instrumentum, quando † in eo non apparet in quo 7
loco sit confectum, coram Capizucco 12. Iunij 1551.
teste Caputaq. decis. 103. par. 2. & quamuis de iure † 8
requiritur, vt apponatur locus loci, Rota decis. 738.
in antiq. tamen contrarium seruatur in Hispania de
consuetudine, & talis consuetudo valet, vt fuit resolu-
tum in vna Hispalen. Canonicatus, & præbendæ, die 3.
Nouembris 1555. teste Caputaque. decis. 98. par. 2. Se-
cundò requiritur, vt procurator sit specialiter consti-
tutus ad † renunciandum nam facultas renunciandi 9
requirit speciale mandatum. vt scriptum reliquit Host.
in sum. in titulo de renunc numer. 7. Card. Zabar. in
clem. vnica, nu. 7. vers. oppono, de renunc. Bellam. de
permut. benef. par. 8. q. 2. numer. 15. Cresc. decis. 215.
lib. 1. Put. decis. 100. in princ. libr. 2. Rebuff. in Con-
cord. de electio. delegat. vers. specialiter. cas. 28. fol.
103. & in prax. d. tit. de renunc. per procur. in princ.
Cels. Hug. cons. 43. num. 7. Bursat. cons. 595. num. 25.
volum. 4. Fusc. de visit. par. 2. cap. 28. numer. 13. &
communiter DD. quod expresse probat regula Cancel-
lariæ quadragesima Sixti V. de beneficijs in curia resi-
gnantis, ibi, *per procuratorem suum ad hoc ab eo specia-
liter constitutum*, &c. vnde nullum cadit dubium. Corn.
cons. 13. volum. 2. Cephal. cons. 238. num. 20. libr. 1.
Ratio quia renunciare beneficium † est donare. Bar. in 10
l. vlt. ff. de his qui infr. Bal. in cap. cum olim. 1. vers.
quæro nunquid, de offic. deleg. Dec. cons. 402. nu. 9.
sed donatio requirit speciale mandatum, l. si consense-
rit, §. videmus, ff. quib. mod. pig. vel hyp. l. mandato
generali & l. procuratorum, ff. de procur. & ideo di-
cimus † donationem non præsumi, sed potiùs errorem, 11
gl. in l. generaliter, ver. causa, C. de non nu. pec. Dec.
cons. 177. num. 1. & 350. num. 4. & 644. num. 5. Cum.
cons. 37. in fi. & communiter Doctores, vt per Mascar.
de prob. concl. 554. per totum. Ita in simili potest quis
acceptare beneficium non solum per se, sed etiam per
procuratorem, dummodo † procurator habeat specia- 12
le mandatum ad hoc, gl. in cap. si tibi absenti, de præb.
in 6. glos. in clem. vnica. vers. præsenti. de concess.
præb. Arch. & Io. And. in cap. ne captanda. eod. tit. in
6. & est communis opinio teste Couarr. lib. 3. var. re-
solut. c. 16. num. 4. namque necesse est, vt acceptetur
† beneficium, vt est casus in d. cap. si tibi absenti, vbi 13
communiter DD. nam quamuis † collatio tribuat ius 14
in re, cap. vlt. & ibi Archid. Gem. & Fran. de conces.
præb. in 6. gl. communiter recepta in cap. pen. ver.
collatio, de præb. in 6. tamen necessaria est acceptatio,
& ob id beneficium vacans in curia collatum alicui ab-
senti, si ille absens moriatur ante acceptationem extra
curiam, beneficium vacabit in curia non per mortem † 15
illius, cui collatum fuit, Old. cons. 57. Collect. in
cap. Ecclesia vestra, numer. 10. de sortileg. Sarnen. de
Trienn. q. 30. num. 2. Couar. d. c. 16. numer. 3. lib. 3.
variar. resol. communiter DD. Ex quo infert Host. d.
tit. de renunc. num. 7. quòd mandatum † generale non 16
sufficit ad renunciandum, idque communiter est re-
ceptum, vt dictum est, vnde fuit alias resolutum per
dominos de Rota, quòd licet procuratorium generale
prosit in pluribus causis prophanis, in causis tamen † 17
spiritualibus nequaquam, quia requiritur speciale in
illis vt habetur in decis. 35. sciendum de procur. in an-
tiq. Hinc habens mandatum vt possit † concordare, non 18
potest resignare, vt fuit resolutum teste Crescen. decis.
213. in manuscrip. speciale in hoc casu dicitur † man- 19
datum si nominetur expresse beneficium, & detur fa-
cultas illud renunciandi; Abb. & alij communiter, in

cap. accedens, de præb. cum alijs, vt per Burs. d. cons.
395. nume. 26. Fusc. de visit. lib. 2. c. 24. numer. 13. &
20 beneficium debet describi, & exprimi † nomen, & lo-
cus vbi est, vt de stylo fieri videmus, & esse de iure tra-
dit Bella. de permut. benef. 8. par. q. 2. numer. 15. nam
21 alias non admitteretur mandatum ad † resignandum
omnia, & quæcumque beneficia, quæ constituens ha-
bet, vt scriptum reliquit Rebuff. d. tit. de procur. ad
resign. const. numer. 11. quod intellige, quotiës vellet
resignare simpliciter, admitteretur mandatum huius-
modi ad renunciandum omnia, & quæcumque benefi-
cia, quæ constituens obtinet, quia si ita potest renun-
ciare tacitè, ergo & expressè. Vnde satis colligitur,
differentia inter mandatum ad acceptandum benefi-
cium, & mandatum ad resignandum, quia primum de-
bet esse speciale, & exprimi beneficium, secundum
vero sufficit quòd sit generale ad acceptandum omnia,
& quæcumque beneficia, licet aliquod beneficium non
22 fuerit † expressè nominatum, Ioan. And. Abb. & Imol.
in cap. accedens, Mil. in ver. procurator, & est com-
munis opinio, de qua attestatur Couar. var. resol. lib. 3.
c. 16. num. 4. Vin. com. opin. vers. mandatum. num. 10.
Bursat. cons. 395. num. 27. & Ratio differentiæ est, quia
23 mandatum ad acceptandum † beneficium est fauorabi-
le, & per consequens latè interpretandum, cap. sedes de
rescript. cap. 1. de procur. Ber. cons. 226. quæsitum,
24 nume. 2. lib. 3. mandatum vero † ad renunciandum est
odiosum, Rebuff. d. tit. de procur. ad resign. const. n. 12.
25 & ideo strictè † interpretan. reg. odia, vbi communi-
ter Doct. de regul. iur. Sed hic occurrit dubitare, an si
quis fuerit constitutus procurator generalis cum libe-
ra, & amplissima potestate, vigore huius facultatis
possit resignare beneficium? Host. in sum. tit. ad re-
nunc. num. septimo, videtur firmare sufficere liberam,
& generalem administrationem datam ad renuncian-
dum, cuius opinio potest fulciri hac ratione, quia pro-
curator specialis, & procurator cum libera administra-
26 tione † æquiparantur l. procurator cum libera, vbi gl.
l. mandato, vbi Bart. ff. de procur. Alex. cons. 21. nu. 8.
volum. 1. Dec. cons. 493. num. 2. Cur. Iun. cons. 178.
num. 20. Grat. cons. 159. numer. 1. lib. 2. Ber. cons. 24.
num. 9. & cons. 29. num. 12. volum. 3.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est ve-
27 rior, & communis, vt † procurator cum libera non
possit renunciare, quam opin. tenuerunt ferè omnes
Doct. supra cit. quib. addo Bellam. hoc expresse fir-
man. in tract. de permut. benef. p. 8. q. 2. numer. 15. &
lege Regia cautum esse in Francia testatur. Rebuff. dict.
tit. de procur. ad resig. const. nume. 11. & num. 22. Et
ratio est quia vt dictum fuit, renunciatio est donatio,
28 sed habens etiam liberam, & amplissimam potestatem †
non potest donare. l. contra iuris. §. si filius, ff. de pact.
l. filius fam. in princ. ff. de donatio. Bal. in l. si procu-
rator colum. 1. ver. conclude ergo, C. de procur. Ias.
in l. præses. numer. 12. cum seq. C. de transact. Dec.
cons. 402. num. 9. Fed. de Sen. cons. 2. Mil. in reper. in
ver. procurator, Rim. cons. 67. num. 13. vol. 1. & com-
muniter Doct. vt per Burs. qui in hac materia egregiè
loquitur, cons. 395. nume. 38. volum. 4. potestas enim
29 donandi non censetur dari etiam † ea datione totalis
potestatis, Barto. in l. vlt. in prin. ff. qui infir. idem
Bart. in l. si quis delegauerit, ff. de donat. Dec. cons. 402.
num. 9. vbi latè. Quotiès enim lex desiderat, vel man-
30 dat, vt aliquid fiat specialiter, non sufficiunt † verba
generalia, l. si quis bona. §. iussum, ff. de acq. hæred.
l. 1. cir. fin. ff. de libr. & posth. Rom. in repet. auth.
similiter, col. pen. C. ad l. Falc. Alexan. cons. 122. viso
puncto, num. 13. vol. 4. cum aliis vt per Card. Paris. in
addition. ad Bart. in l. vlt. §. omnem. ff. de adm. tut.
& in materia procuratorum hoc probat text. optimus
in cap. qui ad agendum, de procur. in 6. vbi dicitur,
quòd si constituatur procurator generaliter ad omnia
etiam requirentia speciale mandatum, non admittitur
in his quæ requirunt mandatum specificum, & ibi com-
31 muniter Doct. dicunt quòd vbi requiritur expressio †
specialis, non sufficit generalis per quæcumque verba,
gl. in cap. inquisitioni, ver. expresse, de hæret. lib. 6.
gl. in clem. dudum, ver. pacta. de sepult. gl. in clem. 2.
ver. specialiter. de rescript. Ioan. And. in cap. 1. eod.
tit. in 6. Hinc Vicarius Episcopi qui non potest confer-
re beneficium † ex commissione generali nisi habeat 32
expressè mandatum ad conferendum, cap. vlt. de offic.
Vicar. in 6. vbi Ioan. And. Arch. Ant. de Butr. Gem.
Anch. & communiter alij, Abb. in cap. constitutus,
sub num. 6. de concess. præb. Rot. decis. 1. & 4. de off.
Vic. in antiq. & decis. 7. eod. tit in nou. Dec. cons. 128.
num. 3. Card. Paris. cons. 80. num. 17. & 18. volum. 4.
Rol. à Val. cons. 47. numer. 19. libr. 1. Selu. de benef.
par. 2. q. 14. nume. 1. Rebuff. in prax. forma Vicariatus
num. 53. cum conferre † sit donare, cap. relatum, vbi 33
gl. communiter recepta de præb. non poterit conferre
etiam ex amplissima potestate ei data ab Episcopo
faciendi † omnia, & singula, quæ ipse Episcopus, 34
&c. etiam si requirat speciale mandatum, &c. vt est
communis opinio, quæ colligitur ex his quæ scribit
Ant. de But. cons. 59. colum. 2. 3. & 4. Dec. cons. 128.
colu. 1. vt aliàs late scripsi. Et hæc opinio seruatur de
consuetudine, namque Notarij Cameræ, & Cancella-
riæ non admittunt huiusmodi mandata, nisi sint specia-
lia, vt supra dixi, idque habet maximam æquitatem,
nam non est verisimile, ex generali concessione fuisse
datam facultatem cedendi beneficium tot laboribus
acquisitum, arg. cap. vlt. de offic. Vic. lib. 6. & tamen
verisimilitudo † est spectanda, l. ob. carmen. §. vlt. 35
ff. de test. ca. in nostra eod. tit. Crauet. cons. 298. nu-
mer. 16. cum † sit cognata naturæ. Bal. cons. 180. mor- 36
tuo filio, libr. 3. & habetur pro lege, Oldr. cons. 13.
ideo † qui habet verisimilitudinem dicitur habere tex- 37
tum, Crauet. cons. 297. numer. 6. formam autem huius
mandati ad renunciandum beneficium habes in Formu-
lario instrumentorum, fol. 64. In nomine Domini.
Amen. Nouerint vniuersi præsentis publici instrumenti
seriem inspecturi, lecturi, & audituri, quòd ann. à Na-
tiuitate, & Pontificatus S. D. N. &c. in mei notarij
publici, testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter
vocatorum, & rogatorum præsentia personaliter con-
stitutus N. &c. & alia quæ ibi habentur, & quia in parti-
bus huiusmodi mandata non fiunt vt in Curia requi-
runtur, & ob id multotiès consensus non extenditur,
donec sufficiens mandatum venerit. Ideo non ab re pro
communi vtilitate tres † formas iudicaui ponendas, 38
tum resignationis simplicis tú etiam resignationis qua-
lificatæ cum reseruatione, ex quibus poterunt Notarij
extra Curiam colligere formam prout casus exegerit.

IN nomine Domini. Amen. Per hoc præsens publi-
cum instrumentum Cunctis pateat, & euidenter sit
notum, quòd anno a Natiuitate eiusdem Domini
Millesimo quingentesimo nonagesimo, Inditione III.
Die vero XXV. Mensis Iulij, Pontificatus S. in Christo
Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V.
Annò eius Sexto.

In mei R. Cameræ Apostòlicæ Notarij publici, te-
stiumquè infrascriptorum ad hæc specialiter vocato-
rum, & rogatorum præsentia, præsens & personaliter
constitutus R. N. perpetuus commendatarius mona-
sterij S. Pontij prope, & extrà motos Nimuen. ordinis
S. Benedicti, principalis, citra tamen quorumcumque
procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet
constitutorum reuocationem, spontè & ex certa eius
scientia ac melioribus modo via, iure, causa, & forma,
quibus magis, melius, validius, & efficacius de iure fieri
potuit & debuit, ac potest & debet, constituit procu-
ratorem suum N. absentem tanquam præsentem, solum,
& insolidum, ad ipsius D. Constituentis nomine, &
pro eo cessioni commendæ dicti Monasterij, in quam
illud ea concessione, seu dispensatione Apostolica ad
ipsius vitam obtinet, ac iuris sibi in illo vel ad illud
quomodolibet competen. in manibus S. D. Papæ, seu
eius Reuerendissimi D. Datarij aut alterius ad id pote-

statem habentis, ac literarum expeditioni consentiendum, & quoscumque desuper necessarios, & opportunos consensus præstandum, iurandumque in animam ipsius R. D. constituentis omnia iuramenta necessaria, & opportona, & præcipuè quòd non interuenerit fraus, dolus cum similibus, &c. & generaliter omnia alia & singula faciendum, gerendum, exercendum, & procusandum quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, & quæ ipsemet D. Constituens facere posset, si præmissia omnibus & singulis præsens & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ indigerent mandato magis speciali, quam præsentibus est eapressum, promittens insuper idem D. Constituens mihi notario publico infra scriprò tanquam publicæ, & authenticæ personæ sólenniter stipulanti & recipienti iure, & nomine omnium, & singulorum quorum interest, intererit, aut ioteresse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum, atque firmum perpetuò habiturum totum id & quidquid per dictum D. Procuratorem suum Constitutum, actum, dictum, gestum, factum, vel procuratum fuerit in præmissis, seu alio præmissorum. Releuans nihilominus ex tunc & releuare volens eundem D. Procuratorem ab omni onere satisdandi, iudicioque sisti & iudicatum solui, cum omnibus & singulis clausulis necessariis, & opportunis sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum mobilium præsentium & futurorum, ac alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria, pariter & cautela. Super quibus omnibus & singulis præmissis petitum fuit à me notario publico infra scripto fieri atque confici vnum vel plura publicum seu publica instrumentum & instrumenta, &c. In officio mei eiusdem notarij præsentibus ibidem N. N. N. &c. testibus ad præmissa omnia & singula habitis, vocatis, atque rógatis.

IN nomine Domini. Amen. Præsenti publico instrumento cunctis pateat euidenter, & sit notum, quòd Anno à Natiuitate eiusdem Domini, Millesimo quingentisimo nonagesimo, Indictione III. Pontificatus S. in Christo Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia, Papæ V. Die vero XXX. Mensis Iolij, anno eius VI.

In mei R. Cameræ Apostolicæ Notarij publici, testiumque iofrà scriptorum ad hæc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, præsens, & personaliter constitutus N. Clericus, &c. Rector parochialis Eccle. &c. loci. &c. Diœc. &c. personalis, citra tamen quorumcumque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, spontè & ex certa eius scientia ac deliberata voluntate, omnibus melioribus modó, via iure, causa, & forma, quibus magis, melius, validius, & efficacius de iure fieri potuit & debuit, ac potest, & debet, fecit, constituit, creauit, nominauit, & solenniter ordinauit suum verum, certum, legitimum & indubitatum procuratorem, & factorem, negotiorumque suorum infrà scriptorum gestorem, ac oonciùm specialem, generalem, ita tamen quòd specialitas generalitati non deroget, nec è contra D. N. &c. absentem tanquam præsentem, solum & insolidum ad ipsius D. Constituentis nomine, & pro eo dictam parochialem Ecclesiam, quam obtinet in manibus S. D. N. Papæ seu eius Reuerendissimi D. Datarij aut alterius ad id potestatem habentis, in fauorem D. N. &c. purè, liberè, & simpliciter resignandum, resignationique ac literarum expeditioni consentiendum & quoscumque desuper necessarios & opportunos consensus præstandum, iurandumque in animam ipsius D. constituentis, quòd in præmissis non interuenit, neque interuenire speratur fraus, dolus, simoniæ labes seu quæuis alia illicita pactio seu etiam corruptela, & quodlibet aliud desuper necessarium, & opportunum, licitum tamen, & honestum iuramentum præstandum; & generaliter omnia alia, & singula faciendum, gerendum, exercendum & procuran. quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, quæ ipsemet D. Constituens faceret, & facere posset, si præmissis omnibus, & singulis præsens & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale quam præsentibus est expressum. Promittens insuper idem D. Constituens mihi notario publico infràscripto, tanquam publicæ, & authenticæ personæ solenniter stipulanti & recipien. vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum atque firmum perpetuò habiturum totum id, & quidquid per dictum procuratorem suum constitutum, ac substituendum ab eo actum, dictum, gestum, factum, vel procuratum fuerit in præmissis, seu alio præmissorum, releuans nihilominus ea tunc & releuare volens eundem procuratorem ab omni onere satisdandi; iudicioque sisti, & iudicatum solui, cum omnibus & singulis clausulis necessariis, & opportunis, sub hypotheca & obligatione omnium, & singulorum bonorum suorum mobilium, & immobilium, præsentium & futurorum, ac qualibet alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria, pariter & cautela, super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit a me notario publico infrascripto fieri, atque confici vnum vel plura publicum, seu publica instrumentum & instrumenta. Actum Romæ, in officio mei eiusdem notarij, præsentibus ibidem N. N. N. testibus ad præmissa omnia, & singula habitis, vocatis atque rogatis.

IN nomine, Domini, Amen. Præsenti publico instrumento Cunctis pateat euidenter, & sit notum, quod anno à Natiuitate eiusdem Domini, Millesimo quingentesimo nonagesimo. III. die vero XXX. Mensis Iulij Pontificatus S. in Christo patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno eius VI.

In mei R. Cameræ Apostolicæ notarij publici infra scripti, testiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, & rogatorum præsentia, præsens, & personaliter Constitutus N. Clericus, &c. Rector parochialis Ecclesiæ S. Ioannis Castri, &c. diœc. &c. personal. citra tamen quorumcumque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem, sponte & ex certa eius scientia, ac deliberata, voluntate omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus magis melius, & efficacius de iure fieri potuit, & debuit, ac potest & debet, fecit, constituit, creauit, nominauit, & solenniter ordinauit procuratorem suum N. absentem tanquam præsentem, solum, & insolidum ad ipsius D. Constituentis nomine, & pro eo dictam parochialem Ecclesiam S. Ioannis, quam obtinet, in manibus S. D. N. Papæ, seu eius R. D. Vice-cancellarij, aut Datarij, seu alterius ad id potestatem habentis, in fauorem D. N. seruata tamen ipsi D. Constituenti annua pensione quinquaginta ducatorum auri de Camera super eiusdem parochialis Ecclesiæ fructibus, redditibus, & emolumentis, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis soluen. in locq, & terminis, ac cum clausulis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, & decretis, modoque, & forma in supplicatione de desuper signata, vel signanda expressis, & contentis, & seu exprimendis, & iuxta illius formam, continentiam, & tenorem, & resignandum, resignationique, literarum expeditioni consentiendum, & quoscumque desuper necessarios & opportunos consensus præstandum, iurandumque in animam ipsius D. Constituentis omnia iuramenta necessaria, & opportuna, & quod non interuenerit fraus, dolus nec simoniæ labes, &c. & generaliter omnia alia & singula faciendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, & quæ ipsemet D. Constituens faceret, & facere posset, si præmissis omnibus, & singulis, præsens, & personaliter interesset, etiam si talia forent, quæ exigerent mandatum magis speciale quam præsentibus est expressum. Promittens insuper idem D. Constituens mihi notario

Digitized by Google

publico infrascripto tamquam publicæ, & authenticæ
personæ solemn. stipulan. & recipien. vice & nomine
omnium & singulorum quorum interest, intererit, aut
interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum,
gratum, atque firmum perpetuo habiturum totum id, &
quidquid per dictum procuratorem suum constitutum,
actum, dictum, gestum, factum, vel procuratum fuerit
in præmissis, seu alio præmissorum. Releuans nihilomi-
nus ex tunc, & releuare volens eundem procuratorem
ab omni onere satisdandi iudicioque sisti, & iudicatum
solui, cum omnibus & singulis clausulis necessarijs &
opportunis, sub hypotheca & obligatione omnium, &
singulorum bonorum mobilium, præsentium, & futu-
rorum, ac qualibet alia iuris, & facti renunciatione ad
hæc necessaria, pariter & cautela. Super quibus omni-
bus, & singulis præmissis petitum fuit à me notario pu-
blico infrascripto fieri atque confici vnum, vel plura
publicũ, seu publica instrumentũ & instrumenta. Actum
Romæ in officio mei eiusdem notarij, præsentibus
ibidem N. N. N. testibus ad præmissa omnia & singula
habitis vocatis atque rogatis.

Et sic requiritur, quòd sit constitutus aliquis procu-
rator, nominatus, scilicet expresso nomine proprio, &
39 cognomine † aliàs non valet procuratorium, vt tradit
Rebuff. d. tit. de procur. ad resign. constitut. num. 7. ex
leg. 2. ff. de procur. gloss. in l. tutor incertus, ff. de te-
stam. tut. vnde non valent procuratoria vacua, quæ in
40 albo dimissa vocant, † vt scribit post alios Cassan. in
consuet. Burg. rubr. des, &c. §. 5. gl. sans, & num. 18. de
qua materia Boer. decis. 274. col. 2. Vlterius requiritur,
quòd sit constitutus procurator ad renunciandum spon-
41 tè & liberè, † vt probat tex. in clem. vni. de procur. ibi
procuratorem spontè & liberè constituerit. Vbi Car. ou.
7. vers. 9. Bonif. de Vital & communiter Doct. alias au-
tem si constitutio procuratoris fiat per metum, est nul-
42 la, & omnia inde † sequuta annullantur, cap. accedens,
de procur. Abb. in ca. Abb. vbi alij communiter, de his,
quæ vi, &c. Rom. sing. 753. Prob. in addit. ad Io. Mo-
nach. in rub. de renun. lib. 6. Dec. cons. 219. qu. 1. Re-
buff. d. tit. 31. & est communis omnium Doct. sententia.
43 Secundo, vt adsit clausula, quod † nec vis, neque do-
lus, &c. prout de stylo requiritur, etiam vt hoc instru-
44 mentum procuratorium non sit † cancellatum, namque
si sit cancellatum, nullam facit fidem, & resignatio fa-
cta vigore huiusmodi instrumenti est nulla, ita Rebuff.
d. tit. de proc. ad resig. constit. num. 33. arg. l. inductum,
vbi communiter Doct. C. de solutio. l. si chirographum,
45 ff. de prob. Hinc cancellatio † instrumenti impedit mis-
sionem in possessionem. l. vlt. vbi Bart. Dec. Zuccard. &
46 alij communiter, C. de edict. diui Adr. tollen. & vitiat †
instrumentum, cap. cum olim, 2. de priuileg. cap. ex lite-
ris, de fide instrum. Anc. cons. 242. & cons. 431. Ange. cõs.
341. super primo. in fi. Lap. alleg. 30. But. consi. 21. Corn.
cons. 58. lib. 1. & cons. 118. lib 4.

47 Quod procedit, si cancellatio est in loco † principali:
nam alias secus, cap. ex lit. de fid. instru. Dec. d. vlt. nu.
48 57. & si est facta manu diuersa, Ale. cons. 41. lib. 1. Rom.
consil. 170. ideo bene inspiciunt huiusmodi mandatum
Notarij Cameræ, & Cancellariæ, si vero post resigna-
49 tionem reperiatur mandatum † Cancellatum, tunc non
vitiat resignationem. Rebuff. dic. tit. de procur. ad resign.
const. numer. 34. namque sufficit fuisse productum apud
Notarium Cameræ, vel Cancellariæ sine macula, & ita
præsumitur productum, nam alias Notarij non recepis-
sent, vnde, licet postea reperiatur cancellatum, nihil re-
fert, & fides Instrumenti non minuitur. Bal. in l. si vnus,
5 in fi. C. de test. Rebuff. loco cit numer. 34. namque † man-
datum relinquitur in Camera, vel Cancellaria, vt tra-
dit Prosp. de S. Cruce dec. 83. manuscr. & ob id, qui
literis resignationis expeditis dicit mandatum non fuis-
se bonum, debet docere, & probare hoc; nam præsu-
51 muntur † literæ bene expeditæ, & mandatum fuisse bo-
num ob reuisionem tot peritissimorum hominum, ita
fuit resolutum in Rot. teste Car. S. Cru. d. dec. 83. nam re-
signans per procuratorem maior, & fuerunt literæ ex-
peditæ, postea dicebatur esse minorem, & per consequens
non potuisse dare mandatum ad resignandum, fuit con-
clusum † mandatum præsumi bonum, donec contrarium 52
probetur, quia alias illud non recepissent Notarij Ca-
meræ, & Cancel.

An autem beneficiatus possit constituere procurato-
rem ad renunciandum sine consensu Capituli Ecclesiæ,
cui resignat, si habet Capitulum prout in Cathedrali,
& collegiata? Inn. & Host. & Compostel. in capit.
quod in dubijs, de renun. tenent quod † non requi- 53
ratur. Sequitur Cardin. Zabar. in clem. voica. numer. 8.
de renun.

Aduertendum tamen est quòd cum præstatur consen-
sus in Cancellaria, Notarij † Cancellariæ magnam ad- 54
hibent diligentiam, vt mandata sint valida, & cum om-
nibus circumstantijs requisitis a iure & stylo, & alias
consensus non extendunt, & ita quotidiè practicari vi-
demus. Notarij verò Cameræ, sunt largiores, & ideo
extendunt consensos vigore mandati minùs sufficientia
cum obligatione † tamen quòd ille procurator procu- 55
rabit vt veniat mandatum procuratorium sufficiens &
validum, quod tenebitur infra tempus præfixum produ-
cere, & ita seruat stylus notorius in Curia, vt a peritis-
simis didici, & vidi seruari.

Lib. 9. quæst. 7. num. 3. Ibi, Et in Gallia lege regia cautum est.

HÆc est lex seu constitutio, cuius nos suprà, quæ-
stione præcedenti meminimus. Sed aduertendum, in
Gallia non requiri obsignationẽ signo publico iudicis, Or-
dinarij nec testium subscriptiones, sed sufficere signum
notarij, attestantis quòd testes in ceda originali se subs-
cripserunt.

Eadem quæst. num. 11. Versic. Vndè satis colligitur.

HIc versiculus est corruptus, culpa (vt credendum
est) ipsius Typographi. Nam certum est, ad resi-
gnandum alterius beneficium specialemandatum requiri,
vt probat Parisius hac eadem quæst. num. 9. & nos suprà,
lib. 8. quæst. 1. nonnihil tetigimus Inuersa ergo sunt verba,
ideòque loco verbi, acceptandum, ponendũ est verbum, re-
signandum: & vice versa, vbi est verbum, resignandum, po-
nendum est verbum, acceptandum, quod satis ex rationi-
bus à Parisio subiunctis liquet.

Eadem quæst. num. 34. Ibi, Nisi sint specialia.

ADde & nisi (quatenus ad resignandum in fauorem
facta sint) certas clausulas) vt pote ad consentien-
dum literarum expeditioni, & ad iurandum quòd simonia
non interuenit) expressè contineant.

Eadem quæst. num. 36. Ibi, Seu eius Reuerendissimi Domini Datarij, aut alterius ad id potestatem habentis.

QVòd integra hæc clausula, sit omninò superflua, ex
his quæ nos suprà, lib. 7. quæst. 17 notauimus, perspi-
cuum fit, nec vlteriori eget testimonio.

Eadem quæst. num. 44. Ibi, Nullam facit fidem.

NOtarius, in Gallia, tanquàm falsarius puniretur, si
retentum ab eo mandatum ad resignandum, post
eiusdem cancellationem seu reuocationem sibi intima-
tam, parti expediret. Secundum Rebuffum in tit. de pro-
curat. ad resignand. consist. in praxi, num. 9. & in tit de su-
blat. Clemen. literis, ad finem, in concordat. Et Parisium
infrà, hoc lib. quæst. 27. num. 20. Inut. Ibidem animad-
uersione nostra.

Eadem

Eadem quæst. num. 189. ibi, Super eadem supplicatione possunt plures literæ expediri.

IDque vel ex eo, quòd sæpissimè in vna signatura, plures & diuersæ concessiones Apostolicæ reperiuntur eiatgitæ: Tuncque in clausulis, dici seu poni consueuit, quòd literæ, simul, vel ad partem siue (quod idem est) separatim expediri possint. Vel, quòd nihil obuet quin bullæ super eadem signatura plures expediantur, dummodò ipsæ, vnius eiusdemque tenoris, ac datæ existant, & à supplicatione non discrepent.

quæst. 7. num. 1. Quæ requirantur in mandato ad renunciandum.

¶ APud nos plura quàm ibi referat auctor in procuratorio ad resignandum, legibus regni requiri constat. Primùm enim necesse est vt a Notario regio vel Apostolico conficiatur; alias nullum declaratur edicto insinuationum art. 9. vnde videtur quod notarij domaniales à dominis feudatarijs in suis præfecturis constituti hæc mandata hodie recipere non possint, quamuis antea possent, Loysellus de Officijs. lib. 1. cap. 2. num. 4. Sed & adhuc posse asserit Pastor. de benefic. lib. 3. tit. 6. num. 7. quod verum puto ex mente & verbis memorati Edicti art. 8. ibi; *Enioignons à tous Notaires Royaux, Apostoliques & autres, &c.* Secundùm per Edictum Henrici 2. contra paruas datas art. 1. Notarius Apostolicus seu Episcopalis, qui illud recipit, debet in eo mentionem facere de hac sua qualitate. Tertiùm curiam in qua immatriculatus fuerit debet enunciare, d. art. 3. & quia Papisticus in duabus Curijs debet immatriculari, videlicet in Præsidiali & Diœcesana, vt cauetur artic. 1. eiusdem edicti, tenetur de vtraque mentionem facere, Molin. ibid. Quartùm suæ residentiæ seu domicilij locum exprimere d. art. 3. Quintùm requiritur quod testes adhibendi non solum noti sint, sed etiam domicilium habeant in loco, vbi conficitur procuratorium, d. art. 3. & Edicto insinuationum art. 9. quod tamen de domicilio in genere & non de loco mentionem facit. Sextùm quod non sint consanguinei in primo aut secundo gradu, vel domestici resignantis vel resignatarij, dd. art. 3. & 9. Idem de affinibus cauetur d. art. 9. Septimùm quod mandatum ab ipso resignante in præsentia testium subscribatur, d. art. 3. Octauùm quod si resignans subscribere non valeat, testes ipsi subscribant, & nihilominus teneatur Notarius de infirmitate seu impedimento resignantis mentionem facere, eod. art. 3. atque ita requiritur hoc casu quod testes subscribere sciant, & valeant, Molin. ibid. Nonùm quod testes signare scientes indistinctè signent, vel de illorum inscitia mentio expressa habeatur in mandato, d. art. 9. Decimùm quod procuratorium non sit anno antiquius, Edict. Henrici 2. supra memorato art. 9. Vndecimùm quod sit speciale de certo & ibi denominato beneficio resignando, non autem generale de quibuscumque beneficijs, art. 10. eiusdem Edicti Henrici secundi; circa quod vide quæ nos superiori lib. q. 1. diximus. Duodecimum quod matrix scriptura penes ipsum notarium remaneat, nec partibus relaxetur sub pena falsi, & nullitatis, art. 8. Edicti insinuationum, in quo tamen quotidie impunè peccatur.

QVÆSTIO VIII.

An habita notitia mandati procuratoris ad resignandum, possit procurator resignare, antequam illud in manibus habuerit.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an possit resignare post confectum mandatum antequam illud habuerit, & num. 5.*
2 *Procurator potest agere, certioratus à domino per literas de mandato.*
3 *Mandatum sufficit fuisse productum ante sententiam.*
4 *Gesta per procuratorem valent, etiam si ignoret esse procuratorem, contra num. 8.*
5 *Quis non potest resignare nisi prius recipiat mandatum procuratorium.*
6 *Notarij Cameræ & Cancellariæ non extendunt consensum nisi videant mandata.*
7 *Mandatum relinquitur in Camera.*
8 *Non valent gesta procuratoris ante receptum mandatum.*
9 *Mandatum non præsumitur.*
10 *Procurator debet esse certus, quomodo debet renunciare.*
11 *Procurator debet seruare fines mandati.*
12 *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione.*
13 *Mandatum ad renunciandum à quo debeat recipere procurator.*
14 *Auctoritas superioris tollit suspicionem falsi.*
15 *Ratihabitio non habet locum in resignationibus.*
16 *Ratihabitio habet locum in his, quæ exigunt speciale mandatum.*
17 *Beneficium potest acceptari nomine tertij.*
18 *Ad acceptandum beneficium requiritur speciale mandatum.*
19 *Supplicatio potest porrigi absque mandato.*
20 *Mandatum potest dari ad consentiendum supplicationi signatæ, vel signandæ.*

OCtauò quæro, an habita notitia de mandato
procuratorio, possit procurator renunciare an-
tequam illud in manibus habuerit? puto, quia
priùs a constituente fuit certioratus per Nuncium, vel
Epistolam de hoc vel ab alio, Respondet Rebuff. in sua
praxi in tit. de procur. ad resig. constit. num. 24. quòd
† sic. mouetur quia potest procurator † agere certiora- 1
tus à domino per literas & nuncium de mandato, licet 2
illud mandatum non receperit, vt concludit Bart. in
quodam cons. incipient. Quæritur. Quod comproba-
tur, quia gesta per procuratorem ante receptum man-
datum, & ante quàm certioretur, valent, Dyn. cons.
18. q. talis est, colum. 1. Bal. in l. 1. §. 1. in 3. no. ff. de
procu. Hinc seruat Rota † quòd sufficiat quod ante 3
sententiam illud producat, vt habetur decis. 7. numer. 3.
de procur. in nouis. Hinc in vna Zamoren. coram Sil-
uestro, 12. Decembris 1533. fuit resolutum valere gesta
per procuratorem etiam ignorantem † se esse procura- 4
torem, teste Sarn. decis. 50. libr. 1. & in alia Mediola-
nen. 4. Feb. 1534. valere gesta, licet de procura non
appareat, si tamen potest probari testibus, teste Sarnen.
decis. 51. lib. 1. in manuscript. & hanc opinionem ef-
ficacibus rationibus fundatam attestatur Curtius iunior
cons. 63. vbi per totum illam defendit, eò magis in
beneficialibus, vt late probat Curt. Iun. d. cons. 63.
num. 11. Boer. decis. 348. sub num. 7.
His tamen non obstantibus, in contrarium se habet
communis opinio omnium Doct. vt quis † non possit 5
resignare, nisi prius recipiat mandatum procuratorium,
quamuis habuerit literas, per quas admonebatur man-
datum procuratorium esse confectum. Imo. in cap. in
nostra. colum. 2. post medium de procur. & in l. quod
in domini, ff. de qui test. fa. Boer. decis. 348. sub nu. 7.
colum. 6. ante med. & post med. & ita fuit dictum in
Rota in vna Oneten. Archidiaconatus de Liuero. 21.
Febr. 1545. coram Put. teste eod. decis. 360. numer. 5.
lib. 2. vbi dicit etiam, quòd Notarij Cameræ, & Can-
cellariæ non extendunt consensum, nisi videant † man- 6
data in bona forma. Caput. decis. 168. libr. 2. & decis.
85. libr. 3. quandoquidem mandatum post præstitum
consensum relinquitur in Camera, vel Cancellaria, & 7
postea literæ expediuntur, vt attestatur Card. S. Cruc.
decis. 83. ita etiam in Gallia ante receptum mandatum
non recipiuntur renunciationes, ita cautum ea lege
Regia attestatur Rebuff. d. tit. de procur. ad resignat.
const. nume. 26. imo de stylo curiæ non admittitur quis
vt procurator in omni materia, nisi priùs ostenderit
mandatum, vt tradit Ioan. de Im. relatus à Boer. decis.

348. colum. 6. sub numer. 7. vers. & hoc est conforme
communi opinioni, quæ se habet, non valere gesta pro-
8 curatoris † ante receptum mandatum. Imol. in d. l. qui
in domini. ff. qui test. fac. Idem in Clem. 2. post gl. in
ver. receptis, de procur. Bart. cons. 73., quæritur verum
procurator, & est communis opinio, a qua non est re-
cedendum in iudicando, & consulendo, vt attestatur
Cur. Iun. d. cons. 63. num. 1. & quamuis ipse defendat
contrarium, vt supradictum est, nihilominus ab opinio-
ne communi non est recedendum, vt tradit Boer. dic.
decis. 348. in numer. 7. vbi allegat alios Doct. tenentes
9 hanc opinionem, † mandatum enim non præsumitur,
& ideo debet in primis ostendi, vt est communis, &
recepta omnium doctorum sententia, vt patet ex al-
lega. per Mascard. de proba. concl. 1004. per totam,
ex quibus cessant allegata in contrarium, per Rebuff.
nam Bartol. retorquetur in contrarium, aliæ verò do-
ctrinæ parum faciunt, cum in contrarium sit communis
opinio, vt ipse Curt. Iun. attestatur d. cons. 63. col. 1.
& decisiones Rotæ allegatæ procedunt in diuersis casi-
bus in materia dationis consensus, in qua habemus le-
gem præscriptam, vt ostendatur mandatum, alioquin
non extenditur a Notariis Cameræ, & Cancellariæ.
Debet igitur procurator recipere mandatum, & postea
date consensum vt ex prædictis colligitur, & est com-
10 munis Doct. sententia, oportet que debet esse † certus,
quomodo debeat renunciare, & quibus clausulis, vt
11 seruet fines † mandati. Ias. cons. 162. colu. 4. libr. 2. &
cons. 86. in fin. libro. 3. Card. Paris. cons. 10. num. 25.
12 cum seq. volum. 1. sicut iudex antequam † procedat de-
bet esse certus de sua iurisdictione. Caput. decis. 114.
part. 2.
13 A quo † autem debet recipere hoc mandatum? Re-
buff. dicto tit. de procur. ad resign. const. nume. 25. &
26. tenuit debere recipere per nuncium missum à Do-
mino, vel per Epistolam Domini, & ideo dicit, quòd
si receperit per extraneum non debet præstare consen-
sum antequam sit certioratus à Domino. Ex not. in le.
1. per illum tex. ff. de contrah. empt. & ex his, quæ
scribit Mars. in l. si quis num. 64. ff. de quæstio. Rebuff.
in constitutioni. regni. tit. de lit. oblat. num. 27. & hoc
ad euitandum falsum, & bene esset vt id seruarent pro-
curatores. Verum contrarium practicatur, vt detur
consensus, etsi recipiatur mandatum per manus extra-
nei resignatarij, aut alterius habentis interesse, & sus-
14 picio falsitatis tollitur † ob sigillum Episcopi, vel com-
munitatis in eo appositum, iuxta ea, quæ dicunt Doct.
communiter in cap. post cessionem, de probat. cum
aliis, vt dixi suprà & dando consensum videtur accepis-
se mandatum, vt requiritur. Rot. decis. 7. de procur. in
15 nouis. Ex quo infertur, quòd † ratihabitio non habet
locum in resignatione beneficij, vt quis possit renuncia-
re beneficium tertij, & postea efficere, vt consentiat,
vt ex supradictis colligitur, quandoquidem iuxtà com-
munem requiratur mandatum speciale, quod est notan-
dum, quia ratihabitio habet locum in his, quæ exigunt
16 † speciale mandatum, cap. vlt. de iurir. Ang. in l. nec
filius, C. de reb. cred. Bal. in l. si maritus, C. mand.
Alex. cons. 78. libr. 5. Fel. in cap. sicut a. colu. vlt. de
simo. Dec. in l. semper qui non prohibet. numer. 60.
de reg. Iur. & cons. 281. & ob id, si quis acceptauerit
17 beneficium nomine tertij, poterit † ille tertius ratum
habere communiter Doct. in cap. accedens, de præ-
bend. glo. in cap. quamuis, eod. tit. in 6. quamuis ad
18 acceptandum requiratur † speciale mandatum, vt est
communis opinio, de qua per Couar. libr. 3. var. resol.
cap. 16. nume. 5. declara, hæc procedere quoad præ-
standum consensum vt requiratur speciale mandatum
per instrumentum publicum, & quod illud receperit
19 procurator, supplicatio † autem potest porrigi etiam
absque mandato, & postquam est signatu, potest dari
20 mandatum, quod datur ad consentiendum † supplica-
tioni signatæ, vel signandæ, & ita practicari videmus,
vt suprà dixi, & postea præstatur consensus, iuxta re-
gulam Cancellariæ 40.

Lib. 9. quæst. 8. num. 7. Ibi, Relinquitur in camera
vel in Cancellaria.

POstmodum autem abstrahi originaliter indè non po-
test mandatum, nisi contracta prius obligatione. & da-
ta cautione in forma Cameræ, de eodem, intra certum tunc
limitatum tempus restituendo: aut si hoc fiat (id est si
non restituatur) de tot aureis (quingentis putà) eidem
cameræ persoluendis.

quæst. 8. num. 4. Vt quis non possit resignare nisi prius
recipiat mandatum.

¶ HOc expressè cauetur Edicto Henrici 2. contra par-
uas datas nuncupato art. 21. vt scilicet procu-
rator tempore resignationis per eum factæ, seu faciendæ
debeat recepisse & præ manibus habere instrumentum ip-
sum mandati. Sed quid si procurator substitutus resignet,
num sat erit præ manibus habere instrumentum substitu-
tionis? An etiam habere debebit mandatum principale?
dic requiri quod habeat vtrumque, Molin. ad idem edi-
ctum art. 10. num. 16. & ad regul. de public. resig. numer.
404. quia potissima & fundamentalis, ac essentialis pars
substitutionis est instrumentum ipsum mandati primitiui,
nec creditur referenti nisi constet de relato iurib. vulga-
tis.

QVÆSTIO IX.

*An possit dari mandatum ad resignandum in fauo-
rem talis, & non aliter, nec alio modo.*

SVMMARIVM.

1 *In mandato dato ad resignandum in Curia potest dici
in fauorem N. & non aliter, nec alio modo.*
2 *Non potest fieri mandatum ad resignandum in mani-
bus Ordinarij cum clausula, non aliter nec alio
modo.*
3 *Renunciatio coram Ordinario debet fieri libere.*
4 *Mandatum ad renunciandum in fauorem, etiam
absque clausula* & non aliter, &c. *est simonia-
tum.*
5 *In manibus Ordinarij non potest fieri renunciatio in
fauorem.*
6 *Procuratore renunciante omisso medio vitioso, re-
nunciatio est valida, & mandans excusatur à si-
monia.*
7 *Ex quanto & non destinatio attenditur.*
8 *Actus renunciationis, & non voluntas volentis cede-
re attenditur.*
9 *Interpretatio capienda vt excludatur delictum.*
10 *Ordinarius potest conferre illi, cui renuncians volue-
rat.*

NOnò quæro an in mandato procuratorio pos-
sit dici, Constituo N. procuratorem ad re-
nunciandum in fauorem talis, *& non aliter,
nec alio modo.* Omissis his, quæ possunt dici
pro vtraque parte, communis resolutio est, vt si man-
datum fiat † ad renunciandum in manibus Sum. Pont. pos- 1
sit apponi *& non aliter, nec alio modo*, ex stylo, & to-
lerantia antiqua. Cassador. decisio. 2. num. 3. de sim.
Nauar. in Man. cap. 23. sub num. 107. Redoan. de sim. p.
3. cap. 2. numer. 21. Caccial. de pens. quæst. 19. numer. 18. &
ita tota die practicari videmus. Si verò fiat ad renun-
ciandum in manibus Ordinarij, non † potest in manda- 2
to apponi clausula huiusmodi, *& non aliter, nec alio
modo*, absque vitio simoniæ, Ferret. cons. 95. numer. 13.
Caccial. d. tract. de pens. q. 19. num. 15 Namque libere de-
bet fieri renunciatio coram † Ordinario, non solùm 3
per se, sed per procuratorem. Gamb. de aut. leg. à lat. lib.
2. num. 29. & 37. lib. 6. num. 125. Hinc alias in Rota,

fuit propositum dubium in vna Vicentin. præceptoriæ
coram Decano die Mercurij 9. Martij. 1552. si manda-
tum fuit factum ad renunciandum in manibus Ordinarij
4 in fauorem † certæ personæ, cum clausula purè, & sim-
pliciter, an sit simoniacum, & præsumatur fraudulen-
tum. Domini concluserunt affirmatiuè, teste Caput. de-
cis. 192. par. 2. hoc idem fuit resolutum in vna Firman.
benef. teste Pelegr. decis. 144. lib. 2. namque ibi fuit
datum mandatum in fauorem N. ad renuncian. benefi-
cium coram Vicario, aut alio facultatem habente abs-
que clausula, *non aliàs, nec alio modo*, fuit tentum, quòd
talis resignatio non valeret, & quòd ius remanserat pe-
5 nes resignantem, quia in manibus † Ordinarij resignari
non potest in fauorem, vt communiter Doct. volunt. Sed
cadit dubium, quid si mandatum fuit datum ad renun-
cian. in manibus Papæ, vel Ordinarij in fauorem certæ
personæ, procurator autem renunciauit in manibus Or-
6 dinarij † liberè omisso medio vitioso, & sic non renun-
ciauit in fauorem prout sibi mandatum fuerat, an re-
nunciatio sit valida, & ex hoc mandans excusetur a si-
monia? omissis quæ possunt adduci hinc inde, vera, &
communis sententia est affirmatiua, secundùm quam
consulit Car. Paris. cons. 15. num. 13. & 14. cum seq. vsque
ad num. 19. volum. 4. & ita fuit resolutum per Rotam
in dic. Vicen. præceptoriæ, coram Decano, die Mer-
curij 9. Martij. 1552. teste Caput. decis. 92. par. 3. & ita
consuluit Rebuff. cons. 85. & latè cons. 87. Et ratio est,
quia destinatio ipsius resignantis sapiens simoniam, non
fuit acceptata, neque exequuta per procuratorem, qui
omisso medio vitioso resignauit liberè: quo casu non
7 debet attendi illa destinatio, † sed exequutio facta per
ipsum procuratorem, & actus per ipsum gestus, qui
caret omni vitio, vt eleganter concludit Petrus, de An-
char. cons. 28. Ratione. col. 2. & 3. versic. sed his non ob-
stan. vbi ex pluribus auctoritatibus, & rationibus, pro-
bat attendendam esse exequutionem factam per procu-
ratorem, illamque simpliciter esse in consideratione
8 potius, quàm mandatum, actus enim resignationis, † &
non voluntas volentis cedere attenditur, Dec. in cap. ex
parte. 1. colum. 2. in 1. & 2. concl. de offic. deleg. Archi.
Gem. & Præpos. in can. ordinationes. & can. quicunque. q.
1. But. Abb. Im. & commu. DD. in cap. dilecto, de præb.
9 Eoque magis, vt capiatur † interpretatio ad excluden-
dum delictum, iux. l. merito. ff. pro socio. Ob quam
causam illa verba in fauorem certæ personæ, possunt in-
terpretari, si fiat renunciatio coram Papa & plures ra-
tiones adducit Rebuff. d. con. 45. quod vide. Amplia
hanc conclusionem procedere etiam si postea Ordina-
rius, qui admisit renunciationem liberè, contulit illi,
10 cui resignans mandauerat † procuratori resignare, ita
Card. Paris. concludit dict. consil. 15. num. 14. vol. 4. ve-
rum hoc non caret suspicione, & tutius erit alteri illud
beneficium conferre.

Lib. 9. quæst. 9. num. 2. Ibi, Non potest in mandato apponi clausula, & non aliter nec alio modo.

IMo potest, dummodo clausula, in fauorem, omittatur: & illius loco apponatur ista, purè & simpliciter, tunc enim dicta clausula, non aliter nec alio modo, poterit subsequenter apponi, & carebit omni simoniæ vitio.

Eadem quæst. num. 6. Ibi, Vera & communis sententia est affirmatiua.

HOc ita, si ordinarius, qui huiusmodi resignationem admisit, non ei, qui in procuratorio nominatus fuerat, sed alij, beneficium sic resignatum contulerit. Nam alioquin resignatio, & indè sequuta collatio, vix simoniæ suspicione carerent. vt vltra authorem ad finem huius quæstionis, videtur etiam sentire Couarruuias, lib. 3. var. resol. cap. 16. circa fi. licet in legato contrarium obseruari, referat Carondas lib. 1. Responsorum cap. 15. & lib. 1. Pandectarum cap. 10 pag 90. in principio.

Eadem quæst. numer. 7. Ibi, Qui caret omni vitio.

VTere eadem modificatione, quam posuimus in præcedenti animaduersione. Cui etiam assentitur Parisius ad calcem huius quæstionis.

quæst. 9. num. 2. Si vero fiat ad renunciandum in manibus Ordinarij.

¶ MAteriam huius quæstionis, cum scilicet resignari aut procurator constitui ad resignandum in fauorem coram Ordinario contingit. Vide à nobis per septem conclusiones distinctam & expeditam infra lib. 54. q. 3.

QVÆSTIO X.

An possit constitui procurator ad acceptandum beneficium, illudque resignandum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non potest constitui ad acceptandum, & renunciandum.*

2 *Procurator non potest constitui ad renunciandum beneficium obtinendum.*

3 *Tempus confecti mandati inspicitur.*

4 *Peccat mortaliter acceptans beneficium, vt illud renunciet.*

5 *In curia de stylo datur, Examinetur.*

DEcimò quæro, an quis possit constituere procu-
ratorem ad acceptandum, & renunciandum si-
mul, vt ex illo procuratorio possit procurator
acceptare tale beneficium & illud resignare. Respondet
† Rebuf. in prax. tit. de proc. ad resig. const. num. 16. & 17. 1
quod non, Bellam. de permut. benef. pag. 8. quæst. 2. nume.
17. Ratio est quia potest quis constituere procurato-
rem ad renunciandum beneficium, quod † obtinet, non 2
autem obtinendum, Rebuf. loco cit. & in tract. nomin.
quæst. 14. Quarè procurator virtute huius mandati non
poterit resignare, namque ad validitatem † mandati in- 3
spicitur tempus, quo instrumentum procuratorium fuit
confectum, & colligitur ex his quæ scribit Menoch. de
recup. poss. primo remedio. nu. 272. 273. 274. & non en-
tis nullæ sunt qualitates, imò mortaliter † peccat, qui 4
acceptat beneficium, vt illud postea renunciet, & ob id
in curia de stylo, quando datur examen apponitur † clau- 5
sula, dato, prius iuramento, quòd illud non recipiat
animo renunciandi.

Libr. 9. quæst. 10. numer. 2. Ibi, Non autem obtinendum.

CVm Authore etiam conuenit Carondas, in Pandectis iuris Gallici lib. 1. cap. 10. Potest tamen quis simul constituere procuratorem ad acceptandum beneficium nondum habitum, & ad resignandum obtentum: eo enim casu, cessant rationes hic a Parisio in contrarium allatæ.

Eadem quæst. numer. 5. Ibi, Quòd illud non recipiat animo renunciandi.

CVius ratio est, ne scilicet quis suorum status & salutis immemor, indigna viens fallacia, ac cuiusdam alterius adductus precibus, aut aliàs, beneficium in confidentiam recipiat. ¶ Imò alia est ratio cur peccet qui beneficium acceptat animo renunciandi, quod citra vllam confidentiam fieri posse nemo inficias ibit, videlicet quod animum inseruiendi habere teneatur; cum beneficium

detur propter officium, non autem vt acceptans posthac de eo nepotem vel amicum via resignationis ditare, vel aliud beneficium, aut etiam pensionem annuam sibi inde valeat expiscari vt fieri solet.

Eadem quæst. num. 10. *Ibi*, Sufficere intimationem reuocationis faciendam resignatario.

DE hoc tetigimus suprà, præcedenti quæst. sed ibi dictis adde non sufficere intimationem factam in Domicilio, (¶) seu personæ Domesticæ resignatarij: sed opus esse, vt fiat propriæ personæ ipsius resignatarij, vel saltem quòd clarè probetur, factam in Domicilio, vel Domesticæ personæ, ad eiusdem resignatarij notitiam, re adhùc integre peruenisse. (¶) Nos vero sufficere infra hoc lib. q. 16. asserimus.

QVÆSTIO XI.

An Notarius possit se rogare de mandato procuræ in personam suam ad resignandum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non potest se rogare de instrumento in personam suam.*
2 *Consanguinei qui debent præstare consensum ex forma statuti in contractibus mulierum, non possunt consentire, si cum illis contrahunt.*

VNdecimò quæro, si aliquis vult constituere procuratorem N. ad renuncian. in curia, an ipse N. possit se rogare de mandato procuræ in personam suam. Vera conclusio est negatiue,
1 † quam tenuit Rebuf. in prax. tit. de procur. ad resign. numer. 6. & est doctrina Bart. in l. ex sententia ff. de testa. tut. Goid. Pap. decis. 126. Afflict. decis. 317. attestatur ita fuisse decisum, & com. Docto. ad tollen. enim fraudes hoc receptum est, vt Notarius non possit se rogare de mãdato procuræ in personam suam, Bar. in l. 2. in prin. ff. de stip. seru. Bal. in l. iudices C. de fid. instrum. & in l. consul. numer. 5. ff. de adopt. Fel. in cap. quoniam, numer. 41. de prob. sicuti agnati, & consanguinei, qui debent ex forma
2 statuti † præstare consensum in contractibus mulierum, non possunt illum præstare, quando cum ipsis contrahunt dictæ mulieres, nam tunc alij sunt adhibendi, communis opinio, vt per Dec. cons. 612. in fi. Cetell. Cott. in Memor. ver. filius fam. potest, & ver. statutum. Io. de Arnon. Soliloqu. 27. Burlat. consilio 380. num. 20.

Lib. 9. quæst. 11. num. 1. Ibi, Vera conclusio est negatiua.

QVam, præter citatos à Parisio, sequitur etiam Mascardus de probationibus. Conclus. 189. numero 4. volum. 1.

Eadem quæst. numer. 2. Ibi, Nam tunc alij sunt adhibendi.

AGnati nempè, vel consanguinei, qui dictum consensum præstent, si modo sint ad id habiles. arg. §. fi. de fideius. apud Iustinia.

quæst. 11. num. 1. Receptum est vt Notarius non possit se rogare de mandato procuræ.

¶ QVia non potest sibi adscribere auctoritatem vel officium, cum certum sit, nec per se, nec per alium posse in suum commodum aliquid scribere, L. de eo, & leg. Diuus. §. 1. ff. ad l. Cornel. de fals.

QVÆSTIO XII.

An præsens in Curia possit constituere procuratorem ad resignandum.

SVMMARIVM.

1 *Præsens in curia, an possit constituere procuratorem ad renunciandum.*
2 *Verbum* Nullatenus *annullat actum ipso iure.*
3 *Vbi statutum requirit præsentiam propinquorum, propinqui non possunt mittere procuratorem.*
4 *Statutum puniens facientem actum personaliter, non includit facientem per alium.*
5 *Vbi requiritur iuramentum pro forma, quis non potest iurare per alium.*
6 *Quoties est electa industria personæ, actus non potest per substitutum expediri.*
7 *Cardinales præsentes in curia, & resignantes quomodò præstent consensum.*
8 *Notarij Cameræ admittunt procuratores præsentium in curia.*
9 *Præsens in curia potest constituere procuratorem, ad renunciandum in partibus.*

DVodecimò quæro, an præsens in Curia possit constituere procuratorem ad resignandum, & consentiendum eidem resignationi. Communis est
negatiua, † quam tenet Gig. in tracta. de pens. quæst. 11. 1
vbi dicit hanc opin. esse veriorem, & seruari in praxi in curia, sequitur Burs. cons. 395. num. 28. volu. 4. quòd probatur ex regula Cancellariæ 40. Sixti V. ibi *Apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem, &c.* Loquitur enim per verbum
Nullatenus, † quod annullat actum ipso iure. Glos. ibi 2
ad reg. Innoc. 8. glos. in cleme. 2. vers. nullatenus. de sequestr. poss. & fruct. in terminis dictæ regu. Boer. decis. 348. nume. 1. & sic requirit, vt præsens in curia personaliter præstet consensum, vnde non poterit constituere procuratorem. Abb. in cap. vlti. de iuramcalum. glos. in clem. dudum. de sepult. Hinc vbi statutum re-
quirit præsentiam propinquorum, † propinqui non po- 3
terunt mittere procuratorem. Ang. in l. Titius, ff. quibus mo. pign. vel hipo. Bal. in l. 1. vlt. colum. C. qui adm. Hinc statutum puniens facientem actum personaliter
non includit facientem † per alium. Cerd. in cap. per- 4
pendimus. de sent. excom. Bart. in l. infantes. ff. de fidei-
com. liber. Hinc quotiès requiritur iuramentum † pro 5
forma, quis non potest iurare per alium. Abb. Bal. Fel. in cap. licet ex quadam, de testibus, Bart. in l qui bona. §. qui aliena. ff. de dam. infect. Car. in cle. 1. in 11. no. de iureiur. Ratio, quia ex his verbis positis in d. reg. Cãcellariæ eligitur, & consideretur industria personæ, quo
casu actus non potest per substitutum † expediri, Bar. 6
in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis & in l. 1. ff. de ver. & extraord. cog. & in l. dicm, vbi Dec. & alij communiter, ff. de off. asses. idque eo magis procedit in actibus præiudicialibus, ex his, quæ scribit Bar. in l. per hanc; C. de erogat. mil. ann. li. 12. Bal in l. 1. §. ne autem. C. de Ced. toll. Io. de Anen. in cap. si cuius, in fi. de simo. Amplia hanc conclusionem procedere in omnibus & quibuscumque personis, etiam in maxima dignitate constitutis, etiam Cardinalatus honore decoratis, ita de stylo seruari videmus, namque Cardinales, quando
resignant, † vel præstent consensum per schedulam, 7
quam mittunt Notarijs, vel Notarij accedunt ad eorum palatia ad recipiendum consensum, ita se habet stylus Notorius in curia, Nauar. in cap. accepta. opp. 7. num. 27. de restit. spol. limita non procedere in Camera: nam
quando præstetur ibi consensus, Notarij Cameræ † ad 8
mittunt procuratores etiam præsentium, ita Glosator

Regu. Cancellariæ 14. Inn. VIII. Potest tamen præsena in curia constituere procuratorem ad renunciandum in partibus. Collect. 10 cap. exhibita. in 10. qu. de rerum permut. Bellam. in eod. tract. p. 8. q. 3. num. 8.

Lib. 9. quæst. 12. numer. 1. ibi, Et seruari in praxi in curia.

HOc in Cancellaria tantummodò obtinet. Nam (vt fatetur Parisius infrà, num. 8.) Camera Apostolica, dùm ibi consensus præstatur, solet etiam præsentium in curia procuratores admittere. ¶ Cancellaria enim strictior est & rigidior Camera, vt hic videre est & supra libr. 8. quæst. 6. specialiùs obseruauimus. Hinc Cancellaria mandatum ad resignandum post annum non admittit, Camera autem sic, vt notat glossator regularum Cancell. ad regulam 43. in fine.

QVÆSTIO XIII.

Habens mandatum ad resignandum per quantum tempus possit præstare consensum.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatione signata consensus præstatur ante sex menses.*
2 *Mandata ad renunciandum durat multo tempore.*
3 *Voluntas censetur durare.*
4 *Per lapsum quadriennij mandatum non censetur reuocatum.*
5 *In Francia elapso anno non recipiuntur mandata ad renunciandum.*

DEcimo tertiò quæro, postquam quis recepit mandatum ad renunciandum, per quantum tempus possit præstare consensum? Responde, quòd
1 si supplicatio † est signata, tunc debet præstare consensum ante sex menses ad hoc vt possit infra dictum tempus publicare, vt requiritur ex constitutione Gregor. XIIII. & latè suo loco dixi. Si verò supplicatio non est signata, vt quia non fuit porrecta, admittuntur mandata † confecta etiam multo tempore ante. Gig. cons.
3 11. num. 6. nam ead. voluntas † censetur durare donec de reuocatione appareat, cap. maiores, de baptis. l. eum qui ff. de prob. Cassad. decis. 1. numer. 2. de renunc. Dubium tamen est, an per lapsum quadriennij à die confecti instrumenti procuræ, censeatur mandatum reuocatum? Paul. de Castr. cons. 12. tota disputatio istius processus. column. 2. vers. 2. ratio. lib. 1. tenet quod per lapsum quatuor annorum mandatum sit extinctum, mouetur, quia præsumptio est, quòd mandans reuocauerit, ob longum interuallum, arg. l. in confirmando, ff. de confir. tut. Tamen in contrarium est ve-
4 ritas, † quòd etiam post quadriennium possit præstari consensus, quam opin. tenuit Rota, in vna Abulen. Cànonicatus, & præbendæ, die 21. Nouembris 1543. coram Cardinali S. Crucis, teste Mohedan. decis. 217. pensionem habens sub tit. de renunciand. seu procur. fuit enim conclusum, consensum præstitum post quatuor annos esse bonum, quia vt dixi voluntas semper censetur durare, donec de mutatione non appareat, cap. maiores, de bapt. etiam post decem annos. l. sancimus, C. de testa. Non obstat Consilium Paul. de Castr. in contrarium allegatum, quia Rota dicit hoc Consilium esse contra omnes regulas, & omnia principia iuris. Melius tamen esset habere nouum mandatum, nam Notarij Cancellariæ quandoque faciunt difficultatem, vt tradit Rebuff. infra citan. nume. 18. In Francia autem elapso
5 anno non † recipiuntur procuratoria ad renuncian. ita fuit iudicatum Tolosæ, & vt sint nullæ prouisiones factæ vigore dicti mandati, teste Pap. lib. 2. titulo 8.

Et est opinio Reb. de veris. not. glos. 7. in fin. idem Reb. d. tit. de procur. ad resign. numer. 18. vbi etiam dicit, lege regia cautum esse, lata de anno 1551. die 19. April.

Libr. 9. quæst. 13. numer. 1. ibi, Si supplicatio est signata.

ADde, & datata; Solet enim supplicatio, priùs (siue à Papa, per verbum, fiat; siue à præfecto, per verbum, concessum) signari, quam data apponatur. Quonam autem die terminus, ad adnotandum consensum, in resignationibus præstitum præfixus, currere incipiat, declarauit fœlicis recordationis Clemens Papa Septimus constitutione sua, in ordine duodecima.

qu. 13. num. 5. In Francia autem elapso anno non recipiuntur procuratoria ad renunciandum.

¶ ITa cauetur ordinatione Henrici 2. contra paruas datas art. 10. nisi vetus procuratorium nuper a resignante traditum fuerit exequendum, Molin. ad d. art. 10. gloss. 2. num. 9. & quamuis loquatur de procuratorijs ante publicationem constitutionis huiusmodi executis, ratio tamen quam adducit æquè militat in postmodum executioni demandatis: quod scilicet non dicatur mandatum superannale, si de eo infra annum renouato constet, prout, inquit, satis renouatum est cum sponte & ex certa scientia exequendum traditur. Sed negatur ea eo renouari, imò vetus & superannale remanet & consequenter hæc Molinei limitatio indistinctè reijcienda: cum æquè vigeat ratio occultæ confidentiæ & dilatæ executionis mandati in fraudem Canonum. Amplia etiamsi resignatio in vim mandati superannalis facta, nec fuerit publicata, aut expulso resignante capta possessio: cum enim ab initio non valeat collatio, sequitur non valere quæcumque accessoria. Limita nisi postea contingat resignatarium tribus continuis annis pacificè possidere; tunc enim decreto de pacificis iuuabitur: Ratio est quia constitutio loquitur de nuda prouisione, non autem de roborata virtute dicti decreti, quod prohibere non intendit, vt rectè considerat Molin. ad d. art. 10. num. 6.

QVÆSTIO XIV.

Beneficium resignatum per procuratorem, vbi dicatur vacare, vbi confectum est mandatum, vel vbi facta est renunciatio.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium resignatum in curia per procuratorem, in curia dicitur vacare, & non in partibus.*
2 *Resignans quoad beneficium resignatum dicitur mori in loco, vbi fit resignatio.*
3 *Locus vbi actus perficitur, debet attendi.*
4 *Beneficio reseruata vacantia extrà curiam, in curia dicitur vacare.*
5 *Existens in curia potest constituere procuratorem ad renunciandum in partibus.*
6 *Beneficia quæ vacant in curia per procuratorem, non dicuntur vacare apud sedem.*
7 *Beneficia vacantia apud Sedem dicuntur vacare in curia.*

DEcimo quartò quæro, vbi dicatur vacare beneficium resignatum in curia per procuratorem, An in loco vbi fit mandatum procuratorium, & sic in partibus, vel in loco vbi fit resignatio, & sic in curia? Stephan. quem refert & sequitur Zab. in clem. vnica nume. 25. de renunc. scribit † vacare beneficium 1
in curia, vbi fit renunciatio, non autem in partibus, vbi constituitur procurator. sequitur Bonif. de Vitall. num. 40. Archi. & alij in c. 2. de præb. in 6. Collect. in c. exhibita. in 10. q. de renunc. perm. Bellam. in tract. de rerum perm. 8. p. q. 3. num. 8. Ferret. cons. 93. Card. Paris. cons. 10. num. 1. vol. 4. Gig. cons. 5. num. 5. &

in Epist. de intr. nume. 49. Fusc. de visi. libr. 2. cap. 21. post numer. 4. Rota decis. 1. de rer. perm. Reb. in prax. tit. de proc. ad resign. numer. 2. Rossin. de benef. c. 28. num. 3. Iac. Simonetta, in tractat. de reseruat. cap. 31. Put. decis. 36. nume. 2. libr. 2. Arch. in cap. præsenti. num. 1. prope finem vers. & crede, Gemin. nume. 7. de præb. libr. 6. & communiter Doct. & ratio est, quia
2 quoad tale beneficium resignatum, † resignans dicitur mori in loco, vbi renunciatur, non habita consideratione vbi beneficiatus moram trahit; ita Paris. d. cons. 10. n. 2. vol. 4. Accedit, quia procurator dicit ego procuratorio nomine renuncio, vnde debet attendi locus, vbi
3 actus † perficitur, nor. in l. insulam. ff. de præsc. verb. l. Lucius. ff. depositi. l. si alienam, ff. de donat. Bart. in l. eotem, §. qui maximus. ff. de publ. Crau. cons. 193. colu. pen. col. 8. vers. infertur ex præmissis. Sicuti in simili dicimus, quòd beneficia reseruata, † licet vacent extra curiam, tamen dicuntur vacare in curia, Fran. post alios
4 communiter in cap. 2. nume. 3. de præb. libr. 6. Put. d. decis. 36. num. 1. lib. 2. & hæc seruiunt ad effectum; de quo per Card. Paris. d. cons. 10. quem vide. Hinc etiam est, quòd existens in curia potest constituere procura-
5 torem ad resignandum in partibus, † quod aliàs non posset, si beneficium vacaret, vbi fit mandatum, ita Bellame. de rer. perm. p. 8. q. 3. num. 8. & hanc opinionem defendit Petr. Andr. Gam. in cap. licet, num. 130. de rer. permut. lib. 6. & respondet argumentis, ex quibus Imol. in cap. vlti. eod. tit. tenet contrarium. Et non est omittendum, quòd dicta beneficia vacantia in
6 curia per resignationem factam à procuratore † non dicuntur vacare apud sedem. ita Gig. in Epi. de intrus. nume. 47. & hoc tenet expressè Put. d. decis. 36. vers. bene verum, libr. 2. quod est notandum, quia è contra
7 benef. † vacantia apud Sedem dicuntur vacare in curia, c. 1. de præb. lib. 9. vbi in prin. dicit apud Sedem, & in fine dicit in Romana curia, c. præsentia, eod. tit. & lib. Lap. alleg. 96. in princ. & ita fuit resolutum in vna Gerunden. beneficij coram D. Ioan. Paulo 18. Octobr. 1543. teste Put. d. decis. 36. lib. 2.

Lib. 9. quæst. 14. num. 6. ibi, Beneficia in vacantia apud sedem dicuntur vacare in curia.

ET è diuerso vacantia in curia, dicuntur vacare apud sedem, teste Simoneta in tractatu reseruationum qu. 30. mirum ergò quòd Parisius modò dixerit, vacare quidèm in curia Romana, non tamen apud Sedem, beneficia in eadem curia per procuratorem resignata. Sed hoc vltimum ita demùm verum esse censemus, si in fauorem alicuius (maximè cum clausula non aliàs aliter nec alio modo) facta fuerit resignatio. Nam tùnc reseruatio clausa in corpore iuris (scilicet in cap. 2. de præben. in 6°) cessat. Alteri enim quàm nominato facta collatio non subsistit, vt tenet Rebuffus tit. de resignat. condition. numer. 3. in praxi. Secus est quando resignatio purè & simpliciter, nulla conditione adiecta, hoc est nullius fauore facta fuit (vt frequenter fieri, nos sæpiùs ostendimus.) Hoc enim casu dictæ reseruationi locus est, cum tùnc non minùs libera sit beneficij sic resignati vacatio & collatio, quàm si illud per obitum cuiuspiam vacare contingeret. Tu tamen ne decipere à Parisio cuius opinionem sequitur & comprobat Gonzalez in commentatione super regula 8. Cancellariæ de mensibus & alternatiua Episcoporum glosa 13. num. 48. cum seq.

quæst. 14. num. 6. Beneficia vacantia in Curia per resignationem non dicuntur vacare apud sedem.

¶ VAcare propriè apud sedem dicuntur beneficia reseruata reseruatione in corpore iuris clausa, de qua in cap. 2. de præb. in 6. quæ insurgit ex vacatione per obitum naturalem in Curia contingentem. Vacare autem in Curia dicuntur alio modo, ibidem vacantia, aut alia reseruatione reseruata, vt surè deducit Gomes. ad regul. de trienn. poss. q. 31. Vnde auctor noster apprimè ait vacantia in Curia per resignationem, non dici vacare apud sedem: ratio est quia illorum reseruatio non est in corpore iuris clausa, vt obseruat ibid. Gomes. & Perperam distinguit Duclosius inter resignationem in fauorem, & resignationem simplicem, vt in illa cesset reseruatio de qua in d. cap. 2. in illa verò locum habeat quia imò in neutra reseruationi huiusmodi locus est per prædicta.

QVÆSTIO XV.

Resignatio facta per procuratorem, an trahatur ad diem confecti mandati, vt tunc dicatur amissum beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta per procuratorem trahitur ad diem confecti mandati, vt tunc censeatur amissum beneficium.*

2 *Constituto procuratore ad adeundam hæreditatem, censetur adita hæreditas.*

3 *Verba l. Paulus ff. de acq. hæred. quomodo legantur.*

4 *Renunciatio facta in curia per procuratorem quando noceat renunciationi factæ per principalem in partibus.*

5 *Exceptio spontaneæ renunciationis non admittitur post spolium.*

6 *Et si ante fuit datus procurator, an admittatur huiusmodi exceptio.*

DEcimo quintò quæro, an renunciatio facta per procuratorem trahatur ad diem confecti mandati, ita vt videatur amissum beneficium, quoad proprietatem & possessionem, tempore quo fuit confectum mandatum? Doct. magis communiter tenent affirmatiuam † opi. inter quos Abb. in 1
cap. sollicitè, nume. 11. de rest. spol. Lap. alleg. 24. in princ. Ferrettus cons. 93. num. 2. Bal. in cap. audita, de rest. spol. Menoch. in tract. recup. poss. rem. 1. num. 274. Fel. in cap. ex parte, num. 15. de rescr. Ratio, quia eo ipso quòd est constitutus procurator, quoad dominium ipsum res dicitur deperdita, & censetur habere rem pro derelicta, licet habita consideratione ad procuratorem non sit cum effectu facta renunciatio, neque habita consideratione ad superiorem, ergo sequuta renunciatione facta per procuratorem, & admissa per superiorem, renunciatio trahitur ad tempus confecti mandati; cum hoc dependeat ex nuda voluntate argum. l. Paulus. ff. de acq. hæred. vbi dicitur quòd ex eo quòd hæreditatis aditio consistit in sola voluntate, eo ipso † 2
quod constituitur procurator, ex ipsa inquam animi declaratione censetur hæreditas adita, sic eo ipso quod quis constituit procuratorem ad renunciand. quoad se videtur habere proprietatem, & possessionem pro derelicta. ita Abb. d. num. 11. Menoch. d. nume. 274. vbi 275. dicit † in d. l. Paulus, legendum procuratorem. 3
Duaren. libr. 2. disput. anniuer. cap. 27. Cuiac. libr. 1. obser. iur. cap. 34. Ex quo primò infertur, † quòd si 4
quis constituit procuratorem ad renunciandum in Ro. cur. de mense Aug. & postea de mense Septemb. renunciet coram ordinario, & de mense Octobr. fiat resignatio per procuratorem, hæc, quamuis posterior teneat, cum renunciatio trahatur ad diem quo fuit confectum mandatum, & ita respondit Ferret. d. cons. 93. num. 1. vers. nec obstat, & alij sequuntur communiter si interim non fuit reuocatum mandatum, nam tunc secus ex his, quæ dicentur infrà suo loco.

Secundò infertur conclusionem illam, quòd † ex- 5
ceptio spontaneæ renunciationis non admittatur post spolium. cap. sollicitè. (vbi omnes) de restit. spol. habere locum, quandò resignatio habuit omnino principium, & finem post spolium, secus autem si habuit principium ante spoliationem, nam tunc admittitur exemplum, si fuit datus † procurator ante spolium, 6
nam quamuis fiat renunciatio post, nihilominus huius-

Digitized by Google

modi exceptio admittitur. Lap. alleg. 24. Abb. d. cap. sollicitè, num. 1. Ferrett. d. conf. 93. num. 3. Roderic. Suarez alleg. 13. num. 18. Rebuff. in prax. in tit. de vi in resignat. nume. 6. communis opinio, vt patet ea adductis per Menoch. d. r. rem. de recup. poss. num. 272. Petr. de Graf. in cap. cum ad sedem, de restit. spol. & alios cumulat more suo Mascard. de probat. conclus. 1372. numer. 8. & hæc conclusio probatur, in d. cap. sollicite, ibi, quia non est verisimile quòd sponte, &c. nam hoc cessat, vt patet ex adductis, & comprobat Ferrett. dicto cons. 93.

Lib. 9. quæst. 15. num. 4. Ibi, Hæc quamuis posterior teneat.

ET ratio est, quia per summi Pontificis manuum appositionem, (¶ Ordinarij manus ligantur. Appositæ autem eiusdem Pontificis manus tunc censentur, dùm ea partibus cursor cum procuratorio iter Romam arripuit. Tunc enim inchoati cœptique negotij, non autem gesti & absoluti, locus & tempus attendenda sunt. Vnde origo prouisionis, id est data procuratorij spectatur. l. tutor. ff. de fideius. l. 3. C. ad Macedonia. (¶) Pessima est ista ratio, quia manus Papę appositio nihil operatur apud nos, Rebuff. in praxi tit. de refer. num. 35. Molin. ad regul. de inf. resig. num. 178. & ad regul. de verisim. notit. obitus, num. 67. tunc idem ius forsan obtineret cum vtrumque procuratorium conciperetur ad resignandum in Curia Romana & vtraque resignatio ibidem fieret; quum indistincte resignatio retrotrahatur ad datam procurationis, vt hac quæstione docet auctor, medio scilicet non impedito, impeditum autem quoad hoc non censetur, nisi per obitum naturalem resignantis, Rosinis c. de re Sacerdotali. lib. 3. tit. 22. vel reuocationem debitè intimatam, Clem. vnic. de renunciat. & flamin. hic num. 4. (nisi mauis reuocationem prioris mandati ad resignandum satis fuisse Papæ intimatam per secundum coram ipso executioni demandatum iuxta ea quæ ab auctore deducuntur supra lib. 1. q. 11. num. 50.) vera igitur ratio cur posterior resignatio præualeat priori duplex assignari potest. Prima quia procuratorium posterioris prius erat procuratorio prioris, & sic per retrotractionem memoratam secundò facta resignatio censetur prior. Secunda ratio est ne prior resignatarius & eius procurator, ac ipse summus Pontifex illudantur; vnde procuratorium primo loco confectum potest executioni demandari, donec eius reuocatio procuratori vel collatori intimetur, d. Clem. vnic. de renunciat. aut ipsi resignatario, Ioan. de Selua. de benefic. p. 3. quæst 16. num. 6. Rebuff. in praxi tit. de reuocat. procurat. num. 5.

Eadem quæst. & num. Ibi, Si interim non fuit reuocatum mandatum.

DE reuocatione huiusmodi, possit ne fieri vel non, videas Paponium in rapsodia Arrestorum lib. 2. tit. 8. des resignations. cap. 15. apud quem abundè in vtramque partem disputatur quæstio; & quid tandem super diuersarum opinionum conciliatione decisum fuerit, refertur videbis quoque Parisium infrà, hoc lib. quæst. 17. num. 136. & latiùs quæst. 25. à nume. 44. vsque ad fi. & tandem quæst. 31. per totum.

Eadem quæst. num. 5. Ibi, Secus autem si habuit principium antè spoliationem.

IN casu etiam à nobis suprà, lib. 3. quæst. 1. num. 133. posito, multum profuit Alrico resignatio, quòd sui auctoris mandatum ad resignandum, iam intrà mensem, à die assecutionis posterioris incompatibilis computandum, & antè aduersarij prouisionem ab ordinario obtentam, extractum erat. Satis namque hinc apparebat, ipsius constituentis intentionem non fuisse, vtrumque retinendi. Sciendum tamen, eò quia Iulianus mandatum prædictum vitio quodam, illius nullitatem importante, laborare prætendebat, curiæ placito causa coniecturaliter constituta, id est, *Les parties ayãt esté appointées contraires*, fructus Ecclesiæ (de cuius possessorio tunc quæstio erat) sequestratos fuisse.

QVÆSTIO XVI.

An resignatio facta per procuratorem sit eiusdem potentiæ, sicut resignatio facta per se.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio per procuratorem est eiusdem potentiæ.*
2 *Renunciatio per procuratorem abdicat ius.*
3 *Quod facit procurator videtur facere dominus.*
4 *Paria sunt facere per se, & per alium.*
5 *Renunciatio per nuntium, & procuratorem parificantur.*
6 *Nuntius dicitur procurator.*
7 *Potest constitui procurator ad resignandum cum signata est supplicatio.*
8 *Resignatio sumit spiritum à consensu.*
9 *Consensus in contractu mulieris, & minoris, quando.*
10 *Solet ad tollenda dubia poni clausula in mandato ad resignandum iuxta formam supplicationis signatæ vel signandæ.*
11 *Procurator constituitur à Resignatario.*
12 *Resignatarius potest constituere procuratorem ad consentiendum pensioni super beneficio quod adhuc non habet, sed sperat.*
13 *Seruitus potest imponi etiam futuro ædificio.*
14 *Sufficit vt tempore quo actus perficitur res sit sua.*
15 *Attenditur tempus quo procurator exercet actum, vt tunc dominus dicatur facere.*
16 *Habito respectu ad futurum, potest aliqua res appellari propria.*
17 *Procurator habens generale mandatum, videtur habere etiam ad lites futuras.*
18 *Mandata à resignatario quomodo fiant.*
19 *Procurator ad consentiendum pensioni super beneficio resignando, potest consentire conditionaliter in euentum quòd fiat cessio.*
20 *Procurator ad consentiendum pensioni, non potest consentire translationi pensionis.*
21 *Translatio pensionis difficilis reputatur.*
22 *Procurator ad consentiendum regressui & accessui cum clausula in præmissis, &c. an possit consentire translationi pensionis.*

DEcimo sextò Quæro an Resignatio, quæ fit in Curia, vel extra per procuratorem sit eiusdem potentiæ, sicut resignatio, quæ fit per principalem, communis opinio, ab omnibus
firmata, & recepta † est affirmatiua esse eiusdem po- 1
tentiæ, & producere eundem effectum, cum hæc etiam
abdicet ius, & faciat † amittere possessionem, & pro- 2
prietatem. Cassad. decis. 1. num. 1. de renunc. Doctor.
omnes, in clem. 1. per illum textum, de renunc. & in
cap. quod in dubijs, super hoc, & cap. admonet. Nam
quod facit procurator videtur † facere dominus. Card. 3
Paris. cons. 47. num. 26. & cons. 43. colum. 4. volum. 1.
& paria sunt facere per se † vel per alium mandato 4
præcedente, idem Paris. in leg. 1. §. nunciatio, num. 56.
ff. de op. no. nuoc. Curt. Io. in leg. 2. §. si procurator,
num. 4. ff. quòd quisque iur. Alex. in leg. 1. num. 23. ff.
de verb. oblig. & in simili nulla est differentia inter † 5
renunciationem factam per Nuntium, & factam per procuratorem. Card. in dicta Clementina vnica, in fine de
renunc. nam Nuntius † dicitur procurator. Gloss. com- 6
muniter recepta in l. multum interest. C. si quis alteri vel sib. Bal. in Margarita in verbo procurator, l. pater. ff. de manumiss. vind. cum aliis, vt per Rebuff. de nominati. q. 14. nume. 173. cum sequen. quomodo procedat in Curia infra dicemus.

Ex hoc conclusio procedit etiam si procurator fuerit constitutus ad resignandum, & supplicatio tunc tempo-

Digitized by Google

7 ris erat signata, nam valet resignatio, † facta per ipsum
vt fuit resolutum in Rota in vna Cartaginen. de anno.
1561. teste Card. Paleoto decis. 156. alias 233. in recoll.
manuscr. sequitur Bursat. cons. 395. sub num. 5. vol. 4.
8 & est ratio quia resignatio sumit † spiritum, & robur à
consensu. Sarn. de infirm. resign. quæst. 31. colum. 2.
Put. decisione 506. libr. 1. ideò sufficit quòd illo tem-
pore adsit legitimum mandatum in persona procurato-
ris. Ita consensus propinquorum, in contractu mulie-
9 ris, & curatoris † in contractu minoris sufficit quod
interueniat tempore celebrati contractus, iuxta tradi-
ta per Curtium Iun. cons. 50. libr. 1. Barb. cons. 70.
lib. 4. Card. Paris. cons. 100. vol. 1. Barbat. consil. 70.
libr. 4. Caualcan de Tutor. numer. 131. & 322. Stefan.
Lambert. in tract. de stat. prohi. mul. contraher. sine
cert. solenn. gl. 7. verbo consensus.

Solet autem, ad tollenda dubia poni clausula in
10 mandato, † ad resignan. iuxta formam supplicationis
signatæ vel signandæ, quæ maxime operatur, vt alias
fuit dictum in Rot. in vna Burgen. Canonicatus 18.
Aprilis 1586. coram R. P. D. Gypsio. nam verba huius-
modi ostendunt supplicationem signatam fuisse manda-
to ipsius, & per consequens videtur dare facultatem
procuratori omni casu, & ratificare gesta præcedentia,
iuxta not. per Roman. Imol. & Alex. in l. sciendum. ff.
de verbo. oblig. Gabriell. libr. com. opinio. de Min.
concl. 7. Cels. Hug. cons. 108. & alij omnes. Potest er-
go constitui procurator ad resignandum cum quis ha-
bet intentionem resignandi, & ei dari potestas id fa-
ciendi, potest etiam constitui post porrectam supplica-
tionem resignationis vt communiter videmus fieri tota
die, cum huiusmodi supplicationes non abdicent ius,
& ideo à quocumque possunt porrigi, consensus au-
tem qui abdicat omne ius, à principali dumtaxat, vel à
legitimo eius procuratore præstatur, potest quoque
constitui procurator post signatam supplicationem vt
fuit resolutum in Rota, teste Illustrissimo, & Reueren-
dissimo Card. Paleoto decis. manuscrip. 427. sequitur
Bursat. cons. 395. sub num. 5. vol. 4. & communiter est
receptum in praxi. quia datur mandatum ad consentien-
dum expeditioni literarum, sine quo consensu non ex-
pediuntur, per RR. PP. DD. Abbreuiatores, & etiam
potest constitui post datam supplicationem, Bursat. di-
cto cons. 395. sub num. 5. & ideo si supplicatio fuit da-
ta de mense Septembris, mandatum fuit datum de men-
se Octobris, & consensus fuit præstitus de mense No-
uembris, per procuratorem, resignatio est bona, & va-
lida, vt fuit resolutum in dicta Chartaginen. de ann.
1561. regulare est ac omnibus notum, vt non attendatur
hoc casu tempus datæ, sed consensus præstiti, quo tem-
pore constat de validitate mandati, & potestate pro-
curatoris, qui consensit, cuius consensus vigore fue-
runt expeditæ literæ.

11 Et etiam procedit, † si procurator fuit constitutus
à resignatario, vt communiter solet fieri ad consentien-
dum reseruationi pensionis vel fructuum. Put. decis.
514. lib. 2. Caputaque decis. 187. lib. 2. Card. Paleott.
decis. 204. aliàs 317. Cardinalis S. Cruc. decisione 118.
Crescent. decis. 105. lib. 1. & sic quis potest constitue-
12 re, † procuratorem ad consentiendum pensioni, super
beneficio quod nondum habet, sed sperat. Card. Paris.
cons. 43. volu. 4. Rebuff. in prax. tit. de procu. ad re-
sign. nume. 29. quia potest imponi seruitus Futuro ædi-
ficio, † l. si seruitus, §. futuro ff. de seruit. vrban. præd.
13 leg. labeo. ff. de seru. rust. præd. Rebuff. in prax. tit. de
proc. ad resignan. sub num. 29. sufficit ergo vt tempore
14 quo procurator † debet consentire beneficium esset
effectum suum, argum. l. rem alienam ff. de pignorat.
act. leg. si quis alienam. ff. de actioo. empt. & regulare
est vt attendatur tempus quo procurator exercet actum
15 nam † tunc dicitur dominus facere. Gloss. in elem. 1. ver-
bo collato. vt lit. pend. vbi Card. Zabar. Bonif. de Vi-
tall. & communiter, alij & plures citat Paris. vbi su-
pra quod procedit etiam si resignatarius appellauit
illud beneficium suum, nam habito respectu ad futu-
rum, potuit † id facere, arg. l. fundus qui locatus. ff. 16
de fund. instruct. Abb. Bald. & Ang. in l. item ad litem.
ff. de procu. Roc. decis. 1. de procu. in nou. Hinc pro-
curator habens mandatum generale † videtur habere 17
etiam ad lites futuras, vt fuit resolutum in vna Placent.
parochialis coram Card. S. Crucis die 2. Maij 1552, te-
ste Caputaque decis. 393. lib. 2. communis opinio teste
Prospe. decis. 91. manusc. Ita enim mandat. † quatenus 18
beneficium sibi conferatur, vel resignetur, & ita docet
communis praxis, vt per Prosper. dicta. decis. & alia
colliguntur ex dicto consilio Paris. 43. vol. 4. vbi in
facti contingentia respondit, mandatum confectum 14.
Octobris ad consentiendum pensioni super beneficio
quod appellauit suum esse validum, quamuis 15. Decem-
bris ea admissione resignationis fuerit effectum suum.
Sed dubium est, † An procurator constitutus ad consen- 16
tiendum pensioni in euentum quòd N. cedat, possit con-
sentire pensioni conditionaliter, dummodo N. cedat?
communis opinio est affirmatiua, & tradit Crescent.
decis. 105. libr. 1. in recollect. manuscr. & iste non potest
consentire, † translacioni pensionis, vt fuit resolutum in 20
vna Compostellan. 28. Ianua. 1558. teste Put. d. dec. 524.
lib. 2. Bursat. cons. 395. num. 9. cum seq. vol. 4. quia † huius- 21
modi facultas transferendi est insolita, & regulariter
non solet concedi.

Et mandatum ad consentiendum † regressui, & ac- 22
cessui stante clausula generali in fine posita in præmissis,
& circa præmissa est efficax, vt procurator possit con-
sentire translationi pensionis. Caputaque decision. 187.
lib. 2. vbi dicit ita fuisse resolutum Coram Vastano in
vna Tolet. pensionis. 22. Iunij. 1552.

Lib. 9. quæst. 16. num. 1. Ibi, Et producere eundem effectum.

HOc dictum aduersatur dicto suprà, quæst. 14. num. 6. huius lib. beneficia scilicet vacantia in curia per resignationem factam à procuratore, non dici vacare apud sedem Apostolicam. Quod non negaretur, (¶) si per principalem fieret resignatio. Adhibita tamen distinctione, qua nos suprà, quæstione præcitata vsi fuimus. (¶) Imò proculdubio æque negaretur cum reseruatio vacantium in Curia per resignationem siue proprio, siue alieno nomine factam, non sit in corpore iuris clausa, & sic non possint nisi impropriè dici vacantia apud sedem, vt nos memorata à Duclosio quæst. 14. supra obseruauimus reiecta ipsius inter simplicem & conditionalem resignationem, vana distinctione.

Eadem quæst. num. 13. Ibi, Sufficit ergo vt tempore quo procurator debet consentire, beneficium esset effectum suum.

HOc non obtinet Iure communi in resignationibus ex causa permutationis, vbi beneficia debent esse sua, id est compermutantium, nedùm præstiti consensus, sed & ipsius resignationis, quinimo ad id confecti mandati tempore. Admittitur tamen. (Saltem de consuetudine) tàm simpliciter (puta purè & nullius fauore) quàm causa permutationis, etiam in ordinarij collatoris manibus facta ad Ius prætensum resignatio seu cessio, vt Molineus super regula de publican. resignat. num. 184. testatur. His iunge quæ suprà, lib. 2. quæst. 3. num. 105. diximus. Et ibi per nos citatis, adde Rosiniacum de re Sacerdotali. lib. 3. tit. 6. fol. 185. versicul.

QVÆSTIO XVII.

An possit constitui procurator ad resignandum beneficium aliquo modo & forma, & an illam conditionem teneatur procurator seruare; & plene agitur de procuratore constituto ad renunciandum in fauorem, reseruatis fructibus, denominatione, reseruata pensione, sub certis conditionibus, modo, & forma ei bene visa, & ad renunciandum in fauorem personæ nominandæ, per ipsum procuratorem, & hoc casu an possit se ipsum nominare, & cum reseruatione regressus, & coadiutoria, ac simpliciter: & plures casus deciduntur; vt sit nulla renunciatio non seruatâ formâ.

SVMMARIVM.

1 *Procurator potest constitui ad resignan. simpliciter, & sub aliqua conditione.*
2 *Coram Papa quotidiè fiunt renonciationes in fauorem.*
3 *Fines mandati sunt custodiendi.*
4 *Procurator resignat nulliter si excedit fines mandati.*
5 *Mandatum strictè intelligitur.*
6 *Mandatum odiosum.*
7. *Mandatum strictè interpretatur.*
8 *Noua persona in mandato non subintelligitur.*
9 *Mandatum ad vnum non trahitur ad aliud.*
10 *Procurator ad exigendum non nouat.*
11 *Procurator ad inchoationem non perficit.*
12 *Procurator ad solutionem non potest quietare.*
13 *Procurator ad minuam non confitetur.*
14 *Procurator ad emendum pro X. non potest expendere viginti.*
15 *Mandatum de prouidenda, strictè vt sonat intelligendum.*
16 *Procurator debet resignare in fauorem personæ nominatæ in mandato.*
17 *Procurator resignans in fauorem alterius, nulliter resignat.*
18 *Procurator aliquando constituitur ad resignandum reseruatis fructibus.*
19 *Cum fructus non reseruantur, resignatio nulla.*
20 *Procurator constitutus ad resignan. reseruatis fructibus, an possit resignare reseruata medietate.*
21 *Conditio domini potest fieri melior.*
22 *Procurator debet facere diligentiam.*
23 *Clausula* bene visum, *posita in mandato, quid importet.*
24 *Facultas deaudi quando veniat.*
25 *Conditiones omnes contentæ in mandato sunt adimplendæ.*
26 *Non adimpletis conditionibus, ius non abdicatur à resignante.*
27 *Capitula posita in mandato censentur correspectiua.*
28 *Clausula* nec alias *importat conditionem.*
29 *Faciens mentionem de scriptura præsumitur illam legisse.*
30 *Clausula* bene visum *dat liberam potestatem.*
31 *Procurator cum libera, idem potest quod specialis.*
32 *Procurator quando possit resignare absque clausula, transferendi pensionem.*
33 *Procurator non dicitur excedere fines mandati, cum facit contigua & vicina mandato.*
34 *Procuratoris resignatio nulla, cum non reseruat integros fructus.*
35 *Resignatio facta à procuratore excedente fines mandati nulla est.*
36 *Nullitas ex defectu consensus ipso iure venit.*
37 *Pensio differt à reseruatione fructuum.*
38 *Pensio de manu beneficiary.*
39 *Mandatum est strictissimi iuris.*
40 *Procurator ad pensionem reseruandam, non potest fructus reseruare.*
41 *Procurator constitutus ad resignandum modo bene viso, non potest consentire, translationi pensionis.*
42 *Alternatiua vt vna sit vera.*
43 *Procurator cum libera, quid possit facere.*
44 *Arbitrium boni viri quando censeatur datum.*
45 *Verbum* expedire *mandatis vtilitatem importat.*
46 *Clausula* modo bene viso, *respicit expeditionem.*
47 *Procurator aliquando constituitur ad resignan. beneficium reseruata pensione.*
48 *Procurator resignans non reseruata pensione, nulliter resignat.*
49 *Reseruatio pensionis non facta ex causa laboris, vt erat in mandato, nulla.*
50 *Clausula* causa laboris *importat rationem finalem.*
51 *Resignans potest agere spolio, cum non est reseruata pensio exempta.*
52 *Signatura Papæ habet conditionem.*
53 *Resignatio nulla cum pensio non est reseruata, cum clausula etiam non expeditis literis vt dicebatur in mandato.*
54 *Resignatio est nulla cum pensio non est reseruata, cum clausula, etiam non expeditis litteris, vt dicebatur in mandato.*
55 *Obligatio in forma Cameræ, non transit ad successorem.*
56 *Mandatum & non stylus attenditur.*
57 *Resignatio nulla non reseruata pensione super omnibus fructibus.*
58 *Constituens procuratorem ad cassandum pensionem reseruata alia, illa non reseruata cassatio nulla.*
59 *Procurator non potest reseruare fructus cum mandatum loquitur de pensione.*
60 *Mandati executio cessat cum non refertur ad relatum.*
61 *Procurator quando possit consentire pensioni, cum pœna priuationis ob non solutionem.*
62 *Procurator per quam clausulam habeat liberam.*
63 *Ratificatio omnia reponit in pristinum.*
64 *Minor factus maior, potest ratificare contractum.*
65 *Actus gestus per alium tenet si ille ratificet.*
66 *Principalis non potest ratificare renunciationem nullam procuratoris.*
67 *In resignatione requiritur consensus expressus.*
68 *Consensus quando sit formalis.*
69 *Resignatio nulla, non adimpletis conditionibus.*
70 *Auctoritas Papæ vbi non adest non potest valida induci resignatio beneficij.*
71 *Retrotractio quando habeat locum.*
72 *Ratificatio collationis nullæ, non valet.*
73 *Consensus propinquorum qui debet interuenire in contractu mulieris, quando.*
74 *Ratificatio non operatur cum non concurrit æquitas.*
75 *Solennitas eadem requiritur in ratificatione.*
76 *In permutatione quando prouisio superioris non sit necessaria.*
77 *Simplex ratificatio refertur ad factum.*
78 *Procurator aliquando constituitur ad resignandum, modo & forma bene visis.*
79 *Clausula resignandi,* modo & forma bene visis *quid importet. & num. seq.*
81 *Procurator specialis & cum libera æquiparantur.*
82 *Procurator an possit reseruare pensionem pro tertio, & numero 83.*
84 *Forma data seruanda.*
85 *Mandatum non trahitur de vna persona ad aliam.*
86 *In mandato, veniunt quæ sunt de natura actus.*
87. *Pensio pro tertio insolita.*
88 *Pensio est quædam donatio.*
89 *Mandata stricti iuris sunt & strictè interpretanda.*
90 *Mandatum intelligitur de persona expressa.*

Digitized by Google

91 *Quando noua persona sub intelligatur.*
92 *Clausula & forma bene visis in procuratorio non extenditur ad tertij fauorem, sed constituentis.*
93 *Potestas restringitur ad causam præcedentem.*
94 *Verba generalia restringuntur ad suas causas.*
95 *Verba restringuntur ad respectum quo fuerunt prolata.*
96 *Verba quæ important arbitrium boni viri.*
97 *Verba bene viso non important onus beneficij.*
98 *Procurator ex quibus verbis possit consentire translationi pensionis.*
99 *Facultas transferendi reputatur difficilis.*
100 *Insolita non veniant in generalitate.*
101 *In mandato dato procur. ad consenti. regressui & accessui cum clausula generali venit potestas consentiendi translationi pensionis.*
102 *Procurator aliquando constituitur ad resignandum beneficium ad fauorem personæ nominandæ per ipsum.*
103 *Procurator ad resignandum in fauorem personæ nominandæ non potest se ipsum nominare.*
104 *Data facultate eligendi, quis non potest seipsum eligere.*
105 *Orator quando quis possit à se ipso eligi.*
106 *Data facultate vendendi pignus, non potest creditor emere.*
107 *Habens distribuere pecunias, non potest pro se retinere.*
108 *Votum electi computatur in numero.*
109 *Differentia inter eligentem, & electum.*
110 *Differentia inter baptizatum, & baptizantem.*
111 *Imperans, & subditus differant.*
112 *Patronus non potest seipsum præsentare.*
113 *Procurator non potest præsentare constituentem.*
114 *Ambitio prohibetur.*
115 *Actus contra formam nullus.*
116 *Concessio ex defectu mandati nulla.*
117 *Prima charitas à seipso.*
118 *Charitas prima plus amat se in vngue pedis quam proximum in vertice capitis.*
119 *Ambitio facit cessare charitatem.*
120 *Executor ad distribuen. potest sibi dare si est pauper.*
121 *Abbatissa electa ad distribuendum inter pauperes potest eligere monasterium suum.*
122 *Patroni possunt præsentare filios ad Ius patronatus.*
123 *Episcopus potest conferre beneficia consanguineis.*
124 *Episcopus potest infeudare consanguineis.*
125 *Procurator quandoque constituitur ad resignandum cum reseruatione regressus.*
126 *Resignatio nulla non reseruato regressu.*
127 *Quid si Papa non concedit regressus.*
128 *An procurator debeat facere aliquam diligentiam.*
129 *Procurator quandoque constituitur ad resignandum reseruata pensione & regressu.*
130 *Resignatio facta absque reseruatione regressus vt erat in mandato, an sit nulla.*
131 *In regressu non requiritur consensus partis.*
132 *Procurator quandoque constituitur ad resignandum simpliciter, & pro quacumque recompensa.*
133 *Mandati fines sunt per procuratorem datum ad resignandum diligenter custodiendi.*
134 *Resignatio semper nulla, non seruata forma mandati.*
135 *Concessio gratiæ habet tacitam conditionem, si mandatum seruetur.*
136 *Procurator ad renunciandum coram Papa non potest renunciare coram ordinario.*
137 *Idem è contra.*
138 *In mandatis apponitur clausula ad renunciandum coram Papa, &c.*
139 *Procurator non potest renunciare reseruata pensione, & ita è contra.*
140 *Procurator ad cassandam pensionem, alia reseruata, cassatio est nulla non sequuta reseruatione.*
141 *An procurator constitutus ad renunciandum reseruato pensione, cum facultate transferendi, si præstiterit consensum absque dicta facultate, cum Datarius cassauerit illam à supplicatione, nulliter egerit.*
142 *Clausula transferendi pensionem, regulariter non conceditur.*
143 *Impossibile non videtur mandatum.*
144 *Diligentia frustratoria non requiritur.*
145 *Fieri non debet, quod factum, non releuat.*
146 *Renunciatio facta non seruata forma mandati valet cum sit melior conditio domini.*
147 *Procurator ad resignandum liberè, potest reseruare pensionem, &c.*
148 *Mandati vtilitas potius quàm forma attendenda.*
149 *Consensus datus à procuratore constituto ad renunciandum liberè, cum reseruatione pensionis, non potest deseruire pro gratia para.*
150 *Procurator habens duo mandata, si se restringat ad insufficiens, non potest actus sustineri ex sufficienti.*

DEcimoseptimò, quærò, an possit constitui
procurator ad resignandum beneficium aliquo
modo, & forma expressis? & an illam
conditionem debeat procurator seruare?
Communis est opinio, posse constitui † 1
procuratorem ad renunciandum simpliciter beneficium
coram Papa, vel Ordinario, & sub aliqua conditione
coram Summo Pontifice, vt colligitur ex his quæ scribunt
Card. Paris. cons. 143. num. 35. volum. 4. Bursat.
cons. 395. sub num. 12. vol. etiam 4. & fuit pluriès resolutum
in Rot. nam quotidiè fieri coram Papa renunciationes
† sub conditione tradit. Redoan. de Simon. 2
c. 25. num. 7. par. 1. & stylus vulgaris docet.
Et tunc fines mandati † sunt diligenter custodiendi, 3
alioquin procurator illos excedens nulliter resignat. l.
diligenter, ff. mandat. cap. cum dilecti. in fi. de rescrip.
cap. cum olim, de offic. deleg. Alex. cons. 21. nume. 4.
lib. 6. Neuizzan. cons. 70. numer. 7. Soc. Iun. cons. 22.
num. 14. & 15. lib. 3. Mazzol. cons. 98. in princ. communis
regula teste Dec. cons. 77. in principio † in terminis 4
Seraphin. decis. 275. fuit per dominos, & fuit resolutum
in vna Zamoren. parochialis, coram Gipsio
28. Maij 1586. ex defecto consensus. Hoc enim mandatum
ad resignandum non solum † strictè, sed strictissime 5
est interpretandum, Paris. d. cons. 143. nume. 35. volu.
4. Bursat. d. cons. 395. nume. 12. cum seq. quia mandatum
ad resignandum est † odiosum, Rebuff. in prax. tit. 6
de procur. ad resign. const. nume. 12. & regulare est, vt
omne † mandatum strictè interpretetur, Rom. cons. 7
330. & ideo nunquam † noua persona subintelligitur, 8
l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus ff. de verb. oblig.
Lap. in cap. susceptum, in prin. de rescr. in 6. Mil. in
verb. procurator. Hinc mandatum ad vnum † non trahitur 9
ad aliud, Corn. cons. 193. viso, colum. 3. libr. 4.
Card. Paris. cons. 47. num. 87. cum seq. volum. 1. Ideò
† procurator ad exigendum obligationem non nouat, 10
Abb. in cap. si cautio, de fid. instrum. Dec. cons. 146.
nume. 14. & cons. 543. numer. 12. & datus ad actus inchoationem,
† & præparationem non censetur habere 11
potestatem ad illius perfectionem, & explicationem,
Rom. cons. 461. numer. 2. 3. & constitutus ad solutionem
† faciendam non facit quietationem, Rom. cons. 12
352. nu. 3. & datus ad exigendum confessionem de recepto
non emittit, Grat. cons. 12. numer. 72. & cons. 14.
num. 19. lib. 1. & constitutus † ad mutuum recipiendum 13
non confitetur simpliciter recepisse, Fed. de Sen. cons.
51. Dec. cons. 146. num. 14. Menoch. cons. 39. num. 33.
libr. 5. Gerard. Mazz. cons. 16. numer. 65. & 66. communis
teste Soc. Iun. cons. 57 num. 4. libr. 2. & datus
ad emendum pro decem, si † viginti expendat, decem 14
dumtaxat recuperabit, Mandos. de annal. q. 78. num. 7.
cum seq. Cremen. sing. 72. sicuti mandatum datum de
prouidendo † de beneficio tanti valoris non trahitur 15
ad beneficium minoris, vel maioris valoris, Dec. in

eap. constitutus, oum. 3. de rescrip. Menoch. cons. 73.
num. 14. lib. 1.

Quandoque procurator constituitur ad resignandum
16 in fauorem N. Quo casu † procurator debet renuncia-
re in fauorem illius, vt fines mandati custodiat, cap.
cum dilecti, in fin. de rescr. l. diligenter, ff. mand.

Ex quo infertur, quòd si procurator renunciat in fa-
17 uorem alterius, † nulla est renunciatio, vt fuit decisum
in Rot. in vna Maguntin. teste Ptolem. decis. 102. Ma-
guntin. Mohedan. decis. 326. & decis. 341. Bursat. cons.
411. nume. 4. cum seq. volum. 4. & communiter est re-
ceptum. Ratio est, quia est contra formam manda-
ti, Alex. cons. 21. numer. 4. lib. 6. Soc. iun. cons. 22.
oum. 14. & 15. lib. 3.

18 Aliquando † constituitur procurator ad resignan-
dum beneficium reseruatis fructibus, vt in casibus Cre-
scent. decis. 37. Caputaque decis. 82. lib. 3.

Quo in casu, si fructus non reseruantur, resignatio est
19 nulla ex defectu † consensus, vt fuit resolutum in vna
Zamoren. parochialis, coram R. P. Dom. Gypsio die
28. Maij 1586.

Sed dubium est, quid si Papa non concedit reserua-
tionem omnium fructuum, vt hodie fit regulariter, an
20 si dictus procurator † renunciauit reseruata medietate,
resignatio valeat? cum hic casus fuisset propositus in
Rota in vna Mantuana Canonicatus, & præbendæ, ali-
qui dicebant renunciationem nullam, cum non sit ser-
uata forma mandati, d. l. diligenter, ff. manda. cum
aliis, vt per Bursat. cons. 395. num. 13. cum seq. volu.
4. in contrariam tamen partem inclinabat Rot. teste
Crescent. decis. 37. libr. 1. licet postea ex alio capite
contrarium fuerit firmatum, & hæc sententia est vera,
quia ex quo Papa non concedebat reseruationes fru-
ctuum, poterat procurator resignare simpliciter, ergo
eo magis reseruata medietate fructuum, quia conditio
21 † domini fit melior, l. si quis mihi bona. §. sed si man-
dauit, & ibi Doctores, ff. de acq. hæred. l. vir §. vlt.
cum ibi not. ff. mand. Aragon. decis. 41. in manuscr. ex
quo cessat fundamentum in contrarium adductum,
quod eo magis procedit, si adsit clausula in mandato
pro vt bene visum fuerit.

Et hæc conclusio procedit, si procurator facit dili-
gentiam, vt haberet reseruationem fructuum, iuxtà
formam mandati, nam facta huiusmodi diligentia, de
qua constare debet si id obtinere non potuit, tunc si re-
signauit reseruata medietate fructuum, aut aliqua pen-
sione, valida est resignatio, si verò nullam diligentiam
22 † fecit, tunc resignatio est nulla ex defectu potestatis
procuratoris, Girar. Mazz. cons. 98. in princ. Socin.
iun. cons. 21. num. 14. & 15. libr. 3. & ita fuit resolutum
in dic. Zamoren. parochialis coram R. P. D. Gypsio
28. Maij 1586. vbi quidam constituit procuratorem ad
resignandum reseruatis fructibus omnibus saluis quin-
quaginta, & alias, prout bene visum fuerit procurato-
ri qui renunciauit reseruata pensione 150. duc. fuit re-
solutum resignationem nullam, quia excessit fines man-
dati, nam non constabat de diligentia facta pro reserua-
tione fructuum obtinenda. Et fuit notabiliter dictum,
23 illam † clausulam, prout bene visum fuerit, referri
ad expeditionem, & sic sub ea non includi faculta-
24 tem † donandi, & illa clausula refertur ad arbitrium
boni viri.

Et si mandatum fuerit datum ad renunciandum reser-
uatis fructibus, denominatione, voce, stallo, ac simili-
bus & non aliter, nec alio modo, si procurator resignat
reseruatis tantùm fructibus, est nulla resignatio, quia
25 omnes † conditiones in mandato contentæ sunt adim-
plendæ, ita fuit resolutum decimonono Decemb. 1552.
in vna Cauen. scholasticæ, coram D. Augustino & die
decimoquinto Aprilis 1554. in eadem causa coram
Oradino, teste Caputaq. decis. octuagesima secunda,
part. tertia, quia sunt conditiones correspectiuæ, & il-
26 lis non adimpleris non videtur abdicatum † ius a resi-
gnante. Rot. decis. septima, de renun. in antiq. Cassad.
dec. tertia. Card. Paris. consilio quinto, numero septi-
mo, volum. 4. Bertrand. cons. 133. numer. 24. lib. 2. &
omnia capitula censentur † correspectiua, vt vno non 27
seruato actus corruat. Bal. in cap. cum adeo. nume. 3. de
resc. Soc. in l. si qui ducenta, §. verum, nume. 3. de reb.
dub. Cagnol. in l. si quis maior, num. 190. C. de tran-
sact. clausula non alias † nec alio modo importat con- 28
ditionem. Curt. Sen. consil. 8. num. 7. Ias. cons. 162. num.
5. lib. 2. & consil. 86. num. 16. lib. 3. faciunt quæ scri-
bunt Socin. consil. 99. Marsil. sing. 205. fines. Dec. in l.
transactionis. num. 2. C. de transact. Manuel. Suarez li.
recept. senten. verbo procurator.

Sed occurrit quærere de pulchro dubio in Rota pro-
posito in vna Zamoren. parochialis die Mercurij 28. Maij
1586. per R. P. D. Gypsium. Quidam Antonius consti-
tuit procuratores ad resignandum parochialem reserua-
tis sibi omnibus fructibus loco annuæ pensionis propria
auctoritate percipien. remanentibus pro congrua su-
stentatione resignatarij quinquaginta & alias iuxta for-
mam supplicationis desuper signatæ, vel signandæ, &
prout S. D. N. placuerit & suis procuratoribus, & cui-
libet eorum bene visum fuerit expedire, procurator au-
tem resignationi consensit reseruata duntaxat pensione
ducatorum 250. quamuis fructus parochialis certi sin-
gulis annis ad summam ducatorum 700. ascenderent.
Dubitatum fuit, an huiusmodi resignatio esset valida, vel
nulla, ob defectum consensus?

Et validam esse primo probatur ex clausula illa ge-
nerali posita in mandato, & alias iuxta formam suppli-
cationis, &c. ex quibus verbis videtur habuisse noti-
tiam comprehensorum in supplicatione, & omnia con-
tenta comprobasse, cum † mentionem faciens de scrip- 29
tura illam legisse, & contentorum notitiam habuisse
præsumatur, Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, ff. de
verb. oblig. Card. Paris. cons. 72. nu. 21. vol. 2. Rolan. cons.
36. num. 2. lib. 1. Bero. cons. 139. num. 16. li. 2. Crauet. cons.
245. num. 1.

Secundò comprobatur fortius ex clausula posita in
mandato, prout bene visum fuerit expedire, &c. ex qui-
bus verbis libera † potestas videtur data, Io. Andr. in 30
cap. 2. de iur. cal. lib. 6. Bal. in tit. de pac. const. §. nomi-
na, in fin. & tamen † procurator cum libera idem po- 31
test, quòd procurator specialis, Dec. consil. 493. num.
2. Curt. Iun. cons. 178. numer. 20. Afflict. decis. 305.
numer. 5. Ber. cons. 24. num. 9. & 25. libr. 3. Franc. de
Marck. decis. Delphin. 905. num. 2. par. 2. & communi-
ter Doctores.

Tertiò comprobatur, quia habens mandatum ad resi-
gnandum reseruata pensione † cum facultate transfe- 32
rendi potest resignare reseruata pensione absque dicta
clausula, Caputaq. decis. 89. par. 2. ita & in casu nostro,
namque procurator non dicitur fines † mandati exce- 33
dere, quoties facit contigua, & vicina mandato. Glos.
1. in cap. licet ergo. 8. quæst. 1. Ber. cons. 74. num. 2. lib.
1. Ferret. cons. 208. numero 22. Rimina. iun. cons.
26. numero 17. libr. 1. Menoch. cons. 37. numero 65.
lib. 1.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
credo veriorem, † huiusmodi resignationem esse nul- 34
lam, secundùm quam fuit resolutum per Rot. in d. Za-
moren. Parochialis 28. Maij 1586. proponente. R. P. D.
Gypsio.

Idque primo suadetur ex eo, quia nulla est resigna-
tio, quoties facta fuit à procuratore † excedente fines 35
mandati, Paleott. decis. 492. Franciscus, & decis. 442. &
249. & communiter Doctores, vt dixi supra latè ex tra-
ditis in cap. cum dilectus, de rescr. l. diligenter, ff. man-
da. & est communis regula, Dec. cons. 77. nu. 1. Alex.
cons. 21. num. 4. lib. 6. Neuizan. cons. 70. num. 7. Socin.
Iuo. cons. 22. num. 14. & 15. lib. 3.

Et hæc nullitas † ipso iure venit. Card. Paris. consilio 36
47. num. 42. & 50. vol. 1. sed hic non fuerunt seruati fi-
nes mandati, siquidem † à pensione plurimum distat fru- 37
ctuum reseruatio, vt colligitur ex traditis per Gig. de
pens. quæst. 8. Card. Paris. cons. 143. num. 35. volum. 4. pen-
sio enim percipitur ex manibus † beneficiati, fructuum 38

Digitized by Google

reseruatio auctoritate propria, vnde inuerisimile vide-
tur voluisse resignantem percipere dictam pensionem
de manu resignatarij, idque eo magis suadetur, cum
pensio ad eam fructuum quantitatem non ascendat, qua
resignans reseruari sibi mandauerat, cum resignanti de-
ductis omnibus debebant 600. ducati remanere, circa
quod non licuit procuratori mandatum extendere de
fructibus ad pensionem. Alciat. consi. 77. numer. 2.10.3.
39 Mandatum enim est strictissimi † iuris, Roman. consil.
330. num. 11. Paris. cons. 47. num. 87. 88. & 105. volu.
40 1. sicuti constitutus † procurator ad pensionem reser-
uandam non potest fructus reseruare, Paris. cons. 43. n.
35. vol. 4.
41 Ita in simili † constitutus procurator ad resignandum
modo, & forma eidem procuratori bene visis, iuxta for-
mam supplicationis signatæ vel signandæ, non potest
resignare & consentire reseruationi pensionis cum tran-
slatione, & reseruatione regressus, vt fuit resolutum
per Rot. in vna Cordub. coram Rubeo 10. Maij 1559.
teste Paleott. decis. 302. quidam Petrus, & in facti
contingentia respondit Bursat. cons. 395. volum. 4. per
totum.
Imò Notarij fuerunt interrogati super dicta resi-
gnatione, & existimarunt consensum super supplicatio-
ne dictæ resignationis extensum perperam fuisse. Re-
manet, vt contraria submoueamus. Non obstat pri-
mum argumentum deductum ex clausula posita in man-
dato, iuxta formam supplicationis signatæ: nam verba
subsequentia, vel signandæ, ostendunt constituentem
incertum & ignarum adhuc esse, an sit supplicatio, vel
42 ne signata, propter naturam alternatiuæ, † cuius vnam
partem supplicationis sic signandæ, sic non vitæ sufficit
esse veram, l. si quis, vbi Alex. ff. de verb. obligat. Bald. in
l. ea lege, C. de condit ob caus. vnde cessat contrarium
quod procedit in dubio, arg. l. continuus. §. cum ita, ff.
de verb. oblig.
Ad secundum respondetur, clausulam, *prout bene vi-
sum fuerit*, facultatem donandi vltra mentem dispo-
nentis non dare. l. filius familias. ff. de donat. cap. vlt.
& ibi DD. de off. Vicarij. in 6. Anchar cons. 32. sub n.
3. Deci. cons. 402. numer. 9. Paris. cons. 8. nu.....& vol.
43 4. cum etiam procurator cum libera † id facere non pos-
sit. Alex. cons. 22. numer. 8. lib. 7. Fede. de Sen. cons. 2.
Riminal. iun. cons. 67. nu. 13. lib. 1. Dec. cons. 493. nu.
44 16. Vnde arbitrium † boni viri importare tradit Bart. in
l. creditor. §. Lucius, ff. mand. Afflict. decis. 91. nume.
4. Socin. Iun. cons. 129. num. 54. lib. 1. Dec. dict. consil.
493. num. 16. vers. 2. respondetur, vbi num. 7. ponde-
45 rat illud verbum † *expedire*, quod mandantis vtilita-
tem respicit, Bald. in l. 1. 2. lectura ante fin. versic. 6. ff.
de leg. 2. Afflict. dict. decis. numer. 8. vers. sed posito,
ergo non potuit procurator remittere resignatario duc.
350. quolibet anno, Ias. in l. præses, num. 12. C. de tran-
sact. Bero. q. fam. 34. num. 4. & cons. 174. num. 23. &
25. lib. 1.
46 Secundò respondetur, dictam clausulam † modum ex-
peditionis respicere, & ad illum referendam esse, & ita
omnes Domini de Rot. dixerunt, & tradit Burs. dict.
cons. 395. num. 35. vers. 1.
Non obstat tertium, quia respondetur, omissis alijs
responsionibus, quod impossibilitas, in qua decis. Capu-
taq. fundatur, in hac facti specie cessat, quia huiusmodi
resignationes eo tempore, & nunc, non ita difficiliter
concedebantur.
47 Aliquando † constituitur procurator ad renuncian-
dum beneficium reseruata pensione, vt in casibus Card.
S. Cruc. decis. 118. Crescent. decis. 105. Pelegr. decis. 35. li.
1. li. diuers. decis. 155. & decis. 279. Mohed. decis. 57. Cor.
dec. 401. Paleot. decis. 492. Franciscus. & 299. Fuerat,
Card. Paris. cons. 143. num. 35. volum. 4. Bursat. cons.
395. sub num. 11. 12. vol. 4.
Quo casu debet renunciare cum reseruatione pensio-
48 nis expressa † in mandato, alioquin resignatio nulla, ex-
cedens fines mandati, vt fuit resolutum in Rot. die 14.
Decembris 1558. & die 13. Martij 1559. in vna Cordu-
ben. coram Quiroga, teste Paleott. decis. 299. incip. Fue-
rat datum, sequitur Bursat. d. cons. 395. sub nu. 23. lib.
4. Rebuff. de pacific. poss. num. 180.
Et si constituit procuratorem ad renunciandum re-
seruata pensione propter labores, &c. debet exprimi di-
cta causa, quia, si mandatum factum fuit ad reseruan-
dam pensionem ex causa laboris, &c. & procurator re-
seruet pensionem, & non † exprimat hanc causam labo- 49
ris, reseruatio est inualida, ita fuit resolutum in vna
Lamacen. pensionis 10. Ianuarij 1561. coram Paleott.
teste eod. decis. 204. alias 317. vel 492. 232. alias. 354.
Sequitur Bursat. d. cons. 395. num. 22. nam † illa est ra- 50
tio finalis causa laboris, Oldr. cons. 5. Soc. iun. cons. 83.
col. 2. li. 3. Roman. cons. 417. Bursat. dic. cons. 395. nu
31. & 33.
Et si fuerit constitutus procurator ad resignandum
reseruata pensione † libera, & exempta, si fuerit reser- 51
uata pensio, non tamen libera, & exempta, resignans
poterit agere spolio aduersus resignatarium, petendo re-
formationem supplicationis, cum mandatum non fuerit,
iuxta suos fines seruatum, Sarn. de trien. poss. qu. 27.
in fi. Bursat. cons. 380. num. 15. vers. vnde, & fuit reso-
lutum in Rot. teste Mohed. decis. 183. sub tit. de pro-
bat. & remiss.
Et si in mandato non fuit dictum, vt reseruaretur pen-
sio libera, si postea supplicatio fuit signata, cum clau-
sula exemptionis, consensus autem fuit præstitus abs-
que quo aliquid diceretur de pensione, & literæ fue-
runt † expeditæ absque clausula exemptionis, resigna- 52
tio est bona, ita fuit resolutum die 14. Martij 1560. in
vna Hispalen. canonicatus, & præbendæ coram Rub. vt
habetur libr. diuers. decis. 279. quia mandatum, consen-
sus, literæ concordant, & non est iudicandum iuxta
formam supplicationis sed literarum, vt habetur in re-
gul. Cancell. de non iud. Et quia Papa concedit aliquid
in supplicatione vltra petita, † habet huiusmodi con- 53
cessio tacitam conditionem, si partes illæ vti ve-
lint, arg. leg. si quis in conscribendo, C. de pact.
vnde, &c.
Et si mandatum fuit factum ad renunciandum reser-
uata pensione, si apponatur clausula † *literis non expe-* 54
ditis soluenda (in supplicatione) etiam per successorem, &c.
si fuit facta resignatio reseruata pensione absque hac
clausula, resignatio est nulla, quia contra formam man
dati, ita fuit resolutum in vna Corduben. dimidiæ por-
tionis 14. Nouembris 1558. coram Quiroga, nam † obli- 55
gatio in forma Cameræ, non transit ad successorem Gig.
de pens. 34. num. 10. Idemque in eadem fuit decisum 3.
Martij 1559. & quia postea fuit allegatum illam clau-
sulam non dari de stylo, & fuit stylus probatus, Domi-
ni nihilominus confirmarunt decisionem die 8. Aprilis
1560. vt habetur lib. diuers. decis. 115. quia debet atten-
di mandatum, † & non stylus, Ias. in l. procurator. 2. C. 56
de procurat.
Et si datum fuit mandatum ad resignandum reserua-
ta pensione super fructibus, redditibus, prouentibus,
iuribus, & † distributionibus quotidianis, quæ residen- 57
tes, & interessentes, &c. fuit reseruata pensio cum di-
cta clausula, fuerunt tamen omissa verba, quæ residen-
tes, & interessentes pensio nihilominus valida censetur,
ita tentum coram Quiroga die 24. Octobris in vna Cor-
duben. dimidiæ portionis, vt habetur lib. diuers. de-
cis. 112.
Et mandato dato ad cassandum pensionem, vt alia si-
bi valida † reseruetur, non sequuta valida assignatione 58
alterius, ille priori non priuatur, Mohedan. decis. 80.
Paleott. decis. 326. & est communis opinio.
Et mandato dato ad renunciandum cum reseruatione
pensionis, † procurator non potest resignare seruatis 59
fructibus, Paris. cons. 143. nume. 35. volum. 4. Bursat.
consi. 395. sub num. 12. Ratio, quia si mandatum non re-
fertur ad relatum, † cessat mandati executio, l. instru- 60
mento ff. de condict. & demonst.
Et si fuit datum mandatum ad resignandum reseruata
pensione, cum pœna priuationis, in euentum non solu-
tionis,

tionis, &c. si reseruetur pensio absque dicta pœna, nul-
la est resignatio, vt ex supradictis colligitur, quia ex
defectu mandati, & formæ non obseruatæ, nulla con-
cessio, Alexand. consil. 6. num. 3. lib. 4. Matth. de Af-
flict. decis. 91. dict. cons. 493. numero 8. Vant. de nul-
lit. tit. ex defect. mandati, numero 75. Menoch. con-
sil. septuagesimosecundo, numero decimo, & sequent.
lib. 1. Et hic non est omittendum, quòd si aliquis con-
61 stituit procuratorem ad consentiendum pensioni † in
euentum resignationis sibi faciendæ, de parochiali Ec-
clesia, & cum expressione quorumcumque casuum re-
quirentium speciale mandatum, putà de pensione sol-
uenda, literis non expeditis, nec intimatis, & cum clau-
sula, vt possit alia quæ speciale mandatum requirunt,
& quæ ipse dominus constituens facere posset, procura-
tor ille poterit consentire pensioni, cum pœna priua-
tionis ob non solutionem, vt fuit resolutum in Rot. ce-
lie Prospe decis. centesima decimaoctaua, quia dictum
fuit in mandato maiora expressis, & adiuncta fuit clau-
62 sula generalis, &c. item fuit † posita clausula, vt possit
omnia, quæ dominus, per quam videtur habere libe-
ram, Ial. in l. si procurator, de procurat. & quia hoc
tendit ad executionem pensionis soluendæ, Bursat. con-
sil. 395. numero septimo, cum sequent.

Sed quæro, quidam constituit procuratorem ad resi-
gnandum, cum certis conditionibus *& non aliter, nec
alio modo*, procurator renunciauit, & præstitit consen-
sum præter formam mandati, verum postea principalis
ex varijs actibus videtur ratificasse hanc resignationem,
ideo dubitatur, an resignatio huiusmodi possit sustineri,
ex illa tacita ratificatione?

Et quidem videtur dicendum posse sustineri, pri-
63 mò quia ratificatio † omnia reponit in pristinum sta-
tum etiam in beneficialibus, cap. accedens, Abb. de præ-
bend.

Ideoque, licet contractus gestus cum minori, sit nul-
64 lus, tamen ratificatio facta, cum † fuerit maior, illum
reddit efficacem, l. 1. & secunda, C. si maior factus, l.
3. §. 1. ff. de minor. c. cum alijs, vt per Afflict. decis.
320. col. 2. communis teste Paris. cons. 49. numero 14.
cum seq. volu. 1. Latè Menoch. de recup. possess. remed.
15. num. 179. 180. & 181. Oct. Simoncell. tractat. de de-
cret. libr. 3. tit. 9. num. trigesimotertio, & 34. Bursat. cons.
414. num. 33. vol. 4.

Secundò, ex decis. 21. de procurat. in antiq. vbi dicit
65 quòd quis potest permutare † nomine Titij dumodò Ti-
tius postea ratificet, allegat Archidia. in capit. cum in
tua de Consuet. lib. 6. & alia, &c. faciunt, quæ scribit
Curt. Iun. cons. 263. in fi.

66 His tamen † non obstantibus, contraria opinio ve-
rior est, quam tenuit Rot. in vna Paduana Canonicatus
coram Aldobrandino die 11. Ianuarij 1557. teste Cott.
decis. 400. vbi dicit, idem decisum fuisse illa die in
alia causa Placent. coram Oradino, & de hac deci-
sione coram Aldobrandino attestatur Caputaque decis.
3. lib. 2.

Primo, quia in resignatione requiritur consensus ex-
67 pressus, † & formalis, nec sufficit tacitus, ex reg. can-
cell. 43. sed in hac resignatione, non adest consensus
expressus, & formalis, quod patet, quia consensus præ-
stitus a procuratore, fuit nullus cum non fuerit adim-
pleta forma mandati. Alex. cons. 21. num. 4. lib. 6. So-
cin. Sen. cons. 99. libr. 3. Soc. Iun. cons. 22. num. 14. &
15. libro 3. Dec. cons. 77. num. 1. com alijs in terminis
nostræ conclusionis, adductis per Bursat. cons. 395. a
num. 11. vsque ad fin. vol. 4. Consensus, vero principa-
68 lis † præstitus per ratificationem non est formalis, & ex-
pressus, sed præsumptus, & imaginarius, Rebuff. in
pra. tit. differ. inter priuileg. & rescript. num. 52. col-
ligitur ex his, quæ scribit Bald. cons. 184. ad intelligen-
tiam. in secundo libro, Alex. cons. 117. column. 2. lib.
5. Dec. cons. 252. num. 4. & 5. Cels. Hug. cons. 180. n.
7. Tob. Noni. cons. 67. num. 9. Tiber. Decian. cons. 15.
num. 85. 87. & seq. lib. 1. Rim. iun. cons. 291. num. 53.
ergo, cum neque primus, neque secundus consensus sit

provt requirit regula Cancellariæ, sequit resigna-
tionem esse inualidam.

Secundò, quia resignatio fuit facta sub conditione,
sequitur ex regula communi comprobata toties a Rot.
nullum ius esse abdicatum a resignante ex facto procu-
ratoris, quia non fuerunt adimpletæ conditiones, Abb. 69
in capit. cum vniuersorum, de rer. permut. Mohedan.
decis. 81. & 93. Sarn. decis. 41. lib. 1. Simonett. decis.
39. Accoram. decis. 16. Peleg. septuagesima. Cott. 231.
in manusc.

Vnde ex ratificatione non potest induci resignatio,
tum quia non adest tunc auctoritas Papæ, cum semper
remanserit ius † apud ipsum resignantem. Abb. in cap. 70
cum olim, numer. 19. de re iudi. Cassad. decis. 4. num.
6. super reg. requiritur in eius dimissione auctoritas su-
perioris, iuxta communem conclusionem, de qua aliàs
late lib. 7.

Tum etiam, quia ratificatio non retrotrahitur, quan-
do actus, † ad quem deberet trahi, fuisset nullus a prin- 71
cipio, Bar. in l. obseruare, in fi. ff. de off. proconsul. Ale-
xan. cons. 16. Viso. num. 19. lib. 6. cum alijs allegatis
per Dec. in l. quod ab initio in fi. ff. de reg. iur. quod
procedere regulariter dixit Paris. cons. 49. num. 61. vo-
lum. 1. Curt. iun. cons. 50. num. 9. in fi. lib. 1. Paris. cons.
100. numer. 69. volum. 4. Dec. cons. 442. nume. 22. &
communiter.

Hinc ratificatio † collationis nullæ, non valet, Guid. 72
Pap. cons. 189. circa quæstionem, quod declaratur, vt
per Rebuff. form. Vic. num. 11.

Hinc consensus propinquorum, qui debet interueni-
re in † contractu celebrando à mulieribus, debet esse 73
expressus, & non sufficit tacitus, ac præsumptus, tan-
quam de substantia actus, Arnon. sing. 16. Roder. Sua-
rez. titul. dellas duedas, num. 29. & per totum. Cauac.
de tutorib. num. 131. & 322. Stephan. Labert. super stat.
prohibit. mulier. contrahe. sine cert. solemn. Glos. con-
sensus 12. num. 23. & communiter, vt per Roland. cons.
97. libr. 1.

Hinc etiam ratificatio † non operatur, vbi non con- 74
currit æquitas, Bar. in l. si vxor. §. si quis vxorem, ff. ad
leg. Iul. de adulte. Alexan. cons. 78. num. 20. vbi addendus
lr. 5. Dec. cons. 526. num. 10. Cacher. decis. Pedem. tit. 119.
num. 13. cum alijs communiter allegatis à Bursat. cons.
370. num. 17.

Accedit, quia solemnitas, quæ requiritur in actu ip-
so, requiritur, † & in ratificatione, Gloss. in capit. statu- 75
tum §. in nullo, de rescript. in 6. Sarn. de impetran. benef.
per obit. fam. Car. q. 2. num. 7.

Ex quibus satis patet responsum ad primum argumen-
tum pro contraria opinione adductum.

Ad secundum respondetur, quòd illa decis. Rot. 21.
de procur. in antiquos loquitur in permutatione præ-
bendæ, in qua prouisio † superioris non est necessaria. 76
Rot. decis. 10. nume. 2. de præb. Archid. cap. in tua. de
Consuet. lib. 6. ita Rot. vt per Cott. d. decis. 400.

Accedit, quia quando quis habet notitiam facti, &
qualitatis, simpliciter ratificando videtur tantum fa-
ctum ratificare, † & non qualitates, Bar. in l. Pomponius 77
scribit, el primò, col. pen. vers. venio ff. de neg. gest. & ibi
Card. Paris. dicit, quòd opinio Bart. communiter ap-
probatur, teste Put. decis. 397. num 4. lib. 2.

Ideoque dicendum est hanc ratificationem sufficere,
sed reuocabiliter, cum non sit formaliter præstitus con-
sensus, & per consequens poterit agere spolio, cum im-
pleta non sit conditio. Sarn. decis. 41. lib. 1. Simonett.
decis. 39. Mohed. decis. 81. Accoramb. decis. 16. Pele-
gr. decis. 20. Nec obstat quòd exegit pensionem ipse-
met, quia respondetur, quòd intelligitur exegisse cum
eadem conditione, nam credebat pensionem esse vali-
dam, aliàs non exegisset, & sic non præsumitur mu-
tatio ab initio, & non sufficit consensus tacitus, cum
non adsit auctoritas Papæ, vt habetur lib. diuers. de-
cis. 114.

Quandoque constituitur procurator ad resignandum
beneficium in fauorem N. modo, & forma eidem pro-

78 curatori † bene visis, vt in casu Paleott. decis. 302. quidam Petrus, lib. diuers. decis. 252. Bursat. cons. 395. volum. 4. & hoc casu potest resignare, & reseruare pensionem in fauorem constituentis cum, & eam quantitatem pensionis quam voluerit, vt colligitur ex d. decis. 252. lib. diuers. Paleott. 302. quia hoc importat facultas ei
79 concessa renunciandi † modo & forma bene visis, ad not. per Bald. in tit. de pact. const. §. nomina, in fi. Ioan. Andr. in cap. 2. de iur. calumn. lib. 6. per Bero. cons. vigesimoquarto, numero nono, & cons. vigesimo quinto, numero duodecimo lib. 3. Grat. cons. 158. numero septimo, lib. 2. reseruatio enim pensionis tendit ad faciendam meliorem conditionem domini constituentis, ideo poterit, &c. Aragon. decis. 41. in manuscr. quantitas autem remittitur eius arbitrio, vnde poterit eligere, & expedire prout voluerit literas, & hæc conclusio nullam patitur difficultatem.

Dubium tamen est, an iste procurator poterit renunciare reseruata pensione tertio, cum facultate transferendi, & cum regressu in euentum non solutionis?

Videtur dicendum affirmatiuè primò, quia fuit constitutus modo, & forma bene visis, quæ verba impor-
80 tant † liberam potestatem, Bald. in tit. de pac. const. §. nomina, in fin. Ioan. Adr. in cap. 2. de iuram. calum. lib. 6. & tamen procurator specialis, & procurator cum libe-
81 ra † æquiparantur, Curt. Iun. cons. 178. numero vigesimo, Grat. consilio centesimo quinquagesimo nono, nume. 7. volum. 2.

Hoc tamen non obstante, contraria opinio est verior, & communis, vt dictus procurator constitutus hac forma, modo, &c. non possit renunciare reseruata
82 pensione † in fauorem tertij, & ita cum hic casus accidisset, fuit resolutum in Rot. in vna Compostell. parochialis die 28. Iunij 1547. teste Put. decis. 524. p. 2. & in vna Corduben. pensionis coram Rubeo die 10. Martij 1559. teste Paleott. decis. 302. & habetur lib. diuers. decis. 252. & secundum hanc opinionem consuluit Bursat. cons. 395. vol. 4.

Primò, quia tertius, in cuius fauorem est reseruata pensio, non est nominatus in mandato, vnde consentien-
83 do procurator in fauorem † illius, videtur excedere fines mandati, & per consequens actus corruit, Alex. cons. 21. num. 4. lib. 6. Soc. Iun. cons. 22. num. 14. lib. 3 Ge-
84 rard. Mazz. cons. 98. in prin. forma † enim data omnino est seruanda, l. certa forma, l. prohibitum. C. de iur. fisci lib. 10. Dec. cons. 90. num. 6. & cons. 262. nu. 4. Card. Parisius cons. 12. num. 47. & cons. 15. num. 23. & cons. 33. n. 21. volum. 2. Rolan. cons. 70. nume. 13. libr. 1. & mandatum
85 nequaquam † trahitur de vna persona ad aliam, vt communiter est receptum, neque ad diuersa, Paris. cons. 96. n. 13. volum. 3. Dec. cons. 493. numer. 16. nam mandare vo-
86 luisse creditur, quæ sunt de natura † actus. Cels. Hug. cons. 43. num. 7. Vnde, &c.

Secundò, nullis verbis generalibus potest comprehendi, vt pensio reseruetur per procuratorem personis
87 extraneis † cum facultate tranferendi, quia hoc est nimis insolitum, nec comprehenditur in clausula *cum libera*, Dec. cons. 402. Paris. cons. 58. volum. 4. & cons. 96.
88 volum. 3. nam pensio est quædam † donatio, & procurator etiam cum libera non potest donare, Alex. cons. 25. num. 8. lib. 1. Ber. cons. 174. num. 13. lib. 1. Riminald. iun. consil. 67. num. 13. lib. 1. eoquè magis, cum mandata sint
89 stricti iuris, † & strictè interpretanda, capit. cum dilecto, in fi. de rescr.

Tertiò, quia cum tertius, in fauorem cuius est reseruata pensio, non sit nominatus in mandato, vt suprà est deductum, sequitur quòd potestas procuratoris non extenditur ad aliquid quod posset facere ad eius beneficium, cum mandatum non extendatur nisi ad causas, &
90 † personas in eo expressas, Rom. cons. 330. num. 21. &
91 ibi add. Idem Rom. cons. 461. num. 6. & noua † persona non subintelligitur, l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig. Lap. in cap. susceptum. in princ. de rescript. lib. 6.

Non obstat ponderatio illorum verborum, *modo & forma bene visis*, quia respondetur, illa verba respicere modum, & formam resignandi in fauorem N. & reseruandi etiam quantitatem pensionis quam voluerit in fauorem constituentis, non autem reseruationem aliquam pensionis in fauorem tertij, quia, cum huiusmodi reseruatio non pertineat ad actum resignandi, ad illa
nec arbitrium, † nec libera potestas extendi pote- 92
runt, Gl. in l. si mandato Titij, §. vlt. ff. mand. Bart. in leg. ambitiosa, numero 17. cum seq. ff. de de-
cr. ab Ord. fac. Generalis. enim † potestas restringi- 93
tur ad causam præcedentem, & sic ad resignationem, Card. Paris. cons. 96. num. 10. & seq. vol. 3. Dec. cons. 179. col. vlt. Crauett. consil. 86. numer. 5. & cons. 221. num. 15.

Hinc verba † generalia in quacumque materia re- 94
stringuntur ad suas causas, Bald. in l. si ita, §. ex hoc edicto. ff. naut. caup. stab. Alex. cons. 208. colum. penult. lib. 2. & cons. 113. colum. 2. lib. 7. Crauett. cons. 171. nume. 13. & ideò illa verba non possunt importare reseruationem pensionis, cum eadem non sit ratio ad nota. per Crauett. cons. 70. nume. 27. intelligenda igi-
tur sunt eo respectu, quo fuerunt † prolata, dec. cons. 95
283. colum. 1. Crauet. cons. 307. sub numer. 4. Eoquè
magis, † quia illa verba important arbitrium boni viri, 96
Bart. in l. si sic, in princ. ff. de leg. 1. Butr. in cap. quærenti, not. penult. de verb. signif. Ber. cons. 174. nu. 23. lib. 1. sed bonus vir non imposuisset pensionem extra mentem constituentis, vt deducit latè Bursat. cons. 395. nume. 37. vol. 4. vbi alia deducit, vel respondet quòd illa verba, *forma & modo bene visis*, intelliguntur
† quoad effectum expeditionis, non vt possit beneficium 97
onerare, Bursat. num. 34. & 35. in d. cons. & ita fuit dictum in Rota in vna Zamoren. parochialis, coram R. P. D. Gypsio, 18. Maij, 1586.

Et procurator iste constitutus ad consentiendum pensioni, cum hac clausula, *& cum quibuscunque alijs decretis, vinculis, & obligationibus, & clausulis, quibus procu-*
ratori visum † fuerit, & placebit, &c. non poterit con- 98
sentire translationi pensionis, vt fuit resolutum in vna Compostellan. parochialis coram Augustin. 28. Ianuarij, 1547. teste Put. decis. 524. lib. 2. teste etiam Peleg-grin. decis. 35. lib. 1. & decis. 32. lib. 2. Ratio, quia fa-
cultas † transferendi reputatur quasi impossibilis, arg. 99
not. in l. apud Iulianum, §. constat. ff. de leg. 1. & sic insolitum, & insolita non veniunt sub generali-
tate, † Franc. in cap. qui ad agendum, §. si aliquis, de 100
procur.

In mandato tamen dato ad consentiendum regressui,
& accessui, † cum clausula generali in fi. posita in 101
præmissis, & circa præmissa &c. venit potestas consentiendi translationi, & ideo si procurator consentit, valida est, ita fuit resolutum in vna Toletan. pensionis teste Caputaq. decis. 187. lib. 2.

Quandoque † constituitur procurator ad resignan- 102
dum beneficium in fauorem personæ nominandæ per procuratorem, vt in casu Paleott. decis. 249. Ioan. &c. Ioan. Paul. decis. 102. Guidbon. decis. 90. Bursat. cons. 380. lib. 4. & cons. 395. num. 24. eod. lib.

Et hoc casu procurator poterit renunciare beneficium in fauorem cui voluerit: nam hoc importat facultas data in mandato, vt clarè colligitur ex verbis ipsius.

Dubium tamen est, an hoc casu iste procurator qui est renunciaturus iuxtà facultatem sibi datam in fauorem personæ per ipsum nominandæ, possit seipsum nominare?

Vera & communis † est negatiua, vt non possit pro- 103
curator seipsum nominare, secundum quam fuit resolutum in Rot. in vna Burgen. coram Quiroga, die 2. & 23. Iunij anno 1559. teste Paleott. d. decis. 249. Ioan. &c. Ioan. Paul. dict. decis. 102. in terminis respondit Bursat. cons. 380. volum. 4. & hoc idem vult. cons. 395. numer. 24.

Ratio est quia, cui est data facultas eligendi, vel no-
minandi, non † potest seipsum eligere, vel nominare, 104

leg. si mandauero, §. si tibi centum, & ibi Bartol. &
communiter, ff. mand. Glo. & ibi Bar. in leg. plane, ff.
quod quisque vniu. nomin. Baldus in leg. si is cui. C. de
furt. cap. per nostra. de iur. patronat. cap. Cumana, de
electio. vbi Gloss. Petr. de Basi. in 1. p. cap. 1. num. 9.
Rocch. de Curt. tractatu de iur. patro. verb. honorifi-
cum, num. 25. Bert. de Episcop. lib. 1. part. 3. quæst. 24.
colum. 2. Dec. in cap. licet. de vitanda, numer. 29. de
elect..

105 Hinc data † cuidam facultate eligendi Ambasciato-
res, non potest eligere seipsum, Alberic. de Ros. de
statu. quæst. 173. Hinc data potestate creditori, ven-
106 dendi pignus cui vult, non potest † vendere sibimet,
Bald. in l. ordo. columna 2. C. de exequt. re. iudic. &
107 si tradidit alicui pecuniam vt det cui voluerit, † non
potest ipsimet dare, d. l. si mandauero, §. si tibi cen-
tum.

Licet quis possit electioni de se factæ consentire, &
108 eius consensus connumerabitur † in numero eligen-
tium, text. & ibi Gloss. & communiter in cap. cum in
iure peritus, de electi. Ias. in l. cum filio famil. num. 21.
ff. de leg. 1.

Secundò, quia differunt inter se persona nominans,
109 & persona nominata, sicuti † eligens & electus, cap.
qualiter. de elect. dans, & recipiens, cap. vlt. vbi Abb.
110 de inst. baptizans, & baptizatus. † cap. debitum, de
baptismo, instituens, & institutus, cap. per vestras, de
iur. patr. cap. cum ad nostram, vbi Abb. numer. 4. de
concess. præbeo. vendens, & emens, locans, & condu-
cens, l. pupili, §. item ipsi, vbi Bart. ff. de auctor. tu-
111 tor. imperans, † & subditus, l. penult. vbi Gloss. ff. de
arbit. restituens, & restitutus, l. 1. §. sin autem colle-
gium, vbi Soc. ff. ad Trebell. vincens, & victus, l. licet,
§. si plures, vbi Bart. ff. de procur. donans & confir-
mans, cap. inter dilectos. de fide instrum. Et ob id pa-
112 tronus seipsum præsentare non potest † ad Ecclesiam
vacantem, cap. per vestras, vbi Abb. Ioan. Andr. &
communiter de iur. patr. cum alijs adduct. per Lam-
bert. de iur. patr. 1. par. lib. 8. 1. quæst. princip. ar. 1.
num. 6. & seq. & art. 2. numer. 10. & seq neque procu-
113 rator † constitutus à patrono potest ipsum patronum
præsentare, vt fuit tentum in Rot. vna Salamantin.
Cappellaniæ coram D. Vestano die 14. Octobris 1552.
teste Caputaq. decis. 397. lib. 2.

Ratio rationis, ne isti, seipsos eligentes, & præsen-
tantes, in vitium ambitionis incidant, Gloss. & alij in
114 d. cap. per nostras, quod † esse non debet in clericis,
cap. in scripturis, can. sicut 1. q. 6.

Tertiò facit, quia mandatum videtur continere tres
personas, nam fuit constitutus procurator N. vt renun-
ciet in fauorem personæ nominandæ per Iacobum,
quandoquidem nominans, & nominatus differunt, quare
non sequuta resignatione in fauorem alterius, actus vi-
115 detur gestus contra formam, & per consequens † nul-
lus. Cæphal, cons. 219. nume. 2. & cons. 220. num. 15.
lib. 2. Neuizan. cons. 70. num. 7. Alciat. respons. 371.
num. 1. & 2.

Et per consequens ex defectu formæ, vel mandati
116 non obseruati, nulla † concessio efficitur, Afflict. decis.
93. Lodouic. decis. Perusin. 117. nume. 12. & seq. p. 2.
Menoch. cons. 72. nume. 10. & seq. libr. 1. & de arbitr.
cas. 201. Vasq. tract. de Succ. ab intest. §. 4. nume. 52.

Ex quibus patet limitatio ad illam regulam com-
117 munem, & vulgarem, † quòd ordinata charitas incipit.
à seipso, c. non satis. dist. 86. Glo. per illum text in
capite tertio de supplen. prælat. neglig. Isaiæ cap. 58.
Eccles. c. 33. Matth. c. 22. Paul. 2. Corint. 5. & ad Ga-
lat. vlt. & primo Timoth. 5. l. præses, C. de seruit. &
aqu. Bald. cons. 312. colum. 1. post med. libr. 4. dicit,
118 quòd charitas ordinata plus amat † se in vngue pedis,
quàm proximum in vertice capitis, Bald. cons. 199.
colum. 1. lib. 1. Paris. cons. 16. num. 32. & 33. volum. 4.
Crauett. cons. 6. nume. 25. & cons. 8. num. 17. cumque
in hac charitate sit admixta ambitio, & per consequens
119 † hoc vnum facit illam cessare, Card. d. cap. per no-
stras, de iur. patr. ita post Lambert. & Rocch. de Curt.
optimè, declarat Bursat. d. cons. 380. num. 2. vbi autem
nihil obstat, bene potest quis incipere a se; & consan-
guineis, Paris. d. cons. 16. nume. 32. cum sequen. Hinc
exequutor deputatus ad distribuendum inter pauperes 120
poterit sibi ipsi dare, si egeat. Paul. in clemen. vinea de
testam. Bened. Capr. de exequut. vlt. volunt membr. 6.
numer. 169. & seq. & Abbatissa electa ad distribuen- 121
dum inter pauperes potest eligere suum Monasterium,
Anc. cons. 84. nume. 4. in fi. & patroni possunt præsen- 122
tare filios ad ius patronatus vacans, Ber. cons. 130.
nume. 46. & 56. lib. 2. & est magis communis opinio,
vt per Lambert. de iur. patr. art. 22. quæst. 8. prin. p. 1.
2. lib numer. 9. & seq. ac art. 13. Ac Episcopus confert
beneficia filio legitimo † ac consanguineis suis, (ido- 123
neis tamen) Abb. in cap. quia clerici. de iur. patr. &
cons. 96. & in cap. vt super. de reb. Eccles. non alie-
nan. & Episcopus bona † Ecclesiæ solita dari in emphi- 124
teusim potius in consanguineos quam in exteros alie-
nat, communis teste Bursat. cons. 127. numer. 4. & 78.
lib. 2. quod declara, vt per Cæphal. cons. 142. num. 5.
lib. 1.

Quandoque constituitur procurator ad renuncian-
dum beneficium † cum reseruatione regressus, seu 125
coadiutoriæ. Paleott. decis. 442. mandatum fuerat,
libr. 1. diuersarum decis. 180. Mohed. decis. 109. in ma-
nuscr.

Et hoc casu debet renunciare facta huiusmodi reser-
uatione † regressus, aut accessus, vel coadiutoriæ alias 126
nulla renunciatio, quia præter formam mandati.

Ita fuit resolutum in vna Hispal. præb. coram Ora-
dino die 28. Octobris 1569. teste Paleott. dict. decis.
442. mandatum fuerat, & tradit Burs. cons. 395. nu. 53.
volum. 4. Corn. cons. 142. num. 9. volum. 2.

Ampliatur † procedere etiam si Papa non concedat 127
regressus, & coadiutorias, vt fuit resolutum in Roc.
vt habetur lib. diuers. decis. 180.

Et hoc procedit, si nulla diligentia fuit adhibita
circa † regressum, & coadiutoriam obtinendam, vt tra- 128
dunt Paleott. & Bursat. loc. cit. & fuit idem resolutum
in vna Corduben. dimidiæ portionis 3. Aprilis 1560.
coram Oradino, & 14. Nouembris, coram Quiroga,
vt habetur lib. diuers. decis. 180. Ioan. Paul. decis. 112.

Quandoque etiam † constituitur procurator ad re- 129
nunciandum beneficium, reseruata pensione, & regres-
su, Put. decis. 369. lib. 2.

Et si aliquis resignauit in fauorem N. reseruata pen-
sione & regressu, si procurator qui habebat sufficiens
mandatum † ad consentiendum pensioni, consensit non 130
facta mentione de regressu, quæritur, an videatur re-
gressui consentire? Fuit resolutum in Rot. in vna His-
pal. Cantoriæ coram Card. S. Cruc. die 27. Februarij
1546. affirmatiuè teste Put. d. decis. 369. libr. 2. quia
fuit expressè datus consensus pensioni, nam per regu-
lam de exped. lit. requiritur præstatio consensus, sed in
regressu non requiritur consensus † partis, cum depen- 131
deat a mera gratia, ita Put. loc. cit.

Quandoque ad † renunciandum simpliciter, vel pro 132
quacumque recompensa, Put. decis. 100. lib. 2. vbi re-
fert notabilem casum resolutum in Rot. 11. Februarij
in vna Hispalen. Cantoriæ coram ipso.

Et in summa, mandati fines suos per procuratorem
datum ad resignandum constituendi diligenter, iuxtà
omnes regulas & conclusiones per Doct. receptas, de
quibus suprà amplè, & tradit Ant. Ang. decis. 1. num. 7.
de procur. libr. 2. & † strictè ac strictissimè mandatum 133
est interpretandum, & in omni materia, vt per DD.
communiter.

Et per consequens, vbi mandatum non obseruatur,
renunciatio est nulla, vt est communis opinio omnium
Doctor. Quod procedit, etiam si Summ. Pontif. gesta
procuratoris admitteret, nam nihilominus, si manda-
tum † non fuit obseruatum, inualida est renunciatio. 134
Ias. cons. 162. colum. 4. lib. 2. & cons. 86. in fi. libr. 3.
Card. Paris. cons. 19. num. 15. cum seq. volum. 2. Bur-

sit. cons. 395. num. 31. & 33. volum. 4.

135 Namque † concessio gratiæ videtur habere tacitam conditionem, si mandatum obseruetur. Menoch. cons. 70. numer. 10. & seq. lib. 1. Bursat. cons. 380. nume. 15. lib. 4. Alex. cons. 6. num. 3. libr. 4.

Et quia plures casus explicati sunt supra, vt nihil intactum remaneat, alij referendi sunt.

Primo infertur quòd si fuerit constitutus procurator
136 ad renunciandum † coram Papa, non poterit renunciare coram Ordinario, vel alio, Rebuff. in prax. benef. tit. de procur. ad resign. const. num. 21. vbi attestatur vidisse pronunciari nullam renunciationem, quia mandatum erat factum coram Papa, & renunciatio erat facta coram Ordinario, Bursat. cons. 395. numer. 32. volum. 4. namque fines mandati non seruantur.

Idemque forsitan existimo dicendum, si mandatum
137 fuit factum ad † renunciandum coram Ordinario, & renunciatio fuerit facta coram Papa ex simili ratione.

138 Et ad † vitanda dubia solet quandoque apponi clausula, coram Papa, vel Ordinario, Rebuff. loco citat. quandoque fit libera renunciatio, quandoque autem fit in fauorem coram Papa dumtaxat, iuxtà omnes regulas, de quibus dictum est suo loco.

139 Secundò infertur, † quòd procurator, qui habuit mandatum ad renunciandum reseruatis fructibus, non potest resignare reseruata pensione. Card. Paris. cons. 243. numer. 36. volum. 4. ita è contra, vt tradit Paris. loco citat. sequitur Bursat. dict. cons. 395. sub numer. 32. faciunt not. per Soc. cons. 99. lib. 3. Mars. sign. 265. Dec. in l. transactionis, numer. 1. C. de transact. Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. Glo. 6. num. 12.

Tertiò infertur, quòd procurator, qui debet renun-
140 ciare & cassare pensionem † alia reseruata pro principali, non secuta alterius reseruatione, cassatio non est bona, Mohedan. decis. 81. Paleott. decis. 326. & pluriès fuit resolutum in Rot. vt suo loco scripsi.

Sed hic quæro, pone quòd fuit datum mandatum ad
141 renunciandum † beneficium in fauorem N. reseruata pensione annua, & cum facultate transferendi, procurator porrexit supplicationem iuxta formam mandati, Datarius noluit concedere dictam clausulam transferendi, imo illam à supplicatione cassauit, procurator consensit sine dicta clausula, an renunciatio sit nulla? Et esse nullam, quisqua prima facie diceret, cum non sint fines mandati seruati.

Hoc tamen non obstante, in contrarium se habet veritas, vt sit valida renunciatio, secundùm quam opinionem fuit resolutum in Rot. in vna Abulen. beneficij coram Capizzucco die 20. Nouembris 1551. teste Caputaqua. decis. 89. lib. 3.

Ratio, quia fuit seruata forma mandati in his quæ sunt concessibilia, scilicet circa pensionem. Clausula
142 autem † transferendi solet omnibus denegari, & non conceditur nisi magnatibus, vnde reputatur impossibilis, vt tradit Put. decis. 524. num. 1. lib. 2. Prosp. decis. 118. & per consequens habetur pro non apposita in
143 mandato. † argum. l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. 1. vbi Alex. & Ias. Et satis fuit diligens procurator, quia supplicationem iuxtà formam mandati porre-
144 xit, ideo alia diligentia non requiritur, quia esset † frustratoria. Fel. in cap. ex transmissa. colum. 1. & col. 2.
145 de præsc. fieri † enim non debet, quod factum non releuat. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nom. caueat. l. aliquando in fine, ff. ad Velleian. Bar. in l. 2. ff. qui pet. tut. Card. Paris. cons. 5. num. 44. volum. 4.

Vnum non est omittandum, quòd etiam si non seruetur forma mandati valet renunciatio, si tamen pro-
146 curator fecit meliorem † conditionem domini, Aragon. decis. 41. & est communis opinio DD.

Ex quo infertur, quòd si mandatum fuit datum libe-
147 rè, procurator ad resignandum potest resignare † reseruata Domino pensione, & regressu, & sic efficere conditionem ipsius constituentis meliorem, Crescent. decis. 229. Rasignatarius, in fin. libr. 1. Ac etiam fructus, & fuit resolutum in vna Tirasonen. Cannonicatus 5. Octobris 1576. coram Cantuccio, quia † vtilitas 148
mandati potius quàm forma est attendenda.

Et cum posset procurator ob amplissimum mandatum consentire liberè, si consensit limitatè reseruata † 149
pensione, non potest huiusmodi consensus ita restrictus deseruire pro gratia pura, vt fuit resolutum coram R. P. D. Rubeo, nunc Decano Rotæ die Lunæ 23. Iunij 1568. in vna Cremonen. pensionis, exemplo procuratoris habentis duplex † mandatum, alterum insuffi- 150
ciens, alterum vero sufficiens, nam si sa restringit ad insufficiens actus non potest sustineri ex mandato sufficienti, Rom. cons. 446. numer. 6. vers. quamobrem, & cons. 496. num. 4. vers. his tamen.

Libr. 9. quæst. 13. num. 21. ibi, Proùt bene visum fuerit.

HÆc clausula sic nudè & simpliciter concepta, duplicem potest recipere intellectum. Aut enim Parisius intelligitur loqui de procuratore, vt resignet proùt sibi visum fuerit: & iste est verus & genuinus, vt colligi potest ex sequenti num. Ibi, proùt benè visum fuerit procuratori. Aut loquitur de Summo Pontifice, vt scilicet conferat ei, qui in procuratorio nominatus est, vel etiam cuiuis alteri eidem Pontifici bene viso. & secundùm hunc vltimum intellectum procedunt ea, quæ nos superiùs, nempè lib. 1. quæst. 3. deduximus.

Eisdem quæst. & num. Versic. & hæc conclusio procedit. ibi, Nam facta huiusmodi diligentia.

DE qua quidem diligentia satis superque constare dicendum erit, si procurator iuxtà tenorem mandati formatam supplicationem, ab officialibus (per quorum manus necessariò transire debet) reiectam fuisse ostenderit.

Eadem quæst. num. 102. ibi, Et hoc casu procurator poterit renunciare beneficium in fauorem, cui voluerit.

DEbebit tamen fieri in supplicatione mentio expressa, quòd resignans, procuratori facultatem dederit resignatarium pro arbitrio deligendi. Nàm si secùs factum fuerit, obreptitiam fore gratiam, doctissimi viri existimant. Nostris tamen temporibus expressiò ipsa vix, aut ne vix quidem tolararetur & concederetur: nec mirum, cum arbitrium huiusmodi sapiat confidentiam. Vnde alio vtendum erit remedio, à nobis nuper excogitato & practicato, vt videlicet procurator dùm ipse in Camera, vel in Cancellaria Apostolica, resignationi, ac literarum expeditioni (vt moris est) consentit, & iurat, eius quoque personam (cui beneficium per huiusmodi resignationem vacaturum, Apostolica auctoritate conferri cupit) ibidem eligat & nominet: deque electione ac nominatione prædictis, instrumentum per eundem notarium (simul vel separatim) curet retinendum, ac in dorso, seu à tergo signaturæ notandum & testificandum.

Eadem quæst. num. 137. ibi, Ex simili ratione.

NOs verò contrà, si bina, diuersis temporibus facta procuratoria extiterint. Nam vera ratio casus præcedentis est, manuum Summi Pontificis appositio, qua ligantur manus inferiorum: sed non è conuerso per appositionem manus inferioris, ligantur manus Papæ (hoc enim dicere esset hæreticum) vt cuiuis notissimum est. Posset tamen forsàn saluari Parisius si diceris, ipsum loqui de procuratore simpliciter constituto ad resignandum coram Ordinario, nulla prorsus Curiæ Romanæ, nec Pontificis Maximi facta mentione. Quo casu facultas dicti procuratoris, de vno ad alium non protenditur. Sed non propterea impeditur principalis, quominùs, post confectum ad renunciandum coram Episcopo mandatum, alios, re integra, ad idem beneficium, in s. ncti ssimi Papæ manibus, in alicuius fauorem, aut aliàs, (purè scilicet, ac nullius

Digitized by Google

fauore) pro arbitrio, ad resignandum constituere possit. Ratio ergo est dissimilis, Episcopus enim, quamuis sit loci Ordinarius, non est Papa: & tamen negari non potest, quin Summus Pontifex sit Ordinarius, can. cuncta per mundum.) 9. q. 3. Romanus consil. 335. num. 9. Nec obstat quod ait Rebuffus ad tit. de sublat. clem. literis. In verbo, resignatione. versic. nisi quis, in concordat. nam ille ibidem in diuerso casu loquitur.

Eadem quæst. num. 138. Ibi, Coram Papa vel Ordinario.

HOc verum, dummodo præcautio, quam suprà. hoc eodem lib. q. 9. num. 1. posuimus, adhibeatur. Nam alioquin si Ordinarius, facta in eius manibus purè & simpliciter resignatione, nominato nihilominus in procuratorio, beneficium contulerit, collatio huiusmodi, simoniæ suspicione non carebit.

Eadem quæst. num. 143. Ibi, Ideò alia diligentia non requiritur

COncordat cum ijs, quæ nos suprà, numer. 21. huiusce quæst. de porrecta, & reiecta supplicatione diximus;

quæst. 17. num. 1. An illam conditionem debeat procurator seruare.

¶ GEneraliter conditiones in mandato ad resignandum appositæ, quæ vel impossibiles, vel per se illicitæ sunt pro non adiectis habentur iuxta l. obtinuit & l. multa §. fin. ff. de condit. & demonst. & l. conditiones. ff. eod. vnde quia apud nos omnes fructus vel regressum reseruare resignanti non est licitum, fuit iudicatum resignationem hinc non vitiari, sed reseruationem pro non adiecta haberi, vt refert Tournet. in sua arrestorum compilatione. literaP. num. 67. ideoque procurator non tenebitur ad diligentiam vt obtineat reseruationem hanc: quia diligentia esset frustratoria, nec fieri debet, quod factum non releuat, l. hæc stipulatio. § Diuus. vt legat. nom. Caueat. sufficit enim quod seruet formam mandati in his, quæ sunt concessibilia, vt docet Auctor hac ipsa quæstione num. 141.

QVÆSTIO XVIII.

An procurator constitutus ad resignandum in fauorem Petri, possit ad instantiam eiusdem cogi exhibere huiusmodi mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Non potest cogi quis edere iura.*
2 *Mandatum procuratorium quis non cogitur acceptare.*
3 *Procurator constitutus ad resignandum in fauorem Petri recipiens mandatum à dicto Petro, tenetur ad instantiam eiusdem illud exhibere.*
4 *Rota sequitur æquitatem.*
5 *Procurator datus ad resignandum, an possit cogi dare consensum.*

1 DEcimo octauò quæro, † an si aliquis fuit constitutus procurator ad resignandum in fauorem Petri, & Petrus resignatarius dedit mandatum procuratori, an iste procurator teneatur illud mandatum, ad instantiam Petri exhibere? videtur dicendum, quòd non, primo, quia quis regulariter non tenetur edere iura. capit. 1. cum ibi not. de prob. capit. 1. de appell. in 6. Bald. in leg. 1. §. editiones. ff. de eden. Dec. & communiter alij in l. 1. C. eod. tit.

Secundò, quia † quis non cogitur acceptare mandatum procuratorium, & est communis omnium DD. sententia. 2

His tamen † non obstantibus in contrarium se habet veritas, & secundum hanc opinionem fuit resolutum in Rota, teste Sarn. decis. 134. li. 1. in manuscr. vt qui accepit à me mandatum alicuius ad resignandum ad mei fauorem, me instante, teneatur illud exhibere. 3

Et ratio est, quia illud mandatum accepit a me, vide, &c.

Non obstat primum, quia respondetur, quòd de æquitate canonica quis tenetur edere, quam æquitatem † sequitur Rota. vt tradit Sarn. dict. decis. 134. lib. 1. 4

Ad secundum respondetur, aliud esse compelli exhibere mandatum. Aliud dare consensum, ad primum cogitur, de secundo vero dubito, † nam crederem, posse procuratorem constitutum ad renunciandum, recusare dare consensum: nam nulla lege ad id astringitur. 5

Et hoc nunquam ferè contigit, quia huiusmodi mandata vel fiunt in personam amicorum, vel plures constituuntur, vt si vnus non potest, aut nolit, alter possit.

Libr. 9. quæst. 18. numer. 3. Ibi, Quia illud mandatum accepit a me.

HInc est quòd mensularij, plùs multò adstringuntur committentibus (¶) suis) etiam extraneis) quàm alijs, etiam pro quibus. & ad quorum vtilitatem, fit expeditionis literarum, seu supplicationum Apostolicarum prosecutio. Militare autem debent Mensularij, triplici potissimum armorum genere, fidelitate scilicèt, prudentia, & diligentia. Inter quas, prior, nimirum fidelitas, optimo iure principatum obtinet. (¶) Ergo si resignatarius tradat mensulario mandatum ad resignandum cum pensione, velitque tantummodo signaturam resignationis expediri, non autem pensionis, poterit mensularius operam suam desiderio committentis accommodare, nec tenebitur fines commissionis excedere; maximè cum resignatio & pensio sint actus diuidui possintque à duobus procuratoribus vel bancarijs separatim peragi. Sicque nuper à summè prouido & rei monsariæ peritissimo viro Domino Delagorrèe, collega meo actum fuisse audiui: Cumque ob id querribundus resignãs strepeter. Respondi seipsum de propria incuria & mala parum fidi resignatarij electione, non autem mensulariorum de sua in exequendo fidelitate culpandum.

QVÆSTIO XIX.

An procurator datus ad concordandum de beneficio cum quibuscumque conditionibus, possit resignare stante hac facultate.

SVMMARIVM.

1 *Procurator datus ad concordandum de beneficio, cum quibuscumque conditionibus, non potest renunciare.*
2 *Cessio est donatio.*
3 *Facultas donandi non censetur data, nisi expressè dicatur.*
4 *Præsumptio pro non donatione.*
5 *Error potius præsumitur quàm donatio.*
6 *Stultitia potius quàm donatio.*
7 *Stultus est qui omnia bona sua donat.*
8 *Procurator datus ad concordandum potest renuntiare habita recompensa.*

DEcimo nonò quæro, † an procurator datus ad concordandum de beneficio cum quibuscumque conditionibus, possit resignare, stante hac facultate? 1

2 Respondendum est negatiuè, quia † cessio est donatio, Card. in Clem. 1. quæst. 1. de renunc. & communiter DD. vt suprà dixi, sed facultas donandi non cen-
3 setur data, nisi † expressè dicatur, Fed. de Sen. cons. 2. Signorol. cons. 49. Anchan. cons. 7. colum. penul. Et
4 semper sumitur † præsumptio pro non donatione, l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. act. Alex. cons. 185. num. 8. lib. 7. Ruin. cons. 171. num. 7. lib. primo. Cæphal. cons. 63. num. 12. lib. 1. Nat. cons. 73. num. 9. cum alijs vt per Tiraquell. in l. si vnquam. numer. 207. C. de reuocan. donat.

5 Hinc potiùs † præsumitur error, quàm donatio, Gloss. in l. generaliter. C. de non nu. pecun. vbi Angel. column. 2. Raphaël Cumens. cons. 37. in fi. Dec. cons. 350. num. 4. & cons. 571. num. 4. & 644. num. 5.
6 Grammat. decis. 66. num. 3. & potiùs † stultitia, quàm donatio, Bald. cons. 189. in fi. libr. 2. Card. Paris. cons. 88. numer. 13. volum. 3. vbi dicit præsumi stultum, &
7 dementem, † qui omnia sua bona donat, cum aliis, vt per Mascard. de prob. concl. 554.

Et secundum hanc opinionem fuit resolutum in Rot. in vna Ozomen. parochialis sancti Andreæ, teste Crescent. decis. 215. lib. 1.

8 Limita, nisi esset † data recompensa æquiualens vigore resignationis, vel casus esset dubius, nam vtroque casu eo vigore talis facultatis posset resignare, ad not. per DD. in l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. Crescent. d. decis. 215. lib. 1.

Lib. 9. quæst. 19. in principio, Ibi, Cum quibuscumque conditionibus.

SEd non potuit sic constitui procurator, nisi cum reseruatione beneplaciti, hoc est sub beneplacito Summi Pontificis: omnis enim pactio est à beneficialibus reijcienda, cap. fi. de pact. & cap. quæsitum. de rerum permut.

Eadem quæst. num. 6. Ibi, Stultum & dementem qui omnia sua bona donat.

HOc idem dici non debet. de Donatione honestissimæ Claræ de Rocques, Domicellæ, viduæ quondam Magistri Germani de Iunsegues Consiliarij Regij in Curia Præsidiali Lauraguesij, in mei fauorem facta. Quippè quam tot & tanta. mea erga illam merita, (vt cuiuis notum est) præcesserunt, tandem ab eius ex prædefuncta filia, Nepote & Donatario aliquantulum recognita.

quæst. 19. num. 1. Respondendum est negatiuè.

¶ EVenit sæpe casus hic & sic notanda est conclusio Auctoris, Sed nonne procurator huiusmodi poterit pensioni ad fauorem aduersarij reseruandæ validè consentire? Crederem posse, quia ex causa reseruatur, nec in ea potest considerari aliqua donatio aut liberalitas, cum sit potius remuneratio & iuris à pensionario cessi pensatio; Quin etiam Credo mei litigioso & liti in vim mandati huiusmodi cedere posse pensione retenta vel receptis seu recipiendis litis expensis, vel etiam gratis nullo dato vel retento; nec queri poterit qui constituit: cum quia satis lucratur qui à lite recedit; tum etiam quia sibi imputare debet quod in constituendo procuratore nimis effuso sermone se iactauerit: Et ista veniunt sub limitatione ab Auctore in fine quæstionis posita.

QVÆSTIO XX.

An procurator constitutus ad renunciandum beneficium super quo ipse habebat regressum per decessum, vel cessum, etiam in fauorem, consentiendo resignationi sibi præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad renunciandum beneficium, super quo ipse habebat regressum, renuncians sibi non præiudicat.*
2 *Aliud est consentire renunciationi, aliud renunciare regressui.*
3 *Renunciatio non præsumitur.*
4 *Renunciatio fit expressis verbis.*

VIgesimò quæro, an si fuit constitutus procurator ad renunciandum beneficium, super quo ipse habebat reseruatum † regressum per cessum, 1
etiam in fauorem, vel decessum, si præstet consensum renunciationi, sibi præiudicet. Cum aliàs hic casus fuisset propositus in Rota, fuit resolutum negatiuè, scilicet sibi non præiudicare, teste Achil. de Grass. decis. 2. tit. de procu.

Et ratio est, quia renunciatio est actus contrarius, &
propterea, quamuis † consentiat renunciationi, non præ- 2
iudicat sibi super regressu aliàs valide a Sede Apostolica sibi reseruato, iuxta text. in cap. ex literis. de transact. vbi Abb. & alij, regula enim est, vt † renunciatio
non præsumatur, Dec. cons. 351. num. 8. Crauet. consil. 3
257. num. 4. & cons. 190. num. 6. Natt. cons. 78. in fin. lib. 1. Cardin. Paris. cons. 49. num. 39. volum. 3. Latissimè Tiraquell. in repet. l. si vnquam, in præfati. num. 158. & 159. C. de reuoc. donat. Et communiter receptum est
non induci nisi expressè, & † specificis verbis fiat, Card. 4
Paris. cons. 10. num. 64. vol. 1. latè Mascard. de probat. concln. 270. num. 12.

Lib. 9. quæst. 20. num. 2. Ibi, Non præiudicat sibi super regressu.

COnsultiùs tamen fecerit, si vti procurator resignaturus, expressè protestetur, se id non acturum, vt sibi in dicto regressu vllo prorsus modo præiudicet.

quæst. 20. num. 1. fuit resolutum negatiuè.

¶ TAmen Creditor subscribendo emptioni pignoris sibi præiudicat, l. sicut §. non videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypot. soluit. & mediator transactionis non potest illam impugnare, cap. ex literis de transact. iurique suo tacitè renunciat Aduocatus petens Clienti suo beneficium adiudicari, gloss. in d. cap. ex literis in verb. patrocinabatur. Sed aliud est in subiecto casu, quia renunciatio regressui non aduersatur sed ei potius inseruit, viamque subintrandi aperit; vnde est quod in prima linea secundi numeri huius quæstionis, post verbum, renunciatio, interponenda sit negatiua, non, & legendum quia renunciatio non est actus contrarius.

QVÆSTIO XXI.

An procurator resignans in fauorem inhabilis, vacet beneficium, & possit impetrari.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio inducit vacationem beneficij prauio intercedente consensu.*
2 *Beneficium non potest acquiri inhabili, & incapaci personæ.*
3 *Beneficium vacans potest impetrari, & conferri.*
4 *Procurator renuncians inhabili non facit vacare beneficium.*
5 *Ius non abdicatur à resignante, nisi acquiratur resignatario.*
6 *Resignatio videtur facta cum conditione, si ius quaratur resignatario.*
7 *Resignatio facta in fauorem excommunicati non abdicat ius.*
8 *Resignatio facta scienter in fauorem inhabilis abdicat ius.*

Digitized by Google

VIgesimò primo quæro, an, si procurator constitutus ad renunciandum beneficium coram Papa, in fauorem N. illud resignet, & consentiat expeditioni literarum, quibus expeditis dictus N. resignatarius reperiatur incapax & inhabilis, vacet dictum beneficium, vt possit à quocumque impetrari, & conferri à superiore, absque alio consensu?

Affirmatiuam opinionem, posse impetrari & conferri absque alio consensu tenet in terminis Rebuff. praxi benef. tit. de procur. const. ad resign. nume. 30. quæ probatur ex eo, quia consensus præstitus resignationi
1 inducit vacationem † beneficij, vt colligitur ex reg. Cancellariæ, de consens. Boër. decis. 345. nume. 5. Fr. de March. decis. Delphin. 160. numer. 2. & decis. 022. num. 2. part. 1. Caputaq. decis. 211. lib. 1. Put. decis. 11. lib. 3. & dixi latè sup. lib. 8. quæst. 8. Idque tam si fiat
2 per principalem quam per procuratorem, vt dixi † supra quæst. 16. sed huiusmodi beneficium non potuit acquiri inhabili, & incapaci, Achill. de Grass. decis. 57. sub tit. de renunc. in manuscr. Pelegr. decis. 49. libr. 1. Ant. Aug. decis. 18. lib. 1. Card. Paleott. decis. 50. lib. 1. omnes in manuscr. & communiter Doctores vt scripsi lib. 4. quæst. 1. ergo potest a quocumque impetrari, &
3 potest etiam liberè conferri vt † vacans, vt egregiè scriptum reliquit Ant. de Butr. in cap. sollicitè. num. 13. de rest. spol. Inno. in cap. accepta, eo. tit. Abb. in cap. ea parte, 1. num. 2. de offic. deleg. Idque comprobari posset ex his, quæ latè scripsi sup. libr. 1. quæst. 4. col. 1. & num. 57. & ideo Rebuff. loc. cit. num. 3. dicit hoc casum impetrandum beneficium non per resignationem prædicti, sed per inhabilitatem, & incapacitatem illius, cui collatum fuit.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
4 negatiuam existimo † veriorem, ex illa communi & re-
5 cepta sententia ius non abdicari à resignante, nisi † acquiratur resignatario in cuius fauorem fuit facta cessio, Caputaq. decis. 84. num. 5. part. 3. Ptolom. decis. 100. & decis. 202. in manuscr. Put. decis. 158. num. 2. libr. 3. & decis. 513. libr. 2. Bursat. cons. 411. numer. 4. & 5. volum. 4. Rebuff. cons. 4. numer. 13. & cons. 192. numer. 8.

Et pluriès fuit resolutum in Rota, & præcipuè in vna Hispalen. Cappellaniæ. Mediol. Canonicatus Bononien. translationis bonorum, coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino, tunc Auditore Rotæ doctissimo, de an-
6 no. 1573. namque semper videtur † resignatio fieri cum hac conditione, si ius quæratur resignatario. l. nec vtile, ff. ex quib. caus. maior. l. qui absenti. ff. de acquirend. possess. Put. decis. 145. lib. 1. & decis. 523. libr. 2. Mohedan. decis. 58. & 83. in manuscr. ideo, si non quæritur ius, non abdicatur, Ias. in l. si quis hæreditatem. C. de inst. & substit. & hoc posset comprobari ex multis, quæ adduxi lib. 1. quæst. 3. num. 47. cum sequenti. Idque etiam procedit, si ius non quæratur resignatario,
7 puta quia † est inhabilis, vt in excommunicato fuit resolutum in Rota in vna Gnesnen. præceptoriæ coram Cardinali S. Crucis 23. Martij 1547. teste Put. decis. 11. de renunc. in manuscr. & colligitur ex his, quæ scribit Card. Paleott. decis. 111. alias 163. in manuscr.

Ex quibus cessant contraria, quia consensus non præstatur simpliciter, sed sub conditione si quæratur resignatario, vt fuit resolutum in Rota de mense Aprilis 1542. teste Mohedan. decis. 341. in manuscr. Rot. decis. 4. de renunc. in antiquis, & latè scripsi dicto lib. 1. quæst. 3. numer. 48. cum sequentibus vbi hanc conclusionem comprobaui ex multis similibus vt licet ibi videre.

Limita tamen, hanc conclusionem non procedere,
8 quotiès † huiusmodi resignatio fuit facta scienter in fauorem inhabilis, vt fuit resolutum in vna Romana Canonicatus 17. Nouembris 1567. coram R. P. D. Seraphino, vt scripsi d. lib. 1. quæst. 3. in fine.

Lib. 9. quæst. 21. num. 3. Ibi, Non per resignationem prædicti, sed per inhabilitatem & incapacitatem illius cui collatum est.

NOs verò si casus eueniret, (euenit, autem frequenter) memoriale Romam deferendum, seu mittendum, sic conciperemus. Pro Philippo Probo, Clerico Bituricensis diœcesis, expediatur signatura prouisionis Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Parisiensis, de quibus alias per liberam resignationem Quintiliani Mandosij, de illis, quos obtinebat, in Sanctissimi Domini nostri Papæ manibus spontè factam, & admissam vacantibus, cuidam Bertrando Vegellio, asserto clerico, Apostolica auctoritate prouideri mandatum extitit. Mandato huiusmodi, pro eo quòd dictus Bertrandus defectum natalium, ex soluto, & soluta genitus patitur, nullo & inualido existente, ac propterea effectum sortiri nequeunte; per defectum natalium huiusmodi, seu adhùc per resignationem eandem, aut aliàs certo modo vacantium, cum clausulis & derogationibus oportunis. Hunc vacandi modum legimus exempli causa: sed quiuis alius, iuxtà casus contingentiam, aptari poterit. Vides ergò quantum Parisij, & Rebuffi opiniones quoad hoc, a nostra sententia discrepent. Neque enim datur regulariter prouisio in forma dignum antiqua quin exprimatur & dicatur aduersarium indebitè detinere beneficium occupatum.

Eadem quæst. num. 5. Ibi, Ius non abdicari à resignante nisi acquiratur resignatario.

IMò negari non potest quin beneficium verè vacet per resignationem, nam dùm ipsa admittitur, transit conditionis maximè quando beneficium confertur resignatario. Et licet is sit excommunicatus vel aliàs incapax, tamen illi facta collatio subsistit (saltem momento) in vim clausulæ, & cum absolutione à censuris ad effectum, quæ clausula (ne alioquin frustra membranas occupet, can. si Romanorum 19. dist.) aliquid operari debet, vt sentire videtur Parisius, libro præcedenti, qu. 7. nu. 120. Et quidquid dicat hic idem Parisius, non sequemur illius sententiam. Frequenter enim accidit, vt quis (forsan alterius inductus precibus) suum resignet beneficium in fauorem extranei sibi penitùs incogniti. Imputandum ergo resignanti qui minùs idoneum sibi delegerit successorem §. si. instit. pro socio. Attamen, sic resignatum beneficium, etiam contrà resignatarium impetrari posse fatemur: facta scilicet mentione resignationis, prout in exemplo præcedentis animaduersionis (quod mutatis mutandis formare, cuiuis facillimum erit) continetur. De dicta clausula latè Rebuffus in praxi beneficiorum, initio tertiæ partis signaturæ pag. 76. & pulchrè Mandosius in praxi signaturæ gratiæ fol. 6.

Eadem quæst. numero. 8. Ibi, Quoties eiusmodi resignatio facta fuit scienter in fauorem inhabilis.

HOc idem nos, suprà, lib. 1. quæst. 19. annotauimus. Eo enim ipso quòd quis scienter indignum sibi eligit in beneficio successorem, hoc ipso quoque seipsum eodem beneficio præbet, ac ostendit indignum, eoque priuatur: vt expressè tenet Parisius suprà, lib. 2. q. 15. num. 21. post Rebuffum consilio 38. num. 6. & 14.

quæst. 21. num. 5. Ius non abdicari à resignante nisi acquiratur resignatario.

¶ HÆc est ratio decisiua quæstionis, quam nuper in iudicio agitatam vidi in hac facti specie. Cognominatus Hebrard resignat Parrochialem nepoti, qui obtenta in forma dignum prouisione Ordinarium adit ad obtinendum quem visa vocant titulum, à quo examinatus & incapax repertus repulsam patitur, actu publico desuper confecto: post aliquot dies moritur resignans & per eius obitum Ordinarius confert cognominato Paiol: tertius cognomine Branque postmodum impetrat à Papa tam per obitum resignantis quam per incapacitatem resignatarii. Lite mota resignatarius, qui ad duos vicinioret Ordinarios sede Metropolitana vacante frustra recursum habuerat, de causa diffidens cedit ad fauorem memorati Branque, quærebatur quis iure potior? Respon-

di Collatarium Ordinarii potiorem saltem ad fiduciariam recredentiæ prouisionem seu possessionem obtinendam quia resignatario inhabili probato per iudicium executoris cui credendum est donec contrarium probetur, cap. post cessionem. de probat. ius omne penes resignantem remansit, vt docet Auctor, & in consequens per eius obitum vacauit, & ab Ordinario conferri potuit, explosa quam de manus Papæ appositione iactitant reseruatione, quæ apud nos non obtinet obstante decreto de reseruat. sublat. in concordato, vnde dictus Branque beneficium iam ab Ordinario rite collatum, à Papa postmodum non potuit impetrare, nec illud ea cessione resignatarij inhabilis sibi quærere hoc dilemmate prostratus; aut enim resignatarius fuit inhabilis ex defectu scientiæ, & tunc nullum ius habuit, cap. cum in cunctis §. inferiora. de elect. nec consequenter cedere potuit, l. nemo plus. iuris. ff. de reg. iur. nec Cessionarius sibi ex clausulis siue præmisso siue alio quouismodo seu ex alterius cuiuscumque persona aliquod ius captare, vt pote iam quæsitum collatario Ordinarij: Aut verò fuit habilis, & ius habuit, & hoc casu Branque male per eius inhabilitatem impetrauit, & ex quo de beneficio viuentis ambitiosè se prouideri fecit inhabilitatem perpetuam ad illud obtinendum quamuis alias sibi Canonicè conferretur, contraxit iuxta regul. Cancell. de reprobat. benef. viuentis impet. ex visceribus iuris communis nempe cap. 1. & 2. de concess. præb. desumptam, & ideò in gallia vsu receptam, quæ nedum in impetratione per obitum, vt quidam male autumant, sed per quemcumque vacationis modum locum habet vt probant Roffiniac. de re sacerdotali lib. 3. tit. 9. & Molin. ad regul. de verisim. not. obit. num. 64.

QVÆSTIO XXII.

An renunciatio præsumatur facta præcedente legitimo mandato.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non præsumitur.*
2 *Resignatio præsumitur facta præcedente legitimo mandato.*
3 *Mandatum præsumitur, quotiès enunciatur in sententia iudicis, aut per principem.*
4 *Mandatum renunciatum ex actis Notarij præsumitur & num. 19.*
5 *Notarij Cameræ, & Cancellariæ, quid faciant in mandatis, &c.*
6 *Enunciatio in literis beneficij, quid probet.*
7 *Mandatum enunciatum in instrumento antiquo præsumitur.*
8 *Notarij præsumuntur bene exercere officium ipsorum.*
9 *Præsumptio pro officialibus.*
10 *Docti eliguntur pro officialibus.*
11 *Libris Argentarij & Mercatoris fides adhibetur.*
12 *Mandatum in quibus præsumatur.*
13 *Scientia, & patientia principalis facit præsumere mandatum.*
14 *Nullitas mandati admittitur.*
15 *In Antiquis præsumitur mandatum.*
16 *Mandati ratificatio quando præsumatur.*
17 *Mandatum præsumitur ex diuturnitate temporis.*
18 *Mandatum præsumitur ex coniecturis.*
19 *Commissio data Nuncio vt citet, præsumitur ex diuturnitate temporis.*
20 *Delegationis mandatum ex temporis diuturnitate præsumitur.*
21 *Vicarij mandatum præsumitur.*

1 VIgesimò secundo quæro, † an, si quis opponat renunciationem factam à procuratore esse nullam, quia fuit facta absque mandato, noceat hoc resignatario?

Affirmatiua opinio probatur, quia mandatum vel ad lites, vel ad alia negotia non præsumitur, DD. in l. secundum offic. de verborum obligatione Bald. in l. licet. C. de procu. Inno. & Abb. in cap. quoniam contra, colum. pen. de prob. Alex. cons. 136. libr. 6. Rot. decis. 22. de procur. in antiq. Rebuff. in tract. de nomin. quæst. 13. num. 18. cum alijs, vt per Mascard. de proba. conclus. 1004. & est communis omnium Doctorum sententia.

In contrarium se habet vera conclusio, vt renuncia-
tio præsumatur † facta præcedente legitimo mandato, 2
Simonett. decis. 36. in manuscr. Idque primo probatur,
quia mandatum † præsumitur, quoties enunciatur in 3
sententia iudicis, aut per principem, vt de primo tra-
dunt Anch. in Clem. 1. de prob. Gabr. libr. 2. tit. de
procu. conclus. 5. num. 22. de secundo tradit Menoch.
in tracta. de præsumpt. libr. 2. præsump. 33. numer. 10.
Sed collatio habet vim sententiæ, ergo, &c.

Vnde vel talis renunciatio facta per procuratorem
fuit recepta per Ordinarium, & tunc in actis Notarij
constabit de mandato procuræ, & quotiès renuncia-
tur mandatum per acta certi Notarij, tunc præsumitur
† mandatum, Cuman. cons. 6. in fi. Gabr. d. conclus. 2. 4
de procur. numer. 21. & constabit per collationem fa-
ctam ab Episcopo, vel fuit recepta per Summum Pon-
tificem, renunciatio, & hoc casu constat de mandato
† in actis Notariorum Cameræ, vel Cancellariæ, qui 5
alias non mittunt supplicationes, vt possint expediri
literæ, nisi constito de mandato illoque relicto in Ca-
mera vel Cancellaria penes ipsos, Card. S. Cruc. decis.
83. & scripsi suprà latè.

Et enunciatur mandatum † in literis prouisionis be- 6
neficij, ex quo probatur, & præsumitur, Ruin. cons. 25.
num. 2. libr. 1. Gabr. d. concl. 1. de procu. numer. 25.
Menoch. d. præsum. 33. numer. 10. in fi. & est commu-
nis opinio. ita quando enunciatur mandatum in instru-
mento † antiquo præsumitur. Bald. cons. 112. colum. 2. 7
& cons. 337. colum. penult. lib. 1. Curt. Sen. cons. 77.
colum. 2. vers. præmissis. Dec. cons. 36. num. 8. Cassad.
decis. 3. num. 4. de procur. Purpurat. in auth. si quis in
aliquo. in fin. C. de eden. Boer. decis. 281. num. 17. Ca-
putaq. decis. 294. lib. 2.

Quod comprobatur, quia, si non adesset mandatum
Notarij hoc non dixissent, & non tradidissent expe-
diendas literas, namque præsumitur, quòd bene exer-
ceant officium † eorum, cap. ad audientiam. de præs- 8
crip. l. si quis decurio. C. de fals. Bal. in l. imperator
colum. 2. ff. de stat. homin. Curt. Sen. cons. 49. nu. 75.
Dec. cons. 450. & 423. column. 2. Roman. cons. 179.
lib. 1. cum alijs, vt per Alcia. de præsumpt. reg. 3. præ-
sumpt. 13. per totum, ex cuius dictis satis constat hanc
esse communem & receptam Doctorum sententiam,
neque alij officiales huic muneri præpositi admisissent,
cum pro eis præsumptio † sit rectè agere quæ suo in- 9
cumbant muneri & officio. l. 2. C. de off. ciu. iud. Bald.
in l. vnica in fin. C. ne quis in sua causa iud. & in l. 2.
ff. vbi pupill. educ. deb. Paul. Castrens. cons. 270. lib. 2.
Luc. de pen. in l. 3. colum. 4. C. de apoch. publ. lib. 10.
communis opinio, vt patet ex his, quæ ad hoc conge-
runt Alciat. d. regul. 3. præsumpt. 9. Menoch. dict. l. 2.
præsumpt. 77. quia viri eruditi, & spectatæ † probitatis, 10
ac practici eliguntur, iuxtà ea, quæ scribit Dec. in cap.
quoniam contra, num. 33. de probat. Ideo, si reperitur
aliquid ad mei vtilitatem scriptum ab eo, qui officium
publicum gerit, vel ab eo, cuius libris soles credi, qua-
les sunt Argentarij, † Mercatores, Notarij, fides indu- 11
bitata præstatur, Aret. in cap. 1. numer. 22. & 24. de
prob. vbi Dec. numer. 27. Menoch. dict. præsumpt. 33.
numer. 11.

Accedit, quia mandatum præsumitur in his, quæ fieri
non consueuerunt citra mandatum, vt est, quando quis
soluit † pro alio, & casibus similibus. Rot. decis. 2. de 12
caus. poss. & propriet. in antiq. Cassad. decis. 3. num. 4.
de procur. Felin. in cap. sicut, num. 35. de re iud. Dec.
cons. 36. num. 8. & cons. 42. num. 13. Gozzad. cons. 11.
num. 14. Goffre. cons. 35. colum. 1. Gig. de pens. q. 47.
communis opinio, vt latè per Gabriell. d. conclus. de
procur. num. 9. Menoch. d. præsumpt. 33. num. 3. Mas-

Digitized by Google

card. conclus.1004. de prob. & tamen renunciatio non solet sine mandato fieri neque admitti.

Ex quibus satis responsum est argumento in contrarium adducto.

Et hac conclusio eò magis procedit, si resignatarius
cœpit possessionem, & percepit illo anno fructus, quia
tunc absque dubio præsumitur mandatum, cum inter-
13 uenerit† scientia,& patientia principalis, Innoc.in cap.
ex parte Decani, de re iud. Abb. cons. 7. in secundo
dub. lib. 2. Calder. cons. 4. de procur. Fel. in cap.cum
olim,colum. 2. de off. deleg. Ruin. cons. 101. num. 12.
libr. 2. & cons. 80. colum. 2. libr. 4. Gozzad. cons.94.
num. 48. Afflict. decis. 308. num. 8. Cæteros huius sen-
tentiæ refert Menoch. d. præsumpt. 33. numer. 7. & est
communis sententia, qui principalis si non dedisset
mandatum ad renunciandum, non pateretur alium in-
gredi in possessionem beneficij, & fructus percipere,
arg. l. cum de indebito, ff. de prob. nam alias ipse egis-
set, & dedisset de non mandato, † quo casu admittere-
14 tur, iuxta ea, quæ scribit Vant. de nullit.tit. quib.mod.
sent. null. rep. nume. 92. Mascard. dict. conclus. 1004.
numer. 44.

Vnde non ab re placuit referre quoddam dubium, propositum in Rot. tempore Simonetæ. vt ipse refert in suis recollect. manuscr. decis. 36. in vna Lugdunen.

Quidam, cum habuisset beneficium per resignationem factam per procuratorem N. illud possedit decem annos, & postea resignauit idem beneficium in fauorem Petri, contra quem resignatarium secundum fuit mota lis, & ipse produxit titulum sui auctoris, aduersarius opposuit non constare de mandato, cuius vigore fuit facta resignatio, dubitabatur igitur, an præsumeretur? fuit resolutum per omnes præsumi mandatum.

Primò, quia per tot annos possederat, & resignans,
15 de cuius mandato non † constabat, nunquam contra-
dixerit,(sed tertius) ideo præsumitur mandatum,iuxtà
ea, quæ scribunt Cald. cons. 4. de procur. Ruin. cons.
101. num. 14. lib. 1. Gozzad. cons.94. Guid. Pap. quæst.
40. Bald. in tract. præscript. in 3.par. quæst. 10. num.30.
16 aut saltem ratificatio † mandati. l. filius. C. de petit.
hæred.Angel. & Alex. in l.sciendum, ff. de verb. oblig.
per quæ hoc vult Soc. Sen. cons. 46. num. 3. vers. præ-
terea, libr. 3. Dec. cons. 297. colum. 2. Gozzad. cons.
11. colum. 3. Gabr. d. conclus. 1. de procur. numer. 14.
& communiter DD.

Accedit quia quamuis plures Doctores tenuerint
etiam ea diuturnitate temporis non præsumi manda-
tum, Bald. in l. 2. C. si ex fals. instrum. & cons. 82. co-
lum. 2. libr. 3. Alex. cons. 1. nume. 19. libr. 4. Cæphal.
cons. ciu. 26. nume. 6. Socin. Sen. cons. 254. colum. 2.
lib. 2. Curt. Sen. cons. 45. colum. 5. Afflict. decis. 345.
& decis. 368. Card. Paris. cons. 47. nume. 38. volum. 1.
Cephal. cons. 65. numer. 16. libr. 1. Gabriell. cons. 39.
num. 39. libr. 1. & alij plures, tamen contraria opinio,
17 vt præsumatur ea diuturnitate † temporis est verior, &
magis communis, quam tenet Bald. sibimet contrarius
cons. 337. colum. vlt. lib. 1. Dec. cons. 199. ad fi. Cal-
can. cons. 8. colum. 4. Natt. cons. 341. nume. 3. lib. 1.
Socin. Iun. cons. 139. numer. 11. & cons. 146. num. 10.
libr. 3. Gozzad. cons. 73. Bertrand. cons. 16. colum. 3.
libr. 3. Rota decis. 3. de procur. Boër. decis. 228. Ca-
chetan. decis. Pedemont. 28. numer. 22. & hanc dicunt
communem Zuccard. & Bolngnet. in l. 1. C. qui admitt.
& hanc esse magis æquam attestatur Mascard. de proba.
conclus. 1004. num. 44. vers. priori. & sub numer. 41.
dicit secundùm eam iudicasse Rot. in vna Lunen. Sar-
zanen. bonorum Marinellæ, 30. Ianuarij 1576. coram
Grass.

Eòque, magis quando alius, quàm principalis, op-
ponit, Ioan. And. Alex. & Vant. quos refert, & sequi-
tur Mascard. dict. conclus. 1004. num. 44. idque etiam
eò maxime procedit, quando cum temporis diuturni-
18 tate concurrit aliqua † coniectura, nam tunc præsumi-
tur mandatum absque dubio, Curt. Sen. cons. 77. co-
lum. penult. vers. tertia conclusio. Dec. cons. 36. nu. 8.
vers. 2. respondetur, & cons. 42. num. 13. Ruin. cons. 107
num. 6. lib. 4. Gozzad. cons. 11. num. 3. Brun. cons. 95.
num. 4. Bertrand. cons. 56. numer. 3. Loffred. cons. 20.
num. 8. Soc. Iun. cons. 56. colum. 2. libr. 1. omnes, vt
per Menoch. dic. lib. 2. de præsump. conclus. 33. nu. 27.
& 28. quæ absque dubio adest in casu nostro, vel enun-
ciatur apud aliquem Notarium, † Crauett. de antiq. 19
tempor. secunda part. princ. num. 62. quod etiam adest
in casu nostro, aut super ea fuit lata sententia, quæ
transiuit in rem iudicatam, communis opinio, teste Si-
monett. decis. 35.

Hinc commissio † data nuncio, vt citet, præsumitur 20
ex temporis diuturnitate, Ruin. cons. 66. num. 3. lib. 5.
Gabriel. dict. conclus. 2. num. 28.

Hinc præsumitur † mandatum delegationis ex tem- 21
poris diuturnitate, Fel. in cap. sicut, de re iud. Gabriel.
de sent. conclus. 4. num. 34.

Hinc mandatum † Vicarij præsumitur, Cagno. in l. 22
velle non creditur, num. 14. ff. de reg. iur. Rot. vt per
Menoch. d. lib. 2. præsumpt. 33. num. 20. Mascard. dic.
concl. 1004. num. 44. Gabriell. loc. cit. ex quibus plu-
res illationes possent colligi.

Lib. 9. quæst. 22. num. 2. Ibi, Vt renunciatio præsumatur facta præcedente legitimo mandato.

IN Gallia tamen, hæc sententia non admitteretur à iudicibus secularibus, de beneficiorum possessorio cognoscentibus: etenim ubi procuratoria, debent, vt ubi sunt debitè confecta, deprehendi possint: alioquin hæc non adhiberetur resignationi, vt lege Regia cautum est § Limita nisi per triennium Resignatarius pacificè possederit, Molin. in Commen. ad Edictum Henrici 2. contra parvas datas. art. 10. num. 6.

QVÆSTIO XXIII.

Datis duobus mandatis eisdem anno, mense, die loco, & testibus, quorum vnum sit ad renunciandum simpliciter, aliud ad resignandum in fauorem, quod nam censeatur validum.

SVMMARIVM.

1 *Mandata duo, eodem tempore, die, mense, & anno data, si discrepant, sunt nullius momenti.*
2 *Incertitudo vitiat.*
3 *Sententia, & rescripta diuersa, sunt nulla.*
4 *Resignatio ex mandato inualido nulla.*
5 *Duo mandata diuersa data eadem die, sapiunt Simoniam.*
6 *In duobus instrumentis contrarijs confectis eadem die statur producto per reum.*
7 *Possunt fieri plura mandata, facta reuocatione primi.*
8 *Procurator constituitur etiam à resignatario ad consentiendum pensioni, & reseruationi fructuum.*
9 *Procurator constitutus ad consentiendam pensioni in euentum cessionis potest consentire etiam ante, sub conditione tamen.*
10 *Procurator ad consentiendum pensioni, non potest consentire translationi eiusdem.*
11 *Procurator potest constitui ad consentiendum pensioni super beneficio quod sperat.*

VIgesimotertiò quæro, si eisdem anno, mense,
die, & loco, & testibus ac Notario, reperian-
tur data duo mandata, quorum vnum sit ad re-
signandum simpliciter, alterum in fauorem, aut ad per-
mutandum, quod censeatur validum? Vera, & recepta
sententia est, vtrumque mandatum esse inualidum † & 1
nullius momenti, ita fuit resolutum in Rot. in vna
Montis Regalis Archipresbyteratus, coram Mansican.
13. & 27. Ianuarij 1539. teste Mohedan. decis. 57. Duo

ciant, sub tit. de fid. instrum. teste etiam Sarneh. decis. 79. lib. 1. Idemque fuisse decisum attestatur Put. decis. 515. lib. 2. Ioan. Selu. tract. de benef. part. 2. quæst. 15. numer. 15.

Et ratio est, quia cum sint mandata in qualitate di-
2 uersa, propter incertitudinem † vtrumque erit inualidum, l. duo sunt Titij, ff. de testam. tut. Bal. in l. de reb. C. de donat. ant. nupt. & in l. 1. col. penult. C. quand. prouoc. non est necess. Abb. in cap. in nostra, colum. 2. de rescr. prout in duobus codicillis, in duabus senten-
3 tiis, in † duobus rescriptis, diuersis, & contrariis tradit latè Ias. in l. vlt. num. 31. 32. 33. 34. & 35. C. de edict. diu. Andr. toll.

4 Ex quo infertur, quòd † resignatio facta vigore vnius ex dictis mandatis est inualida & nulla, vt fuit resolutum in Rot. vt per Mohedán. dict. decis. 57. in principio, quia utrumque nullum, quamuis duo Auditores dixissent, minus nociuum esse validum.

5 Imo dicta mandata † sapiunt Simoniam, vt tradit Puteus dict. decis. 525. libr. 2.

Et hoc est admodum notandum, quia alias fuit resolutum in Rot. in vna Larin. pensionis, coram Decano 9. 19. & 23. Decembris 1552. quod in duobus instrumentis contrariis confectis eadem die statur instru-
6 mento † per eum producto, teste Caputaq. decis. 107. p. 2.

Limita, nisi vnum mandatum esset confectum hodie, aliud cras, nam hoc casu vltimum præualeret, si
7 fuit intimata † reuocatio, & non sunt correspectiua, vt ex eis colligatur simonia, vt fuit resolutum in Rot. in vna Pampilonen. Prioratus coram Guidobono. 10. Iunij 1552. teste Caputaq decis. 107. p. 2. nam ibi hodie fuit datum mandatum ad cedendum liberè in manibus Papæ, & aliud mandatum fuit confectum per diem post, ad retrocedendum, & consuluit Corn. cons. vlt. nu. 14. & sequent. vers. nec vbi latè lib. 1.

Et hic non omittendum, quòd constituitur procura-
8 tor non solum a resignante, sed etiam à resignatario † ad effectum consentiendi pensioni, reseruationi omnium, vel medietatis fructuum pro resignante aut alio, vt per Put. decis. 524. lib. 2. Caputaq. decis. 187. lib. 2. Card. S. Cruc. decis. 118. Cardin. Paleot. decis. 204. aliàs 317. Crescent. decis. 105. in recol. manuscr. Et iste procurator constitutus a resignatario ad consentiendum pensioni in euentum cessionis, potest consentire † non
9 solùm post cessionem, sed etiam ante, verum conditionaliter, dummodo N. cedat, vt per Crescent. d. decis. 105. libr. 1. & iste procurator non potest consentire translationi pensionis, etiam si adsit in mandato clausula generalis, † cum expressione &c. vt fuit resolutum in
10 vna Compostellan. parochialis, coram Aug. 28. Ianuarij 1547. teste Put. decis. 524. lib. 2. Cardinal. S. Cruc. decis. 118. Bursat. cons. 395. num. 7. cum seq. volum. 4. Limita in casu Caputaq. decis. 187. libr. 2. vbi refert. casum decisum in vna Toletan. pensionis 22. Iunij 1552. Et scias, quod potest constitui procurator ad consentiendum pensioni super beneficio, quod quis non ha-
11 bet, † sed sperat, vt consuluit egregriè Card. Paris. cons. 43. volum. 4. quia seruitus potest imponi futuro ædificio l. si seruitus futuro, ff. de seru. vrb. præd. l. Labeo. ff. de seruit. rust. prædi. Alia vide in d. Consilio.

Lib. 9. quæst. 23. numer. 6. versic. limita. Ibi, Nam hoc casu vltimum præualeret.

CVm posteriora derogent prioribus: idem dicendum, si eadem die: dummodò tamen de prioritate, & posterioritate constet. Quod fit facilè per registra ipsiusmet Notarij, qui vtrumque procuratorium eodem die recepit. Sicut de duobus (quibus de quopiam beneficio eodem die per Sedem Apostolicam prouisum extitit,) dicitur. Namque prouisionum earundem prioritatem etiam ex registro supplicationum Apostolico deprehendi, nonnulli opinantur. Verùm inter has priùs registrata (cæteris paribus) præualebit, vt Benedicto, Ruffo, & pleris que aliis placuit: Attamen nos non supplicationum Apostolicarum) sed Illustrissimi Domini Datarij, seu illius pro datis capiendis substituti, registrum, quoad prioritatem prouisionum desuper expeditarum, vel ipsum diem, quo signatura ad registrum missa fuit (qui dies à tergo eiusdem signaturæ notari consueuit.) Inspiciendum esse censemus. Tutius tamen erit quàmcitius fieri poterit, nouam à prædicta sede prouisionem obtinere, cùm primæ mutuo concursu se impediant, earumque neutram valere in Galliis, vt plurimum iudicatur si Paponio, & aliis credamus.

Eadem quæst. num. 8. Ibi, Pro resignante aut alio.

NOn modicum est discrimen inter hos duos casus: si quidem dùm consentitur reseruationi pro ipsomet resignante, clausula, quòd onus soluendi pensionem transeat ad resignatarij successores, dubio procul, & absque difficultate conceditur. Quando autem consensus ad idem, pro alio quam pro resignante præstatur, similis clausula prorsus denegatur, & ratio est, quia in priori, adest: In posteriori verò casu, abest causa, propter quam reseruetur huiusmodi pensio.

quæst. 23. numer. 7. Vltimum præualeret si fuit intimata reuocatio.

¶ ALias præualet primum, quamuis eius executio sit posterior executione secundi, vt supra hoc lib. quæst. 5. & in additione ad Duclosium quæst. 15. num. 4. deduximus. Sed si sint eiusdem diei; ita vt non possit distingui prius vel posterius, an altero reuocato poterit alterum executioni demandari? Videtur quod non per regulam quod ab initio nullum est tractu temporis non conualescit, l. non firmatur; de regul. iur. in 6. Contrarium tamen est verius quia cessat causa irritans scilicet incertitudo vtrum mandans valere maluerit, & superuenit causa confirmans videlicet voluntas enixa, quod non reuocatum sortiatur effectum ergo cessat regula, Gloss. & Dynus ibid.

QVÆSTIO XXIV.

An cesset mandatum datum ad resignandum morte resignantis & plenè agitur de consensu qui præstatur post obitum resignantis; iuxta Alexandrinam.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum datum ad resignandum expirat morte mandantis.*
2 *Mors omnia soluit.*
3 *Mandatum expirat morte principalis, etiam si procurator ignoret mortem.*
4 *Mors non præsumitur.*
5 *Mors probatur famâ.*
6 *Mors probatur ex veste lugubri consanguineorum.*
7 *Mors probatur ex testibus.*
8 *Mors probatur iuramento.*
9 *Procurator post mortem resignantis, non potest consentire resignationi.*
10 *Iudex finita iurisdictione, nihil potest facere.*
11 *Defectus Iurisdictionis, est insanabilis.*
12 *Beneficium vocat per mortem resignantis.*
13 *Beneficium quod vocat vno modo, non potest vocare alio.*
14 *Procurator, qui porrexit supplicationem in vita resignantis, potest post mortem præstare consensum.*
15 *Verbo extrauag. Alex. VI. & Leonis X. circa dationem consensus faciendam per procuratorem post mortem resignantis.*
16 *Procurator post mortem domini potest perficere per eum cœpta.*
17 *Procurator potest registrari facere testamentum, post*

Digitized by Google

mortem constituentis.

18 *Resignatario ius acquiritur per supplicationem signatam.*

19 *Declaratio nihil addens de nouo, potest fieri quandocumque.*

20 *Consensus in resignatione requiritur, pro expeditione litterarum.*

21 *Consensus retrotrahitur ad diem data.*

22 *Procurator, qui in vita resignantis porrexit supplicationem, potest cogi ad præstandum consensum, pro expeditione literarum.*

23 *Procurator post mortem domini non potest noua inchoare.*

24 *Mortuo resignante non reuocato mandato, procurator qui porrexit supplicationem in vita, potest præstare consensum etiam, si resignans mutauerit voluntatem.*

25 *Reuocatio debet expressè fieri.*

26 *Procuratoris reuocatio debet intimari.*

27 *Alexandrina, non habet locum in procuratore dato, ad transferendam pensionem.*

28 *Procurator non potest præstare consensum post mortem resignantis, si resignans porrexit supplicationem.*

29 *Supplicationis porrectio facta per procuratorem in vita resignantis debet plenè & sufficienter probari.*

30 *Supplicatio signata præsumitur ad instantiam illius, cuius fauorem concernit.*

31 *Actus præsumitur factus ad instantiam illius, in cuius vtilitatem vertetur.*

32 *Resignatarius debet probare supplicationem fuisse per procuratorem porrectam, in vita resignantis.*

33 *Supplicationis porrectio probatur per testes, & registratorem.*

34 *Sollicitatoris dictum probat porrectionem supplicationis.*

35 *Mandatum præsumitur, vbi sit impensa quamuis parua.*

36 *Supplicationis porrectio an probetur per duos testes, vel per vnum idoneum.*

37 *Procurator, qui porrexit supplicationem vigore litterarum, non potest post mortem præstare consensum.*

38 *Notarij Cameræ & Cancellariæ non extendunt consensus vigore literarum.*

39 *Procurator mortuo resignante, non potest præstare consensum post obitum.*

40 *Mandatum procuratorie ad resignandum, elapso anno, non valet.*

41 *Alexandrina circa dationem consensus procuratoris mortuo resignante, an habeat locum in resignatione conditionali.*

42 *Retrotractio non fit ob inhabilitatem extremorum.*

43 *Procurator si non est vsus mandato in vita, non potest præstare consensum post mortem resignantis.*

1 QVæro, an cesset † mandatum datum ad resignandum beneficium, morte ipsius mandantis Communis opinio est affirmatiua, Gloss. io Clem. 1. versic. quomodolibet. de renuoc. vbi Card. Zabar. & communiter DD. & tradunt Crescent. decis. 169. mandatum, libr. 1. Thom. de Tan. decis. 106. in manuscr. Barb. consf. 49. colum. 2. vers. 2. hoc decidit, lib. 4. & est communis opinio omn. DD.

Idque probatur auctoritate, & ratione, Auctoritate tex. clem. vlt. de procur. ibi. *Procuratorem à prælato, rectore, vel alio quolibet pro Eccles. sua vel beneficio constitutum, per mortem constituentis reuocari, censemus, &c.* Et ibi Archid. Gem. Anch. Fran. & alij communi-
2 ter hoc annotant. Ratione, quia mors † omnia soluit. §. deinceps. auth. de nupt. l. in summa, io fi. de re iud. l. Neratius. ff. de reg. iuris. Paris. cons. 155. numer. 5. vol. 4. idque in omni materia procedere, tradunt Moder. Florent. io tract. mors omnia soluit, &c.

Ampliatur, procedere etiam † procuratore ignoran- 3
te ipsam mortem, vt tradit Zenzel. d. clem. 2. quem
refert, & sequitur Barba. cons. 49. colum. 2. libr. 4.
argum. l. eius, qui io prouinciam. ff. si certum. pet.
Probari tamen debet mors, cum † non præsumatur, 4
Alex. cons. 29. in prin. lib. 4. Anchar. cons. 401. Card.
Paris. cons. 36. num. 41. lib. 2. Soc. sen. cons. 16. num.
12. volum. 2. Natt. cons. 59. num. 6. Boer. decis. 288.
num. 2. & communiter DD. vt per Mascard. de prob.
conclus. 1069. idque potest fieri, vel per vocem publi-
cam †, & famam, vt tradit Bal. cons. 407. colum. 3. 5
lib. 1. Corneus cons. 104. colum. 1. in fi. lib. 3. Cra-
uett. cons. 127. nu. 17. & communiter DD. vt per Mas-
ca. concl. 1070. nu. 1. vel † ex veste lugubri consangui- 6
neorum. Bar. in l. 2. §. sed si dubitetur, num. 2. ff. que-
mad. test. ape. Alex. cons. 27. col. 2. lib. 7. Menoch. de
adipisc. poss. remed. 4. num. 674.

Vel ex duobus testibus dicentibus † illum vidisse 7
mori, vel tumulo mandari, Aufret. in addit. ad decis.
Tolos. decis. 312. Alber. de Ros. in l. conditionem, nu.
1. ff. de cond. & demonstr. Crau. cons. 127. in fi. † vel 8
iuramento, vt per Dec. in l. vlt. numer. 28. in fi. C. de
edict. diui Adr. tollen. vbi Zuccard. num. 250. & com-
muniter DD. cum alijs, vt per Mascar. dict. tract. de pro-
bat. concl. 1071. vbi agitur de leuissimo præiudicio.
Lanfrancus in cap. quoniam contra. tit. de testib. o. 189.
de probation. Aufrerius ad decis. 312. Capp. Tolos. Ia-
cob. Menochius de adipiscenda posses. remed. 4. nu. 671.
eòque magis si ille erat senex. Alex. cons. 4. col. 5. vers.
fortius. lib. 2. Cefalus cons. 65. num. 4. vol. 1. Bart.
tract. de test. num. 39. Campegius in eodem tractatu
reg. 350. num. 351.

Ex quo infertur, quòd mortuo resignante procurator
non potest porrigere supplicationem, & postea † præ- 9
stare consensum in fauorem resignatarij, vt est commu-
nis opinio omn. DD. in praxi recepta, ac canonizata sæ-
pius in Rota, vt infrà dicetur, & tradit Boer. decis. 348.
numer. 2. & ita iudicauit Tholosan. senat. die 23.
Aug. 1519. Put. decis. 92. num. 9. lib. 2.

Et ratio est, quia cum expiret mandatum per mor-
tem, nihil deinde poterit facere, sicuti Iudex, † finita 10
iurisdictione, iuxta communem sententiam, de qua per
Sebast. Vant. in tract. nullit. in tit de nullit. ex defectu
iurisd. io prin. vbi num. 6. post Staffil. & Sarnen. dicit
hunc defectum esse † insanabilem. 11

Accedit quia cum beneficium vacet † per mortem re- 12
signantis, Crescent. decis. 37. lib. 1. in manuscript. &
sæpius fuit resolutum in Rota non poterit vacare † per 13
renunciationem procuratoris, cap. susceptum. de rescr.
in 6. vbi communiter D D. Butr. cons. 43. Anchar. in
clem. vnica. no. 2. de suppl. præl. neglig.

Limita, hanc conclusionem non procedere, quoties
procurator constitutus † ad resignandum beneficium 14
porrexit supplicationem, quæ fuit signata, & datata vi-
uo resignante, namque si postea moriatur resignans, &
sic ante præstitum consensum formalem, poterit procu-
rator illum præstare post mortem ipsius constituentis,
vt fuit resolutum in Rot. coram D. Martino de Spinosa
in vna Senen. Parochialis de anno 1513. teste Cassad.
decis. 1. de renun. & in alia Barchionen. seu Tirasonen.
beneficij die 23. Ianuarij 1545. coram Aquen. teste Put.
decis. 216. li. 2. & in alia Senogal. de villa die 27. Maij
& 27. Iunij coram D. Vestano de ann. 1552. teste Caput.
decis. 396. li. 2. & io alia Gen. prioratus de villa noua.
28. Iunij 1551. coram Caput. teste Guidob. decis. 92. in
manuscr. & in alia Placentin. Archidiaconatus, teste
Crescentio decis. 210. lib. 1. in manuscr. & aliàs sæpe
per Rotam fuit decisum, vt per Crescent. decis. 37. 105.
& 229. Per Pelegr. decis. 27. per Grass. decis. 469. in ma-
nuscript. vt etiam attestatur Bursat. cons. 395. nume. 6.
libr. 4. Put. decis. 83. libr. 2. Sarnen. de infir. resig. qu.
31. colum. 2. Gamb. decis. 19. in manusc. Boër. decis.
348. vbi attestatur ita fuisse decisum per Curiam Pari-
sien. die 21. Iulij. 1490. & per Curiam Burdelaen. die
3. Sept. 1526.

Digitized by Google

Et hæc est communis & recepta DD. sententia, quam approbauit Leo X. in signatura de anno 1520. vt tradit Cassad. dicta decis. 1. in finalib. verbis de renun. vbi etiam dicit ad hoc esse extrauagan. Alexandri. VI. & ita esse tenendum affirmat. Anchar. cons. 193. Fel. in capit. cum olim, de re iudi. & esse in vsu tradit Sarn. de infir. resign. quæst. 31. col. 2. adest etiam extrauagans. Leo. X. quarum constitutionum verba sunt penes Boer. d.
15 decis. 348. col. antepen. & pro † maiori commoditate curialium placuit hic ponere, cum difficiliter reperiantur.

Alexander &c. ad futuram rei memoriam. Ad Romani Pontificis prouidentiam circumspectam spectat dubia, quæ occasione gratiarum per Sedem Apostolicam concessarum pro tempore oriuntur, per suæ declarationis mysterium taliter plana facere, vt sublatis obstaculis vniuersis, & semotis quibuscumque ambiguitatibus, gratiæ prædictæ suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem prioratu Magenuass. ordinis Sancti Benedicti Claramontens. diœces. per liberam resignationem quondam Oliuerij de Combrioles tunc ipsius prioratus prioris, de illo, quem tunc obtinebat per dilectum filium. Armandum Vayni clericum dictæ diœcesis procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, in manibus Felicis recordationis Innocentij Papæ VIII. prædecessoris nostri spontè factam, & per eundem Innocen. prædecessorem admissam apud Sedem prædictam vac. Idem Innoc. prædecessor prioratum prædictum, qui conuentualis existit, vt præfertur, vacan. & antea dispositioni Apostolicæ reseruatum, dilecto filio Ludouico Donereis clerico dictæ diœces. per eum vsque ad quinquennium, post quam illius possessionem pacificam foret assecutus, tenendum, & regendum, & gubernandum Apostolica auctoritate commendauit. Et deinde postquàm in monachum monasterij sancti Ermouari ordinis Carnoten. diœces. à quo dictus prioratus dependet, receptus fuisset, & habitum iuxta ipsius monasterij consuetudinem suscepisset, & professionem per monachos emitti solitam expressè emisisset regularem, sibi ex tunc contulit & de illo sibi prouisum fore decreuit, præfato Ludouico concedens. Et si dictus Oliuerius tempore resignationis huiusmodi in aliqua infirmitate constitutus foret, ex qua ipsum 20. dies post eandem resignationem decedere contingerer, nihilominus commenda, ac collatio, & prouisio prædictæ, validæ & efficaces existerent in omnibus & per omnia, perinde, ac si dictus Oliuerius post huiusmodi resignationem viueret, & prædictos 20. dies superuixisset, dictusque prioratus non per obitum sed per resignationem huiusmodi vacasse censeretur, prout in literis ipsius Innocentij prædecessoris plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, ex eo quòd dictus Oliuerius ante tempus præstiti per præfatum Armandum procuratorem suum in Cancellaria Apostolica in literarum expeditione consensus, fuerit vita functus, licet post datam dictarum literarum, & admissam per dictum Innocen. prædecessorem, resignationem huiusmodi, virtute supplicationis dicto Innocentio prædecessori porrectæ, in qua dictum prioratum tunc resignauit, ipse Oliuerius, adhuc in humanis agens, à nonnullis nimium curiosis, & iuris ignaris, asseritur resignationem huiusmodi post dicti Oliuerij obitum, & non die datæ dictarum literarum factam, & admissam censeri debere. Nos, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium debitè prouidere volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, auctoritate præfata, tenore præsentium declaramus, resignationem prædictam die datæ huiusmodi factam, & admissam fuisse, & dictum prioratum tunc per ipsam resignationem vacasse, ac in præmissis datam literarum, & non præstiti consensus includi debere, & propterea commendam, & prouisionem prædictas, validas, & efficaces fuisse, & esse, sicque per quoscumque iudices & commissarios, & auditores, in quacumque instantia, & si ad præsens inter præfatum Ludouicum, & quoscumque alios lis, seu molestia pendeat indecisa, ac iudicum & colitigantium seu molestantium nomina, & cognomina, qualitates & merita causarum huiusmodi præsentibus haberi volumus pro expressis, sententiari, diffiniri, & iudicari debere. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo nostræ declarationis, & voluntatis infringere, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno domini M. CCCCXCIIII. 11. Calend. Februar. Pontificatus nostri Anno. III. Leo &c. ad futuram rei memoriam, Ad Romani Pontificis prouidentiam circumspectam spectat, dubia, quæ occasione gratiarum per Sedem Apostolicam concessarum pro tempore oriuntur, per suæ declarationis mysterium taliter plana facere, vt sublatis obstaculis vniuersis, & semotis quibuscumque ambiguitatibus, gratiæ prædictæ suum debitum consequantur effectum. Dudum si quidem parochialis Eccle. de monasterio, &c. diœces. &c. per liberam resignationem quondam Io. Limelli, dum viuebat ipsius Ecclesiæ rectoris, de illa quam tunc obtinebat per dilectum filium Bartholomæum de Gaddis clericum Floren. procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, apud Sedem eandem vacan. Nos de illa sic vacante dilecto filio Andreæ Limelli clerico dictæ diœcesis pleno iure contulimus, ac de illa sibi prouidimus ac decreuimus. Et si dictus Ioan. tempore resignationis huiusmodi in aliqua infirmitate constitutus forat, ex qua ipsum intra xx. dies post eandem resignationem decedere contingeret, nihilominus collatio, & prouisio, validæ, & efficaces existerent in omnibus & per omnia, perinde ac si dictus Io. post huiusmodi resignatio. viueret, & per dictos xx. dies superuixisset, & dicta Ecclesia non per obitum, sed per resignationem huiusmodi, vacare censeretur, prout in nostris & signatura sub data ab anno Dominicæ incarnationis M. D. XVII. nonis Augusti, Pontificatus nostri anno quinto plenius cõtinetur. Cum autem sicut accepimus, ex eo quod dictus, Ioan. ante tempus præstiti per præfatum procuratorem suum in Cancellaria Apostolica in literarum expeditione consensus, fuerit vita functus, licet datam literarum prædictarum, & admissam per nos resignationem huiusmodi virtute supplicationis nobis porrectæ, in qua dictam Ecclesiam tunc resignauit ipse Ioan. adhuc in humanis agens, à nonnullis in immensum curiosis, ac iuris ignaris, asseritur resignationem huiusmodi post dicti Ioannis obitum, & non die datæ dictarum literarum factam & admissam censeri debere. Et propterea huiusmodi ecclesiam non per resignationem, sed per obitum vacare Nos, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium debite prouidere volentes, motu proprio, de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, auctoritare præfata, tenore præsentium declaramus resignationem prædictam die datæ literarum huiusmodi factam & admissam fuisse, ac dictam parochialem Ecclesiam tunc per ipsam resignationem vacasse ac in præmissis datam literarum, & non præstiti consensus includi debere. Et propterea de dicta Ecclesia collationem & prouisionem huiusmodi per nos factas validas, & efficaces fuisse, & esse, sicque per quoscumque iudices & commissarios, ac auditores tam in curia Romana, quam extra illam, in quacumque instantia, sententiari, diffiniri, & iudicari debere, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinarionibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo hanc paginam nostræ declarationis infringere liceat &c. Datum Romæ, Anno domini M. D. VIII. Sexto Calend. Maij. Pontificatus nostri Anno sexto.

Et hæc conclusio communis quæ elicitur ex dictis constitutionibus, probatur in leg. nam & Seruius, §. si viuo Titio, ff. de neg. ge. vbi dicitur, quòd procurator post mortem domini potest consumare per eum cœpta,
† non autem noua inchoare. Et ibi Bald. Alber. & Ro- 16
lat.

sat. & alij DD. communiter, idque videtur ex mente
constituentis, l. si vero non remunerandi. §. vlt. &
quod ibi not. Alber. & Bal. ff. mand. Calde. in ca. quis-
quis, de elect. & ideo dicit Alb. loco cit. quòd si statu-
to cauetur, quòd testamentum non valeat, nisi sit regi-
stratum in libro communi, si aliquis fecerit testamen-
17 tum, & constituit † procuratorem ad illud registran-
dum, iste procurator potest post mortem constituentis
registrari facere, & ita refert fuisse determinatum quia
mandatum videtur collatum post mortem. Ita in casu
nostro, eoque magis cum resignatario per supplicatio-
18 nem signatam videatur ius † acquisitum. Cald. in cap. in
nostra de rescr. Abb. in cap. nostri. de elect. Barb. in cap.
cum venissent. in 2. not. de restitut. spol. vnde datio
consensus erit exequutio ad actum perfectum, & tamen
19 declaratio nihil addens de nouo † potest fieri quando-
cunque, l. hæredes palam. §. si quid, ff. de testam. ca. pa-
storalis, §. vlt. de testamen. & per consequens, quo ad
hoc non espirauit mandatum, Cassad. d. decisio. 1. num.
4. de renun. & quia data consensus postea præstiti non
20 attenditur, namque secundum regulas † Cancellariæ,
requiritur consensus pro expeditione literarum, Cres-
cent. decis. centesima decima lib. 1. Boër. dict. decis.
21 348. colum. 2. & consensus † cum retrotrahatur ad diem
datæ, ideo potest præstari per procuratorem post mor-
tem resignantis. Crescentius decis. 36. libr. 1. in ma-
nuscript.

Amplia primo, vt talis procurator possit cogi ad præ-
22 standum dictum consensum in Camera, † vel in Cancel-
laria pro espeditione literarum, licet sit mortuus prin-
cipalis, ita Cassad. d. decis. 1. num. 4. de renunci. Boër.
d. decis. 348. num. 7. Caput. decis. 396. p. 2. Crescen.
decis. 210. in manuscr. Put. decis. 19. de renunc. in ma-
nuscr. quod probatur in l. nam & Seruius, §. si viuo Ti-
tio, ff. de neg. gest. vbi procurator potest cogi ad con-
23 summandum per eum gesta in vita domini, non autem †
noua incboare, multo ergo magis facta conseruare, &
pro illorum expeditione & exequutione, quicquid ex-
pediat facere.

Amplia secundò procedere, etiam si probaretur,
constituentem ante eius mortem mutasse voluntatem;
nam si illa voluntas reuocata non fuit intimata, iustà
24 † Clemen. primam, de renunc. potest procurator eo
mortuo præstare consensum formalem, ita fuit tentum
in causa Senogalien de villa Castiro. 27. Maij, & 27.
Iulij 1552. coram D Vestano, teste Caputaq. decis.
396. p. 2. Peleg. decis. 17. manuscr.

Et ratio est, quia non quælibet voluntas reuocato-
25 ria est valida, sed debet esse † expressa, Alc. in l. si fun-
dum, C. de leg. Ias. in l. re coniuncti, colum. 5. 2. opp.
26 ff. de leg. 3. & in casu nostro debet esse † intimata, d.
Cle. vni, de reuoc. vbi com. DD. Barb. cons. 49. lib. 4.
Pel. in cap. ex parte decani. nume. 15. de rescrip. & fuit
sæpius resolutum per Rotam.

Nec obstat Cassad. d. decis. 1. num. 2. de renunc. quia
Cassadorus est intelligendus de reuocatione valida cum
intimatione, nec obstat decisio. Put. 267. libr. 2. facta
in causa Abulen. 24. Aprilis 1545. quia respondetur,
27 illam decisionem loqui de † translatione pensionis, vt
declarat ipse Put. decis. 92. eod. lib. 2. & in causa coram
Aquen. die 1. Februarij 1544. fuit resolutum, quòd si-
quis constituit, procuratorem ad transferandam pen-
sionem in fauorem N. & postea in articulo mortis il-
lam transferat, quamuis nulliter, procurator censetur
reuocatus, idem fuit confirmatum 24. Aprilis 1545. in
eadem causa Abulen. & sic Alexandrinam non habere
locum hoc casu.

Sublimita primò, hanc limitationem non procede-
re, quotiès principalis porrexit supplicationem, & po-
stea constituit procuratorem ad consentiendum resigna-
28 tioni; nam si moriatur principalis, iste † procurator
post eius mortem non potest præstare consensum, quia
respectu ipsius procuratoris res est integra, cum nihil
fecerit, & per consequens espirat mandatum morte
mandantis, Put. decis. 92. num. 3. lib. 2. & cessat ratio,
de qua in conclusione, & per consequens dispositio de-
bet cessare, arg. cap. cum cessante, de app. ita fuit re-
solutum in causa Palen. Scholastriæ, primo coram Pu-
teo, deinde coram Pelegrino, teste Ant. August. decis.
667. libr. 3. & postremo coram Reumano, & hæc con-
clusio communiter recipitur, vt Alexandrina non ha-
beat locum, quando procurator nihil fecit in vita, li-
cet alias fuit dubium, & Rota se diuisit in duas partes,
cum hic casus fuisset propositus in causa Abulen. co-
ram Vestrio, vt per Put. decis. 83. libr. 2. nam posteà
fuit resolutum per omnes negatiuè, & sic declaro de-
cisionem Cassad. primam de renunc. procedere, cum
procurator porrexit supplicationem, prout pluriès fuit
tentum. Ita etiam fuit resolutum in vna Segobien. be-
neficij, coram Fabio; & in alia Oueten. coram eodem,
teste Achill. decis. 322. alias decis. 1. de renunc.

Vnde porrectio supplicationis facta † per procura- 29
torem debet plenè, & sufficienter probari, ad effe-
ctum, vt ipse procurator possit præstare consensum post
mortem principalis, vt tradit Guidobon. decis. 92.
manuscr. in vna Gen. Prior. 25. Iunij 1551. coram Caput.

Et ratio potest esse, quia supplicationis signatio in
dubio impetrata præsumitur ad instantiam illius, cuius
† fauorem concernit. Oldrad. cons. 136. colum. 2. n. 5.
Specul. in tit. de app. §. nunc breuiter, vers. quod si 30
appareat, & pluries fuit per Rot. resolutum, teste Sarn.
reg. de imp. benef. viuen. quæst. 5. & reg. de trienn.
quæst. 38. nume. 2. & regulare est, vt actus præsumatur
factus ad instantiam † illius, ad cuius fauorem, & vtili-
tatem vertitur, cap. constitutus. vbi Abb. de testib. 31
Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, num. 19.
ff. de ope. nou. nunc. idem Bar. in l. prima. vbi Bald. in
fin. princip. ff. de hæred. instit. Menoch in tractatu
præsumpt. lib. secundo præsumpt. 25. num. 7. Mascard.
de probat. concl. 1303. nume 15. & communiter. D D.
vnde asserenti procuratorem id fecisse in vita, incúbit
onus probandi iuxta communes regulas nam hoc onus
probandi supplicationem fuisse porrectam per
procuratorem in vita spectat † ad resignatarium, quia 32
illud est fundamentum suæ intentionis, l. ab ea parte,
ff. de prob. & ita resolutum in vna Corduben. portio-
nis, coram Rubeo, die 4. Ianuarij 1557. vt habetur in
lib. diuersorum decis. 216. in manuscript.

Et quidem † porrectio supplicationis probatur per 33
testes & registratorem, qui deponant recognoscere
signum, & manum porrigentis, à tergo supplicationis
positam, & ita fuit resolutum in Rot. in vna Toleran.
pensionis, coram Achille de Gras. 28. Nouemb. 1552.
teste Caput. decis. 206. lib. 2. in manuscr.

Si vero manus apposita à tergo supplicationis non
est procuratoris, sed sollicitatoris alicuius, vt fit de
stylo, ad effectum illas cognoscendi, & distribuendi,
postquam sunt registratæ, tunc † poterit probari per di- 34
ctum illius sollicitatoris, qui deponat de mandato pro-
curatoris porrexisse supplicationem illam, quòd man-
datum † satis præsumitur, quia non est verisimile, sol- 35
licitatores absque mandato illas porrigere, propter im-
pensam (quamuis paruam) & laborem, Bartol. & Ale.
in l. cum seruus, ff. de verb. oblig. Bald. in l. id quod
pauperibus, in fin. C. de Episcopis, & cler. Cassad. de-
cis. 3. numer. 4. de procur. Dec. cons. 36. numer. 8. &
cons. 42. num. 13. Curt. Sen. cons. 77. colum. 4. Gozzad.
cons. 11. num. 14. Loffred. cons. 35. colum. 1.

Si vero non adest signum aut manus à tergo suppli-
cationis, tunc probatur † porrectio supplicationis per 36
duos testes vel per vnum idoneum aliis concurrenti-
bus, vt fuit resolutum in vna Astoricen. parochialis,
die 12. Martij 1567. teste Oradino decis. 108. libr. 2.
in manuscr.

Sublimita secundò, non procedere, quotiès procu-
rator porrexit supplicationem vigore literarum, nam † 37
mortuo principali non potest præstare consensum, vt
fuit resolutum in vna Oueten. Archidiaconatus de Li-
uero, die 11. Feb. 1545. coram Put. teste eod. decis. 360.
lib. 2. Achil. de Grass. decis. 322. aliàs prima de renun.

Digitized by Google

& hæc conclusio nullum habet dubium, quia si viuen-
38 te resignante Notarij † Cameræ, & Cancellariæ non
extendunt consensum vigore literarum, vt est notorius,
& vulgaris stylus ergo tanto fortiùs eo mortuo.

Sublimita tertiò, vt non possit procurator præstare
39 dictum consensum post annum obitus, † vt tradit Sarn.
de infirm. resig. q. 31. col. 2. iuxta bullam Alex. VI. &
ita communiter practicatur.

Simile est, quod fuit iudicatum Tholosæ, vt man-
40 datum procuratoris ad resignandum elapso anno non †
valeat, teste Pap. primo Arresto. libr. 2. tit. 9. de qua
re sup. dixi.

41 Sublimita quartò, procedere † vbi procurator est
simpliciter datus ad renunciandum, ita Put. d. dec. 360.
num. 11. lib. 2. qui dicit ita intelligi decis. 1. Cassado.
de renunc. Sed contraria opinio est verior, vt habeat
locum etiam in resignatione conditionali huiusmodi
conclusio, & ita fuit resolutum in Rota in vna Placent.
Archid. teste Crescent. decis. 210. lib. 1. in manuscrip.
nam ibi quidam constituit procuratorem ad resignan-
dum, reseruatis sibi fructibus & regressu, procurator
porrexit supplicationem, fuit signata, moritur princi-
palis, fuit dubitatum, an possit procurator extendere
consensum. Quidam dicebant, quòd non, quia resigna-
tio erat conditionalis, ergo cum in vita, consensus,
super tali reseruatione præstitus non fuisset, amplius
non poterit præstari, & consensus postea præstandus
non potest retrotrahi ad diem datæ, propter inhabilita-
42 tem † extremorum, vulg. leg. bonorum, ff. rem ratam
hab. Contrarium tamen fuit decisum, quia eadem est
ratio, nam ex quo procuratores vtriusque s. resignantis,
& resignatarij, porrexerint supplicationem, & illam
expediri fecerint, tunc videtur resignatio facta, condi-
tione reseruationi fructuum & regressus adimpleta,
cap. quidam, cum ibi not. de renunc. vnde data con-
sensus postea præstiti non attenditur, quia secundùm
regulas Cancellariæ consensus necessarius est pro ex-
peditione literarum.

Non obstat Put. loco cit. quia loquitur, quando
mandatum est conditionale qualificatum ad porrigen-
dum, & quod vigore alterius mandati præstetur con-
sensus, vt ipse dicit d. decis. 360. in finalibus verbis
libr. 2.

Sublimita quintò non procedere, quotiès legitimus
43 procurator non est vsus mandato † in vita, nam tunc
non potest præstare consensum post obitum. Anton.
Aug. decis. 694. libr. 3. dicit ita fuisse decisum coram
Pelegrino in vna Palentin. & plenè dictum est suprà
numer. 28.

Lib. 9. quæst. 24. num. 9. ibi, Non potest porrigere supplicationem.

IMò poterit, & porrecta proderit: saltem ad effectum, vt resignatarius consequatur beneficium, tanquàm vacans per obitum. Cùm vt (etiam in signaturis resignationum) clausula, siue per obitum apponatur, de stylo Romanæ Curiæ esse, certum sit.

quæst. 24. num. 1. Communis opinio est affirmatiua.

¶ VT. scilicet morte mandantis reuocetur mandatum ad resignandum absque intimatione, quod de morte naturali intelligit. Sed quid de morte ciuili? Videtur distinguendum inter necessariam & voluntariam, vt in illa idem iur, in ista diuersum obtineat, ita quod furore, priuatione, depositione & translatione mandantis reuocetur ipso iure mandatum; sed renunciatione, matrimonio, professione monastica, aut alia spontanea status mutatione non reuocetur absque intimatione: ne in arbitrio sit resignantis procuratori & resignatario ac ipsi Papæ clanculum illudere, & cum hoc certum sit in renunciatione expressa vt sæpe diximus, idem videtur dicendum in renunciatione tacita, ne plus operetur tacitum, quam expressum contra l. cum quid. ff. si certum petat. Sed his non obstantibus dic idem de morte ciuili etiam voluntaria, si renunciationem excipias, quod de morte naturali, vt scilicet per illam æque reuocetur mandatum absque intimatione: ratio est quia variatio & illusio mandantis, quæ in causa sunt cur reuocatio intimari debeat, vt videre est in proœmio Clementinæ vnic. de renunciat, æquè cessant in quacumque morte ciuili, vna excepta renunciatione, ac in morte naturali, cum mandatum in morte ciuili non reuocetur ab ipso mandante, sed à iure; nec mirum quod renunciatio tacita plus in hoc operetur, quam expressa, cum illa impediatur per variationem & illusionem, quæ in illa non cadunt.

QVÆSTIO XXV.

An procurator constitutus ad resignandum possit reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Procurator datus ad resignandum potest reuocari.*
2 *Renuncians potest pænitere tam si renunciet per se quàm per procuratorem.*
3 *Procurator datus ad resignandum reuocatur constituendo alium.*
4 *Procurator datus ad resignandum non potest reuocari post præstitum consensum in Camera, vel Cancellaria.*
5 *Datio consensus perficit resignationem.*
6 *Resignans post resignationem non potest se intromittere in beneficio resignato.*
7 *Resignans quoad beneficium resignatum, habetur pro mortuo.*
8 *Supplicationis porrectio facta per procuratorem, non perficit resignationem.*
9 *Resignans post signatam supplicationem à Papa, potest alteri resignare.*
10 *Procurator, qui porrexit supplicationem, non potest dare consensum, si fuit reuocatus.*
11 *Datarius non facit gratias, sed Papa.*
12 *Reuocatio procuratoris dati ad resignandum, debet intimari.*
13 *Reuocatio procuratoris ad litem debet intimari.*
14 *Mandatum ad committendum delictum, reuocatur per notificationem faciendam mandatario.*
15 *Reuocatio non præsumitur, & num. 31.*
16 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*
17 *Resignatio facta per procuratorem reuocatum ante notificationem reuocationis, est valida.*
18 *Illusio, & variatio in personis Ecclesiasticis damnantur.*
19 *Papæ gesta debent esse firma.*
20 *Cælestinus V. pluribus vnam rem concedebat.*
21 *Cardinales debent esse stabiles.*
22 *Episcoporum actas debent esse stabiles.*
23 *Valent gesta Legati à latere reuocati ante notitiam reuocationis.*
24 *Collatio facta per Vicarium Episcopi valet ante scientiam reuocationis iam facta.*
25 *Sententia lata à iudicibus reuocatis, valet ante scientiam reuocationis.*
26 *Nuntij gesta ante scientiam reuocationis, sunt firma.*
27 *Procurator datus ad permutandum beneficium, potest permutare ante notitiam reuocationis.*
28 *Resignatio facta per procuratorem statim reuocatum, valet si ignorabat illam reuocationem.*
29 *Procuratori reuocato debet intimari.*
30 *Resignatio procuratoris reuocati valet, si non fuit intimatus.*
31 *Ignorantia reuocationis præsumitur.*
32 *Dicens procuratorẽ esse reuocatũ, debet hoc probare.*
33 *Testatoris voluntas non censetur reuocata, nisi expresse appareat.*
34 *Sufficit reuocare procuratorem absque intimatione,*

quotiès fuit constitutus per metum.
35 *Gesta causa metus, sunt nulla.*
36 *Fundamenta sublato, omnia corruunt.*
37 *Metus debet esse iustus.*
38 *Iustus metus qui dicatur, remittitur arbitrio iudicis.*
39 *Resignatio facta per procuratorem reuocatum, non autem intimatam, non valet quoties intimatio non potuit fieri ob malitiam procuratoris aut superioris.*
40 *Fraus nemini debet prodesse.*
41 *Fraudibus via claudenda & num. 51.*
42 *Procurator censetur reuocatus per mortem, absque alia intimatione.*
43 *Quod vacat per mortē, non potest alio modo vacare.*
44 *Beneficiatus non potest renunciare in manibus Ordinary, postquam constituit procuratorem ad renunciandum in manibus Papæ, non facta intimatione.*
45 *Illusio quid.*
46 *Ratio posita in proemio, dicitur finalis.*
47 *Ratio generalis ampliat dictam particulare.*
48 *Dictio* Quomodolibet *importat omnem modum.*
49 *Vbi adest eadem ratio, dicitur comprehensio.*
50 *Dictio* Quomodolibet operatur *vltra expressa.*
51 *Clerici non debent illudere nec variare resignando in manibus ordinary.*
52 *Prohibitum via directa, prohibetur indirecta.*
53 *Exceptio firmat regulam, in casibus non exceptis.*
54 *Si Dominus & procurator renunciet eadem die, quæ attendatur renunciatio.*
55 *Constituens procuratorem ad renunciandum non potest permutare nisi reuocauerit illum procuratorē.*

QVæro an Procurator datus ad resignandum possit reuocari. Regula communis & trita in iure nostro, etiam recepta in praxi, est affirmatiua,
1 scilicet procuratorem constitutum † ad renunciandum posse reuocari, vt de hac regula attestatur Rebuff. in sua praxi titu. de reuo. proc. num. 1. & in concord. tit. de subl. cle. litt. gloss. vlt. Glos. Paul. Gul. de Laud. Zaba. num. 10. Bonifac. de Vital. numer. 27. & comm. alij de renunciat.

Idque probatur clarissimè in dict. clem. vni. ibi, *teneat cessio facta per eam, antequam ad ipsius, vel illius (in cuius manibus cessio erat facienda) notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta, &c.* ex quibus verbis satis collig. hoc pro absoluto haberi, mandatum posse reuocari.
2 Potest enim quis pœnitere non † solùm in renuociatione, quam per se fecit, sed etiam in illa, quam per procuratorem facit, vt tradunt Put. decis. 106. libr. 3. Paleott. decis. 257. Ant. Aug. decis. 250. libr. 3. Sam. decis. 20. libr. 1. Cott. decis. 16. Mohed. decis. 11. Gabriel. cons. 198. num. 3. lib. 1. Bursat. cons. 394. vol. 4. & est com. sententia DD. sed etiam in ea, quæ fit per procuratorem, quia viget eadem ratio, imò maior, arg. auth. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles.
3 Amplia primo procedere, vt † non solum possit reuocari expressè, sed & tacitè, scilicet constituendo alium procuratorem ad renunciandum coram eodem, vel coram diuerso, Card. zabar. in clem. vni. num. 14. de renunc. & commun. DD. idque receptum est etiam per Rot.

Namque reuocatio vel fit, quia resignans vult retinere illud beneficium, vel quia vult alteri renunciare per se, vel per alium procuratorem coram Ordinar. vel Papa.
4 Declara tamen, dummodo reuocatio fiat † ante præstitum consensum formalem per procuratorem in Ca-
5 mera, vel Cancellaria; nam tunc † perficitur resignatio. Put. decisio. 106. lib. 3. Gabr. cons. 144. lib. 1. nu. 4. & est communis DD. sententia, & per Bursatum cons. 395. volum. 4. & ius abdicatur ab ipso vt amplius non
6 possit se intromittere, † inuito resignatario & sine suspicione. Felin. in cap. dilectus de maior. & obe. Put. decis. 31. numer. 3. libr. 1. Cassad. decis. 21. super reg. Cancellariæ, Rip. lib. 2. Respons. cap. 17. & 18. & habeatur quoad † illud mortuus, Paris. cons. 93. num. 26. 7
volum. 4. & hoc expressè scribit Rebuff. titu. de reuocat. procur. numer. 2.

Ante vero potest reuocari, etiam post porrectionem supplicationis, namque die 19. Octobris 1543. coram Put. in Rota. fuit resolutum, porrectionem supplicationis factam per procuratorem † non perficere resigna- 8
tionem & die 16. Ianuarij 1548. fuit tentum, posse aliam porrigere, & super illa consensum præstare, etiam post signatam primam supplicationem, post † 9
præstitum paruum consensum, post solutam compositionem, vt pluriès in Rota fuit resolutum, vt retuli libr. 1. quæst. 12. & seruatur com. in praxi, & die 16. Decembris 1560. in vna Gadicen. Canonicatus fuit coram Oradino dubitatum, si procurator ad resignandum obtinuit signari supplicationem, ac præstitit paruum consensum, ante vero extensionem paruæ datæ, & parui consensus resignans reuocauit, & reuocatio fuit intimata in Camera, & Cancellaria, an procurator possit procedere ad extensionem consensus parui, & sic præstare consensum formalem, & si procedat, an valeat resignatio, fuit resolutum, † non posse, & si procedat, 10
nulliter præstare, namque Papa admittit quatenus partes in eadem voluntate persistant, & Papa dat † gratias 11
non Datarius qui concedit paruas Datas, teste Cott. decis. 16.

Requiritur tamen, vt † reuocatio procuratoris ex- 12
pressa vel tacita sit intimata, vt aperte dicitur in d. cle. vni. de renunc. in illis verbis, *antequam ad ipsius, vel illius notitiam reuocatio, huiusmodi sit deducta*, & ibi Gloss. Cardina. zabare. Bonif. de Vital. & communiter hoc volunt Rebuff. in prax. tit. de procur. ad resignan. reuoc. num. 2. Idem Rebuff. cons. 90. nume. 13. vers. 3. q. Ferre. cons. 93. numer. 3. & est comm. opinio. Et ita communiter practicatur, pariter reuocatio procuratoris ad litem non valet, nisi fuerit intimata † procurato- 13
ri, l. si mandasset. ff. mandati cap. mandatu. de procur. Gloss. vlt. in cap. nec illud. 30. quæst. 5. glos. 2. in c. tibi domino, dist. 93. Put. decis. 303. libr. 2. & est communis opin.

Ita etiam mandatum datum ad committendum delictum reuocatur si fuit facta notificatio † mandatario, 14
Bar. post Guliel. de Cun. in l. si pecuniam §. si seruum. ff. de condit. ob ca. Albe. in l. 1. colum. penul. ff. de off. procur. Cæsar. Gln. in cap. cum quis de leot. eacum. libr. 6. de qua re late Clar. libr. 5. recept. sent. qu. 89. Menoch. de Arbi. iud. casu 352. & 353.

Et ratio est, quia reuocatio † non præsumitur, Alex. 15
cons. 169. num. 5. lib. 5. Hier. Gabriel. cons. 105. n. 4. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 1280. nume. 1. nam præsumitur mutatio † voluntatis, l. sancimus C. de rest. 16
Alex. cons. 81. num. 4. & cons. 146. num. 19. libr. 5. & cons. 189. ad fi. lib. 7. Corn. cons. 69. nume. 5. & 206. num. 9. & 226. num. 16. lib. 1. Rom. cons. 295. num. 8. Paris. cons. 72. colum. 1. libr. 4. Socin. iuo. cons. 106. nu. 38. lib. 1. cum aliis, vt per Mascard. concl. 1078.

Vnde valida erit renunciatio facta † per procurato- 17
rem reuocatum, si ante scientiam reuocationis præstitit consensum formalem, vt expressè probatur in dict. cle. vni. de renunc. ibi, *sancimus, vt, si quis ad cedendum Pontificali, aut aliæ cuilibet dignitati, vel beneficio procuratorem sponte ac liberè constituerit, & ipsum ignorantem postmodum duxerit quomodolibet reuocandum, teneat cessio facta per eum antequam* ad ipsius, vel illius, (in cuius manibus cessio erat facienda) *notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta*, & ibi Glos. tradit in ver. teneat. Gul. de Land. Card. Zaba. Imol. Bonif. de Vital. & communiter Gem. in cap. vlt. §. vlt. de procur. Imol. in cap. quidam. 3. colum. de ren. Gig. cons. 51. num. 7. Rebuff. in praxi dict. tit. de proc. ad resignan. reuoc. n. 2. Ioan. Selu. in tract. de benef. par. 3. quæst. 16. in princ. cl. in cap. ex parte decani, numer. 15. de rescr. Roffin.

Google

io tract. de ben. c. 24. numer. 1. Maiol. de irreg. libr. 3. cap. 6. nume. 11. Crau. cons. 76. numer. 1. & consuluit Natar. cons. 6. de ren. in addit. Et ratio ponitur in prin.
18 d. Clem. vnicæ, cum illusio, & variatio † in personis Ecclesiasticis maxime sint vitandæ, &c. quod etiam deducitur ex cap. bonæ 2. de post. præl. cap. cum olim. de re iud. Glo. & Zabar. in prin. dic. Clem. Idem Zabarell. in cons. 137. factum sit se haber, & cons. 141. etiam si sint illæ personæ Ecclesiasticæ in dignitate ma-
19 xima constitutæ, prout in Pontifice † Maximo, vt eius actus sint stabiles, tradit. Rot. decisio. 32. de præb. in antiq. Felin. in cap. cum olim, sub num. 5. de ito. & re iud. Bald. in c. 1. de nor. feud. vbi inuehit contra Cœ-
20 lestinum † quintum, qui de mane faciebat gratiam, de sero vero illam reuocabat, quod etiam scripsit idem
21 Bald. cons. 328. num. 5. libr. 1. & in Cardinalibus † tradit Bal. in l. 1. in 4. colum. C. de Lat. libert. tollen in
22 † Episcopis Rot. decis. 29. de concess. præb. late Fel. d. cap. cum olim, sub nume. 5. & hanc esse rationem tradit Fel. d. cap. ex parte decani, num. 15. vers. ratio.
23 Hinc valent gesta per legatum à latere reuocatum † à Papa in Consistorio ante notitiam reuocationis, vt in facti contingentia respondit Cald. cons. 4. de off. leg. per cap. audita, vbi DD. de rest. spol. cap. 1. de concess. præb. in 6. & est communis conclusio.
24 Hinc valet coll. facta † per Vicarium Episcopi ante scientiam reuocationis. Rom. sing. 57. fuit quæstio Romæ, & Sing. 566. Ias. in l. more maiorum, num. 8. ff. de iurisd. omn. iud. per l. si forte. ff. de off. præsid. & com-
25 muniter DD. & valet † sententia lata à iudicibus reuocatis ante notitiam reuocationis Abb. & alij com. in cap. audita, de restit. spol. Bald. in l. 1. in fi. C. vt lit. pen. & in l. mandatum num. 17. C. mand. & commu-
26 niter DD. & valent gesta per nuncium † ante scientiam reuocationis. Bald. in l. mandatum columna penultima, C. mand. Imol. in cap. quidam. colum. 3. de renunciat. vbi loquitur in nuncio dato ad renunciandum, Felin. in d. cap. ex parte decani, numer. 15. versic. amplia primò.
27 Hinc procurator datus ad † permutandum beneficium, si postea fuerit reuocatus poterit tamen permutare ante notificationem, Lap. in cap. vlt. de proc. in 6. vbi dicit, ad hoc vidisse Bullas Papales approbantes hoc dictum, & ibi Gem. prope fin. hoc etiam vult Fel. in d. cap. ex parte decani, sub nume. 15. vers. amplio 3. Ioann. Selu. d. quæst. 16. numer. 5. 3. par. & communiter DD.
28 Idque procedit, si reuocatio † fuit facta statim, verùm clam & ignorante procuratore, nam valet cessio facta per d. procuratorem, Bal. Barb. Felin. in d. c. ex parte decani, sub num. 15. vers. amplio 2.

Imò in hac materia non sufficit, quòd procurator sciuerit reuocationem, vt non possit vlterius procede-
29 re, sed † requiritur intimatio, vt communiter scribunt DD. supra citati, & tradit Gloss. in d. clement. vnic. verb. deducta, de ren. Sequitur Card. Zab. & Bonif. de Vital. qui dicit, quòd DD. ita tenent, & isti DD. ita interpretantur illam Clementinam, & pluriès fuit decisum per Rotam, & in praxi ab omnibus recipitur, nam ita practicatur, aliàs autem, si non fuerit facta intimatio, procurator poterit consentire resignationi, & valida erit resignatio, etiam si consensus fuerit præsti-
30 tus † post mortem constituentis, ita fuit resolutum in vna Segobien. die 27. Maij, & 7. Iunij coram Vestano, de anno 1552. teste Caputaq. decis. 224. par. 1.
Et ratio rationis est illa, quam supra adduxi, quia
31 ignorantia reuocationis præsumitur, † argum. l. verius, ff. de probat. reg. præsumitur, de reg. iur. in 6. Rot. decis. 21. de cons. præben. Felin. in cap. cæterum, col. 8. vers. valet processus, de rescrip. per quæ hoc vult. Rebuff. in prax. tit. ne infirm. resign. num. 37.
32 Ideo dicenti procuratorem esse † reuocatum, ei incumbit onus probandi, Cardin. Zabar. communiter receptus in d. clem. vni. nume. 22. de renunc. Nam regulariter asserenti reuocationem incumbit onus proban-
di, l. 3. §. si duobus, ff. de adim. leg. Bald. in l. si plurib. num. 1. ff. de leg. 1. Alex. cons. 169. num. 4. lib. 5. Mascard. de probat. concl. 1280. num. 2. & alij plures scriptum reliquerunt, voluntatem testatoris non cen-
seri † reuocatam, nisi hoc manifestum sit, Card. Paris. 33
cons. 50. num. 14. & cons. 90. num. 2. volum. 4. Curt. Sen. cons. 103. num. 2. Roland. à Vall. cons. 31. nu. 45. lib. 4. Nat. cons. 5. Gabr. cons. 110. numer. 3. lib. 1. Cesal. cons. 67. num. 5. lib. 1. & est communis opinio.
Limita primò, quotiès constitutio procuratoris esset facta per metum, quia tunc teneret reuocatio, licet non
† peruenerit ad notitiam procuratoris, Glo. in Cle. vni. 34
verbo libere, quam sequitur Card. Zaba. & alij communiter, Ioan. Selu. de benef. par. 3. quæst. 16. nu. 2. Rebuff. in prax. tit. de reuo. procur. numer. 10. Rum. cons. 221. num. 21. volu. 4. vbi videtur affirmare hanc communem, & Gloss. in d. clem. vni. ad hoc dicit singularem, Ioan. Selu. loco cit.
Ratio est, † quia gesta causa metus, sunt nulla, l. 1. 35
ff. de eo quod met. causa, vbi referuntur verba prætoris, quæ diuina esse scribit Neuiza. cons. 52. nu. 46. Menoch. de arbit. iud. casu 135. nume. 1. & sic constitutio procuratoris à principio non valuit, ergo & neque renunciatio sequuta virtute actus inualidi, argu. l. hactenus, in fin. cum l. sequen. ff. de aqu. plu. arcend. subla-
to enim fundamento omnia † corruunt, l. nam origo. 36
ff. quod vi, aut clam. l. egi, de execut. re. iud. cap. cum Paulus, prima quæstione prima Crauett. consil. 6. n. 36. & cons. 290. numer. 1. vnde superflua est intimatio reuocationis in actu inualido. leg. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.
Metus tamen debet esse † iustus, vt in terminis scri- 37
bit Ruin. d. cons. 121. num. 21. volum. 4. & regulariter in omni materia requiritur iustus metus, vt est communis, & recepta DD. sententia, & qui dicatur iustus
metus, Respondent DD. remitti † arbitrio iudicis, Abb. 38
in cap. cum virum, numer. 8. de regula. Ruff. Comens. cons. 68. colum. 2. Dec. cons. 218. num. 3. Cardi. Paris. cons. 53. num. 60. & cons. 60. numer. 17. & cons. 159. num. 10. & 11. & cons. 170. num. 19. volum. 4. Alciat. respon. 5. num. 5. Grammat. cons. 13. num. 47. & communiter DD. vt per Menoch. d. tract. de arb. iud. cons. 135. num. 3. & est communis opinio.
Secundò limitatur non procedere, † quotiès per 39
malitiam procuratoris, aut illius, in cuius manib. renunciat, erat facienda, non potuit fieri intimatio ante cessionem, Card. in d. clem. vni. nume. 22. & communiter alij DD. de renunc. Bal. in cap. audita, colum. 2. de rest. spol. & alios DD. quos ad hoc refert, & sequitur Ioan. Selu. d. 3. p. de benef. quæst. 16. num. 2. vers. & præmissa etiam non procedunt.
Quod probatur apertè in dicta Clemen. vni. in fin. de renunc. ibi *nisi si forte per ipsos, aut alios malitiose factum fuerit, quominus ad eos, vel eorum alterum ante cessionem potuerit reuocatio peruenisse, &c.* per ipsa declarantur hæc verba, a Gloss. communiter recepta per procuratorem, vel superiorem.
Et ratio est, ne fraus † prosit, Abb. in cap. innotuit, 40
&c. dudum, de elect. fraudibus enim via † claudenda 41
est. Rainer. de Forliuio, in l. omnes populi. sub num. 8. vers. nec obstat. ff. de iust. & iur.
Tertio limitatur non procedere, quotiès, antequam
procurator renunciaret, moritur dominus, nam tunc † 42
censetur reuocatus procurator absque alia intimatione.
Nam beneficium, cum vacet † per mortem, non po- 43
test ex alia causa vacare. cap. si surreptum. de rescr. lib. 6. ita Fel. in d. cap. ex parte Decani, num. 16. vers. & hoc etiam probatur, de rescrip. Gloss. Zabarel. & communiter DD. in dicta clemen. vnic. de renunc. vbi ita limitant illam Clementinam, & est communis, & recepta omnium DD. sententia, de qua amplius dixi suprà quæstione præcedenti.
Vnde secundo infertur quòd beneficiatus nullo modo poterit resignare beneficium in manibus Ordinarij,
† postquam constituit procuratorem ad resignandum 44

in manibus Papæ, non facta prius intimatione reuocationis, vt in terminis in facti contingentia interrogatus respondit Barbat. cons. 49. libr. 4. & est communiter receptum.

Pro qua opinione Barbat. dicit esse tex. in d.Clem.
vnic. de renunc. vbi prohibet illusionem, & variatio-
45 nem in personis Ecclesiasticis, illusionem † inquam,
quam faciunt clerici, constituendo procuratores ad re-
signandum, & postea illos reuocando absque intima-
tione, in qua re consideratur illusio procuratoris con-
46 stituti, & Papæ, & hæc ratio cum apponatur † in
prooemio dicitur esse finalis, l. 1. in prin. ff. ad Maced.
Barto. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in l. ambitiosa,
c1 ff. de decret. ab ord. facien. Bal. in l. 1. ff. de iust. & iur.
Abbat. in cap. ex multa, de vot. Ang. in l. si quis cum
aliter, ff. de verb. obl. quæ ratio habet nedum locum
in casu quo loquitur d. Clem. scilicet in reuocatione
procuratoris, sed etiam in casu quæstionis nostræ, ideo
47 ratio † ampliabit dictum particulare, l. cum auus, ff.
de cond. & demonst. l. cum acutissimi, C. de fideic.
namque eo ipso quo constituit procuratorem ad renun-
ciandum in manibus Papæ, si postea renunciauit in ma-
nibus ordinarij, videtur variare, & illudere procurato-
ri, ac Papæ, in cuius manibus facienda erat renun-
ciatio.

Secundò Mouetur Barba. quia, si communis opinio est, quòd quotiescumque reuocatur procurator, requiritur intimatio, per resignationem videtur reuocatus procurator, sicuti per mortem, cum resignans dicatur mortuus, quoad illud beneficium, Gl. in clem. ne Romani, de electi. ergo.

Tertiò facit, quia dicit dicta Clem. vni. quomodoli-
48 bet reuocauerit, hoc enim † verbum est admodum
prægnans, & importat omnem modum: per quem pos-
sit directâ, vel indirectâ viâ reuocari, cap. cum ex eo.
de sen. excomm. clem. si summus, eod. tit. sed inficiari
non potest, quin eo ipso, quo constituens resignat be-
neficium aliquo modo dicitur reuocare procuratorem,
quia impedit resignationem faciendam per procurato-
rem, & per consequens iste casus comprehensus est in
49 illa Clem. attentis verbis, & attenta † eadem rationis,
l. his solis. C. de reuo. don. Dec. latè in cap. at si cleri-
ci, §. de adulterijs, num. 18. de iud. & cons. 284. col. 2.
Card. Paris. cons. 83. numer. 21. volum. 3. & cons. 69.
num. 3. vol. 4. Crauett. cons. 118. num. 55.
50 Imò verbum quomodolibet † operatur vltra expres-
sa, Ang. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de edil. edi.
Gl. in Clem. 1. de re iud.

Quartò quia si aliter diceremus, de facili commit-
teretur fraus contra dictam Clem. quia daretur modus
& via, vt clerici illuderent, & variarent, resignando in
51 manibus ordinarij, quod esse † non debet. l. fraus. ff.
de leg. cap. quanto, de diuor. cap. porro, de priuil. cap.
plerique, & cap. putant quidam, 14. quæst. 3. nam quod
52 est prohibitum † viâ directa, non potest fieri viâ indire-
cta, & obliqua, l. oratio. ff. de spons. cap. cum quid vna
via, de reg. iur. in 6. faciunt etiam ea quæ adducit, idem
Barb. consil. 11. num. 27. colum. 15. lib. 1.
Quintò quia in d. Clem. vni. excipitur vnus duntaxat
53 casus in fi. vers. nisi, exceptio enim in vno † casu firmat
regulam in casibus non exceptis, l. quæsitum, §. idem
respondet, ff. de fund. instr. Siluan. cons. 56. numer. 20.
Crauett. cons. 24. colum. 8. vers. 10. in fi.

Ideo concludendum est, dispositionem d. Clem. vni. de ren. loquentem in reuocatione procuratoris, vt debeat fieri intimatio, habere locum in casu huius quæstionis, vt si ipse dominus vult renunciare, debeat reuocare procuratorem, alioquin renunciatio non valeat, & hanc opinionem tenet Prob. in Rub. de renunc. in clem. num. 33. in fi. & secundum eam fuisse pronunciatum attestatur Barba. d. cons. 49. licet dicat fuisse appellatum, & instatum, vt declaretur bene sententiatum, & male appellatum.

Ita etiam fuit iudicatum per Senescallum Petragoricen. die 2. Martij 1513. cuius sententia fuit per Curiam confirmata die 23. Maij 1514. in fauorem Magistri Raymundi. Ita etiam fuit iudicatum per curiam in fauorem Magistri Guillelmi de la Fargue contra Magistrum Ioannem de Croponte, & latum Arrestum die prima Febr. 1532. vt refert Boer. decis. 107. nu. 6. qui etiam ipse videtur firmare hanc opinionem, & ita vidisse in Senatu Tholosano obseruari tradit Ioan. Selua in tract. benef. 3. par. quæst. 16. nume. 9. & hanc opinionem tenuit sæpius Rota, vt reperi annotatum, adeo quod hæc est communis opinio, a qua non est recedendum in iudicando, & consulendo.

Quamuis Fel. in cap. ex parte Decani, numer. 16. de rescri. contrarium tenuerit, nam in hoc communiter est reprobatus vt ex rationibus supra scriptis manifeste apparet.

Ex quo etiam apparet superfluam esse quæstionem,
quam ponit idem Fel. d. num. 16. vers. Quid autem si,
quoties eadem die fuit facta renunciatio domini, &
procuratoris, & non † apparet de prioritate; namque 54
debet distingui, aut constat de intimatione reuocatio-
nis, aut non; primo casu attenditur renunciatio domi-
ni, secundo casu procuratoris, & in hoc communiter
DD. conueniunt. Et ideo aliàs fuit tentum in Rota in
vna Camerien. coram Quiroga, quod qui dedit † man- 55
datum ad resignandum, non potest permutare illud be-
neficium, nisi reuocauerit procuratorem, vt habetur li-
bro diuersorum decis. 3. manuscr.

Libr. 9. quæst. 25. numer. 3. Ibi, Coram Ordinario vel Papa.

HÆc sano modo sunt intelligenda. Neque enim coram ordinario potest quis resignare alteri, id est in fauorem alterius (excipit resignationem factam ad effectum vnionis in fauorem Ecclesiæ, Molineus super regula de publicandis resignat. nume. 15.) sed solum coram Papa vt communis doctorum schola tenet.

Eadem quæst. num. 28. Ibi, Valent gesta per nuntium, ante scientiam reuocationis.

PEr nuntium, intelligit procuratorem, constitutum ad resignandum; sed adde. Nec dicta reuocatio re integra, ipsi resignatario, vel officialibus Cameræ, aut Cancellariæ Apostolicarum (si in Romana curia), vel (si in partibus, resignatio huiusmodi facienda fuerit) ordinario collatori (quisquis ille sit) notificata extiterit.

quæst. 25. num. 4. Dummodo reuocatio fiat ante præstitum consensum formalem.

¶ DIstinguit inter, reuocationem, quæ fit à iure per mortem naturalem vel ciuilem mandantis, aut aliàs: & inter reuocationem quæ fit ab ipso mandante, vt ista fieri possit post porrectam & signatam supplicationem, ante tamen præstitum consensum formalem, vt Auctor hic: illa vero porrectionem & signaturam supplicationis præcedere debeat; aliàs procurator poterit nihilominus, imò cogetur præstare dictum consensum, prout in præcedenti quæstione tradidit Auctor num. 14 rationem differentiæ duplicem assignamus: prima est quia Papa signando admittit quatenus partes in eadem voluntate persistant vsque ad præstitum consensum, vt annuere videtur Auctor num. 10. quæ limitatio non potest habere locum, nisi in reuocatione expressa, vel tacita ipsius resignantis; Cæteræ enim reuocationes quæ scilicet à iure inducuntur non important voluntatis mutationem: Secunda ratio est quia resignans reuocando certat de damno vitando secùs in reuocationibus à iure inductis.

QVÆSTIO XXVI.

Intimatio reuocationis procuratoris dati ad resignandum vbi debeat fieri.

SVMMARIVM.

1 *Procurator reuocatus censetur, per intimationem factam in Camera, & Cancellaria.*
2 *Notitia superioris prodest.*
3 *Quæ fiunt in Cancellaria, vel Camera, dicuntur fieri in conspectu superioris.*
4 *Cancellaria dicitur organum Papæ.*
5 *Facta in Cancellaria dicuntur fieri in Consistorio Papæ.*
6 *Notarij constituti ad recipiendum resignationem, repræsentant personam Principis.*
7 *Scientia præsumitur.*
8 *Reuocatio procuratoris ad resignandum, debet fieri in Camera, & Cancellaria.*
9 *Intimatio reuocationis procuratoris ad resignandum potest fieri ipsi procuratori.*
10 *Intimatio reuocationis mandati dati ad resignandum, debet fieri omnibus procuratoribus.*
11 *Intimatio reuocationis procuratoribus ad resignandum quomodo debeat fieri.*

VIgesimo sextò Quæro, quando, & cui debeat
fieri intimatio reuocationis mandati procura-
torij ad resignandum in manibus Papæ.
Primò potest fieri huiusmodi intimatio reuocationis
1 in Camera, & Cancellaria, & sufficit licet † non fuerit
facta intimatio procuratori, & procurator non potuerit
amplius consentire, vt scribunt Crescent. decis. 105.
libr. 1. manuscri. Achill. de Graff. decis. 12. de procur.
Caput. decis. 31. lib. 3. in manusc. Put. decis. 510. li. 2.
Cott. decis. 16. Mohed. decis. 150. incipien. circa, dicens
ita seruari in Curia.
Et ita fuit pluriès per Rotam resolutum teste Achille
de Graff. dict. decis. 2. de procurat. & die 4. Nouem-
bri[illegible]551. fuit idem firmatum teste Caputaq. dict. de-
ci[illegible]. libro 3.
2 Et ratio est quia, sufficit † intimationem deduci ad
notitiam superioris, clem. vni. de renunc. ibi ad ipsius,
vel illius, & Felin. in cap. ea parte Decani, numer. 15.
de rescr. & communiter DD. sed quæ fiunt in Cancel-
3 laria, vel Camera, dicuntur fieri in conspectu † supe-
rioris. Sarnen. de trien. quæst. 7. & in procemio reg. p. q.
4 numer. 26. nam † Cancellaria dicitur organum Papæ,
Cassad. super reg. dec. 21. & Ideò dicimus quòd ea quæ
in Cancellaria fiunt, in Consistorio Papæ, fieri dicun-
5 tur, † vt habetur in decis. 362. in nouis, Sarnen. de
trien. q. 7. num. 2. Cassad. dec. 2. de renunc. & hæc ra-
tio fuit in multa consideratione in Rota, vt collig. ex
Caput. 1. decis. 31. libr. 3. & facit quòd dicitur de pu-
blicatione per Cassad. decis. 18. super reg. & per con-
sequens Notarij constituti ad recipiendum resignatio-
nes, & ad alia, dicuntur esse in Consistorio Papæ, & re-
6 præsentant † personam Principis, Cassad. decis. 21. in
fin. & decis. 3. de renunc. Achil. de Graff. d. decis. 12.
de procur.
Hinc dicit Put. decis. 110. libr. 2. quòd sufficit reuo-
7 catio apud acta absque intimatione, quia † scientia
præsumitur. Paul. de Cast. in l. 1. col. 2. C. de satisd.
Et cum ibi præstetur consensus, scilicet in Camera
vel Cancellaria, vt de stylo attestatur Orad. decis. 82.
Placentin. lib. 1. ideò in eodem loco sufficiet facere
reuocationem.
Et licet cle. vnic. de renunc. dicat, quòd intimatio
debeat fieri procuratori, vel quòd ad eius notitiam de-
ueniat, tamen fuit pluriès resolutum per Rotam, &
comprobatum per stylum, vt sufficiat intimare Iudici,
& sic Notariis Cameræ, vel Cancellariæ, Cap. dec. 31.
8 Et debet fieri in vtroque loco. s. in † Camera & in
Cancellaria, ita fuit dictum in vna Valent. pensionis,
coram domino Pisauren. teste Crescent. decis. 105. in
manuscr. vbi principalis reuocauit, procuratorem in
Camera & procurator consensit in Cancellaria, & du-
bitatur de validitate pensionis, & fuit resolutum esse
validam; namque reuocatio debebat fieri in vtroque
loco, quia cum literæ Apostolicæ expediantur vel per
Cameram vel per Cancellariam, intimatio reuocationis
debet fieri non solum in vno loco, sed etiam in alio,
& hanc conclusionem firmat Rebuf. cons. 90. num. 13.
vers. 1. q. & est communis opinio.
Secundò, potest fieri † huiusmodi intimatio reuo- 9
cationis ipsi procuratori, vt probatur in d. clem. vni.
ibi, *ad ipsius vel illius, &c.* de renunc. vnde, quemad-
modum sufficit intimare in Camera, vel Cancellaria,
ita & ipsi procuratori, & est communis opinio omn.
DD. Thom. de Tan. decis. 34. manuscr.
Et quando procuratori tantum debent fieri, vide ca-
sum per Thom. de Tan. d. decis. 34. Et si sunt plures † 10
procuratores, omnibus intimatio reuocationis facien-
da est, alioquin cessio facta per eum, cui non est notifi-
cata, valebit, argum. l. si duo, vbi D D. ff. de procur.
clem. 1. de appell. ita Rebuff. de reuoc. procur. in prax.
nume. 2. & ratio est, quia, quantum ad procuratorem
non intimatum, censetur dominus durare in eadem vo-
luntate, cum si voluisset, notificasset, sicut alteri, arg.
l. vnicæ. §. fin. autem. C. de cad. toll.
Et † in intimatione debet seruari quod dicitur in cle. 11
causam, de elect. vbi communiter DD. declarant, tra-
dit Card. in d. Cle. vni. num. 22. Gl. in vers. peruenisse,
de renunc. Rebuff. d. tit. de reuoc. procur. num. 15. &
in tract. nomin. quæst. 14. & in Concor. tit. de lit. obla.
art. 2.
Et stylus obseruat, vt si est absens à Curia, volens
reuocare procuratorem constitutum ad resignandum,
constituat alium procuratorem existentem in Rom.
Curia, cui mandet, vt reuocet mandatum datum alius
ad resignandum tale beneficium, vel ad cedendum
commendæ, aut iuri, & auferat ei omnem potestatem
illi attributam, & vt ipsam reuocationem intimet in
Camera & Cancellariis Apostolicis, vel ipsemet con-
stituens in partibus coram Notario, & testibus reuocet
procuratorem tam constitutum à se, auferendo etiam
potestatem ei attributam, & in ipsomet instrumento
constituat alium procuratorem ad intimandum in Ca-
mera & Cancellaria, aut alibi vbi opus fuerit.
Qui procurator constitutus præsens in Curia, rece-
pto mandato, aliquando facit illud per cursorem inti-
mare procuratori reuocato, & deinde solet in actis
vnius ex notariis Cameræ vel Cancell. exhibere man-
datum ipsius reuocationis, & tam Notarius Cameræ
quàm Cancell. extendunt, & notant in libris Cameræ
& Cancell. respectiue ipsam reuocationem & intima-
tionem, & hoc sufficit pro validitate reuocationis & in-
timationis illius.
Aliqui autem pro maiori eorum satisfactione vltra
præmissa solent etiam obtinere per acta vnius ex No-
tariis Cameræ ab Illustrissimo Cardi. Camerario inhi-
bitionem, qua inhibetur omnibus & singulis Notariis
Cameræ, & Cancel. & eorum substitutis, ne sub pœnis
& censuris, &c. audeant extendere consensum resigna-
tionis talis benef. per talem, in fauorem talis, quoniam
mandatum procurationis de super alias factum fuit re-
uocatum, & reuocatio fuit intimata in Camera, & Can-
cell. prædictis. Quæ inhibitio per cursorem intimatur
cum dimissione copiæ singulis.
Et si est præsens qui constituit procuratorem ad resi-
gnandum, & velit illum procuratorem reuocare, po-
terit idem obseruare, faciendo per cursorem intimare
procuratori reuocando, & Notariis Cameræ, & Can-
cellariæ, & ita obseruat praxis communis Curiæ Ro-
mæ, à qua non erit recedendum.

Lib. 9. quæst. 26. nume. 6. Ibi, Et repræsentant personam Principis.

HOc verum in his tamen, quæ ad eorum officium pertinent; In aliis verò minimè. Et autem quod hac quæstione dicitur, intimationem scilicet reuocationis mandati, in Camera & Cancellaria, aut procuratori fieri

debere; Adde, vel resignatario. Namque ei factam sufficere (dummodo re integra factam fuisse constet) sentire videtur Author quæst. proximè sequenti, num. 6. ad finem. Et clariùs numar. 10. & lib. 13. quæst. 48. Iunctis Reboffo, Probo, & Salua, in locis ab eodem Authore ibidem citatis: sicque iudicari solet, nemine prorsus discrepante.

quæst. 26. num. 11. Cui debeat fieri intimatio.

¶ REuocatio mandati ad resignandum intimanda est re integra ipsi procuratori, Clem. Vnic. de renunciat. & si plures sint procuratores, omnibus intimari debet per iura hic ab Auctore num. 10. allegata, vel superiori in cuius manibus fieri debet renunciatio, d. Clem. Vnic. et si plures sint omnibus ait intimanda, gloss. ibid. in verb. facienda; nisi non in solidum ius habeant sed tantum coniunctim vt Episcopus & Capitulum, l. de pupillo. § si plurium ff. de operis noui nunciat. vel nisi vnus sit superior & alij sint ipsius Vicarij; tunc enim sufficit vni intimare per ea quæ tradit Rebuff. in tract. nominat. quæst. 14. num. 100. vel Patrono, cum renunciationi habeat consentire gloss. in d. Clem. Vnic. in verbo manibus, quod si ad Capitulum spectat destitutio institutio vel præsentatio instituendi debet intimari Capitulo Congregato Canonicis vel Monachis, nec valeret intimata separatim singulis, arg. cap. in Genesi. de Elect. gloss. & DD. in cap. si Capitulo de præb. in 6. vel Resignatario vt q. sequenti concluditur, vel compermutanti, Rebuff. in praxi. tit. de reuocat. procurat. num. 4. aut illorum procuratori qui in mandato reuocando interuenerit quia ei nouum opus nunciari potest, qui in præsenti fuit Domini operi sua nomine, d. l. de Pupillo §. nunciari ff. de operis nou. nunciat. vel Notario antequam mandatum à se receptum tradiderit Rebuff. vbi supra num. 7. & tit. de sublat. Clem. literis ad finem in concord. imò etiam, credo, ipsis testibus, antequam subscripserint argum. dicti §. nunciari, ibi: Vsque adeo vt etiam fabris vel opificibus qui eo loci operantur, opus nouum nunciari possit. Vel mensulario antequam Romam miserit: quia procurator seu mandatarius est ad mittendum: ergo antequam mittat potest reuocari, l. si mandassem ff. mandati. Sed post traditionem procuratorij aut subscriptionem aut discessum cursoris non potest ista reuocatio intimari; quia functi sunt officio, & res, quoad ipsos, non est integra, & post factum opus frustra fit nunciatio, l. 1. §. 1. ff. de operis noui nunciat. vide à nobis dicenda q. seq.

QVÆSTIO XXVII.

An sufficiat intimare reuocationem resignataria absque eo quod intimetur procuratori constituto ad resignandum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator datus ad resignandum, an censetur reuocatus per intimationem reuocationis factam resignatario, & num. 6. & num.* 10.
2 *Quod dolo fit, est nullum.*
3 *In permutatione sufficit reuocationem intimare compermutanti.*
4 *Dolosus ingressus in beneficijs prohibetur.*
5 *Tacens verum, quando peccet.*
6 *Cum resignatio est simplex aut absque reseruatione intimatio debet fieri procuratori.*
7 *In resignatione, quando reseruatur pensio, debet resignatarius consentire.*
8 *Litteræ non expediuntur absque consensu.*
9 *Expeditio literarum est necessaria, quoad canonizationem gratiæ.*
10 *Sufficit intimatio reuocationis resignatario quotiès resignatio fit in fauorem.*
11 *Beneficium resignatum debet conferri resignatario. aliàs nulla resignatio, & num.* 13.
12 *Beneficium permutatum conferendum est compermutanti.*
13 *Papa non consueuit alijs conferre quàm illi in cuius fauorem fit resignatio.*
14 *Consuetum habetur pro facto.*
15 *Resignationes in fauorem, non fiebant tempore Clementis VII.*
16 *Si in instrumento reuocationis procuratoris dati ad resignandum sit præsens, & testis, resignatarius, procurator censetur reuocatus.*
17 *Negans interuenisse instrumento, an ei credatur.*
18 *Testes reprobantes instrumentum, debent esse omni exceptione maiores.*
19 *Procurator constitutus ad renunciandum in manibus Ordinarij potest reuocari.*
20 *Si instrumentum procura non est receptum à procuratore sufficit, pro reuocatione denunciare Notario.*
21 *Notarius tradens parti instrumentum reuocatum, vt falsarius puniri debet.*

VIgesimo Septimò Quæro an sufficiat reuocationem procuratoris intimare resignatario absque quo intimetur procuratori † constituto ad 1
resignandum.

Diuersæ sunt DD. sententiæ. Fel. in cap. ex parte decani. num. 15. vers. ex hoc inferri potest, ad dubium, de quo aliàs fui interogatus. de rescr. tenuit negatiuam opinionem, vt non sufficiat, sed requiratur vt intimetur procuratori.

Pro qua opinione, primò adducitur d. clem. vnica de renunc. vbi loquens de reuocatione procuratoris ad resignandum requirit intimationem faciendam procuratori, vel superiori, sed quando innotescit resignatario, neutri eorum, ergo, &c.

Sed hoc argumentum tollitur ex eo, quia debet innotescere procuratori, vel superiori, iuxta d. clem. vt aliquid non fiat ad fauorem resignatarij: vnde licet illis non innotuerit, si tamen fuerit intimata resignatario, debet sufficere: namque videtur in dolo, & per
consequens † si renunciatio fiat, erit nulla. arg. cap. cum 2
dilecti, de elect. & alio modo respondit Put. decis. 428. lib. 1. vt per eum.

Affirmatiuam tamen opinionem, quòd sufficiat intimare resignatario, tenuit Ioann. Selua in tract. de benef. in 3. par. q. 16. nu. 6. hoc idem firmat Prob. in addit. ad Io. Monac. in rub. de renun. num. 6. vbi dicit ita vidisse seruari in senatu Paris. Rebuff. in prax. d. ti. de renoc. procur. num. 5.

Pro qua opinione primò adducitur, quia in permuta-
tione sufficit, si intimatio fiat ei, cum † quo facienda 3
erat permutatio, & sic sufficit reuocationem esse notam alteri compermutanti. Lap. quem refert, & sequitur Gem. in ca. vlt. §. sane. nume. 6. ver. sed pone de procur. li. 6. ergo idem in renunciatione.

Respondeo, diuersam esse rationem, nam in permutatione, is, cum quo est permutatio facienda, gerit vicem partis. Rot. decis. 8. de procu. in antiq. sed iste habens spem in renunciatione futura, est vt extraneus, vnde non videtur quod intimatio facta ei, operetur plus quam si esset facta personæ extraneæ, ergo.

Secundò, adducitur, quia, si post intimationem factam resignatario sequatur cessio ad eius fauorem, videtur esse in dolo, tacendo dolosè reuocationem, vt pa-
tet, sed in beneficijs debet † omnis dolus abesse. cap. 4
cum dilecti. de elect. cap. dudum. §. nos igitur. de præb. Io. And. in cap. si capitulo. de concas. præb. in 6.

Respondetur, negando esse in dolo † quia tacens ve- 5
rum non peccat, nisi quando est productus vt testis Inn. & alij DD. in cap. 1. de crimi. fal. But. in cap. quia verisimile. 3. not. de præb.

Quid dicendum?

Cum hic casus fuisset propositus in Rot. in vna Salamant. Abbatiæ Sancti Saturnini, 20. Iunij 1539. coram
Io. Paulo Ptolemeo, fuit per omnes † facta distinctio, 6

Digitized by Google

aut resignatio est simplex, scilicet absque reseruatione,
& tunc non sufficit intimare resignatario, sed requiri-
tur vt fiat intimatio procuratori, & ita procedit prior
sententia, quam tenuit Felinus, qui, dum ponit exem-
plum, videtur loqui in simplici resignatione, nume. 15.
vers. ea hoc, aut verò resignatio non est simplex, vt quia
fit in fauorem alicuius reseruata pensione, aut fructibus,
7 † adeò quod resignatarius debet dare suum consensum,
& hoc casu sufficit intimare resignatario, prout attesta-
tur Mohedan. decis. 115. inci. circa intellectum Cle.
vni. in manusc.

Et ratio est, quia, cum resignatur simpliciter in fa-
uorem absque pensione, tunc non consideratur persona
resignatarij, & licet superior sibi præiudicet, est tamen
per accidens, quia sibi ita placuit: quando verò resigna-
tur in fauorem, reseruata pensione, vel reseruatis fructi-
bus, tunc eò quia resignatio non potest vires habere si-
ne facto resignatarij, ideo sufficit ei intimare. Nec ob-
stat, quòd pensio potest reseruari per Papam, absque
8 consensu, nam cum consensus sit necessarius † per regu-
lam, ideo non expediuntur literæ absque dicto con-
sensu, & quoad successores necessaria est literarum
9 expeditio, maximè quoad † canonizationem gratiæ, vt
dicam latè lib. seq.

Hoc idem fuit confirmatum in Rot. in vna Burgen.
Capellæ coram Sarnen. vltimo Ianuarij 1543. teste Mo-
hed. decis. 184. circa declarationem Cle. vnicæ. teste
etiam Put. decisione prima, de renunc. in manuscr.

Et quia hæc distinctio patitur aliquas difficultates,
& potest impugnari: ideo Rota ab ea recessit, & firma-
10 uit, † sufficere intimationem reuocationis faciendam
resignatario, quoties resignatio fit in fauorem alicuius,
tam si reseruentur fructus, aut pensio, quam si fiat sim-
pliciter in fauorem, & hanc opinionem tenuit Rot. 14.
Februarij 1543. in dicta Burgen. Cappellæ coram Sar-
nen. teste Mohedan. dic. decis. 184. circa colum. 3. te-
ste etiam Put. decis. 428. lib. 1. teste etiam Th. de Tan.
decis. 34. in manuscr. Et eandem sententiam confirma-
uit Rot. 12. Nouembris 1543. per tres sententias coram
D. Rauellen. in d. causa Salamantin. Abb. teste Mohed.
decis. 185. incip. licet supra sit, de renun. quam etiam
opinionem, vt supra dixi, firmauit Io. Sel. tract. de be-
nef. 3. par. quæst. 16. num. 6. Prob. in addit. ad Io. Mo-
nac. tit. de renun. vbi dicit, ita vidisse seruari in senatu
Parisiensi, & hæc est communis omn. D D. sententia,
à qua non est recedendum in iudicãdo, & consulendo, &
illam tenet etiam Put. decis. 428. lib. 1. Guidobon. de-
cis. 90.

Nam in resignatione, quæ fit in fauorem, tàm si fiat
reseruata pensione, quam non reseruata, debet conferri
11 † beneficium resignatum, illi in cuius fauorem facta
est resignatio, alias est nulla, Cassad dec. 3. de ren. Pro-
le. decis. 101. incipit Conche. Paleot. decis. 48. Abb.
in cap. cum pridem, de pact. & communiter D D. vn-
de persona resignatarij est considerabilis, & reputatur
pars, ex quo sequitur quòd viget ratio posita per Felin.
d. cap. ex parte decani, num. 15. vers. ea hoc inferri,
dum respondet ad contrarium de permutatione, & dicit
sufficere intimare ei, cum quo est permutandum, quia
gerit vicem partis, Rot. decis. 8. de procu. in antiq. sed
hæc ratio habet locum etiam in resignatione in fauo-
rem, ergo eadem erit in vtroque casu iuris dispositiò,
l. illud. ff. ad l. Aquil. & ita retorquet argumentum in
contrarium Io. Selu. d. quæst. 16. numer. 6. vers. tamen
12 istud mihi non placet. Accedit, quia, sicuti superior †
non potest beneficia permutata alijs conferre, quàm
compermutantibus. ca. 1. vbi omnes de rer. perm. li. 6.
13 ita Papa non † consueuit alijs conferre, quam illi, in cu-
ius fauorem fit resignatio, vt fuit pluriès resolutum in
Rot. & tradit Mohedan. tract. sig. grat. tit. resignatio-
14 nes. colum. 3. & 4. quod consuetum † debet pro facto
haberi, no. in l. apud Iulianum. §. constat, de leg. 1.

Imò Feli. in d. cap. ex parte decani, in vers. ex hoc
inferri, in contrarium allegatus, non obstat huic com-
muni conclusioni, nam loquitur in resignatione simpli-
ci non expressa aliqua persona, & ita procedere fuit de-
claratum per Ro. d. dic 12. Octobris 1543. vt tradit
Caput. d. decis. 185. & verè ponit quæstionem hoc mo-
do. Titius misit procuratorem Romam cum mandato ad
renunciandum beneficium, Sempronius accedebat ad
Curiam, vt impetraret dictum beneficium vacaturum
per renunciationem, & dum &c.

Ad tex. in d. Cle. 2. de ren. respondet Put. d. dec. 428.
li. 1. quòd tempore Clementis VII. † non fiebant resigna- 15
tiones in fauorem certæ personæ, sed simpliciter, ideo
tex. considerauit intimationem faciendam esse procura-
tori, vel superiori, sed hodie cum inualuerint istæ resi-
gnationes in fauorem certarum personarum, dicendum
est, quòd in tali resignatione militat eadem ratio, quæ
in permutatione.

Et hic erit tertius modus reuocandi procuratorem
constitutum ad resignandum in manibus Summi Ponti-
ficis.

Hinc est, quòd siquis † constituit procuratorem ad 16
renunciandum duo beneficia in fauorem Titij, & Caij,
& postea constituat alium procuratorem ad renuncian-
dum eadem beneficia in fauorem personarum bene vi-
sarum, sine clausula, citra reuocationem, in quo instru-
mento fuit testis Titius, qui est vnus ex duob. in cuius
fauorem primus procurator debebat resignare, si dictus
primus procurator resignauit in fauorem Titij, & Caij,
personarum nominatarum, resignatio est nulla, facta in
fauorem Titij, quia ipse fuit testis in secundo instru-
mento, ex quo videtur sibi intimata reuocatio, quate-
nus verò attinet ad Caium, renunciatio est valida, quia
ei non fuit intimata, ita fuit resolutum in Rot. in vna Ge-
runden. coram D. Flasconen. die 14. Ianuarij 1550. teste
Guid. decis. 90.

Et si ille, in cuius fauorem debebat renunciare pri-
mus procurator, fuit testis in secundo instrumento, in
quo fuit † constitutus alius procurator ad renuncian- 17
dum in fauorem alterius, neget hoc, & dicat quòd non
interuenit vt testis in dicto secundo instrumento, fuit
aliàs dubitatum, an valeat renunciatio facta per procu-
ratorem secundo loco constitutum, & fuit resolutum
affirmatiuè in vna Gerunden. Sacristiæ coram Oradino
5. Nouembris 1554. teste Caput. decis. 100. p. 2. quia,
cum iste habeat interesse, non est omni exceptione ma-
ior, † prout testes reprobantes instrumentum debent 18
esse, Bar. in l. 1. §. si quis negat, num. 12. in fi. ff. quem-
admo. test. aper. Ale. cons. 35. nu. 2. & 3. lib. 7. Corn.
cons. 261 lib. 4. Dec. cons. 102. col. 1. vers. propterea.
Paul. de Cast. cons. 261. num. 5. lib. 2. & communiter
DD. hoc volunt.

Si verò procurator fuit constitutus ad renunciandum
in manibus ordinarij, tunc ille procurator potest † re- 19
uocari, vt est communis opinio, quæ ex prædictis satis
expressè apparet, & intimatio dupliciter fit, vel ipsi or-
dinario, vt tradit Bonif. de Vital. in Cle. vni. nu. 38. de
ren. & probatur in d. Clem. vnica. vbi communiter DD.
vel procuratori, iuxta ea, quæ diximus suprà, & Bonif.
de Vitell. dicit intimationem reuocationis potius fa-
ciendam esse procuratori.

Si vero instrumentum procuratorium non est recep-
tum à procuratore, sufficit denunciare Notario, qui est
rogatus de illo, quòd poenituit, & ideo non expediat,
ita Rebuff. in prax. tit. de reuoc. proc. num. 9. vbi di-
cit, quod si post dictam notificationem Not. conficiat
instrumentum & tradat parti, † tanquam falsarius puni- 20
ri debet, arg. l. si fundum, C. de rei vend. D D. in l.
contractus, de fid. instrum. communiter in cap. ex par-
te de rescripr. & hoc refertur ad renunciationem fa-
ctam in manibus Papæ, & ad illam, quæ fit in manibus
Ordinarij.

Lib. 9. quæst. 27. num. 8. ibi, Ideò non expediuntur li-
teræ absque dicto consensu.

SÆpè sæpiùs eas obtinuimus sine consensu, cum dero-
gatione scilicet regulæ, illum requirentis. Et quo-

nam modo id fieri solent, aliàs suprà, lib. 6. quæst. 2. nu. 131. tradidimus.

Eadem quæst. num. 15. Ibi, Tempore clementis non fiebant resignationes in fauorem.

ET bonum esset, ne etiamnùm fierent: plures enim exindè nascuntur abusus (vt simoniam silentio prætereamus) via namque est, vt similes perficiantur resignationes, quin aut detur quippiam, aut promittatur: vel saltem dari, seu accipi speretur.

Eadem quæst. num. 20. Ibi, Tamquàm falsarius puniri debet.

DVmmodo denunciatio ipsa, debito modo facta comprobetur. Quod addendum putamus his, quæ iam suprà, quæst. 7. numero 44. huiuscæ. libri, à nobis tradita sunt.

quæst. 17. num. 10. Sufficere intimationem reuocatiónis faciendam Resignatario.

¶ QVid si aufugerit, vel lateat, vel metum incutiat? Perinde est ac si intimatio facta fuisset, Clem. vnic. de renunciat. quia pro citato habetur qui se occultat, vel impedit ne possit citari, cap. quoniam. §. verò. vt lite non contest. Clem. 1. de iudicijs. l. fulcinius. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. Sed quia hæc probatione indigerent consulerem, vt his casibus mentione facta aufugij, occultationis, aut metus huiusmodi fieret intimatio ad domicilium iuxta l. 1. §. permittit. ff. de agnosc liber. l. scire oportet. §. multa. de excusat. tut. Clem. causam. de elect. & ordinationem Francisci primi de anno 1539. art. 9. alloquendo domesticum, si quis sit, aduisum tamen, vel etiam vicinum, vt de citatione ait Charundas in pandect. lib. 4. p. 1. cap. 7. vel affigendo exemplum reuocationis in valuis domicilij, vel si nullum sit aut remotum in valuis Ecclesiæ beneficij resignati, vel etiam Cathedralis vt habetur in dicta Clem. causam, etiam impetrata, si libet, Iudicis venia, vt de absente citando docet Imbert. instit. forens. lib. 1. cap. 6. num. 1. vel alias publicando reuocationem ad domum vel alterutram Ecclesiam, vt dicitur in eadem Clement. Et præmissa, vt resignatio possit reuocari in persona Resignatarij, intellige de resignatione ad fauorem: Secus verò de resignatione simplici & pura, quæ non impeditur per reuocationem futuro ea resignatione, huiusmodi collatario intimatam, Selua de benef. part. 3. qu. 16. Rosiniac. de re sacerdot. lib. 2. cap. 24. (quamuis idem in ipso voluerit Philippus prob. rubric. de renunciat. ad Ioan. Monach.) limita nisi renunciatio simplex facta fuerit in Curia Romana; quia censetur ad fauorem, flamin. supra lib. 1. q. 2. num. 13.

QVÆSTIO XXVIII.

An procurator datus ad resignandum, possit præstare consensum, non obstante quod per litteras constituens eo, prohibuit.

SVMMARIVM.

1 *Procurator certioratus à domino, vt nihil faciat vsque ad nouas literas, non potest interim resignare.*
2 *Procurator, qui porrexit supplicationem, superuenientibus literis resignantis non debet præstare consensum.*
3 *Resignans etiam pœnitere potest post signatam supplicationem & datatam.*
4 *Mandatum expirat morte mandantis.*

VIgesimo octauò Quæro, si procurator, qui habuit mandatum ad renunciandum, recipiat literas à constituente, in quibus dicatur, quòd de negocio resignationis nihil aliud faciat, nisi denuo certioratus fuerit, an possit, hoc non obstante, resignare, & præstare consensum resignationi, vel sufficiat hoc loco intimationis reuocationis procuratoris. Omissa disputatione, Affirmatiua † opinio 1
est verior, vt hoc sufficiat loco intimationis, quia per illa verba posita in dictis literis, voluntas, licet non sit reuocata, cessat tamen vsque ad nouas literas, vt latè explicat Ias. in l. centesimis. §. si ita stipulatus. n. 14. vers. tamen. ff. de verb. oblig. & secundum hanc opinionem fuit iudicatum in Rot. teste Cardin. S. Crucis, decis. 131.

Ideò non debet vlterius procedere, donec habuerit alias literas, & in hoc resident communiter D D. & communiter practicatur.

Ampliatur hæc conclusio procedere † etiam si illæ 2
literæ peruenerunt ad manus procuratoris, post quam porrexerat supplicationem, & supplicatio fuerat signata, ac datata, namque post receptionem dictarum literarum non potest vlterius procedere, & ad præstandum consensum formalem deuenire, ita dictum in Rot. in vna Segobien. de villa castri coram Pelegrino teste eodem decis. 127. lib. 1.

Namquè communis opinio, & recepta ab omnibus, se habet, vt resignans possit pœnitere, etiam post signatam supplicationem, & datatam, vt pluries fuit resolutum in Rota, & seruatur in praxi. 3

Et per consequens simoniacè resignans, beneficium vacat per mortem eius, vt fuit etiam decisum in vna Mantuana, vt per Crescent. decis. 37. libr. 1. in recoll. manuscr. nam mandatum factum alicui, vt nihil faciat, nisi mandatario de nouo certiorato, † expirat morte 4
mandantis, nec Mandatarius aliquid facere potest, nisi adsit noua voluntas mandantis, Alex. in l. centesimis. §. 1. vbi Ias. late num. 14. allegans concordantes. ff. de verb. obliga. & est communis opinio, ac secundum eam fuit resolutum in Rot. in d. Segob. de villa Castri, coram D. Vestano, 29. Apr. 1552. teste Caput. decis. 139. p. 2. Non obstat doctrina Bal. in l. post dotem, col. 2. ff. solut. matr. quia reprobatur ab omnibus, vt ibi fuit dictum.

Lib. 9. quæst. 28. numer. 1. Ibi, Et hoc sufficiat loco intimationis.

IDem si literæ, non ab ipso constituente, sed à Mensulario committente promanauerint, Nam nec tunc debet procurator vlteriùs progredi in negotio, si probus & fidelis Respondens dici, & reputari velit. Nec meminimus, non vnquam Respondentibus nostris, Dominis Coyrenot, Oliuario, Bardouil, Debrue, Eschiuard, Lepautre, & Daffincourt, aliquid quod prouisionum expeditiones concerneret, scriptis mandasse, quin ab ipsis (quoad illorum fieri potuit) satis nobis & partibus factum fuerit.

Eadem quæst. num. 3. Ibi, Et per consequens simoniacè resignans beneficium vacat per mortem.

QVia scilicet talis resignatio censetur non admissa, ex quo illam admittens, simoniam ignorauit. Neque enim verisimile est, illam admisisse Superiorem, si ipse de simonia certus fuisset. Vt notanter tradit Crescentius decis. 4. sub tit. de simonia. Actus enim agentium, vltra eorum intentionem operari non debent l. non omnis. ff si cer. pet. vide insuper à nobis dicta lib. 1. qu. 3. num. 99. ¶ Nimis defunctoriè Duelosio excidit hæc adnotatio; non enim in textu auctoris legi debuit simoniacè resignans, sed benè si moriatur resignans, vt ex sensu & constructione grammaticali verborum, ac ipso materiæ contextu clarè liquet.

QVÆSTIO XXIX.

An procurator censeatur reuocatus eo, quia resignans constituens effectus sit furiosus.

SVMMARIVM.

Procurator ad resignandum morte reuocatur.

Digitized by Google

2 *Furiosus habetur pro mortuo.*
3 *Renunciare est donare.*
4 *Furiosus non potest donare, & alienare.*
5 *Tempus dati mandati inspicitur.*
6 *Furiosus non potest constituere procuratorem ad resignandum.*
7 *Procurator ad resignandum an censeatur reuocatus, si principalis effectus fuerit furiosus.*
8 *Mortuo principali, procurator ad resignandum quando censeatur reuocatus.*

VIgesimonond quæro, si resignans qui dedit mandatum ad renunciandum, effectus sit furiosus, an per hanc superuenientiam furoris censeatur reuocatus procurator?

Pro affirmatiua, adducitur primò, Procurator datus
1 ad resignandum † reuocatur per mortem, Crescent. decis. 169. alias 272. lib. 1. Thom. de Tao. decis. 106. in
2 manuscript. & communiter DD. sed furiosus † habetur pro mortuo, l. 1. §. sed furiosus, ff. de acq. poss. l. 2. §. furiosus, ff. de iur. codic. Spec. tit. de test. §. 1. num. 88. Card. Paris. cons. 99. numer. 15. & cons. 110. nume. 13. vol. 2. Tiraq. in tract. de pæn. temp. aut remitt. causa 3. numer. 2. & 3. & communiter DD. vt per Mascard. de prob. concl. 828. num. 13. ergo per superuenientiam furoris reuocatur procurator sicut per mortem.
3 Secundò adducitur, quia † renunciare est donare, iuxta commuoes regulas, & conclusiones supra relatas,
4 sed furiosus † non potest donare, & alienare validè, cum careat sensu, & intellectu, l. in negociis contrahendis, & l. Furiosi, vbi plenè Dec. ff. de reg. iur. l. nec ignorans. C. de don. l. sanum, C. de trans. Fulgos. cons. 80. Quidam. colum. 2. Alex. cons. 139. colum. 3. & 4. lib. 1. cum aliis, vt per Card. Paris. cons. 87. numer. 10. cum seq. vol. 3. ergo, &c.

Pro negatiua adducitur, quia inspicitur tempus dati
5 mandati ad renunciandum, & ad illud † renunciatio retrotrahitur. Abb. in cap. sollicitè, colum. antepen. de rest. spol. Lap. Ferr. cons. 93. num. 1. Menoch. in tract. de recup. posse. remed. 1. nu. 274. & communiter DD. sed illo tempore resignans erat habilis: nam nondum erat effectus furiosus, cum furiosus non possit constitue-
6 re procuratorem † ad renunciandum, Card. Paris. cons. 15. num. 9. cum seq. volum. 4. & dixi supra, ergo.

Quid dicendum?

7 Distinguendum existimò, aut † procurator inceperat; puta quia porrexerat supplicationem, quæ fuit signata, & datata, & hoc casu vera est posterior sententia, vt per superuenientiam furoris non censeatur reuocatus, & per consequens poterit vlteriùs procurator procedere, scilicet præstare consensum formalem. Aut vero procurator non incœperat aliquid facere, & hoc casu verior est prior sententia, vt censeatur reuocatus per superuenientiam furoris, & ita distinxit Rot. cum hic casus accidisset, ita resoluendo in vna Messan. coram Fabio, 2. Octobris 1558. teste cod. decis. 29. in manus. Ita in simili, si fuit datus procurator ad resignandum, & dictus procurator porrexit supplicatio-
8 nem, & postea † moriatur procurator non censetur reuocatus, & poterit consensum formalem præstare, secùs vero, si nihil fecit, vt fuit resolutum in vna Senon. parochialis cocam D. Martino de Spinosa 1513. teste Cassadi decis. 1. de renunc. C. in alia Palent. scolastria, coram Cumano, vt latè per Put. decis. 83. & 91. lib. 2. de qua re dictum fuit supra latè. Et hæc opinio communiter seruatur in praxi, vt audiui.

Lib. 9. quæst. 29. num. 7. ibi, Ita in simili.

ERgo superuenientia furoris, eundem prorsus, aut similem (quoad hoc) operatur effectum, quem superuenientia mortis operaretur. ¶ Vide à nobis dicta supra hoc lib. q. 24. & q. 25.

QVÆSTIO XXX.

An procurator datus ad resignandum censeatur reuocatus per dationem alterius.

SVMMARIVM.

1 *Procurator primus censetur reuocatus per constitutionem secundi.*
2 *Renunciatio secundo facta per alium procuratorem valet, si prima facta per alterum, fuit facta in fauorem mortui.*

TRigesimò, quæro de casu pulcherrimo. Quidam constituit procuratorem ad renunciandum in fauorem Titij, postea constituit alium procuratorem sine clausula citrà reuocationem, ad resignandum in fauorem Caij. Iste; secundus procurator porrexit supplicationem, resignando in fauorem Caij, qui eo tempore erat mortuus, vnde hoc forsan sciens primus procurator resignauit in fauorem Titij. Quæritur an hæc secunda resignatio valeat.

Et quidem videtur dicendum non valere, primò quia
per constitutionem secundi procuratoris † mutauit vo- 1
luntatem, l. si quis cum procurator, §. vlt. ff. de procur. cum aliis, vt per DD. communiter in locis præallegatis, ergo, &c.

Hoc tamen non obstante, † cum hic casus accidisset, 2
& fuisset propositus in Rota, contrarium fuit resolutum, vt valeat dicta renunciatio, facta per primum procuratorem, in vna Gerunden. Canonicatus die 22. Iunij 1554. teste Guidobon. decis. 91. in manuscr. quia licet, vt dictum est, per constitutionem secundi procuratoris mutauerit voluntatem, non tamen simpliciter mutauit voluntatem, sed conditionaliter, si resignatio facienda per secundum procuratorem secundo loco constitutum fuerit valida, quia voluit hanc secundam personam potiùs habere quam primam, sed cum inualida extiterit, ergo adhuc durauit prima voluntas, arg. l. quod si alij, ff. de adim. legat.

Lib. 9. quæst. 30. numer. 2. ibi, Contrarium fuit resolutum.

ET benè, nam voluntas resignandi, semper (saltem in genere) durauit. Si ergò per secundam constitutionem impleri validè non potuit, æquum est vt ad minus, per priorem adimpleatur. Neque enim posterior (quæ obstante resignatarij morte, effectum sortiri iure nequiuit) impedimento fuit, quominus prior, illum sortiatur, cap. non præstat de reg. iur. in 6.

quæst. 30. num. 2. Non tamen simpliciter mutauit voluntatem sed conditionaliter si resignatio facienda per secundum procurarorem fuerit valida.

¶ HOc à dispositione iuris videtur alienum si enim institutus in posteriori testamento hereditatem capere non potest, nec instituti in priori capient, l. cum quidam. ff. de his quæ vt indig. Sed aduertendum per tale posterius testamentum non reuocari primum, vt dicitur expressè in d. l. sed in eius speciali casu heredibus prioris testamenti hereditatem auferri, vt indignis, qui non habuerunt ait textus, supremam defuncti voluntatem; quia scilicet testator ibi mutauit voluntatem, non vt heredi in secundo testamento instituto quem sciebat inhabilem deferret hereditatem, sed vt heredibus in primo institutis auferret, vt aduertit Cuiac. libr. 16. quæst. Papin. at generaliter & in dubio non præsumitur testator à priori testamento recedere, nisi sub conditione quod posterius valeat, Automn. ad l. pupillus ff. de auctor. & cons. tutor. vnde quia testator secundis tabulis filiam curatoris sui hæredem instituerat, Senatus Tolosanus solemni placito priores valere pronunciauit, Mayn. libr. 6. cap. 30.

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXI.

An procurator datus ad resignandum cum iuramento, de non reuocando, possit reuocari non obstante huiusmodi iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad resignandum cum iuramento de non reuocando, potest nihilominus reuocari & num. 16. & num. 18.*
2 *Procurator cum iuramento de non reuocando in qualibet materia, potest reuocari.*
3 *In spiritualibus non cadit interesse.*
4 *Actus contra iuramentum quando sit nullus. & num. 11. & num. 12. & 24.*
5 *Beneficia liberè conferenda.*
6 *Quis potest se iuramento ligare.*
7 *Communis opinio ex num. Doctorum.*
8 *Exemplis non est iudicandum.*
9 *Procurator ad permutandum cum iuramento de non reuocando, non potest reuocari.*
10 *Aliud est constituere procuratorem ad resignandum simpliciter, & aliud causa permutationis.*
11 *Quidquid fit aduersus iuramentum præstitum est inualidum.*
12 *Actus super quo iuratur, qui aliàs est illicitus, si ei contrauenatur est nullus.*
13 *Periurus est contrauenient iuramento, quãuis actus sit validus.*
14 *Quod à principio est voluntarium, ex post facto est necessarium.*
15 *Ex iuramento oritur obligatio.*
16 *Ex iuramento de non reuocando procuratore nascitur obligatio.*
17 *Papadat beurfi cia, & non resignans.*
18 *Procurator datus ad renunciandum beneficium cum iuramento de non reuocando potest reuocari.*
19 *Consuetudo, Vt procurator non possit reuocari, non valet.*
20 *Procurator constitutus cum iuramento ad extinguendum regressum potest reuocari.*
21 *Periurus, ob reuocationem procuratoris non priuatur regressu.*
22 *Potest reuocari procurator, non obstante pacto de non reuocando*
23 *Procurator ad præsentandum potest reuocari.*
24 *Tunc actus gestus est nullus contra iuramentum, quotiès est illicitus.*
25 *Iurans non reuocare testamentum, potest illud reuocare.*
26 *Diuisio potest fieri, non obstante iuramento.*
27 *Episcopus potest reuocare Vicarium, non obstante iuramento.*
28 *Promittens cum iuramento non alienare, si alienet tenet alienatio.*
29 *Iurans non contrahere matrimonium, si postea contrahat, valet matrimonium.*
30 *Iurans non fideiubere, non mutuare, non acceptare Episcopatum, non intrare Monasterium, potest postea hæc facere, non obstante iuramento.*
31 *Faciens contra iuramentum, efficitur periurus.*
32 *Faciens contra iuramentum ex causa iusta, non efficitur periurus.*

TRigesimo primò quæro, an possit reuocari procurator constitutus ad resignandum cum iuramento de non reuocando. Duæ sunt DD. senten-
1 tiæ. Affirmatiuam † opinionem tenuit. Fed. de Seo. quem refert, & sequitur Gemin. in cap. vlt. §. vlt. num. 5. de procur. in 6. Boër. dec. 207. num. 2. Mohed. dec. 187. colum. 3. incip. dubium fuit, & hanc dicit communem opinionem Ioan. de Selu. quem refert Gabriel. de iur. concl. 2. numer. 22. vers. contrarium.

Ad quam probandam primo adducunt, quia procurator constitutus in qualibet materia, cum iuramento de
non † reuocando, potest, non obstante iuramento, re- 2
uocare, Glo. in cap. vlt. ver. reuocatus, de procur. in 6. quam sequitur Lap. Gemin. Anchar. & Franc. Bar. in locum precario. ff. de preca. Angel. in leg. & in perpetuum. ff. de procur. & in l. Stichum, §. vsumfructum. Et ibi Imol. ff. de sol. Alex. cons. 18. numer. 7. lib. 6. & cons. 29. in 4. dubio, lib. 5. Angel. cons. 125. Punctus est talis. Decius cons. 475. num. 18. Card. Paris. cons. 69. num. 139. volum. 3. & hæc opinio seruatur in praxi, vt tradit Fel. in d. cap. ex parte, num. 23. in fin.

Sed huic argumento potest responderi, procedere in prophanis, in quibus potest cadere interesse, vt tradit Rot. decis. 8. de procur. antiq. secus autem in spi-
ritualibus, in quibus non † cadit interesse, l. 1. C. si 3
mancip. ita alien. fue. ideo vitiatur actus † contra iura- 4
mentum, Cran. cons. 570. in fin. Bursat. 379. numer. 6. volum. 4. nec obstat cap. si inter de sponsal. quia ibi erat talis actus qui bono modo non erat retractabilis, & ideo non obstante iuramento tenet actus.

Secundo, ex alia ratione mouetur, quia, beneficia
liberè † debent conferri, & resign. debet esse etiam li- 5
bera, iuxtà communem conclusionem, de qua suo loco dicetur, at si interueniat iuramentum, non videtur libera renunciatio, sed quasi species simoniæ: ergo.

Sed huic etiam rationi potest responderi, quòd à principio renunc. debet esse libera, sed ex post facto, ex quo resignans libere consensit resignat. faciendæ, vt
fiat renunciatio potest se iuramento ligare † cap. cum 6
inter, cum ibi not. per Innoc. de ren. idque non reperitur reprobatum, neque continet speciem simoniæ, vt tradit Rot. d. decis. 8. num. 4. de procur. in antiq.

Negatiuam tamen opinionem, quòd talis procurator constitutus ad resignandum cum iuramento de non reuocando non possit reuocari, tenuit Felin. in d. cap. ex parte Decani. numer. 13. vers. considera, 1. de rescr. Idem Felin. in cap. cum accessissent, colu. 6. de const. Sarnen. de anna. quæst. 40. in princ. Rebuff. cons. 93. num. 34. cum sequenti.

Pro qua opinione primo adducitur doctrina Alberici, in l. si procuratorem. in pen. colum. vers. quòd si in literis. ff. de procurat. vbi vult, quòd iurans non reuocare procurat. non possit illum reuocare, & refert, ita obtinuisse, & ita conclusum fuisse attestatur Cappel. Tholos. qu. 251. quam opinionem tenent multi DD. citati per Gabriell. de iure iur. 2.

Sed huic argumento respondetur, quòd in contrarium est communis opinio, vt apparet ex DD. allegatis suprà in primo fundamento contrariæ sententiæ, vt
licet colligere ex pondere, & num. iuxta ea, quæ † 7
scribit Ias. cons. 94. colum. 2. lib. 3. Nec refert, quod dicat Albericus ita obtinuisse, super quo magnum facit
fundamentum Fel. quia exemplis † non est iudicandum, 8
l. omnium, C. de sent. & inter l. omn. iud. Fran. in cap. cum speciali, num. 10. de appell. Card. Paris. cons. 32. numer. 30. volum. 2. Cephal. cons. 320. num. 13. vol. 1.

Secundò, adducitur decis. 8. de procurat. in antiq.
vbi refert fuisse decisum, procuratorem † constitutum 9
permutandum & resignandum beneficium causa permutationis cum iuramento de non reuocando, non posse ratione iusti iuramenti reuocari, ergo idem erit in procuratore constituto ad resignandum.

Huic etiam argumento Respondetur, loqui in procuratore constituto ad permutandum, secus in procuratore constituto ad resignandum simpliciter, vt tradit Boër. qui ita intelligit, & declarat hanc decisionem dict. decis. 207. nume. 1. in prin. & dat rationem diffe.
quia aliud † est constituere procuratorem ad resignan- 10
dum simpliciter, & aliud ad permutandum, Collect. in cap. cum olim, quæst. vlt. de rer. permut.

Tertiò, Adducitur, quia † quis non potest contraue- 11
nire iuramento, & quidquid fit aduersus iuramentum præstitum, est inualidum, Innoc. in cap. dilecto, de

præb. Archid. in cap. pen. de rescr. in 6. D. Thom. 1. 2.
quæst. 100. art. 8. Oldrad. cons. 127. Fulg. cons. 210.
Burs. cons. 342. colum. 2. volu. 4. & est communis DD.
sententia, vt per eundem Bursat. cons. 379. numer. 6.
eod. volum. 4. & latissimè per Gabriel. de iur. iur.
conclus. 5.

Sed huic etiam rationi potest responderi, quòd ea
quo licita est pœnitentia in hac materia, iuxtà commu-
nes & vulgatas conclusiones, erit licita etiam hoc ca-
su, quamuis incurratur periurium, Gabriel. de iur. iur.
concl. 1. num. 17. & seq. non autem annullatur actus,
11 nam, vbi actus, † super quo iuratur, est alias illicitus
ea iuris communis dispositione, vt alienare res dotales,
& similia, tunc, si contraueniatur, actus erit nullus,
si vero non est à iure communi prohibitus actus, sed
licitus, & pendeat à libera voluntate agentis, vt non
condere testamentum, reuocare procuratorem, & simi-
13 lia, hoc casu contrauenicns † est periurus, actus autē su-
stinetur, Abb. in cap. intellectus, de iur. iur. Ioan. And.
in reg. quod semel, de reg. iur. in 6. Imol. in cap. cum
contingat, de iur. iur. late. Alexand. cons. 16. nume. 3.
vbi Paris. in addi. libr. 3. Idem Alexand. in l. duobus.
§. vlt. de iur. iur. vbi attestatur de communi Ant. Ga-
briel. de iur. iur. column. 2. numer. 3. 5. 17. & seq. de
communi etiam attestatur Bursat. cons. 379. nume. 13.
volum. 4.

Quartò, Adducitur, quia quod à principio est volon-
14 tatis, ex post facto est necessitatis, † vulg. l. sicut. C. de
act. & oblig. & ea hac ratione mouetur Albericus.

Sed huic quoque potest responderi, quòd attenta hac
ratione non posset reuocari procurator etiam si fuisset
constit. sine d. iuramento, sed dicto casu nullus dubi-
tabat posse reuocari, & in eo communiter DD. resi-
dent, ergo sequitur, quòd prima ratio non applicatur
casui nostro, cum contrarium reperiatur receptum in
praxi.

Quid dicendum?

Bald. videtur distinguere in Rub. de procur. extra,
15 colu. 5. post princ. vers. periurium, Aut iurauit † sim-
pliciter, & hoc casu potest reuocari, & procedit prior
sententia, aut promisit resignatario, cum iuramento de
non reuocando talem procuratorem, & hoc casu non
potest contrauenire eum reuocando, quia ex tali iura-
16 mento oritur † obligatio, l. si quis maior, C. de trans.
cum ibi not. per DD. communiter, quod videtur fir-
mare Ias. cons. 221. colum. 2. in fi. lib. 2. Gram. cons.
ciuili. 31. nu. 15.

Hæc distinctio mihi non probatur, sicuti neque pro-
batur Ias. in l. si non sortem, §. si centum, colum. 3. in
princ. de cond. indeb. & Boer. d. decis. 207. numer. 3.
dicentibus esse arduam, & contra Gloss. in d. cap. vlt.
de procur. quæ in praxi seruatur, eò magis in casu quæ-
17 stionis nostræ, namque non pars † concedit beneficium,
sed Summus Pontifex, vt est communis, & obseruata
sententia omnium DD. vnde, &c.

Quare ego concludo, veram esse priorem sententiam,
procuratorem datum ad renunciandum beneficium
18 cum iuramento † de non reuocando posse reuocari, à
qua tanquam communi non recedendum in iudicando,
& consulendo, & hanc esse communem attestatur Vil-
lalob. com. op. vers. procurator. num. 322. Bursat. cons.
393. num. 21. vers. 2. & ita vidi seruari in praxi, vt non
solum in hac materia beneficiali, sed etiam in quacum-
que materia procurator datus cum iuramento de non
reuocando, possit reuocari, vt tenent DD. magis com-
muniter, quos citaui suprà. Quibus addo Roma. in l.
alia. §. eleganter. in fin. circa med. ff. solut. matrimo.
Ias. in l. duobus §. vlt. columna 2. ff. de iur. iur. & in
l. si quis ita. §. ea lege, numer. 24. ff. de verb. oblig.
Ruin. cons. 69. lib. 3. nume. 14. vbi dicit de communi.
& cons. 109. numer. 26. lib. 4. Idem Ruin. cons. 54.
numer. 15. libr. 1. Cardin. Paris. cons. 8. colom. vlt.
volum. 4. Crauett. cons. 191. colum. 2. Soc. Iun. cons.
44. numer. 26. libr. 2. Curt. sen. cons. 69. colum. ante
penul. in fi.

Adeò, vt non valeat † consuetudo in contrarium, vt 19
per Roccb. de Curt. in cap. vlt. col. 57. de consuet.

Et ideo, si quis constituit procuratorem ad extin-
guendum regressum cum iuramento, potest nihilomi-
nus illum † reuocare, ita tentum fuisse attestatur Achil. 20
de Grass. decis. 3. de regress. in manuscript. vbi etiam
dubitabatur an esset † priuatus regressu, cum ex tali re- 21
uocatione incidisset in periurium: fuit resolutum ne-
gatiuè, idque valdè notandum erit. Ita si quis consti-
tuit procuratorem cum pacto de non reuocando, pote-
rit tamen illum reuocare, † non obstante dicto pacto. 22
cap. vlt. vbi Gloss. de procur. lib. 6. Bart. in l. cum pre-
cario. ff. de precar. Ang. cons. 225. punctus talis. Abb.
in cap. edocert, de rescr. vbi Fel. nume. 20. idem Felin.
in cap. si diligenti. numer. 44. in 9. fallit. de for. comp.
Bursat. cons. 379. lib. 4. vbi consuluit, procuratorem † 23
datum ad præsentandum posse reuocari.

Et ratio est, quia tunc est nullus actus gestus contra
iuramentum, quotiès est † illicitus ea dispositione iu- 24
ris. cap. intellectu. de iur. iur. cap. mulieres, eo. tit. in
6. Host. in cap. cum contingat. eo. tit. extrà. Bald. cons.
134. lib. 1. cum aliis cumulatis per Gabriel. de iur. iur.
concl. 2. num. 1. si autem erat licitus alias, tunc actus
gestus contra iuramentum non est nullus, vt dixi suprà,
& est communis opin. teste Alex. in l. duobus, §. vlt. ff.
de iur. iur. vbi Aret. cum aliis cumulatis per Gabriel.
d. concl. 1. num. 3. vbi etiam attestatur de communi,
sed reuocare procuratorem est actus licitus. Clem. 1.
de ren. ergo, &c.

Hinc iurans † non reuocare testamentum, si illud re- 25
uocet, valet reuocatio. Ioan. And. in reg. quod semel.
colu. pen. de reg. iur. in 6. Pet. de Anch. in cap. sicut.
colum. 1. de spons. Abb. cons. 41. colum. 2. lib. 2. Bald.
cons. 22. libr. 1. Oldrad. cons. 156. Corn. cons. 272.
colum. vlt. lib. 2. Marian. Soc. iun. cons. 44. num. 25.
vbi dicit hanc communem, libr. 3. Boer. decis. 204.
num. 18. Ruin. cons. 207. col. vlt. libr. 1. cum aliis infi-
nitis, quos ad hoc congerit, & citat Gabriel. d. con-
clus. 1. de iur. iur. num. 8.

Hinc si quis iurauerit † non diuidère, valet diuisio 26
postea facta, non obstante iuramento, Alex. cons. 18.
colum. 1. libr. 2. Curt. sen. cons. 69. column. antepen.
in fi. communis opinio, teste Ruin. cons. 54. colum. 3.
lib. 2. & cons. 69. numer. 26. lib. 3. Tiraquell. de iur.
primog. quæst. 78.

Hinc Episcopus † promittens non reuocare vicarium 27
cum iuramento, potest illum reuocare. Ioan. Andr.
& Ant. de Butr. in cap. tua, circa fi. de off. vica. Prob.
in addit. ad Ioan. Menocb. in cap. vlt. de procur. li. 6.
Boër. decis. 347. & communiter DD. vt alias scripsi.

Hinc, si quis promittit cum iuramento non aliena-
re, si alienet † tenet alienatio. Innoc. in cap. dilecto. 28
colum. 2. de præb. Abb. in cap. intellecto. column. 2.
de iur. iur. Ferra. caut. 48. Franc. in cap. licet mulieres
colum. 2. de iure iur. in 6. Oldrad. cons. 127.

Hinc, si quis iurauit non contrahere matrimonium
cum aliqua muliere, valet † matrimonium cum illa pó- 29
stea contractum, Bart. in l. omnes populi. numer. 32.
ff. de Iust. & iur.

Hinc iurans † non fideiubere, non mutuare, non da- 30
re eleemosynam, non suscipere ordines sacros, non
acceptare Episcopatum, non intrare religionem, & si-
milia ad quæ iurans non tenebatur, potest, iuramento
non obstante, hæc facere. Paul in 4. di. q. 1. colum. 4.
Couar. de pact. in 6. 2. par. Relect. §. 6. num. 7. Menoc.
de recup. poss. 1. rem. num. 289. Nauar. in manu. c. 12.
num. 16. communis opinio teste Ioan. Guterio in tract.
de contract. iuris c. 72. nu. 5.

Bene verum, quòd reuocans † dictum mandatum 31
procuratorium efficitur periurus, vt tradunt commu-
niter DD. supra citati tùm in hac materia, tùm etiam
in aliis, vt supra, & est communis opin. teste Burs. post
Gab. d. cons. 379. num. 17.

Limita,

Limita, nisi reuocauerit ex aliqua iusta causa, nã tunc
32 nullum incurrit † periurium ita Bocr. d. decis. 107.
numer. 3. column. 2. in fin. ad quod allegat Gem. & Franc. d. cap. vlt. Fed. de Sen. Alber. & alios, vt per eum.

Ex quibus omnibus colligitur solida, & vera conclusio ab omnib. recepta, post intimatam reuocationem, procuratorem non posse vlterius procedere, & si procedit, nulliter facere; namque nullius roboris est omne illud, quod fit postea, vt pluriès per Rot. fuit decisum. Non autem quod antea factum erat, vt est communis DD. omnium sententia.

Hinc est, quòd aliàs dubitabatur, quia fuit constitutus procurator ad consentiendum pensioni, in euentum, quòd N. cedat in mei fauorem, procurator consenserat in Camera, ex quo N. cessit, sed quia cessio fuit facta reseruato regressu, & ob id nulla principalis in Camera reuocauit procuratorem suum, quo facto N. simpliciter cessit, an pensio sit valida? fuit resolutum coram Pisaurien. esse validam, teste Crescent. decis. 105. lib. 1. in manuscr. in vna Valentin. pensionis.

Et ratio est, quia reuocatio non operatur, vt quod per prius fecit procurator non valeat, namque consenserat eo tempore, quo mandatum durabat, & erat validum, non obstat, quòd mandatum erat conditionale, si N. cedat, quia N. cessit antequam procurator fuisset reuocatus, & non est necessarius consensus vtriusque, quod vno & eodem tempore præstetur.

Et vt nihil remaneat intactum, placuit aliam quæstionem proponere. Si quis dedit mandatum ad renunciandum, & posteà illud reuocauit in Cancellaria, & Camera, & eadem die renunciatio fuit facta, an reuocatio mandati censeatur præcedere renunciationem. Quidam dicebant quòd non, propter præsumptionem, cap. super hoc. de renunc. Contrarium tamen tenuit Rot. 2. Octobris 1526. coram D. Martino, teste Gammar. decis. 58. 1. quia onus probandi reuocationem procuratoris incumbit resignanti. d. Clem. 1. de ren. Secundò quia, qui dicit renunciationem, fundat se super tempore, quod probare debet, 3. quia præsumitur pro validitate actus. 4. accedit ratio efficax, quia facta reuocatione, bullæ non solent expediri.

Non obstat præsumptio d. cap. super hoc, quia respondetur, non habere locum, quando certi sumus.

Libr. 9. quæst. 31. numer. 32. Versic. hinc est. Ibi, Teste Crescentio decis. 105. in manuscriptis.

IN impressis verò Marpurgi Cattorum, de anno Domini 1602. est decisio 5. sub tit. de procuratoribus fol. 21. & est pulcherrima decisio, tu, si libet, illam videto.

quæst. 31. numer. 32. Reuocauit in Cancellaria & Camera.

¶ IDeo resignatio reuocationem præcedere censetur, nisi contrarium probetur, quia facta reuocatione bullæ non solent expediri, aut signaturæ relaxari: Sed quia hæc ratio cessat vbi reuocatio non fit in Cancellaria & Camera, sed intimatur procuratori, vel Resignatario, dico in his casibus pro reuocatione præsumendum: tum quia resignans certat de damno vitando, & sic fauorabilior Resignatario, qui certat de Lucro captando: tum etiam quia non eodem die quo data capitur porrigitur & signatur supplicatio, & consensus formalis præstatur, sed post dies aliquot à data capta ista peraguntur, vt praxis docet. & in consequens cum porrectio datam captam subsequatur & porrectionem ac signaturam consensus, validaque sit reuocatio facta & intimata ante consensum, prior ipso consensu præsumetur si data intimationis sit eadem, quæ ipsius resignationis.

QVÆSTIO XXXII.

An per priuationem censeatur reuocatus Procurator datus ad Resignandum, & quid de translatione.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad resignandum, per priuationem reuocatur.*
2 *Priuatus quoad illud beneficium dicitur mortuus.*
3 *Mors ciuilis æquiparatur naturali.*
4 *Procurator morte reuocatur.*
5 *Translatione reuocatur procurator datus ad resignandum.*
6 *Resignatio facta eadem die reuocationis, valet.*

TRigesimo secundò quæro, an cesset mandatum
per priuationem resignantis? Communis opinio
est affirmatiua, ita Cardin. Paris. cons. 5.
num. 44. vers. ex istis, volumine 4. vbi † vult, 1
procuratorem constitutum ad resignandum beneficium,
censeri reuocatum per priuationem principalis de illo
beneficio, hoc idem vult Iason cons. 56. colum. penult.
num. 15. & seq. lib. 3. cum scribit, non valere renunciationem
Episcopatus factam per procuratorem habentem
speciale mandatum, postquam erat priuatus
suus principalis, & hanc opinionem sequitur Rebuff.
cons. 93. num. 14. & communiter ab omnibus recipitur,
& practicatur. Et ratio est, quia † priuatus, quoad il- 2
lud beneficium, dicitur mortuus ciuiliter, vt commu-
niter volunt Canonistæ; mors autem † ciuilis æquipa- 3
ratur naturali, cum operetur eundem effectum quem
naturalis. DD. in cap. cum sit, de conuers. coniug. Gl.
& DD. in cap. susceptum, de rescr. lib. 6. DD. in l.
Gallus. §. & quid si tantũ ff. de li. & posth. Cyn. & Bal.
in l. Deo nobis, C. de Episcopis & cler. & Imol. &
Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. Bart.
& alij in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. oblig.
Card. Paris. cons. 67. num. 18. volum. 4. sed morte na-
turali † extinguitur mandatum. Clem. vlt. de procur. 4
ergo & ciuili.

Et sic per priuationem procurator impeditur procedere vlteriùs, cum mutata sit conditio resignantis, & ex defectu potestatis, vt optimè explicat Paris. d. consil. num. 44. idque non habet dubium.

Idemque erit per † translationem; nam dispositio 5
Clem. vlt. de procur. habet locum etiam in priuatione, & translatione, vt etiam his casibus procurator reuocetur propter identitatem rationis, & quia satis hoc ibi exprimitur, vt dicit Zenzel. & ita fuit determinatum per omnes de Rot. vt habetur in dec. 28. de procur. in nouis.

Ex omnibus igitur his, quæ dicta fuerunt à quæst. 24. vsque ad hanc de reuocatione procuratoris, collige infrà scriptas conclusiones, communiter receptas. Quarum prima erit. Procuratorem datum ad resignandum reuocari morte resignantis, si nihil fecit in vita ipsius constituentis, vt plenè est dictum d. q. 24.

Secunda procuratorem ad resignandum posse reuo-
cari idque fieri intimando in Camera & Cancellaria,
aut procuratori, vel resignatario, vt diffusè dixi suprà
quæst. 25. 26. & 27. & postea non posse procuratorem
vlteriùs agere & procedere, vt sæpius fuit per Rotam
decisum, de qua re latè suprà. Vnum autem non omit-
tam, quòd si Procurator fuit tali die reuocatus † in Ca- 6
mera & Cancellaria, & resignatio fuit eadem die facta,
quòd huiusmodi resignatio erit valida, quia præsumi-
tur præcedere reuocationem, vt fuit determinatum in
Rota X. Decembris 1526. coram Martino, teste Gamba.
decis. 58. in manuscr. nam facta reuocatione, bullæ non
solent expediri.

Tertia, procuratorem non posse resignare, & præsta-

re consensuum post receptas literas à resignante, in quibus certiorabatur, vt de negotio resignationis nihil faceret, nisi denuò certioratus fuerit, vt diffusè scripsi sup. quæst. 28.

Quarta, procuratorem datum ad resignandum, reuocari fauore constituentis, si nihil fecerat, vt dixi sup. quæst. 29.

Quinta, priuatione, & translatione reuocari procuratorem constitutum ad resignandum.

Lib. 9. quæst. vlt. num. 6. ibi, Quia præsumitur præcedere reuocationem.

VT scilicet, actus potiùs valeat, quàm pereat, vt notatur in l. quoties ff. de verb. oblig. & in l. quoties. ff. de reg. iur. ¶ Hæc ratio æquè militat pro reuocatione, vt potius valeat quam pereat; ideo dic vt in precedenti quæstione adnotauimus.

Finis Libri Noni.

Digitized by Google

FLAMINII PARISII
IVRE-CONSVLTI
CONSENTINI
DE RESIGNATIONE
BENEFICIORVM.
LIBER DECIMVS.

Quæ teneatur Resignatarius facere.

Hic Liber continet Nouem quæstiones.

QVÆSTIO I.

An Resignatarius teneatur expedire literas beneficij resignati? & an sufficiat sola supplicatio? & an litera possint expediri mortuo Papa, qui fecit gratiam?

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio signatur per verbum Fiat.*
2 *Solo verbo Papa perficitur gratia.*
3 *Episcopus aliquis fit sola pronunciatione Papæ.*
4 *Scriptura non est de substantia,*
5 *Scriptura non requiritur de essentia legis.*
6 *Resignatarius tenetur expedire literas.*
7 *Expeditio literarum requiritur in gratia beneficiali.*
8 *Ante expeditionem literarum gratia dicitur informis, & imperfecta.*
9 *Supplicatio sola dicitur existere in vtero.*
10 *Gratia videtur concessa cum tacita conditione, si literæ expediantur.*
11 *Ante expeditionem literarum non datur Canonicus titulus.*
12 *Regula Cancellariæ de non indic. iuxtà form. suppl. quid disponat.*
13 *Regula Cancellariæ de non indic. iuxtà form. supplicationes.*
14 *Falsitas faciliùs potest committi in supplicatione quàm in bullis.*
15 *Officiales Romanæ Curiæ apponunt manus in bullis percipiendo aliquid.*
16 *Causa finalis colligitur ex proœmio.*
17 *De iure tertij apponens per solam supplicationem, non videtur ius clarum, & liquidum producere.*
18 *Sumptum de registro supplicationum signatarum, fidem non facit.*
19 *Sumptum de registro literarum bullatarum, fidem facit.*
20 *Capiens possessionem ex sola supplicatione, dicitur intrusus.*
21 *Capiens possessionem ex sola supplicatione, ad illam inhabilis redditur.*
22 *Ex sola supplicatione aliàs possessio capi poterat.*
23 *Episcopi non possunt capere possessionem, literis non expeditis.*
24 *Regressus non valet, literis non expeditis.*
25 *Episcopus non potest prouidere ex alternatiua sibi concessa ex sola supplicatione.*
26 *Dispensatio non suffragatur, nisi literis expeditis.*
27 *Commissiones causæ non valent, nisi literis expeditis.*
28 *Sequestrum decretum resignanti, non relaxatur resignatario, ex sola supplicatione.*

29. *Resignatarius potest ex sola supplicatione ostendere ius, vt non expediantur literæ impetrantis per obitum resignantis.*

30 *Literæ debent expediri ad executionem, probationem, & validitatem gratiæ.*

31 *Literæ expediuntur, cum clausulis positis ab Abbreuiatoribus.*

32 *De iure communi, non requiritur expeditio litterarum.*

33 *Collatio non potest probari testibus.*

34 *Literæ dicuntur expeditæ, cum sunt plumbatæ.*

35 *Mortuo Papa, qui resignationem signauit, possunt literæ expediri.*

36 *Papa dat literas gratiæ concessæ per prædecessorem, facta mentione illius gratiæ.*

37 *Papa dat literas gratiæ concessæ per prædecessorem, sa forma* rationi congruit.

38 *Regulæ Cancellariæ de literis in forma* rationi congruit *expediendis verba.*

39 *Rationabile est, vt successor perficiat gratiam prædecessoris.*

40 *Donatio principis ligat successorem.*

41 *Contractus initus per prædecessorem debet obseruari per successorem.*

42 *Forma expeditionis rationi congruit.*

43 *Papa dans literas* sub rationi congruit, *non dat ius, sed confirmat.*

44 *Papa etiam mortuo ante datam, literæ possunt expediri.*

45 *Intrà quantum tempus debeat resignatarias literas expedire.*

PRimò quærò, An teneatur resignatarius expedire literas, seu Bullas beneficij resignati; An verò sufficiat sola supplicatio manu S. D. N. signata.

Et sufficere solam supplicationem probatur,
1 quia signatur † supplicatio, per verbum Fiat vt petitur,
2 & solo verbo † Fiat, perficitur gratia, Calder. in cap.
quisquis. de elect. Bald. in l. cum apud, C. de comm. seru.
manumitt. Barba, latè in cap. in nostra, n. 19. de rescr.
Riminal. Iun. in Rubr. de const. n. 131. Rebuff. in reg. 34.
Cancell. col. 2. in prin. Cass. dec. 4. n. 2. de cau. poss. & pro-
priet. Ias. cons. 146. col. 5. post n. 3. lib. 2. Gemin. cons. 106.
col. 3. post num. 6. & est communis omnium opinio, &
3 ideo, statim quòd Papa pronunciat † aliquem Episco-
pum alicuius ciuitatis, vel beneficiatum, ille eo ipso
efficitur Episcopus, vel Beneficiatus. Bald. quem refert
Dec. in rubr. de constitut. 1. lectu. num. 38. Bursat. cons.
393. num. 4. volum. 4. communis opinio, teste Mascard.
de probat. concl. 843. num. 20. & ideo scriptura non
4 est † de substantia, Abb. in capit. in nostra, vbi latè Fe-
lin. col. 5. de rescr. Idem Abb. in cap. qualiter, in pri-
mo not. de elect. Alex. cons. 195. colum. 2. lib. 2. Card.
Paris. con. 5. num. 60. volum. 4. Boer. decis. 348. num.
5. Bursat. cons. 393. num. 4. vol. 4. communis, de qua
testatur Ferret. num. 28. Burg. num. 144. Mandos. num.
5 40. in dict. rubr. de const. sicuti neque † requiritur de
essentia legis. Io. Andr. in regul. nemo potest, de regul.
iur. in 6. Rot. decis. 1. de constitut. in nou. Abb. in rub.
de const. cum alijs citatis ibi per Dec. numer. 30. Rip.
num. 52. Bero. num. 77. Connan. lib. 1. comment. iur.
ciuil. cap. 10. colum. 3. Vaconius à Vacuna declaratio-
num suarum. lib. 4. 157. communis opinio de qua te-
statur Boschus Codecha Papien. numer. 100. & 110. An-
dr. ab Exea num. 199. Riminal. Iun. in dict. rubr. de
const. num. 41. & esse magis communem dixit Ferret.
ibi. num. 15.

Contraria tamen opinio est communis, & recepta de
stylo notorio, & vulgari, vt resignatarius teneatur ea-
6 pedire † literas, vt fuit pluriès resolutum in Rot. &
practicatum, Rot. dec. 20. n. 5. de præbend. in nou. & dec.
27. de rescr. eo. lib. Bellamer. dec. 746. Bald. in l. huma-
num in fi. C. de legib. Feli. in cap. eam te, in 3. col. de
rescr. Gemin. cons. 106. col. 2. vers. in contrarium, cum
alijs, vt per Sarnen. in regu. de non iudicand. iux. forma
suppl. quæstio. prima. cum seq. Oldrad. cons. 320. quod
articuli, numero 8. Mandos. post alios in Rubr. de con-
stit. num. 50. Mascard. de probat. concl. 845. qui om-
nes, & alij, quos citant, & possent congeri, scribunt † 7
requiri in gratia beneficiali expeditionem literarum, &
antea, gratiam dici informem, & imperfectam, † quod 8
etiam vult. Mil. in verb. Gratia. Gig. respon. 42. nume.
11. cum sequent. Cassan. cons. 10. num. 27. Bursat. cons.
393. sub. num. 21. vol. 4. nam sola supplicatio † dicitur 9
existere in vtero donec per literarum expeditionem in
mundum producatur, Bald. relatus à Sarn. loc. citat. col.
2. in fin. Mandos. ibid. quæst. 4. num. 5. namque gratia
videtur concessa cum tacita conditione, si literæ expe-
diantur. Bellamer. cons. 34. in 3. col. vers. † & puto, Rot. 10
decis. 27. de rescript. in nou. Franc. Senensis in rubric.
de constit. in 2. part. num. 65. Mandos. num. 50. Rimi-
nald. Iun. nu. 129. & antea non dicitur gratia perfecta,
Oldra. cons. 324. incip. factum tale, column. 2. & ante
non datur † canonicus titulus in suo esse perfectus. Bel- 11
lam. decis. 110. col. 4. & decis. 664. Millius in verbo
Gratia Apostolica.

Et ideo ex regula † Cancellariæ de non iudic. iux. 12
form. supplicationis prohibentur Iudices in causis iu-
dicare secundum tenorem supplicationum, sed secun-
dùm formam literarum in forma expeditarum per hæc
verba. *Item ante confectionem literarum gratia Apostoli-
ca sit informis &c.* quæ regula emanauit † ob duas cau- 13
sas, vt tradit Ferrett. dict. rubr. de const. nume. 21. Pri-
mò, vt euitentur falsitates, quæ in supplicationibus fa-
ciliùs committuntur, † quàm in Bullis, propter apposi- 14
tionem manuum plurimorum officialium. arg. l. vlt. C.
de codic. Secundò ne fiat præiudicium officialibus
Romanæ Curiæ, qui super literas † in Cancellaria ap- 15
ponunt manus, & inde consequuntur quædam emolu-
menta consueta, & solita dari ratione officiorum emp-
torum per eos a Sede Apostolica. Tertiam rationem in
dict. Rubr. num. 50. addit Mandos. ad tollendas dispu-
tationes, namque ex proœmio † colligitur causa fina- 16
lis constitutionis. Bar. in l. vlt. numero 5. ff. de hæred.
instit. Dec. cons. 379. & cons. 388. sub numero 2. &
proœmium dicit, quia gratia ante literarum expedi-
tionem dicitur informis, &c. & in hoc hæc regula
discordat a iure communi, vt ibi Glos. considerat, So-
cin. sen. cons. 41. col. 2. & 3. li. 3. Sarn. q. 1. col. penult.
vers. tamen.

Hinc excipiens de † iure tertij per solam supplic. non 17
videtur ius clarum, & liquidum producere, donec lite-
ræ non fuerint expeditæ, quia in expeditione veritas
concessorum discutitur, vt sæpe fuit resolutum in Rota
teste Sarn. dict. q. 1. de non iudican. iuxtà form. suppl.
colum. 3. in princ.

Hinc sumptum de registro supplicationum signata-
rum † fidem non facit in iudicio. Bellamer. decis. 252. 18
Roma. cons. 336. n. 5. quod an sit in vsu, vide per Crescen.
dec. 50. in manuscr. secùs si sumptum de registro litera-
rum bullatarum † extrahatur, nam tunc fidem facit, 19
Bellam. decis. 621. Rot. decis. 28. de præbend. in antiq.
Bartol. Belenc. in tract. de charit. subsid. qu. 113. Ant.
de Butr. cons. 2. visis literis num. 3. Mandos. dict. regul.
q. 6. num. 2. cum sequen.

Hinc capiens possessionem ea sola supplicatione si-
gnata, literis † non expeditis, dicitur intrusus, omneque 20
ius, quod in beneficio habet, amittit, & de cætero † ad 21
illud obtinendum inhabilis redditur, vt Iul. 3. in const.
33. statuit, edita sub die 27. Maij 1553. de qua mentio-
nem faciunt Gig. in epit. de intrus. numer. 38. Bursa.
cons. 393. sub. numer. 21. Mandos. dict. regul. de non iu-
dic. iuxtà form. supplic. quæst. 4. num. 2. & esse in viri-
di obseruantia, omnes sciunt vnde quamuis antea pos-
sessio posset † capi vigore solius supplicationis, vt fuit 22
tentum pluriès in Rota, per rationes Sarnen. dict. regul.
quæst. 5. in vna Abulen. coram Cardinali S. Crucis die
23. Februarij 1545. teste Put. decision. 229. lib. 2. hodiè
tamen secùs quod procedit etiam in Episcopis, † sub 23

pœna, de qua in extrauagan. iniunctæ Bonifac. VIII.
de elect. inter, communes, & de stylo huiusmodi regulam vendicate sibi locum in Episcopatu tradit Sarnen. dict. regul. quæst. 9. Mandos. dict. rubr. de constit. num. 42.

24 Hinc regressus † non valet, literis non expeditis, vt
fuit resolutum in Rot. coram Episcopo Marsican., die 14.
Martij 1537. teste Sarn. dict. regul. quæst. 4. vbi late.
25 Hinc Episcopus non potest prouidere ex sola † supplicatione signata, ex qua ei conceditur alternatiua, vt fuit decisum die 25. Iunij 1546. coram Episcopo Rauellen. teste Mohedan. decis. 263. de quo Mandos. dict. regul. q. 17. & alias discutietur.

26 Hinc dispensatio † non suffragatur, nisi literis expeditis. vt per aliam regulam Cancellariæ cautum est. Oldrad. cons. 336. col. 2. & 3.

27 Hinc † non valent aliæ commissiones causarum, nisi literis expeditis, vt per aliam regulam Cancellariæ cautum est, quam habes in ordine 26. inter regulas S. D. N. Sixti V.

Hinc resignatario habenti solam supplicationem non
28 relaxatur † sequestrum decretum vigore sententiæ latæ in fauorem resignantis, nisi expediuerit literas. vt fuit resolutum in Rot. coram D. Camillo, teste Sarn. decis. 163. lib. 2. in manuscr. verùm, si beneficium resi-
29 gnatum impetratur per mortem † resignantis, & resignatarius per supplicationem doceat de resignatione, ius impetrantis non canonizatur, & iudex potest præcipere resignatario, vt literas expediat; vt fuit resolutum in vna Gratianopolitan. coram Aragonia, teste Crescent. decis. 95. lib. 1.

Et secundùm has regulas literæ non solum requirun-
30 tur quoad † probationem, & executionem gratiæ. Gem. cons. 106. col. 3. vers. in contrarium. Sarn. d. q. 1. in reg. de non iudic. iuxt. form. supplic. sed etiam ad validitatem. Mandos. in rubr. de const. nu. 49. 50. Rimimald. iun. nu. 131.

Namque, licet sit signata supplicatio pluriès, literæ non expediuntur, vel si expediuntur, apponuntur Clau-
31 sulæ † restringentes gratiam ab Abbreuiatoribus, Sarnen. dict. q. 1. Mandos. dic. num. 50.

Quibus sic stantibus allegata in contrarium tolluntur vnico verbo, scilicet, contrarium hodie obseruari, & optima quidem ratione, ex regulis Cancellariæ constitutione nouissima Iulij III. ac de stylo vulgari, Caputaque. decis. 4. lib. 1. vbi dicit, de iure communi non
32 requiri † expeditionem literarum, hodie secus.

Et ideo collatio (quicquid plures Doctores voluerint, allegati per Dec. in rub. de const. 1. lectura, num.
33 45. & 46.) non † potest probari testibus, vt est magis communis opinio, vt patet ex congestis per Mandos. dic. rub. num. 53. Bosch. Papien. num. 114. de qua re loquutus sui supra latè lib. 8. q. 5. Et ita teneri, & practicari de stylo curiæ, attestatur Ferret. dic. rub. de const. num. 19. & num. 21. & 24.

Quæ literæ tunc expeditæ dicuntur, cum sunt plum-
34 batæ † plumbo summi Pontificis pro tempore existentis, vt fuit resolutum in Rota in vna Salamantina Parochialis, de mense Nouembris, coram Crescenti, 1539. teste Sarn. dict. q. 1. de non iudic. iux. form. suppl. col. antepenult. vers. & tamen vlterius. Mandos. ibidem q. 3. num. 3.

Quas literas poterit resignatarius expedire, etiam
35 mortuo summo † Pontifice, qui gratiam fecit, & supplicationem signauit. Namque mortuo Papa durat resignatio. Gem. cons. 93. numer. 13. Æneas de Falcon. in tract. refer. benef. in 4. part. princ. 1. effect. vers. 4. Sarn. de public. quæst. 6. num. 6. & habetur in lib. diuers. decis. 84. in vna Camerinen. coram Accorambono.

36 Et successor † debet dare huiusmodi literas facta mentione gratiæ factæ per prædecessorem. Rot. decis. 87. de rescr. in antiq. Dec. cons. 407. num. 17. Abb. in cap. in nostra. de rescr. Dec. Rip. & alij omnes in rub. de consti. Bosc. Papien. num. 115. Aut. de Burg. numer.
144. Rimin. Iun. num. 158. & fit expeditio † in forma 37
rationi congruit, vt in dict. Rub. tradit Ferret. num. 18. in fi. vt probat regul. Cancellariæ in ordine 7. inter regulas Sixti V. cuius rubrica hoc modo est concepta,
de literis, in forma † rationi congruit, expediendis, & 38
in nigro hæc sunt verba, *Ita voluit idem Dominus noster Papa, quòd concessa per felicis recordationis Gregorium XIII. prædecessorem suum & de eius mandato expediantur in forma rationi congruit sub die coronationis suæ, vt moris est, & idem quoad concessa per piæ memoriæ Pium Papam V. prædecessorem suum, ad sex menses duntaxat, ab ipso die coronationis incipiendos, obseruare voluit.* & hæc regula, sicut & aliæ, ab vno quoque Pontifice renouatur, & habet bonam rationem, nam rationabile
est, vt successor † perficiat gratiam factam a prædeces- 39
sore, quæ casu perfici non potuit. Rot. decis. 10. de rescr. per Bisignett. Bellam. decis. 329. Mandos. d. subr. de const. num. 47. Rebuff. in prax. tit. de gratia rationi
congruit. in princip. nam donatio Principis † ligat 40
etiam successorem. Bart. & alij in l. si mihi & Titio. §. vlt. ff. de leg. 1. Bald. in ca. 1. de nat. feud. Alex. cons. 215. lib. 2. Afflict. decis. 392. latè Tiraquell. de retract.
lib. 1. §. 32. gl. 2. num. 25. & contractus initus per † 41
prædecessorem, debet obseruari per successorem. Butr. cons. 58. Oldrad. cons. 94. in fi. Ruin. cons. 36. nume. 16. & cons. 91. num. 3. lib. 1. Boer. decis. 204. numer. 4. Grammat. cons. ciu. 100. col. 8. Bald. cons. 271. num. 1. lib. 2. & cons. 138. num. 6. lib. 5. Communis, teste Rebuff. super conc. tit. de coll. vers. item dicit. Et fit hu-
iusmodi expeditio his verbis; Rationi † congruit, & 42
conuenit honestati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licèt eius superueniente obitu literæ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum si quidem felicis recordationis Gregorius XIII. prædecessor noster &c. de quibus verbis mentionem faciunt Rebuff. & Mandos. locis citat. ille num. 1. iste num. 47. & iste nullum ius
videtur dare, sed tantùm confirmat ad effectum † pro- 43
bationis, & executionis, Io. Andr. in cap. cum sunt partium, col. 3. vers. 5. de regulis iuris, lib. 6. Boer. decis. 348. num. 7. Mandos. dict. reg. de grat. rationi congruit. q. 10. & hæc procedunt non solùm in prouisione, quæ fit per resignationem, sed etiam in ea, quæ fit per
obitum, vt † communiter Doctores citati dicunt. Pro- 44
cedunt etiam si Papa moreretur ante datam. Bero. in Rub. de const. num. 86. verùm tunc multoties lacerantur supplicationes.

Et has literas † resignatarius debet expedire in tem- 45
pore dato ad publicandum resignationem, ad effectum vt possit facere publicationem, iuxtà ea quæ dicentur l. sequenti. Ex quo infertur, hodie non seruari quod scribit Rossiniac. de benef. cap. 12. num. 20.

Et licet Nicolaus V. per quandam extrauagantem, quæ non est impressa, statuerit, vt literæ resignationis expediantur viuente resignante, aliàs sint omnia irrita. Sar. de infir. resignan. in præfat. col. 2. vers. ex qua postea. Tamen hodie hoc non est in vsu, vt ex supradictis apparet, & dicetur infrà lib. duodecimo.

Lib. 10. quæst. 5. num. 6. Ibi, Vt resignatarius teneatur expedire literas.

IN Gallia tamen prior opinio, quoad inferiora beneficia, præualuit: vt scilicet, pro eorundem prouisionibus Apostolicis, sola sufficiat signatura Qua de re nos latiùs lib. 2. q. 55. & lib. 7. q. 21. num. 19. diximus.

Eadem quæst. num. 43. Ibi, Confirmat ad effectum probationis, & executionis.

SIc enim, post narratiuam gratiæ prædecessoris dici solet, Ne autem de voluntate & decreto dicti N. prædecessoris, circa præmissa, pro eo quòd super illis literæ eiusdem N. prædecessoris, illius superueniente obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari. Dictus,

Digitized by Google

que M. illatum frustretur effectu; tuque ad illarum executionem procedere valeas in omnibus & per omnia, perinde ac si super illis, eiusdem N. prædecessoris literæ, sub eiusdem diei data confectæ fuissent, prout superius enarratur, quòdque præsentes literæ, ad probandum plenè voluntatem & decretum, aliaque præmissa dicti N. prædecessoris, vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur; ac propterea tibi per præsentes committimus, & mandamus vt &c.

Eadem quæst. num. 97. Ibi, Sicut & dignitatem suam debet exprimere.

QVid autem sit dignitas, quid personatus, & quidnam officium, quo etiam pacto vnum illorum ab alio discernatur, pulchrè explicat, Ioannes Nicolaus Gimontius in tractatu de Beneficiis, cap. 11. nume. 26. & 27. Ac Rebuffus in sua praxi beneficiaria, tit. sæculare beneficium quotuplex sit nume. 7. 8. & 9. Ideò hic in eo diutiùs immorati superuacaneum duximus. Verùm vt vis illorum nominum (in qua scilicet significatione sint) intelligatur, mores Ecclesiarum, in quibus consistunt, sequi tutiùs esse, ait Gregorius in Syntagmate iuris vniuersi libr. 7. cap. 3. num. 17. cui nos subscribimus. Ait quoque co. 21. num. 10. (quod & maximè notandum) Capellanias inter officia connumerari, & beneficiis æquiparari: ideoque in impetratione beneficij, Cappellaniam iam possessam, non secus ac reliqua beneficia, tunc quoque possessa, exprimi debere, ex auctoritate Rebuffi, in tractatu de pacificis possessoribus num. 87. & 88. ac in tractatu nominationum quæst. 9. numer. 27. Quod nos de spirituali satis eorum hoc est per loci ordinarium (scilicet, Episcopum) approbatis, intelligendum esse censemus.

quæst. 1. num. 12. Regula Cancellariæ de non Iudicando iuxta formam supplicationis.

¶ HÆc regula quæ est 27. aliàs 25. regularum Cancellariæ Romanæ aduersatur regulæ 13. eiusdem Cancellariæ Statuenti signaturam per fiat præferri alteri per concessum si pares sint in data: ergò iuxta formam signaturæ hoc casu iudicandum & non literarum. quæ indistinctè nomen Papæ præferunt, nec per eas cognoscitur supplicationem signatam fuisse per fiat vel concessum & tunc priorem regulam cessare tradunt Gomesius ad illam q. 7. & Mandos. q. 1. in fine, supplicationem vnà cum literis producendam asserentes. Sed vana est apod nos hæc indagatio cum neutram regularum huiusmodi seruemus sola signatura in inferioribus beneficijs contenti pluresque eiusdem ætatis prouisiones Apostolicas mutuo concursu elisas & penitus nullas omni casu reputantes: Imò si contingat bullam edi cum signatura, statur signaturæ & non literis; neque enim in his substantialia ampliari possunt, nec omissiones suppleri, aut clausulæ restringentes omitti, Papon. in sua placitor compilatione, lib. 1. num. 1. Si tamen bulla & signatura contraria & pugnantia contineant neutri fides adhibetur, Tournet. litera P. numer. 106.

QVÆSTIO II.

Que teneatur exprimere resignatarius in literis beneficij resignati, & ponuntur omnes qualitates exprimendæ de iure, vel stylo.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius plura debet in literis exprimere.*
2 *Literæ sunt subreptitiæ, non expressis, quæ debent exprimi.*
3 *Simplicitas, & ignorantia non excusant à subreptione.*
4 *Ex subreptione, literæ sunt nullæ ipso iure.*
5 *Subreptio, in quantumuis minima parte, reddit literas ipso iure nullas.*
6 *Literæ cur annullentur ex subreptione.*
7 *Subreptionem allegans debet illam probare.*
8 *Subreptio non præsumitur dolosa, nisi probetur.*
9 *Expressio qualitatum per æquipollens excusat à subreptione.*
10 *Scientia Principis excusat à subreptione.*
11 *Gratia subreptitia non potest validari sine noua prouisione Papæ.*
12 *Tempus datæ attenditur, quoad subreptionem.*
13 *Qualitates requisitæ à iure, si non exprimantur in literis vitiant gratiam.*
14 *Qualitates requisitæ de stylo curiæ, si non exprimantur in literis vitiant gratiam.*
15 *Stylus Curiæ habetur pro lege.*
16 *Actus contra stylum est nullus.*
17 *Sententia contra stylum est nulla.*
18 *In literis non est facienda mentio de qualitatibus non consideratis à iure, & stylo.*
19 *Qualitas beneficij resignati debet exprimi in resignatione.*
20 *In permutatione, quæ fit coram Papa, debet exprimi qualitas beneficij permutati.*
21 *In renunciatione etiam beneficij temporalis exprimitur qualitas ipsius.*
22 *Nomen sancti Ecclesiæ debet exprimi in literis prouisionis.*
23 *Expressio Cathedralis sub nomine Sancti non vitiat expressionem.*
24 *Resignatio fauorabilis est coadiuuanda.*
25 *In literis debet exprimi an beneficia sunt in Cathedrali.*
26 *In literis debet exprimi, an beneficium sit curatum.*
27 *Cura animarum est ars artium.*
28 *In renunciatione beneficij curati, de stylo exprimitur, per quantum tempus resignans illud possederit.*
29 *In literis debet narrari, an beneficium requirat residentiam.*
30 *In literis resignationis debet narrari dignitas beneficij resignati.*
31 *In literis resignationis debet narrari, an beneficium sit sæculare, vel regulare.*
32 *Beneficia regularia regularibus, & sæcularia sæcularibus.*
33 *Qualitas hospitalitatis exprimenda.*
34 *Qualitas Iurispatronatus in literis debet exprimi.*
35 *Exprimitur in literis, beneficia esse electiua.*
36 *In literis fit mentio de beneficio annexo, & quomodo procedat.*
37 *Manualitas exprimenda in literis.*
38 *Impetratio Vnionis, non facta mentione manualitatis, est nulla.*
39 *In beneficiis regularibus manualitas est de iure communi.*
40 *In literis resignationis valor annuus beneficij debet exprimi.*
41 *Prouisio per obitum est nulla, non expresso vero valore.*
42 *Ius non abdicatur à resignante, non expresso vero valore.*
43 *Beneficium vacat per obitum resignantis, cum in resignatione non est expressus verus valor.*
44 *Ordinarius potest prouidere beneficium vacans ob non expressum verum valorem.*
45 *Regula de valore annullat prouisionem, non autem inducit reseruationem.*
46 *Minores non restituuntur aduersus regulam de exprimenda verum valorem.*
47 *Exprimens valorem, deducta pensione, non excusatur à mala expressione.*
48 *Verus valor, exprimitur respectu annatæ, & vt Papa intelligat qualitatem beneficij.*
49 *Beneficia sunt conferenda, habita ratione, cui conferuntur.*
50 *Opponens de malo valore debet probare excessiuitatem,*
51 *Valor beneficij probandus est, de tempore prouisionis.*
52 *Valor non probatur ex confessione 30. annorum.*
53 *Duo testes, vnus de veritate, alter de fama, probant valorem.*

54 *Duæ semiplenæ probationes faciunt plenam.*
55 *Valor beneficij probandus per 5. annos ante, & 5. post.*
56 *Regula de Valore, habet locum etiam in prouisione legati.*
57 *Annata soluitur in prouisione legati.*
58 *Regula de Valore non comprehendit administratores Cappellaniarum.*
59 *Resignatarius admittitur ad Verificationem gratiæ circa Valorem.*
60 *Ex clausula augendi, potest fieri augmentum vsque ad 3. partem.*
61 *Fructus an considerentur dempto cambio.*
62 *Resignatarius non exprimens Verum Valorem, non efficitur inhabilis, vt non possit illud beneficium habere ex alia gratia.*
63 *Quæ beneficia exprimantur 24. cum Valeant plus.*
64 *Resignatarius debet narrare esse clericum.*
65 *Laico beneficium resignari non potest.*
66 *Nulla est resignatio, si resignatarius narrauit esse Clericum Romanum, cum non esset.*
67 *Resignatarius debet exprimere in literis beneficia, quæ obtinet.*
68 *Gratia beneficialis nulla, in qua non fuit expressum beneficia quæ obtinet, cui beneficium confertur.*
69 *De prima beneficio facienda est mentio, quamuis sit tenue.*
70 *Perceptio fructuum minimæ quantitatis reddit gratiam subrepticiam, si de ea non fuerit facta mentio.*
71 *Subreptio consideratur etiam in minimo.*
72 *Delicta etiam in minimis committuntur.*
73 *De primo beneficio facienda est mentio, quamuis possessio non fuerit de eo capta.*
74 *De iure ad rem, an sit facienda mentio.*
75 *De primo beneficio, etiam violenter occupato, est facienda mentio.*
76 *De præstimonio, an facienda sit mentio.*
77 *Præstimonium, quid sit, remissiuè.*
78 *Resignatarius debet facere mentionem pensionis.*
79 *Resignatarius debet facere mentionem regressus.*
80 *Resignatarius, an debeat facere mentionem beneficij resignati.*
81 *Per resignationem, nullum ius remanet.*
82 *Renunciatio acceptata à superiore abdicat ius.*
83 *Resignatarius debet facere mentionem de beneficio resignato, si resignatio non est acceptata à superiore.*
84 *Resignatio non publicata, an abdicet ius.*
85 *Ius non abdicatur ante præstitum consensum.*
86 *Renunciatio facta in manibus priuati, an abdicet ius.*
87 *In literis, an sit facienda mentio de beneficio habitu curato.*
88 *Status beneficij permutatur per 40. ann.*
89 *Resignatarius non tenetur in literis facere mentionem de gratia nulla.*
90 *Resignatarius debet narrare crimen, & infamiam.*
91 *Resignatarius debet narrare illegitimitatem.*
92 *Resignatarius debet in literis facere mentionem de multiplici dispensatione.*
93 *Resignatarius debet facere mentionem de morbo caduco.*
94 *Regressus nullus, non facta mentione morbi caduci.*
95 *In literis beneficij simplicis, si non fiat mentio morbi caduci non vitiantur.*
96 *De morbo epileptico non est necessariò facienda mentio in literis.*
97 *Dignitas narranda in literis.*
98 *De intrusione facienda est mentio in literis.*
99 *Non valet resignatio non facta mentione intrusi annalis.*
100 *Regula de annali vendicat sibi locum in resignatione.*
101 *Gratia si neutri, dicitur noua gratia.*
102 *Gratia si neutri, habet conditionem, si beneficium vacat.*
103 *Impetratio est nulla, non expressa vacatione.*
104 *In literis resignationis exprimitur nomen cedentis.*
105 *Impetrans exprimit personam, ex qua vacat beneficium.*
106 *Si renunciatus Archidiaconatus, qui habet votum in Capitulo, de hoc facienda est mentio in literis.*
107 *Archidiaconus de iure non habet votum in Capitul.*

SEcundò Quæro, quæ teneatur exprimere resignatarius in dictis literis? Communis, & recepta DD. sententia de stylo obseruata est, plura esse in dictis literis exprimenda, † quæ habes latissimè per Fe- 1
lin. in c. in nostra, de rescrip. vbi alij Doct. per Ioan. Selu. tractat. de benef. par. 3. quæst. 11. & nouissime per Menoch. de arbitr. iud. cas. 201. per totum. Quibus non
† expressis, literæ fiunt subrepticiæ. Abbas in capitul. 2
cum dilecta, num. 15. de rescr. Bald. in cons. 252. col. 2. lib. 1. Geminia. cons. 128. in fin. Alex. cons. 60. in fin. lib. 2. communis teste Bero. in cap. super literis, lectu. 1. num. 1. in fin. & lectu. 2. nu. 1. de rescr. Put. decis. 253. lib. 1. & fuit pluriès resolutum in Rota, non adhibita
excusatione simplicitatis, † vel ignorantiæ, Felin. in 3
dict. cap. super literis, sub num. 2. Gemin. cons. 105. in fin. Socin. Senior. cons. 174. & cons. 273. colum. vlt. lib. 2. Socin. Iun. cons. 77. num. 83. lib. 1. Crauett. cons. 68. num. 11. Ruin. cons. 3. nume. 16. lib. 5. & communiter
alij, & per consequens sunt nullæ † ipso iure, vt ex 4
multis affirmat. Socin. Seni. cons. 13. col. 3. lib. 1. & cons. 164. colum. 2. & cons. 169. in princip. lib. 1. Socinus Iun. cons. 77. num. 83. & 84. lib. 1. Card. Paris. cons. 31. num. 22. lib. 1. Crauett. cons. 68. num 2. communis opinio, vt per Felin. in cap. ad audientiam, el 2. nu. 22. vers. literæ beneficiales. de rescr. & ita resolutum fuit in Rota in vna Tullen. canonicatus, & præbendæ, coram D. Vestano 11. Martij 1552. teste Caputaq. decis. 225.
lib. 3. etiam si † subreptio fuerit in quantumuis minima 5
parte, vt per Put. decisio 131. numer. 5. lib. 1. quia
Papa † vel non concessisset, vel difficilius talem con- 6
cessisset, cap. dudum, de elect. cap. super literis. cap. postulasti. de rescript. Dec. cons. 541. numer. 20. Gozadin. cons. 6. numer. 6. Card. cons. 96. ad fi. Curt. Iun. cons. 27. in fi.

Allegans tamen subreptionem † debet illam proba- 7
re, Doct. in cap. 1. vt lit. non contest. lib. 6. Ioan. And. Gem. & Fran. in cap. 2. vt lit. contest. l. 6. Rip. in cap 8. num. 30. de rescr. & est communis opinio, secundum quam fuit iudicatum in Rota in vna Asculan. canonicatus, & præbendæ, coram Guidobono. 15. Iunij 1551. teste Caputaq. decis. 226. par. 3. & in Alia Valentin. pensionis coram Card. S. Crucis 21. Martij 1551. teste
eodem Caputaq. decis. 319. part. 3. nam subreptio † non 8
præsumitur dolosa, nisi probetur, Caputaq. decis. 219. pag. 3. ea vulg. reg. l. merito. ff. pro socio, & ideo ex-
cusat à subreptione expressio † qualitatum per æquipol- 9
lens, vt habetur in decis. 23. de præbend. in antiquior. per Bisignett. & ita fuit resolutum in vna Calaguritan. Parochialis coram Accorambono die 25. Ianuarij 1552. teste Caputaque. decis. 221. lib. 3. vel si probetur per te-
stes principem sciuisse † illud, quod expressum non fuit, 10
& nihilominus concessit, vt fuit resolutum in vna Fauentin. coram Vestano. 9. Decembris 1552. teste eodem Caputaque. decis. 221. p. 3. nam hoc casu cessat præsumptio, & non est omittendum, quòd gratia subrepti-
tia non potest † validari sine noua prouisione Papæ, 11
esto quod consensus vtriusque partis de nouo præstetur, vt fuit resolutum in vna Toletan. Parochialis coram Aquen. 14. Maij 1539. & in alia Taraconen. Canonicatus, & præbendæ, coram D. Vestano, 16. Decembris 1552. teste Caputaque. decisio. 52. par. 2. & Mohedan. decisio 55. & 89. & ratio est, quia, quoad subreptio-
nem † attenditur tempus datæ, cap. & si eo tempore de 12
rescript. libr. 6. Ioan. Andr. in capit. ad aures. eo. tit.

Felin. in cap. eam te, colum. penult. vers. tempus datæ,
in eod. tit. & communiter alij.
Qualitates autem exprimendæ vel sunt à iure indu-
13 ctæ & hæ si omittantur † vitiant gratiam, Glo. in Cle. 1.
verb. alteri, prope medium, de præb. Bellam. dec. 697.
colum. penult. Rot. decis. 32. de rescr. in nou. Cassad.
decis. 12. nume. 5. de rescr. Calder. cons. 20. de rescr.
Curt. Iun. cons. 27. col. vlt. & cons. 32. in fi. Fel. in cap.
super literis. colum. 2. vers. limita 1. & in cap. postu-
lasti. colo. 4. vers. declara etiam, de rescr. Put. dec. 97.
14 num. 6. lib. 2. & alij omnes † supra citati.
Vel sunt inductæ ex stylo Curiæ, quæ etiam sunt ex-
primendæ, alioquin literæ vitiantur, Lap. alleg. 89.
sequitur Dec. in d. cap. super literis, numer. 9. Menoch.
de arbitr. iudic. cas. 201. numer. 27. vers. aliquæ, & est
communis opinio, quæ tota die practicatur, nam stylus
15 † curiæ est attendendus, & habendus pro lege, Cald.
cons. 8. num. 4. de rescr. Card. Paris. cons. 44. num. 17.
& seq. volum. 1. & cons. 14. numer. 8. & 9. volum. 4.
Rot. decis. 2. de appel. in nou. Curt. Iun. cons. 95. &
178. num. 13. Guid. Papa cons. 119. num. 4. Gabr. cons. 73.
numer. 78. Communis opinio, teste Bursat. cons. 593.
16 numer. 15. volum. 4. & ideo actus contra stylum † est
nullus. Ang. cons. 310. in fin. Card. Paris. in cap. illud,
nume. 2. de præsc. Octau. Cachet. decis. Pedemont. 22.
17 num. 6. ita sententia contra † stylum est nulla, Crauett.
cons. 201. nume. 19. & 20. Giga. respons. 22. numer. 8.
Ioan. Bapt. Asinius in prax. iud. §. 22. c. 16. limit. 3. per
18 totum. De alijs enim qualitatibus † non consideratis à
iure, neque à stylo, non est facienda mentio, Rot. decis.
468. in nou. Car. cons. 20. de rescr. & gratia non dici-
tur subreptitia, si de eis non fit mentio vt fuit resolutum
in Rot. in vna Tullen. coram Accorambono veneris 13.
Maij 1552. teste Caputaque. decis. 224. par. 3.
19 Primò, † enim debet, exprimi qualitas beneficij re-
signati. Card. Paleott. decis. 280. Fuerat. Bursat. cons.
353. numer. 12. volum. 4. ita in permutatione, quæ fit
20 coram † Papa, Gammar. in cap. 1. n. 121. cum seq. vbi
disputat de rerum permut. lib. 6. ita etiam in renuncia-
21 tione cuiuscumque beneficij, † etiam temporalis expri-
mitur qualitas beneficij renunciati, pro vt tradit Vital.
de Cambano in tract. clausul. §. vlt. nomo. 18. per tex.
in l. 1. ff. siquis in ius voc. non ier. Quæ qualitas con-
22 sistit in pluribus, vt exprimatur nomen sancti illius †
Ecclesiæ, Gl. Ang. & alij communiter in cap. quamuis,
de præb. in 6. Lap. alleg. 11. Felin. in cap. cum acces-
sissent, colum. 1. de const. Crauet. cons. 114. nume. 12.
communis teste Cassad. decis. 13. de præb. aliàs autem
in vna Verdulen. Canonicatus, & Præbendæ, coram
23 Martino de Spinosa, ex æquitate fuit resolutum, quòd †
expressio cathedralis sub nomine sancti non vitiat pro-
uisionem ea causa resignationis teste Simonett. decis. 24.
in manuscr. & Cassad. d. decis. 13. de præb. 24. nam re-
24 signationes † sunt fauorabiles, & coadiuuandæ & res-
pectu resignantis, & eius, cui prouidetur. Gl. in cap.
quamuis, de præb. in 6. In puncto tamen iuris inquit
Cassad. contrariam opinionem esse veriorem. Menoch.
d. cas. 201. num. 234. in fi.
25 Secundò, An beneficium † sit in cathedrali, latissimè
Ioan. Selu. de benef. p. 3. q. 11. num. 117.
26 Tertiò, An beneficium † sit curatum. Rot. decis. 1.
nume. 2. de off. Archip. in antiq. Coras. de benef. p. 4.
cap. 4. nume. 56. communiter in cap. in nostra, & cap.
ad aures. de resc. de communi Menoch. d. cas. 201. n. 61.
27 nam cum † cura sit ars artium, maior idoneitas requi-
ritur, & per consequens debet fieri specifica mentio,
Card. cons. 30. num. 7. Cal. in cap. in vestra. quæst. 4.
de resc. Fran. de Marc. dec. Delphin. q. 96. & 1004. &
decis. 1116. p. 1. & stylus admisit, vt in resignatione be-
28 neficij curati † resignans exprimat, per quod tempus
illud possedit, namque si narrat illi seruisse per annum,
vel duos, non solet admitti resignatio regulariter, &
ratio est ne aliquis præficiatur, qui non est ita idoneus,
quòd posset contingere, si admitteretur cessio, maximè
si fuit prouisum per concursum, & ne accipiantur be-
neficia animo, illa resignandi, & consequendi pen-
sionem.
Quartò, An beneficium † requirat residentiam. Abb. 29
in cap. ad aures. num. 3. vbi Dec. num. 7. Mant. nu. 17.
de rescr. Felin. & alij in cap. in nostra, de rescr. & est
communis omnium DD. sententia.
Quintò, si habet † dignitatem, & quam, Felin. in 30
dict. cap. in nostra. num. 23.
Sextò, si est † regulare, & resignatarius est secularis 31
Cassad. decis. 4. de præb. vel. & è contra Bellam. dec.
171. nam † regularia regularibus & sæcularia sæculari- 32
bus prouidentur, c. 11. sess. 14. & c. 21. sess. 25. de reg.
Septimò, si est † hospitale, Card. & Imol. in Clem. 33
vlt. de off. ord. Barb. cons. 64. colum. 2. lib. 3.
Octauò si est iuris † patronatus. Gl. in Clem. 2. de 34
præb. Gem. & alij omnes in cap. 2. eo. tit. in 6. Crauet.
cons. 62. Rebuff. in prax. in 3. par. signat. num. 6.
Nonò, si est † electiuum, Gl. in cap. cum illis, de 35
præb. in 6. Rot. decis. 41. de rescr. in antiq. Bisignett.
decis. 13. num. 5. de præb.
Decimò, si beneficiũ † est alteri annexum, Rota dec. 36
3. de rerum permut. in antiq. Crauet. cons. 104. nu. 12.
si autem duo beneficia sunt vnita, & vnum est accesso-
rium ad aliud, sufficit exprimere principale. Gem. Ioan.
And. & alij omnes in cap. super eo. de præb. in 6. Rot.
decis. 46. de resc. in antiq. Rebuff. in 5. par. signat. num.
6. Rot. decis. 13. de præb. in antiquis. Cassador. decis.
12. de præb.
Vndecimò, exprimenda † est manualitas, Achill. de 37
Grass. decis. 7. de præb. Cald. cons. 26. de præben. aliàs
gratia est subreptitia, vt fuit resolutum in vna Came-
rinen. coram Petra Sancta, teste Simonett. decis. 29.
lib. 1. & decis. 42. lib. 2. Hinc etiam impetratio † vnio- 38
nis, non facta mentione manualitatis est nulla, vt fuit
resolutum, teste Cassad. decis. 4. de præb. & decis. 12.
num. 9. eod. tit. Hoc tamen vltimum procedit † in re- 39
gularibus, cum illa manualitas sit de iure communi,
Simonett. & Cassador. loc. citat. Bellam. decis. 203.
Secundò principaliter debet exprimi per resignata-
rium valor annuus beneficij † resignati, Thomas de 40
Tan. decis. 39. Cotta decis. 357. Pelegrin. decis. 123.
lib. 1. in manuscr. Put. decis. 270. lib. 1. Caputaq. decis.
84. & decis. 91. par. 3. Idem Caputaq. decis. 268. lib. 1.
in manuscr. & communiter alij, aliàs nulla est resigna-
tio, sicuti & † prouisio per obitum, Bellam. decis. 697.
in fin. Rot. dec. 19. de rescr. in nou. Capell. Tholosan. 41
decis. 436. cum alijs, vt per Dec. in cap. ad aures. num.
10. de rescr. Selu. de benef. p. 3. q. 12. num. 2. & nu. 40.
cum alijs allegat. à Menoch. dic. cas. 201. num. 77. qui
attestatur hanc esse communiorem, & per consequens
ius non videtur abdicatum à resignante, † vt fuit resolu- 42
tum in Rota pluriès in vna Conchen. coram Thom. de
Tan. 27. Februarij 1542. teste eod. Thom. de Tan. decis.
39. & Pelegr. decis. 123. lib. 1. in manuscr. & Put. decis.
270. lib. 1. & in vna Pampilonen. prioratus coram Put.
26. Iunij 1551. teste Caputaq. decis. 91. par. 3. & in vna
Dertusen. beneficij coram Achil. de Gras. 26. Iunij 1555.
teste eod. Caputaq. decis. 368. lib. 1. in manuscr. & in
vna Tuden. Beneficij coram Blanchett. Lunæ 9. Maij
1578. namque cum nulla sit resignatio, nullum ius po-
test acquiri resignatario, & per consequens illud non
abdicatur à resignante, iuxtà communem conclusio-
nem, de qua supra, & latè scripsi libr. 1. q. 3. & benefi-
cium vacat per obitum † resignantis, vt fuit pluriès 43
resolutum in Rota, vt dixi in dicta q. 3.
Dubium tamen est, An ordinarius possit prouidere
beneficium vacans per obitum resignantis ob non fa-
ctam expressionem veri valoris, An verò dictum bene-
ficium sit reseruatum, & affect. Sedi Apostolicæ, com-
munis opinio est, † ordinarium etiam posse prouidere, 44
& sic non esse affectum, vt fuit resolutum in vna Tuden.
Beneficij, veneris, die 13. Iunij 1578. coram Blanchetto.
nam regula de valore inducit tantum nullitatem gratiæ,
in qua verus valor non exprimitur, non autem vacatio-
nem beneficij, & sic per expressionem malam valoris

Digitized by Google

45 non inducitur † reseruatio. Abb. in cap. inter dilectos.
numer. 10. de excel. prælat. & Papa non censetur appo-
suisse manum, nisi ad effectum vt fiat expressio. Gemin.
cons. 136. ad fin.

Et quod dicitur de expressione, ampliatur procedere,
46 etiam si esset minor, nam minores † non restituuntur
aduersus regulam de exprimendo vero valore, vt fuit
resolutum in Rot. in vna Fulgina. Prioratus S. Ang. 11.
Febr. 1547. teste Put. decis. 9. libr. 3. Nec etiam excu-
satur quis a mala expressione valoris, eo quòd benefi-
47 cium † sit grauatum pensione, & ea pensione deducta,
sit expressus verus valor, vt fuit conclusum in vna Spo-
letina coram Peregrino, teste eod. decis. 182. lib. 2. nam
48 exprimitur verus valor, non solum respectu † annatæ,
sed etiam, vt intelligat Papa qualitatem beneficij, quod
49 confert, habita etiam ratione personæ, † cui confer-
tur, Sarnen. de exprimen. quæst. 3. Peregrin. decis. 184.
libr. 5. in manuscr. Opponens tamen de malo valore
50 expresso, debet probare † excessiuitatem valoris, ita
fuit resolutum in vna Oxomen. Parochialis de Caual-
xonin. coram D. Vestano, 21. Octobris 1552. teste Ca-
putaq. decis. 380. p. 2. quæ decisio est repetita in eadem
p. 2. in ordine 381. & in vna Valentin. pensionis coram
Card. Sanctæ Crucis, 21. Martij 1551. teste eod. Capu-
taque. decis. 329. p. 3. & facit quod fuit decisum in vna
Pampilonen. Beneficij, die 17. Maij, 1577. coram Blan-
chetto, cum agatur de probatione fraudis. arg. l. meri-
51 to. ff. pro socio. & huiusmodi valor probandus † est de
tempore prouisionis, & ideò non sufficit illum probare
de antiquo tempore. Oldrad. cons. 58. Felin. in cap. ad
aures colum. vlt. vers. 16. de rescr. Sarn. regul. de valo.
quæst. 1. Caputaque. decis. 330. p. 3. vbi ex hoc refert
fuisse decisum in vna Augustana coram Put. quòd ex
52 confessione facta in precibus per me porrectis † sunt
30. ann. non probatur valor expressus ab aduersario
meo, &c. Et plena etiam dicetur probatio, quando
53 vnus testis † deponit de veritate, & fama, & alter de
fama, quia sunt duæ semiplenæ probationes, quæ in ca-
54 sibus in quibus possunt coniungi, faciunt † plenam pro-
bationem, vt per Bal. quem refert, & sequitur Ias. in l.
admonendi, num. 99. & in repet. num. 257. ff. de iure-
iuran. ita resolutum in vna Toletan. coram Capiaucco,
veneris, 29 Aprilis 1552. teste Caputaq. decis. 383. p. 2.
55 & probandus est iste valor annuus † per 5. annos ante,
& quinque post, prout est communis stylus Rotæ vt per
Sarn. dict. reg. de exprimen. ver. valor. q. vlt. de com-
muni stylo attestatur Achil. decis. 2. de valor. in ma-
nuscript.

Et regula de valore habet locum etiam in prouisione
56 legati, vt fuit resolutum in † Rot. teste Crescentin.
decis. 30. Maior. in manuscr. quia potissima ratio re-
gulæ, est propter fraudes, quæ fieri possent in persol-
uendis annatis, quæ etiam persoluuntur in prouisioni-
57 bus † legatorum, & ita sub. verbo Fortè, tenet Felin. in
cap. ad aures, colum. 4. de rescr. & Regula de valore
58 † non comprehendit administratores Cappellaniarum,
vt fuit resolutum in Rot. in vna Visen. administrationis
Cappellaniarum, Lunæ, 26. Nouembris 1571. coram R.P.
D. Lancelotto, tunc Cardinali doctissimo.

Admittitur tamen resignatarius in primis, & ante
59 omnia ad verificationem gratiæ suæ circa verum † va-
lorem, vt fuit resolutum in vna Placentin. Parochialis
coram Accorambono, die 17. Iunij 1552. teste Cott.
decis. 357. Ptolem. decis. 1. aliàs 23. in manuscr. & vbi
60 adest clausula † augendi, potest fieri augmentum vsque
ad tertiam partem, vt tradit Card. S. Crucis decis. 194.
Peregrin. decis. 300. libr. 5. in manuscr. & fuit conclu-
sum in vna Dertusen. beneficij coram Achille 26. Iunij
1555. teste Caputaque. decis. 367. lib. 1. in manuscr. &
61 fructus † non considerantur dempto cambio, nam quid-
quid dixit Gloss. & Sarn. ita resolutum fuit coram An-
ton. August. 8. Febiuarij 1549. teste Put. decis. 211. li. 3.
& vnum singulare non est omittendum, quòd quotiès
est nulla resignatio, quia non est facta expressio veri
62 valoris, resignatarius, qui expressit falsum valorē, † nō
efficitur ob id inhabilis ad benef. ex alia gratia à pri-
ma nō dependente obtinendū, quia regula de valore nō
inhabilitat, & pœna non habet locum, nisi in casibus a
iure expressis, vt fuit resolutum in vna Carthaginen.
parochialis coram Cardinali Paleot. prima Iunij 1550.
teste Caputaq. decis. 16. libr. 1. Crescent. decis. 20. &
29. in manuscr. Rursus notandum † est, quod sunt quæ- 63
dam beneficia, quæ non exprimuntur nisi ad 24. vt sunt
Canonicatus Tolet. & olim S. Petri in vrbe, & in eis
solet imponi pensio 300. plus dicat, vt tradit Oradin.
in lib. diuers. decis. 294. in manuscr. & communiter to-
ta die practicatur, & dicit Aragon. decis. 58. & manuscr.
quòd in literis exprimitur 24. licet reseruentur pensio-
nes longè maioris valoris, vbi attestatur de stylo.

Tertio, debet narrare † resignatarius, se esse cleri- 64
cum, Dec. in cap. cum adeo. num. 3. de rescr. Bero. in
cap. super literis, num. 72. & hunc esse stylum Curiæ,
tota die videmus, & tradit Menoch. de arbitr. iud. cas.
201. numer. 33. & ratio est, quia † Laico beneficium 65
conferri, neque resignari potest, vt est communis opi-
nio, de qua late scripsi libr. 4. Et si narrat se Clericum
Romanum in resignatione ei facta de beneficio existen-
te in Vrbe, cum sit clericus alterius † diœcesis, resi- 66
gnatio est nulla, & subreptitia, vt fuit conclusum in
vna Romana. Canonicatus die 21. Aprilis 1567. coram
R. P. D. Seraphino, teste eodem decis. 26. quæ incipit.
Quamuis lib. 1. in manuscr.

Quartò, debet † resignatarius exprimere beneficia, 67
quæ obtinet. cap. ad audientiam, cap. in nostra. de
rescr. Abb. in cap. ad aures, num. 2. eod. tit. vbi Felin.
num. 4. Dec. 12. & communiter alij. Ioan. Selua de be-
nef. p. 3. quæst. 11. nume. 1. alioquin † nulla est gratia, 68
Communis opinio. teste Bursat. cons. 351. num. 12. vol.
4. quod vendicat sibi locum, quamuis † primum bene- 69
ficium esset tenuè. cap. si motu, &c. de præb. in 6. com-
munis opinio, teste Dec. in d. cap. super literis, num. 9.
De communi etiam attestatur Mandos. reg. 16. Cancel.
de dictionib. numeralib. quæst. 34. num. 4. & quæst. 35.
num. 5. Bursat. d. cons. 351. sub numer. 12. & tradit Se-
raphin. decis. 317. in manuscr. Ideò perceptio fructuum
minimæ quantitatis † reddit gratiam surreptitiam, si de 70
ea non fiat mentio, vt fuit resolutum in Rota die 29.
Aprilis 1541. coram Marsican. teste Peregrin. decis. 41.
lib. 1. in manuscr. quia sumus in gratiosis, in quibus
subreptio † vitiat etiam in minimo. cap. si proponen- 71
te, de rescript. & sumus † in delictis, quæ etiam in mi- 72
nimis committuntur. §. gallinarum, Inst. de rer. diuis.
& hoc docet stylus Datariæ, & Cancellariæ.

Et vendicat sibi locum, etiam si primum re ipsa con-
sequutum † non sit, sed literæ habeantur. Card. in Cle. 73
2. quæst. 12. de off. ord. Rot. decis. 12. de renunc in nou.
Fr. de March. decis. Delphin. 1280. numer. 7. & seq. p.
prima communis teste Bursat. loco cit. de iure enim ad
rem † propter firmam & probabilem spem, quæ habe- 74
tur, est facienda mentio, vt fuit resolutum in vna Ro-
mana Cappellaniæ de Præsepiis, coram Guidobono. 17.
Iunij 1552. & coram Ant. Aug. 16. Martij eod. anno,
teste Caputaq. decis. 55. p. 1. & faciunt, quæ scribunt
Aretin. cons. 7. colum. 2. Sarn. de non tollen. iur. quæsit.
quæst. 4. & etiam † si primum violenter occupauerit, 75
Fel. in d. cap. in nostra, nume. 7. de rescr. & etiam si sit
manuale. Calder. cons. 9. de rescript. Cassad. decis. 4.
de præbend. Quid autem, si sit † Præstimonium, Ge- 76
min. cons. 89. colum. 3. Menoch. de arbitr. iudic. dict.
cas. 201. numer. 55. cum seq. vbi declarat, † quid sit 77
præstimonium.

Amplia, vt etiam teneatur Resignatarius facere men-
tionem † pensionis, vel pensionum quam, vel quas ob- 78
tinet super altero beneficio, Socin. sen. cons. 260. colu.
2. lib. 2. Bero. dict. cap. super literis, num. 72. vers. de-
cimo quarto. de rescript. Menoch. dict. cas. 201. num. 51.
& communiter alij, & † Regressus, Mohed. decis. 66. 79
cum seq. in manuscr.

An autem † Resignatarius debeat facere mentionem 80
beneficij resignati? communis opinio est negatiua,

Bisignet.dec. 4. de renunc. Lap.alleg. 89. o. 6. Seraph.
decis.317. in manuscr. quia per renunciationem nul-
81 lum ius † remansit, Inn. & alij omnes in cap. quod in
dubijs, de renunc.

82 Declara, dummodo † renunciario fuerit à superiore
acceptata, Fel. in cap. in nostra, num. 19. de rescript.
83 nam † alias secus. Selu. de benef. p. 3. quæst. 11. num.
100. Rot. decis. 12. de renunc. in antiq. Card. Paris.
cons. 74. num. 5. volum. 4. cum tunc remaneat. Io. de
Anan. in ca. per tuas. el 2. in fi. de simon. & sic cessat ra-
tio, de qua supra.

84 Limita secundo, † nisi resignatio fuisset nulla, quia
non fuit publicata. vt fuit resolutum in vna Calaguri-
tan. canonicatus, Lunæ 8. Februarij 1580. coram Sera-
phino, teste eod. decis. 317. Regula, quod hodie non
habet locum, vt dicetur infra, cum loquemur de publi-
can. lib. seq.

85 Limita tertiò, si † in ea resignatione non fuit præsti-
tus consensus. latè Put. decis. 268. lib. 3. quia tunc non
dicitur resignatum beneficium.

86 Limita quartò, nisi fuisset facta † renunciatio in ma-
nibus priuati. Cassad. decis. 2. de renun. num. 5.

87 An autem sit † facienda mentio de beneficio habitu
curato, vide latissimè Bursat. cons. 352. volum. 4. &
cum hoc dubium fuisset propositum in Rot. in vna Fir-
man. Parochialis. coram Quiroga, 16. Decemb. 1558.
fuit adhibita distinctio, quòd aut adest spes parochia-
nos posse reuerti, & hoc casu, si narratum est benefi-
cium esse sine cura, impetratio est subreptitia; aut nul-
la adest spes, vt quia per 40. annos Ecclesia non habue-
rit parochianos, & hoc casu valet impetratio, nam sta-
88 tus beneficij curati videtur † permutatus in simplex per
spatium quadraginta annorum, vt habetur in lib. diuers.
decis. 116.

89 An verò resig. debeat facere † mentionem in litteris
de gratia nulla, comm. opin. est negatiua, teste Gamm.
dec. 26. versic. item in vna, & decision. 36. in manuscr.

90 Quintò, debet Resignatarius † exprimere, si aliquam
habet inhabilitatem, namque debet narrare crimen in
quo inuolutum se reperit, vel infamiam, si ex illis ex-
cluderetur. Cald. cons. 10. de præben. & consilio quar-
to, de accus. Bellam. decis. 697. num. 5. Io. Selu. de be-
nef. p. 3. q. 11. num. 152. Fel. in exp. postulasti, colu. 4.
91 de rescript. & communiter alij, & † illegitimitatem;
latè Card. Paris cons. 43. volum. 4. & Card. Paleott. de
noth. & spur. c. 57. alias nulla est resignatio, vt fuit
resolutum in vna Salamantin. beneficij Sancti Thomæ
coram D. Capizucco. die 22. Decembris 1552. & die
19. eiusdem mensis, & anni, teste Caputaq. decis. 8. p.
92 prima, vel si pluries † fuit dispensatus ratione plurium
defectuum, Dec. consilio 695. numero 32. vel si habet
93 morbum caducum, † de quo facere debet mentionem, si
beneficium resignatum requirit aliquem ordinem, vt
fuit resolutum in Rot. in vna Tullen. Canonicatus, &
præbendæ, coram Vestano, die 4. & nono Nouembris
1551. & 11. Martij 1552. teste Caputaq. decis. 229. pag.
2. in impress. & decis. 135. lib. primo, in manuscrip. ex
Butr. in cap. penult. not. 3. de corpor. vitiat. Innoc.
Ioan. Andr. Card. Abb. & Imol. in cap. cum inter Ca-
94 nonicos, de elect. & hoc casu nullus est regressus, † non
facta mentione, quod laborat morbo caduco, vt fuit re-
solutum in dict. Tullen. teste Caputaq. decis. 7. p. 1. se-
95 cùs autem † in alijs beneficijs, vt fuit resolutum in vna
Toletan. Canonicatus, & præbendæ coram Peregrino,
teste Card. S. Crucis, decis. 72. & tradit Caputaq. dict.
96 decis. 229. idemque procedit in morbo † epileptico.
Caputaque. decis. 48. pag. 2. & sic de similibus, nam
æquum est, vt defectus narret, sicut & dignitatem suam
97 † debet exprimere. Abb. Dec. Bero. Mantua, & com-
muniter DD. in cap. ad aures. de rescr. Card. Paris. cons.
74. vol. 4. Menoch. dict. cas. 201. num. 40.

98 Sextò, debet exprimere, si est † intrusus. Abb. in ca.
cum iamdudum. col. 2. de præb. & in cap. propterea. vlt.
not. de iur. patr. Cassad. dec. 6. n. 7. de præb. & commu-
niter alij, vt per Menoc. dict. cas. 201. num. 129.

Septimò, narrare debet Resignatarius, si aliquis est
intrusus annalis in beneficio † resignato, nam alias non 99
valet resignatio, vt habetur in regula de annali, quæ
vendicat sibi locum, etiam in † resignationibus, quan- 100
do possessor possedit per annum pacifice, antequam ces-
sio facta sit. Cassad. decis. 15. super reg. & fuit decisum
in vna Oueten. Archidiaconatus de Villa, coram Gui-
dobono, 27. Aprilis 1551. & in vna Augustan. Præcep-
toriæ, 2. Octobris, 1551. coram Capizucco, teste Ca-
putaque. decis. 20. p. 3. & per consequens ius non ab-
dicatur à resignante. Put. decis. 48. in princ. lib. 1. vbi
ea hoc refert in vna Conchen. Sancti Michaëlis fuisse
coram ipso conclusum die 20. Nouembris 1540. resi-
gnatario non suffragari gratiam, si neutri, postea impe-
tratam, quia gratia † si neutri, dicitur noua gratia, Rom. 101
cons. 362. & habet tacitam conditionem, si beneficium
† vacat, Put. decis. 280. lib. 2. 102

Et si resignatio non fiat in fauorem, sed simpliciter
coram Papa, debet impetrans exprimere beneficium
vacare ex resignatione; nam si dicat vacare per obitum,
& vacat per resignationem, † vel è contra, collatio est 103
nulla. Fel. in cap. in nostra, num. 37. in fi. de rescr. Selu.
de benef. d. p. 3. quæst. 12. num. 72. Rot. decis. 53. de
resc. in antiq. Rot. decis. 22. de præb. in nou. Menoc. de
arbitr. iud. d. cas. 201. num. 103. & communiter Docto-
res in cap. susceptum, de rescript. lib. 6. & vltra mo-
dum vacationis esset etiam exprimendum nomen † ce- 104
dentis, sicuti est exprimendum nomen illius ex cuius † 105
morte vacat beneficium, Staphil. de liter. grat. rub. de
mod. & form. impetra. vers. ideo cauti, Rebuff. in prax.
3. part. signat. in verb. alia clausula, num. 2. & ita pra-
cticatur stylo vulgari.

Rursus alia exprimuntur, quæ apponuntur per Copi-
stas ac per Notarios secundum casus contingentes, vt
licet colligere ex formulis, positis sup. lib. 8. quæst. 7.
& plura possem dare exempla, vno tamen ero conten-
tus: si resignatur Archidiaconatus, † qui habet vocem in 106
Capitulo, vtique de hoc facienda est mentio, aliàs nul-
la resignatio, vt fuit resolutum in Rot. 31. Maij 1557.
in vna Carthaginen. Archidiaconatus, teste Card. Pa-
leott. decis. 4. in manusc. namque de iure † Archidia- 107
conus non habet vocem in Capitulo. Selu. de benef. p.
2. q. 16. num. 8. ideo de hac qualitate facienda erat men-
tio. Fel. in cap. postulasti, num. 50. & 51. de rescr. cum
alijs rationibus adductis. per Card. Paleot. d. decis. 4.
& decis. 1. & 3.

Lib. 10. quæst. 2. num. 39. Ibi, Nono si est electiuum.

Dicitur autem electiuum beneficium dupliciter: Primò quidem, in cuius electione, forma cap. quia propter de elect. seruatur, hoc est per cuius vacationem, Ecclesia pastore viduata dicitur. Secundò autem, quando in eo dum vacat, proceditur per electionem, quæ exigit confirmationem superioris.

Eadem quæst. num. 4. Ibi, Et debet exprimi per resignatarium valor annuus beneficij resignati.

Istud in Gallia non obseruatur, nisi in beneficijs consistorialibus. Siquidem in alijs, per Summi Pontificis tolerantiam, loco veri annui valoris, fructus ad viginti quatuor ducatos auri de Camera, secundum communem æstimationem, exprimi consueuerunt. Licet in concordatis specialis sit titulus de exprimendo vero valore beneficiorum, Quonam autem modo constare debeat de communi æstimatione, docet perbellè Parisius infrà, n. 55.

Eadem quæst. numer. 63. Ibi, Sunt quædam beneficia quæ non exprimuntur nisi ad viginti quatuor, vt sunt canonicatus Tolet. & olim Sancti Petri in vrbe.

IN Gallia, fructus omnium & quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum non consistorialium, solent in eorum impetrationibus, iuxta generalem Regni constitu-

tionem, exprimi ad viginti quatuor ducatos auri de Camera, itaque per bellis Apostolicæ tolerantiam, vt hoc pacto vitetur solutio annatæ, alioquin iuxta concordata soluendæ, vt notat Rebuffus initio tituli de Annatis, in concordatis, & quotidie experimur.

Eadem quæst. num. 69. Ibi, Quamuis primum beneficium esset tenue.

HOc ipsum tenent, Rebuffus in forma mandati Apostolici in verbo, pro expressis, versic. Sextò debet exprimi, & Antonius Faber in suo definitionum forensium Codice. tit. de Sacrosanctis Ecclesijs. definit. 2. versic. Idem est. Singulare tamen videtur quod Paponius lib. 4. Tomi tertij suum notariorum tit. *de signature, forme & parties d'icelle* versic. *vacquent benefices par mort.* pag. 491. sustinet, gratiam videlicet seu prouisionem Apostolicam alicuius beneficij curati, valere in Gallia, quamuis impetrans, de alio simplici, quod obtinebat, nullam in literis, aut signatura mentionem fecerit: Prouisionem quoque simplicis beneficij subrepticiam non censeri, licet impetrans Apostolicus obtentam Parochialem Ecclesiam retineuerit, Quorum neutrum nos (pace tanti viri dixerimus) admittendum esse censemus, maximè quia Philibertus Bugnon, & Petrus Guenois, de prætensa constitutionis execrabilis abrogatione (super qua idem Paponius suam fundauit sententiam) in libris, de legibus abrogatis, non meminerunt. Tu in hanc rem videbis Bonifacium de Vitalinis super clementina si plures, num. 46. de præb. & dignit. Ac (cuius etiam dictis nostra fulcitur sententia) Dominum Georgium Louetum Parisiensis Parlamenti Regium Consiliarium, in suis recollectionibus, seu memorabilibus pag. 28. Sed & hoc non prætermittendum duximus, si obtenta absentis beneficia, in impetratione alterius beneficij per tertium eius nomine facta non narrentur, non propterea vitiari gratiam: cum tunc iusta ignorantiæ causa adsit. Rota dec. 74. & dec. 85. de rescr. in antiquis. Felinus in cap. super literis, numer. 7. eo. tit. extrà. Veruntamen consultius aget absens si receptis suæ gratiæ literis, statim pro defectu huiusmodi reparando nouam à Sede Apostolica prouisionem (si casus exigat) seu perinde valere gratiam curet obtinendam. Si enim istud facere neglexerit, & potius prima gratia vsus fuerit, ea vtique sibi non suffragabitur. arg. cap. si beneficia de præben. in 6.

Eadem quæst. num. 75. Ibi, Etiam si primitùm violenter occupauerit.

PLacet admodum Felini distinctio, posita in cap. postulasti, col. pen. circa fin. de rescript. vt scilicet qui beneficium Ecclesiasticum illicitè per secularem potentiam occupat, & ex eo fructus percipit; non solùm ad illud, sed etiam ad quoduis aliud consequendum, fiat indignus. Qui verò propria temeritate, absque laicorum potentia, beneficium occupat, & ex eo fructus percipit, ad illud solummodò, non autem ad aliud obtinendum reddatur inhabilis. Vnde ille, in cuiusuis: iste verò, in sic occupati tantùm beneficij facta posteà impetratione, de fructibus malè perceptis huiusmodi, expressam mentionem facere tenebitur; alioquin impetratio ipsa, tanquam surreptitia, nulla prorsus erit.

Eadem quæst. nume. 78. Ibi, Vt etiam teneatur resignatarius facere mentionem pensionis.

HOc quidem in Gallia est indifferens; nam neque expressio multum prodest, nec omissio expressionis quicquam nocet. Et hoc in secularibus tantùm obtinet; Nam regularibus (quibus pensio loco beneficij cædit) defectum expressionis nociturum esse credimus.

Eadem quæst. numer. 102. Ibi, Sed simpliciter curam Papa.

VT plures nos obtinuisse similes, simpliciter (hoc est nullius fauore) factæ resignationis signaturas, suprà. lib. 2. q. 2. nu. 22. diximus.

Eadem quæst. numer. 105. Ibi, Secundum casus contingentes.

ET prout à prouisionum expeditiones committentibus rectè aut prauè formata memorialia reperiuntur. Referri autem plurimum, aptum & habilem Mensularium seligere. Euenit namque sæpenumerò, vt viri curiosi aurei expensæ parcere cupientes, imperitum adeant, qui negotium inuertens cuncta deprauet: ob idque ipsi impetrantes causa frequentiùs cadant. De quo latiùs per Rebuffum in tertia parte signaturæ, in verbo, perinde etiam valere, ac per Mandosium in praxi signaturæ gratiæ, tit. licentia testandi. versic. alia etiam ambiguitas, propè finem, vbi de quibusdam pragmaticis Romanis loquitur, fol. 91.

quæst. 2. num. 22. 28. 78. 90. & 107.

¶ QVæ ibi Flaminius exprimenda monet silentio prætermissa subreptionem non inducunt, saltem apud nos. Primò enim nomen Sancti Ecclesiæ impetrandæ impunè omittitur, modo constet de corpore beneficij; tum quia ratio expressionis venit ex stylo Romanæ Curiæ, gloss. in cap. quamuis 2. in verb, non extendit. de præb. in 6. non ergo ex iure communi quod apud nos solum attenditur: tum etiam, quia idem Stylus suppressionem nominis huius quotidie admittit, non tantum in Cathedralibus, in quibus expressionem hanc reijcit, gloss. ibidem, sed etiam in inferioribus quibusuis Ecclesijs vt prauis docet. Secundò visus exoleuit quod Resignans mentionem faciat per quantum tempus possederit. Tertiò necessitas exprimendi verum valorem beneficij est bursalis, & non de iure ideò negligitur in Gallia. Quartò pensiones in Gallia non veniunt necessario exprimendæ nisi à regularibus vt notat hîc Duclosius, quia non sunt beneficia, d. cap. quamuis 2. de præb. in 6. licet indistinctè exprimendas asserat post alios quos citat Bengeus de benef. tit. de diuision. benef. num. 18. Quintò Resignatarius seu impetrans qualibet non tenetur narrare crimen, cuius est factus reus, si irregularem non faciat, Melch. Pastor de benefic. lib. 2. tit. 7. num. 7. Sextò improbatur auctor à Garcia de benefic. p. 7. cap 2. num. 50. in eo quod dicit in Resignatione Archidiaconatus, qui habet vocem in Capitulo de hoc faciendam esse mentionem: quia hæc expressio nec iure cauetur nec stylo inducitur. E contrario plura alia quæ non recenset Flaminius in prouisionibus Apostolicis narranda veniunt, puta colorata possessio alterius, qualitates obtentorum, & cætera relata per Ioannem de Selua de benefic. p. 3. q. 21. & alios quos refert Garcias d. n. 1. num. 49.

QVÆSTIO III.

An teneatur Resignatarius verificare narrata in literis beneficij resignati, quæ & quando ad id teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius tenetur verificare omnia narrata in gratia resignationis.*
2 *In impetratione debent verificari narrata.*
3 *Narratiua est pars gratiæ.*
4 *Gratia omnis habet conditionem, veris existentibus narratis.*
5 *Etiam narratiua, negatiuè concepta, est verificanda.*
6 *Impetrans beneficium, ex eo quòd alius literas non expediuit, debet hoc probare.*
7 *Impetrans debet verificare mensem expressum.*
8 *Mensis, quando exprimendus.*
9 *Resignatarius tenetur docere de resignatione.*
10 *Literæ non expediantur, nisi visa consensu.*
11 *Noua prouisio, & gratia si neutri, quando censeatur nulla, non probata resignatione.*
12 *Resignatione annullata, omnes clausulæ sunt nullæ.*

13 *Resignatarius debet probare adimplementum conditionis.*
14 *In resignationibus conditionalibus debet constare resignationem esse adimpletam.*
15 *Resignatarius, non adimpleta conditione, habetur pro intruso.*
16 *Resignatarius, non verificata conditione non dicitur successor ad effectum allegationis Lapi.*
17 *Adimplementum conditionis est probandum.*
18 *Resignatarius tenetur probare familiaritatem Cardinalis.*
19 *Familiaritas est verificanda, cum taxatiuè est expressa.*
20 *Familiaritas, quomodo probetur.*
21 *Commensalitas probanda est.*
22 *Familiaritas vera, quæ fit corpore, & dentibus.*
23 *Commensalis continuus, qui dicatur.*
24 *Commensalitas non præsumitur.*
25 *Resignatarius tenetur probare causam.*
26 *Causa expressa in Coadiutoria est probanda.*
27 *Resignatarius debet probare se esse clericum.*
28 *Impetrans debet esse clericus.*
29 *Qualitas Rom. in beneficijs Vrbis probanda.*
30 *Clericatus potest probari per literas Episcopi.*
31 *Clericatus, an probetur per indicia.*
32 *Clericatus probatur ex longo vsu.*
33 *Testes duo, qui fuerunt præsentes actui, probant Clericatum.*
34 *Clericatus, an probetur per famam.*
35 *Clericatus illegitimi ex sola fama non probatur.*
36 *Resignatarius tenetur narrare ætatem expressam.*
37 *Aetas expressa in coadiutoria verificanda.*
38 *Aetas probatur per librum baptismi, & librum patris.*
39 *Resignatarius tenetur verificare valorem expressum.*
40 *Valor expressus in gratia verificandus, opponente aduersario.*
41 *Valore non verificato, gratia dicitur subreptitia.*
42 *Resignatarius dicitur intrusus, non verificatis narratiss*
43 *Noua prouisio non prodest, non facta mentione intrusionis & fructuum male perceptorum.*
44 *Ea, super quibus se fundat Papa, in gratia sunt, verificanda.*
45 *Accessus reseruatus ex causa cessionis dicitur iustificatus, si constet de lite.*
46 *Ea, quæ inducunt Papam ad facilius concedendum, sunt verificanda.*
47 *Doctoratus expressus debet verificari.*
48 *Doctoribus facilius conceduntur beneficia.*
49 *Doctoratus, quomodo probetur.*
50 *Narrata sunt verificanda ad canonizandam gratiam quando alter excipit, vel opponit.*
51 *Fundans se in dispensatione debet illam probare.*
52 *Fundans se in aliqua dispositione debet illam probare.*
53 *Ad capiendam possessionem non requiritur verificatio narratorum.*
54 *Idoneus quis præsumitur, nisi aliud probetur, & numero 61.*
55 *Resignatarius debet probare suam idoneitatem.*
56 *Idoneo confertur beneficium.*
57 *Idoneitas requisita à lege non præsumitur, sed est probanda, etiam si ille sit omni exceptione maior.*
58 *Idoneus non præsumitur quis, vbi agitur de vtilitate animæ*
59 *Idoneitas est probanda, cum agitur de præiudicio tertij.*
60 *Patronus debet inquirere de idoneitate præsentandi.*
61 *Quis in dubio præsumitur idoneus.*
62 *Castus, & sobrius quis præsumitur.*
63 *Bonus quis præsumitur.*
64 *Literatus quis non præsumitur.*
65 *Idoneitas ad aliquod munus, potest per testes probari.*
66 *Literatura probatur per examen personæ.*
67 *Idoneitas est probanda excipiente tertio aut opponente.*
68 *In prouisis, quid obseruetur in Curia.*
69 *Quid committatur Ordinario per expeditionem in formam dignam.*
70 *In examine Ordinarij non requiritur citatio.*
71 *Canonicatus hodie ponuntur in concursu in Curia.*

TErtiò, Quæro, quid teneatur Resignatarius verificare? Doctores communiter respondent te-
neri verificare omnia narrata in gratia † resigna- 1
tionis. Ioan. And. Felin. & alij in cap. constitutus, de
rescrip. Innoc. in capitulo primo vt lit. non contestat.
Gem. cons. 128. num. 4. Bellam. decis. 76. num. 7. Sain.
de iur. quæsit. non toll. quæst. 7. num. 5. Cardin. Paris.
cons. 138. num. 3. volum. 4. Mohed. decis. 260. inea-
dem, & decis. 301. Tolet. colum. 3. in manusc. Put. de-
cis. 300. num. 2. lib. 1. & decis. 245. num. 1. lib. 1. Idem
Put. decis. 197. num. 5. & 322. nume. 2. lib. 3. commu-
nis opinio, teste Bursat. cons. 411. nume. 3. volum. 4. &
fuit resolutum, & dictum in vna Tirasonen. coram
Achil. de Graff. 14. Octobris 1552. teste Caputaque.
decis. 240. p. 2. & in vna Asculan. 19. Aprilis 1551. co-
ram Guidobon. & in alia Calciaten. Scholastriæ, co-
ram Accorambono, 9. Iunij 1553. teste eod. Caputaqu.
decis. 39. p. 1. & in vna Comen. Præposituræ, coram
R. P. D. Bubalo. 1584. 15. Decembris, & in vna Ca-
lagurit. Archipresbyteratus die Mercurij 8. Aprilis 1587.
coram R. P. D. Gipsio Auditore Rotæ Doctissimo, & in
alia Burg. coram eod. 18. Februarij 1585. & in alia Cal-
ciaten. Scholastriæ, 6. Nouembris 1587. coram eod. &
in alia Aquil. canonicatus, lunæ 13. Iunij 1588. & die
veneris 29. Aprilis 1588. coram eod. regulare enim est,
vt in qualibet † impetratione debeant verificari narra- 2
ta, vt omnes Doctores supra citati dicunt, & fuit pluries
resolutum in Rota, quandoquidem † narratiua est pars 3
gratiæ, & cap. ex parte, de rescript. Caputaque. decis.
29. quæst. 2.

Quia omnis gratia † habet conditionem in se, scili- 4
cet veris existentibus prænarratis, Mohed. decis. 304.
Fel. in cap. 2. sub num. 1. de rescript. fuit dictum in vna
Lucan. coram R. P. D. Comitulo Auditore Rotæ do-
ctissimo hoc mense.

Etiam si talis † narratiua negatiuè sit concepta, Card. 5
Paris. cons. 198. circa princ. volum. 4. Ideò impetrans
beneficium, ex eo, quòd aliùs † literas non expediuit, 6
debet hoc probare, & sic verificare huiusmodi vaca-
tionem beneficij, vt fuit resolutum in vna Florent. pa-
rochialis coram R. P. D. Seraphino. 21. Nouembris
1569. teste eod. decis. 89. manuscript. incip. fuit re-
solutum.

Hinc impetrans † tenetur verificare mensem expres- 7
sum, Caputaque decis. 136. lib. 2. in manuscr. & quan-
do sit exprimendus † mensis, vide quod resoluit Rot. vt 8
per Put. decis. 443. lib. 1.

Ex quo primò infertur, resignatarium teneri docere
de resignatione, † super qua fundatur sua gratia, Put. 9
decis. 400. lib. 1. & decis. 268. lib. 3. quod satis dicitur
constare ex literis, nam de stylo notorio † literæ non 10
expediuntur non viso consensu præstito per resignan-
tem in Camera, vel Cancellaria extenso. Et ideò, si
resignatarius fundet se in noua prouisione, aut gratia
si neutri, in qua narret resignationem † vtique non pro- 11
bata resignatione, noua prouisio aut gratia *si neutri*
censetur nulla, & subreptitia, vt fuit resolutum in Rota
in vna Salamantin. 15. Decembris 1592. teste Put. decis.
400. libr. 1. in qua etiam fuit pronunciatum, quòd N.
in cuius fauorem erat concessa noua prouisio, non po-
terat per clausulas generales, siue alio quoquomodo
capere † beneficium, nam resignatione non probata, 12
omnes clausulæ tanquam nullæ, nihil operantur, vt
fuit resolutum in vna Legionen. Canonicatus 14. Octo-
bris 1549. teste Put. dict. decis. 268. libr. 3. Secundò
infertur, resignatarium debere probare † adimplemen- 13
tum

tum conditionis, vt fuit resolutum in Rot. in dicta.
Comen. Præpositurę coram R. P. D. Bubalo 15. De-
cembris 1584. quia in resignationibus conditionalibus
debet constare † resignationem esse adimpletam, vt
14 scribit Cardin. S. Crucis decis. 2. in manuscript. & di-
ximus lib. 1. quæst. 3. quia resignatarius non adimpleta
15 conditione † habetur pro intruso, Put. decis. 199. nu. 1.
lib. 3. vbi refert die 18. Iunij 1549. in causa fundan.
Præceptoriæ fuisse ita resolutum, & gratiam si neutri
non suffragari, neque nouam prouisionem, & alias re-
soluit Rot. 12. Iunij 1551. in vna Placentin. Parochia-
lis coram Ant. August. vt habetur lib. diuersar. manu-
16 script. decis. 307. resignatarium non dici † successorem
ad effectum allegationis Lapi non verificata resignatio-
17 ne, & conditione in ea apposita, & facit, quia † adim-
plementum conditionis, regulariter est probandum,
Bar. in l. Iulianus. §. offerri, numer. 2. ff. de act. empt.
Crauett. cons. 151. num. 8. Corn. cons. 106. numer. 57.
lib. 1. Cephal. cons. 97. num. 37. lib. 1. Dec. cons. 102.
num. 9. & 17. lib. 3. Menoch. cons. 1. num. 364. lib. 1.
Bursat. cons. 45. num. 6. lib. 1. Communis opinio, vt
per Mascard. de prob. concl. 890. colum. 1.
18 Tertiò infertur, † resignatarium teneri verificare fa-
miliaritatem Cardinalis, si eam narrauit in sua gratia
resignationis, alias resignatio est nulla, vt fuit resolu-
tum in vna Arboren. Archipresbyteratus, teste Pere-
grin. decis. 158. lib. 3. qui decis. 160. eod. lib. 3. in ma-
19 nuscr. hoc declarat procedere, quando † taxatiue esset
expressa familiaritas, iuxta decis. 582. & 727. in antiq.
& dicit hoc esse de mente Rotæ. Et huiusmodi familia-
20 ritas probatur per testes † hoc dicentes, & sufficit vnus
testis de visu, & alij de auditu, vt fuit resolutum in
Rota in vna Corduben. pensionis, & beneficij die 13.
Iunij 1548. teste Put. decis. 234. lib. 3. & debet proba-
21 ri familiaritas, & continua in domo † commensalitas,
cap. vlt. de verb. signif. libr. 6. August. Ber. quæst. 35.
Mascard. de probat. concl. 755. num. 1. nam illa dici-
22 tur vera † familiaritas, quæ corpore. & dentibus fit,
vt vtar verbis Gem. in d. cap. vlt. in penult. not. Sarn.
reg. de impetrand. benef. vacan. per obit. famil. Card.
23 quæst. 13. & ideo dicitur † continuus commensalis, qui
comedit in tinello, vel comedere potest, vt fuit reso-
lutum, vt per Crescent. decis. 225. in manoscrip. & hu-
24 iusmodi † commensalitas non præsumitur, vt tenuit
Rot. teste Sarn. d. quæst. 13. sub numer. 5. vbi alia ad
rem deducit.
25 Quartò infertur, † resignatarium teneri verificare
causam expressam in resignatione, vt de causa expressa
26 † in coadiutoria iudicauit Rot. in vna Ispalen. Sancti
Saluatoris 20. Octobris 1543. teste Put. decis. 62. lib. 2.
& est communis opinio.
Quintò infertur † resignatarium teneri probare se
27 esse clericum, vt est communis opinio in quolibet †
28 impetrante. Mascard. de probat. conclu. 301. numer. 2.
29 & si narrauit se esse Clericum Romanũ † debet hoc ve-
rificare. Ideò 21. April. 1567. in vna Roman. Canoni-
catus coram R. P. D. Seraphino fuit conclusum, quòd
resignatio sit subreptitia, cum in impetratione benefi-
ciatus Sancti Petri narrauerit se esse Clericum Roma-
num, & in resignatione Canonicatus cuiusdam colle-
giatæ dixerit se esse forensem, teste eod. Seraphino de-
cis. 26. incip. quamuis. libr. 2. Qui clericatus potest
30 probari per literas † Episcopi attestantes se contulisse
ordines illi, latè Felin. in cap. post cessionem, numer. 3.
& num. 15. vers. fallit. 7. de probat. Grammatic. decis.
81. nume. 1. Communis opinio, vt per Mascard. de pro-
31 bat. concl. 305. Et per † indicia, ac argumenta. Gl. in
cap. inter quatuor, verb. per argumenta. per illum tex.
de cleric. Peregrin. Boer. decis. 171. numer. 15. & per
confessionem partis, Crauett. cons. 93. no. 4. & ex diu-
32 turna † possessione. Doctores in cap. illud, de præ-
sumpt. Paul. de Castr. cons. 202. in causa confinium,
numer. 3. libr. 1. cum alijs, vt per Mascard. de probat
conclus. 304. num. 1. cum seq. & per duos † testes, qui
33 fuerunt præsents actui, cap. 1. & 3. de Cleric. Peregrin.
Alexand. cons. 107. nume. 7. lib. 7. Guid. Papæ quæst.
474. & fuit resolutum in Rot. vt per Guidobon. decis.
233. in manus. & per † famam, concurrentibus aliquibus 34
adminiculis, vt fuit resolutum in vna Ilerden. Decana-
tus, teste Papazon. in addit. ad decis. 2. de fil. presbyt.
in nou. num. 13. nisi ageretur de clericatu † illegitimi, 35
quem ex sola fama non probari, fuit resolutum in Rot.
in vna Calaguritan. die 13. Octobris, 1542. coram
Thoma de Tanis, teste Put. decis. 363. lib. 1. attestantur
etiam Card. S. Crucis dec. 26. & Guidobon. dec. 133.
in manuscriptis.
Sextò infertur † resignatarium teneri verificare æta- 36
rem quam narrauit, vt fuit resolutum in Rot. vltima
Martij 1542. teste Put. decis. 300. libr. 1. & in vna Tar-
raconen. Præceptoriæ coram Thoma de Tan. 4. Nouem-
bris 1541. teste eod. Put. decis. 187. numer. 4. libr. 1.
vbi loquitur de eo qui dixit se esse in duodecimo anno
constitutum.
Hinc impetrans † coadiutoriam debet verificare 37.
coadiutoriam esse in anno 60. vel 70. vt expressit, vt
fuit resolutum in Rot. in vna Ispal. portionis coram
Vestano 22. Mai. 1552. teste Caputaque decis. 228. 1. p.
& 27. Ianuarij 1576. coram R. P. D. Seraphino, & ætas
probatur per librum † Baptismi, qui conseruatur in 38
Ecclesia parochiali, & per scripturam patris, vt fuit
resolutum in vna Fulginaten. Canonicatus coram Reo-
mano 15. Iunij 1551. teste Caputaque decis. 314. p. 1.
& alijs modis, vt per Mascard. de probat. concl. 666.
Septimò infertur, resignatarium teneri verificare va-
lorem expressum † in supplicatione, deductis oneribus 39
perpetuò impositis super fructibus eiusdem beneficij.
Cassad. decis. 19. de præbend. Felin. in cap. ad aures.
colum. 3. de rescr. & ibi Dec. Rip. Ber. & communiter
alij, Caputaque decis. 318. colum. 1. p. 3. & est com- 40
munis resolutio, gratiatum teneri verificare † valo-
rem expressum in supplicatione, opponente aduersario,
vt fuit pluriès resolutum in Rot. primò coram Silue-
stro; secundò coram Crescentio in vna Calaguritan.
tertiò coram Ioan. Paulo 22. Octob. 1540. teste Put.
decis. 24. libr. 1. & alias die 23. Iunij 1538. fuit resolu-
tum impetrantem teneri verificare beneficium esse in
taxa, teste Sarnen. decis. 61. lib. 2. in manuscr. quo non
probato gratia censetur subreptitia, vt statuit Vrbanus 41
V. teste Rot. decis. 20. de præb. in nou. & alij Pontifi-
ces, vt per Sarn. de val. Rom. cons. 362. num. 3. Capell.
Tholos. decis. 435. Cardin. cons. 31. cum aliis, vt per
Menoch. de arbit. iud. cas. 201. numer. 77. Communis
opinio, teste Mascard. de probat. conclus. 887. colum
2. 5. & 3.
Octauò, Infertur ad resolutionem factam per Domi-
nos de Rot. in causa Fundan. Præceptoriæ S. Antonij,
quòd resignatio facta ad fauorem N. cui fuit commen-
data dicta Præceptoria, vt infra sex menses teneatur
habitum suscipere, & professionem emittere, alioquin,
hoc tempore elapso, teneatur illam dimittere, requirit
verificationem professionis, & habitus suscepti, de
quo, si non constat, † resignatarius dicitur intrusus, 42
etiam si habuerit nouam prouisionem, & gratiam, *si
neutri*, quæ ei † nequaquam prodest, non facta mentio- 43
ne intrusionis, & fructuum malæ perceptionis, Cald.
cons. 19. de rescript. & cons. 11. de præbend. Cassad.
decis. 6. de probat. Felin. in cap. postulasti colum. pen.
in fin. de rescript.
Nonò infertur resignatarium teneri verificare alia,
super quibus Papa se fundat ad † concedendum gratiam 44
vt fuit resolutum in Rot. in vna Tirasonen. prætensæ
erectionis, 14. Octob. 1552. coram Montis Flasconen.
teste Caputaq. decis. 240. par. 2.
Hinc si fuit reseruatus accessus ea causa cessionis iu-
ris, causæ, † & litis, ad hoc, vt dicatur iustificatus, 45
debet doceri de lite, vt fuit sententiatum in Rota vna
Seguntin. integræ portionis coram Guidobono die 19.
Februarij 1552. teste Caputaque decis. 6. part. 1.
Decimò, Infertur, resignatarium teneri verificare
ea, quæ narrauit † in supplicatione, & induxerunt Sum- 46

Digitized by Google

mum Pontificem ad facilius concedendum, vt colligi-
ex doctoribus citatis per Iacob. Menoch. de arbitr. iu-
dic. cas. 202. num. 24. & potest poni exemplum in Do-
47 ctoratu expresse, qui † debet verificari, cum Papa faci-
48 lius concedat Doctoribus † beneficia, cap. cum in cun-
ctis. §. inferiora de elect. cap. de multa. de præb. vbi
Innoc. Abb. Dec. & alij omnes, cap. quanto de magist.
Dec. in cap. proposuisti. col. vl. de prob. quæ qualitas
49 † Doctoratus probatur sufficienter per priuilegium, &
per duos testes deponentes de publica voce, & fama,
vt fuit decisum in Rot. die 21. Maij 1554. coram Ora-
din. in vna Pampilonen. Hospitalariæ, teste Caputaque
decis. 277. p. 1. & alias, teste eod. Caputaque. decis. 6.
p. 2. Declara, hæc procedere, quoties vult resignata-
rius canonizari facere suam gratiam, namque tunc ad
50 illam canonizandum requiritur, † vt verificet narra-
ta in ea, vt quia alter excipiat, aut opponat, Specul.
in tit. de except. §. nunc videndum numero 23. vers.
licet autem, Ioan. And. in cap. 1. de lit. contest. libr.
6. Zabarell. cons. 69. quod ad primum, colum. vltim.
Oldrad. cons. 256. Fel. in cap. constitutus, de rescript.
Soc. sen. cons. 164. volum. 2. num. 6. lib. 2. & com-
muniter alij, vt per Mascard. de prob. concl. 1123. num.
4. 5. & 6. arg. l. 3. C. de non num. pecun. arg. cap. quia
circa. de consangui. & affin.
51 Hinc fundans † se in dispensatione debet illam pro-
bare, Oldrad. dic. cons. 256. num. 2. & in qualibet alia dis-
52 positione, † Socin. dict. cons. 164. num. 6. Io. Andr. in
cap. 1. de homicid. li. 6. Quo verò ad capiendam pos-
53 sessionem huiusmodi † probatio nequaquam requiritur,
vt est communis, & recepta Doctorum sententia in sty-
lo obseruata; namque videmus resignatarios capere
possessionem beneficij resignati in curia, vel extrà, abs-
que verificatione narratorum.
Dubitatur tamen, An resignatarius teneatur proba-
re suam idoneitatem? Negatiuè videtur responden-
54 dum, quia in dubio quis præsumitur † idoneus, nisi
contrarium probetur, cap. vlt. & ibi Felin. de præsumpt.
Bald. in l. 2. num. 7. C. quand. prouoc. non est neces.
Bisignett. decis. 6. num. 8. de præben. Boer. decis. 171.
num. 10. Alciat. tract. præsumptio. reg. 3. præsump. 3.
Lambert. de iur. patron. art. 2. 10. quæst. princip. par. 1.
2. libr. numer. 1. & est communis opinio. In contra-
rium tamen est veritas, & magis Communis opinio,
55 vt resignatarius debeat probare suam idoneitatem, †
scilicet ætatem, scientiam, doctrinam, Glos. in cap. si
forte, de elect, in 6. in verb. euidenter. Abb. in capit.
cum in iure, sub numer. 2. de elect. cum alijs, vt per
Niconit. in Rubr. de nou. oper. nunc. num. 288. Rot.
decis. 8. de probat. in nou. vbi attestatur de stylo, de
magis Communi, Mascard. de probat. concl. 878. num.
4. in terminis nostris. Put. decis. 597. num. 5. lib. 3. &
est ratio, quia secundum canones prouisus de aliquo
56 beneficio debet esse † idoneus moribus, scientia, & æ-
tate, cap. cum in cunctis, vbi omnes, de elect. & ta-
men, vbi idoneitas requiritur à lege, tunc non præsu-
57 mitur, sed est probanda, † & si ille, de cuius habili-
tate agitur, revera esset omni exceptione maior, Bart.
in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testam. aper. Dec.
cons. 3. colum. 4. Paris. cons. 24. numer. 17, volum. 3.
Roland. à Vall. cons. 30. num. 56. volum. 1. Corn. cons.
131. circa fin. li. 1. Alex. cons. 44. num. 2. vol. 4. Ias.
cons. 153. num. 5. lib. 2. & est communis opinio, teste.
Grat. consil. 2. num. 35. lib. 1. Accedit, quia, quoties
58 agitur de vtilitate animæ, † quis non præsumitur ido-
neus, sed debet hoc probare, Glos. vlt. in cap. consulti
sumus, de regul. Felin. in cap. dudum, num. 14. de præ-
sumpt. & hic agitur de vtilitate animæ, vt idoneus Re-
59 ctor præficiatur, & est regulare, vt quoties agitur † de
præiudicio tertij, idoneitas sit probanda, Abb. in dict.
cap. cum in iure. de elect. in primo not. Felin. dict. cap.
dudum, num. duodecimo. Hinc quoties patronus vult
60 præsentare aliquem, non debent præsumere illum † esse
idoneum, sed debet diligenter inquirere, quoad fieri
potest, de Idoneitate ipsius præsentandi, Lambert. de
iur. patron. articul. 2. 10. quæst. princip. par. 1. libr. 2.
num. 7. & 8.
Non obstant Doctores in contrarium allegati, vo-
lentes, quem in dubio † præsumi idoneum, namque 61
id procedit quoad idoneitatem intrinsecam, † vt est ca- 62
stitas, sobrietas, & similia nam hæ præsumuntur, Glo.
in l. si vero §. qui pro rei, verbo dubitatur, ff. qui sa-
tisd. cogant. per leg. cum quidam. ff. de leg. 2. Fel. d.
cap. dudum. de præsumpt. numer. 11. & est communis
opinio non autem quo ad idoneitatem extrinsecam,
vt scientia, ætas, & similia, Gloss. in capitul. si
forte. de electio. libr. 6. Ita distinguit Alciat. de præ-
sumpt. regul. 3. præsumpt. 3. Lambert. loc. cit. nu-
mero 4. Mascard. de probat. d. conclus. 878. & est
communis dist.
Hinc bonus † quis præsumitur, cum hæc sit qualitas 63
intrinseca, Marsil. in l. 1. numero 67. ff. de sicar. Dec.
in l. milites, numer. 23. C. de militar. testam. Crauett.
consilio 60. num. 7. Socin. Sen. cons. 15. colum. 1. lib.
1. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. & est com-
munis opinio.
Hinc literatus † non præsumitur, cum hæc sit qua- 64
litas extrinseca, Felin. in capitul. vltim. de præsumpt.
Mascard. de proba. conclusion. 986. num. 1. & idoneum
ad aliquod subeundum munus aliquem esse, poterit per
testes † probari, deponentes de habilitate prouisi an- 65
te confectionem literarum. Rot. decis. 8. de prob. in
nou. vbi attestatur de stylo curiæ, & Cancellariæ, Rot.
decis. 6. de testibus, eod. libr. & literatura † de stylo 66
regulariter solet probari per examen personæ, capitul.
si forte. de elect. in 6. vbi Gemin. colum. vlti. & alij
omnes, & ita fuit decis. in Rot. vt habetur dict. decis. 8.
de probat. in nou. & decis. 17. de concess. præbe. eod.
lib. Mascar. de proba. concl. 887. num. 8. Bellam. decis.
113. magistratus.
Declara, vt huiusmodi conclusio intelligatur, cum
alter excipit, aut opponit; nam tunc tenetur resigna-
tarius suam qualitatem † probare, iuxta ea quæ fuerunt 67
latè deducta suprà. Quo verò ad capiendam possessio-
nem, non requiritur dicta probatio, vt dixi etiam su-
prà. Et hodie vulgatissimus est stylus, vt quoties pro-
uisus, siue per † obitum, siue per resignationem, est in 68
curia post signatam supplicationem, ante vero confe-
ctionem, literarum, recipiuntur testes super eius ido-
neitate, scilicet super natalibus, ætate, & moribus, quo
facto relaxatur supplicatio, & deuenitur ad expedi-
tionem literarum. Si vero prouisus est extra curiam, fit
expeditio in forma dignum, de qua dictum est libr. 8.
quæst. 7. in fin. nam committitur † Ordinario, vt, con- 69
stito de habilitate N. illi conferat, vt not. in Clem. iu-
dex. de off. deleg. Lap. alleg. 60. num. 3. Bart. in l. mu-
to. §. sub conditione. in fi. ff. de tutor. & habemus ad
hoc const. Pij V. 162. incip. Cogit. & tunc testes super
idoneitate recipiuntur per Ordinarium, & per eundem
examinantur, idque expeditur absque citatione. † Bal. 70
in l. neque natales, num. 8. C. de proba. Rom. sing. 369.
Inn. in cap. in causis. de elect. Rot. decis. 9. de concess.
præb. in nou. Lap. alleg. 66. Franc. in cap. si tibi absen-
ti. colum. 4. de præben. lib. 6. Ioan. And. in cap. ex par-
te. de accus. & est communis opinio, vt per Mascard. de
probat. dict. conclusion. 877. numer. 2. cum seq. vbi
limitat.
Et non est omittendum, quid S. D. N. Grego. XIIII.
ordinauit, † vt non dentur amplius benef. in Curia re- 71
quirentia residentiam, nisi præuio examine, idquè suo
tempore fuit in viridi obseruantia, namque dignitates
& Canonicatus, Metropol. aut Cathedralium pone-
bantur ad concursum.

Libr. 10. quæst. 3. num. 2. ibi, Debeant verificari narrata.

QVoad modum tamen vacationis, contrarium obser-
uat stylus Galliæ, quo sufficiat, vt vacandi modus,
(qui in impetratione expressus non sit) quando in iudicio

Digitized by Google

agitur, exprimatur. Vt notat Probus add. 3. ad glos. pragm. sanct. 10 §. neque etiam in verbo, fociendas. de collat. intellige autem ipsum Probum loqui de impetrationibus beneficiorum, quorum prouisiones obtinentur per simplices signaturas, quæ certo modo intitulantur. Nam si super illis Apostolicæ literæ (quas vulgò Bullas vocitant) expediantur; tunc aut modi vacationis expressio, vel saltem clausula, qua summus Pontifex se illum pro expresso habere velle declaret, necessariò requireretur. Notandum tamen est, impetrantis Apostolicu (qui etiam vulgò deuolutarius nuncupatur) non licere anteriorem, quamuis (etiam notoriè) iniustè possidentem, beneficij possessione depellere: Nisi seruato iuris ordine, & expectata iudicis sententia, in sui fauorem lata, vt Nicolaus de Milis in suo repertorio. in verbo, possessor beneficij, notat, & lege Regia cautum, faciunt notata per Rebuff. in praxi beneficiaria tit. de simonia in resignatione; num. 27. & à nobis dicenda infrà, lib. 11. qu. 10. num. 9.

qu. 3. nu. 1. Quid teneatur Resignatarius verificare.

¶ NOtto an prouisio valida sit vel inualida possessorium pulsat, ideò Iudicis Regii est hæc indagatio, non Episcopi executoris, qui de Sola prouisi idoneitate cognoscit, quæ in rebus consistit, scientia, moribus & ætate, cap. cum in cunctis. de Elect. cognitio, autem hæc Episcopalis non est iurisdictionis delegatæ sed Ordinariæ, rescripto Apostolico excitatæ non attributæ, quæ ideò ad Capitolum transit sede Episcopali vacante, Molin. ad regul. de infirm. Resignant. num. 271. Melchior Pastor de benefic. lib. 2. tit. 13. num. 3. Flamin. supra lib. 3. quæst. 13. num. 19. quamuis Garcias notet & tandem contrarium resoluat in tract. de benefic. p. 6. cap. 2. ex num 40. & iuxta ipsius sententiam iudicatum refert Oliuens in notis ad cap. 16. lib. 1. quæstionum notab.

QVÆSTIO IV.

An Resignatarius teneatur docere de titulo sui prædecessoris, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius non tenetur docere de titu. sui prædecessoris.*
2 *Successor in benef. per obitum non tenetur verificare titulum sui antecessoris.*
3 *Mortis naturalis, & ciuilis eadem est ratio.*
4 *Possessio auctoris præsumitur continuata.*
5 *Petens benef. ex causa permutationis satis est probare compermutantem pro tali habitum esse.*
6 *Impetranti per obitum, sat erit probare communem reputationem.*
7 *Nominato sufficit probare possessionem prædecessoris.*
8 *Aestimatio communis, quomodo probetur.*
9 *Contra allegat. Lapi, an admittatur probatio.*
10 *Probatio triennalis requiritur pro allegat. Lapi.*
11 *Rota quare reduxit ad triennium alleg. Lapi.*
12 *Possessor pacificus qui dicatur.*
13 *Probatio triennalis, an habeat locum in petitorio.*
14 *Probatio triennalis, an habeat locum, vbi impugnatur titulus auctoris.*
15 *Allegans inhabilitatem resignantis debet illam probare.*
16 *Possessio notoriè iniusta prædecessoris non nocet.*
17 *Resignatarius non tenetur probare titulum.*
18 *Possessio pacifica facit præsumere pro titulo.*
19 *Solennitas extrinseca præsumitur ad diuturnitatem temporis.*
20 *Titulus præsumitur ex diuturno cursu temporis.*
21 *Ex institutione, & confirmatione, an probetur titulus.*
22 *Titulus matrimonij, præsumitur ex diuturna cohabitatione.*
23 *Triennalis, vbi habeat locum.*
24 *Præsumitur Episcopum non tolerare intrusum.*
25 *Triennalis inducit præsumptionem tituli.*
26 *Beneficium non potest obtineri sine Canonica institutione.*
27 *Contra triennalem admittitur probatio.*
28 *Titulus in prophanis præsumitur ex spatio 10. annorum.*
29 *In causa possessionis adipiscendæ requiritur, vt tentans tale possessorium, probet saltem titulum.*
30 *Spoliatus tenetur probare titulum.*
31 *Episcopo inquirenti ex officio possessor debet probare suum titulum.*
32 *Episcopi in visitatione inquirunt de titulo.*
33 *Curati tenentur titulum ostendere.*

QVartò Quæro, An Resignatarius teneatur docere de titulo sui prædecessoris? Communis 1
opinio est negatiua, † quam tenent Host. Imol. & alij in cap. illud, de præsum. & in cap. Innotuit. de eo, qui furt. ord. recep. Lap. alleg. 89. Bellom. decis. 112. & dec. 545. Cassad. decis. 2. num. 4. de caus. poss. & proprieta. Boer. quem refert, & sequitur Mascard. de probat. conclus. 175. num. 1. & 2. & concl. 1373. num. 4. & hanc esse communem opinionem habes in 1. tom. commun. opini. impress. de ann. 1584. fol. 184. secundùm quam opinionem fuit pluries iudicatum per Rot. & in specie 9. Septembris 1554. coram Accorambono, vt habetur li. diuers. decis. 61. in manuscript.

Ita successor in beneficio vacante per obitum non 2
tenetur † iustificare titulum sui auctoris, qui decessit in pacifica possessione, Lap. dict. all. 89. qui in hoc communiter est receptus, & pluriès resoluit Rota, & tamen eadem est ratio in moriente naturaliter & in moriente † 3
ciuiliter, Rot. decis. 28. de procur. in no. & est communis opinio omnium Doctorum, & facit quod scribit Anch. cons. 117. latè Mandos. in addit. ad alleg. Lap. vbi infinitos cumulat, & latè habes per Mascard. de prob. d. conc. 1373.

Ideò sufficiet, si resignatarius probet renunciantem pro tali fuisse habitum, & alleget possessionem sui auctoris, quo præsumitur continuata † vsque ad diem 4
resignationis, & illa possessione præsumpta poterit se tueri, Cassa. d. de. 2. num. 4. vers. quod obseruatur, & decis. 4. num. 8. vers. item si triennalis de caus. poss. & propriet. Mandos. in addit. ad dictam alleg. Lap. 89. q. 4. cum alijs, vt per Mascard. de prob. dict. conclus. 1373. Alciat. regul. 2. præsumpt. 21. num. 5. & communiter alij, & fuit resolutum in Rota in vna Asculana Sancti Ioannis 20. Nouembris 1557. & in vna Cordaben. beneficij tertio Octobris 1559. coram Car. Quiroga, & in vna Conchen. præstimonij coram Sam. teste Crescent. decis. 14. in manuscr.

Ita petenti beneficium ex causa permutationis satis est probare † compermutantem pro tali habitum, vt fuit 5
conclusum per Rot. dec. 4. de rer. permut. in nou. Mil. in verbo permutans beneficium si agit, Abbas in cap. cum venerabilis, num. 24. Fel. sub num. 11. de excep. Boer. dec. 150. num. 22. Cassad. dict. dec. 2. numer. 9. Cosmas Guimier in comment. ad pragmat. sanct. tit. de pacif. possess. sub verbo inquirant, Cald. cons. 10. de rer. permut. & communiter alij.

Ita etiam impetranti per obitum sufficit probare communem reputationem † sui prædecessoris, Lap. d. al- 6
legat. 89. vbi late Mandos. in additio. Capel. Tholosa. 467. vbi Stephan. Aufrer. in addit. attestatur ita fuisse decisum suo tempore, Ferrett. cons. 18. num. 2. & cons. 478. num. 3. Crescent. decis. 14. lib. 1. in manusc. & est communis opinio, vt late prosequitur Mascard. de probat. dict. concl. 1373. num. 8. Ita pariter nominato sufficit probare † prædecessorem in possessione beneficij 7.
decessisse, & quod in vita reputabatur verus beneficiatus, Rebuff. in tract. nom. quæst. 17. num. 66. vbi attestatur ita fuisse decisum, Mascard. alios citat. d. concl. 1373. num. 6.

Et communis † æstimatio, seu reputatio dicetur pro- 8

bata, cum Prælatus superior, & clerici præsertim eius-
dem Ecclesiæ, & maior pars laicorum, huiusmodi præ-
decessorem pro vero, & legitimo prælato, seu benefi-
ciato habuissent, & tenuissent, ita Anchar. cons. 117.
Ferret. cons. 101. num. 8. & cons. 131. num. 3. & est
communis opinio, vt patet ea congestis per Mandos. in
addit. ad dict. alleg. Lap. 89. quæst. 8. & tali casu ad-
uersarius non poterit probare titulum infectum sui au-
ctoris, iuxta terminos dictæ alleg. Lap. & Rot. decis. 4.
de rer. permo. in nou. & decis. 10. eod. tit. 10 antiq.
Cassad. decis. 3. & vlt. de procur. quod intellige, vt in
9 tertia declaratione, † Potest tamen aduersarius proba-
re non fuisse communiter ita habitum, Abb. in cap. di-
lecto num. 8. de præb. Inn. & alij in d. cap. illud, Cas-
sad. decis. 7. num. 2. super reg. Cancell. cum alija, vt
per Mandos. in add. ad d. alleg. Lap. q. 9. Mascar. dict.
conclus. 1373. num. 12.

Declara 1. vt vltra communem reputationem probe-
10 tur etiam possessio † triennalis ipsius auctoris, seu præ-
decessoris, quòd scilicet renunciana possederit pacificè
per triennium, Fran. in cap. susceptum, numer. 11. de
rescript. lib. 6. Cassad. d. decis. 2. num. 6. de caus. pos-
sess. & propriet. Guidobon. decis. 1. in manuscript. Pe-
legr. pecis. 141. lib. 2. Caputaq. decis. 26. nume. 4. p. 1.
Mascard. de prob. concl. 175. num. 3. qui dicunt, quòd
licet Lap. d. alleg. 89. loquatur de possessione decenna-
11 li, tamen † Rot. ob breuem vitam hominum, reduxit
ad triennium. Achil. de Graff. decisio. 1. sub rub. de tit.
in manuscr. Card. Paris. cons. 37. num. 8. volu. 4. Cres-
cen. decis. 257. in manuscr. Ferret. cons. 9. num. 4. &
consil. 102. num. 8. & est communis omnium Doctorum
sententia, vt per Mandos. in addit. ad d. alleg. Lap. qu.
2. Mascard. de prob. d. conclus. 1373. num. 13. & fuit re-
solutum in vna Spoletan. coram Simonet. teste Cassad.
dict. decis. 2. & late decis. 3. de caus. poss. & propriet.
& ita communiter tota die obseruatur, & pacificus pos-
12 sessor est, qui nullam † sensit molestiam iuris, vel fa-
cti, iudicialem, vel extraiudicialem, Paul. de Eleaz. &
Imol. in Clem. Gratiæ, in fi. Card. Zabarel. nume. 8. de
rescript. Guid. Pap. consil. 134. Cassad. decis. 9. de caus.
possess. & prop.

13 Secundò, Declara, † vt huiusmodi probatio locum
habeat, vt quis obtineat in possessorio iudicio, secùs
quoad obtinendum in petitorio, vt decidit Bellam. de-
cis. 612. Rot. decis. 15. de præb. in nou. & latè habes
per Mascar. de prob. concl. 171. numer. 1. cum seq. & d.
concl. 1373. num. 16.

Tertiò, declara non procedere, vbi principaliter im-
14 pugnatur † titulus auctoris, Bellam. Cassad. & alij rela-
ti a Mascard. dict. conclusio. 1373. num. 18. dicenti ta-
men incumbit onus probandi, vt fuit resolutum in Rot.
in dict. Asculan. Sancti Io. Die 22. Nouembris 1557. vt
15 allegans † inhabilitatem resignantis debeat illam pro-
bare, ad not. in l. ab ea parte. ff. de prob. Card. Paris.
consil. 82. num. 6. vol. 4. Sarn. de trienn. qu. 39. nume.
2. & 4. nam possessio notoriè iniusta prædecessoris non
16 † prodest, Rot. decis. 5. de rest. spol. in nou. alias decla-
rationes habes per Mandos. in addit. ad d. alleg. Lap.
89. quæstio. 7. cum sequen.

Nec resignatarius pacificus possessor beneficij resi-
17 gnati titulum † probare tenetur, Innoc. Abb. & alij om-
nes in cap. Ordinarij, de off. ord. in 6. & in cap. licet
Heli, de simo. Rebuff. in prax. benef. tit. de resc. ad be-
nef. vacan. nu. 19. Iacob. Nouell. in reg. 217. cum aliis,
vt per Mascar. de probat. conclus. 1372. n. 1. vbi attesta-
tur hanc esse communem opinionem, eòque magis, si
18 possessio † esset antiqua, nam tunc absque dubio præsu-
mitur pro titulo, & ob id non cogitur illam probare,
Gemin. in dict. cap. ordinarij. §. 1. sub num. 7. Franc. n.
5. Hostiens. ac alij in d. cap. licet Heli, & alij, vt per
19 Mascard. dict. concl. 1372. num. 2. & est ratio, quia †
solemnitas extrinseca, quæ alias non præsumitur l. quæ-
cunque §. vlt. ff. de publ. propter diuturnitatem tempo-
ris præsumitur, Gloss. vlt. in cap. peruenit, de empt. &
vendit. Io. Andr. in cap. Albericus, de testib. Ancha-
ran. consil. 136. num. 2. Doctores omnes in l. sciendum.
ff. de verbor. obligatio. Hinc dicit Glossa in capitulo
dilectio tua, verb. offerre. 16. quæst. 3. titulum præsu-
mi ex diuturno † temporis cursu elapso, vt decem an- 20
norum, & ibi Archidia. num. 2. & facit tex. in cap. il-
lud. de præsumptio. ex quo tex. Cardin. Zabarell. Anto.
de Butr. Abb. Imol. & Felin. deducunt, vt sufficiat ad
probationem tituli ostendere † institutionem, & con- 21
firmationem, & quòd longo tempore tenuerit benefi-
cium, & habitus sit pro rectore, Ioan. And. in cap. si
iudex Laicus. §. vlt. de senten. excomm. libr. 6. Ge-
min. cons. 87. sub numer. 2. Anchar. cons. 217. Paul.
de Castr. cons. 202. colum. 2. sub num. 3. volum. 1.
Alex. cons. 79. col. 3. num. 4. vol. 1. Dec. consil. 36. sub
num. 5. Sarn. de trienn. quæst. 26. num. 3. & 8. Ruin.
cons. 75. num. 2. & 6. vol. 1. Crot. cons. 94. nu. 1. Natt.
cons. 162. num. 16. lib. 3.

Hinc ex diuturna † cohabitione titulus matrimonij 22
præsumitur, communis opinio, de qua testatur D. meus
Card. Paris. cons. 7. num. 1. & seq. volum. 4. Burs. cons.
27. num. 6. volum. 2. & cons. 87. num. 22. eod. vol. 1. vbi
attestatur esse magis communem, & in his beneficiali-
bus spatium † trium annorum sufficit, stante regula 23
Cancell. de trienn. Ferret. cons. 18. num. 1. cons. 362. n.
9. lib. 2. Pontan. de spol. lib. 2. c. 15. num. 150. & com-
muniter alij, vt per Mascard. de probat. conclus. 1371.
num. 20. & ratio est, quia, cum Episcopi visitent Eccle-
sias, & inquirant super titulis beneficiorum suæ diœ-
cesis, non est præsumendum, quòd tanto tempore † to- 24
lerassent intrusum, nec subditi, Inn. in d. cap. illud col.
2. de præsump. Bal. in l. siue possidetis, in 4. oppos. num.
5. C. de prob. Dec. cons. 121. sub num. 3. Ferret. d. cons.
362. num. 6. lib. 2.

Declara 1. vt huiusmodi tempus in beneficialibus in-
ducat † præsumptionem tituli. Ant. de Butr. in cap. ex 25
insinuatione num. 20. & ibi Imol. nu. 9. de procur. Abb.
in d. cap. licet Heli, num. 23. Anan. num. 28. Fel. d. cap.
illud, nu. 5. & communiter Doctores, vt per Mascard.
d. concl. 1371. nu. 133. ea ea ratione, quia beneficium
† Ecclesiasticum non potest obtineri sine canonica in- 26
stitutione, regu. 1. de regu. iur. lib. 6.

Declara 2. vt si expressè producatur, & ostendatur
titulus nullus, † & inualidus, tunc præsumptio huius- 27
modi nihil operatur, vt respondit Bellam. cons. 10. fa-
ctum tale, sub numer. 10. & 29. Paul. de Castr. cons.
423. colum. 2. sub numer. 2. volum. 2. & est communis
opinio, vt per Mascard. dict. concl. 1372. num. 63. vt
quia probatur de intrusione, vel vitioso ingressu. Abb.
dicto cap. illud, numer. 7. Gemin. in dict. cap. ordina-
rij. §. quòd si fortè, colum. vlt. sub num. 7. de off. or-
dinarij lib. 6.

Ita titulus, qui in prophanis † præsumitur ex spatio 28
decem annorum, cum constat de contrario, nihil ope-
ratur, Paul. de Cast. in l. 2. de dot. promiss. Io. And. in
cap. vltim. de caus. poss. & propriet. Alex. cons. 113. nu.
4. vol. 1. Curt. Iun. cons. 130. num. 4. Crauett. cons.
134. num. 44. Idem Crauett. latè cons. 190. num. 6. vers.
secundò respondeo, Caputaq. decis. 304. p. 3. fuit reso-
lutum in vna Ispalen. matrimonij coram Guidobono 4.
Nouembris 1552. teste Caputaq. dec. 314. p. 3. Menoch.
in tract. retinend. poss. rem. 3. q. 76. num. 638. cum seq.
Et hoc casu beneficiato incumbit onus probandi cano-
nicè & legitimè fuisse ei beneficium collatum, vt latè
prosequitur Mascar. conclus. 180. numer. 1. & 2. vbi ita
sunt intelligenda ea quæ scribit.

Ita quoque in causa † possessionis adipiscendæ re- 29
quiritur, vt tentans talem possessionem probet iustum
titulum, vt respondit Ioan. Bapt. Ferser. cons. 93. n. 4.
lib. 1. dec. Pedem. 54. num. 4.

Ita pariter in causa possessionis recuperandæ, in qua
spoliatus † tenetur probare titulum suæ possessionis, 30
communis opinio, teste Card. Paris. cons. 12. numer. 2.
volum. 4. de communi etiam testatur Stephan. Aufrer.
in addit. ad Capell. Thol. decis. 15. Bellam. decis. 17.
& 49. Rot. decis. 1. & 2. de testit. spoliat. in nou. Capic.

decis. 6. numer. 13. Ferret. cons. 28. numer. 9. Crauett. cons. 322. colum. 2. vers. secundo considero, & est magis communis opinio, vt per Mascard. de prob. conclu. 680. & numer. 9. Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 458. & 459. vbi limitant.

31 Declara tertiò vt † non procedat, quando Episcopus ex officio inquirit, nam tunc debet possessor probare suum titulum, quia si non probauerit titulum, remouebitur à beneficio, cap. ex frequentibus, de Inst. cap. vlt. de Cleric. Pereg. cap. licet heli. de simon. Gem. in cap. ordinarij. §. 1. sub num. 7. de off. ord. lib. 6. Franc. sub num. 5. Felin. in d. cap. licet heli. num 14. Abb. nu. 73. communis opinio, vt per Mascard. de prob. conclus. 1372. num. 7. & nume. 19. Episcopi enim in eorum visi-
32 tationib. de titulo solent inquirere, † Rebuff. in prax. tit. de rescr. ad benef. vacant. numer. 20. Imol. in cap. cum nostris numer. 07. de instit. Archid. in cap. contra
33 morem, ad fin. dist. 100. & tenentur † beneficiati maximè curati titulum ostendere, Sarn. de triennal. quæst. 44. numer. 2.

Lib. 10. quæst. 4. num. 27. ibi, Vt quia probatur de intrusione.

INtrusus ergò quantocunque tempore possederit, non iuuatur decreto de pacificis possessoribus. Vt voluit Philippus Probus, in additionibus ad glosam pragmaticæ sanctionis, in verbo, colorattum, num. 12. de pacific. possess. ac Rebuffus, in eodem tractatu. num. 24.

quæst. 4. num. 8. Aduersarius non poterit probare titulum infectum sui auctoris.

¶ QVia jus à collatore habet, non à Resignante. Sed pone quod Resignans sit incapax & per illius incapacitatem beneficium ante Regnationem sit impetratum, num impetrans de incapacitate Resignantis docere poterit & Resignatarium in data posteriorem excludere? Distingue, aut Resignantem impetrans lite pulsauit antequam Resignatarius possessionem beneficij sit adeptus, & tunc audietur, & comperta Resignantis incapacitate aut tituli nullitate vincet: aut vero post captam à Resignatario possessionem litem mouit, & non audietur, Molin. ad regul. de public. Resig. num. 103. quod verum puto etiamsi Resignans triennio non possederit modo tamen pacificè quoad hunc impetrantem, & procedere nedum in possessorio sed etiam in petitorio iudicio, ac quamuis principaliter impugnaretur titulus Auctoris, quæ sunt limitationes Flaminij nequaquam admittendæ. In causa sunt præsumptio dispensationis, seu melioris tituli Resignantis, fauor Resignationis, odium & ambitio deuolutarij.

QVÆSTIO V.

An Resignatarius teneatur probare, resignantem superuixisse.

SVMMARIVM.

1 *Quis tenetur probare id, super quo se fundat.*
2 *Intentio probanda est.*
3 *Resignatarius non tenetur probare vitam resignantis.*
4 *Quisque præsumitur viuere vsque ad centum annos.*
5 *Vita longissima est centum annorum.*
6 *Vitam allegare sufficit absque probatione.*
7 *Senex præsumitur viuere per quinque annos, vel saltem per annum.*
8 *Præsumptio pro validitate actus.*
9 *Papa concedit gratiam viuentibus.*
10 *Orta lite inter Resignatarium, & possessorem beneficij si dubitetur de vita resignantis, cui incumbat onus probandi hoc, & num. 15.*
11 *Mors, cum sit priuatio vitæ, est quadam negatiua.*
12 *Negatiua non probatur.*
13 *Negatiua probatur ea ipsa, quòd contrarium non probatur.*
14 *Agens contra fideicommissariam possessorem, debet probare vitam filiorum.*
15 *Onus probandi incumbit allegandi resignantem mortuum tempore resignationis.*
16 *Negatiua, quando est fundamentum intentionis alicuius, debet probari.*

QVintò Quæro, An resignatarius teneatur probare resignantem supervixisse? Videtur dicendum quòd sic: quia quis tenetur † probare 1 illud super quo se fundat, pro vt in probanda ætate maiori, vel minori tradit Bar. in l. de ætate, ff. de minorib. Ioan. And. in cap. infamibus, de regu. iur. in 6. Salicet. & alij in l. cum te. C. de prob. Ancha. in cap. accessit in prin. de desp. impub. Alex. cons. 49. num. 16. lib. 5. Dec. cons. 682. nume. 16. communis opinio. de qua testatur Felin. in cap. in præsentia. num. 28. de prob. Mandos. etiam attestatur de communi in reg. 18. quæst. 3. num. 3. & hoc est regulare in omnibus materiis, vt qui in aliquo se fundat, debeat probare illud. l. 2. ff. de prob. Dec. cons. 267. non excedit. colum. 5. communiter Doct. in cap. in præsentia. de prob. vnde cum ius suum pendeat à resignante, & hoc sit fundamentum, tenetur probare vitam resignantis, & sic suam † intentionem l. 2 spadonem. §. qui absolutus ff. de excusat. tuto Bartol. in l. qui inter & l. qui duos. §. cum in bello ff. de reb. dub. Fulg. in l. sed & si ff. de senten. & re iudic. latè Corn. cons. 119. colum. vlt. lib. 1.

Hoc tamen non obstante contraria opinio est verior, quòd resignatarius † non teneatur probare vitam resi- 3 gnantis, vt fuit tentum in Rot. in vna Ilerden. parochialis 24. Nouemb. 1539. coram Ioan. Paul. vt attestatur Put. decis. 85. in fi. libr. 1. Mohed. decis. 126. per obitum, in tit. de ren. Ioan. Paul. Prolem. decis. 109. Ratio est, quia quisque † præsumitur viuere vsque ad 4 centum annos. l. vlt. §. & nobis. C. de Sacr. Sanct. Eccles. l. an vsufructus, in fi. ff. de vsufr. Glo. in leg. 2. §. si dubitetur, vbi Bartol. in prin. ff. quemad. test. aperiat. Dec. cons. 204. nume. 4. communis opinio, & regula, teste Dec. cons. 575. numer. 20. Ex quo satis datur intelligi resignatarium non teneri probare vitam, cum præsumatur viuere, & resignatio hoc præsupponit. Put. decis. 280. nume. 11. lib. 2. & quamuis multi scribentes magnæ auctoritatis confutent supradictam regulam communem, dicentes non probari iure, vt voluerunt Dec. sibi contrarius in l. si emancipati. colum. 3. de collat. in l. vlti. C. de edi. diui Adr. toll. numer. 28. in cuius interpretatione excellentissimus D. meus Marc. Antonius Bizonus, nunc meritissimus Episcopus Fulginaten. & Nuntius Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano ita tenuit. Hoc idem tenuit Cardinal. Paris. cons. 86. numer. 20. cum sequen. volumn. 4. Corn. cons. 119. num. 8. lib. 1. Ruin. cons. 189. num. 14. lib. 1. Alcia. in tract. præsum. p. 3. reg. 1. præsumpt. 44. & hæc est magis communis opinio teste Mand. in reg. 19. Cancell. colum. vlt. in principio, namque in dicta l. vlt. dicitur, † quod vita longissima est centum anno- 5 rum, quod verum est per Cardin. in Clem. 1. de rebus Eccles. non alienan. Spec. de probat. §. 1. Plin. lib. 7. c. 48. namque esto, quòd hoc verum sit ob auctoritatem tot nouissimorum doctorum, tamen inficiari non potest, quin ex hoc non eliciatur, quem præsumi potiùs viuere; vnde præsumptio est pro resignatario, quòd resignans viuit, vt deducunt Are. in cap. causam quæ colum. 8. de test. Ale. cons. 27. column. vlti. libr. 7. & cons. 119. num. 8. lib. 1. & cons. 195. colum. 1. lib. 3. Socin. Iun. cons. 26. libr. 2. Felin. in cap. ex tenore, colum. vlt. de testib. & communiter Doctores. Quapropter sufficiet † ei allegare vitam absque alia proba- 6 tione. Bald. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testam. aper. Alberic. in l. vlti. col. 2. Salic. col. 1. C. de Sacr. Sanct. Eccles. Dec. cons. 133. colum. 3.

Hinc nemo est † tam senex, & viribus confractus, quin non præsumatur viuere per quinque annos, vt 7

egregiè probat.text. in l. hæreditatem, ff. ad leg.Falci.
vbi Alex. & communiter Doctores, vel saltem per annum, vt scribit D. Hieronymus in 2.par. epist. tit. 3. epist. 40. Tullius in lib. de Senect. Roma. cons. 363. petitum a me colum. 1. Gomes. in §. item si quis in fraudem, num. 25. Inst. de act. & in quæst. 7. de infir. resign. colum. pen. in fin. Accedit, quia principaliter de resignatione agitur, secundariò verò de vita, & sic, cum fundamentum resignationis principaliter non sit in vita non mirum, si eam non tenetur probare, argum. not. per Ioan. And. in cap. Infamibus, de reg. iur. in 6. Doctores in l. cum re. C. de proba. quia præsumitur pro resignatione, &c.

8 Comprobo † vlterius, quia præsumitur pro validitate actus. Tiraqu. de retract. consanguin. §. 30. glo. 1.
num. 32. Socin. iunior cons. 113. num. 3. lib. 4. Accedit insuper, quia præsumitur resignantem viuere, nam
9 aliàs Papa gratiam non † fecisset, Put. decis. 280. nu. 11.
libr. 2. Ad contrarium respondetur, vt per supradicta, quia fundamentum principale non est in vita, sed in resignatione, pro qua præsumitur, vt supra scripsi, &c.

Sed hic cadit dubium, † à Titio fuit N. resignatum
10 aliquod beneficium, quod possidetur à tertio, an resignatarius agens contra possessorem dicti beneficij resignati, teneatur probare resignantem supervixisse, an verò possessor allegans mortem resignantis teneatur illam probare, & sic, cui incumbat onus probandi? videtur dicendum, possessorem allegantem illam non teneri probare, quia mors, cum sit priuatio vitæ, est quæ-
11 dam negatiua, † ad not. per Bart. in tract. testium, in verb. mortuum hominem, in principio, & in l. 2. §. si
12 dubitetur, vers. aduerte. ff. quemadmo. testam. aper. †
vnde probari non potest. Crauett. cons. 1. in fin. Gram-
13 mat. decis. 56. numer. 4. vnde negatiua probatur † eo ipso, quod contrarium non probatur. Barbat. cons. 79. lib. 2. Rip. in l. ea facto. §. si quis rogatus, numer. 7. ff. ad Trebel. Lanfran. Orian. in cap. quoniam contra, nume. 14. de prob. Ale. cons. 83. in prin. lib. 1. & cons. 190. column. 3. libr. 6. communis opinio, vt patet ex adductis per Fran. Hercul. in tract. negat. ex quo sequitur resignatarium debere probare vitam, sicuti quando agitur contra fideicommissarium possessorem, agens
14 † debet probare vitam filiorum. Socin. sen. in l. qui duos §. cum in bello. ff. de reb. dub.

His tamen non obstan. contraria opinio est verior;
15 quòd imo † possessori allegantí resignantem mortuum tempore resignationis, incumbit onus probandi, non autem resignatario, qui non se fundat principaliter in vita resignantis, sed in resignatione, pro qua præsumitur, iuxta allegata supra in præcedenti quæstione, & cum hic casus fuisset propositus in Rota per D. Ioan. Paul. in vna Ilerden. parochialis die 13. Ianuarij 1539. (nam vacauerat parochialis per mortem cuiusdam Cardinalis, quæ fuerat collata cuidam Martino, qui cessit omni iuri sibi competenti in fauorem certæ personæ, quæ egit contra possessorem, qui possessor dicebat resignatarium teneri ad probandum resignantem supervixisse, resignatarius vero contra.) Domini fuerunt varij, & ideo nihil resolutum, vnde iterum causa proposita fuit die 24. Nouembr. eiusdem anni 1539. & fuit tentum, resignatarium non teneri probare, ita etiam fuit tentum in eadem causa die 4. Martij 1541. vt attestantur Mohedan. decis. 126. per obitum Cardinalis. Put. decis. 85. libr. 1. Ioan. Paul. Ptolem. decis. 119. Non obstant contraria, quia respondetur, quòd quando negatiua est fundamentum intentionis alicuius, per
16 illum † probanda, est siue agat, siue excipiat. Bart. in l. in illa stipulatione, nume. 5. & in l. ita stipulatus. ff. de verbo. obligat. Ale. in dict. l. in illa. num. 14. vbi attestatur de communi Corn. cons. 340. num. 3. libr. 2. Dec. cons. 78. in fi. Card. Paris. cons. 138. in princip. & cons. 153. in fin. volum. 4. Crauett. cons. 221. Socin. Iun. cons. 4. num. 30. & cons. 39. num. 62. lib. 2. & regulare est probandam esse negatiuam ab eo, qui in illa se fundat, Alex. cons. 34. in princip. lib. 2. & cons. 114. in princip. lib. 3. Dec. cons. 529. colum. 1. Card. Paris. cons. 32. num. 66. & cons. 104. in prin. volum. 4. & est communis omnium Doctorum sententia, vt patet ex infinitis, quæ congerit Hercu. d. tract. de negat. num. 2.

Lib. 10. quæst. 5. num. 9. Ibi; Nam aliàs Papa gratiam non fecisset.

IMò vix est, vt aliqua reperiatur signatura, prouisionem beneficij, per resignationem vacantis, continens, quin addit etiam clausula, siue per obitum vacet ac ita inoleuit consuetudo, sicque Romanæ Curiæ viget stylus. Vt iam suprà, lib. 9 q. 24. docuimus.

Eadem quæst. num. 15. Ibi, Sed in resignatione, pro qua præsumitur.

IDem dicendum in mandato, seu procuratorio ad resignandum, etenim pro eo quoque præsumitur. Vt testatur Puteus libr. 1. decis. 85. Et quòd alba procuratorii possint à quouis repleri, non quidem in matrice, id est, *à la cede*, sed in expeditione à Notario facta ex matrice, notat Molineus in regula de infirmis resignantibus nume. 267. circa finem.

quæst. 5. num. 3. Quod Resignatarius non tenetur probare vitam Resignantis.

¶ LImita nisi coniecturæ celatæ mortis vrgerent. Si enim Resignans in ægritudine è domo ad Castrum solitarium & remotum purioris aeris hauriendi causa vera vel ficta à Resignatario extrahatur, & post dies aliquot sparso per vulgus falso mortis rumore, Ordinarius per obitum conferat, postmodum verò resignatio pridie obitus verè sed clanculum contingentis Romæ admittatur; incumbet Resignatario onus probandi vitam Resignantis tempore resignationis admissæ: quia subintrat præsumptio celatæ mortis: Et ita iudicatum vidi in causa Francisci Roussel resignatarij ex vna & cognominati Reule via ordinaria prouisi per obitum Francisci Rech resignantis ex altera partibus, pro beneficio simplici præbenda de duodecim nuncupato in Ecclesia Tholosana fundato. Vide Flamin. infra lib. 11. qu. 7. num. 17. & Mandos. ad regul. de infirm. Resignant. q. 8. num. 1.

QVÆSTIO VI.

An Resignatarius teneatur capere possessionem beneficij resignati, & quomodo, & quando, & per quem.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius debet capere possessionem benefic. resignati,*
2 *Ius acquiritur prouiso per solam collationem Papæ, vel Ordinarij, & num. 55.*
3 *Ius quod acquiritur prouiso per collationem, non est firmum ante apprehensionem possessionis.*
4 *Possessio beneficij non transfertur per collationem.*
5 *Possessio est facti.*
6 *Possessio ad alium non transit, nisi fuerit apprehensa.*
7 *Prouisus ante apprehensam possessionem non potest administrare.*
8 *Prouisus ante apprehensam possessionem non potest percipere fructus.*
9 *Possessio beneficij potest capi per se, & per procuratorem.*
10 *Beneficium potest renunciari per procuratorem.*
11 *Matrimonium potest contrahi per procuratorem.*
12 *Possessio potest capi per consanguineos.*
13 *Ad capiendam possessionem benef. requiritur mandatum speciale.*
14 *Etiam laicus potest constitui ad capiendam possessionem benefic.*
15 *Mandatum ad resignandum non extenditur.*

Digitized by Google

16 *Ante licebat capere possessionem vigore supplicationis absque literis, hodie secus.*

17. *Capiens possessionem benef. absque literis est intrusus, & perpetuo inhabilis.*

18 *Constitutio Iulij III. de capienda possessione cum literis, est in viridi obseruantia.*

19 *Sequestrum non relaxatur resignatario vigore sententiæ latæ in fauorem resignantis, nisi literis expeditis.*

20 *Possessio benefic. potest capi nomine Cameræ cum breui.*

21 *Breue de capienda possessione datur citra vitium spolij & attentatorum.*

22 *Breue de capienda possessione potest dirigi Aud. Cameræ, qui postea decernit monitoriam.*

23 *Verba* Consilio de resignatione *intelliguntur de valida.*

24 *In breui de capienda possessione, debet forma seruari.*

25 *In breui de capienda possessione, quid debeat narrari.*

26 *Breuia expediuntur registrata supplicatione.*

27 *Resignatarius non potest capere possessionem propria auctoritate.*

28 *Possessio apprehensa propria auctoritate est nulla.*

29 *Capiens possessionem propria auctoritate dicitur violentus possessor.*

30 *Capiens possessionem propria auctoritate an dicatur intrusus.*

31 *Possessio beneficij capienda est cum executore.*

32 *Traditio possessionis de iure spectat ad Archidiaconum.*

33 *Possessionis traditio hodie fit per Episcopos, Vicarios, & alios Ordinarios.*

34 *Possessio capienda manu Nuntij in Regno Neapolitano.*

35 *An in Regno Neapolitano possessio benef. resignati capienda sit de manu Nuntij, & num. 38.*

36 *Lex est fauorabilis, cum fuit facta ad obuiandum malitijs.*

37 *Verba generalia omnia capiunt,*

39 *In claris nullum dubium.*

40 *Fructus à die vacationis vsque ad possessionem in Regno Neapolitano spectant ad Cameram.*

41 *In Regno Neapolitano expeditur Exequatur Regium super literis beneficialibus.*

42 *Possessio Canonicatus eget capitulari traditione.*

43 *In possessione beneficij debet seruari statutum rationabile loci.*

44 *Possessio apprehensa vigore gratiæ nullæ, est nulla, & debet iterum capi.*

45 *Quomodo capiatur possessio beneficij resignati.*

46 *Executor, quomodo tradat possessionem benef.*

47 *Instrumentum conficitur de traditione possessionis benefic.*

48 *Forma instrumenti capturæ possessionis.*

49 *Possessio probatur per traditionem clauium, vel annuli.*

50 *Possessio probatur per lignorum incisionem.*

51 *Arboris incisio spectat ad dominum.*

52 *Possessio probatur, per ea, quæ spectant ad solum dominum.*

53 *Capta possessione benef. censetur apprehensa omnium rerum, &c.*

54 *Mortuo resignatario ante apprehensam possessionem an vacet benef. per eius obitum.*

55 *Ex collatione dominium & omne ius consequitur.*

56 *Moriente beneficiato vltra duas dietas à Curia, benef. dicitur vacare in partibus.*

57 *Ord. non potest conferre benef. vacantia in Curia.*

58 *Collatione Papæ existente nulla, benefic. vacat in Curia.*

59 *Mortuo resignante post consensum, benef. non vacat per eius obitum.*

60 *Resignante mortuo, antequam resignatarius consentiat pensioni benef. vacat per eius obitum.*

61 *Resignatario non præscribitur tempus ad capiendam possessionem viuente resignante.*

62 *Possessio & publicatio beneficij resignati debet fieri inter tempus statutum.*

63 *Resignans reseruata pensione non potest impedire resignatarium, ne capiat possessionem.*

64 *A mero executore literarum Apostolicarum non datur appellatio.*

SExtò Quæro, An resignatarius teneatur capere † 1
possessionem beneficij resignati. Communis opinio omnium Doctorum est affirmatiua, quæ tota die practicatur, & plures fuit decisum in Rota, & probatur in regula, & constit. de publican. resignat. tradit Rebuff. in prax. tit. de permut. numer. 18. Pontan. de spol. lib. 1. c. 9. num. 94. Put. decis. 402. lib. 1.

Nam quamuis ex sola canonica institutione facta à Papa, vel ordinario absque traditione possessionis, eiusque apprehensione, ius in illo beneficio † prouiso acquiratur, 2
vt probat. tex. in cap. vlt. & ibi Petr. de Anchar. Gem. & Fran. de concess. præbend. lib. 6. Glo. in capit. penultimo, verb. collatio. de præbend. libr. 6. Din. in regul. 1. num. 8. & regu. qui prior. de regul. iur. libr. 6. Abb. in cap. cum autem, & cap. suggestum, de iur. patr. Innoc. & alij in cap. inter cætera. de præben. Ias. in l. quotiès, colu. 3. C. de rei vendic. Doct. omnes in cap. si tibi absenti. de præb. libr. 6. & ibi in specie Gemin. num. 2. hoc notat, & est communis opinio omnium Doctorum, teste Couar. lib. 3. varia. resol. c. 16. num. 1. Illud. tamen ius non est firmum, & efficax, antequam prouisus acceptet, & capiat † possessionem, 3
vt scriptum reliquit Rebuff. cons. 186. num. 19. & probatur in dict. cap. si tibi absenti, vbi omnes Doctores hoc notant, cum sit necessaria corporalis possessio, vt per Couare. dict. c. 16. numer. 6. vers. est tamen, & huiusmodi possessio nequaquam † transfertur per collationem, 4
tex. optimus in cap. cum Bertolus, de re iudic. Rebuff. in prax. tit. requisita ad collationem, nume. 22. possessio † enim est facti, l. denique ff. ex quib. caus. 5
maior. ideo ad alium non transit, si non sit per eum † 6
apprehensa. l. cum hæredes, ff. de acquir. possess. ita arguit Rebuff. in prax. tit. de permut. numer. 17. in fin. Card. Paris. cons. 96. num. 3. volum. 4. quo fit, vt ante apprehensam posses. prouisus non possit administrare † 7
in beneficio sibi collato, Abb. in cap. transmissa. col. 3. de elect. Cappel. Tholos. decis. 443. & ibi additio. Mil. in verb. posse. beneficij, Federi. de Sen. cons. 234. Fran. in ca. cum qui. de præb. in 6. Rebuff. de pacific. possess. num. 234. & 251. & communis, teste Ioan. Selu. de benef. q. 2. q. 15. Rip. lib. 2. respons. c. 31. nec † percipere 8
fructus, Card. Paris. cons. 5. num. 21. & 22. & cons. 39. num. 7. cum seq. vol. 4.

Et quia materia est vtilis, & valde practicabilis, ideo de pluribus dubitare contingit, & primo, an huiusmodi possessio beneficij possit capi per procuratoré Communis responsio Doctorum est affirmatiua, † s. posse capi 9
per se & procuratorem, vt per Couar. dict. lib. 3. varia. resol. c. 16. num 8. vers. possessio autem beneficij, vbi dicit esse manifesti iuris, & ita stylus notorius seruat, vt omnes sciunt, ita per procuratorem † renunciatur 10
quoque beneficium, Host. in summ. in tit. de renunc. num. 7. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 17. cap. 17. num. 37. & communiter alij, vt dixi lib. præcedenti. quæst. 1. & matrimonium † posse contrahi etiam per procurato- 11
torem probat tex. in cap. vlt. de procu. lib. 6. vbi omnes Doctores notant. Sed dubium est, an possit capi huiusmodi possessio per procuratorem † habentem gene- 12
rale mandatum, & posse videtur tenere Glo. in l. 1. §. per procuratorem, ff. de acq. poss. Bart. in l. qui mihi donatum. ff. de donat. Vinc. Herc. in d. §. per procurat. n. 14. & alij, quos refert, & sequitur Couar. dict. c. 16. lib. 3. var. resolut. num. 9. moti quia possessio nihil iuris tribuit, cum ad factum referatur. In contrarium tamen est communis, & vera sententia, vt † requiratur 13
ad hoc mandatum speciale, Gloss. Gemi. Fran. & alij

Digitized by Google

omnes in cap. si tibi absenti. de præbend. libr. 6. Innocen. in cap. accedens, de præbend. Felin. in cap. nonnulli. §. sunt & alij, num. 46. de rescr.

Imol. in dict. l. 1. §. per procuratorem, ff. de acquirend. poss. & in d. l. qui mihi donatum. ff. de donat. & alij omnes, & secundum hanc opinionem iudicauit Rot. in vna Asturicen. parochialis coram Card. S. Crucis 55. Maij 1551. teste Caputaque decis. 344. par. 5. & in vna Ispalen. pensionis Mercurij 20. Nouembris 1577. coram Blanchetto, & ita obseruat consuetudo, & stylus omnibus notus, & forma huius mandati habetur in formulario instrumentorum fol. 68. videlicet, ad ipsius domini constituentis nomine, & pro eo specialiter, & expresse possessionem corporalem, realem, & actualem talis beneficij per liberam resignationem N. vacantis factam, de qua sibi per præfatum Sanctissimum Dominum nostrum Papam, prout in literis prouisionis huiusmodi continetur, gratiosè extitit prouisum, petendum, obtinendum, intrandum, recipiendum, apprehendendum, nanciscendum, manutenendum, & defendendum, necnon continuandum, &c.

Et est notandum, quòd potest non solùm clericus
14 constitui procurator ad hoc, † sed etiam laicus. Rossiniac. de benef. c. 12. num. 14. quod iustificatur ea rationibus adductis supra li. præcedenti, q. 3. Et huiusmodi
15 mandatum † strictè interpretatur, vt non extendatur, ad resignandũ prout fuit in notabili casu decisum in Rota, in vna Alexandrina Præposituræ, coram Anto. Augustino de anno 1555. teste Caputaque decis. 335. vbi fuerat datum mandatum ad capiendam possessionem beneficiorum diœcesis Mediolan. fuit resolutum non extendi ad beneficia diœcesis Alexandrinæ.

Secundò dubitatur, An huiusmodi possessio possit
16 capi vigore supplicationis signatæ † manu Sanctissimi Domini nostri? Responde, quòd antea licebat. Coras. de benef. p. 4. cap. 1. nume. 19. Pet. Pecch. de ammortinat. bon. c. 26. num. 2. Put. decis. 229. in princ. lib. 2. Mandos. reg. 31. quæst. 2. numer. 3. & alij plures, quos longum esset recensere, nunc verò secus, non potest
17 enim hodie capi † sine literis Apostolicis expeditis, vt Iulius III. statuit in const. 33. incip. Sanctissimus, &
18 dicit † contra facientes esse intrusos, & non facere fructus suos, & esse perpetuo inhabiles, & huiusmodi † constitutio seruatur de stylo, & est in viridi obseruantia, Rossin. de benef. dict. c. 27. nume. 3. & ad hoc facit, quod aliàs decidit Rot. 9. Aprilis 1553. coram Camillo, non esse relaxandum sequestrum resignatario
19 † vigore sententiæ latæ in fauorem resignantis ex sola supplicatione, nisi literis expeditis, teste Sarn. decis. 164. lib. 1. in manuscr. per ea, quæ dicit Card. in Clemen. 1. de sequestr. fruct. & possess. literæ ergo expeditæ requiruntur, vt possit capi possessio, alias non est bona, imo nulla, cum non sit seruata forma statuta, Cardin. Paris. cons. 65. num. 8. volum. 4.

Limita tamen, nisi possessio capiatur nomine Came-
20 ræ vigore breuis, † nam huiusmodi breue succedit loco literarum, & possessio ritè capitur, ita Cott. decis. ducentesima septuagesimanona, in manuscript. Put. decisio. 155. libr. 1. solet enim in Curia sæpe in beneficiis
21 litigiosis, & in quibus speratur de lite, dari breue † de capienda possessione cum clausula citra vitium spolij, & attentatorum, vt per Staphil. de liter. grat. & iust. in vlt. part. de rescript. in form. breuis, num. 24. Sarn. in tract. breuium, sub num. 14. Lancellot. de attent. 2. par. cap. 4. nume. 394. vbi plura in huiusmodi materia deducit, & resignatarius potest obtinere breue etiam
22 † directum Auditori Cameræ, vt constito de resignatione in fauorem ipsius illum immitat in possessionem, amoto quolibet detentore intruso, & tunc Auditor Cameræ solet decernere monitorium vt habetur lib. di-
23 uers. 214. in manuscr. & huiusmodi breue † intelligitur de valida resignatione, vt fuit decisum coram R. P. D. Rubeo 25. Octobris 1557. in vna Corduben. pensionis,
24 vt habetur dict. lib. diuers. decis. 238. & procedit, si † forma seruetur, vt fuit conclusum in vna Archipresbyteratus sanctæ Priscæ coram Oradino die 11. Martij
1560. & si fuit narratum quòd † debuerat, vt fuit reso- 25
lutum in vna Nolan. Abbatiæ, 19. Decembris 1558. teste Card. Paleott. decis. 115. & breuia † de stylo expe- 26
diuntur registrata supplicatione, Pelegrin. decis. 187. lib. 2. in manuscript.

Tertiò Dubitatur, An resignatarius possit capere possessionem propria auctoritate? Communis opinio est negatiua, Mil. in suo repert. in verb. possessio bene-
ficij, Doctores post Abb. in capit. transmissa † de elect. 27
in cap. cum venissem, de testit. spolia. Din. in regul. 1. de regu. iur. libr. 6. vers. & hoc ostenditur necessario. Archid. in cap. eum. qui. de præb. lib. 6. Anchar. in regul. sine possessione, colum. 10. de regul. iur. communis opinio teste Put. decis. 402. libr. 1. & ita obseruat stylus, & praxis Romanæ Curiæ, teste Couar. libr. 3. variar. resolut. c. 16. colum. 12. & in terminis de resignatario tradit Pontan. de spol. lib. 1. c. 9. numer. 94.
vers. fin. alioquin illa possessio iure attentatorum † re- 28
uocatur, cum sit nulla, vt docet Couarr. loco cit. dicens hunc esse stylum, & ille dicitur violentus † posses- 29
sor, Gemin. & Franc. in cap. cum qui, de præben. lib. 6. cum aliis, vt per Couarr. d. cap. 16. colum. 12. vers. illud præmittendum, vt declarat Pontan. dict. libr. 1.
de spol. cap. 9. num. 92. & 93. quem vide, & † intrusus 30
secundum Rebuff. in prax. p. 2. formula noua prouisio, verbo per se, vel per alium, fol. 166. Felin. in cap. veniens, num. 2. de accusat. Pet. de Perus. de vnion. quæst. 2. In contrarium tamen est communis opinio, vt non sit intrusus, qui cæpit possessionem propria auctoritate, cum haberet canonicum titulum. Abb. numer. 3. & alij in cap. transmissa, de elect. de communi Selu. de benef. par. 2. quæst. 15. sub num. 3. Rip. lib. 2. respons. & rescr. c. 31. & fuit firmatum in Rota coram Cantuccio in vna Roman. Cappellaniæ die Lunæ, 14. Maij 1576. in qua fuit data responsio ad Rebuff. & alios procedere in capiente possessionem beneficij propria auctoritate absque auctoritate superioris, hoc est absque titulo. Quare debet resignatarius possessionem beneficij resi-
gnati capere † cum executore. Rota decis. 1. de renunc. 31
in nou. Rossiniac. de benef. c. 15. num. 13. Pont. de spol. d. lib. 1. c. 9. num. 94. & est communis, & recepta opi-
nio apud omnes, & hoc spectabat olim † ad Archi. cap. 32
ad hæc. §. in quadam. de off. Arch. c. vt nostrum cod. tit. Host. in summ. de off. Arch. §. quid sit eius officium Abba. in cap. 5. de excess. prælat. Idem Abba. cons. 21. lib. 1. Dec. in cap. super eo, colum. vlt. de off. delega-
ti. Nunc autem † de consuetudine spectat ad Episco- 33
pos, Vicarios, & alios Ordinarios, vt de consuetudine attestatur Couarr. dic. cap. 16. colum. 14. fol. mihi 543. & secundum aliquos est de iure, cap. licet. Episcopus, de præb. lib. 6.

Et in Regno † Neapolitano possessio est capienda de 34
manu Nuntij Apostolici, vt habetur in constit. 29. Pij IIII. incipien. Cupientes, & aliter capta possessio, vt ibi dicitur, nullius est roboris, & momenti, & prouisio nullum ius propter eam acquiritur, nec vllatenus suffragatur, & huiusmodi constitutio est in viridi obseruantia. Dubium tamen est, an forma huius constitutionis sit obseruanda in capienda possessione beneficij resigna-
ti? Pro affirmatiua primò facit, quia mens † Pij IV. 35
fuit occurrere fraudibus, quæ eo magis possunt in resignationibus considerari, & interuenire, vt patet ex constitutione Pij V. & Gregorij XIII. de public. resig.
& lex dicitur fauorabilis, cum est facta † ad obuian- 36
dum malitiis, & fraudibus, Felin. in cap. 4. colu. 5. in fi. de præscript. Caputaque. decis. 15. nume. 7. par. 2. & est communis opinio. Secundò quia verba dictæ constit. sunt ad modum generalia, ac prægnantia, apta comprehendere omnes casus; vnde non mirum, si hunc quoque † casum l. in fraudem. in fi. & ibi Bald. ff. de te-
stam. milit. Crauet. cons. 92. numer. 4. & cons. 118. 37
num. 14. & cons. 308. num. 3.

His tamen non obstantibus, † contraria opinio ve- 38
rior est, & seruatur in praxi, & probatur, primò, pon-

derando verba dictæ constitutionis ibi, dum dicit: *per obitum, & aliàs quouis modo, præterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium, &c.* ex quibus verbis clarissime patet, hunc casum excipi, vt dicta constitutio non habeat locum in beneficijs vacantibus
39 per resignationem, quare nulla cadit dubitatio, † cum id exprimat Summus Pontifex, Roland. a Valle cons. 77. nu. 5. lib. 2. Cephal. cons. 138. nume. 20. lib. 1. Socin. Iun. cons. 12. num. 2. libr. 2. secundò, ponderando rationem, nam vera ratio, cur ibi datur huiusmodi forma in capienda possessione in beneficiis vacantib. in Regno Neapolitano, est, ne Cameræ Apostolicæ de-
40 fraudetur, nam fructus à die vacationis † vsque ad diem quo prouisi capiunt possessionem in dicto Regno, spectant ad Cameram Apostolicam, vt dicitur expresse in dictæ constitutione, scilicet Pij V. sed huiusmodi fructus non debentur Cameræ Apostolicæ in resignationibus conditionalibus, vt stylus obseruat, & colligitur ex prædictis, ergo in huiusmodi per resignationem possessionem capientibus cessat prædicta constitutio, & per consequens contraria allegata videntur sublata. Et in prædicto Regno Neapolitano super literis resignatio-
41 nis, † antequam capiatur possessio, expeditur exequatur Regium, per Priuilegem Regni, habita prius relatio-
42 ne à Capellano maiori, & possessio Canonicatus † eget Capitulari traditione, Pontan. de spol. c. 15. num. 156. & communiter per omnes est receptum, ac debet ser-
43 uari † in possessione cuiuscumque beneficij statutum, & consuetudo rationabilis loci, alioquin posset annullari, vt docet Card. Paris. cons. 65. num. 8. volum. 4.
44 & capta † vigore gratiæ nullæ, & processus fulminati est nulla, ideo denuò debet apprehendi cum gratia reualidata, Card. Paris. cons. 74. numer. 53. volum. 4. & est communis opinio.

Quartò, Dubitatur, quomodo debeat capi huiusmodi possessio beneficij resignati? Responde, per se, vel
45 per procuratorem † debet resignatarius requirere loci Ordinarium vel alium, vt stante resignatione, & prouisione illum mittat in possessionem, qui solet accedere, vel mittere alium, in loco beneficij, Rebuff. optimè in prax. titul. de immiss. in possess. numer. 12. & 13.
46 & ibi † resignatario tradere possessionem per introitum, & osculum ad altare, per traditionem clauium, annuli, vel birreti, per aspersionem aquæ, & alia similia, vt per Rossinæ. de benef. dic. c. 12. num. 11. 12. cum sequent. Rebuff. tit. de miss. in possess. numer. 27.
47 & Notarius † præsens conficit de hoc instrumentum, quod solet extendere à tergo literarum, vt constet de hoc actu, instrumentum fit hac forma. In Dei, &c.
48 Constitutus N. Rector, † vel procurator, vt constat, &c. habens & tenens in suis manibus has præsentes literas Apostolicas resignationis D. N. Papæ sub plumbo expeditas cum chordula canapis impenden. sub Datum Romæ, &c. Dominum Episcopum, vel Vicarium, &c. debita cum instantia requisiuit, quatenus vigore dictarum literarum ipsum poneret, induceret, &c. in corporalem realem, & actualem possessionem dicti beneficij, cum eius iuribus, & pertinentiis vniuersis. Qui D. Episcopus, vel Vicarius videns huiusmodi requisitionem esse iustam & rationi consonam, receptis dictis bullis, personaliter se contulit ad dictam Ecclesiam, vel mandauit N. &c. vnà cum me notario prædicto, & testibus, infra scriptis, specialiter vocatis, ac rogatis, & dictum principalem, vel procuratorem, in corporalem, realem, & actualem possessionem, &c. Qui quidem continuando actum possessionis deambulauit per dictam Ecclesiam pacificè, & quietè, nullo contradicente, nec oppugnante, faciens omnia & singula, denotantia actus veræ, realis & actualis possessionis. Quibus omnibus sic peractis, requisiuit me notarium, &c. vt publicum de prædictis conficere deberem instrumentum, &c. vt per Rebuff. in prax. dic. tit. de miss. in posses. num. 14. qui ponit plures casus.
49 Quò fit, vt per † traditionem clauium vel annuli, aut birreti, probetur possessio, §. item si quis merces. Instit. de rer. diuis. l. clauibus, vbi Bart. ff. de contrahen. empti. Socin. Sen. cons. 13. num. 14. volum. 4. Rossinac. de benef. dic. capit. 12. numer. 11. 12. & sequen. bertrand. cons. 30 num. 12. volum. 1. Couarr. libr. 3. variar. resolut. dic. c. 16. numer. 11. Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 569. Grammatic. decis. 71. num. 6. & communiter Doctores vt per Mascar. de probat. concl. 1184. & per † lignorum incisionem. Alex. cons. 50
88. n. 13. col. 5. Ruin. cons. 68. num... vol. 5. Natt. cons. 672. numero 19. vol. 4. Bertazol. cons. 5. numer. 59. lib. 5. nam arboris incisio non solet spectare † nisi ad Do- 51
minum, l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrimonio, l. arboribus. in princip. ff. de vsufr. & regulariter per ea quæ ad solum dominum spectant, probatur † posses- 52
sio, Natt. d. cons. 672. numer. 19. late Cardin. Paris. cons. 99. num. 2. cum seq. vol. 4. & alijs modis, vt late per Masc. de probat. concl. 1178. & per 15. subsequentes conclusiones, & capta possessione corporali beneficij censetur apprehensa omnium † rerum ad benefi- 53
cium pertinentium, vt per Bartol. & Alex. in l. cum hæredes. ff. de acquirend. possess. in princ. Abb. in cap. cum super, column. 4. de caus. poss. & propriet. Bertach. de Episcopo. 3. libr. 1. p. quæst. 560. Lambert. de iur. patr. 2. lib. 3. par. quæst. 11. artic. 9. quod declara, vt per Couarr. dict. c. 16. lib. 3. variar. resolut. fol. mihi. 547. vers. verum.

Quintò dubitatur, si resignatarius expediuit literas resignationis in Vrbe, & postea in itinere cum proficisceretur ad capiendum † possessionem moriatur, an va- 54
cet beneficium per eius obitum? Rebuff. in facti contingentia consulius respondit beneficium vacare per eius obitum quamuis possessionem adhuc non cepisset. cons. 48. sub numer. 5. Namque iam ex † collatione do- 55
minium, & omne ius consequutus fuit. Din. in reg. 1. num. 8. de reg. iur. cum alijs adductis in princ. huius quæstionis, vnde nihil refert possessio ad titulum, & in hoc communiter Doctores concordant, vt per Couar. libr. 3. var. resol. c. 16. colum. 1. & 2. Et illud beneficium dicitur vacare in partibus, & non † in Curia, si 56
mortuus est vltra duas dietas, capitul. 3. & cap. præsenti. de præbend. lib. 6. & ibi Doctores notant. ita Rebuff. loc. cit. & effectus est magnus, vt sciamus, ad quem spectat collatio namque Ordinarius nõ potest se intromittere in beneficijs † vacantibus in curia, vt dicitur 57
per omnes in d. c. 2. & late probaui lib. 1. quæst. 4. si autem collatio Papæ non † teneret, beneficium vacat 58
in Curia, Abb. & alij in cap. inter dilectos. de exces. præl. & si moriatur resignans, antequam resignatarius expediat literas post tamen consensum formalem † præ- 59
stitum, beneficium vacat per renunciationem, & non per obitum, vt pluries firmauit Rot. Vnde resignatarius poterit postea expedire literas, & capere possessionem, vt communiter omnes affirmant. Quare, si Ordinarius contulit per mortem resignantis, collatio est nulla, vt respondit Rebuff. cons. 84. si autem Resignans moriatur, antequam resignatarius † consentiat pensioni, aut 60
reseruationi fructuum, beneficium vacat per obitum, vt fuit resolutum in vna Mantuan. Canonicatus & præbendæ, coram Sarn. teste Crescent. dec. 37. in manuscr. & consensus postea præstitus per dictum resignatarium minimè suffragatur.

Vltimò dubitatur, intra quantum tempus tenetur Resignatarius capere possessionem beneficij resignati? Quidam tenent, † Resignatario non præscribi tempus 61
ad possessionem capiendam viuente resignante. Rebuff. cons. 83. num. 6. & cons. 84 & cons. 185. numero 12. Rossinia. de benef. c. 12. num. 20. sed hodiè veritas est, vt † resignatarius debeat capere possessionem, & pu- 62
blicare intra tempus statutum per constitutiones Pij V. & Gregorij XIII. de publicandis, vt infra dicetur. Nec omittam quòd Resignans, reseruata pensione, non potest † impedire resignatarium, ne capiat possessionem 63
beneficij resignati, & possessio capta per dict. resignatarium, pendente appellatione, interposita a prædicto resignante, non est attentata, quia a mero executore † li-

terarum Apostolicarum non datur appellatio, cap. nouit. vbi Doctores de appell. ita fuit dictum in Rota die veneris 11. Decemb. 1587. coram R. P. D. Bubalo in vna Ippogirien, Præpositura, & die lunæ. 1. Februarij. 1588.

Lib. 10. quæst. 6. numer. 5. Ibi, Possessio enim est facti.

DAtur etiam possessio iuris, de qua Rebuffus in praxi beneficiorum tit. de simonia in resignatione, num. 43. pag. 490. & tit. de elect. derogat. in verbo, speciale, versic. quadragesimus textus, pag. 540. col. vbique 2. & in §. volumus. in verbo, possessa. versic. ille etiam, de collat. in concordat. & Parisius infrà, lib. 11. quæst. 3. numer. 59. Carondas quoque in commentarijs ad Henricum Codicem lib. 1. tit. 13. art. 6. licet Dominus Ferrandus in repetitione §. nihil commune legis naturaliter tertia præfatione, num. 10. ff. de aeq. possess. contrariam partem teneatur vide infrà, lib. 11. q. 10. num. 9 in fine.

Eadem quæst. num. 15. Ibi, Fuit resolutum non extendi ad beneficia Diœcesis Alexandrinæ.

EX his confirmari videntur ea, quæ nos suprà, libr. 9. quæst. 3. num. 24. cumulauimus.

Eadem quæst. nu. 44. Ibi, Et capta vigore gratiæ.

REbuffus tamen in praxi beneficiaria, tit. de rescripto, etiam & perindè valere, numer. 55. contrarium docet. Nos verò hos duos celeberrimos inter se dissentientes Doctores, ita conciliandos esse censemus, vt scilicet, quandò ex secundo valido titulo, maius ius non acquiritur quàm fuisset quæsitum ex priori, si ipso initio validus extitisset, procedat Rebuffi opinio. Dùm autem maius ius quæritur (vt pote ex impetratione per obitum, aut ex cessione tertij, siue colitigantis siue non colitigantis, pinguius ius fouentis) dictum Parisij locum habeat.

Eadem quæst. num. 47. Ibi, Et notarius præsens conficit de hoc instrumentum.

IIn Gallia non promiscuè singuli Notarij, instrumenta possessionum canonicatuum, & dignitatum Ecclesiarum Cathedralium, aut Metropolitanarum recipere possunt: Sed id soli notario, qui Capituli illius Ecclesiæ, in qua fundatum est beneficium, Secretarius sit, Regni constitutionibus permissum est: cæteris autem sub actuum nullitatis pœna (nisi in dicti Secretarij residentis debitè requisiti recusationem) prohibitum. De quo late Rebuffus ad regulam de public. resig glosa in num. 5.

Eadem quæst. numer. 53. Ibi, Et capta possessione corporalis beneficij.

CApta tamen possessio filius annexæ, non porrigitur ad Ecclesiam principalem: prout nec collatio, vt de vltima probat Philippus Probus in additionibus ad Ioannem Monachum in cap. super eo, num. 8. de præb. in 6. etiamsi parochialis Ecclesia, beneficio simplici annexa sit: Neque enim beneficium propterea desinit esse simplex, vt censet Oldradus consil. 213. post Principium, quem sequitur Gomesius. in regula de Idiomate, quæst. 11. numero 6.

Eadem quæst. num. 54. Ibi, Respondit beneficium vacare per eius obitum.

ILludmet tenet idem Rebuffus. in commentarijs ad regulam de publicand. resignat. in verbo, possessione. glosa 13. num. 27.

Eadem quæst. num. 62. Ibi, Sed hodie veritas est.

ADhùc tamen in Gallia, obtinet Rebuffi opinio, cùm (vt aliàs suprà docuimus) constitutio, de qua hic, nondùm in hoc regno recepta fuerit. Vndè Auctoris sententia, locum tantùm sibi vendicat in Italiæ, ac aliis obedientiæ locis, non autem in reductis.

Eadem quæst. num. 64. Ibi, A mero executore literarum Apostolicarum, non datur appellatio.

DE hoc quædam diximus suprà, libr. 8. quæst. 9. numero 198. plura dicturi infrà, proximè sequenti quæst. num. 17.

quæst. 6. num. 54. Vacare per eius obitum quamuis possessionem non cepisset.

¶ MOrtuo scilicet iam infra semestre Resignante: aliàs Secùs per ea quæ supra lib. 1. q. 2. diximus.

QVÆSTIO VII.

An in Resignatione Parochialis, quæ fit in fauorem coram Papa requiratur examen per concursum, iuxta formam cap. 18. sess. 24. de reform. Concil. Trident. & Constit. 32. Pij V. & hac sumpta occasione plura de huiusmodi examine dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Concursus debet fieri in collationibus Parochialium.*
2 *Dubium nullum cadit, vbi verba sunt expressa.*
3 *Ex verbis geminatis, colligitur voluntas certa.*
4 *Ex verbis geminatis sumitur vis orationis præcedentis.*
5 *Concursus quare requiratur.*
6 *Ratio finalis, quæ ponitur in principio.*
7 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
8 *Vbi militat eadem ratio, lex non dicitur extendi.*
9 *Fauorabilis materia, quæ tractat de salute animarum.*
10 *Materia fauorabilis quæ.*
11 *Fauorabilia sunt extendenda.*
12 *Episcopus in vacatione parochialium, quomodo procedat.*
13 *In resignatione parochialis facta in fauorem, non requiritur concursus.*
14 *Concursus iure nouo inductus est.*
15 *Dispositio loquens de resignatione, intelligitur de simplici.*
16 *Regressus non intrat in resignatione in fauorem.*
17 *C. 18. §. Nec non, sess. 23. de reform. non habet locum in resignationibus in fauorem.*
18 *Priuilegium loquens de beneficijs vacantibus non habet locum in his, quæ vacant per resignationem, in fauorem, & num. 13.*
19 *Beneficia permutata vacant.*
20 *Beneficia permutata debent conferri permutantibus.*
21 *Beneficia permutata non includuntur in reseruatione.*
22 *Conditio debet impleri.*
23 *Resignatio effectum non sortitur non impleta conditione.*
24 *Resignationes parochialium, quæ fiunt in Curia, committuntur ordinarijs in forma dignum.*
25 *Ille, cui est collata parochialis in Curia, examinatur ab examinatoribus.*
26 *Episcopo nolente examinare eum cui collata fuit parochia, datur appellatio ad suffraganeum.*
27 *Doctoratus non excusat ab examine per concursum.*
28 *Quando concedatur, vt examen fiat in Vrbe.*

SEptimò Quæro, An in resignatione parochialis, quæ fit in fauorem coram S. D. N. requiratur examen per concursum † iuxta formam requisitam in 1

Conc. Trid.c.18.sess.24.de reform. & in constit. 32. Pij
V. incipien. In conferendis, anno, 1566.

Prima facie videtur dicendum requiri, primò ponde-
rando verba dict.c.10. *quod omnes ad infra scriptum exa-*
men teneri mandat per obitum, vel resignationem, etiam
in Curia, seu aliter quomodocumque contigerit: pondera-
tur, dum dicit, etiam in curia, ecce verba sunt expressa,
vnde nullum cadit dubium, quin etiam in resignationi-
2 bus factis in curia requiratur dictum † examen. l. il-
lam. C. de collat. l. ancillæ. C. de furt. Corn. cons. 12.
colum. 2. li. 2. Dec. cons. 484. num. 1. Roland. à Vall.
cons. 77. num. 5. lib. 1. Socin. Iun. cons. 12. num. 2. libr.
2. Idque confirmant verba subsequentia, seu aliter quo-
3 modòcunque, ex quibus geminationibus † colligitur
voluntas clara & enixa, arg. l. Balista, cum ibi not. ff.
ad Trebell. Bart. in l. cum lcimus, C. de agric. & censit.
li. 10. Crauett. cons. 201. num. 42. & cons. 226. num. 6.
4 Cephal. cons. 135. num. 12. li. 1. ac vis † orationis præ-
cedentis, Bal. in l. domum. colum. 1. in fin. C. de rei
vendic. Ias. cons. 215. col. 2. li. 2. & cons. 5. col. 3. in fin.
lib. 3. Crauett. cons. 313. num. 5. vers. 10.

Secundò, quia ratio quare iure nouo per Concilium
5 inductus est concursus, est, quia expedit † animarum
saluti a dignis, ac idoneis parochis gubernari, hæc
6 enim † ratio est finalis, cum ponatur in princ. Bald. in l.
vlt. de hæred. instituend. sed hæc ratio militat etiam
7 in prouisionibus Apostolicis, ergo † idem ius, l. illud
ff. ad leg. Aquil. l. a Titio. ff. de verb. oblig. cap. cum
dilecta. de cons. vtil. vel inutil. & procedit etiam in
materia odiosa, quia non est extensio, sed comprehen-
8 sio, & dispositio † legis immediata, l. his solis. C. de
reuoc. don. l. 2. §. quid si curatores, & §. quod si deces-
serint. ff. ad Tert. Dec. in cap. at clerici. §. de adulterijs
num. 18. de iud. & in cap. 2. requiris, num. 2. de app. &
cons. 284. colu. 2. & cons. 301. col. 2. Card. Paris. cons.
83. num. 21. volum. 3. & cons. 69. num. 3. vol. 4. Cra-
uett. cons. 118. num. 15. Tirequell. in l. si vnquam. verb.
libertis, num. 37. C. de reuocan. don. quanto ergo ma-
gis in hoc casu, in quo agitur de salute animarum, quæ
9 materia † est fauorabilis, Abb. in cap. 1. de postul. præ-
lat. & est communis omnium Doctorum sententia, nam-
que fauorabilis materia dicitur, quæ principaliter in
10 fauorem, † & vtilitatem hominum introducta est, Dec.
in cap. sanctæ Mar. num. 109. de constit. arg. l. si quis
nec causam. ff. si certum petat. & l. qui exceptionem. ff.
de condit. indeb. aut in vtilitatem publicam, l. hoc. in
fi. ff. de condit. & demonstrat. l. 2. §. exercitum, vbi Bar.
ff. de init. leg. ita vulneratus. in fi. ff. ad leg. Aquil. leg.
quemadmodum, vbi Barto. C. de agric. & censit. lib. 11.
Crauett. cons. 294. num. 8. & vers. 17. in fi. vnde potius
11 dictum decretum Concil. Trident. est extendendum, †
quàm restrigendum, reg. odia, vbi late Dinus. ff. de
reg. iur. Bart. & Doctores omnes in l. omnes populi in
3. quæst. princ. ff. de iust. & iur. Socin. Sen. in l. 1. §.
bonorum. ff. ad Trebe. Craue. consil. 113. sub nu. 2. in fi.

Tertiò comprobatur, quia in prouisionibus per obi-
tum, quæ fiunt de parochialibus in Romana Curia, pro-
ceditur per † examen in concursu, iux. d. c. 18. sess. 24.
12 Concil. Trident. nam statim habita notitia vacationis,
Episcopus proponit edictum pro concursu, & mittit
approbationem in curia, factam ab examinatoribus de-
putatis in Synodo diœcesana, & à Sede Apostolica in-
fertur approbato, pro vt colligitur ex dicta constit. Pij
V. & fuit sæpius decisum in Congregatione Concil. &
id fieri tota die practicamus, ergo idem in vacationibus
per resignationem, cum hæc etiam sit vera vacatio.

His tamen non † obstantibus contraria opinio est
13 verior, & communiter vsque ad hunc annum recepta,
vt noo requiratur examen per concursum in resignatio-
ne parochialis, facta in fauorem, coram Sanctissimo,
iuxta decretum Concil. Trident. & constitut. Pij V. se-
cundum quam opinionem pluriès in facto contingenti
respondit, & censuit sacra Congregatio Conci. Trident.
in vna Ilerden. 2. Octobris 1566. & in vna Imolen. de
mense Maij 1569. & in vna Aurien. 3. Kalend. Februa-
rij 1565. & aliàs pluriès, his verbis fuit responsum. 1.
Decretum hoc Concil. Trident. quod dicit, vacatio-
nem omnem de Ecclesiis parochialibus, etiam per resi-
gnationem, examine per concursum præuio, ab ordina-
rio debere conferri ei, quem aptiorem iudicauerit, lo-
cum non habet in resignationibus factis in manibus Pa-
pæ in fauorem. 2. Concilium Trident. loquens de exa-
mine per concursum faciendo, oon habet locum in va-
catione parochialis per resignationem factam in mani-
bus Papæ, in fauorem, quam idem Pontifex admiserit,
& mandauerit expediri in forma dignum. 3. Scribantur
literæ ad Episcopum N. in resignatione facta in fauorem
certæ personæ, non esse necessarium eaamen per con-
cursum, sed satis esse, resignatatium ab examinatoribus
in Synodo deputatis, simul cum ordinario probari ido-
neum. 4. Resignatiooe facta in manibus Papæ in fauo-
rem certæ personæ, & ab eo admissa, ille, in cuius
fauorem resignatum est, non examinandus per concur-
sum, sed sufficit, si examinetur eo genere examinis,
quod vocatur, In forma dignum.

Ratio est, quia iure nouo † per Concilium inductus 14
est concursus, & non habet locum in resignationibus
quæ fiunt in fauorem, cum illa verba, † Per resignatio- 15
nem etiam in curia intelligantur per resignationem
simpliciter factam, & non de ea, quæ fit in fauo-
rem. Mohedan. 338. sub tit. de renunciat. in princ. incip.
licet regressus sit impositus, Put. decis. 314. numer. 1.
lib. 1. Caputaque. decis. 82. lib. 1. in manuscr. Cardin.
Paleott. decis. 48. in Bononico. Mandos. in tract. signat.
grat. tit. Regressus. colum. 3. ante medium, & com-
muniter DD. hoc recipiunt.

Hinc, si aliquis habeat † regressum per cessum vel 16
decessum in tali beneficio, & qui obtinet beneficium
resignet in fauorem, regressus non intrat, proùt iudica-
uit Rot. die 28. Aprilis 1542. in vna Cæsenaten. Paro-
chialis S. Domitij, coram Sarnen. teste Put. dict. decis.
314. libr. 1. & in alia Bononien. Monasterij, die 28. Fe-
bruarij, 1558. teste Caputaq. decis. 82. lib. 1.

Hinc etiam text. Concil. Trident. c. † 18. sess. 23. de 17
reform. nec non &c. vbi loquitur de vnione facienda
Seminario de aliquibus beneficiis simplicibus etiam an-
te vacationem, & vult, quòd illud decretum locum
habeat etiam si beneficia sint reseruata, vel affecta, nec
per resignationem ipsorum beneficiorum, vniones, &
applicationes suspendi, &c. fuit interpretatus a Sacra
Congregatione Concilij non habere locum in resigna-
tionibus factis in fauorem certæ personæ, &c. vt latè
suo loco dixi.

Hinc consuluit Gabriel. cons. 199. volum. 2. quòd
priuilegium † concessum in fauorem inquisitionis His- 18
paniæ supprimendi de vnaquaque Ecclesia vnum Ca-
nonicatum, & præbendam, quamprimum per cessum,
vel decessum vacauerint, non vendicant sibi locum in
vacatione ex causa permutationis: quia, licet beneficia
† resignata causa permutationis vacent cap. 1. de rerum 19
permut. lib. 6. vbi communiter Doctores. Rot. decis. 13.
eodem tit. in nou. non tamen alijs, quàm permutare † 20
volentibus, conferri possunt. Cassad. decis. 1. de rerum
permut. sicut † non includuntur in reseruatione de pri- 21
mo vacaturo. Franc. in d. cap. 1. nu. 6. Cassad. d. decis.
1. num. 2. & alij Doctores communiter hoc volunt.

Hinc priuilegium concessum Magno Magistro Hie-
rosolymitano † conferendi beneficia in curia per ces- 22
sum, vel decessum, interpretatur in cessione simplici-
ter facta, non autem in ea, quæ fit in fauorem, ita con-
clusum in Rota de anno 1540. teste Put. relato à Man-
dos. de signat. grat. tit. resignationes, column. 3. vers.
nec, & ratio rationis est, quia resignans in fauorem non
intendit abdicare ius à se, nisi resignatario acquiratur
beneficium resignatum. Inest enim huiusmodi condi-
tio, qua non implera resignatio † non potest effectum 23
suum sortiri. Rot. decis. 7. de renunc. in nou. Cassador.
decis. 3. eod. tit. Caputaq. decis. 83. p. 3. & est commu-
nis, ac vulgaris Doctorum sententia. Vnde sequitur,
quòd quæ in dicto decreto Concil. Trident. dicuntur

huiusmodi resignationibus nequaquam conuenire possunt, & per consequens in illis non habebunt locum. Dec. in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Idem Dec. in l. seruus, numer. 13. C. de pact. Ex qua ratione satis cessat primum argumentum in contrarium adductum, cum illa verba posita in dict. decreto Concil. Trident. *Vel resignationem in curia*, intelligantur de resignatione pura, & simpliciter facta.

Secundum etiam cessat, cum ratio allegata, non conueniat his resignationibus, ex prædictis.

Tertium etiam non obstat, quia differt in casu proposito vacatio per mortem, & vacatio per resignationem, vt satis ex probatis colligitur, & huiusmodi re-
24 signationes parochialium, quæ fiunt in fauorem † certæ personæ in Romana curia, committuntur ordinariis locorum in forma dignum, & ita fieri videmus tota die, vt omnibus notum est, namque hic est stylus vulgaris. Quare resignatarius solet præsentare literas resignationis, vt examinetur, non per concursum, cum hoc non
25 requiratur, sed † ab examinatoribus deputatis in synodo diœcesana, simul cum ordinario probatur idoneus, & postea consequitur possessionem parochialis, vt sæpè fuit conclusum per Congregationem Concil. Trident. in decisionibus præallegatis, & etiam alias & ita fieri, omnes sciunt, & practicantur, & si exhibita bulla parochiæ resignatæ Episcopo, reiectus sit ab examine, de quo fides examinatorum affertur, Congregatio Concil.
26 in † vna Cæsenaten. censuit dandam esse ap. N. Episcopus scripsit, quod non probaret examen presbyteri resignatarij, sacra Congregatio Concil. censuit, quia præsumptio est pro presbytero, vt responderetur à Datario ad Episcopum, vt idem Episcopus testes examinet, & si quid cõtra eũ habet, quod indignũ reddat, habitus trãsmittat. Et ad excusandum quempiam ab hoc examine
27 non sufficit quòd Doctor sit † vel licentiatus in Theologia, aut iure canonico, vel graduatus in publica vniuersitate, vt censuit sacra Congregatio Concilij.

Solet quandoque obtineri vt examen fiat in Vrbe, prout aliàs Congregatio Conc. censuit concedendum
28 esse hoc ei, qui multos † annos mansit in curia, teste Anasta. Germon. de Indult. §. quibus vis, numer. 11. & alias fuit concessum familiari Papæ, & Congregatio Concilij censuit ordinarium de dicto examine facto in curia rationem debere habere, ac si ab eo examinatus, & approbatus esset: & hoc, quando non habet literas dimissoriales, nam tunc conceditur ex gratia speciali R. P. D. Datarij. Si verò habet dictas literas, & est præsens in vrbe, solet passim concedi, vt tota die practicamus, & tunc expediuntur literæ in forma gratiosa.

Lib. 10. quæst. 7. numer. 13. Ibi, In vna Ilerden. 2. Octobris 1566.

IMò tunc temporis computabatur Quarto Idus: erat itaque dies duodecima mensis & anni à Parisio relatorum. Ratio autem cur ipsa resignatio in fauorem, non comprehendatur Concilij Tridentini decreto, sess. 24. 18. sicque resignatarius, examini, quod per concursum fit, non subijciatur, est, quia (secundùm dicti Concilij Illustrissimos Interpretes) ea simili resignatione, beneficium non dicitur propriè vacare, hoc est, cius collatio non est libera: Siquidem data capacitate & idoneitate dicti resignatarii, debet eidem, resignatum beneficium conferri, alioquin (vt iam ferè centies tradidit Parisius) ius non abdicaretur à resignante. De materia concursus diximus suprà, lib. 2. q. 22. num. 16.

Eadem quæst. numer. 26. Ibi, In vna Cæsenaten. censuit dandam esse ap.

DEsunt quædam, quæ (vt ex nostris manuscriptis apparet) culpa Typographi omissa sunt. Sic ergò reponenda esse censemus: Appellationem ad suffraganeum Rauennatensem. Est autem Archiepiscopatus Rauennatensis, in Flaminia & Lombardia, si prouincialis sit credendum.

Eadem quæst. num. 27. Ibi, Non sufficit Doctoratus.

ET ideò executores gratiarum Apostolicarum, à quibus frequenter, ob non seruatam rescripti formam, prout iuxta Regis constitutiones tenemur, ad summa curiarum tribunalia, tanquam ab abusu appellari contingit (solent à Senatu, pecuniaria pœna mulctari, vt Cacundas tradit, & nos sæpenumerò vidimus. Formam autem rescripti, seruandam esse ad vnguem, docet Bellameta decis. 667. Et huiusmodi executores, in hoc regno non habere causæ cognitionem, sed solùm puram executionem, patet ex concordatis in tit. de causis. Quod tamen intelligendum est, antè finitum possessorium. Etenim postea non impediuntur ipsi executores (quinimò eisdem, per regias constitutiones permittitur) de petitorio cognoscere, quod multis, & pulchrè explicat disertissimus ille, quondam causarum patronus, Ferterius, in suis ad Guidonem Papæ annotationibus, q. 5. Nusque iam suprà, lib. 2. q. 7. n. 196. satis superque capusuimus.

Eadem quæst. numer. 28. Ibi, Et est præsens in vrbe.

IDem fit pro absentibus, si per literas attestatorias ordinariorum constet, prouidendos fuisse ab eis examinatos, & idoneos repertos: necnon esse viros probatæ vitæ, moribus conspicuos, legitimis natalibus ortos, sufficientis ætatis, Catholicos & Orthodoxos, ac de Catholicis parentibus procreatos, nulloque sibi noto impedimento obstrictos, quominùs de beneficiis (de quorum gratiis obtinendis agitur) sibi prouideri possit, ipsique illa obtinere & regere valeant.

quæst. 7. numer. 28. Et tunc expediuntur literæ in forma gratiosa.

¶ CVm scilicet examen fit in vrbe, vel resignatarius habet Ordinarij attestationem de vita, moribus & idoneitate. Sed in Gallia non reciperetur prouisio in forma gratiosa pro examinato in curia absque attestatione Ordinarij, prohibente id ordinatione Regia Parisi. art. 21.

QVÆSTIO VIII.

An requiratur acceptatio resignatarij pro perfectione resignationis & quomodo fiat acceptatio beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio resignatarij requiritur pro perfectione resignationis.*
2 *Renunciatio non acceptata non prodest.*
3 *Confessio non acceptata non probat.*
4 *Donatio non acceptata non dat ius.*
5 *Beneficia absentibus collata eis non quæruntur ante acceptationem, & num. 8.*
6 *Beneficium potest conferri absenti.*
7 *Absens potest eligi.*
8 *Ipsius requiritur acceptatio per quam ei ius quæritur in beneficio.*
9 *Beneficium dicitur vacare, antequam absens, cui collatum fuit, acceptet.*
10 *Beneficium non acceptatum, & in Curia resignatum, in eadem Curia dicitur vacare.*
11 *Beneficia vacantia in Curia solus Papa confert.*
12 *Beneficium resignatum per procuratorem coram Papa, in curia dicitur vacare.*
13 *Beneficium non acceptatum, non potest resignari.*
14 *Nemo potest dare, quod non habet.*
15 *Priuatio præsupponit habitum.*
16 *Nemo cogitur acceptare beneficium.*
17 *In renunciatione tacita non requiritur authoritas superioris.*
18 *Videtur tacitè renunciare, qui per triennium non acceptat collationem.*
19 *Repudiatio tacita est eiusdem effectus, sicut expressa.*

20 Qui

20 *Qui non habet ius, non potest renunciare.*
21 *Reseruatio expirat collato beneficio reseruato.*
22 *Ante acceptationem collationis, non expirat reseruatio.*
23 *Acceptatio quid est.*
24 *De acceptatione Resignatarij debet constare.*
25 *Ius non abdicatur à resignante, antequam resignatarius acceptet.*
26 *Post acceptationem resignatarij, resignans liberatur ab onere soluendi pensionem.*
27 *Resignans debet probare acceptationem resignatarij ad effectum, vt liberetur ab onere soluendi pensionem.*
28 *Resignans liberatur à residentia, & alijs oneribus post acceptationem resignatarij.*
29 *Acceptans beneficium videtur obligari, ad onera incumbentia illi beneficio.*
30 *Resignatio roboratur ex consensu illius, ad cuius commodum fit, & in vim pacti transit.*
31 *Resignatarius potest beneficium acceptare, etiam per procuratorem.*
32 *Ad acceptandum requiritur mandatum speciale, & numer. 36.*
33 *Ad contrahendum matrimonium requiritur mandatum speciale.*
34 *Mandatum ad acceptandum beneficium, dicitur speciale, quamuis aliquod non nominetur.*
35 *Ad acceptandum beneficia, potest etiam laicus constitui.*
36 *Ad acceptandum beneficium mandatum generale non sufficit.*
37 *Absens potest ratum habere acceptationem factam suo nomine.*
38 *Ratihabitio habet locum etiam in his, quæ mandatum speciale requirunt.*
39 *Excommunicatus potest acceptare beneficium sibi ante collatum.*
40 *Superueniente excommunicatione, collatio suspenditur, donec fuerit absolutus.*
41 *Acceptatio beneficij non præsumitur.*
42 *Acceptatio est nudi facti.*
43 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
44 *Facta sunt sui natura incerta.*
45 *Probatio factorum dubia.*
46 *Acceptatio resignationis, quomodo probatur, & numer. 50.*
47 *Per ea, quæ fiunt tantùm à domino, probatur dominium.*
48 *Hæres præsumitur acceptare hæreditatem, quoties se ingerit in bonis defuncti.*
49 *Possessor præsumitur dominus.*
50 *Acceptatio resignationis præsumitur si constet quod ex sua parte sollicitata fuit expeditio.*
51 *Expeditio literarum probat acceptationem.*
52 *Actus præsumitur factus ad instantiam illius, in cuius vtilitatem tendit.*
53 *Supplicatio præsumitur signata ad instantiam illius, cuius fauorem concernit.*
54 *Literæ expediuntur cum impensa.*
55 *Actus factus cum impensa præsumitur factus mandato eius, cuius interest.*
56 *Præsumitur pro mandato eius, qui soluit pensionem.*
57 *Citatio præsumitur facta ad instantiam partis.*
58 *Acceptatio præsumitur ob solutam compositionem.*
59 *Acceptatio præsumitur ob nouam prouisionem.*
60 *Resignatio facta absque reseruatione in fauorem alicuius præsumitur per eum acceptata.*
61 *Beneficia simplicia desiderantur.*
62 *Facta præsumuntur, quando sunt consueta fieri.*
63 *Præsumitur acceptata resignatio, per renuntiationem eiusdem beneficij.*
64 *Per resignationem probatur effectuatio collationis.*
65 *Tempus, cum est de substantia actus, est probandum.*
66 *Appellans debet probare se appellasse: & infrà decem dies.*
67 *Præsentatus tenetur probare se infrà legitimum tempus fuisse præsentatum.*
68 *Acceptatio præsumitur facta in tempore.*
69 *Quisque vult sibi acquirere.*
70 *Factum præsumitur, quod de iure erat faciendum.*
71 *Resignatarius obligatur ad onera beneficij, post acceptationem, & num. 74.*
72 *Resignatarius tenetur soluere pensionem.*
73 *Resignatarius tenetur recitare horas.*
75 *Resignatarius post acceptationem, consequitur fructus beneficij resignati.*

OCtauò quæro, An requiratur acceptatio resignatarij pro perfectione resignationis? Communis
omnium D D. sententia est † affirmatiua, secun- 1
dum quam sæpius pronunciauit Rot. & tota die practicari videmus, & post Rebuff. scribit Christoph. Rossiniac. de benef. cap. 14. num. 26. qui attestatur ita fuisse decisum in Gallia. Melchior Pallezz. in tract. majorit. p. 1. quæst. 24. num. 26. & fuit decisum in vna Cesaraugustina. Vicariæ sancti Egidij coram Accorambono, vt dixi lib. 1. quæst. 8. num. 27. & hoc scribunt communiter Doctores in cap. si tibi absenti de præbend. libr. 6. & plures refert Couarr. libr. 3. variar. resol. capit. 16. sub. num. 2. in fin. colum. 3. vers. est igitur. Hinc dicimus,
renunciationem non acceptatam † non prodesse, 2
vt scribit Bald. in cap. cum venissent. colum. 4. de caus. possess. & propriet. & in l. 3. in 3. no. C. de repud. hæred. Alciat. in tract. præsumpt. regul. 3. præsumpt. 21. num. 7. vbi etiam scribit, confessionem non acceptatam † non probare, Cin. in l. 1. in 6. quæst. C. de con- 3
fess. & ibi Salicet. in 15. oppo. Ias. in l. postquam liti. C. de pact. Fel. in ca. si cautio, de fid. instrument. Franc. de Curt. cons. 77. Alex. cons. 212. colum. 6. lib. 6. Marsil. in rubri. de probat. num. 113. Hinc etiam dicimus,
donationem non acceptatam † non dare ius. l. absenti, 4
& ibi Paul. de Castr. & Cuman. ac alij. ff. de don. cum alijs, vt per Riminald. Iunio. in prin. Instit. de donat. numero 663.

Hinc beneficia † absentibus collata eis non acqui- 5
runtur, nisi acceptent illa, capit. si tibi absenti, de præbendis. lib. 6. vbi Gl. Petr. de Anchar. Gemin. & Franc. ac alij communiter tenent non esse necesse, vt sit præsens ille, cui beneficium confertur, vel alter pro eo
recipiens, nam potest conferri † absenti, & ignoranti, 6
cap. gratia de rescript. li. 6. nam etiam absens potest †
eligi, cap. innotuit. de elect. Gem. cap. si forte, & cap. 7
quam sit. eod. tit. lib. 6. Requiritur tamen acceptatio
ipsius, per † quam quæritur ei ius in beneficio, & potest 8
dici beneficium esse suum, quoad titulum, vt Gemin. & Fran. num. 3. in 3. not. tradunt Card. Zabarell. in Clem. Auditer. & in Clem. seq. in 2. not. de rescr. Bellam. decis. 167. Mandos. in 3. reg. reseru. quæst. 14. nume. 3. & antequam absens, cui collatum fuit beneficium, accep-
tet, illud dicitur † vacare, sed non liberè, vt possit con- 9
ferri, antequam absens declaret voluntatem suam. Franc. in dict. cap. si tibi absenti. num. 4. Rebuff. cons. 49. nu. 2. cum seq. & num. 16. dicit, quòd beneficium non ac-
ceptatum, † & in Curia resignatum, in eadem curia di- 10
citur vacare. Geminian. in cap. 2. de præbend. libr. 6. Guid. Pap. cons. 48. Barbat. cons. 40. illud. column. 6. volum. 2. Oldrad. cons. 57. Collectan. in cap. Ecclesia vestra, nume. 10. de sortilegis. Sarnen. de triena. quæst. 30. numer. 2. cum alijs, vt per Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 16. numer. 3. Ioan. Selua. de benef. p. 3. qu. 72. in fine. Ex quo consuluit Rebuff. dict. cons. 49. non posse conferri per ordinarium, nam beneficia in curia
vacantia † nullus præter Papam conferre potest. dict. 11
cap. 2. vbi omnes Doctores de præb. libr. 6. & ideo si presbyter Angelus resignat per procuratorem beneficium coram summo Pontifice, ordinarius de eo dispone-
re non potest, quia in Curia dicitur † vacare. Bald. in l. 12
Titius. §. Romæ. ff. de excus. tutor. & est communis

opinio, vt suprà lib. 8. ostendi, & ob id ante acceptationem
23 tionem huiusmodi † beneficium non potest resignari,
secundum communem opinionem positam in dict. cap.
si tibi absenti, & est ratio, nam cum ante dictam acceptationem
tationem non habeat ius, quia collatio habet tacitam
conditionem, si ille acceptet, vtique ea conditione pendente
dente nullum ius habet. l. cedere diem. ff. de verb.
14 oblig. l. absenti. ff. de donat. & nemo potest dare, †
quod non habet. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. &
ita videtur tenere Rebuff. cons. 186. num. 2. & 11. nam
15 priuatio † præsuponit habitum. l. qui decem. ff. de verb.
oblig. ita in simili arguit Castrens. in l. 1. column. 3. nu.
6. C. de pact. & in materia donationis, quæ est valdè similis
milis huic, ita arguit Riminald. Iun. in princ. Instit. de
donat. numer. 663. Potest tamen tacite renunciare, non
16 acceptando, & non petendo, namque ad hoc cogi non
potest vt videtur probare tex. in l. 1. C. vt nemo inuit.
arg. Riminal. Iun. dict. prin. Inst. de don. num. 670. &
17 est communis opinio, & ad hoc nullam requiri † auctoritatem
ritatem superioris, post Gemin. scribit Fran. dict. cap.
si tibi absenti. numer. 4. & est communiter per omnes
18 receptum. Et per triennium non acceptando † collationem,
tionem, censetur priuatus illo iure, vt in facti contingen.
gen. respondit Rebuff. dict. cons. 186. numer. 2. & huiusmodi
19 iusmodi cessio, siue † repudiatio est eiusdem effectus.
Soc. sen. in l. 2. ff. de leg. 1. ibi Soc. Iun. numer. 102. &
post id tempus nequaquam poterit renunciare, cum non
20 habeat ius, vt † scribit Rebuff. in alleg. cons. 186. num.
10. & in hoc omnes concordant. Hinc licet collato beneficio
21 neficio reseruato † reseruatio expiret, etiam ante apprehensionem
hensionem possessionis. Inno. in cap. 1. & cap. ex parte
de concess. præb. Oldrad. cons. 136. Lap. alleg. 127.
Calder. cons. 10. de præb. Gemin. cons. 93 Communis
nis opinio, teste Sarn. de triennal. quæst. 30 hoc tamen
22 † non habet locum ante acceptationem; nam si ille,
cui fuit collatum, moriatur antea; adhuc reseruatio
manet salua, & integra, & beneficium vacat in Curia,
vt prius. Gemin. in cap. 2. col. vlt. de præb. in 6. Ioan.
An. in Rubr. de act. & petit. §. penult. Communis opinio,
nio, vt per Couar. dict. c. 16. lib. 3. variat. resolut. nu.
23 3. & acceptatio † nihil aliud est, quàm declaratio quædam
dam voluntatis tendens ad executionem gratiæ. Rebuff.
de nomin. 17. quæst. princip. numer. 65. Ruzæus de iure
re Regal. vers. venio nunc. num. 18. & 19. Card. Zabarel.
rel. in Clem. vnica. §. secus, in 6. qu. de concess. præb.
Card. Paris. cons. 117. num. 10. volum. 4. Gem. in d. cap.
si tibi absenti, num. 2. Mohedan. decis. 308. in manusc.
Crescent. decis. 159. manuscript. Bursat. cons. 353. num.
9. volum. 4. Debet igitur Resignatarius pro complemento
mento resignationis beneficium resignatum acceptare,
24 & debet constare de huiusmodi † acceptatione, vt fuit
resolutum in vna Oxomen. pensionis, vt per Mohedan.
decis. 535. & dixi supra lib. 1. qu. 2. num. 16. Et ideo ius
25 non abdicatur à resignante, antequam † resignatarius
acceptet, vt tenuit pluriès Rot. teste Put. decis. 23. de
renunc. in manuscr. attestantur etiam Gab. cons. 192. n.
2. libr. 1. Cott. decis. 153. in manuscr. & alij, vt dixi
supra lib. 1. q. 3. num. 56. vbi affirmaui hanc esse communem
munem opinionem, & illam comprobaui, & fuit dictum
in vna Palentin. pensionis coram Illustriss. Card. Aldobrandino,
brandino, nunc Summo Pontifice Clemente VIII. Mercurij
curij 10. Maij 1581. Post vero acceptationem ius abdicatur
tur à resignante, & quæritur resignatario, & Ideo tunc
resignans liberatur ab onere soluendi pensionem impositam
26 sitam super beneficio † resignato, vt fuit decisum in Rota
ta teste Sarn. decis. 159. libr. 1. in manuscript. & est
communis opinio, vt est per Bursat. cons. 361. vol. 4. &
27 hanc † acceptationem debet resignans ad hunc effectum
probare, vt fuit resolutum in vna Gratianopolita. pensionis
sionis 7. Iulij 1539. coram Rauellen. teste Mohedan.
decis. 292. in manuscript. & aliàs, vt scripsi supra, lib.
1. quæst. 8. numer. 26. cum seq. & est communis opinionis.
nis. Hinc etiam post acceptationem resignatarij resignans
28 gnans † liberatur à residentia, & alijs oneribus annexis
beneficio, vt est communis opinio omnium Doctorum

rum sæpiùs in Rota confirmata. & de stylo, vt omnes
sciunt obseruata, namque acceptans beneficium videtur
tur † se obligare ad onera incumbentia illi beneficio, 29
Guid. Pap. quæst. 577. Gigas. de pens. quæst. 51. Capuraque.
puraque. decis. 302. lib. 2. & resignatio roboratur ex
consensu † eius, ad cuius commodum fit, & in vim pacti 30
cti transit. Anton. de Butr. in cap. si diligenti, numer. 2.
de for. compet. & resignatarius † potest acceptare beneficium 31
neficium resignatum non solùm per se, quod non habet
dubium, nam Doctores in hoc communiter concordant,
sed etiam per procuratorem, Gl. in d. c. si tibi absenti,
in verb. habueris, de præben. lib. 6. & Fran. numero 7.
vbi etiam dicunt requiri mandatum † speciale, & vult 32
Gl. in Clem. vnic. de concess. præben. in verb. præsenti.
senti. Ioan. And. in cap. ne captandæ, de concess. præb.
libr. 6. cum alijs, vt per Couarr. lib. 3. variar. resolu.
cap. 16. numero. 4. & est communis opinio, ita ad contrahendum
trahendum † matrimonium requiritur mandatum speciale. 33
ciale. Abb. in cap. in causis. colum. 6. de elect. & cons.
114. libr. 2. Communis opinio teste Couarr. in 4. libr.
decret. 2. par. §. 9. cap. 4. numer. 8. & sat dicitur mandatum
datum speciale ad acceptanda beneficia † Ecclesiastica, 34
licet specialiter aliquod beneficium minime fuerit nominatum.
minatum. Ioan. Andr. Abb. & Imol. notant in cap. accedens.
cedens. de præbend. Mil. in verbo. procurator, & est
communis opinio, teste Couuar. dict. capit. 16. libr. 3.
variar. resolut. numer. 4. & potest † esse procurator 35
etiam laicus. Ioan. Andr. & Abb. in d. cap. accedens, &
est communis opinio & mandatum † generale non sufficit, 36
cit, vt est communis opinio. Verum, si quis nomine
absentis, cui collatum fuit beneficium, eam collationem
nem acceptauerit absque mandato, vel cum mandato † 37
generali, potest ille ratum habere. Couarr. d. cap. 16. n.
5. namque & in his, quæ mandatum speciale † exigunt, 38
habet locum ratihabitio. cap. vltim. de iureiur. in 6.
Ang. in l. nec filius. C. de reb. cred. Bald. in l. si maritus.
tus. C. mand. Alex. cons. 78. lib. 5. Dec. cons. 281. Ias.
in l. si quis mihi bona, §. iussum. num. 36. ff. de acq. poss.
Rocch. de Curt. de iur. patron. verb. Honorificum.
numer. 26.

Et poterit iste absens acceptare virtute literarum,
etiam si post † collationem fuerit excommunicatus, 39
& sit illo tempore. Rot. decis. vlt. de senten. excommunicat.
municat. per Bisignett. & decis. 195. in nou. & 126. &
780. in antiq. respondit Cardin. cons. 103. Sarnen. de
expectat. numer. 60. Alciat. in cap. 1. numer. 12. de iudic.
dic. magis communis, vt attestantur Nauar. in cap. si
quando, colum. 13. de reser. Couarr. in d. cap. 16. li. 3.
variar. resolu. sub numer. 4. collatio tamen † suspenditur, 40
ditur, donec fuerit absolutus. Nauarr. loc. cit. quem
refert & sequitur Couar. c. alma mater. p. 1. §. 7. sub
numer. 4. vbi declarat.

Sed primò dubitatur, an huiusmodi acceptatio præsumatur?
sumatur? & non præsumi † est Communis opinio, quam 41
tenent Doctores in d. cap. si tibi absenti. de præb. lib.
6. & est ratio, quia acceptatio est nudi † facti, cum 42
nihil aliud sit, quàm mentis declaratio. vt post Cardi.
Zabar. & Rot. egregiè ostendit D. meus Card. Paris.
cons. 117. nu. 10. vol. 4. Couarr. d. li. 3. variar. resolut.
c. 16. sub numer. 4. & communiter omnes hoc fatentur,
tur, & facta non præsumuntur, † nisi probentur. l. in 43
bello §. factæ. ff. de cap. & postlim. reuers. cap. cum
Ioannes. §. verum. de fide instrum. Bald. cons. 419.
numer. 15. lib. 4. Abb. in cap. in præsentia, sub num. 3.
de prob. Card. Zabarell. cons. 145. num. 7. Dec. cons.
472. num. 16. Cephal. cons. 53. numer. 34. & cons. 130.
num. 7. & ratio rationis est, quia facta sunt † sui natura 44
ra incerta, l. in omnibus. ff. de iuris, & fac. igno. Dec.
in l. quatenus numer. 2. ff. de reg. iur. Alcia. cons. 40.
num. 6. lib. 6. ideò non mirum, si illorum probatio dubia
bia † dicitur, & ob id non præsumitur. l. Arethusa. ff. 45
de stat. homin. l. triticum ff. de verb. oblig. & quia non
facta latent, Abb. in cap. extirpandæ, §. qui vero, col.
11. de præb. Cephal. cons. 296. num. 9. lib. 5. & † pro- 46
batur quem acceptasse beneficium resignatum per con-

Digitized by Google

sensum præstitum super supplicationem. Port. Imol. consil. 98. num. 18. Buriat. consi. 361. numer. 10. cum sequen. volum. 4. & dixi supra lib. 1. q. 8. num. 29. & est communis opinio, ac per literarum expeditionem, & apprehensionem possessionis, & locationem fructuum, & alia similia, hæc enim non solent fieri, nisi ab eo, qui
47 acceptat beneficium, vnde † acceptatio præsumitur, vt videntur dicere. Alex. cons. 113. viso, sub num. 9. lib. 4. Gozadin. cons. 11. num. 14. Tiraq. in tract. de præscr. in verbo per decem annos, §. 1. glo. 4. vers. 3. cum alijs, vt per Mascard. de probatio. conclus. 417. nume. 3. Ita in simili præsumitur acceptare hæreditatem, quoties
48 hæres † se ingerit in bonis defuncti, Salicet. post alios in l. vlt. C. de iur. deli. Doctores in l. 2. C. de repud. hæred. Card. Paris. cons. 16. num. 40. cum seq. vol. 2. Bald. cons. 202. libr. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 23. cum alijs vt per Mascard. de probat. conclus. 45. cum sequent. vbi dicit hanc communem opi-
49 nionem. Hinc etiam † possessor præsumitur dominus. Bald. in l. rem alienam. colum. 2. ff. de pigno. act. & in l. etiam, ff. de re iud. Felin. in cap. cum ordinem, nu. 20. de rescr. Crauett. cons. 134. num. 15. cum alijs, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 48. num. 6. Ex quo
50 † deducitur, præsumi acceptationem resignationis, si constet, quòd fuit ex eius parte sollicitata expeditio, & procuratum, quod supplicatio mittatur ad registrum,
51 vel si fuerunt † expeditæ litteræ resignationis, vt fuit dictum in vna Salamantina portionis coram Fabio 29. Ia-
52 nuarij 1546. namque actus præsumitur factus † de voluntate, & ad instantiam illius, ad cuius fauorem, & vtilitatem versatur. cap. constitutus, vbi Abb. de testibus. Bart. in leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 19. ff. de oper. nou. nuntiat. Menoch. de præsum. lib. 2. præsumpt. 33. num. 7. & regulare est, vt supplicationis
53 signatio in dubio impetrata † præsumatur ad instantiam illius cuius fauorem concernit, vt scriptum reliquit Oldrad. cons. 136. colum. 2. num. 5. Specul. tit. de appel. §. nunc breuiter, vers. quòd si apparet. & fuit pluriès resolutum in Rot. vt attestantur Sarn. de triennal. q. 38. numer. 2. Mascard. de probat. conclus. 1303. numer. 25. eoque magis, si fuerunt expeditæ literæ; nam hoc non
54 potest † fieri sine impensa considerabili, vndè succedit
55 conclusio communiter recepta, quòd actus † factus cum impensa præsumitur factus de mandato, & nomine eius, cuius interest. Bar. & Alex. in l. cum seruus. ff. de verb. oblig. Bald. in l. id quod pauperibus, in fin. C. de Episcop. & Cleric. Imol. in cap. vnico, colum. 2. de Eccles. benef. Cassa. decis. 3. num. 4. de proc. Sarn. de triennal. d. quæst. 38. numer. 2. Menoch. d. præsum. 33. numer. 4. Mascard. dict. conclus. 1303. numer. 29. & communiter alij.

56 Hinc † præsumitur pro mandato eius, qui soluit pensionem. Cassad. dict. decis. 3. numer. 4. de procur. Gig. de pens. quæstio. 48. num. 1. Felin. in cap. sicut. col. 18. de re iudic. Gozad. cons. 10. colum. 3. Dec. cons. 36. & 42. cum aliis, vt per Mascard. de probat. conclus.
57 1004. numer. 39. Hinc † citatio præsumitur facta ad instantiam partis. Abb. in cap. 1. de iudic. & ibi alij sequuntur, & Rip. numer. 20. attestatur de communi Franc. in cap. cum parati, colum. 3. de appell. Capic. decis. 4. num. 20. Socin. Iun. cons. 97. num. 14. lib. 2.
58 Et etiam acceptatio præsumitur, ob solutam † compositionem, vt fuit dictum in Rot. in vna Valentin. parochialis, coram Ioan. Paulo 20. Nouembris 1545. teste Put. decis. 339. num. 2. & etiam acceptatio præsumitur
59 ob nouam † prouisionem, vt fuit resolutum in alia Valentin. de Pego, teste Put. decis. 243. lib. 1. Imò, quod est plus, aliàs Rota pronunciauit in vna Segobien. Archipresbyteratus coram Puteo primo Iulij 1541. teste eod. decis. 22. de renunciat. in manuscr. resignationem
60 præsumi acceptatam per resignatarium † etiam absentem, quando fuit facta simpliciter, scilicet absque reseruatione fructuum pensionis, aut regressus, & supplicatio signata fuit ad eius fauorem, & ius abdicatur à resignante ex supradictis, quod eò magis procedit, si
beneficium esset simplex, nam dicta † beneficia quisque 61
desiderat, & cum maxima instantia procurat, & tamen facta præsumuntur, † quando consueta sunt fieri. Bald. 62
in Rubr. C. de fid. instrument. colum. 3. post numer. 8. vers. item quia. Idem, Bald. in l. incendium, ad fin. C. si cert. petat. Crauer. de antiq. tempor. 4. part. n. 230. Silu. cons. 68. num. 8. libr. 2. communis opinio, vt per Mascard. de prob. conclus. 723. nume. 5. & præsumitur
acceptata resignatio † per renunciationem illius bene- 63
ficij resignati, Caputaque. decis. 53. libr. 2. in manuscr. & fuit resolutum in Rot. vt habetur libr. diuers. decis.
184. manuscr. Hinc per resignationem † probatur effe- 64
ctuatio collationis. Oldrad. cons. 229. num. 2. Seraph. decis. 235. Domini dixerunt.

Secundò dubitatur, an acceptatio præsumatur facta iusto tempore, cum de hoc non constat? Negatiua opi-
nio probatur, quia, cum † tempus sit de substantia actus, 65
est probandum. Bartol. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunc. Innoc. in cap. qualiter, super verbo fama, de accusat. Rot. decis. 255. in fi. in antiq. Felin. in cap. quod consultationem, num. 25. de re iudic. Hinc non sufficit appellanti probare se appel-
lasse, nisi etiam † probet infra tempus decem dierum 66
appellasse. Compostellan. in cap. 11. cum dilecti. de elect. Tiraquel. de retract. §. primo. glo. 16. numer. 28. Fran. in cap. 1. col. penult. de appel. Hinc etiam præ-
sentatus tenetur probare infra legitimum † tempus fuis- 67
se præsentatum. Rot. decis. 556. in antiq. Fel. in cap. ex literis, colum. penult. de probat.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est ve-
rior, nempe præsumi † factam acceptationem in tem- 68
pore. Rota decisio. 94. incipient. nota. in antiqui. & decis. 125. in nou. cum aliis, vt per Mascardum de probatio. conclus. 16. numer. 1. cum sequent. & hanc opinionem tenuit Rot. die 13. Iunij 1541. coram Put. teste eodem decis. 161. num. 3. & 4. lib. primo. & idem Put. hanc opinionem tenet, decis. 266. numero primo, & secundo, libro tertio. Gamm. de auctoritat. legat. à later. libro tertio, numero 453. Mil. in Reperto. in verbo. beneficium acceptanti. Roman. consilio 125. Franc. in capitul. susceptum, columna penultim. de rescript. libro sexto, & in capitul. quia cunctis, columna secunda. de conces. præbend. & est communis opinio recepta
per omnes, nam credibile est quemlibet † velle sibi 69
acquirere. argumen. l. si defunctus. C. de arbitr. tuto. iuncta l. cum debitore. ff. de probatio. & factum præ-
sumitur, † quod de iure erat faciendum. Crauet. consi- 70
lio vigesimo secundo, numero quinto, & consilio 149. numero 12. & sequent. Dec. consilio 446. numero 7. Cephal. consilio 9. numero 16. Baldus consilio 378. numero 2. libro primo, & hanc conclusionem ex pluribus probat Mascard. dict. conclus. 16. vbi etiam respondet contrariis.

Et pro complemento huius quæstionis non est omittendum, quòd resignatarius post acceptationem se
obligat ad onera incumbentia † illi beneficio accepta- 71
to. Gig. de pens. quæstio. 41. Goid. Pap. quæstio. 577. cum alijs, vt deduxi supra lib. 1. q. 8. num. 28.

Hinc † tenetur soluere pensionem, vt fuit resolutum 72
in vna Prænestin. pensionis, 10. Februarij 1558. teste Card. Paleott. decis. 167. in manuscript. & aliàs, vt dixi in dict. quæst. 8.

Hinc tenetur † recitare horas canonicas, vt latè pro- 73
baui libr. 1. quæst. 9. Hinc tenetur residere, vt latè deduxi lib. 1. quæst. 10.

Hinc † etiam tenetur ad alia onera, vt est communis 74
opinio, vt dixi dict. quæst. 8. lib. 1. numero 53. & è
contrario tunc consequitur fructus beneficij † resigna- 75
ti, Rebuff. in prax. de resignat. simoni. numero 41. & in tracta. de nomina. quæst. 14. numero 157. Rossiniac. de benef. cap. 14. num. 26. Sarn. de triennal. quæst. 27. & 34. in fin. cum aliis adductis à me libr. 1. quæstio. 6. num. 26. & alias prærogatiuas habet.

Libr. 10. quæst. 8. numer. 25. Ibi, Quæ est valdè similis huic.

QVod pœnitendi tamen facultatem, summum est inter vtrumque discrimen: in donatione siquidem, fas, in collatione verò, nefas est, antè acceptationem pœnitere, vt notat Couarruuias lib. 3. var. resolut. cap. 6. numero 8.

Eadem quæst. numero 23. Ibi, Declaratio quædam voluntatis.

NOn tamen est necessarium quòd acceptationis verbum exprimatur: sed sufficiet horum alterum, vel quòd conferri petat, vel quòd collatum recipiat per se, vel per procuratorem ad id specialiter constitutum. glo. in Clem. vn. in verbo, quin etiam de concess. præb.

Eadem quæst. numer. 33. Ibi, Ita ad contrahendum matrimonium, requiritur mandatum speciale.

QVod etiam in Principum, & Regum matrimonijs contrahendis obseruari, recentes nostri temporis historiæ testantur. Etenim Philippus Princeps, Philippi iij. Hispaniarum Regis Catholici filius, Illustrissimum Principem, Ducem de Gusia, specialem constituit procuratorem, ad eiusdem Philippi Principis nomine, & pro eo, matrimonium per verba de præsenti, cum Principissa Elizabetha, Christianissimi Principis Ludouici, Dei gratia Francorum & Nauarræ Regis sorore, in facie Ecclesiæ contrahendum. Et Illustrissimus Cardinalis de Sourdis, Archiepiscopus Burdegalensis, Aquitaniæ Primas, Philippum filium, & Elizabetham prædictos, in matrimonium coniunxit, tanquam Dei minister, in forma Ecclesiæ consueta. Missamque nuptialem in Pontificalibus celebrauit; Riuensi, Diaconi, Bazatensi autem Reverendissimis Episcopis, Subdiaconi officiis, fungentibus; eidemque Illustrissimo Cardinali assistentibus; in Ecclesia Cathedrali Sancti Andreæ Burdegalen. die 18. mensis Octobris 1615. Similiter idem Ludouicus Rex, suum constituit procuratorem specialem, videlicet Ducem de Lerme ad ipsius Regis Christianissimi nomine. & pro eo, matrimonium, etiam per verba de præsenti. & in facie Ecclesiæ, cum Principissa Anna d'Austriche, Philippi Regis prædicti filia maiore natu contrahendum: prout eadem die, in Hispania contractum fuit. Quæ fœlicia faustaquè fient, Nestoreosque, cum prole, viuant in annos.

Eadem quæst. nume. 63. Ibi, Et præsumitur acceptata resignatio, per renunciationem illius beneficij resignati.

ET talis acceptatio, non expressa (quæ fit per impetrantem, petendo sibi conferri beneficium, vel recipiendo sibi præsenti collatum, sec. glosam in cap. 1. §. ex parte, in verbo post acceptationem de concess. præb. in 6.) Sed tacita dicitur, quæ facta de secundo incompatibili, operatur vacationem obtenti priùs similis, etiam ipso iure, iuxta dispositionem cap. de multa, de præbend. apud Gregor. ita vt tanquam vacans impetrari possit. Perinde enim iudicatur de eo, per quem stat quominus pacificè assecutus sit secundum, ac si ipse illud pacificè adeptus esset, cap. commissa de elect. in 6. & cap. licet Episcopus. de præbend. eodem lib. ¶ Idem firmat Math. Pacus. de mandatis part. 1. num. 35.

Eadem q. num. 67. Ibi, Infrà legitimum tempus.

ESse autem legitimum tempus, quatuor mensium, quoad laicos: Sex verò, quo ad clericos patronos, iuris est manifestissimi. l. cap. 5. de iure patr. in 6. Vide à nobis notata suprà lib. 9. q. 29. num. 1.

Eadem quæst. num. 68. Ibi, Præsumi factam acceptationem in tempore.

NObis tamen admodùm placet distinctio, qua Rebuffus super regula de publ. resig. glo. 13. num. 28. circa fi. vtitur, vt scilicet, si resignatarius, cui collatum est beneficium mortem intrà sex menses, & antè acceptationem obierit, ius penes resignantem remaneat. Si verò dictus resignatarius, elapsis eiusmodi sex mensibus, & ipso resignante adhùc superstite, è viuis decesserit, nisi idem resignatarius, se nolle acceptare, expressè declarauerit, vacet beneficium per illius mortem: Nec posteà resignanti, etiam quantumcunque in possessione remanenti, ius aliquod acquiratur. Quibus assentiri videtur Molineus, in commentario ad regulam de publ. resig. nu. 145. Quod quomodò intelligendum sit, diximus lib. 1. quæst. 2. num. 15. & lib. 3. q. 5. num. 38.

quæst. 8. num. 5. Beneficia absentibus Collata eis non acquiruntur nisi acceptent illa

¶ RAtio est quia beneficium non confertur in inuitum Can. vbi ista cum seq. dist. 74. notandum autem beneficium absenti conferri posse, etiam apud nos, ab Episcopo dum iure ordinario id agit, non autem auctoritate Apostolica dum signaturam in forma dignum expeditam exequitur: quia hoc casu prouisus debet adesse, & examinari, ac mentio de examine huiusmodi in literis Episcopi expressa fieri, vt cauetur ordinatione blesensi art. 12. aliàs locus est appellationi tanquam ab abusu, & inficitur titulus ipso iure absque appellatione, Oliueus libr. 1. quæst. 16. quod non placet feureto in tract. de abusu. Reliqua quæ de acceptatione beneficij huic quæstioni desunt hic supple, & dic primò eum, qui semel acceptauit non posse variare, quia acceptatio secum trahit executionem, arg. cap. si tibi absenti. de præb. in 6. & statim transfertur dominium in eligentem in vltimis voluntatibus, vt dicitur in l. apud Aufidium in fine. ff. de opt. legat. quamuis secus sit in contractibus; in his enim ad dominium acquirendum requiritur traditio, l. traditionibus, Cod. de pactis. Secundò beneficium nulliter acceptatum posse iterum acceptari: quia actus nullus non impedit reiterationem, l. quoties ff. de opt. leg. Math. Pacus. de mandat. Apostol. p. 1. num. 37. Tertiò Resignatarium tacitè acceptare si attestationem vitæ, morum, & idoneitatis acceperit: si fidei professionem fecerit ad effectum obtinendæ prouisionis: si mandatum ad resignandum bancario dederit: si procuratorem ad possessionem capiendam constituerit, Louet. ad Molin. in reg. de public. Resig numero 149. sed non præsumi acceptationem ea scientia & taciturnitate. Melchior Lotter. de re benef. libr. 2. quæst. 18. numer. 78.

QVÆSTIO IX.

An Resignatarius teneatur emittere professionem fidei.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius debet emittere professionem fidei.*
2 *Decretum Conc. Trident. de emittenda professione fidei comprehendit etiam prælatos regulares.*
3 *Forma professionis fidei remissiuè.*
4 *Decretum Concilij super professione fidei an tollat effectum triennalis.*
5 *Regula de triennali est exorbitans.*
6 *Regula de triennali quoad fructus non excusat eum, qui non fecit professionem fidei.*
7 *Possessio longissima quoad fructus non excusat non emittentem professionem fidei.*
8 *In foro exteriori non excusantur illi, qui non fecerunt professionem fidei per ignorantiam.*
9 *Mala fide percipit fructus, qui non emittit professionem fidei.*
10 *In foro conscientiæ non peccauit, neque tenetur ad restitutionem fructuum, qui non fecit professionem fidei.*
11 *Ignorantia excusat in foro conscientiæ.*
12 *Lex pœnalis quando ligat in foro conscientiæ.*
13 *Obligatus ad faciendum aliquid in tempore, tenetur id facere, licet sit elapsum tempus.*
14 *Semel ipso iure deperdita, non quæruntur.*
15 *Verbum, Non suffragetur, positum in Decreto Con.*

Digitized by Google

cilij Tridentini de professione fidei, quomodo intelligatur.

NOnò quæro, An Resignatarius teneatur emitte-
re professionem fidei? Respondendum est †
1 affirmatiuè, si qualitas beneficij hoc exposcat,
capitulo duodecimo, sess. 24. de reformat. Concilij
Tridentini ibi, *Prouisi etiam de beneficiis quibuscumque, curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses, in manibus ipsius Episcopi, vel, eo impedito, coram Generali eius Vicario, seu Officiali, orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Rom. Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iurent. Prouisi autem de canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesiis cathedralibus non solum coram Episcopo, seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur, alioquin prædicti omnes prouisi vt supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur.*
2 Et hoc † decretum comprehendit etiam prælatos
regulares, qui infrà duos menses tenentur emittere pro-
fessionem fidei, vt respondit Nauar. cons. 2. de Summ.
3 Trinit. & fid. Catholic. formam † autem professionis
fidei ponit Pius IV. in constit. sua 114. incip. Iniun-
ctum, ann. V.
Dubium tamen est, an hoc decretum Concilij tollat
4 effectum regulæ de triennali? Pro affirmatiua † res-
pondit Nauar cons. 1. de Summ. Trinit. & fid. Cath. qui
5 mouetur, tum quia dicta regula † est exorbitans, tum
quia cessat ratio dictæ regulæ. Pro negatiua autem
conclusit Congregatio Concil. Trident. & hæc est vera
sententia. Limita tamen non procedere quoad fructus,
6 quia triennalis possessio non excusat eum, † qui fecit
professionem fidei, quoad fructus, & ita censuit Con-
gregatio antedicta, sub die 5. Maj 1575. dum voluit,
nedum triennalem sed nec longissimam possessionem
7 prodesse † ei, qui non emisit professionem fidei, quoad
fructus percipiendos, quamdiu dictam professionem
non emiserit, & ita intelligendus est Nauar. proût verè
loquitur, vt constat ex dictis ante nume. 1. nam text.
hic considerat vnicam pœnam, ne faciant fructus suos,
& quoad hoc possessio illis non suffragetur.
Secundò Dubitatur, si adepti canonicatum parochia-
lem per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduerten-
tiam non fecerunt professionem fidei infrà duos menses,
an excusentur? Duo capita sunt statuenda, quorum pri-
8 mum erit in foro exteriori, in quo concludendum † est
non excusari, quia hæc ignorantia fuit iuris clari, quæ
non excusat. cap. ignorantia. de regul. iur. libr. 6. ita
respondet Nauarr. dict. consil. 1. numer. 2. de Summa
9 Trinit. & fid. Catholic. vnde † præsumentur, mala fi-
de percepisse fructus. arg. regul. qui contra iura. & ibi
Gloss. de regul. iuris lib. 6.
Secundum caput in foro interiori, in quo conclu-
10 dendum excusari, & non peccasse † quoad forum cons-
cientiæ mortaliter, nec esse obligatos ad restituendum
fructus, ita Nauarr. dict. cons. 1. num. 3. & cons. 3. de
11 Summ. Trinit. & fid. Catholic. quia ignorantia, † in-
cogitantia, & inaduertentia excusant illos. D. Tho. 1. 2.
12 quæst. 88. art. 5. & 6. & lex pœnalis, etiam si pœnam †
ipso iure contineat, non ligat in foro conscientiæ. Gloss.
in ca. fraternitas. 12. quæst. 2. Felin. capit. vltim. nu.
7. de re iudic. vnde admonet Nauar. tacendam esse hanc
negligentiam coram hominibus, & poterunt, ac debent
illam professionem tunc facere, ita Nauar. cons. 8. de
Summ. Trinit. & fide Catholic. quia ille, cui iubetur
facere aliquid circa certum tempus, obligatur ad duo,
scilicet ad faciendum illud intra illud tempus, si po-
test, & ad faciendum illud idem post lapsum temporis
præstituti, quam citò facere poterit, etiam si potuit † 13
antea facere. l. celsus. ff. de recept arbitr. cap. cum di-
lecti. de dol. & contumac. vbi Abb. num. 12.
Et hæc professio facta post præfatos duos menses pro-
dest ad quærendos fructus temporis futuri, non autem
præteriti, ita Nauarr. dict. cons. 4. num. 7. quia regula-
riter semel ipso † iure deperdita non quæruntur ipso iu- 14
re. l. qui res. §. aream, ff. de solut.
Et verbum † non suffragetur. ibi, *nec illis possessio* 15
suffragetur, in dict. cap. 12. sess. 24. Conc. Tridentini.
excludit prouisum quoad fructuum perceptionem, non
autem quoad tit. & proprietatem, vt in facti contin-
gentia respondit Nauarr. cons. 5. de verbor. signifi. per
plura, vt per eum.

Libr. 10. quæst. vltim. numer. 1. Ibi, An resignatarius teneatur.

NOn solùm resignatarius, sed & quiuis alius, de quodam beneficio Ecclesiastico (cui tamen cura immineat animarum) prouisus professionem fidei facere deberi vt ex subiuncto Concilij contextu colligere licet. Non tamen apud Gallos protinùs, impetratio, ob non emissam ab eo fidei professionem facta, sustinebitur: illam enim, & prælati monitio, & prouisi contemptus, præcedere debent, vt Carondas lib. 2. pandectarum iuris Gallici cap. 20. fol. 107. in princ. tradit.

Eadem quæst. num. 13. Ibi, Quàm cito facere poterit.

CEleri enim satisfactione opus est. cap. vltim. de loca. cap. si quis presbyterorum. de reb. Eccl. non alien. hinc aliàs respondimus, eum. cui ex Edicto, super insinuationibus Ecclesiasticis promulgato, intra certum tempus insinuare incumbit. si illud (ex eo forsan quòd earundem officium, adhùc eo in loco institutum non est) præstare nequit: Id tamen post erectum huiusmodi officium (saltem intra statutum tempus ab ipsa erectione numerandum) exequi debere. Vltimam enim moram considerari, ait textus in l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. Quandò autem iustis quibusdam impedimentis interuenientibus, (de quibus statim protestatum fuit) publicatio, absque graui resignatarij periculo fieri, vel possessio peti intra tempus à regula præfixum nequiuit, & postea resignans mortuus est in possessione, tunc resignatarium excusandum esse censemus. Idque Gregorius in suis rei beneficiariæ institutionibus nouis. cap 35. numero 21. confirmat, sumpta ratione ex l. non videtur frustrandæ. ff de Iudicijs.

quæst. 9. num. 1. Si qualitas beneficij hoc exposcat.

¶ EX verbis Concilij hic relatis patet in solis beneficiis Curam animarum habentibus, & Canonicatibus, ac dignitatibus Cathedralium fidei professionem emittendam, nec extenditur ad Canonicos seu dignitates in Collegiatis, nec ad portionarios nec beneficiarios simplices, nec ad personatus & officia Cathedralium. Garcias de benef. part. 3. cap. 5 num. 11. & seqq. Cæterum ob non emissam fidei professionem beneficium vti vacans nequit imperrari, nedum apud Gallos, vt vult Duclosius, sed nec apud Italos aut alios quoscumque, quia Concilium excludit prouisum quoad fructus, non autem quoad titulum & proprietatem, vt obseruat Auctor in fine quæstionis: Ideò non solum monitio Episcopi & contemptus prouisi sed etiam sententia priuationis præcedere debent.

Finis Libri Decimi.

Digitized by Google

FLAMINII PARISII
IVRE-CONSVLTI
CONSENTINI
DE RESIGNATIONE
BENEFICIORVM.
LIBER VNDECIMVS.

De publicandis Resignationibus, ad Constitutiones Pij V. & Gregorij XIII.

Hic liber habet præfationem, in qua ponuntur verba Reg. Cancellariæ Constitutionum Pij V. & Gregorij XIII & 14. Quæstiones.

1 *Ob quam causam requiritur publicatio.*
2 *Quantum tempus detur ad publicandum tàm in Curia quàm extra, & quando computetur hoc tempus.*
3 *Quorum beneficiorum debeat fieri publicatio resignationis, an Restrratorum, Iurispatronatus, Consistorialium, Electiui, Litigiosi, Hospitalis, Regularium.*
4 *Qui teneantur publicare beneficia Resignata, An officiales Curiæ, Cardinales, Exempti, Secundi resignatarij, Impetrantes beneficia Vacantia ob non publicationem, Translatary pensionum Minores.*
5 *An quomodocumque sit facta resignatio debeat publicari, & Quid de ea quæ fit extrà Curiam, & de Permutatione, ac de ea quæ fit reseruatis fructibus, aut pensione, & de Commenda, & de gratia in forma dignum, & de resignatione simplici, & cessione iuris.*
6 *Quomodo sit facienda publicatio, Coram quo, Cum quibus, Vbi, Quando, Per quem, & positus forma.*
7 *Quæ sit pœna non factæ publicationis, Quid amittat resignans.*
8 *Beneficia Vacantia ob non publicationem an dicantur vacare in Curia.*
9 *An contra Constitutionem Greg. XIII. possit dari quod non fuit acceptata, & publicata in partibus.*
10 *An in literis impetrationis ob non publicationem debeat poni* Vocato possessore.
11 *An Constitutio Pij V. sit in totum sublata per Constitutionem Greg. XIII.*
12 *Quæ differentia est inter Constitutionem Pij V. & Greg. XIII.*
13 *An impedimenta excusent à publicatione, Quæ, quomodo debeant probari, &c.*
14 *An impetranti beneficium ob non publicationem incumbat onus probandi non publicationem, Et quomodo probetur non publicatio.*

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ requirebant publicationem resignationis.*
2 *Verba Regulæ Cancellariæ requirentis publicationem resignationis.*
3 *Constitutionis Pij V. de publican. Resignationibus, verba.*
4 *Constitutio Pij V. de publican. resignationibus derogauit regulis Cancellariæ prædecessorum super hac re editis.*
5 *Constitutionis Gregorij XIII. de publicandis Resignationibus verba.*
6 *Constitutio Gregorij XIII. de publicandis resignationibus abrogat Constitutionem Pij V.*
7 *Clausula* non obstantib. *tollit contraria.*
8 *Clausula non obstantib. effectus.*
9 *Dubium cessat in apertis.*
10 *Clausula derogatoria sufficit quamuis tenor non exprimatur.*
11 *Dictio* Omninò *est præcisa.*
12 *Dictio* Omninò *includit omnem casum.*
13 *Verbum Abrogamus tollit in totum.*
14 *Differentia inter Abrogare, & Derogare.*
15 *Derogatio fit in parte.*
16 *Geminationis magnus effectus.*
17 *Constitutio Pij V. de public. resignationib. per constitutionem Gregorij XIII. super eadem re est in totum abrogata.*
18 *Lex abrogata non potest allegari ad decis. causarum.*
19 *Allegans legem abrogatam, incidit in pœnam falsi.*
20 *Lex abrogata potest allegari in argumentum, & ad comprobationem referri.*
21 *Ratio legis nunquam videtur abrogata.*

22 *Lex abrogata potest allegari ad corroborationem legis noua.*

23 *Lex abrogata potest allegari quando concordat cum lege noua.*

24 *Compilatio septimi libri Decretalium.*

PRÆFATIO.

ET quia libro superiori visum est de his, ad quæ tenetur Resignatarius, non ab re erit nunc tractare de publicatione, namque resignatarius debet suam resignationem publicare, aliàs nulla est renunciatio.

Ideo Tractaturi de nullitate resignationis ex capite non publicationis, materiam ipsius publicationis diligenter attingemus, cum sit vtilis, & tota die in foro practicabilis. Inprimis igitur scire oportet Tria tempora consideranda. Quorum primum est, secundùm
1 regulas Cancellariæ, secundùm † quas, beneficia resignata debere publicari videmus in regulis Sixti IV. Innocentij VIII. Alexand. VI. Pij III. Iulij II. Leonis. X. Adriani VI. Clement. VII. Paul. III. Iulij III. Marcel. II. Paul. IV. Pij IV. & Pij V. vt Sarn. in interpretatione huius regulæ exorditur dicens, ante tempora Sixti 4. non repertam fuisse hanc regulam. Verba au-
2 tem Regulæ sunt † hæc.

Item Idem Dominus noster statuit, & ordinauit, quòd quæcumque beneficia Ecclesiastica, siue in Romana curia, siue extra eam resignata, nisi de illis factæ resignationes, si in Romana curia, infrà sex menses, si extra dictam curiam facta sint infra mensem, ex tunc vbi dicta beneficia consistunt publicata, & possessio illorum ab eis, quos id contingit, petita fuerit, si resignantes ista postmodum in eorundem resignatorum possessione decesserint, non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censeantur, collationes quoque de illis tanquam per resignationem vacantibus facta & inde sequuta nullius sunt roboris vel momenti. Quibus verbis aliqua fuerunt addita vel sublata secundùm diuersitatem temporis.

Secundum, est tempus sanctæ memoriæ Pij V. qui non contentus regulis prædecessorum super hac re, neque sua, edidit constitutionem † incip. Sanctissimus, quæ est in Bullario in ordine 182. his verbis.

SAnctissimus in Christo pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Animo repetens, quæ, & quam grauia inconuenientia, & absurda ex occultis beneficiorum Ecclesiasticorum resignationibus & cessionibus in dies oriantur. Cum sæpe contingat, quod occultè resignantes vel cedentes huiusmodi, etiam post resignationem, vel cessionem per eos factas, non solum fructus ex beneficiis sic cessis, vel resignatis prouenientes indebitè percipiunt, sed etiam (quod grauius est dolendum) tanquam veri Prælati, vel beneficiati, Sacramenta ministrant, ordines conferunt, & Indulgentias Christi fidelibus concedunt, in maximum animarum periculum, & scandalum plurimorum, Nonnúquam etiam cum eisdem resignantibus, vel cedentibus tanquam cum veris Prælatis, aut beneficiatis contrahentes illisque decimas, census, oblationes, & alia iura Ecclesiastica persoluentes, illa postmodum veris Prælatis, seu beneficiatis iterum soluere, & ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentium damno, & incommodo repetere coguntur. Plerumque etiam Ordinarij Collatores, ac etiam Rom. Pontifices pro tempore existentes, beneficia huiusmodi occultè resignata, vel cessa, per obitum ipsorum resignantium vel cedentium vacare existimantes illaque tanquam per obitum vacantia conferentes detecta postea resignatione, vel cessione prædicta, simul cum personis prouisis grauiter deluduntur, & fraudantur. Ac etiam considerans quantum in beneficiis Ecclesiasticis ea quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, Canonicis sanctionibus sint odiosa, ac Sanctorum patrum decretis contraria, Quodque propter varias, & diuersas fraudes, & malitias, quæ in dictorum beneficiorum resignationibus, seu iurium in illis, vel ad illa competentium cessionibus (quas maximè puritas simplicitasque decet) quotidiè excogitantur, & adhibentur, plerumque beneficia huiusmodi, quasi iure hæreditario occupata detinentur. Et propterea, ne absurda, & inconuenientia prædicta de cætero oriantur prouidere, illaque a templo, & Sanctuario Dei, quam longissimè submouere, ac animarum periculis, necnon fraudibus, & malitiis huiusmodi occurre cupiens, præsenti sua perpetuo valitura constitutione voluit, statuit, & ordinauit. Quòd quæcumque dictorum beneficiorum resignationes, aut iurium cessiones, tam in manibus suæ Sanctitatis, quàm cuiuscumque Romani Pontificis sui prædecessoris, aut successoris aut cuiusuis alterius, etiam loci ordinarij vsque in diem publicationis præsentis constitutionis factæ, & quas inposterum fieri contigerit, sub infrascriptis modo, & forma & non aliter publicari, ac ad eorum ad quos spectat notitiam deduci debeant. Videlicet resignationes, & cessiones iam factæ (si illarum vigore possessio nondum fuerit per resignatarium, vel cessionarium apprehensa, etiam si super illis consensus præstiti fuerint) nec non eæ, quas infra tempus inferius designatum, à quo præsens constitutio obtinere incipiet, si quidem extra Romanam curiam factæ extiterint, infrà vnum, si vero in eadem Curia, infra sex menses a die, qua eadem constitutio sic, vt præfertur, obtinebit, numerandis, reliquæ vero, quas post dictum diem fieri contigerit, si quidem extra curiam, similiter infra vnum, si vero in ipsa Curia fiant, infra sex menses à die datæ supplicationis resignationum, seu cessionum earundem, non autem à die præstiti, seu præstandi consensus computan. in Ecclesia ipsius beneficij ac etiam in Cathedrali, vel Metropolitana, vel alia Superiori Ecclesia, cui beneficium ipsum resignatum, vel cessum immediatè subest, si quidem beneficium extra Cathedralem Ecclesiam situm est, vel fuerit, si vero beneficium huiusmodi in Cathedrali, vel alia Superiori Ecclesia extiterit in ipsa sola dum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, publicè, ac alta, & intelligibili voce, ita quod ad omnium in eadem Ecclesia præsentium notitiam verisimiliter peruenire possit, per ipsos resignantes, vel cedentes, aut resignatarios, vel cessionarios, vel alium, seu alios eorum nomine publicentur. Ipsique resignatarij, vel cessionarij, realem, & actualem possessionem beneficiorum huiusmodi realiter, & cum effectu apprehendere, vel saltem illam infra prædictũ vnius anni, vel sex mensium terminum ab his, ad quos illius traditio de iure, vel de consuetudine spectat, verè, & non fictè, seu perfunctoriè congruo loco, & tempore petere debeant. Et si beneficia ipsa, etiam quoad possessionem tantum litigiosa, & per alios possessa fuerint, vel eorum possessio ex quauis causa capi, seu apprehendi non possit, si litem huiusmodi in dicta Curia nunc, aut in futurum pendere contigerit, vltra præmissa, literas desuper expeditas, vel saltem instrumentum consensus cum data supplicationis, ac etiam cum designatione libri, & folij, in quibus supplicatio huiusmodi registrata fuerit, infrà mensem à die eiusdem datæ non autem à die præstiti consensus numerandum, in actis Notarij causæ, & litis huiusmodi realiter, & cum effectu præsentare, illumque in eisdem actis annotari facere. Et insuper, quod in omnibus, & singulis casibus supradictis, resignatarij, seu cessionarij, eorumque successores, vel causam ab eo quomodolibet habentes consensum ante obitum resignantis vel cedentis, etiam si supplicatio per eundem resignantem, vel cedentem, seu eius Procuratorem porrecta fuerit, in libris Cameræ, vel Cancellariæ (si quidem resignatio, vel cessio huiusmodi in ipsa Curia) aliàs si extra Curiam facta fuerit, vel fiat, in actis Episcopalis, seu Archiepiscopalis, vel alterius Superioris Curiæ, cui beneficium immediatè subest, extensum fuisse ligitimè docere, seu probare teneantur. Alio-

quin resignationes, & cessiones, ac extensiones consensuum huiusmodi, aliter quam, vt præfertur, publicatæ, seu factæ, cum omnibus inde secutis, & sequendis, etiam nouis prouisionibus, ac aliis cessionibus, & retrocessionibus, cæterisque quibusuis gratiis, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, ac fuisse, & esse, statuit & ordinauit. Et præmissa omnia, & singula etiam in quibuslibet beneficiis Consistorialibus, & vt præfertur litigiosis, etiam si resignantes, vel cedentes extra possessionem eorundem beneficiorum ciuiliter, vel naturaliter decesserint, ac etiam si resignationes, & cessiones præfatæ, ex causa permutationis, vel cum reseruatione omnium, & singulorum fructuum, redditum, & prouentuum, ac quotidianarum distributionum propria auctoritate, vel alias percipiend. & cum reseruatione tituli, administrationis seruitij, ac stalli, & alias quomodocumque, & qualitercumque, etiam in fauorem alicuius ex scriptoribus Apostolicis, aut aliis Romanæ Curiæ officialibus, ac etiam in fauorem alicuius ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus hactenus factæ extiterint, aut etiam in futurum fieri, & resignatarios, vel cessionarios ipsos infrà dictum vnius, vel sex mensium spatium cedere, vel retrocedere contingat, locum habere, & suum locum obtinere voluit, & expresse declarauit; Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis etiam Apostolica auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & cætera, decreuit. Cæterum, vt præsens constitutio facilius omnibus innotescat, Sanctitas sua voluit, & mandauit, quòd eadem constitutio non solùm in Cancellaria Apostolica (vt moris est) sed etiam ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ Publicetur, illiusque exempla in eisdem locis affixa dimittantur, & inter constitutiones perpetuas describatur, & annotetur. Quodque omnes, & singulos quos illa concernit, præsentes quidem in Curia statim lapso mense à die dictæ publicationis numerando, Cæteros verò intra montes degentes, tribus, vltra verò ipsos montes commorantes, sex mensibus decursis perinde, arctet, ac si eisdem personaliter intimata fuisset, cum non sit verisimile apud eos manere incognitum, quod tàm patenter fuerit publicatum, &c.

Placet, describatur, & publicetur. M.

Et per hanc constitutionem derogatur aliis regulis
4 suorum † prædecessorum super publicatione emanatis, vt colligitur ex finalibus verbis, & fuit resolutum in Rota in vna Pampilonen. coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino tunc Auditore Rotæ doctissimo, decimoquinto Maij millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, & in alia Carthaginen. coram R. P. D. Vicecomite nunc Archiepiscopo Mediolanen. integerrimo.

Tertium, & vltimum, est tempus sanctæ memoriæ Gregorij XIII. qui vt omnes casus includeret, & plura dubia iam orta declararet, anno duodecimo Pontificatus, aliam promulgauit extrauagantem, incipient. Humano vix, in ordine, octuagesima septima, quæ fuit confecta cum maxima deliberatione, namque per multos annos antea fuerunt plurima exemplaria à doctissimis viris confecta, & de ordine eiusdem Gregorij in plena Rota examinata, proponente Reuerend. P. Domino Robusterio tunc Auditore Rotæ doctissimo, die Lunæ decimo, decimoquarto, & decimoseptimo Nouembris 1578. & considerata per bon. memor. Stephanum Contarellum tunc Cardinalem, & Prodatarium versatissimum in hisce rebus, cuius extrauagantis hæc
5 † sunt verba.

Humano vix iudicio ita bene quidquam, & prouidenter sanciri potest, quin vius sæpe aperiat, doceatque id quod salubre fore credebatur, minus experiundo prodesse, quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas, occultasue beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes diuersi Romani Pontifices multifariam ediderunt, & fel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster nouissimè promulgauit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum, prout occasio necessitasque postulat, coërcere volentes, statuimus, vt posthac omnes, & quæcumque resignationes, etiam causa permutationis, ac commendarum, & etiam literis Apostolicis non confectis, & possessione non habita, necnon litis, & iurium quorumcumque cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis in nostris, seu Romani Pontificis pro tempore existentis manibus ac etiam coram Notario publico, & testibus fient, & à nobis vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis prouisiones, & quæcumque aliæ dispositiones, siue temporales, siue perpetuæ, aut ad hoc mandata Apostolica sub quacumque forma, quibuscumque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac piis locis quocumque priuilegio suffultis facta, publicari debeant cum literis Apostolicis desuper confectis, intra sex menses, si beneficium intra montes fuerit, vltra verò intra nouem a data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos, etiam si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequentibus datis, ac quoticumque, & quouis modo reformata, & valida reddita fuit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primum resignantem, vel cedentem retrocessiones termino prædicto nullum elapso intercesserint, ita vt vnicus duntaxat terminus his successiuis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, vt qui postremus gratiam habuerit publicationem huiusmodi facere, cæteraque omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur. Ipsa autem publicatio in Cathedrali, & in beneficij Ecclesia, vel Ecclesiis, si in pluribus illud sit, fiat vbique, dum frequens populus ad Missarum solennia conuenerit, palam omnibus literæ Apostolicæ prædictæ, earumue transumptum authenticum exhibeatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi, ac beneficij qualitas, & inuocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncientur, ita vt hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter peruenire, scriptoque de his omnibus exemplo collato valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Si verò Ecclesia beneficij ruralis sit, aut populo Conuentuq; careat eo caso in Parochiali, intra cuius Parochiæ limites beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali Ecclesia, vel si locus bello, seu peste, aliisue manifestis periculis subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in Cathedrali Ecclesia, vel si aditus ad illas, aut vtramuis minime sit securus, in alia Cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiusmodi peragatur. Is quoque in quem disponi, vel mandari de beneficio etiam litigioso, vel à cedente non possessio sub quacumque forma contigerit, possessionem beneficij intra dictum tempus vigore literarum Apostolicarum desuper confectarum, nec alias apprehendere debeat: & si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit, saltem literas Apostolicas cum earum publicatione, si tunc facta erit, Iudici, seu executori illarum, vel alijs ad quos pertinet, per se, vel procuratorem suum legitimum, intra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum literarum executione instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur. Cæterum modus, & forma hic tradita semper & vbique debeat obseruari, nec alia, vel æquipollens vllo modo admitti in omnibus huiusmodi resignationibus, cessionibus, & retro-

cessionibus, de quibuscumque Ecclesijs Monasterijs, Prioratibus, tam virorum, quam mulierum dignitatibus, officijs & beneficijs Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam militiarum regularibus, etiam electiuis, & manualibus, ac etiam de iure patronatus laicorum Illustrium, & alias quomodocumque existentibus, siue pacificis, siue in petitorio, siue in possessorio litigiosis, etiam de quibus in Consistorio nostro disponi consueuit, seu debet, quæ posthac ex quacunque causa fient, & per nos, ac prædictos successores, extra tamen dictum Consistorium, admittentur, etiam cum reseruationibus nominis, tituli, administrationis, possessionis, fructuum, etiam omnium, ac regressus, & iurium quorumcunque. Ad prædictorum tamen obseruationem eum, in quem iuris fit cessio beneficij quod tempore cessionis huiusmodi, & ante illam vigore literarum Apostolicarum vt supra, si ad id tenebatur, publicatarum realiter possidebat, nolumus obligari. Quòd si quidquam prædictorum omnium omissum fuerit, dictis terminis, vt cuique præscripti sunt, elapsis, omnes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum beneficiorum, ac iurium huiusmodi, cum omnibus inde secutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sint irritæ, & inanes, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio, siue iure cesso, ijs quibus concessa fuerit, suffragetur, sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sint huiusmodi beneficia sic resignata & cessa, quandocunque obtinendi, illaque siue iura ab ipsa statim prima resignatione seu cessione, etiam si illæ, aliàs nullæ, & inualidæ essent, vacauisse, & vacare censeantur eo ipso: nec resignantibus, seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent, constitutiones de annali, & triennali possessore, nec præsumptæ aut tacitæ retrocessiones, etiam propter diuturnam continuatæ possessionis huiusmodi tolerantiam, nec omninò aliud ius, vel beneficium vllo tempore suffragetur, sed ipsa beneficia, siue iura sic à principio vacantia à Sede Apostolica prædicta duntaxat impetrari valeant ac concedi. Illorum verò impetrationes, vel etiam motu proprio concessiones quibuscunque derogationibus suffultæ, nunquam sub clausulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendantur, sed specialiter & expressè ob non seruatam præsentis constitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum resignantis, seu cedentis, & gratiam habentis, dispositiuè, & non conditionaliter fieri omnino debeant, & quicunque sic impetrans, aut gratiam etiam motu simili habens, præfinitum cuique casui tempus prædictum à data concessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi ea omnia quæ cedens iure prædicto debebat, præstare teneatur, & si pluribus gratiam huiusmodi fieri contigerit is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem suæ impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaque requisita prædicta adimpleuerit, quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore priùs apprehensa fuerit, vel petita. Reseruationibus omnibus nominis, administrationis fructuum etiam omnium, ac pensionum, & aliarum rerum quarumcumque, necnon facultatibus indultis, & alijs concessionibus tam ipsis resignantibus, seu cedentibus, qui tamen possessionem ab initio re ipsa dimiserint, quam alijs ex huiusmodi resignationibus, seu cessionibus à Sede Apostolica factis nihilominus validis plerumque effectum sortituris. Sed ne in beneficijs super possessione, vel proprietate litigiosis litis prosecutio turbari valeat, vel differri, in causis huiusmodi contra cedentem ad vlteriora, etiam ad sententiam diffinitiuam, & rem iudicatam, ac illius executionem, quousque ille, qui gratiam ex resignatione, seu cessione, qui ex omissa forma publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel procuratorem legitimum accesserit, litemque huiusmodi susceperit, eodem modo, & ordine procedi possit, quo potuisset legitimè, si cessio huiusmodi facta non fuisset, ac quidquid interim sic procedendo decretum, & expeditum fuerit siue cum cedente, siue contra eum, etiam postquam ipse, vel quiuis alius incumbentia sibi secundum prædicta præstiterit, non solum circa fructus, sed etiam circa possessionem, & ipsum ius quod cessum est, valeat omnino, & vim obtineat, illumque ipsum, cui gratia facta est, non minus afficiat, quam si ipso legitimè citato, contra eum decretum, & expeditum fuisset. Nec ipse aduersus hæc, prætextu non acceptatæ gratiæ, vel etiam illius ignoratæ, aut citationis, vel intimationis, executioni contra ipsum minimè demandatæ, aliaue ratione valeat excusari. Possit tamen ipse etiam si in lite, & causa huiusmodi subrogatus non sit, quandocumque ad illius prosecutionem, & terminationem venire, & a Iudice, coram quo causam ipsam, etiam ex delegatione, pendere contigerit, in illis ipsis statu, & terminis, in quibus tunc eam esse reperierit, etiam absque rescripto speciali, admitti. De beneficijs autem, quæ deinceps in manibus ordinariorum collatorum, etiam Cardinalium, etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium, ac Legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem Sedis extra Romanam Curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas, & alias canonicas sanctiones omninò absoluant. Et qui sic prouisus fuerit, intra tres menses, à die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censeatur, eo ipso. Ordinarijque, & alij prædicti, qui hæc, vt eis præscribuntur, non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs sint ea vice priuati eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat, aut alijs idoneis ab ipsa sede duntaxat, modo & forma prædictis concedantur. Decernentes sic per quoscumque iudicari debere, necnon irritum & inane quicquid secus super his per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædicti Pij Quinti, & alijs omnibus aliorum prædecessorum nostrorum constitutionibus de publicandis resignationibus huiusmodi hactenus editis, & reformatis, quas omnes omnino abrogamus. Ita tamen quòd in publicandis illis resignationibus, & cessionibus, quæ in manibus nostris hucusque factæ, & à nobis admissæ sunt, & tempus ad eas publicandas iuxta dicti Pij prædecessoris constitutionem nondum effluxit, constitutio ipsa, quoad eas dumtaxat, integrè obseruetur: Necnon resignantium, siue cedentium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis in ipsismet resignationibus, & cessionibus, seu procuratorum constitutionibus, & mandatis ac aliàs etiam ad præseruationem suorum iurium, & significationem, quod non aliter, nec alio modo resignant, seu cedunt, appositis, & quacumque verborum vi, formula, & multiplicatione expressis, necnon indultis, priuilegijs, & gratijs Apostolicis, etiam prædictis Cardinalibus, ac eorum, & nostris familiaribus continuis commensalibus, necnon literarum Apostolicarum scriptoribus, abbreuiatoribus, cæterisque Romanæ Curiæ officialibus, & quibusuis causis quomodocumque concessis, & confirmatis, quæ omnia etiam tollimus, & annullamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Vt autem præsentes ampliùs innotescant, volumus vt earum exemplis etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbique in iudicio, & extrà illud adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Mandamusque illas in librum Quinternionum appellatum, Cancellariæ Apostolicæ, ad perpetuam rei memoriam de more referri.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1583. Non. Ianuarij Pontifi-

catus nostri Anno duodecimo.

Cæs. Glorierius

M. Prodat.

A. de Alexijs.

Et ex verbis finalibus ibi, *Non obstantibus prædicti Pij, & alijs omnibus aliorum prædecessorum nostrorum constitutionibus de publicatione resignationibus huiusmodi hactenus editis, & reformatis, quas omnes omnino abrogamus.*
Patet esse derogatum non solum regulis Cancellariæ,
6 sed etiam † constitutioni Pij V. vt fuerat iam mandatum à Rot. 17. Nouembris 1578. & ita postea fuit declaratum per eandem Rot. in vna Ispalen. die veneris 8. Nouembris 1585.
7 Idque deducitur ponderando primò † clausulam derogatoriam, non obstantibus. Bart. & alij in l. vlt. C. si contra ius, vel vtilit. public. idem Bart. in Extrauag. ad
8 reprimendum, in verbo non obstantibus. Et plures † effectus huius clausulæ referunt Alex. cons. 92. nume. 34. & cons. 105. num. 3. vol. 6. Fel. in cap. nonnulli, num. 21. 39. & 79. de rescript. Dec. cons. 10. numer. 6. Cur. sen. cons. 27. colum. 12. & cons. 35. column. 4. & vlt. Paul. de Castr. in l. causas. C. de transact. Bart. in l. si quis in prin. testamenti. ff. de leg. 3. Card. Paris. cons. 1. num. 84. volum. 4. Secundò pondero expressionem fa-
9 ctam de Constitutione Pij V. & regulis: vnde nulla † remanet difficultas. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. ancillæ. C. de furt. l. illam. C. de colla. Corn. cons. 13. colum. 2. lib. 2. Dec. cons. 484. nume. 1. Ro-
10 land. à Vall. cons. 77. num. 5. lib. 1. & sufficit, licet † tenor non exprimatur, vt voluerũt in simili Bald. Ang. & Paul. de Castro. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. cum alijs adductis per Fran. Curt. Sen. cons. 35. colu. penul. & voluit notabiliter Card. Paris. cons. 24.
11 num. 15. volum. 4. Tertiò dictionem omninò, † quæ est præcisa. l. si possessor, in principio. ff. de petit. hæredit. Alberic. de Rosat. in dictionar. in verbo omnino. Card.
12 Paris. cons. 21. num. 40. volum. 1. & includit omnem † casum. l. in naue. ff. locat. Card. Paris. cons. 22. nume.
13 26. volum. 2. & verbum abrogamus, † quod in totum tollit. tex. iuncta. Gl. in cap. in istis. §. leges. distinct. 3. l. derogatur. ff. de verb. sign. vbi Alciat. Dec. quem refert, & sequitur Hippol. Riminald. in cap. 1. num. 109.
14 de constitut. Hæc est enim præcipua differentia † inter abrogare, & derogare. d. l. derogatur. ff. de verb. signific. vt abrogare legem, sit in totum eam destruere, & de-
15 lere, derogare † autem, partem eius aliquam auferre, Connanus in Comment. iur. ciu. lib. 1. c. 13. colum. 2. Hottomanus, & alij, quos refert Riminald. Iun. d. c. 1. n. 109. quod etiam ostendit vnio dictionis omnino, cum
16 hoc verb. abrogamus, ad notata † in l. balista. ff. ad Trebellian. Barb. in l. scimus. C. de agric. & cens. libr. 11. Card. Paris. cons. 5. num. 64. volum. 4. & consil. 6. n. 12. & 32. num. 55. & 54. num. 67. volum. 1. & latiùs cons. 12. num. 69. volum. 2. & cons. 9. num. 20. 21. 22. cum seq. volu. 3. Et vt ex supradictis colligitur, quam-
17 uis Constit. Pij V. per hanc Gregorij XIII. sit † in totum abrogata, vt etiam latiùs probabo infrà quæst. 11. tamen illam sæpius referam ad clariorem, & euidentiorem intelligentiam, vt appareat differentia, & quid seruandum sit cognoscamus, ad notata per Doct. in leg. 1. ff. si cert. pet. Fel. in capit. 2. column. ante pen. & pen. de rescript.
18 Constitutio enim abrogata, quæ non † potest allegari ad decisionem causarum. Gl. in cap. nouit. de Iudic. Anchara. cons. 483. column. 1. Fel. in cap. 1. nu. 19.
19 de constit. sub † pœna falsi. Bart. in l. vltima. ff. de fal.
20 potest in † argumentum & comprobationem referri, Gl. & Bart. in d. l. vlt. & in l. 1. in fi. de coniug. cum emancip. libr. Gemin. in cap. frequens. de restit. spol. lib. 6. & in cap. auctoritate. de concess. præb. libr. 6.
21 cum alijs, vt per Fel. loco citato. & ratio legis † nunquam videtur abrogata. l. eos. ff. de capitis diminut. Gl. in cap. fuerunt, & ibi Gem. dist. 7. Potest etiam lex abrogata † allegari ad corroborationem legis nouæ, 22
cap. super eo. de cognat. spirit. Felyn. d. cap. 1. nume. 19. versic. Item quatenus † concordat cum lege noua, 23
Archid. cap. vltimo. de offic. leg. libr. 6. & alij omnes hoc sequuntur.
Et hæc constitutio Gregorij XIII. cum sit in viridi obseruantia, in compilatione septimi libri Decretalis, quam † prius mandauit faciendam dic. Gregorius & po- 24
stea Sixtus V. Gregorius XIIII. Innoc. IX. & demum S. D. N. Clemens VIII. vigilantissimus, & eruditissimus Pontifex, ac omni laude dignissimus ob actiones illustres, & heroicas, ponitur distincta in 8. §. li. 1. sub tit. de Renunc. c. 2. ea mente sacræ Congregationis ad hoc à Sanctiss. delectæ, in qua Congregatione etiam ego interfui, ea benignitate S. Beat. & patrocinio Illustrissimorum D D. S. R. E. Cardinalium Pinelli, ac Matthæi, qui ob ingenij claritatem, eximiamque probitatem, & doctrinam maxima cum diligentia curant, vt quam primum ad communem vtilitatem publicetur.

Lib. 11. in præfat. numer. 2. ibi, Verba autem regulæ sunt hæc.

ET ista est regula, quam nos in Gallia, vti Regni legem, in viridi obseruantia adhuc esse, suprà lib. 8. quæst. 7. ostendimus.

Præfatio num. 2. Item Dominus noster statuit &c.

¶ HAnc Regulam (qua omnes in materia publicationis resignationũ scaturientes quæstiones discutiuntur in Gallia constitutionibus Pij 5. & Gregorij 13 hic ab auctore relatis nequaquam receptis) tortuosè ac implicatè scriptam conqueritur Molin. ad eandem num. 11. & eius sensum sic explicat. *Si resignans moritur in possessione post Semestre resignationis admissæ in Curia Romana, vel mensem eius admissæ extra Curiam Beneficium vacat per obitum & non per resignationem: nisi ea resignatio interim publicata fuerit, & possessio beneficij capta ab eis, quos id contingit.*

QVÆSTIO I.

Ob quam causam requiratur publicatio.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio debet duplicari vt obuietur fraudibus.*
2 *Publicatio resignationis requiritur ob publicam vtilitatem.*
3 *Publicatio resignationis est facienda fauore animarum.*
4 *Fraudibus est obuiandum.*
5 *Resignationes occultæ & simulatæ tollendæ.*
6 *Resignans per resignationem amittit omne ius.*
7 *Resignans habetur pro mortuo.*
8 *Resignans non potest percipere fructus post resignationem.*
9 *Resignatarius peccat permittendo, vt resignans percipiat fructus.*
10 *Resignans post renunciationem non potest spiritualia ministrare.*
11 *Intrusus spiritualia ministrare non potest.*
12 *Communis error non iuuat recipientem spiritualia.*
13 *Communis error facit ius.*
14 *Communis error non procedit in spiritualibus.*
15 *Excommunicatus occultus non confert ordines.*
16 *Collatio facta ab occulto excommunicato, non tenet.*
17 *Collator excommunicatus etiam ignorans, nulliter confert.*
18 *Præsentatio facta ab excommunicato non tenet.*
19 *Excommunicatio lata ab excommunicato nulla.*

Digitized by Google

20 *Communis error non prodest intrusis.*
21 *Interest populo, vt agnoscat suum pastorem.*
22 *Decimæ & oblationes ac alia emolumenta debentur, veris prælatis.*
23 *Contractus confecti ab intrusis sunt nulli.*
24 *Beneficium vacat morte possessoris.*
25 *Possessor censetur dominus.*
26 *Ordinarij non debent deludi.*
27 *Materia litigandi est tollenda.*
28 *Publicè interest vt lites finiantur.*
29 *Lites occasionem mali præbent.*
30 *Longa vacatio Ecclesiarum prohibita.*
31 *Successio in beneficijs prohibetur.*
32 *Per resignationem perditur possessio.*
33 *Prouisione quæritur ius in re.*
34 *Hominum instinctum ad acquirendum.*
35 *Causa finalis ponitur in principio.*
36 *Dispositio à ratione premij regulatur.*
37 *Edictum de publicand. an sit odiosum.*
38 *Fauorabilis dispositio quæ emanauit ad obuiandum fraudibus.*

PRimò Quæro, ob quam causam beneficia sunt
publicanda? Communis responsio est, necessa-
riam fuisse inuentionem huius publicationis, vt
1 † obuiaretur fraudibus, & multis malis, Gamb. decis.
47. Caputaque decis. 319. libr. 1. in manuscr. & decis.
215. p. 3. in impress. Corn. cons. 137. volum. 3. quem
refert & sequitur Put. decis. 453. num. 2. libr. 1. Thom.
de Tan. decis. 54. in manuscr. Sarn. regul. de pub. resig.
quæst. 3. colum. 5. & quæst. 9. & quæst. 10. colum. vlt.
in fin. vers. necessaria. & quæst. 12. vers. tamen. Rebuff.
in ead. regul. in prax. Roman. cons. 133. sub numer. 1.
Cassad. decis. 22. super reg. Cancell. & expresse dicitur
in dictis const. Pij V. & Gregorij XIII. Ideò inquit
2 Caputaque dict. decis. 215. requiri publicationem † ob
publicam vtilitatem. & Put. dict. decis. 453. numer. 6.
3 libr. 3. fauore † animarum, quandoquidem fraudibus
4 † est obuiandum. l. cum hi. §. si cum his. de dolo. ff. de
transact. l. magis. §. si pupillus ff. de reb. eorum, l. si
legatarius C. de legat. l. quæstionis in fin. de fideicom.
Et primum caput fraudis est, † vt tollantur occultæ &
5 simulatæ resignationes, & ne resignantes post admissam
resignationem in graue animarum periculum in benefi-
cijs sic resignantis se intrudant, fructus percipiendo,
similia que faciendo, vt veri Prælati, quod admodum
perniciosum est eorum conscientijs. Respectu resignan-
6 tis, quia cum per resignationem † amiserit omne ius
quod habebat in beneficio resignato. c. quod in dubiis,
vbi omnes de renun. Oldra. cons. 237. Calder. in cons. 4.
de renunc. Cassad. decis. 4. numer. 3. de restit. spolia. &
7 habeatur pro † mortuo. Card. Paris. cons. 93. num. 26.
8 volum. 4. omnes † fructus, quos postea percipit, tene-
tur restituere, sicuti intrusus. Ioan. Monach. in cap. si
te. num. 3. de renunc. in 6. Card. Paris. cons. 143. nu. 8.
volum. 4. Rot. decis. 1. de renunc. in nou. & commu-
niter Doctores, vt supra dixi libr. 1. quæst. 6. Respectu
9 resignatarij, quia peccat permittendo † resignantem vti
beneficio cum non sit pastor, vt latè tradit Hieron. Pau.
in prax. Cancel. quæ est impressa post prax. Rebuff. fol.
mihi 602. colum. 1. Et hanc rationem considerauit
Pius V. in dicta constit. 182. in prin. illis verbis. *Sanctissimus in Christo pater & Dominus noster Dominus Pius V. animo repetens quæ, & quam grauia inconuenientia, & absurda ex occultis beneficiorum resignationibus, & cessionibus in dies oriantur cum sæpe contingat, quod occultè resignantes, vel cedentes huiusmodi, etiam post resignationem, vel cessionem per eos factas non solum fructus ex beneficijs sic cessis, vel resignatis prouenientes indebitè percipiuntur*, & Gregorius XIII. in dicta consti-
tutione 87. *ibi, quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas occultasue beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes diuersi Romani Pontifices multifariam ediderunt, &c.* Et hanc rationem considerauit Rot.
vt per Caputaq. dec. 319. li. 1. & per alios communiter.

Secundùm caput fraudis est, ne † resignantes in bene- 10
ficijs, & dignitatibus vbi spiritualia sunt ministranda,
manentes in possessione, ministrarent sacramenta fide-
libus, vt veri prælati, forte ordines, vel beneficia con-
ferendo, indulgentias dando, & similia exercendo ex
quo magnum fidelibus, & præiudicium, ac scandalum
generatur, quia intrusus sine † titulo spiritualia mini- 11
strare non potest, vt notant omnes Doctores in cap. ex
frequentibus, de Instit. Abb. post Innoc. in cap. nihil
colum. penult. de elect. Nec in illis spiritualibus re-
ceptis † ab intruso, communis error recipientes iuuat. 12
Sarn. de public. quæst. 3. colum. 6. vers. nec in illis, &c.
nam quamuis communis † error faciat ius, & excuset. 13
l. Barbarius Philippus, ff. de off. præt. late Socin. cons.
32. colum. 8. & sequen. libr. 1. & communiter Docto-
res, tamen † non procedit in spiritualibus. Bal. in l. non 14
mutat, C. de liberal. caus. Abbat. in cap. si vero circa
fin. de sent. excomm. Felin. in cap. ad probandum. col.
3. de re iudic. Card. Paris. cons. 136. colum. 2. volum. 4.
Socin. regul. 227. fallen. 5. communis opinio. vt per
Gabriel. com. opin. de probat. concl. 8. numer. 30. &
ideo excommunicatus † occultus non confert ordines. 15
Bal. in dict. l. non mutat. Socin. cons. 59. colu. 3. Hinc
collatio facta † ab occulto excommunicato non valet. 16
cap. cum inter, vbi Doctor. de elect. Archid. in cap.
nullus. dist. 63. Gul. Benedict. in repetit. cap Rainu-
tius, verbo mortuo. 1. num. 285. de testam. communis,
teste Gabriell. dict. concl. 8. num. 37. etiam si ignora-
ret † collator se esse excommunicatum. Gl. in cap. pe- 17
nult. de cler. excom. minist. Abb. in cap. pastoralis. §.
verum. vbi communiter de appell. Neque elect. cap. 1.
ne sed. vacan. lib. 6. Imol. in cap. cum dilectus num. 28.
de consuet. Neque † præsentatio, Abbas. in cap. nobis 18
de iur. patron. communis teste Roch. de Curt. de iur.
pat. verb. competens. quæst. 8. in princip. Neque † ex- 19
communicatio. Fed. de Sen. cons. 139. in fin. communis
teste Calde. in dispu. incip. excommunicatus, ita etiam
dicta regula l. Barbarius, non procedit in intruso, nam
deficiente titulo communis † error non prodest. Bald. 20
in l. 2. colum. 1. C. de sent. Innoc. in cap. nihil circa
med. vbi Abb. de elect. Fel. in cap. cum dilecta. col. 2.
de rescript. Anchar. cons. 213. incip. pro par. vbi dicit
hanc esse communem, Ruin. cons. 48. colum. 2. lib. 4.
Boer. decis. 150. & hanc quoque rationem considerauit
Pius V. in citata constitutione 182. ibi, *sed etiam, quod grauius est dolendum, tanquam veri Prælati, vel beneficiati, sacramenta ministrant, ordines conferunt, & indulgentias Christi fidelibus concedunt in maximum animarum periculum & scandalum plurimorum, &c.* valde
enim interest populo vt agnoscat suum † pastorem. 21
Sarn. de publican. quæst. 9. & hanc quoque rationem
approbauit Rot. in vna Astoricen. parochialis coram
Achille, teste Horat. Mandos. in add. ad Rom. cons. 433
in verb. duplicem.

Tertium caput fraudis est, ne parochiani, & alij con-
trahant cum resignantibus existentibus in possessione
beneficiorum resignatorum, tanquam cum veris præla-
tis, & ex hoc decipiantur, & ne prædicti eis † soluant 22
decimas, & oblationes, & alia debita, & postea cogan-
tur eadem soluere veris prælatis & repetere ab his in-
trusis, quibus soluerunt quod quàm sit iniustum, & dam-
nosum, colum. ligitur ex Bald. in cap. in literis, colu.
pen. de rest. spol. Ias. in l. si vrbana. colum. penult. &
vlt. ff. de condict. indebit. Abb. in cap. nihil. col. pen.
& in cap. qualiter. colum. vlt. de elect. cum alijs vt per
Dec. cons. 407. visis, num. 1. nam contractus confecti † 23
ab intrusis sunt nulli, can. alienationes, 12. quæst. 2. &
hanc rationem considerat Sarnen. de public. d. quæst. 3.
colum. 5. vers. 5. Caputaque decis. 319. libr. 1. Pius V.
in dict. const. 182. ibi, *Nonnunquam etiam cum eisdem resignantibus, vel cedentibus, tanquam cum veris prælatis aut beneficiatis contrahentes illisque decimas, census, & oblationes & alia iura Ecclesiastica persoluentes, illos postmodum veris prælatis, seu beneficiatis iterum soluere, & ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentium*

Digitized by Google

damnu, & incommodo repetere coguntur. Ideò valde in-
terest parochianorum illos habere pro prælatis, qui
verè & realiter sunt tales. Sae. de public. q. 9. col. 1.
Quartum caput fraudis est, ne Ordinarij deludantur,
nam sæpe eueniret, quod resignantes decederent in pos-
24 sessione beneficiorum, & † quia morte possessoris dicitur
25 vacare beneficium, possessor † enim censetur dominus,
l. siue possidetis. vbi Gl. C. de probat. Feder. de sen.
cons. 13. col. 2. Imola, in Clem. 1. vt lit. pend. Ordinarij
26 conferrent ea beneficia, existimantes vacare, † ex quo
eluderentur, vna cum personis prouisis detecta renun-
ciatione. Rebuff. & Sarn. loc. citatis, daretur etiam ma-
27 teria † litigandi inter prouisos, & resignatarios. Rom.
d. cons. 433. numer. 1 Cassad. dict. decis. 22. numer. 2.
super reg. Cancell. & litigandi occasio debet tolli, cap.
finem litibus, cum ibi notat. de dol. & contumac. &
28 ideo † concernit publicam vtilitatem ex eo, vt lites
finiantur. Bal. in l. 1. in 5. notab. C. de nouo codic.
compon. & in l. 1. de furt. Alex. cons. 190. col. 2. lib. 2.
& cons. 171. colum. 3. libr. 7. nam clari iuris est extin-
ctionem litium ad conseruationem congregationis hu-
29 manæ pertinere, sicuti è contrario † litium introductio
criminum occasionem, & alia detrimenta præbet, vt
exorditur Clement. dudum, de sepult. Sarn. de annal.
quæst. 1. colum. 2. Quæ delusio etiam in summis Pon-
tificibus potest considerari, & hanc rationem ponit
Pius V. dict. const. 162. ibi. *Plerumque ordinarij colla-
tores, ac etiam Romani Pontifices pro tempore existentes
beneficia huiusmodi occultè resignata, vel cessa per obi-
tum ipsorum resignantium, vel cedentium vacare existi-
mantes, illaque tantum per obitum vacantia conferentes,
detecta postea resignatione, vel cessione prædicta, simul
cum personis prouisis grauiter deluduntur, & fraudantur,*
quæ delusio potest accidere etiam ex alio capite; nam
si moreretur resignatarius, vacaret beneficium verè, &
tamen non posset conferri per Summos Pontifices, vel
per ordinarios, cum ignorent vacationem, existiman-
tes existentem in possessione esse verum dominum, &
30 titularem, ex quo daretur longa vacatio † Ecclesiarum
à canonibus prohibita, cap. ne pro defectu, de elect. &
etiam eluderentur expectantes, existimantes vacare
per mortem resignantis, inter quos, & intrusos essent
lites, Rom d. cons. 433. numer. 1. Cassad. d. decis. 22.
num. 2. Sarn. d. q. 3. & quæst. 9.
Quintum caput fraudis est, vt tollantur successiones
31 † quæ prohibentur in beneficiis Ecclesiasticis cap. 1. de
præb. cap. ex transmissa, cap. ad decorem cap. ad abo-
lendam. cap. ad extirpandas de fil. presbyt. c. 7. Concil.
Trid. sess. 25. de reform. quam rationem ponit Cardin.
Paris. cons. 39. volum. 4. dum dicit requiri publicatio-
nem ex regul. Cancellariæ, vt innotescat omnibus quo-
rum interest, requiri petitionem possessionis ad exclu-
dendam fraudem ne scilicet resignans velit viuens po-
tiri beneficio, & per resignationem voluerit sibi de
successore prouidere, quod prohibitum est in iure, quæ
suspicio colligitur ex eo, nam cum per resignationem
32 perdatur ius, & † possessio. Innoc. in cap. quod in du-
33 bijs, de renunc. & prouisione † quæratur ius in re, cap.
vlt. de concess. præbend. lib. 6. cap. pen. & cap. si tibi
absenti. de præb. eod. lib. Ideò non est credibile, quòd
post quæsitum ius in beneficio, passus fuisset alterum
gaudere, & residere in beneficio quæ præsumptio scri-
pto iure inquit Paris. fundata est, l. sicut. §. superuaca-
neum, ff. quib. mod. pign. & hypot. l. si is qui. ff. de
acquir. hæred. nam in hoc concurrit hominum instin-
34 ctum † ad acquirendum, & non ad perdendum, l. cum
de indebito. ff. de probat. cap. super hoc. de renunciat.
& hanc rationem considerauit Pius V. d. const. 182.
ibi. *At etiam considerans quantum in beneficiis Ecclesia-
sticis est, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt,
canonicis sanctionibus sint odiosa, ac sanctorum Patrum
decretis contraria. Quodque propter varias & diuersas
fraudes, & malitias quæ in dictorum beneficiorum resi-
gnationibus, seu iurium in illis vel ad illa competentium
cessionibus quas maximè puritas simplicitasque decet,
quotidie excogitantur, & adhibentur, plerumque benefi-
cia huiusmodi quasi iure hæreditario occupata retinentur*
& sic ratione fraudis requiritur publicatio in resigna-
tionibus beneficiorum, quæ ratio finalis est, cum po-
natur in principio † dictarum constitutionum Pij V. & 35
Gregorij XIII. nam quæ dicuntur in procemio, causam
finalem inducunt, iuxta vulgarem tex. in l. vlt. ff. de
hæred. instituend. Romana. cons. 160. in antepen. col.
Alex. cons. 55. in princ. lib. 1. & cons. 7. col. 2. lib. 2.
cum aliis vt per Ias. in l. si pacto quo pœnam. circa
fin. C. de pact. Barbat. cons. 10. col. penul. lib. 1. & ra-
tio procemij est ita potens, quòd sicut corpus ab ani-
ma, ita dispositio ab ipsa † procemiali ratione regula- 36
tur, vt dicit Ias. in l. quadringenta. colum. 2. ff. ad Tre-
bell. quem refert & sequitur Sarn. de annal. quæst. 1.
colu. 1. & hanc esse finalem rationem vt obuietur frau-
dibus, quæ ex occultis resignationibus oriuntur, fuit
dictum in vna legionen. canonicatus 22. Aprilis 1577.
coram Illustrissimo Card. Aldobrandino & in vna Car-
thagin. coram R. P. D Vicecomite, nunc dignissimo
Archiepiscopo Mediolanen. Ex qua ratione infero,
quòd, quamuis multi scripserint edictum † de publican- 37
dis esse odiosum & penale. Caputaque decis. 110. lib. 3.
Pelegrin. decis. 103. libr. 1. in manuscr. Idem Caputaq.
decis. 36. num. 6. p. 3. Sarn. decis. 140. lib. 2. in manu-
script. & quæst 19. mihi tamen videtur † fauorabile, 38
cum emanauerit ad obuiandum fraudibus iuxta com-
munem, de qua Caputaque decis. 319. libr. 2. in ma-
nuscript. & opinionem Rotæ, de qua idem Caputa-
que. decis. 215. part. 3.

Lib. 11. quæst. 1. numer. 6. Ibi, Resignans, per resigna-
tionem amittit omne ius.

HOc in puris resignationibus locum obtinet absolutè;
in conditionalibus verò (quas in fauorem vocant)
Ita demum, si & postquam beneficium resignatario quæsi-
tum; vel sibi collatum, & acceptatum ab eo fuerit.

Eadem quæst. numer. 32. Ibi, Cum per resignationem
perdatur possessio.

ET licet, antequàm resignatarius possessionem benefi-
cij adeptus fuerit, videatur resignans in eadem rema-
nere: hæc tamen non propriè possessio sed quædam Asim-
ea detentatio seu (& rectiùs) detentio, censenda est,
secundùm Rebuffum cons. 185. versic. Tertiò non potest.
Sciendum tamen est (quod ex Mohedano decis 2. & de-
cis. 237. necnon decis. 2, 3 colligitur. Ac passius suprà,
lib. 1. quæst. 5. num 33. & quæst. 8. num, 19. adnotaui)
quòd si resignans a loco beneficij abfuerit, is vtique
etiam huiusmodi detentationem prorsus amittet. Cæte-
rùm per Asinimam detentationem, multam intelligi, ex
Molinæo ad regulam de annali possessore. numero 123.
conijci potest.

Eadem quæst. numer. 33. Ibi, Et prouisione quæratur
ius in re.

QVandoquidem forma collationis canonicatuum &
præbendarum, in latere sinistro Chori Ecclesiæ Tho-
losanæ installatorum, ad canonicum pro tempore existen-
tem hebdomadarium eiusdem Ecclesiæ, dum vacant per-
tinentis, est admodum singularis, & ita præscripta, vt ab
ea, ne latum quidem vnguem, sub nullitatis pœna, disce-
dere liceat, ibique tam de iure in se, quam de iure ad
rem verba fiant, libet hic eandem subiungere. A B. Ca-
nonicus Ecclesiæ Tholosanæ & in præsenti hebdomada-
rius: dilecto nostro C. D. Clerico N. Dioces. salutem in
Domino ad vnum ex duodecim canonicatibus, & vnam ex
totidem præbendis, in latere sinistro chori dictæ Ecclesiæ
installatis quorum occurrente vacatione, ius eligendi,
nominandi, præsentandi seu aliàs de illis disponendi, ad
nos tanquàm hebdomadarium prædictum (insequendo
statuta aliàs inter tunc existentes Reuerendissimum Ar-
chiepiscopum Tholosanum, & Reuerendum ac venerabi-
les Dominos Præpositum, Capitulum, & Canonicos præ-
dictæ Ecclesiæ, super modo & forma conferendi Canoni-
catus

Digitized by Google

catus & præbendas eiusdem Ecclesiæ, vel ad illos eligendi, nominandi, præsentandi, & de illis prouidendi (iura & Apostolica auctoritate confirmata) pertinere dignoscitur: & quos quondam E. F. illorum vltimus possessor, dùm viueret obtinebat. Per obitum dicti E. F. in eadem hebdomada defuncti vacantes. Te iamdictum C. D. præsentem, sufficientem & idoneum, eligimus, nominamus, & præsentamus; eligendoque nominando, & præsentando ius in re, & ad rem, sufficiens ad realem actualem & corporalem possessionem canonicatus & præbendæ prædictorum adipiscendam, tibi competere declaramus; & de eisdem, iuribusque & pertinentijs vniuersis eorundem, melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus firmiùs & efficaciùs possumus tenemur & debemus, prouidemus, &c. Sciendum autem est, per solam collationem, ius ad beneficium, acceptatione verò sequuta, ius in beneficio quæri, cap. si. de concel. præben. in 6. & cap. si tibi absenti. de præben. eo lib.

Eadem quæst. numer. 34. ibi, Concurrit hominum instinctum ad acquirendum.

ET vtinam ad iustè acquirendum; sic enim infinitis litibus & controuersijs via præcluderetur: & suis tuta quilibet frueretur conscientia. Et legas instinctus, in masculino genere & nominatiuo casu, vt præcedens verbum, concurrit, satis denotat & requirit.

quæst. 1. numer. 1. Ob quam causam beneficia sunt publicanda.

REgula de publicandis Resignationibus ad tres fines factam obseruat Molin. in principio suæ ad eam commentationis. Primò ne beneficia contra Canones hereditaria fiant. Secundò ne Ordinarijs, & expectantibus, vel per obitum possessoris impetrantibus illudatur. Tertiò ne pactis, & occultis commercijs priuatorum inscio Papa fiant per indirectum effectuales reseruationes beneficiorum cum regressu. Addit Auctor duos alios ex constitutione Pij V. videlicet ne Resignans post renunciationem quæ non potest, spiritualia ministret, & ne contrahentes cum ipso decipiantur: sed vtrumque limita, vt locum habeat in simplici & pura renunciatione, non autem in conditionali; in hac enim Resignans licitè & validè omnia beneficij munia obit in spiritualibus & temporalibus vsque ad aduentum successoris, Rosmac. de re Sacerdot. lib. 3. cap. 29. & alij passim.

QVÆSTIO II.

Quantum tempus detur ad publicandum tam in Curia, quam extra; & quando computetur hoc tempus.

SVMMARIVM.

1 *Resignationes factæ extra Curiam debent infrà mensem publicari. Hodie infra tres menses, vt nu. 4.*
2 *Resignationes factæ in Curia debent publicari infra sex menses.*
3 *In publicatione resignationum beneficiorum vltra montes. dantur nouem menses.*
4 *Prouisus ab Ordinario per renunciationem debet publicare intra tres menses.*
5 *Longius tempus datur causa maioris distantiæ.*
6 *Ordinarius debet admittere vel reijcere renunciationem infra mensem.*
7 *Ordinarij non conferentes beneficia resignata infrà mensem sunt priuati facultate conferendi.*
8 *Cardinales non conferentes beneficia resignata intra mensem sunt priuati potestate conferendi.*
9 *Tres menses dati ad publicandum in resignationibus extra Curiam incipiunt currere à die prouisionis.*
10 *Prouisus ab Ordinario de beneficio vacanti per renunciationem, non publicans infrà tres menses amittit ius.*
11 *Prouisus ab Ordinario de beneficio vacante per renunciationem debet etiam infrà tres menses datos ad publican. capere possessionem.*
12 *Permutatio facta coram ordinario est publicanda infrà tres menses.*
13 *Resignatio est informis ante consensum.*
14 *Tempus sex mensium datum ad publican. computatur à tempore datæ resignationis.*
15 *Dictio ex tunc, refertur, ad extremum tempus.*
16 *Dictio ex tunc, reddit præceptum magis efficax.*
17 *Cardinales possunt tenere per sex menses beneficia vacantia per obitum suorum familiarium.*
18 *In resignationibus in quibus præstatur consensus vigore Alexandrinæ tempus publicandi currit.*
19 *Tempus publicandi currit à tempore datæ primæ, & non secundæ.*
20 *Resignatarius secundus tenetur publicare à tempore datæ primi resignatarij.*
21 *Resignatarius antequam publicet suam resignationem potest resignare.*
22 *Non publicans non poterit consequi beneficium ex alia gratia.*
23 *Per resignationem abdicatur titulus.*
24 *Qui nihil habet, nihil potest dare.*
25 *Quod semel extinctum est non reuiuiscit.*
26 *Multiplicatio titulorum quando non prodest.*
27 *Excommunicationum multiplicatio non prodest.*
28 *Beneficium semel resignatum non potest resignari, esto quòd publicatio non fuit facta.*
29 *Resignans duobus punitur crimine stellionatus.*
30 *Variatio clericis prohibita.*
31 *Regulæ Cancellariæ expirant morte Papæ.*
32 *Resignatarius tenetur publicare intra tempus præscriptum, quamuis moriatur Papa.*
33 *Obitus non tollit effectum iam causatum Papæ.*
34 *Sufficit quòd lex ligare incipiat.*

SEcundò quæro, Quantum tempus detur ad publicandum? Communis distinctio est, vt in resignationibus factis extra Curiam coram † ordinarijs 1
detur spatium vnius mensis, vt fuerat per regulam Cancell. de publican. statutum, & confirmatum per Pium V. dicta constitut. 181 ibi, *Si quidem extra Romanam curiam factæ extiterint infrà vnam, &c.* & tradit Port. Imol. cons. 18. nume. 3. & 10. In resignatione verò in curia † sex menses, vt dicitur in dicta regula, in prædicta 2
constitutione Pij V. & tradunt Ferret. cons. 127. nu. 8. & cons. 354. nume. 8. Arnul. Ruz. de iure regal. priuileg. 1. num. 6. Petr. Greg. Syntag. iur. lib. 17. cap. 12. numer. 15. Hodiè autem per constitutionem 87. sanctæ mem. Greg. XIII. in renunciationibus in curia dantur sex menses, si beneficium existat citra montes. Si verò extra, † menses nouem, vt dicitur in prin. ibi, *intra sex* 3
menses, si beneficium citra montes fuerit, vltra verò intra nouem à data concessionis gratiæ, &c. In renunciationibus verò, quæ fiunt extra curiam, Episcopus debet admittere, reiicere, aut conferre infra vnum mensem, & prouisus † debet publicare infrà tres, vt dicitur prope 4
finem §. de beneficijs autem per hæc verba. *De beneficiis autem, quæ deinceps in manibus ordinariorum, & collatorum etiam Cardinalium, etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem Sedis extra Romanam curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij, iuxta Apostolicas, & alias canonicas sanctiones, omnino absoluant. Et qui sic prouisus fuerit, intra tres menses, à die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat, modo, & forma supra dictis, alioquin istis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso: Ordinarijque, & alij prædicti, qui hæc vti eis præscribuntur non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs sint eo vice*

Digitized by Google

*priuati, corumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostoli-
cum deuolata existat, aut alijs idoneis ab ipsa sede duntu-
xat modo, & forma prædictis concedantur.* Ea quibus ver-
bis plures colliguntur conclusiones, quarum Prima in
resignationibus factis in curia de beneficijs existentibus
citra montes, publicationem esse faciendam intra sex
menses, & hæc conclusio concordat cum regula Can-
cellariæ, & constitutione Pij V. & alijs Doctoribus su-
pra citatis.

Secunda conclusio in resignationibus factis in curia
de beneficijs existentibus vltra montes, publicationem
esse faciendam intra nouem menses, & hæc conclusio
discordat a regula Cancellariæ, & constitutione Pij V.
& Doctoribus supra citatis, quia prorogatur tempus
per tres menses, nam eum antea darentur sex, nunc dan-
5 tur † nouem, quod optimam rationem videtur habere,
ob maiorem distantiam, vt de Germania fuit dictum
in Rota 13. Ianuarij 1559. teste Acorambono decision.
526. in lib. diuers. manuscr. & alijs locis colligitur ex
Sarn. in hac reg. quæst. 9. col. 3. vers. & ideo. qu. 21.
melius hanc rationem explicat, quod etiam tradit Re-
buff. in ead. reg.

Tertia conclusio in renunciationibus, extra curiam,
6 hi coram quibus fiunt, † debent admittere, vel reijcere
illas renunciationes infra mensem, & intra eundem con-
ferre illa beneficia vacantia per resignationem, si illam
admiserint, & hoc non fuerat consideratum, neque per
regulas Cancellariæ, neque etiam per constitutionem
Pij V. & optima ratione videtur positum, ne fiat fraus,
namque summo studio summi Pontifices obuiarunt
fraudibus, quæ possent fieri, & contingere in renuncia-
tionibus extra Romanam Curiam faciendis, vt per di-
uersas constitutiones suo loco in hoc tractatu allegatas
patet. Et sic not. quod restringitur tempus, vt conferat
infra mensem.

Quarta conclusio est, vt si prædicti non admiserint
vel reiecerint, vel si admiserint, & non contulerint in-
7 tra mensem, sunt priuati † ea vice facultate disponen-
di de dictis beneficijs, & eorum dispositio ad Sedem
Apostolicam deuoluta existat, & hoc ob contemptum
huius decreti. Ex quo nota vnum modum deuolutio-
nis, quia deuolutio non fit ad Archiepiscopum, vel ad
Legatum, sed ad summum Pontificem, vel ad eos, qui-
bus ipse Sum. Pontifex concesserit.

Quinta conclusio, quòd in hoc decreto, & eius pœ-
na comprehenduntur non solum Episcopi, & alij infe-
riores collatores, sed etiam Archiepiscopi, Patriarchæ,
8 Legati, etiam de latere, & delegati, ac † Cardinales non
solum recipientes resignationes iure ordinario, sed
etiam ratione indultorum, & facultatum à Sede Aposto-
lica concessarum, vt expressè hoc in illis verbis dicitur,
quod bonum fuit exprimere, vt tollerentur lites, & du-
bia, omnesque casus explicarentur.

Sexta conclusio, quòd prouisus ex collatione sibi fa-
cta ab ordinarijs, & alijs collatoribus, vt supra per re-
signationes factas in eorum manibus debet publicare
intra tres menses, & in hoc discordat hæc constitutio à
regulis Cancellariæ, & constitutione Pij V. quia ab il-
lis assignabatur mensis vnus.

9 Septima conclusio, † Dicti tres menses currant à die
sibi factæ prouisionis, & sic nota quòd non currant à
die resignationis admissæ, quod refert nam potuit ad-
mitti resignatio prima Augusti, & illud beneficium re-
signatum conferri 25. eiusdem mensis, tempus igitur
currit à tempore collationis, & est contra id quod
scripsit Rossin. de benef. c. 27. num. 7.

Octaua conclusio, quòd si non publicauerit prouisus
10 intra dictos tres menses, collatio † est nulla, & benefi-
cium vacare censetur eo ipso.

Nona conclusio, illud beneficium posse impetrari à
quolibet: & ratio est, quia vacat, & collatio est deuoluta
ad Sedem Apostolicam.

11 Decima conclusio, quòd intra dictos † tres menses
debent publicare, & capere possessionem, & sic vnum
sine alio non sufficit.

Vndecima conclusio, hæc etiam procedere † in per- 12
mutatione facta extra curiam, vt dicitur ibi expressè.

Ex iuxtà has conclusiones hodie seruandum est.

Dubium tamen est, a quo tempore currant, hi men-
ses assignati ad publicandum beneficia resignata in cu-
ria, an a tempore datæ, vel a tempore consensus
præstiti.

Dubia admodum fuit quæstio, antequam esset termi-
nata per Paulum III. & per constitutionem Pij IV. &
Pij V. ac Gregorii XIII. & quidem pro vtraque parte
aderant vrgentia argumenta, vt patet ex his, quæ scri-
bit Arnulph. Ruz. in tract. de iur. regal. priuileg. 4. à
numer. 10. vsque ad 16. vbi disputat, adducendo argu-
menta pro vtraque parte Sarn. qu. 7. Quod autem tem-
pus computaretur a tempore consensus præstiti, tenuit
Rot. de mense Maij 1522. & attestatur Pet. Andr. Gam-
mar. in suis decis. manuscr. decis. 47. An regula, Cres-
cent. decis. 223. in manuscr. Idemque tenuit de mense
Ianuarii 1534. coram Siluestro in vna Saguntin. paro-
chialis, teste Crescen. decis. 216. li. 1. in manusc. & fuit
latum arrestum per Senatum Tholosanum die 30. Februa-
rii 1535. teste Arnulp. Ruz. loco cit. sub num. 13. & pro
hac opinione concludit Sarn. d. q. 7. ex eo, quia † resi- 13
gnatio ante est informis, Rot. dec. 17. de præbe. in nou.

Quòd vero tempus computaretur † à die datæ, fuit 14
iudicatum per curiam Parisi. teste Arnulp. Ruz. di. pri-
uil. 4. sub num. 53. & tenent Rebuff. super reg. de publ.
Car. Paris. cons. 143. n. 1. vol. 4. moti, quia prouisi per reg.
Cancell. de publicandis astringuntur ex tunc, quæ di-
ctio refertur † ad extremum tempus. l. 4. ff. de condit. 15
& demonst. l. vlt. ff. de fideicommiss. l. 1. §. rectissimum. ff.
de vi, & vi armat. glos. in Clem. 1. vers. ex tunc de iur.
patr. Archid. in c. si eo tempore. de elect. li. 6. & in ca.
ego Ludouicus dis. 63. & reddit gratiam † siue præcep- 16
tum magis efficacem. glo. in Clem. 1. verb. ex tunc. de
concess. præb. Ang. in l. huiusmodi ff. de verb. signif.
Dec cons. 405. n. 1. ita semestre, quod datur Cardinalibus,
vt possint † obtinere beneficia minoris valoris 200. du- 17
catorum vacantia per obitum suorum familiarium cō-
putatur à die datæ, & non à die habitæ possessionis, vt
fuit resolutum de mense Iulij 1535. in vna Calaguritan.
coram Mohedan. teste Aragon. dec. 25. manusc.

Hodie autem hæc posterior sententia approbatur ac
practicatur, vt tempus computetur à die datæ, nam ita
declarauit Paulus III. die 14. Augusti 1540. teste Rebuff.
in secunda interpretatione reg. de publ. colum. 4. vers.
ex tunc, hoc etiam statuit Pius IV. anno 1. vt patet in
const. 15. incip. Sanctissimus, ibi: *Quod quæcumque be-
neficia Ecclesiastica in Romana Curia resignata, nisi de il-
lis facta resignationes infrà sex menses à die datæ suppli-
cationis, & non à die præstiti consensus computandos.*
Idemque expressit Pius V. in d. const. 182. ibi, *Infrà sex
menses, à die datæ supplicationis resignationum, seu ces-
sionum earundem, non autem à die præstiti, seu præstan-
di consensus computandos,* & Gregorius 13. in dict. const.
87. Ibi, *A data concessionis gratiæ, non autem à die præ-
stiti super ea consensus numerandos, &c.* & fuit resolu-
tum in vna Calaguritan. Prioratus Mercurij 10. Maij
1581. coram R. P. D. Blanchero.

Et in hac materia scias fuisse resolutum coram Ren-
mano in vna Segobien. beneficij de villa, die 22. Maij
1547. ad declarationē Pauli III. vt tempus datum ad pu-
blicandum currat à die resignationis, & non consensus
præstiti, non habere locum in resignationibus, in quibus
præstatur consensus vigore † Alex. post obitum resignan- 18
tis, sed tantum in resignationibus, in quibus præstatur
consensus, viuente resignante, teste Pelegrin dec. 103. lib.
5. & dec. 71. lib. 2. in manusc. vbi adducit rationes.

Rursus dubitatur, si plures reperiantur datæ, vt quia
signata, & datata fuit supplicatio resignationis, & po-
stea fuit reformata, & iterum datata, vel fuerit conces-
sum beneficium ex alia causa à qua data tempus prædi-
dum currat? Responde † à prima data, vt exprimitur in 19
dicta constitutione 87. Gregorij 13. Propè princip. nam
postquam statuit tempus computari à tempore datæ,

subdit: *Et si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequentibus datis, ac quotiescumque, & quouis modo reformata, & valida reddita fuerit, &c.* quod statutum videtur ad tollendas fraudes, quæ possent fieri, vt resignatarij maius tempus haberẽt.

Præterea dubitatur, si resignatarius statim expeditis, vel non expeditis literis resignat in fauorem alterius, ao ille secundus Resignatarius debeat publicare à die datæ suæ resignationis, vel a die datæ primæ. Responde tem-
20 pus datum † ad publicandum currere à data primæ resignationis, vt sanciuit Greg. 13. in dicta constit. 87. ibi: *Quodque in alium, vel alios cessiones ac etiam in ipsummet primum resignantem, vel cedentes retrocessiones termino prædicto nondum elapso interuenerint, ita vt vnus dumtaxat terminus omnibus his successiuis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, vt qui postremus gratiam habuerit, publicationem huiusmodi facere, cæteraque omnia hic prescripta intra eundem terminum præstare teneatur, &c.* Ex quibus verbis non solum hoc dubium deciditur, sed etiam alia, vt quia sint plures retrocessiones, vel in eundem resignantem, nam omnibus currit tempus à die primæ datæ, & vnus terminus omnibus decurrit, & hoc procedit quoties resignatarius resignat infra terminum ad publicandum, & sic quoties non publicauit, nam si publicauit, vel est elapsum dictum tempus, tunc secùs.

Ex quo nota quòd antequam quis publicet suam resi-
21 gnationem † potest resignare, quod est communiter per Doctores receptum.

Ex quo etiam nota, quòd non omnes hi tenentur ad publicationes, sed vltimus tantum, infra prædictum tẽpus statutum connumerandum a prima data.

Ex his etiam verbis colligitur, quod si factæ sint duæ resignationes eidem, & prima annulletur ex defectu pu-
22 blicationis † non factæ intra tempus statutum, ex secunda non poterit consequi beneficium, etiam si illam publicauerit, vt etiam tenuit Rot. teste Sarn. de public. quæst. 18. col. 5. & col. vlt. vers. tamen, & firmat Pauin. in tract. de potestat. cap. Sed vac. o. 5. prælud. vers. 12. & in simili conclusit Rota super regul. de acceptilationibus teste Cassad. decis. 9. de concess. præb. & est communis opinio, quia cum per resignationem primam fue-
23 rit † abdicatus titulus, & possessio à resignante, Card. Paris. cons. 39. col. 1. vol. 4. & communiter Doctores per secundam resignationem nihil poterit transferre, nam qui † nihil habet, nihil potest dare, cap. quod autem, de
24 iur. patron. l. si vniuersa. C. de legat. Accedit quia si tempus computatur, & currit à tempore primæ prouisionis, ergo publicatio facta vigore secundæ elapso termino, est nullius momenti. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet.
25 quod enim † semel extinctum est, non reuiuiscit. l. qui res §. aream ff. de solut. Soc. sen. cons. 260. col. 4. li. 1. & sic
26 hoc casu † multiplicatio titulorum non prodest, licet alias secus. Io. And. in c. cum in cunctis. ad fi. de elect. &
27 in Clem. vlti. de magistr. sicut multiplicatio † excommunicationum, cap. ita quorundam, de Iudæis.

Hinc etiam in simili scribit Rebuff. in prax. super tit. de publican. Gloss. 18. n. 3. quòd si quis resignauit & non
28 fuit publicata † resignatio, & postea iterum in alium resignat qui publicat, & capit possessionem, vtique hæc secunda resignatio est nulla, & inualida, nam nihil potuit transferre, cum iam per primam amisisset omne ius, Inn. in cap. super hoc, de renunc. Abb. & Imol. in cap. sollicite, de restit. spoliat. Calder. cons. 4. de renunc. quod hodie est clarum per hanc Constitutionem Gregorij XIII. ex qua ius abdicatur à resignante. Ibidem Rebuff. n. 5. addit alium casum, vt quoties quis resignat secundo, antequam primus resignatarius publicet, nihil agit, & punitur crimine † stellionatus. Gl. vlt. in c. nulli,
29 de reb. Eccles. non alien. Berbe. in Viat. suo, Rub. de crim. stellionatus, propter dolum existentem in variatione †
30 clericis maximè prohibita, Clem. 5. de renunc.

Vlterius dubitatur, si resignatio fuit admissa ab vno Papa in fauorem N. & Papa moriatur intra terminum datum resignatario ad publicandum, an teneatur resignatarius intra idem tempus publicare, vel habeat maius, aut minus. Et quidem hæc quæstio tempore, quo per regulas Cancellariæ requirebatur publicatio, habebat dubium, & magis communis opinio erat, regulam hoc casu non † habere locum, quod fuit pluries resolutum 31
in Rot. tempore Sixti IV. 5. Februarij 1471. vt refert Gl. in proœm. illius regulæ, & tempore Iulij II. teste Nicolao de Vbald. in trac. de success. ab intest. 2. par. num. 12. & tempore Clementis VII. 4. Iunij 1526. teste Gammar. decis. 56. in manuscr. & in vna Dolen. de anno 1532. & in alia Auinionen. Vicariæ de mense Aprilis eiusdem anni 1532. coram Sarn. & tempore Paul. IV. 6. Iulij 1537. in vna Toletan, parochialis coram Ramaldo, quæ sententia fuit confirmata de mense Aprilis 1538. teste Ptolem. dec. 10. in manusc. & in vna Gebenen. beneficij 11. Decembris 1538. teste eo. Ptolemæo decis. 38. vt refert Sarn. qui hanc opinionem tenet de publican. q. 6. num. 3. vers. sed illis non obstantibus, & in vna Leodien. 1. Martij 1546. corã Cardinali S. Crucis. teste Put. dec. 146. li. 1. & in vna Auinionẽ. vt per Cresc. dec. 406. lib. 2. in manus. cum regulæ Cancellariæ, mortuo Papa, extinguantur, iuxta Communem opinionem in praxi receptam.

Hodie autem vera cõclusio recepta de stylo est, quòd quamuis Papa moriatur † intra tempus datum ad publi- 32
candum, tamen adhuc resignatarius tenetur publicare in Sede vacante, vel tempore successoris intra idem tempus præscriptum, vt sanciuit Pius IV. in constitutione 15. incipien. Sanctissimus anno 1. ibi. *Et cum nuper innotuit nonnullos, etiam iuris peritos, & dictæ Curiæ officiales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores contendere, quòd resignationes de beneficijs in mensibus prædecessorum huiusmodi, tanquã illa per obitum eorundẽ prædecessorum expirauerint, non subijciuntur & sub statuto, & ordinationi sanctitatis suæ, tanquam futura, & non præterita concernentibus, non comprehendantur, & sit occasionem præstare, vt fraus fiat legi, & resignationes huiusmodi infrà dictos sex menses non publicentur, nec ipsorum beneficiorum resignatorum possessio, ab eis, quos id contingit, petatur, quinimo resignantes ipsi, beneficia per eos resignata vsque ad eorum obitum sine aliquo titulo detineant, & eorum fructus percipiant in animarum suarum perniciem & personarum de eisdem beneficijs tanquam per obitum vacantibus pro tempore prouisurum detrimentum. Non immemor quòd felic. recordat. Paul. Papa IV. S. S. prædecessor per similem eius constitutionem sub die 5. Mensis Maij, Pontificatus sui anno 3. in Cancellaria Apostolica publicatum, difficultates quæ exinde oriebantur, aut exoriri poterant, declarauit, volens periculis animarum occurrere, & indemnitati personarum huiusmodi consulere declarationi præfati sui prædecessoris inhærendo, præsentis suæ constitutionis perpetuo valitura tenore declarauit, suæ intentionis semper fuisse, & esse, vt quæcumque resignationes de quibusuis beneficijs Ecclesiasticis, etiam in mensibus prædictorum huiusmodi cæteris facta, & nondum suum plenarium effectum sortita, etiam si infra sex menses obitus eorum prædecessorum præcedentes factæ, nec super illis consensus tempore eorundem prædecessorum præstiti fuerint, statuto, & ordinationi suis prædictis subijcerentur, & subijciantur de præsenti, & sub illis comprehenderentur, & comprehendantur de præsenti, & in futurum, &c.* Quod etiam hodie nullum habet dubium cum publicatio sit facienda per constitutionem Gregorij XIII. quæ non expirauit per eius mortem, vt regulæ Cancellariæ, sed perpetuò durat.

Et hæc conclusio optimam videtur habere rationem, nam renunciatio facta tempore, quo viuebat Papa, perfecta fuit, & habuit effectum, ergo † obitus Papæ super- 33
ueniens, non potest tollere effectum iam causatum, arg. l. vltim. ff. vnd. liber. cum alijs, vt per Dec. cons. 25. col. vltima. Sufficit enim quòd lex † ligare incipiat. Bart. in 34
l. vlt. ff. de falsis.

Lib. 11. q. 2. num. 4. Ibi, Si per eos facienda erit.

POtest ergò frequenter accidere vt ius admittendi resignationem beneficij, vni competat: Illud autem sic

vacans conferendi, ad alterum iure suo pertineat. Vt tradit Staphileus tit. Resignationis modus & methodus pag. 59. n. 13. & Parisius quoque supra, dilucidè probauit.

Eadem quæst. n. 6. Ibi, Et intra eundem conferre.

IVre autem communi & Pontificio, Sex ad conferendum dantur menses. cap. 2. de concess. præb. Et totidem, iure concordatorum, ad acceptandum, Graduatis, Rebuffus in tractatu nominationum. quæst. 21. Ioannes Nicolaus Gimontius, de pluralitate beneficiorum, conclusione 6. Quod tempus vix est vt in isto Regno coarctari & abbreuiari debeat, stantibus eisdem Franciæ Concordatis, Carondas lib. 2. Pandectarum iuris Gallici, cap. 11. fol. 108. post principium.

Eadem quæst. num. 7. Ibi, Et eorum dispositio ad Sedem Apostolicam deuoluta existat.

IDque contra naturam deuolutionis, quæ est, vt fiat de inferiore ad superiorem gradatim, §. si quis verò, & ibi Rebuffus, in verbo, disposuerit. versic, præterea. & in verbo, immediatum, ac in verbo, ad alium superiorem, addit. t. co. tit. in prag. Sanct. Senatus tamen Tholosanus, in secunda Inquestarum classe seu Camera, Graduatum in recusationem ordinarij debitè requisiti, Episcopum viciniorem, licet non Superiorem, pro collatione beneficij, in mense Graduatis simplicibus debito vacantis, & in vim gradus acceptati, iure deuoluto obtinenda, liberè adire potuisse censuit, die 15. mensis. Maij anno Domini 1609. pro Antonio Amaty religioso Cluniacensis ordinis, contra magistrum Petrum Rouede in decretis licentiatum canonicum & de Cera fracta nuncupatum, Abbatem Ecclesiæ Auxitanæ, ratione Prioratus beatæ Mariæ de Cadenacoordinis sancti Benedicti sancti Papuli Diœcesis, à Monasterio beatæ Mariæ de Soricinio vltimò dicti ordinis, Vaurensis Diœcesis dependentis. Plenum enim dicti Prioratus possessorium, eidem Antonio (licet suprà dicto vitio laboranti) diffinitiuè adiudicatum fuit. Quod nobis contra sentientibus durum admodùm videbatur, fretis textu dictorum Concordatorum in versic. necnon iterum, De firma & irreuocabili Concordatorum stabilitate, & versic. ea quæ in contrarium de pœna temerè venientium contra huiusmodi Concordata. Nocuit tamen valdè dicto Rouede, quòd ipse (postquam sibi eundem Prioratum, Apostolica auctoritate iterum, & de nouo commendari obtinuit, nimirum forsan suo, quantumuis potiori, iuri fidens) literis Regijs à Cancellaria Tholosana, super appellatione à titulorum huiusmodi concessionibus, contra aduersarios, tanquàm ab abusu interposita obtentis & debitè expeditis, re nondum iudicata, vsus fuerit. Verùm non ita pridem simili causa in magna eiusdem Senatus Camera iudicialiter litigata, titulus appellati non abusiuus declaratus fuit, sed quòd appellatus, illum, per nullitatem impugnare posset, pronuntiatum extitit.

Eadem quæst. num. 9. Ibi, Et est contra id quod scripsit Rosiniacus.

SVmma tamen laude dignus fuit, amplissimus Christophorus Rosiniacus Cosageus, quondàm Præses Burdegalensis, qui opinionem suam super fœlicis recordationis Iulij Papæ Tertij sententia (id est Cancellariæ Apostolicæ regula) fundauit. Quam quidem regulam vti Regni legem, ipse Rosiniacus perpetuò duraturam; & quòd postmodùm ea de re ambigeretur, futurum non esse, piè credidit. licet regulæ Cancellariæ mortuo Pap. extinguantur. Iuxta communem opinionem in praxi ab Italis receptam. De qua Parisius infrà, hac eadem quæst. numer. 31. in fine, ac Mandosius, in Regula de Annali quæst. 65. numer. 1. meminerunt.

Eadem quæst. num. 10. Ibi, Collatio est nulla.

ADde, (quod Parisius prætermisit) resignatarios, contenta in istiusmodi Gregoriana constitutione non obseruantes, inhabiles & incapaces esse, huiusmodi beneficia, sic resignata, & cessa, quandocumque obtinendi. Vnde expertus Mensularius, in nouis prouisionibus addi curabit hanc clausulam, quatenùs omnem inhabilitatis & incapacitatis notam, ex præmissis contra oratorem, iuxta constitutionem huiusmodi insurgentem, ab eo penitùs abolentes vel (quæ etiam eòdem tendit) hanc, quatenus sibi specialem gratiam facientes, ac omnem inhabilitatem, & incapacitatem, quam ad obtinendum dictam Ecclesiam, ex præmissis contraxit) ab eo penitus abolentes, sibique &c.

Eiusdem quæ. & num. Ibi, Posse impetrari, à quolibet.

MEminisse tamen oportet, hunc vacandi modum (scilicet ob non seruatam dictæ constitutionis formam) in huiusmodi impetratione (vt ex ipsiusmet constitutionis tenore constat) exprimendum esse.

Eadem quæst. num. 19. Ibi, Responde à prima data.

NOn secùs ac si bis (¶) in fauorē eiusdémet personæ, idem resignetur beneficium. Nam & tunc, huiusmodi resignationem publicandi tempus, non à posteriori, sed à priori resignatione computandum esse, refert ex professo Gomesius, super regula de public. resignat. quæst. 18. Molineus quoque super eadem regula n. 5. & n. 380. circa finem. Et nos suprà, lib. 8. q. 8. n. 110. diximus. (¶) quod hodiè ab eodem fieri non licet ex constitut. Vrbani 8. de anno 1634. quæ lex Regni effecta est declaratione regia anni 1643. art. 3.

Eadem quæst. num. 26. Ibi, Licet aliàs secus.

VAlidorum ergò, & coloratorum titulorum pluralitas, & multiplicatio, super vno, eodemque beneficio admittitur. cap. post electionem, ibi, Archidiaconatum ipsum, tàm virtute primæ, quàm secundæ concessionis, sibi assignatum, per sedem Apostolicam petijt confirmari, de concess. præb. & Lappus allegat. Vltima (aliàs, & in impressis Venetijs de Anno Domini 1571. est allegatio 132.) vbi non purificatio, sed multiplicatio legendum, Mandosius censet.

Eadem quæst. num. 32. Ibi, Vel tempore successoris.

FAciunt non modicum ea, quæ nos suprà, lib. 10. quæst. vltim. numer. 13. retulimus.

quæst. 3. num. 28. Hæc secunda resignatio est nulla.

¶ IVuat hîc aduersam Molinei exauctorare sententiam asserentis ad regul. de public. Resig. num. 54. iuncto num. 69. primum Resignatarium excludi à secundo per hanc regulam, si secundo fuerit resignatum post tempus regulæ, & ipse citè publicauerit, ac Resignantem à possessione dejecerit ante publicationem, & aduentum primi. Dico igitur hoc casu regulæ non esse locum, & secundum Resignatarium nullum ius habere: Primo enim quamuis resignatio sit quædam mors ciuilis, regula tamen ponit vt diuersa resignationem & obitum, nec potest nisi de obitu naturali intelligi, non autem de resignatione, cum expressè dicat ob non factam publicationem vacare per obitum, & non per resignationem: cum ergo verba legis non conueniant, imò & mens deficiat, cessat dispositio. l. quamto. §. toties. ff. de damno infect. in fine. l. contra legem. ff. de legib. Secundò triplicem assignat ipse Molineus num. 2. & 3. huius regulæ rationem, seu causam finalem, & quidem bene: Prima est ne beneficia fiant hereditaria: Secunda ne Ordinarijs (de ipso verò Papa non curat) & per obitum impetrantibus illudatur: Tertia ne occultis pactionibus fiant tacitæ reseruationes & regressus; sed horum nulla locum habet in subiecto casu, non quidem prima, quia non minus imò magis apparet hereditaria successio in secunda quam in prima resignatione, nam ex quo liberum primam abrogandi per posteriorem relinquitur arbitrium, exhibetur quoddam testamenti genus, quasi ad obitum reuocabilis, quod non fieret vbi à prima semel à superiore admissa recedere non liceret: quin & hac via omninò eluderetur regula, & vera successio per secundam, & vlteriorem resignationem, quasi per deambulatoriam testandi facultatem in beneficijs æque ac in profanis conspiceretur. Primo enim ex pacto intra tempus regulæ non publicante resignatario, secundus admitteretur, & ipso quoque publicationem de industria omittente tertius, & sic deinceps, vsque ad obitum resignantis ita vt vltimus semper esset infra tempus publi-

Digitized by Google

candi, & consequenter regula semper cessaret, cum illi locus non sit quoties resignans moritur intra tempus regulæ, vt docet ipse Molineus ibidem num. 45. Secunda ratio non minus cessat in eodem casu; neque enim secunda resignatio impedit, sed potius causat illusionem & variationem, nam per eam illuditur prior resignatarius, & variationi fit locus, quod tamen ius prohibet, clem. vnic. de renunciat. Tertia denique ratio regulæ pariter deficit in morte ciuili seu resignatione: Aut enim prior resignatarius quandoque publicat, & possessionem assequitur, seu petit abeis, quos id contingit, & cessat regula, quia ei satisfit: Aut verò non publicat, & Resignans post tempus moritur in possessione, & tunc regula suum habet effectum, & beneficium vacat per obitum, non per resignationem, & sic in vtrouis casu nulla machinatio contra canones, nulla reseruatio, aut regressus, cui sit obuiandum per secundam resignationem, multò magis fraudibus obnoxiam, vt pote quæ nedum variationem, & illusionem contra canones auctoraret, sed quæ post obitum resignantis suum differret effectum absque metu regulæ per se, vel per subrogatas, & repetitas resignationes, reseruato interim ipsi resignanti beneficio: Atque ita cum omnis ratio regulæ cesset, cessabit quoque dispositio, cap. cum cessante. de appellat. Tertiò Resignans per primam resignationem amisit omne ius, vt tradit Auctor noster ergo per secundam resignationem nihil potuit transferre, nec ei dolus proprius ad variationem ex se prohibitam suffragari debet.

QVÆSTIO III.

Quorum beneficiorum debeat fieri publicatio Resignationum, an Reseruatorum, Iurispatronatus, Consistorialium, Electiui, Litigiosi, Hospitalis, Regularium.

SVMMARIVM.

1 *Resignationes omnium beneficiorum sunt publicandæ.*
2 *Verbum Quæcumque, est admodum generale, & numer. 15.*
3 *Resignatio dignitatis est publicanda.*
4 *Resignatio beneficiorum reseruatorum est publicanda.*
5 *Generalitas comprehendit omnes casus.*
6 *Regula Cancellariæ de publicand. est exorbitans à iure.*
7 *Quod exorbitat à iure strictè intelligitur.*
8 *Ordinarius non potest conferre beneficia de iure patronatus.*
9 *Beneficium iuris patronatus non potest acceptari.*
10 *Cessante ratione, cessat dispositio.*
11 *Vbi non conueniunt verba, neque dispositio.*
12 *Verbum Collatio, in beneficijs iuris patronatus non verificatur.*
13 *Regula de infirmis an habeat locum in beneficijs iuris patronatus.*
14 *Resignatio beneficij iurispatronatus est publicanda.*
15 *Verba regulæ sunt generalia.*
16 *Verba generalia, omnia includunt.*
17 *Publicatio requiritur ad obuiandum fraudibus.*
18 *Vbi agitur ad obuiandos fraudes, lata debet fieri interpretatio.*
19 *In exorbitantibus ex identitate rationis fit extensio.*
20 *Extensio, quæ fit ex identitate rationis dicitur magis intentio.*
21 *Casus dicitur comprehendi vbi adest eadem ratio, & numer. 57.*
22 *Dispositio sustinetur in rationibus quæ non cessant.*
23 *Verbum collatio positum in lege, est generale & comprehendit omnem modum.*
24 *Resignatio beneficiorum consistorialium non est publicanda, limita num. 26.*
25 *Cessio Episcopatus non est publicanda.*
26 *Cessio beneficiorum consistorialium, quæ non prouidentur in Consistorio, est publicanda.*
27 *Cessio beneficiorum consistorialium, quæ in consistorio prouidentur non est publicanda.*
28 *Quod fit in præsentia principis dicitur apertum, & publicatum.*
29 *Consistorialia non veniunt in simplici dispositione.*
30 *Resignatio beneficij electiui est publicanda.*
31 *Resignatio beneficij litigiosi est publicanda.*
32 *Constitutio Pij V. de publican. loquitur etiam de beneficijs quorum possessio non est litigiosa.*
33 *Vitium litigiosi excusat à promotione.*
34 *Possessio pacifica quæ dicatur.*
35 *Lis an debeat finiri cum resignante vel resignatario.*
36 *Resignatio facta in fauorem illius qui prætendit vnionem est publicanda.*
37 *Subrogatus gratiosè quando tenetur publicare.*
38 *Hospitalia dantur in titulum vel administrationem.*
39 *Hospitalia quando dentur in titulum.*
40 *Hospitalia quomodo dentur in administrationem.*
41 *Hospitalia quæ dantur in administrationem sunt manualia.*
42 *Ecclesiasticitatis signa quæ sint.*
43 *Hospitalia quæ dantur in titulum, comprehenduntur sub constitutione de publican.*
44 *Hospitalia quæ dantur in titulum, veniunt appellatione beneficij.*
45 *Hospitalia quæ dantur in administrationem, non veniunt sub nomine beneficij.*
46 *Hospitalia data in administratione, non veniunt appellatione officiorum.*
47 *Resignatio etiam hospitalis dati in administrationem, est publicanda.*
48 *Constitutio Gregorij XIII. de publican. est fauorabilis.*
49 *In materia fauorabili, appellatione beneficij veniunt etiam hospitalia data in administrationem.*
50 *Iura loquentia de beneficijs, habent locum in Hospitalibus.*
51 *Regula de beneficijs vacantibus per promotionem habet locum etiam in Hospitalibus.*
52 *Hospitale est titulus non omnino prophanus.*
53 *Ordinarius potest petere rationem administrationis Hospitalis.*
54 *Ordinarij possunt visitare Hospitalia.*
55 *Administratores Hospitalium debent dispensare fructus pauperibus.*
56 *Coloni debent soluere pensiones Rectori.*
57 *Quoties ratio legis comprehendit plures casus, si facit de vno mentionem, hoc est exemplariter & non restrictiuè.*
58 *Ratio legis disponit etiam ad non expressa.*
59 *In materia proportionabili appellatione beneficiorum veniunt Hospitalia.*
60 *Hospitalia comprehenduntur sub verbis generalibus.*
61 *De Hospitalibus expediuntur literæ.*
62 *Prouisionis nomen est latissimum.*
63 *Hospitalia non comprehenduntur vbi de eis non fit mentio.*
64 *Error iuris dubij excusat.*
65 *Ius dubium quod.*
66 *Consilium peritorum excusat.*
67 *Opinio alicuius Doctoris excusat.*
68 *Error iuris dubij æquiparatur errori facti.*
69 *Error facti excusat.*
70 *A publicatione non excusat consilium peritorum, dicentium illum non teneri.*
71 *In requisitis pro forma iuris dubij error non excusat.*
72 *Mulier & Rustici non excusantur, si non confecerunt inuentorium infrà legitimum tempus.*
73 *Error iuris dubij non excusat in his, quæ fauore publico requiruntur.*
74 *Error iuris dubij ad effectum lucri non excusat.*
75 *Error iuris dubij non excusat, vbi potest colligi, quæ sit communis opinio, & num. 77.*

76 *Hospitalia comprehenduntur appellatione beneficij etiam in materia pœnali.*
77 *Iuris dubij quis non excusatur quoties potest cognosci qua sit communis.*
78 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes, quoad nullitatem actus.*
79 *Ignorantia non excusat vbi agitur de lucro captando.*
80 *Lex loquens de beneficijs, debet intelligi de perpetuis.*
81 *Beneficia regularia non sunt perpetua, sed manualia.*
82 *In reseruatione regularia non comprehenduntur.*
83 *Manualia in reseruatione non comprehenduntur.*
84 *Beneficia manualia non comprehenduntur in regula de Annali.*
85 *Manualia non comprehenduntur in regula de Triennali.*
86 *Resignatio beneficiorum regularium est publicanda.*
87 *Appellatione beneficiorum veniunt etiam regularia.*
88 *Verbum Canonicatus, importat & sacularem, & regularem.*
89 *Regula de infirmis non comprehendit regularia beneficia.*
90 *Constitutio regulatur à ratione.*
91 *Beneficia manualia qua respectu sint perpetua.*
92 *Beneficia sæcularia de sui natura perpetua.*
93 *Beneficia quando sint temporalia,*
94 *Beneficia regularia vacant per obitum & amotionem.*
95 *Papa non præsumitur mutare naturam beneficij.*
96 *Beneficium manuale est, in quo quis potest amoueri ad nutum.*
97 *Manualia possunt renunciari.*
98 *Publicatio vbi sit facienda.*
99 *Regularia obtinens emittit votum paupertatis.*
100 *Beneficia regularia dantur in titulum.*
101 *Beneficium quod confertur, dicitur etiam committi.*
102 *Habere peculium ex permissu Superioris, non expugnat vota paupertatis.*
103 *Prior non potest ab Abbate remoueri.*
104 *Regulares possunt disponere de fructibus beneficiorum regularium.*
105 *Abbas intitulatur etiam in Abbatia regulari.*
106 *Resignatio præceptorij Religionis S. Ioan. Hierosolimitani est publicanda.*
107 *Dimissiones facta per milites S. Ioan. intrà tempus vacantis, & mortuarij non sunt publicanda.*
108 *Dimissiones qua fiunt per milites S. Ioan. cuius sint natura.*
109 *Miles S. Ioannis acceptans commendam, potest variare.*
110 *Magnus Magister Meliten. an possit conferre.*
111 *Collatio Commendarum S. Ioan. ad quem spectet.*
112 *Magnus Magister cum conuentu exercet, &c.*
113 *Prior religionis solus administrat.*

TErtiò quæro, quæ resignationes beneficiorum
sint publicandæ? communis regula est generalis,
1 resignationes omnium † beneficiorum esse pu-
blicandas, nam ita vniuersaliter loquitur reg. Cancel-
lariæ. *Item idem Dominus noster statuit & ordinauit,*
quòd quæcumque beneficia Ecclesiastica, &c. Ideò sub ea
resignationes omnium beneficiorum includuntur, Cra-
uett. cons. 294. numer. 1. & 308. colum. 4. & 5. nam
2 hoc demonstrat † verbum quæcumque, Dec. cons. 5. ad
fin. Bald. cons. 191. lib. 1. & hoc etiam probant prædi-
ctæ constitutiones Pij V. & Gregorij XIII. vt ex eorum
lectura euidenter apparet. Namque in constitutione Pij
V. dicitur, quòd. *Quæcumque dictorum beneficiorum re-*
signationes, aut iurium cessiones, & ibi: *Et præmissa om-*
nia & singula etiam in quibuscumque beneficijs, & in
constitutione Gregorij XIII. ibi: *vt post hac omnes, &*
quæcumque resignationes, &c. & ibi: *de quibuscumque*
beneficijs Ecclesiasticis, &c. & ibi: *de quibuscumque, &c.*
Quod non est mirum, cum eadem ratio fraudis vigeat
in quocumque beneficio, vnde idem ius statuendum est,
l. illud ff. ad leg. Aquil.

Amplia hanc communem regulam, vt habeat locum
siue beneficium sit simplex, siue curatum, Crescent.
decis. 57. lib. 2. in manuscr. & euidenter colligitur ex
dictis constitutionibus, siue sit cum † dignitate, siue 3
non, Rebuff. in prax. tit. regul. de public. resign. glo. 1.
vers. Item quia, Sarn. quæst. 9. & expressè traditur in
dicta constitutione Gregorij XIII. 87. in §. cæterum,
ibi: *De quibuscumque Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus,*
tàm virorum, quàm mulierum dignitatibus, officijs, &
beneficijs Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis ordi-
num, etiam militiarum, regularibus etiam electiuis, &
manualibus, ac etiam de iure patronatus &c.

Et quia aliqua occurrunt dubia circa hanc quæst.
vtilem ideo distinctè procedendo, de aliquibus dubi-
tari contingit. Primum erit dubium an resignatio be-
neficiorum reseruatorum sit publicanda? Communis
opinio recepta in praxi est affirmatiua, † secundum 4
quam resoluit Rot. in vna Legionen. sacristiæ de Villel.
coram Cardinali Sanctæ Crucis. 19. Decembris 1550.
& est ratio, quia potest considerari eadem fraus quæ in
alijs beneficijs, quod etiam apertè colligitur ex gene-
ralitate dictarum constitutionum Pij V. & Greg. XIII.
quæ absque dubio comprehendit omnes casus, & omnia
† beneficia, l. in fraudem, & ibi Bald. ff. de test. milit. 5
Soc. in l. 2. §. ex his, in princip. ff. de verb. oblig Cra-
uett. cons. 92. nume. 4.

Secundum erit, An resignatio beneficij iuris patro-
natus facta de consensu patroni sit publicanda? reperi
per plures magnos viros fuisse consultum talem resi-
gnationem dictorum beneficiorum non comprehendi
sub reg. Cancell. de publicand. resignat. primò quia re-
gula est † exorbitans à iure communi, Caputaque de- 6
cis. 110. libr. 2. in manuscript. Pelegr. decis. 103. libr. 1.
etiam in manuscript. Sarn. quæst. 11. de publican. ergo
non debet extendi ad beneficia iuris patronatus † non 7
nominata in regula. Soc. in l. 1. §. bonorum, ff. ad Tre-
bellian. Crauett. cons. 313. sub numer. 2. in fin. vers. 2.
principaliter.

Secundò, quia in his beneficiis iuris patronatus, ces-
sat ratio præiudicij Ordinarij, & expectantium, cum
Ordinarius † non possit beneficia de iure patronatus 8
conferre, nec expectantes † acceptare, vt est commu- 9
nis omnium Doctorum sententia, vnde cessante, ratio-
ne † cessat dispositio. cap. cum cessante, de appell. 10

Tertiò, quia verba regulæ loquuntur de collatione,
quæ collatio non cadit in beneficijs de iure patrona-
tus, vt est communis resolutio, ergo cum verba non
conueniant † nec etiam dispositio. l. quanta. §. toties. 11
ff. de damn. infect. in fin. cum verbum † collatio, in his 12
beneficijs non possit verificari. cap. cum in illis §. illis
vero, de præben. in 6. Roch. de Cure. in tract. iuris pa-
tronat. in princ. quæst. 5. nume. 10. & quæst. 6. princip.
Doctores in cap. ex frequentibus, de inst. & ideo scri-
bit Dec. cons. 224. quòd regula de infirmis resignanti-
bus non habet locum † in his beneficijs, & in hanc par- 13
tem inclinauit Rot. cum huiusmodi casus esset proposi-
tus in vna Conchen. Cappellaniæ de Belmonte, vene-
ris 7. Octobris 1552. coram Deza, teste Caputaque de-
cis. 319. lib. 1. in manuscript.

His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
ra, & communiter recepta, vt etiam † resignatio be- 14
neficij iuris patronatus sit publicanda, secundùm quam
opinionem iudicauit Rota (recedendo à resolutione
iam posita) veneris 14. Octobris 1552. coram D. Deza
in dicta Conchen. Cappellaniæ, teste Caputaque de
319. libr. 1. in manuscript. & decis. 36. p. 3. in impress.
Guidobon. decis. 13. in manuscript. & ita de stylo pra-
cticatur.

Primò, quia verba regulæ sunt generalia, quæcum-
que, de quibuscumque, † vt dictum est supra numer. 2. 15
vnde non mirum, si etiam dicta beneficia comprehen-

dantur, Paui. super extrauagant. execrabilis, in Gloss.
super verbo disponere. Gloss. in Clem. 2. in verb. quo-
16 cumque, de vit. & honest. Cleric. nam verba † genera-
lia posita in constitutionibus, omnia includunt. l. Io-
lianus, ff. de legat. 3. l. a procuratore. ff. mandat. l. quæ-
situm. §. item si fundum ff. de fund. instruct. etiam si ma-
ior ratio esset in vno quàm in alio casu. Dec. in l. 1. in
1. lect. nume. 9. & in 2. lect. numer. 33. C. de sentent.
quæ pro eo quod interest, & est communis conclusio.
17 Secundò, quia cum † agatur ad obuiandas fraudes,
vt communiter Doctores, & dicetur suo loco latè de-
18 bet fieri † interpretatio. Bald. in auth. ingressi, num. 24.
C. de sacrosanct. Eccles. Alex. cons. 171. colum. 2. li. 7.
Caputaque decis. 315. parte 3. & sic vt comprehendat
hæc beneficia.
Tertiò, quia in his beneficiis iuris patronatus, viget
ratio fraudis, considerata per regulam Cancellariæ, &
per dictas constitutiones Pij V. & Greg. XIII. ne resi-
gnans in periculum animæ suæ in beneficio resignato
intrusus remaneat, fructus male percipiendo, & ne con-
trahentes cum resignaote, tanquam cum vero benefi-
ciato decipiantur, & fraudentur, & ne occultetur vaca-
tio beneficij, & ne de beneficijs disponatur per succes-
sionem, ergo idem ius militare debet. l. illud. ff. ad le-
gem Aquil. Ex quo respondetur ad primum argumentum
adductum pro cootraria opinione, nam quamuis sit
exorbitans à iure communi regula, tamen quia militat
in dictis beneficijs de iure patronatus eadem ratio, quæ
19 militat in alijs, ideo extensio † potest fieri. Doctores
in authent. quas actiones. C. de sacr. sanct. Ecclesijs.
Tiraquell. de retract. consanguin. §. 20. Gloss. 1. num. 2.
quia extensio quæ fit ex identitate rationis, non dicitur
20 † extensio, sed magis intentio. Benincas. in §. omnium.
num. 244. & in §. actionum, numer. 163. Instit. de act.
21 & † comprehensio, Dec. cons. 284. colum. 2. Cardin.
Paris. cons. 88. num. 21. volum. 3. & cons. 69. numer. 3.
volum. 4. Crauetr. cons. 118. num. 4.
Ad secundum respondetur, quòd esto quòd cesset
illa ratio præiudicij Ordinarij, tamen cum plures sint
rationes ob quas requiritur publicatio in resignationi-
bus beneficiorum, vt per Sarn. dicta regul. quæst. 3.
num. 8. & per Pium V. in dict. constit. in principio, &
æquæ principales, vt scribit Caputaque d. decis. 36.
num. 6. par. 3. quæ vigent vt suprà dictum est, remanet
22 dispositio fundata in his rationibus, quæ † non cessant,
sed vigent. §. affinitatis. Insti. de Nupt. viget enim ratio
fraudis, quæ principaliter consideratur.
23 Ad tertium respondetur, quòd † verbum Collatio
cum ponitur in lege, tunc institutionem, & omnem
modum prouidendi comprehendit, secus in impetratio-
nibus, vt optimè ponit Caputaq. d. decis. 36. nume. 16.
par. 3. & est Gloss. ordinaria in Clem. 1. in verb. con-
feratur, ad fi. de rer. permut. & ibi Cardinal. Zabarell.
quæst. 22. Imol. colu. 3. vers. vlti. quæritur & est com-
munis opinio Doctorum.
Nec obstat illud consilium Dec. quia reprobatur per
Probat. in addit. ad Ioan. Menocb. in d. cum in illis,
numer. 54. per duas columnas sequentes de præb. lib. 6.
Rebuff. in tract. nomin. qu. 16. Sarn. in quibusdam suis
addit. ad q. 17. de infirm. resignant.
Et hæc hodiè nullum habet dubium, nam expressè
cauetur in d. const. 87. Gregorij XIII. in §. cæterum,
in vers. de quibuscumque Ecclesijs, ibi, *Ac etiam de iu-
re patronatus laicorum illustrium, & aliàs quomodocum-
que existentibus.*
Tertium dubium, An resignatio beneficiorum Con-
24 sistorialium sit publicanda? Rota † tenuit negatiuam
opinionem tempore Andr. Gammar. teste Sarn. de in-
firm. resignant. quæst. 14. numer. 3. & aliàs, teste eod.
Sarn. de publican. quæst. 5.
Contrarium tamen colligitur ex dicta constitutione
182. Pij V. ibi, *Et præmissa omnia, & singula, etiam in
quibuslibet beneficiis Consistorialibus.* ergo etiam re-
nunciatio beneficij Consistorialis est publicanda.
Quid dicendum? pro resolutione constituo tres ca-
sus. Primus est † in cessione Episcopatus, & Archiepis- 25
copatus, & in hoc dicas communem conclusionem esse
negatiuam, non requiri publicationem, vt tradit Rebuff.
in prax. regul. de publican. glos. 1. in fin. & ita com-
muniter de stylo tota die practicatur, quia in his cessat
ratio fraudis, vt infra dicetur. Secundus casus est in
alijs beneficijs minoribus Consistorialibus, vt puta Ab-
batia, & similibus, quæ etsi sint cosistorialia, solent pro-
uideri, & prouidentur extra Consistorium, & hoc casu
dicendum est cessionem prædictam esse publicandam,
& † in his terminis procedit constitutio Pij V. & hoc 26
eo magis colligitur ex constitutione prædicta 87. Gre-
gorij XIII. in §. cæterum, ibi: *Et de quibus in Consisto-
rio nostro disponi consueuit, seu debet, quæ posthac ea
quacumque causa fient, & per nos, & per dictos successo-
res, extra tamen dictum Consistorium admittentur.*
Tertius, & vltimus casus est in dictis beneficijs Con-
sistorialibus, quæ tantùm † in Consistorio prouidentur 27
nam in cessionibus dictorum beneficiorum non requi-
ritur publicatio, & in his terminis procedit decisio Ro-
tæ supra allegata, & Sarnen. & tradita per Rebuff. dict.
Gloss. 1. & Communis opinio. Ratio est, quia cum dicta
beneficia renuncientur in Consistorio, vt per Lap. al-
leg. 84. colum. penult. Mandos. de annal. qu. 16. & sic
cum fiant † in præsentia Principis, satis dicitur facta 28
publicatio, argum. l. omnium. C. de testam. namque in
Consistorio prouidentur per cedulam, non autem per
supplicationem, vnde cum cesset ratio fraudis, cessat
dispositio. Accedit, quia Consistorialia non veniunt † 29
in simplici dispositione. Lap. dict. allegat. 84. num. 12.
Mandos. dict. quæst. 16. de ann. & ita hodie seruatur.
Quartum dubium, An cessio, & renunciatio benefi-
cij † electiui sit publicanda? Responde affirmatiuè, vt 30
clarè, & expressè dicitur in dicta const. 87. Greg. XIII.
§. cæterum, ibi. *Et electiuis, & manualibus*, quia viget
eadem ratio fraudis.
Quintum dubium, An renunciatio beneficij litigiosi
sit publicanda? Communis opinio approbata à stylo,
est † affirmatiua, vt expressè traditur in dicta constitu- 31
tione 185. Pij V. ibi: *Et præmissa omnia, & singula,
etiam in quibuslibet beneficijs Consistorialibus, & vt præ-
fertur litigiosis, &c.* & aliàs coram Illustrissimo Car-
dinali Aldobrandino in vna Pampilionen. 15. Maij 1573.
fuit resolutum, † constitutionem hanc loqui etiam de 32
beneficijs, quorum possessio non est litigiosa, quia im-
plicat. & in dicta constitut. 87. Gregorij XIII. ibi,
*Et aliàs quomodocumque existentibus, siue pacificis siue
in petitorio siue in possessorio litigiosis.* Ex quo nota, siue
lis sit in petitorio, siue in possessorio, publicatio nihi-
lominus est facienda, & hoc est notabile, nam vitium
litigiosi excusat † à promotione. Gloss. in cap. licet ca- 33
non. in §. 1. verb. annum, de elect. in 6. & quæ dicatur
† possessio pacifica, vide per Cassad. decis. 8. & 9. de 34
caus. poss. & propriet.
Sed dubium est, An lis † debeat finiri cum resignan- 35
te, vel resignatario? Hanc quæstionem terminat Gre-
gorius XIII. dict. constitut. 87. in §. Sed ne, dicens,
*Sed ne in beneficijs super possessione, vel proprietate liti-
giosis, litis prosequutio turbari valeat, vel differri, in
causis huiusmodi tantum tendentem ad vlteriora, etiam ad
sententiam diffinitiuam, & rem iudicatam, ac illius exe-
quutionem quousque ille, qui gratiam ex resignatione,
seu cessione, aut ex omissa forma publicationis huiusmodi
obtinuit, ad causam per se, vel per procuratorem legiti-
mum accesserit, litemque huiusmodi susceperit, eodem
modo, & ordine procedi possit quo potuisset legitimè, si
cessio huiusmodi facta non fuisset & quidquid interim, sic
procedendo decretum fuerit, siue tum cedente, siue contra
eum, etiam postquam ipse, vel quiuis alius incumbentia,
secundùm prædicta præstiterit, non solum circa fructus,
sed circa possessionem, & ipsum ius, quod ressum est, valeat
omnino, & vim obtineat, illamque ipsum, cui gratia fa-
cta est, non minus afficiat, quam si ipso legitimè citato
contra eum decretum expeditum fuisset, nec ipse aduersus
hæc, prætextu non acceptatæ gratiæ, vel etiam ignoratæ,*

Digitized by Google

aut citationis, vel intimationis, executioni contra ipsum minime demandata, aliaue ratione valeat excusari, possit tamen ipse etiam si in lite & causa huiusmodi subrogatus non sit, quandocumque ad illius prosequutionem, & terminationem venire, &c. Ex quibus verbis clarissimè
colligitur modus, & forma, et hic non omittam ca-
sum resolutum in Rota in vna Tuden. coram R. P. D.
Seraphino 10. Iunij 1587. quòd si quis prætendat bene-
ficium vnitum, & litigat cum eo qui habet ius ex pro-
36 uisione, si iste obtenta sententia fauorabili super † non
existentia vnionis, cedat ad fauorem illius, qui præten-
dit vnionem, huiusmodi cessio est publicanda, & subia-
cet constitutioni. Nec etiam alium casum decisum in
vna Perusin. 4. Nouembris 1558. quòd si fuit resigna-
37 tum beneficium lite pendente, & resignatarius † fuit
subrogatus gratiosè, etiam quoad possessionem, si illam
non apprehenderit, & non publicauerit, si moriatur re-
signans, & alter subrogatur, iste præfertur, teste Cotta
decis. in 181. in manuscr.

Penultimum dubium est, An hæc constitutio Greg.
XIII. de publican. comprehendat Hospitalia.

38 Et quia Hospitalia † vel dantur in titulum vel in
administrationem, vt per Fede. de Sen. consi. 130. Pa-
uin. de offi. & potest. cap. sed. vacan. par. 2. quæst. 1.
num. 5. Rebuff. de pacif. possess. numer. 81. & 82. & in
tract. de hom. quæst. 15. per Mandos. quæst. 10. numer.
2. cum seq. post Saraen. per eum allegat. & alios com-
muniter.

39 In † titulum dantur, quando in fundatione dictum est,
vel quando per electionem prouidentur ad not. in Cle-
ment. quia contingit. §. vt autem. de religios. domib.
Glos. pragma. de collat. §. statuit.

40 In administratione † dantur, quotiès deputantur
hospitalarij in regimen, qui tutoribus & curatoribus
æquiparantur, Gem. consi. 89. nume. 5. Socin. sen consi.
41 181. num. 1. libr. 2. & hæc † hospitalia, vt plurimùm
sunt manualia, Card. consi. 117. num. 1. Mandos. reg. 1.
de reser. quæst. 11. n. 4. puta, quia constitutio, & desti-
tutio fiunt per homines ipsius confraternitatis, vt in ca-
42 su Calder consi. 4. de religios. domib. vbi ponit † signa
Ecclesiasticitatis in hospitali, de quibus signis tu vide
Lap. allegat. 42. Card. consi. 11. Fed. de Sen. consi. 130.
Abb. in disput. 3. nume. 13. ad fin. & in capitu. petenti-
bus, in principio, de priuileg. & in cap. vltimo. de cen-
sib. Petr. de Perus. in tract. de Canon. Episcopal. qu. 8.
Imol. in cap. officij, de testam. Archidi. in can. nemo,
de. consi. distinct. 1. Roma. consi. 477. nume. 13. Innoc.
& Abb. in cap. inter dilectos. de donat. Ioan. Selu. de
benefic. part. 1. quæst. 6. Felin. in capit. de quarta, de
43 præscript. Ideo distinguendum est. Si loquimur † primo
casu, de hospitalibus, quæ dantur in titulum, conclu-
dendum est affirmatiuè, omissa disputatione, compre-
hendi sub hac constitutione, ita fuit tentum in Rota
coram bon. memor. Cantuccio die veneris, 14. Aprilis
1581. in vna Aquilanen. Prioratus, vbi quidam Asca-
nius de anno 1559. resignauerat Hospitale, quod habe-
bat in manibus præceptoris sancti Spiritus de Vrbe, tunc
temporis existentis, ad quem collatio dicti Hospitalis
spectabat, & spectat, sed cum non fuisset facta publica-
tio à resignatario, fuit tentum collationem esse nullam.
Et Hospitalia, quæ dantur in titulum, comprehendi
sub constitutione Pij V. de public. omnes tenuerunt.
Ratio, quia quotiès dantur in titulum, tunc veniunt ap-
44 pellatione † beneficij, & ideo regula de annal. habet
locum hoc casu prout concludit Mandos. in d. reg q. 10.
& in eadem causa 28. Ianuarij 1583.

Si verò loquimur de Hospitalibus, quæ dantur in
administrationem, hoc casu videtur dicendum non
45 comprehendi, quia talia non veniunt † appellatione
beneficij, Cleme. quia contingit. §. vt autem, de reli-
gios. domib. Clem. per literas, de præbend. vbi literæ
Apostolicæ super prouisionibus non comprehendunt
hospitalia, vbi Anchar. post alios numer. 1. & 5. Felin.
in capit. de quarta. numer. 14. de præscript. Dec. sub
num. 65. sub num. 2. Bonifac. de Vital. in Clement. dis-
pendiosam, num. 31. de Iudic. Feder. de Sen. consi. 280.
Æneas de Falcon. in tract. reseru. in 5. quæst. princip.
ante fin. num. 33. Sarn. de grat. expectat. num. 93. Gig.
de pens. quæst. 28. num. 6. Card. consi. 117. Neque ap-
pellatione officiorum † veniunt dicta Hospitalia, Vital. 46
in d. Clem. dispendiosam, num. 30. & 31. de iud. Card.
ibid. num. 11. & in Clem. quia contingit, nume. 39. de
religios. domibus, cum ergo non sit facta mentio de
Hospitalibus, sequitur &c. Card. consi. 119. num. 1.

Secundò, quia Bulla Gregorij loquitur de benefi-
cijs quæ dantur in titulum, cum annullet prouisiones
collationes, & similes gratias, ergo, &c.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est
verior, quam tenuit Rot. in vna † Regien. Hospitalis 47
veneris 13. Nouemb. 1587. coram R. P. D. Bubalo.
namque Bernardinus Broiardus resignauit Hospitale in
manibus Papæ, qui de illo prouisit Octauio Broiardo
iuxtà formam Clement. quia contingit. de religios. do-
mib. Sed cum hæc resignatio non fuisset publicata, qui-
dam prætendebat vacare iuxta constitutionem Grego-
rij XIII. de publican. Domini tenuerunt, quòd vacaue-
rit, & sic quod dicta constitutio habeat locum etiam
in Hospitalibus, quæ dantur in administrationem, &
cum hæc causa fuisset denuò proposita post longam
disputationem, tandem die veneris 3. Iunij 1588. fuit
tentum idem, constitutione ante dicta comprehendi
Hospitalia huiusmodi: Cum eadem † constitutio sit fa- 48
uorabilis, quia obuiat fraudibus, vt fuit resolutum in
vna Sabinen. beneficiorum de anno 1586. coram R. P.
D. Gipsio, & in materia fauorabili appellatione bene-
ficiorum † Ecclesiasticorum veniunt etiam Hospitalia 49
solita concedi laicis in administrationem, vt post Lap.
tradit Anch in Clement. dispendiosam, numer. 2. in 4.
not. de iudic. vbi Card. quæst. 3. in fi. dicit hanc opi-
nionem tutiorem, Felin. late in dict. capit. de quarta,
num. 15. & 16. Selu. de Benefic. p. 1. quæst. 3. nume. 9.
Lambert. de iur. patronat. artic. 11. quæstio. 11. par. 1.
libr. 1. numer. 4. cum alijs, vt per Mandos. in regul. de
benefic. vacant. per promot. quæst. 5. num. 2.

Hinc dicit Collect. in cap. vlt. 21. qu. de sortileg.
quòd temporibus suis Curia traxit † iura loquentia de 50
beneficiis ad Hospitalia. Hinc dicit Felin. in dict. cap.
de quarta. numer. 16. resolutum in Rota quòd licet re-
gula de benefic. vacant. † per promotionem, videatur 51
pœnalis, tamen quia est obuiatiua fraudibus, (vt hæc
constitutio) comprehendit Hospitalia, de quo Mando.
dict. regul. alleg. quæst. 10. namque Hospitale † est ti- 52
tulus non omnino prophanus Bellam. tit. de perm. be-
nef. quæst. 3. num. 2. imo Ecclesiasticus. Pet. de Vbald.
de permut. benefic. numer. 8. fol. mihi 184. Gamb. de
auct. legat. à later. tit. de potest. legat. circa Hospit.
numero vigesimono.

Secundò, Accedat, quia in his Hospitalibus mili-
tant rationes constitutionum, requirentium hanc for-
mam publicationis ad effectum, vt ordinarius certus sit
à quo petere debeat rationem † administrationis iuxta 53
decretum Concil. Trid. c. 9. sess. 22. de reformatione,
& quem debeant † visitare, iuxtà c. 8. eadem sess. 22. 54

An dispensent † fructus pauperibus, iuxtà Clement. 55
quia contingit.

Et vt coloni † sciant, quis sit rector, ad hoc, vt pos- 56
sint ei soluere pensiones, iuxtà consi. Roman. 433. nu. 2.
Cor. consi. 137. in fin. lib. 3. Felin. in cap. cum dilecta.
numer. 13. vers. limita septimo, de rescript. ac etiam vt
euitentur fraudes, ergo constitutio habebit locum in
his Hospitalibus, iuxtà tradita per Vigel. in dialect.
iur. libr. 2. fol. mihi 312. & cum eadem sit ratio † dici-
tur hic casus comprehendi in verbis, & sic non ex
extensione, l. bis solis, C. de reuocan. donat. Dec. latè
in cap. at si clerici. §. de adulterijs, num. 18. de iudic.
& in c. 2. requiris. num. 2. de appell. & consi. 284. col.
2. & consi. 301. colum. 2. Card. Paris. consi. 83. num. 21.
volum. 3. consi. 69. num. 3. volum. 4. Crauett. consi. 118.
numero 15.

Hinc est, quòd quando † ratio posita in lege, com- 57

Digitized by Google

prehendit plures casus, licet de vno ibi fiat mentio,
illud videtur factum exemplariter, & non restrictiuè,
Tiraquel. in leg. si vnquam. verb. liberis, oumer. 37.
& de vtroque retract. §. 20. num. 2. & 3. Oldrad. cons.
58 185. in fin. ideo parifomiter disponit † quoad alios
non expressos, in quibus militat. Bald. in cap. dilectus
filius, colum. 1. de rescript. Dec. cons. 284. colum. 2.
Crauet. cons. 183. colum. 2. Corn. cons. 177. num. 5.
volum. 4. & sic hæ rationes comprehendunt Hospitalia
data io titulum, sicut data in administrationem.

Accedat tertio, quia, vt ex fundamento suprà allegato
patet, hæc est materia proportionabilis, cum militent
io resignatione Hospitalium eædem rationes, & in
59 materia proportionabili † appellatione beneficiorum
veniunt Hospitalia, Lap. in tract. de Hospital. quæst. 52.
Gamb. dict. tract. de auctor. leg. a later. lib. 5. de potestat.
legat. circa Hospit. numer. 27. Villadieg. in cod.
tract. quæst. 9. num. 17.

Comprobatur quartò, quia verba constitutionis Gregorij
XIII. sunt admodum prægnantia, & vniuersalia
60 de quibuscumque beneficijs, & officijs † Ecclesiasticis,
vnde etiam Hospitalia ijs comprehenduntur, Sarn. in
reg. de trien. quæst. 7. num. 3. Fel. in d. cap. de quarta,
& alij supra citati, Bal. cons. 191. & 205. libr. 1. cum
aliis, vt per Crauett. cons. 294. sub numer. 2. & cons.
308. colum. 4. 5. & 6. Alciat. in l. momentaneum. ff.
de verb. signif. Tiraquel. de retract. §. 1. glos. 7. oumero
21. & 22.

Ex quibus satis patet responsum ad allegata in contrarium.

Vnde licet coram Cantuccio fuerit facta distinctio
de anno 1581. & 1583. inter Hospitalia, quæ daotur in
titulum, & administrationem, tamen in hac causa indistinctè
fuit hoc firmatum, & hoc est tenendum. Non
obstat secundum quòd constitutio Gregorij annullet
collationes, & alias gratias, &c. namque respondetur,
61 quòd etiam in Hospitalibus, quæ dantur † in administrationem,
expediuntur literæ, prout in beneficijs, &
sic etiam hoc casu potest gratia, & prouisio annullari,
62 cum prouisionis † nomen sit latissimum. Gl. in Cleme.
vlt. verb. prouisioni. de elect. Card. in Clem. in plerisque,
quæst. 16. eod. tit.

Sed hic quæritur, quia in dicta const. Gregor. XIII.
non fit mentio de Hospitalibus, si aliquis post dict. constitutionem,
ante vero resolutionem Rotæ obtinuit
Hospitale per resignatiooem, & consuluit peritos in
Vrbe, qui ei dixeruot non teneri ad publicationem, an
ea hoc sit excusatus, si non publicauit? Hic casus accidit
in dicta Regien. Hospitalis, namque dictus Octauius
resignatarius non publicauit, quia periti ei dixerunt
non teneri. Et quòd esset excusandus adducebatur,
quia cum non exprimantur Hospitalia in constitutione,
& scribant Doctores non comprehendi in mate-
63 ria, vbi de eis † non fit expressa mentio. Card. cons. 117.
in prin. Cephal. cons. 27. num. 24. lib. 1. Sarn. de trien.
q. 7. sub num. 3. cum aliis, &c. apparet quòd versamur
64 in dispositione iuris dubij, ex cuius † errore quilibet
excusatur. cap. cum dilectus, & ibi omnes, de consuet.
& in cap. si diligenti. de præscript. Ias. in l. iuris ignorantia.
numer. 2. C. qui admitt. & in l. 1. nu. 19. C. de
transact. Alex. cons. 10. sub oum 12. lib. 7. Crot. cons.
317. nume. 27. lib. 3. Cor. cons. 187. onmer. 19. lib. 3.
Curt. Iun. cons. 6. nume. 22. Quæstio enim iuris dubij
65 dicitur, quotiès † adest varietas opinioonm (vt in casu
nostro) Bar. in l, qui Romæ. §. duo fratres, num. 9. ff.
de verb. obl. Cuman. cons. 154. in fin. eò magis, cum
66 habuerit † consilium peritorum, iuxta tradita per Bal.
Iaso. Dec. & alios io dicta l. iuris ignorantia. C. qui
admitt. Angel. in l. sed. si lege. §. scire. ff. de petit. hæredit.
Alex. cons. 76. num. 10. libr. 7. vbi latè Felin. in
dict. cap de quarta, sub nume. 8. Pro excusatione enim
67 sufficit, quod adsit opinio † alicuius doctoris, cui ille
credere possit. Paul. de Castr. in dict. l. qui Romæ. §.
duo fratres, in fin. Anchar. cons. 210. nu. 1. in fin. Alex.
dict. cons. 76. num. 10. lib. 7. Dec. cons. 175. oum. 6.

Accedit ad excusationem, quia talis error iuris dubij
æquiparatur † errori facti, vt per Ias. in l. iuris ig- 68
norantia. C. qui admittit. & errori † facti excusat. vt 69
fuit dictum in vna Romana de Incoronatis, 2. Iun. 1574.

His tamen non obstantibus, cum hic casus fuisset
propositus in Rota, die veneris 3. Iunij 1588. coram R.
P. D. Bubalo fuit tentum Octauium † ex hoc non esse 70
excusandum.

Ad quod primò facit, quia non datur excusatio prætextu
iuris dubij, quotiès aliquid † requiritur de forma, 71
(vt est publicatio in casu nostro) Bald. in dict. l. iuris
ignorantia, num. 4. C. qui admitt. vbi Alex. num. etiam
4. Dec. & alij communiter, Bartol. io l. 1. §. denunciatio
num. 35. Curt. num. 90. Crot. nume. 99. de oper. nou.
nunc. Roland. cons. 30. num. 8. cum plurib. seq. lib. 3.
Dec. Pedemont. 86. nume. 4. Ioan. de Garr. in repetit.
authen. eisdem pœnis, num. 3. C. de secund. nupt. Alex.
cons. 165. nume. 6. lib. 6. & cons. 7. numer. 19. lib. 7.
Natt. cons. 154. num. 10. & cons. 575. num. 23. & 586.
num. 8. Bero. cons. 120. num. 27. lib. 1. communis opinio,
teste Sforz. Odd. in tract. de rest. in integ. quæst. 9.
art. 4. oum. 14. vbi infinitos citat. Etiam si sit mulier,
† vel rusticus, nam hi non excusantur, si non fecerunt 72
inuentarium iofra statutum tempus. Natt. cons. 575.
num. 23. Alciat. in l. venia, nume. 12. C. de in ius vocan.
Communis teste Tiraquel. de vtroque retractu. 2.
part. §. 4. gl. 4. oumer. 16. sicuti neque excusatur quis
prætextu iuris dubij in his, quæ † fauore publico intro- 73
ducta sunt. Paul. de Castr. in dict. l. iuris ignorantia.
Alex. nume. 4. Ias. num. 17. & est casus noster. Nec ad
effectum † lucri, d. l. iuris, vbi communiter Doctores. 74
Nec vbi potest † colligi quæ sit vera, & communis opi- 75
nio. Pur. decis. 233. libr. 3. quæ omnia militant in casu
nostro, namque communis opinio est, vt etiam in ma-
teria pœnali comprehendantur † Hospitalia, vbi adest 76
eadem ratio. Ioan. de Anan. in capit. nulli. num. 7. vbi
testatur de communi, de rebus Ecclesiast. non alienan.
Cald. consilio primo, de religios. domibus. Fel. in d.
cap. de quarta, & vt dixi, quis non excusatur respectu
iuris † dubij, quotiès potest cognosci quæ sit commu- 77
nis. Pur. dict. decis. 233. lib. 3. vnde ex hoc cessat illud
de peritis, cum etiam quia id non releuat ad effectum,
vt actus, qui debita forma non fuit factus, de iure valeat.
Sforz. Odd. d. quæst. 9. late.

Accedat, quia dicta Constitutio † Gregorij habet 78
decretum irritans, quod, quoad nullitatem actus ligat
etiam ignorantes, capit. 1. de concess. præbend. capit.
si eo tempore, vbi Gloss. de elect. in 6. Abb. io cap. Audiamus,
numer. 13. de restitut. spoliat. Alex. cons. 97.
circa princi. lib. 5. cum infinitis aliis cumulatis per Gabriel.
de clausul. conclus. 3. nume. 1. cum sequen. vnde
Hospitale resignatum absque publicatione vacauit,
adeo vt alter illud impetrans acquisierit ius, quare iste
non poterit admitti in præiudicium iuris iam quæsiti,
prætextu huius iuris dubij argum. not. per Ias. in leg.
si emancipati. nume. primo C. de iur. & fact. ignorant.

Hinc, quotiès quis intendit acquirere ex sua ignorantia,
& sic agit de lucro captando, repellitur, nam
nulla ignorantia † excusat. Crescent. decis. 181. prope. 79
fin. & sic tolluntur contraria.

Vltimum dubium, An resignatio beneficiorum regularium
sit publicanda? Videtur dicendum quòd non,
quia Regula, & constitutiones requirentes publicatio- 80
nem, debent intelligi de beneficiis perpetuis, cap. præcepta.
distinctio. 55. not. in cap. veniens de filiis presbyter.
cap. penul. de Cleric. ægrotan. per quæ hoc tradit.
Calder. cons. 26. de præben. Cassad. decis. 4. nu. 2.
de præbend. & beneficia regularia † non sunt perpetua, 81
sed manualia, & ad nutum reuocabilia, cap. cum ad
monasterium. §. tales de stat. Monach. Clement. 1. §.
ad hæc eod. Clement. vnic. §. præmissa, de supplen.
præl. negligen. Mil. in repet. verbo, beneficia regularia,
latè Silu. de benef. p. 3. quæst. 21. num. 2. Mandos.
in regul. 3. reseru. quæst. 10. num. 5.

Hinc in reseruatione † beneficiorum, beneficia regu- 82

laria non comprehenduntur, vt concludit Æneas de
Falcomb. tra. reseruat. quæst. 3. princ. nume. 29. vers.
83 beneficia regularia, sicut † neque manualia, vt conclu-
dit Cal. d. cons. 26. de præb. Achil. dec. 2. de benef. &
Rebuff. de pacific. poss. nu. 273. & in reg. 2. canc. vers.
item non comprehenduntur. Io. Selu. de benef. p. 3. qu.
68. & 69. & communiter Doctores, Parisius cons. 44.
volumine 4.
84 Hinc manualia † non comprehenduntur in regula de
annali, vt fuit tentum in Rota 23. Iunij 1549. coram
Hieronymo Nouato in vna Albinganen. cappellaniæ
85 reste Mandos. in dict. regul. qu. 11. num. 5. sicuti neque †
manualia comprehenduntur in regula de triennali Mo-
hedan. decis. 169. aliàs 340. &c.
His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
86 rior, vt scilicet beneficia etiam † regularia compre-
hendantur in hac constitutione Gregorij XIII. prout
fuit tentum in Rota die veneris 28. Iunij 1583. in vna
Aquil. prioratus, coram. bon. mem. Cantuccio, vt ha-
betur dec. 739. p. 1. & tenet Rebuff. in reg. de publ. gl.
1. & nouissimè Anasta. Germon. de indul. §. regularia,
num. 35. Quia dicta constitutio loquitur de quibuscum-
87 que beneficijs, & appellatione beneficiorum † veniunt
nedum beneficia sæcularia, sed etiam regularia, sicut
88 sub nomine canonicatus † venit etiam canonicatus re-
gularis. Gl. in Clem. 1. de iud. vbi Card. quæst. 5. n. 13.
Imol. numer. 3. & communiter Fel. in cap. postulasti,
numer. 4. in fi. de rescr. Rebuff. in prax. tit. quis sit, &
quot. mod. cap. benef. num. 10.
Secundò, quia sub regula de infirmis resign. quæ lo-
89 quitur simpliciter de † beneficijs, comprehenduntur
beneficia regularia. Rebuff. in eadem regul. de infir. glo.
5. in fi.
Tertiò, quia, si constitutio hæc habet locum in posse-
ssione iuris, multo magis in beneficijs regularibus.
Quartò, quia rationes regulæ, vt fraudes tollantur,
ne resignantes fructus indebitè percipiant, & ne cum
illis contrahentes decipiantur, vt latè dixi in principio,
habent locum etiam in beneficijs regularibus, vnde abs-
90 que dubio de eis † constitutio loquitur, Dec. cons. 284.
column. 2. Crauet. cons. 183. column. 2. cum alijs ad-
ductis per Rim. iun. in principio Instit. de donat. num.
273. & 625.
Quintò, & vltimo, quia hoc expressè cauetur in d.
const. Greg §. cæterum, vbi, *De quibuscumque Eccle-
sijs, Monasterijs, Prioratibus, tàm Virorum, quàm mulie-
rum, &c.* & ibi: *quorumuis ordinum, etiam militiarum
regularibus, & electiuis, & manualibus.*
Non obstant contraria, ad primum enim responde-
tur, quòd licet hæc beneficia regularia sint regulariter
91 manualia, tamen possunt † esse perpetua, considerato,
quòd Prælatus forsan non amouebit eorum possessores
vt in specie tradit Rebuff. de nominand. quæst. 9. sub n.
27. Bonifa. de Vital. in Clem. 1. §. in quibus, numer. 3.
de supplen. prælat. negl. Gamb. de potest. legat. à later.
libr. 4. num. 13. in fi. & 14. 15. & 16. Selu. de benefic.
p. 3. q. 21. num. 3. circa med. immo vult Gamb. loc. cit.
manualia regularia esse in se perpetua, licet secus sit in
manualibus sæcularibus, allegat decis. Bellam. 207. col.
2. vers. non obstat. & Mandos. reg. 3. reseruat. quæst. 11.
numer. 3. dicit regularia de sui natura non perpetua ef-
fici perpetua, &c. sicut sæcularia beneficia quæ de sui
92 natura sunt † perpetua. can. satis peruersum. dist. 56.
Glos. 1. in cap. pastoralis, 7. quæst. 1. cap. vnico de
Cappel. Monach. lib. 6. Card. cons. 57. Lap. allegat. 9.
Card. Paris. cons. 119. numer. 16. volum. 4. aliquando
93 † consueuerunt effici temporalia. Card. d. cons. 57. Cas-
sad. decis. 4. & decis. 12. de præb. Abb. in cap. si cun-
stiterit, in 1. not. & ibi Fel. de iud. Hinc videmus Prio-
ratus, & Abbatias regulares, vt plurimum hodie dari
in perpetuum.
94 Secundò respondetur, quòd cum † ista beneficia ma-
nualia vacent per obitum, vel per amotionem, vt per
Gl. in Clem. 1. verb. reuocari, quam ibi sequitur Card.
§. præmissa, quæst. 5. num. 8. Imol. num. 44. Bonifa. de
Vitall. num. 9. de suppl. prælat. neglig. ita possunt va-
care per resignationem, qua vacatione stante intrat
constitutio propter rationes &c.
Non obstat, quòd in reseruationibus non veniunt ma-
nualia, quia illud ideo contingit, quia Papa non cense-
tur velle mutare † naturam beneficij, vt de manuali ef- 95
ficiatur perpetuum. Cald. d. cons. 26. de præb. Cassad.
decis. 4. de præb. & latè habetur per Gambar. decis. 2.
Marcus Antonius, in manusc.
Non obstat, quòd in beneficijs manualibus non ha-
beat locum regula de Annali & Triennali, quia possi-
dens beneficium manuale non potest iuuari dictis regu-
lis, quia † posset amoueri ad nutum superioris. Mohe- 96
dan. d. decis. 169. alias 340.
Ex quo colligitur † manualia posse renunciari, vt di- 97
dicur in dicta decis. Rotæ coram Bubalo.
Et hæc decisio fuit confirmata in eadem causa, & co-
ram eodem, die mercurij 1. Februarij 1584. non obstan-
tibus aliquibus rationibus, quæ in contrarium allega-
bantur, & illa primò, quòd non intraret † constitutio, 98
ex quo (secundum ipsam) publicatio sit facienda in Ec-
clesia Cathedrali, vel Metropolitana, cui beneficium
immediatè subest, & ille Prioratus non subijcitur alicui
Ecclesiæ Cathedrali, vel Metropolitanæ, sed solùm ma-
gno Hospitali, quia fuit per Dominos de Rota optimè
responsum nihil prohibere, quin publicatio fiat in Ec-
clesia ipsius Prioratus, vnde idem erit in alijs beneficijs
huius generis.
Secundò, quòd Prioratus non esset collatus in titulum,
cum obtinens illum non emiserit † votum paupertatis, 99
prout in alijs religionibus, Clem. 2. vbi Gloss. de rescr.
Mohedan. decis. 169. in manuscr. namque Rota contra-
rium confirmauit, scilicet huiusmodi beneficia regula-
ria † dari in titulum, & per consequens intrare consti- 100
tutionem de public. nam solet in prouisione dici, tibi
conferimus, & de illo etiam, tibi prouidemus, teque
in illius verum, certum, & legitimum priorem, admi-
nistratorem, & rectorem facimus, constituimus, & de-
putamus.
Nec obstant illa verba apponi solita, curam, regimen,
& administrationem committimus, quia conueniunt
etiam titulo, cum beneficium, quod confertur † dica- 101
tur etiam committi, cap. cum in illis, in principio. de
præben. lib. 6. Clement. 1. de supplen. prælat. neglig.
Clement. ne in agro. de stat. Monach. nec repugnat vo-
to paupertatis † habere peculium ex permissu Superio- 102
ris, cap. 2. vbi Abb. numer. 4. de stat. Monach. Silue-
str. in verb. Religio, el 6. numer. 7. vers. sin autem, &
quia, cum hæc beneficia sint ad nutum amobibilia, is,
qui ea obtinet, est semper paratus dimittere, quando
Superior voluerit, & sic non repugnant voto paupert.
& quod habere propriũ non sit contra votũ pauperta-
tis apparet, quia Prior † non potest ab Abbate sine 103
causa remoueri, cap. 2. in fi. & ibi Doctores de stat. Mo-
nach. & ob id regulares possunt † disponere de fructi- 104
bus beneficiorum regularium, sicut clerici sæculares de
fructibus beneficiorum sæcularium. Nauar. in can. cui
non dicatis, nume. 42. 12. quæst. 1. & in Apolog. quæst.
1. num. 8. num. 4. & 5. Card. in Clem. 2. §. sed tales,
in 1. not. de vit. & honest. cleric. & in Clem. gratia,
col. pen. de rescr.
Hinc † Abbas est intitulatus in Abbatia, etiam regu- 105
lari, cap. cupientes de elect. lib. 6. & hæc decisio nunc
est impressa Venetijs inter diuersas. p. 1. num. 772.
Amplia, vt etiam resignatio † præceptoriæ Religionis 106
Hierosolymitanæ sit publicanda, vt colligitur ex ver-
bis amplissimis huius constitutionis, & fuit resolutum
in Rota in vna Segobien. Præstimonij, 16. Iunij 1589. co-
ram R. P. D. Mantica Auditore Rotæ doctissimo. Limita
non procedere in † dimissionibus, quæ fiunt intra tem- 107
pus vacantis, & mortuarij sine præcedente titulo, &
collatione, vt fuit resolutum in vna Tudertin. com-
mendæ, veneris 8. Iunij 1590. coram R. P. D. Pamphi-
lio Auditore Rotæ integerrimo, nunquam satis lauda-
to, namque huiusmodi dimissiones non † inducunt ne- 108

Digitized by Google

uam vacationem, sed potiùs habent vim non agnitionis, optionis, seu capimenti, quam resignationis veræ, & propriæ, & inducentis nouam vacationem, de qua loquitur Gregoriana constitutio, quia vt apparet ex statutis religionis, durante tempore vacantis, quòd est a die obitus equitis, vsque ad festum S. Ioannis Baptistæ, & mortuarij, quod est a dicto festo vsque ad aliud festum anni sequentis intra quod tempus de commenda nemini prouidetur, sed sola religio possidet, & percipit fructus, & istę acceptationes commendarum vacantium, quæ fiunt pro capimento iure antianitatis, sunt variabiles, & sic acceptans commendam vacantem, intelligi-
109 tur † eam acceptare sub conditione, quatenus intra dictum tempus non variet aliam optando, quod accidit dicto casu, vnde actus euanuit, l. item quia §. 1. ff. de pact. Eoque magis, quia huiusmodi dimissiones fiunt publicè coram magno Magistro, & Cōsilio, vnde videtur cessare fraus à constitutione considerata, sicuti cessat in cessionibus factis in Consistorio coram Papa, & Cardinalibus, vt suprà dixi.

Accedit, quia constitutio habet locum, cum quis vult capere beneficium ex resignatione, secus ex alia causa, quia tunc non tenetur publicare, quod cessat prædicto casu.

110 Et Magnus Magister Meliten. † potest conferre quolibet quinquennio vnam commendam, vt habetur in sta-
111 tutis Religionis in cap 20. de commend. collatio † autem reliquarum pertinet ad Priorem, & Capitulum, vt habetur in c. 24. de commend. eodem libro, & fuit firmatum in vna Reatin. commendæ coram R. P. D. Lan-
112 cellotto, nunc Cardinali Amplissimo. Et magnus † magister cum conuentu exercet Iurisdictionem. Oldr. cons.
113 128. Caputaq. decis. 219. num. 5. par. 1. † Prior autem religionis solus ex priuilegio administrat, vt fuit resolutum in vna Melit. præeminentiarum, coram Guidob. 24. Aprilis, 1551.

Libr. 11. quæst. 3. numer. 23. Ibi, Secus in impetrationibus.

Ratio autem diuersitatis ex vltimis allegatæ glosæ verbis depromi potest. Quia scilicet, cùm huiusmodi impetrationes sint odiosæ, vt pote ambitiosæ, capit. quamuis plenissima. de præbend. in 6. Ideò apposita in illis verba, quantum sonant, tantum (non eo plus) valere debent.

Eadem quæst. numer. 8. Ibi, Cum Ordinarius non possit beneficia de iurepatronatus conferre.

Hoc intellige, intrà tempus à iure concessum patrono (siue clerico siue laico) ad præsentandum: nam eo elapso, & intrà tempus sibi etiam ab eodem iure, ad conferendum attributum, non impeditur ordinarius, imo potest iure (per recusationem, seu denegationem, aut aliàs) deuoluto, & cum eisdem qualitatibus conferre. Faciunt (quoad dictas qualitates) notata per Blasium Auriolum in cap. exm te, notabili 52. num. 65. de rescript. & per glosam ab eodem allegatam in §. quòd si quis, in verbo, similiter. de collat. in pragmat. necnon notata per Rebuffum in tractatu de deuolut. nume 40. & tandem per Boëzium in additionibus ad Mandagotum in tractatu de electione. parte 1. cap. 1. fol. 7. verso, circa finem primæ columnæ, in impressis Parisiis de Anno Domini 1513. (nec in reliquis reperire, valdè laboriosum erit) potestas enim superioris in conferendis beneficijs deuolutis, modificatur, & regulatur secundum potestatem ipsius inferioris, vt quibus ipse conferre non potuisset, similiter non possit superior. arg. l. Caio Seio. ff. de alimen. & ciba. legat. & l. legatum sub conditione ff. de adimen. legat.

Eadem quæst. numer. 25. Ibi, Et prouidetur extra Consistorium.

Aliquandò scilicet per signaturam (& tunc tertia pars totius taxæ Monasterij soluitur Illustrissimo Domino datario, pro compositione. Vndè multò maiores sic fiunt expensæ, quàm si prouisio per Consistorium transiret: tunc enim quindecim tantùm, pro quolibet centenario taxæ huiusmodi, solui consueuerunt Illustrissimo Cardinali proponenti) interdùm verò per viam secretam: quæ (quoad capsulas) mitior est reliquis.

Eadem quæst. num. 34. Ibi, Et quæ dicatur possessio pacifica, vide per Cassadorum.

De hoc nos latissimè, initio huius operis: vbi ad nauseam videre poteris.

Eadem quæ. num. 52. Ibi, Si non adest derogatio vnionis, cessio non tenet.

Necesse est ergo vt resignatarius, vnionem in sua exprimat prouisione: Alioquin enim, illius non solet derogatio concedi. Adde insuper, prouisionem, vnione huiusmodi tacita, subreptitium fore, ac propterea viribus non subsistere. Vide à nobis dicta suprà, lib. 2. quæst. 9. numer. 16.

Eadem quæst. numer. 71. Ibi, Vt est publicatio in casu nostro.

Quòd verbis, ob non seruatam præsentis constitutionis formam, (quæ in eadem constitutione continentur) clarè ac apertè ostenditur, sitque manifestum.

quæst. 3. num 31. An renunciatio beneficij litigiosi sit publicanda communis opinio est affirmatiua.

¶ Quamuis apud nos Resignatarius regulariter infra triennium publicare viuo scilicet resignante, vel possessionem eo expulso assequi valeat cum tamen iuri litigioso simpliciter ceditur, cessionarius infra annum id agere tenetur; Alias à secundo cessionario seu resignatario, quamuis infra triennium adueniente excludetur. Sic nuper in secunda Inquestarum classe, relatore Domino du Vignes ad fauorem Ioannis Roumegous, cui aderat vir eximiæ eruditionis & facundiæ D. de Boissiere aduersus Bernardum Begorre, qui prior cessionem meruerat & cuius ego partes tuebar iudicatum fuit: Huiusmodi enim cessiones iurium tanquam simplices subrogationes reputantur, quæ anno antiquantur executioni non demandatæ. His iunge à nobis dicenda infra hoc lib. quæst. 5.

QVÆSTIO IV.

Qui teneantur publicare beneficia Resignata; An Officiales Curiæ, Cardinales, Exempti, Secundi Resignatarij, Impetrantes beneficia vacantia ob non publicationem, Translatarij pensionum, Moneree.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarij omnes tenentur publicare.*
2 *Officiales Curiæ tenentur publicare, cum eis resignantur beneficia.*
3 *Auditores Rotæ tenentur publicare.*
4 *Familiares Papæ tenentur publicare.*
5 *Cardinales tenentur publicare, cum eis resignantur beneficia.*
6 *Cardinales comprehenduntur sub regulis Cancellariæ.*
7 *Ratio fraudis an militet in Cardinalibus.*
8 *Cardinales comprehenduntur, vbi agitur de vitanda fraude.*
9 *Cardinalis non differt à priuato, in his quæ respiciunt animam.*
10 *Peccatum grauius, ratione personæ peccantis.*
11 *Dispositio capit. de multa. de præbend. comprehendit Cardinales.*
12 *Cardinales comprehenduntur sub Clem. Audit. de resc.*

13 *Exempti tenentur publicare.*
14 *Papa est proximus Superior exemptorum.*
15 *Papa statuendo ligat etiam exemptos.*
16 *Exempti vnum habent iudicem.*
17 *In generali dispositione, exempti comprehenduntur.*
18 *Generalis dispositio legis, comprehendit omnes casus, & personas priuilegiatas.*
19 *Resignatarius secundus an teneatur omni casu publicare, etiam si primus publicauit.*
20 *Verba personalia verificantur in vna persona.*
21 *Terminus assignatus ad publicandum, currit pluribus, quibus idem beneficium resignatur.*
22 *Tot dilationes dandæ quot personæ.*
23 *In termino dato ad publicandum, resignatarius potest resignare.*
24 *Resoluto iure dantis, resoluitur & accipientis.*
25 *Impetrantes beneficia vacantia ob non publicationem, tenentur publicare.*
26 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
27 *Inter plures impetrantes beneficium ob non factam publicationem, præfertur is qui prius publicauit, quamuis sit posterior in data.*
28 *Ille in quem transfertur pensio, non tenetur publicare.*
29 *Per translationem pensionis non transfertur titulus beneficij.*
30 *Per translationem pensionis, non generatur præiudicium ordinario.*
31 *Pensio non est beneficium Ecclesiasticum.*
32 *Appellatione beneficij non venit pensio.*
33 *Minores 14. annorum tenentur publicare.*
34 *Generalitas comprehendit omnes personas.*
35 *Tempus legis ad insinuandum, non currit ignoranti.*
36 *Insinuatio requiritur, vt euitetur fraudibus.*
37 *Statuto de insinuatione donationis non potest renunciari.*
38 *Lex, & statutum non operantur aduersus ignorantes.*
39 *Ignoranti non currit tempus adeundæ hæreditatis.*
40 *Tempus præfinitum à statuto ad ponenda instrumenta in memorialibus, non currit ignoranti.*
41 *Ignorans dicitur iustè impeditus.*
42 *Fraus non præsumitur in minore.*
43 *Tempus datum ad publicandas resignationes, currit etiam aduersus minores ignorantes.*
44 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
45 *Vbi agitur de fauore animarum, tempus currit etiam aduersus ignorantes.*
46 *Præscriptio statutaria, currit aduersus minorem.*
47 *Filius ignorans non faciens se promoueri, non excusatur à pœna.*
48 *Pater retinens bullas beneficiales filij, an ei noceat.*
49 *Ignorantia non excusat, vbi est appositum decretum irritans.*
50 *Cessante vna ratione, remanet dispositio fundata in reliquis.*
51 *Minori competit restitutio aduersus tempus quod contra ipsum currit.*
52 *Minor ignorans restituitur aduersus præscriptionem triginta annorum.*
53 *Minori competit restitutio aduersus statutum vrbis, de non petendo creditum infrà quindecim annos.*
54 *Minor restituitur aduersus iudicialia.*
55 *Minor restituitur aduersus tempus elapsum confectionis inuentarij.*
56 *Minor restituitur aduersus tempus decursum ad appellandum.*
57 *Minor restituitur aduersus præscriptiones statutarias, & consuetudinarias.*
58 *Minor restituitur aduersus testatoris mandatum.*
59 *Minor æquiparatur Ecclesiæ.*
60 *Ecclesia restituitur aduersus tempus decursum.*
61 *Minor non restituitur aduersus tempus elapsum, datum ad publicandum beneficium resignatum.*
62 *Ob non publicationem amittitur omne ius.*
63 *Resignatarius tractat de lucro captando.*
64 *Minor non restituitur vbi tractat de lucro.*
65 *Minor non restituitur vbi non est læsus.*
66 *Ecclesia non restituitur nisi sit læsa.*
67 *Læsio minima, an sit in consideratione.*
68 *Modica læsio non sufficit ad concedendam restitutionem.*
69 *Minor non restituitur aduersus amissam probationem, nisi sit læsus.*
70 *Minor non restituitur aduersus omissionem dationis interrogatoriam.*
71 *Nemo excusatur ob non adimpletam formam.*
72 *Magna differentia inter illum qui tractat de damno, & eum qui tractat de lucro.*
73 *Minor non restituitur cum res non est integra, & alteri ius est quæsitum.*
74 *Minor non restituitur aduersus malam expressionem, re non integra.*
75 *Minor non restituitur cum damno tertij.*

QVartò Quæro, qui tenentur publicare beneficia resignata? Communis responsio est, omnes † resignatarios teneri, & ita de stylo practicatur, & firmant communiter DD. & probatur expressè in verbis generalibus prægnantibus, & geminatis positis in dict. Constitutionibus Pij V. & Gregor. XIII. adeo quòd huiusmodi quæstio nullam patitur difficultatem, aliqua tamen dubia sunt excitanda pro resolutione quorundam casuum. 1

Et primum erit, an officiales Curiæ teneantur ad publicationem resignationis? Responde teneri, † quod expressum est in Constitutione 181. Pij V. ibi: *Etiam in fauorem alicuius ex scriptoribus Apostolicis &c.* Et in constitutione Gregorij XIII. §. nec, ibi: *Ac eorum, & nostris familiaribus, continuis, commensalibus nec non literarum Apostolicarum scriptoribus Abbreuiatoribus, cæterisque Romanæ Curiæ officialib. &c.* Ex quibus verbis colligitur, † quòd Auditores Rotæ, Referendarij, Scriptores Apostolici, Abbreuiatores, Milites, & alij † familiares Papæ tenentur eorum resignationes publicare, quod etiam tradit Sarn. de publicand. quæst. 12. vers. circa primum, & ratio est, quia in his viget eadem ratio fraudis, ideo idem ius. l. illud, ff. ad leg. Aquil. 2 3 4

Secundum erit, an S. R. E. Cardinales teneantur publicare resignationes in eorum factas. Hic casus fuit propositus in Rota in vna Conchen. Archidiaconatus coram Marsican. 12. Iunij 1541. & 24. Nouembris eiusdem anni, & post longam disputationem † fuit resolutum teneri, teste Mohedan. decis. 141. Magna. in manuscrip. & teste Sarn. in addit. ad reg. decis. 64. in manuscr. teste etiam Put. decis. 795. lib. 1. attestatur quoque Ptolemæus decis. 144. incip. Cum magna. & hanc opinionem dicit veram & æquiorem, Sarnen. in reg. de publican. quæst. 12. 5

Et prima ratio est, quia Cardinales † comprehenduntur sub regulis Cancellariæ. Butr. cons. 10. Gemin. in cap. 1. colum. 1. de Schismat. lib. 6. Archidiacon. Ioan. Andr. & alij in cap. cum deinceps, de elect. eodem lib. 6. Felin. in rubr. de maior. & obedient. Idem Felin. in cap. ad aures, colum. 7. vers. 8. conclusio, de rescript. Cassador. super regul. quæst. 38. & est communis opinio, teste Sarn. dict. decis. 64. quidquid in contrarium voluerit Anchar. cons. 297. Roman. cons. 498. 6

Secunda ratio est, quia requiritur publicatio, vt fraus, & dolus euitentur, quæ † ratio magis militat in Cardinalibus quam in aliis, argum. cap. cum quidam, de iureiuran. nam vbi agitur de vitanda † fraude, Constitutio omnes comprehendit, etiam Cardinales, cap. sciant cuncti, vbi Doctores, de elect. lib. 6. cap. 1. de Scismat. lib. 6. communis opinio, teste Caputaque. decis. 211. libr. 1. in manuscript. Et in his, quæ animam respiciunt Cardinalis † non differt à quolibet alio populari. Bar. Belenzin. de charit. subsid. quæst. 66. latè Sarnen. in proœm. regularum, nam quantò persona † 7 8 9 10

dignior

dignior est, quæ peccat, tantò maior est legis pœna, vt
habetur in l. presbyteros, C. de Episc. & Cler. cap.
principium, de pœn. d. 1. & quando agitur de annulla-
tione actus, comprehenduntur etiam Card. Ar-
chid. & Gemin. in cap. nemo. de elect. lib. 6. hinc dis-
11 positio † cap. de multa, de præb. comprehendit etiam
Car. Abb. in ca. Ecclesia, el 4. in 2. not. de elect. & fuit
decisum in Rota de mense Nouembris 1531. & die 3.
Iunij 1538. teste Sarn. in procem. reg. Cancell. q. 4. col.
12 5. & 6. & etiam sub Clementina † Auditor, de rescr.
Bonifa. de Vital. ibi, col. 2. Fel. in cap. ad aures, col. 7.
vers. 8. conclusio. de rescript. Oldrad. cons. 212. & com-
muniter DD.

Et hæc conclusio hodiè est clarissima, exprimitur
enim in d. Const. Pij V. §. etiam ibi, *Ac etiam in fauo-
rem alicuius ex S. R. E. Cardinalibus hactenus facta ex-
titerunt, ac etiam in futuram fieri &c.* & in d. Constit.
Gregorij XIII. ibi, *Et quibuscumque etiam S. R. E. Car-
dinalibus, at pijs locis quotumque priuilegio suffultis, &c.*
& ibi, *Nec non indultis, priuilegijs, & gratijs Apostoli-
cis etiam prædictis Cardinalibus, &c.*

Tertium est dubium, an exempti teneantur publicare
resignationes in eorum fauorem factas? communis opi-
13 nio est affirmatiua, † quæ primò probatur ex generali-
tate dictarum Constitutionum.

Secundò, quia si comprehenduntur Cardinales, qui
sunt exempti, & infinita habent priuilegia, vt per Alb.
de Card. ergo & alij exempti inferiores, arg. auth. mul-
to magis. C. de sacrosanct. Eccl.

14 Tertiò, quia cum † solus Papa sit prælatus, & pro-
ximus superior exemptorum, can. nulla, di. 93. not.
in cap. auctoritate. de priuile. lib. 6. & in Clemen. 1. de
reb. Eccl. non alien. Abb. in cap. nihil. de elect. ergo
cum Papa aliquid generaliter statuit, ligat omnes sub-
15 ditos † suos, etiam exemptos, cap. 1. de Constit. cap.
2. de censib. nam licet omnes sint Papæ subditi, vt est
communis, & recepta Theologorum, & Canonistarum
sententia, magis tamen illi subijciuntur exempti, cum
16 alium † iudicem non habeant, vt tradit latissimè Sarn.
de instit. resign. quæst. 4. & quamuis aliqui voluerint
non comprehendi exemptos in generali dispositione.
Anch. in cap. si propter, de rescr. lib. 6. Dec. cons. 154.
colum. 7. tamen in contrarium est communis opinio, vt
17 tenet † Abb. in cap. graue, de præbend. Gem. & Fran. in
cap. auctoritate. §. inhibemus. de priuile. lib. 6. Gene-
ralis enim dispositio legis non solum casus, sed etiam
18 personas † priuilegiatas comprehendit. Bal. per illum
tex. in l. in fraudem. in fin. de testam. milit. cum alijs
adductis per Dec. cons. 5. & l. 1. num. 9. ff. de reg. iur.
& est communis opinio.

19 Quartum dubium est, An secundus resignatarius, seu
cessionarius teneatur publicare? Pone quòd aliquis
cessit & resignauit in fauorem Petri, & iste Petrus
retrocessit in fauorem Titij, an iste Titius secundus re-
signatarius teneatur publicare? Duo casus sunt distin-
guendi.

Primus, quando primus resignatarius publicauit il-
lam resignationem in sui fauorem factam, & hoc casu
secundus resignatarius non tenetur publicare, vt fuit
resolutum coram Put. in vna Pampilonen. Prioratus 26.
Iunij 1551. teste Caputaq. decis. 35. par. 3. ex nota, per
Cassad. decis. 27. super reg. & sic ius secundi resignata-
rij non extinguitur ob non factam publicationem, vt
fuit resolutum 4. Februarij 1534. coram Aragonia in
vna Toletan. Præstimoniorum, & in alia de anno 1533.
teste Sarn. de public. qu. 1. Crescen. decis. 227. Achil.
20 decis. 704. quia cum verba regulæ sint † personalia, de-
bent intelligi de primo, l. boues. §. hoc sermone. ff. de
verb. sign.

Secundus est casus, quando primus non publicauit,
vt quia cessit in tempore dato ad publicandum & hoc
casu secundus tenetur publicare, ita Domini de Rota
dixerunt, teste Pelegrin. decis. 303. lib. 3. contrarium
tamen tenuit Rot. in vna Tolet. Præstimonij coram
Sarn. teste Crescentio, decis. 224. in manuscr. Sed ho-
die quicquid sit de iure, & tenuit Rota secundus resi-
gnatarius tenetur publicare, siue primus publicauerit,
siue non, vt expresse dicitur in d. Const. Pij V. §. &
præmissa, ibi, *Et resignatarios, & cessionarios ipsos infrà
dictam vnius, vel sex mensium spatij cedere, vel retroce-
dere contingat locum habere, & sanum obtinere testum vo-
lu.it, & expresse declarasse, &c.* & in dicta Constitutio-
ne Greg. XIII. in principio, ibi. *Pluresque & quotquot in
alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primu resi-
gnantem, vel cedentem retrocessiones termino prædicto non-
dum elapso intercesserint, ita vt vnus dumtaxat terminus
omnibus his successiuis cessionibus ac retrocessionibus de-
currat, vt qui postremus gratiam habuerit publicationem
huiusmodi facere cæteraque omnia hic præscripta intra
eundem terminum præstare teneatur, &c.* Ex quo collige,
quòd vltimus tenetur publicare, & vnicus † terminus 21
omnibus currit, quod iudicio Rotæ factum fuit ne fiat
fraus legi, si singulis resignationibus singuli sex menses
assignarentur: aliàs enim darentur tot dilationes, † quot 22
sunt personæ Tiraquel. de retract. conuent. §. 2. Glos.
vnica num. 63. cum pluribus seq. Ex quo etiam collige,
quòd potest † quis resignare intra tempus datum ad pu- 23
blicandum, vt est communis omnium sententia, & col-
ligitur, ex Cassad. decis. 27. super reg. & secundus resi-
gnatarius tenebitur publicare, vt clarissimè in locis al-
legatis dicitur, & tenet Rebuff. in 2. côment. reg. de pu-
blican. quæst. 16. versicu. item si, & est communis opi-
nio in stylo, nam † resoluto iure dantis, resoluitur & 24
accipientis, l. lex vectigalis, ff. de pignoribus. Bald. in
l. 2. in quæst. 13. C. de rescin. vend. ita in simili non va-
let secunda collatio ratione subreptionis, & fraudu-
lentiæ resignationis. Oldr. cons. 324. factum, column.
3. Rebuff. in concord. de collat. Glos. vacantia. §. vo-
lumus.

Quintum dubium, An impetrantes † beneficia va- 25
cantia ob non publicationem, teneantur ad publicatio-
nem gratiæ? Responde teneri, ac si habuissent per re-
signationem, vt voluit felic. record. Greg. XIII. in
dict. Const. 87. ibi, *Et quicumque sic impetrans, aut
gratiam etiam motu simili habens præfinitum eisque ca-
sui tempus prædictum à data concessionis gratiæ sibi fa-
ctæ huiusmodi, ac omnia quæ cadens à iure prædicto de-
bebat, præstare teneatur,* & ratio est, quia cum iste per
impetrationem factam succedat, & subrogetur in lo-
cum illius resignatarij, & subrogatus sapiat naturam
eius † in cuius locum subrogatur. §. fuerat, inst. de act. 26
sequitur debere publicare: namque etiam in hoc viget
ratio, vt parochiani cognoscant suum Prælatum, vt su-
prà dixi.

Sed dubium poterat fieri si plures impetrauerint ob
non publicationem quis præferatur? Ideo in dict. Con-
stit. Greg. deciditur hic casus per hæc verba, *Et † si 27
pluribus gratiam huiusmodi fieri contigerit, is præ omni-
bus obtineat, qui primus publicationem suæ impetrationis
fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, om-
niaque requisita prædicta adimpleuerit, quamuis in data
sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligen-
tiore prius apprehensa fuerit, vel posita, &c.* & hic casus
est valdè notabilis, quia non attenditur data, & posses-
sio, sed publicatio.

Sextum est dubium, an ille, in quem † transfertur 28
pensio, teneatur ad publicandum? communis opinio
& in praxi recepta est negatiua, secundum quam in-
terrogatus respondit Cassad. teste Sarn. de publicand.
quæst. 10. & est ratio, quia requiritur publicatio ad vi-
tandas fraudes, quæ per clandestinas renunciationes
quotidie fiebant, in præiudicium expectantium, Or-
dinariorum, & in animarum iniustè beneficia renun-
ciata occupantium graue detrimentum, & pericu-
lum, quæ ratio cessat in renunciatione, & translatio-
ne pensionis, nam per talem renunciationem non † 29
transfertur titulus beneficij, neque aliqua admini-
stratio, vel iurisdictio in Ecclesia, nullumque gene-
ratur præiudicium † ordinario, expectantibus, aut po- 30
pulo, nil enim ad hos, ergo hoc casu cessabit publicatio,

Digitized by Google

argum. cap. cum cessante, de appell. Secundò, quia ni-
hil de eo cui transfertur pensio. in d. Constitnt. Pij V.
& Gregor. XIII. minus in regula Cancell. imò con-
trarium videntur velle, tum quia dicunt publicatio-
nem faciendam in Ecclesia, quod non potest in pen-
sione verificari, tum etiam quia loquuntur de benefi-
31 cijs, & pensio † non est beneficium Ecclesiasticum,
cap. quamuis, 1. de præbend. libr. 6. vbi quando man-
datur alicui prouideri de beneficijs, vigore dicti man-
dati non potest prouideri de pensione, & ibi Gemin.
32 notat, quòd appellatione beneficij † non venit pen-
sio. Per. de Anch. in 3. not. Ioann. Selu. de benefic.
par. 1. quæst. 3. numer. 11. vbi attestatur hanc esse com-
munem. De communi etiam attestatur Alfons. Hoied.
in tract. de incompat. benefic. in præf. 1. p. numer. 3.
quamuis contrarium voluerit Barb. in cap. ad audien-
tiam, 5. de rescr. ex quatuor fundamentis, quibus res-
pondet Gig. de pens. quæst. 58. Hoied. d. tract. p. 2. c. 7.
à num. 6. vsque ad num. 11.

33 Septimum dubium, an minores † teneantur publica-
re beneficia eis resignata? Communis opinio est affir-
matiua, quia verba Const. Grego. XIII. sunt admodum
34 prægnantia, & generalia, † quæ omnes personas inclu-
dunt, vt latè per Crauett. cons. 294. num. 1. & num. 2.
& cons. 308. col. 4. 5. & 6. cons. 190. nu. 4. & cons. 297.
per totum, ac etiam ratio Const. vt delictis obuietur,
est generalis. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. &
hæc conclusio intelligenda est, præsupposito, quòd
fuerit per Summum Pontificem dispensatum cum mi-
noribus ad huiusmodi beneficia eis resignata.

Dubium tamen est, an tempus assignatum ad publi-
candum currat minori 14. ann. cui collatum est benefi-
cium, præsupponendo ignorantiam ex parte minoris?

Et quidem prima facie videtur dicendum negatiuè.
Primò ex doctrina Bal. in l. annus autem. ff. de calum.
35 vbi tenet † quòd tempus inductum à statuto ad facien-
dam insinuationem donationis, non currit ignoranti,
36 & nemini dubium † est, illud statutum fuisse factum ad
obuiandum fraudibus, vt per Cast. in l. illud. C. de
Sacrosanct. Eccles. Aret. in §. 1. Inst. de donat. Bart.
in l. Modestinus, quem referr & sequitur Rim. Iun. in
§. 1. numer. 158. Inst. de don. & numer. 239. est tex. in
37 l. data, C. de donat. ideo † non potest renunciari. Ale-
xand. in leg. nemo potest, numero 12. Ias. numero 41.
Crot. numero 21. Rip. numero 57. Aquen. numero 21.
ff. de legat. 1. Felin. in cap. si diligenti, numer. 11. de
for. compet. Soc. Sen. cons. 77. colum. 5. lib. 1. Calar.
in tract. insin. 2. p. q. 29. communis opinio teste Rim.
Iun. d. §. 1. num. 238.

Secundò, quia regulariter tempus statutum à lege,
38 vel statuto non currit † aduersus ignorantem: Alexan.
in l. quamdiu. C. qui admitti, & numer. 4. Bal. in cap.
licet de suppl. præla. negl. Pet. de Anch. in cap. cano-
num statuta, in vers. alibi, de Const. Bart. in l. genero,
ff. de his qui not. infam. Alex. cons. 34. colu. vlt. libr. 1.
Rom. cons. 228. Felin. in cap. quærente, de offic. deleg.
39 Hinc ignoranti non currit tempus † adeundæ hæredita-
tis, vt latè prosequitur post Bald. Sal. in dict. l. quam-
diu. vbi Dec. num. 56. C. qui admit.

40 Hinc tempus † a statuto præfixum ad ponenda instru-
menta in memorialibus, non currit ignoranti. Bald. in
d. l. quamdiu. Idem Bald. in l. item veniunt, §. cum an-
te. de pet. hæred. & in l. 50. de excus. tut. Ioan. Andr.
in cap. cum seruorum, de seru. non ordinan. namque
41 ignorans dicitur † iustè impeditus, vt post alios scribit
Crauet. cons. 201. num. 36.

Tertiò posset comprobari ex priuilegijs minorum.

Quartò, quia publicatio requiritur, vt obuietur
42 fraudibus. Corn. cons. 157. libr. 3. quæ fraudes † non
præsumuntur in minore, vt est communis Doctorum
interpretatio.

His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
rior, quod † scilicet tempus publicandi currat etiam
43 minori ignoranti, vt fuit tentum in Rota in vna Fulgi-
nat Prioratus coram Puteo, die 9. April. 1543. teste
eod. Put. decis. 453. quæ est vltima in libr. 1. & clariùs
fuit resolutum in vna Compostellana coram Reoma-
no, proùt attestatur Achille de Grass. decisio. 14. in
tit. de restitut. in integ. aliàs decisio. 207. & hanc opi-
nionem tenuisse Rotam attestatur Thom. de Tanis de-
cisio. 54. in manuscript. vbi dicit Cassador. nec Sarnen.
hoc dubium determinare. Cui opinioni primò suffra-
gatur, quia tam in regulis antiquis Cancellariæ requi-
rentibus publicationem, quàm in Constitutione Gre-
gor. XIII. de publicand. adest decretum irritans,
vt omnibus licet videre, quod ligat etiam † ignorantes. 44
cap. 1. de concess. præbend. cap. quondam. de præben.
in 6. Gl. in cap. tibi, §. quinimo. de rescript. Gemin. in
cap. si eo tempore, de elect. l. 6. Barb. in Clement. 1.
nume. 25. eod. tit. extr. Butr. cons. 43. Cardi. cons. 33.
Cassad. decis. 12. num. 5. in reg. Cancell. Bert. cons. 142.
numer. 4. lib. 2. in antiquis communis omnium Docto-
rum sententia proùt resoluit infinitos allegando Gabr.
de claus. conc. 3. per totum. Nec dicas, quod decretum
irritans venit accessoriè ad regulam, & Constitutionem,
vnde cum ratio fraudis non habeat locum in minori,
ergo nec decretum irritans illum ligabit, nam respon-
deo, quòd non vna est ratio, quæ fuit allegata, sed &
aliæ, vt dixi in qu. 1. Ideo esto quod vna cesset, tamen
ex alijs ligabitur. arg. §. affinitatis Instit. de nupt.

Secundò accedit, quòd publicatio est introducta fa-
uore animarum, vt dixi in principio 1. qu. sed quotiès
agitur de fauore animarum, † tunc tempus currit igno- 45
ranti. Glos. communiter recepta in cap. statutum. vers.
numerandum de præb. lib. 6.

Tertiò comprobatur, quia præscriptio † statutaria 46
currit contra minorem, siue tractetur de damno, siue
de lucro. Bar. in l. vlt. C. in quibus caus. restit. in in-
tegr. non est necess. communis, vt resoluit Bald. in
tract. præscript. in 1. par. 6. par. in princip. in cas. 13.
Cardinal. in Cleme. 1. numer. 6. vbi Imol. numer. 23.
Bonif. de Vital. numer. 10. de restit. in integr. Hostiens.
in cap. constitutus, in fin. vbi Cardinal. Anch. num. 7.
& alij, de quo Vide Dec. consil. 556. numer. 7. Affict.
decis. 370. numer. 3. Boer. decis. 140. numer. 3. Ioan.
Igneus in l. dudum, C. de contrah. empt. à numer. 13.
vsque ad num. 40.

Quartò ex dicto Innocen. in duobus locis, quod re-
fert Affict. d. decis. 370.

Ita etiam si Pater procurauit conferri beneficium cu-
ratum filio suo, & ipse retinuit bullas, si filius † igno- 47
rans non promoueatur, incidit in pœnam. Rebuff. in
prax. tit. de non promo. num. 54.

Pari ratione si pater † retinet bullas, filius non ex- 48
cusatur à publicatione. Rebuff. super glos. 13. de pu-
blic. num. 26.

Non obstant contraria, ad primum respondetur
Bald. non loqui in statuto habente decretum irritans,
proùt nos loquimur, vnde maxima est differentia. Car-
dinal. Alexand. in cap. super eo, in vlt. not. de appel.
Franc. in cap. dudum, in 8. not. de præb. in 6. Oldrad.
cons. 310. in prin. Paul. de Castr. cons. 199. numer. 10.
lib. 1. Rebuff. in l. quod iussit. numer. 93. ff. de re iud.
Card. Paris. cons. 37. volum. 4.

Ita etiam respondetur ad secundum argumentum
quòd ignorantia excuset: nam fallit, vbi † est apposi- 49
tum decretum irritans, Barbat. in Clem. 1. num. 25. de
elect. & communiter Doctores, vt scripsi suprà, & hæc
est notabilis limitatio ad illam regulam communem,
& est vsu in praxi recepta in Romana Curia.

Vnde tertiò respondetur non obstare priuilegium
minorum, vt ex suprà relatis apparet.

Ad quartum respondetur, quòd non vna est ra-
tio, sed plures, ex quibus requiritur publicatio, vt scri-
psi latè in 1. q. ergo quamuis cesset ratio fraudis in mi-
noribus, remanent tamen aliæ, ne in beneficijs detur
successio, † & aliæ, ad vulg. & communem, §. affinita- 50
tis, inst. de Nupt. l. si ventri. §. in bonis, vbi Gloss.
Bar. & alij, ff. de priuil. credit Ias. in l. more, num. 18.
ff. de iurisd. omn. iud. Rim. iun. in §. 1. num. 423. Instit.

Digitized by Google

de don. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 316. num. 50. &
communiter Doctores.
Sed quæritur, si currit minori ignoranti tempus pu-
blicandi, vt conclusum est, an ei detur restitutio in in-
tegrum aduersus lapsum temporis? Videtur dicendum
51 quod sic, quia quoties tractatur de amissione † iuris, li-
cet aduersus minorem currat tempus, tamen restituitur,
Bar. cons. 141. & in l. vlt. C. in quibus caus. rest. in in-
tegr. non est neces.
52 Hinc aduersus præscriptionem 30. annorum † resti-
tuitur minor ignorans. Bar. in l. 1. §. si quis autem, ff de
itinere act. priuat. Ang. in Lanous, ff. de calumnia, latè
Alex. cons. 84. l. 1. & cons. 71. eod. l. Rom. cons. 113. col.
vltim. & hanc esse communem opinionem attestatur
Alexand. cons. 168. viso, colum. pen. libr. 2. Dec. cons.
27. num. 1.
53 Hinc restitutio in integrum † competit minori aduer-
sus statutum Romæ, de non petendo creditum suum
infrà 15. annos, licet habet amplissima verba, vt fuit
tentum in Rot. in vna Lucan. coram Fabio, teste Card.
Sanctæ Crucis, decis. 149. aliàs 155.
Hinc quamuis in iudicialibus currat tempus aduersus
54 minorem, postea venit † restituendus. Glos. in l. vlt.
C. in quib. caus. vbi Cin. num. 4. Alb. num. 3. Bat. nu.
5. Paul. de Castro num. 2. Ang. num. 2. Abb. in cap. Be-
neficij, de rest. in integr. & ibi Hent. Boich. num. 1. & 2.
& communis, teste Bonif. de Vitall. in Clem. 1. nume.
52. & 22. eod. tit. de rest. in integr.
55 Ideo tempus † datum hæredi ad conficiendum in-
uentarium, currit aduersus minorem, licet postea resti-
tuatur. Dec. cons. 445. num. 56. Cassan. super consuet.
Burgund. rub. 3. §. 2. vers. adde. numer. 15. Tiraquel.
de pœn. caus. 4. numer. 23. Natt. cons. 16. & 17. per
totum, libr. 1. & cons. 140. numer. 8. eod. lib. Aleiat.
cons. 160. numer. 13. Ber. cons. 68. numer. 69. libr. 1.
Rol. cons. 60. numer. 6. & cons. 15, libr. 4. Ioseph. Lu-
douic. in decis. Perusin. 55. n. 18. & 19. lib. 2. commu-
nis opinio, teste Sfor. Odd. de restit. in integ. quæ. 88.
art. 3. nu. 45.
56 Ideo minor restituitur † aduersus tempus decursum
ad appellandum. Paul. de Cast. in leg. properandum,
§. vltim. numero. 2. & ibi Salic. Cod. de iud. commu-
nis opinio, de qua testatur Iac. de Sanct. Georgio in
d. l. properandum, numero. 4. Henric. Boich. in dict.
cap. de beneficio. numer. 7. Vasq. de succes. ab intest.
lib. 1. §. 10. numer. 52. Imol. in Clem. 5. nume. 12. de
rest. in integ.
Hinc etiam, licet minoribus † currat tempus in præs-
57 criptionibus statutarijs, & consuetudinarijs, tamen re-
stituuntur. Card. in Clem. 1. numer. 6. de rest. in integ.
Bellam, in cap. vlt. numer. 10. eod. tit. communis opin.
de qua attestatur Bald. in tract. præscr. 5. par. 6. part.
princip. numer. 43. Dec. cons. 556. num. 7. & hæc est
magis communis sententia, de qua attestatur Sfor. Odd.
de rest. in integ. q. 88. art. 5. nu. 54. vers. in contrarium,
& ante uum. 56.
58 Hinc minor restituitur † aduersus testatoris mandatū,
puta quia non fecit id quod testator ei præceperat, &
propterea lucrum sibi relictum amisit. Ruin. cons. 599.
numer. 3. lib. 1. Riminal. cons. 261. numer. 32. libr. 2.
Roman. singu. 94. Cossa select. interpret. circa condic.
libr. 2. capitul. 4. numero. 2. Dec. cons. 349. in 1. & 2.
column. Aret. cons. 67. & hæc est communis & vera
conclusio, ac notanda in praxi, vt attestatur Sfor. Odd.
de restit. in integ. quæst. 84. art. 6. numer. 62. eo maxi-
mè quando ignorans. Cæphal. cons. 355. numer. 7. &
seq. lib. 3.
Et aduersus cursum, & lapsum temporis, restituitur
in pluribus casibus relatis per Sfor. Odd. de rest. in in-
tegr. q. 89. ar. 1. per totum cum sequent.
59 Confirmo, quia † minor æquiparatur Ecclesiæ, & Ec-
60 clesia restituitur † in integrum aduersus decursum
tempus Glos. Bar. & Doctores in authen. quas actio-
nes. Cod. de sacrosanct. Eccles. Card. Imol. & alij in
Clemen. 1. de restit. in integr. Abb. in cap. 1. de rescr.
Rom. cons. 166. viso. Ioan. Andr. in cap. vlt. colum. 3.
de rest. in integr. vbi Bellam. num. 12. Henric. Boich.
numer. 14. & est communis opinio, de qua attestatur
Dec. cons. 29. numer. 2. Sfor. Odd. de restit. quæst. 88.
art. 2. num. 35.
His tamen † non obstantibus contraria opinio est 61
verior in iudicando, vt colligitur ex Put. decis. 453. nu.
9. lib. 1. vbi dicit fuisse hoc dubium propositum in Ro-
ta ab ipso, 9. April. 1543. in vna Fulginaten. Prioratus,
& quòd Domini inclinarunt, vt non daretur restitutio,
de quo attestatur etiam Thom. de Tan. decis. 54. in ma-
nuscr. & tandem cum rursus accidisset hic casus in Ro-
ta in vna Compostellana coram Domino Reomano
fuit ita tentum, pro vt attestatur Achill. de Grass. de-
cis. 307. Restitutionem minori, aliàs 10. sub titu. de
restit. in integr. in manuscr.
Idque verificatur, quia † ob non publicationem 62
amissum est omne ius quod quis habebat in beneficio
resignato, vt est communis omnium sententia eò maxi-
me post constitutionem sanctæ memor. Gregor. XIII.
vnde petendo † restitutionem tractat de lucro. Gig. cons. 63
135. num. 11. & 12. & licet detur restitutio propter † 64
lucrum amissum à minori perperam, & inconsultè, l. ait
prætor. §. vltim. ff. de minor. vbi Bart. Abb. in ca. con-
stitutus, num. 5. Card. num. 3. de restit. in integr. Bel-
lamer. decis. 182. Socin. Iun. cons. 46 num. 8. libr. 4.
Natt. cons. 631. num. 16. & num. 28. Hoc autem non
procedit, quando tempus currit odio non facientis
actum, quia tunc, si non fiat à minori, ei non datur re-
stitutio, vt notant glos. Roman. & Ias. quos ad hoc
refert, & sequitur Sfor. Odd. de restit. in integr. quæst.
4. art. 6. numer. 76. & communiter Doctores, quod
autem in odium non publicantis annulletur actus à
constitutione Greg. XIII. de publicand. satis ibi expri-
mitur.
Accedit, quia hoc casu minor non est læsus, cum ni-
hil ei acquiratur ob non factam publicationem. argu. l.
nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & per conse-
quens non agit ex damno, sed potius ex lucro, vt dictum
est suprà, & minor non † restituitur, vbi non est læsus, 65
l. non omnia, ff. de minorib. l. minoribus, C. de restit.
in integ. l. si res. §. si mulier, ff. de iur. dot. Ang. in l.
metum autem §. sed quod præter, num. 2. ff. quod met.
caus. ita & Ecclesia † non restituitur, nisi læsa sit. Dec. 66
cons. 564. num. 18. siue negligentia sua læsus sit minor.
Alberic. in l. si minor, num. 1. C. de transact. Io. Andr.
in cap. auditis, colum. 3. de rest. in integr. Menoc. de re-
cuperan. poss. remed. 15. num. 136. siue dolo alterius.
Mantic. de restit. in integr. cap. 122. laté Sfor. Odd. de
restit. in integr. quæst. 4. art. 3. & 4. nec sufficit læsio † 67
minima Roman. cons. 90. num. 4. Natt. cons. 631. num.
22. & cons. 481. numer. 23. Gozzad. cons. 44. numer. 8.
imò secundùm alios neque † modica. Alex. cons. 27. 68
numer. 2. lib. 1. Grat. cons. 4. numer. 81. lib. 1. Ruin.
cons. 119. numer. 14. lib. 5. Ber. cons. 32. numer. 10. lib.
1. & cons. 84. num. 20. eodem lib. Mandell. cons. 11. n.
21. magis communis, teste Bursat. cons. 27. numer. 17.
libr. 1.
Hinc si non est læsus, non venit restituendus minor
aduersus omissam † probationem, vt fuit tentum 15. 69
Decembris, 1544. in vna Toletan. matrimonij coram
Domino Aquen. teste Put. decis. 193. lib. 2.
Hinc etiam minor non † restituitur aduersus omis- 70
sionem dationis interrogatoriorum, vt fuit tentum in
vna Messanen. Baroniæ, 18. Martij 1547. coram Put.
teste eod. decisio. 23. libr. 3. vide Cappell. Tolosan. de-
cis. 43.
Accedit, quia sumus in his, quæ concernunt iu-
ris rigorem, nam data est forma, &c. & tamen nemo
excusatur ob non † adimpletam formam, l. vlt. C. de 71
testament. mil. Tiraquel. de vtroque retr. part. 1. §.
35. Glos. 2. & §. 8. Glos. 7. numer. 23. Couarr. pract.
quæst. cap. 26. numero. 4. quamuis Alciat. de præ-
sumpt. regul. 1. præsumpt. 20. post medium tenuerit
contrarium.

Non obſtant contraria, ad quæ reſpondetur hic non
72 tractati † de amiſſione iuris vt loquitur Bart. & alij, ſed potiùs de luceo, ita reſpondit Put. deciſ. 453. num. 8. lib. 1. & eſt vera reſponſio, vt patet ex his, quæ ſupra dixi.

Confirmationes contrariorum, omnes procedunt data læſione, tunc enim reſtituitur minor, vt ex communi dixi ſuprà, at hic non poteſt conſiderari læſio, vt fuit comprobatum, ergo &c.

Et hæc concluſio eo magis procedit, ſi beneficium fuit impetratum ob non publicationem, & ſic fuit alteri collatum, nam hoc caſu abſque dubio non venit
73 minor reſtituendus, † cum res non ſit integra. Abb. in cap. ex parte, num. 14. de reſtit. ſpoliat. cum alijs, vt per Boër. deciſ. 350. num. 4. vbi col. penul. atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, de communi etiam atteſtatur Thom. de Tan. deciſ. 54.

74 Hinc re † non integra minor non reſtituitur aduerſus malam expreſſionem, vt fuit tentum 11. Februarij 1547. in vna Fulginaten. coram Put. teſte eod. deciſ. 9. lib. 3. eſt enim vera & recepta ſententia minorem non eſſe
75 reſtituendum cum damno † tertij. Alberic. in l. ait prætor. num. 2. ff. de minor. Bald. in l. 1. num. 6. C. de ann. excep. poſt Bart. num. 2. Afflict. ſuper conſtitut. Regni. lib. 2. Rub. 40. num. 8. Tiraquell. de vtroque retract. in 1. part. §. 35. gloſſ. 2. num. 10. & 11. Curt. iun. conſ. 150. num. 14. Thob. conſ. 105. num. 4. Mant. ſing. 628. Afflict. deciſ. 390. per totam, Capic. deciſ. 62. nu. 4. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. deciſio. 54. num. 9. libr. 2. Emanuel Conſtit. in repet. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de libre. & poſth. 2. par. numero. 57. vbi communiter Doctores hoc volunt, & hoc caſu loquitur Put. d. deciſ. 453. libr. 1. & Thom. de Tan. dict. deciſ. 54.

Hoc tamen recipit limitationem, niſi facto alterius fuerit impeditus, vt non publicaret, iuxtà ea quæ infrà dicentur.

Lib. 11. quæſt. 4. num. 34. Ibi, Præſuppoſito quòd fuerit per Summum Pontificem diſpenſatum.

NAm ſi ſecùs, publicatio nihil prodeſſet: cùm, ea non obſtante, beneficium à quocumque idoneo & capaci, poſſet vtique per reſignatarij incapacitatem (videlicet ob illius defectum ætatis legitimæ) optimo iure impetrari.

quæſt. 4. numer. 20. Secundus Reſignatarius tenetur publicare.

¶ ID eſt reſignatarius reſignatarij. Sed quid dicendum de impetrante per obitum reſignatarij infra tempus regulæ contingentem? Dic æquè teneri ad publicandum, aliàs reſignante poſt tempus regulæ in poſſeſſione moriente, vacabit beneficium per eius obitum, Molin. ad regul. de public. reſig. numero. 41. & 44. Sed reſignans ſuperſtes poterit, ſi velit, hunc impetrantem quandocumque venientem repellere. per ea quæ nos ſupra diximus lib. 1. quæſt. 2.

QVÆSTIO V.

An quomodocumque ſit facta reſignatio debeat publicari, & quid de ea quæ ſit extra Curiam, & de permutatione; Ac de ea quæ ſit reſeruatis fructibus, aut penſione, & de commenda, & de gratia in forma dignum, & de reſignatione ſimplici, & ceſſione iuris.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatia facta extra Romanam Curiam, eſt publicanda.*
2 *Conſtitutio Pij V. de public. habet locum etiam in renunciationibus factis coram Ordinarijs.*
3 *Infra quantum tempus debeat fieri publicatio in renunciatione facta extra Curiam.*
4 *Prouiſus à Sum. Pont. de beneficio renunciato coram Ordinario, an teneatur publicare, affirmatiuè, infra.*
5 *Diſpoſitio exorbitans non extenditur.*
6 *Dictio eos, eſt reſtrictiua, ad expreſſos.*
7 *Caſus non comprehenſus, remanet ſub diſpoſitione Iuris.*
8 *Diſpoſitio loquens de prouiſione Ordinarij, non comprehendit prouiſionem Papæ.*
9 *Ceſſante præſuppoſito legis, ceſſat diſpoſitio & nume. ſequent.*
11 *Conſtitutio fauorabilis eſt amplianda.*
12 *Collatio facta cõſanguineis de beneficio reſignato eſt nulla.*
13 *Conſtitutio Pij V. de non conferendis, non inducit modum vacandi.*
14 *In deuolutis, non inducitur noua vacatio.*
15 *Reſignationes coram Notario, & teſtibus, ſunt publicandæ.*
16 *Permutatio an ſit publicanda, affirmatiuè, & num. ſeq.*
18 *Conſtitutio Pij V. de publican. habet locum in permutatione.*
19 *Permutatio continet ſub ſe renunciationem.*
20 *Per permutationem datur vera vacatio.*
21 *Edictum de publican. emanauit ad tollendas fraudes.*
22 *Ratio fraudis militat in permutatione.*
23 *Permutatio facta etiam cauſa vtilitatis, & neceſſitatis Eccleſiæ, eſt publicanda.*
24 *Permutatio debet fieri ex cauſa.*
25 *Ambo permutantes debent publicare.*
26 *Si in permutatione vnus publicat, alter verò non, ex parte omittentis eſt nulla.*
27 *Quando permutatio non teneat, & liceat regredi.*
28 *Reſignatio, reſeruatis omnibus fructibus, an ſit publicanda, affirmatiuè, concluditur numer. 31.*
29 *Reſignans reſeruatis omnibus fructibus, denominatione, & titulo, in effectu remanet beneficiatus.*
30 *Regula Cancellariæ de publicand. non habet locum in reſeruante ſibi omnimodam adminiſtrationem.*
31 *Hodie ceſſio publicari debet omni caſu.*
32 *Ceſſio Commendæ eſt publicanda.*
33 *Collatio differt à commenda.*
34 *Commendæ noſtri ſuperioris æquiparantur titulis.*
35 *Commendatarij faciunt fructus ſuos.*
36 *Commendatarij poſſunt locare poſſeſſiones.*
37 *Commendatarij liberè habent adminiſtrationem.*
38 *Commendatarij poſſunt præſentare.*
39 *Habens Commendam, dicitur habere titulum Canonicum.*
40 *Commendæ hodie fiunt perpetuæ ad vtilitatem Commendatariorum.*
41 *Commendato per Papam beneficio, videtur commendatum in perpetuum.*
42 *Actus non concluſus certo ſpatio temporis, perpetuus reputatur.*
43 *Diſpoſitio generaliter prolata, de rebus & perſonis, generaliter eſt intelligenda.*
44 *Valet argumentum de perſonis, & rebus ad tempus.*
45 *Indulgentia conceſſa tali die abſque reſtrictiua, videtur perpetua.*
46 *Reſignatio facta cum reſeruatione penſionis regreſſus & acceſſus eſt publicanda.*
47 *Obtinens beneficium ex cauſa reſignationis, in forma dignum debet publicare.*
48 *Ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio.*
49 *Obtinens beneficium ex dimiſſione facta coram Papa, vel Ordinario, debet publicare.*
50 *Collatio facta etiam ex cauſa deuolutionis, eſt publicanda.*

Digitized by Google

51 *Cessio iuris est publicanda, & num. 54.*
52 *Renunciant iuri, videtur renunciore beneficio.*
53 *Qui actionem habet ad rem, ipsam rem habere videtur.*
54 *Cessio iuris super beneficio est publicanda.*
55 *Insinuatio ad instar publicationis.*
56 *In donatione iuris, requiritur insinuatio.*
57 *Dispositio Cle. Vlt. de procurand. loquens in mente naturali habet locum in ciuili.*
58 *Dispositio Clem. vltim. de procura. habet locum in renunciatione.*
59 *Ad fauorem possessoris potest fieri cessio coram Auditore Rotæ.*

QVintò Quæro, an quomodocumque facta fuerit resignatio beneficiorum sit publicanda? Hæc quæstio est admodum generalis. Pro eius igitur resolutione de pluribus casibus contingit dubitari.

1 Et primo, An si † renunciatio beneficij facta sit extrà Curiam scilicet coram Ordinarijs locorum sit publicanda? Communis opinio omnium Doctorum est affirmatiua, vt per Rebuff. in prax. tit. Regula de publicand. glos. 2. & probatur primo in regula Cancellariæ de publicandis, ibi, *Siue in Romana Curia, siue extra, &c.*

Secundò, in dicta Constitutione 182 Pij V. §. quod quæcumque, ibi, *Aut cuiusuis alterius etiam loci Ordinary, &c.* & ideo fuit resolutum in Rota coram Cantuccio, 2. Iunij 1581. in vna Aquilana hanc Constitutio-
2 nem † Pij V. habere locum etiam in resignationibus liberis factis extra Curiam.

Tertiò, probatur in dicta Constitutione 87. Gregorij XIII. prope finem in §. de beneficijs, vbi ampliat hoc procedere in omnibus Ordinarijs collatoribus, in Cardinalibus habentibus indulta, in Legatis etiam de latere. Namque in beneficijs resignatis extrà Curiam viget eadem ratio fraudis, vnde idem ius statuendum est, l. illud, ff. ad leg. Aqui. & ita fuit resolutum in vna Sabinen. beneficiorum coram R. P. D. Gipsio. 5. Martij 1586. Quæ publicatio fieri debet infra mensem secundum regulam Cancellariæ, vt patet ibi, *Si vero extra dictam Curiam facta sint intra mensem ex tunc, &c.* & per dict. Constit. Pij V. ibi, *Si quidem extrà Curiam, similiter & infrà vnum, &c.* Gregor. autem XIII. in dict. Constit. statuit vt infrà, circa hoc quod est seruan-
3 dum. † *De beneficijs autem quæ deinceps in manibus Ordinariorū collatorum, etiam Cardinalium, etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium, ac Legatorum etiam de latere, & delegatorum, etiam specialium eiusdem Sedis extrà Romanam Curiam resignari etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intrà mensem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij, iuxta Apostolicas, & alias Canonicas Sanctiones omnino absoluāt, & qui sic prouisus fuerit intra tres menses à die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat, modo, & forma suprà dictis, alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censeatur, eo ipso, Ordinarijque & alij prædicti, qui hæc, vti eis præscribitur non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs sint ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat, aut alijs idoneis ob ipsa sede dumtaxat, modo & forma prædictis concedantur.*

Sed dubium est si Ordinarius admisit resignationem, & Summus Pontifex contulit, quia ad ipsum spectabat collatio dicti beneficij, vel quia non contulit ipse Ordinarius infra mensem, vel contulit, sed malè, puta contra formam constitutionis Pij V. de qua dictum est
4 lib. 5. An prouisus à Summo Pontifice † teneatur publicare? Pro negatiua adducitur, quia §. illorum, dictæ constitutionis, dum arctat impetrantes ad publicandum tanquam exorbitans non debet extendi ad hunc casum, scilicet ad impetrationem ex causa nullitatis resignationis ob Constitutionem Pij V. de non conferendis consanguineis resigna. ad not. † in l. constanre. ff. 5
solut. matrim. l. si vero. §. de viro ff. eodem tit. quod eo magis est firmandum ponderando illa verba *quicumque sic impetrans, &c.* & sic se restringit ad illum casum quia hoc significat dictio sic, & §. de beneficijs autem, eiusdem constitutionis, loquitur de his beneficijs quæ resignantur in manibus Ordinariorum, & mandat publicari postea per ipsos Ordinarios faciendas, vt verba aperte dicunt, ibi, *Si per eos facienda erit, &c.* quæ † 6
dictio *Eos*, est restrictiua ad Ordinarios expressos, leg. vlt. & ibi Doctores, C. de hæred. institut. Crauett. consi. 98. num. 8. Quando autem resignatio fit in manibus Ordinarij, & Papa postea prouideat tanquam de beneficio affecto, constitutio nihil disponit, quod talis prouisus à Papa publicare debeat merito cum iste casus non sit comprehensus in bulla remanet sub dispositione iuris † 7
communis, l. commodissime, ff. de libe. & posthum. & cum verba Bullæ sint restricta ad prouisionem Ordina- 8
rij, † non habet locum in prouisione Papæ, de qua non loquitur l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. Fel. in ca. nonnulli, sub num. 44. de rescr. Idque eo magis elicitur, quia in isto §. de beneficijs dantur tres menses ad publicandum, ergo non habet locum in prouisionibus Papalibus, in quibus dantur sex menses, & vltra montes nouem ad publican. cessante enim præsupposito legis, † 9
cessat dispositio, l. mancipia vbi Gl. Bal. & Salicet. C. de serui. fugitiu.

His tamen non † obstantibus contrariam opinionem 10
existimo veriorem, vt iste prouisus teneatur publicare, quia Gregoriana est admodum generalis respectu omnium resignationum, & videtur loqui etiam de resignationibus Ordinariorum cum deuolutione ad Papam, nisi infrà mensem conferant, nam hoc casu omnes rationes constitutionis concurrunt, & illa præsertim fraudis, etiam in prouisionibus factis à Papa, quia Ordinarius, qui admisit resignationem non poterat conferre, vel malè contulit, quia etiam militat ratio fraudis, & cum † constitutio sit fauorabilis est amplianda, 11
ad not. in reg. odia. de reg. iur. lib. 6. Accedat, quia ad caput illud, quando Ordinarius male contulit contra constitutionem Pij V. † consanguineis, quia tunc, cum 12
sit nulla ex eadem constitutione Pij V. illa prouisio, non inducitur noua vacatio, vt fuit resolutum in vna Clusin. beneficii coram R. P. D. Orano die 13. Decembris 1589. in quia fuit conclusum † Constitutionem Pij 13
V. non inducere modum vacandi, sed annullare collationem aduersus illius formam factam. Rot. decis. 29. de præb. in nou. Bellamer. decis. 549. & etiam in deuoluris † non inducitur noua vacatio, sed remanet an- 14
tiqua ergo cum prouisio Papæ fiat ex causa resignationis erit publicanda iuxta mentem, & verba dictæ Constitutionis, & in hanc partem inclinabant Domini de Rota cum de hoc ageretur veneris 16. Februarij 1590. & lunæ 19. eiusdem mensis in vna Bononien. Canonicatus coram R. P. Domino Pamphilio Auditore Rotæ meritissimo, licet postea fuisset dictum, vt particulariter hoc discuteretur.

Non obstat §. illorum, quia cum ille §. veniat ampliatiuè, vt supra dicta procedant etiam de impetratione ob non publicationem, non potest intelligi restrictiuè ad iura vulgaria. Accedit, quia loquitur etiam in impetrationibus certo modo, & sic non in illis factis ex causa non publicationis solum.

Non obstat §. de beneficiis, quod loquatur de prouisione ordinarii, & quod dentur tres menses, quia etiam videtur loqui de huiusmodi prouisione, vt suprà conclusum est, & cum collatio deuoluatur ad Papam tunc intrat tempus sex mensium, quod datur in prouisionibus Apostolicis &c.

Comprobantur hæc, quia cum hæc Gregoriana mandet publicari etiam resignationes † factas coram 15
Notario, & testibus à quibus Notario, & testibus non fiunt prouisiones, vt omnibus notum est, ergo & has propter identitatem, seu potius maioritatem rationis,

auth. multo magis. C. de Sacrosanct. Eccles.

Et sicut dicimus, quòd renunciatio facta coram Or-
dinario est publicanda, ita & ea quæ facta est co-
ram Notario & testibus, quod tùm colligitur ex gene-
ralitate regulæ Cancellariæ, ibi: *extra curiam*, tùm
etiam ex dicta constitutione Pij V. ibi: *aut casu suis al-
terius*. Et ex dicta Constitutione Gregorij XIII. in
principio ibi: *ac etiam coram Notario publico & testibus
fient, & à nobis vel illo, seu nostro vel illius mandato
admittentur, &c.* namque eadem ratio fraudis, &c. Et
hoc procedit in renunciatione facta coram quocumque
alia si postea super illa sequatur gratia.

Secundò Dubitatur, An renunciatio facta ex causa
permutationis sit publicanda? Alias huiusmodi Quæ-
16 stio visa fuit admodum † difficilis, namque tempore
Sixti IV. bis fuit in Rota proposita, & nihil fuit deci-
sum, vt refert Ioachim de Narn. in quibusdam suis con-
siliis, & in vna Auinionen. Vicariæ de anno 1532. co-
ram Sarn. fuit mota hæc quæstio, & propter eius diffi-
cultatem causa, ex alio capite finem habuit, & in vna
Segobien. Archidiaconatus hoc idem dubium factum
fuit, & nihil resolutum, idemque in vna Dolen. Prio-
ratus coram D. Siluestro, teste Sarn. reg. de publican.
quæst. 3. vbi per totam quæstionem disputat hunc ar-
ticulum ad partes, adducendo plura argumenta pro
vtraque parte quæ omitto, & in vna Florentin. fuit
resolutum negatiuè, teste Ant. August. decisio. 704.
libro 3.

17 Hodiè vero † res non patitur difficultatem quia ex-
pressum est faciendam publicationem in dicta consti-
tutione Pij V. ibi: *& præmissa omnia & singula etiam
in quibuslibet beneficijs &c. & cessiones præfata ex cau-
sa permutationis, &c.* & Rota 24. Nouembris 1578.
18 conclusit hanc constitutionem habere locum † in resi-
gnatione ex causa permutationis, vt nullum ius quæ-
ratur resignatario, non facta puplicatione iuxtà ordi-
nem illius Constitutionis, in vna Barchinonen. Cap-
pellàniæ, & in dicta Constitutione Gregorij XIII. ibi:
*Et quæcumque resignationes, etiam ex causa permutatio-
nis, &c.* & firmat Rebuff. in prax. tit. regula de publi-
19 can. Gl. 3. vers. intellige, quod probatur, tum quia †
permutatio continet sub se renunciationem, Rot. decis.
16. de rerum permut. in antiq. Roman. cons. 465. in re
præsenti, nam sicuti per resignationem datur vera va-
20 catio, † ita & per permutationem, cap. 1. de rerum
permutat. lib. 6. & sicuti per renunciationem perditur
titulus & possessio, ita & per permutationem, Rot. de-
cis. 8. de rerum permutat. in antiq. & decis. 2. & 4. de
renunciat. in nou. tum quia hoc edictum de publican-
21 dis emanauit ad tollendas † fraudes, quæ in clandesti-
nis resignationibus solent committi, Corn. cons. 137.
22 colum. 2. lib. 3. quæ ratio fraudis militat † in ipsa per-
mutatione, vt tradit Ioan. de Anan. in cap. audiuimus,
colum. 2. vers. & prædicta faciunt de coll. nf. deteg. fa-
ciunt not. in cap. 2. de renunc. lib. 6. iuncto cap. 1. de
rer. permut. eod. lib. cum glos. in verb. fraude, & Ge-
min. in d. cap. 2. in Gl. in verb. proamo, Fran. col. 2.
& communiter.

Quod amplia procedere, etiam si permutatio fuerit
23 facta † causa vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ, ita
Rebuff. dict. regul. Gloss. 3. numer. 2. & est ratio quia
24 hac de causa debet fieri † permutatio, cap. quæsitum.
de rer. permut. & communiter Doctores, & quia etiam
hoc casu militat ratio fraudis.

Debent igitur quotiès beneficia sunt permutata in-
25 uicem, ambo † publicare, & si vnus publicet, alter ve-
ro non, hoc casu non annullatur permutatio, sed col-
26 latio facta ei, qui non publicauit, † vt fuit nouissimè
resolutum in Rota proponente R. P. D. Bubalo in vna
Salamantin. pensionis 13. Iunij 1586. & sic valet resi-
gnatio illius qui publicauit, quia quando culpa eius
27 qui permutauit, permutatio † non sortita est effectum,
tenet permutatio, & non licet ad beneficium regredi.
Ioan. Andr. in cap. 1. de rer. permut. in 6.

28 Tertium erit dubium, an † renunciatio facta reser-
uatis omnibus, & singulis fructibus, ac denominatione
tituli, &c. debeat publicari? Sarn. de publican. quæst. 2.
distinguit tres casus, quorum Primus est in beneficio
requirente residentiam, nam si fiat renunciatio reser-
uatis tantum fructibus, huiusmodi cessio est publican-
da, vt fuit resolutum in vna Abulen. 28. Aprilis 1537.
coram Episcopo Aquen. namque cum agatur in dicta
renunciatione principaliter de transferendo titulo, &
denominatione, interest populi vt verus Prælatus de-
ligatur, vt illi de pertinentibus ad beneficium respon-
deatur. Secundus est, quando renuncians fructus & de-
nominationem reseruabit sibi, hoc casu tenet Sarn. non
requiri publicationem, & fuit resolutum in Rot. in vna
Placentin. Archidiaconatus de Trugillo coram Cres-
centio, & de anno 1535. coram Aquen. & die 19. Martij
1540. in vna Spoletan. Canonicatus coram Ioan. Paulo,
teste Sarnen. dict. quæst. 2. & in vna Ispalen. portionis,
teste Pelegrin. decis. 141. lib. 2. in manuscrip. & in vna
Forliuien. 14. Iunij 1554. coram Oradin. vt habetur
lib. diuers. manuscripr. decis. 288. & in vna Auinionen.
parochialis coram Cardinali Sanctæ Crucis die 12. Iu-
nij, vt habetur decis. 168. libr. diuers. per cons. Card.
Paris. 39. colum. vlt. volum. 4. quia hoc casu resignans
† in effectu videtur beneficiatus post renunciationem, 29
sicut antea, & cessat ratio fraudis, vt egregiè ostendit
Card. Paris. dict. cons. 39. numer. 32. & 33. & coram
Illustrissimo Aldobrandino. 27. Nouembris 1573. in vna
Abulen. Canonicatus, & Præbendæ, fuit conclusum † 30
cessare rationem regulæ, cum resignans sibi reseruauit
omnimodam administrationem, quia nemo decipitur,
& die 23. Iunij 1550. coram Put. teste Guidobon. decis.
12. manuscr. & in vna Lemacen. parochialis Sancti Pe-
lagij, 15. Maij 1558. coram Cardinali Palcotto, teste
eodem decis. 48. in manuscript. vbi dicit pluriès fuisse
per Rotam conclusum, & in vna Forliuien. coram Ora-
dino 18. Iunij 1557. & in alia coram Ioan. Paulo.

Tertius casus est, quando beneficium non requirit re-
sidentiam, nec habet denominationem, & reseruantur
fructus, nam hoc casu, inquit Sarn. requiritur vt fiat
publicatio, vt fuit decisum 28. Aprilis 1537. in vna
Abulen. Præstimonij.

Hodiè autem † debet huiusmodi cessio publicari 31
omni casu, & sic primò, secundò, & tertiò, vt dicitur
in dicta Constitutione Pij V. 182. ibi: *Vel cum reserua-
tione omnium, & singulorum fructuum, redditaum, &
prouentuum, ac quotidianarum distributionum propria
auctoritate, vel aliàs percipiendorum & cum reseruatio-
ne tituli, administrationis, seruitij, ac stalli, &c.* & in
dicta Constitutione 87. Gregor. XIII. ibi: *Etiam cum
reseruationibus nominis, tituli, administrationis, posses-
sionis, fructuum etiam omnium, ac rerum, & iurium quo-
rumcumque, &c.* & ratio est, vt his casibus tollatur
etiam fraus, quæ posset fieri, & sic collige in omni re-
nunciatione requiri publicationem tàm si reseruatio sit
medietatis fructuum, quàm si sit omnium, ac etiam si
sit cum reseruatione tituli, nominis, administrationis
seruitij, & stalli, ex quo sequitur, hoc vendicare sibi
locum, tàm in renunciatione beneficij requirentis resi-
dentiam, quàm in aliis simplicibus, vel curatis, & se-
cundum hanc opinionem hodie est tenendum in consu-
lendo, & in iudicando, quidquid voluerit Rota, nam
ita hodie expressum habemus, & idem practicamus.

Et hæc conclusio ampliatur procedere non solum,
si fructus sint reseruati percipiendi per resignatarij ma-
nus, sed etiam si cum clausula, vt propria auctoritate
liceat illos capere, vt expressè dicitur in dicta Consti-
tutione Pij V. in verbis citatis ibi: *Propria auctoritate*,
licet contrarium antea firmasset Rebuff. in d. reg.

Quartò dubitatur, an renunciatio beneficij concessi
in Commendam sit publicanda. Communis opinio est
affirmatiua, † secundùm quam fuit decisum in Rota, 32
teste Ænea de Falconib. in quibusdam Apostil. super
hac regula, & tradit Sarn. super hac reg. qu. 4. Rebuff.
in prax. tit. regula de publican. Glos. 1. versic. item. &
fuit resolutum etiam in Rot. in vna Aquilana coram

Cantuccio veneris. 14. Aprilis 1581. & 2. Iunij eod. an-
no, edictum de publican. habere locum in Commen-
datario Hospitalis S. Spiritus. Et probator expresse in
dict. Constitutione 182. Pij V. ibi: *Et præmissa omnia,
& singula, etiam in quibuslibet beneficiis,&c.* & in dict.
Constitutione 87. Gregorij XIII. ibi: *Etiam ex causa
permutationis, ac Commendarum,&c.* & fuit necessarium
hoc exprimere in dicta Constitutione Gregorij XIII.
nam quamuis Rota hoc tenuerit, tamen Cancellaria te-
nuit semper contrarium, vt refert Sarnen. dict. quæst. 4.
colum. 1. vers. sed licet, quia regula loquebatur de be-
33 neficijs collatiuis, & collatio † a Commenda differt,
cap. dudum, de elect.
Et huius conclusionis scopus est, quia in beneficiis
commendatis viget eadem ratio fraudis, quia Com-
34 mendæ nostri temporis † æquiparantur titulis, adeò vt
35 sicut titulares, ita & † Commendatarij faciant fructus
suos, Card. Alex. in c. cum autem, dist. 44. & in c. si
quis, distinct. 58. Capic. decis. 3. numer. 8. & locare
36 possunt possessionem sicut habentes titulum. cap. ve-
stra. locat. cap. vlt. ne prælat. vic. suas, nam liberam
37 habent † administrationem, e. relatio, &c. qui plures,
24. quæst. 1. cap. cum nobis olim, de elect. Cald. cons.
3. & 8. locat. Roman. cons. 350. Oldr. cons. 130. Re-
buff. in prax. tit. de Commend. numer. 62. & possunt
38 præsentare † sicut titulares, Arch. in cap. nemo, de
elect. lib. 6. & eligere, & conferre, Pauin. in tract. de
offic. & potest. capit. Sed. vacan. in 3. quæst. 2. part. col. 4.
39 & qui habet Commendam dicitur habere titulum † ca-
nonicum. Ioan. Monach. in cap. nemo. de elect. lib. 6.
Arch. in cap. si propter, in fi. de rescr. lib. 6. Feder. de
Sen. de permut. benefic. quæst. 15. Mil. in verb. benefi-
cium. §. 25. Guid. Papa decis. 152. Rebuff. de pacif. poss.
num. 35. Mandos. in reg. 30. Cancell. quæst. 3. nume. 2.
communis teste Alphons. Hoied. de incompa. benefic.
part. 1. quæst. 24. numer. 6. dicentes hi vltimi, scilicet
Rebuff. & Mandos. quod hodie semper fiunt commendæ
40 in perpetuum † ad vtilitatem commendatariorum, &
41 facta in dubio, interpretantur † perpetua, vt fuit reso-
lutum in Rot. in vna Salamantin. coram Crescentio 28.
Iunij 1538. Hoied. c. 14. nume. 9. nam actus, qui certo
42 spatio temporis non concluditur, † perpetuus reputa-
tur, l. iurisperitos, in principio, & ibi Bart. ff. de ex-
cus. tutor. in l. de pupillo. §. siquis ipsi prætori. ff. de
ope. no. nu. bonus text. in l. seruus. C. de pœnis, cap.
si gratiose. de rescr. lib. 5. Fed. de Sen. cons. 32. colum.
penult. Alex. cons. 216. colum. vlt. lib. 5. Dec. cons. 472.
colum. 3. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 22. n. 5.
43 nam sicuti dispositio generaliter prolata de rebus † vel
personis generaliter est intelligenda. l. 1. §. & genera-
liter. ff. de leg. præstan. ita respectu temporis, vt dis-
positio generaliter idest in perpetuum intelligatur, nam
valet † argumentum de personis & rebus ad tempus l.
44 miles ita §. & quia diximus, vbi Bart. ff. de testam. mi-
45 lit. Ex quo alias consului indulgentiam concessam † ta-
li die absque alia restrictiua esse perpetuam vt in termi-
nis etiam respondit Card. Paris. cons. 14. vol. 4. ex reg.
Cancel. 57. de indulgent. Nam quando Papa vult illas
dare per vnum annum duntaxat, hoc exprimit, & hunc
esse communem stylum attestatur Card. Paris. dict. cons.
24. num. 8.
Quintò Dubitatur, An si resignatio beneficij sit facta
cum reseruatione pensionis, regressus, accessus &c. sit
46 publicanda? communis omnium Doctorum † sententia
est affirmatiua, à qua nullus discrepat; & probatur
apertè in dictis constitutionibus Pij V. & Gregorij
XIII. namque eadem viget ratio fraudis in hac resigna-
tione conditionali, iuxta ea, quæ dicta sunt suprà in ter-
tio dubio.
Sextò dubitatur, An resignatio facta in Curia in fa-
uorem N. qui N. resignatarius obtinuit gratiam in for-
47 ma dignum debeat publicari? & dubium faciebat, quia
examen faciendum per Ordinarium, vt requiritur, est
loco publicationis, ex illo enim actu satis constat eum
esse rectorem, vnde alia non deberet requiri publicatio
iuxta ea, quæ egregiè scribit Card. Paris. cons. 39. col.
vlt. vol. 4. In contrarium tamen se habet veritas, vt
etiam huiusmodi resignatio sit publicanda, secundum
quam opinionem conclusit Rota in vna Calaguritan. die
Lunæ 10. Aprilis 1581. coram R. P. D. Blanchetto, vt
habetur lib. 2. decis. 286. quod probatur ex generalita-
te, & verbis prægnantibus positis in dicta constitutione
Gregorij XIII.
Septimò dubitatur, An si quis resignet beneficium,
quia illud non vult amplius, & summus Pontifex, in cu-
ius manibus fit renunciatio, aut Ordinarius, si fiat co-
ram ipso, conferat dictum beneficium, teneatur ille,
cui collatum est prædictum beneficium simpliciter resi-
gnatum, publicare? Aliqui tenuerunt quòd non, quia
hoc casu nulla potest cadere præsumptio fraudis, vnde
cessante † ratione cessat dispositio. l. adire §. quamuis 48
de iurpatronat. In contrarium tamen est veritas, vt 49
teneatur publicare, secundum quam opinionem conclu-
sit Rota in vna Sabin. beneficiorum coram R. P. D. Gip-
sio 5. Martij 1586. namque clarissimè comprehenditur
hic casus in constitutione Gregorij XIII. quæ hodie
attenditur, & quamuis cesset vnum caput fraudis, viget
aliud, vnde in eo sustinetur publicatio. §. affinitatis In-
stit. de Nupt.
Amplia hanc conclusionem procedere etiam si fuit
facta dicto modo resignatio coram Ordinario, qui non
prouidit infra tempus sibi concessum a canonibus, ita
vt collatio fuerit † deuoluta ad Sedem Apostolicam, à 50
qua N. illud impetrauit, nam iste tenetur publicare, vt
fuit resolutum in dicta Sab. beneficiorum 5. Martij 1586.
coram Gipsio, & hunc casum nota, quia plures deci-
piuntur, & sic ex mente Rotæ in dicta constitutione
etiam si de beneficijs simpliciter resignatis nemini
prouisum fuerit: namque verba sunt generalia, & vi-
get ratio fraudis, nam si resignans moriatur in mense
Ordinarij, ipse vtique de beneficio non reseruato dis-
ponet, & si in mense Apostolico tanquam de benefi-
cio in manibus suis resignato propterea factum resi-
gnantis & actum illius beneficij dimissionis non colla-
tionem respexit, quia disponit vt resignationes publi-
centur.
Octauò Dubitatur, An cessio iuris quod in beneficio
cedens habet † sit publicanda, Sarnen. de publican. quæ- 51
stio. vigesima tenet, quòd non, & loquitur inspecto
tempore regulæ Cancellariæ, & monetur, quia regula
loquitur de beneficio possesso per resignantem in cu-
ius publicatione iura nullo pacto verificari possunt,
vnde cum cessat ratio cessat regula, cap. cum cessante
de appell.
Contrariam tamen opinionem, quòd cessio iuris
etiam sit publicanda, inspecta regula Cancellariæ, te-
nuit Rebuff. in dict. reg. gl. 3. num. 11. & mouetur, quia
eadem ratio militat in resignante ius, quæ in resignante
beneficium, nam renunciando iuri videtur † renunciare 52
beneficio. cap. 2. cap. super hoc de renunc. qui enim † 53
actionem ad rem habet, ipsam rem habere videtur, l.
qui actionem. ff. de reg. iur. & hanc posteriorem sen-
tentiam videtur tenuisse Rot. in vna Salamantin. paro-
chialis de Campo, coram Achil. de Grassis 5. Martij &
20. Nouembris 1540. & 5. Iunij 1550. in qua fuit ten-
tum, regulam de publican. habere locum in eo, qui ob-
tinuit tres sententias, & exequutoriales, & ante adep-
tam possessionem resignauit vigore exequutorialium in
fauorem N. & postea fuit adeptus possessionem, teste
Put. decis. 290. lib. 3. vbi num. 3. respondet ad dictum
Sam. & iterum 15. Ianuarij 1563. coram Aldobrandino
teste Caputaq. decis. 85. lib. 1. in manuscr. quia militat
eadem ratio fraudis, & hodie hæc † sententia non ha- 54
bet difficultatem, vt cessio iuris super beneficio sit pu-
blicanda, vt clarè exprimitur in dicta constitutione 182.
Pij V. ibi: *Quod quæcumque dictorum beneficiorum resi-
gnationes, aut iurium cessiones, &c.* & in dicta consti-
tutione 87. Gregorij XIII. ibi: *Nec non litis & iurium
quorumcumque cessiones, &c.* quod suadetur ratione nam
sicut in donatione reali excedente summam 500. Duca-

Digitized by Google

55 torum requiritur insinuatio,† quæ se habet ad instar pu-
blicationis, ita quoque in renunciatione iuris quæsiti
56 requiritur etiam † insinuatio, vt latè concludit Barbat.
cons. 41. in 16. & 17. colum. lib. 1. cum ita præiudice-
tur creditoribus per clandestinas donationes iurium,
seu actionum, sicuti per donationes rerum, nam qui
actionem habet, rem habere videtur, l. qui actionem. ff.
de reg. iur. ita & in casu nostro.
57 Et sicuti † dispositio Clem. vlt. de procur. quæ lo-
58 quitur in morte naturali, procedit in morte ciuili † id
est in renunciatione, vt fuit pluries resolutum in Rota, & hæc sententia procedit, non solùm quando fuit facta resignatio de beneficio, sed etiam si de iure quæsito facta fuerit, vt fuit resolutum in vna Oxomen. Archidiaconatus coram Sarnen. die 14. Decembris 1537. pro Roderico Lopez, nam idem effectus resultat, quia sicuti per renunciationem beneficij censetur reuocatus procurator, etiam quoad incœpta, ita & per resignationem iuris. Sic ergo erit in casu nostro.

Et Decisio facta in vna Pampilonen. coram R. P. D. Pamphilio Auditore Rotæ Doctissimo 5. Nouembris 1584. vt non requiratur publicatio in cessione iuris super beneficio, & sufficiat illam facere coram Audito-
59 re, fuit declarata procedere, si huiusmodi † cessio fiat
ad fauorem possessoris, vel constet de validitate tituli antiqui aliter quam per cessionem in vna Tuden. parochialis, 10. Iunij 1587. coram R. P. D. Seraphino Auditore Rotæ Doctiss.

Lib. 11. quæst. 5. num. 34. Ibi, Commendæ nostri temporis, æquiparantur titulis.

NOn tamen in vno casu, videlicet in forma impetrationis beneficij mortuo possessore. Etenim si defunctus possessor erat titularius beneficij, vacat verè illud & impetratur vti vacans per eius obitum. Sin verò commendatarius existebat, cessat quidem commenda per eius obitum, sed beneficium vacat eo modo (quisquis illic fuerit) & eodem impetratur modo (¶) vacandi, quo antè cómendā ipsam vacabat. Quòd si nunquam beneficium seculare, seculari; vel regulare, regulari collatum: sed seculare regulari, aut regulare seculari personæ, commendatum fuerit, tunc (huiusmodi commenda quouismodo cessante) beneficium, & à primeua illius erectione vacauisse, & tanquàm sic vacans impetrari posse, dicendum erit. Aliam differentiam ponit Carondas libr. 1. pandectarum iuris Gallici cap. 10. pag. 87. Tu nihilominus vide Petrum Gregorium in enarratione ad titulum de rescript. libr. 1. cap. 17. num. 5. & 6. (¶) Contrarium est verius, vt vacet & impetrari debeat per obitum commendatarij.

Eadem quæst. numer. 47. Ibi, Vt etiam huiusmodi resignatio sit publicanda.

VIt tamen est, vt breui, huiusmodi constitutionis forma, in Gallia admittatur: cum (vt iàm suprà non semèl tetigimus) regula Cancellariæ Apostolicæ, de publicandis resignationibus, ibidem, tanquàm lex Regni recepta obseruetur, Nec proindè morte Papæ expiret, vt etiam sentire videtur Rebuffus, eadem regula, glosa 10. n. 21. Quòd si tandem hoc (vt scilicet eidem constitutioni locus sit) eueniet; valete tunc Rebuffi, valete Gomesij, valete Molinei, valete denique aliorum, in dictam regulam doctissimi, & elaboratissimi commentarij, & Flaminio Parisio cedite.

Eadem quæst. num. 51. Ibi, An cessio iuris, quod in beneficio cedens habet, sit publicanda.

HAnc quæstionem mouendo Parisius, nostram sententiam (qua initio huius operis, nimirùm lib. 1. quæst, 1. num. 71. cessionem à resignatione, quoad praxim distingui, firmiter sustinuimus) confirmare videtur. Cum iam antea, de resignatione beneficij (ea scilicet an publicari debeat) etiam quæsierit Quibus suffragantur tradita per Quintilianum Mandosium in praxi signaturæ gratiæ, tit. cessiones, versic. cessiones an à resignationibus.

num. 51. Quod cessio iuris etiam sit publicanda.

¶ LImita non procedere, vbi cessio iuris fit ad fauorem possessoris, vel constat de validitate tituli antiqui, vt de cessione facta coram auditore Rotæ ait Auctor in fine quæstionis: in primo enim casu non potest cedens in possessione decedere, quod tamen requiritur vt locus sit regulæ: Secundo vero casu, cum non habuerit ius, non potest vacare per eius obitum.

QVÆSTIO VI.

Quamodo sit facienda publicatio; Coram quo; Cum quibus; Vbi; Quando; Per quem; & ponitur forma.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio beneficij vbi sit facienda.*
2 *In loco beneficij debet fieri publicatio.*
3 *Per publicationem in loco beneficij, prouisio Ordinario collatori fit nota.*
4 *Qua ratione assignetur maius tempus, in publicatione facienda de beneficio resignato extrà Curiam.*
5 *Tempore quo publicatio requirebatur per Reg. Cancellariæ sufficiebat publicare in quocumque loco beneficij resignati.*
6 *In Cœmeterio an sufficiat publicare.*
7 *Publicatio hodie est facienda in Ecclesia beneficij resignati.*
8 *Si Ecclesia beneficij resignati est ruralis, & cura ac conuentu careat, debet fieri publicatio in parochia viciniori.*
9 *Si beneficium resignatum est in Cathedrali, sufficit ibi publicare.*
10 *Si Ecclesia resignata est exempta, sufficit ibi publicare.*
11 *Sufficit Ecclesiam habere conuentum, vel populum, vt ibi publicatio possit fieri.*
12 *Tutiùs est actum facere in pluribus locis.*
13 *Publicatio est facienda dum frequens populus ad missarum solennia conuenit.*
14 *Frequens populus quando interueniat in Ecclesia.*
15 *Publicare quid sit.*
16 *Factum publicum, quod dicatur.*
17 *Quod fit intra Missarum solennia, dicitur publicum.*
18 *Publicatio facta in Choro coram Canonicis, est nulla.*
19 *Dictio in, intrinsecitatem importat.*
20 *Quod fit in portico, non dicitur factum in domo.*
21 *Publicatio facta in porta Ecclesiæ, est valida.*
22 *Quod conformat rationi, consonat Constitutioni.*
23 *Ratio ita disponit, vt lex.*
24 *Publicatio potest fieri post prandium, cum celebrantur diuina Officia cum frequentia, vel praedicatura*
25 *Publicatio an possit fieri qualibet die.*
26 *Publicatio debet fieri diebus solennibus.*
27 *Diebus festiuis omnes tenentur accedere ad Ecclesiam.*
28 *In publicatione exhibendæ sunt literæ Apostolicæ, aut earum transumptum authenticum, & numer. 43.*
29 *Publicatio facta cum relatione ad librum Registri Romanæ Curiæ, nulla.*
30 *Supplicatio registrata non semper continet consensum resignantis.*
31 *Lex intelligitur de actu perfecto.*
32 *Publicatio non potest fieri literis non expeditis.*
33 *Attenta Constitutione Pij V. de publican. potest fieri publicatio non expeditis literis.*
34 *Scriptura debet esse authentica.*
35 *Scriptura dicitur publica tribus modis.*

36 *Transamptum authenticum, quod dicatur,*
37 *Transumptum idem quod copia.*
38 *Transumptum probat, vt originale.*
39 *Paplicatio non valet facta cum copio literarum collatiatata.*
40 *Copia collationata, non est transumptum.*
41 *An publicatio facta cum processu fulminato valeat.*
42 *Litera an debeant legi in publicatione, & numero sequenti.*
44 *Publicatio facta cum scriptura authentica in qua fiat mentio literarum, non valet.*
45 *Publicatio facta cum breui restitutionis, est valida.*
46 *Notario asserenti fecisse publicationem cum literis, credendum est.*
47 *De non publicatione constat, probando literas tunc temporis non potuisse ibi esse.*
48 *Impedimenta excusant à publicatione.*
49 *Qualitas resignationis, & beneficij resignati est in publicatione exprimenda.*
50 *Palàm quod dicatur fieri.*
51 *Relatio Notary se publicasse iuxtà formam Constitutionis Gregory, absque alia qualitate, reddit actum validum, & num. 59. & 63.*
52 *Relatio Nuntij dicentis se citasse iuxta, &c. sufficit.*
53 *Publicatio est valida, quamuis fuerit erratum in nomine, vel cognomine resignantis, vel resignatarij.*
54 *Error in officio, si ex circunstantijs constat de persona non nocet.*
55 *Error in nomine non vitiat.*
56 *In publicatione exemplum afficitur valuis Ecclesiæ.*
57 *Præsumptio vt actus valet.*
58 *Publicatio non est bona, si Notarius non attestetur affixisse copiam literarum valuis Ecclesiæ.*
59 *Si Notarius dixit legi & publicaui hoc casu pro affixione præsumitur.*
60 *Instrumentum publicationis est conficiendum.*
61 *Notarius habens conficere instrumentum, debet rogari.*
62 *Forma instrumenti publicationis.*
63 *Rota sustinuit aliquando instrumenta quæ qualitates exactè non refferebant.*
64 *Relatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus.*
65 *Notario creditur circa publicationem.*
66 *Instrumentum, si non est in forma probanti, non probat.*
67 *Nomina testium in instrumento debent exprimi.*
68 *Ex duobus Notarijs rogatis, non suppletur numerus testium requisitus in instrumentis.*
69 *Testes in instrumenta publicationis, an debeant dicere literas authenticas.*
70 *Notarius non potest testari de acta præterito.*
71 *Dicenti resignationem non esse publicatam, incumbit onus probandi.*
72 *Per adeptionem possessionis non satis fit Constitutioni Greg. de publicandis, & num. 69.*
73 *Publicatio debet esse populosa.*
74 *Petitio possessionis non suffragatur resignatario non publicanti.*
75 *Publicatio differt à petitione possessionis.*
76 *Regula de annali non suffragatur non publicanti, & numero 91.*
77 *Continuatio possessionis æquipollet publicationi contra numero 90.*
78 *Quando forma respicit certum actum, potest per æquipollens adimpleri, num. 86.*
79 *Diligentia capiendi possessionem, quid prosit.*
80 *Non publicans, non potest capere beneficium, vigore aliarum clausularum, & num. 120.*
81 *Etiam si resignatio nota sit populo, est facienda publicatio.*
82 *Notorium relevat ab onere probandi.*
83 *Quotiès probatio requiritur pro forma, Notorium non releuat.*
84 *Gerens se notoriè pro Rectore, non acquirit ius.*
85 *Constitutio Pij V. de publicandis potest adimpleri per æquipollens.*
86 *Forma respiciens aliquem effectum potest adimpleri per æquipollens.*
87 *Constitutio Gregor. XIII. de publicandis specificè est adimplenda.*
88 *Matthæi Contarelli laudes.*
89 *Adeptio possessionis cum continuatione alicuius temporis non excusat sufficienter resignatarium à publicatione.*
90 *Continuatio possessionis per annum non suffragatur resignatarijs vt careat pœnam impositam ob non publicationem.*
91 *Possessio annalis ad multa prodest.*
92 *Triennalis possessio non suffragatur non publicanti.*
93 *Non habens ius, non iuuatur regula de triennali.*
94 *Præsumpta, & tacita retrocessiones, non suffragantur non publicantibus.*
95 *Non publicans, non potest iuuari allegatione Lapi.*
96 *Allegatio Lapi 89. quid disponat.*
97 *Rota ad triennium reduxit allegationem Lapi.*
98 *Titulus ex triennio præsumitur.*
99 *Noua prouisio ex triennio præsumitur.*
100 *Dispensatio præsumitur, ex triennio.*
101 *Allegatio Lapi operatur, vt quis non teneatur iustificare dispensationem obtentam.*
102 *Probatio in contrarium non admittitur contra allegationem Lapi.*
103 *Possessio triennalis, de qua in allegatione Lapi, debet esse pacifica.*
104 *Possessio, de qua in allegatione Lapi per quam probanda sit.*
105 *Quomodo probetur quem decessisse in possessione.*
106 *Non est locus allegationi Lapi, si non moriatur in possessione.*
107 *Non est locus allegationi Lapi per continuationem possessionis, ex reseruatione fructuum.*
108 *In spolio, non habet locum allegatio Lapi.*
109 *Spolians suum spoliatorem, potest vti allegatione Lapi.*
110 *Agens ad regressum, an possit vti allegatione Lapi.*
111 *Consensus abdicat ius in resignatione.*
112 *Possessio decennalis non suffragatur non publicanti.*
113 *Noua prouisio Papæ non habet vim publicationis.*
114 *Noua prouisio quid faciat.*
115 *Tempore regulæ Cancellariæ de publicandis noua prouisio æquipollebat publicationi.*
116 *Noua prouisio nulla nihil operatur.*
117 *Nullum quod est non producit effectum.*
118 *Nullum non est considerabile.*
119 *Noua prouisio publicata in resignatione prodest.*
120 *Resignatarius qui non publicauit intra tempus statutum non potest capere beneficium resignatum vacans per clausulas generales*, vel alio quouis modo vacet, &c.
121 *Clausula quouis modo, quam vacationem capita.*
122 *Publicatio potest fieri per procuratorem.*
123 *Actus gesti per procuratorem, & dominum æquiparantur.*
124 *Dominus videtur publicare tempore, quo procurator id fecit.*
125 *Procurator, ad publicandam debet habere speciale mandatum.*

SExtò Quæro, & vbi quomodo sit facienda publicatio beneficij resignati. Plures antiquitus fuerunt opiniones, quas omnes ponit Glossator † in g regul. Cancellariæ de publican.

Prima, quòd sufficiat publicare coram Notario, & testibus, si sit in Curia resignans.

Secunda, quòd sufficit in Cancellaria, vel Camera, sicuti dicimus de reuocatione mandati.

Digitized by Google

Tertia, sufficere resignationem alta voce in Au-
dientia contradictarum, quando adest populi multitu-
do, publicare.
Has tamen sententias rectè confutat Samen. in dict.
reg. de publican. quæst. 9. quia per publicationem fa-
ctam his supra dictis modis non occurritur fraudibus,
quæ ex occultis resignationibus proueniunt, vt ipse
pluribus verbis ostendit. Ideo communis omnium sen-
2 tentia est publicationem † esse faciendam in loco be-
neficij, tam si resignans sit io Curia, quam extra, tam si
cessio fiat coram Summo Pontifice, quàm si fiat coram
Ordinario Roman. cons. 433. Abba. cons. 99. libr. 1.
Corn. cons. 137. lib. 3. Dec. cons. 160. in 3. dub. vers.
sed in his. Sam. dict. quæst. 9. colum. 3. Rebuff. in prax.
tit. reg. de publican. Gl. 9. Card. Paris. cons. 39. volu.
4. Port. Imol. cons. 18. numer. 6. lib. 1. Augusti. decis.
347. lib. 3. & fuit dictum in vna Maioricen. coram Ioan.
Paulo. teste Ant. August. d. decis. 347. lib. 3. in manuscr.
Idque probatur expresse in dicta regula Cancellariæ,
ibi: *Vbi dicta beneficia consistunt, &c.* ac etiam in di-
ctis Constitutionibus Pij V. & Gregorij XIII. & est ra-
tio, quia per publicationem factam in dicto loco, pro-
3 uisio Ordinario † Collatori fit nota, ex quo cessat, quod
considerant, Roman. dict. cons. 433. sub nume. 1. Cas-
sad. decis. 21. num. 2. super regul. Cancell. & innotes-
cit omnibus, ius amplius non competere resignanti,
sed resignatario. Et populus recognoscit suum pasto-
rem, habentque pro vero beneficiato, quem habere
debent, vt probauit Rot. in vna Astoricen. parochialis,
4 & hinc est, quod maius tempus assignatur † in publi-
catione resignationis factæ extra Curiam, Accoram-
bon. decis. 126. in manuscript.
Dubium tamen est, in quo loco beneficij resignatio
sit facienda? Tempore regulæ Cancellariæ de publican.
quia ibi hoc non exprimitur, erat dubium, & commu-
5 nis opinio tenebat † sufficere publicare in quocumque
loco beneficij, vt colligitur ex Gem. cons. 75. in cau-
sa, in fi. Abb. dict. cons. 99. & tradunt Sam. dict. q. 9.
colum. 3. vers. & ideo. Rebuff. Gloss. 9. vers. & noto,
6 scilicet in Ecclesia † Cœmiterio & alio loco, & Sam.
loc. cit. colum. 4. & 5. add. in simplicib. sufficere pu-
blicare quomodocumque: in Curatis, in loco parro-
chiæ: in dignitatibus, in loco dignitatis & in Ecclesia
solemni.
Hodiè autem hoc est clarum namque in dicta Con-
stitutione Pij V. 182. hæc verba habentur, *In Ecclesia
ipsius beneficij, ac etiam in Cathedrali, vel Metropolita-
na, vel alia superiore Ecclesia, cui beneficium ipsum resi-
gnatum, vel cessum immediatè subest, si quidem benefi-
cium extra Cathedralem situm sit, vel fuerit, si verò bene-
ficium huiusmodi in Cathedrali, vel alia superiori Eccle-
sia extiterit, in ipsa sola, dum inibi populi multitudo ad
Diuina audienda conuenerit, publice, alta & intelligibili
voce, ita quod ad omnium in eadem Ecclesia præsentium
notitiam verisimiliter peruenire possit per ipsos resignan-
tes, vel cedentes, aut resignatarios, vel cessionarios, vel
aliam, seu alios eorum nomine publicentur, &c.* & in di-
cta Constitutione Gregorij XIII. 87. quæ hodie serua-
tur, hæc verba habentur. *Ipsa autem publicatio in Ca-
thedrali, vel in beneficij Ecclesia, vel Ecclesiis, si in pluri-
bus illud sit, fiat vbique, vbi frequens populus ad Missa-
rum solemnia conuenerit, palam omnibus litteræ Apostolica
prædicta, earumue transumptum authenticum exhibea-
tur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio
huiusmodi, ac beneficij qualitas, & inuocatio, nomina-
que, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius in
cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncietur,
vt hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium
verisimiliter peruenire, scriptoque de his omnibus exem-
plo collato valuis Ecclesiarum affixum relinquatur. Si verò
Ecclesia beneficij ruralis sit, aut populo, conuentuque ca-
reat, eo casu in parochiali, intra cuius parochiæ limites
beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali Ecclesia, &c.*
Ex qua Constit. Gregorij, quæ hodie seruatur, Primo
7 colligitur, publicationem † esse faciendam in Ecclesia
beneficii resignati, vel Ecclesiis, si illud in pluribus
sit, & in Cathedrali, & ratio est, quia hoc casu obuia-
tur fraudibus prouenientibus ex rationibus supra posi-
tis, & hæc conclusio procedit, si beneficium requirit
residentiam, vel habet curam, si autem fuerit rurale, &
populo, conuentuque careat, debet fieri † publicatio 8
in parochiali, intra cuius limites beneficium consistit,
& in Cathedrali, si vero beneficium est in ipsa † Ca- 9
thedrali, sufficit ibi duntaxat publicationem facere, &
ita practicatur huiusmodi Constitutio.
Si verò Ecclesia resignata † est nullius diœcesis, Con- 10
stitutio non exprimit, an sufficiat ibi tantum publica-
tionem facere, & ego in facti contingentia consului pro
affirmatiua ex verbis positis in Constitutione Pij V.
*In Metropolitana vel Cathedrali aut alia superiori Eccle-
sia, cui beneficium ipsum resignatum vel cessum immediatè
subest, &c.* Quod declaro procedere, vbi illa Ecclesia
habet curam animarum & populum, vt ibi multitudo
ad Missarum solemnia possit conuenire, vt ratio ipsius
Constitutionis habeat locum, vt resignatio, seu cessio
innotescat.
Et alias fui interrogatus, An sufficiat Ecclesiam ha-
bere populum, vel conuentum, vt publicatio ibi sit fa-
cienda, & in Cathedrali, & non in parochiali, intra
cuius parochiæ limites consistit, & ego respondi, alter-
utrum sufficere, vel populum, vel conuentum, † nam 11
vtroque modo resignatio innotescit, & verificatur ra-
tio Constitutionis, & hanc opinionem approbarunt
quam plures Doctissimi viri, sed ad tollendos scrupulos,
& ad maiorem securitatem, cum fuisset mihi commen-
datum à S. D. N. Clemen. VIII. insigne Monasterium
Sanctæ Mariæ Fontis Laureati, Ordinis Cistercien.
Tropien. diœcesis vacans per cessionem, mandaui meis
procuratoribus faciendam publicationem in Ecclesia
Abbatiæ, vbi est conuentus, non tamen cura animarum
& in terra Fluminis frigidi in parochia viciniori, & in
Cathedrali Ecclesiæ Tropien. cum ex sententia Doctis-
simorum teneret eam facere duntaxat in Abbatia, &
in Cathedrali, vt alias fuit pluriès obseruatum, tutior
ergo erit illam † facere in pluribus locis, vt in simili 12
scribit Bonincont. tract. de app. §. 4. num. 4.
Secundò colligitur, publicationem esse faciendam,
dum frequens populus † ad Missarum solemnia conue- 13
nit, idest diebus festiuis † & solemnibus in Missa, & 14
dum celebrantur alia Diuina & tempore prædicationis
Gemin. cons. 75. colum. 2. Rebuff. in loc. cit. Gloss. 9.
in fin. Cardin. Paris. cons. 39. nume. 33. volum. 4. Put.
decis. 349. lib. 1. facit Gl. in Clem. in verb. ad Diuina,
de for. comp. & in Clem. causam, super verbo solem-
nitati, de elect. & ita voluit Rot. in vna Virdunen. Ca-
nonicatus veneris 12. Maii 1589. coram Gipsio, quia
publicare non est aliud, nisi publicè. † & palam ali- 15
quid facere leg. sed si pupillus. §. præscribere. ff. de tri-
bu. in actibus, in quibus populus loci interuenit. Gem.
d. cõs. 75. col. 2. & hoc dicitur † factũ publicũ, Paris. cõs. 16
34. n. 9. vol. 3. & publicum dicitur, quod fit intra Missa-
rum solemnia. Gl. in Cleme. 1. verb. † publicè, de se- 17
pult. Samen. de public. quæst. 9. colum. penult. vers.
tertius casus, vbi declarat hoc dictum, si fiat publica-
tio solemnis. Et tunc præsumitur negotium peruenire
ad omnium notitiam, ad quos spectat. Bart. & alii in l.
si tutor. C. de peric. tutor. Put decis. 288. numer. 2. lib.
3. Card. Zabar. in Clement. vnic. in 7. not. de concess.
præbend.
Vnde facta in choro coram † canonicis, & presby- 18
teris dumtaxat est nulla, vt fuit resolutum in vna Tar-
rentin. Canonicatus, veneris 12. Maii 1589. coram R.
P. D. Orano.
Dubium rursus est, An satisfiat constitutioni, si pu-
blicatio fuerit facta io porta Ecclesiæ, dum celebratur
Missa in diebus festiuis, & solemnibus? Pro negatiua
facit, nam Constitutio dicit, In beneficij Ecclesia, &
Cathedrali, &c. Dictio namque *in*, † intrinsecitatem im- 19
portat, & exigit. Bart. Bald. & omnes in l. Gall. §. ille ca-
sus, ff. de posth. vbi post alios Ale. num. 5. Ias. num. 21.

Digitized by Google

Fel. in cap. tertio loco. de præsum. colum. 2, Alexand. cons. 113. lib. 1. cum aliis, vt per Card. Paris. cons. 266. num. 22. volum. 4. vbi nume. 23. ex prædictis Doctori-
20 bus dicit, quòd si aliquid fiat in porticu domus, † seu ostio extra clausuram, vel in scalis, illud non dicitur factum in domo propter dictam dictionem, & Constitutio præcisè est seruanda, ergo, &c.
21 Pro affirmatiua † tamen resoluit Rota in vna Hippogerieo. coram R. P. D. Bubalo, 16. Maij 1588. namque per dictam publicationem res iam innotescit, & sic cum satisfiat, & obuietur rationibus fraudis suprà ad-
22 ductis videtur etiam satisfactum † Constitutioni. Bald. in cap. dilectus filius, colum. 1. de rescr. Dec. cons. 284. colum. 2, egregiè Bar. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & in l. regulam. vers. & liceat. ff. de iur. & fact. ignor. Card. Paris. in l. is potest. numer. 12. ff. de
23 acquir. possess. nam ratio † ita disponit, sicuti & lex, Craoett. cons. 183. colum. 2. Rim. Iun. in princ. Instit. de donat. num. 625. Paris. cons. 83. num. 21. volum. 3. & cons. 69. num. 3. vol. 4.

Tutiùs tamen erit ipsam publicationem facere intùs Ecclesiam, in aliquo loco apto, & ita vidi pluriès seruari in praxi, & in corpore ipsius Ecclesiæ, vt scribit in terminis Gem. d. cons. 75. colum. vlt. vers. item aduertatur, vbi dicit, quòd si lex requirat publicationem in Ecclesia, sufficit illam facere in corpore, si in loco beneficij, in oppido, villa, &c.

Secundum dubium est, An sufficiat publicationem facere in Ecclesia post prandium? Pro negatiua facit, quia Constitutio requirit illam tempore, quo celebratur Missa, ergo post prandium non potest fieri. Affirmatiua tamen opinio est verior, & in praxi recepta, sic tunc celebrantur diuina officia solemniter, cum fre-
24 quentia † populi, vel cum tali frequentia prædicetur, hoc enim casu satisfit rationibus Constitutionis, quamuis non satisfiat verbis, Bart. in d. l. cum pater, §. dulcissimi, ff. de leg. 2. cum aliis, vt supra dictum est. Tutiùs tamen est illam facere inter Missarum solemnia, vt euitentur lites, quæ possent oriri ex impetrationibus certo modo.
25 Tertium est dubium, † An qualibet die possit fieri huiusmodi publicatio in Ecclesia? Pro affirmatiua facit, quia inquit Constitutio. Quando Missarum solemnia celebrantur, quæ qualibet die celebrantur, ergo in vnaquaque die poterit fieri publicatio. In contrarium tamen est communis, & recepta sententia, & de stylo,
26 vt publicatio debeat fieri dumtaxat † festiuis diebus & solemnibus, Tum quia inquit Constitutio, Quando frequens populus ad Missarum solemnia conuenerit, quod accidit, vt experientia docet, diebus festiuis, & solemnibus. Namque omnes tàm viri, quàm mulieres, tam sæculares, quàm Ecclesiastici tenentur ad orandum, &
27 assistendum sacerdoti pro nobis oranti in Missa † in diebus festiuis. Nauar. c. de orat. num. 18. Paludanus in 4. dist. 25. quæst. 5. colum. 2. & communiter alij tum etiam quia tunc obuiatur fraudibus, quod est principale intentum Constitutionis, vt supra dixi.

Si autem constabit, multitudinem populi ad Diuina audienda conuenisse, etiam diebus non festiuis publicatio facta tunc valebit, quia satisfit verbis Constitutionis, & rationi, vt expressè colligitur ex eius lectura.

Tertiò colligitur, in publicatione resignationis ex-
28 hibendas esse literas † Apostol. ipsius resignationis, aut earum transumptum authenticum. Ex quo Primò infertur, non esse satisfactum dictæ Constitutioni per
29 publicationem factam à Notario cum relatione † ad librum registri Romanæ Curiæ, ita fuit in simili tentum circa Constitutionem Pij V. in vna Calaguritan. Prioratus, 10. Octobris 1580. coram R. P. D. Blanchetto, in qua fuit resolutum, per publicationem factam cum
30 supplicatione † registrata non esse satisfactum, nam supplicatio registrata continet tantum commissionem resignationis, non autem semper consensum resignantis, sine quo resignatio est imperfecta, & Constitutio man-

dans publicandas resignationes intelligit † de perfectis, 31
alias aperiretur via fraudibus, quæ etiam decisio fuit confirmata 4. Nouembris 1580. coram eodem in eadem causa.

Secundò infertur, literis non expeditis non posse † 32
fieri publicationem, nam si Constitutio vult, vt illæ exhibeantur, vel earum transumptum, ergo ante illarum expeditionem non poterit publicari resignatio quod etiam exprimitur in proœmio dictæ Constitutionis Gregorij, ibi: *Publicare debeat cum literis Apostolicis desuper confectis, &c.* vnde non habet dubium, & est valde notandum, nam Rota circa Constitutionem Pij V. cum de hoc dubitaretur, censuit, † & resoluit pu- 33
blicationem posse fieri literis non expeditis in dicta Calaguritan. 10. Octobr. 1580. coram R. P. D. Blanchetto, & ex ratione, quia hoc ibi non exprimebatur ergo neque, &c. argum. eorum, quæ scribit Cassad. decis. 22. super reg. Sarn. in proœmio seati. §. vlt. numer. 7. Hodie autem secùs est.

Tertiò infertur non esse satisfactum Constitutioni, si transumptum literarum non sit authenticum; namque † scriptura debet esse authentica, vt per Doctores 34
in authent. si quis in aliquo. C. de eden. & ibi Ias. numer. 1. dicit scripturam dici publicam † tribus modis, 35
& dicitur transumptum authenticum quotiès de verbo
† ad verbum est facta exemplificatio legitimè, vt tradit 36
Ias. d. nume. 1. vers. quædam & secundo nam transumptum † idem est quod copia. Gloss. in leg. 2. ff. de fid. 37
instrument. Rip. in l. admonendi, nume. 147. ff. de iur. Mascard. de probat. conclus. 711. in principio. Et tunc
† probat sicut originale. Gloss. in leg. chirographis, in 38
verbo tutores, vbi Bar. ff. de administ. tut. idem Bar. in leg. 1. §. sed si duobus, in fine, ff. de bono. pos. Purpur. in d. authen. si quis in aliquo, num. 15. C. de eden. communis opinio, teste Mascard. de probat. conclus. 711. num. 17. eoque magis concurrente consuetudine, Crauett. de antiquit. temp. par. 1. §. 1. num. 40. & 41. Neque etiam videtur satisfactum, si facta sit publicatio
cum copia literarum † collationata, vt fuit resolutum 39
in vna Virdunen. Canonicatus, Coram Gipsio, veneris
12. Maij 1589. quia copia collationata † non est tran- 40
sumptum authenticum, vt requirit hæc Constitutio. ad notat. in dict. authent. si quis in aliquo. C. de eden. neque cum relatione ad librum & folium registri in Romana Curia existentis, vt fuit resolutum in dict. Calaguritan. Prioratus, lunæ, 10. Octobris 1580. quia esse aperta via fraudibus.

Dubium tamen est, An videatur satisfactum Constitutioni, si in publicatione à Notario narretur resigna-
tio cum expeditione literarum, & data illarum, † nec 41
non processus fulminati, absque quo ostendantur Bullæ, aut legantur? Pro affirmatiua fuit resolutum in Rota in vna Cumen. Præpositura coram R. P. Bubalo 23.
Maij 1584. nam satis est, authenticam scripturam † ex- 42
hibere, absque quo legatur. Rebuff. dict. regul. de publican. Gloss. 10. Vitallin. in Clement. causam, num. 12. de elect. Et præsumitur, quòd fuerit tunc in manibus Notarij, quod etiam fuerat firmatum in eadem 22. Iunij 1583. coram. R. P. D. Lancelloto, nunc Cardinali Amplissimo. Necessarium tamen est, publicationem facere
† cum literis in manibus, quod non erat determina- 43
tum secundum Constitutionem Pij V. vt fuit dictum in Rota in vna Burgen. Canonicatus veneris, 31. Ianuarij, 1586. coram R. P. D. Gipsio, quia ibi id non legitur.

Secundum dubium est, An sit satisfactum Constitu-
tioni per publicationem factam † cum scriptura authen- 44
tica, in qua fit mentio de literarum expeditione. Videtur dicendum, quòd non quia Constitutio loquitur præcisè, & requirit literas, vel earum transumptum, vnde alia scriptura non sufficiet.

Limita tamen, nisi fuerit scriptura, quæ emanauit à Summo Pontifice, nam tunc sufficere, fuit resolutum in Rota, in vna Monopolitan. coram R. P. D. Bubalo 26. Nouembris 1587. vbi cum esset lapsum tempus publi-

Digitized by Google

45 carionis, resignatarius obtinuit breue † restitutionis,
vt p ssit intra mensem publicare, & cum eo fecit pu-
blicationem, fuit conclusum publicationem esse validā.
46 Et notario † asserēti se fecisse publicationem eum li-
teris resignationis in manibus, credendum est, etiam si
probetur per præsumptiones, literas non potuisse tunc
temporis esse in illo loco. vt fuit conclusum in dict.
Burgen. Canonicatus coram R. P. D. Gipsio die vene-
ris, 31. Ianuarij 1586. quod limitatur non procedere,
quoties concludenter contrarium probetur, quia tunc
Notarius redditur suspectus, & satis † hoc casu constat
47 de non publicatione, vt fuit resolutum in Rota in vna
Oxomen. Scholastriæ veneris, 9. Februarij 1590. coram
R. P. D. Bubalo.
48 Et si non potuit † expedire literas ob impedimen-
tum Sedis vacantis, aut alterius similis, tunc proroga-
tur tempus: & ita stylus obseruat, quod videtur fir-
mare Auriolus Tholosanus, in Apostilla ad Gulliel. de
Montelauduno, in cap. penul. de elect. libr. 6. sequitur
Arnul. Ruz. de iure regal. in 4. priuileg. num. 15. pro-
pe fin. vers. vnum tamen singulare. Rebuff. in prax. de
publican. colum. 7. vers. notandum est, cum per ipsum
non ster. leg. in iure ciuili. ff. de reg. iur. cap. accedens
de procurat. gl. in cap. pastoralis, 7. quæst. 1. Bar. in l.
2. ff. ex quibus caus. maior. & latè dicetur infrà.
Quartò colligitur, quòd clara † & intelligibili voce
49 est exprimenda resignatio, & in cuius fauorem facta
fuerit, ac etiam qualitas, & inuocatio, & nomina, ac
cognomina resignantis, & resignatarij, vt hæc omnia
possint ad notitiam omnium ibi existentium peruenire,
ea ratione, vt dictum est suprà, vt omnibus manifestum
50 sit, & obuietur fraudibus, nam ita palam † fieri dici-
tur, l. sed si pupillus. §. proscribere ff. de tribut. act.
Gem. dict. cons. 75. & optimum esset hæc omnia expri-
mere in instrumento publicationis.
51 Si autem referat † Notarius se publicasse, iuxtà for-
mam Constitutionis Pij V. & Gregorij XIII. licet non
dicat alta, & intelligibili voce, nihilominus videtur
satisfactum Constitutioni, vt fuit per Rot. resolutum
in dicta Burgen. Canonicatus coram R. P. D. Gipsio
10. Decembris 1585. sicuti dicimus sufficere relationem
52 † nuntij, dicentis, se citasse, iuxtà formam sibi tradi-
tam Soc. cons. 56. lib. 4. Et alias fuit dubitatum, an sit
53 nulla publicatio, si fuerit factus error in nomine, † vel in
cognomine resignantis? Negatiue resolutum fuit per
Rot. die lunæ, 1. Februarij 1588. coram R. P. D. Buba-
lo in vna Ippogierien. si ex alijs circunstantijs constat
54 de personæ, nam error in officio, & dignitate cum † ex
circunstantijs constet de identitate personæ resignantis,
non debet nocere. Rot. decis. 16. de rescr. in nou. Sar.
55 reg. de annal. quæst. 31. & † error in pronomine non
vitiat, quando constat de certitudine personæ Docto-
res in l. vlt. C. de hæred instituen. vbi Com. col. 2.
56 Quintò colligitur, † quòd debet affigi in valuis Ec-
clesiæ Exemplum continens ea, quæ dictæ sunt, vt ex-
primitur expressè in hac Constitutione Gregorij, &
hoc vt innotescat, non solum interessentibus tunc in
Ecclesia, sed & alijs, qui venturi ad illam sunt, & de
stylo illud exemplum relinquitur per diem, vel aliquos
dies in valuis Ecclesiæ, praxis est, vt fiat in vno folio
copia literarum, quæ collationata affigatur portæ ma-
iori Ecclesiæ, & ibi relinquatur, & ita vidi pluriès fieri
in Vrbe, nec requiritur quòd exemplum sit authenti-
cum, quia hoc non exprimitur, argumento l. illam C.
de collat. & ita seruat stylus.
Nec etiam requiritur, quòd ibi stet per multos dies,
quia Constitutio dicit tantum, quòd affixum relinqua-
tur ibi, sufficit ergo affigere, & relinquere, & de hoc
solet Notarius attestari in instrumento publicationis,
in quo etiam quandoque vidi descriptum spatio vnius
diei huiusmodi exemplum stetisse in valuis. Super exem-
plo affixo valuis Ecclesiæ, vidi aliquando appositam
quandam paruam chartam, in qua materno sermone
continebatur, & exprimebatur nomen resignantis resi-
gnatarij, & beneficij resignati, quod admodum placet.

Dubium tamen est, an dicatur satisfactum huic Con-
stitutioni, si Notarius dicat legi, & publicaui absque
eo, quòd faciat mentionem de affixione? Pro affirma-
tiua facit primò, quia semper capitur præsumptio, † vt 57
actus valeat. Secundo, quia quoties instrumento expri-
mitur aliquod verbum, quod non bene potest verifica-
ri, nisi aliquid extrinsecum accidat, illud omnino præ-
sumitur interuenisse. Oldrad. cons. 217. Cassan. decis. 4.
de dol. & contum. ideo si dixit affixisse, & publicasse,
debet intelligi, legendo, nec est necesse, vt attestetur
de lectura. Put. decis. 337. lib. 2.
His tamen non † obstantibus contraria opinio est 58
verior, vt non sit satisfactum, quam tenuit Rot. in vna
Iacen. vicariæ coram R. P. D. Plato, nunc Cardinali
Amplissimo, 15. Iunij 1590. namque pro forma tradi-
tur, vt constet de affixione ad valuas, nec potest colli-
gi ex illis verbis legi, & publicaui, Caput. decis. 111.
par. 1. Limita, nisi Notarius dixisset, legi, & publica-
ui, iuxta formam Constitutionis † Gregorij, &c. nam 59
hoc casu videtur satisfactum, & præsumitur pro affixio-
ne, vt fuit dictum in dicta causa, & faciunt tradita per
Tiraquell. de vtroque retract. §. 8. gloss. 7.
Non autem videtur satisfactum Constitutioni, si in
valuis Ecclesiæ, vbi est beneficium, affigatur intimatio,
in qua dicatur renunciationem admissam, vt firmat la-
tè Sar. reg. de publican. quæst. 14. & ratio, quia in casu
Constitutionis vtrumque requiritur.
Et de his omnibus † conficiendum est instrumentum 60
à Notario, cum interuentu duorum testium vt tradit
Rebuff. in prax. reg. de public. gl. 10. num. 3. & nu. 11.
quod & plurièx fuit resolutum, & conclusum in Rota,
& stylus vulgaris docet hanc praxim, vt constet de pu-
blicatione, & est vtile ad plures effectus. Qui Nota-
rius ad hoc debet rogari, † ad not. per Bart. in auth. si 61
quis in aliquo. in 2. oppos. C. de edeo. Lap. alleg. 77.
num. 1. Rota decis. 1. de fid. instrum. Fel. in cap. Albe-
ricus, numer. 5. de restib. Et hoc instrumentum debet
continere omnes qualitates requisitas. Quod instru-
mentum extendit † Notarius à tergo literarum hac ferè 62
forma. Fidem facio retro scriptas literas Apostolicas
expeditas in fauorem N. iuxta ipsarum seriem & teno-
rem cum nominibus & cognominibus Resignantis, &
Resignatarij ac denominatione, & qualitate beneficij
claræ & intelligibili voce sub die 28. Nouembris 1591.
in ipsa Ecclesia ac in Cathedrali, dum frequens popu-
lus ad Missarum solemnia conuenerat, publicasse, eas-
que manibus tenuisse, ostendisse, & legisse, earumque
exemplum collationatum affixum ibi fuisse relictum,
& stetisse per aliquod tempus, aliaque, & similia fecis-
se, iuxta formam traditam per sanct. mem. Greg. XIII.
in Constitutione sua de public. Resignationibus, pro-
mulgatæ de anno 1583. In quorum omnium, & singulo-
rum præmissorum fidem ego, &c. præsentibus Excellen-
tibus VI. Doctoribus, D D D. Ioan. Maria Mirabello,
Horatio Vitale, & Scipione, del. Palatio. Et in hac
Forma continentur omnia requisita in prædicta Consti-
tutione, scilicet frequentia populi ad Missarum solem-
nia, exhibitio literarum, & earum ostensio, & expressio
facta clara voce, cum expressione nominum, & cogno-
minum, & qualitate beneficij, & illius inuocatione, ac
tandem affixo literarum. Et ita faciunt practici Nota-
rij, & hoc curant homines cauti ad tollendas lites. Ro-
ta autem sustinuit aliquando instrumenta, in quibus non
ita exactè referebantur dictæ qualitates, † si dicat iuxta 63
Constitutionem, cum semper relatio intelligatur facta
cum omnibus † suis qualitatibus Bart. in l. 1. §. vlt. ff. 64
famil. hercis. in fi. Dec. cons. 47. numer. 2. circa med.
Cephal. cons. 256. numer. 4. lib. 2. Et circa publicatio-
nem Notario † est credendum. Achill. decis. 10. de citat. 65
& ita fuit conclusum in dict. Burgen. 29. Nouemb.
die veneris, 1585. coram R. P. D. Gipsio, & quando in-
strumentum quod producitur ad probandam publica-
tionem, non est in forma probante, putà quia caret te-
stibus, non probat, & ea eo non constat de † publicatio- 66
ne. §. sed si instrumenti. Auth. de fid. instrum. Crauett.
cons.

conf. 216. num. 2. & ita fuit resolutum in vna Virdunen.
Canonicatus, coram R. P. D. Gipsio, veneris,
12. Maij, 1589. quod procedit, vt dicta die fuit conclu-
sum, etiam si dicatur factam fuisse publicationem in
præsentia multorum testium fide dignorum. Nan requi-
67 ritur, quòd nomina testitum † in instrumento expriman-
tur, aliàs non posset contrarium probari, & aperiretur
via fraudib. vt voluit Rot. coram Cardinal. S. Crucis,
vt ipse testatur decisio. 190. Pelegr. decisio. 15. incip.
in vna Corduben. lib. 1. in manuscripto Ptolom. deci-
68 sione 252. libet 1. quod procedit etiam si duo Notarij †
fuerint rogati, quia non ex hoc suppletur numerus te-
stium. Put. decis. 282. lib. 1. & ita fuit conclusum in di-
cta Virdunen. Et aliàs fuit dubitatum, An publicatio sit
69 nulla, si testes explicitè † non affirment, literas Apo-
stolicas, de quibus facta fuit publicatio, fuisse authen-
ticas, in vna Abulen. Canonicatus, Veneris, 16. Iunij,
1589. coram R. P. D. Gypsio, fuitque conclusum, quòd
sat erit, si testes dicant Bullas fuisse originales, quia
hic non agitur de probando instrumento publico vel
eius tenore, sed solùm de actu simplicis publicationis.
70 Et quia † Notarius non potest attestari de actu præteri-
to Bellam. decis. 61. Craue. conf. 161. Fel. in cap. quo-
niam contra, col. 16. de prob. idem fuit resolutum die
Lunæ, 23. Februarij, in vna Calaguritana Prioratus, co-
ram Blanchetto, de anno 1581. iuxta hanc conclusio-
nem in materia publicationis.

Regulariter tamen, dicenti resignationem non esse
71 publicatam † incumbit onus probandi, vt fuit resolu-
tum pluries in Rota, in vna Salamant. coram R. P. D.
Bubalo de an. 1582. & in alia Pampil. coram R. P. D.
Pamphilio, 5. Nouembris, 1584. & in alia Aquilana, 28.
Februarij, 1585. coram R. P. D. Vicecomite, nunc Ar-
chiepiscopo Mediolan. dignissimo. & in alia Bergomen.
coram Cantuccio, 28. Februarij, 1585. & in alia Tu-
den. coram R. P. D. Orano, 10. Februarij, & 4. De-
cembris, 1587. & in alia Teanen. coram R. P. D. Gip-
sio, 20. Maij, eod. anno 1587. in Lauretana Beneficij
coram Orano, 9. Decembris, 1589. & in vna Hispalen.
Archidiaconatus, coram R. P. D. Blanchetto, mense
Decembris, 1578. & in vna Calaguritana, coram Illu-
strissimo Cardinali Aldobrandino, 4. Februarij, 1579. Ex
quibus omnibus collige, ita esse seruandum in vnaqua-
que publicatione resignationis. Et etiam collige, quòd,
72 qui capit † possessionem coram Notario, & testibus,
non satisfacit Constitutioni, vt communis stylus do-
cet, & ita fuit tentum in terminis regulæ, in vna Casa-
len. coram Mohedan. 20. Octobris, 1542. teste Put. De-
cis. 349. lib. 1. Cor. conf. 137. col. 2. vol. 3. namque
73 publicatio † non esset populosa, vt debet esse, Gem. conf.
75. secundo dubio, Abb. conf. 99. lib. 1. Cardinal. S.
Cru. decis. 150. & iuxta formam traditam, & sic non
sofficit instrumentum possessionis, vt fuit resolutum in
vna Astoricen. parochialis coram Achil. de Graff. teste
eod. decis. 8. sub tit. regul. Cancell. de mense Iunij,
1549. coram Verallo, teste Sarn. dec. 65. in manuscr. &
in vna Camaricen. Prioratus S. Dominici, coram Rai-
naldo, 5. Iulij 1540. teste Sarn. in add. ad regul. decis.
pen. vbi ampliarunt Domini, etiam si per mensem mi-
74 nistrasset, &c. minus petitio possessionis, quæ † non
sufficit, vt fuit resolutum in vna Calagurit. Thesaura-
riæ Veneris, 5. Maij, 1587. coram R. P. D. Blanchet-
75 to, quia Papa vti diuersos actus † considerat publica-
tionem, & petitionem possessionis.

Neque adeptio possessionis, & continuatio per an-
76 num sufficit, & sic resignatarius † non iuuatur regula
de annali, neque si possederit per triennium, regula de
triennali, vt expressè dicitur in dicta Constitutione 87.
Gregorij XIII. §. nec. & est ratio quia nullus eis rema-
net titulus, nec etiam coloratus, ergo dictæ regulæ
non possunt suffragari, vt pluriès fuit resolutum per
Rotam. Immo nec etiam continuatio per multum tem-
pus cum adeptione possessionis suffragatur, vt ibidem
expressè dicitur licet contrarium in terminis regulæ de
public. fuisset decisum in Rot. teste Sarn. de publicand.
quæst. 8. col. 2. vers. est & idem Sarn. latè dicit quæst.
12. colu. 1. & 3. hanc opinionem dicit æquiorem Gem.
conf. 75. in 2. dub. Card. Paris. conf. 39. vol. 4. vbi n.
34. dicit hanc opinionem esse receptam in Palatio,
namque hi mouentur ex eo, quia huiusmodi continua-
tio † æquipollet publicationi, Host. Io. And. & alij in 77
cap. illud, de præsum. & quando forma respicit cer-
tum effectum, potest † per æquipollens adimpleri, l. iu- 78
bemus. C. de test. Dec. in l. si mater. in 2. not. C. de in-
stit. & substit. sed hodie cum per dictam constitutionem
Gregorij XIII. non sufficiat æquipollens, sequitur, &c.
Minus ergo sufficiet diligentia capiendi possessionem, vt
disputando dicebat Sar. d. q. 11. col. vlt. vers. inmo. Nec
etiam petitio possessionis facta coram Ordinario, licet
secus † in terminis regulæ antea voluisset Rota in vna 79
Abulen. coram Puteo. teste Achil. de Graff. dec. 12. sub
tit. reg. Cancel. in manuscr. & qui non publicauit non
poterit † capere possessionem vigore aliarum clausula- 80
rum generalium, positarum in sua prouisione, vt fuit
decisum in Rota, teste Sarn. de public. quæst. 16. & di-
cetur infra num. 120.

Rursus dicitur esse faciendam publicationem, iuxtà
formam traditam, etiam si resignatio † nota sit popu- 81
lo, vt expressè colligitur ex dicta Constitutione 87.
Gregor. XIII. & stylus vulgaris docet, & ita etiam fuit
decisum in Rota in terminis regulæ, teste Sarn. reg. de
public. quæst. 9. colu. 2. vers. tertius effectus, quicquid
in contrarium voluerit Card. Paris. conf. 39. nume. 34.
vol. 4. Cass. decis. 26. super reg. cum alijs, vt per Man-
dos. in add. ad Rom. conf. 433. in 1. addit. in fin. & ra-
tio est, quia, cum publicatio requiratur pro forma, no-
torium, quamuis releuet † ab onere probandi, l. 1. C. de 82
dot. priuil. l. 1. ff. ex quib. caus. maior. cap. vestra. de
cohabit. cleric. tamen, non releuat quoties probatio † 83
requiritur pro forma. Ant. de But. in d. cap. vestra, Bal.
in l. ciues. C. de app. & communiter. Nec sufficiet quòd
quis notoriè se gerat pro rectore; † quod, aliàs suffi- 84
ciebat, Rebuff. in d. reg. de public. Card. Paris. d. conf.
39. numer. 31. vol. 4.

Vnde, quamuis † decretum de public. in regulis Can- 85
cellariæ, & Constitutio Pij V. 182. etiam de publican-
dis potuisset adimpleri per æquipollens, eo modo, vt
supra dictum est, & alijs locis & vt pluries fuit resolu-
tum in Rota, cum forma respiciens aliquem † effectum 86
possit adimpleri per æquipollens, l. vlt. §. vlt. ff. de
condit. & demonstrat. l. mulier. ff. de condit. institut.
Bat. in l. ab emptione. ff. de pact. glos. in l. hac consul-
tissima. C. qui testament. facere poss. Sarn. de public.
quæst. 11. & alibi, & communiter alij. Hodie autem
præcisè, & specificè iuxta formam traditam est facien-
da publicatio, & non † potest per æquipollens fieri, vt 87
egregiè sancitum est in dicta Constitutione Gregorij
XIII. 87. §. *Cæterum modus, & forma hic tradita semper,*
& vbique debeat obseruari, nec alio, vel æquipollens vllo
modo admitti in omnibus huiusmodi resignationibus, ces-
sionibus, & retrocessionibus de quibuscumque Ecclesijs,
Monasterijs, Prioratibus tàm virorum, quàm mulierum, di-
gnitatibus, officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, sæcularibus,
& quorumuis ordinum, etiam militarium regularibus,
etiam electiuis, & manualibus, &c. & hæc verba con-
sulto ad tollendas fraudes apposuit, bon. memoriæ Il-
lustrissimus, & Reuerendissimus Dom. Matthæus Con- 88
tarellus, Tituli Sancti Stephani, presbyter Cardinalis,
tunc Prodatarius, namque erat versatissimus in Can-
cellaria, vt tradit Nauarr. in Manu. c. 27. num. 249. &
omnibus notum est, quia per quadraginta annos stetit
in Curia, & suam primam militiam incæpit sub Doctis-
simo, & præclarissimo viro bonæ mem. Petro Paulo
Cardinali Parisio, cuius fuit familiaris, & continuus
commensalis.

Ex quo primò † infertur adeptionem possessionis, 89
cum continuatione alicuius temporis non sufficere, vt
resignatarius excusetur à publicatione, vt dicitur in
dic. Constitutione Gregorii XIII. & communiter to-
ta die practicatur. & ita aliàs tenuit Gemin. conf.

75. in 2. dub. & hoc est seruandum, quamuis Rota te-
nuerit contrarium, de anno 1530. 14. Februarij, & 15.
Nouembris, 1534. in vna Dullen. Parochialis, vt re-
fert Sarn. qui deducit rationes, in reg. de pub. quæst. 21.
90 per totam & diximus paulo ante, num. 72.

Secundo infertur, † continuationem possessionis per
annum non suffragari resignantibus, vt vitent pœnam
impositam ob non publicationem, vt communiter pra-
cticatur per dictam Constitutionem 87. Gregor. XIII.
in §. Quod si quidquam, ibi: *Nec resignantibus, seu ce-*
dentib. si postea in sua possessione remaneant, constitutio-
91 *nes de annali, &c.* quod est valde notandum, nam an-
nalis † possessio ad multa prodest, vt late prosequitur
92 Sarn. super reg. de annali, & presertim quæst. 57.

Tertiò infertur, continuationem † possessionis per
triennium non suffragari resignantibus, ad vitandam
pœnam impositam ob non publicationem, vt dicitur in
dict. Const. Greg. XIII. in §. quod si quidquam, ibi:
Nec resignantibus, seu cedentibus, si postea in sua posses-
sione remaneant, Constitutiones de annali, & triennali,
possessione, &c. & ita per omnes practicatur, & ratio
est, quia cum ei non remanserit ius aliquod, per con-
93 sequens non poterit † iuuari regula de triennali, Ca-
putaq. decis. 93. lib. 5. in manuscript. & est communis
opinio, licet ante secus, Sarn. de triennali, quæst. 24.
Put. decis. 158. lib. 3. Ferrett. cons. 95. num. 5.

94 Quartò infertur, præsumptas, & tacitas † retroces-
siones etiam propter diuturnam continuatæ possessio-
nis tolerantiam non suffragari resignantibus, vt euitent
pœnam impositam ob non publicationem, vt dicitur in
dict. Const. Gregor. XIII. in dic. §. quod si quidquam,
ibi: *Nec præsumptæ, aut tacitæ retrocessiones, etiam pro-*
pter diuturnam continuatæ possessionis huiusmodi tollera-
tionem, &c. Ex quo collige, notanter allegationi La-
95 pi 89. hodiè † non esse locum, & quia Palatium vsque
ad hanc Constitutionem, semper tenuit dictam allegat.
Lap. vt tradit Thomas de Tan. decis. 80. in manuscript.
Ideo non ab re erit pauca de ea dicere.

96 Allegatio Lap. 89. † disponit, vti si quis resignauit
& post resignationem remansit in possessione illamque
continuauit per decem annos, præsumitur retrocessio,
& nouus titulus acquisitus, & per consequens potest
iuuari illa possessione, & moriens beneficium vacat
per obitum, & ita potest impetrari, quod tempus Pa-
97 latium reduxit † ad triennium, teste Guid. Bon. de-
cis. 1. in manuscript. Caputaq. decis. 26. num. 4. par. 1.
Cassad. decis. 2. numer. 6. de caus. possess. & propriet.
& Pelegrin. decis. 141. libr. 2. & secundum hanc alle-
gationem fuit decisum in vna Placent. parochialis die
23. Nouembris 1551. coram D. August. refert Guid.
Bon. d. decis. 1. & in vna Anconitana parochialis, 5.
Iunij 1551. coram Accorambono, teste Caputaque. de-
cis. 93. libr. 1. in manuscr. & decis. 25. p. 1. in impress.
Cassad. decis. 2. nu. 4. de caus. poss. & propriet. Mohed.
decis. 203. & 239. Put. decis. 337. 358. & 371. libr. 3.
Ferrett. cons. 354. num. 2. & alias in vna Velitran. Ca-
98 nonicatus, coram Vestano de anno 1551. fuit resolutum
† quod resignans manens in pacifica possessione per
triennium, si resignat iterum, prouisio facta per hanc
resignationem potest Canonizari, non obstante prima
resignatione teste Guidobon. decis. 2. & quemadmo-
99 dum præsumitur titulus, ita † & noua possessio, vt fuit
100 resolutum in vna Conchen. præstimonij teste Aragonia,
101 decis. 23. manuscr. & præsumitur † dispensatio, Card.
Sanctæ Cruc. decis. 9. in manuscript. ac operatur, † vt
quis non teneatur iustificare dispensationem obten-
tam Cardinal. S. Crucis decis. 15. & contra præsump-
102 tionem, orientem ex huiusmodi allegatione Lap. Ro-
ta non admittit † probationem in contrarium, nisi
103 concludentissima sit probatio, Caputaque. decis. 26.
num. 3. p. 1. requiritur † tamen possessio pacifica trien-
nalis. Thom. de Tan. decis. 80. in manuscr. Sarn. de trien-
nal. quæst. 16. nu. 5. & fuit resolutum in vna Forliuien.
parochialis, coram Oradino, die 24. Iunij 1554. vt ha-
betur lib. diuers. decis. 288. in manuscr. & in vna Com-
postellana Canonicatus, coram Achille, 3. Iunij 1556.
teste Caputaque. decis. 90. lib. 1. in manuscript. & 14.
Iunij, teste eod. Caputaque. decis. 246. lib. 1. quæ pos-
sessio † est probanda per eum qui impetrauit per obitum 104
per testes de visu. Ant. August. in repert. numer. 8. &
quomodo probetur quem decessisse in possessione ad
effectum † regulæ de public. vide Put. decis. 337. 358. 105
& 371. lib. 3. Ferret. cons. 354. nu. 2. & requiritur, vt
moriatur † in possessione, alias non est locus allegatio- 106
ni Lap. vt fuit resolutum in vna Segobien. die 19. Octo-
bris coram Ant. August. teste Caputaq. decis. 401. lib. 1.
vbi resignans post resignationem possedit per nouem
annos, & paulo ante quam decederet desijt possidere,
quærebatur an esset locus dictæ allegationi Lap. fuit
resolutum negatiuè, etiam si resignauit ante mortem,
vt fuit alias resolutum teste Crescent. decis. 36. lib. 1.
in manuscript. & in vna Forliuien. coram Oradino die
14. Iunij, 1554. vt habetur libr. diuers. decis. 288. in
manuscript. & requiritur, vt non continuauerit posses-
sionem ex reseruatione fructuum, nam si ex tali reser-
uatione continuauit non † est locus allegationi Lap. 107
vt fuit resolutum in vna Ispalen. portionis coram D.
Pelegrino teste eod. decis. 141. libr. 2. & in alia Anco-
nita. beneficij die 10. Ianuarij 1553. coram Capizucco
teste Caputaq. decis. 92. libr. 1. in manuscript. & requi-
ritur etiam vt possessio non fuerit violenta, & ideo
non habere locum † in spolio, vt fuit resolutum in vna 108
Lucan. Sanctæ Annæ, coram Cardinali Sanctæ Crucis,
die 7. Februarij, 1558. vt habetur lib. diuers. decis. 153.
in manuscri. & die 20. Iunij 1522. teste Gammar. decis.
11. nisi spoliauerit suum spoliatorem, vt fuit resolu- 109
tum in vna Salamantina portionis, coram Accoram-
bono, teste Pelegrin. decis. 13 lib. 2. in manuscript. &
aliàs 27. Iunij 1555. fuit per Rotam resolutum quoad
hoc vt admittatur † regressus, per allegat. Lap. requi- 110
ritur, vt ille, qui habebat regressum, sciuerit vacatio-
nem beneficij, Cassad. decis. 9. de caus. poss. & pro-
priet. Sarn. de triennal. q. 16. num. 8. & q. 49. num. 22.
teste Caputaq. decis. 376. lib. 1. in manuscr.

Hodie autem stante hac Constitutione Gregorij
XIII. non habet locum huiusmodi retrocessio præsum-
pta, quia eo ipso vacat beneficium ob non publica-
tionem, vt infrà dicam, & est communis opinio re-
cepta in praxi vt omnes sciunt, quæ procedit bene in
eo qui possidet post consensum præstitum, & sic post-
quam ius fuit ab eo abdicatum irreuocabiliter, secus
verò in eo resignante, qui post signatam supplicatio-
nem possedit, ante vero consensum, præstitum quia in-
telligitur iure proprio † continuare possessionem, vt 111
fuit decisum in vna Astoricen. parochialis, die 27. Fe-
bruarij 1548.

Quintò, ex eisdem † verbis infertur possessionem de- 112
cennalem non suffragari resignanti, licet alias secùs, vt
per Ferret. cons. 95. num. 5. & cons. 388. num. 10.

Sextò infertur, vt si Resignatarius, qui non publica-
uit ante tempus statutum, impetrauerit denuò illud be-
neficium à Sede Apostolica per nouam prouisionem,
vt huiusmodi noua † prouisio non habeat vim publica- 113
tionis, vt tenuit Cassad. decisio. vigesima secunda,
super regul. Canc. vbi refert hoc dubium fuisse pro-
positum, & quòd tres Domini tenuerunt hanc par-
tem, postea quinque & sic maior pars, inter quos
ipse, & Cardinalis Iacobacius, tunc Rotæ Auditor,
Caputaque. decis. 412. p. 2. quod expressè statuit Pius
V. in dicta Constitutione 182. ibi: *Alioquin resignatio-*
nes, & cessiones ac extensiones consensuum huiusmodi
aliter quàm vt præfertur publicata, seu facta cum om-
nibus inde sequutis, & sequendis, etiam nouis prouisio-
nibus, cæterisque quibusuis gratijs nullas & inualidas,
nulliusque roboris, vel momenti fore, ac fuisse, & esse sta-
tuit & ordinauit &c. Greg. XIII. in dicta Constit. 87. ibi:
Etiam si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis cau-
sa diuersisque subsequentibus, datis, &c. & ibi: *Quod si*
quidquam prædictorū omniū omissum fuerit, dictis termi-
nis, & cuique præscripti sunt elapsis, omnes dispositiones,

& gratiæ resignatorum, & cessurum beneficiorum, aut inrium huiusmodi cum omnibus inde sequutis siue de pacificis siue de litegiosis sint irrita, & inanet, nulluque aliu gratia super huiusmodi beneficio, siue de iure cessorijs quibus concessa fuerit suffragerur, sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia, sic resignata, & cessa quandocumque obtinenda, &c. & est ratio, quia pro forma, certis loco, & tempore requiritur publicatio, & quia noua prouisio cum obtineatur in Vrbe, per illam non obuiatur fraudibus, namque non potest deue
114 nire ad notitiam eorum, quorum † interest & maximè existentium loco beneficij, ita Rebuff. in sua praxi, tit. de nou. prouis.

Et hoc hodiè tenendum est, sicut tenetur communiter in praxi, & nullum habet dubium, attentis verbis allegatis, quamuis Rota contrarium voluerit 14. Fe-
115 bruarij, 1530. & 15. Nouembris, 1534. scilicet, nouam † prouisionem æquipollere publicationi, teste Sar. de publican, qu. 11. colom. 2. & quæ. 13. colum. 1. & in vna Tullen. & in vna Legionen. teste Aragon. dec. 3. An noua prouisio, vbi dicit hanc esse intentionem Rotæ, & die 16. Decembris, 155e. teste Caputaq. dec. 412. libr. e. in manuscript. Crescent. decisio 4. libro 1. in manuscript. Put. decisio 317. libro 3. Caputaque decisio 35. p. 2. Simon. dec. 43. lib. 1. Et hoc eò magis proce-
116 dit, si noua prouisio † sit nulla, vt tenet Rebuff. in regul. de publicand. colum. vltim. vbi confutat Sarnen. contrarium volentem quæst. 11. colum. 2. de publican. licet secundum opinionem Sarn. fuerit decisum in Rota in vna Tullen. petechialis, coram Io. Clerici, teste Crescent. dec. 4. lib. 1. in manusct. & in alia Segobi. Parochialis, coram Reumano, 16. Decembris 155e. Caputaq. dec. 35. p. 2. hoc etiam attestatur Sarn. dec. 140. lib. 2. & in vna Maguntin. teste Simonett. decis. 15. 43.
117 & 44. lib. 1. Nam quod nullum est, † nullum potest producere effectum, l. 4. §. condemnatus, ff. de re iudic. &
118 non † est considerabile Card. Paris. cons. 109. numer. 1. volum. 3. & hoc etiem procedit, si fuit impetrata noua prouisio infrà tempus datum ad publicandum, vt patet ea verbis dictæ Constitutionis Gregorij, quamuis contrarium voluerit Card. Paris. cons. 118. per totum, vol. 4. Roman. cons. 435. in e. dub. num. 5. vbi Mandos. allegat Concordantes.

119 Limita, vt noua † prouisio expedita post lapsum tempus ad publicandum, in qua quis narrauit se non publicasse infra tempus, prosit, dummodo illam publicet, vt quotidie experimur, & dicetur infrà.

120 Septimò infertur, quòd † resignatarius, qui non publicauit infra tempus statutum, & per consequens amisit ius, vigore resignationis, non possit capere illud beneficium resignatum vacans per clausulas generales, videlicet, *vel alio quouis modo vacet, &c.* solitas apponi in supplicationibus, vt tenet Sarn. de publican. quæst. 16. vbi refert, ita fuisse iudicatum, & est communis opinio, quæ probatur expressè in dicta Constitutione Grego-
121 rij XIII. Et ratio est, quia clausula † quouis modo capit tantum vacationem tempore datæ prouisionis contingentem, & sic beneficium quod iam vacat de præsenti, non autem capit vacationem, quæ in futurum contingere potest. Doctores communiter in ca. susceptum, de rescript. lib. 6. latè Sarn. quæst. 34. de infir. & q. 3. de verisimil. not. Quod limitat dupliciter Sat. dict. q. 16. nu. 3. & an veræ sint limitationes, dicam suo loco.

Et vt omnis difficultas tollatur, sciendum est, quod communiter omnes concludunt publicationem posse fieri non solum per Resignatarium, & Cessionarium,
122 qui ad hoc arctatur, sed etiam per † Procuratorum, vnû vel pluriès, vt probatur exprcsse in dicta Constitutione Pij V. de publicao. resignationibus, ibi, *vel alium, seu alius eorum nomine publicentur*, &c. ex quibus verbis expressè colligitur, tenere publicationem factam per procuratorem, & per eam esse satisfactum, & ratio est, quia actus factus per Procuratorem idoneum tenet, &
123 eundem producit † effectum, vt actus gestus à domino l. 1. C. de satisdan. in l. inter quos. §. alioo. ff. de damno infect. l. si mandatum, ff. mand. Qui. o. per. alium facit per seipsum facere videtur, vt vulgaria iura disponunt, quod intantum est verum, vt tempore, quo publicauit procurator, videatur dominus † exercuisse il- 124
lum actum, vt per gl. in Clem. 1. in verbo collato, vt lite pend. Doctores in l. si vt proponitur, de fideiuss. & in notabili casu tradit Card. Pari. cons. 43. nu. 8. volu. 4. Et dicetur idoneus procurator ad hoc, qui † habet 125
speciale mandatum nam ita communiter practicatur, vt habens beneficium per resignationem, ipse capiet possessionem, & publicet, vel constituat procuratorem ad vtrumque, qui procurator post apprehensam possessionem id exequatur.

Libr. 11. quæst. 6. numer. 34. Ibi: Ex impetrationibus certo modo.

IN quibus nos, clausulam, ob non seruatam constitutionis formam, necessariò (vt eiusdem constitutionis menti satisfiat) apponendam esse, suprà monuimus.

Eadem quæst. num. 67. Ibi: Si autem constabit.

ALitèr autem, quàm per ipsius publicationis instrumenti tenorem & seriem, Populi multitudinem, die non festio factæ publicationi interfuisse, constare debet. Nam alioquin fraus (cui constitutio occurri vult) facillime fieri posset. Præsertim si eandem, messis & vindemiarum temporibus fieri contingat. Tùnc enim quilibet de populo (sacra vt plurimum postponens) proprijs & priuatis commodis incumbere consueuit. Quod tamen dictum nolumus, si Notarius qui huiusmodi instrumentum retinuerit, fidelis & legalis, omnique exceptione maior (prout de iure esse in dubio præsumitur) existat. Eo enim casu, omnia solemniter & prout in dicto instrumento expressa esse apparebunt) acta fuisse, dicendum erit.

Eadem quæst. num. 119. Ibi: Prosit.

NOn ergo malè fecimus, sæpiùs consulendo partibus, vt nouas, beneficij, ob resignationem non publicatam vacantis prouisiones, à sancta Sede Apostolica obtinerent; vt sic, à pœna, per constitutionem inflicte, releuarentur. Neque enim sufficit quempiam in foro fori tutum esse, nisi etiam in foro poli securus existat. Vndè illud, quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Math. 16. versic. 26. Marci 8. Versic. 36. & Lucæ 9. versic. 25.

qu. 6. num. 76. Neque adeptio possessionis & continuatio per annum sufficit.

¶ APud nos, qui constitutionem gregorianam non recipimus sed antiquam duntaxat Cancellariæ regulam seruamus, sufficit sola possessionis adeptio absque alia publicatione, dummodo possessio hæc sit aliquandiu per actus reales continuata, & in publicam notitiam abierit, Molin. ibi num. 66. tunc enim cessat hæc regula, non quod ei satisfactum sit per æquipollens, sed quia deficit conditio regulæ, ex quo Resignans non obierit in possessione, quod Molineus ampliat etiamsi possessio diu non continuerit, ne quidem abierit in notitiam populi, & viciniæ loci, sed resignans ad aduentum successoris loco possessionique cedens recesserit, & alibi paulò post obierit, & ita se obtinuisse asserit in facti specie, quam refert, in qua Resignans infirmus lecticam ingressus eadem die, qua Resignatarius possessionem est adeptus, migrauit in aliud oppidum, vbi post quindecim dies decessit: Secus autem si possessio fuerit momentanea, quam possessionem iuris vocant, seu etiam continuerit, sed per actus Ciuiles, & fictos, non autem reales, & realiter ac palam continuatos; talis enim possessio sine publicatione non suffragatur, Molin. post alios quos citat ibid. num. 364. Dic igitur apud nos duobus tantum casibus esse necessariam publicationem Resignante post tempus regulæ moriente. Primò vbi possessio obtineri non potest, quia verbi gratia Capitulum, quod id contingit, illam tradere recusat. Secundò vbi possessio capta quidem reperitur, sed per actus Ciuiles tantum, vel si per actus etiam reales, non tamen aliquan-

Digitized by Google

diu palam & publicè continuatos, ob breuitatem forte temporis ab ipsa ad obitum Resignantis, vel aliam causam. Et vtrumque casu tria copulatiuè requiruntur, vt beneficium vacet per resignationem & non per obitum, videlicet publicatio resignationis, possessionis adeptio seu petitio, & vita superstes Resignantis tempore possessionis adeptæ vel petitæ.

QVÆSTIO VII.

Quæ sit pœna non factæ publicationis; Quid amittat resignans.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio est nulla, non facta publicatione.*
2 *Resignatario non publicanti, nullum ius acquiritur.*
3 *Ex prouisione Papæ ius acquiritur.*
4 *Ius Resignationis pendet à conditione.*
5 *Ante publicationem ius est in pendenti.*
6 *Ex actu nullo nullum ius acquiritur.*
7 *Publicatio non facta iuxtà formam Constitutionis Greg. XIII. est nulla, & num. 62.*
8 *Paria sunt, aliquid non facere, vel facere, & minus legitimè.*
9 *Probatio minus legitima, non prodest.*
10 *Paria sunt, non esse, vel esse, & non apparere.*
11 *Paria sunt, maritum non habere, vel inutilem.*
12 *Paria sunt, non habere beneficium, vel tenue.*
13 *Non faciens resignationem, non potest capere beneficium per clausulas generales.*
14 *Annullata resignatione, annullatur qualibet vacatio.*
15 *Dispositio generaliter est intelligenda.*
16 *Clausula* Quouis modo *capit vacationem temporis datæ.*
17 *Valet argumentum de persona ad tempus.*
18 *Resignatarius non publicans non potest capere beneficium vigore alterius gratiæ.*
19 *Resignatario non publicanti, non prodest regula de annali, neque de triennali.*
20 *Non facta publicatione per Resignatarium ius non abdicatur à Resignante secundum Regulas Cancellariæ, & Constitutionem Pij V.*
21 *Nulla existente resignatione, ius non abdicatur à Resignante.*
22 *Non abdicatur ius à resignante, nisi benef. quæratur à Resignatario.*
23 *Constitutio Pij V. de public. annullat consensus.*
24 *Decretum irritans habet oculos retro.*
25 *Decretum irritans afficit omnia quæ sequuntur.*
26 *Papa reuocando, videtur reuocare prout ex tunc.*
27 *Papa potest facere, vt res factæ habeantur pro infectis.*
28 *Resignans potest agere spolio, cum ius non abdicatur ab eo.*
29 *Resignatarius debet docere de publicatione.*
30 *In renunciationibus coram Ordinario statim abdicatur ius, & num. 32.*
31 *Coram ordinario liberè fit renunciatio.*
33 *Per contractum matrimonij vacat beneficium.*
34 *Per Const. Gregor. XIII. de public. ius abdicatur à Resignante non facta publicatione.*
35 *Non facta publicatione, resignans non potest repetere beneficium & agere spolio.*
36 *Constitutio Greg. XIII. non inducit vacationem, nisi ex causa non publicationis.*
37 *Beneficia vacantia ob non publicationem à Sede Apostolica duntaxat prouidentur.*
38 *Nulla est collatio Ordinarij de beneficio reseruato.*
39 *Ordinarius conferens beneficium reseruatum suspenditur.*
40 *Decretum Papæ in reseruationibus afficit, & infirmat titulum.*
41 *Benef. resignata coram Ordinario, si non publicentur, sunt affecta ad Sedem Apostolicam.*
42 *Impetratio ob non publicationem quomodo fiat.*
43 *Concessio* Motu proprio *non suffragatur non publicanti.*
44 *Impetratio facta ob non publicationem, ante tempus elapsum, est nulla.*
45 *Ius conditionale non est conferibile ante resolutionem.*
46 *Beneficium vacans confertur.*
47 *Quod potest vacare, interim non potest conferri.*
48 *In prouisione ponitur clausula præseruatiua iuris tertij.*
49 *Prouisio Ordinarij facta infrà mensem datum expectantibus ad acceptandum, non valet.*
50 *Prouisio Legati in tempore dato expectantibus, non valet.*
51 *Collatio Papæ infrà tempus deuolutionis, est nulla.*
52 *Quando valeant quæ conceduntur pendente iure resolubili.*
53 *Impetrans beneficium vacans ob non publicationem, tenetur publicare.*
54 *Moriente resignante in possessione beneficij resignati, non vacat beneficium per eius obitum, licet aliàs secus.*
55 *Quomodo colligitur, quis decedere in possessione beneficij.*
56 *Percipiens fructus absque consensu domini beneficij non acquirit ius.*
57 *Nulla existente resignatione ob non publicationem, Resignans non amittit reseruationes factas.*
58 *Vbi non est delictum, ibi neque pœna.*
59 *Pœna non egreditur auctorem.*
60 *Constitutio Pij V. de publicandis an obliget resignantem.*
61 *Resignatarius potest annullare pensionem Resignantis, eo quia habuit beneficium ex resignatione, & non publicauit.*
62 *Publicatio facta, perfecta verò post tempus, est nulla.*
64 *Resignatarius non tenetur publicare, cum habet indultum Papæ.*
65 *Eius est tollere, cuius est condere.*
66 *Papa in beneficialibus, habet liberam facultatem.*
67 *Indultum non publicandi, debet esse speciale.*
68 *Indultum non publicandi, hodie non datur.*
69 *Resignatarius potest post tempus lapsum publicare cum est restitutus.*
70 *Restitutus à Papa recuperat omnia bona.*
71 *Restitutio ad publicandum, non est publicanda.*
72 *In gratia restitutoria aduersus lapsum tempus publicationis, requiritur derogatio regulæ de iure quæsito non tollendo.*
73 *Pars gratiæ est verificanda.*
74 *Restitutio concessa cum narratiua, quòd fuit præpeditus non est verificanda.*
75 *Verba ex iustis causis, quid explicent.*
76 *Quod consistit in animo, non est verificandum.*
77 *Probatio incerta, quotidiè dicitur in certis causis.*
78 *Restitutio, in quibus sit iustificanda.*
79 *Restitutio non operatur, quotiès medio tempore ius fuit acquisitum tertio.*
80 *Restitutus à Papa, non recuperat ius alteri concessum.*
81 *Clausula*, dummodo ius non sit alteri quæsitum, *reddit gratiam conditionalem.*
82 *Constitutio loquens de literis, debet intelligi de validis.*
83 *Verba debent intelligi de eo, quod sortitur effectum.*
84 *Occultæ resignationes, quid inducant mali.*
85 *Beneficium non vacat, cum resignatio est nulla.*
86 *Qualitas requisita à lege, in primis est verificanda.*
87 *Cum non teneat actus principalis, neque accessorius.*
88 *Publicatio facta cum literis, inualidis, reualidatis tamen cum, perinde valere, valet.*

SEptimò Quæro, quæ sit pœna non factæ publica-
tionis? Communiter responsio omnium Docto-
1 rum est, vt non facta publicatione sit nulla † re-
signatio vt Sarnen. tradit in pluribus locis in titul. de
public. Et probatur in regula Cancellariæ ibi, Nul-
lius essent roboris vel momenti, &c. & in Constitut.
182. Pij V. de publicand. in §. alioquin. ibi: *Nullas,
& inualidas, nullinsque roboris, vel momenti fore, ac
fuisse, & esse statuit & ordinauit, &c.* & in d. Con-
stitut. 87. Gregor. XIII. in §. Cæterum, & in §. quod
si quidquam, ibi: *Cum omnibus inde secutis, siue de pa-
cificis, siue de litigiosis, sint irritæ, & inanes, &c.* & ali-
bi, non habet igitur dubium, cum sit data certa forma,
& dicatur expressè Rebuff. in hac reg. colum. 14. ver-
bo, Nullius. Nauarr. in cap. Accepta. oppos. 8. nu. 17.
de restit. spol. & secundum hanc opinionem iudicauit
pluriès Rota, & præsertim in vna Aquilan. Prioratus,
Veneris, 2. Iunij 1581. coram Cantuccio. & ita practi-
catur, & seruatur indistinctè.

Ex quo infertur, ex huiusmodi Resignatione nullum
2 ius † acquiri resignatario, vt in prædictis Constitutio-
nibus dicitur expressè, & præcipuè in illa Greg. XIII.
& communiter traditur per omnes, vt per Sarn. q. 16.
de publican. Nauar. cons. 3. numer. 1. de publicandis
3 namque quamuis per prouisionem † factam à Papa,
vel Ordinario ex causa resignationis, ius plenè acqui-
4 ratur, & latè ostendi libr. 1. tamen illud ius † pender à
conditione, si fuerit facta publicatio, egregiè Mohed.
5 decis. 348. in manuscriptis & interim est † in pendenti.
Pauin. de potest. Capituli Sed. vacant. in 1. prælud.
versic. 9. Oldrad. cons. 283. colum. pen. Sarn. de pu-
blic. q. 17. col. 2. in fi. & regulare est, vt ex actu nullo
6 nihil acquiratur, † cum quod nullum est, nullum pro-
ducat effectum. l. 4. §. condemnatum. ff. de Sent. & re
Iudic. cap. illud. de iur. patr.

7 Amplia primò, † vt huiusmodi resignatio sit nulla,
non solùm quando non est facta publicatio, verum
etiam si est facta, sed non seruata forma dictæ Consti-
tutionis Greg. XIII. vt dicitur in eadem Gregoriana,
in §. *quod si quidquam prædictorum omnium emissum fue-
rit, dictis terminis, vt cuique præscripti sunt, elapsis, om-
nes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum be-
neficiorum, aut iurium huiusmodi, cum omnibus inde se-
cutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sint irritæ, &
inanes, &c.* ita etiam per Constitutionem Pij V. de pu-
blic. 182. erat prouisum, vt publicatio facta non serua-
ta forma ibi tradita, esset inualida in §. *Alioquin resi-
gnationes, & cessiones, ac extensiones consensuum huius-
modi, aliter, quàm vt præfertur, publicatæ, seu factæ,
cum omnibus inde secutis, & sequendis, etiam nouis pro-
uisionibus, cæterisue quibusuis gratijs, nullas, & inuali-
das, nullinsque roboris, vel momenti fore, ac fuisse, & esse
statuit, & ordinauit, &c.* & ita practicatur quotidie, vt
si non fiat publicatio seruata forma tradita in dicta Gre-
goriana, sit nulla, & beneficium impetrari possit, &
ita fuit sæpius in Rota firmatum, & dicam infra nu. 61.
8 Et ratio est aperta, quia † paria sunt, aliquid non face-
re, vel facere, & minus legitimè, l. quoties. ff. qui satis-
dat. cogant. l. nulla. de auct. tutor. l. 2. C. de succes. edict.
Rol. à Vall. cons. 9. num. 7. li. 1. & cons. 14. nu. 25. li. 2.
Cæpha. cons. 109. nu. 3. lib. 1. communiter scribentes
in cap. in præsentia, de prob. loquentes de probatione
9 † minus legitima. l. nam hæc. C. vnde legitimi l. namque
natales. C. de prob. & de exhæredatione est tex. in l. non
putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. §. eadem. Instit. de
hæred. quæ ab intest. defer. Hinc paria sunt, non esse,
† vel esse, & non apparere sufficienter, l. duo sunt Ti- 10
tij. ff. de test. tutel. facit l. vnica §. pen. C. de caduc. tol-
lend. Alex. in l. quoties. col. 3. sub nu. 5. C. de hæredib.
instit. Hinc etiam paria sunt, maritum † non habere, 11
vel inutilem. gl. in leg. vlt. C. ad leg. flau. de plagiar.
Rol. cons. 9. nu. 34. lib. 1. quod ego alias adducebam, vt
paria sint non habere † beneficium, vel tenue, vt non 12
sufficiat pro emendis breuiario, & diurno, & hac ratio-
ne plures resignationes fuerunt annullatæ.

Amplia Secundò, vt Resignatarius, qui ob non fa-
ctam publicationem perdidit ius, non † possit capere 13
beneficium vigore clausulæ generalis, de stylo apponi
solitæ in supplicatione, & literis, vel alias quouis mo-
do vacet, nam annullata resignatione, annullatur † 14
quælibet vacatio ex ea resultans, ita Sarn. quæst. 16. de
public. vbi attestatur ita alias fuisse iudicatum, quod
probatur, tum auctoritate dictæ Constitutionis Græ-
gorianæ habentis clausulas generales, & prægnantes,
sub quibus includi hunc casum, communiter tenetur
ex traditis per † Bald. in leg. in fraudem. ff. de militar. 15
rest. & cons. 205. libr. 1. Cranett. cons. 92. numer. 4.
& cons. 118. numer. 14. tum etiam ratione, quia dicta
clausula, *quouis modo, &c.* secundum communem con-
clusionem, & stylum, de quo attestatur Sarn. d. quæst. 16.
capit † tantum vacationem tempore datæ prouisionis 16
contingentem, & sic beneficij, quod iam vacat de præ-
senti, non tamen capit vacationem, quæ extrinsecus,
& in futurum contingere potest. Doctores in cap. sus-
ceptum, de rescript. libr. 6. nam sicuti non se exten-
dit ad vacationem ex persona alterius, ita neque ad
vacationem contingentem alio tempore, nam valet
argumentum † de persona ad tempus, & è contra. l. 17
qui plures, in principio, ff. de vulgar. & pupill. l. vi-
demus. §. pen. ff. de in lit. iurand. latè Sarn. de infirm.
qu. 34. & secundum hanc opinionem fuit aliàs resolu-
tum. vt dixi lib. 9.

Tertiò, quia expressè dicitur in dicta Constitutione
Gregoriana. §. illorum vero, ibi: *Nunquam ex clausu-
lis, generalibus, &c.* vt dixi quæstione præcedenti. nu-
mer. 80. & num. 120.

Amplia tertiò, vt † Resignatarius non possit capere 18
dictum beneficium vigore alterius gratiæ, vt dicitur in
dicta Constitutio. Gregoriana §. Quod si quidquam, ibi:
*Nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio siue iure
cessa ijs, quibus concessa fuerit, suffragetur, &c.*

Amplia Quartò, vt Resignatario † non prosit regula 19
de annali neque de triennali, ac præsumptæ retroces-
siones, vt dicitur in dicta Gregoriana Consti. in d. §.
Quod si quidam, & dixi quæstione præcedenti, num. 76.
& num. 90. 92. 94. cum seq.

Dubium tamen est, an ius abdicetur à resignante ob
non factam † publicationem à resignatario? Com- 20
munis responsio est negatiua, inspecto tempore Regu-
læ Cancell. de public. & Constitut. Pij V. 182. de pu-
blic. vt colligitur ex his quæ dicit Sarnen. in pluribus
quæstion. de public. & fuit resolutum pluriès in Rota
ante, & post dictam Constitut. Pij V. in vna Oueten.
die 2. Maij, 1554. coram Cantuccio, in qua fuit di-
ctum, quòd non facta publicatione beneficium rema-
net resignanti, & vacat per eius obitum; Capuaque.
decis. 80. par. 3. Et in vna Pampilonen. 15. Martij,
1573. coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino, &
13. Februarij 1583. in vna Auximan. coram R. P. D.
Brauo, & in vna Calaguritan. Prioratus, 6. Februarij,
1579. coram R. P. D. Blanchetto, & in vna Aquilan.
14. Aprilis, & 2. Iunij 1581. coram Cantuccio, & in
alia Carthaginen. coram R. P. D. Vicecomite, nunc
Archiepiscopo Mediolanen. & in dicta Calaguritan. 15.
Maij 1573. & in vna Barchinonen. coram R. P. D. Bu-
balo, vt dixi lib. 1. qu. 3. num. 116. & hoc ex illa gene-
rali regula recepta ab omnibus, quod quomodocum-
que sit nulla resignatio, ius † non abdicatur à resignan- 21
te, vt fuit pluriès decisum in Rota, teste Capuaque
decis. 216. num. 3. par. 1. Rebuff. cons. 75. num. 4. Pele-
grin. decis. 151. lib. 2. Crescen. decis. 64. lib. 1. in manuscr.

Digitized by Google

Cott. decis. 12. Sarn. decis. 5. Fab. decis. 16. & 40. om-
nes in recolleć. manuscr. vt latè dixi d. lib. 1. quæst. 3.
& ea alia etiam communi conclusione, quod non abdi-
22 cetur ius à resignante, † nisi beneficium quæratur resi-
gnatario, Caputaque decis. 84. num. 5. par. 3. Put. de-
cis. 158. numer. 2. lib. 3. & decis. 523. lib. 2. Rebuff. de
pacif. possess. num. 146. & cons. 192. num. 8. & cons. 4.
numer. 13. Ptolem. decis. 100. in manuscr. Bursat. cons.
411. num. 4. & 5. volum. 4. & fuit pluriès resolutum
in Rota, vt dixi lib. 1. q. 3. num. 47. cum sequen.
Eò magis, cum dicta Constitutio Pij V. annullet re-
signationes ab initio, & dicit fuisse & esse nullas, &
23 annullat consensum, quo consensu † sublato impossibi-
le est dicere, ius fuisse abdicatum à resignante & hæc
ratio mouit Dominos, in vna Pampilonen. Parochia-
lis, Veneris, 15. Martij 1573. coram Illustrissimo Car-
dinali Aldobrandino, & in dicta Aquilana Prioratus.
24 Decretum enim † irritans, quod est appositum in d.
Const. habet oculos retro, & operatur nullitatem ab
ipso initio, Cassad. super reg. decis. 12. num. 4. Achil.
de Gras. decis. 385. Sarnen. de annal. quæst. 5. prope fi-
25 nem & afficit omnia quæ † sequuntur, ita vt nec iuris
effectum habeant. Cassad. decis. 1. num. 7. de rest. spol.
26 & Papa reuocando ea, quæ † sunt iuris positiui, reuo-
cat illa, prout ea tunc glos. communiter approbata in
Clem. 1. verb. pro infectis de immunit. Eccles. & potest
27 facere, vt † res actæ habeantur pro infectis, etiam quoad
effectus præteritos Card. Imol. & alij in d. Clem. 1. Ti-
raquel. de const. possess. par. 3. lim. 7. numer. 47. & per
28 † consequens Resignans poterit agere spolio, cum ab
eo ius non fuerit abdicatum, vt fuit conclusum in di-
cta Auximan. coram R. P. D. Brauo, 13. Februarij,
1583. & in alia Bergomen. parochialia, 28. Februarij,
29 1586. coram bon. memo. Cantuccio, si resignatarius †
non doceat de publicatione, in vna Abulen. Præstimo-
niorum, Veneris, 30. Octobris 1587. coram Gipsio, &
26. Ianuarij 1590. coram Comitulo, Et denuo resigna-
re, vt fuit resolutum in dicta Calagurit. coram R. P.
D. Blanchetto, 10. Octobris 1580. & aliàs 8. Iunij 1581.
& in vna Placen. parochialis, fuit resolutum, quòd
qui resignauit parochialem, & cepit vnum curatum, si
postea contendat ob non factam publicationem, ius
non esse abdicatum, incidit in pœnas cap. de multa, de
præb. Et hæc conclusio communiter recepta, vendicat
sibi locum in resignationibus factis coram Summo
Pontifice, quæ ex permissione eiusdem Papæ recipiunt
hanc conditionem, vt ius abdicetur, si beneficium quæ-
ratur resignatario, vt latè dixi lib. 1. quæst. 3. num. 47.
Cassar. decis. 2. num. 3. de Simon. & decis. 4. loc. Boër.
in tract. de auct. legat. à later. colum. antepen. Redoan.
de Simon. par. 2. c. 13. & c. 15. nume. 3. Non autem in
renunciationibus, quæ fiunt coram Ordinarijs namque
si aliquis renunciauit coram Ordinario, qui Ordinarius
30 † postea contulit N. qui non fecit publicationem vti-
que resignans non potest dicere ius non esse abdicatum,
vt fuit resolutum in vna Calagurit. Thesaurariæ coram
D. de Grassis, 10. Ianuarij 1578. & hoc ex eo, quia co-
31 ram Ordinarijs fit † renunciatio libere, Caputaque de-
cis. 255. lib. 1. in manuscr. & communiter alij, vt scripsi
32 lib. 1. quæst. 3. nume. 2. cum seq. & statim † abdicatur
ius à cedente, Cassad. decis. 4. de rest. spol. Put. decis.
158. num. 4. libr. 3. vbi refert ita fuisse decisum in Rot.
Pelegr. decis. 287. in manuscr. & fuit pluriès determi-
natum in Rot. vt dixi lib. 1. quæst. 3. n. 6. & si resignans
33 † post resignationem contraxit matrimonium, iam non
potest ius manere penes ipsum, tunc igitur vacat bene-
ficium ex resignatione, vt fuit resolutum in dicta Cala-
guritan. Thesaurariæ.
Inspecto tamen tempore Const. 17. Gregor. XIII de
public. dicendum est, ob non factam publicationem à
34 resignatario, abdicari ius à † resignante, & beneficium
vacare, ac posse conferri liberè, & impetrari, vt dici-
tur expresè in §. quod si quidquam ibi: *Illaque siue iu-
ra ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiam si
illa aliàs nulla, & inualida essent, vacauisse, & vacare
censeantur eo ipso, &c.* & ibi: *sed ipsa beneficia, siue iu-
ra sic à principio vacantia, &c.* & Paulo inferius. Idque
optima ratione videtur statutum, vt eò magis obuietur
fraudibus. Ex quo infertur, quòd non facta † publica- 35
tione, non potest resignans repetere beneficium resi-
gnatum, neque agere spolio, quia iam omne ius ceci-
dit ab eo, iuxta dict. Constitut. quæ est in viridi obser-
uantia, ut iam dictum est, & sic huiusmodi Constit. non
solum annullat actum, sed inducit vacationem benefi-
cij resignati, quod procedit, vbi resignatio est nulla † 36
ex dicto defectu, non autem ea alio, vt fuit resolutum
in Rota in vna Brixien. parochialis de mense Maij 1589.
coram Illustrissimo Cardinali Plato, tunc Auditore
Rotæ doctissimo. Et huiusmodi beneficia vacantia ob
non factam publicationem sunt reseruata, vt dicitur in
eadem Constitutione Gregoriana de public. ibi: *Sed
ipsa beneficia, siue iura sic à principio vacantia à Sede
Apostolica prædicta duntaxat impetrari valeant, ac con-
cedi, &c.* Ex quo sequitur, inferiorem non posse † in 37
collatione dictorum beneficiorum vacantium se intro-
mittere, & conferendo † nulla est collatio Rot. decis. 3. 38
nume. 1. de off. legat. in nou. & decis. 1. de rer. permu.
eo. lib. Aeneas de Falconib. in tract. reser. in pluribus
locis, & colligitur ea Constitut. 46. Clem. VII. & sus-
penditur † donec veniam petierit, vt dicitur in Const. 39
42. fel. record. Gregor. XIII. incip. Quæ in Ecclesia.
Nam decretum Papæ in reseruationibus non solum af-
ficit, sed inficit † titulum. Rot. decis. 3. de restit. spol. 40
in nou. & hanc conclusionem extendo, non solum ad
resignationes factas in Curia, vt si resignatarius non
publicet, illa cessio sit nulla, & beneficium vacet, & sit
affectum, sed etiam ad resignationes factas extra Cu-
riam, vt si ille, cui fuit collatum beneficium vacans
per renunciationem liberam, & simplicem ab Ordina-
rio, non publicet, collatio sit nulla, & beneficium † 41
illud pariter sit reseruatum, & de eo non poterit Ordi-
narius denuò disponere, quod colligo, tùm ea genera-
litate verborum, tùm etiam ea ratione, & ita audio
fuisse practicatum, & latiùs dicetur infra.
Et impetratio † dictorum beneficiorum ob non ser- 42
uatam formam di. Constitu. fit cum expressione nomi-
num, vt dicitur in dict. Greg. in §. *Illorum vero impe-
trationes, vel etiam motu proprio Concessiones, quibus-
cumque derogationibus suffulta, nunquam sub clausulis
generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel
implicitis comprehendantur, sed specialiter & expressè ob
non seruatam præsentis constitutionis formam, ac cum
declaratione nominum & cognominum resignantis, seu
cedentis, & gratiam habentis, dispositiuè & non condi-
tionaliter fieri omninò debeant, &c.*
Ex quibus verbis colligitur forma impetrationis be-
neficiorum vacantium ob non factam publicationem,
quæ seruanda est, & seruatur de stylo, namque conces-
sio † motu proprio factam non suffragatur, minus impe- 43
tratio cum quibuscumque derogationibus, ac cum clau-
sulis generalibus vacationum. Vnde non solum per
commissionem, quæ mandat fieri fidem, an sit facta pu-
blicatio, non adiudicatur beneficium, vt late per Sarn.
quæst. 16. de iure quæsito non tollendo, & per opposi-
tionem de non publicatione, vt fuit decisum in Rota
in vna Vrgelen. Archidiaconatus, coram Episcopo
Marsic. mense Nouembris, 1539. teste Sarn. d. quæst. 12.
colum. 2. de iure quæsi. non toll. sed nec etiam per col-
lationem Ordinarij, cum sint reseruata, imò nec etiam
per impetrationem factam à Papa aliter quàm sit dictū.
Et impetratio facta sub hac forma † ante elapsum tem- 44
pus datum resignatario ad publicandum, est nulla,
etiam si postea resignatarius non publicauerit, vt tenuit
Rota in vna Palent. beneficij, coram Capizucco, de
anno 1529. teste Cassad. dec. 24. sup. reg. Cancel.
idemque censuit Rota in vna Placent. parochialis, an-
no 1520. vt refert idem Cassad. dec. 5. de concess. præb.
& hanc opinionem esse veram, & iustam, & approba-
tam à Rota in pluribus causis, tradit Sarn. q. 17. colu.
penul. vers. quibus non obstantibus, de public. Rebuff.

in eod. tract. colum. 14. vers. item Prole.dec.95.in ma-
nuscr. & ratio est, quia ius in re plenum, etsi posset re-
45 solui non tamen † est alteri conferibile ante resolutio-
nem cap. cnmmissa, in prin. de ele. lib. 6. cap. si tibi
absenti, de præb. eod. li. vbi communiter Doctores. Be-
46 neficium enim vacans † confertur, vt late diai li. 1. qu.
47 4. & quod potest vacare interim † non potest conferri,
Bellam. dec. 752. Alc. in l. qui decesserit, colum. vlt. ff.
48 qui satisdare cogantur, & ideo in qualibet † prouisione
ponitur clausula præseruatiua iuris tertij, Cassad. di-
cta dec. 24. n. 3. & 6.

49 Hinc prouisio † Ordinarij, facta infrà mensem datum,
& concessum eapectantibus ad acceptandum non valet,
etiam illis postea non acceptantibus, vt habetur dec.
834. in antiquis Bisignett. decis. 23. de concess. præb.
50 quemadmodum nec valet tali casu † prouisio legati, vt
tenuit Rot. teste Gammar. in tract. leg. li. 3. q. 3. & tem-
pore Sarn. vt ipse attestatur dict. q. 17.

51 Hinc collatio Papæ facta † infrà sex menses deuolu-
tionis ad superiores propter negligentiam patronorum
non præsentantium, est nulla, etiam si Cardinalis, ad
quem fuit deuoluta collatio infra sea menses non con-
ferat, vt tenuit Rot. in vna Vicent. Archipresbyteratus
coram Io. Paulo die 19. Decemb. 1539.

Vnde, licet ius Resignatarij dicatur pendens ante pu-
blicationem, Pauin. de offic. & potest. c. Sed. vacan. in
3. præl. tamen non valebit collatio interim facta, quam-
uis in alijs casibus valeant ea, quæ conceduntur, pen-
52 dente † iure resolubili, vt per plura exempla probat
Dec. cons. 247. colum. penul. Gem. cons. 79. in 2. dub.
& an clausulæ prosint, vide quæ scribunt Cassad. dec. 5.
num. 2. de concess. præb. Simonett. decis. 12. Roma.
cons. 256. Soc. cons. 43. in 2. col. & in 3. lib. 3. Ang.
cons. 36. Anc. cons. 148. Et iste impetrans beneficium
53 vacans, ob non factam publicationem † tenetur publi-
care, vt dicitur in ead. Constitutione in §. illorum,
ibi. *Et quicumque sic impetrans, aut gratiam etiam motu
simili habens præfinitam cuique casus tempus prædictum à
data concessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi, ea omnia,
quæ cadens à iure prædicto debebat, præstare teneatur, &
si pluribus huiusmodi gratias fieri contigerit, si pro omni-
bus obtineat, qui primus publicationem suæ impetratio-
nis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit,
omniaque requisita prædicta adimpleuerit, quamuis in da-
ta sit postremus, & possessio ab alio in publicando negli-
gentiore prius apprehensa fuerit, vel petita, &c.* Ea quo
infertur quòd quamuis moriatur postea Resignans, etiã
in possessione beneficij resignati, nihilominus benefi-
54 cium non vacat per † eius obitum, sed eo modo, vt su-
prà dictum est scilicet ob non factam publicationem &
hoc est valde notandum, namque contrarium erat re-
ceptum in terminis Regulæ de public. Caputaq. dec. 80.
par. 3. Put. decisio. 337. 358. & 371. libr. 3. Achil. de
Gras. dec. 351. & dec. 4. super reg. Ant. Aug. dec. 790.
li. 3. Corn. cons. 137. volum. 2. & communiter Docto-
res. Ex quo cessant plures lites quæ oriebantur, quando
55 resignans diceretur decedere in possessione, quod † col-
ligebatur ex perceptione fructuum & alijs similibus
actibus, vt fuit disputatum, & resolutum in vna Abul.
Præstimoniorum 11. Nouembris 1550. & 6. Martij 1551.
teste Put. d. dec. & late tradit Cor. d. consil. 137. nu. 6.
cum seq. quod consilium à Rot. fuit canonizatum, teste
Achil. de Grass. dec. 4. super regul, aliàs 350. Put. dec.
358. colum. 2. lib. 3. Nisi constet, percipere fructus,
56 non tamen de consensu † resignatarij, Anto. Aug. decis.
790. lib. 3. vbi refert, ita decisum in vna Pientinen. &
communiter Doctores.

Rursus Dubitatur, An nulla existente resignatione
ob non factam publicationem à resignatario, Resignans
amittat reseruationes fructuum, aut pensionis, vel alte-
57 rius iuris, & sic quid in alijs? Negatiuè † est respon-
dendum, vt dicitur expressè in dic. Constitutione Gre-
goriana in §. *Reseruationibus nomine, administrationis,
fructuum etiam omnium, ac pensionum, & aliarum rerum
quarumcumque, necnon facultatibus, indultis, & alijs
concessionibus, tam ipsis resignantibus, seu cedentibus, qui
tum possessionem ab initio re ipsa dimiserint, quam alijs ex
huiusmodi resignationibus, seu cessionibus, a Sede Aposto-
lica factis, nihilominus validis plenumque effectum sorti-
turis, &c.* Quod optima ratione videtur statutum, nam
huiusmodi reseruatarij in nullo deliquerunt, ergo puni-
ri † non debent, l. sancimus. C. de pœnis, cessat enim pœ- 58
na, vbi non est delictum, & culpa, l. aliud est fraus ff.
de verb. signif. Crauet. consil. 311. num. 2. Ideo Resi-
gnatarius dumtaxat, qui est in culpa, debet admittere
ius, & pœna † non debet egredi ipsum, l. rescriptum, ff. 59
de his quib. vt indignis. Cephal. cons. 139. nu. 4. Natt.
cons. 479. numer. 4. Hinc scribit Dominus meus Card.
Paris. cons. 143. numer. 9. volum. 4. quòd Decretum
regul. Cancell. de publicand. non obstat resignanti.
Quamuis alias Rota in vna Placentin. parochialis, 3.
Iunij 1581. resoluerit † Constitutionem Pij V. obliga- 60
re resignantem, & resignatarium, idque ea ratione par-
ticulari.

Limita hanc conclusionem non procedere in casu de-
cisio per Rotam in vna Valent. 14. Iunij coram R.P.D.
Robusterio, de anno 1585. & in alia Cremonensi 4.
Nouembris 1583. Coram Cantuccio, vt † Resignatarius 61
possit annullare pensionem aut reseruationem fructuũ,
quia resignans habebat ius, & beneficium ex resignatio-
ne mortui, qui non publicauerat, ea quo omne ius ami-
serat, & sic iste secundus resignatarius potest dicere de
nullitate pensionis, aut reseruationis fructuum, quam-
uis consenserit, iuxta dec. 10. Achil. de Grass. sub tit.
de pensionibus in manuscriptis, & hoc est valde notan-
dum, & memoriæ tenendum.

Et quia supra pluribus in locis dictum est, resignatio-
nem non publicatam esse nullam, & inualidam, & bene-
ficium vacare, & posse à quocumque impetrari, vt tota
die communiter de stylo obseruatur, etiam si resignatio
fuit publicata, verum non seruata forma huius † Con- 62
stitutionis Gregorianæ; nam hæc itidem est nulla, &
beneficium vacat, vt expresse in dicta Constitutione di-
citur, & fuit pluries resolutum in Rota, vt supra dictum
est, n. 7. & ita communiter practicatur, paria enim sunt
non facere, vel minus legitimè, l. Duo sunt Titii. ff. de
testam. tutel. Vel fuit perfectè facta, sed elapso tempo-
re dato ad publicandum, namque, quamuis illa publi-
catio † fuerit facta seruata forma, nihilominus est nul- 63
la, cum non fuerit tempore legitimo facta, vt expressè
dicitur in hac Constitutione Gregoriana, & communi-
ter est receptum in praxi, & fuit resolutum in vna Ta-
rentin. Canonicatus, Veneris, 12. Maij, 1589. coram R.
P.D. Orano.

Limita primo non procedere, † quando fuisset à Pa- 64
pa derogatum, vt quis non teneatur publicare benefi-
cium sibi resignatum. Put. dec. 178. libr. 2. Rebuff. in
praa. regu. de public. colum. 11. vers. 2. namque eius † 65
est tollere, cuius est condere, l. vlt. C. de legib. & Pa-
pa in his † habet liberam facultatem disponendi, vt vult 66
Card. Paris. cons. 103. volum. 4. Staphil. de liter. gra.
in principium, & hoc priuilegium † debet specialiter 67
esse concessum. Put. d. decisio. 178. numer. 2. Hodie † 68
autem audiui non dari huiusmodi priuilegia, & ita ob-
seruatur.

Limita secundò, non procedere, quoties fuisset pro-
rogatum tempus à summo Pontifice, namque stylus no-
torius Datariæ est, vt concedat prorogationem ad duos,
vel tres menses, quoties non fuit facta publicatio † in 69
tempore, eò magis cum resignans viuit, fit enim suppli-
catio, in qua narratur, non esse factam publicationem,
& esse elapsum tempus, vel prope vt labatur, & petitur
restitutio aduersus sex mensium iam præfixorum lap-
sum, & repositio ac plenaria rei integratio in statu, in
quo esset, si infrà eosdẽ sex menses existeret, & tali casu
debet resignatarius publicare infra illos duos vel tres
menses datos in restitutione, & prorogatione, & quem-
admodum † restitutus à Principe recuperat omnia bona, 70
quæ ob delictum amiserat, ita restitutus aduersum lap-
sum temporis publicationis recuperat omne ius suum,

l. vlt. §. vlt. C. de sent. pass. Anton. Gomes. de delictis,
cap. 13. num. 33. & ita fuit resolutum in vna Astoricen.
Archidiaconatus, coram R. P. D. Mantica Auditore
Rotæ Doctissimo, 29. Maij, 1590. & huiusmodi resti-
71 tutionem ad publican. non † esse publicandam renuit
Rota, in vna Oxomen, coram R. P. Dom. Robusterio,
2. Decembris, 1583. & neque prorogationem, fuit re-
solutum coram R. P. D. Plato, nunc Card. Amplis. 31.
Ianuarij, 1590.

72 Et in huiusmodi gratia † restitutoria aduersus lap-
sum tempus publicationis, requiri derogationem regu-
læ de iure quæsito non tollen. fuit resolutum in vna
Astoricen. 29. Maij, 1590.

Et cum fuisset cuidam concessa restitutio, & proro-
gatio ad duos menses, in qua narrabat resignatarius,
quòd ea certis causis præpeditus non potuit publicare,
fuit dubitatum, An teneatur eas verificare? Pro affir-
matiua facit quia hoc videtur pars gratiæ, namque hac
ratione concessit Summus Pontifex hanc prorogatio-
73 nem, quia fuerat † impeditus, ideo debet hoc verifica-
ri. Gem. consil. 65. numer. 21. & 23. Rom. consil. 33.
num. 3. Paris. cons. 45. num. 3. vol. 4. Sarn. in proœm.
Signat. in princ.

Negatiua tamen opinio est verior resignatarium non
74 teneri verificare aliqua † impedimenta, quam opinio-
nem tenuit Rota in vna Oxomen. beneficij S. Thom. Lu-
næ 2. Decembris, 1585. coram, R. P. D. Robusterio
nunc Episcopo dignissimo, & ratio quæ mouit Rotam
fuit, quia gratia restitutionis non est fundata super hoc,
sed super eo quia resignans adhuc viuit, & ideo hoc
75 tantum debet iustificari, illa enim verba, † certis ex
causis præpeditus; explicant causas in animo, & opi-
nione Oratoris existentes, quasi dicat appensans, &
considerans, ac cogitans certas causas, l. causæ, l. 1. §.
causa autem. ff. de minor. l. prima. C. vbi pupi. educ.
oport. & in proœm. Clem. vbi gl. Alber. in diction.
in verb. perpendere, Rebuff. de verb. significat. fol. 932.
76 & tamen quod † consistit in animo, non est verifican-
dum. Rota decis. 60. de rescr. in antiq. Card. cons. 69.
sub num. 6. Cassad. dec. 4. de probat. & regulare est, vt
77 quoties dicitur ex certis causis, † dicatur probatio du-
bia, & incerta, quæ nihil releuat. Card. Paris. cons. 6.
num. 4. & cons. 9. nume. 41. volum. 2. & huiusmodi
verba fuerunt apposita pro colore restitutionis, sicut fit
in supplicationibus resignationum, in quibus dicitur,
quòd certis ex causis animum, &c. Ex quo cessat con-
trarium.

78 Illud autem, quod † resignans viuit, debet iustificari,
nam restitutionem iustificandam, fuit resolutum in Ro-
ta in vna Pampilonen. parochialis de Sangueza veneris,
25. Martij, 1575. coram Illustrissimo Aldobrandino, &
huiusmodi restitutio, seu prorogatio non operatur, quo-
79 ties medio tempore † ius fuit acquisitum tertio per col-
lationem factam ab eodem Principe, quia solet poni
clausula, *sine tamen iuris, &c.* & regulariter restitutus
80 † a Principe, non recuperat ius alteri concessum. Bart.
in l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 12. ff. de liber. &
posth. & clausula illa præseruat ius quæsitum tertio, &
81 reddit gratiam † conditionalem, ad notata per Put. de-
cis. 32. lib. 3. Ideo concludendum est restitutum non re-
cuperare ius, quòd ob non factam publicationem alte-
ri esset quæsitum per impetrationem factam à Papa.
Ant. Gomes. dict. lib. delict. c. 13. numer. 39. & in hoc
communiter conueniunt.

Quæro, si literæ resignationis sunt nulliter expeditæ
ob subreptionem, vel obreptionem, & resignatarius
obtineat gratiam perinde valere, & postea publicet
prædictas literas, iuxtà formam Constitutionis Grego-
rianæ, an sit nulla publicatio & per consequens resigna-
tio? Pro affirmatiua primò facit, quia Gregorius vult
esse faciendam publicationem cum literis desuper ex-
82 peditis, † quæ verba debent intelligi de literis validis,
nam inualidæ non sunt in aliqua consideratione, nec
possunt producere aliquem effectum, leg. non putauit.
§. non quæuis, ff. de bon. poss. contra tabul. l. 4. §.
condemnatum, ff. de re iud. Marsil. cons. 43. numer. 2.
cum seq. Corn. cons. 284. numer. 9. volum. 4. & in ter-
minis reg. de publican. est decis. Cassad. 9. numer. 3. de
concess. præb. verba enim debent intelligi de resigna-
tione quæ fuit valida, & quæ dedit ius, & habuit † ef- 83
fectum, & non de inualida. Cassador. dict. dec. 9. num.
3. versic. item esto.

Secundò, quia publicatio requiritur ad prohibendas
occultas beneficiorum resignationes, ex quibus, † oc- 84
cultis resignationibus plura inconuenientia sequeban-
tur, namque ignorabatur vera vacatio, & decipiebàn-
tur expectantes, & Ordinarij. Sarn. de publican. quæst.
2. & quæst. 3. quæ fraudes non essent sublatæ per publi-
cationem cum primis literis inualidis, quia occurrente
obitu resignatarij, posset oriri, & dari materia fraudis
in resignante, vt ostendat nullitatem resignationis, &
doceat de intrusione, quia cum literæ reualidatoriæ
non sint publicatæ, de facili posset decipi Ordinarius,
qui non tenetur illas requirere de registro, nec diuina-
re, potest etiam dari materia fraudis in euentum obitus
resignatarij, quia tunc ostenderentur literæ reualida-
toriæ.

Tertiò, quia constitutio vult quòd si non fiat publi-
catio, vacet beneficium resignatum, ergo opus est, quòd
publicatio fiat de resignatione valida, alias non posset
dari vacatio, quia quando resignatio † est nulla ex alio 85
capite, quàm non publicationis, ius remanet in resi-
gnante, & non vacat Mohedan. decis. 326. fuit dictum
in vna Brixien. parochialis 10. Maij 1589. coram Plato.
Ideo cum ista qualitas quòd vacet ob non factam pu-
blicationem, non possit applicari in resignatione nul-
la, meritò est opus, quòd publicatio fiat de valida re-
signatione. Put. decisio. 4. de publicand. in manuscr. &
decisio. 42. libr. 3. & tamen Constitutio non habet lo-
cum, vbi non potest occurrere qualitas † quam Consti- 86
tutio præsupponit. Dec. cons. 60. num. 2. Crauett. cons.
231. num. 2.

Quartò facit, quia cum non tenet actus principalis,
neque illi accedentes † tenere debent, l. 1. vbi Bald. & 87
omnes, C. de condit. ob caus. & ideo Sarn. de public. q.
18. probat publicationem, quamuis, legitimè factam de
secunda gratia, non deseruire primæ resignationi, quæ
nulla sit ex defectu publicationis, eadem ratione vide-
tur è contra.

Quintò, ponderantur verba Gregorianæ, dum vult
tempus sex mensium incipere à die gratiæ concessionis,
etiam quòd postea fuerit reformata, & valida reddita,
quæ verba ostendunt eam ipsam reualidatoriam esse pu-
blicandam.

His tamen non obstantibus, † contraria opinio est 88
verior, quam tenuit Rota in vna Mediolanen. Præposi-
turæ, veneris, 28. Octobris, & 30. eiusdem mensis, 1589.
coram R. P. D. Plato, tunc Auditore Rotæ doctissimo,
& nunc Cardinali Amplissimo, namque publicatio fuit
facta cum literis, eo tempore, quo erant conualidatæ † 89
per gratiam, *perinde valere*, quæ vt dicit Rebuff. in prax.
tit. de perind. valer. habet oculos retro, & reualidat
omnia ab initio, cum omnibus inde sequutis. Idemque
esset, si post publicationem habuisset gratiam perinde
valere: nam sufficiet illa publicatio, & non est opus
alia; Ita in simili, si Papa concessit Abbati priuilegium
testandi, illa gratia facit, vt sustineatur testamentum
iam † factum, licet nulliter, ita vt valeat ipso iure abs- 90
que noua declaratione. Ias. in l. quominùs, ff. de flumi-
nibus, sub num. 129. Paul. de Castr. in l. si quis filio. §.
irritum, num. 4. de iniust. rupt. irrit. fact. testam. Marsil.
in rubr. C. de fideiuss. n. 83.

Ita si Priceps concessit alicui, vt possit facere Molen-
dinum, † illa licentia porrigitur ad Molendinum priùs 91
illicitè factum. Paul. de Castr. in dict. l. si quis filio, §.
irritum, num. 5. per illum tex. Ias. in d. l. quominus, n.
127. vbi alios adducit.

Non obstant contraria, nam ad primum responde-
tur, multas resignationes etiam inualidas publicari, &
clarum est publicationes non esse nullas, licet resigna-

tiones non habeant effectum, vel meliùs respondetur, literas esse validas, stante gratia *perinda valere*, quæ validat ab initio, & ita respondetur ad secundum, tertium, & quartum, quintum autem nagatur.

92 Et ideo gratia † reualidatoria mandati de prouidendo præfertur habenti gratiam anteriorem illa reualidatoria, posteriorem autem prima gratia, vt fuit resolutum in vna Roma. Clericatus coram Card. Puteo, die 24. Aprilis, 1551. teste Caputaque. dec. 44. parte 2. Et

93 formulam † gratiæ perinde valere, habes per Mandos. in reg. de annali. q. 84. per totam.

Lib. 11. qu. 7. n. 18. Ibi: Vigore alterius gratiæ.

FAllit quandò cum derogatiuna expressa ipsius constitutionis, noua gratia concederetur. Neque enim in dubium reuocatur, quin pro tempora existens Summus Pontifex, legibus & constitutionibus suorum prædecessorum, nedùm suis, ex plenitudine potestatis derogare valeat, aap. proposuit. §. licet, & ibi glosa in verbo, dispensare, de concess. præb Sed hoc solummodò in locis illis, in quibus prædicta constitutio viget (in patria scilicet obedientiæ) obtinet. Secus in hoc Galliæ Regno, vbi regula d. publicandis resignationibus lex ipsius Regni effecta, & vt talis in Curiæ Parisiensis Parlamenti registris descripta extitit. Quocirca eiusdam regulæ derogatio à Summo Pontifice solùm obtenta, vix à iudicibus secularibus de beneficiorum Ecclesiasticorum possessorio cognoscentibus reciperatur, nisi Regis Christianissimi accederat assensus. Si tamen noua gratia seu prouisio huiusmodi, alterius cuiusuis impetrationem præcaderet (ita vt nulli alij ius in beneficium resignato competeret) illam solam, etiam in dicto Regno subsistere posse, sicque dictum Parisij supra, quæstion. 6. numer. 119. intelligi debere, credimus: & idem Parisius infrà, numeris 79. 80. & 81. fatetur.

Eadem quæst. numer. 35. Ibi: Non potest resignans repetere.

ALium casum, in quo, semèl resignans beneficium, ampliùs ad illud redire nequit, reperiès à Parisio notanter expressum suprà, lib. 3. quæst. 23. num. 15.

Eadem quæst. num. 44. Ibi: Etiamsi postea resignatarius non publicauerit.

IDem de eo, qui parochialem Ecclesiam, seu aliud curatum beneficium, tanquàm per illud obtinentis, ad sacrum ordinem presbiteratus non promotionem, vacans anno promotionis nondùm elapso, impetrauit, dicendum esse. (ipsi scilicet factam gratiam, etiamsi promotio huiusmodi, intrà statutum tempus facuta non fuerit, nullius momenti existare) suprà ostendimus.

Eadem quæst. num. 49. Ibi: Est nulla.

HOc nos non facilè admittimus: Iuris enim est certissimi summum Pontificem, cum quibusuis Ecclesiasticis collatoribus cumulatiuè concurre, cap. dudum, & cap. si à sade de præb. in 6.

Eadem quæst. num. 51. Ibi, Est nulla.

HOc verum, si in prouisione Apostolica dispositiuè narretur. beneficium tanto tempore vacauisse quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij est ad sedam Apostolicam legitime deuoluta. Tùnc enim, quia falsum expressum est collatio tanquàm obreptitia viribus carere dabet: secùs si res verè, prout se habet, fuarit explicata: Tunc enim quis dubitet, quin collatio Papæ, ob omnimodam quam ipse, dubio procul, in beneficialibus habet potestatem, cap. 2. de præben in 6. & Cle. 1. vt lite peoden.) iure optimo, viribus subsistat? ¶ Auctor loquitur vbi ius deuoluerat ur ad Cardinalem, qui ex indulto, de quo supra, lib. 2. quæst. 19. diximus, non potest præueniri.

Eadem quæst. numer. 57. Ibi, Negatiuè est respondendum.

ET ratio est, quia pœna suum sequi debet Authorem, l. rescriptum, ff. de his quib vt indig. Et l. Sancimus C. de pœnis Tertius ergò, qui beneficium, ob non seruatam constitutionis formam vacans, impetrauerit, pensionem vtique resignanti, seu cedenti [si is illam sibi reseruauerit, & iùm possessionem eiusdem benefici, re ipsa dimiserit) soluere, vel alij concessionem (si quam eidem, Summus Pontifex fecerit] præstare nihilominùs tenebitur.

Eadem quæst. num. 61. Ibi, Resignatarius potest dicere de nullitare pensionis.

SEcùs in cessionario, cui de beneficio litigioso, per cessionem colligitantis vacante, Apostolica auctoritate, sub onere reseruationis pensionis ex concordia, simul auctoritate confirmata, prouisum fuit. Cùm satis lucretur qui à lite discedit, l. in summa ff. de condit. Indeb. Et diximus suprà. lib. 6. q. 2. n. 93.

Eadem quæst. num. 69. Ibi, Namque stylus nototius Datariæ est.

HÆc intellige de beneficijs patriæ obedientiæ, Non autem de his, quæ in patria reducta consistunt. Nam quod ad ista pertinet, frustra peteretur prorogatio, cùm præsupponitur resignantem adhùc viuere, Nec derogatio regulæ de non tollendo ius quæsitum alteri, reciparetur in gallia, secundùm Rebuffum, super regula de publican. resignat. glosa 1. versic. Et sic per istum textum iudices vbi Casum valdè notabilem recenset, quem videre, te [Lector] non pœnitebit.

Eadem quæst. numer. 19. Vt Resignatario non prosit regula de triennali.

¶ COntrarium tenet Molineus ad regul. de publicat. resig num. 32. cui nos accedimus, cum Gregoriana non recipiatur in Gallia.

QVÆSTIO VIII.

Beneficia vacantia ob non publicationem, an dicantur vacare in Curia.

SVMMARIVM.

1 *Attenditur locus, vbi situm est beneficium, & non persona concedens, in dubio.*
2 *Vacantia in Curia sunt reseruata, & num. 9.*
3 *Verba debent aperari.*
4 *Beneficium priuati in Curia per sententiam, vbi vacet.*
5 *Lex inducens priuationem, priuat ipso iure.*
6 *Beneficia vacantia ob non factam publicationem, dicuntur vacare in Curia.*
7 *Beneficium censetur vacare in loco, vbi fertur sententia priuataria.*
8 *Ex diuersis non infertur.*
10 *Dispositio debet conuenire cui confertur.*
11 *Papa dispanit de beneficijs vacantibus ob non factam publicationem.*
12 *Quomodo impetrentur beneficia, ob non factum publicationem.*

OCtauò quæro, an beneficia, quæ vacant ob non factam publicationem, dicantur vacare in Curia apud Sedem ?.

Pro negatiua præsupponendo beneficium resignatum esse extra Curiam, ac resignatarium, adducitur decisio Put. 356. Cardina. Fatnasius, numer. 3. vers. non obstat, quod indultum, libr. 2. vbi dicit non esse attendendam

1 Personam Summi Pontificis † concedentis indultum,
sed locum vbi situm est beneficium, vt vacet extra Cu-
riam, facit etiam decisio Card. Paleot. 365. incip. hæc
causa, in manuscr.

Secundò affertur, quia Gregorius in sua Constitutio-
ne, reseruat dispositioni suæ, beneficia, quæ declarat
vacare ob non factam publicationem, iuxta Constitu-
tionis formam; Si enim talia beneficia in Curia cense-
rentur vacare, frustratoria fuisset illa expressa reserua-
2 tio; cum vacantia in Curia, de iure † communi sint
reseruata, ca. 2. de præb. lib. 6. ne ergo dicatur, quòd
3 talis reseruatio sit posita sine effectu † operandi, iuxta
ea, quæ scribit Crauet. consil. 135. sub nu. 24. dicendum
est Gregorium intellexisse talia beneficia in Curia non
vacare, & ob id expressam reseruationem in dicta Con-
stitutione apposuisse.

Tertiò, quia si priuatus in Curia, est præsens in ea-
4 dem Curia; aut censetur † præsens quia habetur pro
præsente tanquam contumax, tunc beneficium vacat in
Curia; Si autem non est præsens, aut non habetur pro
præsente, tunc vacat extra Curiam. Sarnen. in regul. de
impet. benef. vacant. per obitum Famil. Car. in quæst.
septim. sub, numer. 7. Caputaq. decis. 91. libr. in ma-
nuscr. eoque magis hoc procedit, cum priuatio con-
5 tingat per Constitutionem, & sic per † legem; quæ pri-
uat ipso iure. Card. Paleott. decisio. 374. incip. Muti-
nens.

His tamen non obstantibus, contraria opinio mihi
6 videtur verior, vt beneficia † vacantia ob non factam
publicationem, dicantur vacare in Curia, quam opinio-
nem tenuit Rota in vna Virdunen. Canonicatus Lunæ
19. Iunij 1588. coram R.P.D. Gipsio Auditore Rotæ
doctissimo, nam resoluit nouam prouisionem intrare,
cum ille narrauerit beneficium vacare in Curia, idque
iustificauerat ex eo, quòd non erat facta publicatio,
iuxta hanc Gregorianam, & pro hac opinione primo
facit, quia in Curia fuit promulgata Gregoriana, quæ
priuat non publicantes, & beneficium censetur vacare
7 † in loco, vbi fertur sententia priuatoria, Rot. decis.
36. de præben. in antiq. Sarn. de impetr. benef. vacant.
per ob. fam. Card. q. 7. sub numer. 7. & fuit resolutum
in vna Copostellan. teste Caputaq. dict. decis. 91. lib. 1.
& hoc eò magis procedit in casu nostro, cum delictum
fuerit commissum in Curia, & ibi facta resignatio, ac
lata sententia priuatoria, vnde nullum cadit dubium
tot concurrentibus, iuxta ea, quæ scribit Card. Paleott.
decis. 374. incip. Mutinen. Capellaniæ Sancti Christo-
phori, & ita stylus admitt. nam cum Constitutio indu-
cat vacationem vsque ab initio, satis videtur vacare
apud Sedem, ex quo primordium vacationis fuit resi-
gnatio in manibus Papæ.

Non obstant contraria, nam ad primum responde-
8 tur, quòd casus est diuersus, vnde non infertur † ad l.
Papinianus. ff. de minor. namque resignatum in Curia di-
9 citur reseruatum † & affectum. Arch. in cap. 2. in 1. co-
lum. de præben. lib. 6. Sarn. de infirm. resignan. quæst.
33. num. 2. & est communis omnium Doctorum recepta
opinio.

Ad secundum respondetur, retorquendo in contra-
rium; namque Gregorius voluit, quòd ipsa beneficia
siue iura sic à principio vacantia à Sede Apostolica
dumtaxat impetrari valeant, & concedi, vt dispositio
10 declaretur conueniens ei, in quem † confertur, l. ple-
nam. §. equitis, ff. de vsu & habit. quia non quæritur
ad alium finem, vbi censetur vacare beneficium in ca-
su priuationis, nisi vt sciatur ad quem spectet collatio.
Caputaq. dict. decis. 91. Cum ergo hic collatio spe-
ctet ad Sedem Apostolicam, dicendum est quòd apud
illam censeatur vacare, vt dispositio declaretur con-
ueniens.

Ad tertium iam videtur responsum ex suprà dictis.
Concludendum igitur est in Curia censeri vacare be-
neficia vacantia ob non factam publicationem, & dis-
11 positionem illorum beneficiorum † spectare ad Sedem
Apostolicam, vt expressè statuitur in allegata Consti-
tutione fel. record. Greg. XIII. & dictum est amplè in
præcedentibus quæstionibus & ita communiter practi-
catur, & obseruatur, & vulgaris stylus est omnibus no-
tus in Curia, vt huiusmodi beneficia impetrentur † à 12
Summo Pontifice cum expressione in summitate sup-
plicationis, ob non factam publicationem.

Libr. 11. quæst. 8. numero 6. Ibi, Dicantur vacare
in Curia.

SI ergo huiusmodi beneficia sic vacantia, parochiales
Ecclesias, vel earum perpetuas vicarias esse contige-
rit, nec de eisdem, intrà mensem, ab elapso sex, vel no-
uem mensium tempore computandum, à Summo Pontifice
prouisum fuerit. ad eum vtique, ad quem de iure vel pri-
uilegio, aut consuetudine, Ecclesiarum seu vicariatum
prædictarum collatio pertinebit, fiet earundem deuolu-
tio, cap. statutum. de præb. in 6. ¶ Frustra hæc adnotatio
in Gallia, vbi explosa reseruatione huiusmodi Ordinarius
cessante publicatione confert per obitum Resignantis in
possessione, post tempus regulæ, vita functi.

Eadem quæst. num. 12. Ibi, Cum expressione in summi-
tate, ob non factam publicationem.

HViusmodi autem expressio (vt iàm suprà memini-
mus) non prodesset, nisi in corpore quoque suppli-
cationis, modus vacandi (ob non seruatam scilicet for-
mam constitutionis) narraretur & insereretur.

QVÆSTIO IX.

*An contra Constitutionem Gregor. XIII. possit
dari quod non fuit acceptata, & publicata
in partibus.*

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia Extrauagantium excusat. Bulla Pij V. con-
tra illegitimos, an liget Mantuæ.*
2 *Publicatio legum debet quoque fieri in partibus.*
3 *Iuri ciuili statur, cum iure Canonico contrarium non
disponitur.*
4 *Lex non ligat ante publicationem.*
5 *Regulæ Cancellariæ quare non ligent vbique contra;
numero 25.*
6 *Contra Constitutionem Gregorij XIII. de publicandis
non potest allegari non fuisse in partibus publica-
tam, & non esse vsu receptam.*
7 *Constitutio Gregor. de publicandis vbique est vsu re-
cepta.*
8 *Publicatio facta in Curia sufficit, vt Constitutio liget
extrà.*
9 *Romæ publicantur Constitutiones perpetuæ, & ligant
vbique.*
10 *Constitutio ligat omnes, post publicationem factam
in Curia.*
11 *Regulæ Cancellariæ, quæ non publicantur nisi in Cu-
ria, ligant omnes.*
12 *Papa quare habeat pedes plumbeos.*
13 *Absentes quare facta publicatione ligantur.*
14 *Decretum irritans, ligat ignorantes.*
15 *Constitutio impressa, dicitur nota.*
16 *Liber Sexti, Decretalium, an fuerit publicatus.*
17 *Bulla in Cœna Domini, vbique ligat.*
18 *Extrauagans ignota non ligat.*
19 *Sententia lata contra extrauagantem publicatam,
est nulla.*
20 *Sententia lata contra legem scriptam, est nulla.*
21 *Lex quando dicatur indubitata.*
22 *Differentia inter leges Papæ, & Imperatoris.*
23 *Auth. Vt nouæ factæ Const. quomodo intelligatur.*
24 *Cap. cum infirmitas, de pœnit. intellectur.*
26 *Lex vsu non recepta, non ligat.*

Digitized by Google

27 *Extrauagans non publicata excusat, non obstante Decreto irritante.*

NOnò Quæro, an possit allegari hanc Constitu-
tionem Gregorij XIII. de publicandis non fuis-
se acceptatam, & publicatam in partibus, & ea
hoc non visu receptam, ad effectum sustinendi resigna-
tionem non publicatam? Pro affirmatiua facit, quia
1 ignorantia † Eatrauagantium excusat. Abb. & alij in
cap. Pastoralis, de fide instrum. Bald. in cap. de causis,
de re iud. ideo probato, quod non fuerit in diœcesi pu-
blicata huiusmodi Constitutio, resignatio sustinebitur,
quamuis non fuerit facta publicatio. Doctores in cap.
cognoscentes, vbi de communi Ber. num. 52. de const.
Roland. a Vall. cons. 8. numer. 26. libr. 3. Bursat. cons.
255. num. 15. volum. 3. & cons. 375. num. 14. volu. 4.
respondit. Bullam Pij V. editam contra naturales non
ligare Mantuæ, cum ibi non fuerit publicata. Quod
comprobatur, quia lex promulgata in Curia Principis,
non ligat subditos extra Curiam degentes, etiam post
duos menses a publicatione facta in Curia, donec per
2 Rectores † prouinciarum in Metropolibus publicetur,
vt expressè dicitur in Auth. vt factæ nouæ Constitutio-
nes, & cum iure Canonico non sit expressum contra-
rium, † illi standum erit, argum. cap. 1. de ope. nou.
3 nunc. & c. si in adiutorium. dist. 10. & videtur firmare
Ioan. And. super Gl. datæ seati, Errea. in cap. cum in-
firmitas, de pœn. & remis. vbi dicit illam Constitutio-
nem factam in Concilio generali non ligasse ante pu-
4 blicationem eius a Prælatis factam, quod etiam vide-
tur firmare Caietan. in 1. 2. q. 90. art. 4. & ob id mul-
tis † placuit regulas Cancellariæ non vbique ligare,
5 Ancha. cons. 297. inci. efficacibus, in princ. Zabar.
cons. 99. Rom. cons. 260. colum. 2. Dec. in cap. 2. in 2.
lectura de const. Accedit quia licitum est ignorare Ea-
trauagantes, Doct. in l. cum prolatis, ff. de re iud. Fe-
lin. in cap. 1. de re iud. Burs. cons. 378. num. 7. volu. 4.
Rip. in l. quarta, §. hoc autem iudicium, numero 32.
ff. de damn. infect.

His tamen non † obstantibus contraria opinio est ve-
6 rior, & communiter recepta ab omnibus, etiam de sty-
lo, secundum quam fuit resolutum in Rota, die Lunæ
14. Maij 1584. in vna Ippogerien. Canonicatus coram
R. P. D. Orano namque prouisus de beneficio vacante
per resignationem non fecerat publicationem, & ad
sustentandam renunciationem afferebatur de non vsu,
& non publicatione, fuit decisum esse locum Bullæ, &
7 vbique, ac omnes afficere, vbique etiam esse vsu † re-
ceptam, ideoque fuit confirmatum die 4. Februarij,
1585. coram eodem in eadem causa, & ratio est, quia
huiusmodi Constitutio fuit Romæ publicata, vt in fine
8 apparet, quæ publicatio † sola sufficit, vt liget extra
Curiam Ioan. Monach. in reg. generali, de regu. iur.
lib. 6. attento stylo, & consuetudine Curiæ, vt attesta-
tur in terminis Nauar. cons. 1. num. 11. & nume. 19. de
Constit. nam Romæ etiam publicantur omnes aliæ con-
stitutiones perpetuæ, & ligant † per totum orbem, &
9 sunt in vsu. Paul. de Eleaz. in procem. Clemen. Sarn. in
procem. regul. Cancel. quæst. 2. numer. 13. Capel. To-
losa. decis. 444. in 2. dub. & quòd lex liget post publi-
cationem † factam in curia, est magis communis opi-
10 nio, teste Nauar. d. cons. 1. nume. 19. Gloss. vlt. in data
6. Natt. cons. 295. num. 5. & cons. 498. numer. 2. Rim.
Sen. cons. 281. num. 9. Rimin. Iun. cons. 118. nume. 10.
volum. 1. Bursat. cons. 200. numer. 504. volum. 2. &
cons. 49. in fin. volum. 4.

Hinc regulæ Cancellariæ, quæ non publicantur, nisi
in Curia † ligant omnes. Pauin. in prælud. eatrauagan.
11 Felin. in cap. 2. de rescript. Mil. in verb. lex. §. 2. Barba.
cons. 57. colum. 2. lib. 1. Bertrand. cons. 292. colum. 3.
lib. 3. Cassan. cons. 10. in 5. colum. Rip. in d. cap. 2. de
rescr. & fuit iudicatum in Parlamento Tolosano, vt
patet in decis. 444. & communiter Doctores, vt per
Sarn. d. q. 2. num. 11. vbi refert pluriès decisum in Ro-
ta, & ratio cur sufficiat publicatio facta Romæ est quia
Papa † habet pedes plumbeos, & est quasi immobilis, 12
vt tradit signanter Imol. in procem. Clemen. Hinc dicit
D. Thom. 1. 2. quæst. 90. art. 4. quòd subditi † absentes, 13
à legis promulgatione obligantur ad eam, illa ratione,
quod illa deuenit, vel deuenire potest in eorum noti-
tiam, nulla facta mentione de publicatione facta in
prouincia, vel capite ipsius.

Idque comprobatur ex decreto irritanti posito in
dicta Constitutione, quod ligare † ignorantes etiam 14
communiter est receptum, Ant. de Butr. Imo. Abba.
Fel. Dec. in cap. 2. de Constit.

Accedat præterea, quia paulo post publicationem
fuit impressa, & posita in volumine Bullarum vnde sa-
tis dicitur Eatrauagans † nota, quæ idem operatur, 15
quod lex. Abba. & alij in d. cap. pastoralis, de fid. in-
strum. alioquin sequeretur absurdum, quòd † liber 16
Seati (vt ait glos. in data ipsius) non ligaret, cum non
fuerit publicatus, nec etiam liber Decretalium, &
Clem. l. nam quod absurdum, ff. de bon. libert. cap.
dudum, 2. de elect. lib. 6. Bulla † in Cœna Domini, ac 17
aliæ Constitutiones non ligarent, quia non sunt publi-
catæ, nisi Romæ, quod non est dicendum, vt per Na-
uar. dict. cons. 1. num. 19. de Constit. Ideo concluden-
dum &c. Non obstat, quòd ignorantia Eatrauagantis
excusat, quia id procedit in Extrauaganti † ignota, 18
nos autem in nota, ita, respondit Sarn. dict. quæst. 2.
num. 51. vel respondetur procedere in Extrauagante
non publicata, secus in publicata, & indubitata, ita res-
pondit Pauin. in procem. Eatrauag. vbi dicit sententiam
latam contra hanc Eatrauagan. publicatã † esse nullam, 19
tanquam latam contra legem scriptam, † Bald. in leg. 2. 20
C. quando prouoc. non est necess. Butr. in cap. 1. & c.
cum inter, de re iudic. Rot. decis. 349. in nou. Abba.
d. cap. pastoralis, & dicitur † indubitata, quia reperi- 21
tur in Archiuio publico, Auth. ad hæc, C. de fid. Instr.
l. Celsus, ff. de probat. cap. ad audientiam, de præscr.
& inter aliàs Eatrauagantes, c. quoniam progenito-
rum. 20. quæst. 1. & optimè explicat Pauin. loco ci-
tato.

Nec obstat Auth. vt nouæ factæ Constit. quia res-
pondetur † loqui in Imperatore, qui habet pedes plu- 22
meos, nos autem in Papa, qui habet illos plumbeos,
ita Imol. in procem. Clement. Henric. Boic. in cap. 2.
de Constit. Sarn. in procem. reg. Cancel. dict. quæst. 5.
numer. 13. vbi etiam alio modo respondet dict. Auth.
procedere † in noua Constitutione, quæ non potuit il- 23
lico per famam innotuisse, vt patet ea rubrica, quod
secus est in casu nostro.

Tertiò, & melius respondetur, non habere locum in
casu nostro illam Authenticam, propter decretum irri-
tans appositum in Constitutione, quod ligat etiam
ignorantes, vt ex communi dictum est.

Quartò, respondit Nauar. dict. cons. 1. num. 20. de
Const. hoc procedere iure scripto attento, nos autem
consuetudine, & stylo Curiæ attentis. Non obstat dict.
† cap. cum infirmitas, quod solum probat medicos non 24
esse arcendos ab ingressu Ecclesiæ, propter violatio-
nem illius Canonis, nisi in terris, in quibus fuerit pu-
blicatus, non tamen probat, quòd Canon. ille non sit
seruandus in alijs terris, donec in eis publicatio fiat,
vt latè prosequitur Nauar. dict. consilio primo num. 21.
quem vide, de Constit. Non obstat Caietan. quia con-
trarium non probat, vt tradit Nauar. loco citato. Non
obstat, quòd dictum est de regulis Cancellariæ, nam
in contrarium se habet communis, & recepta Docto-
rum † sententia, secundum quam pluriès resoluit 25
Rota, vt tradit Sarn. dict. quæst. 2. & dictum est supra.

Minus obstat, quòd publicatio non sit vsu recepta,
nam hoc negatur imò est receptissima, quia plures cau-
sæ, & infinitæ fuerunt terminatæ per dictam Constitu-
tionem, & plures renunciationes annullatæ, & plures
impetrationes factæ, & nouæ prouisiones expeditæ,
vnde de ea non potest iudicari, vt de alijs legibus vsu
non † receptis, quæ non ligant, l. de quibus, ff. de le- 26
gib. §. leges, dist. 4. Felin. in cap. 5. de treug. & pac.

Digitized by Google

Nauar. in Manual. c. 23. num. 41. Dec. conf. 469. nu. 8. Cardin. Parif. conf. 104. numer. 69. volum. 1. & 105. num 8. volum. 4. Cephal. conf. 136. num. 18. volum. 1. Ruin. conf. 13. num. 27. lib. 2. Soc. Senior in l. si filius eius, num. 17. ff. de lib. & posthu. Bart. in l. vlt. §. sed cum antiquitas, C. de curatore furiof. & Extrauagans
27 non publicata excusat, † non obstante decreto irritante, vt fuit dictum in Rot. 12. Martij 1542. teste Put. decis. 281. lib. 1.

Lib. 11. quæst. 9. num. 11. Ibi, Vt fuit iudicatum in Parlamento Tolosano.

DEcipitur Author dupliciter Primò quidem, accipiendo Parlamentum Tolosanum pro Capella Tolosana; id est Curia Archiepiscopali: Secundò verò, citando decisionem 4,4. pro decisione 445.

Eadem quæst. num. 25. Versic. minùs obstat Ibi, Et plures impetrationes factæ, & nouæ prouisiones expeditæ.

HOc sanè [& meritò] adfirmare possumus; Plures namque iam certo modo, quam nouæ prouisionis signaturas, de & super gratijs beneficiorum Ecclesiasticorũ, ob non seruatã prædictæ Constitutionis formam, vacantiũ, à Sancta Sede Apostolica, ad diuersarum personarũ instantiam, obtinuisse meminimus. Sed non ideò magis, huiusmodi impetrationes resignatarijs Gallicanis, qui aliàs regulæ Cancellariæ Apostolicæ, de publicandis resignationibus, ad vnguem, iuxta Regni leges satisfecerint, [siquidem nullum aliud eisdem Canonicum obstiterit impedimentum] nocituras esse, credimus.

quæst. 9. nu. 9. Romæ publicantur constitutiones perpetuæ & ligant per totum orbem.

¶ HOc Galli non admittunt, qui nec ipsum Gratiani Codicem, nec decretales Gregorij, aut Sextum Bonifacii 8. & extrauagantis Clementis V. ac Ioannis 22. recipiunt nisi in quibus antiquis Canonibus sunt conformes, & iuribus aut moribus Regni non aduersantur, vt obseruat Feuret in tract. de abusu, lib. 1. cap. 3. num. 12. & 13. quod non omnino deuiat à iure communi: Si enim decretalis obuiet consuetudini regionis debet præualere consuetudo, cap. pastoralis iuncta gloss. in verb. dissona, de fide instrum. & tradit Suares. de legibus, lib 4. cap. 16. vnde communi Calculo receptum est, etiam ab exteris, constitutiones Pontificias non ligare nisi recipiantur & approbentur, Azor. Instit. p. 1. lib. 5 cap. 4 q. 1. Gonzales ad regul. 8 de alternat. & alij passim, aut alias in prouincijs publicentur, vt de Constitutionibus imperialibus statuitur Auth. vt factæ nouæ Constit. quod apud nos auctoritate Regia fieri debet: cum Ecclesiæ Gallicanæ ea sit præcipua immunitas & innata libertas, vt nouo iure Pontificio inuita coarctari nequeat.

QVÆSTIO X.

An in literis impetrationis ob non publicationem debeat poni, vocato possessore.

SVMMARIVM.

1 *Offendentes Cardinales, priuantur ipso iure.*
2 *Libera collatio quomodo intelligitur.*
3 *Danti de non publicatione, incumbit onus probandi.*
4 *Probato de non publicatione impetratio ob non publicationem sortitur effectum.*
5 *Fieri non debet, quod factum non releuat.*
6 *Articuli impertinentes non sunt admittendi.*
7 *Articuli impertinentes, qui dicantur.*
8 *Fundamentum intentionis inducit formam.*
9 *In literis prouisionis ob non factam publicationem, debet apponi clausula, vocato possessore.*
10 *Possessione quis deijci non potest inauditus.*
11 *Priuatus ipso iure, quamuis amittat dominium ipso iure non tamen possessio est amissa ipso iure.*
12 *Dominium transit ex contractu, ipso iure, in Ecclesiam, non autem possessio.*
13 *Soluto matrimonio ipso iure, reuertitur dominium datis.*
14 *Legatario ipso iure transit dominium rei legatæ, non autem possessio.*
15 *Possessio nunquam tradi debet, non vocato possessore*
16 *Possessor beneficij qua ratione vocandus est.*
17 *Vbi eadem est ratio, ibi idem ius.*
18 *Ratio disponit sicuti lex.*
19 *Spoliatus & prædo audiendus.*
20 *Citatio est iuris naturalis.*
21 *Qua actione agitur contra vsufructuarium, vsufructu finito.*
22 *In omnibus priuationibus ipso iure in prouisionibus debet poni clausula* vocato, &c.
23 *Amotus à possessione absque citatione, potest agere spolia.*
24 *Ob enormitatem delicti iura transgrediuntur.*
25 *Glossa intelligenda est secundum textum quem citat.*
26 *Dictum Glossæ non est extendendum.*
27 *In dubio præsumitur iusta causa.*
28 *Super Doctrina Doctoris contrarij, non est faciendum fundamentum.*
29 *Standum doctrinæ quæ distinguit.*
30 *Illa præsumitur opinio Doctoris, vbi plenius scripsit.*
31 *Standum est conclusioni firmatæ in consilijs, potius quàm in lecturis.*
32 *Doctrina Alexandri in consilijs præfertur lecturis.*
33 *Executor semper debet vocare possessorem.*
34 *In impetrationibus* certo modo *quomodo procedatur.*

DEcimò Quæro, quia beneficium vacat ob non factam publicationem, stante Constitutione Gregorij XIII. de public. & potest à quocumque impetrari, vt etiam supra dictum est: an in literis, quæ conceduntur impetranti certo modo ob non factam publicationem resignationis factæ in Curia, vel extra, debeat apponi clausula, vocato possessore, &c. An verò committendum sit Ordinario, vt constito de non publicatione conferat beneficium absque alio.

Hæc quæstio, vt audiui, disputata fuit in parco per Abbreuiatores, in quo propter diuersas opiniones nihil fuit conclusum, verum vsque adhuc, vt audiui, vsus obtinuit, vt non apponatur in literis clausula, vocato possessore, &c. & sic non debeat vocari.

Pro qua opinione facit dictum Glos. in cap. felicis, §. si qua verò feuda, de pœnit. lib. 6. nam in illo textu disponitur aduersus offendentes S. R. E. Cardinales, vt subijciantur illis pœnis, quòd si † tales habent be- 1
neficia, illis priuantur ipso iure, ibi: *Quòd Ecclesiarum Rectores de ipsis pro sua voluntate disponant, &c.* Gloss. in verb. disponant, inquit illis non vocatis, etiam si de facto possideant, ponderando verbum, liberè positum in tex. & verbum, pro sua voluntate, namque non haberet collator liberam † voluntatem conferendi, si de- 2
beret possessorem vocare iux. no. per Doctores communiter in cap. de multa, de præben. in cap. licet Episcopus, eod. tit. in 6. Cald cons. 1. de transla. præl. ad quod facit cap. fundamenta, §. quod si secus, & ibi Gemin. in 2. not de elect. in 6. & hanc opinionem sequitur idem Gem. in cap. vbi periculum, §. propterea, in penul. not. de elect. in 6. vbi notat, quòd in priuationibus ipso iure inductis, is, ad quem res deducitur, potest propria auctoritate, &c. & ibi hoc idem not. Franc. in 3. notab. si non requiritur hoc casu, ergo.

Secundò comprobatur, quia concessum est, vt possint beneficia ob non publicationem impetrari à quocumque, fundamentum igitur impetrantis est non publicatio, & † ideo pluriès tentum est in Rota, quòd danti de 3

non

non publicatione, incumbit onus probandi, proùt fuit
resolutum in vna Salamantin. coram R. P. D. Bubalo,
in altera Pampilonen. coram R. P. D. Pamphilio Audi-
tore Rotæ doctissimo, 5. Nouembris, 1584. & in alia
Theauen. coram R. P. D. Gipsio, 20. Maij, 1587. Proba-
4 ta † igitur non publicatione, videtur satisfactum, vt
actus debeat effectum sortiri, l. 3. §. qui fideicommissa-
riam, ff. de hæred. instuit. Bald. in addit. ad Specu. de
instrum. edit. col. vlt. vers. quando conditio, Glos. in
cap. olim, de testit. spoliat. Dec. consil. 107. prope fi.
Caputaq. decis. 338. nu. 2. & 3. par. 1. & communiter DD.
hoc volunt.

5 Tertiò accedat, † quia fieri non debet, quod factum
non releuat. l. hæc stipulatio. §. Diuus, ff. vt lega. nom.
caueat. l. aliquando, ad fin. ff. ad Velleian. Bart. in l. 2.
qui pet. tut. Fel. in cap. ex transmissa, num. 10. de præs-
cr. Card. Paris. conf. 5. num. 44. vol. 4. & hac ratione
6 non sunt admittendi † articuli impertinentes, cap. cum
contingat. de off. de leg. Bart. per illum tex. in l. si duo.
§. idem Iulianus, vbi Ias. numern. 13. ff. de iust. & iur.
Card. Paris. cons. 97. num. 131. vol. 1. & cons. 67. num.
14. volum. 4. Crauet. consil. 23. numero. 4. fuit ten-
tum in vna Braccanen. Parochialis de Pedraxa co-
ram Accorambono Decano, 15. Februarij 1552.
& in alia Romana status coram Illustrissimo Car-
din. S. Crucis, 9. Maij, 1552. & qui dicantur imper-
7 tinentes, † tradit Crauet. consil. 5. numer. 18. &
elicitur ex dictis decisio. Sed parum releuat vocare re-
signatarium, qui non publicauit, cum totum pendeat
an ille qui impetrauit beneficium, probauerit non pu-
blicationem, quia hoc est fundamentum suæ intentionis,
8 † quod inducit formam. Caputaq. decis. 150. numer. 3.
par. 1. ergo, &c.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
9 existimo de iure veriorem, ac crebriorem † quòd de-
beat in literis prouisionis ob non factam publicatio-
nem apponi hæc clausula, *vocato, &c.*

Namque licet quis priuetur ipso iure beneficijs, illa-
que beneficia possint à quocumque impetrari, ac in col-
latione ille non sit vocandus, nihilominus possessione
10 deiici non potest inauditus, sed † debet vocari per exe-
cutionem, vt probatur in cap. licet Episcopus, de præ-
bend. lib. 6. *Licet Episcopus beneficium, quod cum ani-
marum cura tenebat (postquam aliud recepisti consimile,
ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit
quominus haberes eandem) possit alteri de iure conferre,
illum tamen, cui contulerit, non debebit, te non vocato
(cum tibi forsan ius possit competere retinendi) in pos-
sessionem ipsius inducere corporalem.* Et ibi Gl. in verb.
te non vocato, hoc tenet, & ibi latè Io. Monac. & alij,
quos refert, & sequitur Gemin. num. 9. Lap. alleg. 103.
sub num. 3. Host. in cap. 1. num. 9. de concess. præb. lib.
6. Innoc. in cap. de multa, verb. conferat Host. in
eodem verb. Collectan. colum. 2. vers. sed quid post
adeptionem, Abb. in 4. not. Io. And. in verb. libere,
Imol. col. 2. versic. nota quod, & alij omnes. Abb. cons.
67. li. 2. Gem. conf. 117. col. vlt. Card. cons. 63. colum. 2.
vers. item si in forma, & cons. 74. colum. iuxta 2. vers. pro
hoc est ratio, Alex. conf. 103. col. vlt. vers. vnde dicit, li.
1. Barba. cons. 13. col. 2. vers. propterea, li. 3. Ruin. cons.
528. nu. 8. Bal. cons. 133. in fi. li. 4. cum alijs, vt per Ti-
raq. in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 388. C. de
reuoc. don. per Alfons. Hoied. de incompat. benefic. p.
5. c. 4. num. 9. vbi attestatur hanc esse veriorem, & com-
muniorem opinionem.

11 Et ratio est, quia licet ipso iure † dominium sit amis-
sum, ex quo ad titulum non requiritur vt vocetur, vt
dicebat Gem. d. cons. 117. col. vlt. vers. item ea hoc
alio, non tamen possessio est ipso iure amissa, vt colligi-
tur ex Bald. in addit. ad Spec. in tit. de locat. §. nunc
aliqua, qu. 46. & idem Bald. tradit cons. 356. incip. præ-
mittenda, post principium, lib. 4. & in l. si quis in tan-
tam, col. pen. C. vnd. vi, nam in casu l. vlt. C. de sacr.
12 sanct. Eccles. dominum transit in Ecclesiam † ipso iure
ex contractu, non tamen possessio, vt ibi communiter
volunt Doctores, Tiraq. late d. l. si vnquam verb. re-
uertatur, num. 388. Ita soluto † matrimonio ipso iure 13
reuertitur dominium dotis, non autem possessio, l. do-
tis, vbi Bald. & alij C. solut. matrim. pro legatario † 14
etiam ipso iure transit dominium rei legatæ, non autem
possessio, l. si tibi homo, §. cum seruus, ff. de lega. 1. l.
cum pater, §. surdo, & l. legatum ita, ff. de leg. 2. iun-
cto toto tit. ff. & C. quor. leg. sic etiam in casu cap cum
secundum, de hæret. libr. 6. vt notat Philip. Franc. in
vlt. not. in princ. Ergo necessariò sequitur possessorem
esse vocandum ratione possessionis non amissæ, & per
consequens cum executor non possit immittere in pos-
sessionem illum, cui facta est collatio ob non publica-
tionem, non vocato possessore, expeditet, vt in literis
per dominos Abbreuiatores hæc clausula *Vocato*, ap-
poneretur, ad quod benefaciunt ea, quæ habentur
per Afflict. decisio. 97. & in Constitutione incip. Con-
stitutionem Diu. memo. columo. 9. vers. 4. nota per
Iserni. in Constitutione si vassallus à Domino, column.
3. Bald. in l. si maritus quondam, C. de donat. inter vir.
& vxor.

Hinc omnes DD. vno ore concludunt, quòd quando
in collatione non est vocatus ille, qui obtinet benefi-
cium, quo est priuatus ipso iure, tunc possessio † facti 15
tradi non debet per conferentem, vel executorem, eo
non vocato, & sic sine causæ cognitione, vt scriptum
reliquit Io. Andr. in cap. Ordinarij, de offi. ordi. lib. 6.
Abb. in cap. accepta, de rest. spol. cum alijs allegatis
per Gem. in d. cap. licet. Episcopus, num. 9. de præb. in
6. post Io. Monac. & ibi sequitur Franc. Card. cons. 2.
vol. 1. vers. ad secundum respondetur, optime Gem. in
d. cons. 117. col. vlt. & communiter DD. vt per Tiraq. lo-
co cit. & in casu nostro nulla solet fieri citatio in colla-
tione, ergo, &c.

Secundò accedat ratio deprompta ex d. cap. licet, de
præben. in 6. in fin. quia forsan. ius potest † competere 16
possessori, hac ratione vocandus est possessor. Hæc enim
ratio militat in casu nostro, ex quo sequitur † idem ius 17
esse statuendum, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. non possunt,
cum l. seq. ff. de legib. latè Vigel. in dialect. iur. libr. 2.
in loco a ratione legis, vel alterius dispositionis fol.
mihi 312. namque † ratio disponit in his in quibus mili- 18
tat, sicuti lex in his de quibus loquitur, Bal. in cap. di-
lectus filius, column. 1. de rescript. Dec. consil. 284.
column. 2. Crauet. cons. 583. column. 2. Quòd vero
adsit eadem ratio patet, quia forsan resignatarius pos-
set docere incontinenti de publicatione facta per In-
strumentum Notarij, & testes de auditu dictæ publi-
cationis, vel posset ostendere fuisse in literis prouisio-
nis derogatum huic Constitutioni de publicand. au
aliàs habuisse super hoc priuilegium. Quare erit vocan
dus, &c.

Tertiò confirmatur, quia etiam † spoliator dum deii- 19
citur de possessione, est vocandus, ac etiam prædo est
audiendus.

Namque citatio † est iuris naturalis, vt post alios la- 20
tè docui in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Dec. cons. 498.
ad fi. & cons. 528. colu. 2. Crauett. cons. 5. num. 5. & in
tract. de antiq. temp. p. 1. prin. in princ. num 30.

Hinc vsufructuarius † vsufructu finito non potest à 21
quasi possessione expelli, sed contra eum agendum est
negatoria, vel ex cautione de restituenda re præstita, l.
vti frui. 1. respons. ff. si vsusfruct. petat. l. 1. §. hoc au-
tem agat, ff. quemadm. vsufruct. caueat.

Ex quibus colligo duas conclusiones, Prima erit quòd
in literis Apostolicis, in quibus fit prouisio ob non fa-
ctam publicationem, est apponenda clausula *vocato, &c.*

Secunda erit, quòd executor non poterit deiicere pos-
sessorem sua possessione, eo non vocato, vt vltra prædi-
ctos Doctores citatos in terminis consulunt Ferret.
cons. 224. nu. 4. & cons. 10. num. 10. & hoc vendicabit sibi 22
locum † in omnibus priuationibus factis ipso iure, proùt
extendit Glos. in dict. cap. licet Episcopus, verb. te non
vocato, in fi. de præbend. libro 6.

Alias autem † amotus a possessione illo non vocato 23

Digitized by Google

possetagere spolio, Ferret. d. cons. 10. num. 10. vers.
alias, Ias. cons. 38. prope fi. libr. 3. Bal. cons. 135. in
causa. prope fin. lib. 2. Afflict. decis. 361. numer. 35.
quam sententiam comprobat ratione, ac auctoritate
Menoch. in 8. remed. recup. poss. num. 50. & 73.

Ad contraria de facili respondetur, & primò ad Gl.
in cap. fœlicis, potest dici, illud esse speciale in illo
text. & ob atrocitatem delicti, namque pœna statura
est contra S.R.E. Cardinalium offenditores, & prop-
24 ter † enormitatem criminis licitum est, vt iura trans-
grediantur, vt est commune dictum, Inn. in cap. 1. de
Constit. quem sequuntur omnes Canonistæ, & Legistæ,
teste Marsi. in l. 1. in prin. num. 59. ff. ad l. Corne. de
Sicar. & cons. 52. num. 16. & in l. 1. in prin. num. 23. ff.
de q. eò magis cum Gl. vbi fundet se in verbis illius
25 text. *Libere & pro sua voluntate*, quare secundum † il-
lum textum est intelligenda. Afflict. decis. 321. num. 16.
Curt. Iun. cons. 123. num. 4. Socin. Iun. cons. 94. num.
26 25. & cons. 170. num. 41. volum. 2. vnde † dictum il-
lius Gl. non est trahendum ad alios casus, ad not. com-
muniter per Doctores, in l. si constante, ff. solut. ma-
trim. late Rom. in l. si vero, §. de viro, ff. solut. ma-
trim. Non obstat d. Gem. in cap. vbi periculum, §. prop-
terea, in penul. nota. de elect. in 6. vbi loquitur indi-
stinctè de priuatione ipso iure: nam primo responde-
tur, Gem. loqui de Iudice, non autem de tertio, in quo
27 iudice præsumitur † iusta causa, iuxta ea quæ scribit
Bald. in cons. 293. lib. 3. Card Paris. cons. 99. num. 18.
volum. 4. Secundo, melius respondetur, quòd Gem. in
hac re est sibimet contrarius, cum in cons. 117. col. vlt.
tenuerit contrarium ex professo, vnde necessario sequi-
28 tur, vel super eius doctrina non esse faciendum † funda-
mentum, vt tradit Abb. & Inn. in cap. extirpandæ, §.
quia vero, colum. 22. de præbend. Sar. in §. in perso-
nam, num. 47. instit. de actio, vel standum conclusioni
firmatæ in d. cap. licet, num. 9. de præben. in 6. vbi la-
te distinguit, & firmat hanc conclusionem, quia stan-
29 dum † est doctrinæ, in qua fit distinctio, vt tradit Sarn.
in §. item si quis postulante, num. 31. Inst. de actio. &
30 illa præsumitur † opinio Doctoris, vbi plenius scripsit;
licet alibi tenuerit contrarium. Abb. in cap. Bonæ 2. de
postul. prælat. Sarn. in §. omnium, num. 29. Instit. de
actionib. & quia hoc firmauit in consilijs, in quibus
maturius res, & factum examinatur quàm in lecturis,
31 & hac ratione standum est † conclusioni firmatæ in
consilijs, vt tenuit Iac. Philipp. Port. cons. 35. numer.
32 17. libr. 1. vt † de Aleand. dicit afflict. decis. 100. &
ibi Vrsill.

Ad secundum facile respondetur, quia licet funda-
mentum impetrantis sit non publicatio, adeo vt hoc
probato sit purificata conditio, tamen non ex hoc se-
quitur non esse vocandum possessorem, arg. l. Papinia-
nus, ff. de minorib.

Ad tertium respondetur, negando, quòd factum non
releuet, vt ex suprà dictis patet, &c.

Et hæc conclusio adeo est vera, vt etiam si non ap-
33 ponatur in literis hæc clausula, *vocato possessore*, † exe-
cutor debebit illum vocare, nisi aliter expressè in illis
dicatur, prout vult Franc. per illum text. in d. cap. li-
cet, de præb. lib. 6. Ferret. cons. 4. num 4. & consil.
10. num. 10. cum allegatis ad hoc à Menoch. in tract. de
recuper. possess. remed. 8. num. 53. & hæc est commu-
nis sententia omnium Doctorum.

34 Illo tamen, scilicet possessore, vocato, † procedetur
summariè, vt scriptum reliquit Glo. in dict. cap. licet
vero, te non vocato, circa med de præb. lib. 6.

Quæ conclusio vendicat sibi locum non solum in
hoc casu, sed in omnibus, in quibus quis est priuatus
ipso iure, namque si fuerit impetratum beneficium, exe-
cutor non dabit possessionem, nisi vocato possessore,
ita excudit dict. cap. licet, de præb. in 6. Glo. ibi in
verb. *te non vocato*, vers. & quod hic dicitur, &c.

Libr. 11. quæst. 10. numer. 9. ibi, Hæc clausula vocato.

QVæ satis subintelligitur, per aliam clausulam, in fine supplicationis apponi solitam, videlicet, & committatur Ordinario, in forma dignum antiqua. [¶] Hæc enim, cùm præsupponat possessorem, seu detentorem impetrati beneficij, exequi debitè (saltem quoad electionem à possessione) non potest, nisi eo legitimè vocato, ac destituto. Quinimò (vt Innocentius Quartus in cap. cum nostris, num. 3. versic. si autem, circa medium. de concessio. præbendæ docet) non sufficit sententiam latam esse super priuatione alicuius beneficij, quoad hoc, vt liceat, ei, in cuius fauorem prolata est sententia, illud occupare, nisi illud resignet ille qui priùs tenebat: vel nisi manu militari, id est iudicis auctoritate auferatur ab eo: & si contra factum fuerit, priuatur iure, quod in eo habebat etiam si ab alio non prohibebatur possessionem capere, dùmodo sua auctoritate capiat, nisi cõsentiat aduersarius. l. qui restituere. ff. de rei vendicat. l. si quis. in princip. ff. ne vis fiat ei. Faciunt notata per Mathæum Pacum in interpretatione Tituli de Mandatis Apostolicis, parte prima num. 60. in fine. In Gallia tamen electio & destitutio huiusmodi, non ab executore Apostolico, sed à Iudice Regio (coram quo videlicèt, lis super possessorio moueri continget) decerni, aut ordinari debebit, vt pluriès iudicatum, Regijsque constitutionibus cautum, ac alicubi à Caronda obseruatum extitit. Impetranti ergò, non facti sed iuris possessionem adipiscendi, facultas est, arg. capit. licet Episcopus. de præb. in 6. Vide suprà, lib. 10. qu. 6. numer. 5. Et ibi dictis adde, possessionem, id est ipsam acquisitionem possessionis, quoad actum & modum acquirendi per nos ipsos, plus facti quàm iuris habere, l. 1. §. adipiscimur, & ibi per glos. in verbo, eam rem. & per Bartol. numero 1. ff. de acquir. poss. [¶] de qua dixi supra, lib. 8. q. 7.

QVÆSTIO XI.

An Constitutio Pij V. sit in totum sublata per Constitutionem Greg. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Pij V, de publicandis circa formam publicationis, est in totum abrogata per Constitutionem Gregory XIII. de publicandis.*
2 *Secunda lex contraria derogat primæ.*
3 *Veritas elucescit ex disputatione.*
4 *Ferro viam aperit, qui per contraria transit.*
5 *Dictio* omninò, *est vniuersalis.*
6 *Dispositio restringitur ex præmio,*
7 *Dispositio restringitur ad causam pro qua emanauit.*
8 *Verba generalia recipiunt restrictionem, quam loquens dat.*
9 *Ex sola clausula derogatoria, abrogatur legi antiqua.*
10 *Lex antiqua quando sit in totum sublata.*
11 *Lex generaliter corrigens non intelligitur corrigere leges in casibus specialibus loquentes.*
12 *Abrogato continente, videtur sublatum, quod in eo continetur.*
13 *Lex noua corrigens vnum caput legis antiquæ, non videtur corrigere cætera.*
14 *Dictiones vniuersales, restringuntur ad suas causas.*
15 *Verba intelliguntur eo respectu, quo prolata sunt.*
16 *Copula, &, diuersitatem inducit.*
17 *Argumentum à Rubrica valet.*
18 *Dictio* insuper, *importat diuersa.*
19 *Quando capitula sunt separata, vnum non est pars alterius.*
20 *Probatio extensionis consensus in Constitutione Pij V. de publicandis non dependet à publicatione, contra n. 30.*
21 *Abrogata vna parte scripturæ, non videtur abrogata alia pars diuersa.*

Digitized by Google

22 *Quot sunt rer, tot censentur esse dispositiones.*
23 *Dictio supradictis, stat repetitiuè.*
24 *Dictio insuper venit continuatiuè.*
25 *Dictio, &c, coniungit, & continuat præsedentia.*
26 *De iure perfecta est resignatio post porrectionem supplicationis.*
27 *Perfecta renunciatio dicitur cum est redacta in scripturam.*
28 *Argumentum de Rubrica Extrauagantis non valet.*
29 *Insinuatio est solennitas donationis.*
31 *Sub toto, continetur pars.*
32 *Correctum censetur, quod est expressè dictum.*
33 *Lex correctoria tantum corrigit, quantum loquitur.*
34 *Lex correctoria strictè intelligenda.*
35 *Lex correctoria non extenditur,*
36 *Commissione appellationis annullata, de qua intelligatur.*
37 *Interpretatio capienda pro non correctione.*
38 *Literæ non possunt expediri sine consensu, & numer. 66.*
39 *Publicatio an possit fieri absque literis,*
40 *In dubio capienda interpretatio, vt minus sit derogatum,*
41 *Casus omissus non potest dici expressus.*
42 *Ex clausa* non obstante, *colligitur mens, & intentio disponentis.*
43 *Dispositio restringitur ad causam expressam.*
44 *Verba, non obstante, &c. stant demonstratiuè, & non restrictiuè.*
45 *Capienda interpretatio, vt verba stent demonstratiuè.*
46 *Denominatio fit à digniori.*
47 *Intentio conditionis legis, vt fraudibus occurras.*
48 *Argumentum à verisimili cessat in claris.*
49 *Constitutio Pij V. de publican. circa probationem extensionis consensus, est abrogata per Constitutionem Gregorij XIII.*
50 *Extensio consensus, de quo in Constitutione Pij V. de publicandis est pars publicationis.*
51 *Alexandrina circa extensionem consensus hodie seruatur, & num. 64.*
52 *Dictio, omnino, est vniuersalis.*
53 *Verba generalia nihil relinquunt intactum:*
54 *Verbum, abrogamus, significat derogationem totalem.*
55 *Verbum, derogare quid importet.*
56 *Finalis intentio ex proœmio.*
57 *Differentia inter Constitutionem Pij, V. & Gregorij XIII. de publican. circa vacationem beneficij resignati non publicati.*
58 *Qui vnum dicit, ex quo aliud sequitur, vtrumque dixisse videtur.*
59 *Quoties apparet de mente, verba generalia corrigunt legem antiquam.*
60 *Probatio extensionis consensus in vita, est admodum difficilis.*
61 *Conditor legis non vult inducere laqueum.*
62 *Parua data non datur nisi semel.*
63 *Vbi fit reditus ad ius commune, etiam in materia correctoria fit extensio.*
65 *Extensio consensus cur requiratur.*
67 *Procurator potest cogi, mortuo resignante, ad præstandum consensum.*
68 *Romana Curia solet reijcere laqueos.*
69 *Regulæ de infirmis quomodo derogetur.*
70 *Interpretatio quæ reducit ad primæuum ius est fauorabilis.*

VNdecimò Quæro, An huiusmodi Constitutio Pij V. sit in totum sublata per hanc Gregorianam? Hæc quæstio duas habet partes, quarum prima est, an sit abrogata Constitutio Pij V. circa modum, & formam publicationis, & in hoc
† nulla est difficultas, namque circa hoc esse penitus 1
sublatam communiter est receptum, & in praxi firma-
tum, ac a Rota resolutum. Idque colligitur ex verbis
claris positis in dicta Gregoriana, ac etiam ex mente, &
ex conclusione generali, vt secunda lex † contraria de- 2
roget primæ, Roman. cons. 57. Ruin. cons. 65. lib. 4. &
alij omnes.

Secunda pars an censeatur sublata huiusmodi Con-
stitutio Pij V. circa modum extensionis consensus, nam-
que Pius V. edidit Constitutionem de modo publica-
tionis resignationis, & de præstatione consensuum, ac
eorum extensione tollendo, quod disponebat Alexan-
drina, de qua præstatione, & extensione, Gregoriana
non loquitur. Dubia est admodum hæc quæstio, & sæ-
pius fuit disputata per præclarissimos Doctores, ideo vt
veritas elucescat aliqua argumenta pro vtraque † parte 3
adducam, iuxta tex. in l. munerum, §. mixtam. ff. de
munerib. & honorib. can. graue. 35. q. 9. l. Diui fratres.
ff. de iur. patron. l. cum quidam, vbi Ias. ff. de liber. &
posth. Calcan. cons. 7. colu. 1. Socin. Iun. consil. 39. in
princip. lib. 2. Alex. consil. 51. numer. 2. libr. 4. ferro
enim † viam aperit, qui per contraria transit. Bald. in l. 4
precibus, colum. 8. C. de impub. & alijs substit. Curt.
Sen. cons. 78. in princip. Roland. cons. 6. numero. 1.
lib. 1.

Pro affirmatiua opinione, quod Gregoriana dero-
get, & abroget in totum Constitutionem Pij V. etiam
super præstatione, & extensione consensuum.

Primò faciunt verba posita in fin. dictæ Gregorianæ
ibi, *Non obstantibus prædictis Pij V. & alijs omnibus
aliorum prædecessorum nostrorum Constitutionibus de pu-
blicandis resignationibus huiusmodi hactenus editis, &
formatis, quas omnes omnino abrogamus, &c.*

Ponderatur † dictio *omnino*, quæ est vniuersalis, & 5
infert abrogationem in omnibus, & per omnia, Gl. per
illum tex. in l. si eum exceptione, §. quatenus, & ibi
alij Doctores, ff. quod met. caus. Ruin. cons. 126. circa
fi. lib. 1. Tiraquel. in l. si vnquam, verb. reuertatur, nu.
28. C. de reuocand. donat.

Sed huic argumento potest responderi, vt hæc ver-
ba derogent quoad modum, & formam publicationis,
non quoad extensionem consensus, namque, vt ex
proœmio Gregorianæ colligitur emanauit pro danda
forma publicationi, vnde restringitur ex proœmio, † vt 6
non comprehendat, nisi de quo in proœmio, leg. cum
hi, in principio, vbi Bartol. ff. de transaction. cum alijs,
vt per Crauett. consil. 221. numer. 8. vers. 7. & cons.
242. num. 6. & † verba generalia ibi posita restringun-
tur ad causam, pro qua Constitutio emanauit, l. si de 7
certa, vbi omnes C. de transact. Abb. cons. 114. nume.
4. libr. 2. Ruin. cons. 201. num. 10. vers. & sic habe-
mus, lib. 1. Quod clarius patet, quia dicit, non obstan-
tibus prædicti Pij V. & aliorum prædecessorum nostro-
rum de public. resignationibus constit. quo fit, vt dero-
gatio, censeatur restricta ad formam publicationis, ver-
ba enim generalia † recipiunt restrictionem, quam ip- 8
se loquens dat. Bar. in l. generale. §. vxori. ff. de leg. 3.
Rom. cons. 78. num. 4. vers. propterea. lib. 1.

Secundo adducitur, quia sola clausula derogatoria
sufficit, vt lex † antiqua sit abrogata etiam in his quæ 9
non sunt penitus contraria, iuxta ea, quæ scribit Ias. in
l. sciendum, sub num. 4. in 1. limit. ff. qui satisd. co-
gant. Dec. in l. in toto. sub nume. 8. ff. de reg. iur. & si
vltra clausulam derogatoriam alia clausula ponatur,
nullum restat dubium, quin lex præcedens † sit in to- 10
tum sublata, vt in terminis videtur firmare Paul. de
Castr. in rubr. C. de Iustin. condict. confirm. sub nume.
4. Io. Monach. in cap. 1. circa princ. de regul. iur. libr.
6. At in Gregoriana non solùm adest clausula derogato-
ria, non obst. sed etiam abrogatio, *quas omnino abroga-
mus*, & alia verba vniuersalia, ergo Constitutio Pij V.
censetur in totum abrogata, faciunt quæ latè scribit
Crauett. cons. 244. colum. 3. 4. & 5.

Sed huic etiam argumento potest responderi, ve-
rum esse, quòd clausula derogatoria sufficiat, vt lex

antiqua sit sublata in terminis, in quibus lex noua dis-
ponit, & non in aliis, in quibos non disponit, & ideo
lex noua generalis corrigens, non intelligitur corrige-
11 re leges in casibus specialibus † loquentes, gl. in dict.
l. sciendum. vbi Ial. num. 5. ff. qui satisdat. cogant. sed
Gregoriana non disponit de consensibus, ideo quantum
ad hoc, illam non videtur corrigere & quod dicitur de
abrogatione procederet quotiès fuisset dictum cassa-
mus Constitutionem Pij V. & ita loquitur Paul. de
Caste. citato loco, sed in casu nostro fuit dictum, non
obstant. Constitutione de publican. ergo, &c.
Tertiò adducitur, quia quoties abrogatur continens,
12 videtur abrogatum † etiam, quod in eo continetur, Ias.
in l. 4. nu. 33. ff. de acquir. possess. vnde cum Consti-
tutio Pij V. abrogetur, videtur abrogatum omne id su-
per quo disponit.
Sed huic argumento etiam potest responderi, quèd
non abrogatur simpliciter continens, sed quatenus dis-
pouit super publicatione, vt dictum est in responsione
primi argumenti, vnde non valet consequentia, sicuti
etiam dicimus l. Aquiliant & l. Iulia, maiestat. conti-
13 nēt plura capita si lex noua corrigeret † vnum caput
& diceret, cassamus eam, vtique huiusmodi abrogatio
restringeretur, quoad caput illud, & non quoad om-
14 nia, quia dictiones vniuersales † restringuntur ad suam
causam, Abb. cons. 114. num. 4. lib. 2. & ad respectum
15 † quo prolata sunt, l. debitor, §. debet ff. ad Trebell. l.
si quis demum, §. quod tamen. ff. loca. l. profectitia §.
vlt. ff. de iur dot. Dec. cons. 283. col. 2.
Pro negatiua vero, quòd Constitutio Pij V. non sit
abrogata per Gregorianam circa extensionem consen-
suum, & probationem.
Primò adducitur, qoia quamuis Pius V. in eadem
Constitutione dederit formam publicandi resignatio-
nes, & extendendi, ac probandi consensus, non per hoc
sequitur, quod illa pars de consensuum extensione, sit
pars illius de publican. Sed sunt duæ Constitutiones
comprehensæ in vna carta, quod patet ex rubrica, quæ
ita cantat, de modo, & forma publicandi beneficiorum
resignationes, & iurium cessiones, & extendendi con-
16 sensus resignantis, vel cedentis. Copula enim † &, di-
uersitatem inducit, Bart. in l. re coniuncti. ff. de legat.
17 3. patet in rub. de seruit. & aqua. & argumentum † à
rubrica validum esse scribunt communiter Doctores in
rubrica. ff. si cert, petat. Put. decis. 38. libr. 3. & ex ni-
gro, nam postquam dedit formam publicationi, posuit
capitulum particulare de extensione consensuum, quod
18 incipit, Et insuper, † quæ dictio, Insuper, importat di-
uersa, & principalia, non autem partem, cap. statutum,
§. insuper, vbi gl. Gem. & alij de rescr. lib. 6. & capi-
tula sunt separata, & sub diuersa verborum conceptio-
19 ne, vnde † vnum non est pars alterius, Bart. Aret. Ias.
& omnes in l. scite debemus, ff. de verb. obligat. cum
alijs vt per Tiraquell. de retract. par. 1. §. 23. gloss. 1.
num. 17. cum seq. & materia est diuersa, & prædecesso-
res Constitutiones huiusmodi ediderunt separatim, vn-
de secunda pars est principalis vt prima, Ber. cons. 80.
20 nume. 5. col. 2. & per consequens probatio † extensio-
nis consensus non est pars ipsius publicationis, sed stant
per se principaliter, namque non dependet à publica-
tione, nec est coniuncta cum ea, quia vna stat sine alia,
& ideo non erit pars publicationis, sed stat de per se,
& principaliter, Alex. cons. 2. numer. 13. vers. sed hoc
aduertendum, lib. 2. Bar. Ias. & alij in l. Titij textores,
§. nihil, de leg. 1. Rip. in cap. 2. col. 10. de rescr. Tira-
quel. de retract. §. 23. Gl. 1. num. 20. cum pluribus seq.
& quia dicit in decreto irritanti, aliter quam vt præfer-
tur publicatæ, seu factæ, ergo extensio consensus non
est pars publicationis, neque integralis, neque subiecti-
ua, Bart. Soc. & alij in l. vsufructum, ff. de verb. oblig.
& in rubr. de leg. 1. Tiraquel. dict. gl. 1. num. 21. Ideo
Clemens VII. & alij plures in hac materia separatas
Constitutiones ediderant. Stante ergo hac conclusio-
ne, quòd duæ sint partes per se principales sequitur,
21 quod abrogata vna, non est abrogata † altera, quamuis
sit in eadem scriptura, Ias. in l. 1. coln. 3. ff. de iust. &
iur. Rip. in cap. 2. columna prima de rescript. Gabriel
de claufal. conclu. 10. nu. 7. versic. 1. limitat. Euerard.
in loco a natura copulæ, colum. 3. Sarnen. refert ex
stylo Rotæ reg. de infirmis. quæst. 34. numer. 3. & 4.
Achill. decisio. 7. de commis. in manuscript. & vide-
mus in sententia, & aliis dispositionibus indiuiduis si
habent plura capita separata, possunt valere, quoad
vnum, & non quoad aliud, quia tot censentur † esse dis- 22
positiones, quot sunt res per se stantes, latè Rum. cons.
65. num. 1. vol. 4. Put. decis. 337. nu. 1. lib. 1. Tiraquell.
de retract. §. 23. gl. 23. num. 2.
Sed huic argumento potest responderi, negando,
quòd sint duæ partes principales stantes de per se, nam
extensio consensuum est pars publicationis resignatio-
nis, & stat accessoriè ad ipsam publicationem, nam
versic. insuper, non stat per se, sed regitur vnico con-
structu verborum, & terminatur à verbo teneantur, &
apparet primo ex illis verbis, *In omnibus, & singulis*
casibus supradictis, &c. quæ dictio † supradictis, stat 23
repetitiuè, ac relatiuè ad omnia, quæ fuerunt dicta, vt
volunt omnes in l. 3. §. hæc verba, ff. de vulgar. substit.
Bart. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de postuland. Rum. cons.
128. num. 8. libr. 1. Cardin. Paris. cons. 49. numer. 52.
volum. 3. & supra fuit dictum circa materiam publica-
tionis. Secundò † ex dictione *insuper*, quæ de sui natura 24
venit continuatiuè, addendo ad superiora referenta ea-
dem materia, cap. statuimus. §. insuper, de rescript.
lib. 6. cap. vbi periculum. §. ipsos insuper, de elect. li.
6. Ber. cons. 80. nume. 5. libr. 2. Tertiò, ex dictione, † 25
&, quæ coniungit, & continuat præcedentia, l. & quia,
iuncta l. præcedente, ff. de iurisdict. omni. iudic. Bart.
in leg. scio. §. Caio, ff. de fund. instru. Alexander con-
silio centesimo, nume. 2. lib. 6. Socin. consilio quadra-
gesimo octauo. numero octauo. in fi. volumin primo.
Quartò ex illis verbis, ibi, *In libris Cameræ, vel Can-*
cellariæ extensum fuisse legitimè docere, seu probare te-
neatur. Ex quibus colligitur nihil Papam principaliter
disponere super extensione consensus, sed qualificatiuè
ad validitatem publicationis.
Primò, quia de iure perfecta † est resignatio post 26
porrectionem supplicationis cum constet de consensu,
Cassador. decis. prima. de renonciatio. necessario igi-
tur debemus dicere Pium V. voluisse hoc requisitum
extensionis consensus ad perfectionem, & validitatem
publicationis, sine quo ipsa non potest validari, & su-
stentari, nam perfecta resignatio debet publicari, & per-
fecta † intelligitur, cum est redacta in scripturam. Sar- 27
nen. de iur. quæsit. quæst. 21. sicuti illa donatio debet
insinuari, quæ est redacta in scripturam, leg. sancimus,
& leg. si quis argentum, §. sin autem, C. de donat. Ca-
nar. de in sinuat. par. 1. quæ. 17. ergo necessarium ante-
cedens ad publicationem dicitur.
Non obstat argumentum † de rubrica, quia illud 28
procedit de rubricis insertis in corpore iuris, non au-
tem de rubricis Extrauagantium non insertarum, quæ
fiunt per impressores, & correctores impressionis, quòd
patet, quia hæc est ineptè concepta, quia debebat di-
cere de probatione extensionis consensuum, vt ab his
fieri de stylo videmus in his Extrauagantibus. Non ob-
stat argumentum de dictione *insuper*, quia retorquetur
in contrarium, cum hic stet continuatiuè, vt suprà di-
ctum est, minus obstat, quòd materia sit diuersa; nam
negatur, cũ imo sit cõnexa, vt probatũ est, minus obstat
illa verba, *Alioquin resignationes, & cessiones sint nullæ,*
&c. quia non per hoc sequitur, quòd omnia non respi-
ciant publicationem, quia alias eodem modo Consti-
tutio diuersa diceretur quoad cessiones, & cætera, &
nihilominus etiam cessio respicit publicationem, ita
& extensio consensus respicit effectum publicationis,
quam qualitatem probare tenetur ille, qui publicauit
pro validitate suæ publicationis.
Non obstat argumentum ab vsu patris familias, quia
cõceditur edidisse Pontifices plures Constitutiones se-
paratas super hoc, non tamen sequitur, quòd in hac

Digitized by Google

Constitutione Pij V. probatio extensionis consensus
non sit considerata accessória ad publicationem. Nec
etiam obstat quòd comprehendantur sub eodem tem-
pore, quia ea hoc non infertur, quòd non sit pars, prout
dicimus de insinuatione donationis, quæ licet fiat post,
29 est tamen solennitas † illius actus, Ang. consilio tri-
gesimo sexto. numer. primo. & tectum dicitur pars do-
mus, etiam si non sit factum eodem tempre. Vnde con-
30 cludendum est, dict. versic. † & insuper, esse partem ac-
cessoriam, & continuationem ad publicationem, & ita
tenuit Rota in vna Ispalen. veneris, 8. Nouembris 1585.
coram R. P. Dom. Robusterio, vt inferius dicetur, &
consequenter argumentum retorquetur in contra-
rium, vt censeatur in omnibus, & per omnia sublata
& abrogata. Constitutio Pij V. a Gregoriana etiam cir-
31 ca extensionem consensuum, cum † sit pars alterius.
Bald. in l. vnica in principio. C. de Latin. libertat. tol-
lend. Alex. cons. 2. num. 13. lib. 2. Ias. in l. 1. colum. 3.
ff. de iust. & iur. & communiter Doctores.

Secundò adducitur, quia non censetur correctum
32 nisi id, quod est expresse † dictum, l. præcipimus, in fi.
33 C. de appell. nam lex correctoria † tantum corrigit,
quantum loquitur, l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim.
Dec. cons. 333. numer. 3. vers. quibus, & cons. 669.
num. 6. Card. Paris. cons. 12. nume. 44. vol. 4. & ob id
34 correctoria lex † strictè intelligenda est in terminis, in
quibus loquitur. Cassad. decis. 16. super regul. & non
35 debet extendi † ad alium casum. Cassad. decis. 1. & de-
cis. 4. num. 3. de Const. Rom. cons. 57. colum. 1. Alex.
cons. 122. num. 2. lib. 4. Corser. in singul. in verb. cor-
rectio. Felin. in cap. nonnulli, colu. 18. de rescr. Ruin.
cons. 69. num. 3. lib. 3. Marsil. in l. 1. §. si serui, num. 28.
ff. de quæst. Boer. de potest. legat. à lat. num. 96. Hinc
scribit Bertrand. cons. 46. num. 6. lib. 5. quòd lex, quæ
corrigit aliam legem, non intelligitur corrigere, nisi in
casu suo, facit text. in auth. de hæredit. ab intest. venien.
Sed in Constitutione Gregoriana nihil dicitur de pro-
batione extensionis consensus, ergo debet intelligi in
casu, in quo loquitur, vt corrigat, & abroget Constitu-
tionem Pij V. circa modum, & formam faciendi publi-
36 cationem resignationis. Sicuti in simili commissione †
respectu appellationis annullata sustinetur commissio
vigore clausulæ, *quam, & quas, &c.* Sarnen. de infirm.
quæst. 34. nume. 3. & 4. Achil. de commis. decis. 7. in
manuscr. Gabr. de clausu. conclus. 10. num. 7. vers. 1.
limita; eoque magis id dicendum, cum capienda sit præ-
sumptio, vt per secundam legem correctoriam, minùs
37 quàm sit possibile † censeatur derogatum priori, etsi in
secunda fuerit apposita clausula derogatoria. Rom.
cons. 40. num. 5. Natt. cons. 52. num. 53. lib. 1.

Sed huic argumento responderur, negando assum-
ptum, quia Gregoriana Constitutio loquitur, & corri-
git in totum Constitutionem Pij V. etiam quoad exten-
sionem consensus, namque satis statuit de consensu, dum
vult Gregoriana publicationem debere fieri cum lite-
38 ris expeditis, & literæ non possunt † expediri sine con-
sensu. Cassad. decis. 1. num. 4. de renunc. vnde videtur
disponere de consensu, tanquam eius antecedente. l. ad
rem mobilem. ff. de procurat. quod non fecerat Pius V.
39 nam post † eius Constitutionem poterat fieri publica-
tio absque literis, vt fuit resolutum in Rota in vna Ca-
laguritan. Prioratus coram Blanchetto, quo fit, vt ar-
gumentum retorqueatur in contrarium, & comproba-
tiones adductæ non possunt applicari huic casui.

Tertiò adducitur, quia quotiès sumus in dubio, ca-
40 pimus interpretationem, † vt minus sit derogatum, Fe-
deri. de Sen. cons. 233. circa fin. Dec. cons. 168. col. 3.
post princ. sed nos sumus in dubio.

Huic quoque argumento potest responderi, negando
minorem, quòd simus in dubio, nam verba sunt expres-
sa, & clara, arg. l. Ancillæ. C. de furtis.

Quartò, adducitur argumentum desumptum ex ver-
bis dictæ Constitutionis Gregorij in fin. dum dicit, *non
obstantibus prædictis Pij V. & alijs omnibus prædecessorum
nostrorum constitutionibus de publicandis*, & sic non di-
cit simpliciter, non obstante Const. Pij V. sed Constit.
de publ. ergo illam dumtaxat tollit, quoad formam,
& modum public. non autem quoad probationem ex-
tensionis † non expressam. Gemin. in cap. vltim. §. 1. 41
in fin. de off. dele. lib. 6. Ruin. cons. 6. num. 5. volu. 1.
Cardin. Paris. cons. 1. numer. 91. volum. etiam 1. & ex
clausula, non obstante, † cognoscitur mens, & inten- 42
tio disponentis, Bald. in l. eam quam, num. 36. C. de
fideicommis. Ruin. cons. 48. nume. 21. volum. 1. & re-
cipit restrictionem, quam disponens illi dat. Ruin. cons.
78. numer. 4. vers. præterea, libr. 1. & restringitur † ad 43
causam expressam, l. si de certa. C. de transact. Abb.
cons. 114. num. 4. lib. 2. Crauet. cons. 271. num. 5. &
cons. 242. numer. 6. Cassad. decis. 16. super reg. Ruin.
cons. 101. nume. 10. volum. 1. & ad respectum ad quem
posita est, Dec. cons. 283. colum. 1. Crauet. consil. 20.
numer. 21.

Sed huic etiam argumento responderi potest, quòd
illa verba, non obstante Constitutione † de public. stant 44
demonstratiuè, non autem restrictiuè, ad tradita per
dominum meum Card. Paris. cons. 21. sub num. 47. vo-
lum. 2. & verba semper † capi debent, vt stent demon- 45
stratiuè, Bar. in l. Centurio, ff. de vulgar. & pupill. &
ideo Greg. dixit de public. & non de consensibus,
quia denominatio † fit à digniori, l. quæritur, ff. de stat. 46
homin.

Quintò pro hac opinione adducitur, non esse verisi-
mile, feli. record Greg. XIII. voluisse tollere legem
tam sanctam, & fraudibus obuiantem in ea parte, dum
loquitur de probatione extensionis consensus absque
quo promulgaret modum super hoc. Namque intentio
Principis & conditoris legis, ea præcipuè esse debet, 47
vt † fraudibus occurrat, l. in fundo, ff. de rer. vend. &
quod non mutatur expressè, stare non prohibetur, ad
not. in l. præcipimus, C. de appell. Dec. cons. 541. 0.
16. cum seq.

Sed huic argumento respondetur, quod cum constet
de abrogatione ex mente, & verbis expressis in Grego-
riana, argumentum à verisimili † cessat. Cor. cons. 13. 48
colum. 1. lib. 2. Soc. Sen. cons. 12. num. 2. lib. 2. Rol.
à Vall. cons. 77. nu. 5. lib. 1. eòque magis, quia Const.
Pij V. circa probationem extensionis consensus, indu-
cebat probationem difficilem, & impossibilem, vt in-
frà dicetur.

Quid dicendum? Ego † autem existimo veriorem 49
esse affirmatiuam opinionem, vt Const. Pij V. sit per
hanc Constitut. Gregorianam abrogata penitus in om-
nibus, etiam quoad probationem extensionis consen-
sus, & hanc opinionem tenuit Rota in vna Ispalen.
coram R.P. D. Robusterio, Veneris, 8. Nouembr. 1585.
cum fuisset priùs causa proposita Lunæ, 14. Octob.
eiusdem anni, in qua Domini fuerunt dubij, & fuit di-
ctum, vt restringeretur dubium, an illa qualitas exten-
sionis consensus, de qua in Bulla Pij V. sit pars publi-
cationis. Deinde fuit proposita 16. Octobris, die Mer-
curij eiusdem mensis, & Domini fuerunt contrarij,
namquè principaliores Aduocati, verbo & scriptis de-
fendebant vtramque partem. Postremò proposita die
Lunæ, 4. Nouembris fuit delata, & Veneris 8. Nouem-
bris, ab omnibus fuit sententiatum extensionem con-
sensus, de qua in Constitutione Pij V. esse partem † pu- 50
blicationis, & consequenter fuit pronunciatum Con-
stitutionem Pij V. esse penitus abrogatam in omnibus,
& per omnia etiam quatenus in §. & insuper loquatur
de probatione extensionis consensus.

Et hæc conclusio primò probatur, quia Grego. XIII.
felic. record. dum edidit hanc Const. de public. habuit
hanc mentem, vt tolleret, & cassaret Constit. Pij V.
in totum, etiam quoad extensionem consensus, vt de
ea attestatus fuit bon. memo. Matth. Contarellus Car-
dinalis sancti Stephani dicti Gregorij prodatarius toto
tempore sui Pontificatus, ac Compilator dictæ Con-
stitutionis, cum disputaretur dicta causa Ispal. Et tem-
pore Greg. prædicti de anno 1584. cum accidisset ca-
sus vacationis satis pinguis beneficij, per obitum resi-

gnantis ante extensionem consensus. In termino autem
publicationis, dictus Cardinalis Sancti Stephani tunc
Prodatarius consultus super hoc, an obstaret Consti-
tutio Pij V. respondit in publica Audientia, dictam
Constitutionem fuisse in totum reuocatam, & noluit
de dicto beneficio prouidere.

Et ego reperi inter scripturas cuiusdam Auditoris
Rotæ, quòd cum anno 1572. die 20. Nouembris, & 14.
eiusdem mensis de mandato eiusdem Greg. XIII. fuis-
set proposita, & disputata ad partes d. Greg. Const. an-
tequam publicaretur proponente R. P. D. Robusterio
fuit dubitatum, an sit in omnibus, & per omnia rece-
dendum à Const. Pij V. etiam quoad extensionem con-
sensus, & renouandus stylus antiquus, de quo in decis.
Boët. 348. numer. 4. cum seq. fuit resolutum esse abro-
51 gandam in omnibus, & † renouandam Alexandrinam,
& ideò in prima compilatione dictæ Gregorianæ in
principio dicebatur. *Itaque omnes de resignationib. ac
cessionibus public. editas ab eisdem prædecessoribus Con-
stitutiones, & literas, & quidquid in illis continetur,
reuocantes, & abolentes, statuimus quod &c.* quæ ver-
ba in ea, quæ fuit postea publicata, & impressa fuerunt
mutata, & si non fuissent mutata, nullus dubitaret de
totali abrogatione, iuxta tradita per Ias. in l. 5. ff. de
acq. poss. num. 33. Sed loco illorum, Cardinalis Sancti
Stephani posuit dictionem, *Omninò abrogamus*, quæ di-
52 ctio idem † importat, cum sit vniuersalis, & compre-
hendat indistinctè omnes casus, & non possumus dice-
re quòd magis comprehendat vnum quam alium. Glos.
in l. si cum exceptione, §. quatenus, ff. quod met. caus.
& ibi Bart. in 4. colum. Ias. cons. 4. sub num. 3. vers. &
vltra ista verba. lib. 1. Dec. cons. 126. circa. fi. Alber.
in diction. verb. omnino, Ruin. cons. 133. num. 22. vol. 5.
53 verba enim generalia † nihil relinquunt intactum, l. Iu-
lianus ff. de leg. 3. Crauet. cons. 105. n. eòque magis
cum addatur verbum *abrogamus*, quod de sui natura si-
gnificat in totum, & non in partem. l. derogare, ff. de
verb. signif. vbi Alciat. Rebuff. & alij, & huiusmodi
dictio, iuncta huic verbo, significat totaliter, & indi-
distinctè, Ruin. cons. 233. nu. 22. li. 3. quoties. n. agitur
55 de derogatione † pro parte, dicitur derogare, & non
abrogare. Et ob id quando imperatores volunt deroga-
re alicui legi pro parte hoc expressè dicunt, vt in Auth.
hæc Constit. quæ licet in sua rubrica videatur restricta,
nihilominus in nigro hoc exprimitur ibi, nihil penitus,
&c. & in l. vlt. C. de indict. libert. tollen. Cuiac. lib.
obseru. 14. cap 18. Et huiusmodi etiam mens Gregorij
56 colligitur ex verbis procemij, quæ declarant finalem †
intentionem, l. vlt. iuncta Gl. in verb. modus, de hær.
inst. nam dicitur in procem. Gregorianæ *Quòd vsus sæpè
docet id, quod salubre fore credebatur nocere experiendo
quod in illis Constitutionib. quas ad prohibendas simula-
tas, occultasve beneficiorum Ecclesiasticorum resignatio-
nes diuersi Romani Pontifices multifariam ediderunt, &
fel. recor. Pius Papa V. prædecessor noster nouissimè pro-
mulgauit, cognouimus accidisse*, & sic non solum loqui-
tur de Constitutionibus de publicandis, sed de omni-
bus prouisionibus factis ad prohibendas simulatas resi-
gnationes.

Cum ergò Pius V. in Bulla sua, nihil aliud intendat,
quam reuocare has occultas resignationes, vt constat
ex procemio; & inter aliam prouisionem fecerit istam
de probando consensum fuisse extensum ante obitum
resignantis, satis constat quòd Gregorius etiam hanc
prouisionem remouere voluit, cum in procemio dicat
omnes istas prouisiones reuocare velle. Rursus colligi-
tur huiusmodi mens, nam Pius V. in sua Constitutione
tendit ad hoc, vt beneficia, non facta publicatione, va-
57 cent per obitum resignantis, † & non per resignationem,
& voluit id procedere etiam si resignans moriatur intrà
sex menses; & noluit sufficere, resignantem præstasse
consensum, nisi probetur fuisse extensum ante obitum.
Gregorius autem noluit inducere hunc modum vacan-
di per obitum. Sed inducit alium modum vacandi per
caducitatem, vt patet in §. quòd si Quisquam. nec vo-
luit ius remanere penes resignantem; & noluit attende-
re quando & intra quantum tempus moriatur resi-
gnans, & an consensus sit extensus ante obitum ipsius;
ad hunc enim modum inducendum non erat opus quæ-
rere de extensione consensus, nec de morte resignantis,
cum nihil per obitum vacet: nam facta publicatione
voluit tenere resignationem, non facta autem esse nul-
lam, & beneficium vacare per caducitatem ab ipsa pri-
ma resignatione. & quia vult publicationem esse fa-
ciendam cum literis, satis circa extensionem consen-
sus videtur prouisum nam † qui vnum dicit, ex quo a- 58
liud sequitur, vtrumque dixisse præsumitur, Bal. in. l.
data opera nu. 50. C. qui accus. & quoties † apparet de 59
mente, verba generalia corrigunt legem antiquam. Sar-
nensis in ca. 1. nu. 84. de Const. lib. 6. Idque eò magis,
quia pars Constitutionis Pij V. quæ loquitur de proba-
tione extensionis consensus vix potest vsu recipi, cum
probatio extensionis † consensus in vita sit penitus im- 60
possibilis, quia Notarius extendit sub die præstiti con-
sensus, nec in Cancellaria seruatur Constitutio Cle-
mentis mandantis extendi infra 15. dies, & resignatio
in qua præstatur consensus per procuratorem semper
posset fieri controuersa, & super extensione consensus
non fit scriptura, neque adhibentur testes. Accedit, quia
differentia, de qua in Constitutione Pij V. parui consen-
sus non cadit coram Ordinario, vnde est impossibilis &
impertinens, & non est verisimile, quòd Gregorius vo-
luerit † istam partem, intactam relinquere, illaquearen- 61
tur resignantes. Cassad. decis. 3. de prob.

Secundò comprobatur hæc sententia, quia ex modo
publicationis traditæ per hanc Gregorianam cessat pe-
nitus omnis fraus, quæ poterat oriri ex extensione con-
sensus post obitum, quia cum debeant infra sex menses
publicari literæ in necessariam consequentiam videtur,
per Gregorianam statutum super consensu, vt debeat
extendi infra sex menses, cum literæ non expediantur
sine extensione consensus, vt quotidie practicatur, &
sic non possunt resignationes manere in suspenso, &
quodammodo beneficia super periculo vitæ resignan-
tis, & resignatarij, maximè stante stylo moderno circa
paruas † datas, quæ non dantur, nisi semel, & sic non 62
est verum, quòd possit in fine sex mensium capi alia
parua data.

Tertiò accedat, quia vbi fit reditus ad ius commune,
etiam in materia † correctoria fit extensio ad not. in l. 63
si vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pact. in l. si vero §.
de viro, ff. sol. matr. Sed per hanc interpretationem
redimus ad ius, & stylum antiquum, namque extensio
consensus etiam post obitum de iure communi † semper 64
fuit licita, & antiquissima obseruantia Curiæ Romanæ
comprobata, iuxtà Constitutiones Alex. VI. & Leonis
X. relatas à Boët. decis. 348. num. 4. & seq. quæ Con-
stitutiones non sunt noui iuris inductiuæ, sed declara-
toriæ iuris communis. vt per Boer. loc. cit. statim enim,
quòd resignans porrigit supplicationem, vel eius pro-
curator, in qua dicatur, quòd ea tunc resignat, dicitur
facta resignatio, si à Papa admittatur, quia interuenit
consensus habentis ius, & auctoritas Superioris; ex-
tensio autem consensus † non requiritur pro essentia, & 65
substantia resignationis, sed pro illius executione, quia
non possunt expediri literæ † sine extensione prædicti 66
consensus. Guidobon. decis. 93. Crescen decis. 208.
in manuscr. Sarn. de infir. q. 31. num. 1. Cassad. decis.
2. num. 4. & 6. de renunc. Et hinc est, quòd procurator
resignantis. qui porrexit supplicationem, potest cogi
etiam mortuo † resignante ad præstandum consensum. 67
Cassad. d. decis. num. 3. nam statim, quòd procurator por-
rigit supplicationem ex parte sua, videtur adimplere,
quòd potuit, & ex parte sua videtur perfecta resignatio,
& quia Papa, vel officiales ob multitudinē negotiorum
tardant in expeditione supplicationis prædictæ, & ali-
quando per multos dies, & menses, hoc non debet nec
potest imputari resignanti, & resignatario, nec in hoc
cadit aliqua fraus, vel illius suspicio, cum totum hoc
proueniat ex multitudine negotiorum, & ex facto ex-

pedientium & ante expeditionem supplicationis consensus extendi non potest, & Constitutio Pij V. hoc prohibentis erat prohibere absolutè omnes resignationes quæ fiunt per absentes & ideo Procuratores nunquam essent tuti, & securi expeditionum, tum ob tempus itineris, tum etiam ob tempus quo durat expeditio supplicationis, antequam consensus possit extendi, namque ferè in omnibus resignationibus reseruatur aliqua pensio, vel fructus, pro qua reseruatione soluitur compositio, & soluitur annata in expeditione literarum, quæ omnes expressè amittuntur, si interim resignans decedat, & nunquam possent recuperari, prout plures casus contigerunt in graue damnum expeditorum post publicationem Constitutionis Pij V. qui non possunt tam citò scire, an resignans sit viuus, vel mortuus, & interim currit tempus publicandi. Vnde huiusmodi Constitutio non continet nisi laqueos
68 contra resignantes, & expeditores, & † Romana Curia solet rejicere laqueos, & facere interpretationem pro stylo, eóque magis in casu nostro, nam non videtur honestum, vt quis sine culpa sua priuetur beneficio, & maximis expensis expeditionum partes grauentur, absque spe illarum recuperationis, & propterea inoleuit
69 stylus antiquissimus derogandi † reg. de infirmis resignantibus quando resignant absentes, attenta absentia, passim ponitur clausula, & cum derogation. regulæ de infirm. resignan. & infra 20 dies decedent. attento quòd resignant absens. Ideo concludendum est. Constitutionem Pij V. per Gregorianam esse abrogatam ibi in totum, & hæc interpretatio, cum reducat ad primæuum
70 ius est fauorabilis, † Rom. cons. 319. Fel. in cap. cum accessissent, de Const. Et ego reperi fuisse annotatum per aliquos Auditores Rotæ, hanc fuisse potissimam causam mutandi, & abrogandi, Constitutionem Pij V. vt tollatur, quod disponit de extensione consensus, & redeatur ad Alexandrinam, de qua latè dixi supra lib. 8.

Lib. 11. quæst. 11. num. 50. Ibi, Bonæ memoriæ Mathæus Contarellus.

IS, dum bonæ etiam memoriæ, Dominus Donatus de Clesio (cuius suprà, lib. 2. qu. 10. meminimus) & (qui postea Rotæ Auditor, demum Cardinalis, & tandem Gregorius XIII. Summus Pontifex euasit) Hugo Boncompagnus Bononiensis, Abreuiatorum officiis simul fungerentur, iam huic famulabatur. Ex quo famulatu, fructum eximium, ac præmium non modicum tulit. Namque factus ille Pontifex Maximus, cum Datariatui præfecit: cuius officium ità fideliter, & honorificè exercuit, vt ipsum, & Martinus Nauarrus (quem Couarruuias alicubi, timoratæ conscientiæ Doctorem vocat) inflexibilem pronuntiauerit, & idem Gregorius in Cardinalium numerum cooptauerit.

Eadem quæst. num. 57. Ibi, Et voluit id procedere etiam si resignans moriatur intra sex menses.

PEr hæc ergo videtur confirmari opinio Blasij Aurioli, in cap. cam te. num. 267. extra de rescript. & in cap. si is cum quo, addit. 1. de filiis presb. in 6. existimantis, quandò resignatarius Apostolicus possessionem beneficij intrà sex menses adeptus non est: nedùm si post, sed etiam si intrà eosdem, resignans in possessione decesserit, Regulæ 34. Cancellariæ Apostolicæ, de publican. resignat. (& sic vacationi per obitum) locum esse. Sed contra Auriol. sententiam, in causa appellationis, inter magistros Gailhardum Dufaur, Auxitanæ (pro quo scripsimus) & Ioannem Segny, Tarbiensis Ecclesiarum Canonicos, ratione possessorij Archidiaconatus, de Montecresio nuncupati, vltimò dictæ Ecclesiæ, Senatum Tolosanum, tertio Nonas Septembris 1570. pro dicto Dufaur. iudicasse, memoriæ quandoque prodidimus. Nostramque iuuant sententiam Molineus, super eadem regula num. 19. (vbi ait, quòd ad fundandam intentionem prouisi per obitum, requiritur constare, resignantem in possessione decessisse post dictum tempus) & num. 28. ponderando verba, postmodum, & non antè. Et Rebuffus. glos. 31. versic. & per istum textum.

Nota interim nouum vacandi modum (scilicet per caducitatem) ex constitutione Gregoriana inductum.

eadem quæst. num. 62. Ibi, Nisi semel.

PAruas Resignationum datas nullo prorsùs modo antehac à multis annis (quoad huius regni beneficia in patria reducta) dari, suprà, lib. 3. quæst. 9. monuimus. Super beneficiis autem per obitum, & quouis alio modo (quam per resignationem huiusmodi) vacantibus, eadem semper capiebantur & fiebant bonæ prout anteà & nunc (scilicet ab eo ipso die, quo cursor Romam peruenit) dummodò tamen posteà, signaturæ Apostolicæ, super illis intra sex menses expediantur. Illis enim elapsis, eædem sunt renouandæ, hoc est aliæ datæ de nouo capiendæ, ni quis velit, signaturas, de data currenti (vt fit in beneficiis patriæ, quam vocant, obedientiæ, & non de priùs capta (vt practicatur in beneficiis patriæ reductæ) expediri. Quonam autem die, Illustrissimus Dominus Datarius, manum apponat, siue ille festiuus, siue non festiuus sit, non est curandum. Veruntamen de stylo Curiæ Rom. est, vt licet parua data quolibet die capi possit, non tamen illa Dominico, vel alio solenni festiuo die, per eundem Illustrissimum extendatur. Obtinuit à paucis diebus, nescio quo pacto, vt etiam datæ beneficiorum, per resignationem vacantium, non secùs ac si illa alio modo vacarent, capiantur. Solet verò Summus Pontifex semper signare supplicationes de mane paulò ante prandium meridiei, vt notat Gonzalez ad Regulam 8. Cancellariæ, de mensibus & alternatiua Episcoporum. §. 1. proœmij. num. 101.

Eadem quæst. num. 67. Ibi, Et antè expeditionem supplicationis, consensus extendi non potest.

HOc ideo, quia (vt Parisius lib. 8. quæst. 7. num. 196. notat) nondum perfecta expeditione, papa resignationem admittens, citrà partis iniuriam pœnitere, ac supplicationem antè illius registraturam, lacerare potest. Et sic, si eadem supplicatio parti non traderetur, consensus anteà præstitus (denegata gratia) esset prorsùs inutilis & superfluus.

quæst. 11. in princip. An huiusmodi Constitutio Pij V. sit in totum sublata per hanc Gregorianam.

¶ HÆc quæstio & proxima sequens penitus ociosa sunt apud nos, cum neutram constitutionem recipiamus, vt non semel monuimus.

QVÆSTIO XII.

Quæ differentia est inter Constitutionem Pij V. & Greg. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Ius an abdicetur à resignante non facta publicatione.*
2 *Constitutio Pij V. de non publicandis potest adimpleri in æquipollenti.*
3 *Forma an possit adimpleri in æquipollenti.*
4 *Constitutio Gregorij XIII. de publicandis non potest adimpleri in æquipollenti.*
5 *Constitutio Pij V. de publicandis tria requirit.*
6 *Regula de publicandis duo requirit.*
7 *Resignante non moriente in possessione, non erat locus regulæ de publicandis.*
8 *Regula de publicandis, in morte ciuili non habebat locum.*
9 *Regula de impetrand. benef. per mortem familiaris Card. non habet locum in vacatione mortis fictæ.*
10 *Regula Cancellariæ de publicandis non habebat oculos retrò.*
11 *Constitutio Pij V. de publicandis annullat resignationes iam factas, limita dupliciter, vt ibi.*

DVodecimò Quæro, quæ differentia est inter Constitutionem Pij V. & Constitutionem Greg. XIII. plures esse differentias ex lectura vtriusque colligitur, & Prima principaliter in modo & forma publicandi, vt dixi q. 6.

Secunda quia per Constitutionem Pij V. ius non ab-
1 dicatur a resignante non facta † publicatione, vt fuit
resolutum in vna Pampilonen. parochialis 15. Martij,
1573. coram illustrissimo Cardinali Aldobrandino, &
in alia Aquilen. 14. Aprilis, & 2. Iunij 1581. coram
Cantuccio, & in alijs pluribus; per Constitutionem
autem Gregorij ius abdicatur, & beneficium vacat, &
potest à quocumque impetrari, & nouam formam inducit, vacationis silicet per caducitatem, vt dixi quæst. præced. nu. 57. & alibi.

Tertia quia forma tradita à Constitutione Pij V. po-
2 test adimpleri in forma † æquipollenti, nam quamuis
fuerit hoc disputatum in vna Calagurit. thesaurariæ
die Mercurij. 29. Nouembris, 1577. coram D. de Grassis, & pro affirmatiua fuerit allegatus Cassad. decis. 26. super reg. & Sar. q. 11. de public, & pro negatiua, quia verba regulæ sunt præcisa. Bal. in l. si pater. n. 18. in fi. C. de inst. & substit. Dec. in l. in iure ciuili. num. 2. ff. de. reg. iur. ac nihil fuerit resolutum, tamen in alia Legionen. Canonicatus, coram Illustrissimo Aldobrandino, de anno 1577. 22. Aprilis, fuit resolutum, Constit. Pij V. posse adimpleri, in æquipollenti, & sic per possessionem continuatá est satisfactum, nam regula est,
3 quòd vbi forma introducta est à iure ad certum † effe-
ctum, illa per æquipollens adimpleri potest, vt effectui requisito satisfaciat, ad tradita per Dec. in l. si. mater, in 2. not. C. de inst. & subst. Alex. in l. si constante, in princ. ff. solu. matr. Rom. cons. 433. io t. q. Cassad. dec. 22. super reg. latè Fel. cap. dilecta, de rescr. & habetur lib. diuers. decis. impress. par 1, decis. 267.

Forma autem tradita per † Constitutionem hanc Gre-
4 gorianam est omninò seruanda præcisè, & ad vnguem,
& non potest per æquipollens adimpleri, vt exprimitur in §. cæterum modus & forma hic tradita.

Et dixi suprà, & ita fuit pluriès resolutum, & hoc anno coram R. P. D. Comitulo Auditore Rotæ doctissimo in vna Abulem. 26. Ianuarij 1590.

Quartò, quia in Constitutione Pij V. requiruntur tria †
5 scilicet publicatio intra sex menses, secundo apprehen-
sio possessionis, cum effectu, tertio extensio consensus ante obitum resignantis, vt paret ex eius lectura, & fuit pluriès resolutum in Rota, & in specie in vna Carthagin. Thesaurariæ, coram R. P. D. Vicecomite nunc Archiepiscopo Mediolanen. 4. Martij, 1580. & in vna Ariminen. parochialis, 12. Ianuarij, teste Orad. in recollect. manuscr. tit. de public. lib. 1. Put. decis. 250. lib. 2. & in vna Salaman. pensionis, coram Bubalo, 14. Iãuarij, 1585.
6 Ita etiam † regula de publican. duo requirebat, Corn.
cons. 137. num. 7. vol. 3. & postea tria, scilicet, vt facta sit publicatio, capta sit possessio, & in possessione decedat,
7 adeo quòd † quoties non constabat de morte in posses-
sione, non erat locus regulæ, vt fuit resolutum coram Fabio in vna Tranen, teste Ant. Aug. decis. 212. lib. 3. & iterum teste eodem decis. 235. lib. 3. & tradit Rebuff. in interpretatione illius regulæ, verb. siue in Romana Curia, & Sarn. in præfat. & q. 25. sed Pius V. in sua Constitutione sustulit vltimum illis verbis, *etiam si resignantes, vel cedentes extrà possessionem eorumdem beneficiorum ciuiliter, vel naturaliter decesserint.* Quod etiam videtur colligi ex constitutione Gregorij, in princ. ibi *Et possessione non habita, &c.* quæ verba posita in Constit. Pij V. includunt casum mortis ciuilis, nam regula de
8 public. in morte † ciuili non habebat locum, vt fuit re-
solutum in vna Toler. Coram Mercurio teste Simonett. decis. 42. aliàs 48. lib. 1. & rursus coram Cardinali S. Crucis, teste Sarn. de publ. q. 19. sicuti reg. de impetr. be-
9 nef. per mortem familiaris Card. non habebat † locum
in vacatione mortis fictæ, vt fuit decisum in Rota de anno 1514. teste Sarn. d. q. 19. rationibus ibi allegatis.

Constitutio vero Gregoriana requirit tantùm publicationem, & in consequentiam apprehensionem possessionis, infrà tempus, &c. vt dixi q. 6. & alibi. Aliæ vero differentiæ colliguntur ex superiùs dictis, & ex lectura ipsarum.

Non omittam, quòd regula Cancellariæ non habe-
bat oculos retrò, † ita quod annullaret acta antequam 10
de illa daretur, vt fuit resolutum die 25. Maij 1552. coram Decano.

Constitutio verò Pij V. annullat † resignationes iam 11
factas, vt fuit resolutum in vna Aquilan. Prioratus, coram Cantuccio, 14. Aprilis, & 2. Iunij, 1581. & in vna Abulen. Præstimonij, coram R. P. D. Comitulo Auditore Rotæ doctissimo, Veneris, 26. Ianuarij, 1590. quia verba sunt clara, vbi ante Bullam possessio capta non fuit.

Limita, vt non habeat locum in beneficiis, ante bullam non publicatis, si non publicana fuerit mortuus ante publicationem Bullæ, ad effectum, vt vacent per obitum resignantis, vt fuit resolutum in vna Legionen. Canonicatus, coram Illustrissimo Aldobrandino, 22. Aprilis, 1577. quia tempore obitus erat perfectè ius abdicatum a resignante, & sic non potest retrotrahi, quia ille est mortuus & extrema non sunt habilia.

Lib. 11. quæst. 12. num. 8. ibi, Regula de publicandis in morte ciuili non habebat locum.

NOs tamen suprà, nimirum lib 5. quæst. 25. num. 54. contrarium sustinuimus; ex Molineo, super eadem regula, in verbo, obitum, *ac* num. 356.

Eadem quæst. num. 9. ibi, Aliæ verò differentiæ.

QVarum vnam saltèm, in medium adferre non verebimur; nempè, vt illa Pij Quinti, abrogata prorsus: ista verò Gregorij XIII. constitutio abrogans dicenda sit ¶. Et male per ea, quæ nos supra hoc lib. q. 2. deduximus.

QVÆSTIO XIII.

An impedimenta excusent à publicatione, Quæ, quomodo debeant probari, &c.

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta legitima excusant à publicatione, &* num. 35.
2 *Impedito non currit tempus.*
3 *Propter impedimentum receditur à forma.*
4 *Impeditus non dicitur negligens.*
5 *Impeditus non videtur forma, & legi contrauenire.*
6 *Impedimentum excusat à pœna.*
7 *Impedimentum æquiparatur impossibili.*
8 *Impossibilis nulla est obligatio.*
9 *Dispositio non censetur loqui de impedito.*
10 *Impedito conficere inuentarium, non currit tempus statutum à iure.*
11 *Impedito non currit præscriptio.*
12 *Impedimentum excusat à contumacia.*
13 *Impedimentum excusat à desertione.*
14 *Quot sunt genera impedimentorum in materia appellationis.*
15 *Impedimentum excusat emphyteutam non soluentem canonem.*
16 *Impedimentum excusat, vt quis non teneatur accedere ad Concilium generale.*
17 *Impeditus non tenetur accedere ad Concilium Prouinciale & Synodale.*
18 *Impedimentum excusat à mora.*
19 *Impedimentum excusat in omnibus casibus.*
20 *Impedimentum excusat etiam absque protestatione.*
21 *Impedimentum, vt excuset, debet probari.*

Digitized by Google

22 *Probatio impedimenti est difficilis.*
23 *Impedimentum probatur per coniecturas.*
24 *Impedimentum probatur per testes, & instrumenta.*
25 *Impedimentum probatur iuramento, quod declaratur dupliciter.*
26 *Arbitrio iudicis impedimentum an sit probandum.*
27 *Debet probari impedimentum fuisse tale, quod remoueri non potuerit.*
28 *Impedimentum non excusat, cum potest remoueri, & numer. 32.*
29 *Impedimentum, quod propriè dicatur.*
30 *Impedimentum vt excuset, debet esse causa immediata.*
31 *In impedimento legitimo requiritur diligentia, & num. 110. & 115.*
33 *Impedimentum affectatum non excusat.*
34 *Impedimentum probandum est ab eo, qui prætendit excusationem prætextu ipsius.*
35 *Resignatarius impeditus facere publicationem, in loco vbi tenetur, debet illam facere alibi.*
36 *Forma debet adimpleri specificè.*
37 *Forma quando possit adimpleri in æquipollenti.*
38 *Excusatur quis ob necessitatem.*
39 *Restitutio concedenda impedito.*
40 *Impeditus prosequi appellationem in primo anno ex causa, potest illam prosequi in secundo.*
41 *Constitutio Gregorij XIII. de publicandis ad vnguem est obseruanda.*
42 *Impeditus publicare in loco vbi tenetur, non potest id facere in acie Campi Floræ, vel in Cancellaria, & num. 44.*
43 *Impeditus publicare vbi tenetur, quo in loco debeat hodie publicare.*
45 *Modus præscriptus à lege obseruandus.*
46 *Actus contra legem nullus.*
47 *Patientia Ordinarij non reualidat resignationem non publicatam.*
48 *Vna pars legis declarat aliam.*
49 *Præcedentia insinuant in sequentia.*
50 *Impedimentorum species.*
51 *Non omnia impedimenta excusant à publicatione.*
52 *Bellum est iusta causa non publicandi.*
53 *Vbi verba legis sunt clara, nulla cadit dubitatio.*
54 *Bellum incutit timorem.*
55 *Bellum numeratur inter fortuitos casus.*
56 *Propter bellum fit remissio mercedis conductori.*
57 *Bellum excusat à contumacia.*
58 *Bellum à quibus oneribus excuset.*
59 *Bellum quod inducat iustum impedimentum non publicandi.*
60 *Pestis est iusta causa non publicandi.*
61 *Negligens non dicitur omittens aliquid facere causa pestis.*
62 *Pestis excusat à mora.*
63 *Pestis computatur inter fortuitos casus.*
64 *Pestis excusat à pœna.*
65 *Emphyteuta impeditus propter pestem non cadit à iure suo.*
66 *Pestis impedit præscriptionem.*
67 *Pestis æquiparatur bello.*
68 *Pestis excusat à contumacia.*
69 *Pestis præbet causam restitutionis in integrum.*
70 *Pestis impedit cursum fatalium.*
71 *Pestis quæ præbet iustum impedimentum non publicandi.*
72 *Non expediens literas ob bellum, & pestem, excusatur à publicatione.*
73 *Pestis excusat ab appellatione.*
74 *Facta diligentia relaxatur rigor iuris.*
75 *Casus fortuiti an excusent à publicatione.*
76 *Valet argumentum ab eo, quod non est expressum.*
77 *Cessat dispositio cessante ratione.*
78 *Infirmitas, & furor non excusant à publicatione.*
79 *Infirmitas, & furor inter casus fortuitos computantur.*
80 *Infirmi vocati non tenentur comparere.*
81 *Memoria hominum est labilis.*
82 *Multitudo negotiorum non excusat à publicatione.*
83 *Paupertas inter fortuitos casus numeratur.*
84 *Paupertas prodest in multis.*
85 *Error, & ignorantia non excusant à publicatione.*
86 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
87 *Sub Decreto irritanti constituti sub dignitate comprehenduntur.*
88 *Error iuris non prodest.*
89 *Error iuris dicitur iniustus.*
90 *Ignorantia facti, non autem iuris excusat.*
91 *Ignorantia iuris non est iusta causa restitutionis.*
92 *Ignorare ius, est culpa lata.*
93 *Rustici non restituuntur aduersus iuris ignorantiam.*
94 *Impedimenta corporis non excusant à publicatione.*
95 *Impeditus publicare facto aduersarij, vel tertij, excusabitur.*
96 *Impeditus vi armata excusatur à contumacia.*
97 *Vi armata impeditus, appellare excusatur.*
98 *Ob violentiam forma remittitur.*
99 *Periculum mortis, reputatur iustum impedimentum.*
100 *Impeditus publicare dolo aduersarij non excusatur.*
101 *Dolus aduersarij an præbeat iustam causam restituendi.*
102 *Patri parendum est.*
103 *Metus reuerentialis parentum, dicitur iustus.*
104 *Res, quæ culpa caret, in damnum verti non debet.*
105 *Iussus patris non præbet filio iustam causam vt excusetur à pœna imposita ob non publicationem.*
106 *Filius in inducentibus illicita non tenetur obedire patri.*
107 *Circa quæ filius teneatur obedire patri.*
108 *Leges debent seruari.*
109 *Resignatarius amittens literas, debet mittere ad Registrum pro transumpto vt publicet.*
111 *Transgrediens legem humanam iusta de causa non peccat.*
112 *Resignatarius non publicans ex impedimento retentionis supplicationis, vigore nihil transeat, non excusatur.*
113 *Nihil transeat, concedi solitum à Datario quomodo tollatur.*
114 *Impedimentum excusat, cum remoueri non potuit.*
115 *Datarius detinens supplicationem, præbet iustam causam non publicandi.*
116 *Absque culpa, non datur pœna.*
117 *Datarius repræsentat personam principis.*
118 *Qualitas requisita est verificanda.*
119 *Impedimentum debet durare toto tempore.*
120 *Impedimentum proueniens ex persona iudicis, inducit iustam causam cessitationis.*
121 *Carcer præbet iustam causam non publicationis.*
122 *Carcer præbet iustam causam restitutionis.*
123 *Carceratus ob delictum non restituitur.*
124 *Impeditus publicare ob Sedem vacantem excusatur.*
125 *Mortuo Papa rumpitur annulus, plumbum, & sigillantur supplicationes existentes penes Datarium.*
126 *Legitimum impedimentum.*
127 *A tempore dato ad appellandum subtrahitur tempus Sedis vacantis.*
128 *Ex proœmio causa finalis.*
129 *Tempore Sedis vacantis non expediuntur literæ.*
130 *Duæ partes Cardinalium, faciunt Papam.*
131 *Quæ potestas fuit data Apostolo.*
132 *Petrus fuit institutus Episcopus vniuersalis Ecclesiæ.*
133 *Cardinales debent recludi in Conclaui ad eligendum Papam.*
134 *Quinque Pontifices Maximi visi spatio 18. mensium.*

135 *Clemens VIII. quando electus.*
136 *Tempore publicationis lapso, datur restitutio.*

DEcimorertiò Quæro, an impedimentum legitimum excuset a publicatione facienda per Resignatarium de beneficio sibi resignato? Com-
1 munis & recepta regula est affirmatiua, † quam æpiessè firmarunt Rom. conf. 433. incip. quoad primam, Fel. cap. cum dilecti, col. 21. vers. limit. 7. num. 13. de resc. Rip. de peste, in 3. p. q. 6. Hieron. Preuidon. in eod. tract. de pest. vers. vidimus, numer. 2. Cassad. decis. 1. de dilat. & super reg. Canc. decis. 22. Sarnen. de publ. q. 13. numer. 2. Rebuf. io ead. reg. Mars. in l. 1. §. propterea, numer. 131. ff. de qq. Moder. Florent. de fortuit. casib. p. 2. q. 6. Card. Paris. conf. 143. col. 1. volum. 4. Nauar. conf. 3. num. 3. tit. de renunc. & ita fuisse resolutum in Rota in vna Conchen. Capellaniæ de Bellòmonte 16. Nouembris, 1532. coram R. P. D. Didaco. attestatur Caputaq. decis. 73. p. 2. & ita seruatur, adhibita modificatione, vt infra num. 33. dicam.
2 Et ratio est clara, & aperta, quia † impedito non currit tempus, l. vt perfectius, C. de annal. excep. Ias. l. contra minores, num. 6. C. de inofficios. testam. Rim. conf. 21. numer. 29. lib. 1. Dec. conf. 356. colum. pen. Crauett. conf. 271. col. 2. Menoch. conf. 38. numer. 35. volu. 1. cum alijs, vt per Ber. q. famil. 40. & 65. Bald. de temp. vtil. & contin. cap. 7. & 8. cum sequentibus, Ioan. de Lignan. de censura Ecclesiastica §. 14 num. 17.
3 Et ideo propter † impedimentum receditur à forma, Card. Paris. conf. 32. nume. 11. & 14. ac 16. & conf. 33. num. 23. 25. & 31. volum. 1. Crauet. conf. 12. numer. 2. Bursat. conf. 74. num. 153. volum. 1.
4 Nam impeditus non † dicitur negligens, cap. quia diuersitatem, de concess. præb. Staphil. de grat. expecta. tit. de vari. mod. vacationis, num. 53. Nec † vide-
5 tur formæ, ac legi contrauenire, Ias. in l. si quis, num. 7. ff. de iurisd. omnium iudic. Egid. Boss. io prax. crim. tit. de carc. fideiuss. num. 47.
6 Hinc est, quòd † impedimentum excusat à pœna, l. 1. §. si frater. ff. de collat. Abb. in cap. significasti, num. 11. de foro. compet. Fed. de Sen. cons. 122. nu. 1. Tiraq. de ver. retract. tit. 1. §. 1. gl. 10. nume. 120. Rip. in l. quod te, num. 38. ff. si cer. pet. Rol. à Vall. de con-
7 fect. inuent. p. 3. vers. impedito, oom. 5. cum † æquiparetor impossibili, Pet. de Vbald. de Cano. port. cap. 7. num. 19. Ias. in l. apud, §. constat. oumer. 7. ff. de le-
8 gat. 1. Ber. conf. 88. numet. 35. vol. 1. cuius nulla † est obligatio, l. impossibilium, ff. de reg. iur. l. si stipuler. ff. de verb. oblig. l. cum hæres, §. 1. ff. de stat. lib. §. impossibilis, Instit. de hæred. inst. cap. nemo potest. de reg. iur. lib. 6. Cor. conf. 55. numet. 7. volum. 2. Aret. conf. 142. num. 2. Capic. decis. 92. num. 8. Cassan. conf.
9 23. nu. 20. cum hoc casu non applicetur † voluntas dispositionis, Bald. conf. 496. num. 2. lib. 5. Ang. in l. cum debere, num 1. ff. de seruit. rust. predior, Grat. conf. 119. num. 14. lib. 1. Port. conf. 163. num. 23. Barb. conf. 13. lib. 2. Rom. conf. 102. Oldrad. conf. 277. Cephal. conf. 187. num. 7. Marsil. trac. de fideiuss. nom. 56. & 59. Ias. in l. si homo, num. 6. ff. de verb. oblig. Cagno. in l. impossibilium. ff. de reg. iur. & communiter.
10 Hinc impedito † conficere inuentarium non currit tempus statutum a iure. Latè Barb. consil. 41. & 50. lib. 2. Bal. in l. genero, ff. de his qui not. infam. Fed. de Sen. resp. 29. casus. Ias. in auth. hoc amplius, num. 60. C. de fideic. Abb. cons. 60. lib. 1. & conf. 41. lib. 2. Card. Paris. conf. 102. ad fi. vol. 4. Cassad. decis. 4. de appell. & communiter alij, vt per Phan. de Phanu. de inuent. par. 1. num. 21. cum seq. Rol. de confect. inuent. par. 3.
11 vers. impedito, numer. 5. Hinc † impedito non currit præscriptio, Alex. & Bart. in l. Senatusconsul. num. 2. ff. de offic. præsid. Fel. in cap. ex transmissa, numer. 7. cum seq. de præscripr. Burs. conf. 66. num. 24. volum. 1. Iac. Nouell de iur. patron. §. 4. num. 46. & communiter
12 Doct. Hinc impedimentum excusat † à contumacia, si citatus non iuerit. But. in cap. cum dilect. num. 26. de dol. Boer. decis. 40. num. 4. idem Ber. cons. 60. numer. 4. lib. 1. Decis. Pedem. 20. Soc. iun. conf. 120. num. 2. vol. 3. Bertan. conf. 15. num. 12. vol. 2. Hinc
impedimentum † excusat a desertione, vt egregiè osten- 13
dit Franc. in cap. ea ratione. col. 2. in gl. 1. vers. circa
primum, de appell. lib. 6. vbi sex † genera impedimen- 14
torum considerat, & ibi alij Doctores, gl. in cap. venerabili lib. verb. impedimento, de sen. excomm. lib. 6. Guid Pap. decis. 215. Ber. conf. 6. num. 7. lib. 3. & fuit resolutum in vna Nouar. Canonicatus, & præb. 4. Martij, 1541. coram Rauellen. teste Mohed. decis. 78. in recollect. manuscr. & in hoc omnes communiter residenr.
Hinc † impedimentum excusat emphyteutam, non sol- 15
uentem canonem, vt tenuit Ant. de Butr. in cap. significante, in 4. not. de pign. Ias. in l. 2. vers. 27. C. de iur. emphyt. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 19.
num. 14. Hinc etiam impedimentom † excusat ab obli- 16
gatione accedendi ad Concilium generale, c. Episcopus, c. si Episcopus, c. placuit. 18. dist. cap. ego N. vbi Doctores de iureiur. quod qoomodo procedat, vide
Card. Iacoba. de Concil. libr. 2. art. 4. numer. 44. & † 17
pariter excusar ab obligatione accedendi ad Concilium prouinciale, & synodale, c. peruenit. d. dist. 18. Card. Alex. in c. propter Ecclesiasticas, 1. col. 3. ead. dist. Imol. in cap. graue, colu. 6. de præb. cum alijs vt per Henric. Bot. de Synod. Episc. p. 2. num. 56. & n. 63.
cum multis seq. Et etiam † impedimentum excusat à 18
mora, Alberic. in tract. statur. quæst. 11. num. 1. & in †
omnibus casibus. Duenas regu. 199. Abb. in cap. signi- 19
ficasti, num. 11. de for. compet. Doctores in cap. ea ratione, de appell. Din. in l. nemo potest, de reg. iur. in 6. Bal. in l. cum, col. 9. C. de fideicom. Paul. de Cast. in l. vlt. numer. 7. C. de fid. instrum. Et hoc procedit, etiam si de illo impedimento non fuerit protestatum,
† vt in his terminis fuit resolutum in d. Conch. Cap- 20
pellaniæ, 16. Nouembris 1552. teste Caputaq. decis. 73. p. 2. dicente ita tenere Rotam, & decis. 321. libr. 1. in manuscr. & in alia Segobien. beneficij, coram, Vellano, 29. Maij 1551. & hanc esse æquiorem opinionem attestatur Lancell. de atten. c. 12. ampliat. 1. nume. 59. Ias. in l. properandum, §. sin autem vterque, C. de iudi. vbi loquitur de desertione, quod est ootandum, quia in contrarium est communis opinio, vt impedimentum non excuset, nisi sit facta protestatio, l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautio. vbi omnes, & in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, ff. de oper. nou. nunc. vbi Alex. col. 4. Ias. in l. qui in aliena. §. Celsus, oum. 26. ff. de acquir. possess. Felin. in cap. ea transmissa, colu. 2. de præscrip. Card. Paris. conf. 34. numer. 20. & conf. 101. num. 95. volum. 1. & conf. 5. num. 66. vol. 4. Soc. Sen. conf. 104. num. 26. lib. 3. Menoch. conf. 130. num. 118. volum. 1. Ber. qq famil. 40. numer. 40. Alex. cons. 16. libr. 2. Rip. tract. de pest. tit. de priuil. Iudic. c. pest. num. 21. cum plurib. seq. Franc. Imol. & alij in cap. exceptione, de appellat. Sarn. de public. quæst. 8. Rebuff. de pacific. possess. nume. 400. & de communi attestatur Caputaq. & Lancell. loc. cit.
Declara tamen primò, hæc procedere, si huiusmodi
impedimentum † fuerit probatum, Caputaq. decis. 72. 21
part. 2. & l. vlt. §. illud. C. de temp. appell. & l. in exceptione. ff. de prob. Abb. in cap. plerumque, nume. 6. de rescrip. & in cap. ea transmissa. nume. 6. de præscriptionib. & in capit. sciscitatus, num. 4. de rescrip. Ang. in l. eius, num. 2. C. quor. appell. non recip. Dec. conf. 554. num. 6. Card. Paris. conf. 108. num. 11. volum. 4. Dec. Pedemon. 9. nu. 4. Curt. in l. admonendi, num. 280.
ff. de iureiur. Et quia hæc probatio † difficilis reputa- 22
tur, vt tradunt Modet. Floren. de fortuit. casib. q. 4.
oum. 5. Ideo receptum est, † coniecturas sufficere, Bal. 23
conf. 152. num. 2. lib. 1. & sufficit † etiam probatio per 24
testes, vel instrumenta, Ioan. Andr. in cap. 1. de dolo, in 6. Corn. consil. 56. lib. 1. Card. Paris. conf. 67. num.
90. volum. 1. vel iuramento † impediti, Soc. conf. 76. 25
oum. 14. vol. 1. Rom. sing. 271. Oldrad. conf. 60. col. 2.

nume. 4. Guid. Pap. decis. 64. Rot. decis. 3. de ioreiur.
in antiq. & alij omnes ea cap. quia propter, §. illud au-
tem, de elect. cap. 1. 22. quæst. 1. quod procedit, quotiès
non potest probari per testes, Bal. in l. 2. §. quod diai-
mus, versic. causam quæro. ff. si quis caut. & ibi Rom.
nume. 5. & Ang. Paul. de Cast. numer. 2. circa fin. Ias.
num. etiam 2. Alea. cons. 119. quæritur, col. 3. num. 9.
lib. 2. Marsil. in Rubr. C. de prob. nume. 130. Rom. in
Rub. ff. de recept. arbitr. num. 19. ea l. vlt. §. illud, ibi,
nisi ipse appellator euidentissimis probatioolbus, C. de
tempotib. appellat. & agitur de leui præiudicio, Neui-
san. consil. 41. nume. 10. Abb. in cap. cum Bertoldus,
num. 16. de re iud. Anton. de Butr. in cap. qoia, nu. 16.
de elect. Bald. in l. qui accusare, oumer. 3. C. de eden.
Dec. in cap. ea ratione, numet. 54. de appellat. Docto-
res in cap. 1. de dol. & contumac. libr. 6. Mascard. qui
& aliis modis declarat de proba concl. 884. & probabi-
26 tur etiam impedimentum aliis modis scilicet arbitrio †
Iudicis, Ioan. And. Hostiens. Archidia. Gem. & Franc. in
cap. 1. de dol. & contom. lib. 6. Guid. Pap. dict. decis.
64. cum alijs, vt per Menoch. de arbitr. iud. casu. 1 8.
nume. 3. & est magis communis opinio, teste Mascard.
dict. conclus. 884. numer. 17. Debet tamen, qui vult
prætextu impedimenti adiuuari, duo probare, quorum
27 primum erit, quòd illud fuerit tale, † vt remoueri non
potuerit, l. sed & si, §. 2. ff. ex quibus caus. maior.
Dec. consil. 677. num. 4. Soc. Iun. cons. 76. oumer. 79.
volum. 1. Crauett. cons. 270. numer. 2. Gozad. cons.
38. numer. 12. & est communis opinio omnium Docto-
rum, quia regula vulgaris est, impedimentum non ex-
28 cusare eum posset † remoueri, Bar. io d. l. sed. & si per
prætorem, §. 2. Idem Bart. in l. quibus diebus, vbi Soc.
Sen. in 3. not. ff. de conditio. & demoostrat. cum aliis,
vt per Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 118. ad fi. & cons. 110.
29 numer. 116. vol. 1. Impedimentum † enim propriè est,
cum euitari non potest, non è contra. Card. Paris. cons.
67. numer. 64. volum. 3. Secundum est, vt debeat pro-
bare impedimentum causam fuisse, non præstandi, vel
non faciendi, quod præstare, & facere tenebatur, & sibi
incumbebat, hoc est, quod illud impedimentum † fue-
30 rit causa immediata, quòd non fecit. Innocen. in cap.
ea transmissa, de præscrip. vbi Felin. numer. 7. Dec. in
cap. sciscitatus, oot. vlt. de rescrip. Idem Dec. cons.
474. colum. 2. & cons. 552. colum. 2. Crauett. cons. 151.
num. 22. Boër. decis. 40. num. 4. Menoch. de arbit. Iu-
dic. cas. 118. ad finem, Caputaq. decis. 72. numer. 5.
p. 2. & numer. 7. refert ita decisum fuisse in vna To-
letana parochiali, prima Iunij, coram Achille de
Grass. & sic non sufficit simpliciter probare impedi-
mentum, sed debet quis † probare diligentiam suam,
31 scilicet, quòd fecerit aliquam diligentiam pro illo re-
mouendo, d. l. qui commeatus, vbi Bar. ff. de re milit.
Alea cons. 40. lib. 2. Afflict. decis. 29. num. 1. late Conrad.
in l. diffamari, num. 117. C. de ingen. & manumiss. Rebuff.
tractat. de excom. nu. 48. Cæphal. cons. 204. num. 123. vbi
attestatur de communi, Crot. cons. 281. num. 20. lib. 3.
Natt. cons. 281. num. 20. lib. 3. Natt. cons. 258. num. 6. Dec.
in d. cap. ex ratione, num. 58. de appellat. Card. Alban. in
add. ad Barto. in d. l. qoibus, num. 2. ff. de condit. & de-
monstr. & ita fuisse resolutum in Rota in dicta paro-
chiali, attestatur Caputaq. d. decis. 72. part. 2. ita etiam
fuit resolutum in vna Lucan. Abbatiæ coram Th. de Ta-
nis, 16. Martij, 1556. teste Put. decis. 8 sub rub. de rest. in
integr. in recollect. manuscr. Lancellott. loco cit. d am-
pliat. 1. num. 61. ex ratione suprà posita, quia non dicitur
32 quoquomodo quis impeditus, si impedimentum † re-
moueri potest, Dec. in cap. cum fuero, in 3. not. de ap-
pell. & in cap. in nomine Domini, num. 5. de testib. &
exempla huiusmodi conclusionis habes per Mascard. d.
concl. 804. num. 9. & ideo receptum † est, impedimentum
33 affectatum, quod sua culpa quis sibi parauit, non excu-
sare, Gemio. cons. 42. colum. 3. vers. nec. obstat, Rube. in
l. pen. §. ad crimen. nu. 224. de publ. iud. Ate. in cap.
veniens. num. 54. de accusat. Menoch. cons. 110. no. 114.
li. 1. & alios citat idem Menoch. de arbit. Iud. c. 137. num.
20. & cons. 69. num. 4. lib. 1. & in his terminis fuisse pro-
nuntiatum in Rota die 4. Nouembris, 1545. attestatur
Put. decis. 327. num. 4. lib. 2. & faciunt quæ plenè scribunt
Conrard. d. l. diffamari. nu. 117. C. de ingen. & manumiss.
Rip. tract. de pest. tit. de priuileg. Iud. caui. pest. sub nu. 25.
Cæphal. cons. 304. num. 123.

Et debet huiusmodi † impedimentum probari ab eo, 34
qui petit ex eo excusationem, & sic ab allegante pro-
bandum erit, & ita fuit resolutum in vna Oxom. Scho-
lastriæ, 23. Martij, 1590. coram. R. P. D. Bubalo, & faciunt
quæ scribit Bar. in l Iulianus, §. offerri, num. 2. ff. de act.
empt. Decis. Pedemont. 28. num. 11. Crauet. coos. 151.
num. 8. Soc. Iun. cons. 77. num. 142. lib. 1. Cæphal. cons.
97. num. 37. lib. 1. Bursat. cons. 45. num. 6. lib. 4. Card.
Paris. cons. 33. num. 57. vol. 1. Menoch. cons. 1. num. 364.
lib. 1.

Secundò, principaliter declara hæc procedere, & ha-
bere locum, quoties resignatarius, qui ob iustum impe-
dimentum † non fecerit publicationem vbi tenebatur, 35
illam fecit in alio loco æquipollenti, nam resignatarius
ob impedimentum non liberatur absolutè à publicatio-
ne facienda, sed si eam oon potest facere in loco desti-
nato, tenetur illam facere in alio æqoipollenti, vt post
alios multos, quos ad hoc citat, egregiè tradit Sarn. de
publ. q. 13. num. 2. vers. tamen fallit, & communiter om-
nes sequuntur. Quod probatur, tum ratione, tùm etiam
auctoritate; Ratione quia quoties forma non potest ad-
impleri specificè, † vt requiritur, Bal. in l. comparatio- 36
nes, in 3. opp. C. de fid. Inst. Dec. cons. 90. num. 6. & cons.
262. num. 4 Card. Paris. cons. 12. num. 47. & cons. 15. oum.
25. vol. 2. debet adimpleri † in casu æquipollenti, & suf- 37
ficit, vt latè ostendit Alb. Brun. in tract. de form. & so-
lem. actus, rub de effect. & potestat. form. limit. 33. Ias. io
l. 1. num. 13. post Alea. ff. de lib. & posth. Card. Paris. cons.
33. num. 28. vol. 2. Lap. alleg. 123. col. 2. Rot. decis. 5. de res-
cr. in nou. & decis. 8. de dol. & contumacia. eod. lib. Bel-
lam. Decis. 393. & faciunt cap. vbi periculum. §. porro, de
elect. l. 6. cap. statutum. de offic. deleg. lib. 1. clem. cau-
sam, de elect. clem. vnic. de form. comp. clem. vnic de
concess. præb. cap. causam, §. verum, de elect. cum aliis
alleg. per Rom. d. cons. 433. & ita procedunt vulgaria iu-
ra, † quòd quis excusetur ob necessitatem. can. quæritur, 38
§. vlt. 22. qu. 2. Rom. in l. si vero, §. de viro, io 40. fallen. ff.
solut. matr. Card, Paris. cons. 32. num. 12. & cons. 33. num.
23. & 28. vol. 2. & hoc est, quod dicunt Doctores com-
muniter probato impedimento dari impedito † restitu- 39
tionem in integrum. Aret. cons. 16. num. 3. & 104. num. 9.
Angel. in l. si ita, nume. 2. ff. de verb. obligat. Barto. in
l. si quis graui. §. eleganter, num. 3. ff. de acquir. hæred.
decis. Perusin. 36. num. 2. Doctores in l. noo enim. ff. ex
quibus caus. maior.

Et ob id impeditus † in primo anno prosequi appel- 40
lationem, ex hac causa poterit illam prosequi, & de-
bet in secundo anno. Doctores omnes & præcipuè.
Franc. in cap. ea ratione. de appellat. tradit Put. decis.
154. num. 4. lib. 2. referens decisionem in causa Ispalen.
decimarum, 20. Octobris, 1544. faciunt quæ scribunt Sa-
licet. in l. vlt. num. 7. C. ad leg. Iul. de adul. Com. cons. 55.
num. 10. vol. 2. Ber. cons. 151. oom. 37. vol. 1. Alea io l. de
Pupillo. §. si quis. ff. de oper. nou. nunt. & in his optimè
potest applicari casus super quo respondet Nauarr. cons.
4. de Summ. Trinit. & fid. Cath. Probatur iidem auctori-
tate hæc communis cóclusio deprompta ex dict. Const.
87. Grego. XIII. in §. si vero Ecclesia, in verb. vel si lo-
cus, cuius verba noa ponemus,

Sed quomodo hoc erit, si hodie, quod mandat Gre-
goriana fit adimplendum † præcisè, & ad vnguem, & 41
non possit vllo modo adimpleri in æqoipollenti, vt
fuit pluriès resolutum in Rota. & præcipuè in vna Abu-
len. vigesimosexto Ianuarij, 1590. coram R. P. Dom.
Comitulo, & exprimitur in eadem Gregoriana io §.
*Cæterum modus, & forma hic tradita semper, & vbique
debeat obseruari, nec alia, vel æquipollens vllo modo ad-
mitti, &c.* Pro concordia ac resolutione est dicendum,
quòd hodie noo potest fieri huiusmodi publicatio per

Digitized by Google

æquipollens, vt alias poterat fieri, & sufficiebat, scili-
42 cet propter † impedimentum illam facere in acie Cam-
pi Floræ: vel in valuis Cancellariæ, aut in audientia
contradictarum, & coram restibus, vt fuit resolutum in
vna Olomucen. Canonicatus, & præbendæ coram Cas-
sadoro, de mense Iunij 1522. vt ipse Cassad. attesta-
tur decis.28. super Reg. Cancel. & tradit. Sarn. dict. q.
13. num. 2. & num. 4. vel vbi scit esse parochianos,
vt scriptum reliquerunt Rip. & Rebuffus cit. supra
num. 1.

Sed hodie, ad hoc, vt excusetur Resignatarius, qui
non potuit in loco præscripto publicare propter impe-
43 dimentum † iustum, debet facere publicationem in ca-
thedrali, & parochiali viciniori immuni ab impedi-
mentis, vt dicitur in dicta Const. Gregor. in §. *Si verò
Ecclesia vers. Vel si locus bello, seu peste aliisque manife-
stis periculis subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac
etiam cathedrali Ecclesia, Vel si aditus ad illas, aut vtra-
mvis minime sit securus, in alia cathedrali, vel parochiali
viciniore periculorum immuni publicatio huiusmodi pa
ragatur.* Mens igitur Papæ fuit, vt omnino fiat publica-
tio ad euitandas fraudes, & ob rationes consideratas, &
positas in prima quæstione, & ideo ponit gradus, & vi-
detur tollere, quod antea erat, vt scilicet non libere-
tur Resignatarius, eam faciendo † in acie Campi Flo-
44 ræ, in Audientia contradictarum, in valuis Cancella-
45 riæ, & hic modus † præscriptus à lege obseruandus erit. l.
Constitutionibus. ff. ad Municip. l. vlt. C. de bon. vacant.
46 lib. 10. Doctores in cap. 1. de Constit. alias † actus erit
nullus, l. cum hi, §. si præter, ff. de transact. l. prolatam. C.
de sent. Fel. in cap. causam quæ el 2. in fi. de testib. in cap.
cum dilecta de rescr. Bal. & alij in l. non dubium, C. de
legib. Dec. cons. 90. num. 6. Bal. cons. 11. col. vlt. li. 1. &
cons. 434. li. 2. cum aliis allegatis per Car. Paris. cons. 13.
num. 38. col. 2. & fuit resolutum in vna Calaguritan.
Prioratus, 10. Maij, 1581. coram R. P. D. Blancheto non
47 obstante † patientia Ordinarij, Bal. in l. Iulianus, in fin.
C. de Iudic. Dec. cons. 699. num. 4. & 5. Cardinalis Paris.
cons. 43 col. vlt. lib. 1. & cons. 107. num. 82. vol. 3. & cons.
14. col. 2. vol. 4. Rola. a Vall. cons. 70. num. 13. vol. 1. Sed
in hoc casu particulari tantum huiusmodi Constitutio,
remittit formam requisitam in dict. §. cæterum qui §.
Circa hoc recipit interpretationem, & modificationem
48 à superiori vers. vel si locus, iuxtà ea, quæ habentur † in
l. verum. ff. de petit. hæred. l. qui filiabus, ff. de leg. 1. Bart.
in l. quisquis. ff. de leg. 3. vna enim pars legis declarat a-
49 liam dict. l. verum, & præcedentia influunt † in sequen-
tia, Dec. cons. 14. num. 15. Cesal. cons. 138. num. 81. lib. 1. &
alij omnes.

Dubium tamen erit, quod impedimentum particula-
riter dicatur in hac materia iustum, & sufficiens quoad
prædicta. Pro resolutione sciendum erit plura esse ge-
50 nera impedimentorum † nam aliquando impedimentum
prouenit à casu fortuito, aliquando à se ipso, quando-
que à persona aduersarij, vel tertij, aut iudicis, de vno-
quoque quam breuissime erit videndum, cum non om-
nia impedimenta hodie suffragentur ad excusandum
51 † de non publicatione, vt fuit resolutum in vna Cala-
guritana Prioratus 10. Maij, 1581. coram R. P. D. Blan-
cheto.

Circa primum, constituenda erit conclusio, Impe-
52 dimentum proueniens † ex causa Belli existentis in lo-
co, vbi publicatio facienda est, esse iustum in terminis
conclusionis nostræ, vt expresse probat dicta constitu-
tio Gregorij XIII. §. si vero Ecclesia, in vers. *Vel si locus*
53 *bello, &c.* Vnde cum verba legis † sint clara, nulla po-
test cadere dubitatio, l. Ancillæ, C. de furt. ad not. in l.
continuus. §. cum ita, ff. de verb. oblig. & tradit Sarn. de
54 public. q. 13. num. 1. & hoc ob timorem † quem incutit,
Ancharan. cons. 88. Marsil. in prax. crimin. §. expedita nu.
5. Cagnol. in l. vani timoris. ff. de reg. iur. & hac ratione
55 inter † fortuitos casus numeratur. Corn. cons. 12. num.
4. vol. 1. Neuizan. cons. 93. num. 5. Soc. cons. 123. volu.
4. Curt. Iun. cons. 85. num. 3. Ber. cons. 230. num. 6.
volum. 2.

Hinc propter † bellum fit remissio mercedis condu- 56
ctori, Riminal. cons. 49. num. 2. Soc. sen. dict. cons. 123.
Corn. cons. 152. vol. 4. Cesal. cons. 257. num. 17. Nat. cons.
690. lib. 3. Curt. iun. cons. 40. num. 3. & emphyteutæ. Ber.
cons. 130. num. 7. lib. 1. Iaso. cons. 54. num. 2. vol. 1. Imol. in
cap. potuit, num. 42. locati, & propter bellum † quis ex-
cusatur à contumacia, Afflict. decis. 50. num 4. & qui- 57
busdam † aliis oneribus, vt per Ferret. tract. de Gabell. 58
& publicat. num. 299. Boer. decis. 249. Cesal. cons. 104. n.
20. cum aliis deductis à Moder. Florent. in tract. de for-
tuit. casib. p. 2. q. 1. col. 2. vbi declarant, & adducunt mul-
ta notanda. & hoc intelligitur esse iustum impedimen-
tum, si vbi facienda est publicatio non redditur ius, &
non † potest ibi accedi, vel eo mitti, nam alias secus, Fel. 59
in cap. transmissa, col. 2. de præscri. Balb. in tract.
præscri. 2. par. 6. par. prin. in 1. casu. Menoch. cons.
21. num. 22. volum. 1. Gozad. cons. 38. num. 5. Soc.
Sen. cons. 76. num. 79. lib. 1. Grauett. cons. 6. num.
73.

Rursus, firmanda erit alia conclusio communiter à
Doctoribus tradita impedimentum proueniens, ex cau-
sa † pestis existentis, vbi facienda est publicatio, esse 60
iustum in terminis huius materiæ, vt patet ex Doctori-
bus, traditis per Sarn. qu. 13. de publican. nu. 1. Fel. in cap.
cum dilecti, limit. 7. de rescr. & alios citant Moderni
Flor. de fortuit. casib. par. 2. q. 6. n. 43. & probatur hoc ex-
presse in dicta Constitutione Gregorij XIII. in §. si vero
Ecclesia. vers. *Vel si locus bello, aut peste, &c.* & sic æqui-
parat impedimentum ex causa belli & pestis, & idem in
vtroque statuit.

Et ratio est, quia omittens aliquid facere causa pe-
stis non dicitur † negligens, Bal. in l. naturaliter, col. 61
vlt. ff. de vsucap. Abb. Fel. & alij omnes in cap. ex trans-
missa, de præsc. Alex. cons. 81. col. 2. li. 5. cum aliis, vt per
Card. Paris. cons. 34. num. 18. in fi. vol. 1.

Et ideo † Pestis excusat à mora, c. negotiatorem, di- 62
stinct. 88. quia pestis † computatur inter casus fortuitos, 63
Corn. cons. 128. num. 25. vol. 2. Igneus in l. contract. num.
501. ff. de reg. iur. Rip. in tract. de pest. in tit. de priuileg.
temp. pest. num. 60. cum seq. & à pœna causata propter † 64
ipsam moram. l. 2. ff. si quis caution. l. Celsus. ff. de arbitr.
Neuizan. cons. 51. num. 15. quo fit, vt receptum sit emphy-
teutam impeditum soluere propter pestem † non cade- 65
re à iure suo, vt egregiè ostendit Rip. loc. cit. num. 12. &
excusat à periurio, glos. in cap. si vero, de iureiuran. Bart.
in l. continuus. §. illud. ff. de verb. obligat. Neuizan. dicto
cons. 51. num. 12. Et † impedit præscriptionem. Doctores 66
in dict. cap. ex transmissa, Bald. in l. naturaliter. ff. de vsuc.
& ibi Ioan. Annibal. nu. 298. & ideo æquiparatur † bello, 67
Moder. Floren. in tract. de reg. iur. reg. 1. num. 88. & ideo 68
excusat à † contumacia, clem. pastoralis, de sentent. &
rè iud. clem 1. de for. compet. cap. accedens, vt lit. non
contest. Barbat. cons. 82. num. 4. volu. 1. egregiè Ber. cons.
61. numero 30. volumin. 3. & cons. 52. num. 3. volum. 4. &
præbet causam restitutionis † in integrum pro causa pe- 69
rempta. & si non est perempta impedit † cursum fata- 70
lium, Alexand. consil. 42. lib. 3. Socin. cons. 31. lib. 1. Franc.
in cap. ex ratione. de appellat. Marian. Soc. Sen. in cap.
penul. de iud. & hoc intellige, quoties pestis † in illo lo- 71
co durauit per totum illud tempus, quo tenebatur ibi
publicationem facere Resignatarius, nam aliàs secus, vt
egregiè Cardinal. Paris. dict. cons. 34. numero. 19. volu.
1. & idem Paris. in dict. cap. ex transmissa, numero 12.
ex rationibus positis in decis. Neapol. 39. & per Balb.
tract. præscrip. in 2. par. 6. par. prin. in vers. tertius
casus.

Et hæc quæ diximus de impedimento belli, & pestis
in loco, vbi facienda est publicatio amplia procedere, † 72
si ob tale impedimentum non potuit literas expedire
resignatarius, neque per se, neque per alium, nam ob
hanc causam danda erit restitutio, vt patet ex his, quæ
in facti contingentia respondit Card. Paris. cons. 143. col.
1. num. 4. 5. 6. vol. 4.

Hac etiam ratione quis excusatur ab appellando in-
tra † statutum tempus, l. Imperator Alexander, vbi Bar. 73
ff. de app.

ff. de app. ex parte, eod. tit. cap. accedens, vt lit. con-
test. cap. cupientes, §. quod si, de electio. in 6. Hoc
enim casu quisquis diligens non posset, ideo relaxabitur
74 † rigor iuris, Innoc. Abb. & alij in cap. transmissa, vbi
Paris. num. 11. de præsc. Bart. in l. qui commeatus, ff. de
re militar. Abb. in cap. plerumque, de rescr.

75 Alij vero casus † fortuiti minimè excusarent, tum
quia Doctores nihil scripserunt, tùm etiam quia in d.
76 Const. Gregorij XIII. non † exprimuntur, arg. l. in
præuaricationis, §. vlt. ff. de præuaric. l. dissentientem,
C. de diuortijs, l. illam, C. de collat. Oldrad. cons.
202. tum præterea quia cessat ratio impedimenti con-
77 siderati in bello, & peste, † vnde cessabit dispositio,
Bald. in l. si ob turpem, ff. de cond. ob turp. caus. Ti-
raquel. in tract. cess. caus. numer. 118. & ideo conclu-
78 dendum erit, † infirmitatem non excusare, neque fu-
79 rorem, qui inter casus † fortuitos computantur, Dec.
in l. furiosum, num. 34. C. qui test. facer. poss. Couar.
lib. 3. variar. resolut. c. 13. numer. 18. & hoc valdè no-
80 tandum erit, quia infirmi † vocati non tenentur com-
parere, can. si ægrotans 5. quæst. 3. c. si Episcopus, di.
18. cap. querelam, de procur. & ibi Butr. numer. 3. Ber.
cons. 18. num. 64. vol. 4. Grat. cons. 97. num. 2. vol. 1.
Carauit. super ritu. 267. num. 7.

Nec etiam ad hoc prodesse allegare obliuionem,
81 quamuis memoria hominum † sit labilis, l. peregrè, ff.
de acq. poss. & ibi Bart. num. 2. Imol. in l. qui fundum,
num. 3. ff. pro empt. Soc. iun. cons. 56. num. 15. vol. 2.
82 Crauet. cons. 28. num. 4. minus † multitudinem nego-
tiorum, cum ad hoc arctetur, ad not. in l. hac consul-
tissima, §. at eum humana, C. qui testam. facer. poss.
Alex. cons. 83. num. 7. lib. 7. Nec etiam paupertatem,
83 quamuis inter † fortuitos casus numeretur, l. 2. §. si eo
tempore, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinen. Bald.
cons. 382. num. 2. volum. 5. Afflict. decis. 172. num. 2.
84 Mantua. sing. 31. num. 4. & prosit † in multis, gl. in l.
si quis ad declinandum, §. sin autem, C. de Episcop.
& Cleric.

In secundo capite circa impedimenta prouenientia
à seipso constituendæ erunt duæ conclusiones, quarum
85 Prima erit negatiua in impedimentis † animi, vt error,
& ignorantia non excusent, cum in Constit. prædicta
86 Gregorij XIII. adsit decretum irritans, † quod ligat
etiam ignorantes, cap. 1. de concess. præb. cap. quon-
dam, de præben. in 6. cap. dudum, eod. tit. cap. si eo
tempore, de elect. in 6. & ibi Gem. & alij, Arch. in cap.
1. colum. 2. di. 19. Card. in Clem. 1. in 6. not. de con-
cess. præb. Rom. cons. 350. colum. 3. Alexan. cons. 97.
col. 1. lib. 5. Card. cons. 33. Cassad. decis. 3. num. 1. de
decr. reseru. & decis. 12. num. 5. super reg. Canc. qua-
87 cumque † dignitate fulgeat, Gem in cap. quondam, in fi.
& ibi Anch. in 3. not. Franc. in 1. not. de præb. lib. 6.
Prob. cap. tibi qui, num. 5. de rescr. lib. 6. gl. reg. Can-
cel. reg. 27. cum adductis per Gabr. libr. 6. commun.
opin. de clausul. concl. 3. colum. 1. & 2. Accedit, quia
88 error † iuris non prodest, Balb. in tract. præsc. tit. pro
donat. num. 2. Ias. in l. si ante, nu. 7. ff. solut. matr. Imo.
in l. iusto, numer. 5. ff. de vsucap. Ang. cons. 70. num. 23.
Corn. cons. 148. vol. 3. & communiter Doctores sequun-
89 tur, nam dicitur † iniustus error, not. in l. numquam, ff.
90 de vsucap. Ignorantia † enim facti, & non iuris excu-
sat, cap. ignorantia, de reg. iur. in 6. l. reg. ff. de iur. &
fact. ignor. l. non fatetur, ff. de confess. Abb. in cap. vlt.
de Constit. gl. in c. vlt. de postul. præl. Dec. in l. si is
id quod, nume. 32. ff. de iurisd. omn. iud. Et ideo error
91 † & ignorantia iuris non est iusta causa restitutionis in
integrum, Bart. in l. Diuus, nume. 2. ff. de re iud. Idem
Bart. in l. cum fideicommissum, numer. 4. ff. de confess.
& in l. 2. nume. 2. & numer. 9. ff. eod. Alex. cons. 165.
num. 10. lib. 6. Sfor. Odd. de restit. in integrum, qu. 8.
92 art. 8. nu. 39. quia ignorare ius, est culpa † lata; ideo non
mirum, si non datur restitutio, l. non enim, ff. ex quibus
cau. maior. l. nec supina, ff. de iur. & fact. ignor. l. regula,
§. sed facti ignorantia, ff. eod. & multa ad hanc mate-
riam pertinentia deducit Sfor. Odd. de restit. in integr.
q. 8. à nu. 40. vsque ad nu. 105. imò nec etiam rustici resti-
tuuntur † aduersus iuris ignorantiam, Bar. in l. 1. nu. 6. 93
C. vnd. vi, Alberic. in l. 1. C. de in ius vocand. Alex.
in l. venia, nume. 3. eod. tit. Menoch. de recup. poss.
remed. 9. num. 21. & 22. Ias. in l. si quis id quod, num.
32. ff. de iurisdict. omn. iud.

Secunda conclusio huius capitis erit in impedimen-
tis corporis, in quibus etiam erit regula communis, &
negatiua, scilicet non excusare † prædicta impedimen- 94
ta, & iam hoc ostendimus verum esse in infirmitate
corporis, & in furore, & in occupatione circa plura
negotia, ad quod faciunt quæ scribit Sfor. Odd. de re-
stit. in integ. quæst. 11. art. 3. num. 6. Idemquè erit alijs
causis consideratis per Sfor. Odd. d. q. 11.

In tertio capite circa impedimentum proueniens ex
persona Aduersarij, iudicis, aut Tertij. Prima erit con-
clusio, quod impeditus publicare in loco præfixo † fa- 95
cto aduersarij vel tertij excusabitur, quod colligitur
expressè ex dicta Constitutione Gregorij XIII. §. si
vero Ecclesia, vers. vel si, &c. *Vel si locus bello, pe-
sti, alijsque manifestis periculis subiaceat, &c.* quæ ver-
ba vltima possunt commode huic casui applicari, &
satis colligitur hoc ex DD. allegatis à Sarn. d. quæst. 13.
de publican. nume. 1. vers. vel aliquod aliud simile im-
pedimentum, & hoc intelligo, si impediatur vi armata,
vt non possit resignatarius per se, neque per alium fa-
cere illud ad quod tenetur; nam tunc relaxatur forma
præscripta, nam tali casu etiam non tenetur compare-
re, & ideo excusatur † à contumacia, Cæphal. cons. 164. 96
numer. 19. Card. Paris. cons. 1. nume. 5. volum. 1. opti-
mè Bald. in l. ea quæ, C. quomodo, & quan. Iud. Car.
Zabarel. in Clem. Exiui, §. rursus, de verb. sign. & si
non appellauit † non excluditur a beneficio legis, sci- 97
licet prosequendi ius suum, ad not. in cap. vlt. de app.
Dec. in cap. si iustus, n. 4. & 6. de appel. & ideo receptum
est formam † remitti ob hanc causam Ant. in cap. vlt. 98
num. 2. de appel. Modern. Floren. de fortuit. casib. p. 2.
q. 8. num. 33. Et iustum impedimentum reputatur mortis
periculum, † Franc. de Plat. de excommu. §. 59. nu. 2. 99
Crauet. cons. 49. nume. 1. Doctores in l. interpositas,
C. de transact. Illud autem impedimentum, quod pro-
uenit † ex dolo Aduersarij, aut Tertij nequaquam pro- 100
bat excusationem in hac materia, vt colligitur ex su-
prà dictis, quod est notandum, nam aliàs impedimentum
tale præbet causam † restitutionis in integrum, l. arbi- 101
trin. §. si cuius dolo, & ibi Doctores, ff. de dol. gl. in l.
3. in fi. prin. ff. de eo per quem factum erit. Fulgosius
in l. si maior, numer. 2. C. de dol. Mauritius de restit. in
integ. cap. 416. cum alijs, vt per Sfor. Odd. de restit. in
integ. q. 12. numer. 3. cum seq. & faciunt quæ scribunt
Soc. Iun. cons. 120. nume. 2. vol. 3. Bertrand. cons. 15.
num. 12. vol. 2. Card. Paris. cons. 100. num. 44. vol. 4.
Boër. decis. 40. num. 4. decis. Pedemont. 20.

Dubium tamen est, an si pater iussit filio resignatario
ne capiat possessionem, & non publicet, ad euitandam
discordias inter cognatos suos, & resignantis, & inte-
rim transeat tempus, iste filius dicatur iustè impeditus,
vt lapsus mensium ei non noceat? Nauar. in facti con-
tingentia tenuit filium resignatarium ex hoc excusari,
cons. 3. à num. 4. vsque ad fin. tit. de renuncia. & mo-
uetur primò, quia † patri parendum est ex quarto præ- 102
cepto Decalogi, & probatur etiam in leg. veluti, ff.
de iust. & iur.

Secundò, quia metus reuerentialis parentum dicitur
† iustus, gl. in c. præsens. 20. quæst. 3. Nauar. in Ma- 103
nu. c. 22. num. 51. & c. 17. num. 20.

Tertiò, quia res, quæ culpa caret, in damnum verti
non debet, cap. 2. de Const. † Sed huic non adest cul- 104
pa, ergo, &c.

Quartò, quia ex hoc non videtur læsa Cancel. & Ca-
mera quia iam fuerunt expeditæ Bullæ, nec fuit datum
vllum scandalum.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
existimo veriorem, † hoc non præbere excusationem, 105
tum quia id non reperitur cautum iure, neque ab

aliquo Doctore consideratum, tum etiam quia cessat ra-
tio impedimentorum positiorum in dicta Constitutione
Gregorij XIII. vt supra dictum est, tum præterea
quia non debet filius omittere id quod sibi a Papalibus
Constitutionibus mandatur ad euitandas fraudes, vt
dictum est eodem lib. quæst. 1. ob reuerentiam patris,
nam nullibi hoc exprimitur, & prædicta Constitutio
cum loquatur generaliter de omnibus, & quibuscum-
que personis, satis videtur etiam de filijs loqui, &
106 præceptum patris non † habebitur in consideratione,
ne aperiatur via fraudibus, l. magis. §. si pupillus, ff.
de reb. cor. l. si legatarius, C. de leg. l. in fundo, ff. de
rei vendic. nam semper posset hoc præceptum patris si-
ue reuerentia allegari ad effugiendas pœnas non factæ
publicationis.

Ad contraria respondetur hoc modo. Ad primum,
filium teneri amare, & honorare patrem, & ei obedire
in his, quæ spectant ad salutem animæ ipsius, & ad re-
107 gimen, & gubernationem † domus, & rei familiaris,
non autem quoad ea, quæ non pertinent ad hoc, ita Ang.
& Siluest. vt refert Nauar. in Manual. cap. 13. num. 12.
cum seq. Ad secundum respondetur, non dici iustum
impedimentum, vt patet ex prædictis. Ad tertium res-
pondetur, retorquendo in contrarium, quia imò adest
culpa. Ad quartum respondetur, adesse interesse Papæ
qui vult, vt Constitutiones suæ seruentur, nam parum
108 est iura † condere, nisi mandentur debitæ executioni, l.
2. ff. de orig. iur. & ne committantur fraudes considera-
tæ in prima quæstione huius libri.

Et hanc conclusionem extendo etiam ad casum stri-
ctiorem quando pater detinebat literas, & nolebat eas
tradere filio, vt publicare posset, vt in casu Nauar. loc.
cit. vbi dicit non decere filio mouere litem contra pa-
trem illas negantem; nam teneo ex hoc non excusa-
ri filium resignatarium, quia debet hoc casu, vel lite-
ras resignationis habere a patre medio consangui-
neorum, aut confessariorum, vel Episcopi, vel
109 mittere † ad registrum Bullarum pro extrahenda co-
pia authentica, & cum illa publicare, & interim se
protestare, & sic omnes diligentias adhibere, vt re-
110 quiritur, vt impedimentum allegatum † excuset. Bart.
in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caution. Afflict. de-
cis. 29. Fel. in cap. cum inter, col. 10. de præscript. com-
munis opinio, teste Paris. cons. 34. num. 19. vol. 1. & dixi
laté supra.

Modificarem tamen hanc conclusionem, vt quoad
forum conscientiæ procedat opinio Nauarri, vt iste fi-
111 lius ex hoc excusetur † quia transgrediens legem huma-
nam iusta de causa, vel ex ea quam putat esse iustam,
non peccat saltem mortaliter. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3.
& in Summa in verb. ieiunium, §. quoad tertium, Na-
uar. super Summ. 12. q. 2. num. 10. & 15.

In quarto capite, quoties impedimentum prouenit
ex facto iudicis, aut superioris. Primo contingit dubi-
tari, si fuit retenta supplicatio, vt quia ad impediendum
ne registretur fuit appositum, nihil transeat, ad instan-
tiam alicuius (vt de stylo fit frequenter in Dataria) an
si labatur tempus præfixum ad publicandum, excuse-
tur ex hoc resignatarius? Negatiua opinio mihi vide-
112 tur vera, ea ratione quia † huiusmodi impedimen-
113 mentum non videtur considerabile † & iustum, cum
potuerit tolli citando partem aduersam, quæ obtinuit
nihil transeat, ad comparendum coram R. P. D. Data-
rio, vt dicat causam, quare supplicatio impeditur, &
qua causa velit impedire ipsius registrationem, & per
consequens expeditionem literarum, quia hora præs-
cripta comparente, Datarius audit rationes vtriusque,
& de stylo solet regulariter mandare supplicationem
relaxandam, & hoc solet fieri spatio duorum, vel trium
dierum: impedimentum enim tunc excusat cum remo-
114 ueri non † potuit ex diligentia facta, l. sed & si, §. 2.
ff. ex quib. caus. maior. Dec. cons. 677. numer. 4. Soc.
iun. cons. 79. num. 79. column. 1. Crauet. cons. 270. num.
2. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 118. in fin. & cas. 110. nu.
216. in princ. & communiter Doctores, vt dixi supra, &

omnino requiritur diligentia, † communis opinio, teste 115
Cardinal. Paris. cons. 34. numer. 19. volum. 1. & idem
Paris. in cap. ex transmissa, num. 11. de præscr. & secun-
dum hanc opinionem in quadam Aretina consului anno
elapso.

Secundò dubitatur, quid si Datarius ex causa sibi vi-
sa retinuit supplicationem, & impediuit expeditionem
literarum, an ex hoc excusetur resignatarius qui non
potuit ob hanc causam infra tempus publicare? Affir-
matiua † opinio est vera, vt excusetur, secundum quam 116
pronunciauit Rota in vna Lauretana beneficij. 9. De-
cembris. 1589 coram R. P. D. Orano Auditore Rotæ
doctissimo, vbi Datarius detinuit supplicationem da-
tam, & registratam, & super qua fuerat præstitus con-
sensus, & tradit Sebast. Medic. de fortuit. casib. p. 2.
quæst. 4. numer. 39. Card. Paris. cons. 143. numero. 3.
volum. 4.

Et ea est ratio, quia nulla potest in hoc considerari
culpa resignatarij, & per † consequens non debet inci- 117
dere in pœnam, l. si cum dies. §. si quis ex litigatoribus,
ff. de recept. arbitr. Paul. de Castr. Fulgos. & Alex. in
l. 2. §. 1. ff. si quis cautio. Dec. cons. 462. num. 3. & im-
pedimentum dicitur iustum, considerata persona, ex qua
prouenit: nam Datarius est ille qui impedit, qui in
his materijs representat † personam Principis. Glos. in 118
cap. cupientes, §. quod super viginti, de elect. libr. 6.
Alex. in l. properandum, §. sin autem veraque, C. de
iudic. Fel. in cap. ex transmissa, num. 7. de præscr. Card.
Paris. cons. 5. numer. 52. vol. 4. Et cum non possint ex-
pediri literæ quomodo potest fieri publicatio, quæ de-
bet † cum illa qualitate fieri? ad oor. l. quicunque, C. 119
de seru. fugit.

Declaro tamen hanc conclusionem procedere, si
resignatarius fecit diligentiam ipse, vel procurator
apud Datarium, vt relaxaret supplicationem, qua non
obstante ipse nihilominus detinuit ex aliqua causa sibi
bene visa, iuxta ea quæ diximus suprà, & tradit Card.
Paris. in dict. cap. transmissa, numer. 11. de præscr. Alex.
cons. 49. lib. 2. Afflict. dec. 29. num. 1. & fuit resolutum in
vna Conchen. Cappellaniæ, de anno 1552. teste Capu-
taq. dec. 72. par. 2.

Declaro secundò, procedere, si Datarius illam deti-
nuit, non obstante diligentia facta per longum tempus,
idest per totum tempus præfixum, & datum ad publi-
candum, nam hoc casu resignatarius erit excusandus
secus verò si illam retinuit per dies vel per mensem, aut
duos, vel tres, aut quatuor, & postea illam relaxauit,
vt potuerit resignatarius expedire literas, & publicare
in termino, nam hoc casu non excusabitur, quia im-
pedimentum non est causa immediata, vt requiritur,
cum non fuerit toto tempore, Innoc. Abb. & alij in dict.
cap. ex transmissa, de præsc. Dec. in cap. sciscitatus,
not. vlt. de rescr. Boër. dec. 40. num. 4. Menoch. de arbitr.
Iudic. dict. cas. 118. in fi. & communiter Doctores tra-
dunt, vt dixi suprà.

Et hanc existimo iustam causam prorogandi tempus,
nam similia impedimenta prouenientia ex persona Iu-
dicis regulariter sunt † iusta causa restitutionis in inte- 120
grum, l. 1. §. 1. vers. siue cui per magistratum, ff. ex qui-
bus caus. maior. l. sed & si per prætorem, in princ. ff
eod. Maurit. de rest. in integrum, cap. 354. & cap. 403.
Sfort. Odd. in eo. tract. qu. 13. art. 1. Rom. cons. 58. nume. 4.
Ant. de But. cons. 27. ad fin.

Tertiò dubitatur, An si iste resignatarius fuerit car-
ceratus, vt ex hoc non potuerit expedire literas, vel si
illas expediuit non potuerit publicare, † quia literæ de- 121
tinebantur a Iudice, & transeat tempus præfixum, excu-
setur ex hoc? Sam. de publican. qu. 13. numer. 3. tenet
affirmatiuam excusari, vbi dicit hoc procedere si fece-
rit diligentiam, & coram testibus protestetur culpa sua
non transire tempus præfixum, & non posse per alium
expedire literas, vel expeditas mittere ad facien-
dam publicationem, vt tenet Rip. in tract. de
pest. in 3. par. in 6. quæst. Et hæc erit iusta causa proro-
gandi tempus † datum ad publicandū nam carcer præbet 122

causam restituendi in integrum, Bar. Bald. Ang. Fulgos.
Paul. de Castr. & alij in leg. 2. Cod. ex quib. caus. ma-
ior. Bar. in tract. de carcer. numer. 7. Gig. de pens. q.
35. numer. 4. cum alijs allegat. per Sfort. Odd. de rest.
123 in integ. qu. 7. art. 5. nu. 28. nisi fuisset † carceratus ob
delictum, Bart. in l. 2. §. vlt. ff. si quis cau. & ibi Paul.
de Castr. nu. 2.

124 Quartò dubitatur, An si propter † sedem vacantem
non potuerit expedire literas, & per consequens publi-
care incidat in pœnas appositas per Gregorianam con-
tra non publicantes infra tempus præfixum Negatiue
videtur respondendum, quia hoc dicitur legitimum, &
iustum impedimentum, cum dicto tempore non possint
expediri literæ. Nam stylus est, vt statim mortuo Pa-
pa, fiat congregatio S. R. E. Cardinalium, tunc præ-
125 sentium in Vrbe in Camera † Consistorij, in qua rum-
pitur Annulus Piscatorius, & Plumbum, & postea man-
datur, vt sigillentur omnes supplicationes existentes
penes Datarium tam datatæ, quam non. Si ergo suppli-
catio resignationis erat datata, & postea moritur Papa,
& Sedes vacat per sex menses, nemo negabit resignata-
rium excusari à publicatione, cum impedito non cur-
126 rat tempus, l. 1. C. de annal. excep. & iustum † dicetur
impedimentum, cum non potuerit remoueri, Bar. in l.
sed & si per prætorem, §. 2. ff. ex quibus caus. maior. Me-
noch. de arbit. iud. cas. 118. ad fi. & communiter Docto-
res, vt dixi suprà.

Et hæc comprobantur ex Constitutione 23. Iulij III.
127 incip. mentis, & intentionis, vbi refert † dubitatum
fuisse an tempus Sedis vacantis Pauli III. prædecessoris
sui a die obitus vsque ad suam assumptionem sit com-
putandum in tempore dato ad prosequendam appella-
tionem, vel restitutio sit concedenda, tanquam legiti-
ma subsistente causa, & iusto impedimento, & decidit
in vers. *Nos igitur cupientes litium dispendijs, & litiga-
torum sumptibus consulere motu proprio, & de certa no-
stra scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, de-
claramus, instantias, & fatalia quarumcumque causa-
rum in quocumque foro tàm Ecclesiastica, quàm saculari,
ac coram quibuscumque iudicibus, tàm Ordinarijs, quàm
extraordinarijs Vrbis nostra indecisis quouismodo pendea-
tibus à die obitus prefati prædecessoris nostri vsque ad
præsentis nostri motus proprij datam, nullo modo currisse
sed tempora prædicta fuisse, & esse de medio tollenda, mi-
nimeque in instantijs, seu fatalibus causarum, tàm ciui-
lium, quàm criminalium, tàm profanarum quàm Ecclesia-
sticarum, ac etiam feudalium fore, & esse computanda, li-
cereque propterea earundem causarum prosequutionem
fieri, ac si tempus prædictum intermedium minime fuisset
decursum, &c.* & hoc nulla alia ratione, nisi quia cum
ius tunc non reddatur, fuerunt iusto impedimento im-
128 pediti, vt dicitur in proœmio, † ex quo causa finalis
colligitur, l. vltim. vbi Bart. Bal. & alij, ff. de hæred.
instit. Glo. in l. 1. ff. de iudic. Bal. in l. pacta nouissima,
C. de pact. & quia ibi exprimitur, Bal. in l. cum tale. §.
falsam causam. ff. de condit. & demonstr. & in l. gene-
raliter column. 2. C. de episc. & cleric. Oldrad. cons.
224. colum. 5. Tiraquel. in tract. cess. caus. limi. 1. num.
29. & 30.

Quæ ratio cum adsit in casu nostro, quia iste non po-
129 tuit expedire literas, cum tunc † non expediantur, ea-
dem erit iuris dispositio, l. illud. ff ad leg. Aquil. Simi-
lem Constit. fecit Pius V. vt habes in Bullario Constit.
163. incip. Cupientes, & Gregor. XIII. vt habes in
Const. 17. incip. Cupientes.

Et hoc est valdè notandum, nam sæpius contingere
potest, vt Sedes Apostolica vacet longo tempore, cum
130 debeant † duæ partes Cardinalium in vnum conuenire,
cap. licet, de elect. vbi Alex. III. hoc statuit in Concil.
Lateranen. & ibi omnes Doctores, & hic est vltimus
modus eligendi Summum Pontificem in locum beati
131 Petri Apostoli, cui fuit potestas iurisdictionis † exer-
cendæ, & dispensandæ, & suprema Ecclesiæ vniuersa-
lis administratio data, Matth. cap. 16. Tu es Petrus, &
tibi dabo claues, &c. Ioan. vlt. Pasce oues meas, &c.
Luc. 22. & tu conuersus confirma fratres tuos, can. sa-
crosancta, dist. 22. can. ducum. 3. quæst. 6. & can. audiui-
mus, 24. quæst. 1. cap. Apostolicæ, in fin. de senten. excom-
io 6. cap. pro human. de homic. in 6. cap. solitæ, de ma-
io. & obedien. cap. per venerabilem, qui fil. sint legi.
Turrecrem. de Eccles. lib. 2. cap. 54. & 77. cum seq. & in
cap. 1. distinct. 21. Card. Iacob. de concil. lib. 10. artic.
7. & ipse Petrus fuit † institutus Episcopus vniuersalis 132
Ecclesiæ, & post ipsum successores ipsius, Cardin. in cap.
porro, dist. 66. & ibi Prapos. numer. 2. Idem Præpos.
in cap. 1. numer. 27. dist. 15. Turrecrema. in cap. in no-
uo. numer. 6. dist. 21. Caiet. super. 2. 2. quæst. 186. art.
4. Ab. in cap. 4. numer. 2. de consuet. August. de An-
con. de potest. Pap. q. 88. Archiep. Floren. in summ. p. 3.
tit. 21. cap. 3. §. 2. & cap. 9. §. 1. Io. Selu. de benef. p. 2.
qu. 1. num. 28.

Et Gregorius X. in Concilio Lugdunen. addidit, vt
Cardinales † recluderentur in Conclaui, vt habetur in 133
cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. & ita hodie fit, &
huiusmodi quæstio proposita, potest frequenter accide-
re, vt accidit paulò ante, nam vidimus spatio decem &
octo mensium quinque † Pontifices, mortuus est Sixtus. 134
V. die 27. Augusti Vrbanus VII. die 27. Septembris,
cum 12. dies tantum vixisset, & post controuersiam
duorum mensium, fuit electus Gregorius XIV. qui vixit
decem menses & postea fuit creatus Innocentius IX. &
mortuus est spatio duorum mensium, & post contro-
uersiam viginti duorum dierum, fuit omnium † consen- 135
su hac die 30. Ianuarij. 1592. electus Illustriss. & Reue-
rend. Dominus Hyppolitus Card. Aldob. innocentia vi-
tæ, rerum agendarum experientia, pietate, & doctrina
Canonum, & Legum insignis, qui voluit appellari Cle-
mens VIII. Idque aliàs nunquam contigit, nisi anno
1276. nam tunc fuit assumptus Innocentius V. qui vixit
menses quinque, & postea Hadrianus V. qui sedit men-
sem vnum & demum Ioannem XX. qui sedit meses 8. &
tandem Nicolaus III. 136

Ex his casibus stylus obseruat, vt † prorogetur tem-
pus, Arnulph. Ruz. de iure regal. in 4. par. priuil. num.
25. prope fin. vers. vnum tamen singulare, Rebuff. in prax.
benefic. tit. de publican. column. 7. vers. notandum
est. Et de stylo non solum ob hanc causam, & aliam si-
milem datur prorogatio, sed etiam absque causa legiti-
ma, & ita vidi obseruari pluriès, dummodo non sit in
alterius præiudicium.

Lib. 11. quæst. 13. num. 35. Ibi, Quod sua culpa quis sibi
parauit, non excusare.

QVia nimirùm tunc in dolo fuisse conuincetur: quo ca-
su ei quum non est, vt hic sibi in aliquo prosit, & pa-
trocinetur l. si legatarius. ff. de dolo. Corneus consil. 248.
num. 5. vol. 2.

Eadem quæst. num. 35. Ibi, Non liberatur absolutè.

HIc peroptimè accommodari poterunt, quæ iam nos
suprà, nempè lib. 10. qu. vlt. nu. 13. tradidimus.

Eisdem quæst. & numer. Ibi, Sed si eam non potest fa-
cere in loco destinato, tenetur illam facere
in alio æquipollenti.

SIcque aliàs consuluimus quondam magistro Ioanni Mo-
mas, Presbytero Lascurensis diœcesis, postquam sibi de
Canonicatu & præbenda Ecclesiæ Lascurensis, certo tunc
expresso infrà scripto modo vacantibus, Apostolica autho-
ritate in forma gratiosa prouisum extitisset. Is siquidem,
dicta Ecclesia (quinimo ciuitate Lascurrensi, atque adeò
tota Bearnij patria) tunc à Romanæ Ecclesiæ aduersarijs
occupata, & dominata) itavt ad eam, tutus Catholicis
maximè Ecclesiasticis, non pateret aditus resignationem
sibi de canonicatu & præbenda huiusmodi factam, in Eccle-
sia Tarbiensi, vel Cathedrali proximiori, cunctis à consti-
tutione requisitis seruatis solennitatibus (consilium prædi-
ctum sequutus) publicauit. Nec obstat quòd à Patasio in-
fra, numer. 22. dicitur, publicationem scilicet in Cathe-

diali, & parochiali fieri deberé; quia textus dictæ constitutionis loquitur disiunctiue, non autem coniunctiuè, in versiculo, vel si aditus.

Eadem quæst. num. 61. Ibi, Omittens aliquid facere causa pestis non dicitur negligens.

OB idque consulti nuper respondimus, signaturam resignationis illius, qui, post sex menses, in possessione beneficij decesserat, posse a resignatario peti executioni demandari, obtentis scilicet à Cancellaria Regia literis restitutionis aduersus lapsum termini, per regulam 34. Cancellariæ Apostolicæ ad publicandum præstituti: Cum ad Ciuitatem Tolosanam, ob pestem, quæ ibi tunc temporis grassabatur, tutus eidem resignatario, pro signatura de manibus Mensularij recuperanda, non patuisset accessus: maxime si de eo protestatus fuisset opportunè. Quam opinionem sustinent etiam Auriolus, in additionibus ad Guillelmum de Monte Lauduno in cap. pen. de electio 6. Rufeus, in tractatu Regaliorum in 4. priuilegio. num. 15. propè finem. Et Rebuffus super regula de publican. resignat. glosu 10. num. 22. Et nihilominus quia, alius (cui de eodem beneficio, vel per obitum vacante, ordinaria auctoritate prouisum erat) defectum ætatis legitimæ patiebatur; resignatario, ad sanctam Sedem Apostolicam, pro noua prouisione desuper obtinenda, recurrendum esse. Remque hoc pacto (& alio canonico non obsistente) sibi ex voto successuram, censuimus.

Eadem quæst. num. 111. Versic. in quarto capite, Ibi, Vt de stylo fit frequenter in Dataria.

ET nouissimè, quoad Maiorem Archidiaconatum Ecclesiæ Albiensis, ad instantiam moderni Reuerendi Episcopi Albiensis: & quoad Prioratum Ecclesiæ Sancti Martini de Montesquiuo de Angulis Auxitanensis diœcesis ad instantiam Domini Leuetigi, tunc Canonici Ecclesiæ Auxitanensis, non sine maximo animi mœrore illud idem experti fuimus, Pontij Calmela & Petri Rouede, proborum & doctissimorum virorum nominibus.

Eadem quæst. num. 134 Ibi, Et postea fuit creatus Innocentius nonus.

HVic, antè illius Pontificatum nomen erat Ioannes Antonius Faquinetus, qui ob eiusdē eximiam scientiam, à Gregorio XIII. Pontifice maximo Cardinalis creatus, super declarationibus sacri Concilij Tridentini congregationis (cui etiam ille deputatus erat) doctissimas sanè fecit annotationes. quarum nos exemplar præ manibus habere, iam suprà lib. 2. q. 10. monuimus.

Eadem quæst. num. 136. Ibi, Dummodo non sit in alterius præiudicium.

NE bis eadem dicere cogamur, poterunt ea hîc repeti, quæ latiùs à nobis q. 7. num. 69. huius libri tradita fuerunt. Verùm nunc in gratiam strenuorum, seu curiosorum (vtque iàm suprà polliciti fuimus) nedùm reductas, sed & non reductas Galliæ Regni Ecclesias, iàm Cathedrales, quàm Metropolitanas, ordine Alphabetico recensere placet. Sunt ergo Ecclesiæ reductæ, infra sequentem notam positæ.

Quæst. 13. num. 35. Vt error & ignorantia non excusent.

¶ SEcus videtur dicendum de minoritate, vt scilicet ea cusset à non facta infra tempus publicatione; præscriptiones enim temporales, maximè legales, non currunt contra minores, l. interdum ff. de minorib. & l. fin. Cod. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. & contra pupillum non currit etiam præscriptio trigintà, vel quadraginta annorum l. sicut Cod. de præscrip. 30. vel 40. annor. vnde minor tutus est à regulis de annali. & de triennali possess. seu aduersus illas restituitur. gloss. pragm. tit. de pacific. possess. in verb. impedimenti, Gomes. regul. de annali. q. 7. & regul. de triennali. q. 11. & q. 57 negat tamen Molineus num. 240. excusandum hîc vel restituendum minorem, quin imò vel ipsum pupillum, & opposita in contrarium procedere ait in amittendis, non autem in quærendis vt hîc. Et hoc verissimum puto. Sed nonne ius est hîc plenè quæsitum ante publicationem per collationem ab initio validam? est quidem quæsitum, sed commutabiliter, & sub conditione resolubili, & sic incommutabilitas venit acquirenda per publicationem. Sed tutius minor restituitur etiam in quærendis re integra, l. si minor. §. scæuola. ff. de minorib. ergo mala distinctio Molinei dicentis moram purgari posse, & publicationem fieri quandiu res est integra, id est quandiu viuit resignans, aut durat triennium de quo dixi supra, lib. 2. q. 15. mortuo verò in possessione resignante post tempus regulæ, aut lapso triennio, res non est amplius integra, & beneficium neutro casu vacare potest per resignationem, cum iam vacet per obitum, aut nullo modo vacet, lapso scilicet triennio, & viuo resignante. & consequenter non est locus restitutioni in integrum.

A.

ABrincensis,	*Aurenches.*
Adurensis,	*Aire.*
Agathensis,	*Agde.*
Agenoensis,	*Agen.*
Albiensis,	*Alby.*
Ambianensis,	*Amiens.*
Andegauensis,	*Angers.*
Aniciensis,	*Le Puy en Auuergne.*
Appamiarum,	*Pamies.*
Aquensis,	*Agt.*
Aquensis Archiepiscopatus,	*Aix en Prouence.*
Arelatensis Archiepiscopatus,	*Arle.*
Attrebatensis,	*Arras.*
Aurelianensis Archiepiscopatus,	*Orleans.*
Auxitanensis Archiepiscopatus,	*Aux.*

B.

Baiocensis,	*Baieux.*
Baionensis,	*Baionne.*
Bellouacensis,	*Beauuois.*
Bituricensis Archiepiscopatus,	*Bourges.*
Biterrensis,	*Beziers.*
Belloniensis olim Morinensis,	*Beloigne anciennement Therouenne.*
Burdegalensis Archiepiscopatus,	*Bordeaux.*

C.

Cabilonensis,	*Chalon en Bergoigne.*
Carcassonensis,	*Carcassonne.*
Carnatensis,	*Chartres.*
Castrensis,	*Castres.*
Cathalanensis,	*Chalons en Champaigne.*
Cadurcensis,	*Caore.*
Cenomanensis,	*Lemans.*
Claromontensis,	*Clermont.*
Condomiensis,	*Condom.*
Conseranensis,	*Couserans.*
Constantiensis,	*Constance.*
Conuenarum,	*Comenges.*

E.

Ebredunensis Archiepiscopatus,	*Embrun.*
Ebroicensis,	*Eureux.*
Eduensis,	*Autun.*
Electensis,	*Alect.*
Elensis,	*Eaule.*
Engolismensis,	*Angolesme.*

F.

Flori,	*Sainct Fleur.*

G.

Grationopolitanensis,	*Greneble.*

L.

Lascurensis,	*Lescar.*
Laodunensis,	*Laon.*
Lectorensis,	*Lectoure.*
Lemouicensis,	*Limoges.*
Lexouiensis,	*Lizieux.*
Lingonensis,	*Langres.*
Lodouensis,	*Lodene.*
Lucionensis,	*Luçon.*
Lugdunensis Archiepiscopatus,	*Lyon.*
Lumbariensis,	*Lombés.*

M.

Maleacensis,	*Malezaie.*
Massiliensis,	*Marseille.*
Matisconensis,	*Mascon.*
Meldensis,	*Meaux.*
Mimatensis,	*Mende.*
Mirapicensis,	*Mirepoix.*
Montisalbanensis,	*Montauban.*
Montispessulanensis,	*Montpelier.*

N.

Narbonensis Archiepiscopatus,	*Narbonne.*
Nemasensis,	*Nismes.*
Niuernensis,	*Neuers.*
Nouionensis,	*Noion.*

O.

Olorensis,	*Oloren.*

P.

Papuli,	*Sainct Papoul.*
Parisiensis,	*Paris.*
Petragoricensis,	*Perigueux.*
Pictauiensis,	*Poictiers.*
Pontij Thomeriarum,	*Sainct Pons de Thomieres.*

R.

Remensis Archiepiscopatus,	*Reins.*
Riuensis,	*Rieux.*
Rothomagensis,	*Rouön en Normandie.*
Ruthenensis,	*Rodez.*

S.

Sagiensis;	*Sées.*
Sarlatensis,	*Sarlot.*
Siluanectensis,	*Sainct-lie.*
Suessionensis,	*Soissons.*

T.

Tarbiensis,	*Torbe.*
Tectorensis,	*Triquet.*
Tolosanensis Archiepiscopatus,	*Tolose.*
Tolonensis,	*Tolon.*
Trecensis,	*Troyes.*
Trecorensis,	*Triquay.*
Tricastrinensis,	*Sainct Paul trois Chasteaux.* *Ville longue en Dauphiné.*
Thuronensis Archiepiscopatus,	*Tours.*
Tullensis,	*Toul.*
Tutelensis,	*Tulloe.*

V.

Vaurensis,	*Lauaur.*
Valentinensis & Diensis,	*Valence en Die.*
Vapincensis,	*Vap en Dauphiné.*
Vasatensis,	*Vasat.*
Vaurensis,	*Lauaur.*
Viennensis Archiepiscopatus,	*Vienne.*
Viuariensis,	*Viuarez.*
Vticensis,	*Vzés.*

X.

Xanctonensis,	*Xainctes.*

Non reducta verò sunt.

Aptensis,	*Apt.*
Bellicensis,	*Bellieu en Bresse.*
Bricocensis,	*Sainct Brieu en Bretagne.*
Corisopitensis,	*Carnauaille*, aliàs de *Marlaye en Bretagne.*
Dignensis,	*Digne en Prouence.*
Dolensis,	*Dol en Bretagne.*
Forouiliensis,	*Freiens.*
Glandenensis,	*Glandesne en Prouence.*
Grassensis,	*Grasse en Prouence.*
Leonensis,	*Sainct Paul descon en Bretaigne.*
Maclouiensis,	*Sainct Malo en Bretaigne.*
Metensis,	*Metz en Lorraine.*
Nannetensis,	*Nantes en Bretaigne.*
Redonensis,	*Rennes en Bretaigne.*
Reiensis,	*Ries.*
Senectensis,	*Senes en Prouence.*
Sistaricensis,	*Sisteron.*
Trecorensis,	*Lentrequer.*
Tullensis,	*Toul en Lorraine.*
Venciensis,	*Vence.*
Vennetensis,	*Vennes en Bretaigne.*
Virdunensis,	*Verdun en Lorraine.*

ITa vt nonaginta sex, reductæ: vna verò & viginti, non reductæ extent, in hoc Galliæ Regno Ecclesiæ Cathedrales, aut Metropolitanæ. Rex tamen Galliæ, non minùs ad istas, quàm ad reductas, dum vacant, eisdem præficiendos, Summo Pontifici nominat.

QVÆSTIO XIV.

An impetranti beneficium, ob non publicationem, incumbat onus probandi non publicationem: Et quo probetur non publicatio.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius tenetur verificare suam gratiam. numero 17.*
2 *Publicatio est pars gratia.*
3 *Negatiuo probatur eo ipso, quòd contrarium non probatur, & num. 18.*
4 *Facta non præsumuntur, sed debent probari.*
5 *Impetranti beneficium ob non publicationem, incumbit onus probandi.*
6 *Publicatio præsumitur facta in tempore.*
7 *Factum præsumitur, quod iure erat faciendum, & numero 25.*
8 *Factum præsumitur, cum est consuetum fieri.*
9 *Negatiua probanda est per illum, qui in eo se fundat.*
10 *Vnusquisque tenetur probare, quod est fundamentum suæ intentionis.*
11 *Præsumptio pro validitate actus.*
12 *Præsumptio pro validitate actus, prævalet alijs, & numero 23.*
13 *Vt actus valeat receditur à natura dispositionis.*
14 *Actus præsumitur factus, omni meliori modo.*
15 *Præsumptio, est iuris probatio liquidissima.*
16 *Præsumptio releuat ab onere probandi.*
19 *Negans non dicitur affirmare.*
20 *Facta præsumuntur, cum sunt consueta fieri.*
21 *Quod consuetum est fieri, est necessarium ad factum.*
22 *Factum præsumitur ex præsumptionibus.*
26 *Ex triennali, præsumitur publicatio.*
27 *Triennalis defendit execrabilem, & non promotum ad sacros Ordines.*
28 *Triennalis præsumit dispensationem.*
29 *Præsumitur pro Ordinario.*
30 *Solennitas faciliùs probatur, quàm actus, &c.*
31 *In spolio, triennalis non operatur.*
32 *In spolio, allegatio Laps non suffragatur.*
33 *Resignatarius tenetur superiori ostendere publicationem.*
34 *Possessor beneficij, titulum probare non tenetur.*
35 *Superiore inquirente, possessor debet ostendere titulum.*
36 *Dispensatus tenetur ostendere dispensationem superiori.*

QVæro decimò quarto, & vltimò, An impetranti beneficium vacans ob non factam publicationem incumbat onus probandi non publicationem, vel ad hoc teneatur resignatarius, qui tenebatur publicare.

Quòd resignatarius teneatur probare publicatio-
1 nem, facit Primò, quia † tenetur verificare suam gratiam, vt dixi lib. præcedenti quæst. 1. ex communi, ergo
2 tenetur probare publicationem, quæ est pars † gratiæ, cum absque ea sit nulla resignatio, vt communiter DD. volunt, & dictum est supra.
3 Secundò, quia negatiua † probatur eo ipso, quòd contrarium non probatur, l. 1. C. de probat. Gl. in l. 2. verb. compellere. C. de iur. emphyt. glos. in l. 2. vbi Bald. C. de error. aduoc. idem. Bald. cons. 79. libr. 2. Crauett. cons. 1. in fi. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in princ. num. 14. de probat.

Tertiò, quia facta † non præsumuntur, sed debent 4
probari, l. si emancipati, C. de collat. l. 1. C. de probat. l. quæsitum, §. consilium, ff. de curat. furiol.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est verior, & communior, recepta in praxi, vt † impetrans 5
beneficium ob non publicationem, & dicens non esse factam huiusmodi publicationem, teneatur id probare, vt fuit pluriès resolutum in Rot. & præsertim in vna Hispalen. Archidiaconatus coram R. P. D. Blanchetto de mense Decembr. 1578. & in vna Calaguritan. 4. Febr. coram illustrissimo Cardinali Aldobrandino, & in alia Salamantin. de anno 1582, coram R. P. Domino Bubalo, & in altera Pampilonen. coram R. P. D. Pamphilio, 5. Nouemb. 1584. & in vna Aquilana. 28. Febr. 1585. coram R. P. D. Vicecomite, & in vna Bergomen. coram Cantuccio, 28. Febr. & 4. Decembr. 1587. & in alia Theanen. coram R. P. D. Gipsio, 20. Maij, eod. anno. 1587. & in alia Lauretan. beneficij 9. Decembris, 1589. coram R. P. D. Orano. Ratio duplex solet assignari.

Prima est, quia publicatio † præsumitur facta, & in 6
tempore. Gaiomar. de auctor. Legat. à later. libr. 3. num. 453. Rot. decis. 12. de iur. patron. in antiquis nam
factum præsumitur, † quod iure erat faciendum, Dec. 7
cons. 446. num. 7. Cephal. cons. 9. num. 16. lib. 1. cum alijs, vt per Mascard. de probat. conclus. 734. & ob id
etiam factum † præsumitur, cum est consuetum fieri, 8
Bald. in rub. C. de fid. instr. column. 3. post numer. 8. Siluan. cons. 68. num. 8. lib. 2. Crauett. de antiq. tempor. par. 4. numer. 230. cum alijs, vt per Mascard. de prob. conclus. 732. numer. 5. & hoc præcipuè, vt actus sustineatur.

Secundò, quia negatiua † probanda est per illum, 9
qui in ea se fundat, siue agendo, siue excipiendo, siue sit negatiua iuris, siue facti, siue qualitatis. Glos. in l. 2. ff. de proba. Bar. in l. in illa, ff. de verb. oblig. Inn. in cap. super his, de accus. Alex. cons. 42. colum. 2. lib. 6. Gem. in cap. 1. 3. not. de cons. lib. 6. Anchar. cons. 254. num. 3. communis opinio omnium Doctorum, vt patet ex adductis per Gabriell. in libr. 1. commun. opin. tit. de probat. conclus. 6. Mascard. de probat. conclusio. 1087. num. 1. Paris. cons. 123. volu. 1. & consilio 153. col. vlt. vol. 4. Tiraquel. de retract. §. 32. Glo. 1. n. 94. Viu. in opin. 538. numer. 1. & infinitos congerit Herculan. in tract. de negat. numer. 2. & hoc ex illa com-
muni iuris regula † quòd vnusquisque tenetur probare 10
ea, quæ sunt fundamentum suæ intentionis. leg. qui accusare, vbi omnes DD. C. de eden. l. 2. l. ab ea parte, l. in exceptionibus, ff. de probat. cap. 1. vt Eccl. benef. cap. dilectos, de fid. instrum. cap. vlt. de iure iur. can. vlt. 6. q. vlt. Alex. consi. 18. in princ. li. 1. Dec. cons. 424. col. 1. Card. Paris. cons. 1. col. 2. & cons. 22. num. 66. vol. 4. Soc. Iun. cons. 4. num. 30. & cons. 39. num. 62. li. 2. Sed impetrans fundat suam intentionem super non publicatione, ergo id probare debet, & hoc eo magis, cum præsum-
ptio sit pro validitate † actus Paul. de Castr. in l. ex im- 11
perfecto, C. de testament. & † huiusmodi præsumptio 12
præualet aliis præsumptionibus, Dec. in l. postquam li-
ti, num. 23. C. de pact. & ideò, † vt actus valeat, recedi- 13
tur à natura dispositionis, l. qui concubinam. §. qui hæres, ff. de legat. 3. Dec. in cap. quoniam Abbas, num 16. de
offic. deleg. Alciat. regul. 3. præsump. 34. Hinc † actus 14
præsumitur factus omni meliori modo vt prosit facienti, l. 1. & 2. ff. de solut. Bart. in l. gerit. num. 21. ff. de acquirend. heredit. Soc. iun. cons. 113. num. 3. li. 4. Tiraquell. de retract. consangui. §. 30. glos. 1. num. 32. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 126. num. 2. & secundum ius disponit, cap. ex literis, de Constit. cap. sedes. de rescrip. cap. venientes, de iureiur. Cald. cons. 11. in fi. de feud. Crauet. cons.
186 num. 9. & tamen † præsumptio iuris est probatio li- 15

Digitized by Google

quidissima.l. licet,vbi Ias.ff.de legat. 1. Cardinal. Paris. cons. 32. num. 45. vol. 1. Dec. cons. 54. col. 1. & rele-
16 uat †. ab onere probandi, & aduersarium grauiori onere probationis inquietat, l. 1. C. de probat. l. si cautio, C. de non num. pecun. l. in excep. vbi Glos. ff. de except. Abb. in cap. nihil. num. 14. de elect. Marsil. singul. 451. Card. Paris. cons. 42. vol. 3. Crauet. cons. 229. col. vlt. & faciunt, quæ in simili materia scribunt Fel. in cap. vlt. col. 4. de præsump. Ioan. Ign. in l. necessarios, §. non alias, num. 4. ff. ad Sillan. Card. Paris. cons. 95. col. 2. lib. 3.

Non obstant contraria, quia ad primum respondetur
17 † illud procedere, cum vult suam gratiam canonizari, nam tunc tenetur illam verificare, vt communiter tradunt Doctores citati lib. præcedenti, nos verò agimus quando aliquis impetrauit ob non publicationem.

Ad secundum respondetur contrarium communiter
18 recipi, † vt. patet ex adductis per Herculan. de ne-
19 gat. num. 5. & negans † nunquam dicitur affirmare. l. Titius, §. vlt. ff. de manumiss. test. Bald. in l. 2. in fi. C. de condic. ser. Car. Paris. cons. 140. col. vlt. & 141. col. penult. Vol. 4.

20 Ad tertium † respondetur, facta præsumi, quando sunt consueta fieri, Bal. in rubri. C. de fid. instrum. col. 3. nu. 8. & in l. incendium, ad fin. C. si cer. pet. Ias. in l. sciendum, sub nu. 2. ff. de verb. oblig. Crauet. de antiq. temp. 4. par. n.
21 530. eóque magis, cum id, quod † consuetum est fieri, sit accessorium ad factum principale, Curt. Iun. in l. si. emancipati, num. 9. C. de collat. Felin. in cap. cum M. Ferrarien. num. 7. de Constit. Sed publicatio est consueta fieri, & est accessoria ad expeditionem literarum ipsius resignationis, ideo debet præsumi. Accedit quia
22 præsumitur factum quoties † inducitur ex aliis præsumptionibus, Abb. in cap. in præsentia, num. 3. eod. tit. Siluan. cons. 81. num. 28. lib. 2. Sed id suadetur ex aliis
23 præsumptionibus, & preserim ex illa † vt actus sustineatur, quæ præualet omnibus aliis. Dec. in l. postquam liti, num. 23. C. de pact. comprobatur etiam,
25 quia factum † præsumitur, quod de iure erat faciendum, Crauett. cons. 22. num. 5. & 149. num. 12. Cesal. cons. 9. num. 16. Dec. cons. 446. num. 7. late Mascard. de prob. cons. 734.

Ex quibus duæ colliguntur conclusiones. Prima publicationem præsumi factam per resignatarium, atque in tempore, & non teneri id probare, & hæc est communis, & recepta Doctorum sententia, quæ sententia eò magis procedit, si resignatarius per triennum possedit illud beneficium resignatum, namque ex triennali
26 præsumi † publicationem absque dubio; fuit resolutum in Rota in vna Placentin. applicationis fructuum coram R. P. Domin. Bubalo, quod etiam fuit decisum, & confirmatum die 3. Iunij, 1584. coram R. P. D. Orano. &
27 est ratio nam sicuti triennalis defendit † execrabilem, & non promotum ad sacros Ordines infrà annum vt per Sarn. super regul. de triennal. q. 4. & præsumit dispen-
28 sationem † quæ pendet ex facto superioris, ita multo magis debet defendere resignatarium qui habet titulum & possessionem, vt præsumi debeat publicatio, quæ pendet à facto ipsius, & non requiritur aliquod factum
29 superioris & verisimiliter Ordinarius † non permisisset per triennium sine publicatione beneficium resignatum possideri, Arch. cons. 117. Dec. cons. 117. numer. 7. Fel. post alios in cap. illud, numer. 5. de præsump. qui etiam volunt ex hac consideratione, & verisimilitudine præsumi titulum, ergo fortiùs præsumenda erit solennitas
30 ad titulum requisita, quæ † faciliùs probatur, Gl. in l. talis scriptura, §. vlt. in ver. vniversa, ff. de lega. 1. cum aliis, vt per Natt. cons. 102. numer. 3. lib 2.

31 Limita primò, hanc conclusionem non † procedere quoties essemus in spolio, nam tunc neque triennalis hunc effectum produceret, vt præsumatur publicatio, vt fuit resolutum in Rota in vna Bergomen. coram bon. men. Cantuccio, 28. Februarij, 1586. & in vna Cæsaraugustan. parochialis, & Abulen. Canonicatus. coram R. P. D. Gypsio. 16. Iunij, & in alia Auximan. Et ratio est,

quia in spolio † neque allegatio Lapi suffragatur, vt fuit 32
resolutum in Rota in vna Scholastriæ coram R. P. D. Orano, & in alia Auximan. parochiali coram R. P. D. Blanchetto, & in alia Ispalen. 8. Iunij, 1589.

Limita secundò, non procedere, quoties superior
veller † videre publicationem, nam tunc tenetur resig- 33
natarius illam ei exhibere, vt communiter omnes concludunt, & in praxi tota die recipitur, quod deducitur
ex eo, quamuis possessor beneficij † titulum probare 34
non teneatur, vt est communis opinio, teste Mascard. de probat. conclus. 1372. qui plures congerit, illum tamen probare tenetur, & ostendere, cum superior ex officio
† inquirit, cap. Ordinarij, vbi Archid. super verb. exhi- 35
bere, Gem. num. 7. Franc. nu. 5. de offic. ordin. lib. 6. cap. licet Heli, vbi Host. Abb. Anan. num. 27. Butt. numer. 13. Felin. num. 8. Arch. in can. contra morem ad fin. dist. 100. Imo. in cap. cum nostris. nu. 27. de Inst. Paul. de Castr. in l. cogi, num. 8. C. de perit. hæred. Socin. Sen. in suis fallen. reg. 525. vers. 2. fallit. Iacob. Nouel. regul. 217. in verb. titulus, nu. 2. & communiter omnes, teste Mascard. dict.
conclus. 1372. nu. 19. Hinc tenetur † ostendere dispensa- 36
tionem, & alia, Felin. post omnes in cap. illud, num. 9. de præsumpt.

Et hanc conclusionem ego intelligo, nedum in Episcopò, & eius vicario visitante, quod non habet dubium,
sed etiam in ministris deputatis † à Camera Apostolica, 37
qui possunt compellere possidentes beneficia ad ostendendum sua iura, vt Episcopi, & ita communiter practicatur. idque tamen recipit restitutionem, vt non procedat quoties superior constituisset se aduersarium eius,
qui beneficium obtinet, quia tunc nec compellere † po- 38
terit eum ad probandum titulum nec etiam ipse cognoscere de titulo. Glo. pen. communiter recepta in cap. conquerente, de rest. spol. & ibi Abb. Gem. in d. cap. Ordinarij, §. 1. in 6. notabili vers. aut ius commune, Franc. n. 5. vers. limita 1. Felin. in cap. licet Heli. nu. 9. Io. Anan. nu. 33. vers. 2. casu de fin.

Tertiò limita non procedere quoties ipse resignata-
rius peteret suam † gratiam canonizari ad aliquem effe- 39
ctum, nam tunc deberet sicuti & titulum illam probare, Inn. receptus in cap. ex insinuatione, col 2. sub nu. 3. de procu. Rebuff. in prax tit. de resc. ad benef. vacan. nu. 17. Gemin. & Franc. locis citat. & lat. Cosmas Guymier in prag. sanct. tit. de pacif. poss. super verb. inquirant, & communiter Doctores, vt patet ex his, quæ deduxi lib. præcedenti.

Sed hic cadit dubium, quomodo debeat resignatarius docere de publicatione beneficij resignati in casibus, in quibus ad id tenetur? Praxis obseruat, vt id fa-
ciat, per instrumentum † confectum à Notario publico 40
in actu publicationis, vt requirit Gregoriana, quod in-
strumentum communiter ad facilem † probationem so- 41
let scribi à tergo literarum, vt communiter vidi practicari, quo casu ostendendo literas beneficij resignati, videtur resignatarius satis sufficienter docere de publicatione, de qua constat à tergo ipsarum literarum, si autem à tergo litterarum id non sit positum, potest hoc
docere per instrumentum separatum. Instrumentum † 42
enim dicitur probatio probata, Socin. Sen. cons. 2. nu. 3. lib. 3. Socin. Ion. cons. 1. num. 49. lib. 4. Curt. Iun. cons. 64. num. 4. Cardin. Paris. cons. 54. num. 3. & 104. num. 93. vol.
2. Grat. cons. 76. num. 9. lib. 2. Natt. cons. 145. numer. 1. ac † 43
aperta, Roland. à Vall. cons. 40. num. 8. consil. 58. nume. 6. vol. 2. Neuizan. cons. 82. nume. secundo Cesal. cons. 247. numero. 1. lib. 2. Alciat. regul. 3. præsumptio. 13. numer. 8. Grammatic, decis. 103. num. 1. Dec. cons. 682. num. 2. & re-
gulariter semper instrumentum præsumitur † verum va- 44
lidum, & solenne. Bal. in l. cum precib. C. de probat, Idē Bal. in cap. illud, in fi. de præsum. Dec. cons. 101. numero 1. Card. Paris. cons. 60. num. 6. vol. 1. Soc. Iun. cons. 95. num. 2. vol. 3. Grat. cons. 11. numer. 3. vol. 2. Sed ponamus huiusmodi instrumentum fuisse deperditum per resignatarium, an admittendus sit ad probandum tenorem ip-
sius? An per testes † sufficiat id facere? Affirmatiuè est 45
respondendum, si probet actum fuisse celebratum, scri-

Digitized by Google

ptoram inde confectam, & amissum fuisse instrumentum,
Bartol. in leg. testium, num. 15. Castr. num. 14. C. de testib.
Fel. in cap. sicut. nu. 2. de re. iud. Guid. Pap. cons. 75. post.
num. 2. Ruin. cons. 178. num. 5. lib. 1. Cetal cons. 171. num.
47. & cons. 287. num. 46. vol. 2. Marsil. in rub. de probat. n.
46 54. & sufficere † duos testes, scripsit Bar. in l. sicut ini-
quum, C. de fid. instr. Angel. in l. 2. §. diuus, ff. de iur. fisc.
47 Gozad. cons. 12. num. 6. si sint viri † idonei, & periti, vt
per Bartol. loco cit. num. 2. Fel. in cap. sicut in prin. de re
iudic. Afflict. decis. 274. num. 3. decis. 302. num. 5. & plura
ad hanc materiam pertinentia congerit Mascard. de
probation. conclusion. 907. melius igitur erit ad vi-
tandam amissionem, vt huiusmodi instrumentum de-
scribatur a tergo litterarum, vt ferè omnes ea praxi
communi faciunt. Et si literæ amittantur, tunc etiam
succedit, quod supra dictum est, & quod proximè
dicetur.

Sed dubitari contingit, an publicatio possit probari
48 per testes etiam † sine instrumento? Affirmatiuè fuit de-
cisum in Rota in vna Abulen. Canonicatus coram R. P.
D. Gipsio, Veneris, 10. Iunij, 1589.

49 Secunda conclusio, impetrantem † Beneficium
vacans ob non factam publicationem à resignatario
teneri docere de non publicatione, vt est communis
Doctorum sententia, & pluriès fuit resolutum in Ro-
ta, vt supra retuli, quod in tantum est verum, vt
etiam post probatam non publicationem, donec decla-
50 retur † id per iudicem detur manutentio resignatario
non obstante Constitutione, vt fuit pronunciatum in
Rota in vna Ascu. coram R. P. D. Blanchetto, 18. Iu-
nij. 1589.

Et quia huiusmodi impetrationes ob non publicatio-
nem sunt frequentes in Curia, ideo non ab re erit disse-
rere quomodo possit impetrans probare non factam pu-
blicationem per resignatarium, namque hoc difficilli-
51 mæ † probationis æstimatur, Doctores in cap. quoniam
contra, de probat. Dec. cons. 173. num. 3. Card. Paris.
cons. 13. num. 26. volum. 3. Mascard. de probat. concl.
187. & ideo multi impetrantes deficiunt in huiusmodi
52 probatione. Bonum igitur esset, ne Constitutiones † de
publicandis plerumque sint frustratoriæ ob hanc diffi-
cultatem probationum, vt S. D. N. ederet Constitutio-
nem, qua exprimeret modos probandi non publicatio-
nem, vel mandaret, vt publicationes omnes beneficio-
rum registrentur penès actuarium Curiæ Episcopalis,
vel Archiepiscopalis loci, vbi fiunt publicationes, vel
in Archiuio publico, vt possit quisque videre vna ins-
pectione, an sit facta publicatio, vel ne, quod etiam
tolleret quamplures lites, & dispendia, & hunc modum
registrandi publicationes probauit Illustrissimus Car-
dinalis Platus olim Auditor Rotæ eruditissimus, qui
cum secum de hac re agerem, me de hoc admonuit, &
si ita fieret de facili posset constare de publicatione per
productionem scripturæ, aut per fidem iuata not. per
Bartol. in l. vlt. C. de rebus credit. Hinc ea inspectio-
53 † matriculæ probatus, quem esse scholarem, Bartol.
quem sequitur Paris. cons. 159. in fi. volum. 4. Dec. in l.
penul. C. de testamen. milit. Hinc ex inspectione libri,
54 in quo † collectæ notantur, probatur quem non soluis-
se collectas, Bald. in l. non iustum, C. de eden. Crauet.
55 cons. 38. column. 1. Grammat. dec. 59. nu. 16. Hinc † nega-
tiuam probari per productionem scripturæ, scribit
Alca. cons. 55. n. 24. lib. 4. Dec. cons. 561. nu. 8. Paris. consil.
238. col. vlt. vol. 4. Crauett. cons. 138. n. 5. Corne. cons. 95.
col. penul. li. 4.

Hodie autem primo crederem probari non publica-
56 tionem, quoties impetrans probaret fuisse † relaxatas
literas resignationis in fine termini dati ad publican-
dum, vt impossibile sit literas transmissas potuisse esse
ad locum vbi erat facienda publicatio, arg. tex. in l. fi-
lium; primo respons. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.
faciunt notata per Roman. cons. 113. sub nu. 5. Menoch.
de arbitr. iudic. cas. 472. sub num. 5. & num. sequ. Man-
57 dos. de verisimil. no. qu. 30. & ex huiusmodi † impossi-
bilitate Rota deduxit non publicationem, ita pronun-
ciando in vna Salamantin. pensionis, 27. Iunij 1584. co-
ram R. P. D. Rubalo, & in alia Oximen Scholastriæ,
Veneris, 9. Februarij, 1590. coram eod. nam in tali cau-
sa data concessionis erat, 21. Iulij 1588. & Bullæ fue-
runt relaxatæ, 15. Aprilis, 1589. impossibile enim fuit
reputatum spatio, 12. dierum resignatarium potuisse illas
transmittere ad partes Hispaniarum, & illas publicare,
cum tempus finiretur 27. Aprilis, 1589.

Hinc negatiua † probatur per actus incompatibiles 58
cum affirmatiua, Paul. de Cast. cons. 380. lib. 2. dicens
probari quem non occidisse Titium, ostendendo tunc
temporis illum alibi fuisse, ex quo, in loco delicti tunc
esse non poterat, Crauer. cons. 1. col. vlt. lib. vlt. Dec.
cons. 555. in fin. lib. 4. ac etiam probatur per actus qui-
bus † positis tacite resultat negatiua, vt de teste, qui 59
non poterat videre, scribunt Bald. & Ang. in l. si cum
exceptione, §. in hac, ff. quod met. caus. Bald. in cap.
primo, §. porro, quæ fuer. princip. caus. inuestit. Dec.
cons. 419. col. vlt. Alca. cons. 4. colu. vlt. libr. 6. latè
Card. Paris. cons. 33. lib. 2. Crauet. cons. 61. col. 3.

Secundò crederem non † publicationem posse pro- 60
bari per illas personas, per quas actum affirmatiuum
fieri oportebat, & non est factum, vt sunt Notarij vel
sciri debebat, & non scitur, vt sunt Canonici benefi-
ciati, & alij Clerici, qui solent in Ecclesia Cathedrali
diebus festiuis interesse Diuinis officijs nam hoc modo
probari negatiuam colligitur ex Bart. in l. non aliter,
per illum tex. C. de aduocat. diuers. iudic. Abb. Felin.
& alij in cap. tertio loco. de probat. vbi loquuntur † 61
de actu non facto in collegio, vt possit probari per ho-
mines de collegio: ita de legato non facto in testamen-
to, probans † testes in testamento adhibiti. Bar. in l. vlt. 62
C. de reb. credit. Bald. in l. Exercendis. C. de fid. instr.
Alca. cons. 37. in prin. lib. 2. & cons. 43. col. 2. lib. 4.
Fel. in cap. cum Ioan. nume. 42. de fid. instr. late Her-
cula. de nega. nume. 162. Et communis est opinio, ne-
gatiuam posse † probari per testes, per quos ea consue- 63
tudine, seu communiter contingentibus affirmatiua
sciri consueuit, & nunc non scitur. Bart. cons. 81. Alex.
cons. 123. col. 9. lib. 4. Barbat. in cap. tertio loco, col.
2. de probat. Alex. cons. 214. lib. 2. Roman. cons. 245.
col. vlt. Dec. cons. 233. numer. 5. & huiusmodi testes
cum concordant, concludunt. ad not. per Fel. in cap.
cum Ioan. de fid. instr. Crauet. cons. 56. iam testis, Ra-
tio quæ sit † à communiter accidentibus optimè con- 64
cludit. Bal. in l. cum dotem, C. de iur. dot. Salic. in l.
pen. C. vnde. cogn. Cardinal. Paris. cons. 87. colum. 4.
libr. 3. præsumptiua † tamen probatio erit, vt latè per 65
Herculan. de negat. numer. 249. sicuti depositio testis,
quia sum † vicinus. Doctores communiter in l. 1. ff. si 66
cert. petat. Prodest tamen inspicere acta Notariorum,
nam omne † quod in actis scriptum non reperitur, præ- 67
sumitur non actum, l. vlt. C. de iur. & facti ignor. Bal.
in l. si. contra, C. de appel. Alex. cons. 123. col. 3. lib. 1.
Card. Paris. cons. 555. vol. 5. Dec. cons. 483.

Tertiò modo † crederem probari non publicationem 68
per coarctationem loci, & temporis. Glos. communi-
ter approbata in l. optimam. C. de contr. & commit.
stipul. Glos. in §. si. vero, Auth. de hæred. & falcid. Bal.
in l. 1. C. de secund. tab. Florian. in leg. 2. ff. de prob.
Soc. Iun. cons. 12. num. 22. lib. 2. Dec. cons. 424. Franc.
de Marc. decis. 266. p. 2. Bertran. cons. 154. num. 2. li. 6.
De communi Viu. lib. 6. de commun. opin. opinion. 538.
num. 3. Mascard. de proba. conclus. 1087. num. 8. Her-
culan. de negatiu. num. 260. qui etiam ponunt quomo-
do testes debeant deponere super † probatione huius 69
negatiuæ, quod etiam latè explicat Herculan. d. tract.
à num. 318. vsque ad finem.

Quartò modo probatur non publicatio per confes-
sionem partis, nam negatiua † per confessionem partis 70
probatur, Bal. in l. 2. C. de non numer. pecun. Angel.
cons. 142. Butrigar. in l. actor. C. de probat. & com-
muniter Doctores, vt per Herculan. dict. tract. de ne-
gatiu. numer. 196. & est ratio, quia nulla est maior, &
excellentior † probatio confessione partis, Abb. & Fe- 71

lio. & alij communiter in Rubr. de probat. Alex. conf.
72 215. col. vlt. libr. 2. cum superet † omnes alias. Card.
73 Paris. cons. 75. colu. 1. lib. 1. habet enim † vim instrumenti. Idem Paris. cons. 90. colum. 1. vol. 3. ideo licet contra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur
74 probatio, admittitur tamen confessio † partis. Alexan. cons. 91. colum. 2. & cons. 47. libr. 6. Rom. cons. 350. Alex. cons. 72. nume. 14. lib. 7. Mars. in l. 1. §. ad quæstionem, in fi. ff. de qq. Paris. cons. 75. col. 5. libr. 2. & hæc conclusio posset ampliari, & limitari, vt per Herculan. de negat. à num. 197. vsque ad num. 204.

Dubium tamen est, quomodo probetur publicatio facta in tempore dato à Constitutione Gregorij XIII. Communis, responsio est probari per annotationem pu-
75 blicationis, nam ex ea † potest inspici, & videri, an in tempore fuerit facta, & ita fuit resolutum in Rota in vna Tarentin. coram R. P. D. Orano Auditore Rotæ doctissimo. die 12. Maij 1589.

Lib. 11. *q.* 14. *n.* 10. *Ibi*, Sed impetrans fundat suam intentionem super non publicatione.

ASserit enim expresséque dicit, beneficium, de cuius impetratione agitur, ob non factum publicationem, vel ob non seruatam Gregorij Papæ XIII. Constitutionis formam, vacare. Vt iam pluries suprà ostendimus.

Eadem quæst. num. 47. *Ibi*, Vt huiusmodi instrumentum describatur à tergo literarum.

SIcuti de vetustissimo, & inuiolatè obseruato Romanæ curiæ stylo, quoad consensus in resignationibus, nec non pensionum reseruationibus, & concordiarum confirmationibus, ac aliis præstendos, fit & practicatur: ij etenim, à tergo supplicationum, seu literarum Apostolicarum desuper expeditarum, solent à Notarijs tàm Cameræ, quàm Cancellariæ Apostolicarum (saltem summatim, & compendiosè) inseri describi, & notari: Eisdemque (non minùs quàm si integri, & extensi exhiberentur, ac producerentur,) fides adhiberi solet.

Eadem quæst. num. 51. Registrentur penès actuarium Curiæ Episcopalis.

OLim personæ, cui actus Ecclesiasticos, in libris seu Registris insinuationem Ecclesiasticarum nuncupatis describere vel insinuare ex officio incumberet, electio, & eiusdem officij dispositio, ad Episcopum, in sua Diœcesi: Nunc autem, officio ipso, Regia autoritate domanio Franciæ vnito, ad Christianissimum pro tempore existentem Francorum Regem, in Gallia pertinet.

Quæst. 14. *num.* 5. Contraria opinio est verior.

¶ IN Gallia tamen prima opinio obtinet, ex quo enim resignans post semestre, vel mensem moritur in possessione, prouisus per obitum habet intentionem fundatam, nec aliud probare nec allegare quidé tenetur, & vt intentio hæc elidatur debet resignatarius excipere de publicatione, ac obtenta vel perita possessione. & consequenter vtramque probare, Molin. ad hanc regul. de public. resig. num. 15.

Finis Libri Vndecimi.

FLAMINII PARISII
IVRE-CONSVLTI
CONSENTINI.

DE RESIGNATIONE
BENEFICIORVM.
LIBER DVODECIMVS.

De Infirmis Resignantibus & Resignatione nulla, qui Resignans mortuus est infrà 20. dies, iuxtà Reg. Cancell. de Infirm.

Iste Liber habet præfationem, in qua ponuntur verba Regulæ Cancell. de Infirm. & 14. Quæstiones

1 *Qua ratione emanauit Regula Cancellariæ de infirmis resignantibus.*
2 *An huiusmodi Regula sit odiosa, vel fauorabilis.*
3 *An dicta Regula habeat locum in omnibus beneficijs, & specialiter dubitatur de Præceptorijs, Beneficijs Patrimonialibus, Beneficijs Iurispatronatus, Beneficijs reseruatis, Consistorialibus, Vnitis Pensionibus, Iuribus, Officijs Curiæ.*
4 *An sub prædicta Regula comprehendantur omnes, & quid de Papa, & Cardinalibus, & Patriarchis, Exemptis Familiaribus Cardinalium Fæminis religiosis.*
5 *An huiusmodi Regula habeat locum quomodocumque fuerit facta resignatio, & quid in renunciatione facta extra Curiam, & in renunciatione ex causa permutationis, & in renunciatione, reseruatis fructibus, & in Commendis, & in Cessione per Procuratorem.*
6 *Qua infirmitas requiratur, vt vendicet sibi locum dicta Regula, de qua morte loquatur, & plures casus explicantur.*
7 *Cui incumbat onus probandi resignantem esse mortuum, ad effectum dictæ Regulæ.*
8 *Regula hæc de Infirmis cur potius ponat terminum viginti dierum, quàm plus, vel minus, & quomodo computentur isti viginti dies, & an dies præstiti consensus computentur, & alij casus explicantur.*
9 *An vacatio inducta per hanc Regulam, sit vera vacatio per obitum, vel ficta.*
10 *An beneficia, quæ vacant per hanc Regulam sint affecta.*
11 *An habeat locum huiusmodi Regula, si Papa moriatur ante præstitum consensum.*
12 *An regula loquatur etiam de consensu Resignatarij.*
13 *De qua collatione loquatur hæc Regula illis verbis.* Quod quauis auctoritate, &c.
14 *An derogetur huic Regulæ, & quando, & qui possit derogare, & per quas clausulas videtur derogatum.*

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ de infirmis resignantibus est recepta in Curia.*
2 *Regula de infirmis habuit originem à Bonifacio VIII.*
3 *Pontifices, qui Regulæ de infirmis aliquid addiderunt.*
4 *Verba Regulæ Cancellariæ, de infirmis resignant.*
5 *Regula de infirmis est recepta in Registris Curiæ Parisien.*

PRÆFATIO.

ET quia potest renunciare per se vel per Procuratorem, resignatarios in Curia, vel extrà, & aliquando infrà viginti dies moritur à die præstiti consensus, inde beneficium vacat per obitum, & non per resignationem, iuxtà regulam Cancellariæ de Infirm. resign. Ideo dictam regulam explicandam duxi, ponendo conclusiuè, quæ in ea dicunt Sarn. & Mand. & omnes decis. Rotæ hucusque occasione eius factas referam.

Regula igitur Cancellariæ, † de infirmis resignantibus infra viginti dies, in foro, & Curia quotidiano vsu recepta est, & propterea vtilis ab omnibus iudicatur, vt tradit Sar. in præf. huius reg. qui affirmat à † Bonifacio VIII. originem habuisse, Pon. anno 8. & alij Pontifices Maximi Successores illam innouarunt, quorum quidam aliquid addiderunt, Nicolaus V. per quandam extrauagantem, vt literæ resignationis viuente resignante † expediantur, quod hodie non est necessarium, Paulus II. fuit primus qui addidit verba infrà 20. dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, vt tradit Sar. hac reg. q. 37. num. 3. Inn. VIII. 1 2 3

per Const. 13. incip. ficut bonus Pastor, illam extendit ad resignationem infirmi, vigore facultatis concessæ in omnibus cuiuscumque personæ in dignitate constitutæ factam, & assignat mensem vnum. Iulius II. quod dies 20. a tempore præstiti consensus computentur, Adrianus VI. vt habeat locum in resignationibus officiorum. Rom. Curiæ, in infirmitate factis, & vt comprehendat resignationes factas extra Curiam in manibus Legati, & Ordinariorum, Clem. VII. per extrauag. ad partem extendit ad resignationes in sanitate factas, dummodo in infirmitate præstetur consensus, Paul. III. addidit verba, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit teste Mandos. hic q. 10. n. 5. Idem Paul. III. primus addidit verbum dimiserit. teste Rebuff. hic gl. 6. Iulius III. addidit procedere in commenda, & verba, quauis auctoritate conferatur, teste Rebuff. cons. 72. num. 8. vers. item regula.

4 Nunc autem in reg. Sixti V. in ordine 16. his verbis reperitur concepta † *Item voluit quòd siquis in infirmitate constitutus, resignauerit aliquod beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, vel aliàs dimiserit, aut illius commenda cesserit, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis dum esset sanus signata, & postea infrà 20. dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, ex ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quauis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.* Et hoc modo illam interpretabor.

5 Et hæc regula est † recepta in registris Curiæ Parisiensis, teste Rebuff. cons. 72. num. 8.

Præfatio. Iulius 3. Addedit verb. *quauis auctoritate.*

¶ Imò hæc additio est Pauli 3. in vsum Galliis non recepta, Molin. ad verb. Regul. in verb. beneficium neque etiam prætensa regula Martini 5. vbi sunt hæc verba *Vbicumque etiamsi in Romana Curia*, quamuis legatur in Regulis Senatus Parisien. Idem ibid. num. 105.

QVÆSTIO I.

Qua ratione emanauit Regula Cancellariæ de Infirmis resignantibus.

SVMMARIVM.

1 *Regul. de infirm. ob duas rationes emanauit.*
2 *Ratio fraudis considerata per regulam de infirmis extracta ex cap. 2. de renunc. lib. 6.*
3 *Regula de infirm. ad cap. 2. spiritum accepit.*
4 *Cap. 2. de renunc. lib. 6. quid disponit.*
5 *Differ. inter de cap. 2. & Reg. de Infir.*
6 *Fraus non præsumitur in infirmo.*
7 *Quisque præsumitur memor salutis æternæ.*
8 *Existens in extremis non præsumitur S. Ioan. Baptist.*
9 *Actus factus per infirmum in præiudicium tertij, non præiudicat.*
10 *De fraude dicitur constare, quoties proximus morti, alienat.*
11 *Suscipiens habitum religionis in morte, non videtur profiteri.*
12 *Contrahens matrimonium cum concubina, in articulo mortis, an præiudicet substitutis.*
13 *Ingressus Monasterij in fraudem substituti, non tenet.*
14 *Ex ratione vicinitatis, actus præsumitur fraus, & Dolus.*
15 *Renunciatio in præiudicium illius qui habet optare, nulla.*
16 *Ratio fraudis concernit salutem animarum.*
17 *De beneficiis non debet disponi per viam successionis.*
18 *Infirmis etiam morti vicinis, actus legitimi permittuntur.*
19 *Infirmi morti vicini non possunt renunciare in fauorem.*
20 *Successio in Ecclesia Dei est odiosa.*
21 *Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt.*
25 *In Curia Resignationes admittuntur ad vota resignantis.*
23 *Grauati infirmitate de facili dant quod non possunt secum deferre.*
24 *Dispositum in infirmitate, videtur dispositum causa mortis.*
25 *Constituti in articulo mortis, non præsumuntur eligere personam dignam,*
26 *Iulius II. in infirmitate, noluit creare Cardinales.*
27 *Honorius IV. toto tempore Pontificatus vnum solum creauit Cardinalem.*
28 *Constitutus in articulo mortis, non præsumitur sanæ mentis.*
29 *Votum captandæ mortis prohibetur.*
30 *Resignans moriens infrà 20. dies, resignatio est nulla, & beneficium dicitur vacare per obitum.*
31 *Regul. de Infirm. est extracta ex c. pleraque 8. q. 1.*
32 *Cap pleraque. 8. q. 1. quid disponat.*
33 *Successorem quis eligere sibi non potest.*
34 *Vt valeat resignatio debet resignans superuiuere per 20. dies.*
35 *In Gallia resignans assic. Regale debet superuiuere per 30. dies.*
36 *Officia æquiparantur beneficiis.*
37 *Regula Cancellariæ de Infirm. non habet locum in officiis Curiæ.*

PRimò Quæro qua ratione emanauit huiusmodi regula? Communis responsio † est ob duas rationes, quarum prima est ob fraudes, ne fraudentur Ordinarij, expectantes, Mandatarij Nominati. Secunda, ne de beneficiis in articulo mortis disponatur, prout fit de bonis patrimonialibus, & profanis, nam infirmus videns se iam moriturum, consilio medicorum vel importunitate consanguineorum, ne beneficia vacent per obitum, renunciaret, & de eis disponeret per viam successionis, Cassa. super reg. Cancell. decis... num. 10. vers. si voluimus, Sarn. de infir. q. 1. col. 2. in fi. & q. 2. & q. 3. coln. 2. ver. sed istis. & q. 21. col. 1. vers. nec obstat. & alibi Mandos. in ead. reg. q. 1. n. 3. & q. 53. n. 52. & q. 15 n. 2. & q. 16. n. 10. Rebuff. in prax. in ead. reg. gl. 1. num. 2. Dec. cons. 224. col. 1. 1 2

Prima ratio extracta † ex cap. 2. de renun. lib. 6. vbi hæc verba habentur. *Si te præbendam, vel dignitatem in aliqua Ecclesia, proximo vacaturam auctoritate Apostolica expectante aliquis præbendam seu dignitatem tenuem obtinens in eadem fraudulenter ei renunciet, vt illa primo sic vacante præcludatur tibi via per consequens ad obtinendam præbendam, vel dignitatem aliam pinguiorem, quæ per mortem alicuius, vel aliàs in ipsa Ecclesia, credatur verisimiliter in proximo vacatura, per renunciationem huiusmodi (dummodo de præmissa fraude appareat) saltem per aliquas probabiles coniecturas, vt quia dictæ renunciationis tempore is qui præbendam, vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat propter quod illius præbenda seu dignitas vacare in proxima probabiliter credebatur, nullum tibi volumus obstaculum interponi, quo minus præbenda vel dignitate prima sic fraudulenter, renunciata omissa, possit dictam pinguiorem, cum eam vel aliam, si prius ipsa vacare contingeret, auctoritate præfata liberè petere veluti tibi debitam, & habere. Cæterum si prædicto renunciante huiusmodi præbenda vel dignitas pinguior forsitan conferatur, eo ipso dicta fraus intelligatur esse probata, & ideo renuncians habita omnino careat, & ambita.* Ab hoc † enim textu hæc regula spiritum accepit, 3 vt tradunt Io. And. in cap. vlt. de collus. deteg. Selu. de

Digitized by Google

benef.p.1.q.18.cum aliis, vt per Sarn. ead. reg.q.17.col.
2.Cassad.decis.32.ante nu.5.super reg. Mandol.in hac re-
gul.q.5.num. 1. quamuis idem Mandol.q. 1.num. 10.ne-
get aliquam conformitatem habere hanc regulam cum
4 dict.cap.2.quia ibi disponit † quòd renunciatio fraudu-
lenta non noceat expectanti, & dicitur renunciatio fra-
dulenta, quando renunciationis tempore is qui habebat
præbendam, vel dignitatem pinguiorem, infirmitate
graui detinebatur, & sic tria considerantur, tempus re-
nunciationis, beneficium pingue, & grauis infirmitas,
5 hic † vero venit omne beneficium, & attenditur tem-
pus signatæ supplicationis, dum quis erat sanus, & non
requiritur grauis infirmitas, rursus hic annullatur resig-
natio, ibi vero non, & faciunt quæ scribunt Dec. cons.
119.circa med.Lambe.de iur.patr.p.1.lib.2.art.11.q.8.n.
3.& hæc quamuis vera sint. In casu autem de quo agitur
adest similitudo, nam quemadmodum ibi consideratur
fraus ita & hic, & sic ratio fraudis videtur extracta ex
d.cap.2.& hæc est mens Doctorum allegatorum, & ita
6 communiter tenetur per omnes, nec obstat quòd præ-
sumi non debet † hæc fraus in infirmo maxime moritu-
ro, l.sed si maritus, §. vlti.ff.qui & à quibus, l.quotiens,
7 §.1.ff.de prob.Soc.Sen.cons.12.num.3.vol.4.cum præsu-
matur memor † salutis æternæ, l.vlt.ff.ad l.Iul.repetund.
Bursatus cons.434.num 19. vol. 4. quia hoc non sufficit
per ea quæ dicit Bald. in auth. si dicatur. C. de testam.&
in cap. sicut. de testib. Bar.in l. siquis in graui, §.1.ff.ad
Sillan. volentes, quòd quamuis aliquis sit in extremis
8 non propterea in factis suis † præsumitur Sanctus Ioan-
nes Baptista, Grammar.dec.42.num.5. Oldrad.cons. 92.
Menoch.cons.39.num.70.& in tract.de arbitr.cas.89.nu.
30. Alciat. de præsump. reg.3. præsump.4.sub.num 4.&
9 ideo † actus factus per infirmum in præiudicium tertij
non præiudicat, Afflictus decis.168.Bart.in l.si quis.§. si
quis moriens.ff.ad Sillan.Menoch. dict. cons. 39. n.44.&
68.vol.1.Mascard. de probat. concl.1047.nu.5.& simile
adducit Rebuff.hic,gloss.13.n.1.& tradit Sarn.q.21.nu.2.
in hac regula.

10 Hinc de fraude dicitur constare † quoties proximus
morti alienat. l.filiæ meæ ff.sol.matrim.vbi gloss.& Bar.
11 Cardin. Paris. cons. 53. num.56. vol.1.Hinc † suscipiens
habitum religionis in morte non videtur profiteri nec
se dedicare, Bal.in auth. si qua mulier. col. pen. ver. 7.
12 quæro, C.de Sacr.sanct. Eccl. Hinc † contrahens matri-
monium cum concubina in articulo mortis, vt filij na-
ti legitimentur non per hoc excluditur substitutus.
Ang.in l.sed & quæsitum ff. de liber.& posth. & in l. nu-
per l.C.de Natu.liber limita, vt per Paris. dict. consilio
13 numero 68. Hinc ingressus monast. factus † in fraudem
substituti non tenet. Abb.Imol. Dec. Ber. & alij omnes
in cap.in præsentia de proba. Paris. dicto consilio 53.nu.
14 56.& ratione vicinitatis † actus præsumitur in fraudem
gestus, l. si venters. in §. in bonis. ff. de priuil. credit.
Bart.in l.post contractum.ff.de donat. Soc Sen. cons.26.
numero 4.volu.3.eò magis cum aliter non constat, vt
in d.cap.2. de renunc. li. 6. vbi renunciauit propter infir-
15 mitatem † grauem, ne præbenda perueniret ad eum qui
habebat ius optandi, vt declarat Card. Paris.d.cons.53.
num. 69. vol. 2.

16 Et hæc ratio fraudis salutem † animarum concernit
Sar.in hac reg.q.3. col.2.

17 Secunda vero ratio, ne de beneficiis † disponatur per
viam successionis, extracta videtur ex cap.1.de præben,
vbi allegaui concordantia, & tradit Rebuff. hac regu.
18 gl.4.col.pen. versic.nec refragatur, nam quamuis † in-
firmis etiam morti vicinis actus legitimi permitantur,
l.senium.C.qui test.fac. poss.l.2.ff.de de testam. Imol.in
l.in aduersa.ff.de testamen. Socin. Senior. consil. 92. nu.
17.libro.3.Dec.cons. 175.num.7.non autem possunt dis-
19 ponere infirmi de beneficiis, renunciando in fauorem, †
arg.can.quamuis.7.quæst.1. dict. cap.1. de præben. & est
20 communis omnium doct.in prax. obseruata, nam † suc-
cessio in Ecclesia Dei est odiosa, & damnata. cap. ad
decorem. cap.ad abolendam, cap.ad extirpandas, de fil.
presb.cap.7.Concr.Trid. sess.25. de reform. Host. incap
præsentium.de fil.presby.quæ Dei enim sunt, † ab homi- 21
ne dari non possunt, cap plerique.8.quæst.1. nam quam-
uis a volontate superioris pendeat admittere vel non
admittere resignationes, tamen vt plurimum de stylo,
& antiqua consuetudine in Curia † admittuntur, & be- 22
neficia resignata prouidentur ad vota resignantium, vt
tradit Cassad. dict. decis. 32. numero 9. in fin.super reg.
& communiter practicari videmus, & hic dicit Rebuff.
in glos.14. quòd oppressus † infirmitate graui facile re- 23
signat, quod secum deferre non potest; vnde huiusmodi
cessio non pendet à voluntate sua, sed quia non pote-
rat diutius illud tenere, & † ideo vult, vt alius habeat post 24
mortem, disponendo causa mortis, l. 1. ff. de don. cau.
mort.

Preterea aliam, & sic tertiam rationem considerauit
Rot. in vna Maioritan. parochialis S. Nicolai, coram
D.Ant.Aug.die 11.& 20. Februarij.ac 27. Martij.1549.
vt per Grass.in recollect.super reg. decis.29. Ne testator
cogitatione † mortis turbatus non bene possit conside- 25
rare de personna idonea pro Ecclesia, namque blandi-
tiis, & consanguineorum, & amicorum suggestione re-
nunciaret, in Ecclesiæ seu beneficij resignati præiudi-
cium, hac ratione Iulius II. Pont. Max. in articulo † 26
mortis recusauit creare Cardinalem quendam affinem
suum prætextu erroris, & insufficientiæ, vt tradit Guic-
ciardinus libro vndecimo historiarum, folio 311.Et Ho-
norius IIII. Roman. † ex nobilissima familia Sauella in 27
infirmitate noluit aliquem de domo sua creare Cardi-
nalem, quamuis instantissimè Pandulphus frater & alij
hoc requirerent, cum nullum præter vnum spatio duo-
rum annorum quo vixit, ad illam dignitatem promo-
uisset, auctor est Garimbert.libro tertio. vit. Cardinal.
cap.secundo & regulariter constituti in infirmitate non
præsumuntur sanæ mentis, † Salicet. in leg. furiosum. 28
Cod. qui testament. facere possunt. Sarnen. in hac reg.
quæstio. vigesima quinta. in fi.

Et aliam assignat Crauet.consil.88. numero. 12. quia
imminet votum captandæ mortis, † quod votum cap- 29
tandæ mortis maximè consideratur, Cardinal. Parisius
consilio.1.num.122.volumine.3.& consilio.26. num.114.
volum. 2.

His enim rationibus sancitum est, vt si resignans mo-
riatur infrà 20.dies † resignatio facta in fauorem cuius- 30
cunq.sit nulla, & beneficium dicatur vacare per obitum,
quod traditum est per Ant. de But.cap.susceptum, num.
13.de rescr.Rom.cons.341.col.2.Io. And.in cap. Audiui-
mus.not.2. de collus. deteg. & Doctores posteriores se-
quuntur vno ore gloss. Sarn. Mand. in hac reg. allegant,
cócordantes, Guliel.Benedict.in repet.cap.Rainutius,n.
26. p. 1. fol. 156. Rebuff. de verb.sign. fol.21.in fin.Cra-
uett. cons. 88. num. 13. Greg. Syntag. iur. lib. 17.num.6.
Put. decis. 92. numer. 6. lib. 2. Menoch. cons. 108.num.
28.vol. 2. & fuit pluries decisum in Rot. & practicatur.
tota die.

Possumus etiam dicere meliori ratione suffulti, hanc 31
regulam esse † extractam ex can.plerique.8.quæst.1.vbi
ex Hilario Papa, in Sinodo Rom. cap.5. hæc verba, ha- 32
bentur. † *Plerique sacerdotes in mortis confinio consti-
tuti in locum suum feruntur alios designatis nominibus
subrogare, vt scilicet non legitima expectetur electio, sed
defuncti gratificatio pro populis habeatur assensu, quod
quàm graue sit, existimate. Atque ideo si placet etiam hanc
licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus, ne quod tur-
pe dictu est, homini quisquam putet deberi quod Dei est,
ab vniuersis acclamatum est, hæc præsumptio nunquam
fiat, quæ Dei sunt ab homine dare non possunt*, de quo
etiam mentionem faciunt Polycarp. lib. 2.tit.18. Ansel.
lib.6.cap.56.Iu. p.5. cap. 104.& ibi Arch & Præpos.nam
antiquo tempore beneficia erant electiua, & aliqui in-
firmi eligebant successores, ex quo non expectabatur
legitima electio. Vnde cum Papa in Sinodo Romæ ce-
lebrara hoc proponeret: fuit per omnes partes deter-
minatum, hoc non licere, cum non possit quis † sibi 33
eligere successorem. cap. 2. &c. Episcopi. eadem cau-
sa, & quæst. cum concord.ibi per gl. & Arch.alleg. Ideo

videtur

videtur ex visceerib. huius tex. hanc. regulam esse extractam, Et fuit declaratum tempus 20. dierum, quod antea non erat expressum, Rebuff. in hac reg. Gl. 2. numero 1. nam ad hoc vt valeat resignario, debet re-
34 signans † superuiuere per 20. dies ita in Gallia resig-
35 nans officium Regale debet superuiuere † per 30. dies, vt scribit Pet. Greg. Syntag. iur. lib. 17. cap. 18. nu. 8. Fran. de Marchi decis. 284. par. 1. Rebuf. hic, gl. in fi. nec mirum,
36 quia † in multis officia æquiparantur beneficiis, & è contra, Dec. in l. vlt. in fin. C. de pact. hæc tamen regula
37 non † habet locum in officiis Curiæ, vt per plura concludit Sar. q. 22.

Lib. 12. qu. 1. num. 1. Ibi, Ob fraudes.

NOn satis mirari possumus, Parisium, hoc loco, pro vna ex principalioribus rationibus, cur Sixti Quinti, Pontificis maximi, Regula de viginti diebus (prout nunc contexta est) emanauerit, hanc attulisse: Ne scilicet Ordinarij, Mandatarij & expectantes fraudentur. Cùm hoc, de nullo prædictorum dici posse, certum sit. [¶] Non quidem de Ordinario, quia ipse, vacantia per simplicem resignationem liberè, causa verò permutationis, compermutantibus tantùm, conferre potest, §. volumus, versic. quòdque, de collat. in concordat. Non etiam de mandatarijs & expectantibus, cùm iamdudum mandata & gratiæ expectatiuæ, sublatæ sint per Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 19. A prædictis tamen excipiendas censemus gratias expectatiuas, seu indulta, quæ olim tam per fœlicis recordationis Eugenium IV. & Paulum III. quàm per quosdam alios, eorundem prædecessores, Pontifices maximos, Illustrissimo Cancellario; amplissimisque Præsidibus, & Consiliarijs supremæ Parisiensis Parlamenti curiæ; libellorum magistris, necnon libellorum Palatinorum Gentibus, Et tam Ciuili, Criminali, & editionum Actuariis, quàm Quatuor à Secretis prædictæ curiæ viris; Instante Christianissimo tùnc regnante Francorum Rege Francisco, huius nominis primo, Auctoritate Apostolica concessa fuere. Illa enim etiamnùm, & in viridi obseruantia, & tantæ auctoritatis existunt, vt & in vim eorum nominati, debitè insinuati, quibuslibet aliis, etiam graduatis, ab vniuersitate quantùmlibet famosa nominatis, præferantur: & eadem ipsa, ius ordinarium, & perpetuum (Caronda teste) effecta sint. Videas etiam de hoc, Dominum Louetum in suis memorialibus, pag. 53. & Molineum super regulis de infirmis resignant. num. 219. pag. 219. circa finem. [¶] Aliud agendo scripsisse videtur hæc Duclosius, cum manifestissimum sit Ordinarios, & mandatarios, ac alios Expectantes fraudari ante hanc regulam per resignationes infirmorum in extremis agentium; Ordinarius enim, resignatione semel, Romæ admissa, non poterat conferre per obitum etiam illicò temporis contingentem, & sic iure collationis imminentis defraudabatur. Mandatarii pariter tempore conditæ regulæ frequentissimi (quibus in Gallia successere Indultarii, nominati ac graduati) aliique expectantes, qui per obitum vacantia acceptare poterant à vacantibus per resignationem in fauorem arcebantur, quibus ideò quadamtenus subueniendum fuit per hanc regulam, vt ad nauseam inculcant eius Commentatores.

Eadem quæst. numer. 32. Ibi, Debet superuiuere per triginta dies.

IMò per Quadraginta dies: vt ex Auctoribus & locis à Parisio citatis liquidò constat, & quotidiè experimur. Verùm hodie regula illa quadraginta dierum, cessat, præstita Regi, seu eius Mancipi, certa annua pensione, quam Pauletam vocant.

QVÆSTIO II.

An huiusmodi Regula sit odiosa, vel fauorabilis.

SVMMARIVM.

1 *Exhorbitans non trahitur de casu ad casum.*
2 *Infirmis morti vicinis legitimi actus permittuntur.*
3 *Infirmus potest contrahere matrimonium.*
4 *Infirmus potest condere testamentum, & transigere.*
5 *Episcopus infirmus potest cedere.*
6 *Collatio Ordinarij est fauorabilis.*
7 *Annullatio actus dicitur pœna.*
8 *Regulæ Cancellariæ sunt stricti iuris.*
9 *Regula de infirm. resignat. est fauorabilis, & iuri consona.*
10 *Iura occurrunt fraudibus.*
11 *Dispositio obuians fraudibus dicitur fauorabilis.*
12 *De iure naturali fraus est prohibita.*
13 *Dispositio obuians fraudibus est conformis omni iuri.*
14 *Dispositio de puniendis delictis fauorabilis, & reipublicæ vtilis.*
15 *Statutum permittens bannitos impunè occidi est fauorabile.*
16 *Dispositio emanans ad publicam hominum vtilitatem, dicitur fauorabilis.*
17 *Dispositio ad vitandum peccata fauorabilis, etiamsi adesset pœna.*
18 *Fauorabilis dispositio, volens vt instrumentum rogetur per Notarium Archiuistam.*
19 *Constitutio de publicand. fauorabilis.*
20 *Regula de infirmis emanauit ad tollendas fraudes.*
21 *Regula de infirmis concernit animæ vtilitatem.*
22 *Infirmi non possunt disponere de beneficijs.*
23 *Quod principaliter agitur, attenditur ad iudicandam dispositionem fauorabilem, vel odiosam.*
24 *Dispositio potest diuersis respectibus iudicari fauorabilis, & odiosa.*
25 *Quod principale est attenditur.*
26 *Senatusconsultum Velleianum quare fauorabile existimetur.*
27 *Statum, quòd masculi fœminas excludant, est fauorabile.*
28 *Regulæ Cancellariæ sunt stricti iuris, quando sunt contra ius.*

SEcundò quæro, an hæc regula sit odiosa, vel fauorabilis? Vtilis est quæstio, vt sciamus an sit iuri conformis & quam interpretationem recipiat.

Quod sit odiosa, & exhorbitans à iure communi, tenuit Dec. cons. 224. col. 1. sub num. 1. vers. ad hoc, vbi dicit esse contra ius commune, & vers. nec obstat, vbi inquit per ius commune fraudi esse prouisum, & regula taxans terminum 20. dierum est contra ius commune, & fundata in sola voluntate Pontificis, cui ita placuit statuere, quod enim non habet aliam rationem, nisi quia ita placuit statuenti non † trahitur de similibus ad simi- 1
lia, gl. in l. 1. §. pueritiam, in verb. ratus. ff. de postul. Bal. in l. 2. col. 2. vers. ex quo not. C. de iur. dot. & hanc opinionem tenet Sarn. in hac reg. q. 9. & q. 13. col. 3. & q. 19. & q. 38. vbi dicit illam exhorbitantem Mandos. in ead. reg. q. 1. à nu. 4. vsque in fi. & q. 15. num. 5. & q. 11. in fi. & q. 3. col. 4. & q. 18. Cassad. decis. 32. nu. 4. super reg. Rom. cons. 342. quoad primum. col. 1. vers. cum igitur, Grammat. de offi. & potest. Leg. à lat. lib. 6. tit. de pens. q. 24. num. 634. cum seq.

Pro qua opin. primò adducitur, † quia infirmis etiam 2
morti vicinis legitimi actus permittuntur, l. senium, Cod. qui test. face. poss. Ang. in l. in fraudem, §. 1. ff. de milit. test. & ideo possunt contrahere † matrimonium. Io. 3
And. in cap. sine culpa. de reg. iur. lib. 6. Abb. in cap. 2. de coniug. lepr. communis teste Alexand. in l. siquis posthumus, ff. de lib. & posthum. condere † testamentum, & 4
transigere l. sanum mente, cap. de transact. Imò. Episcopos dum † est infirmus, potest cedere, c. quamuis, 7. 5
quæst. 1.

Secundo, quia quatenus addit, & exprimit tempus non potest inficiari, quin sit exhorbitans, Dec. d. cons. 224. vers. nec obstat.

Tertiò, quia collatio † Ordinarij est fauorabilis

c. nullus. 16. quæstio 7. Zaberell. in cle. 1. & lit. pen-
den. quæstio 14. in fi. Cum igitur regula tollat etiam
resignationes factas in manib. Ordinariorum, videtur
odiosa.

7 Quartò, † quia anoullat actus, quæ pœna dici po-
test, l. senatus, ff. de contrahen. empt. Bald. in l. non
dubium, col. 2. ff. de legib. Abb. in cap. 2. oumer. 5.
de const.

8 Quintò, quia regulæ, † Cancellariæ sunt stricti iu-
ris. Cassad. dec. 16. nu. 5. & dec. 23. oum. 6. de præb. Sarn.
in 2. qu. procem. reg. uum. 4. Card. Paris. cons. 19. nume. 3.
& seq. vol. 4.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
existimo veriorem, hanc regulam † esse fauorabilem,
9 & iuri consonam, vt tenet Sarn. sibi contrarius in hac
reg. quæst. 17. & quæst. 21. Rebuff. in ead. reg. gl. 4. num.
9. & hæc opinio placuit dominis de Rota, io vna Imol.
Canonicatus, & preben. die 21. Aprilis, 1578. cotam
Cantuccio, quamuis nihil super hoc voluissent deter-
minare.

Et primò probo quia huiusmodi regula principaliter
emanauit ad tollendas fraudes, & omnia iura fraudibus
10 † occurrunt, & illas prohibent, l. si cui. ff. de seru. l. in
fundo, ff. de rei vend. cap. vlt. de postu. l. cum hi. ff. de
11 transac. & ideo dispositio obuians fraudibus † dicitur
fauorabilis. Fel. in cap. de quarta colum. 5. io fi. de
præscr. Cap. decis. 15. num. 7. par. 2. & conformis iuri
12 naturali, secundum quod fraus † est prohibita, Bal. in
auth. ingressi, num. 24. in fi. C. de Sacrosan. Eccles. &
13 alijs, iuribus, † vt per Caputaq. decis. 215. numer. 1. &
2. p. 3.

Hinc dispositio de puniendis delictis, seu illicitis
14 coercendis, dicitur † fauorabilis, & reipublicæ vtilis,
l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. l. congruit. ff. de off. præ-
sidis, Bar. in l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib.
11. Rom. cons. 105. col. vlt. vers. igitur, Dec. in cons. 65.
col. 2. & in l. factum suum, §. in pœnalibus, ff de reg.
15 iur & hac ratione statutum † permittens bannitos impu-
nè occidi posse dicitur fauorabile, Bal. io l. omnes po-
puli, in 2. q. 3. q. pri. n. 23. ff. de iust. & iur. Alber. de Ro-
sa. in tract. stat. 4. p. q 20. Nell. io tract. bannit. in 1. p. se-
cundi temp. in princ. Dec. cons. 327. nu. 5. & communi-
ter Doct. Et dispositio quæ emanauit ad publicam homi-
16 num † vtilitatem, dicitur fauorabilis. Dec. in cap. Eccle-
siæ Sanct. Mariæ. io fi. vers. & materia fauorabilis, de
Const. Alex. cons. 171. col. 2. vers. fortificatur, li. 3. Bal. in
l. 1. in 5. not. C. de nou. cod. facien. Et dispositio quæ
17 emanauit ad vitandum † peccata, & obuiandum illis,
& consulendum animæ dicitur fauorabilis, & extendi-
bilis etiam si esset in ea pœna, gl. in cap. sciant cuncti,
in verb. alios, de elec. lib. 6. Io. Aod. in cap. ex tenore,
qui fi. sint. leg. vbi Abb. reputat hoc singulare & obliuio-
ni non tradendum. Ias. io l. cum quidam, col. 5. vers. 1.
ergo limita, ff. de lib. & posth.

18 Hinc fauorabilis † dicitur dispositio per quam dispo-
nitur, quòd instrumentum rogetur per Notarium Ar-
chiuistam, & non valeat nisi sit registratum io memoria
librorum Archiuij, cum facta videatur fauore pub. vti-
litatis, vt fuit resolutum in voa Romana obseruationis
contractus coram Card. S. Crucis, 1. Iunij, 1551. teste Ca-
putaq. dec. 16. p. 2. & decis. 215. p. 3.

19 Hinc Constitutio, † de publicandis resignationibus
dicitur fauorabilis, quia obuiat fraudib. Caputaq. decis.
319. li. 1. io manusc. & dixi latè lib. præc. quæ omnia cum
in terminis huius regulæ concurrant, dicetur regula fa-
uorabilis, & iuri consona, eò magis, quia vt dixi extra-
cta est ex cap. 2. de renun. li. 6. ex ca. 1. de præb. ex ca, ple-
20 rique. 8. q. 1. † vt tollantur fraudes, & ne per viam suc-
cessionis de beneficijs disponatur, eò magis cum dicat
21 Sar. q. 3. col. 2. & Rebuff. d. glos. 4. in fi. concernere † animæ
vtilitatem, vnde debet dici fauorabilis, Abb. in cap. ni-
hil, num. 9. de elect. Socin. cons. 97. colum. 2. lib. 1. Bar.
in l. nemo potest, num 8. ff. de leg. 1. & in l. 1. num. 30. C.
de Summ. Trin. & fid. cathol. & in hoc hodie communi-
ter concordant Doct.

Nunc autem respondendum est ad contraria, & pri-
mò, non obstat, quod infirmis licitì sunt actus legitimi,
quia respondetur, illam propositionem habere locum
in casibus a iure expressis, vt dictum est de testam. &
transactione, non autem in hoc vt disponant de benefi-
cijs, † cum hoc sit omni iure prohibitum, cap. 2. & ca. 3. 22
8. quæst. 1. & est communis opinio omnium Doctorum.

Nec obstat c. quamuis, 7. quæst. 1. quia loquitur de
renunciatione simplici, non autem de ea quæ fit in fa-
uorem, vel respondetur, illum tex. io hoc esse modifi-
catum, vt infra dicetur, vel illum procedere de speciali
gratia Papæ.

Nec obstat consideratio Decij, quòd dum exprimit
tempus 20. dierum est contra ius commune, namque
respondetur ad considerandam dispositionem odiosam,
vel fauorabilem esse attendendum, † quod principaliter 23
agitur, l. si quis nec causam, ff. si cer. pet. Cal. cons. 14.
de verb. sign. Caputaq. optime d. decisio. 15. numer. 6.
p. 2. & d. decisio. 215. numer. 8. p. 3. Sed. principaliter
emanauit hæc regula ob fraudes, & ne disponatur per
viam successionis de beneficijs. Cass. dec. 32. nume. 10.
super regulis, & alij supra allegati, ergo hoc attenden-
dum est, & ideo quamuis aliqua dispositio posit † di- 24
uersis respectib. iudicari fauorabilis, & odiosa, Bal. in
l. venia. post gl. C. de io ius voc. Dec. cons. 258. n. 9.
Cur. Iun. cons. 5. num. 34. & cons. 7. oumer. 2. tamen
semper id quod † præcipuum seu principale est, consi- 25
derari debet, ita Mandos. de Annali qu. 3. nu. 7. arg. l.
nauis auersa. ff. ad leg. Rho. de iact. l. 1. io princ. ff. de auct.
tut. l. vlt. §. fructus, ff. quæ in fraud. cred. & ideo Senatusc.
Velleianum † fauorabile existimatur, quia principaliter 26
introductum est in fauorem fœminarum, licet odium, &
damnum inferat his qui eas pro intercessoribus acci-
piunt, Cal. cons. 14. de verb. sign. Do. in l. qui exceptio-
nem, ff. de cond. iodeb.

Et statutum quod † Masculi fœminas excludant, quia 27
in fauo..m masculorum principaliter emanauit, & pro
conseruandis bonis in familia, licet concernat odium
fœminarum, dicitur tamen fauorabile attenta ratione
principali, Anch. cons. 112. post nu. 6. Anania cons. 69.
Ang. cons. 58. nume. 4. Crauet. cons. 118. numer. 10. Cur. iu.
cons. 87. num. 5. Ber. cons. 14. oumer. 9. lib. 2. Soc. Iun. cons.
10. num. 3. vol. 4. & hæc est magis communis opin. vt per
Viui. comm. opi. verbo statutum excludens, Vasq. de.
succ. p. 2. in princ. Rim. Iun. ad Rim. Sen. cons. 223. num. 12.
& seq. vol. 2. Bursat. cons. 93. nu. 7. vol. 1. quicquid volue-
rint alij a quos citat.

Ad tertium patet responsum ex allegatis suprà. Ita
etiam ad quartum, non obstat quinto, quòd reg. Cancel-
lariæ sint stricti iuris, quia id † procedit quatenus sunt 28
contra ius vt per Sar. in procem. reg. q. 2.

Lib. 12. qu. 2. nu. 23. Ibi, Ac disponatur per viam suc-
cessionis in beneficijs.

ET quia quando beneficium per puram, & simplicem
resignationem, in manibus Ordinarij factam vacat,
via successionis de illo non disponitur: Cum præsertim
Ordinarius, eo casu illud (vt modo diximus) liberè con-
ferre possit; Nec sic prouisus, quicquàm à resignante, sed
vniuersum ius, à superiore conferente accipiat. Mascar-
dus de Probat. conclus. 1402. num. 10. (licet in prouiso
ex resignatione tàm causa permutationis, quàm in fauo-
rem, aliud dicendum esse, Molineus ad regulam de infir-
mis, resignant. num. 90. censeat) hinc fit, vt suprema
Galliæ Tribunalia, insequendo concordata, hanc regu-
lam, quoad simplices resignationes, cessante fraude fa-
ctas, in Ordinario (si quoquè, graduatorum nominato-
rum non intersit) locum non habere, pronunciant.

quæst. 2. nu. 9. Hanc Regulam esse fauorabilem.

¶ MAior tamen in tribus reliquis Cancellariæ Roma-
næ de public. Resig. de verisimili notitia obitus, &
de non tollendo ius alteri quæsitum apud nos, vt legibus
Regni receptis Regulis, fauor vel ex eo conspicitur quod

Digitized by Google

nunquam à Summo Pontifice saltem cum effectu (nisi occasione resignationis regulæ de verisimili deroget) huic verò de infirmis Resignantib. semper, & validè etiam à legato hanc facultatem habente derogetur; Adeo vt vana fere, & omnino ociosa sit effecta in Gallia, vbi locum nunquam habet in Ordinario, vt infra dicemus, nec etiam in Summo Pontifice, vel legato ob derogationes ex stylo appositas solitas, & vsu receptas, etiam in præiudicium quorumuis Expectantium cessante fraude, vt latissime tradit Molin. ad eandem regulam, num. 33 110. & 188. vno duntaxat casu excepto, videlicet cum præsentatio, electio aut collatio adueniente vacatione ad Cardinalem spectat, in cuius præiudicium derogatio non recipitur ob indultum Cardinalibus Concessum, & in Senatu Parisiensi Regia auctoritate verificatum. Louet. litera D. num.15. Feuret. de abusu, lib. 2. cap. 5. num. 10.

QVÆSTIO III.

Quorum beneficiorum debeat fieri publicatio Resignationum, an Reseruatarum, iurispatronatus, Consistorialium, Electiui, Litigiosi, Hospitalis, Regularium.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis habet locum in omnibus beneficijs.*
2 *Regula de infirmis habet locum in Dignitate.*
3 *Verbum,* Beneficium, *latè intelligitur.*
4 *Regula de infirmis habet locum in beneficio regulari.*
5 *Regula de infirmis habet locum in Hospitali.*
6 *Beneficia simplicia quæ.*
7 *Regula de infirmis, habet locum in præceptorijs.*
8 *Præceptoria venit appellatione beneficij.*
9 *Idem ius, vbi adest eadem ratio.*
10 *Regula de infirmis habet locum in beneficijs patrimonialibus.*
11 *Beneficia patrimonialia verè sunt beneficia.*
12 *Patrimonialia beneficia quare dicantur.*
13 *Expediret vt omnia beneficia essent patrimonialia.*
14 *In Concilio Tridentino fuit disputatum an omnia beneficia essent efficienda patrimonialia.*
15 *Regula de infirmis an habeat locum in iurepatr. affirmatiuè, num. 42.*
16 *Regula de infirmis loquitur de collatione.*
17 *Collatio, quæ proprie dicatur.*
18 *Habens facultatem conferendi, potest conferre cui vult.*
19 *Collatio dicitur donatio.*
20 *Vbi verba non conueniunt, neque dispositio.*
21 *Magna differentia inter institutionem, collationem, & præsentationem.*
23 *Necessarium antecedens videtur prohibitum.*
24 *Præsentatio est antecedens ad Institutionem.*
25 *Verbum collatio, comprehendit præsentationem.*
26 *Cap. Auaritia, de elect. libr. 6. habet locum in præsentatione.*
27 *Cap. 1. vt lite. pend. libr. 6. habet locum in præsentatione.*
28 *Regula de publicandis habet locum in benef. iurispatronatus.*
29 *Verbum* collatio, *positum in impetratione strictè interpretatur.*
30 *Verbum* collatio, *positum in regula de infirm. latè accipitur.*
31 *In fauorabilibus fit extensio.*
32 *Moriente resignante beneficium iurispa. infrà 20. dies Patronus potest iterum præsentare.*
33 *Nullum non præstat impedimentum.*
34 *Electio nulla, non producit effectum.*
35 *Vnio nulla non præstat impedimentum.*
36 *Per obitum præsentati ante institutionem non vacat beneficium.*
37 *Ex morte vnius vacat beneficium quod erat suum.*
38 *Patroni debent præsentare in beneficijs Iurispatronatus.*
39 *Regula de infirmis habet locum in benef. reseruato, electiua & litigioso.*
40 *Regula de infir. habet locum in beneficijs Consistorialibus, de quibus disponit Papa extrà Consistorium.*
41 *Resignatio Consistorialium publicanda.*
42 *Regula de infir. non habet locum in Consistorialibus, quando de eis disponitur in Consistorio.*
43 *Fraus cessat in his quæ fiunt in Consistorio.*
44 *In præsentia principis non curatur de subtilitatibus.*
45 *Coram principe ordo iuris non seruatur.*
46 *Regula de infir. non habet locum in Episcopatu.*
47 *Beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium.*
48 *Regula de infir. habet locum in beneficijs vnitis.*
49 *Vnio ad quid inuenta.*
50 *Reuocatio beneficij vniti in cuius fauorem cedat.*
51 *Cessio beneficij vniti absque derogatione vnionis, non tenet.*
52 *Suspensiua vnionis valde operatur.*
53 *Regula de infir. non habet locum in translatione pensionis.*
54 *Pensio non renunciatur sed transfertur.*
55 *Pensio non venit appellatione benefic.*
56 *Differentia inter benefic. & pensionem.*
57 *Pensio potest transferre in articulo mortis.*
58 *Regula de infirmis habet locum in cessione Iuris.*
59 *Regula de infirmis quare inuenta.*
60 *Per renunciationem inceès, quis acquirit commodum.*
61 *Paria sunt habere ius & rem.*
62 *Regula de infirmis non habet locum in officijs Curiæ.*
63 *Regula de infirmis non habet locum in Imperatore.*
64 *Regula de infirmis habet locum in officijs secularibus.*

TErtiò quæro, an in omnibus beneficijs hæc regula habeat locum? communis opinio est † affir- 1
matiua quam tenent hic Sar.q.1.&q.6.in fi.Rebuf.
gl.5.& Doct.supra allegati siue † beneficium sit simplex, 2
siue curatum, siue etiam sit dignitas. Rebuf.d.gl.5.& hoc
ponderando verbum beneficium, quod late intelligitur
† & comprehendit etiam dignitates, gl. in reg. 1. de reg. 3
iur. lib.6.& in Clem. auditor de resc. verbum enim est
generale complectens omne genus beneficiorum. Crauet. conf. 494.n.1. siue sit sæculare † siue regulare, Re- 4
buff.d.gl.5. etiam si sit hospitale, † Rebuff. in eadem gl.5. 5
Anast. Germ. in tract. de Indult. §. regularia, n.33. & Cappella & Cappellania, altare atque oratorium, Sarn.q.23.
Rebuff.d.gl.5. nam hæc cum dantur in titulum † sunt be- 6
neficia simplicia. Abb. in cap. recolentes, ver. altaria. de
sta. monac. Gem. in ca.1.col. vlt. de consu. lib.6. Dec. conf.
410. viso puncto. col.1. Abb. in cap. vl. in fi. de cens. latè
Sar.d.q.23.& est communis opinio. Aliqua tamen sunt
explicanda dubia circa hanc quæstionem occurrentia,
& Primum, An Præceptoriæ comprehendantur sub hac
regula? affirmatiuè † est respondendum, prout conclu- 7
dit per plura Mandos. in hac reg. q.20. vbi num. 8. dicit
ita resolutum in Rot. die 14. Nouembris, 1548. in vna
Cæsaraugu. & est ratio quia † appellatione beneficij 8
veniunt præceptoriæ, vt vult Cor. conf. 66. num. 2. &
seq. lib. 3. Soc. Sen. consil. 32. nu. 11. & 17. lib. 2. Lap. alle.
47. Paris. conf. 125. n. 17. vol. 4. accedit quia potest considerari eadem ratio fraudis in resignationib. quæ fiunt
de dictis præceptorijs, vnde idem ius † est statuendum, 9
l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secundum, an comprehendat beneficia patrimonia-
lia? communis opinio est affirmatiua: † quam tenent 10
Sar. hic quæst. 21. Mand. q. 15. tùm quia in his viget ea-
dem ratio fraudis & successionis, tum etiam quia hæc
beneficia patrimonialia cum dentur in titulum, † verè 11
sunt beneficia Ecclesiastica perpetua, Fel. in cap. postulasti, num. 5. de resc. post Ioan. And. col. 2. Abb. & Ioan.
And. in cap. si pauper. gl. 2. nu. 2. de præb. lib. 6. communis

opimo teste Sel. de benefic. p. 3. quæstio 12. oume-
ro 27.
12 Dicuntur † patrimonialia, quia patrimoniales, & na-
turales ex locis alla debent consequi cum vacant,
Cast. decis. 8. de præb. Sar. de non toll. iur. quæsit. q. 1. n. 10.
communis stylus, vt per Mandos. d. q. 15. nu. 13. & 17. &
13 Sanctissimum ac Reip. consoltissimum esser, † vt omnia
beneficia cuiuscunque Ecclesiæ patrimonialia efficeren-
tur, Couar. lib. pract. quæst. c. 35. sub numer. 5. Sarn. de
14 idiom. q. 1. Sel. de benef. p. 2. q. vlt. & p. 3. q. 26. quod † fuis-
se consultatum io Conc. Trid. attestatur Do. Sot. lib. 3. de
iust. & iur. q. 7.
15 Tertium dubium, an † habeat locum in beneficio iu-
rispatronatus ? Dec. io facti cootingentia, respondit ne-
16 gatiuè cons. 224. quia loquitur de collatione † benefi-
cij ibi, *Ipsum beueficium conferatur*, & ibi *Collatio hu-*
17 *iusmodi uulla sit.* Collatio enim tunc propriè dicitur †
cum aliquis Prælatus, qui habet potestatem, peouidet
18 alicui de beneficio absque præsentatione. Abb. in cap.
ex frequentib. col. 2. de inst. & † cui vult. Abb. in cap.
19 auctoritate. col. 1. de Instit. & ideo † dicitur donatio, cap.
cum accessissent, de const. In beneficio autem iurispa-
tronatus superior prouidet ad præsentationem Patroni:
ergo verba regulæ, quæ præcisè loquuntur de collatio-
ne non videntur habere locum in institutione, de qua
20 agitur, cum verba † non conueniant. argu. l. hos accu-
sare. §. omnib. ff. de accus. l. 4. §. toties. ff. de damn. infec.
21 inter enim collationem, † institutiooem & præseota-
tionem magna est differentia, cap. cum in illis §. cum
autem, lib. 6. de præb. Secundò quia regula est exhor-
bitans & deuians à iure communi ideo, &c. & pro hac
opinione videtur concludere Sarn. in hac reg. quæst. 17.
num. 8.
22 His tamen † non obstantibus contraria opinio est ve-
rior & communis, vt renuncians beneficium etiam iu-
rispatronatus comprehendatur sub hac regula, vt fuit
resolutum in Rota in vna Parmen. beneficij coram Can-
tuccio die Lunæ 18. Februarij 1585. & tenuit alias Rot.
teste Sarn. in addit. manuscr. ad dictam quæst. 17. Prob.
in addit. ad Io. Monac. dict. cap. cum in illis, numero
54. de præb. lib. 6. Rebuff. in tract. nomio. quæstio 16.
in fi. & hic Gl. 14. numero. 6. Caputaq. decis. 36. nume-
ro 13. p. 3. vbi dicit reprobari cons. Dec. supra alleg.
Nam ex quo ista regula annullat collationem, per con-
23 sequens videtur prohibere omne necessarium † antece-
dens. l. oratio. ff. de sponsal. cap. solitæ, de maior. &
obed.
24 Sed præsentatio est antecedens † ad institutionem, er-
25 go, &c. Et quia verbum collatio, comprehendit largo
sumpto † vocabulo præsentationem, Rot. decis. 27. de
præb. in nou. Gl. in cle. 1. verb. conferatur, ad, fi. de re-
rum permut. quam sequuntur Panl. & Card. qu. 22. Imol.
col. 3. vers. vlt. quærit.
26 Hinc tex. in cap. auaritiæ, de elect. lib. 6. licet loquatur
in electione habet locum † in præsentatione. Lap. alleg.
8. Cal. cons. 8. de elect. & fuit resolutum in Rot. die 13.
Ianuarij 1533. coram Crescentio in vna Salamantin. ca-
pellaniæ. ita tex. io cap. 1. vt lit. pend. lib. 6. licet non
27 faciat † mentionem de præsentatione, tamen ob pari-
formem rationem, habet locum in his beneficiis iuris-
patronatus. Roc. de Curt. in tract. iurispat. verb. hono-
rificum, q. 23. & fuit resolutum in Rot. in vna Barchinon.
beneficij, S. Christophori coram eod. Crescentio, die 26.
Nouembris, 1535. His postremo accedat, quia eadem ra-
28 tio fraudis potest quoque in his beneficijs adesse, vt in
simili de reg. de publicandis † fuit resolutum in Rot. in
vna Conchen. Cappel. veneris 14. Octobris 1581. coram
Dezza teste Caputaq. dec. 36. p. 3.
Ex quibus patet responsum ad primum argumentum
adductum per Dec. Non obst. d. §. cum autem, cap. cum
29 in illis, quia loquitur quando verbum, † collatio, po-
nitur in impetratioonibus, non autem quando po-
nitur in lege quia tunc institutionem, & omnem mo-
dum prouidendi comprehendit. ita declarat Caputaq.
d. decis. 36. num. 16. par. 3. & quòd verbum, collatio po-
situm io hac regula † generaliter accipiatur etiam pro 30
institutione, & qualibet alia prouisione, tenet Rebuff.
hic gl. 14. num. 6.
Noo obstat secundum, quia retorquetur in contra-
rium, nam vt suprà quæstio. præced. peobauimus, re-
gula est potiùs fauorabilis, & iuri consona. Vnde de-
bet † fieri extensio. Caputaque dec. 319. liber 1. in ma- 31
nuscrip. Quare concludendum est, quòd si fiat renun-
ciatio iurispatronatus, & resignans moriatur infra 20.
dies, beneficium vacat per obitum, & non per resig-
nationem, non obstante quacunque collatione facta
etiam ad præsentationem patroni, & patronus qui præ-
sentauit per renunciationem beneficij iuris patronatus
factam in manibus Ordinarij, vel Papæ si resignans mo-
riatur infrà 20. dies, potest iterum præsentare † per obi- 32
tum illius resignantis, vt fuit resolutum in Rot. coram
D. Aug. 26. Maij, 1541. teste Sarn. in addit ad reg. de-
cis. 11. Et ratio est, quia cum resignatio † fit nulla, ex 33
regula, oullum pezitat impedimentum. cap. illud. de
iur. pat. regul. non. præstat, de reg. iur. in 6. vt etiam io
simili casu de electione † nulla scribit Cald. cons. 14. 34
tit. de rescr. & de † vnione nulla, idem Cald. cons. 29. de 35
præb. Oldrad. cons. 219. Hugo. Et si iste præscotatus mo-
riatur, quia per solam præsentationem ante † institu- 36
tionem acquiritur ad rem, per obitum ipsius oon vacat
beneficium, vt fuit resolutum in vna parochiali Sanctæ
Mariæ coram Thoma de Tanis die 27. Nouembris, 1541.
teste Sarn. in addit. ad reg. decis. 9. in manuscrip. quia
ad hoc, vt vacet beneficium, † debet esse suum, Arch. 37
in cap. si electio, de elect. Selo. de benef. p. 3. quæstio
53. Ex quibus etiam nota, quòd in ista vacatione per
obitum, non possunt statim Papa, vel Ordinarius con-
ferre liberè, sed ad præsentationem patronorum, qui
præsentabunt per † obitum, vt fuit pluriès resolutum 38
in Rot. in d. Parmen. coram Cantuccio 18. Februarij,
1585. faciunt quæ scribunt Inn. in cap. vlt. de renun. Abb.
in cap. significatum. col. 2. de præb. reliqua verò quæ ad
hanc materiam pertinent, vide per Sar. d. q. 17. n. 3. vers.
pro resolutione, vsque ad finem.
Quartum dubium, an habeat locum † in beneficio re- 39
seruato, electiuo, & litigioso ? communis responsio est
affirmatiua, quam teneot Doct. suprà citati colligendo
hoc ex generalitate verbi, beneficium, positi in hac re-
gula, iuxta ea quæ scribit Crauet. cons. 294. num. 1. &
308. col. 4. & 5. & quia eadem ratio fraodis potest in his
beneficiis coosiderari, ita quoque tenet Rebuff. in hac
reg. Gl. 14. num. 6.
Quintum dubium, An comprehendat resignantes be-
neficia Consistorialia ? distinguendum esse existimo,
quòd aut de dictis Beneficiis † Consistorialibos dispo- 40
nit Summ. Pootifex extra Consistoriom, & hoc casu exi-
stimo affirmatiuam opinionem esse veriorem, & de sty-
lo obseruatam, quia viget eadem ratio fraudis. Ita in
simili quoties disponitur de beneficiis Consistorialibus
† extra Consistorium, tunc resignationes illorum sunt 41
publicandæ, vt dicitur expresse in Const. 87. Greg. XIII.
§. ceterum, & diximus lib. præced. aut vero, de dictis
beneficiis Consistorialibos dispooit Summ. Pont. in † 42
Coosistorio, & tunc vera est negatiua opinio, vt re-
nunciantes talia beneficia non comprehendantur sub
hac reg. vt tenuit Sarn. hic quæst. 14. num. 2. vers. bre-
uiter puto.
Et ratio est, quia † tunc cessant fraudes, arg. l. om- 43
ninm, C. de test. cum de illis etiam per obitum vacanti-
bus Ordinarij prouidere non possint, neque illa expe-
ctantes accipere valcant: cum Ordinarij, & expectan-
tes non fraudentur per huiusmodi resignationes, eo ma-
gis, quia hæc beneficia non consueuerunt priùs conce-
di, quàm per Summ. Pont. & S.R.E. Card. & persona re-
signatarij approbata fuerit, vt diximus lib. 8. ex quo
cessat non solum ratio fraudis, sed etiam successionis
cum dicta beneficia non per supplicationem, sed per
cedulam ad relationem conferantur, & persona vide-
tur electa à Sum. Pont. & esto, quòd aliqua sinistra sus-
picio côsiderari possit, præsentia, & certa scientia Papæ

purgat omnem suspicionem, & ideo non est necesse, vt
seruetur subtilitas huius regulæ, Bal. in l. rescr. in 3.
colum. C. de prec. imp. offer. vbi dicit, quòd in Consi-
44 storio † Principis non curatur de subtilitatibus iuris,
quia ibi attenditur magis veritas quàm iudiciorum ri-
45 tus, & ideo dicimus, quod coram Principe † ordo iuris
non seruatur, cap. ad petitionem. de accus. Bal. in l. vlt.
C. de leg. Inn. in cap. in causis. de re iud. & in cap. 1. de lit.
contest. ita etiam pari ratione huiusmodi beneficia cum
prouidentur in Consistorio per resignationem non egēt
publicatione, vt fuit resolutum in Rot. & dixi lib. præ-
ced. Solet tamen Cancellaria ad maiorem cautelam da-
re derogationem huius regulæ in his beneficijs, teste
Sam. d. quæst. 14. in princ.
Ex quibus etiam infertur, quòd non solum Abbatiæ,
& Prioratus si prouidentur in Consistorio, non inclu-
46 duntur sub hac regula, sed etiam † Episcopatus, Ar-
chiepiscopatus, Patriarchatus, ob rationem allegatam,
& maiorem, arg. auth. multo magis, C. de sacr. sanct.
Eccl. & ita tenet Hier. Gabr. cons. 193. numero. 8. ver.
quoad secundam, vol. 2.
Sextum dubium, An beneficia vnita comprehendan-
tur sub hac regula; Sar. hic. qu. 15. tenuit negatiuam
47 ex eo quia beneficium † vnitum, non dicitur amplius
beneficium, Rot. decis. 10. de reb. Eccl. non alien. in an-
tiq. Mar. Soc. Sen. in cap. sicut vnire, ar. 8. quæst. 12. de
exc. præl. Gem. in cap. sunt personæ, §. vlt. colu. vlt.
de priu. lib. 6. & sic cedens tale beneficium nihil di-
citur resignare. In contrarium tamen est veritas, vt
48 colligitur † ex verbis additis ad hanc regulam per
Paul. III. *Seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni con-
senserit*, quæ verba comprehendunt, quoties vnio esset
49 facta ad vitam alicuius, quæ est inuenta † ad effectum,
vt quis possit assequi, & retinere incompatibilia, quæ
alias non posset, Gem. cons. 38. num. 11. Cassad. decis.
33. num. 5. super reg. vbi etiam dicit, quòd est quædam
dispensatio paleata, nam si iste consensit dissolutioni
vnionis, vtique habet locum regula nostra, & hunc ca-
sum fuisse valde dubium ante declarationem tradit
Mand. qui hoc tenet qu. 10. num. 5. Rebuff. gl. 8. vers. at si.
Idemque esset si quis beneficium resignat ad effectum vt
vniatur alicui loco etiam pio, namque si moriatur infra
20. dies, beneficium vacabit per obitum & non per re-
signationem, ita Mandos. d. qu. 10. n. 2. quia comprehendi-
tur in ratione regulæ, & in verbis, siue dicamus hanc
esse veram resignationem siue dimissionem, cum loqua-
tur regula de quacumque dimissione.
Si vero habens tale beneficium, illud resignat sim-
50 pliciter vel in fauorem † loci vniti hoc casu siue habeat
locum regula, siue non, idem effectus resultat, namque
statim post cessionem cum titulo illius beneficij, cui
vnio facta est confunditur, & efficitur vna massa, Re-
buff. in prax. tit. de vnionibus, nam militat eadem ra-
tio fraudis.
Si verò habens tale beneficium vnitum illud resignat
51 in fauorem alterius, & hoc casu si non † adest deroga-
tio vnionis, cessio non tenet, Bellam. in trac. permut. in
3. p. & est communis opinio, vt diximus lib. 2. si vero
52 adest derogatio, & suspensiua † vnionis, tunc non tol-
litur, sed differtur vnio, & valet cessio ad fauorem il-
lius cui facta est, Mandos. in prax. sign. grat. tit. resign.
col. 4. & communiter practicatur.
Et per consequens tali casu habebit locum huius-
modi regula, nam si moriatur resignans infrà 20. dies,
beneficium vacabit per obitum, & non per resignatio-
nem, & effectus est maximus, quia stante hac vacatione
resignatarius excluderetur, & beneficium illud incorpo-
rabitur corpori cui facta est vnio. Rebuff. hic in glos. 8.
in prin. & hæc opinio seruatur in praxi, & ab ea non
est recedendum in iudicando, & consulendo.
Septimum dubium an trāslationes pensionis compre-
53 hendantur sub hac regula? communis opinio † est ne-
gatiua vt translatio pensionis sit valida, & si transferens
moriatur infrà viginti dies, quam opinionem tenuit
Rot. tempore Leonis X. teste Sam. hic quæst. 16. &
fuit resolutum in vna Gadicen. pensionis de mense Maij,
die 13. 1541. coram Tho. de Tanis, teste Mandos. quæst.
11. in fin. vbi post multa quæ adducit, videtur pro hac
opinione concludere, attestatur etiam Sarn. in addic.
ad regul. decisio. 8. nam regula loquitur de renuncia-
tione, & pensio † non renunciatur, sed transfertur de 54
licentia Papæ, & quia pensio non est propriè benefi-
cium, vt in qualibet † materia etiam stricta appellatio- 55
ne illius veniat, vt latè probat Mandos. dict. quæst. 11.
& magnam † esse differentiam docet Sarn. d. quæst. 16. n. 56
2. 3. & 4.
Accedat præterea quia regulariter in gratijs transla-
tionis pensionis solet concedi, vt possit transferri etiam
in articulo mortis, ex quibus verbis tollitur omne du-
bium, vt non sit necessarium, vt transferens viuat per
20. dies, imò pensio potest † in articulo mortis trans- 57
ferri etiam si non sit data huiusmodi facultas, vt fuit
resolutum in Rot. in d. Gadicen. pensionis die. 23. Mar-
tij, 1541. teste Put. dec. 5. de pension. in manusc. & de-
cis. 138. lib. 1.
Octauum dubium, an hæc regula procedat in eo qui
renunciauit iuri suo quæsito † in aliquo beneficio vi- 58
gore alicuius gratiæ, vt quia resignauit ius quod habe-
bat per solam supplicationem signatam, nec habebat li-
teras expeditas nec etiam pensionem? Vera conclusio,
& communis est affirmatiua, vt si talis cedens moria-
tur infrà 20. dies &c. quam opinionem tenuit Rot. in
vna Valentin. die 13. Martij. 1514. teste Sarn. hic quæst.
18. numero. 2. vers. istis tamen non obstantibus; vbi
etiam firmat hanc opinionem, nam regula habet lo-
cum, cum ille, in cuius fauorem resignatio admitti-
tur, consequitur commodum resignationis propter
quod arguitur fraus, vel quia renuncians agnoscens se
moriturum inducitur ad renunciandum, quo caso ne de-
tur successio, & licentia libera disponendi de beneficijs,
sicut de rebus temporalibus, † fuit hæc regula intro- 59
ducta; sed istæ rationes militant in renunciatione iu-
ris, quia † per illam acquiritur commodum resignata- 60
rio & resignans consequitur effectum quem intendit,
ergo.
Non obstat quòd gratia dicatur informis, literis non
expeditis, nam respondetur, quòd statim, quòd suppli-
catio est signata incontinenti est ius quæsitum, & gratia
est perfecta quoad hunc effectum, vnde cum ius sit quæ-
situm, succedit illud, quòd paria † sunt habere ius quæ- 61
situm ad rem vel habere rem, l. qui habet, ff. de reg.
iur. cum alijs, vt per Sarn. d. q. 18. n. 4. & 5.
Nonum est dubium, An officia curiæ comprehendan-
tur sub hac regula, communis opinio † est negatiua, 62
quam tenent. Sarn. hic quæst. 12. Rebuff. & alij omnes
sequuntur, tum quia de illis hic non fit mentio, tum
etiam quia cessat ratio finalis regulæ quæ de beneficijs
Ecclesiasticis loquitur, quæ vendi non possunt; & ideo
in officijs sæcularibus Curiæ non est prohibita suc-
cessio, cum vendi possint, & hanc conclusionem non
solùm intelligit Sarn. in scriptorijs Apostolicis, Por-
tionibus, & similibus officijs, sed etiam de officijs Vi-
cecancellarij, Camerarij vel maioris Pœnitentiarij:
Nam cum hæc non possint cedi sine licentia Papæ, in eis
cessat ista regula, sicut in Consistorialibus. Ita in simili
idem Sarn. quæstio. 2. hic per totum concludit Impe-
ratorem cedentem † Imperio, non comprehendi sub 63
hac regula, ex pluribus rationibus, quas adducit.
Limita † non procedere in officijs spiritualibus, de 64
quibus loquitur tex. in cap. cum accessissent. de Const.
ca. dudum, el 1. de elect. cap. quod Dei timorem, de
stat. monac. & tenet Collectan. in cap. penul. 3. co-
lum. vers. quod si mandetur, de verb. signific. quem re-
fert, & sequitur Sarn. dict. q. 22. num. 2. vers. aut vero
loquitur, namque hæc officia spiritualia sunt benefi-
cia, & mens, & ratio regulæ concurrit, ideò habebit
locum dispositio.

Digitized by Google

Lib. 12. qu. 3. num. 29. Ibi, Quando verbum *collatio* ponitur pro impetrationibus.

Caueat ergò discretus Mensularius, ne in formandis memorialibus, pro quibusuis gratijs quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, pro tempore vacantium à Sede Apostolica obtinendis, vocabula confundat: verbo scilicet institutionis, pro collatione: vel è contra, collationis pro institutione vtendo, cap. cum in illis §. Cum autem de præben. in 6. Et vide Hieronimum Gonzalez super Regula 8. Cancellariæ, *de* mensibus & alternatiua Episcoporum, glosa 16. num. 10.

Eodem quæst. numer. 60. Ibi, Inconfinenti est ius quæsitum.

VNdè, ius ipsum, non vtique ex die, quo titulus ab executore Apostolico (videlicet loci Ordinario) super signatura Apostolica, in forma dignum commissa, impetranti conceditur, sed à data ipsiusmet signaturæ metiendum est, cap. ei cui, de præben in 6. De Ordinarii autem simpliciter prolato verbo, quonam Id modo in prouisionibus Apostolicis intelligatur, diximus suprà, libr. 8. quæst. 9. num. 27.

Quæst. 3. num. 1. An in omnibus beneficiis hæc Regula locum habeat? Communis opinio est affirmatiua.

¶ ETiam in ipso Papatu, vt tradit, Auctor q. seq. num. 3. sub multiplici tamen distinctione quam affert Gomez. ad ipsammet Regulam quæst. 2. quod vix in aliquo casu admittendum crederem cum indistinctè, cesset vtraque ratio regulæ, nulli enim Ordinarij, nulli expectantes fraudantur, nullusque successor à renunciante eligitur, cum renunciatio huiusmodi fieri non possit nisi purè & simpliciter vt alibi diximus, quod de iure in Semis conceditur, cap. quamuis 7. quæst. 1. ac ipsi Papæ, cap. 1. de renunciat. in 6.

QVÆSTIO IV.

An sub prædicta Regula comprehendantur omnes, & quid de Papa, & Cardinalibus, & Patriarchis, Exemptis, Familiaribus Cardinalium, Fœminis Religiosis.

SVMMARIVM.

1 *Regula de Infirm. comprehendit omnes.*
2 *Verbum si quis, est generale.*
3 *Regula de infir. an habeat locum in Papa.*
4 *Regula Cancellariæ non comprehendunt Cardinales, contra num. 12.*
5 *Quæ speciali nota sunt digna, debent exprimi.*
6 *Cardinalatus est maior dignitas post Papatum, & num. 15.*
7 *Cardinales renunciantes beneficia, comprehenduntur sub reg. de infirm.*
8 *Vbi agitur de vitanda fraude, Cardinales comprehenduntur.*
9 *Quanto quis est dignior, tanto debet à fraudibus cessare.*
10 *Cardinales comprehenduntur sub capit. de multa, de præbend.*
11 *Reuocatio regressus, comprehendit etiam Cardinales.*
13 *Dispositio concernens animarum salutem, comprehendit Cardinales.*
15 *Regula de infir. habet locum in Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac Abbatibus.*
16 *Regula de infir. comprehendit exemptos.*
17 *Lex vniuersaliter loquens, comprehendit exemptos.*
18 *Exempti non comprehenduntur sub priuilegio.*
19 *Papa est proximus Superior exemptorum.*
20 *Regula de infirm. habet locum in familiaribus Cardinalium.*
21 *Regula de infirm. comprehendit familiares Papæ, & eius officiales.*
22 *Regula de beneficijs vacantibus per obitum familiarium Cardinalium, an habeat locum in vacatione ficta obitus.*
23 *De beneficijs familiarium Cardinalium fit prouisio de consensu Cardinalium.*
24 *Regula de infirmis comprehendit fœminas, habentes dignitates.*
25 *Prohibitio incompatibilium comprehendit etiam fœminas.*
26 *In foro animæ nulla est differentia sexus.*
27 *Verbum, si quis, masculum & fœminam comprehendit.*
28 *Masculinum concipit fœmininum.*
29 *Abbatissa potest renunciare.*
30 *Abbatissa in administratione æquiparatur Abbati.*
31 *Pœna l. 1. C. de rapt. virgin. habet locum etiam in muliere rapiente virum.*

QVartò quæro, qui comprehendantur sub dispositione huius regulæ? Communis opinio est affirmatiua † omnes comprehendit, nam loqui- 1
tur simpliciter de omni resignante, cum dicat, *Si quis*
in &c. ex quo † satis colligitur omnes comprehendi, 2
Bald. per illum text. l. in fraudem, ff. de testam. milit. cum alijs, vt per Crauett. cons. 92. numer. 4. & cons. 208. numer. 3. Bald. cons. 305. libr. 1. & cons. 191. eod. lib.

Sed vt particulariter omnes casus intelligamus, de aliquibus contingit dubitare. Et primò, an habeat lo-
cum † in Papa, Sar. hic quæst. 1. disputat hanc quæstio- 3
nem ad partes, tandem concludit pro affirmatiua, quam dicit veram Rebuff. in praxi super hac reg. Gl. 1. num. 3. quoad prohibitionem, ne successorem in articulo mortis sibi constituere, vel eligere debeat, de qua ne alia non scribam, cum hoc recesserit ab Vrbe, & orbe teste Mandos. hic. in principio, & his temporibus non eueniat.

Secundò an habeat locum in S. R. E. Cardinalibus renunciantibus aliquibus beneficijs in fauorem, vt si moriantur infra viginti dies beneficium vacet per obitum, non per resignationem? Pro negatiua concludit Mandos. hic. quæst. 2. numer. 8. & 9. cum seq. quia regulæ Cancell. † non comprehendunt Cardinales, Bar-
bat in tract. Card. par. 1. quæst. 7. in fin. Præpos. in cap. 4
1. dist. 15. Ber. in cap. 1. num. 41. de rescr. Card. Paris. cons. 141. num. 8. volum. 4. Iason. cons. 117. column. 3. volum. 4. Gig. de pens. quæst. 9. num. 7. & quæst. 59. num. 13. Anch. cons. 295. & 297. Rom. cons. 497. Philippus Probus in cap. vlt. colum. 3. de rescr. lib. 6. & hanc esse veram, firmiorem, & æquiorem sententiam attestatur Mandos. dict. quæst. 2. num. 4. cum quæ speciali nota † sunt digna, nisi specialiter exprimantur,
omissa esse censentur, cap. quam periculosum, de senten. 5
excomun. libr. 6. Glos. in cap. 2. de præb. eo. lib. nam
Cardinalatus † est maior dignitas post Papatum, Host. 6
in cap. dilectus, column. 2. de præben. cum alijs quæ ad hoc adducit Mandos. loco cit. & Put. decis. 195. à num. 1. vsque ad 6. lib. 1.

His tamen non obstantibus contraria opinio est verior, & communis, vt etiam † Cardinales sub hac re-
gula comprehendantur; quam opinionem tenent Sarn. 7
hic. quæst. 3. Rebuff. Glos. 1. numer. 4. & secundum eam iudicauit Rota post longam discussionem pro Ludouico de Torres, die 14. Nouemb. 1541. teste Put. decis. 195. lib. 1.

Nam regula hæc emanauit ab obuiandum fraudibus,
sed vbi agitur de † euitanda fraude, tunc comprehen- 8
duntur etiam Cardinales, communis opinio, teste Caputaq. decis. 211. libr. 1. in manuscrip. ergo veniunt,
nam cum sint maioris dignitate præditi, oportet plus 9

alijs à fraudibus esse alienos, iux. not. in cap. cum qui-
dam, de iureiurand. & in l. presbyteri, C. de Episc. &
cler. & ideo comprehenduntur sub regula de publican.
vt supra scripsi lib. præced.

10 Hinc Cardinales † comprehenduntur sub cap. de
multa de præb. vt tenet Abb. in cap. Ecclesia. el 2. in 2.
not. de elect.

11 Hinc † reuocatio regressuum comprehendit etiam
Cardinales, vt fuit resolutum in vna Caurien. coram
Ioan. Paulo, 3. Iunij, 1538. teste Sarn. in proœm. reg.
q. 4. col. antepen.

Nec obstat, quod regulæ Cancell. non ligent Car-
12 dinales, quia imò contraria † opinio est verior, & com-
munior, Fel. in cap. ad aures, ante numer. 12. de rescr.
Bart. Belenc. tractat. de charit. subsid. quæst. 66. Selu.
de benef. p. 3. q. 12. num. 6. Sarn. in proœm. reg. qu. 4.
& fuit pluriès decisum in Rota, teste Belencin. loco ci-
13 tat. eò magis cum concernunt bonum † publicum, &
animarum salutem, Pauin. de potest. c. sed vacan. in fi.
2. p. & hæc est communis opinio, teste Sarnen hic. dict.
q. 2. col. 2. vers. & breuiter.

Tertiò quæro, an habeat locum hæc regula in Pa-
triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis,
& Abbatibus eorum beneficia renunciantibus? com-
munis opinio omnium est † affirmatiua, Pelegr. decis.
20. Sarn. in addit. ad reg. decis. 7. in manuscript. Put.
15 decis. 33. libr. 3. quod si comprehendit † Cardinales,
quorum dignitas est maior post Papatum communis
teste Mandos. hic quæst. 2. numer. 4. ergo multò magis
hos, Authent. multo magis. C. de sacr. sanct. Eccles. &
hæc opinio nullam habet difficultatem, vt docet com-
munis praxis.

16 Quartò, an hæc regula comprehendat † exemptos
eorum beneficia renunciantes Affirmatiua opinio com-
muniter in praxi tenetur, pro qua concludit Sarn. hic,
17 q. 5. Nam lex † generaliter, & vniuersaliter loquens vt
est ista, includit etiam exemptos. Bart. in l. in fraudem,
ff. de testament. mil. Dec. in l. 1. in 2. lect. vers. not.
vlt. C. de sen. Abb. in cap. graue, de præb. Gem. &
Fran. in cap. auctoritate, §. inhibemus, de priuil. lib. 6.
communis opinio, teste Sarnen. dict. quæst. 5. sub num.
18 2. quamuis in generali priuilegio † non comprehen-
dantur, Bald. in l. 1. col. 6. vers. vnde quæritur, C. de
furt. Dec. cons. 154. colum. 2.

Accedit quia cum comprehendantur Cardinales, &
aliæ omnes personæ Ecclesiasticæ in dignitate consti-
tutæ, ergo & exempti. Auth. multo magis, C. de sacr.
sanct. Eccles. Nec est ambigendum Papam potuisse eis
19 præiudicare per hanc regulam, cum sit proximus † su-
perior exemptorum, Abb. in cap. nihil, de elect. &
est communis opinio, & secundum hanc opinionem
practicatur.

Quintò, an habeat locum in familiaribus Cardina-
20 lium, omnium sententia est † affirmatiua, vt firmat hic
Sarn. q. 4. & nullum esse dubium, tradit Rebuff. in hac
reg. Glos. 1. numer. 6. quia si comprehenduntur Cardi-
21 nales, ergo & eorum familiares, imò extendo, vt † etiam
familiares Papæ comprehendantur, & alij officiales
Curiæ, quod de stylo notissimum est. Sed an in hac va-
catione ficta obitus habeat locum regula de beneficijs
22 vacantibus per obitum † famil. Car. vide Sarn. dict. q. 4.
à num. 1. vsque ad fi. vbi recitat quid Rot. firmauerit,
23 & vera est opinio, vt fiat prouisio per † obitum cum
consensu Cardinalis; Rebuff. dict. Gl. 1. num. 7. & 22.
Aprilis, 1553. fuit in Rot. resolutum regulam de im-
pet. benef. per obit. famil. Car. habere locum in va-
catione inducta per hanc regulam, teste Sarn. in addit.
ad reg. decis. 13.

24 Sextò, an habeat locum † in fœminis religiosis vo-
lentibus resignare eorum dignitates collatiuas; com-
munis opinio est affirmatiua, quam tenet Sarn. quæst. 6.
quod etiam videtur tenere Rebuff. dicta gl. 1. in fi. dum
scribit, textum nostrum nullam personam excipere. Et
ratio est, quia cum tex. noster hoc disponat ad bonum
publicum, & vt obuietur fraudibus, debet etiam com-
prehendere fœminas, iuxtà ea, quæ tradidimus suprà.

Ideo ex eadem ratione scriptum reliquit Pauin. in
Extrauag. Execrabilis. §. 1. in Gl. in verb. filijs, quòd
dispositio illius tex. loquens † de masculis habentibus 25
duo incompatibilia, habebit locum etiam in fœminis,
respectu enim animæ nulla est † differentia sexus. Alex. 26
de Ales, in l. alienam. C. de proc. Dec. in cap. cum di-
lecta, de confir. vtil. vel inutil. quod etiam subtiliter
elicitur ex verbis reg. dum dicit, *Si quis &c.* verbum
enim † *si quis* de sui natura masculum, & fœminam 27
comprehendit, vt in leg. si quis id quod, ubi Alexan-
der, Iason, Dec. ff. de iurisd. omn. iud. & communis est
conclusio, quòd quando sumus in materia indifferenti † 28
masculinum concipit fœmininum, vt per Bar. in l. 1. col.
1. ff. de ver. sig. Dec. cons. 495. nume. 15. & 114. ante
num. 4. & cons. 527. num. 7. Card. Paris. cons. 49. num.
12. volum. 3. Sed hæc est materia indifferens, cum possit
contingere in fœmina, sicut in masculo. cum † Abba- 29
tissa vel Priorissa, quæ habet dignitatem collatiuam
cum administratione renunciat, cap. indemnitatibus,
de elect. lib. 6. & ibi Gem. not. 2. Fel. in cap. memini-
mus, num. 5. de accus. Bart. in l. 1. num. 43. C. de dignit.
lib. 12. Dec. in l. fœminæ, num. 10. ff. de reg. iur. & di-
ximus lib. 2. & 3.

Hinc Abbatissa † in administratione æquiparatur 30
Abbati, Abb. in cap. 2. de his quæ fiunt a præl. Card.
cons. 17. circa prin. col. 2. Nec obstat, quòd hic sit ca-
sus rarus, quia inquit Marsil. in l. 1. C. de rapt. virg.
quod pœna illius legis habet locum etiam in muliere † 31
rapiente virum, licet hic casus raro accidat.

Et hæc opinio mihi videtur vera, quamuis per plura
fundamenta contrarium tueatus Mandos. hic q. 3. quibus
omnibus potest responderi non habere locum in casu
nostro, vt vitentur fraudes, & ob publicam vtilitatem,
& ob salutem animarum, & negatur materiam hanc esse
odiosam, quia imo est fauorabilis, & extendenda, vt
suprà probaui in secunda quæstione.

Lib. 12. quæst. 4. numer. 10. Ibi, Cardinales compre-
henduntur sub cap. de multa.

CVm eisdem tamen, facillimè per Sedem Apostolicam,
nedùm ad Duo, Tria, vel Quatuor incompatibilia
beneficia, sed & ad innumera ferè, simul obtinenda (vt
cuiuis patet) per Sedem Apostolicam (eorundem exi-
gentibus meritis) dispensari solet. faciunt à nobis notata
suprà, lib. 6. quæst. 1. num. 8.

Eadem quæst. nu. 31. Ibi, Licet hic casus rarò accidat.

NOn secus ac, quòd Maritus ab Vxore verberetur: hoc
enim, licet nusquam in iure relatum sit; aliquando
tamen (semel saltem) Tholosæ euenisse audiuimus, de
quo, Deo fauente, nos infrà, nempe sequenti lib. quæst. 1.
num. 209. latiùs dicemus. ¶ Vide quæ præcedenti quæstio-
ne diximus.

QVÆSTIO V.

*An huiusmodi Regula habeat locum quomodocum-
que fuerit facta resignatio, & quid in renuncia-
tione facta extra Curiam, & in renunciatione ex
causa permutationis, & in renunciatione, reser-
uatis fructibus, & in Commendis, & in Cessione
per Procuratorem.*

SVMMARIVM.

1 *An regula de infirm. habeat locum in renunciationi-
bus extrà Curiam, & num. 8.*
2 *Reg. Cancel. an habeant locum extrà Curiam & n. 10.*
3 *Papa facilius potest decipi, quàm Ordinarius in bene-
ficialibus.*

4 *In dubia Verba intelligantur de frequentiori.*
5 *Ordinarius non potest disponere de Commenda.*
6 *Dispositio non habet locum, Vbi Verba non conueniunt.*
7 *Coram Ordinarijs renunciatio fit tantum simpliciter.*
9 *Renunciatio facta in infirmitate præsumitur fraudulenta.*
11 *Lex generalis includit omnes casus.*
12 *Consensus in renunciationibus extrà Curiam, quando præstetur.*
13 *Ordinarij de facili admittunt renunciationes.*
14 *Collatio Episcopi de beneficio renunciato coram Notario nulla.*
15 *Regula de infirm. comprehendit permutationem.*
16 *In claris non est ambigendum.*
17 *Verbum, dimiserit, quid importet.*
18 *Permutans dimittit beneficium.*
19 *Permutatio continet duas actus.*
20 *Permutatio de pingui beneficio cum tenui, fraudulenta.*
21 *Regula de infirm. includit permutationem de beneficijs paribus.*
22 *Lex indistinctè loquens, indistinctè intelligenda.*
23 *Dispositio sustinetur in ratione, quæ non cessat.*
24 *Regula de infirm. comprehendit resignationem factam cum reseruatione omnium fructuum.*
25 *Reseruatio fructuum non mutat naturam renunciationis.*
26 *Facilius renunciatur cum reseruatione.*
27 *Facilius renunciatur ius ad rem, quàm in re.*
28 *Regula de infirm. comprehendit renunciationem cum reseruatione medietatis fructuum.*
29 *Regula de infirmis, comprehendit resignationem cum pensione.*
30 *Regula de infirm. ligat resignantes commendam.*
31 *Commendatarij disponunt vt veri Prælati.*
32 *Regula de familiaribus Cardinalium habet locum in Commenda.*
33 *Regula de Verisimil. & Idiomate habent locum in Commenda.*
34 *Ordinarij non possunt conferre Commendas.*
35 *Regula de infirm. comprehendit renunciationem factam per procuratorem.*
36 *Solennitas, quæ debet obseruari per principalem, debet fieri per procuratorem.*
37 *Procurator qui porrexit supplicationem, potest consentire mortuo resignante.*
38 *Consensus per quantum tempus possit præstari post obitum.*
39 *Consensus retrotrahitur ad diem datæ.*
40 *Actus perficitur ex consensu procuratoris.*
41 *Procurator constitutus ad consentiendum supplicationi datæ, non potest consentire post obitum.*
42 *Regul. de infirm. comprehendit resignantem plura beneficia.*

QVintò quæro, an quomodocumque facta fue-
rit resignatio habeat locum hæc regula? Et
quia quæstio est generalis, ideo de aliquibus
casibus contigit dubitari, & Primo, an si re-
nunciatio beneficij facta fuerit extra Curiam & resi-
gnans moriatur infra viginti dies, an comprehendatur
sub dispositione huius regulæ, vt vacet beneficium per
obitum, & non per resignationem.
Dec. cons. 224. nume. 4. vers. alio etiam, respondit
1 pro negatiua opinione, scilicet regulam † non habere
locum in renunciationibus, quæ fiunt extra Curiam,
quam opinionem ex pluribus sequitur etiam Mandos.
hic q. 16. & fuit prolatum Arrestum in Galliæ in vigilia
Assumptionis, de anno 1550. teste Rebuff. Gl. 12. n. 10.
Quorum sententiæ primò fundatur, quia regulæ
2 Cancellariæ non habent locum † extra Curiam, Anch.
cons. 297. in princ.
Secundò, quia Summus Pontifex facilius potest de-
3 cipi, & fraudari, quam † Ordinarius, ad not. in Clem. 1.
de offic. ord. ergo magis necessaria fuit prouisio in re-
signationibus factis coram Papa.
Tertiò, quia cum regula hoc non exprimat, debet
in dubio intelligi de ea, † quæ fit in manibus Papæ, 4
arg. l. quæritur, ff. de stat. hom. Ant. de Butr. in cap.
sua, de off. vic.
Quartò, quia non conueniunt verba regulæ renun-
ciationibus, quæ fiunt extra Curiam, quia ibi exprimi-
tur de Commenda, de qua † Ordinarius non potest dis- 5
ponere. Fed. de Sen. tract. permut. quæst. 15. Roman.
cons. 350. num. 3. Roc. decis. 1. de præb. per Bisignett.
& quia dicit dies computandos à die præstiti consensus,
& non resignationis factæ, & clarum est, quod non
habet locum † dispositio, vbi verba non conueniunt, 6
leg. 4. §. toties, ff. de dam. infec. in fi. Dec. cons. 438.
numer. 7.
Quintò quia in renunciationibus, quæ fiunt coram
Ordinarijs, cessat ratio regulæ, quia ipsi non possunt
fraudari, cum fiat in eorum manibus, cessat quoque alia
ratione disponatur in articulo mortis de beneficijs, nam
coram eis non potest fieri † renunciatio ad fauorem, 7
sed tantum simpliciter, Gloss. & communiter Doct. in
cap. ex parte, 1. de off. de leg. Innoc. in cap. tua nos, de
simo. Abb. in cap. cum vniuersorum, de rer. permut.
Cassad. decis. 2. de Simon. & est communis opin.
His tamen non obstantibus, contraria opinio est ve-
rior, & communis, vt hæc regula habeat locum etiam 8
in renunciationibus, quæ fiunt extrà Curiam coram
Ordinarijs, vel Legatis quam tenuit Sar. hic q. 26. post
Cassad. decis. 31. per totam, super reg. vbi numer. 9. re-
fert ita fuisse tentum in vna Barchinonen. Cappellaniæ
coram Simonetta, prout etiam ipse Simonetta refert de-
cis. 64. in manuscr. Idem etiam fuisse tentum in vna Sa-
lamantinen. coram Hugone de Spina, & in alijs duabus
causis coram Domino Paulo de Capizuchis attestantur
Cassad. Sar. locis citatis, Simonetta decis. 64. ita etiam
fuisse resolutum in Rota post dictas decisiones tempo-
re Pauli III. attestatur Ptolom. decis. 12. incip domi-
ni. Crescent. decis. 61. lib. 1. & decis. 6. Gig. cons. 4.
num. 9. & ita nouissimè vidi conclusum in Rota de an-
no 1585. Et in alia Parmen. beneficij, Lunæ, 19. Ianua-
rij, 1587. coram R. P. D. Gipsio, vbi quidem biduo
quam moreretur, resignauit beneficium in manibus N.
Episcopi, fuit resolutum beneficium vacare per mor-
tem, & non per resignationem, & in consequentiam
collationem spectare ad Papam, quia mortuus est in
mense reseruato, & Ordinarium non posse se intromit-
tere, quod secus fuisset, si vacatio esset per renunciatio-
nem, & hanc opinionem tenet etiam Rebuff. in tract.
nomin. q. 17. vers. nec refragatur, & in praxi super hac
reg. Gl. 3. vers. idem si quis, & Gl. 12. & in tract. de
nomin. quæst. 17. dicit ita fuisse resolutum & idem Re-
buff. cons. 72. nume. 8. tenet hanc opinionem, & dicit
ita fuisse dictum in Senatu Parisiensi, de anno 1539.
Et hoc tùm ex verbis, tùm ex ratione regulæ, ex
verbis quia dicit quauis auctoritate conferatur, vt in
terminis ponderat Rebuff. in praxi, Gl. 12. super hac re-
la nume. 3 Ex ratione, quia hæc regula emanauit, vt
fraudibus infirmorum renunciantium obuietur.
Nam ex quo renunciatio reperitur facta tali tempore
præsumitur † fraudulenta. Alex. in l. filiæ. ff. sol. matr. 9
quæ ratio militat quoque in renunciationibus, quæ fiunt
extra Curiam, ita etiam illa ratio, ne cogitatione mor-
tis per viam vltimæ voluntatis disponatur de beneficiis,
militat etiam extra Curiam, vt aliqui Doctores firma-
runt relati à Sarn. dict. q. 26. num. 4.
Nunc autem respondendum erit contrariis, ad pri-
mum respondeo communem esse opinionem in contra-
rium, vt scilicet regulæ Cancellariæ ligent † extra Cu- 10
riam, vt per Sarn. latissimè q. 2. in procem. reg. Ad se-
cundum respondetur non ex hoc sequi quin possit ha-
bere locum extrà Curiam. Ad tertium respondetur,
quòd cum loquatur generaliter omnes casus † debet
includere. l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. Ad quartum
respondetur, negando non † conuenire verba, nam li- 11

Google

lud, quod dicitur de commendis respicit renunciationem in Curia, & illud fuit additum, vt tollantur lites, quæ ex eo oriri poterant, Pelegr. decis. 50. in manuscr.

Nec obstat, quòd dicat à die præstiti consensus, nam
12 respondetur, quod hic † casus, potest etiam verificari coram Ordinariis, quando fit per procuratorem renunciatio, vt tradit Simon. dict. decis. 63. & hoc quamuis possit ante, & post dari consensus in renunciationibus extra Curiam, Sarn. dict. qu. 26. num. 6. vers. nec obstat. Ad quintum respondetur in renunciationibus extra Curiam non cessare rationem regulæ,
13 namque possunt fraudari expectantes, cum † Ordinarij de facili admittant cessiones, vt prouideant, vt dicit Cassad. decis. 31. num. 9.

Concludendum igitur regulam habere locum & beneficium vacare per obitum, & nullam esse collationem Episcopi aut alterius factam per cessionem, etiam
14 si fuerit facta cessio † coram Notario, & testibus. Boer. decis. 348. sub num. 3.

15 Secundo dubitatur, an † renunciatio facta causa permutationis, includatur sub hac regula? Doctores communiter tenent affirmatiuam opinionem Petr. And. Gammar. in repet. cap. 1. de rer. permu. lib. 6. quem refert, & sequitur Sar. hic q. 19. vbi dicit hoc non habere dubium Mand. quæst. 15. col. vlt. vers. quæstio ista vbi inquit hanc opinionem esse veram. Rebuff. in prax. in Gl. 4. huius regulæ, in princip. & alij omnes. Et probatur in verbis regulæ, ibi. *Siue simpliciter, siue ex causa per-*
16 *mutationis, &c.* verba enim sunt clara, vnde † non est ambigendum, Corn. cons. 109. in fin. libr. 1. Dec cons. 455. num. 27. ac etiam probatur, ponderando verbum, dimiserit, positum in regula ibi, *Vel aliàs dimiserit,*
17 quod † verificatur in quacumque dimissione beneficij, argu. tex. in l. 1. §. quod autem ff. de aleæ lus. & aleat. nam
18 qui permutat † dimittit beneficium, vt eleganter probat Mandos. hic q. 13. num. 9.

Et etiam includitur sub verbo, resignauerit, nam per-
19 mutatio continet † duos actus, scilicet resignationem, & permutationem, Boer. decis. 1. n. 16. & est communis opinio, vt suprà dixi.

Et hæc conclusio extenditur, vt procedat non solum in permutatione de beneficiis disparibus, & inæquali-
20 bus quando infirmus † permutat pingue beneficium cum consanguineo, seu amico ei dante tenue, ex quo præsumitur fraus. Doct. omnes in cap. 2. de renunc. lib. 6. Rot. dec. 2. de rer. permut. in antiq. Imò. in l. filiæ meæ. vbi Bal. sol. mat. Soc. Sen. consil. 85. & cons. 53. lib. 3. Anc. cons. 383. 385. & 388. & cons. 430. Old. cons. 324. col. 3. Bellam. decis. 344. & decis. 435. Fel. in cap. quia verisimile. de præscr. Per. de Perus. in tract. de permut. col. 7. Io. Selu. de benef. part. 3. quæst. 47. col. penult. Imol. in cap. non liceat, numer. 7. de cle. non resid. vbi Anc. numer. 6. Menoch. cons. 108. numer. 18. lib. 2. & est communis opi-
21 nio. Sed etiam in permutatione de beneficiis † paribus & æqualibus prout fuit resolutum in Rota in vna Maioricen. parochialis coram Ant. Augustin. 11. & 20. Februarij, & 27. Martij, 1549. vt attestatur Achil. de Graff. decis. 59. super reg. Cancc. incidit regula de infi. resignan. & Sarn. in addit. ad suas regulas, decis. 12. ex verbis generalibus regulæ, & ratione generali disponendi in vltimo vitæ spiritu, & ita tenet Rebuff. hic, Gl. 4. n. 5. Mando. quæst. 13. licet Sarn. contrarium voluerit, nam
22 regula indistinctè loquitur de † permutatione, ergo de omni Hostien. in summ. de rer. permut. Et quia regula non solum emanauit ob fraudes, quæ cessant in hoc casu. vt latè probat Sarne. quæstio 19. sed etiam ne beneficia sint hæreditaria. Cassa. super reg. decis. 31. & 32. quæ ratio generaliter in omni permutatione procedit, vnde licet cesset vna ratio, remanet disposi-
23 tio † fundata in altera, vulgari, & communi regula §. affinitatis. Instit. de nup. Dec. cons. 503. ante fin. & cons. 565. num. 6.

24 Tertiò dubitatur, an † si renunciatio fiat reseruatis omnibus fructibus comprehendatur sub hac regula? Communis opinio est affirmatiua, quam tenent Sarnen. hic, quæstio 20. Mandos. qu. 14. Rebuff. Glos. 3. in princ. & alij omnes.

Quæ conclusio primo iustificatur, attentis verbis regulæ loquentibus generaliter de resignatione, & hæc quoque dicitur resignatio, nam † reseruatio fructuum 25
contrarium effectum non operatur, vt est communis opinio, vnde cum verba conueniant, ergo & dispositio, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. Secundo attentis rationibus, quibus confecta est huiusmodi regula, nam militant in casu nostro, tum ratio successionis, tum etiam ratio fraudis, cum reseruatio fructuum sit quædam palliata fraus ad effectum circumueniendi collatores, & expectantes, vnde idem ius statuendum, l. illud. ff. ad leg. Aquil. Imo cum occasioni fraudis sit resistendum, & maior fraus, frequentiorque fraudis occasio hic considerari poterit, facilius enim infirmus, qui dubius est superuiuere, † an mori debeat inducatur ad 26
renunciandum hoc modo, nam libentius fit cessio hoc modo, quàm purè, sicuti facilius renunciatur ius ad rem, 27
quàm in † re, Cardinal. Paris. cons. 76. num. 9. vol. 4. Accedit quia reseruatio fructuum non impedit quin cessio effectui demandetur. Et hæc opinio tota die practicatur, quamuis Cardinal. Iacobat. referat contrarium fuisse decisum in Rota temporibus suis, vt Sarn. d. qu. 20. refert.

Ampliatur huiusmodi † conclusio procedere, etiam 28
si fuerit facta cessio reseruata medietate fructuum, nam eadem ratio viget, imò maior. ergo &c. arg. auth. multò magis, C. de sacr. sanct. Eccles.

Ampliatur secundo ex allegata ratione procedere etiam si fuerit facta † cum pensione, Rebuff. dict. Glo. 3 29
in principio.

Quartò dubitatur, an resignatio beneficij concessi in Commendam comprehendatur sub hac regula? communis opinio est † affirmatiua in praxi obseruata, quam 30
tenent Sarn. hic. quæst. 13. Rebuff. Glos. 7. Simonet. decis. 48. Pelegr. decis. 137. lib. 2. & decis. 80. lib. 3. Pu. decis. 33. lib. 3. & hæc quæstio hodie nullum habet dubium, nam clare probatur in hac regula ibi, *Aut illius Commenda cesserit.* quia etiam in his viget eadem ratio, cum habentes Commendas disponant de fructibus beneficij, † 31
vt veri Prælati, Card. Alex. in cap. cum autem. col. 6. dist. 44. & in cap. si quis, col. penult. dist. 58. late Cassad. decis. 32. per totam super reg.

Hæc regula † de familiaribus Cardinalium habet 32
locum in Commenda, & etiam † regula de verisimili, 33
& regula de Idiomate, vt fuit resolutum pluriès in Rot. vt attestatur Simonett. decis. 51. Saro. de quæst 23. num. 8.

Et secundum hanc opinionem antequam essent in regula addita verba clara, ex quibus tollitur omne dubium, iudicauit Rot. in vna Pampilonen. coram Petra sancta, teste Simonet. decis. 48. in manuscr. & in vna Veronen. parochialis coram Pelegr. 22. Aprilis 1547. vt attestatur ipse Pelegr. decis. 137. lib. 2, & decis. 80. lib. 3. & decis. 20. Sarn. in addit. ad reg. decis. 7. in manuscr. Put. decis. 33. lib. 3. nam quamuis cesset ratio fraudis, cum nec expectantes nec Ordinarij acceptare possint, & conferre beneficia † reseruata, vt sunt Com- 34
mendæ, Roman. cons. 342. Cald. cons. 9. de præb. fuit conclusum in Rot. in vna Samoren. parochialis coram Crescentio de mense Ianuarij, 1531. & in vna Valentin. parochialis coram Ioan. Paulo, de mense Nouembris, 1539. tamen militat alia ratio successionis, vt dictum est suprà.

Quintò dubitatur, † an cessio, & renunciatio facta 35
per procuratorem legitimum comprehendatur sub hac regula, communis opinio est affirmatiua, quam tenet Rossiniac de benef. c. 18. num. 5. & 6. & secundum illam conclusit Rota in vna Oueten. Archidiaconatus de Liuetio coram Puteo, 11. Februarij, 1545. vt idem Put. attestatur decis. 360. numer. 8. & 9. lib. 5. Rebuff. in prax. super hac regula Gl. 10. numer. 2. vbi dicit regulam procedere, siue consensus fuerit præstitus per principa-

leni, siue per procuratorem. Nam quamuis hæc regula
loquatur de infirmo resignante, non autem constituen-
te procuratorem ad resignandum, tamen dum loquitur
de infirmo, subintelligitur siue per se, siue per alium
habentem legitimum mandatum, iuxta ea, quæ dicta
fuerunt supra lib. 9. & eadem solennitas quæ requiritur
36 in executione alicuius actus, requiritur etiam † quando
constituitur procurator ad exercendum illum actum,
Ias. in l. 1. ff. de acquirend. poss. & militat eadem ratio
fraudis, & successionis, nam alioquin quisque infirmus
constitueret procuratorem ad renunciandum, vt frau-
daretur hæc regula, ergo, arg. Gl. in cap. quicunque de
vsur. lib. 6. Concludendum igitur, quòd si quis consti-
tuerit procuratorem ad resignandum benef. & postea
moriatur infra 20. dies, habet locum regula, vt vacet
beneficium per obitum, ita etiam si procurator resigna-
uerit, & postea moriatur resignans infra 20. dies, habet
locum regula, vt beneficium vacet per obitum non per
resignationem.
37 Limita tamen † non procedere, quotiès fuisset datus
procurator ad resignandum, qui porrexit supplicatio-
nem & procurauit, vt signetur, nam si hoc tempore
moriatur resignans, poterit procurator post obitum
præstare consensum, & consentire expeditioni litera-
rum, & non habebit locum hæc regula, ita Put. dict.
decis. 360. num. 10. lib. 2. & dixi suprà lib. 9. & in foro
conscientiæ esse tutum resignatarium, scribit Nauarr.
cons. 2. de renonciat. nam cum consensus est præstitus,
viuente resignante, tunc requiritur vt viuat per 20. dies
post præstitum consensum, secus quando præstatur con-
sensus post obitum, vt dicit Put. loco citato, declarans
hoc non habere locum in casu illo, quia procurator
erat datus ad porrigendum dumtaxat, non autem sim-
pliciter ad resignandum, & aliàs 2. Ianuarij, 1546.
coram eodem Put. fuit decisum, quòd si multo tempo-
38 re ante obitum fuit porrecta supplicatio per procura-
torem, poterit præstari consensus per annum † post obi-
tum, teste Sarn. in addit. ad reg. decis. 14. & hoc esse
in vsu tradit idem Sarn. q. 31. num. 4. super hanc reg. &
sic consensus poterit post obitum resignantis præstari
vigore Bullæ Alexandrinæ vt sæpe fuit resolutum, &
practicatum in Rota, teste Sarn, hic q. 22. numer. 2. vt
latè probaui lib. 9. nam consensus etiam diu post sup-
39 plicationem signatam præstitus retrotrahitur † ad da-
tam supplicationis, vt fuit pluriès per Rotam resolu-
tum, etiam si præstetur per procuratorem post obitum
resignantis, Cassad. qui plura allegat, & refert fuisse
resolutum decis. 1. & 3. de renunc. Crescent. decis. 36.
lib. 1. Mandos. hac reg. q. 9. num. 6. nec videtur nouum,
quia quando actus qui geritur per procuratorem con-
40 sistit in consensu, perficitur † ea voluntate ipsius pro-
curatoris, vt per Roch. de Cur. in l. Paulus, §. per pro-
curatorem, num. 5. ff. de acq. hæred. & ita fuisse con-
clusum attestatur Mandos. quæst. 9. num. 16. in hac reg.
Limita nisi infirmus constitueret procuratorem ad
41 resignandum, vel consentiendum † supplicationi iam
datatæ, nam non potest iste procurator consentire post
obitum, Sarn. hic q. 31. sub num. 4.
42 Et hæc intelliguntur, † vt habeat locum hæc regula,
siue vnum, siue plura beneficia resignauerit. Rebuff. su-
per hac reg. in praxi. Glos. 5. vers. intellige. quia viget
eadem ratio.

Lib. 11, quæst. 5. num. 2. Ibi, Regulæ Cancellariæ non habent locum extra curiam; iuncto numer. 20. *Ibi*, communem opinionem esse in contrarium.

VT hæc meliùs concilientur, vtere distinctione quam adhibet ac ponit Glossator pragmaticæ sanctionis in § neque etiam in verbo, faciendas, de collat. vt scilicet primum dictum sit verum de his tamum regulis quæ ab vsu & consuetudine curiæ sunt extractæ; Secundum autem obtineat in his solis, quæ vel à corpore iuris, vel ex naturali ratione deprompta sunt. Nec dedigneris sequi glossam dictæ pragmaticæ; Non enim ea minoris est authoritatis, quam glossa iuris communis, teste Probo in tit. proœmij prædictæ pragmaticæ, in verbo, Karolus addit. prima.

Eadem quæst. numer. 8. Ibi, Etiam in renunciationibus quæ fiunt extra curiam.

CVm hæc, de viginti diebus, Cancellariæ Apostolicæ Regula, antequam à Sixto Quinto, Pontifice maximo reformaretur, tam in Parlamento Parisiensi (vt etiam Parisius suprà, hoc libro 10 fine præfationis, & infrà q. 1. num. 5. refert) registrata & per consequens in hoc Regno pro lege (non secus ac alia de publicandis resignationibus) recepta fuerit: ab opinione, qua illam in simplici resignatione extrà Romanam curiam facta, locum non habere, communi calculo sustinetur, (donec Princeps aliter iudicari debere mandauerit) recedendum non esse censemus. Exceptis tamen illis casibus, quorum nos tàm suprà q. 1. quam infrà. q. 9. huius libri meminimus.

Eadem quæst. num. 9. Ibi, Ne cogitatione mortis per viam vltimæ voluntatis disponatur.

QVod ad simplicem resignationem in manibus Ordinarij attinet, hæc ratio nobis non arridet. Nam cùm (vt iam suprà, non semel docuimus) talis resignatio coram eodem ordinario, extrà simoniæ labem, in fauorem cuiusquam fieri nequeat; & proindè, sic facta non teneat, non videmus, cur successio hæreditaria, in eadem considerari possit.

Eadem quæst. numer. 19. Ibi, Nam permutatio continet duos casus.

SIgnatura quoque ipsius permutationis, quæ committitur ordinario, seu eius officiali, duas præcipuas continet clausulas Quarum vna, si per diligentem: Altera nostræ intentionis, dicitur. Prioris itaque series est huiusmodi, mandamus quatenus, si, per diligentem examinationem, prædictum N. ad hoc idoneum esse repereris (super quo conscientiam tuam oneramus) &c. Et istius vigore debet orator per ipsummet ordinarium, seu eius Vicarium generalem (& non alium, etiam ab ijsdem vel eorum altero deputatum) examinari, Posterior autem clausula, sic concipitur; Nostræ tamen intentionis existit, quòd ex collatione & assignatione huiusmodi (si illas per te vigore præsentium ipsi G. fieri contigerit) nullum ius eidem G. in prædicto beneficio quomodolibet acquiratur, nisi H. in illo, & G. prædicti, in dicto beneficio per eos taliter resignantis, ius habuerit tempore resignationum earundem; & hæc antè decretum irritans apponitur.

quæst. 5. numer. 8. Vt hæc Regula habeat locum etiam in renunciationibus quæ fiunt extra Curiam coram Ordinarijs.

¶ HOdie firmiter teneas in nullo casu regulam habere locum coram Ordinariis, ex punctis apud nos tam Pauli 3. additione hac, *quauis authoritate*, quam verbis Martini 5. *Vbicumque etiam si in Romana Curia*, siue agatur de renunciatione simplici, siue ex causa permutationis in mense libero, vel non libero facta, cessante fraude, vt latè discutit. & probat præ cæteris Molineus ad hanc Regulam. num. 22. 31. & 210. & tenent Chopin. de Sacra Polit. lib. 1. cap. 6. numer. 3. Feuret. de ab vitiis lib. 2. cap. 5. num. 7. & 8. contra Rebuff. in tract. nominat. q. 17. nume. 5. Molinei autem argumenta, quibus potissimum hæc sententia tandem præualuit sparsim diffusa & multo sermone inuoluta iuuat hic clarè & breui manu perstringere. Primò ex quo Regula Cancellariæ dicitur, prouidet his, quæ in Cancellaria & Curia Romana fiunt, non autem extra cum hoc non dicat, Molin. nume. 33. Secundò hæc verba Regulæ, *à die præstandi consensus*, non conueniunt nisi resignationibus quæ fiunt in Curia Romana; ergo non conuenit dispositio per iura vulgaria, idem d. nume. 35. Tertiò vtraque ratio regulæ cessat in Ordinariis, qui renunciationes conditionales quas in fauorem vocant, non admittunt, sed tantum simplices & abdicatorias, per quas non aperitur, sed præcluditur via successio-

Google

nie hereditariæ in beneficiis; nec ipsi fraudantur, cum æque conferant per renunciationem, ac per obitum, Idem numer. 37. & 32. Et quamuis libere non conferant in permutatione, illam tamen iusta subsistente causa approbant vel renuciunt ex debito pastoralis officij, nec proprium commodum in ministerio quærere debent, & de beneficiis negotiari, Idem num 31. Graduati autem, & alij expectantes non possunt conqueri; quia in eorum fauorem non est facta regula, nec illis prodesse potest, nisi in consequentiam, casu scilicet, de quo loquitur, contingente, Idem molin. num. 33. 110. & 388. nisi subsit fraus, ibid. quæ coniecturis elicitur. l. dolum. Cod. de dolo, & cap. 2. de renunciat. in 6. congestis a Flaminio infra lib. 13. quæst. 4. ex num. 5. & Feuret. vbi supra num. 9. quarum tamen singulæ non sufficiunt, sed tres ad minus requiruntur. Molin. ibid. num. 318 & ad reg. de public. resig. num. 363. Et tunc renunciatio seu permutatio non tam vi regulæ, quam iuris communis dispositione nempe d. cap. 2. de renunciat. in 6. resoluuntur ad instantiam & commodum canonicorum expectantium: alij quibus beneficium non debetur de fraude non cacipiunt, nec dicti cap. 2. dispositione iuuantur, Molin. num. 321. & Louetius ibid. num. 112. quartò Episcopus, qui contulit per renunciationem, non potest alteri conferre per obitum, quia primo Collatario de euictione tenetur, cap. inter cætera de præb. ergo non potest ipsemet euincere, l. vendicantem de euict. Molin. num. 68. nec ferendus est si illudere velit, prout non debet ei illudi, clem. vnic. 1. de renunciat. cap. bonæ 2. de postul. præl.

QVÆSTIO VI.

Quæ infirmitas requiritur, vt vendicet sibi locum dictæ Regulæ, & de qua morte loquutur, & plures casus explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas requisita debet concurrere omni tempore.*
2 *In testamenta, tribus temporibus requiritur capacitas.*
3 *Renunciatio verè facta quando Papa admittit.*
4 *Præstitus consensus non est resignatio, sed consumatio.*
5 *Regula de infirmis habet locum etiam si infirmitas non omni tempore concurrat.*
6 *Verba addita in regula de infirm. etiam vigore, &c. dum esset sanus, &c. qua ratione fuerunt necessaria.*
7 *Quandocunque moriente resignante post consensum, infrà 20. dies beneficium vacat per obitum, & non per renunciationem.*
8 *Reg. de infirm. habet locum in infirmitate magna, & leui.*
9 *Infirmus qui.*
10 *Appellatione infirmitatis, venit grauis.*
11 *Regul. de infir. habet locum in moriente ex podagra.*
12 *Regula de infir. habet locum in mortuo ex peste.*
13 *Infectus peste, videtur constitutus in articulo mortis.*
14 *Pestilentia omnes alios morbos superat.*
15 *Mortuus ex peste præsumitur mortuus post viginti dies vt non habeat locum regula de infir.*
16 *Infirmitas præsumitur durare longo tempore.*
17 *Infirmitatis priuilegia remissiuè.*
18 *Medici, & deputati ad sepeliendum, probant mortem infecti à peste.*
19 *Mors probatur per formam.*
20 *Mors probatur multis modis.*
21 *Regula de infirmis habet locum in moriente ex morbo Gallico.*
22 *Regula de infirm. habet locum in moriente ex vulnere.*
23 *Regula de infirm. habet locum in moriente ex fistula.*
24 *Regula de infir. habet locum in moriente ex tempestate muris & in bello.*
25 *Moriens ex tempestate, non moritur infirmus.*
26 *Senes an sint propriè infirmi.*
27 *Senex præsumitur viuere per annum, vel quinque.*
28 *Regula de infirm. comprehendit senes, & iuuenes, vt quomodocunque moriantur intrà 20. dies, sit locus regulæ.*
29 *Regula de infirm. habet locum in priuando moriente infrà viginti dies.*
30 *Regula de infirm. non habet locum in priuato, moriente infrà viginti dies.*
31 *Vacatio per priuationem differt ab ea quæ contingit per renuntiationem.*

Sextò quæro, An requiratur infirmitas, & quo tempore ad hoc, vt habeat locum hæc regula? attentis verbis positis in regula ante Clement. VII. vtique quæstio habebat difficultatem, namque requirebatur, vt resignans esset infirmus, in principio, & fine,
cum regula requireret infirmitatem, qualitas enim † 1
requisita omni tempore debet concurrere: Bald. in cap. constitutus: de rescript. sicut dicitur de testamento in
quo † tribus temporibus capacitas requiritur. §. in ex- 2
traneis, inst. de hæred. qual. & diff. Sarn. quæst. 12. & qu. 31. Rebuff. Gl. 2. numer. 2. vbi firmat, quod si quis dum esset sanus renunciat, & in actu præstandi consensum vulneretur, vel infirmetur, ex qua moriatur, vtique non habet locum regula & beneficium non vacabit per
obitum, sed per renunciationem, quæ tunc dicitur † ve- 3
rè facta quando Papa admittit, Rot. dec. 13. in nou. nam consensus qui postea præstatur retrotrahitur ad tempus admissæ resignationis, & ideo potiùs ad executionem fuit inuentus quàm ad validitatem, nam præstatio con-
sensus non est † resignatio, sed consumatio, & decla- 4
rati resignationis, quæ nihil noui confirmat, l. nuptias, ff. de reg. iur. cap. licet, de translation. Episc. & ita fuisse decisum in Rot. refert. Sarn. post Cassad. dicta quæst. 12.

Nunc autem † attentis verbis positis in regula post 5
Clem. VII vsque ad hanc diem res non patitur difficultatem, vt patet ibi, *etiam vigore supplicationis dum esset sanus signatæ, & postea infrà viginti dies*, & tradunt Sarn. d. quæst. 12. in fi. & quæst. 31. in fi. Mandos. quæst.
9. sub numer. 2. cum seq. & hæc † additio seu extensio 6
fuit necessaria ob fraudes, quæ possent fieri, vt huiusmodi regula non habeat locum: nam beneficiati procurarent vt signarentur supplicationes resignationis, quas penès se tenerent, postea constituti in infirmitate illis vterentur, præstando consensum: vnde regula seruiret de vento, & hanc rationem allegat Mandos. dict. quæst. 9. in fi. Contra igitur nouam malitiam nouo remedio fuit opus. Vnde hæc regula habebit locum stantibus his additis per Clem. VII. per quandam suam extrauagantem, & per alios successores postea in regula, non solum si infirmitas, erat à principio, sed etiam si medio tempore, & in fine occurrat, & sic ante consensum, & post consensum. Et hodie communiter hæc
regula practicatur, & tenetur per omnes, vt † quan- 7
docunque quis moriatur post præstitum consensum infrà viginti dies, beneficium, vacet per obitum, & non per resignationem, quamuis ab initio esset sanus, vel è contra.

Ex quibus verbis additis plures quæstiones deciduntur, quæ antea erant admodum dubiæ, quas ponam breuitatis causa per modum illationum.

Primò igitur infertur, quòd siue fuerit infirmitas magna, siue leuis, si resignans † moriatur infrà 20. dies, 8
habet locum dispositio regulæ, vt fuit resolutum in vna Aurien. Canonicatus die 29. Nouembris 1532. coram Sarn. teste eod. qui hanc opinionem tenet in hac regula qu. 28. in princ. Rebuff. Gl. 2. num. 5. & 6. Mandos. post longam disputationem ad vtramque partem huic conclusioni acquiescit. quæst. 5. num. 6. & num. 7. in fin. & est communis opinio. de stylo obseruata. qu-

etiam placuit multis DD. de Rota in vna Inol. Cano-
nicatus, & præben. Veneris 28. Iunij 1578. nam licet
9 infirmus sit ille qui intrinsecus morbo aliquo † ex hu-
morum excessu causato laborat febre. Rip. in tract. pest.
in princ. num. 2. & 3. Alciat. tract. de præsumpt. reg. 1.
præsumpt. vlt. Menoch. de arbit. iud. cas. 60. num. 10. &
16. ex qua iacet in lecto, Bar. in l. vnica, § hoc interdi-
ctum, ff. de font. &c, quem refert & sequitur Sarn. hic
10 quæst. 7. num. 6. in fin. & appellatione † infirmitatis
veniat grauis, Franc. in cap. 2. de renunc. lib. 6. Anch.
cons. 238. in 2. & vlt. col. Fel. in cap. vlt. de except. ta-
men in caso regulæ nostræ ob prædicta verba quomo-
documque sequatur effectus id est mors resignantis in-
fra 20. dies à die consensus, habet locum regula, siue
11 sit febris magna, siue leuis, siue sit quartana, † siue po-
dagra, siue sit mutus, siue cæcus, siue surdus, vel alia
leui, vel magna infirmitate laboret, nam sufficit, vt in-
fra 20. dies moriatur, vt habeat locum regula nostra,
ita in terminis in his omnibus casibus Sarn. d. quæst. 28.
Mandos. d. q. 5. num. 7. vers. sed si quis mihi concedat,
Sfor. Odd. de restitut. in integr. p. 1. q. 11. num. 31. &
ita rota die practicatur.

12 Secundò infertur, quòd † si quis iussus est contineri
domi ob pestem, si moriatur infrà 20. dies a die præsti-
ti consensus, vtique habet locum regula nostra, ita
Mandos. d. q. 5. sub numer. 7. vers. secundus casus, &
vers. sed si quis, siue iussus fuerit contineri dum erat
infectus, vel postea superuixerit, Rebuff. glos. 2. nu. 14.
quidquid in contrarium scripserit Sarnen. in hac regula
q. 9. numer. 3. Cuius dictum declaro procedere ante-
quam essent addita prædicta verba, & ratio est, quia ad
effectum huius regulæ, vt ex communi dictum est, suf-
ficit quòd infrà 20. dies resignans moriatur, arg. can.
tres autem, circa fi. dist. 1. eo magis quia infectus peste
13 dicitur constitutus non solum † in infirmitate leui, sed
etiam in magno periculo mortis instantis, Corn. cons.
130. libr. 4. & cons. 57. libr. eod. latè Rip. in tract. de
14 pest. par. 1. q. 10. cum pestilentia sit morbus † acutis-
simus & contagiosus, omnes alios morbos magnitudine
soperans, cap. sicut. el 1. de simon.

Dubium tamen est, an si iussus domi contineri ob
pestem, moriatur solus die incerto, an ante vel post 20.
dies mortuus præsumatur, vt sit locus, vel non huic re-
gulæ? Sarnen. q. 9. Mandos. q. 7. ad vtramque partem
15 disputant hunc articulum, tandem concludunt † præ-
sumi mortuum post viginti dies, cum in dubio semper
capiatur præsumptio, vt actus sustineatur. Et quia quæ-
16 libet infirmitas præsumitur durare longo tempore †
saltim per annum, Card. in cap. cum inter, de elect.
Alexan. in l. furiosum, in 1. colu. C. qui testam. facere
poss. per can. communiter, dist. 33. & hac sumpta oc-
17 casione Sarneo. ponit nonaginta † priuilegia infirmita-
tis, & cum hac conclusione transeo amplius non insi-
stendo, cum hic casus sit de raro accidentibus, & quo-
ties acciderit, quod Deus auertat, poterit sumi proba-
18 tio † à medicis prepositis curæ, & à deputatis ad sepe-
liendum, vt paret ex his quæ scribit Coro. cons. 10.
num. 7. lib. 1. Boër. decis. 288. colu. 3. Mandos. d. q. 5
19 in fin. mors enim non solum † probatur per famam &
vocem publicam, Bart. in l. 1. §. si dubitetur ff. quemad.
testam. aper. Alex. cons. 25. col. 3. & cons. 117. col. 1.
lib. 4. Crauet. cons. 127. num. 17. Dec. in l. vlt. nu. 28.
20 C. de edict. diu. Adr. toll. sed etiam † alijs modis, vt
per Mascard. de probat. concl. 1071. & 1072.

21 Tertiò infertur, quod si resignans moriatur † ex
morbo Gallico infrà 20. dies, vtique habet locum re-
gula nostra, vt fuit resolutum in vna Leodien. Canoni-
catus, 5. Iulij 1438. teste Sarn. hic q. 11. nume. 6. & te-
net Mandos. d. quæst. 5. num. 6. in fi. & est communis
opinio.

22 Quartò infertur † quòd si quis moriatur ex vulnere
infrà 20. dies, postquam consensit resignationi, habet
locum regula nostra. Rebuff. glos. 2. numer. 16. & 17.
in prax. super hac regu. namque idem effectus resultat.
Amplia procedere siue mortuus fuerit ex dicto vulne-
re, siue ex infirmitate, nam sat erit hodie per dicta ver-
ba addita quod moriatur infra 20. dies, & ita practica-
tur, quamuis in hoc contrarium voluerit Rot. in vna
Compostellan. coram Sarnen. teste eodem, qui hanc
opinionem tuetur quæst. 11. vbi facit tres casus, vt per
eum.

Quintò infertur, † quòd si resignans moriatur infrà 23
20. dies ex morbo antiquo fistulæ vel alijs, vtique ha-
bebit locum regula, vt fuit resolutum in vna Nouarien.
Canonicatus coram Card. S. Crucis die 5. Aprilis vt
habetur lib. diuers. decis. 49.

Sextò infertur † quòd quamuis Sarn. quæst. 8. super 24
hac reg. num. 3. tenuerit hanc regulam non habere lo-
cum in eo qui intrat mare, tempore tempestatis, vel est
constitutus in alio periculo mortis, vt quia vadit ad
bellum, vel ad singulare certamen, & Rebuff. gloss. 2.
nume. 14. cum constitutus † in tali periculo non sit in- 25
firmus, & differentia sit inter vtrumque. Abb. in cap.
quod de his de sent. exc. Hodiè tamen attentis prædi-
ctis verbis dicendum est comprehendi sub hac regula,
si moriatur infra 20. dies post præstitum consensum &
ita practicatur, namque non requiritur infirmitas à
principio, sed sat erit, vt moriatur infrà dictum
tempus.

Septimò infertur, quòd quamuis Sarn. in hac regula,
quæst. 7. num. 6. versiculo sed prædictis, & num. 7. & 8.
dum quærit an habeat locum in homine prouectæ æta-
tis, distinguat, vt non comprehendat senem, quia licet
senes † sint infirmi l. ciuitatibus, ff. de leg. 1. cap. ma- 26
gnæ, de vot. Paris. cons. 29. numer. 68. vol. 2. illud au-
tem est impropriè, & recepta est sententia, vt senes non
connumerentur inter infirmos, Fel. in cap. quoniam fre-
quenter, col. pen. vt lit. non contest. communis opinio
teste Menoch. de arb. iud. cas. 60. num. 8. Sed compre-
hendat decrepitum, quia in eo militat ratio cap. 2. de
renunc. libr. 6. & Mandos. q. 4. teneat indistinctè non
habere locum etiam in sene decrepito, Rebuff. glos. 2.
num. 13. Iacob. Menoch. de arb. iud. cas. 60. num. 9.
cum nullus sit tàm confractus viribus, † & decrepita 27
ætate grauatus, quin non præsumatur viuere per an-
num, vel quinque annos, vt dicit Diu. Hieron. in 2. par.
epist. tit. 2. epis. 40. Seneca. in 2. par. epis ad Lucillum
epist. 1. Alex. & Paul. de Cast. in l. hæred. ff. ad l. Falcid.
Gomes. in §. item si quis in fraudem. num. 25. de act.
Rom. cons. 363. colum. 1. Tamen hodie contraria opi-
nio est verior, vt regula † nostra comprehendat non 28
solum senes, sed etiam iuuenes resignantes, & morien-
tes infra viginti dies post præstitum consensum, vt
expressè dicitur in verbis allegatis, & ita communiter
tenetur.

Octauò infertur, quòd † si priuandus cum esset in 29
carceribus renunciat, & postea moriatur infrà 20. dies,
habebit locum hæc regula, Rebuff. super hac regula in
praxi gl. 12. num. 20. si autem non renunciauit, sed fuit
beneficium collatum per priuationem, non habet lo-
cum hæc regula, esto quòd † priuatus moriatur infra 30
viginti dies, Rebuff. d. gl. 12. numer. 17. quia tali casu
cum verba non conueniant regulæ, neque dispositio,
cap. indemnitatibus §. supradicta, de elect. libr. 6. &
vacatio per resignationem differt ab ea quæ fit per † 31
priuationem, cap. susceptum, de rescr. lib. 6. cap. cum
in illis. §. 1. de præb.

Lib. 12. quæst. 6. ibi, Ponit nonaginta priuilegia
infirmitatis.

INter quæ. Septuagesimum quartū nobis admodùm pla-
cet; vt scilicet medici ad curandos infirmos vocati,
eosdem antèomnia ad confessionem sacramentalem pro-
uocent, nec eisdem quidquam, quod in animarum peri-
culum tendat, pro corporis salute persuadeant. cap. cùm
infirmitas, de pœnit. & remiss. Cui conuenit Marsilij Fi-
cini Florentini dictum in lib. de vita cœlibatus, cap. 10. his
verbis, mihi verò satis fuerit factum, si cœlestia quomodo-
cumque, quasi per medicinas siue interiores siue exterio-
res, ad prosperam conferant valetudinem: dummodo
interea

Interea salutem corporis perquirentes, sanitatem nullam salutis animæ faciamus. Vnde & medicos carnalem copulam vel simplicem pollutionem consulentes grauissimè peccare, & eis obedientes à mortali non excusari, admonet Illustrissimus Cardinalis Toletus in compendio summæ, cap. 24.

quæst. 6. num. 6. Non solum si infirmitas erat à principio sed etiam si medio tempore & in fine occurrat & sic ante consensum & post consensum.

¶ VVlt ergo Flaminius quod quandocumque superuenerit morbus, etiam post admissam resignationem, & consensum præstitum, si tamen resignans moriatur infra viginti dies, locus sit Regulæ. & beneficium vacet per obitum ex verbis Clement. 7. in regula positis, *ibi: etiam vigore supplicationis dum esset sanus signata.* Sed aliter intelligunt hæc verba Gomes. ad eandem regulam qu. 25. in fine, & Molin. nume. 26. vt scilicet disponant ad effectum regulæ sufficere resignantem fuisse infirmum tempore præstiti consensus, licet tempore resignationis admissæ sanus fuerit. Et hæc vera sunt, saltem apud nos, qui regulam absque verbis Clementis septimi verificatam obseruamus: atque ita, vt regulæ sit locus satis est resignantem esse infirmum tempore resignationis admissæ, vel etiam tempore collationis si contingat subsequi, vel etiam præstiti consensus, si postea præstitus fuerit, quantumuis prioribus temporibus sanus fuerit, Molin. d. num. 26. dummodo de ipsa infirmitate decedat vt vult textus regulæ.

QVÆSTIO VII.

Cui incumbat onus probandi resignantem esse mortuum ad effectum dictæ Regulæ.

SVMMARIVM.

1 *Dicens resignantem mortuum infrà viginti dies debet hoc probare.*
2 *Quisque debet probare id super quo se fundat, & numero 6.*
3 *Mors non præsumitur.*
4 *Dolus & fraus probari debet.*
5 *Dans de regula de Infirm. debet probare mortem, & quod euenerit infrà viginti dies.*
7 *Dicens talem mortuum fuisse tali die, debet id probare.*
8 *Probatio mortis in casu regulæ de Infirm. debet esse plena.*
9 *Mors probatur fama, & num. 12. limit.*
10 *Mors quæ est probanda ad effectum regulæ de Infirm. non probatur fama.*
11 *In materia obiectiua, requiruntur clarissimæ probationes.*
13 *Mors probatur iuramento, declara. num. 15.*
14 *Mors ad effectum regulæ de Infirm. non potest probari iuramento.*
16 *Duo testes dicentes vidisse M. mori, & tumulo mandari plenè probant mortem.*
17 *Quando quis præsumatur mortuus infrà viginti dies.*
18 *Fraus ex coniecturis probatur.*

SEptimò quæro, cui incumbat onus probandi resignantem esse mortuum ad effectum huius regulæ, An danti de regula obitum, an alteri vitam? communis & recepta Doctorum sententia est onus incum-
1 bere † danti de regula, & allegantì resignantem mortuum, ita Sarnen. hic quæst. 9. numer. 3. vers. circa secundum, & quæst. 36. Mand. quæst. 6. Rebuff. glos. 6. numer. 4.

Et ratio est, quia iste se fundat super morte, & quis-
2 que debet probare id super † quo se fundat, l. secunda, ff. de probat. Bartol. in l. de ætate. de minor. Ioann. Andr. in cap. Infamibus de regul. iur. lib. 6. Dec. cons. 367. colum. 3. post medium. Et ratio rationis est, quia

mors † non præsumitur, & ideo probanda est per illum, 3
qui eam allegat. Cardin. Paris. cons. 36. num. 41. vol. 2. Socin. Iun. cons. 26. num. 12. volum. 2. Rain. cons. 136. num. 12. vol. 4. Alexand. cons. 25. in principio, vol. 4. Natt. cons. 59. numer. 6. Cacher. dec. Pedemont. 108. nume. 5. Ludouic. decis. Perus. 12. numer. 3. & sequen. parte 1. & est communis opinio, & quia iste se fundat † 4
in dolo, & fraude, quæ probari debet, l. summam. §. vlt. ff. de damn. infect. l. quotiès, §. qui dolo. ff. de probat.

Amplia vt dans de regula, non solum debeat probare mortem resignantis, sed quoque † debet probare 5
illum mortuum infra 20. dies post præstitum consensum, vt sit locus regulæ, vt tenent Sarn. d. q. 36. in fin. Mandos. dicta q. 6. num. 5. vers. quid tenendum, & est communis opinio, quæ de stylo tota die practicatur, nam fundans se in aliquo, † debet illud probare. Corn. 6
cons. 10. visa. col. 2. in fi. vol. 1. Boer. decis. 288. post numer. 2. Capel. Tolos. decis. 315. Hinc fundans se in die, scilicet talem mortuum † fuisse tali die, ipsam 7
diem debet probare, vt asseuerat Gabr. com. conclus. conc. 134. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 1069. in fi. num. 1. Contrarijs respondet Mandos. dicta q. 9. num. 6. & 7.

Et huiusmodi probatio † debet esse plena, nam agi- 8
tur de priuando aduersarium beneficio suo per resignationem obtento, & sic de magno præiudicio. Sarn. hic q. 36. in principio dicens plenas probationes requiri, eò magis quia sumus in materia quodammodo obiectiua, in qua opponitur de ista regula ad annullandam resignationem.

Ex quo infertur, quod quamuis velint Doct. mortem probari per † publicam vocem, & famam, Bald. consil. 9
407. colu. 3. lib. 1. & cons. 366. lib. 5. Cor. cons. 104. colum. 2. in fi. libr. 3. Bart. in tract. de testib. num. 58. Bald. in l. 3. col. 2. C. de prob. Salic. in l. ea quidem. colu. penul. C. de accus. cum alijs relatis per Mascard. de prob. conclus. 1070. num. 1. tamen hoc non † habe- 10
bit locum ad effectum huius regulæ, vt tenet Sarn. dict. q. 36. dicens hic non solum tractari de magno præiudicio, sed esse materiam † obiectiuam, vnde clarissimæ 11
probationes requiruntur sicut in spolio in quo cõmunis opinio, & resolutio Rot. est quòd ad probandum primum extremum probationes de publica voce, & fama non sufficiant, sed de visu requirantur, nec obstant doctrinæ in contrarium allegatæ, quia illæ non procedunt in causis grauioribus, sed in his duntaxat † quæ modicum damnum afferre possunt, ita declarat Bartol. in leg. 2. §. si dubitetur, numer. 1. ff. quemadm. test. aper. Alexand. cons. 187. num. 5. lib. 6. & cons. 117. lib. 4. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. num. 672. Franc. March. in decis. Delphin. 183. num. 2. par. 2. Lanfranc. in cap. quoniam, num. 185. rubr. de testibus. tit. de probat.

Secundò infertur, quòd † quamuis mors iuramento possit probari, Dec. in l. vlt. num. 28. in fin. C. de edi. 13
dia. Adria tollen. Zucc. num. 550. Menoch. d. remed. 4. de adipiscen. poss. nume. 671. & alij citati per Mascard. de prob. conclus. 1072. num. 1. tamen non habebit locum in casu nostro, quoad effectum huius regulæ, quia euidentior † probatio requiritur, & hæc non sufficit, vt 14
tenet Sarn. d. q. 36. nume. 2. vbi dicit fuisse resolutum in Rot. in vna Compostell. de anno 1535. & in alia Placentin. Canonicatus, & præbendæ coram Mariscoto 19. Februarij 1537. quòd ad probandam infirmitatem seu mortem non sufficit vnus testis idoneus cum iuramento in supplementum probationis, Non obstant contraria, quia loquuntur, cum de leuissimo † præiudicio agitur, 15
vt dicit Mascard. d. conclus. 1072. num. 1. Aufre. decis. Tolos. 312. Gabr. de test. conclus. 1. numer. 35. Requiruntur † igitur duo testes, qui dicant se vidisse illum vi- 15
ta functum, & tumulo mandari, Bat. in dict. l. 2. §. si dubitetur, num. 1. Alber. de Rosat. in l. conditionem, num. 1. ff. de condit. & demonst. Coser. in sing. in verb. mors. Communis opinio omnium Doctor. vt per Mascard. de probat. conclus. 1071. num. 2. Corn. cons. 10.

Digitized by Google

colum. 1. lib. 1. Campeg. de test. reg. 350. Menoch. de adipisc. poss. reme. 4. num. 675. qui etiam, vel alij, in eod. oume. aut plures, debent probare illum mortuum infrà dictum tempus, & hæc est communis opinio.

Si verò infirmus resignans in fauorem consanguinei, vel amici, in eiusdem domo moriatur, & mortuus publicetur post terminum viginti dierum verùm per aliquos dies ante finem termini, medici & alij non permittebantur ad ægrotum accedere, nec sont qui tempore obitus testificare possint, nec potest ex † signis cognosci, vtique præsumitur mortuus infrà viginti dies, vt concludit Mandos. hic qu. 8. numer. 1. vers. contrarium, id firmans ex præsumpta fraude resultante
18 ex exclusione medicorum, & aliorum visitantium, & ad infirmum accedentium, arg. cap. 1. de renunc. lib. 6. cap. super literis, de rescript. cap. auaritiæ, de elect. lib. 6. Resignatio fraudulenta reijcitur, vt suprà probatum est, fraus, † ex coniecturis probatur. l. dolum, C. de dol. Dec. cons. 337. & alia ad hoc adducit Mandos. loco citat.

Lib. 12. quæst. 7. numer. 1. Ibi, Alleganti resignantem mortuum.

QVia cùm is sit actor, eidem incumbit probatio eius; quod intendit, l. qui accusare. C. de edendo, l. 1. ff. de probat. l. negantee C. de accusat. cap. 1. vt Ecclesiast. benef. sine diminut. confer. cap. circa. de elect. in 6.

Eadem quæst. numer. 3. Ibi, Quia mors non præsumitur.

SCilicet in dubio: cum enim iura velint, vitam hominis longissimam, ad centum annos protrahi, & protendi. l. fi. ibi, nisi centum annorum curricula excesserint. C. de sacrosanct. Eccles. Viuus quis interea censebitur, donec de contrario apparuerit.

Eadem quæst. nu. 5. Ibi, Post præstitum consensum.

DEclara, quatenus consensus præstitus sit post admissam resignationem, vel saltem tempore admissæ eiusdem resignationis: non etiam si priùs, vt subtiliter docet Molineus in Scholijs ad regulam de infirmis resignantibus. ¶. Cur autem ita? vide Molin. ad hanc Regul. num. 10. & eius dictis adde sensum hunc ex ipsis futuri temporis verbis in regula positis satis elici: non enim dicit Regula quod hi viginti dies currant à die præstiti sed præstandi consensus.

Eadem quæst. numer. 11. Ibi, Procedunt in causis grauioribus.

ID est in maioribus: quænam autem grauiores seu maiores causæ dicantur, prudentis iudicis arbitrio reliqui, docet post alios Decius in Authent. Propterea. numer. 15. C. vnde vir & vxor.

Eadem quæst. 7. num. 17. Præsumitur mortuus infra vigioti dies.

¶ EX his firmantur à nobis tradita suprà libr. 10. quæst. 5.

QVÆSTIO VIII.

Regula hac de Infirm. cur potius ponat terminum viginti dierum, quam plus, vel minus, & quomodo computentur isti viginti dies, & an dies præstiti consensus computentur, & alij casus explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Morbi acuti, spatio decem dierum finiuntur.*
2 *In regula de infirmis, ponitur tempus 20. dierum ex arbitrio.*
3 *Antiquo tempore, quod spatium ponebatur in regula de infirmis.*
4 *Tempus 20. dierum in regula de infirmis computantur à die præstiti consensus.*
5 *Resignatio infirmis ante consensum.*
6 *Tempus datum ad publican. computabatur à tempore præstiti consensus.*
7 *Regula de subrogandis collitigatoribus, computatur à tempore præstiti consensus.*
8 *Tempus currit de momento, ad momentum.*
9 *Hora in qua quis natus est, computatur in termino 25. annorum.*
10 *Dies in quo præstatur consensus resignationibus, non computatur in termino 20. dierum, & in regul. de inf. contra anm. 15.*
11 *Dies termini, non computatur in termino.*
12 *Pronuntiandum pro benigniori sententia.*
13 *Dies termini non computatur in termino, quotiès tempus præfixum est per dictionem A,*
14 *Dies termini non computatur in termino, quando odium & pœna sequitur.*
16 *Dictio A, quoties iungitur tempori, quod est de initio actus, dies termini computatur in termino.*
17 *Iurans esse fidelis ab hac die, statim ligatur.*
18 *Dies termini computatur in termino, quando interest ei cui statuitur.*
19 *Dies cœptus, habetur pro completo in fauorabilib.*
20 *In testamento, libertate, & vsucapione dies cœptus habetur pro completo.*
21 *Resignationes sunt fauorabiles.*
22 *In odiosis tempus computatur de momento ad momentum.*
23 *Dies obitus resignantis non habetur pro completo ad effectum regulæ de infirmis.*
24 *Tempus positum in accusatiuo, oportet esse cõpletum.*
25 *Dictio infrà, includit sua extrema.*
26 *In tẽpore designato per annos, vltima dies vltimi anni, statim quo fuerit incœpta habetur pro cõpleta.*
27 *In termino plurium annorum, Vltimus annus cœptus non habetur pro completo.*
28 *Forma verborum attendenda, an dies cœpta habeatur pro completa.*
29 *Etiam in materia odiosa fit interpretatio, quatenus proprietas verborum patitur.*
30 *Regula de infirmis fauorabilis.*
31 *In materia mixta, tempus currit de momento ad momentum.*
32 *Dies vel artificialis, vel naturalis.*
33 *In statutis in dubio accipitur pro tẽpore, 10. horarũ.*
34 *Dies quando propriè dicatur.*
35 *Regula de infirmis, loquitur de die naturali.*
36 *Naturalis causa attẽditur potiùs quàm accidentalis.*
37 *Dies communiter accipitur pro die & nocte.*
38 *Actus factus de nocte, de die fieri dicitur.*
39 *Beneficium potest conferri de nocte.*
40 *Resignatio potest fieri de nocte.*
41 *Stricta fit interpretatio vt pœna statuti vitetur.*
42 *Tempus Reg. de Infirm. computatur à consensu primæ resignationis.*
43 *Varietia prohibita.*

OCtauò quæro, Cur magis Summi Pontifices per hanc regulam terminum 20. dierum quàm 15. vel 30. præfixerunt resignanti? Sarn. quæst. 25. hic num. 1. vers. quid igitur dicendum, existimat hoc tempus fuisse positum, quia medici spatium viginti dierum constituunt in morbis acutis, vt latè ipse probat † ex 1 medicis, quorum dicta confutat Mandos. quæst. 7. mihi autem verior videtur. alia sententia hoc fuisse † arbi- 2 trarium, vt tenet Dec. cons. 214. ex gloss. in l. 1. ff. de postu. quæ opinio confirmari potest, nam antiqui resignationem † fraudulentam existimarunt, si infirmus re- 3 signans moriatur infrà octo dies, vt patet decis. 361. in

antiq. Bellam. decis. 344. aliàs infrà decem, vel 12.
dies, vt Fattolus refert in quadam decis. & Innoc. 8. per
extrauag. suam 13. sicut bonus Pastor, statuit mensem,
& cum illud tempus esset breue, hoc autem longum
ideo media via eligitur, vt sit 20. dierum.

Dubitatur rursus a quo tempore computentur isti 20.
dies, hodie hoc non habet difficultatem, quia expressè
4 exprimitur in regula, a † die præstiti consensus, vt pa-
tet ibi, *& postea infrà 20. dies à die per ipsum resignan-
tem præstandi consensus decesserit, &c.* Bursat. cons. 393.
sub num. 12. vol. 4.

Et ratio est, quia tunc perficitur resignatio, ante enim
illud tempus est informis † & potest resignans pœnitere,
5 vt latè per Sarnen. hic quæst. 31. & quæst. 7. de public.
Ant. Aug. decis. 250. lib. 3. Saro. decis. 20. lib. 1. Cott.
decis. 16. Paleot. decis. 257. Mohedan. decis. 57. dixi
latè lib. 1. q. 12.

Ita tempus datum ad publicandum secundum men-
6 tem Rotæ computatur † à die præstiti consensus in vna
Seguntin. de Mense Iunij 1524. teste Crescen. decis. 26.
& de mense Maij 1522. teste Sarnen. de publ. quæst. 7.
Boer. decis. 348. numer. 2. Paris. cons. 143. volum. 4.
licet hodie secus per const. Greg. XIII. de publ. & dixi
latè lib. præcedenti.

Ita regula de subrogandis collitigantibus computa-
tur à tempore consensus † præstiti, Sarn. reg. de subrog.
7 colliti g. q. 10. quamuis contrarium seruari in Francia,
attestetur Boer. dec. 348. num. 3.

Rursus contingit dubitari, An dies, quo præstatur
consensus à resignante qui moritur infrà 20. dies, debeat
computari in dicto termino 20. dierum, vt currat de
momento ad momentum, an verò eo non computato
incipiat terminus 20. dierum à sequenti die numerari?
Hæc quæstio fuit proposita in Rota per Crescentium in
vna Leodien. Canonicatus die 5. Iulij, 1538. & nihil
fuit resolutum. Quòd computetur dies, in quo præsta-
tur consensus, tenuit Glossator antiquus, quem refert,
& sequitur Mandos. hic quæst. 18. numer. 3. vsque ad fi-
8 nem, qui dicit ita tenuisse Rot. nam † tempus currit de
momento ad momentum, l. denique. §. minorem, ff. de
minor. vbi ætas computatur de momento ad momen-
tum, & in termino illo 25. annorum computatur † hora,
9 in qua quis natus est, Glos. in l. Gallus, in princ. ff. de
lib. & posth. Io. And. & alij in cap. super eo, de app.
Gemin. in cap. ab eo, de appellat. lib. 6. communis opi-
nio teste Corn. cons. 279. num. 4. lib. 4.

Contraria tamen opinio, quòd illa dies qua præsta-
10 tur consensus non † computetur in numer. 20. dierum
tenuit Sarn. hic quæst. 37. num. 2. vers. tamen his non
obstantibus, sequitur Rebuff. hic gl. 10. numer. 9. quia
11 dies termini non † computatur in termino. l. cum qui
Kalendis. §. planè. ff. de verbo. oblig. vbi obligans se
in die Kalend. de soluendo Kalendis, illa dies obliga-
tionis, in qua Kalendæ incidunt, non computatur. glo.
in l. vlt. §. 1. C. de iur. deli. Anch. Gemin. & alij, in
cap. 1. de restitut. spol. lib. 6. Dec. in l. vbi lex. ff. de
reg. iur. Cassan. super consuetud. Burgundiæ, rub. 1. §.
8. num. 10. Boss. in prac. crimin. tit. quomodo proced.
per act. in deli. numer. 26. & hæc est magis communis
opinio, vt patet ex his, quæ scribit Tiraq. de retract. §.
1. gl. 1. numer. 16. & 21. de magis communi attestatur
12 Mandos. dict. quæst. sub numer. 2. & hæc cum † sit be-
nignior sententia, pro ea est pronunciandum, Dec.
cons. 482. in fin. & cons. 500. Tiraquell. de retract. §. 1.
gl. 11. num. 21. & ad allegata in contrarium respondent
omissa responsione generali, quòd cum hæc sit magis
communis opinio, ab ea non sit recedendum, non pro-
cedere quoties terminus præfixus est per dictionem A,
13 quia tunc absque dubio dies termini † non computa-
tur in termino, vt per multa iura concludit Alex. in l.
1. ff. si quis caut. & cons. 42. colum. 3. lib. 3. glos. in
cap. 3. verb. numerandum, in fin. per illum tex. de pro-
bat. lib. 6. & ita omnes communiter concordare, atte-
statur Sarn. dict. quæst. 37. numer. 3. sed in casu nostro
assignatus est terminus per dictionem A, quia dicitur à
die, ergo dies qua præstatur consensus, non computa-
tur, & ratio est quia dictio A, de sui natura denotat se-
parationem diei, a quo datur terminus, a termino præ-
fixo, & sic excluditur illa dies termini, Alex. in dict. l.
1. Imol. in Clem. sciat. numer. 10. de app. Oldrad. cons.
49. column. 1. Gemin. in cap. statutum. not. 11. de præb.
lib. 6. Bal. cons. 457. nu. 3. lib. 1. & est communis opin.
Imo ipse Mandos. d. quæst. 18. num. 8. dicit, quòd quan-
do odium, & pœna sequitur, tunc dies † termini non 14
computatur in termino, Gemin. in cap. statutum, colu.
5. de præb. lib. 6. Corn. cons. 279. num. 5. lib. 4. sed in
casu nostro resultat odium, & pœna, ideo concluden-
dum est, diem, in quo præstatur consensus, non com-
putari in termino 20. dierum, & hanc opinionem Man-
dos. d. q. 18. in fi. dicit verissimam, & æquitatem sum-
mam continere. Ego autem teneo priorem sententiam,
namque Rota bis illam firmauit, vt dies quo præstatur
consensus † computetur in termino 20. dierum, in vna 15
Toletan. benef. de Maguida die 21. Aprilis 1563. co-
ram R. P. D. Sarmiento, & in alia Imol. Canonicatus
& præbendæ Lunæ 21. Aprilis 1578. coram R. P. D.
Caotuccio mota, quia cum dictio A, iungitur † cum 16
tempore, quod est de initio actus, tunc computatur,
exemplum, si quis instituerit nepotem suum, qui nas-
cetur infrà decem Menses à die mortis filij; tunc dies
illa mortis computatur in illis decem mensibus, l. Gal-
lus, in princ. ff. de lib. & posth. item si quis iurauerit
esse fidelis † ab hoc die, tunc dies iuramenti computa- 17
bitur. cap. 1. tit. de nou. form. fidelit. item promittens
soluere à die ista, præsens dies includitur. l. lecta. §. vlt.
ff. si cert. pet. & ex his exemplis ita declarat Bald. cons.
457. num. 3. ante med. lib. 1. Tiraq. de vtr. retract. p. 1.
§. 1. gl. 11. nume. 51. & 52. At in casu nostro dictio A,
posita in regula, iungitur cum tempore quod est de ini-
tio actus, idest ipsius consensus, nam in regula dicitur
infrà 20. dies à die per ipsum, &c.

Secundò, quia dies termini computatur in termino,
quando eius interest, cui terminus † statuitur, Bald. in 18
l. à calligato, colum. 2. C. de oup. Fel. in cap. 1. sub
num. 4. de præscr. sed magis expedit resignanti, cui ter-
minus 20. dierum præfigitur, vt dies præstiti consensus
computetur in termino, cum citius valideiur resigna-
tio. & ab hac opinione non est recedendum in iudi-
cando, ob reuerentiam Rotæ, & ita de stylo curiarum
Franciæ seruatur. Rebuff. gl. 10. dicens ita sæpiùs fuis-
se decisum. Boer. decis. 348. & contraria tolluntur ex
prædictis.

Vlterius dubitatur, An dies quo resignans moritur,
statim, vt inchoatus fuit pro completo sit habendus?
pro affirmatiua adducitur, quia dies cœptus † habetur 19
pro completo in fauorabilibus, gl. in l. 3. §. minorem,
in verbo momentum, prope finem, vers. item quod de
die cœpto. ff. de minor. & ibi Bar. nume. 2. Alberic in
princ. Bald. in fi. & alij omnes, Glos. 3. in fin. in §. ca-
dem lege, Institut. quib. ex caus. manum. non lic. & ibi
Fab. in princ. Port. num. 5. Aretin. numer. 4. Siluestr.
Aldobr. numer. 10. vbi hanc doctrinam veram appellat
Bart. in l. si cui legetur, in prin. num. 2. ff. de leg. 1. &
ibi Alex. nume. 7. Ro. in l. 3. §. Labeo, in fi. ff. de acq.
poss. & ibi Are. col. 2. Alex. nu. 8. Ias. nu. 18. Ber. in cap. de
quarta n. 10. de præsc. Alc. in l. anniculus, n. 2. & 3. ff. de
verb. oblig. communis opinio teste Abb. in cap. cum in
cunctis, num. 6. de elect. & ibi Ant. de Bur. nu. 23. 24. &
25. exemplum † in testamento liberi. vsucap. l. quia æta- 20
te. ff. de testa. l. 1. ff. de manumiss. l. in vsucapionib. cum l.
seq. ff. de vsuc. l. in vsuc. ff. de diuer. & tempor. præscr. sed
resignationes † sunt fauorabiles, Cassad. decis. 13 nu. 12. 21
de præb. Ideo dies quo moritur resignans, habebitur
pro completo, & tempus non computabitur de mo-
mento ad momentum, vt in † odiosis, Ant. de Butr. in d. 22
cap. cum in cunctis, nu. 25. Car. Are. in can. subdiaconus,
di. 77. Gomes. in § rursus, nu. 3. de act on. Fel in cap. illud.
num. 14. de præsc. & per consequens si resignans moria-
tur in 20. die. dicetur non intrà, sed extrà 20. dies obijs-
se, & regula non habebit locum.

23 His tamen non † obstantibus contrariam opinioneoi
firmauit Rot. die lunæ 28. Aprilis 1578. in vna Imol.
Canonicatus, & præben. coram bon. memor. Camuc-
cio, vt dies obitus resignantis oon sit habendus pro
completo, nam quidam Stephanus die 24. Octobr.
1562. cum esset infirmus præstitit consensum per pro-
curatorem suum ad id speciale mandatum habentem
super resignationem sui Canonicatus & præbendæ fa-
ctam in manibus Papæ ad fauorem Annibalis Iouij,
deinde idem Stephanus de eadem infirmitate obijt die
12. Nouembris Mensis sequentis 1. vel 2. hora noctis in
circa, quo mortuo de dicto Canonicatu, & præbenda
fuit prouisus ab Ordinario Paulus Venerius, inter
quem & Iouium super dicto canonicatu orta lite &
iam in Rota introducta, ibique per multa dubia discussa
fuit, rursum propositum hoc dubium, an dies quo mor-
tuus est Stephanus, cum sit 20. habeatur pro completo,
& non sit locus regulæ? Fuit conclusum illum diem
mortis Stephani non haberi pro completo, & esse lo-
cum regulæ, & sic Stephanum resignantem esse mor-
tuum intra terminum 20. dierum, & oon extrà, & per
consequens resignationem esse nullam, namque ita vi-
detur tenere Cassaneus in consuet. Burgun. fol. 82. nu. 55.
& 12. Gl. antea in hac regula prope finem. Silu. de be-
nef. part. 3. qo. 46. in fi. Franc. de March. decis. 1163.
num. 5. lib. 1. Rebuff. in l. vrbis, §. cuiusque. io fi. vers.
item dicemus, ff. de verb. sign. & in prax. dictæ regulæ
gl. 10. num. 9. in fi. dum firmant diem vltimum debere
esse completum; & oon sufficere illum esse cœptum,
& hæc est communis opinio.

24 Quæ probatur primò, quia in regula tempus 20. die-
rum est positum † in accusatiuo, quo casu oportet esse
completum, vt tradunt Dyn. Rainer. & Bald. in l. si an-
nos, per illum tex. ff. de cond. & demonst. Pet. Cin.
Bald. in secunda oppo. Alexand. numer. 2. Ias. num. 13.
in l. si cui legetur, in princ. ff. de leg. 1. & communiter
Doctores, quod procedit etiam si tempus ponatur in
dicto casu accusatiuo absque verbo denotante perfe-
ctionem, vt reprobata opinione Bart. optime deducit.
Alex. in l. si cui legetur, numer. 2. vers. sed in contra-
rium, & ibi Ias. nu. 10. vers. & quod fortius est. Secun-
25 dò quia dictio *infrà* posita in regula, regulariter † solet
sua extrema includere, l. 1. §. 1. & ibi Bart. num. 11. vers.
& ad hoc facit, Alber. nu. 3. Bald. num. 8. ff. de off. præfect.
Vrb. Alciat. in l. si quis sic dixerit, oum. 2. & ibi Rebuff.
latè, ff. de verb. signif. Cor. cons. 53. num. 5. lib. 2. Soc.
Sen. cons. 211. in prin. lib. 2. Aret. in l. ex facto, §. item
quæro, in vlt. not. per illum tex. ff. de vulg. & pupil.
Gomes. in §. rursus, num. 10. Instit. de act. Claud. de
Seisell. in l. si quis ante Kalendas, oumer. 1. in fi. ff. de
verb. oblig. ideo includit, & stat inclusiuè quoad totam
diem, vt egregiè in terminis nostris deducit Cassan. loc.
cit. ou. 9. Tertiò quia aliàs sequeretur absurdum, quod
tempus regulæ posset restringi ad dies decem, & octo,
& aliquas horas, vt si quis in fine, vel prope finem pri-
mi diei consensum præstaret, & in prima hora, vel io
principio diei vltimi obiret, nam hoc casu de n. 20. die-
rum duo ferè detraherentur, quod esset contra verba,
& verisimilem mentem Papæ. Nec obstat quòd detra-
ctio quoad primum diem est concessa, quia id procedit
ea ratione, nam hora præstationis consensus nunquam
annotatur à Notarijs Cameræ, & Cancellariæ, & sic
differentia est inter vtrumque casum.

Non obstant doctrinæ in contrarium adductæ, quia
26 conclusio illa quod io fauorabilibus dies cœpta habea-
tur pro completa † procedit, quando tempus est desig-
natum per annos: tunc enim vltima dies vltimi anni
statim atque fuerit incohata habebitur pro cópleta, ita
Pau. de Cast. in d. l. si cui legetur, in fi. prin. Soc. io l. si
in annos, quam legit, cum l. non putabat, ff. de cond.
& demon. & ita loquuntur iura allegata per DD. ideo
in casu nostro, cum tempus designetur, non per annos
27 sed per dies, vltima dies cœpta non debet haberi pro
completa, quia sicut in termino plurium † annorum vl-
timus annus inceptus non habetur pro completo, d. l.
non putabam, ita etiam in termino plurium dierum vl-
tima dies cœpta pro completa haberi oon debet, vt
latè per Cassan. loc. cit.

Secundò respondetur, quòd Doctores vario modo
sunt loquuti, & varias distinctiones dederunt, an dies
cœpta habeatur pro completa, communis tamen opi-
nio est esse attendendã † formam verborum, Fel. in cap. 28
cum vigesimum, sub num. 7. de offic. deleg. Archid. in
cap. vlt. io prin. lib. 6. sed in casu nostro plures sunt
coniecturæ id volentes, vt suprà dictum est, ergo. Ac-
cedit quia proprietas verborum regulæ ita suadet, &
etiam in materia odiosa, & alteri præiudiciali fit lata † 29
interpretatio, quatenus proprietas verborum patitur,
Cald. in cons. 1. in prin. de consanguin. & affinit. Dec.
cons. 76. nu. 2. & cons. 113. nume. 6.

Tertiò respondetur, quòd hæc regula de 20. quid-
quid voluerint plures Doctores, est † fauorabilis, vt 30
suprà deduxi qu. 2. vnde si hæc regula est fauorabilis,
dies incœpta non debet haberi pro completa, quia cum
terminus 20. dierum sit præfixus ad euitandas fraudes,
vtique fauor regulæ suadet diem cœptam non haberi
pro completa, & conclusio illa de qua supra, quod dies
cœpta habeatur pro completa, & non completa pro-
cedit secundum quod fauor dictat, Gloss. & Doctor.
in l. 3. §. minorem, ff. de minori. communis opinio
test. Aldobrandin. in d. §. eadem lege, Instit. quibus ex
caus. manum. non lic. Et in materia † mixta tempus 31
currit de momento ad momentum, Præpo. in dict. cap.
subdiaconus, oum. 5. dist. 77.

Præterea dubitatur, quia dies, † vel est artificalis 32
12. horarum, vel naturalis 24. horarum, vt licet colli-
gere ex his quæ longa serie more suo cumulat Tiraq. in
tract. de retract. consang. §. 1. glo. 11. nu. 1. cum multis
sequentibus, fol. mihi 82. An dies de quibus loquitur
hæc regula, intelligatur de artificiali 12. horarum, vel
de naturali 24. horarum? Quod debeat intelligi de ar-
tificiali, facit, quia regulæ Cancellariæ se habent ad
instar † statutorum, in statutis autem verba strictè in- 33
terpretantur, & dies in dubio accipitur pro tempore
duodecim horarum, & sic ab ortu solis ad occasum,
quia tunc propriè dies dicitur cum † sol est supra ter- 34
ram, cap. consuluit. de off. deleg. Fed. de Sen. cons. 44.
incip. statuto cauetur. Contraria tamen opinio commu-
niter tenetur in praxi, vt regula intelligatur de die † 35
naturali 24. horarum, vt tenet Sarn. hic q. 58. vbi attesta-
tur ita signaturam tenere. Io. Selu. idem vult. in tract. de
benef. p. 3. q. 46. in fi. & ita etiam tenet Rot. Rebuff. hic.
gl. 9. vers. accipitur.

Ad quod facit, quia in dubio naturalis causa debet
attendi, † & non accidentalis, l. qui habet, vbi Bat. & 36
omnes ff. de tutel. Abb. in cap. licet, de off. leg. secundo
facit quia communiter † accipitur dies, vt dies & 37
nox, pro vna die reputatur, l. more Rom. ff. de fer.
& attendendum est quod fieri solet, Dec. cons. 109. col.
2. Crauett. cons. 234. numer. 3. & cons. 271. nu. 6. latissi-
me Marsi. sing. 1. Tertiò, quia accipiendo diem pro die
naturali 24. horarum extenditur magis libertas resig-
nantis, quæ de iure communi sine præfinitione alicuius
temporis libera erat, ergo illa interpretatio attendi
debet.

Hinc † actus factus de nocte de die fieri dicitur, cum 38
nox sit pars diei, & hac ratione collatio beneficij po-
test † fieri de nocte, Abb. in cap. 1. de clandest despon. 39
Gem. post Arch. in cap. si tibi absenti, col. 1. de præb. lib.
6. ita & † resignatio potest fieri de nocte, vt dicit Sar. d. 40
q. 38. in finalibus verbis.

Non obstat cons. Fed. de Sen. allegatum, quia illa in-
terpretatio procedit, vt † pœna statuti euitetur, Archi. 41
in c. quod à patribus, dist. 75. Bal. in cap. ego N. colu. 1. de
iure. iur. regula odia, de reg. iur. late Gabr. com. concl.
tit. de malef. concl. 2.

Vlterius dubitatur si quis bis resignauit, & in vtra-
que præstitit consensum, a † quo consensu debeant com- 42
putari isti 20. dies? communis opinio est computandum
tempus 20. dierum à cõsensu primæ resignationis; Sarn

hic q. 29. Rebuff. glos. 10. num. 3. nam eo ipso quòd renunciauit in manibus superioris, amisit omne ius & possessionem, & consensus perficit resignationem, vn-
45 de in secunda nihil transtulit, † cum non possit variare, cap. in præsentia, de renun. clem. 1. eod. tit. & per consequens dies debent computari ab actu perfecto, & non a nullo, & secundùm hanc opinionem resoluit Rot in vna Fringen. canonicatus, & præbendæ coram Staphileo de mense Maij 1521. pro Cardinali Cibo.

Amplia etiam si prima non fuit a Superiore admissa, & consensus fuerit posterior, de qua relatè Sar. hic q. 29. vbi disputat, & ita concludit, quem vide.

Secundo amplia etiam si fuerit facta per procuratorem prima resignatio, Rebuff. d. gloss. 10. num. 45. cum seq.

Lib. 12. q. 8. n. 3. Ibi, Ideo media via eligitur.

AD imitationem scilicet Imperatoris Iustiniani in §. vlt. quibus ex cau. Manumit. non liceat in instit. Cui etiam proposito, aptius est illud Horatii.

Est modus in rebus sunt certi denique fines:
Quos vltrà, citraque nequit consistere rectum.
Et vulgatum illud,
Medium tenuere beati.

Quod comprobat glosa in cap. 1. in verbo. supràmodum. de offic. custod. recitans etiam hunc versum.

Inter vtrumque vola, medio tutissimus ibis.
Denique sunt dissimiles Hesdini, quos latet vt toto sic dimidium plus.

Eadem q. n. 26. Ibi, Vltima dies cœpta pro completa haberi non debet.

ATtamen (nostro quidem iudicio) vltima saltem incœpta, vltimi diei, ipsius termini hora, pro completa habenda erit. Quæmadmodùm in vltimo die vltimi anni incepto, receptum esse, Flaminius fatetur. (¶) Eadem enim in vtroque casu ratio, nec maior in isto, quam in illo militat. l. illud ff. ad leg. Aquil. Nec abs re forsan erit, si hic adnotemus, quòd aliàs sub Doctoribus scribendo didicimus, decisam fuisse elegantem quæstionem. Quædam enim mulier cum nupsisset secundo viro in duodecimo mense post mortem prioris viri, eaque sibi relicta erant, vel donata à priori marito suo, sibi dari petebat ab eius hæredibus; aduersus quam excipiebatur, nupsisse eam intra lugubrem Annum, & ideo priuandam esse his omnibus lucris, quæ priòr maritus ei reliquerat, ex l. 1. C. de secundis nuptiis, Tandem decreto Senatus, pro ea iudicatum est. Quia scilicet, etsi duodecimus mensis completus non esset, cœptus tamen erat priusquàm nuberet: & ideò haberi debuit pro completo. vt odium illud, id est pœna mulieribus indicta, restringatur potiùs, quàm amplietur arg. l. respiciendum ff. de pœnis. Huic affine est, quod aliàs Summum Pontificem Gregorium XIII. ex illustrissimor. Dominorum Cardinalium tùnc sacrosancti Tridentini Concilii interpretum, sententia sess. 23. cap. 13. de reformat. respondisse legimus; Quandò scilicet necessitas, propter mobilium Festorum varietatem, antequàm duodecimus mensis compleatur, occurrunt: Annum (qui alioquin in promotione ab vno ad alterum sacrum ordinē interponendus est) 12. mensium completorum esse non debere: sed eo casu, quatuor dictorum interstitiorum cursum, non autem 12. mensium completorum tempus, esse attendendum. Et eum annum diei Ecclesiasticum, cuinciturex alia declaratione eorundem Cardinalium ad cap. 14. in verbo annum integrum Ipsiusmet sessionis. An autem vltima duodecim Annorum die nondum completa, possit matrimonium per mulierem contrahi, notat Ioannes Andreas in cap. si. de desponsat. impub. Quem refert. Nicolaus de Milis, in suo repertorio, in verbo, matrimonium an possit. (¶) Hoc fatetur Flam. in fauorabilibus: in odiosis autem, vel etiam mistis negat, id est vbi fauor ampliatur per strictiorem terminū asserit diem inceptum haberi pro completo: vbi verò odium ampliatur, negat, iuxtà communem sententiam: Cum autem fraudes, quibus hæc regula obuiare intendit sint valdè odiosæ, vnde hæc regula fauorabilis dicitur, consequens est vt quemadmodum vltima dies anni vltimi in odiosis non habetur, pro completa, ita vltima quamuis incepta vltimi diei huius regulæ termini hora pro completa non habebitur, sed tempus vtrobique curret de momento ad momentum. Ratio est, quia ampliando terminum fauet ipsius regulæ ampliatur, & ipsæ fraudes restringuntur, vt de iure fieri conuenit.

Eadem quæst. num. 42. Ibi, Amisit omne ius & possessionem.

PEr hæc firmari videntur ea, quæ nos suprà, lib. 11. quæst. . num. 32. diximus.

QVÆSTIO IX.

An vacatio inducta per hanc Regulam, sit vera vacatio per obitum, vel ficta.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio inducta per reg. de Infirm. an sit vera, vel ficta & num. 7.*
2 *Collatio de beneficio non vacante, nulla.*
3 *Quod à principio non valet, medio temporis validari non potest.*
4 *Vacatio per obitum differt à vacatione per renunciationem.*
5 *Papa non potest facere quòd factum, non sit factum.*
6 *Verbum, censeatur, denotat fictionem.*
8 *Fictio de iure inducta, habetur pro veritate, quoad iuris dispositionem.*
9 *Fictio legis, idem quod ipsa veritas.*
10 *Tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero.*
11 *Ius penes resignantem, in fraudulenta resignatione.*
12 *In his quæ sunt iuris, paria sunt esse, vel haberi pro tali.*
13 *Habens regressum, sapit beneficium, si resignans moriatur infra viginti dies.*

NOnò quæro, quia ista regula dicit, quòd si moriatur resignans infrà 20. dies, beneficium vacat per obitum, & non per resignationem. An vacatio hæc per mortem, quæ inducitur per hanc regulam dicatur vera vacatio per obitum, quoad effectum, vt sub regulis & alijs dispositionibus, & concessionibus, loquentibus de vacatione per obitum comprehendatur, † an verò sit ficta? 1

Sarn. quæst. 30. hic, tenet vacationem esse fictam, & per consequens hunc modum vacandi non comprehendi sub alijs regulis, dispositionibus, & concessionibus loquentibus simpliciter de vacatione per mortem mouetur primo, quia per resignationem factam infrà 20. dies beneficium verè vacat, vt est communis opinio, de quo supra lib. 1. quæst. 4. aliàs non tenuisset † col- 2
latio de benef. non vacante, cap. 1. & 2. & cap. cum nostris, de concess. præb. neque si à principio non valuisset, validari posset † ex superexistentia vitæ resi- 3
gnantis, iux. not. in cap. si eo tempore. de rescrip. lib. 6. cum ergo vacauerit per renunciationem, non potest dici quòd verè vacat per obitum eiusdem, cum hæc sint diuersa, † & ad positionem vnius excludatur alter. cap. 4
susceptum, de rescr. lib. 6. cum alijs, vt per Burs. cons. 394. col. 2. & 3. volu. 4. ergo talis vacatio obitus erit ficta, & interpretatiua, non autem vera, quia Papa non potest facere, quod resignatio, quæ † vere, & realiter 5
facta fuerit, non sit facta, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postlim. can. si Paul. 32. quæst. 5. potest enim facere quòd moriente illo qui resignauit infrà 20. dies censeatur vacare per obitum, & quòd ad hoc resignatio habeatur pro non facta, Gloss. in Clem. 1. de immun. Eccles.

Secundò, quia regula non dicit simpliciter vacare per obitum, sed hoc modo per obitum nihilominus censeatur vacare; Ergo fictè, verbum enim censeatur, 6

Digitized by Google

denotat fictionem, cap. t. & cap. is qui de procuratorib. lib. 6. c. 1. de arbit. & ita fuisse resolutum in vna Segob. Archidiaconatus attestatur Sarn. d. quæst. 30. n. 3. in fi. vbi dicit, quòd ita tenet Rom. cons. 342. ex quo infert quod regula de impetrantibus per obitum familiarium Cardinalium non habebit locum in vacatione per obitum isto modo inducta.

7 His tamen † non obstantibus contraria opinio mihi
videtur verior, æquior, & sustentabilior, & quæ hodie
seruatur vt vera censeatur vacatio, & vt iste modus va-
candi per obitum comprehendatur in regulis, disposi-
tionibus, concessionibus simpliciter loquentibus de va-
catione per mortem, quam opinionem tenet Put. decis.
297. lib. 3. qui attestatur ita resolutum fuisse in vna Bo-
non. regressus 17. Martij 1550. coram D. Achill. de
Grass. Rebuff. reg. 14. numer. 5. in fi. in praxi super hac
reg.

Quæ opinio primo probatur, quòd esto quòd sit fi-
8 ctio, tamen fictio à iure inducta † habetur pro veritate
quoad iuris dispositionem, Bart. in l. is qui pro empto-
9 re. ff. de vsucap. & idem importat fictio legis, quod †
ipsa veritas. Card. Paris. cons. 22. numer. 10. volum. 2.
& num. 36. dicit, quod equipollet veritati. Hinc dici-
mus, quòd tantum operatur fictio in casu ficto, quan-
10 tum veritas † in casu vero, l. filio, ff. de libr. & posth.
Card. Paris. cons. 128. num. 32. vol. 4.

Non obstant in contrarium allegata, Nam ad primum
argumentum, quòd ista vacatio sit ficta, & iden non
veniat in dispositione loquente de vacatione per obi-
tum, respondetur, quod ex quo Papa annullat collatio-
nem si infirmus decedat infra 20. dies, & non admittat
illam resignationem tanquam fraudulentam, ius bene-
11 ficij dicitur † esse penes resignantem, per ea quæ ha-
bentur in decis. 1. de renunc. in antiquior. per Bisignet.
& est communis opinio, & cum sit penès resignantem
vacat per obitum, & ita fundamento Sarn. respondit
Rot. in d. Rot. in d. Bonon. regressus, & quidem opti-
ma est responsio. Nec obstat secundum argumentum,
quòd regula dicat, censeatur vacare, quod verbum vide-
12 tur importare fictionem, nam in his quæ sunt † iuris, pa-
ria sunt aliquid esse, vel haberi pro tali, Cardin. Paris. d.
cons. 21. num. 10. & 36. vol. 3. & est communis, & re-
cepta Doctorum sententia.

Stante hac conclusione primo infertur, quòd habens
13 regressum per decessum, † si resignans obierit infrà 20.
dies illud beneficium capit vigore regressus, & sic in
casu huius regulæ erit locus regressui per decessum, vt
fuit resolutum in d. Bonon. regressus 17. Martij 1550.
teste Put. dec. 197. lib. 3.

Secundò infertur, quòd si illud beneficium est vnitum, cum primum vacauerit per obitum, si resignans moriatur infrà 20. dies, vtique exclusio resignatario incorporabitur loco cui facta est vnio, vt suprà scripsi, & est communis opinio. Ita etiam infertur in similibus casibus.

Lib. 12. quæst. 9. in fine Ibi, Ita etiam infertur in similibus casibus.

ITaque tertio infertur, quòd facta, de mense graduatis nominatis affecto, in ordinarij collatoris manibus, simplici resignatione; quamuis beneficium sic vacans, illis non sit affectum §. volumus. versic quodque. de collat. in concordat. Antiquior tamen nominatus (si resignatio ipsa in illius fraudem facta esse conuincatur) illud, tanquam per obitum vacans, petere poterit. vt Rebuffus ibidem in verbo vacantia. Et Paponius tertij Tomi trium Notariorum lib. 2. tit. (*des graduez simples & nommez.*) pag. 146. tenent. Sed hoc ita demùm locum sibi vendicat, si ipse resignans, in vno, vel altero mensium, eisdem graduatis nominatis affectorum, decesserit vt iam suprà, hoc lib. quæst. 1. num 13. docuimus.

quæst. 9. num. 7. Vt vera censeatur vacatio.

¶ DIc non modò censeri veram vacationem, sed reuera talem esse: tituli enim beneficiorum sunt de iure positiuo, vt tradunt Doctores in cap. cum nostris. de Concess. præb. in iis autem, quæ sunt iuris positiui, ex non ficte, sed vere & meto iure agi, vt ex Bartol. Iason. & aliis in l. si is qui pro emptore ff. de Vsucap. & in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. an Molineus ad hanc regulam num 285. Et quamuis ab initio beneficium resignatum verè vacauerit per Resignationem, commutabiliter tamen vacauit. & sub conditione resolubili, qua subsequuta, vacatio hæc per resignationem verè cessauit & successit altera per obitum.

QVÆSTIO X.

An beneficia, quæ vacant per hanc Regulam sint affecta.

SVMMARIVM.

1 *Appositio manus Papæ non sortita effectum, non inducit reseruationem, contra num. 9.*
2 *Sublato principali, tollitur effectus.*
3 *Vacatio inducta per regulam de Infirm. fundatur in fraude.*
4 *In resignatione facta in Curia, si moriatur resignans infra viginti dies, beneficium est affectum.*
5 *Beneficium resignatum in Curia, ibi dicitur vacare.*
6 *Beneficium vacans extrà Curiam, & commendatum per Papam, dicitur affectum.*
7 *Inferiores non possunt disponere de beneficijs vacantibus in Curia, per regulam de infir.*
8 *Inferiores non se intromittunt super reseruatis.*
10 *Beneficia vacantia in Curia sunt reseruata.*
11 *Resignatio non admissa potest valere in preiudicium resignantis.*
12 *Beneficium resignatum extrà Curiam non est affectum, quamuis resignans moriatur infrà viginti dies.*
13 *Reseruatio odiosa, restringenda ad casus expressos.*
14 *Quoties vni plura iura competunt, vno sublato, alterum illæsum remanet.*
15 *Si concurrunt plura in vnam personam, tunc illa persona habet vim duarum personarum.*
16 *Collatio ordinariorum fauorabilis.*
17 *Ordinarij possunt conferre beneficia resignata coram eis & vacantia vigore regulæ de Infir.*
18 *Expectantes possunt acceptare beneficia resignata coram Ordinarijs.*
19 *Beneficia renunciata coram Ordinarijs, debentur nominatis.*
20 *Impetrans per obitum, præfertur impetranti per resignationem si resignans mortuus est intra 20. dies.*
21 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
22 *Prouisio legis specialis præfertur prouisioni hominis.*
23 *Impetrans beneficium vacans per regulam de Infir. debet id exprimere, lim. num. 27.*
24 *Impetratio benefic. est materia ambitiosa.*
25 *In materia ambitiosa appellatione vacationis venit vera.*
26 *Impetratio per obitum, vel decessum non comprehendit beneficium vacans per mortem ciuilem per professionem.*
27 *Clausulæ generales capiunt vacationem inductam, per regulam de Infir.*
28 *In impetratione beneficij per mortem Titij venit violenta.*

DEcimò quæro, An beneficium, quod censetur vacare per obitum stante hac regula, quia resignans moritur infrà 20. dies, sit affectum, & reseruatum Papæ, vt collatio ad ipsum dumtaxat spectet, & non ad ordinarios? Duo capita sunt distinguenda, quorum primum erit quoties qui resignat in Curia in fauorem alicuius, & postea moritur infra 20. dies,

an hoc beneficium, quod vacat ea dispositione huius
regulæ dicatur affectum & reseruatum Papæ, taliter
quod ordinarius non possit de eo prouidere. Quidam
tenent quod non, moti primò quòd quando collatio Pa-
pæ seu manus appositio eiusdem non est sortita effe-
1 ctum † non inducit affectionem, nec tollit ordinarijs
ius conferendi, iux. doctrinam Abb. in cap. inter dile-
ctos, num. 10. de exc. prælat. post But. cons. 16. nume.
19. Fel. in cap.vlt.circa fi. de præsump. Anch. cons. 58.
per totum, sed hæc non est sortita effectum, ergo non in-
ducit reseruationem.

Secundo, quia regula hæc vult, vt beneficium non
vacet per resignationem, sed per obitum, & ideo reso-
2 luta vacatione per resignationem † etiam omnis eius
effectus resolutus esse videtur. Gl. vlt. cap. signific. de
off. deleg. Gl. in l. si patronus. §. patronum, ff. si quid
in frau. pat. Rom. cons. 246. Ias. in l. non dubium,
col. 4. C. de legib.

Tertiò ea cons. Old. 324. numer. 12. vbi dicit quòd
tunc dicitur vacare in Curia, vt spectet collatio ad Pa-
3 pam, cum vacat sine fraude, sed vacatio † inducta per
hanc regulam fundatur in præsumpta fraude, vt suprà
dictum est ex communi, ergo &c.

His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
4 rior. & communia, quòd talia † beneficia sint affecta,
& reseruata Papæ, vt tenet Rom. cons. 342. numer. 2.
Sarn. hic quæst. 33. num. 1. vers. & tenendo istam par-
tem ad cons. Rom. Rebuff. in ead. reg. in prax. glo. 14.
num. 4. Mandos. quæst. 1. num. 6. Boer. dec. 2. num. 55.
Rebuff. gl. 12. num. 15.

Quæ conclusio primò probatur, quia per resignatio-
5 nem factam in curia, ibi dicitur † beneficium vacare
Arch. in cap. si elect. & cap. commissa, de elect. lib. 6.
& est communis opinio, vt supra scripsi sicuti quando
fit ibi priuatio.

6 Secundo, quia per commendam † factam per Papam
de beneficio extrà curiam vacante dicitur beneficium
affectum, adeo quòd alius, quàm Papa de illo disponere
non potest. Sarn. hac reg. qu. 13. vbi latè, ita hoc casu
per prouisionem istius regulæ, videtur inducta specialis
affectio talis beneficij, adeo quòd inferiores non pos-
7 sint † disponere, Anch. in cap. 2. de præb. lib. 6. col. 1.
8 Super reseruatis inferiores se intromittere non † possunt.
Cald. cons. 9. de præb. Rom. cons. 160. & est commu-
nis opinio, & fuit resolutum in Rot. in vna Zamoren.
Archidiaconatus coram Crescen. de mense Ianua-
rij 1532.

Non obstant contraria, ad primum respondetur, ne-
gando illud, nam videmus, quòd † eò ipso quòd Papa
9 mandat prouideri de beneficio, etiam si non sequatur
prouisio, inducitur affectio, & reseruatio Innoc. in d.
cap. inter dilectos, num. 4. Anch. d. cons. 58. ad fi. vbi
id magis dicit procedere propter regulas Cancellariæ.
Card. Paris. cons. 47. num. 30. vol. 4. Rip. in cap. cum
M. Ferrariensis, in fi. de const. Rebuff. in prax. tit. de
reseru. num. 30. Put. decis. 131. nu. 3. lib. 3. Rot. dec. 14.
vt lit. pend. in nou. Dec. in cap. vt nostrum, numer. 3.
de appel. & est communis opinio. Præterea responde-
tur, quòd in hoc casu non inducitur reseruatio ex appo-
sitione manus Papæ, quæ fit in ipsa prouisione, quæ
effectum sortita non fuit, sed in ea, quæ fit admissione
resignationis factæ in manibus suis nam eo ipso induci-
10 tur reseruatio, eo quia beneficium dicitur vacare in † cu-
ria, & sic intrat dispositio cap. 2. de concess. præb. Card.
Paris. d. cons. 47. nu. 30. vol. 4. Put. decis. 36. lib. 2.

Ad secundum respondetur, quòd quamuis regula de-
cernat vacare per obitum, non ideo tollit effectus re-
sultantes ex resignatione in manibus Papæ, & eius ad-
missione, sed id dicit ad tollendum, ne vacet ex illa
resignatione facta ad fauorem alterius, de quo proximè
dixerat, vt ostendunt illa verba quæ sunt in fine regu-
læ, *ipsumque beneficium nihilominus vacare per obitum
censeatur*, quæ stant aduersatiuè ad proximè præceden-
tia, ad notata per Dec. cons. 336. num. 3. Hinc in simili
videmus, quòd resignatio etiam nulla seu adhuc non
admissa per superiorem † potest valere in præiudicium
ipsius resignantis. Card. Paris. cons. 66. nume. 16. & 17. 11
& cons. 76. num. 14. & 15. vol. 4. Soc. cons. 115. lib. 3.
Ergo illa verba stant simul quod per obitum vacare
censeatur ad effectum, vt per resignationem non sit ius
quæsitum resignatario, & nihilominus non tollatur
effectus resignationis, quia ipsa valet in præiudicium
resignantis, ex quo Papa eam iam admiserat. Vnde con-
cludendum verba prædicta regulæ censeri prolata ad
illum effectum, idest contra resignatarium ob fraudem
præsumptam, non vt tollat alios effectus de iure resul-
tantes.

Ad tertium de cons. Oldrad. respondetur, Oldra-
dum loqui, quando constaret de manifesta fraude re-
nunciationis, vt erat in illo casu, tunc enim habetur
pro non facta, ex traditis per ipsum, quamuis etiam
hoc casu possit contraria opinio de facili sustineri, vt
valeat in præiudicium ipsius resignantis, iuxta ea quæ
suprà dicta sunt.

Secundum caput erit, quoties quis resignat benefi-
cium extra curiam, & postea decedit intra 20. dies, ita
vt beneficium vacet per obitum, & non per resignatio-
nem, Dubium est an illud beneficium sit affectum, &
reseruatum vt Ordinarius non possit disponere? Qui-
dam tenent etiam hoc casu esse reseruatum. Primò,
quia militant eædem rationes, quæ militant in resigna-
tis in curia. Secundò, quia iste modus extraordinarius,
& fictus vacationis per obitum ab hac regula introdu-
ctus non est de iure communi, de quo Ordinarij pro-
uidere possunt, sed de iure particulari per prouisionem
istius regulæ, ergo ad Papam pertinere videtur.

His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
rior, & communis, vt † beneficium quod vacat per obi- 12
tum vigore huius regulæ in resignatione facta extra cu-
riam, non fit affectum, & reseruatum, sed de eo poterunt
disponere Ordinarij, quam opinionem egregiè tuetur
Sarn. hic q. 33. nu. 2. & nu. 3. sequitur Rebuff. in prax. super
hac reg. Gl. 14. nu. 5. Boer. decis. 348. sub nu. 3. & in facti
contingentia ita consuluit Rebuff. cons. 72. nu. 2. cum seq.
& cons. 86. nu. 4.

Primò, quia hæc regula nostra non inducit reserua-
tionem in resignatis extrà curiam, cum de hoc, verbum
nullum ibi dicatur. arg. l. illam, C. de collat. nec
etiam alibi hoc cauetur, ergo minime est dicendum
esse reseruatum, cum reseruatio sit odiosa & restrin-
genda, & † per consequens non inducenda, nisi in casi- 13
bus expressis. Cald. cons. 10. in fin. de præb. Gem in.
cons. 94. in fin. & cons. 136. in prin. Bellam. cons. 34. col.
antepenu. vers. ad nonum dubium. Rip. resp. 6. nu. 5. &
resp. 37. nu. 4. Dec. in cap. 1. nu. 6. de elect. & communi-
ter alij.

Secundò quia mens huius regulæ fuit resignantes à
fraudibus coërcere, imponens pœnam nullitatis resig-
nationis, & inducens vacationem per obitum, ne ex
tali fraude vel dolo resignatarij commodum & fructum
ex dictis resignationibus consequantur in præiudicium
ordinariorum, quæ ratio apertè innuit potiùs beneficia
taliter resignata non esse reseruata nam si essent affecta,
non esset vera illa ratio, quia per huiusmodi resignatio-
nes præiudicaretur Ordinariis in conferendis beneficiis,
cum reseruata non possint conferri, iuxta communem
opinionem, ergo cum regula concernat fauorem Ordi-
nariorum, in eorum odium retorqueri non debet, ideo
Ordinarij poterunt prouidere.

Tertiò mouetur Rebuff. quia † quando plura iura vni 14
competunt, vno sublato alterum illæsum remanet. l. si
domus, vbi Bar. ff. de seruit. vrban. præd. l. quoties du-
plici, ff. de reg. iur. sed plura iura competunt Ordina-
rio, scilicet vt conferat quando vacat per resignatio-
nem, per mortem, vel alio modo, licet sit sublatus
vnus modus, cum contulerit per resignationem, aliud
tamen ius illæsum remanet, vt possit conferre per
obitum.

Quartò quia quando duo iura concurrunt in vna
persona, habent † vim duarum personarum. l. si con- 15

sul. ff. de adoptione, l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoff. testament. sed in persona Ordinarij concurrunt duo iura, videlicet vt conferat, & per resignationem vacans & per obitum, ergo ille Ordinarius habebit vim duarum personarum, & sicut duo Ordinarij possent illud beneficium vacans conferre, ita & ipse.

Non obstant contraria, quia ad primum respondetur negando, quod eædem militent rationes. Ad secundum
16 respondetur, quod collatio Ordinariorum † est fauorabilis, cap. nullus, 16. quæst. 7. Zaba. in cle. 1. quæst.
14. vt lit. pend. Mandos. hic q. 1. nu. 6. & est communis opinio, vt per Sarn. tract. de grat. expect. in prima col. & per Staphil. in eod. tract. in princ. ergo extenditur etiam ad hunc casum.

17 Concludendum igitur † communem opinionem esse
veram, vt Ordinarij possint conferre dicta beneficia. Pri-
18 mo infertur, quòd expectantes poterunt † illa acceptare, Sar. dict. q. 33. n. 3 Rebuff. dict. Gl. 14. n. 5. quod etiam habet aliam rationem.

19 Secundo infertur, quòd dicta beneficia † debentur nominatis, quod egregiè probat Rebuff. dict. Gl. 14. num. 5.

Amplia vt tali casu Ordinarij conferant per mortem, etiam si contulerint per resignationem, quia licet regula nostra annullet illam collationem, non tamen aufert potestatem conferendi, ita tenet Rebuff. in prax. super hac reg. glos. 14. num. 15. qui in num. 20. in fin. refert ita fuisse decisum die 23. Decemb. 1552. Idem Rebuff. dict. cons. 72. vbi adducit rationes & respondet contrariis.

Et si beneficium huiusmodi resignatum fuerit in Curia, & resignans obierit infrà vigenti dies, vacat per obitum, & dumtaxat, vt conclusum est, à Summo Pontifice prouidebitur, & potest à quocunque impetrari. Dubium tamen est, si vnus impetrat expressè beneficium illud per huiusmodi resignationem, vacans, & alius per vacationem fictam obitus inducti per istam regulam, & concurrant in data, & in omnibus qualitatibus pares sint, quis præferatur? communis opinio est
20 recepta de stylo præferri impetrantem per obitum † vt
tenet Sar. q. 35. super hac regula, n. 2. vers. istis tamen non obstantibus, nam quando resignans moritur infrà 20. dies alio modo, quam per obitum beneficium non vacat, ergo iste præfertur, qui impetrat per obitum, non
21 obstat, quòd prouisio hominis † facit cessare prouisio-
nem legis, l. vlt, C. de pact. conuen. nam hoc non habet locum, quando prouisio legis est etiam specialiter
22 inducta, nam tali casu prouisio legis † attenditur, ita de-
clarat Glos. Bart. & alij in l. 2. C. de iur. emphit. Iason. in §. item Seruiana nu. 67. inst, de act.

Nec sufficiet impetrare per obitum, sed necesse est vt speciem vacationis inductæ per istam regulam expri-
23 mat & Papæ narret. † Sarn. dict. q. 35. nu. 4. ver. sed vlte-
rius, quia vacatio obitus, de qua in ista regula est ficta,
24 & in materia † ambitiosa, vt sunt impetrationes † ap-
25 pelatione vacationis veniret vera, & non ficta, & quali-
ficata, arg. l. quæsitum, §. illud fortasse, ff. de leg. 3. cap. statutum, de elect. li. 6.

26 Hinc impetratio † per cessum, vel decessum non com-
prehendit mortem ciuilem, idest beneficium vacans per priuationem, Tho. Fastol. in dub. Rot. 46. die Mercurij, quod declarat Sarn. nisi alius impetrans esset, secus si
27 vnus solus, quia tali casu ob clausulas † generales cape-
ret modum non expressum. Lap. alleg 59. col. 8. Fel. cap. in nostra. 37. Coroll. de rescr.

28 Hinc in impetratione beneficij † per mortem Titij
venit violenta, Ioan. de Anan. in cap. vlt. de homic.

Lib. 12. q. 10. nu 23. Ibi, Et Papæ narret.

DIsceam ergò Nummularij recentiores, quodam pacto, memorialia, pro expeditione signaturarum, super gratijs seu prouisionibus beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, à sede Apostolica obtinendis, formanda, & conficienda sint. Ni enim cuncta narranda, & de iure exprimenda inuenient, & prout decet, diligenter obseruiemus, quid tandem iuris, impetrantes, ex male conceptis supplicationibus, sibi promittere queant, haudquaquam videmus. ¶ Narratio hac quod beneficium vacauerit per hanc regulam nequaquam est necessaria, sed sufficit simpliciter impetrare per obitum, quia vacatio inducta per hanc regulam vera est, vt superiori quæstione diximus, non autem ficta, vt hic Flaminius post Gomesium supponit. vnde cessat etiam de iure reseruatio de qua in quæstione.

Eadem qu. num. 26. Ibi, Mortem ciuilem, id est beneficium vacans per priuationem.

QVasi verò vacatio per cessum, & sic per resignationem, non dicatur etiam mors ciuilis; Contra id quod expressè à Molineo traditur, super regula de publicandis resignat. num. 7. His verbis, exunc cessit, seu ciuiliter mortuus est in possessione. Quod ita demum obtinet, quando mortem ciuilem comitatur, vel inde sequitur realis, & effectualis dimissio possessionis, in qua resignans, tempore mortis ciuilis, post tempus Regulæ superuenientis, adhuc erat; sicut esset tempore mortis naturalis. Idem Molineus ibidem, num. 20. & 23.

Eadem qu. num. 27. Ibi, Ob clausulas generales caperet modum non expressum.

ET ita, modum per hanc regulam inductum amplectetetur, Cautè igitur & prouenter factum erit, si (vt de stylo fieri solet) clausula, *aut alias, quouismodò*, in qualibet prouisionis signatura, semper & præcipuè apponatur.

QVÆSTIO XI.

An habeat locum huiusmodi Regula, si Papa moriatur ante præstitum consensum.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis non habet locum, cum fuit admissa resignatio à Papa, & postea fuit præstitus consensus, eo mortuo.*
2 *Regulæ Cancellariæ expirant morte Papæ.*
3 *Res de facili reuertitur ad naturam suam.*
4 *Regula de infirm. non extinguitur in Francia, mortuo Papa.*
5 *Regula de infirm. est facta lex Regni in Francia.*
6 *Regula de infirm. habet locum in moriente infra viginti dies tempore Sedis vacantis, si fuit præstitus consensus, viuente Papa.*

VNdecimò quæro, si facta renunciatione in manibus Papæ & ante præstitum consensum Papa moriatur, & postea præstetur consensus, & resignans moritur, infrà vigenti dies post consensum præstitum, an habeat locum ista regula. Sarnen. hic quæst. 32. num. 4. vers. in contrarium tenet negatiuam. quia vis
† regulæ stat in denumeratione viginti dierum, vt si in- 1
fra illos moriatur, vacet per obitum si post per resignationem, cum ergo consensus resignantis non est præstitus viuente Papa, viginti dies non erunt in consideratione, nec arctabunt resignantem ex eo, quia ante præ-
stitum consensum † morte Papæ expirauit hæc regula, 2
Gemin. cons. 93. vbi loquitur in notabili casu alterius regulæ, & est communis opinio, vt per Sarn. in procemio regul. remoto igitur obstaculo regulæ, renuntiatio regulabitur secundum iura commune, & sic benefi-
cium vacabit per resignationem, quia res † de facili re- 3
uertitur ad naturam suam, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.

Non obstant quæ in contrarium possint allegari, quia illis satisfacit Sarn. dict. q. 32.

Limita primò non procedere in Francia, cum ibi non

4 extinguatur † regula per mortem Papæ, nam lex Regni
5 facta fuit per † registrationem, & receptionem in Par-
lamento de anno 1493. 20. Nouembris, teste Rebuff. hic
Gl. 9. vers. habebit.

Limita secundò non procedere, si viuente Papa, fuit
6 præstitus consensus, nam tunc licet † moriatur, habe-
bit locum regula, ita Sarn. dict. quæst. 32. num. 7. vers.
quia ad hoc respondetur & est ratio, quia regula tunc
semel habuit locum, vnde licet moriatur Papa, vide-
7 tur eius effectus † durare, per ea quæ dicit Pet. de An-
ch. Cons. 62. incip. moriua, Aret. cons. 31. Ioannes. Andr.
in reg. decet, de reg. iur. lib. 6. Dec. in cap. cum ces-
sante, de appel.

Lib. 12. q. 12. n. 2. Ibi, Quia ante præstitum.

ET ideò, Regula (qua, vt infirmi resignatio valeat, resignantem, per viginti dies, à die præstiti consensus numerandos, superuixisse requiritur) locum non habebit Cùm morte Papæ, quæ ante consensus præstationem accidit, prorsus extincta sit. Non entium enim nullæ sunt qualitates, l. eius qui in prouincia, ff. si cert. petat. Attamen in Gallia, illos viginti dies, non à die præstiti consensus, sed ab admissæ resignationis tempore, computandos esse, Paponius lib. 2. recollectionis placitorum, tit. 2 Arr. 1. 3. 4. & 6. ac Rebuffus glo. 10. n. 10. ad eandem regulam, sentire videntur. Quod quomodo intelligatur, explicant idem Rebuffus loco proximè citato, & Doctissimè Molineus, super prædicta Regula n. 10. & seq.

q. 12. num. 4. non procedere in Francia.

¶ IDem firmat Molineus ad hanc regul. numer. 314. Sed quæstio hodie inutilis est cum ex stylo datus consensus non sit alia à data resignationis admissæ.

QVÆSTIO XII.

An regula loquatur etiam de Consensu Resignatarij.

SVMMARIVM.

1 *Non est perfecta resignatio non præstito consensu resignantis, & resignatary.*
2 *Mortua resignante post viginti dies, ante vero quàm laberentur viginti dies post præstitum consensum per resignatarium, non intrat regula.*
3 *Regula de infirm. loquitur de consensu resignantis.*
4 *Casus omissus, relinquitur dispositioni iuris.*
5 *Ad acceptandum beneficium non est præfixus terminus.*
6 *Consensus requiritur pro expeditione literarum.*
7 *Literæ an debeant expediri, viuente resignatario.*
8 *Moriente resignante intrà viginti dies, beneficium vacat per obitum, etiam si resignatarius ceperit possessionem, & publicauerit.*
9 *Moriente resignante intrà viginti dies, beneficium vacat per obitum, quamuis resignatarius non expedierit Bullas.*

DVodecimò quæro, an si quis resignans in fauorem N. reseruata sibi pensione, præstitit consen-
sum, & postea moriatur post 20. dies à die per
ipsum præstiti consensus, ante verò 20. dies postquam
resignatarius præstitit consensum, beneficium vacet per
obitum? Quidam tenuerunt affirmatiuam, quia in con-
1 ditionalibus resignationibus † requiritur consensus re-
signatarij, & in illis ius non censetur abdicatum, nisi
reseruatio valida fiat, iuxtà communes conclusiones
suprà sæpius probatas, ante igitur dictum consensum
res dicitur integrà. Sar. hac reg. quæst. 31. cum ergo re-
signans decesserit ante 20. dies, postquam resignatarius
præstitit consensum, videtur esse locum huic regulæ,
nam aliàs posset committi fraus, resignatarius enim
differret præstare consensum quousque resignans esset
morti proximus.
His tamen † non obstantibus, contraria opinio est 2
communis, & vera, quam tenuit Rot. in facti contin-
gentia in vna Ferrar. de Formigniano, teste Card. Paleot.
dec. 250. alias 385. de anno 1561. namque † regula lo- 3
quitur de consensu resignantis, dum dat 20. dies connu-
merandos post præstitum consensum, vt si infra illud
tempus moriatur, vacet per obitum, non autem de con-
sensu resignatarij, vnde casus potest dici omissus a re-
gula, & relictus † dispositioni iuris communis, l. com- 4
modissimè, ff. de lib. & posth. & per consequens etiam
si moriatur infrà 20. dies post præstitum consensum
per resignatarium, beneficium vacabit per resignatio-
nem.
Accedit, quia nullus † præfixus est terminus ad ac- 5
ceptandum, cap. si tibi absenti, de præb. lib. 6. vbi Ge-
min. num. 3. Franc. num. 5. & seq.
Non obstant contraria, quia ad primum argumentum
respondetur, quòd requiritur † consensus ad expedi- 6
tionem literarum, Cassad. dec. 1. & 2. de renun.
Non obstat secundum argumentum, quia negatur hæc
fraus, cum debeat acceptare tempore congruo infra
quod, si acceptauerit, fraus cessat.
Concludendum igitur est regulam hanc loqui de con-
sensu resignantis, & non resignatarij.
An verò literæ debeant † expediri viuente resignata- 7
rio, Nicol. V. statuit quod sic, vt refert Sarn. in præ-
fat. huius reg. Contrarium tenet Crescent. dec. 70. libr.
1. in manuscr.
An autem † hoc beneficium censeatur vacare per obi- 8
tum, etiam si resignatarius ceperit possessionem, & pu-
blicauerit, hac reg. Rebuff. de infir. resi. gl. 14 num. 17.
& quid si Bullas † non expediuerit, Regl. 9. in fi. 9

Lib. 12. quæst. 12. nume. 4. Ibi, Beneficium vacabit per resignationem.

SVfficit ergò, consensum à resignante ritè præstitum fuisse; sic enim Regulæ satisfactum creditur.

Eodem q. n. 6. Ibi, Concludendum igitur est.

PEroptima est conclusio; expressim namque de resignantis consensu agitur (nec verbum quidem fit de resignatario) in dicta regula de viginti diebus.

quæst. 12. num. 5. Nullus præfixus est terminus ad acceptandum.

¶ POtest tamen à Collatore præfigi; quo elapso nisi Collatarius acceptauerit potest beneficium alteri liberè conferri, vel etiam infra terminum si expresse repudiauerit, cap. si tibi absenti, adducto ab Auctore, de præb. in 6. ex quo sæpius respondi, Resignatario infra triennium Iure nostro resignatariis ad acceptandum viuo Resignante præscriptum; repudiante, Resignantem posse Illicò alteri resignare cessante fraude: ante repudiationem verò non posse, etiam post Semestre, per ea quæ dixi supra, lib. 12. q. 2. quamuis Molineus contrarium velit ad regul. de public. Resignant, num. 54. & 69.

QVÆSTIO XIII.

De qua Collatione loquatur hac regula illis verbis, quod quauis auctoritate, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirmis dum annullat collationem per resignationem, comprehendit omnes.*
2 *Cardinales habentes facultatem conferendi comprehenduntur sub regula de infirmis.*

3 *Regula de infirm. comprehendit collationem factam per legatum.*
4 *Quod nullum est, nullam producit effectum.*
5 *Nulla non præstant impedimentum.*
6 *Habens beneficium per resignationem, si vacauit per obitum, per regulam de infir. non est tutus absque noua prouisione.*

DEcimotertiò, Quia inquit tex. huius regulæ, quòd quauis auctoritate conferatur beneficium per resignationem, collatio est nulla. Quæro de
1 † quo loquatur? Communis DD. sententia est, vt comprehendat omnes, vt tradunt Sarnen. Mandos. & Rebuff. in interpretatione huius regulæ in pluribus locis.

Ex quo infertur etiam loqui de collatione facta per Capitulum, Rebuff. gl.12.num.3.

Secundò infertur loqui de Episcopo, & alio quocunque inferiore. Rebuff. tract. de nomin. q.17. idem Rebuff. d.gl.12.n.3. Sarn. in pluribus locis.

2 Tertiò infertur † loqui etiam de collatione facta per Cardinalem, nam vt dixi, vbi agitur de obuianda fraude, comprehenduntur etiam Cardinales, vt est communis opinio vt supra scripsi. Et etiam de collatione fa-
3 cta † per legatum. Rebuff. cons.72.n.8.

Et sic collatio facta per resignationem est nulla, Greg. Sintag. iur. lib. 17. cap. 18. numer. 7. & est communis
4 opinio, & quod nullum est, nullum producit † effectum, cap. ad dissoluendum, de despons. impub. l. eius qui in prouincia, ff. si cer. pet. Card. Paris. cons. 109. num. 1. volu.
5 3. Nulla enim nullum † præstant impedimentum, regula non præstat, de reg. iur. in 6. cap. illud, de iur. patr. l. 4. §. condemnatus, ff. de re iudic.

Ex quo contingit dubitari, an hæc collatio facta ei qui habet duo beneficia, faciat ea vacare per Clem. si plures, de præb. vera sententia est negatiua, quam tenet Rebuff. glos. 13. ex reg. citata, quia nulla nullum præstant impedimentum.

Et cum hæc collatio sit nulla per illum tex. non po-
6 test haberi rata, sed † oportet quod de nouo per mortem conferatur, vt sit tutus in foro fori, & in foro poli. Rebuff. d. glos. 13. in fi. & est communis opinio, vt debeat habere nouam prouisionem.

Lib. 12. quæst. 13. numer. 5. Versic. ex quo. Ibi, Vera sententia est negatiua.

NOn desunt tamen quibus placet, per prouisionem tertij incompatibilis, factam ei, cum quo, de tertio obtinendo, per sedem Apostolicam dispensatum non erat (siquidem is possessionem illius adeptus sit) priora duo, quæ ex Apostolica dispensatione obtinebat, vacare; & nihilominus prouisionē huiusmodi, nullam esse (¶) Vt notat Probus in addit. ad glosam pragmat. sanctio. §. Item quod vniuersitates. in verbo, possidebunt. addit. 4. de collat. per glosam in Clem. si plures. in verbo, vacare. de præb. & dignit. tradit etiam Rebuffus super Regula de infirmis resig. glos. 3. Et tandem Rufiniacus Cosageus lib. 3. tit. 5. de re sacerdot allegans cap Ordinarij §. in conferendis, de offic. ordinar. in 6. Nec hic pretereundum censemus, quòd si habenti aliquod beneficium curatum, conferatur aliud simile, in Romana Curia; & ipse, literis non confectis, & possessione non habita, resignat illud, seu iuri, sibi in illo, vel ad illud competenti cedit (prout de iure & consuetudine, dictæque curiæ stylo fieri posse, non semel suprà monuimus (quia per resignationem, seu cessionem huiusmodi, videtur tacitè acceptasse secundum, vacat ipso iure primum, & tanquam sic vacans potest impetrari, Vt consultus respondit aliàs Mattheus Pacus, eodem teste, in interpretatione Tituli de mandatis Apostolicis, quarta parte num. 34. & 35. (¶) Licet collatio tertij non valeat, tamen eius possessione pacifica adepta vacant priora, cap. cum qui de præb. in 6.

Eadem quæst. num. 6. Ibi, Vt debeat habere nouam prouisionem.

SIue illa ab Ordinario siue à Papa obtineatur: ab Ordinario quidem, quatenùs resignatio in eiusdem manibus facta fuerit: à Papa autem, omni casu. Sed (vt rectè Parisius adnotat) beneficium, tanquàm per obitum vacans, conferri debet. (¶) Imò prouisionem per obitum de vacante per hanc regulam ab Ordinario fieri & obtineri posse quamuis resignatio in ipsius Papæ manibus fuerit facta, apud nos indubitati iuris est.

QVÆSTIO XIV.

An derogetur huic Regulæ, & quando, & qui possit derogare, & per Clausulas videtur derogatum.

SVMMARIVM.

1 *In permutationibus derogatur Reg. de infir.*
2 *In resignationibus an derogetur reg. de infir.*
3 *Actus legitimi infirmis non prohibentur.*
4 *Derogatio reg. de Infir. quæ excogitata.*
5 *Derogatio regulæ de infir. quando censeatur insolita.*
6 *Priuilegijs Auditorum Rotæ non videtur derogatum, nisi expresse dicatur.*
7 *Per clausulas generales, non derogatur regulæ de infirm.*
8 *Legatus de latere, non potest regulæ de infir. derogare.*
9 *Inferior non potest tollere decreta Papæ.*
10 *Legatus cum facultate derogandi regulis, non potest regulæ de infir. derogare, contra num. 13.*
11 *Clausula generalis non extenditur ad verisimilia.*
12 *Gratia intelligitur facta sine præiudicio tertij.*
14 *Prohibito genere, venit quælibet species.*
15 *Genus continet sub se species.*
16 *Clausula, ac si de verba, &c. operatur ac si in indiuidua omnia expressa essent.*
17 *Legatus à latere locum Papæ tenet.*
18 *Indefinita æquipollent vniuersali.*
19 *In claris non est opus coniecturis.*
20 *Contrarietas est tollenda.*
21 *Quilibet inferior habens auctoritatem à Papa, potest derogare regulæ de infir.*
22 *Inferior potest tollere statutum superioris illo permittente.*
23 *Clausula* quouis modo *absenta à resignaturia, non capit vacationem inductam per regulam de infirm.*
24 *Omnis modus vacandi venit expressa vacatione.*
25 *Clausula* quouis modo *capit vacationem de præsenti.*
26 *Vacatio tempore datæ verificari debet.*
27 *Beneficia non sunt conferenda antequam vacent.*
28 *Annullato actu principali, annullantur omnes clausulæ.*
29 *Derogatio dummodo moriatur ex illa infirmitate, resignante moriente ex alia, non prodest.*
30 *Derogatio est stricti iuris.*
31 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
32 *Contractus non extenditur ad ea, quæ nesciuntur tempore ipsius.*
33 *Qualitas superueniens alterat subiectum.*
34 *Prima resignatio non sanatur per derogationem regulæ de infir. in secunda.*
35 *Quod vacat ex vna persona non potest rursus vacare.*
36 *Habita derogatione regulæ de infir. moriente Resignante non intrat regressus.*
37 *Derogatio regulæ de infir. concessa ab vno Papa, an proси tempore alteriat.*
38 *Lex superueniens tollit omnia.*
39 *Papa potest derogare regulæ de infirm. etiam in beneficijs, quæ ceduntur ad nominationem.*

VLtimò quæro, an derogetur huic regulæ; In
1 permutationibus plerumque † consueuit derogari, vt tradit Rebuff. super concordat. rub. de

colla. §. volumus, in vers. permutationem, quem refert,
& sequitur Mand. in prax. sign. grat. tit. derogationes
regularum, col. 3. vers. regulæ prædictæ.

2 In resignationibus aliquando † fuit sæpius derogatum, vt tempore Leonis X. aliquando non, nisi cum
maximis fauoribus, vt tempore Pauli III. refert Sarn.
hic quæst. 39. & aliàs ex stylo derogabatur passim huic
regulæ, qoando resignans erat abiens, vt tradit Cassad. dec. 31. num. 13. super reg. & attestatur etiam Mandos. dict. prax. signa. tit. derogat. regularum, colum. 3.
vers. reg. de infirm. Put. dec. 148. num. 3. lib. 2. Sarn. autem dict. qu. 39. dicit, quod extra Italiam solet communiter pro absentibus derogari, in Italia vero solet
aliquando derogari, quando locus resignationis distat à
Curia, & beneficia quæ resignantur non sunt reseruata,
si Romæ vel prope Vrbem fit resignatio, non derogatur, quod etiam tradit Mandosius loco citato dicens
derogationem non videri grauem, cum actus legitimi
3 non solum infirmis, † sed etiam morti vicinis prohibiti non reperiantur, l. senium, Cod. qui testam. facer.
poss. Ad secundum Sarn. dict. quæstio 39. versic. & est
considerandum, in resignationibus, quæ fiunt per procuratorem, vt quando aliquis constituit procurato-
4 rem ad resignandum in curia, quia facile † contingebat
ipsimum interim mori. Ideo excogitata fuit in supplicatione ista clausula, ita quòd si N. resignans extra
Roman. Curiam, iam fuerit vita functus, literæ per
eius obitum, cum omnibus suis clausulis, & modis,
omissa resignatione expediri possint. Hæc tamen clausula, solet cessari, vt idem Sarn. attestatur, propter
fraudes excepto in materiis Alemaniæ, & Hiberniæ,
& aliis locis longinquis, & sic vides, quòd derogatur
huic regulæ, Rebuff. hic Gl. 2. nu. 24. Crauet. cons. 88.
numer. 17.

Et quibus poteris colligere, quando dicatur huiusmodi derogatio insolita & aliàs in Rota, die 21. Maij,
5 1540. in vna Salamantin. fuit resolutum † derogationem huius regulæ pro nobilibus, & notabilibus personis non esse insolitam, vt comprehendatur sub reuocatione facta per Clemen. VII. de gratiis insolitis concessis in arce S. Angeli, teste Simonett. dec. 1. in manuscr.
6 qui dicit, quòd eo magis fuit ita resolutum, quia Cass.
cui concessa fuit erat Auditor Rotæ, † cuius priuilegiis non censetur derogatum, nisi expressè dicatur,
Rom. cons. 496.

Aliqua tamen exociuntur dubia pro completo. Primo dubitatur, an derogatio debeat esse in specie? communis opinio est affirmatiua, nam inquit Sar. hic quæst.
41. quòd nunquam huic regulæ per clausulas generales
7 † derogatum censetur, nisi nominatim, & specificè
dicatur, quod esse de stylo omnes sciunt, Mandos. qu.
19 num. 1.

8 Secundo dubitatur, an legatus de latere possit huic
regulæ derogare? communis opinio est negatiua, quam
tenent Sarn. q. 41. Mandos. q. 19. & ita practicatur, nam legatus, & alius inferior non potest tollere Constitutio-
9 nes, & † decreta Summi Pontificis, cap. cum inferior. de
maior. & obed. Glos. communiter approbata. relata a
Mandos. hic q. 19. n. 15.

Tertio dubitatur, an legatus cum facultate derogan-
10 di regulis editis, & edendis huic † derogare possit? Sar.
tenet negatiuam opinionem dict. quæst. 41. & refert ita
fuisse decisum in vna Gerundin. Canonicatus, & præbend. coram D. Rainaldo Petruccio de anno 1539. Ita
etiam fuit resolutum in vna Cæsaraugustan. Cappelaniæ de Sancta Clara, 20. Iulij, 1544. teste Put. dec. 148.
libr. 2.

11 Quæ opinio primo probatur, quia clausula generalis ad non verisimilia † non extenditur, cap. vlt. de off.
vic. lib. 6. Sed non est verisimile, quòd sub tali generalitate Papa voluerit, dare facultatem derogandi huic regulæ, ergo. Secundo quia gratia semper intelligitur fa-
12 cta † sine præiudicio tertij, cap. super eo de off. deleg.
cap. caus. quæ. de rescrip.

13 His tamen non obstantibus, † contraria opinio, vt
stantibus his verbis valeat legatus, derogare huic regulæ mihi verior videtur, & sustentabilior in puncto iuris, quam tenent Boer. in tract. de potest. leg. a latere
à num. 57. vsque ad num. 107. Rebuff. super conco. de
collat. §. præfatiq. Ordinarij, Mandos. hic qu. 19. num. 7.
vbi in fi. dicit hanc opinionem esse æquiorem, & rationabiliorem, ne infiniti decipiantur credentes tales derogationes esse legitimas & iuridicas, & refert ita iudicasse Rot. Fab. decis. 33. lib. 1. Ptolom. decis. 293. in manuscr. nam concessa derogatione regularum in genere
debet censeri concessa derogatio cuiuslibet regulæ, si- 14
cuti prohibito † genere quælibet species illius prohibita esse videtur, Oldrad. cons. 73. num. 6. Crauet. cons.
118. num. 13. nam † genus continet sub se species omnes, 15
l. semper in generalibus. ff. de reg. iu. l. siquid earum, §.
interemptum, ff. de lega. 3. quod eo magis procedit, attento quòd solet in indulto quando datur huiusmodi facultas apponi clausula quorum omnium, & aliarum tenores etiam si de eis expressa mentio facienda esset, &
c. ac si de verbo ad verbum, quæ operatur, ac si in in- 16
diuiduo omnia † expressa essent, & tollit clausulam
derogatoriam ad futura. Butr. consil. 2. Cassad. decis.
10. numero 2. & decis. 28. & 38. super regu. Dec. cons.
341. numero 1. Curt. iun. cons. 10. in fi. Cardin. Paris.
consil. 1. numer. 84. volum. 4. magis communis opinio,
teste Mandos. d. q. 19. num. 13. nec videri debet incon- 17.
gruum, cum legatus a latere in locis † sibi commissis
locum Papæ gerat, cap. cum venerabilis, de consuet. cap.
1. & cap. volumus, de off. leg. cap. si Abbatem. de elect.
lib. 6.

Non obstat primum argumentum. Quia negatur,
quòd hoc non concessisset Summus Pontifex, cum
iam concesserit, Dec. consil. 30. col. 4. nam indefinita 18
æquipollet, † vniuersali, Curt. Iun. consil. 107. numer.
3. & 4. 19

Ad secundum respondetur, quòd sumus † in claris,
vnde non est opus coniecturis, l. continuus. §. cum ita,
ff. de verb. obl. Nec obstant decisiones Rotæ suprà allegatæ, quia illæ habent diuersam rationem, vt ibi patet,
& hæc responsio saltem sustinebitur † pro contrarietate 20
tollenda. Ias. in l. 2. §. prius, num. 23. ff. de vulg. & pupill.
Gomes. in cap. 1. nu. 17. de reg. iur. lib. 6. Riminal. iunior
in §. 1. nu. 55. instit. per quas perso. no. acqui. & in principio, instit. de donat. nu. 189.

Amplia vt non solum legatus si habuerit hanc facultatem, sed quilibet † alius inferior poterit deroga- 21
re, Mand. quæstio 19. numero 16. nam quilibet inferior 22
poterit tollere statum superiores quatenus † superior
permittit, Bal. in l. omnes populi, col. 3. in fi. ff. de
iust. & iu. Abb. in cap. at si clerici, § adulteriis, num. 9.
de iudic. Bertrand. cons. 236. num. 9. vol. 1. & est communis opinio.

Quartò dubitatur, an per † clausulas generales, vide- 23
licet *quouis modo vacet* positas in supplicatione resignationis mortui infrà viginti dies comprehendatur iste
modus vacationis per obitum fictè inductus per istam
regulam, attento quòd resignatio prædicta annullatur?
Sarn. hic q. 34. disputat hunc articulum, tandem propter
præsumptam fraudem resignatarij tenet negatiuam opinionem, quam etiam sequitur Mand. q. 17. sub num. 8. &
Rebuff. in prax. super hac regula, Gl. 14. nu. 13. & est communis opinio.

Namque licet † expressa vacatione simpliciter veniat 24
omnis modus vacationis, Lap. allega. 6. nu. 5. Franc. in
cap. susceptum in 2. notab. de rescr. libr. 6. & est communis opinio; tamen hoc intelligitur ex eadem persona, † & alia, si de præsenti contingit, Felin. in cap. in no- 25
stra, col. 37. de rescr. Franc. & communiter in d. cap. susceptum, Paris. cons. 138. num. 11. vol. 4 melius in proposito nostro tradunt Sarn. de pub. q. 17. Ferret. consilio 283.
num. 18. & secundum hanc opinionem respondit Bursat.
cons. 394. nu. 16. vers. primum, quia regulariter vacatio
tempore datæ verificari † debet, cap. eam, de rescriptis, 26
Oldrad. cons. 168. & 228. Gem. cons. 79. in fi. & beneficia
antequã † vacent non sunt conferenda, c. 2. vbi Abb cap. 27

Digitized by Google

ea tenore, de conceff.præbendæ, Bellam. dec. 443. cum
aliis multis, quæ adducit Burfat.d.conf.394 à nu.7.vfque
ad finem.

Quod comprobatur, quia annullato actu principali,
28 annullantur omnes † clausulæ contentæ in eo, Glof. in
l. fi patronus, §.patronum, ff.fi quid in fraud. patro. Gl.
vlt.in cap. fignificantibus, de offic. deleg. Roma. conf.
246. & in terminis huius claufulæ, quouis modo, &c.
multa fcribit Mandof.d.qu. 17.& Burfat.di. confil.394.
&ea quæ in contrarium adducit Sarn.non procedunt in
cafu noftro, ftante prædicto fundamento, & hæc con-
clufio communiter tenetur, ac practicatur ad tollen-
das fraudes,

Quintò dubitatur, an fi infirmus leui infirmitate non
lethali, vt eft podagra, quartana, & fimiles, renunciat
beneficio, & Papa admittit renunciationem cum dero-
gatione, iftius regulæ, per hæc verba, quatenus ex illa
infirmitate moriatur, an fi infirmus moriatur infrà vi-
29 ginti dies † ea fuperuenienti graui infirmitate, cenfea-
tur huic regulæ derogatum per dicta verba? Hic cafus
cum effet propofitus in Rota tempore Innocen. VIII.
fuit refolutum negatiuè, vt refert Sarn. hic quæft. 27.in
fin. qui tenet hanc opinionem, à qua putu non effe re-
cedendum in iudicando & confulendo: nam derogatio
30 † eft ftricti iuris, & debet intelligi duntaxat in infir-
mitate expreffa.argu Clement.vlt.de refcrip.cap.ad au-
dientiam, de ecclef.ædif.cap. quod vero, 32.q.2.ergo de-
rogatio conceffa, fi ex illa infirmitate decedat, non de-
bet trahi ad aliam fuperuenientem, arg. eorum quæ
fcribit Rom. conf. 22. col. 2. Iaf. in l. qui feruum, ff. de
31 verb. oblig. nam † quæ de nouo emergunt, nouo indi-
gent auxilio, l.de ætate, §.caufa, ff.de interrog.acti.Dec.
conf.335 col.3.

Hinc emptio, vel pactum non trahitur ad ea, quæ
32 non apparent, & nefciuntur † tempore contractus,
leg. Rutilia, ff. de contrahend. empt. l. tres fratres,
ff.de pact. cum aliis, vt per Gem. confil. 69. col.penul.

Ampliat Sarn. d.q. 27. n.3. vt fi derogatio fuerit con-
ceffa, fi ea quartana moriatur, fi poftea illa quartana al-
teretur, & redigatur in tertianam grauem, & periculo-
fam, non extenditur derogatio ad hunc cafum, quia qua-
33 litas † fuperueniens alterat fubiectum, & reponit in di-
uerfam fpeciem l.quæfitum, §.illud, ff.de leg. 3. cap. fta-
tutum, de elect.lib.6.l.1. ff.de donat.

Sextò dubitatur, fi quis primò refignauit per procu-
ratorem, fecundò etiam renunciauit per procuratorem,
& in hac fecunda refignatione Papa huic regulæ dero-
gauit; nunquid fi refignans moriatur infrà viginti dies,
fanetur prima refignatio propter derogationem regulæ
in fecunda refignatione factam? Communis opinio †
34 eft negatiua, namque inficiari non poteft, primam refi-
gnationem fuiffe validam, & fic ius erat quæfitum per
illam primo refignatario in fpe bona, & confiderabili
exiftenti, & per confequens fecundam refignationem
effe nullius momenti: nam nemo poteft dare, quod non
habet, vnde quamuis poftea illud ius primi refignata-
rij euanuerit per mortem refignantis infrà viginti dies,
fecundus refignatarius non poterit capere beneficium,
tum quia, vt dictum eft, nihil fuit tranflatum, tum
etiam quia in hac fecunda fua impetratione, de illa
fpe mentionem non fecit, quæ tunc boni initij: erat
vnde fubreptitiè impetraffe dicitur, & ita concludit
Sarn. hic qu. 40. dicens ita per folennes viros conclu-
fum fuiffe.

Nec obftat, quòd refoluta prima refignatione per
obitum, fecunda capiet illum modum per obitum re-
fultantem ea prima, vigore claufulæ generalis, vel alio
quouis modo, in fecunda refignatione opponi folitæ,
quia Refpondetur hoc non procedere in cafu præfenti,
quia tum tempore huius impetrationis viueret refig-
nans, de iure primi Refignatarij non adhuc refoluto
fieri debebat mentio.

35 Accedit, quia quod ea perfona † vnius vacat, non
poteft ex eadem perfona rurfus vacare, non fuperue-
niente poft primam vacationem, nouo titulo, l.nam etfi
fub conditione, §. defectum, ff. de iniuft. teftam. l. non
poteft videri defiiffe, ff. de reg.iur.in terminis Roman.
conf. 342.n.1. Boer.decif. 207.ad fecundam, verf. Ambo
etiam allegatores, & eft communis opinio in cap. fufce-
ptum, de refcrip.lib.6.

Septimò dubitatur, fi fuit refignatum in fauorem cum
derogatione huius regulæ, & refignans † moriatur in- 36
fra viginti dies, an intret regreffus referuatus N. ex pri-
ma refignatione, vel admittatur refignatarius? fuit re-
folutum refignationem valere, & non intrare regreffum,
in vna Pampilonen. Archidiaconatus coram Capizucco
tefte Achil.de Graff. decif.2.fub titulo de renunc. alias
decif. 323. in manufcript.

Et fic cum difpenfatione, poterit refignatarius illud
beneficium obtinere. Rebuff. in prax. fuper hac reg. Gl.
24. in fi.

Octauò dubitatur de pulchro cafu, habens ab vno
Pontifice priuilegium refignandi etiam infirmus, cum
derogatione † huius regulæ de infir. in manibus perfo- 37
næ per eum eligendæ, in fauorem certæ perfonæ per
eum nominandæ, refignat tempore alterius Papæ, &
moritur infra viginti dies, An beneficium, vacet per
obitum, vel per refignationem? Et quòd vacet per obi-
tum, facit, quia ab vtroque Pontifice in initio Pontifi-
catus confirmatur regulæ Cancellariæ, inter quas hæc
vna eft, vnde lex fuperueniens † tollit omnia, per not. 38
in l. iubemus. C. de teftament. cap. vlt. de conft. In
contrarium tamen eft vera fententia pro validitate refi-
gnationis, prout fuit refolutum in Rota in vna Ciuita-
ten. portionis, tefte Arag. decif.33.in manufcr. in eo, qui
habebat hoc priuilegium a Leone X. & refignauit tem-
pore Clementis VII. & mortuus eft infra 20. dies, nam
Rota tenuit non obftare regulam, quia ea quo erat pri-
uilegiatus, quòd poffet refignare, fanus & infirmus, lex
fuperueniens non potuit tollere hoc priuilegium non
facta de eo mentione, vt eft communis & recepta Do-
ctorum fententia, ex quo refpondetur ad argumentum
in contrarium adductum.

Nonò dubitatur an Papa poffit † derogare huic regu- 39
læ etiam in beneficiis quæ dantur ad nominationem
Regis? Rebuff. in concord. de reg.ad prælatur. nom.§.
1. verf. difpendiosè, tenet, quod non. Contraria tamen
opinio eft verior, quam tenet Gabriel.conf.193.num. 9.
vol.2. nam nihil præiudicatur Regi per derogationem,
quia Papa tollit folum fictionem a fe inductam, qua fu-
blata veritati locus eft, & ficuti Papa poteft regulam
illam non facere de quo Rex conqueri non poteft, ita
& derogare, &c.

Lib. 11. q. 14. num. 2. ibi, Quòd extra Italiam folet
communiter pro abfentibus derogari.

IN Gallia præfertim, vbi nufquàm denegatur eiufdem
Regulæ petita derogatio: prout nec derogatio Regulæ
de verifimili notitia obitus: Et minùs claufula, fiue per
obitum: vel illa, quòd fi dictus N. extra Romanam Cu-
riam iam forsàn deceflerit, literæ per eius obitum, cum
claufulis, & vacandi modis neceffariis, & opportunis, ex-
pediri, poffunt. Verba autem, omiffa refignatione nunquàm
adhùc apponi vidimus, fed eadem deinceps exprimi, Deo
dante, curabimus; maximum exindè fructum partibus
prouenturum effe fperantes. [¶] Maximè quia vt Autho-
tam fuprà. lib. 8. quæft. 11. nu. 46. poft Panormitanum,
quàm infrà, hac ipfa quæft. numer. 18 poft alios per eum
citatos monet, vitiata gratia, feu annullato actu principa-
li, omnes aliæ claufulæ illi accefforiæ deftruuntur & cor-
ruunt, quod in ifto cafu vitatur, adiectis verbis, omiffa
refignatione. De prædicta autem claufula, ita quod fi di-
ctus, &c. vide Sarnanfem fuper Regula de infirmis. quæft.
39. Verum quæ de derogatione regulæ, de verifimili no-
titia obitus diximus, intellige fi adfit procuratorium ad
refignandum. Quod autem de claufula fiue per obitum
dictum extitit, locum fibi non vendicat, fi ipfa, in proui-
fionibus certo modò, appofita fuerit, licet claufula, aut
aliàs quouis modo, eam præcedat, fi Panormo ere iamus.
[¶] Spes hæc inanis eft & claufula, *omiffa refignatione*,
penitus inutilis; Nam fi tempore datæ refignans viuat &
infra

Digitized by Google

infra viginti dies à præstito consensu moriatur, vacabit beneficium per obitum, & sic illa clausula, & quævis alia in ipsa prouisione per resignationem apposita vacationem hanc per obitum nondum existentem apprehendere non poterit per iura ab auctore citata. Si verò resignans iam mortuus sit clausula per obitum apponi solita, cum derogatione regulæ de verisimili notitia obitus, quin etiam generalis illa, *sive alio quovis modo*, beneficium indistincte quæret resignatario cessante actiua Ordinarij præuentione, Bengeus & Pinson. in tract. de benef. tit. de Canonicis instit. conditionib. §. 10. num. 40 & num. 44. Feuret. de abusu lib. 2. cap. 5. numer. 15. nec obstat quod corruente principali corruat accessorium; nam clausulæ istæ non sunt accessoriæ, sed principales & separatæ, Gomez. ad hanc regul. q. 14.

Eadem quæst. num. 21. ibi, Sed quilibet alius inferior poterit derogare.

QVia tunc, huiusmodi derogatio, non propria sed Apostolica auctoritate, facta esse censetur: sicque non ipsius executoris, hoc est inferioris, sola delegantis vel committentis, & ita superioris, persona spectatur.

Eadem q. n. 25. ibi, Ex eadem persona & alia.

IMò non, si ex alia persona, quàm nominata, beneficij vacatio contingat. Clausula enim quouismodo, (vt communis Doctorum rei beneficiariæ interpretum schola tenet) non nisi ex eadem persona (scilicet nominata) contingentes vacandi modos comprehendit. Quapropter alia (hæc nempè) & ex alterius cuiuscunque persona, vt plurimùm, imo semper, illam comitatur, Vt Rebuffus, Paponius, & alij rei beneficiariæ scriptores attestantur.

Eadem qu. num. 34. ibi, Et per consequens secundam resignationem esse nullius momenti.

HÆc (& quæ isto integro numero continentur) iam suprà, lib. 1. q. 15. nu. 14. dictis inhæsa, multum vrgent pro salute causæ Magistri Ioannis Thiere Presbiteri impetrantis parrochialem Ecclesiam beatæ Mariæ de Aurauia Tolosanensis Diœcesis vti per obitum quondam Ioannis Lacroix vacantem, qui dùm in humanis ageret, eandem in fauorem Ioannis Redond Presbiteri sancti Flori Diœcesis primò; ac deinde in gratiam Magistri Petri Cortoys, iur. vtr. Doctoris, etiam Presbiteri dictæ Diœcesis, ac nunc Canonici & Cantoris Maioris nuncupati, Ecclesiæ Tolosanæ, respectiuè in summi Pontificis manibus, per procuratores resignauerat: & super cuius possessorio, litem inter Thiere, & Cortoys prædictos, coram Amplissimis præsidibus, & Senatoribus, supremam Parlamenti Tolosani Curiam tenentibus pendere indecisam audiuimus. Cortoys asserente, Thiere negante, secundam resignationem valere: Illius, Molineus: Istius verò partes, tuetur etiam Rebuffus. Sed super hoc, eiusdem (vel alterius sacri Senatus) expectatur iudicium. Interim ergò his, quæ iam suprà, lib. 7. q. 5. n. 6. Tradidimus contenti, nobis supersedendum esse censemus.

Eadem quæst. 14 num. 2. Extra Italiam solet communiter pro absentibus derogari.

¶ CAusa finalis saltem partialis huius regulæ hæc est, ne beneficiario in extremis vitæ suæ agenti liceat hortatu & importunitate adstantium consanguineorum de beneficio quod amplius retinere non potest, resignatione quasi testamento disponere: quod vix extra regulam liceret degenti in partibus à curia Romana admodum remotis ob tempus itineri in vita resignantis peragendo insumendum: Vnde fit vt quamuis sit verificatione lex regulæ effecta, illius tamen derogatio à Papa vel Legato indulta nedum in Gallia admittatur, sed tanquam debita si petatur denegari non possit, alias prouocationi ad Summa tribunalia tanquam à denegata iustitia locum esse asserit Melchior Pastor. de benefic. lib. 3. tit. 7. num. 6. at si non fuerit petita, non suppletur, vt idem subdit. Cæterum hæc derogatio præiudicat Graduatis, Nominatis, & Indultariis non autem Cardinalibus in beneficiis ad eorum collationem coniunctim vel diuisim, electionem, nominationem, præsentationem, institutionem, & aliam quancunque dispositionem spectantibus, obstante indulto à paulo 4. Cardinalibus concesso in Gallia Solenniter approbato.

Finis Libri Duodecimi.

FLAMINII PARISII IVRE-CONSVLTI CONSENTINI.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

De Resignatione Metu, Dolo, Fraude, Vi, & post spolium facta;

Hic liber quinque continet Quæstiones.

QVÆSTIO I.

An resignatio metu facta sit nulla: & qui metus requiratur; & quomodo probetur, & hac sumpta occasione multi casus explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio debet esse libera & Voluntaria.*
2 *Resignatio non libera non tenet.*
3 *Resignatio Metu facta, nulla.*
4 *Plura annullant renunciationem.*
5 *Quæ fiunt Vi metuuè sunt nulla.*
6 *Verba prætoris in leg. 1. ff. quod metus caus. sunt diuina.*
7 *Metus contrariatur liberæ Voluntati.*
8 *Renunciatio cuiuscumque dignitatis metu facta est nulla.*
9 *Renunciatio Episcopatus metu facta est nulla.*
10 *A quibusuis personis inferatur metus, renunciatio est nulla.*
11 *Resignans ob metum Episcopi nulliter resignat.*
12 *Resignatio ob metum sæcularium, nulla.*
13 *Renunciatio ob metum Imperatoris, Regis & alterius Principis nulla. & num. 15.*
14 *Renunciatio ob metum Cardinalis nulla.*
15 *Prelati & Ordinarij collatores inferentes metum vt clerici renuncient beneficia, suspenduntur.*
16 *Iurant metu renunciare, vel non repetere non firmat actum inualidum.*
17 *Iuramentum non validat renunciationem nullam ob metum.*
18 Arbitrare verbum *renunciationem iuratam imperat.*
19 *Iuramentum non operatur vires in actu meticulosa.*
20 *Iuramentum interpositum super actu nullo, vires non operatur.*
21 *Iuramentum sequitur naturam actus super quo interponitur.*
22 *Iuramentum recipit tacitas conditiones, quas recipit actus.*
23 *Iuramentum regulatur secundum naturam promissionis.*
24 *Renuncians electioni metu, potest eidem Ecclesiæ præfici non obstante renunciatione.*
25 *Iuramentum est seruandum cum potest, sine interitu salutis æternæ.*
26 *Electio præstat ius ad rem.*
27 *Difficilius tollitur ius in re, quàm ad rem.*
28 *Iurans metu debet habere absolutionem, & ante non potest agere. & num. 30. & num. 35.*
29 *Resignans metu, debet habere absolutionem, vt possit redire ad beneficium.*
31 *Iuramentum non potest sperni auctoritate propria.*
32 *Iuramentum ob enormem læsionem non est obseruandum.*
33 *Absolutio requiritur in iuramento ob enormem læsionem.*
34 *Actus meticulosi nulli.*
36 *Iurans soluere vsuras debet petere absolutionem.*
37 *In absolutione à iuramento ad effectum vt ille possit agere non requiritur partis citatio.*
38 *In absolutione à iuramento interposito super actu metu celebrato, pars est citanda.*
39 *Absolutio potest peti non obstante iuramento de illam non petendo.*

40 *Iuramentum de non petendo absolutionem, illicitum.*
41 *Votum de dispensatione Voti non petenda, non Valet.*
42 *In resignationibus quæ fiunt in Curia præstatur iuramentum quòd non interuenit dolus, metus, fraus, &c.*
43 *Resignans potest docere de metu etiam in resignationibus, quæ fiunt in Curia.*
44 *Iuramentum strictè interpretatur, vt minus obliget, &c.*
45 *Pensionis renunciatio ob metum nulla.*
46 *Resignans potest agere de metu, etiam si collatio sit alteri facta.*
47 *Constitutio procuratoris ad cedendum facta per metum est nulla.*
48 *In reuocatione procuratoris constituti metu, non requiritur intimatio.*
49 *Procurator constitutus metu, potest clàm reuocari.*
50 *Cessio litis facta metu est nulla.*
51 *Cedens litem ob metum potest prosequi ius suum non obstante cessione.*
52 *Metus vt annullet actum, debet esse talis qui cadat in constantem Virum.*
53 *Metus iustus duntaxat rescindit gesta.*
54 *Metus iustus qui dicatur, & num. 56.*
55 *Positiuum resoluitur in comparatiuum.*
57 *Metus qui cadit in constantem sufficit, vt quis possit agere.*
58 *Homines aliqui constantes, alij constantissimi, quidam timidi.*
59 *Arbitrio iudicis remittitur qui metus cadat in constantem Virum,*
60 *Iudex arbitrabitur iustum metum iuxtà qualitatem personarum.*
61 *Minor metus cadit in feminam quàm in virum.*
62 *Minor metus cadit in puerum quàm in virum.*
63 *Minor metus vbi adest Princeps, quàm vbi est absẽs.*
64 *Timor mortis vel Cruciatus, omnibus personis inducit iustum metum, & num. 112.*
65 *Non requiritur vt actualiter vis inferatur, vt timor mortis vel cruciatus sit iustus.*
66 *Timor iustus quoties imminet periculum filij.*
67 *Magnus est amor parentum erga filios.*
68 *Pater & filius vna tantùm persona censentur,*
69 *Iustus metus timor mortis affinium.*
70 *Iustus metus timor amissionis bonorum.*
71 *Metus non præsumitur nisi probetur.*
72 *Delictum non præsumitur.*
73 *Metus arguit delictum.*
74 *Allegant renunciationem meticulosam incumbit onus probandi.*
75 *Metus reputatur difficilis probationis.*
76 *Metus solet etiam inferri.*
77 *Metus consistit in mente.*
78 *Metus quid sit.*
79 *Metus dicitur quasi mentem tenens.*
80 *Metus probatur per testes.*
81 *Metus probatur per literas.*
82 *In testibus super metu examinatis, habetur respectus ad dignitatem, opinionem & numerum.*
83 *Testes super metu renunciationis non debent interrogari negatiuè, & ponitur praxis.*
84 *Deponentes pro metu renunciationis habent præsumptionem pro se.*
85 *Magis creditur duobus testibus deponentibus super metu, quàm pluribus deponentibus de spontanea Voluntate.*
86 *Deponentes de spontanea voluntate deponunt de actu visibili.*
87 *Minæ sensu corporis percipiuntur.*
88 *Credendum testibus deponentibus de actibus, ex quibus verisimiliter metus inferri solet.*
89 *Testibus de spontanea voluntate creditur, si adsunt præsumptiones & coniectura.*
90 *Ex circunstantijs probari potest actum fuisse liberæ voluntatis.*
91 *Resignatio præsumitur spontanea.*
92 *Resignatio post spolium præsumitur coacta, & n. 94.*
93 *Nemo præsumitur iactare suum.*
95 *Resignans post carcerationẽ, videtur coactè resignare.*
96 *Contra præsumptionem coactæ renunciationis, an admittantur testes.*
97 *Metus oculis bene non potest probari.*
98 *Metus illatus publicè, potest oculis, & per aspectum probari.*
99 *Metus probatur coniecturis, & indicijs.*
100 *Metus continet in se dolum.*
101 *Dolus probatur coniecturis.*
102 *Coniecturæ ex quibus probantur metus, & dolus, debent exactè probari.*
103 *Coniectura quæ sint sufficientes, iudicis arbitrio remittitur.*
104 *Negotium præsumptiuum residet in arbitrio iudicis.*
105 *Coniecturæ plures sufficientes ad probandum metum.*
106 *Testes debent speciem, & qualitatem metus dicere.*
107 *Qualitas metus debet probari per actum proximum.*
108 *Vanus metus non est in consideratione.*
109 *Testes deponentes de metu, an debeant reddere causam.*
110 *Testes debent disponere de metu in specie.*
111 *Resignatio ob metum mortis, & cruciatum corporis nulla.*
112 *Metus reputatur iustus cum quis resignat ob metum mortis vel corporis cruciatus.*
113 *Minæ illius, qui est solitus illas exequi, sunt in consideratione.*
114 *Metus mortis dicitur cadere in constantem virum.*
115 *Minæ, vt inducant iustum metum, tria sunt consideranda.*
116 *Resignatio beneficij facta à carcerato non tenet.*
117 *Carcer præbet iustum metum.*
118 *Probans fuisse carceribus mancipatum, videtur probare iustum metum.*
119 *Contractus initi in carceribus nulli.*
120 *Carcer tunc annullat contractum, cum contrahitur cum persona, quæ fuit causa carcerationis.*
121 *Resignatio facta ab eo, qui exiuit carceres, valet.*
122 *Cessante metu, actus valet.*
123 *Metus durare videtur, cum viget causa metus.*
124 *Extractus à carceribus vt renunciet, nisi, &c. dicitur metu facere.*
125 *Passus metum sua culpa, non dicitur habere iustum metum.*
126 *Renunciatio facta ab eo qui detinetur domi, præsumitur meticulosa.*
127 *Fragor armorum facit præsumere metum.*
128 *Carcer, largo sumpto vocabulo quomodo accipiatur.*
129 *Renuncians ob timorem excommunicationis, potest dicere istam renunciationem metu factam.*
130 *Qualitas vbi requiritur verificanda.*
131 *In contrahendo requiritur voluntas libera.*
132 *Voluntas libera requiritur in dissoluendo.*
133 *Quæ sunt principia generandi, sunt principia dissoluendi.*
134 *Excommunicationis timor, inducit iustum metum.*
135 *Excommunicationis iniusta sententia, quoad Deum non ligat.*
136 *Iniusta excommunicatio nocet quo ad participanda sacramenta Ecclesiæ.*
137 *Iniustè excommunicatus parere debet.*
138 *Excommunicatio continet corporis, & animæ detrimentum.*
139 *Per excommunicationem quis moritur.*
140 *Excommunicationis timor grauis.*
141 *Metus excommunicationis est metus, qui cadit in constantem virum.*
142 *Excommunicatio quando sit medicina.*
143 *Renunciatio beneficij facta ob metum amissionis bonorum, nulla.*
144 *Periculum amissionis bonorum, inducit iustum metum.*

145 Metus amissionis bonorum æquiparatur metui mortis.
146 Ob defensionem personæ licet hominem occidere.
147 Ob defensionem rerum, licet hominem perimere.
148 Bona sunt hominum substantia, & vita.
149 Pecunia est anima miseris mortalibus,
150 Familia sine diuitijs sordescit.
151 Familiarum decus per diuitias conseruatur.
152 Pecunia est fideiussor futuræ necessitatis.
153 Pecunia est secundus sanguis hominum.
154 Pecunia vita hominis.
155 Timor amissionis maioris partis bonorum, inducit iustum metum.
156 Omnia bona, & maior pars etiam in odiosis æquiparatur.
157 Renuncians beneficio, ob metum amissionis patrimonij, restituitur.
158 Renunciatio beneficij facta ob carcerem fratris, vel aliud periculum imminens nulla.
159 Metus fratris, iustus reputatur.
160 Quid probandum, vt metus fratris sit iustus.
161 Carcer, vt præbeat iustum metum, debet esse iniustus.
162 Reus criminis læsæ maiestatis, potest priuari beneficijs.
163 Iudex iustè procedens metum non inducit.
164 Iuris executio non infert iniuriam,
165 Carcer iustus non inducit metum.
168 Renuncians beneficio ob metum reuerentialem Episcopi, vel Cardinalis, an renunciatio sit nulla, & num. 72.
167 Papa cum sit summum ius, non dicitur metum inferre.
168 Papa potest compellere partes ad concordandum.
169 Iudices hortantur ad compositionem, non autem compelluntur.
170 Causa reuerentiæ sufficiens est, vt rescindatur contractus.
171 Metus paternus interueniens in professione, illam rescindit.
173 Matrimonium contractum metu reuerentiali patris an sit nullum.
174 Minæ quando constituant iustum metum.
175 Arbitria iudicis quando minæ sufficiant.
176 Quid probandum sit, vt minæ Episcopi constituant iustum metum.
177 Preces Episcopi non inducunt metum.
178 Preces superiorum sunt mandata.
179 Rogamina non consistunt in atrocitate facti.
180 Preces solitæ fieri contra non obedientes, inducunt iustum metum.
181 Probatio metus debet esse legitima.
182 Emolumentum inferentis metum, est in consideratione.
183 Præceptum comminatoriam Regis inducit iustum metum, ex quo potest annullari resignatio facta.
184 Præceptum Regis inducit iustum metum, & numer. 187.
185 Præceptum Ducis inducit iustum metum.
186 Ex præcepto Ciuitatis, arguitur iustus metus.
188 Metus probatur ex literis.
189 Epistola subscripta manu propria, & suo sigillo plenè probat.
190 Protestatio non est necessaria ad effectum annullandi resignationem metu factam.
191 Protestatio adiuuat probationem metus.
192 Protestatio non suffragatur absque alia probatione metus.
193 Protestatio etiam clandestina adiuuat probationem.
194 Protestatio clandestina multum prodest, cum quis ob timorem non potest publicè protestari.
195 Protestatio nihil operatur cum alteri collatum est beneficium.
196 Protestatio patroni quando non noceat præsentato.
197 Protestatio non operatur in actu, qui pendet à voluntate duorum.
198 Protestatio clandestina nocet tertio, quando fuit facta causa metus,
199 Protestatio clandestina nocet ei, qui intulit metum.
200 Qui causam damni dat, damnum ipsum dare videtur.
201 Resignans metu, an possit post longum tempus agere, & num. 203.
202 Metus ex interuallo temporis purgatur.
204 Metus in contractu, purgatur ex solutione.
205 Metus in matrimonio per cohabitationem, & concubitum purgatur.
206 Metus nunquam purgatur vigente eadem causa.
207 Solutio facta à libera à carceribus, an præsumatur facta metu.
208 Traditio rei venditæ quando dicatur facta per metum.
209 Quando vxor verberata dicatur consentire instrumento metu mariti.
210 Intrans monasterium metu, an possit dicere contra professionem.
211 Actus demonstrans liberam voluntatem non purgat metum vigente eadem causa.
212 Iuramentum non purgat metum.
213 De metu potest agi, quamuis in actu resignationis dicatur, quod sponte, & liberè, &c.
214 Contra assertionem Papæ contrarium probatur.
215 Renunciatio facta mandante iudice, tenet non obstante metu allegato.
216 Iudex contra ius procedens inducit iustum metum qui à parte allegari potest.
217 Circunstantiæ, ex quibus metus iudicis reputatur iustus.

PRimò quæro, an renunciatio metu facta sit nulla.
Communis opinio est affirmatiua, nam inter alia
requisita bonæ, & validæ resignationis, illud ob-
tinet principalem locum † vt debeat esse libera, & vo- 1
luntaria, vt est communis opinio omnium doctorum,
aliàs † non tenet. Host. in sum. tit. de renunc. §. quali- 2
ter. Geminian. in cap. ordinarij, §. in conferendis, nu.
3. de offic. ord. lib. 6. Rot. decis. 5. num. 2. Coras. de benef.
p. 1. cap. 18. num. 11. Et ideo communis schola cano-
nistarum, & legistarum concludit renunciationem † 3
factam metu esse nullam Ant. de Butr. Car. Zabarel. Abb.
Imol. & communiter alij in cap. 2. & 3. & ca. ad audientiam. de his, quæ vi met. cau. idem Ant. de Butr. in cap. super hoc num. 6. & num. 33. de renun. vbi Imol. num. 21. Abb. num. 9. Idem Abb. in cap. ad aures, num. 3. 7. & 8. & in cap. Abb. num. 19. de his, quæ vi met. cau. Ioan. Cros. in cap. ex ratione, nume. 16. de appel. Socsen. in l. 1. num. [illegible] ff. de his, quæ pæn. nom. & in l. mulieri, & filio, num. 8. ff. de cond. & demonst. cum alijs, vt per Card. Paris. cons. 66. num. 1. volum. 4. & cons. 135. num. 4. eo. vol. Port. Imol. cons. 5. num. 1. Rossiniac de benef. cap. 19. num. 1. 5. 10. & 11. Io. Brunor. de sponsal. & matr. concl. 18. num. 12. Staphil. de grat. expect. tit. de var. mod. vacat. num. 23. cum sequen. Coras. de benef. p. 1. cap. 8. nume. 10. & 11. Barbat. cons. 30. lib. 3. Ruin. cons. 121. lib. 4. Dec. cons. 209. Rebuff. in prax. tit. de resig. metu facta. Mohedan. decis. 32. in manuscr. vbi refert ita fuisse in Rota resolutum de mense April. 1538. in vna Tarraconen. Canonicatus, & Præben. ac pluries etiam ita fuit pronunciatum.

Idque primò probatur ex cap. ad audientiam. de his, quæ vi met. cau. vbi Innocen. III. hæc verba scribit Decano, & Subdiacono Linconen. *Ad audientiam nostram magistro G. de Chenel significante, peruenit, quòd cum Ecclesiam de Chenel canonicè fuisset adeptus, & aliquandiu pacificè possedisset, grauissimo tandem Regis metu quòd eam resignaret iurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat manibus resignauit, quia verò, quæ vi metusve causa fiunt, carere debent robore firmitatis, mandamus quatenus, si eundem ad resignationem constiterit vobis*

per talem metum fuisse coactum, qui potuerit, & debuerit
cadere in virum constantem, non obstante iuramento præ-
dicto quo non ad repetendum, sed ad resignandum solum-
modo tenebatur, præfatam Ecclesiam, ei restitui faciatis.
Secundo, in cap. Abbas.2.eo.tit.de his quæ vi metusve
cau.vbi Alex.III.scribit Episcopo Virgornien. his ver-
bis Abbas S.Cadmondi, à quo R. præsentium lator patri-
monium suum tenere dignoscitur, milites, & Burgenses
ad domum eius (sicuti accepimus) destinauit, qui eum à
domo, & vniuersa possessione expellerent nisi ecclesiam
suam penitus abiuraret, quod cum idem R. tali modo co-
actus fecisset, Abbas alii concessit suprà dictam ecclesiam.
Unde, quia quæ metu, & vi fiunt, de iure debent in irri-
tum reuocari, mandamus quatenus prædicto R. cum inte-
gritate restituas vniuersa.
Tertio, in cap.3. eo. tit. vbi Clemens III. hæc verba
profert, Ad aures nostras, te significante peruenit, quòd
electus quidam in plebanum cuiusdam ecclesiæ ad terro-
rem laicorum renunciauit electioni, quæ de ipso fuerat à
clericis vno intuitu vnanimiter celebrata, & infrà. Tuæ
igitur discretioni præsentibus innotescat quòd renuncia-
tio facta ob terrorem laicorum (nisi fortè iuramento, vel
fide interposita sit confirmata) non impedit, quominus is,
qui renunciauit ecclesiæ, ad cuius regimen prius erat ele-
ctus, præficiatur eidem.
Quarto, in cap. accepta, de rest. spol. ibi. Mandamus
quatenus si vobis constiterit, quòd præfatus P. nullo metu,
vel vi coactus, sed spontaneè prælibatam Ecclesiam taliter
abiurauerit, ei super hoc perpetuum silentium imponatis.
Et Doctores omnes in his iuribus notant communiter.
Quintò hoc colligit Abb.ex cap.super hoc, in 3.not.
4 de renuncia. dum colligit † plura infirmare renuncia-
tionem, scilicet vis, metus, violentia, promissio, &
datio.
Et ratio huius conclusionis colligitur ex tribus tex.
5 superioribus, quia † quæ fiunt vi, metusve causa, de-
bent carere robore firmitatis, vt etiam dicitur in toto
tit. ff. & Cod. de his, quæ vi met cau. Inquit enim præ-
tor, quod metus causa gestum est, ratum non habebo, l.
1 ff.quod met. cau. Menoch. cons. 1.num. 171.lib.1. Burs.
cons.72.nu.50.lib. 1. quæ verba † esse diuina scribit Me-
6 noch.de arb.iud.cas.35. nu.1.nam, vt post Bald. & alios
scribit Neuiz.cons.52.n.46. Spiritus Sanctus posuit hæc
verba in ore Prætoris.
7 Ratio rationis, † quia metus contrariatur liberæ vo-
luntati, Card.Paris.cons.2 0.19.& cons.53.nu.49.vol.4.
& vt suprà ex communi scripsi, renunciatio debet fieri
spontanea voluntate.
Amplia hanc conclusionem procedere siue metus in-
teruenerit in renunciatione beneficij, siue dignitatis,
8 nam vtroque casu est nulla resignatio † etiam si digni-
tas sit quantumuis maxima, Cald.cons. 1.de renunc. &
Doct.omnes supra alleg.Dec.cons.209. Ruin. cons. 121.
9 lib.4. vbi loquitur in renunciatione Episcopatus † facta
metu, namque ratio militat in vtroque casu, vnde idem
ius.l.illud.ff.ad leg. Aquil.
10 Secundò, amplia procedere † siue metus inferatur à
personis Ecclesiasticis, But.cons.2. num.7.de renunciat.
Dec.in cap.ex parte, num. 24.de rescr.putà ab Episcopo
11 † vel alia simili persona, Barb.cons.30.lib.3.& commu-
niter Doct. supra citati, siue inferatur a personis sæcu-
12 laribus † nam etiam hoc casu est nulla renunciatio,
Host.in d. cap. 3. num.1.Anch.n.1.Imol.& communiter
DD.de ijs quæ vi met.causa fiunt Abbas & alij commu-
niter in d.cap.ad audientiam,eo.tit.quod probatur,tum
in d.cap.3.ibi,Tua igitur discretioni innotescat,quòd re-
nunciatio facta ob terrorē laicorū non impedit quominus,
13 &c. cum etiam in d. cap. ad audientiam, ibi, Tandem †
Regis metu, &c. & ratio est, quia viget eadem ratio ti-
moris tam in Ecclesiasticis quam sæcularibus personis.
14 Et hæc ampliatio procedit siue metus inferatur à †
Cardinalibus, siue ab Episcopis siue à Vicariis, & aliis
Ordinariis, ac aliis personis, vt ex Doctoribus supra al-
legatis colligitur, siue etiam inferatur ab Imperatore,
Rege, Principe, Duce, Marchione, & aliis officialibus
seu personis, nam in Rege loquitur text. in d.cap.ad au-
dientiam,& ibi communiter Doct. Butr. in cap. quod in
dubiis, num. 3. de renunc.Dec.d.cons.209. Ruin.d.cons.
121. vol. 4.
Et procedit etiam in Ordinariis collatoribus.Rebuff.
in prax.tit.de resig.metu cauor.num.2.vers.idem & ideo
in clem. multorum de pœn. suspenduntur † Prælati in- 15
ferentes metum, vt clerici renuncient.& ibi Doct. mul-
ta notabilia afferunt.
Tertiò amplia, vt sit nulla renunciatio metu facta
etiam si fuerit iuramento † vallata, vt quia iurauit pro- 16
pter metum renunciare beneficio vel in renunciatione
iurauit non repetere, Anto de Butr.in d. cap.ad audien-
tiam. num.1.quod met.cau. Anch.in d.c.ad aures,num.2.
eo.tit.Rot.decis.7. vers.item si renunciatio, de renun. in
nouis. Nauar.in cap.accepta. de restit. spol. Ruin. cons.
151.nu. 3. vol.4.& communiter Doct.de communi.Gar-
giareus patroci.2.num.9.cum seq.Hipp.Bonacoss. tract.
com.opi. & ita sæpius audiui fuisse consultum & deci-
sum.
Et hæc conclusio probatur in d.cap.accepta,de restit.
spoliat.ibi, Mandamus quatenus si vobis constiterit, quod
præfatus P. nullo metu, vel vi coactus, sed spontaneè præ-
libatam Ecclesiam taliter abiurauerit, ei super hoc perpe-
tuum silentium imponatis. Ergo à contrario si huiusmo-
di † renunciatio iurata, metu esset facta, nulla esset, 17
namque non imponeret perpetuum silentium. Quòd au-
tem d.tex. loquatur de renunciatione, iurata probatur,
quia tex. vtitur verbo abiurare, quod renunciationem † 18
iuratam, in hac materia secundum peritos significat,
teste Nauarro in d. cap. accepta, oppos. 6. in fi. vbi ad
hoc esse casum optimum dicit, probans etiam, ex cap.
si vero. de iureiuran. & ex cap. 2. illo titulo, & alij se-
quuntur.
Et ratio est, quia metus ita operatur ad rescissionem
actus, vt iuramentum super † eo præstitum vires non 19
habeat, vt probatur in Auth.sacramenta puberum. C. si
ad ver.vend.vbi communiter Doctur.Soc.Iun. cons.77.
num.129.vol.1.Menoch. cons.1.num.323. vol.1.& regu-
lare est, vt iuramentum † interpositum super actu nul- 20
lo vires quoque non habeat, Sal.in d.Auth.sacramenta
puberum. in 4.qu. Abb. in cap. ad nostram, col.1.de
iureiur. Rip. lib. 1.respon.c. 53.num. 24. latè Tiraquell.
in l.si vnquam. in proœ.num.92. C.de reuoc. don. Aret.
cons. 96. Corn.cons.124.lib.3. & cons. 258.col.4. lib.4.
Dec. cons. 45. in princ.& cons. 170. in 1. dub. Raphael
Cuma. cons.180. Barb.cons.25. colum. 4. volum. 1. ac
communiter Doct. Et etiam communiter traditum est
à Doct. vt iuramentum † sequatur naturam actus super 21
quo interponitur, & secundum illam reguletur. l. vlt.
C.de non numer.pec vbi communiter Doct. Curt. Iun.
in l.si quis maior, numer. 30. C. de transac. Fulg.cons.
193. colum. 2.vers. intelligenda est igitur, Ias. in l. sed
& si quis. §. quæsitum. numer. 42. ff. si quis caut. latè
Couar. in cap. quamuis, p. 1. §. 4. numer. 1. & 2. de
pact. lib. 6. Alciat. respons. 557. numer. 5. Alb. cons.
1. numer. 6. Crauett. cons. 95. numer. 4. Gozad. cons.
27.numer.19. & recipit tacitas conditiones, † quas reci- 22
pit actus, Dec.cons.206. num.6.& habet tacitam condi-
tionem, † quam habet promissio cui adheret.Dec.cons. 23
408.num.9.
Huic tamen communi conclusioni obstat text. in d.
cap.ad aures, quod met. caus. ibi, Tua igitur discre-
tioni præsentibus innotescat, quòd renunciatio facta ad
terrorem laicorum (nisi forte iuramento vel fide interpo-
sita sit confirmata) non impedit quominus is, qui renun-
ciauit Ecclesiæ, ad cuius regimen prius erat electus, præ-
ficiatur eidem. Et sic renuncians † electioni metu potest 24
eidem Ecclesiæ præfici non obstante renunciatione,nisi
fortè renunciatio huiusmodi fuisset confirmata iura-
mento, aut fide, ergo iuramentum impedit repetitio-
nem. Quod videtur habere rationem, quia iuramen-
tum semper est seruandum cum potest sine interitu
† salutis æternæ, cap. cum dilectus. quod met caus. 25
Canon. si aliquid. 22. quæstio 3. cap. si vero, de

iureiur. & communiter D D. volunt.
Pro solutione plures dantur responsiones, per Gl.
Abb.& Doct.quas omnes retulit Nauar. in cap. accep-
ta,in 6. oppos. mihi vero vna videtur sustentabilis, &
altera vera, sustentabilis, si dicamus, d.c.loqui, de re-
nunciatione iuris ad rem, nam loquitur de renunciante
26 † electioni, Rot.decis.6.de elect.in nou.& communiter
Doct. nos vero de renunc.ius in re,& ratio rationis,est
27 quia difficilius † tollitur ius in re, quàm ad rem, arg. l.
seruus, C. de pact. iuncta.l. vlt. C. de acq.pos.Vera au-
28 tem, si dicamus, hunc tex. procedere ante † absolutio-
nem a iuramento obtentam, namque nisi habeat abso-
lutionem non potest Ecclesiæ præfici, siue iuramentum
fuit factum metu ad renunciandum, & posteà secuta
fuit renunciatio, siue fuit facta renunciatio ob metum,
& postea interpositum iuramentum nolle repetere, &
ita respondit huic tex. Nauarr. dicto cap. accepta,
in 6. opposit. numer. 6. illum concordando cum dict.
cap.accepta.
Firma igitur remanet conclusio resignationem etiam
iuratam metu factam esse nullam.
Requiritur tamen absolutio à iuramento ad effe-
29 ctum, vt possit agere, & † petere, ac redire ad suum
beneficium metu renunciatum cum iuramento, ita
Inn.in cap.ad audientiam, quod metus causa, & ibi
communiter D D. Nauarr. dict. cap. accepta, opp. 6.
numer. 6.
30 Namque communis conclusio † est requiri absolu-
tionem, cum vi & metu iuratum sit, vt decidit Afflict.
31 decis. 322. numero. 6. quia iuramentum non † potest
sperni auctoritate propria, Menoch. consil. 24. numero
25. volum. 1.
32 Hinc licet iuramentum † ob enormem læsionem, non
sit obseruandum, Ant. de Butr. in cap. cum contingat.
num. 13. de iureiur. Comen.cons. 180. Ias. consilio 133.
in fin. libr. 4. Dec. consil. 180.num. 6.& cons.349.num.
3.& cons. 379. col. vlt. Soc.Iun. cons. 48. num. 9. Alba,
cons. 81. num. 54. Rol. à Valle cons. 49. num. 27. lib.1.
33 Curt. Sen.cons.43.num.25. attamen intelligitur † peti-
ta prius absolutione, vt tradunt penè infiniti Doct. re-
lati à Neuizan. cons. 22.&cons.23.num. 2.& 3. Crauett.
cons. 19. num. 5.& 6.& cons. 192. num.11. Rubeus cons.
12.colum.1.& 2. latè Couar.in cap. quamuis p.3.§.3. nu.
3. de pact.lib. 6.Menoch. cons. 24.num.24.& licet actus
34 meticulosus iuramento vallatus † sit nullus, vt dicunt
Doct.supra allegati,& Oldr.cons.35.num.1.Port. Imol.
cons.5.num.9.& cons.101.num.6.Rolan.à Vall. cons.95.
num.28.& 29.lib.1.Cach. decis.Pedem.179.nu. 16. Boët.
decis. 100.num.14.Ces.cons.19.vol.2.Alex. cons.162. nu.
9.tamen prius requiritur absolutio, namque tale iura-
mentum licet metu extortum obligat mero iure, &
35 ideo † requirit absolutionem. Magis communis opinio,
teste Mich. Grass. com. opin. lib.1.c.7.num. 11.de magis
communi canonistarum & legistarum attestatur Bur-
36 sat. cons.72.num.25. vol. 1. Hinc etiam † iurans soluere
vsuras debet prius petere absolution. Io. And. in addit.
ad Specu. super rubr. de iureiurand. Imol.in cap. debi-
tores, eod.tit.Felin.in cap.1.num.25.eod.tit. Et quamuis
37 in petenda absolutione † à iuramento super actu inter-
posito, ad hoc vt saltem agere possit, partis citatio non
sit necessaria, cum imò ea inuita concedatur, Afflict.
decis. 220. numer. 10. cum aliis multis allegatis per Mi-
chaël Grass. d. li. 1.com. opin.c.7.q.15.vbi attestatur de
38 communi tamen in huiusmodi absolutione à † iura-
mento præstito super actu metu celebrato requiritur
partis citatio. Ioan.de Amic.cons.34.num.7.& 8.Bursat.
d. cons. 72. num. 25. vol.1. Innoc.in cap.ad aures.de eo
quod met.caus.Guid.Pap.q. 140.Dec.in cap. qua fronte,
num.7.de appel. Cur. Sen.cons. 65. colum. vlt. Ioan. de
Selu.de iureiurand.quæstio vlt. Couarr. lib. 1.var.reso-
lut.cap.4.cum aliis, vt per Menoch.consil.24.numer.11.
volum. 1.
39 Et huiusmodi absolutionem † poterit petere etiam
40 si iurauerit illam non petere, quia tale iuramentum †
illicitum reputatur, Fel.in cap.constitutus. num. 9. de
rescr. & in cap. 1. nu. 4.de iureiurand. & in cap. propte-
rea,1.num.19.de sponsal.egregiè Nauarr. d.cap. accepta
opp.6.num.9.sicuti non valet votum † de dispensatione 41
voti non petenda, Richard.in 4. distinct.38. argum. 9.q.
3. Et hæc procedunt etiam in resignationibus quæ fiunt
in curia, in quibus præstatur de stylo vulgari, & noto-
rio iuramentum, quod non † interuenit metus, dolus, 42
fraus, &c.Caccialup.de pens.q.19.num.6.namque pote-
rit † resignans metu agere, vt fuit resolutum in Rota die 43
1. Februarij, & 9.Martij coram Accorambono in vna
Vrbinaten.Monasterio, vt habetur lib.diuers. decis.67.
in qua fuit conclusum, quod Archiepiscopus, qui in ces-
sione Monasterij iurauerat quod non interuenerat me-
tus, dolus, fraus, nec aliqua simonia, poterat audiri su-
per metu illato, non obstante iuramento, quia tale iu-
ramentum respicit dumtaxat ipsum actum resignationis,
vt tradit Put.decis.269. lib.1. & strictè † interpretatur, 44
vt minus obliget quam sit possibile, Abb.in cap.cum in
fraudem, de ver.sign. & communiter Doct.ideo non vi-
detur iurasse non conuenire,& agere.
Quartò amplia procedere † in renunciatione pen- 45
sionis, Card. Paris. cons. 5. num. 161. volu. 4.nam viget
eadem ratio.
Quintò amplia procedere † etiam si collatio sit alte- 46
ri facta. Dec. d.cons. 209. Ruin. d.cons. 121.vol.4.& est
communis opinio.
Sextò amplia vt constitutio † procuratoris ad resig- 47
nandum aut cedendum facta per metum, sit nulla ipso
iure.Hostien.in cap.Abbas,quod metus cau.& ibi sequi-
tur Abb.col. pen. vers. 10.casus.Imol.col.vlt.vers. item
fallit, & ita in terminis respondit Dec.d.cons.209.nu.5.
vers.3.quæritur, Ruin.cons.121.num.20.vol.4.nec in hac
reuocatione dicti procuratoris † requiritur intimatio 48
facienda ipsi procuratori, vel resignatario, vt respon-
dit Ruin. d.cons.121.nu.21. limit.hoc modo Clem. 1.de
renunc.vt quando procurator fuit constitutus metu, pos-
sit etiam † clam reuocari,& nu.27.vers. nec, dicit quod 49
iuramentum appositum in mandato, quòd constituens
habebit omnia & singula rata, &c. non obligat ad ob-
seruantiam eius quod ille gessit.
Septimò amplia vt cessio litis † facta propter metum
sit nulla, quo cessante cedens potest † prosequi ius suum, 50
ita resolutum in Rota, in vna Tarraconen.Canonicatus, 51
& præbendæ coram Mohedan.de Mense April.1538.teste
eo.decis.32.in manuscr.tit.de renunc.eo magis, quia ibi
facta fuerat protestatio, &c.
Declaratur huiusmodi † conclusio procedere, si me- 52
tus est talis, qui cadat in constantem virum, Cald.cons.
8.de renunc.Ant.de Butr.in d. cap. ad audientiam, nu. 1.
quod met. cau. & ibi communiter omnes, Card. Paris.
cons.66.nu. 3.vol.4. Rebuff. in prax. benef. tit. de resig.
met.extor.nu.8.Pet.Gregor.Sintag.iur.lib.17.cap.18.n.2.
Barbat.cons.37.col.2.lib.3. Dec.d. cons.209.Ruin.cons.
121. lib. 4. & est communis, & recepta omnium Doct.
sententia.
Namque non † omnis metus gesta rescindit, sed 53
dumtaxat, qui iustus est, l. metum, ff. quod met. cau.
l. vani timoris, ff. de reg. iur. c. vlt. de appell. & dici-
tur † iustus metus ex sententia Caij, I. C. in d. l. me- 54
tum, qui in constantissimum virum cadit, & ex senten-
tia Summi Pontificis, in c. cum dilectus, & in cap. ve-
niens, & c. consultationi, quòd met. causa, qui cadit in
constantem virum, quod idem est si in constantissimum
caderet, Menoch. de arb. iud. Casu 135. numer. 5. nam
† positiuum resoluitur in comparatiuum, & è contra, 55
Dec. in l. in omnibus causis pro facto, num. 2. ver. &
generaliter. ff. de reg. iur. Idem Dec.in cap.vlt. in prin.
de appell. Ias. in §. in quadrupli. nu. 55. de act. Bursat.
cons. 72. num. 30. vol. 1. Iustus igitur metus † dicitur 56
si cadat in const.virum Card.Paris.cons.10.n.56.vol.1.&
cons. 67. n. 40. vol. 3. & cons. 5. n. 17.& cons. 51. nu.
2. volum. 4. communis regula teste Mandos. in cap. 1.
num. 24. de off. deleg. & † sufficit, vt quis agere possit. 57
Corne. cons. 41. num. 7. volum. 2. Cels. Hug. cons. 14.
num. 5.& 6.& cons. 105. num. 9. Bero. cons. 35.nu.20.

Digitized by Google

volum. 1. Rebuff. lib. 1. du reciss. contrac. Glo. 12. art. 1.
in princ. num. 2. & 3.
Et quia non omnes homines eiusdem conditionis sunt,
58 nam † aliqui sunt constantes, aliqui constantissimi, alij
verò timidi, Menoch. de arb. iud. in dict. cas. 135. nu. 2.
Ideo communiter Doctores voluerunt relinqui arbi-
59 trio iudicis † qui metus cadat in constantem virum.
Glos. in l. interpositas, verb. cruciatum, C. de transact.
vbi Bald. Glos. in cap. penult. quod met. cau. Abb. in
cap. cum virum, num. 8. de regul. Card. Paris. cons. 53.
num. 60. & cons. 60. num. 17. & cons. 139. num. 10. &
11. cons. 170. num. 19. vol. 4. Socin. Iun. cons. 77. nu.
45. vol. 1. Neuizan. cons. 46. num. 17. Alcia. respons. 5.
num. 5. cum alijs, vt per Menoch. loco citat. de com-
muni Couar. de spons. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 8. Suares
com. opin. verb. metus, num. 147. Ber. cons. 51. num. 2.
& 3. lib. 1. & cons. 69. num. 3. Cephalus cons. 295. nu.
19. Riminal. Iun. cons. 15. num. 1. in prin. lib. 1. Belleo.
cons. 18. num. 15. Brun. cons. 82. num. 6. qui iudex ar-
60 bitrabitur † iuxta qualit. person. de iusto metu Iun. in d.
cap. cum dilectus, quod met. cau. Aret. cons. 24. Dec.
in l. in omnibus causis, ff. de reg. iu. nam minor metus
61 cadit † in fœminam, quam in virum, Glos. in cap. quod
locum, de spons. Card. Paris. cons. 26. num. 64. vol. 3.
Dec. in cap. penult. num. 1. de appell. cum alijs, vt per
Tiraq. de leg. connub. p. 9. nume. 160. Port. cons. 101.
62 num. 8. & minor † in puerum, quam in virum, Menoch.
de arb. d. cas. 135. num. 5. & minor vbi adest princeps,
63 quam vbi † non adest, iuxta ea quæ scribit de curia
Rom. Card. Paris. cons. 66. num. 4. vol. 4. Oldr. cons.
251. col. 1. Ias. cons. 72. col. 1. in fi. lib. 1. Crauet. cons.
64 253. num. 4. Barb. cons. 30. col. 2. lib. 3. Et omnibus †
personis, timor mortis, vel cruciatus inducit iustum
metum Ale. cons. 99. numer. 3. vol. 3. Paris. cons. 60.
65 nume. 12. vol. 4. etiam si † actualiter vis non inferatur,
Paris. cons. 53. num. 58. 59. cum seq. vol. 4. ibi num. 57.
66 dicit non teneri expectare vulnus, & quando † immi-
net periculum filij, l. ista quidem, quod met. cau. Aret.
cons. 141 num. 15. Soc. sen. cons. 77. num. 38. volum. 1.
Roland. cons. 2. num. 66. etiam 68. vol. 1. Paris. cons. 67.
67 num. 39 volum. 3. ob magnum amorem patrum † erga
filios, vt licet videre ex adductis per Tiraq. in l. si vn-
quam, in præf. nume. 78. C. de reuocand. don. nam pa-
68 ter & filius, vna † & eadem persona censentur, l. vlt. C.
de impube. & alijs substi. §. ci qui, inst. de inutil. stip.
Card. Paris. cons. 84. num. 48. vol. 1. Port. Imol. cons.
92. Gramat. decis. 27. numer. 8. & decis. 48. numer. 15.
Martian. cons. 5. num. 66. Ita etiam iustus metus est ti-
69 mor † mortis affinium, Bar. in d. l. pupillo, §. si quis
ipsi, nume. 19. ff. de oper. nou. nuncia. Grammat. cons.
70 13. nume. 18. & metus amissionis † omnium bonorum,
Bar. in l. si ob turpem, num. 6. ff. de cond. ob turp. cau.
Dec. cons. 690. numer. 8. & est communis opinio om-
nium Doctorum, vt latiùs dicam infrà.
Dubium est autem quomodo probetur metus, & qui-
71 dem in primis scire oportet † metum non præsumi nisi
probetur. Bald. cons. 63. q. 1. libr. 2. Alciat. cons. 504.
num. 8. Card. Paris. cons. 5. nume. 168. vol. 4. & cons.
60. num. 20. eod. vol. Alba, cons. 4. num. 36. Crauet.
cons. 115. num. 13. Cacheran. decis. 142. nume. 7. Viu.
com. opin. vers. metus, cum alijs, vt per Mascard. de
72 prob. conclus. 1051. & est ratio, quia † delictum non
præsumitur, l. merito, ff. pro Socio, & si præsumere-
73 tur, † metus præsumeretur delictum, Alciat. de præ-
sumpt. reg. 3. præsum. 7. nume. 1. Gabriel. in suis conclu-
sionib. tit. de maleficiis lib. 7. conclus. 2. & ideò alle-
74 ganti † renunciasse ob metum incumbit onus probandi
illum metum. Bald. Aret. & cæteri, in l. interpositas.
C. de transact. Alciat. cons. 97. numer. 34. Port. Imol.
cons. 101. num. 8. Rebuff. tract. de rescis. contract. glo.
22. art. vni. num. 2. Plot. in l. si quando, numer. 77. C.
vnde vi. Mascard. de prob. concl. 1052. numer. 1. Card.
Paris. cons. 26. num. 66. volum. 3. Caputaq. decis. 221.
75 num. 1. p. 2. & à nostratibus difficilis † probationis re-
putatur. Card. Paris. cons. 83. num. 61. & cons. 60. n. 21.
vol. 3. Menoch. de arb. iud. cas. 216. num. 15. nam me-
tus † solet clam inferri. gl. in l. si. cum exceptione §. in 76
hac actione, verbo ignorantiam. ff. quod met. cau. vbi
Ang. Alex. cons. 24. num. 8. lib. 2. & cons. 156. num. 2.
lib. 5. Corn. cons. 41. col. 3. vol. 2. & cons. 124. num. 4.
vol. 3. Alba cons. 77. num. 9.
Et quia metus † consistit in mente, nam est instan- 77
tis periculi, vel † futuri causa mentis trepidatio, l. 2. ff. 78
quod met. cau. Ancb. cons. 299. Bursat. cons. 72. nu. 20.
& metus dicitur quasi † mentem tenens. Card. in Cle- 79
men. causam. §. verum, de elect. & per testes † probari 80
metum scripsere communiter Docto post Abb. in cap.
super hoc, de renunc. & in cap. 2. de testi. spol. & † per 81
literas, vt per Rum. cons. 121. volu. 4. & testes proba- 82
bunt † habito respectu ad dignitatem, opinionem, ac
numerum. Abb. in d. cap. super hoc num. 14. 23. 24. 28.
& 51. & hi testes † non debent interrogari negatiue, vi- 83
delicet quòd non vi vel metu renunciauit, &c. sed af-
firmatiuè hoc modo qua causa N. renunciauit, &c. &
hanc esse praxim formandi articulos, & interrogandi
testes, tradit Ioan. And. quem refert, & sequitur Abb.
in d. cap. super hoc num. 28. & qui deponunt super me-
tu † habent præsumptionem pro ipsis, nam dicit Cle- 84
mens III. in d. cap. super hoc, de renunc. *Tuæ expe-
rientiæ respondemus, quod nulla ratio hoc verisimiliter
reddit, vt quisquam beneficium multis forte expensis, &
laboribus acquisitum, quo sustentari debet facile sine
magna causa sua sponte resignet.* Hinc communiter scri-
bunt Doct. magis credi † duobus testibus deponenti- 85
bus de metu, quàm decem, & mille deponentibus de
spontanea voluntate, Innoc. in d. cap. super hoc. Ange.
in l. non est verisimile, ff. quod met. cau. Alex. cons. 156.
num. 3. vol. 5. & cons. 99. col. 3. & cons. 100. colum. 2.
lib. 3. Barb. cons. 54. col. 1. lib. 1. & cons. 60. col. 4. eo.
lib. 1. Fel. in cap. in nostra. col. 2. de testibus. Dec. cons.
209. colu. 1. & vlti. cum alijs congestis per Card. Paris.
cons. 83. numer. 62. volu. 4. Alciat. de præsump. reg. 3.
præsumpt. 7. num. 5. Gozadin cons. 9. col. 2. in fi. Grat.
cons. 38. col. 4. lib. 2. Boët. decis. 100. num. 3. Gramat.
cons. ciuil. 51. & cons. 91. colum. 2. cum infinitis alijs
cumulatis per Mascard. de prob. concl. 1053. numer. 1.
de communi Dec. in cap. vlt. col. vlt. de app. Suarez libr.
commun. opin. lit. M. num. 157. Bursat. cons. 72. numer. 48.
volum. 5. nam deponentes de spontanea † voluntate de- 86
ponunt de actu mentali, & inuisibili, qui soli Deo no-
tus est, & deponunt in genere, deponentes verò de me-
tu, deponunt in specie de minis † & tormentis, ac similib. 87
quæ sensu corporis percipiuntur, Ita Innocen. in d. cap.
super hoc. de renunc. Abb. in cap. 1. quod met. cau. Ale-
xand. cons. 156. num. 3. lib. 5. Dec. in l. omnibus causis,
num. 8. ff. de reg. iur. Ita declarat Imola. in d. cap. su-
per hoc. Vnde eò magis procedit hæc sententia si te-
stes † probant actus, ex quibus verisimiliter metus in- 88
ferri potuit, Bald. in l. si quis in hoc genus, C. de Episc.
& cler. & in l. vlt. in fi. de hæred. milit. Barbat. in cap.
2. de his quæ vi met. cau. Alciat. d. reg. præsumpt. 7.
numero 7.
Nisi pro deponentibus † de spontanea voluntate 89
adessent præsumptiones, & coniecturæ, Barba. cons. 60.
vol. 2. Cæpol. cons. ciuil. 2. num. 14. Alciat. cons. 104.
num. 8. & cons. 5. num. 27. Ias. cons. 227. col. 13. lib. 2.
cum alijs vt per Mascard. dict. conclus. 1053. numer. 8.
vel deponentes pro libera voluntate adducerent cir-
cumstantias, † ex quibus deprehendi posset actum fuis- 90
se spontaneæ voluntatis, Ant. de Butr. d. cap. super hoc
de renunc. Cæpol. in cons. ciuil. 2. col. 3. in fin.
Et quamuis renunciatio † præsumatur spontanea, 91
Coras. de benef. part. 1. cap. 8. numer. 11. Abb. in cap.
sollicitè. colu. vlt. vers. non obstat. Ant. & Imol. ibid.
colum. vlt. verum si fuit allegatum renunciationem
fuisse meticulosam, tunc deponentes probant vt supra
dictum est.
Ita si quis fuit spoliatus, & postea renunc. licet dicat
libere renunciare, tamen præsumitur coacta renuncia-
tio, † ita in terminis probat text. in dict. cap. sollicitè 92

de resti. spol. ibi: *quia non est verisimile, quod sponte iura sua renunciauerit qui renunciat spoliatus.* Sequitur
Card. Paris. cons. 10. num. 64. volum. 1. Iacob. Emilian.
cons. 11. num. 10. latè Mascard. de probat. conclus. 1051.
93 num. 42. cum nemo † præsumatur iactare suum. l. cum
de indebito. C. de probat. Bald. in l. generaliter. C. de
94 non nu. pec. & hæc est communis opinio, † vt renunciatio post spolium præsumatur coacta, Abb. & alij, in
d. cap. sollicite, colum. 1. Card in Clem. 1. in 9. notab.
de renunc. Albert. Brun. cons. 72. col. 2. vers. 2. Ita pari
95 ratione si quis † renunciauit post carcerationem, videtur coactè renonciare, argumento not per Cardin. Paris.
96 cons. 53. numer. 67. vol. 4. an vero contra † hanc præsumptionem admittantur testes, vel ne, vide per Glos. in
dicto capitulo sollicitè, verbo, quia non est verisimile,
& ibi communiter Doctor. de restitut. spoliat.

97 Et metum non bene † posse probari oculis scribit
Bald. in l. si quis in hoc genus, versiculo, adde tamen
vnum C. de Episcop. & cler. Zabarell. in Clem. 1. vers.
notarij, in secundo not. de hæret. Felin. in cap. 1. col. 8.
in princip. de fid. instrument. nisi esset illatus publicè,
98 nam tunc † posset oculis, & per aspectum probari, Innocen. in dicto capitulo super hoc, de renunciat. Boër.
decis. 103. numero 2. Plot. in l. si quando, numero 76.
C. vnde vi.

99 Et probatur † etiam metus coniecturis, ac indicijs,
Gl. & alij Doct. in l. metum. C. quod met. cau. Gloss.
in cap. cum dilectus, eod. tit. Bald. in d. l. si quis hoc
genus. C. de Episc. & cler. & in l. interpositas. C. de
transact. Pau. de Cast. cons. 177. lib. 1. Ancharan. cons.
299. num. 1. Raphael. Comens. cons. 68. Alex. consil.
156. nom. 1. lib. 5. Port. Imol. cons. 5. num. 9. Soc. Iun.
cons. 47. num. 32. vol. 3 Rimin. iun. cons. 15. num. 3. lib. 1.
Nat. cons. 50. num. 9 cum seq. & cons. 106. num. 11. vol. 1.
Gram. cons. cin 91. Alciat. respons. 162. nu. 11. Cacbet. decis. Pedemon. 179. nume. 1. cum alijs infinitis allegatis per
100 Mascard. de probat. conc. 1052. numer. 3, nam metus †
101 continet in se dolum, qui dolus † coniecturis, & indicijs probatur, Card. Paris. cons. 53. num. 61. vol. 4. &
cons. 68. eod. vol. & cons. 60. num. 20. eod. vol. Hæ enim
102 coniecturæ † & indicia debent legitime exactè, ac plenè probari. Boër. decis. 291. in fin. Alciat. cons. 15. nu. 27.
& cons. 504. numer. 7. Port. Imol. cons. 71. numer. 15
Mascard. dicta conclus. 1052. numero 9. & communiter
Doctores.

103 Et cum † coniecturæ in iure non sint definitæ, iudicis arbitrio remittuntur, Bald. in dicta l. si quis hoc
genus, & cons. 26. lib. 3. Anchar. dicto cons. 299. Bartol.
in l. de pupillo, § si quis ipsi prætori. quæst. 8. ff. de
oper. nou. nunc. Dec. in l. in omnibus causis, num. 7. ff.
de reg. iur. Menoch. d. tract. de arb. iud. cas. 136. n. 2. Corn.
cons. 41. n. 1. vol. 2. latè Mand. in cap. 1. n. 23. & 24. de off.
104 dele. adeo quod † totū negotium presumptiuum resider
in arbitrio iudicis, Card. Paris. cons. 66. num. 6. vol. 4.
Mascard. de probat. conc. 1052. num. 10. & communiter
105 & plures † coniecturas refert Mandos. loco cit. & colligitur ex dictis per Menoch. d. cas. 136. per totum ac
dicetur infra.

Vnum autem non omittam quòd debent testes spe-
106 ciem, & qualitatem † metus dicere, Alexand. & omnes,
in l. interpositas, C. de transact. Caputaq. decis. 221.
107 numer. 2. quæ species, & qualitas † debet probari per
actum proximum, l. vlt. vbi Angel. ff. quod met. cau.
Card. Paris. cons. 26. nom. 66. vol. 3. Plot. in l. si quando, num. 76. C. vnde vi. Bursat. cons. 72. num. 16. vol.
108 2. & de vano † metu non esse curandum est communis
opinio. Ias. cons. 71. col. 1. lib. 1. Bertrand. cons. 118. vers. 3.
lib. 2. Card. Paris. cons. 58. num. 64. volum. 4.

109 An testes † deponentes de metu debeant reddere
causam, vide Abb. & alios in d. cap. sollicitè, latius
idem Abb. in d. cap. super hoc, de renunciat. vbi latè
multa pertinentia ad hanc materiam coogerit, debent
110 tamen testes deponere de metu in specie, non † in genere, Cepol. cons. ciu. 2. numer. 20. cum alijs, vt per
Burs. cons. 72. num. 16. vol. 1.

Ex quibus omnibus aliquæ illationes sunt deducendæ ad materiam nostram pertinentes. Et prima erit,
quòd si quis resignauit beneficium ob metum mortis,
vel cruciatus corporis, † resignatio est nulla, & in hoc 111
concordant omnes Doct. supra allegati namque iste † 112
reputatur iustus metus, l. 1. ff. quod met. cau. capitulo
dilectus, cum sequenti eodem tit. Docto. in l. interpositas, C. de transact. & sufficit quod de hoc constet
per minas illius † qui erat solitus illa exequi, l. metum. 113
l. 3. ff. quod met. cau. Bart. in l. 3. ff. ex quib. maio. Ioan.
And. & alij omnes in dicto capitulo cum dilectus, &
dicitur cadere in constantem † virum, latè Ruin. cons. 114
121. num. 1. vol. 4. Dec. & Cagn. in l. in omnibus causis, ff. de reg. iur. & egregiè Burs. cons. 72. num. 33. volu. 1.
dicit tribus concurrentibus, quòd persona quæ minatur
† valeat minas ad effectum ducere. Secundo quòd con- 115
sueuerit id facere. Tertio, vt sint atrociores minæ, Ias.
in §. quadrupli, nume. 10. Instit. de act. Ant. Gomes. in
2. variar. resolut. c. 24. num. 24.

Secundò infertur, † vt resignatio beneficij facta à 116
carcerato non teneat, Gl. in Clem. multorum, in verb.
multorum, de pœn. quam sequuntur communiter Doct.
Roffiniac. de benef. c. 20. num. 15. Card. Paris. cons. 53.
num. 64. vol. 4. & probatur in d. Clem. multorum, ibi:
nonnulli obtinentes temporale dominium viros sæpe Ecclesiasticas capere captosque donec sua resignent beneficia.
& ratio † est, quia carcer probat iustum metum, qui ca- 117
dit in constantem virum, vnde qui probat fuisse carceribus † mancipatum, videtur probare iustum metum, l. 118
qui carcerem, & l. metum, §. sed licet, quod met. caus.
Soc. Iun. cons. 77. num. 57. vol. 1. & communiter Doct.
& ideo contractus † ibi initi sunt nulli, Dec. cons. 691. 119
numero 5. Neuiz. cons. 52. num. 47. Guid. Pap. quæst.
254. Marsil. sing. 306. & est communis opinio in stylo
obseruata.

Et hæc conclusio procedit quoties impulsio, vel causa impolsionis † proueniret ab eo qui carcerauerit, secus 120
si ab alio, nam si quis instante Fisco, vel alio in vinculis detineretur, & cum tertiò contractum iniret, vtique
non diceretur metu carceris celebratus, nisi cum persona ad cuius petitionem fuisset detentus contraheret,
ita probat tex. cum glos. in d. l. qui carcerem, ff. quod
met. caus. Ber. cons. 158. num. 8. volum. 2. Port. Imol. cons.
5. num. 44. & 45. Ioan. de Amic. cons. 34. sub nume. 8. Alciat cons. 367. nume. 8. Nicol. Euerar. cons. 64. & est communis opinio vt patet ex adductis per Burs. d. cons. 72.
numer. 34. volum. 1.

Si verò renunciatio facta fuit statim postquam exiuit
carceres, † valida est, Roffiniac. d. cap. 20. in tract. 121
de benef. nume. 25. quod verum † est si constet metum 122
cessare, l. ob turpem, vbi Ias. ff. de cond. ob turp. cau.
Bal. consi. 240. lib. 1. Alex. cons. 127. numer. 5. lib. 5. Afflict.
dec. 336. num. 6. Alciat. cons. 5. num. 9. Natt. cons. 500. nu.
44. Alb. cons. 4 num. 36. Bero. cons. 195. volum. 3. num. 12.
Cacher. dec. Pedem. 142. num 8. & 9. Si vero viget causa
metus præambuli, quamuis renunciauerit spontaneè &
ex interuallo sequuto, tamen metus durare † videtur, 123
Bal. & Alex. in l. 2. ff quod. met. caus. Alex. cons. 68. lib. 4.
& cons. 98. num. 8. lib. 3. Are. cons. 14. num. 17. Boër. dec.
20. num. 8. Natt. cons. 451. num. 16. cum seq. Rol. à Valle cons. 95. num. 32. cum seq. vol. 2. Cels. Hug. cons. 120.
num. 67. 68. & 69. latè Euerard. cons. 19. Alex. de Neuo.
cons. 3. & cons. 15. Soc. Iun. cons. 98. num. 3. volum. 3. Ferrer. cons. 79. num. 12. communis opinio, vt per Bursat. d.
cons. 71. num. 27. volu. 1. & infinitos allegat Mascard. de
prob. concl. 1051. num. 36. Idque posset exemplificari in
eo † qui ductus extra carceres renunciat, & post renun- 124
ciationem ducitur ad carceres, vel renunciat hac ratione ne reducatur ad carceres, Card. Paris. cons. 53. nu.
64. volum. 4 Et hoc limitarem non procedere in curia,
quando Summ. Pont. non vult priuare Episc. criminos. in
carcere detentum, sed iubet illum duci extra carceres,
vt renunciet, † quia culpa sua iste metum passus est, l. 3. 125
§. sed vim, ff. quod met. cau. l. accusatio. C. eo. Im. & alij
in l. qui latrocinib. ff. de test. Afflict. dec. 249. post princ.

Digitized by Google

Abb.in cap.dilectus,nu.6.quod met. cau.Alex.cons. 99.
in prin.lib.3.Rim.consl.15.n.5.lib.1.Io.de Amic.cons.34.
num.3. Couar. de spons.2.p.cap.3.§.4.nu.12. Mascard.de
prob.concl.1051.num.31.

Ita etiam si retineretur clausus, & astrictus in domo,
126 & postea renunciaret, † nam præsumeretur renunciatio
metu facta,l.1,§ pen.ff.de vi, & vi arm. Com.cons.41.li.
2.Barb.cons.54.num.19 lib.1.Card.Paris.cons.60.numer.
15.volum.4.Mascard.de prob.concl.1051 uumer.45. eo
127 magis si fuit auditus † frangor, & strepitus armorum,
Alea.consil.99.num.5.lib.3.Abb.cons.60.colum.4.lib. 1.
Fel. in cap.cum M. Ferrariensis,colum.10.de const.nam
128 carcer † in hoc proposito dicitur quilibet locus à quo
quis liberè discedere nequit, Sigismund. Loffred. consil.
17. numer. 13. cons. feud. volum.1. Bursar. cons. 75.
num. 34. volum. 1.

129 Tertio infertur, quòd † renuncians beneficium ob timorem
excommunicationis imminentis, de qua fuit
minatus per Episcopum, aut Vicarium, vel alium ordinarium,
si non renunciaret, potest dicere nullam renunciationem,
& ad beneficium renunciatum redire, quia
dicta renunciatio est nulla, & non tenet Car.Zabarell.
in Clem. vnica, num 7.ver.9.de renunc.Alex. cons.219.
num.4.lib.2.Dec.in cap.ex parte,num.25.de rescripr. &
in terminis in facti contingentia consuluit Barb. consil.
30.lib.3.Dec.cons.209.num.4.& est communis,& recepta
Doct. sententia.

130 Mouetur Barb.quia † quoties requiritur in actu voluntas
qualificata, tunc nunquam per solam voluntatem,
non interueniente illa qualitate, videtur satisfa-
131 ctum illi actui: sed in contrahendo † requiritur voluntas
libera, cap. vbi periculum, §. cæterum de elect. lib.
132 6. & † in dissoluendo, l. ab emptione, ff. de pact. nam
133 quæ sunt principia generandi † sunt principia corrumpendi,
l.Stichum, aut Pamphilum, §. naturalis,ff.de solutio,
l. nihil tam naturale,ff.de reg.iur.cap.omnes res,
eo.tit.At in casu nostro non adest voluntas libera, quia
134 timor excommunicationis † inducit iustum metum,
Doct. in cap. cum dilectus, quod met. cau. Rom. cons.
369.circa princ. colum.4.in 2.dub.num.10.Nicol.Mil.in
suo repert. in verbo iustus metus. Gig.de pens. quæ.39.
Couar.in epit. lib.4.decr.p.2.§.4.cap.3.num.15.vers.8.&
fuit decisum in Rota teste Mascard.de prob.concl.1051.
num. 50.vbi attestatur hanc esse communem, & receptissimam
Doct. sententiam, nam licet iniusta excom-
135 municationis sententia † quoad Deum non liget, cap.
136 cum æterni, de re iud. lib. 6.nocet tamen quoad † participanda
sacramenta Ecclesiastica,cap. à nobis,de sent.
137 excomm. & is † parere debet ne ex superbia ligetur,
qui priùs ex prauitate sententiæ absolutus tenebatur,ca.
hic 13.q.3.Rom.d.cons.369.num. 10. & 11. vnde iustum
metum inducit, excommunicatio enim continet ne-
138 dum corporis † detrimentum, sed etiam animæ, can. de
136 manifesta.2.q.1.can.Episcopi, 11. q. 3.nam per † excommunicationem
quis moritur. can. corripiatur 24. qu. 3.
140 Ideo timor excommunicationis est † timor grauis, arg.
l.placet.C.de sacr.Eccle.l.ij qui sacramenta,C.de apost.
cap. sacro approbante concilio, de sen. excomm. Et
ideo dicit Host.communiter receptus in d.cap.dilectus,
141 † quòd metus excommunicationis æquiparatur metui
cadenti in constantem virum.

142 Nec obstat, quòd † excommunicatio sit medicina,
nam hoc est verum, cum subest causa, vel fit propter
bonum obedientiæ, & ita intelligitur cap. cum medicinalis,
de sent. excom.lib.6.vt declarat Barb.d.cons.30.
colum.2.sed in casu nostro non subest causa, & excommunicatio
est iniusta, ideo iustum timorem inducit, Io.
And.d.cap.cum dilectus, & Abb. ac communiter Doct.
respondent ad ea quæ dicit Glo. ibi & alia adducit
Barb. loco cit. col. 3.

Quarto infertur nullam esse renunciationem benefi-
143 cij factam propter † metum amissionis omnium bonorum,
Glo. in verb. coactus,Inn.Card.Zabarell. Ant. de
But.Abb.num.1. & 2.ac 6.Ancb.num.1.& communiter
alij, in cap. 2. quod metus caus. Gig. in tract. de crim.
Ias. malest. quæst. 4. numer. 6. Rot. dec. 6. de renunc.
in nou. Corat. de benef. p. 1. c. 8.num. 10. & est communis
opinio.

Idque probatur in d. cap. 2. quod met. cau.vbi ex eo
quod quidam Abbas misit milites, vt expellerent quendam
clericum à domo, & vniuersa possessione, ois Ecclesiam
suam penitus abiuraret, Papa mandat Ecclesiam
esse restituendam, & ibi Doctores notant.

Et ratio † est, quia periculum amissionis omnium bo- 144
norum inducit iustum metum, qui cadit in constantem
virum.Gl.per illum tex.in d. cap.2. Bart.in l. si ob turpem.
ff.de condictio. ob turp.cau.Bald. in l. 1.in fin. C.
quod met.cau.arg.can.presbyteros.dist.50. & hunc me-
tum † metui mortis æquiparari docent Ruin. cons. 23. 145
num. 9. lib. 1. Dec.cons.690.numer.8.Crauett.cons.49.
num. 7. Gamm. decis.18.numer.2.Roland.à Vall. cons.
2. numer.55.libr.1.Menoch.de arbit.iud.casu.135. in fin.
Maschard. de prob. conclus.1051. num. 54. Soc. Iunior
cons. 77. num.35.lib. 1. vbi multa ad hoc propositum
deducit. Et ideo sicuti ob defensionem personæ licitum
† est hominem occidere, l. vt vim, ff. de iust. & iur. & 146
ibi omnes, vt ibi latè dixi, cum illam legem publicè
interpretarer, ita & propter defensionem † rerum lici- 147
tum est hominem occidere, Gl.in dict.l. vt vim, quam
omnes sequuntur teste Dec.num.31.Claud.num.72. Fortun.numer.17.Rimin.Iun.numer.
338. & plures allegat.
Marsil. in l.furem.ff.de furtis, & consil.4.Carre.in prax.
crim.§.circa,num.29.Couarr.in 3.par. relect. §. vnico,
num.6.de homic.Franc.de Mar.qu.771.nam bona † sunt 148
hominum substantia & vita, l. Aduocati, in verbo, ita
vbi Gloss. Bald.& alij.C.de aduoc.diuers.iud.& pecunia
est anima † miseris mortalib.Couar.4.lib.Decr.par.2.c. 149
3.num.18.vers.13.

Hinc familia † sine diuitijs sordescit, vt patet ex ad- 150
ductis per Card.Paris.cons.35.num.33.vol.2. nam fami-
liarum decus & honor per diuitias † conseruatur, vt per 151
eundem Card.Paris.cons.12.num.19.volum.3.Hinc pecu-
nia † dicitur fideiussor futuræ necessitatis, Glo. in l. 2. 152
C. de const. pecun.Franc.Curt. in tract. sequest. colum.
2. & secundus sanguis † hominis, Ias. in l. vt vim. num. 153
25.ff. de iust. & iur. & in l. ne quicquam. ff. de off. pro-
cons. & leg. & † vita hominis, Barbat. cons. 53. co- 154
lumn. 4. lib. 2. Mars. in l. 1. §. propterea, numer. 2. ff.
de quæst.

Et hæc procedunt † etiam in amissione maioris par- 155
tis bonorum, ita ampliat Abb. dicens ita tenere Goff.
in cap. 2. num. 1. quod met. caus. Soc. Iun. cons. 77.nu.
36.lib.1.& est communis opinio, ad quod allegatur
text.in cap.frequens.de rest.spol.lib.6.vbi in actu odio-
so † æquiparantur omnia bona & maior pars tradit Bald 156
in l. isti quidem.§.si is.ff.quod met.caus.Vit.de Camb.in
tracta.claus.tit.de metu rerum, Blanc.in l.vlt.num.129.
ff. de quæst.

Et hoc habet locum etiam si iurauit, &c. vt dicunt
præallegati Doct.& Rot.dec.7.de renunc.in nou.

Verum isti qui renunciant † beneficia ob metum 157
amissionis patrimonij peccant, licet restituantur in
odium metum inferentium, vt optimè scriptum reliquit
Innoc.d.cap.2.quod met. caus.

Quintò infertur, quòd si fratri † vel consanguineo 158
imminet periculum, vel isti detineantur in carceribus,
& alter frater renunciat benef.ob hanc causam, renun-
ciatio dicitur meticulosa & nulla, Ita Rom. in Rub. de
arbitr.colum.8.& fuit decisum in Rot. vt habetur dec.
7. de ren. in nou. Card. Paris. cons. 5. num. 161. volum.
3. Nauar. in cap. accepta. in 5. oppos. numer.1.in fi. de
rest. spoli. Felin. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ,num.99.
de const. Ruin. cons. 121. num. 3. volum. 4. & est com-
munis opinio.

Et est ratio, quia talis † metus iustus reputatur. Bart. 159
& alij in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, numer. 18.
ff. de ope. nou. nunc. vbi Alex. nu. 23. Soc. in l. 1. num.
3. & 10. ff. de his qui pœn. nom. Idem Soc. in l. mulieri
& Titio, num. 8. ff. de cond. & demon. Rebuff. in prax.
benef. tit. de resig. met. causa. nu.2. Imol. in cap. super

hoc qui, matr.ac. poss. Ale.cons.99.nume.9.lib.3.Card.
Paril.cons.66.num.8.volum.4.& probatur in cap.sciant,
de elect.lib.6. & ibi Io.Monac.cap.quicunque, de sent.
excomm.vbi Archid.l.prateres,ff.de lib.caus.Cle. vnica, de homic.

160 · Declara tamen hanc † illationem procedere, si fuerit probatum, quòd nisi prædictus clericus renuncisset, fratres, & consanguinei non essent liberati, & per multum tempus detinerentur in carceribus: in hisenim terminis loquitur d.dec. Rot.7.in fi. de renun. in noo.

161 Secundò declara † procedere, si fratres & parentes erant iniustè detenti in carceribus & metu ne detinerentur vlterius renuncisuit, secùs verò si iustè, ita egregiè esplicat Card. Paris. cons. 5. nume. 172. volum. 4. nam ibi allegabatur fratrem Bandinelli Cardinalis Sauli renunciasse ob metum, quia d. Cardinalis erat carceratus à Leone X. & per consequens nullam esse renunciationem, Parisi. autem tuetur contrariam opinionem,
162 nam d. Cardinalis erat † reus criminis læsæ maiestatis, & vt talis pronunciatus, & declaratus, iustissimè potuit à Leone X. nedum beneficijs pensionibus, & bonis omnibus & honoribus & dignitatibus priuari, verum etiam vltimo supplicio affici, C. ad l. Iul. maie. per tot.Bar.in extrau.qui sint rebel. iustus enim & publicus erat carcer d. Cardinalis, & condemnatio ipsius, & actus qui in ipsomet Card. non induxerunt iustum metum a fortiori igitur illum minimè induxerunt in personam dicti fratris non carcerati, neque condemnati,
163 nam quod facit iudex † iustè, metum non inducit, l.3.§. sed vim.ff.quod met.cau.ad notata in l.sec nsationis.C. eo. & est communis opinio, vt suprà disi. iuris enim
164 executio † nec metum nec iniuriam inducit, l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur.l.quemadmodum, §. magistratus, ff. ad leg. Aqui. l. quod principi. ff. de aqua pluu. arcen.
165 Ita † etiam & carcer iustus, Doct. in l. qui carcerem, ff. quod met. cau. Afflict. dec.49. namque Card. non fuit carceratus ad effectum vt cederet, sed ob suum delictum, vnde non videntur inesse qualitates à iure consideratæ, l. interpositas, & l. si maior .C. de transf.

Nunc autem pro resolutione totius materiæ aliqua
166 dubia sunt explicanda. Et primum † erit An si quis renunciauit beneficium ob metum reuerentialem Cardin. aut Episcopi renunciatio sit nulla? Ant de Butr. in cap. cum inter, not. 4. numer. 5. dicit valere & metum reuerentialem non vitiare renunciationem, & mouetur ex illo tex. qui quidem tex. non probat hanc conclusionem duplici ratione. Prima quia ibi tex. loquitur de Pa-
167 pa, qui cum sit summum † ius, & æquitas, non dicitur metum inferre. Bart.in l.vlt.ff.quod met.caus. Ias. cons. 72. column. 2. lib. 1. & in l.pacta nouissima.not.3.C.de pact.Soc.cons.59.in princ.libr.3.Cra.cons.114.num.11. & cons.253. num. 4. Secunda, quia ibi erat lis, & fuit facta compositio, vt dicit tex. & communiter Doct.
168 tradunt, namque Papa potest partes † litigantes coram eo, etiam inuitas compellere ad concordandum, vt ibi Ant. de Butr. num. 4. dicit, subdens alios iudices debere hortari † ad compositionem litigantes, non autem
169 astringere.

Vnde alij contrarium voluerunt, quia sola causa re-
170 verentiæ † sufficiens est, vt rescindatur contractus, Soc. Iun. cons. 77. num. 154. lib. 1. & cons. 67. num. 39. lib. 2. Rip. libr. 3. respons. cap. 15. num. 8. in fi. Soc. cons. 263. colum. 1. nume. 2. & 4. libr. 2. vbi attestatur de communi. Corn. cons. 140. in fi. lib. 3. Curt. Iun. cons. 41. num. 11. Ruin. cons. 60. lib. 3. Alba. cons. 77. num. 21. Are. cons. 14. num. 6. Pau. de Castr. cons. 177. vbi omnes loquuntur de filio filiauè erga patrem matremque & de vxore erga maritum, & hanc esse communem opinionem attestatur Mascard. de prob. concl. 1051. num. 15.

171 Hinc metus † paternus interueniens in professione illam rescindit, Put. decis. 262. lib. 3.

172 Pro concordia distingue, quòd aut præcesserint † minæ aut verbera, & tunc procedit posterior sententia, aut non, & tunc prior, ita distinguit Bart. in l. si ob turpem. col. 2. in fi. ff. de cond. ob turp. caus. Innoc. in cap. perlatum, quod met. caus. & in cap. causam matrimonij, de off. deleg. Ias. cons. 3. num. 6. lib. 1. Ant. de Butr. in cap. 1. de desp. impub. Card. Alex. in cap. cum locum, col. 3. & 4. de spons. Fel. & Dec. in d. c. causam matrimonij. Soc. Iun. cons. 77. num. 154. vol. 1. & cons. 67. num. 24. vol. 2. Afflict. decis. 94. numer. 9. communis opinio de qua attestatur Boër. decis. 190. numer. 11. Mascard. de prob. concl. 1051. numer. 17. &
in metu reuerentiali ad contrahendum † matrimonium, 173
ita distinxit Rot. in vna Ispal. matrimonij coram Vestan. 19. Octob. 1551. teste Caput. decis. 221. p. 2.

Et hæ minæ iustum metum inducunt, secundum qua-
litatem inferentis, † & cui inferuntur, inspecta perso- 174
na minantis, an sit manu promptus, vt statim exequi soleat quod dicit, vel sit terribilis, iniustus Bellam. cons. 9. colum. 5. Crauett. cons. 49. numer. 1. Monoc. de arbit. iud. cas. 136. num. 11. Ruin. cons. 121. col. 1. vol. 4. & est communis opinio, vt per Bar. in l. metum. ff. quod met. caus. Mascard. de probat. concl. 1051. num. 18. inspecta persona cui inferuntur, an sit timidus,
vilis, mobilis, & sit † arbitrio iudicis, Soc. Iun. cons. 175
47. num. 33. lib. 3. Menoch. d. cas. 136. num. 8 & 9. Probandum igitum erit, quod ille superior consueuerat non
† obedientes incarcerare, violentias, & iniustitias in- 176
ferre, Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori, in 5. qu. ff. de oper. nou. nunc. Io. And. & communiter Doct. in cap. insinuantes, qui cler. vel nou. Alex. cons. 16. nu. 10. lib. 3. Crauett. cons. 49. num. 1. & quod minatus est, vel quòd intercesserint verbera, vt suprà dictum est. Vnde
sequitur † quòd si precibus Episcopi aliquis renunciet, 177
ea hoc non potest annullari resignatio, † quia non indu-
cunt iustum metum, quamuis preces superiorum sint † 178
mandata, l. 1. ff. quod cuius. vbi gl. cum aliis, vt per Tiraq. tract. de pœn. l. connub. caus. 35. Afflict. decis. 69. num. 5. & hoc in terminis firmat Abb. in cap. Abbas, num. 4. quod met. caus. quod probatur in d. cap. Abbas, quia ibi loquitur de Ordinario mittente milites, & quia rogamina
non consistunt in atrocitate facti, vt † requiritur. l. me- 179
tum, & l. inuidiam, C. quod met. cau. Alex. cons. 16. nu. 8. lib. 3. & cons. 99. nu. 3. eo. lib. Card. Paris. cons. 60. num. 22. vol. 4. Limitatur tamen nisi ille Episcopus, vel Ordinarius solitus esset sæuire in clericos votis suis non ob-
temperantes, nam hoc † casu rogamina inducerent, iu- 180
stum metum, ita limitat Abb. in d. cap. Abbas, numer. 4. vers. istud fallit, quod met. caus. Paris. cons. 66. num. 8. volum. 4. Mascard. de prob. concl. 193. num. 5. vbi nu. 6. ponit qualitates probandas, quod magna cum difficultate obtineretur in praxi, in omni autem casu pro-
batio debet esse exacta † & legitima, vt tradit egregiè 181
Paris. d. cons. 5. & communiter Doct. sequuntur, & omni casu crederem, optimum esse probare emolumen-
tum ad inferentem † metum, de eo proueniens, 182
Soc. Iun. consil. 37. numer. 30. lib. 2. quod etiam tradit post alios Mascard. de prob. conclus. 1051. colum. 3. in prin.

Secundò dubitatur, an præceptum comminatorium
carceris priuationis, dignitatis vel bonorum omnium † 183
factum a rege inducat iustum metum ad effectum, vt annullet renunciationem factam ob dictum præceptum, communis opinio est affirmatiua, secundum quam consuluerunt in facti contingentia duo præclarissimi Doct. Dec. cons. 209. & Ruin. cons. 121. lib. 3. namque Rex Franciæ audita translatione facta de Episcopo Asten. ad Ecclesiam Placen. absque eius licentia. adeo hoc ægre tulit, quòd per suas literas Cardinali Rothomagen. significauit, quòd si ille ad Ecclesiam Asten. infrà biduum non accederet, & renunciaret Episcopatui Placen. in carcerem detruderetur, & ab officio senatoris suspenderetur, & cum vniuersa sua familia priuaretur omni commodo Regio. Ideo quærebatur, an huiusmodi cessio fuerit facta ob iustum metum, Dec. & Ruin. respon-
derunt affirmatiuè, quia præceptum † Regis iustum me- 184
tum inducit. Bar. in l. pen. C. quod met. cau. & in tract.

Digitized by Google

de Tyranno col.5.vers. impressionem autem Gl. in cap.
conuenior,23. quæst.8.Dec.cons.468.numer.22.Mascard.
de prob.conclus.1051.n.55.Pet.de Anch.cons. 219.visa,
185 col.1.vbi loquitur de præcepto †Domini Ducis Parmæ,
Bar.in l.creditor, in fi.ff.de solut.vbi loquitur de præce-
186 pto ciuitatis, quod iustum metum † inducat. Bal.in l.
falsus.in fi.C. de furt. & l.omnem, in fi. C.ad Tertull.
Abb.cons.60.colum.2.lib.1.Barb. consil.42. col.3.lib.1.
187 & quod præceptum † Regis iustum metum inducat,
consuluit Gem.cons.15.in 2.dub.Ang. cons.215. colum.
vlt.& latè comprobat hanc opinionem Ruin. d. consil.
221.à numer.4.vsque ad 10.vbi pulcherrima adducit, &
188 n.11.12.& 13.concludit ex dictis † literis Regis constare
de metu, nam epistola plenè probat intentionem scri-
189 bentis si apparet eius manu scripta, † vel habeat sigil-
lum Regis.l.Publia, §.vlt.ff.depos. Bar.in l.nuda. in fi. ff.
de don.Doct.in cap.2.de fid. instrum. Rot.decis. 433. in
nou. nam literæ iussu Regis fuerunt intimatæ, dicto
Episcopo, de quo fuit rogatus Notarius, Ruin. in d.
cons.num.11.

Tertiò dubitatur, an requiratur protestatio, quando
fit resignatio propter metum ad effectum vt postea pos-
sit annullari? communis opinio est non esse necessa-
190 riam, nam sufficit quòd † constet de metu, aliter Bar.
in l. 2. §. quòd diximus. ff. si quis caut.& ibi Alex.in fi.
Idem. Alex. in l.qui aliena. §. celsus, column. 2. ff. de
acq.hæred.Paul.de Cas.cons.21.in causa desert. col. an-
tep.vers.nec videtur obstare, Aret. cons. 163. col. 3.in
terminis nostris. Dec. cons. 209.num. 6.si vero fiat pro-
191 testatio † illa adiuuat probationem metus. Io. And. in
cap.vlt.de appel. Dec.in l.in omnibus causis.n.12.ff.de
reg.iur.Crauett.cons. 114. num.6. & est communis opi-
192 nio, non autem † sufficit absque alia probatione, Soc.
cons. 4. numer. 11. lib. 3. Ber.quæst.84.numer.6. Alciat.
cons.367.numer.10.Burs.cons.72.numer.2. volum.1.Alb.
cons.77.numer,15.communis opinio teste Ber. cons. 35.
numer.2.volum.1.Mascard.de prob.concl.1051.nume. 9.
193 Et protestatio † etiam clandestina adiuuat probationem,
cap.1.quod met.caus.vbi Abb.in gl.1.Idem Abb.in cap.
cum M.col.6.de const. bald.in l.si reperendi, circa fi.C.
de cond.ob.caus. eò magis si iusto timore imminente
194 non fuit ausus publicè † protestari, Bar. in l.de pupillo,
§.siquis ipsi prætori,ff.de oper.nou.nunc,Bal.in l.clare,
C.de fideicommiss.Paul.de Cas.in l.qui in aliena, §.vlt.
ff.de acq hæred.Ruin.d.cons.121.num.25. vol. 4. verum
si aliquis fuisset prouisus de illo beneficio sic renuncia-
195 tio, huiusmodi protestatio clandestina † nihil operatur
ad sui præiudicium, Bart. in d.l.qui in aliena, §.Celsus,
in fi.ff.de acq.hæred. Bart. in l. clari, C.de fideic. Alex.
cons.16.col.pen. lib.3. vbi concludit, quòd protestatio
clandestina facta à Patrono de non præsentando alium,
& si præsentaret quod faceret per metum, quòd talis
196 † protestatio non præiudicat illi qui postea fuit præsen-
tatus,Bart.in l.non solum,§.morte,ff.de oper.nou. nunc.
& dicit Ruin.d.cons.121. num. 17.quòd talis protestatio
197 non operatur † in actu qui pendet à voluntate duorum,
sicut est renunciatio beneficij.

Declara tamen vt protestatio clandestina non ope-
ratur in præiudicium tertij, quando tertius probabili-
ter ignoraret talem cessionem factam fuisse per metum,
198 nam hoc casu nulla potest ei culpa † imputari, secùs
verò quando sciret, vel fuit causa ad metum inferen-
dum, nam sicut protestatio clandestina ex causa prop-
199 ter † metum potest fieri, & prodest respectu eius qui
metum infert, ita videtur prodesse contra eum qui fuit
causa, vt metus illatus esset in terminis renunciationis
factæ ad instantiam prouisi, consuluit Dec.d.cons.209.
num. 5. vers. circa primam difficultatem, Ruin. d. cons.
121.num.19.cum seq.& facit text.in l. metum, § sed li-
200 cet,ff.quod met.caus.& regula qui causam † damni dat,
&c. l.qui occidit §.vlt.ff. ad leg. Aquil. & secundum
hanc opinionem annis elapsis consului, & ab hac puto
non esse recedendum in iudicando, vt patet ex addu-
ctis per Dec. & Ruin. in locis citatis.

Quartò dubitatur, An metus qui interuenit in resig-
natione beneficij videatur † purgatus, si per multos 201
annos resignans non reclamauit, & ego allegando, &
probando meticulosam renunciationem videtur affir-
matiuè dicendum, quia ex interuallo † temporis pur- 202
gatur metus, bald.in l. 2.C.quod met.caus. & cons.240.
lib.1.Gem.cons.24. col. 1.

Pro negatiua allegatur, quia quòd à principio non
tenet, & est nullum, neque tractu temporis, &c. iuxtà
regulam vulgarem. Quid dicendum? Distinguendum
est quòd aut metus † cessauit & non viget causa metus, 203
& procedit prior sententia, nam tunc purgatur per in-
teruallum temporis, sicuti metus qui in contractu in-
teruenit, purgatur † ex solutione, quæ postea spontè 204
facta sit. Alexand. consil. 127. viso instrumento, col.
1. in fi. lib. 2.

Et ideo quando aliquis actus sequitur per quem po-
test argui libera voluntas, & consensus, vt in matrimo-
nio contracto per metum, si sequatur † cohabitatio, si- 205
ue concubitus, censetur purgatus metus, quamuis ab
initio interuenerit, Doct.in cap. de muliere, de spons.
Barb.cons.54.col. pen.lib.1. Gemin. cons.2. col.1.Card.
Paris.cons.170.nu.23.24.& 27. vol. 4. Afflict. decis. 367.
num. 6. Alciat. cons.5.num.5. numer.9 Bald. cons. 240.
lib.1.Abb. cons.4. numer.35. Nat.cons. 500. numer. 44.
communis opinio, teste Mascar. de prob. concl. 1051.
num.35.

Aut verò viget eadem † causa metus, & tunc sem- 206
per metus durare præsumitur, & interuallum temporis,
aut mutatio loci illum non purgat; ita in terminis con-
suluit Dec.d. cons. 209. numer. 7. vers.sed his, namque
Episcopus qui renunciauit Episcopatum Placen. ob me-
tum Regis stetit per quinque annos in Ecclesia Asten.
consuluit Dec.quod possit agere, & metus non sit pur-
gatus, & tradit Bart. in l.pen. ff de cond. ob turp. caus.
Bal.in l.2.C.quod met.caus.Alex.cons.48.lib.4.Ias. cons.
165.lib.2.Corn.cons.46.lib.2.Soc.cons.213.nume.10.lib.
2.Dec.cons.498.num.15.& 16. Alb. cons. 77. num. 14. &
& cons. 78. numer. 12. & est communis omnium Do-
ctorum sententia, vt patet ex adductis per Burs.d. cons.
72. lib. 1. per Mascard. de prob. dict. conclus. 1052.
numer. 34.

Hinc debitor carceratus, & coactus præstare cautio-
nem de soluendo; licet postea liberatus sit † à carce- 207
ribus, & cum interuallo solutionem faciat, solutio
dicitur facta eadem causa metus subsistente, nam si
non solueret, posset rursus carcerari, & seuerius
tractari, ita Cin. in d.l.2.col.vlt.vers.per istam, C.quod
met. caus.

Hinc si contractus venditionis fuit celebratus per
metum,& traditio rei venditæ fuerit facta ex interuallo,
durante eadem causa metus, etiam † huiusmodi tradi- 208
tio dicitur facta per metum. Alex.in l.qui aliena.§.Cel-
sus.ff.de acq. hæred.

Hinc si maritus verberauit vxorem, quia nole-
bat assentiri cuidam instromento, si postea † vxor 209
assentiat ex interuallo dicitur consensisse metu mari-
ti, ita Bar. in l. si ob turpem, col. vlt. ff.de cond. ob
turp.caus.

Hinc mulier, quæ intrauit † Monasterium per metum, 210
licet in Monasterio per plures annos perseuerauit, non
videtur purgatus metus, quia viget eadem causa, Cald.
cons.1. quod met.cau.& in eodem casu Dec. consuluit.
Ruin.d. cons. 122. & secutus est Mascard. de prob.concl.
1051. num. 36 & in similibus terminis consuluerunt per
plures rationes Barb. d. cons. 54. Aret. cons. 14.Car.de
Rege Cypri cons. 137. sed hodie seruatur quod dicitur
c.29.sess.25.Concil.Trid.de reg. Quibus accedat, quòd
licet actus demonstrans † liberam voluntatem sequa- 211
tur nihilominus præsumitur durare metus, si eadem cau-
sa metus subsistat, Anch.cons.299.Alex.cons.98. num.7.
& cons.99.num. 7.lib.3.Corn.cons.41.colum.pen.& vlt.
lib.2.Grat.cons.47.lib.1.Soc.Iun cons.77.num.91. vol.1.
Rolan.à Val.cons.2.num.87.lib.1.Ferret.cons.79. numer.
12 Cels.Hug. cons. 14.num.7. & est communis sententia
Doct.etiam si interuenisset iuramentum, Nat.cons. 451. 212

num.3.Couar.in 4.lib.decre.p.2.c.3.§.4.sub num.1.Boër. decis.100.num.14.

Quintò dubitatur, an possit allegari,& probari metus si in literis resignationis † dicatur quod sponte, & li-
213 bere, &c. affirmatiuè est respondendum, & vt tenet in terminis Ruin. cons.151. num. 11.vers. nec obstat,vol.4.
214 dicens huic † assertioni Papæ non stari, cum contrarium probatur, & per consequens nihil nocet si aliter rem se habere ostendatur, Paul. Ant. de Butr.& Imol. in Clemen.1.de prob.& ibi Bonif.de Vital. col. 3. nam hoc tenet curia Romana, vt fuit dictum in vna Lunen. Sarsan. coram Guidobon. 19. Martij 1555. teste Capuc. decis.239.p.2.

Sexto dubitatur, an contra Iudicem metus probari
215 possit? distingue, quòd aut iure † procedit, & tunc si fuerit facta renunciatio, metus allegatus non dicitur iustus, & per consequens tenet cessio, communis opinio secundum quam consuluit Card.Paris.cons.5.à num. 168.vsque ad n.174.vol.4.vbi adducit rationes,& auctoritates. & dixi suprà. Aut vero de facto procedit con-
216 tra ius,& tunc potest allegari,& iustus † reputatur.Bar. in l.si per impressionem ff. quod met. caus. Alb.in l. de quibus.ff.de legibus.Natt.cons. 50. num. 11.& cons.106.
217 nu.12.probatis aliis † circumstantiis,de quibus per Burs. d. cons.72.nu.35.vol.1.

Lib.13. quæst.1. num 33. Ibi, Attamen intelligitur petita prius absolutione.

AC propterea sæpenumero in Rescriptis, à Regia Cãcellaria pro recisionibus contractuum impetratis, hanc antiquitùs apponi vidimus clausulam; & dummodò impetrans à suo Prælato dispensationem super præstito iuramento priùs obtineat. Dum autem, aliàs Archiepiscopatus Tolosani (cui tunc Illustrissimus Cardinalis de Iotosa præerat) Secretarij munere fungeremur, cùm casus similium dispensationum expediendarum occurrisset, sic literas desuper ab eodem Illustrissimo concessas, formare consueti eramus. Franciscus &c. Dilecto (vel Dilectæ) nobis in Christo N. Salutem in Domino. Vt non obstantibus fide & iuramento per te præstitis in contractibus quomodocumque interte, & P. transactis & initis, ius tuum in iudicio persequi,tueri, & defendere, ac aliàs agere & experiri, fraudesque ac dolos in ipsis contentos detegere, eorundemque contractuum recisionem, perinde ac si iuratum, seu fides huiusmodi data non esset, petere liberè & licitè possis, & valeas, tecum harum serie dispensamus, teque ad hoc habilitamus. Sed quòd huiusmodi iuramentum, de Notariorum stylo, potiùs quàm de partium voluntate, apponatur. Sicque hodiè (saltem in Gallia) dispensatione prædicta opus non sit, testatur Dominus Mainardus libr. 6. notabilium quæstionum iuris scripti, cap.63. numer. 7. Sed hoc ita verum est, si dolus contractui causam dederit.

Eadem quæst. numer. 46. Ibi, Etiamsi collatio sit alteri facta.

SI tamen resignatio, in ordinarij collatoris manibus simpliciter facta extiterit,& collatarius seu titularius, metum huiusmodi ignorans, triennio pacificè possederit, nec resignans vnquam intra illud conquestus fuerit; ipsum collatarium (cui præsupposita huiusmodi ignorantia nihil fortiri, quoad hoc, imputari potest) decreto de pacificis possessoribus tuendum esse censemus. Nam (vt Probat ad glossam pragmaticæ Sanctionis, in verbo, colorato. addit. 10. de pacif. possess. in fortioribus terminis restatur) omnis ille (eius verbis vtimur) coloratum titulum habere dicitur, qui habet ab eo, qui originaliter conferre potest, licet ex accidenti sit impeditus.

Eadem quæst. numero 209. Ibi, Si maritus verberauerit vxorem.

QVid si è conuerso (hoc autem aliquando etiam Tolosæ accidisse audiuimus) maritus ab vxore vapulet. Num ab illo initus contractus rescindetur? Sed hoc nusquàm in iure relatum est. Vide tamen Petrum Mathæum in annotationibus ad Pauli Tertij, Pontificis Maximi constitutionem vndecimam ac Petrum Gregorium in suo Syntagmate lib. 47. cap. 11.

quæst. 1. num. 47. Vt constitutio procuratoris ad resignandum aut cedendum facta per metum sit nulla ipso iure.

¶ HÆc ex diametro opponi videntur conclusioni in sequenti quæstione positæ, vbi auctor resignationem metu extortam non esse nullam ipso iure, sed rescindendam pronuntiat. Concilia sic. Renunciatio meticulosa est ipso iure nulla, Clem. 2. § sanè de pœnis. Si videlicet renuncians reuocet, & nullam arguat, quia in spiritualibus libera voluntas requiritur, Gloss. in can. notificasti in verb. licentiam 33. q. 5. Si verò renuncians taceat, tenet resignatio ex præsumpta libera voluntate, l.2.Cod. de his quæ vi metusue causa gesta sunt. Hac distinctione vtramque opinionem concordat Melchior Pastor. de benef. libr. 3. num. 5. cum igitur auctor ait hic constitutionem procuratoris ad resignandum metu factam nullam esse ipso iure, supponit per aliam liberam etiam ad resignandum in alterius cuiuscumque fauorem, quantumuis occultam & nusquam intimatam fuisse, postmodum reuocatam, vt ex eo satis datur conijcere, quod illũ metu constitutum procuratorem posse clam & absque intimatione reuocari subijcit.

QVÆSTIO II.

An resignatio facta metu sit nulla ipso iure, vel sit rescindenda.

SVMMARIVM.

32 Renun-

32 *Renuncians beneficio metu non potest ordinari ad titulum illius beneficij.*
33 *Renuncians metu non tenetur ad horas canonicas.*
34 *Electus ante confirmationem, & præsentatus ante institutionem, non tenetur ad horas.*
35 *Renuncians metu an iuuetur decreto de pacif. poss.*
36 *Restitutus ad beneficium metu renunciatum, recuperat omnia, & coniungit tempora.*
37 *Restitutio reponit in pristinum statum.*
38 *Inferentes metum renunciantibus sunt excommunicati.*
39 *Inferentes metum renunciantibus, priuantur beneficijs.*

Secundò quæro an resignatio beneficij metu facta sit nulla ipso iure, vel sit rescindenda? Esse † nul-
1 lam ipso iure, tenent Host. & alij, in cap. ad aures quod met. cau. Bonif. de Vital. in Clem. multorum num. 27. de pœn. Ant. de But. in cap. super hoc, de renunc. Henri. Boich. in cap. quod in dubiis, eo. tit. Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in rubr. de renunc. Roffinia. de benef. cap. 19. num. 5. & 6. cum seq. Staphil. de liter. grat. tit. de var. mod. vac. num. 24 cum seq.

Pro qua opinione primò adducitur tex. in d. cap ad aures, ibi: *Non impedit quominus is qui renunciauit Ecclesiæ, ad cuius regimen prius erat electus, præficiatur*
2 *eidem*, & sic tex. non loquitur † per verbum futuri temporis, ideo, &c. arg. not. per Glo. in cap. 1. de cleric. non residen. lib. 6.

Secundo allegatur tex. in Clem. multorum, de pœn. ibi: *Sane resignationes beneficiorum modo supradicto extortas* scilicet (inquit Gloss.) per captionem, & detentionem iudicis sæcularis. *Licet à resignantium ipsorum Prælatis receptæ, aut rata habitæ fuerint, nullius omnino decernimus esse firmitatis*, loquitur enim per ver-
3 bum, decernimus, quod suapte natura † aliquid de nouo decernit, iuxta gl. in cap. eos, de sent. excom. lib. 6. & in Clem. vlt. de ætat. & qualit. & in Clem. 1. de can. poss. & in Clem. 2. de app. & in Clem. 1. de rebus, Ec-
4 cles. non alie. & dicit † nullius esse momenti ergo non valet, vt per Glo. in verb. nullius momenti ibi: facit l. 4. §. condemnatus, ff de re. iud.

5 Tertiò, quia † electio metu facta est nulla ipso iure, cap. vbi periculum, §. cæterum, de elect. lib. 6. Glo. in cap. bonæ, 1. de elect. Innoc. in cap. quod sicut, eod. tit. & communiter alij.

6 Quartò, quia matrimonium † metu contractum ipso iure annullatur, communis, de qua attestatur Boër. decis. 20. numer. 43. Couar. de spons. 2. par. cap. 3. §. 5. num. 1. Rimi. cons. 15. numer. 7. cum apostillis, lib. 1. quod procedit etiam in matrimonio spirituali, com-
7 munis, de qua † attestatur Vasquius controuers. illustr. cap. 35 num. 17. Burlat. cons. 72. num. 21. vol. 1.

His tamen non obstantibus contraria opinio verior
8 est, & communior, vt resignatio beneficij † metu facta veniat rescindenda, & ita fuit decisum in Rot. vt habetur decis. 7. de ren. in nou. & decis. 7. numer. 1. eo. tit. & dec. 2. de his, quæ vi met. caus. in antiq. & fuit etiam hoc idem resolutum in vna Cracouien. Canonicatus, coram D. Rauel. vt referunt quidam addentes ad dict. decis. 5. & hanc opinionem tenet Calder. cons. 1. de renunc. Gl. in cap. super hoc eod. tit. vbi Abb. idem Abb. in cap. sollicitè, de rest. spolia. Ant. de Butr. Abb. & alij omnes in d. cap. ad aures, vbi in specie Imol. Card. Paris. cons. 5. num. 166. & cons. 135. nume. 15. & cons. 66. vol. 4. Fel. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 127. de const. & in cap. si vero, de iureiur. Aufr. decis. Tholo. 280. Fortu. Gars. de vlt. fi. illat. 1. num. 290. Dec. cons. 209. num. 5. & hæc est communis opinio, teste Nau. in cap. accepta. opp. decima, ver. 5. fundatur, & opp. 5. num. 1. de restit. spol. & est magis communis opinio, teste Burs. cons. 72. num. 23. vol. 1. ac seruanda in praxi, teste Ioan. Brunell. de spons. & matr. concl. 18. nu. 7.
9 Nam regulariter † actus gesti propter metum veniunt rescindendi, Cardin. in Clem. 2. §. sane opp. 3. de pœn. Felin. in cap. propterea, num. 35. vers. 5. & vlt. conclus. de spons. Signorol. cons. 75. numer. 22. Anc. cons. 382. in prin. Menoch. cons. 2. num. 170. volu. 1. & est communis opinio, teste Suarez, comm. opi. verb. metus, numer. 155. Alciat. cons. 5. in princ. Soc. Iun. cons. 77.
num. 20. vol. 1. quia † coacta voluntas, voluntas est, l. 10
si mulier, §. vlt. ff quod met. caus. Gl. per illum tex. in cap. merito, 15 quæst. 1. Rimin. cons. 15 nu. 7. lib. 1.

Et primò probatur ex d. cap. 2. quod met. caus. ibi: *Mandamus, quatenus prædicto R. cum integritate restituat vniuersa, &c.*

Secundo in cap. ad audientiam, eod. tit. ibi: *Mandamus, &c. præfatam Ecclesiam ei restitui faciatis, &c.* & sic per verba futuri temporis, vnde nullum cadit dubium, l. illam C. de collat. l. ancillæ, C. de furt.

Tertiò, quia licet † regulariter iuramentum metu 11
cogente præstitum sit validum, cap. verum, de iureiur.
fallit tamen quando interponitur super actu † nullo 12
ipso iure reprobato, cap. cum contigat, de iureiur. cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. cap. licet, de iureiur.
eo. lib. At iuramentum super renunciatione beneficij † 13
metu factum tenet, & valet, cap. si vero, de iureiu. ergo renunciatio non est nulla ipso iure, quia non teneret iuramentum.

Nunc est respondendum contrariis, & primò non obstat cap. ad aures, quia respondeo illum tex. esse intelligendum, vt sit rescindenda, quia nullum verbum præsentis temporis ibi ponitur, & non est nouum, vt vna lex declaretur per aliam, l. vtrum. ff de per. hæred. l. non est nouum, ff. de legib. l. qui filiab. ff. de leg. 1. Non obstat Clem. multorum, quia primo possumus dicere nihil, ibi exprimi. Secundo respondemus speciale
esse in casu illius text. quia fuit facta ad terrorem † 14
laici, vt ibi Bonif. de Vita. numer. 27. tradit, & alij sequuntur, Ruin. cons. 121. num. 14. vol. 4. Ad tertium respondemus, negando similitudinem, nam magna est differentia, quia metus tam in elect. proximus repugnat vtilitati publicæ, quàm in renunciatione, nam in ele-
ctione requiritur † quædam libertas absoluta, & omni- 15
no libera. Ita respondit Nauarr. loc. citat. Non obstat quartum, quòd dicitur de matrimonio carnali, namque
negatur † similitudo cum renunciatione, vt per Nauar. 16
in d. cap. accepta, in 5. opp. numer. 23. & duplices specialitates in matrimonio tradit Abb. d. cap. 2. numer. 8. quod met. caus.

Et hæc conclusio tenenda est in iudicando, & consulendo, nam inquit Barbat. cons. 30. col. 2. volum. 3. quòd quamuis sit dubitatio, an renunciatio facta metu sit nulla ipso iure, vel rescindatur actione quod metus, omnes tamen concordant in hoc, quòd talia renuncia-
tio non † teneat, iuxta illud, non stant fœdera facta 17
metu, & Dec. d. cons. 209. numer. 5. inquit disputationem esse parui ponderis, quia Cald. scripsit nullam esse, vel saltem retractandam.

Limita hanc conclusionem communem non pro-
cedere quotiès fuit aliquis captus à Domino † sæcula- 18
ri, & detentus, donec renunciaret suum beneficium, nam huiusmodi renunciatio est nulla ipso iure, vt probatur in d. Clem. multorum, §. sane, de pœn. quæ loquitur in his terminis vt Gl. Bonif. de Vital. num. 27. & communiter tradunt, in his quoque terminis loquitur Host. in cap. ad aures, quod met. caus. sequitur Ruin. cons. 121 num. 14. vol. 4. & nu. 19. vers. sed præmissis qui loquitur in fortioribus terminis, & ita etiam potest intelligi tex. in d. cap. ad aures.

Firmata igitur conclusione recepta, vt in alijs casibus præter hunc, resignatio veniat rescindenda, retra-
ctatio sit implorato iudicis † officio, vel intentata 19
actione, quod metus causa, Cald. cons. 1. de renonciat. Dec. d. cons. 209. num. 5. in fi. Coras. de benef. num. 1. cap. 8. num. 11. & Rot. decis. 5. num. 2. de renunc. in nou. dicit, quòd intentabit vendicationem ad beneficium sic metu resignatum, vel possessorium recuperandæ, Rebuff. in prax. benef. tit. de resign. metu ext. num. 4. & Abb. in cap. si vero, nume. 1. de iureiu. dicit, quòd intenta-

Digitized by Google

bit vtilem actionem in rem, quia per resignationem
20 metu factam † solum perditur directa actio, l. metum, §. volenti, & l. si mulier, in fi. quod met. cau. vel actionem personalem, quod met. cau. per quam omnia de-
21 bent reduci ad statum pristinum, & coram eo iudice † probatur metus, Nauarr. d. cap. accepta, oppos. 5. nu. 15. vers. 2. de restit. spoliat. vbi declarat quomodo debeat, esse sententia iudicis.

22 Dubium tamen † est, an requiratur noua collatio? communis opinio est negatiua non esse necessariam no-
23 uam collationem, quia per actionem, quod † metus causa, restituitur in pristinum à iudice, vt expresse in terminis scriptum reliquit Abb. in cap. si vero, num. 2. de iureiu. Rosinisc. tract. de benef. cap. 19. numer. 10. Rebuff. de pacif. pos. num. 179. & numer. 181. cum seq. & clarius num. 328. Coras. de benef. p. 1. c. 8. num. 12. Nauarr. loc. cit. cum alijs, vt per Card. Paris. cons. 5 num. 165. vol. 4.

Pro qua opinione adducitur tex. in d. cap. si vero, de iureiur. in fi. ibi: *Et ad coercendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad præstandum illud compulerant permisissent in eadem Ecclesia ministrare*, quasi vellet dicere, quòd alias non permitterentur ministrare, quia renunciarunt ob metum, & sic nihil dicit de collatione, & ibi Fel. & communiter Doctores.

Hinc dicit Paris. cons. 66. num. 1. volum. 4. quòd re-
24 nuncianti ob metum datur † regressus, & hæc opinio seruatur in praxi, Quamuis Prob. in add. ad Ioan. Monach. rub. de renunc. tenuerit requiri nouam collatio-
25 nem ex eo, quòd ius extinctum non reuiuiscit † sine noua collatione, l. qui res. §. aream, ff. de solut. nam hoc procedit, nisi aliud interueniat, per quod sequatur integra restitutio, c. ab exordio, dist. 31. res enim de facili
26 reuertitur † ad naturam suam, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & ita respondit Rebuff. d. tract. de
27 pacif. poss. nume. 181. quia restitutio † iudicis fungitur vice collationis.

28 Limitatur † tamen, nisi alteri fuerit beneficium collatum, Rot. dec. 1. & decis. 3. de rer. perm. in nou. & decis. 1. de fil. presb. eo. libr. Rebuff. d. trac. de pacif. pos. num. 183.

Ex quibus infertur primo, quòd ante restitutionem
29 faciendam per iudicem non potest renuncians † iuste, & cum bona conscientia tenere, & ministrare in beneficio ita renunciato, & eius fructibus vti Nauar. d. cap. accepta, oppos. 5. num. 20. nam titulum per renunciationem
30 perdidit † Inno. in cap. quod in dubijs, de renun. & be-
31 neficium non potest † licitè teneri sine titulo canonico, cap. 1. de reg. iur. libr. 6. requiritur enim restitutio iudicis, & in conscientia sufficit, si iudex competens etiam parte non citata restituat.

32 Secundo infertur, † renunciantem metu non posse ordinari ad titulum illius beneficij, Nauarr. d. cap. accepta, oppos. 5. num. 22.

33 Tertio infertur taliter † renunciantem non teneri ad horas canonicas, si alia ratione non astringitur, Nauar.
34 d. opp. 5. num. 21. sicuti nec electus † ante confirmationem, & præsentatus ante institutionem.

Quarto infertur, quòd ante dictam restitutionem qui renunciauit metu, licet post renun. remanserit in
35 possessione per triennium, non † tamen iuuatur decreto de pacificis possessoribus, Rebuff. d. tract. de pacif. pos. numer. 355.

Et in tantum hæc procedunt, quòd si quis possedit iuste, præcedente titulo, beneficium per annum, & postea renunciauit metu, postmodum fuit restitutus ad dictum beneficium sine noua collatione, illudque possedit per biennium, vtique hæc tempora coniunguntur,
36 vt iuuetur † decreto de pacif. possess. vt scribit Rebuff. d. tract. num. 318. quia restitutio fit, vt vnusquis-
37 que integrum ius † recipiat l. quod si minor, §. restitutio, ff. de mino. Ideo habetur ac si possessio non fuisset interrupta.

Vnum tamen pro complemento materiæ non omit-
38 tam, quòd inferentes metum, vt fiant † renunciationes beneficiorum sunt excommunicati, Rebuff. in prax. benef. tit. de resig. met. ext. num. 3. Doct. communiter in Clem. multorum, de pœnis, per illum tex. & priuantur beneficijs, Rebuff. in prac. de mod. amitten. benef. nu. 46. quod est intelligendum, iuxta terminos dictæ Cle. multorum.

Lib. 13. quæst. 1. num. 19. Ibi, Retractatio fit implorato iudicis officio.

PRaxim autem annullandi resignationem metu factam, videbis apud Rebuffum, *in sua Prax.* beneficiaria tit. de resignat. metu extor. fol. 247. colum. 1. numer. 5 & 6. Vbi etiam optimam (eandemque admodùm notabilem) subdit cautelam, pro his, qui à magnis curialibus resignare coguntur.

quæst. 1. num. 18. Huiusmodi renunciatio est nulla ipso iure vt probatur in Clem. multorum de pœnis.

¶ QVam putat Auctor post alios limitationem seu exceptionem conclusionis ab eo in hac quæstione nu. 8. positæ, regulam nos cum Rosiniaco de re Sacerdotali lib. 3. tit. 15. præfatæ conclusioni aduersantem arbitramur; vt scilicet mens Papæ fuerit in dicta Clementina generaliter decernere renunciationem meticulosam esse penitus & ipso iure nullam, non autem casum tantummodo decidere specialem, quod tamen intellige cum temperamento à nobis superiori quæstione adhibito.

QVÆSTIO III.

An Resignatio dolo facta sit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio dolo facta est nulla.*
2 *Vitiosus ingressus in beneficijs abhorretur.*
3 *Dolosus ingressus malus.*
4 *Dolus nemini debet prodesse.*
5 *Dolus est delictum.*
6 *Dolus punitur crimine stellionatus.*
7 *Dolus excludit consensum.*
8 *Dolo inductus sibi non præiudicat.*
9 *Dolo quis decipitur.*
10 *Per dolum contractus infringitur.*
11 *Dolus non vitiat matrimonium.*
12 *Ingressus monasterij dolo factus tenet.*
13 *Dolus cadens in prudentem virum non vitiat actum.*
14 *Renunciatio dolo facta venit rescindenda.*
15 *Quis iudex adeundus pro dolo.*
16 *Dolus probandus.*
17 *Dolus non præsumitur.*
18 *Casus in quibus præsumitur dolus.*
19 *Vnusquisque præsumitur bonus.*
20 *Dolus verè probari non potest.*
21 *Dolus reputatur difficilis probationis.*
22 *Dolus probatur coniecturis, & præsumptionibus.*
23 *Dolus probatur leuioribus probationibus.*
24 *Coniectura ad probandum dolum, quomodo debeant probari.*
25 *Coniectura in his, quæ occultè fiunt, plenam probationem faciunt.*
26 *Dolus præsumitur cum actus redit ad vtilitatem illius qui dolo induxit.*

TErtio quæro an renunciatio dolo facta sit nulla? Respondetur affirmatiuè, nam ea, quæ diximus, de metu, vt resignatio beneficij metu facta nulla sit, procedunt in dolo, namque si † resignatio fiat 1
dolo vtique nulla est, vt expresse tenet Gl. in ca. suggestum, verbo decipiat, 7. quæst. 1. & in cap. cum dilectus. de his, quæ vi, met. caus. Bellam. de perm. benef. p. 7. quæst. 3. num. 6. vbi allegat ad hoc Collec.

Imol. in cap. 1. nume. 36. & 38. de rer. perm. Pet. Greg.
Sintag. iur. libr. 17. cap. 18. numer. 2. Moder. Flor. de
fortuit. casib. quæst. 10. numer. 29. Rebuff. in prax. tit.
de resig. dol. numer. 1. & cons. 83. num. 2. & est com-
munis opinio.
2 Et est ratio, quia † ius canonicum abhorret vitiosum
ingressum, cap. 1. & per totum de eo, qui mit. in poss.
3 libr. 6. sed non potest esse deterior ingressus, † quam
dolosus, l. 1. ff. de dol. excep. vbi inquit Iurisc. quod
ideo hanc exceptionem doli prætor proposuit, ne cui
4 dolus suus per † occasionem iuris ciuilis contra na-
turalem æquitatem prosit, Corn. cons. 148. nu. 5. vol. 1.
5 Hinc dolus † est delictum, l. 1. §. nunc tractemus. ff. de
tute. Gl. in l. 1. in princ. & ibi Bar. ff. de fideiuss. tut. Card.
Paris. in rub. ff. de oper. nou nunc. num. 72. Ias. in l. ex ea
parte, §. vlt. in fi. ff. de verb. oblig. Cæphal. cons. 76. nume.
6 22. vol. 1. & ideo punitur † crimine Stellionatus, Corn.
cons. 182. n. 2. vol. 4. & cons. 19. n. 11. vol. 3. & cons. 179. nu.
6. vol. 4. & cons. 148. n. 5. vol. 1.
Secunda ratio, & proprior, quia in renunciatione
requiritur consensus liber, vt ex communi suprà dictum
7 est, sed dolus † excludit consensum, teste Abb. in cap.
cum dilectus, in fi. de his, quæ vi met. caus. & ideo di-
cimus, quòd dolo inductus ad aliquid faciendum sibi
8 non † præiudicat: toto tit. ff. & C. de dolo, Card. Paris.
9 cons. 25. num. 31. vol. 4. dolo enim † deceptus non dici-
tur consentire. Card. Paris. cons. 100. num. 72. vol. 1.
Tertiò, quia dolus & metus paria sunt, & sicut con-
10 tractus per metum infringitur, ita & per † dolum, Cor.
cons. 258. num. 6. vol. 4. & cons. 287. n. 14. vol. 3. & est com-
muniter traditum per doctores.
Quartò addo, quia mens Papæ est recipere renuncia-
tionem, si fiat libera voluntate, & hac mente con-
fert, vnde si fuerit cessio dolosa, tanquam contra men-
tem, erit nulla.
Hinc præstatur iuramentum, quòd non interuenit do-
11 lus, fraus, &c. Nec obstat, quòd dolus † non vitiet ma-
trimonium, cap. ex parte, cap. dudum, de conuers. con-
iug. quia ibi agitur de acquirendo, non de amittendo.
12 Non obstat, quòd si quis † fuit dolo inductus ad reli-
gionem, hic dolus non præiudicat, can. constituit, 20. q.
3. quia ibi dolus bonus iudicatur, cum prouocetur ad
bonum, hic malus, cum retrahatur, vt latè explicaui in
cap. in præsentia, de prob. post Dec. & Boër.
Declarata primo, vt non omnis dolus sufficiat, † sed
13 qui cadit in prudentem † virum, Bal. in rubr. C. de res-
cin. vendit. Marsil. sing. 407. Rebuff. in prax. tit. de resig.
met. extort. in fi. ex rationibus suprà adductis, dum lo-
cuti fuimus de metu.
Declara, secundò, vt non sit nulla ipso iure talis re-
14 nunciatio, vel cessio, sed † veniat rescindenda. Docto.
post Glos. in cap. pen. de his, quæ vi met. cau. optime
Bellam. de permut. benef. p. 7. cap. 3. num. 6. post Collect.
quem citat Rebuff. in prax. tit. de ren. dolo. vol. 1. & n.
15 11. & 12. & est cōmunis opinio. Ei enim subuenitur † con-
tra omnem possessorem. Rebuff. loc. cit. num. 3. & à iudi-
16 ce competenti. Rebuff. d. num. 11. Debet tamen † dolum
probare, Paul. de Cast. in l. si quis ex argentarijs, §.
præter, num. 6. ff. de edend. & in l. transactionem, nu.
2. C. de transact. Fulg. in l. dolum, in princ. C. de dol.
mal. & cons. 127. col. vlt. Abb. in cap. cum quidam, n.
5. de iureiur. Dec. cons. 256. nu. 3. Card. Paris. cons. 96. nu.
67. & 68. volum. 1. Corn. cons. 140. nume. 9. volum. 2. Cur.
iun. cons. 179. num. 8. & est communis opinio, quia dolus
17 † regulariter non præsumitur, l. quoties, §. qui dolo, ff.
de præb. l. non omnis, §. à barbaris, ff. de re milit. Alex.
cons. 65. num. 11. lib. 1. & cons. 27. in prin. libr. 2. Dec.
cons. 175. num. 5. Grammar. dec. 60. nume. 6. Fran. Manric.
de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 7. nume. 1. Crot. cons. 307.
num. 3. lib. 3. & alij omnes, vt per Mascar. de probat. con-
18 cl. 531. in prin. vbi per totam egregiè enumerat † plus-
quam centum casus, in quibus præsumitur dolus, & ra-
19 tio est, quia quisque præsumitur † bonus, & non dolo-
sus, l. merito, ff. pro. soc. Crauet. cons. 8. numer. 1. & cons.
319. num. etiam 1.

Qui quidem dolus † cum in animo consistat, verè 20
probari non potest, l. dolum, C. de dol. Corn. cons. 140.
num. 9. & 10. lib. 2. & ideo reputatur difficilis † proba- 21
tionis, Ias. cons. 141. colum. 3. lib. 3. Boer. quæst. 3. & 4. Et
coniecturis, & præsumptionibus posse probari, Docto.
communiter † voluerunt, Ruin. cons. 4. num. 10. volum. 22
1. & cons. 73. num. 1. & 9. vol. 2. Card. Paris. cons. 169. nu.
21. vol. 4. & latè cons. 75. n. 31. cum seq. volum. 1. & cons.
39. num. 29. eod. vol. 1. & cons. 82. num. 13. & cons. 83. nu.
47. volum. 2. Bar. cons. 17. num. 28. vol. 2. Burs. cons. 40. nu.
63. vol. 1. & quòd probetur per leuiores probationes † 23
tenent Corn. cons. 124. n. 4. vol. 3. Alb. cons. 77. n. 9. cum
alijs, vt per Mascar. de prob. concl. 530. n. 4. & quomodo
debeant † coniecturæ ad probandum dolum probari, ha- 24
bes per Paris. cons. 52. num. 35. volum. 4. & licet con-
iecturæ & præsumptiones sui natura non probent, tamen
in his; quæ occultè fiunt, plenam probationem † fa- 25
ciunt. Fed. de Sen. cons. 119. nulli dubium, Ant. de But.
in cap. veniens, de testib. Alex. cons. 53. num. 1. libr. 2.
Grat. cons. 61. num. 15. lib. 2. Mascard. d. concl. 530. num. 5.
Et crederem necessarium esse probare, quòd actus ce-
dit ad vtilitatem eius qui dolo induxit, nam tunc dolum
† præsumi scripsere Fel. in cap. tertio loco, numer. 2. de 26
præsum. Soc. Iun. cons. 37. num. 30. lib. 2. cum alijs, vt per
Mascard. de prob. cons. 311. num. 77. Bursat. cons. 40. nu.
63. volum. 1.

Libr. 13. quæst. 3. numer. 12. ibi, Hic dolus non præiudicat.

SEcùs de metu dicendum est; Is etenim, (si quidem ta-
lis sit qui in constantem virum cadere possit.) ingres-
sum & professionem regulares, prorsùs annullat. Dum-
modò tamen intrà quinquennium (ac aliàs iuxtà sacro-
sancti Concilij Tridentini Decreta sess. 25. cap. 9. de regu-
lar.) reclametur vt iàm suprà lib. 3. quæst. 13. num. 15. de-
clarauimus. His adde, intentionem Summi Pontificis,
dum ipse, denunciationem & declarationem nullitatis pro-
fessionis regularis, ab aliquo, per vim & metum, aut aliàs
nulliter, contra decreta prædicta emissæ, Superiori ordinis
seu monasterii, & ordinario loci, Apostolica auctoritate
committit; non esse, vt ad nunciationem & declarationem
huiusmodi vllatenus procedatur, nisi in primis & ante
omnia, de extraiudiciali & priuata reclamatione intra
ipsum quinquennium facta, ipsis superiori & ordinario li-
quidò constiterit: & dummodo reclamaturus dictam pro-
fessionem, per gestionem (¶) habitus, aut aliàs, tacitè
vel expressè, eodem quinquennio elapso, & in legitima æ-
tate constitutus, non ratificauerit. Hocque tam Bancarijs,
memorialia, ad huius generis rescripta obtinenda, forman-
tibus: quàm Superiori & Ordinario prædictis, ad eorun-
dem rescriptorum executionem, simili authoritate proce-
dentibus: Quinimo & ipsis partibus ne eæ, extra præfa-
tos terminos existentes. & frustrà tempus terant, & miserè
pecunias consumant, populoque & clero scandalum gene-
rent, notatu dignum censuimus. (¶) Tantum abest quod
gestatio habitus quasi tacita ratificatio professionis à re-
clamatione quem repellat. vt ex Concilio Trid. sess. 25.
cap. 1. de Regularib. si habitum sponte dimiserit nullate-
nus ad allegandam quamcumque caussam admittatur, sed
ad Monasterium redire cogatur.

Eadem quæst. 3. num. 14. Declara vt non sit nulla ipso iure talis resignatio; sed veniat rescindenda.

¶ CVm superiori quæstione renunciationem, quæ metu
extorquetur ipso iure nullam affirmauerimus, idem
de renunciatione, quæ dolo emungitur, nobis dicendum
venit: Sacri enim Canones vim, metum, & fraudem æqui-
parant, Can. primo 15. quæst. 6. dolus autem & fraus Sy-
nonima sunt, vt tradit Auctor initio quæstionis proximè
sequentis. Quin maior vrget ratio in dolo quam in me-
tu · dolus enim contractum bonæ fidei reddit ipso iure
nullum, l. & eleganter, ff. de dolo, metus verò in profes-
nis ipsum non annullat, sed annullandum efficit, l. 1. Cod.
de rescind. vendit.

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

An Resignatio fraude facta sit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Dolus & fraus sunt synonima.*
2 *Renunciatio fraude facta est nulla.*
3 *Fraus consensum excludit.*
4 *Renunciatio ad fraudem æmuli non tenet.*
5 *Permutatio facta fraude est nulla.*
6 *Permutatio facta ab ægroto, præsumitur fraudulenta.*
7 *Permutatio facta à sene, præsumitur fraudulenta.*
8 *Permutatio facta de pingui beneficio cum tenui, præsumitur fraude facta.*
9 *Permutatio facta lite pendente, præsumitur fraudulenta.*
10 *Permutatio in fraudem expectantium fraudulenta.*
11 *Permutans cum nepote, dicitur fraudulenter id facere.*
12 *Fraus præsumitur ratione sanguinis.*
13 *Possidens beneficium permutatum fraudulenter, præsumitur permutasse.*
14 *Renunciatio clam facta præsumitur fraudulenta.*
15 *Renunciatio facta, vt excludat graduatum fraudulenta.*
16 *Ex resignatione sine causa, arguitur fraus.*
17 *Ex magna alienatione oritur coniectura fraudis.*
18 *Coniectura renunciationis fraudulenta.*
19 *Renunciatio facta in Gallia sine consensu regis, fraudulenta.*
20 *Fraus probatur coniecturis, & indicijs.*
21 *Quinquaginta tres coniecturæ fraudis, remissiuè.*
22 *Ex actu, qui non prodest facienti, oritur coniectura fraudis.*
23 *Ex minis arguitur fraus.*
24 *Actus factus clam arguit fraudem.*
25 *Actus vicini arguunt fraudem.*
26 *Ex breuitate temporis fraus.*
27 *In fraude iudicanda, inspicienda qualitas personæ.*
28 *Fraus ex verisimili colligitur.*
29 *Resignatio facta vi, est nulla.*
30 *Vis, & metus purificantur.*
31 *Vis est delictum.*
32 *Vis probanda.*
33 *Species violentiæ probanda.*
34 *Vis quomodo probetur.*
35 *Arma ad latus an probent vim.*
36 *Actio spolij competit ei, cui illata est vis in renunciatione beneficij.*
37 *Restituitur beneficium ei, cui ablatum est violenter, etiam si alteri sit collatum.*
38 *Renuncians ob vexationes Episcopi, an debeat restitui.*
39 *Renuncians calore iracundiæ, an debeat restitui.*

QVartò quæro, an renunciatio facta cum fraude sit nulla? Respondetur affirmatiuè, nam ea, quæ diximus de dolo procedunt in fraude, quia
1 dolus, & fraus Synonima sunt † Corn. cons. 181. num. 7. volum. 3.

2 Et quòd renunciatio fraude facta non † teneat, scribunt Rebuff. tract. de pacif. poss. num. 182. In. Brunor. de sponsal. & matrim. conclus. 18. facit Cap. 1. 15 qu. 6. vbi dicitur, quòd quicquid fit per fraudem, à sacer-
3 dotibus est nullum, nam fraus † consensum excludit, Abb. in cap. cum dilectus, in fi. quod met. caus. Ideo scribit Abb. in cap. lectæ, num. 3. de renunc. colligen-
4 do ex illo tex. argumentum quòd † renunciatio facta ad consilium, & fraudem æmuli, non tenet, & dicit Anchar. in cap. cum vniuers. num. 5. de rer. permut. quod renunciatio beneficij facta ob fraudem tertij, non nocet renuncianti.

Et permutationem factam † fraude, esse nullam, om- 5
nes Lectores scribunt in cap. 1. de renunc. lib. 6. vbi Ioan. Monac. Petrus de Ancha. Card. Ant. de Butr. & alij omnes, Ancha. cons. 430. fuisset expediens, Rebuff. cons. 22. & ista fraus colligitur ex pluribus in permutatione.

Primò quoties † fit ab ægroto, dict. cap. 1. Anchar. 6
cons. 388. in casu. col. 1. Feder. in tract. permut. q. 31. Crauett. cons. 88. num. 16. & cons. 82. num. 3. Bald. cons. 312. in fi. lib. 1. Alexan. in l. filius n. ex, ff. solut. matrim, cum alijs multis, quos congerit Mascard. de probat. conclu. 178. numer. 1.

Secundò, quando † fit à sene, Gloss. communiter re- 7
cepta in dict. cap. 1 Rebuff. dict. cons. 22. n. 2. dicens etiam interesse a sene potius mai omitti, quam à iuuene, l. si is qui, ff. de fideic. lib.

Tertiò, ex disparitate, quando pingue beneficium
cum exiguo, † & tenui permutatur. Anchar. d. cons. 8
388. col. 1. Imol. in cap. non liceat, num. 7. de cleric. non residen. Gammar. de auct. leg. à later. lib. 10. num. 334. & lib. 6. numer. 425. Tiraq. cl. in l. si vnquam, in verb. donatione largitus. nume. 122. C. de reuocan. donat. cum alijs adductis per Mascard. dict. concl. 178. num. 4. & concl. 815. num. 18. Sigismond. Loffred. cons. 17. num 30.

Quartò, quando fit † lite pendente, Gammar. de auct. 9
leg. à latere lib. 6 nu. 334.

Quintò, quando fit in † fraudem expectantium Zaba- 10
rell. in Clemen. vnica, n. 3. de rer. permut. Alex. d. l. filius. n. 1. ff. sol. matrim. Rot. decis. 10. n. 6. de rer. permut. in antiq. Oldrad. cons. 324 n. 6.

Sextò, quoties fit † permutatio cum nepote, Cra- 11
uett. cons. 82. num. 3. Ioan. Selua de benefic. p. 1. quæst. 18. num. 2. Mascard. de probat. dict. cons. 178. num. 6.
nam ratione sanguinis † præsumitur fraus l. data. C de 12
donat. Bar. in l. post contractum, ff. de donat. Crauett. cons. 82. num. 6. Paris. cons. 143. num. 22. vol. 4. Dec. cons. 235. colum. 2. Aret. cons. 5. num. 5 Gozadin. cons. 1. num. 34.

Septimò, quoties post permutationem vnus possidet
suum beneficium antiquum † permutatum, Card Paris. 13
cons. 130. num 6. vol 2 Bart. in dict. l. post contractum. in 6. coniectura, ff. de donat. Mascard. de probat. dict. concl. 178. n. 7. & hanc coniecturam magni facit. Inn. in cap. 2. de cleric. non resideo.

Octauò, quando † renunciatio fit clam. Bart. cons. 14
60. præclarè, column. 3. volum. 5. Rebuff. d. cons. 22. sub num. 2.

Nonò ratione † temporis, quia facta fuit renunciatio, 15
vel permutatio tempore destinato graduatis, vt illos excluderet, Rebuff. d. cons. 22. nu. 2. vers. septima, arg. l. omnes, §. vlt. ff. quæ in fraud. credit.

In resignatione autem coniecturæ fraudis sunt multæ, quas ponit Rebuff. cons. 56. numer. 10. Prima, quan-
do nulla ratio reddi potest, cur † resignans beneficium 16
multis fortè laboribus, & expensis acquisitum, quo sustentatur facile sine magna causa, sponte resignet, arg. not. in cap. super hoc, de renunc. Ideo receptum est
magnam † alienationem inducere fraudis coniecturam, 17
Bar. in l. omnes, §. Titius, numer. 2. ff. de his, qui in fraud. cred & l. post contractum, numer. 2. ff. de donat. & l. patronus, numer. 21. ff. de prob. Bal. in l. fraus ff. de legib. Alexand. cons 47. numer. 5 lib. 2. Card. Paris. cons. 72. numer. 68. volum. 3. Corn. cons. 140. volum. 2. Dec. consil. 235. Socin. Iun. cons. 7 num. 6. volum. 4. Natt. consil. 162. numer. 7. volum. 1. Afflict. decisio. 370. numero 13. vnde inquit Rebuff. loc. citat. resignans debet interrogari medio iuramento, qua de causa motus fuit ad resignandum. Secundam, tertiam, quartam, quintam, &
sextam rationem habes † per Rebuff. loc. cit. aliam 18
coniecturam posuit idem Rebuff. quia facta sit sine
consensu † Regis in Gallia, cons. 38. num. 6. & cons. 93. 19
numer. 14.

Et regulare est, vt fraus allegata per coniecturas, & in-
20 dicia probetur, † vt rescripserunt Diocletianus & Ma-
ximianus Imperatores in l. dolum, C. de dol. & Bonif.
VIII. in d. c. 2. de renunc. in 6. Gl. in l. apud Celsum,
in princ. ff. de dol. mal. Bart. in l. post contractum, ff.
de donat. Paul. de Castr. cons. 337. colum. 2. in fin. &
num. 4. vol. 2. Barbat. cons. 8. num. 20. lib. 1. Cardin.
Paris. cons. 97. num. 17. vol. 3 & cons. 52. nu. 35. vol. 4.
Dec. cons. 235. in princ. & cons. 659. etiam in princ.
Menoch. de arbitr. iudic. cas. 459. num. 5. R. P. D. Man-
tic. de coniectur. vlt. volunt lib. 10. tit. 4. post num. 9.
Crau. cons. 10. numer. 3. & cons. 143. cum aliis, vt per
Petr. de Vbald. in tract. de Canon. Episc. cap 6. num.
21 36. & quinquaginta † tres coniecturas recenset copiose
Mascard. de probat. concl. 815. Inter quas infra citatæ
22 sunt principales. Quando actus qui geritur non prodest †
facienti, & ita nocet alteri Ruin. cons. 78. num. 9. vol. 3.
23 Quando † præcesserunt minæ, Crauet. cons. 100. n. 3.
Barbat. cons. 60. num. 14. lib. 1. Alciat. cons. 149. n. 7.
lib. 9. aut dolus Crauett. cons. 143. num. 9. Quando actus
24 fieret † clam. Gl. in cap. consuluit, verb. odit lucem,
& ibi Fel. num. 20. Dec. numer. 44. de offic. deleg. Ro-
man. cons. 506. num. 4. Crauet. cons. 205. num. 5. Boer.
decis. 263. col. 8. Paris. cons. 52. in princ. vol. 3. Quando
25 actus † essent nimium vicini, Ruio. cons. 177. num. 14.
vol. 1. Crot. cons. 13. numer. 26. Crauett. cons. 153. nu.
26 9. & breui † tempore facti, Crauet. dict. consil. 100.
num. 8. Cassan. cons. 33. Afflict. decis. 72. post nume. 3.
27 inspecta personarum † qualitate, Gras. cons. 81. num. 44.
28 lib. 2. & tandem colligitur fraus ex † verisimili, vt con-
suluit Paul. de Castr. cons. 58. nu. 9. vol. 2. Dec. cons. 644.
num. 6. Crauet. cons. 100. numer. 5. & cons. 153. numer. 11.
& est communis opinio Doctorum.

Et ea quæ diximus in resignationibus factis metu,
29 dolo, fraude, procedunt etiam † in resignatione facta
vi. Ant. de Butr. in cap. super hoc, num. 6. de renunc. & in cap. 1. numer. 10. de rest. spoliat. Ioan. de Gras. de rescr. Apostolic. ver. quia, num. 31, Rossiniac. de benefic. cap. 16. & num. 5. 10. & 11. Rebuff. in prax. tit. de renunc. vi, dol. & est communis omnium Doctorum, vt colligitur ex Doctoribus citatis in prima quæstione, dum locuti fuimus de renun. meticulosa, & iustificatur ex rub. & toto tit. de his, quæ vi metusue causa, fit
30 enim mentio, de vi, & metu, & hæc duo parificari, † &
producere eundem effectum, scriptum reliquerunt Vital. de Camb. in tract. clausularum, in tit. de clausul. non vi, vel metu, Bossius in praxi criminali, in tit. de pluribus violentiis, ex l. 1. ff. quod metus causa, cum simil. Probatur præterea ex cap. 2. 3. & 4. de eo, quod metus causa, in cap. 2. ibi: *Vnde quæ metu, & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari, &c.* & in cap. 3. ibi: *quia verò quæ vi metusue causa fiunt, carere debent robore firmitatis,* & in can. redintegranda. 3. q. 1. ibi: *redintegranda sunt omnia expoliatis, vel eiectis Episcopis præsentialiter ordinatione Pontificum, &c.* quem text. latè explicat Menoch. de recuper. poss. remed. 15.

31 Et quia vis est delictum, ideo non † præsumitur nisi
32 probetur, Bart. in l. gerit. ff. de acq. hæred. Card. Paris.
cons. 67. numer. 61. libr. 3. Alciat. de præsump. reg. 3.
præsum. 7. num. 1. Idem Alciat. cons. 504. num. 7. Menoch. cons. 2. num. 326. lib. 1. Decian. cons. 16. num. 3. libr. 1. & communiter alij, eoque magis, quandu est præsumptio contra illum, qui vim allegat, Cuman. cons. 68. Bar. in l. non est verisimile, ff. quod met. causa, & exempla habes per Mascard. de probat. conclus. 1409.
33 à num. 5. vsque ad 10. & est probanda † species violen-
tiæ illatæ, Alciat. in l. interpositas, num. 3. C. de transact. & respondit Menoch. d. cons. 2. nume. 327. Idque
34 potest † fieri per testes deponentes vidisse N. cum armis
inferentem violentiam, in Ioan. And. M. vt colligitur ex l. 1. & toto tit. ff. ad leg. Iul. de vi, & ibi Bar. &
35 alij omnes in l. 1. C. eod. tit. Arma enim etiam † si sint
ad latus, & sic non extracta inferunt vim, Riminal. cons. 16. num 14. lib. 1. Ancha. cons. 212. Marsi. cons. 31. num. 54. lib. 1. Alex. cons. 156. lib. 5. Natt. cons. 240. nu. 10. & 11. lib. 2. & latè scripsi in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Ideo cui fuit illata vis in renunciatione beneficij
† competit actio spolij, Ant. de But. in cap. 2. num. 10. 36
de rest. spol. Pontan. de spol. lib. 1. cap. 9. num. 8. & est
communis opinio, secundum quam pluriès pronunciauit Rota, & fit restitutio † etsi fuerit alteri facta colla- 37
tio, Rebuff. in prax. d. tit. de renun. vi, num. 2. qui Rebuff. num. 4. hoc limitat, nisi vis esset illata à Iudice de causa cognoscente, de quo dixi superius.

Dubium tamen est, an renuncians propter vexatio-
nes, quibus † grauatur ab Episcopo, possit repetere 38
communis opinio est negatiua, quam tenent Bartholom. Briaten. in Dominica, q. 6. Gem. & Præpos. in can.
quam periculosum, 7. q. 1. & illam limitat nisi † calore 39
iracundiæ motus fuit, Dec. in cap. ea parte, numer. 24. de rescr. Sarn. de infir. resig. q. 10. col. vlt. vers. tamen aduertendum. Ioan. Brun. de sponsa. & matrim. concl. 18. Mariol de irreg. lib. 3. cap. 6. numer. 9. cum modificatione, vt per But. in cap. 2. num. 7. de renunc. lib. 6.

Lib. 13. qu. 4. num. 1. Ibi, Procedunt in fraude.

CVm scilicet nec dolus nec fraus alicui patrocinari debeant. l. verum. §. tempus. ff. pro socio.

Eadem quæst. num. 5. Ibi, Et ista fraus colligitur ex pluribus, in permutatione.

VNa tamèn aut duæ non sufficiunt: sed tribus saltem coniecturis ad irritandam permutationem opus est. Vt Rebuffus, Molinæus, & cæteri rei beneficiariæ scriptores tradiderunt.

Eadem quæst. numero 15. Ibi, Tempore destinato graduatis.

SIcquè aliàs Tolosæ iudicatum fuit, pro Magistro Petro Ronard Presbytero graduato nominato insinuato (qui canonicatum & præbendam Ecclesiæ Narbonensis per obitum Iacobi de Rochefort de mense Iulii 1605 defuncti vacantes, in vim suorum gradus & nominationis acceptauit.) Contra Iacobum Iannes (cui iam de illis, viè per simplicem resignationem infirmi Auunculi, eodem mense factam vacantibus, ordinaria auctoritate prouisum fuerat) plenum enim eorundem possessorium dicto Petro diffinitiuè adiudicandum, Senatus censuit.

quæst. 4. numer. 29. Ea quæ diximus in resignationibus factis metu dolo fraude procedunt etiam in resignatione facta vi.

¶ PRocedent similiter quæ nos supra tribus proximis quæstionibus de his resignationibus adnotauimus.

QVÆSTIO V.

An resignatio post spolium sit valida, & quam plures casus complectentes totam ferè materiam spolij in beneficialibus explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio facta post spolium nulla.*
2 *Resignans post spolium est restituendus.*
3 *Contra præsumptionem iuris non admittitur probatio.*
4 *Resignatio debet esse spontanea.*
5 *Resignatio debet esse libera.*
6 *Spoliatus retinet proprietatem, & non possessionem benefic.*
7 *In renunciatione fit stricta interpretatio.*
8 *In spolio adest vis, & metus.*
9 *Actus attribuitur causæ.*
10 *Actus præsumitur factus ob causam præcedentem.*
11 *Resignatio facta vi, & metu, est nulla.*

Digitized by Google

12 *Resignans amittit dominium, & possessionem.*
13 *Resignans spontè non est restituendus.*
14 *Renunciatio subsequens non purgat vitium spolij.*
15 *Actio spolij nunquam videtur cessa, nisi expresse dicatur & num. 34.*
16 *Resignanti post spolium datur restitutio, non obstante iuramento.*
17 *Iuramentum præstitum post spolium, præsumitur extortum.*
18 *Iuramentum sequitur naturam actus, cui interponitur.*
19 *De iuramento, & actu vo, cui fuit oppositum idem est iudicium.*
20 *Resignatio post spolium, an valeat, quamuis fiat coram iudice competenti, & num. 22.*
21 *Resignatio debet fieri coram superiore.*
22 *Auctoritas iudicis tollit suspicionem omnem vis, & metus.*
23 *Pro iudice præsumitur.*
24 *Præsumptio fortior tollit minùs fortem.*
25 *Iudex ratione causæ dicitur superior.*
26 *Auditor Rotæ potest recipere cessionem litis.*
27 *Spoliatus à iudice, debet probare iniustitiam.*
28 *Resignatio facta post spolium spontè valet.*
29 *Cessat præsumptio cum constat de veritate.*
30 *Veritas præfertur fictioni.*
31 *Veritas facit cessare præsumptionem.*
32 *Resignatio spontanea valet.*
33 *Resignanti spontaneè post spoliū, an detur restitutio.*
35 *Resignanti in fauorem spoliantis etiam spontè, datur restitutio.*
36 *Resignatio post spolium non præsumitur facta sponte.*
37 *Resignatio facta post spolium, à procuratore constituto ante, est valida.*
38 *Resignatio facta, à procuratore, creditur ad diem confecti, mandati.*
39 *Hæreditas censetur adita, constituto procuratore ad adeundum.*
40 *Cessante ratione cessat dispositio.*
41 *Resignatio post spolium valida, si resignans per multum tempus non fuit conquestus.*
42 *Nemo præsumitur iactare suum.*
43 *Durante metu, voluntas semper dicitur meticulosa.*
44 *Solutio meticulosa durante metu.*
45 *Durante metu, restitutio potest peti cum licuerit.*
46 *Regularis elapso quinquennio non potest annullare professionem non obstante metu.*
47 *Dictio taxatiua excludit.*
48 *Spoliatus non est restituendus si post spolium pepegisset se possessorio non acturum.*
49 *Actio spolij pacto cedi potest.*
50 *Pactum ne agatur furti, validum.*
51 *Pactum ne agatur furti, non est contra bonos mores.*
52 *Iuramentum de non agendo, impedit restitutionem.*
53 *Iuramentum seruari debet.*
54 *Verba instrumenti* sponte iuraſſe, *quid operentur.*
55 *Præsumptio instrumenti, an tollat præsumptionem legis.*
56 *Clausula instrumenti sponte &c. ponitur à Notariis citra voluntatem partis.*
57 *Non potest agi contra iuramentum, nisi habita absolutione.*
58 *Pactum* de non moleſtando *intelligitur de molestia iuris & facti.*
59 *Verbum controuersia, quid significet.*
60 *Verbum controuersia, & molestia idem.*
61 *Pactum de non agendo ad restitutionem, ante spolium non tenet.*
62 *Pactum de non agendo ad restitutionem contra spolium, est contra bonos mores.*
63 *Pactum contra bonos mores nullum.*
64 *Reipublicæ interest, vt delicta puniantur,*
65 *Pœnæ timore multi non peccant.*
66 *Resignans post spolium in fauorem tertij, an sit restituendus, & num. 69.*
67 *Per resignationem abdicatur ius.*
68 *Restitutio auertitur vigore detentationis.*
70 *In resignatione facta in fauorem tertij non venit actio spolij.*
71 *Habens actionem dicitur habere rem.*
72 *Cedens tertio actionem spolij in resignatione, non potest agere spolio.*
73 *Resignans ex aliqua causa non debet restitui.*
74 *Contra spoliatum subrogatum in locum resignatarij, non potest agi spolio.*
75 *Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
76 *Subrogatus quoad possessionem, an sit subrogatus quoad spolium, & num. 78.*
77 *Gratiosè subrogatus capiens possessionem lite pendente, non videtur attentare.*
79 *Expressa mentio debet fieri in subrogatione de spolio.*
80 *Actio personalis non transit in subrogatum.*
81 *Ius defuncti extinguitur, & creatur nouum ius in personam successoris.*
82 *Vt possit quis agere spolio, debet fieri expressa mentio litis super spolio.*
83 *Subrogatus gratiosè per obitum, potest agere spolio.*
84 *Actio spolij potest cedi in fauorem alienius.*
85 *Actio spolij potest renunciari pacto.*
86 *Spoliatus, vt restituatur, debet probare possedisse cum spoliaretur.*
87 *Spoliatus qui dicatur.*
88 *Qui non possedit non potest dici spoliatus.*
89 *Priuatio præsupponit habitum.*
90 *Qui possiderè non potest, non dicitur spoliatus.*
91 *Clericus non potest habere vxorem.*
92 *Laicus non potest habere beneficium, & num. 125.*
93 *Per probationem possessionis antiquioris, noua præsumitur clandestina.*
94 *Spoliatio per possessionem antiquam, quando probetur.*
95 *Prædo in prœmiis est restituendus.*
96 *In spiritualibus, spolium probandum, exactiori probatione.*
97 *Vitiosus ingressus prohibitus in beneficiis.*
98 *Possessio infert præsumptionem tituli.*
99 *Ex sola possessione in beneficiis, quis non restituitur.*
100 *Coloratus titulus probandus, vt concedatur restitutio.*
101 *Titulus possessionis iustificandus, vt in beneficialibus detur restitutio.*
102 *Coloratus titulus possessionis sufficit, vt restituatur ad beneficium.*
103 *Ex institutione superioris, probatur coloratus titulus.*
104 *Colorata possessio probatur, per traditionem clauium.*
105 *Ad probandam possessionem non requiruntur literæ.*
106 *Sola supplicatio hodie non sufficit.*
107 *Ex confessione spoliantis, probatur color tituli spoliati.*
108 *Possessio diuturna probat colorem beneficij.*
109 *Ex longa possessione oritur præsumptio, canonici ingressus.*
110 *Heri prælatus, hodie etiam præsumitur.*
111 *Possessio decennalis, an dicatur diuturna, ad effectum restitutionis.*
112 *Ex longo tempore præsumitur quis ordinatus licet non habeat literas.*
113 *Præsumitur collatio ex possessione 30. an. licet non habeantur bullæ.*
114 *Visitator calumniosè videtur petere literas beneficij ab eo, qui fuit in possessione per 30. ann.*
115 *Possidens semel, præsumitur continuare.*
116 *Coloratus titulus probatur etiam per testimonium de auditu à spoliante.*
117 *Ex narratiua facta in literis, probatur coloratus titulus.*

118 *Coloratus titulus probatur leui probatione.*
119 *Ex sola institutione coloratus titulus probatur.*
120 *Ex confirmatione coloratus titulus deducitur.*
121 *Per expectatiuam probatur coloratus titulus.*
122 *Quasi possessio sufficit quando agitur de spolio possessionis.*
123 *Restitutio non datur ei, qui beneficium possidere non potuit neque potest.*
124 *Non entis nulla sunt qualitates.*
125 *Laicus spiritualia possidere non potest.*
126 *Intrusus qui absque auctoritate superioris, & absque bullis habuit possessionem.*
127 *Intrusio annullat titulum, & possessionem.*
128 *Habens beneficium curatum, debet promoueri ad sacros ordines infra annum.*
129 *Simoniacus, non est restituendus ad beneficium.*
130 *Simoniacus priuatur ipso iure.*
131 *Hæreticus non debet restitui ad beneficium.*
132 *Hæreticus non habet titulum.*
133 *Excommunicatus non est restituendus ad beneficium.*
134 *Non intelligens idioma beneficij, non debet restitui.*
135 *Minor est incapax beneficij.*
136 *Habens beneficium curatum non debet restitui ad aliud.*
137 *Vbi constat de notorio defectu proprietatis, non est danda restitutio.*
138 *Priuatus ipso iure, non est restituendus.*
139 *Priuatus ipso iure, non potest possidere.*
140 *Crimina quæ non priuant ipso iure, non impediunt restitutionem.*
141 *Clericus spoliatus beneficio per renunciationem spontaneam non est restituendus.*
142 *Renuncians nullum habet titulum.*
143 *Actionem spolij non habet, qui sponte possessionem amisit.*
144 *Quis notorius defectus impediat restitutionem.*
145 *Non datur restitutio, cum ex actis iudicij constat de dominio spoliantis.*
146 *Non datur restitutio quando constat ex confessione spoliati de dominio spoliantis.*
147 *Confessio est probatio probata.*
148 *Confessio facit notorium.*
149 *Non datur restitutio cum constat de dominio spoliantis per instrumentum publicum.*
150 *Instrumentum facit notorium.*
151 *Non datur restitutio cum constet de dominio spoliantis per testes.*
152 *Spoliatus post renunciationem non admissam an sit restituendus.*
153 *Renunciatio non acceptata non nocet.*
154 *Beneficium non amittitur per renunciationem, si superior non admisit illam.*
155 *Renuncians potest pœnitere ante expressum consensum.*
156 *Renuncians permanens in possessione si spolietur, potest agere ad petendam possessionem.*
157 *Renuncians incumbendo possessioni post renunciationem videtur recuperare naturalem.*
158 *Per quot tempus resignans debeat possidere, vt acquirat naturalem, quam amisit per resignationem.*
159 *Resignatio simplex statim abdicat ius.*
160 *Spoliatus possessione à resignatorio non debet restitui.*
161 *Spoliatus quomodo potest impedire restitutionem petitam.*
162 *Acta iudicis possunt impedire restitutionem.*
163 *Sententia lata pro spoliante impedit restitutionem.*
164 *Spolians quamuis iustè, debet puniri ex violentia.*
165 *Spoliatus potest consequi damno à spoliante.*
166 *Prædo, & fur in spiritualibus non restituuntur.*

QVintò quæro, An Resignatio facta post spo-
lium sit nulla? communis opinio omnium
Doctorum etiam in praxi obseruata, est affir-
1 matiua † esse inualidam, & spoliato esse dan-
dam restitutionem. Innocent. quam refert, & sequitur
Rota decis.6.de renunc.in antiq. & decis.3.num.4.de re-
nunc.in nou.& decis.octaua de restit.spoliat.eodem lib.
Doctores omnes in cap. sollicitè, de restit. spoliat. vbi
Glos.in verb.cum spoliatus. Ant. de Butr. in princ. Abb.
num.6.& 8.Bero.num.17. vers.& prædicta, Bellamer. in
cap.3.nu.4.& 5. eod.tit.de rest.spoliat.Alex.cons.93.nu.
4.& 5.lib.5.Dom.meus Card.Paris.cons.1.num.151.vol.
1.Franc.de March.q.71.num.1. Paul.de visit.in 2.p.q.5.n.
46.Rip.in l.naturaliter, §.nihil commune, num. 55.vers.
15.extende, ff. de acqui.possess. vbi Anton. de Mathæis,
fall.10.infinitos huius sententiæ congerit Roderic. Sua-
rez alleg.23.nu.8.& est communis omnium Doctorum
sententia, teste Menoch.de recup.possess.1.Remed.num.
263.& num.272.Virgil. de Boccat.de interd. vti possid.
cap.5.num.10.Mascar.de prob.concl.1321.& 1322.Et ita
fuit resolutum in Rota in vna Militen. Abbatiæ coram
Rubeo.22.Ianuarij,1557.vt attestatur Caputaq.decis.10.
lib.2.in manuscr. Cott.decis.320. etiam in manuscrip.&
in alia Abulen. sancti Martini coram R.P.D. Aldobran-
dino, 29. Decembris, 1557. teste Cott. decis.319.& ha-
betur lib.diuers.manuscr.dec.209.& aliàs pluries, vt di-
cetur in discursu materiæ. Et hanc conclusionem opti-
me probat text.in d. cap. sollicitè, de restit. spoliat. vbi
Alexander III. Vigornien. Episcopo his verbis, scribit.
Sollicitè cures perquirere, quo tempore A. renunciauit
Ecclesiæ, & si tibi constiterit eum spoliatum, cum eidem
Ecclesiæ renunciauit contra eum testes alterius partis de
iuramento, & renunciatione sponte facta, antequam re-
stitutus fuerit, non admittas. Et ad hoc communiter
allegatur, & intelligitur hic textus, vt spoliatus sit † 2
restituendus, teste Nauarr.in cap. accepta, oppos. 1. nu.
4.vers.quintam,de restitut.spoliat. Et ratio colligitur ex
dict.cap.sollicitè,ibi, *quia non est verisimile, quod spon-*
te iuri suo renunciauerit, qui renunciat spoliatus, &c. &
hæc est præsumptio iuris, contra quam non † admitti- 3
tur probatio, Gl.communiter recepta dic.cap.sollicitè,
verb. quia, cap.is qui fidem, de spons.cap.veniens, eod.
tit.l.vlt.C.de arbit. tutel.l.antiquæ. iuncta Gloss. C. ad
Vellejan. l.vlt. C. quod metus caus. cum ergo hoc casu
† Resignatio non fuerit spontanea, & libera, sequitur 4
esse inualidam.Ant.de Butr. in cap. super hoc num. 6.&
num.23.de renunc.vbi Imol. num.21. Abb.num. 9. idem
Abb.in cap.ad aures,num.3.7.& 8.& in cap. Abbas, nu.
19.quod met.caus.Card.Paris.cons.66.n.1.vol.4.& cons.
135.num.4.eod. volum.& est communis opinio, vt dixi
supra, qu. 1. quia inter alia hoc Præcipue requiritur, vt
resignatio † sit libera, & voluntaria, Host. in summ.tit. 5
de renunc.§.qualiter.Gemin.in cap.Ordinarij.§. in con-
ferendis num.3.de offic.ord.lib.6.Rot.decis.5.num.2. de
renunc.in nou.

Idque comprobatur ea alia ratione considerata ab
Abbate, dic. cap. sollicitè num. 8. vers. quarta solutio,
quia resignatio facta post spolium respicit proprieta-
tem, & non possessionem, quia spoliatus † secundum 6
communem omnium Doctorum sententiam retinet
proprietatem, non autem possessionem, cum sit ab illa
spoliatus, iuxta not.in l.1.§.deiicitur, ff. de vi,& vi arm.
can.vlt.§.obiicitur, 3.q.1.Bald.in cap.Ecclesia Sutrina,
col.4.de caus.possess.& propriet.Rip.in l. naturaliter,§.
nihil commune,num.81.ff.de acq.possess.ex quo sequitur
per huiusmodi resignationem non fuisse renunciatum
possessioni, cum nemo possit dare quod non habet se-
cundum communem regulam, idque eo magis in ma-
teria renunciationis, in qua † fit stricta interpretatio. 7
Dec.cons.352.num.8.& cons.374.num.5.& cons.379.nu.
5.& consil.402.num.3.& in l. postquam liti,num. 26. C.
de pact.Crau.cons.242.num.6.& cons. 257.num. 4. cum
aliis, vt per Tiraq. in l.si vnquam, in præfat.num.128.C.
de reuocan.donat.& hæc ratio multum mouit Dominos
de Rot.in dicta Militen. Abbatiæ, & Abulen. de anno.
1597.vt attestatur Caputaq.& Cott. locis citat. Acce-
dat preterea ad corroborationem huius conclusionis
alia ratio, quia in spolio fere semper † adest vis, & me- 8
tus.vt colligitur ex his, quæ latè scribunt Cæsar Con-

Digitized by Google

tard. in l. r. in ampliat. num. 17. & 22. C. si de moment.
poss. fuer. appell. Pontan. de spolio, lib. 2. ca. 7. num. 57.
cum pluribus sequentibus, & c. 8. num. 66. Alea. cons. 6.
col. 3. lib. 3. Decian. cons. 37. n. 25. vol. 3. Doctores omoes
in d. cap. sollicitè, de restit. spolia. ea illa vulgari ratio-
9 ne, quia actus attribuitur † causæ. ad notata in l. si ob
turpem, ff. de cond. ob turp. caus. & regulare est, vt actus
10 præsumatur fieri † ob causam precedentem. Barbat. cons.
21. col. 6. in fi. lib. 2. & est tex. in l. quædam mulier, ff. de.
rei vend. l. 2. ff. de acquir. poss. l. 2. circa fi. C. de impos. lucr.
desc. lib. 10. l. si pecuniam. §. vlt. ff. de condic. ob caus.
Corn. cons. 64. colum. vlt. li. 2. Crau. cons. 135. num. 13. &
voluit in terminis huius materiæ Menoc. de recup. poss.
11 1. remed. num. 265. sed resignatio † facta vi, & metu est
nulla, Barb. cons. 30. lib. 3. Dec. cons. 209. Rebuff. in praa.
tit. de resig. met. fact. Port. Imol. cons. 5. num. 1. & ita fuit
resolutum in vna Tarraconen. Canonicatus, & Præben-
dæ de mense Aprilis, 1538. teste Mohedan. decis. 32. in
manusc. & dixi supra quæst. 1. ergo., & hæc facta post
spolium.

Nec huic conclusioni obstabit, quòd resignans rem
pro derelicto habere videatur, & ob id possessionem,
12 & dominium † per eam amittat, l. si quis vi, §. differen-
tia, ff. de acq. poss. iuncta l. 1. & 2. ff. pro derelic. nam
hoc procedit, quoties spontaneè resignaret, & sic con-
13 stito de libera renunciatione, nam hoc casu noo esse †
restituendum dicunt omnes Doctores superius citati, &
fuit resolutum in Rot. in vna Abulen. canonicatus, Ve-
netis, 16. Iunij, 1589. coram R. P. D. Gipsio. Nec re-
14 nunciatio † subsequuta purgat vitium spolij, vt est com-
munis opinio, & colligitur ex Menoch. dict. 1. remed.
num. 168. dicente, l. 2. C. quod met. cau. & l. si ob tur-
pem, ff. de cond. ob turp. cau. loqui de vi compulsiua, in
qua iam ab initio consensus interuenit licet coactus,
iuxta Glos. in l. si mulier, §. vlt. ff. quod metus caus. &
ponit rationem differentiæ, & ideo ex stylo Rotæ com-
muniter est receptum actionem spolij nunquam intelli-
15 gi † cessam, nisi expressè dicatur, teste Cot. dec. 319.
in manuscr.

Ampliatur hæc conclusio communiter recepta, vt
procedat non solum in renunciatione quæ fit absque iu-
ramento, sed etiam in ea, quæ fuit facta cum iuramento,
16 nam eo non obstante poterit, & debet dari † restitutio,
ita Rot. dec. 18. vers. præmissis non obst. de restitut. spol.
in nou. Soc. Sen. in l. remque nobis, numer. 20. in fi. de
acq. poss. Bero. in d. cap. sollicitè, numer. 1. vers. noto
primo, & communiter alij sequuntur. Et probatur au-
ctoritate, & ratione; Auctoritate d. cap. sollicitè, ibi
17 de iuramento, & ratione, quia iuramentum † præsumi-
tur præstitum & extortum vi, metu, & dolo, cum se-
quatur naturam actus, super quo interponitur, l. vlt. C.
de non num. pecun. l. sed etsi possessor, §. item si iura-
uero, & ibi Ias. in 9. not. de iureiur. cap. quemadmo-
dum, vbi Abb. in 7. not. de iureiur. Innoc. in cap. per tuas.
de arbit. Oldrad. cons. 95. column. vlt. Bal. in cap. quæ
in Ecclesiarum, numer. 25. de constit. Angel. cons. 313.
18 in principio, & naturam illius † actus assumit, Abb. in
cap. ex parte. 2. colum. 1. de fid. instr. Oldrad. cons.
19 278. colum. 1. & de eo idem fiat † iudicium, Abb. in cap.
vlt. in vlt. nota, de Eccles. ædif. Roman. cons. 269. in
princ. Anch. cons. 310. colu. 5. Alea. cons. 28. column. vlt.
lib. 1. & eadem erit dispositio. Bart. in l. sed & siquis, §.
quæsitum, ff. siquis caut. Corn. cons. 102. colum. 1. libr. 1.
Dec. cons. 305. col. 2. Cur. sen. cons. 3. col. 1. Oldrad. cons.
95. col. vlt. Salicet. Bal. & alij omnes in d. l. vlt. C. de non
num. pecun.

Et quia hæc est materia satis frequens, & vtilis, ideo
aliqua dubia explicanda esse censui, vt habeatur
quam breuissime id quod à Doctoribus sparsim est
scriptum.

Primum erit, An si resignatio beneficij post spolium
fiat coram iudice competenti, valeat non obstante spo-
20 lio, ita vt spoliato † non competat restitutio? esse in-
ualidam scriptum reliquit Iacob. Menoch. de recuperan.
poss. remed. 1. num. 277. motus hoc argumento, quia
resignatio beneficij † non potest fieri nisi in manibus 21
Papæ, vel Episcopi, aut alterius superioris, Anton. de
Butr. in cap. admonet, in 3. not. & in cap. quod in dubijs,
num. 10. de renun. Abb. in cap. audita, numer. 3. de restit.
spol. Gl. in cap. Abb. 18. qu. 2. & est communis opinio om-
nium Doctorum, vt late scripsi supra lib. 7. q. 1. nume. 1. 2.
& 3. cum seq.

Contraria tamen opinio, vt scilicet talis renuncia-
tio facta coram iudice competenti, qui de ea causa co-
gnoscebat, sit valida, & spoliatum non esse restituen-
dum, est tenenda, ita Rebuff. in praa. in tit. de vi in re-
signa. num. 4. Abb. d. cap. sollicitè, nu. 10. de restit. spoliat.
& ibi, alij sequuntur. Soc. sen. tract. fallent. reg. 378. fal. 1
Barbat. cons. 47. col. vlt. lib. 2. & secundum hanc opinio-
nem pronunciauit Rot. teste Achil. de Grat. dec. 328. in
recoll. manuscr.

Et ratio est, quia auctoritas iudicis de caosa cognos-
centis † tollit omnem suspicionem violentiæ, vis, & 22
metus, at. l. vlt. ff. de eo, quod met. cau. Bar. in l. frater à
fratre, num. 51. ff. de condit. indeb. Car. Paris. cons. 96. nu.
39. volum. 1. & cons. 88. num. 35. vol. 3. Dec. cons. 448. nu.
14. & cons. 463. in fi. & cons. 536. num. 5. Ruin. cons. 135. n.
2. & cons. 170. num. 17. vol. 1. Curt. iun. cons. 29. nu. 12. &
cons. 67. num. 3. & 4. Roland. cons. 39. in fi. li. 1. nam præsu-
mitur † pro iudice, quod rite, & iuste faciat ea, quæ, in- 23
cumbunt officio suo, l. 2. C. de off. cin. iud. quem tex. ad
hoc not. Bal. in l. vnica in fi. C. ne quis. in su. caus. Paul. de
Castr. cons. 220. colum. 1. libr. 2. Et hanc propositionem
non minus doctè, quam eleganter exornat Alciat. in
trac. præsum. reg. 3. præsum. 9. num. 1. cum seq. & sic me-
tus præsumitur purgatus, vt dixit Rebuff. loc. cit. & per
consequens præsumptio tollitur ex alia efficaciori † & 24
validiori, iuxta l. diuus, ff. de in integr. restit. not. in l.
vlt. C. de probat. cap. in præsentia. eo. tit. de prob. & in-
ducitur notorietas defectus proprietatis, teste Soc. Sen.
dict. reg. 378.

Nec obstat ratio supra allegata, qua motus Menoch.
contrariam firmauit opinionem, quia respondeo. Primò
quòd iudex ratione causæ coram ipso peodentis dicitur
† superior, cum habeat iurisdictionem, ad not. in cap. 25
1. de offic. delega. & passim tradunt Doct. Secundo, res-
pondeo, quod Auditor Rotæ potest recipere † cessio- 26
nem litis, & causæ coram eo pendentis, Rot. decisio. 25.
de renunc. in antiq. & dec. 3. numer. 3. de renunc. in nou.
Cassad. dec. 2. num. 7. de appel. & dixi supra libr. 7. quæst.
18. & quæst. 26.

Tertiò respondeo, quod nos dicimus auctoritatem
ipsius iudicis tollere suspicionem metus. Ias. cons. 38.
col. penul. li. 3. & hæc erit prima declaratio ad commu-
nem regulam, nam spoliato Iudicis auctoritate agenti
ad restitutionem obstat iudicis auctoritas, nisi prius † 27
probauerit iniustitiam. Gemin. cons. 246. col. 2. num. 1.
Dec. consil. 449. num. 30. Crau. consil. 302. numer. 3. Ar-
chid. in cap. præsentium, num. 4. & 6. quæst. 1. Tib. De-
cian. resp. 36. numer. 6. vol. 3. & est communis opinio vt
patet per allegatos per Mascard. de probat. concl. 1314.
num. 1.

Secundò dubitatur, At resignatio post spolium, spon-
te absque vi & metu † valeat? communis opinio est af- 28
firmatiua, quam tenet Abb. Ber. & alij in d. cap. sollici-
cite, de rest. spol. 1. Menoch. de recuper. poss. 1. remed. nu.
267. & num. 276.

Et probatur in dicto cap. sollicite, dum inquit sum-
mus Pontifex non esse verisimile, quem sponte renun-
ciare post spolium, ergo si contrarium † appareat, ces- 29
sat præsumptio, arg. l. continuus, §. cum ita, ff. de ver-
bor. obligat. veritas † enim præfertur fictioni, l. filio, 30
vbi Bart. ff. de liber. & posthum. l. vlt. in fi. ff. de prob.
Card. Paris. cons. 54. num. 19. & 20. vol. 1. & cons. 96. nu.
37. volum. 2. & consil. 86. num. 2. volu. 5. Martianen. cons.
2. numer. 46. Cassan. in consuet. Burg. rub. 13. §. 1. fol. 366.
& illam † facit cessare, l. non solum, ff. de rit. nupt. l. 1. 31
in fi. C. qui & aduer. quos, l. cum de ætate, ff. de prob.
cap. accedens. de fals. & hoc etiam comprobatur ratio-
ne, quia renunciatio spontanea † est valida, Butr. in cap. 32

Digitized by Google

quod Dei, num. 18. de stat. Monach. Bonif. de Vitall. in
Clem. gratiæ, num. 43. de resc. Sam. de infir. resign. quæst.
58. colum. 3. & est communiter receptum a Doctoribus,
& purgat spolium factum, l. 2. C. quod met. caus. l. fi. ob
turpem. de Condic. ob turp. caus.

Ex quibus infertur totaliter resignanti, scilicet spon-
33 taneè, quamuis post spolium, non esse † dandam resti-
tutionem, contrarium tamen tenuit in hoc Rot. in vna
Abulen. die 29. Decembris, 1557. coram Illustrissimo
Cardinal. Aldobrandino bon. memor. vt habetur in
recollect. diuers. manuscr. decis. 209. vbi firmauit esse
dandam restitutionem non obstante quacunque resigna-
tione etiam spontanea postea subsequuta, & est ratio,
quia non videtur renunciata actio spolij, nisi espresse
34 dicatur, secundum † stylum Rotæ, de quo attestatur.
Cott. dec. 319. in manuscr. Et quod firmauit Rot. de
plano procedit, quoties resignatio fuit facta in fauorem
35 illius, qui spoliauit, nam † non obstante quacumque
resignatione etiam spontanea, concedenda est restitutio,
vt seruatur de stylo, secus autem erit quoties resignatio
emanauit in fauorem alterius, & sic tertij ex aliqua
causa non hoc casu resignans, ita sponte, quamuis post
spolium, non restituitur, vt iudicauit Rot. teste Achil.
de Grass. dec. 328. aliàs, tt. tit. de restit. spoliat. in manusc.
vbi resignauerat, quia erat senex, vel non poterat litiga-
re, vel alia simili ex causa.

In dubio autem existimo resignationem factam post
36 spolium † non præsumi factam spontè, vt infrà dicetur,
quia actus præsumitur factus ob causam quæ præcesse-
rat, vt firmat Barbar. cons. 12. col. 6. in fin. lib. 2. Batt. in l.
quæ sub conditione, ff. de condit. & demonstr.

37 Tertiò Dubitatur, An resignatio † sit nulla, quoties
fit post spolium per procuratorem constitutum, ante
spolium ad resignandum, communis opinio est negati-
ua, quam tenent expresse Lap. alleg. 24. Abb. in d. cap.
sollicitè, numer. 11. & ibi alij omnes sequuntur, Rode-
ric. Suares. d. alleg. 23. numer. 18. Rebuff. quem refert, &
sequitur Menoch. de recup. possess. num. 272. dicto primo
remedio.

Et ratio est, quia cum spontè, & liberè fuerit consti-
tutus procurator ante spolium, quamuis ipse procura-
tor resignauerit sequuta spoliatione, nihilominus resi-
gnatio dicetur spontanea, cum trahatur ad diem con-
38 fecti † mandati Ferret. cons. 93. nu. 2. Bald. in cap. audita,
de restitut. spoliat. Felin. in cap. ex parte, nu. 15. de rescr.
& dixi latè supra l. 9. quæst. 15. tunc enim cum constitui-
tur procurator ad resignandum videtur resignans ha-
bere beneficium pro derelicto, vt in specie dicit Abb.
d. cap. sollicitè, nume. 11. quia quam primum quis con-
39 stituit procuratorem ad adeundam hæreditatem, † hæ-
reditas censetur adita, ex illa animi declaratione, l.
Paulus per procuratorem, ff. de acquir. hæred. siue l.
Paulus procuratorem, vt legit Duaren. lib. 2. disput. an-
niuer. cap. 27. Iacob. Cuiac. lib. 1. obseruat. iur. cap. 34. &
hanc rationem ab oppugnatione Bero. dict. cap. sollici-
tè, num. 35. defendit Menoch. loc. cit. sed tempore man-
dati non aderat spolium, & sic non metus, nec vis, quia
hoc præsupponimus, ergo nihil obstat, & cessat in hac
conclusione ratio, propter quam infirmatur resignatio
40 post spolium, & per consequens † dispositio, cap. cum
cessante de appellat.

Quartò dubitatur, An resignatio post spolium sit nul-
41 la, ita vt concedatur † restitutio si per multum tempus
spoliatus non fuit de hoc conquestus, communis opi-
nio est negatiua non esse nullam, vt scriptum reliquit
Anton. de Butr. in d. cap. sollicitè, quem sequuntur re-
centiores, Ias. in l. naturaliter, §. nihil commune num. 56.
ff. de acquir. possess. Iacob. Nouell. in prax. crimin. tit. spo-
liatus de facto &c. incip. Vulgaris regula, num. 46. vers.
limit. 46. Menoch. dict. remed. 1. recuper. possess. nu-
mer. 278.

Et ratio est, quia verisimiliter dicitur ratum habere
sine metu, quod gestum est, & sic renunciationem
fuisse spontaneam, quia cum nemo præsumatur velle
42 iactare † suum, si metu fuisset inductus conquereretur,
arg. l. cum de indebito, ff. de probat.

Ego autem hanc conclusionem crederem veram mul-
tis concurrentibus, scilicet quod renunciatio fuerit
facta ex interuallo, vel quod fuerit facta in fauorem
tertij, & sic illius qui non spoliauit, iuxta ea quæ dicit
Achill. de Gras. decis. 328. in manusc. & quod omni casu
constet, quòd non fuit de hoc conquestus quia dura-
bat causa metus, sed alia de causa, iuxta ea quæ omnes
fere dicunt in l. vt vim, ff. de iust. & iur. Durante
enim causa eadem metus voluntas † semper dicitur me- 43
ticulosa, l. 2. cum ibi nota. C. quod met. caus. & ideo si
quis metu se obligauit, si durante eadem causa metus
soluerit, † solutio dicitur meticulosa. Bal. in d. l. 2. C. 44
quod met. caus. Dec. cons. 419. column. penult. Ferret.
cons. 79. num. 12. Alexan. cons. 48. libr. 4. & facit id
quod notabiliter scribit Bart. de vxore consentiente
alienationi rei dotalis, in l. si ob turpem, num. 7. ff. de
condic. indeb. & ideo poterit † petere restitutionem, 45
quando potuerit, vt in simili scribuit Hostiens. in summ.
de matr. vers. qualiter num. 16. Antharan. in cap. 1. de
dispens. impub. lib. 6. Glos. in cap præsens, verb. nun-
quam, 20. quæst. 3. Abb. in cap. 1. numer. 13. quod met.
caus. Nam speciale est in cap. 19. Conc. Trident. sess. 25.
de regul. vt elapso quinquennio dato per concilium
non possit prætendens per vim, & metum ingressus † re- 46
ligionem reclamare, etiam si toto quinquennio duraue-
rit eadem causa vis, & metus, vt censuit sacra congre-
gatio Illustrissimorum Cardinalium præpositorum in-
terpretationi Concilij Tridentini die 21. Augusti 1572.
& die 10. Decembris eiusdem anni, cum concilium
quasi præscriptione quadam velit, vt post quinquennium
nemo audiatur, & vtatur dictione taxatiua † tantum, 47
cuius proprium est excludere aliud tempus, l. 5. C. de
patr. qui fil. distra. & hanc opinionem his defenderem
interpretarer cap. in præsentia, de probat. in 6. not. Abb.
& ita existimo esse tenendum, quamuis Rot. in vna Re-
gien. coram Groperio, die 25. Iunij, 1563. tenuerit con-
trarium ex traditis per Calder. consil. 1. quod met. caus.
Abb. in cap. 1. num. 2. de regul. Barbat. cons. 54. & 60.
libr. 1. Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, num.
66. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 69. numer. 11. Crauett.
cons. 192. numero 15. Abb. in cap. 1. quod met. caus.
& redeundo ad nostrum, Hic resignans post spolium,
qui non fuit conquestus admittendus erit ad proban-
dum id non fecisse, quia timebat, vel vis inferebatur,
aut minæ, vt colligitur ex dict. cap. sollicitè, & ibi om-
nes tradunt.

Quintò dubitatur, An nihilominus iste spoliatus sit
restituendus, † si post spolium pepegisset cum spolia- 48
tore, se possessorio non acturum aduersus spolium. Ne-
gatiua opinio est verior, & communiter recepta, hoc
casu non esse restituendum, quam tenuerunt Glos. in
cap. ex insinuatione, de procur. Innocen. in cap. super
hoc, de renunc. Abb. in cap. sollicitè, num. 16. de re-
stitut. spoliat. Alexan. cons. 93. num. 5. lib. 5. Rot. de-
cis. 2. num. 4. de renunc. in nou. & decis. 5. & 11. eod. tit.
in antiq. Rot. etiam decis. 18. de restitut. spoliat. in nou.
Card. Paris. cons. 1. num. 251. vol. 1. Ber. dict. cap. sollicitè,
num. 44. Franc. de March. decis. 71. nu. 2. Socin. sen. tract.
fallent. regul. 378. fall. 3. Rebuff. quem refert, & sequitur
Menoch. tract. de recuper. possess. 1. remed numer. 261. &
voluit Achill. de Grass. decis. 318. incipit resignatione,
aliàs sub tit. de rest. spoliat. dec. 11. in manuscrip.

Et ratio est, quia † actio spolij potest cedi hoc mo- 49
do. Cott. decis. 319. in recollect. manuscrip. Doctores
communiter in d. cap. sollicitè, & valida erit renuncia-
tio seu pactum, sicuti firmum est pactum † post furtum 50
ne furti agatur, & ne illud restituatur, l. si vnus §. pacta.
vers. item ne esperiar, ff. de pact. cum huiusmodi pa-
ctum rem respiciat familiarem, & priuatam, & ob id
non dicatur contra bonos † mores, l. iuris gentium, §. 51
si paciscar, ff. de pact. Idemque vendicabit sibi locum
in pacto de non molestando possessorem, Ber. dic. cap.
sollicitè, n. 44. vers. amplia. Menoch. d. c. 1. remed n. 283.
Rot. vt per Roderic. Suarez alleg. 23. nume. 18. Soc. sen. in

Digitized by Google

l. rem quæ nobis, numer. 20. in fi. ff. de acquir. possess.
Capic.decis.69.num.7.& 8.Eoque magis si fuerit inter-
positum iuramentum, Rot. decis.18.vers. præmissis, de
restitut.spoliat.vbi attestatur fuisse decisum, quòd licet
renunciatio etiam cum iuramento post spoliationem
non impedit restitutionem, tamen iuramentum præsti-
52 tum postea de non † agendo impedit, ne possit intenta-
ri remedium restitutionis. Abb. dict.cap.sollicitè, to fi.
Socin.dict.l rem quæ nobis,num.10.in fi. & est commu-
nis opinio,teste Menoch.d.remed.1.num.287. & nu.295.
53 Paris.cons.1.nume.151.vol.1. quia iuramentum † seruari
debet, vbi potest sine interitu salutis æternæ fieri, cap.
cum contingat, de iureiur. arg.cap.quamuis,de pac.lib.
6.cap.licet mulieres, de iureiur.in 6 Bald.cons.29.lib.3.
declarat Alciat.dic.cap.cum contingat, nu.37.D.Thom.
2.2.q.89.art.7.Couarr.cap.quamuis pactum, 1 parte,§.6.
num.6.vers.sexto adhuc,& num.7.de pact.lib.6.Ex qui-
bus notanda est differentia inter renunciationem,& pa-
ctum post spoliationem, ac iuramentum, nam renun-
ciatio facta post spoliationem concernit ius proprieta-
tis, & non possessionis, pactum verò de non agendo
possessorio, vel non molestando concernit ipsam pos-
sessionem, & hanc rationem differentiæ ponit Abb. d.
cap.sollicitè numer.17. & communiter alij sequuntur.
Nec obstat dict.cap.sollicitè,dum à pari procedere exi-
stimat renunciationem, & iuramentum post spoliatio-
nem, ad effectum, vt renunciatio dicatur per
metum facta, ita & iuramentum per metum
præstitum, nam respondetur, quòd licet metus præsu-
matur, vt dicitur ibi, tamen purgatur per verba apponi
54 solita à notarijs de stylo in instrumento in quo dicitur
spontè † iurasse nullo metu, &c. vt post Ant. de Butr.
tradit Abb.dict.cap.sollicitè,colum.vlt.vers.non obstat
Imol.col.vlt.vers.idem sentit,Ber.numer.46. & omnes,
Socin.sen.cons.59.num.28.lib.3.Card.Paris.cons.5.num.
55 187.vol.4.Rot.dict.decis.18.de restit.spoliat.in nou.nam
huiusmodi præsumptio † resultans ex verbis instrumen-
ti tollit aliam legis, l. nam ita Diuus,ff.de rest.in integ.
56 cap. literis, de præsump.l. siue possidetis, C. de proba.
quamuis dicta clausula passim ex stylo † potius & tabel-
lionum consuetudine apponatur citra partium volunta-
tatem, Abb.in cap.cum contingat, colum.17.de iureiur.
Rip.in l. Centurio,num.80. ff. de vul. & pup. & in l.vlt.
num.181.C.de reuoc.donat.Ruin.cons.159.num.16.lib.3.
Curt.Iun.cons.101.num.10.Dec.cons.394. col.penul. &
cons.399.colu.1. Accedat, quia maxima est differentia
57 inter pactum, & iuramentum metu extortum, namque
iuramentum eo casu adhuc est seruandum † nisi abso-
lutione remittatur, vt post Caietan. quem citat, scribit
Couarr.in cap.quamuis pactum, 1. par.§.5.nu.3.de pact.
in 6. & lib.1.varia.resolut.cap.4.n.7. & in Epit.de spons.
58 pat.3.§.5.num.2.quod in pacto locum non habet.

Et huiusmodi pactum † de non molestando intelli-
gitur tam de molestia iuris, quàm facti, iuxta suam
significationem, Corset. sing.verb.molestia.Dec.cons.
581.num.11. & cons.613.num.1.Ruin.cons.48. num.9. &
59 cons.77.num.8.lib.2.Socin.Iun.cons.113. nume.36 lib.1.
60 Idemque esse † in controuersia scribit Menoch. d. 1.re-
med.numer.285.quia eadem est significatio verborum †
molestiæ, & controuersiæ, Gl. & Bar. in l. Lucius, §.
tres hæredes, de pact. Rip. in l. 1. num.2.ff.de re iud.So-
61 cin. Sen. cons.vlt.nu.15.lib.1.

Non tamen valeret † huiusmodi pactum si fieret an-
te spolium, nam eo non obstante, si postea fuit spolia-
tus, est restituendus, Abb. d. cap.sollicitè,num.16.Ber.
num.44.Rip.in l.naturaliter, §.nihil commune,num.55.
62 vers.14.ampliat.Ant.Mat.ampliat,10. & 11. de acq.poss.
quia esset contra bonos † mores, l.si vnus, §.pacta,ff. de
pac.l.pacta quæ contra, C.de pact. Card. Paris.cons.92.
63 num. 21. volum. 4.

Pacta enim contra † bonos mores sunt nulla ipso iu-
re, Glos. in cap. vlt. de pact. & etiam ea, quæ præstant
materiam delinquendi (vt esset hoc) l. conuenire, ff.
64 de pact. Doct.in l.1.§.illud,deposit.l.contractus,de reg.
iur. Reipublicæ enim † interest, vt delicta puniantur.l.
ita vulneratus, in fin. ff. ad leg.Aquil.vbi Bald.dicebat
publicæ disciplinæ fauorem dictare, ac suadere, vt de-
licta puniantur, l.licitatio, §. quod illicite, ff. de publ.
& vectiga. l. capitalium, ff. de pœnis, cap. vt fam.æ,de 65
sent.excomm.ne illi iterum peccent,& ne illius † exem-
plo cæteri quoque delinquant.l.1.C.ad leg.Iul.repetun.
quem tex. aureum appellauit Iodoc. in prax.crimi.in
procem. num. 9.

Sextò dubitatur, An resignanti post spolium conce- 66
datur restitutio † si resignauit in fauorem tertij, & sic
non illius, à quo spoliatus fuit? Negatiuam non esse re-
stituendum videtur firmare Cassad. decis. 4.de rest.spo- 67
liat. † quia per resignationem abdicauit a se ius, do-
minii,& proprietatē,Ioan.Andr. & Abb.d ca.sollicitè,
de restitu, spoli. Alexand. in l. si quis vi, §. differentia,
ff. de acquir.possess.nec militat ratio dicti cap.sollicitè,
quando renunciat in fauorem non spoliantis, eòque 68
magis cum non habeat detentationem † vigore cuius
datur restitutio post cessionem.Innoc.in cap.super hoc,
de renunc.Calder.cons.4.eo.tit. Rot. decis.1.de renunc.
in nou.Sar.de annal q 57. & de trien.quæst.24. 69

Affirmatiua † tamen opinio verior est,& communis:
vt etiam hoc casu detur restitutio resignanti post spo-
lium in fauorem tertij, quam opinionem tenuit Rota
in vna Barchinonen. coram Card. S. Crucis, de mense
Nouembris 1546. vt patet in recollect. manuscrip. per
ipsum decis.173. & fuit etiam resolutum in vna Abulen.
coram Illustriss. Card. Aldobrandino bon. memor. 29.
Decembris 1557.vt habetur in lib.diuers.dec. 209. quod
quoque fuit firmatum in vna Imol.Canonicatus,& præ-
bend coram Pelegrino, teste Caputaq. decis.241.lib.1.
in manuscr. Idem Pelegrin. decis. 257. lib.2. in recol.
lect. manusc.

Ratio est, quia licet cesserit ius dominium & pos- 70
sessionem, non tamen actionem † spolij, quæ post ces
sionem etiam spontaneam durat, & viget: & de stylo
Rotæ nunquam censetur cessa actio spolij, nisi ea expressè
dicatur, vt attestatur Cott. decis. 319. ex qua patet res-
ponsio ad argumentum in contrarium adductum, nam
licet abdicetur ius, remanet tamen actio spolij, & per
consequens licet cesset ratio dicti cap. sollicitè, quia
non est verisimile sponte, &c. militat tamen hæc, quia
non videtur renunciatum actioni spolij.

Nec obstat,quòd non habet detentationem, nam res- 71
pondetur, quod habet actionem, quam qui habet † rem
habere dicitur, & ea quæ dicit Cassad. communiter a
Doctoribus, & Rota reprobantur, Caputaq. dict. decis.
241. lib. 2.

Hanc tamen conclusionem limita primò non proce- 72
dere quotiès resignans post spolium in fauorem tertij †
cederet etiam actionem spolij. Nam hoc casu non po-
terit agere actione spolij. Ita scriptum reliquit Capu-
taq. decis. 241. libr. 1. vbi attestatur ita dictum fuisse in
dicta Imol. Canonicatus, & præb. coram Pelegrino,
vt ipse etiam Pelegrin. decis. 275. libr. 2. recollect. ma-
nuscr. testatur.

Limita secundò, non procedere quotiès constaret 73
renunciasse ex aliqua † causa,nā tunc non debet restitui,
vt fuit resolutum, teste Achil. de Grass.decis.328. alias,
de rest.spoliat.in manuscr. vbi spoliatus renunciauit in
fauorē tertij,asserendo se esse senē,& non posse litigare.

Limita tertiò non procedere, quotiès † spoliatus 74
fuisset subrogatus in locum resignatarij, etiam quoad
possessionem nam hoc casu non posset agere, vt fuit
pronunciatum in Rota die 5. Nouembris 1548. coram
Fabio, in vna præstimoniorum, teste Achille de Grass.
decis. 329. alias, 12.tit. de restit.spoliat. in manuscript.
ex traditis per Bellam. decis. 351. Bonif. de Vital. in
Clem. 1. col.6.vers.5.concl.vt lit.pend.& de hac deci-
sione attestatur etiam Put.decis 175. lib.3. & ratio est,
quia iste subrogatus, qui eum spoliauit, non potest di-
ci simpliciter tertius, cum sit subrogatus in locum re-
signatarij, & quemadmodum non poterat agere contra
illum, † ita neque contra subrogatum,§. fuerat,institut.
de actio.Marian.Socin.Iun.in cons.33.nu.4.& 17. vol.3. 75

Dec. conſ. 433. num. 20. Bertrand. conſ. 73. oum. 3. lib. 4.
Port. conſ. 97. num. 11. & conſ. 167. oumer. 104. Ioan.
Cro. conſ. 77. num. 13. Roland. conſ. 68. num. 45. lib. 1.
cætera vide per Put. dict. deciſ. 175. lib. 3.

Sed hic contingit dubitari, ſi iſte tertius in cuius fa-
uorem facta eſt reſignatio poſt ſpolium, ſit ſubrogatus
etiam quoad poſſeſſionem, An nihilominus poſſit agere
ſpolio, Bellam. deciſ. 351. ſub rubr. de præbend. tenuit,
76 quod ſubrogatus quoad poſſeſſionem † cenſeatur ſubro-
gatus ad interdictum competens prædeceſſori, & ſic
quoad actionem ſpolij, de qua deciſio. latè Sarn. de ſub-
ro. quæſt. 9. Hinc ſubrogatus gratiosè capiens poſſeſ-
87 ſionem lite † pendente non videtur attentare, vt fuit
reſolutum, in vna Cæſaraugustan. parochialis coram
Illuſtriſſimo Cardinali Aldobrandino bon. mem. 10.
Decemb. 1557. teſte Illuſt. Card. Paleott. deciſ. 102. &
in alia Peruſin. ſanctæ Crucis 17. Octobris 1558. & 24.
Decemb. eiuſdem anni, teſte eod. Paleot. deciſ. 117. &
ita fuit ſententiatum, & ſeruatum in multis cauſis,
teſte Mohedan. deciſ. 327. fuit reſolutum, in recollet.
manuſcr.

78 His tamen † non obſtantibus contraria opinio eſt
verior, quod ſubrogatus etiam quoad poſſeſſionem non
videatur ſubrogatus quoad actionem ſpolij, niſi ex-
79 preſſè de ſpolio fiat mentio in † ſubrogatione, quam
ſententiam tenuit Sarn. in reg. de trienn. q. 11. colum. 9.
num. 13. vbi atteſtatur hunc eſſe ſtylum hodiernum, &
ita fuit deciſum in d. Imol. Canonicatus, & præbendæ,
coram Pelegrino. teſte Caputaq. deciſ. 241. libr. 1. &
deciſ. 391. eod. lib. atteſtatur etiam ipſe Pelegr. deciſ.
275. lib. 2.

80 Ratio eſt, quia actio competens † ſpoliato eſt per-
ſonalis, & ideo non tranſit in ſubrogatum, qui nec eſt
læſus, nec ſpoliatus, vt tenuit Rot. in vna Pampilonen.
Prioratus ſancti Crucifixi coram Mohedan. 11. Maij
1555. Ius enim defuncti extinguitur, & creatur nouum
81 † in perſonam ſucceſſoris. Ioan. Andr. in cap. 2. vt lit.
pend. li. 1. 6. in nou. & in cap. ſi tibi abſenti, de præb. eod.
lib. Specu. in tit. de ſent. § nunc de effectu, in fin. Rot. de-
ciſ. 13. de procur. in fin. & deciſ. 1. circa fin. de locat. in
nou. cum aliis adductis per Sarnen. de trien. quæſt. 13.
vbi latiſſimè.

Non obſtat deciſio Bellam. 352. nam reſpondetur,
quod illa deciſio non tenetur quoad ſpolium de ſtylo,
& male loquitur quoad ſubrogationem ſimplicis poſ-
ſeſſionis, Rot. dec. 5. vt lit. pend. in nou. vt atteſtatur
Sarn. d. regul. de trienn. & idem Sarn. de ſubrog. q. 9.

Idemque erit ſi in reſignatione in fauorem certæ
perſonæ fuit facta mentio de lite ſuper beneficio in
euentum, in quem eſſet litigioſum cum gratioſa ſubro-
gatione, nam nihilominus reſignatarius non poterit
proſequi iudicium ſpolij, quia non fuit facta mentio de
82 lite ſuper ſpolio, vt † requiritur, ita fuit reſolutum in
Rota in d. Imolen. canonicatus, & præbendæ coram Pe-
legrino, teſte eod. deciſ. 275. lib. 2. in manuſcr.

Limita tamen non procedere, quotiès mortuo ſpo-
liato, Papa conferat, & gratioſè ſubroget, nam hoc
83 caſu ſubrogatus gratioſè poteſt agere † ſpolio, Capu-
taq. deciſ. 10. lib. 2. in manuſcr.

Ex his notanda eſt concluſio communiter per Do-
84 ctores recepta, quod actio ſpolij † competens ſuper ali-
quo beneficio poteſt cedi in fauorem alicuius, Soc. ſen.
in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. poſſ. Rip. in cap. ſæpè,
de reſtit. ſpoliat. Bald. conſ 309. ſuper quo puncto, lib. 3.
Sarn. in reg. de trien. q. 11. col. antepen. verſ. ſecundus ca-
ſus, Cott. deciſ. 319. & 320. Caputaq. deciſ. 10. lib. 2. in
manuſcript. Idem Caputaq. deciſ. 241. eod. lib. 1. Card. S.
Crucis deciſ. 173. & communiter DD. & ita fuit dictum
in una Abulen. coram bon. mem. Aldobrandino, & in
alia Militen. coram de Rubeis, & in alia Brachan. co-
ram Card. S. Cruc. vt colligitur ex ſuprà adductis. Et
85 ideo quis poteſt promittere per † pactum ſe non actu-
rum ſpolio. Gl. in cap. ex inſinuatione, de procur. Rot.
deciſ. 3. & 11. eo. tit. in antiq. Alex. conſ. 93. libr. 5.
num. 5. Card. Pariſ. conſ. 1. numer. 152. volum. 2. com-
munis vt latè reſoluit Iacob. Menoch. tract. recuperand.
poſſeſſ. 1. remed. nume. 281.

Septimo dubitatur, Quid teneatur probare ſpoliatus
beneficio? recepta eſt Doctorum ſententia debere in
primis probare † ſe poſſediſſe cum ſpoliaretur. Inn. in ca. 86
ſæpè. colum. 2. ſub numer. 2. verſ. imo plus, de reſtit.
ſpol. Lap. alleg. 51. num. 6. Anch. conſ. 42. num. 2. Alex.
conſ. 6. column. 3. num. 5. lib. 3. vbi atteſtatur de commu-
ni, & conſ. 91. n. 3. lib. 5. Corn. conſ. 35. oum. 5. volum. 1.
de communi etiam. Dec conſ. 252. ſub num. 1. Soc. Iun.
in conſ. 128. num. 28. volum. 2. Rolan. conſ. 6. num. 36. lib.
2. Natt. conſ. 121. num. 3. lib. 1. Rot. deciſ. 5. de reſt. ſpoliat.
in antiq. Nam ſpoliatus † ſuo beneficio dicitur ille, qui 87
ſemel illud poſſedit, vt colligitur ex reſponſo Vlpiani
in l. 1. § obiicitur, ff. de vi & vi arm. & habetur in ean.
vlt. § obiicitur. verbo, non enim probatur 3. quæſt. 1.
Bald. in cap. Eccleſia Sutrina. colu. 4. verſ. 5. item nota de 88
cauſ. poſſ. & propriet. & qui non † poſſedit, non poteſt
dici ſpoliatus, Corn. conſ. 8. lib. 1. num. 2. & conſ. 117. nu.
7. lib. 4. Iacob. Nouell. in prax. Crim. tit. ſpoliatus de fa-
cto. incipit vulgaris regula, num. 44. Menoch. in prælu.
recup. poſſeſſ. num. 4. cum priuatio † præſupponat habi- 89
tum, l. decem. § decem, ff. de verb. oblig. ſicut neque etiã
à ſimili dicitur ſpoliatus, qui poſſidere non † potuit, 90
putà cum clericus dicat ſe ſpoliatum † vxore, & petat 91
reſtitui, & laicus dicat † ſpoliatum ſe fuiſſe beneficio, 92
cap. cauſam, de præſcript. Abb. in cap. ex parte. in fi. de
reſtit ſpoliat. Rip. in l. naturaliter, § nihil commune, nu.
81. ff. de acquir. poſſeſſ. Crauet. conſ. 322. col. 5. Ob id per
probationem poſſeſſionis antiquioris bona † præſumi- 93
tur clandeſtina, & vitioſa ca. licet cauſam, de probat. cũ
duo inſolidum poſſidere non poſſint, l. 3. § ex contrario,
ff. de acquir. poſ. Bar. in l. ſi duo, in prin. num. 4. ff. vti poſ-
ſid. Ruin. conſ. 12. num. 10. vol. 4. Afflict. deciſ. 327. num. 2.
Rolan. à Vall. conſ. 32. num. 10. lib. 4. & ſpoliatio † ſatis 94
videtur ex hoc probata, Bald. conſ. 217. col. 1. ſub nu. 1.
lib. 2. & clarius in l. 3. colum. penult. num. 20. C. ſi à non
compet. iudic. Alex. conſ. 6. num. 3. lib. 3. ſequitur Afflict.
dec. 327. num. 2. Deciso. reſponſ. 37. num. 56. volum. 3. Ber.
conſ. 58. num. 2. volum. 3. Ceſal. conſ. 236 num. 10. Pont.
de ſpol. lib. 2. c. 14. oum. 80. quod quomodo procedat la-
tiſſimè declarat, & optimè Maſcard. de probat concluſ.
1321. oum. 5. 6. 7. vſque ad num. 35. Et ſola probatio poſ-
ſeſſionis quamuis in profanis ſufficiat, in quibus etiam † 95
prædo eſt reſtituendus in cap. in literis, de reſtit. ſpol. in
beneficialibus tamen non ſufficit † in quibus exactior 96
probatio requiritur. Rot. deciſ. 20. de reſtit. ſpoliat. in
antiq. Innoc. in cap. conſtitutus, de fil. presbit. cum † pro- 97
hibeatur vitioſus ingreſſus, cap. 1. de eo qui mitt. in poſ-
ſeſſ. Gem. conſ. 147. colum. 2. & propterea communiter
eſt receptum in beneficialibus probationem ſolius poſ-
ſeſſionis non ſufficere, quia etſi poſſeſſio inferat præſum-
ptum † titulum, cap. ſi à ſede de præben. in 6. non tamen 98
ex ſola probatione † poſſeſſionis in beneficialibus ori- 99
retur effectus reſtitutionis in ſpolio, cum ad beneficium
reſtitui nequeat carens canonica inſtitutione. Quæ ex
ſtylo ſaltem deducenda eſt ex coloratione † iuſti ingreſ- 100
ſus. cap. 1. de regul. iur. in 6. cap. ex frequentibus, de inſtit.
Gloſ. in clement. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Innoc. in
cap. in literis, de reſtit. ſpoliat. Oldrad. conſil. 1. column.
3. Bellame. deciſ. 49. Caſſad. deciſ. 1. num. octauo. & deciſ.
4. num. 7. vbi dicit hanc eſſe communem, & obſeruatam
in Palatio, de reſtit. ſpoliat. & deciſ. 4. de ſequeſtr. poſ-
ſeſſ. de communi etiam atteſtatur Abb. dict. capit. in lite-
ris, num. 15. & 25. Pontan. de ſpoliat. capit. 15. num. 137. &
hanc eſſe triuialem, & communem conſuetudinem Ro-
tæ, dixit Sarn. de trienn. quæſt. 24. col. 2. & recipi a ſtylo
atteſtatur Butr. dict. cap. in literis, col. 6. Imol. in clem. 1.
col. 15. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Put. deciſ. 137. lib. 1.
Dec conſ. 120. colum. 2. Capie. deciſ. 6. num. 3. Ferret.
conſ. 18. num. 9. Crauett. conſ. 322. column. 2. & infinitos
congerit Menoch. 15. remed. recup. poſſeſſ. num. 458. &
ſic in beneficialibus ſpoliatus debet † poſſeſſionis ſuæ 105
titulum iuſtificare. Gloſ. in clem. vnica, in fin de cauſ.
poſſeſſ. & propriet. Rot. deciſ. 1. num. 2. de reſtitut. ſpoliat.

Digitized by Google

in nou. & decis. 2. eod.tit.& libr.& decis.20.eod. tit.in
antiq. Franc. in cap. ad decimas,num.6.de restit. spoliat.
in 6.Lap.alleg.51.num.9.Alexand.in l.naturaliter, §.ni-
hil commune num.25.ff.de acquir. possess. D.meus Paris.
cons.12.num.2.volum. 4. Sarn.de aonal.possess. quæstio.
57.num. 6. Gemin.cons.147. sub num.2.Guido Papa de-
cis.85.communis opinio, vt attestatur Bellam.decis.553.
Alexan.loco cit. Abb.in quæst.4.in cap. Titius clericus.
col.8.in 2.dub.sub.num.10.Bened.Cap.in cap. literis, de
rest.spol.& ita practicari tradit Card.Alex.in can.1. col.
9.2.quæst.1. & ita esse de stylo Rotæ attestantur Cassad.
decis.8.num.2.de restit.spol.Sarn.de annal.possess.quæst.
57.num.9.vers.tamen contraria opinio hodie practica-
tur, & ita vsu esse receptum attestatur Mascard. de pro-
bat. conclus.1322.num.3.in fin.Verum non exigitur exa-
cta probatio veri tituli, nam sufficit forma quædam
extrinseca sui facie valida, & sic possessionem pristi-
102 nam † ex aliquo colore iustificare,Imol. in cap.ex par-
te, de rest.spoliat.Butr.dict.cap.10 literis, Lap.alleg.30.
vers.vlt.Bellam.decis.455.Socin.cons.13.num.25.libr.4.
Gemin.cons.147.li.2.Cast.cons.254.col.2.Petr.Benintén.
conclus.vigesimatertia numer. quinto & sexto.Bertran.
cons. 2.num.18.par.1.Osac.decis.116.num.7. & alij com-
muniter, vt per Menoch.rem.15. de recup. possess.num.
463. Et probatur hic color ad effectum restitutionis su-
per spolio in beneficialibus, Primò si fuerit deductum,
103 & probatum, spoliatum habuisse ab eo beneficium †
qui auctoritatem habeat instituendi, Innoc. in cap.in li
teris, in Glos. circa finem de restit.spoliat.vbi Butr.col.
4.Archid.in cap.1.de eo qui mitt. in possess.caus.rei ser-
uan.lib.6.Ioan.And.in addit.ad Specul.in rubr.de restit.
spoliat.Rot.decis.5. eod. tit.in antiquis vbi etiam atte-
statur hoc seruari in curia Romana, & decis.12.eod.tit.
in non. & decis. 13. eod.tit. & lib. & communiter DD.
& sufficiet spoliato probare, vel possessionem habuisse
104 † per traditionem clauium, iuxtà decis.21.de restit.spo-
105 liat. in antiquis nec requiritur, vt spoliatus ostendat †
literas. Cassad. decis.8.num.1.de restit.spoliat.Caputaq.
decis.394.lib.1.in manuscr.Sarn.de publ.q.7 num.5.imò
106 ex sola † supplicatione signata. Sarnen. de non iudicao.
q.5.Cassad.decis.4.numer.3.de caus.possess. & propriet.
Put.decis.226.libr.2. Mohedan. decis. 306.licet de stylo
ex constitur. Iulij III. non seruetur.

Secundò probatur hic color ex confessione licet obi-
107 ter facta per † spoliantem.Rot.decis.19.de restit.spoliat.
in nou.Butr.dict.cap.in literis,col.6.Abb.numer. 25. de
rest.spoliat.Fel.in cap.olim,num.11.de rescr.Cassad.de-
cis.1.num.5.super reg.Cancell. & decis.8.nu.6.de restit.
spoliat Bisignen.decis.2.colum.2.de lit.contest.Bellam.
decis.96.Sarn.de trienn.q.39.Pelegr.decis.180.in manus-
cript.communis opinio, vt colligitur ex his,quæ scribit
Pontan.dict,cap.15.de spol num.148.

108 Tertiò deducitur huiusmodi color † ex probatione
possessionis diuturnæ.Butr. Abb. & alij omnes dict.cap.
in literis, Rom.cons.465.Bellam.decis.455. in fin. Nam
109 ex longa possessione † beneficij oritur præsumptio ca-
nonici ingressus,Rom.cons.117.in fin.sicuti diutius per-
110 sistens in quasi possessione prælaturæ præsumitur talis †
qualem per id tempus se fecit. Ang. in l. qui aliena. in
prin.ff.de acquir.hæred.Federic de Sen.cons.103. Dec.in
rub.de fid.instrum.numer.17. & ad hoc sufficit possessio
111 decem † annorum,Felin.in cap.illud,no.6.de præsumpt.
& in cap.Albericus,nume.4.de testib.Anchar.cons.117.
in fi. & eò magis si fuerit antiquior.Alex.cons.6. num.3.
lib.1.Dec.cons.85.num.7. & cons.586.nu. 2. Card.Paris.
cons.25.num.62.vol. 1. Hinc si quis fuit longo tempore
reputatus clericus, & existat in quasi possessione bene-
ficij etiam curati, habet fundatam intentionem, licet
112 non habeat literas ordinum, quia præsumitur † ordina-
tus. Host. Anton. de Butr. Abb. & communiter, in cap.
illud, de præsumptio.Dec.in cap.1.n.48. de fid.instrum.
Host. in cap. 1.de cler.Pelegr.Barbat.in addit. ad Bal. in
in l. siue possidetis, in quarta oppos. C. de probat.Cra-
uett. de antiq tempor. 3. par.in fin.num.52.Ita qui posse-
dit beneficium per triginta, & plus annos, licet non
habeat literas, præsumitur † collatio,Dec.cons.118.n.1. 113
Hostien.Abb. & alij in dict.cap.illud, & ideo reputatur
calumniosa petitio visitatoris petentis †literas.Gemin. 114
in cap.si iudex, §. vlt.num.4.de sent.excomm.lib.6. &
aliàs cum hic casus contingeret in sacra congregatione
Episcoporum, ita respondit congregatio in vna Nolen.
visitationis.

Accedit quia qui semel † possedit, præsumitur con- 115
tinuare, Archid. in can.Pontifices, num.2.7.qu.1. Rom.
cons.329.num.12. Alex.cons.33.nume.3.vol.1.communis
opinio,teste Mascard.de probat. conclus.1195.vbi illam
exornat, & comprobat.

Quartò,deducitur hic coloratus† titulus,ex testimo- 116
nio de audito à spoliato qui possidebat, Rot.decis.8.de
rest.spoliat.in nou.Felin.in cap.Albericus, & in cap. ex
parte,in prin.eo.tit. Bellam.dict.decis.455.in fin.Pontan.
dict.cap.15.num. 115. & alij sequuntur.

Quintò elicitur hic coloratus titulus ad fauorem re-
signatarij agentis super spolio, ex narratiua suæ † resi- 117
gnationis facta in literis expeditis continentibus reser-
uationem certæ pensionis ad fauorem resignantis, vt
fuit resolutum in Rota, teste Sarnen. de triennal. quæst.
39.in fi. Crescentius decis.62.quod declara latè, vt per
Pontan.dict.c.15.nu. 144. cum seq.vbi etiam ponit alios
modos,Et sic leuis probatio † ad hoc sufficit.Rot.decis. 118
10.vt lit pend.in nou.Mascard. de probat. conclus.1322.
num.1. & ideo etiam hic color deducitur ex institutio-
ne etiam non †constito de præuia præsentatione.Rebuff. 119
de pacis.possess.num. 32. & ex confirmatione † electio- 120
nis.Mil.in verb.electio,decis.Tholosan.431.ac per † ex- 121
pectatiuam, vt sæpiùs fuisse decisum in Rot. testatur
Sarn. de trienn.quæst.24.num.4.Pelegrin.decis.75.Ioan.
Paul.decis.210.Achil.de Gras decis.4. & 6.de restit.spo-
liat Accorambon decis. 36.Mohed. decis. 134. omnes in
recoll.manuscr. & quotiès agitur de spolio possessionis
sufficit † sola quasi possessio, ex qua dabitur restitutio 122
ad eundem pristinum statum perceptionis, Cassad. de-
cis.11.num,8.de rescr. Mohedan. decis.153. Gig.de pens.
quæst.47.num.10. & seruatur in praxi.

Cum igitur ad dandam restitutionem in beneficiali-
bus spoliato, requiratur probatio tituli eo modo,vt de-
ductum est amplè, sequitur conclusio communiter à
Doctoribus recepta non esse dandam restitutionem ei,
qui † beneficium possidere non potuit, neque potest, 123
enim clarè & notoriè constet de iure non petentis.Alex.
in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 24. ff. de ac-
quiren. possess.vbi Rip.num.81.Ant.de Matth.numer.42.
Afflict.in commentar.ad Constit.Regni, libr.1.rubr.24.
de violentiis circa possessiones, numer. 35. & 36. & est
communis opinio, vt patet ex his, quæ scribit Menoch.
in 15.remed.recuper.possess.numer.433. & ita seruari de
stylo attestatur Rot.decis.2.de restit. spoliat.in nou. &
est ratio, quia frustra de possessione tractatur, cum ille
possidere non potuit,neque potest, & non entis † nullæ 124
sunt qualitates, l. 3.ff.de vsufruct. l. eius qui in prouin-
cia, ff. si cert. petat.

Quod poterit primò exemplificari in laico,qui dicat
se spoliatum beneficiis, nam cum spiritualia possidere
non † possit, cap.causam, de præsc.capit.2.vbi omnes, 125
de iud. non venit restituendus, Fer.in cap.in literis, nu.
87.vers.7.fallit. & nu.93.de restit.spoliat.Crauett.cons.
322, colum. 4. vers. 6.principaliter, Osascus decis. 116.
num 2.communis, teste Menoch.dict.15.remed.recuper.
possess. num. 435. in fin.

Secundò, in intruso, qui † habuit possessionem bul- 126
lis non confectis, vel absque auctoritate superioris.
Gemin. cons.106. col.3.cum aliis, vt per Crauett. cons.
322.col.2.Intrusio enim solet titulum † & possessionem 127
annullare. Rip.in l.naturaliter, §. nihil commune,num.
7. Ferret.cons.1.num.3.

Tertiò in eo, qui non fuit † promotus ad presbytera- 128
tum intra tempus præfixum quod est vnius anni in cap.
licet canon.de elect.cum haberet beneficium curatum.
Crauet. cons.104.n.3. & cons.322.col.4. Rebuff.de pacif.
poss.n.192.& in praxi de non promot.intrà annum,n.71.

Quartò

Digitized by Google

129 Quartò in † simoniaco, qui non venit restituendus,
Fran. de March. quæst. 497. numer. 13. Rip. in d. l. na-
turaliter, §. nihil commune, numer. 91. & ibi Anton.
130 de Matth. num. 44. cum priuetur † ipso iure, Card. Pa-
ris. cons. 15. numer. 13. & cons. 29. numer. 14. & cons.
30. num. 15. volum. 4. Sarn. de trienn. quæst. 12. & non
habeat titulum, Felin. in cap. nisi cum pridem, de pact.
Dec. cons. 118. num. 1.

131 Quintò in hæretico, † qui non debet restitui, Rip. d.
§. nihil commune, n. 88. Ber. in cap. item cum quis, n. 42.
132 de restit. spoliat. cum non † habeat titulum, cap. 1. 2. & 3.
23. quæst. 1. Cappell. Tholosan. dec. 120. Rebuff. de pacif.
possess. limit. 4.

Sextò in excommunicato † qui non restituitur. Abb.
133 in cap. cum quis, n. 9. Boer. nu. 40. de restit. spoliat. Bel-
lam. in cap. vlt. num. 15. de ord. cogn. Rip. dict. §. nihil
commune, num. 86.

Septimò in eo, qui non intelligit idioma loci vbi est
134 beneficium † curatum ad quod petit restitui, Menoch.
de recup. possess. remed. 15. num. 441. ex reg. Cancell.
de idiom.

135 Octauo, in minore, † Doctores omnes in cap. cum
in cunctis, §. inferiora, de elect. Rebuff. in prax tit.
de dispens. ratione ætatis. Rol. a Vall. cons. 41. numer.
58. lib. 1.

136 Nonò, in eo † qui habet beneficium curatum, & pe-
tit restitui ad aliud, Doctores, in cap. de multa, de præ-
ben. cap. 17. sess. 24. Conc. Trident. Rot. decis. 1. de restit.
spol. in nou. Roman. cons. 499. col. 1. Crauett. cons. 58. nu.
9. Ber. q. 80.

Decimo, in omnib. casib. in quib. constaret de noto-
137 rio defectu † proprietatis, nam his casib. restitutio non
est concedenda spoliato ad beneficium. latè Crau. cons.
290. nume. 8. & cons. 302. num. 6. Curt. Iun. cons. 127. nu. 6.
Natt. cons. 474. num. 37. lib. 2. Menoch. d. remed 15. de re-
cuperan possess. num. 438. latissimè Mascard. de probat.
conclus. 1326.

Vndecimò, in omnibus casibus in quibus objiceretur
138 alicui quo quis ipso † iure priuaretur dominio, & pos-
sessione, Abb. in cap. item cum quis, num. 9. & 10. de
restit. spoliat. & ibi Ber. num. 42. & alij, Rip. in d. §.
nihil commune, quæst. 92. Fran. de Marc. quæst. 497.
num. 11. & 12. Menoch. dict. remed, numer. 330. recup.
poss. & remed. 1. num. 137. nam † eum ipso iure sit pri-
139 uatus, non dicitur posse possidere aliquid Glos. in cap.
quo iure, distinct. 8. Et adeo alia crimina, quæ non pri-
uant ipso iure † non impediunt restitutionem, Abb. d.
140 cap. item cum quis, num. 3. Franc. de March. dic. quæst.
497. numer. 1. siue per viam accusationis, vel inquisi-
tionis objiciantur, communis opi. teste Rip. d. §. nihil
commune, num. 55. siue de iure ciuili, siue de iure cano-
nico, Ias. in l. si te, in fi. C. de iur. deli. Matesil. not. 195.
Afflict. dec. 19. nu. 6. quod limita in casu Rotæ, dec. 6. de
rest. spol in nou.

Duodecimò potest hæc conclusio exemplificari in
clerico spoliato beneficio post resignationem sponta-
neam factam de ipso beneficio, nam non esse restituen-
141 dum, scriptum reliquit † Innoc. in cap. super hoc, de
renunc. num. 1. & 2. vbi Ant. de Butr. num. 30. idem
Innoc. in cap. accepta, vbi Io. Andr. Abb. numer. 4. &
communiter Doctores, Lap. alleg. 23. Rot. dec. 6. num.
1. de renunc. in antiq. Præpos. in cap. quod restitutio,
num. 43. 3. quæst. 1. Franc. in cap. ad decimas, de rest. spol.
in 6. Sarn de trien. quæst. 24. colum. 2. Bero. in cap. 2. nume.
21. de restitut. spoliat. Bellam. dec. 66. & dec. 342. Rossi-
niac. de benef. cap. 26. num. 2. Rebuff. in praxi de vi in
resign. adhib. num. 6. Ferret. cons. 7. num. 1. & cons. 10. nu.
5. & cons. 93. num 2. Cassidor. dec. 4. de restit. spoliat. &
est communis opinio, de qua attestatur Menoch. qui
alios citat, de recup. poss. 1. remed. num. 297. 299. Na-
uar. in cap. accepta, in 7. oppo. numer. 2. de resti. spol. &
fuit pluries decisum in Rota, & nouissime in vna Abu-
len. Canonicatus, Veneris 16. Iunij, 1589. coram R. P. D.
Gipsio.

Et ratio est, quia ad restitutionem dandam in benefi-
cialibus requiritur titulus, iuxta communem opinio-
nem supra positam, sed ille qui sponte renunciauit, nul-
lum habet † titulum, cum amiserit nedum proprieta- 142
tem, sed etiam possessionem, iuxta l. si quis, §. differen-
tia, ff. de acquir. possess. Innoc. communiter receptus
in cap. quod in dubijs, de renunc. ergo non poterit age-
re actione spolij, quam regulariter non habet, qui spon-
te † possessionem amisit, Abb. in cap. in literis, numer. 143
26. Ber. num. 42. de restit. spol. Soci. Sen. in leg. rem
quæ nobis, num. 8. ff. de acquir. possess. & sic notorius
defectus † impedit restitutionem, cap. constitutus, de 144
filijs presbyt. cap. eum qui de eo qui mitt. in poss. cap.
ex transmissa, de restit. spol. Crauet. cons. 299. num. 8.
Nat. cons. 474. n. 37. lib. 2. Curt. Iun. cons. 127. nu. 6. quod
obseruatur de stylo, vt habetur in decis. 2. de rest. spol.
in nou.

Hinc est, quod communiter scripsere Doctores, non
esse dandam † restitutionem, cum exactis, iudicis de 145
spoliatoris dominio constat, Inno. in cap. cum Eccle-
sia Sutrina, de caus. poss. & propriet. Dec. cons. 191. sub
num. 9. Nat. cons. 362. num 30. cum alijs, vt per Gabr.
tit. de restit. spol. in communi, 6. opin. conclus. 1. num.
104. sub 11. limitatione, Mascard. de probat. conclus.
1. numer. 104. sub 11. limitatione, Mascard. de probat.
conclus. 1326. num. 1. Vel † ex confessione ipsius spo- 146
liati Ino. in cap. constitutus, de filijs, presb. Rot. decis.
16. num. 1. & 17. de rest. spol. in nou. Pau. de Cast. cons.
203. column. vlt. num. 4. in 3. dub. lib. 1. Alex. in l. natu-
raliter, §. nihil commune, num. 27. ff. de acq. possess. Abb.
in cap. 1. in 4. no. de restit. spol. & ibi Ber. numer. 27. quia
confessio † est probatio probata, l. vltim. C. de fidei- 147
comm. l. generaliter, C. de non num. pecun. Grammat.
dec. 36. num. 66. Crauett. cons. 61. num. 3. & cons. 177.
numer. quarto. Socin. Iunior. consil. 39. numero 18. vo-
lumine secundo, & dicitur facere rem † notoriam, cap. 148
vltim. de cohabit. cleri. & mulier. aut per † instrumen- 149
tum publicum, quod habet executionem paratam, Ro-
ta, decisio. decimasexta, numero primo. de restit. spo-
liat. in nou. Dec. consilio 302. sub numero vigesimo
secundo. Socin. Sen. consilio 87. sub numero vigesimo.
tertio. volum. 3. Capic. decisio. 77. numero quarto. &
quinto. & decis. 121. numero vigesimo septimo. cum in-
strumentum † faciat notorium, Bartol. in l. 1. numero. 150
octauo. ff. de oper. nou. nuncia. Dec. consilio 423. numero
nono. & consilio. 682. numero 3. Aut † per testes, Oldrad. 151
consilio 274. Crauett. consil. 299. num. 8. & aliàs, vt latè
per Mascard. dict. concl. 1326. sed resignatio facit, & in-
ducit confessionem resignatarij, & rem notoriam, ideo
idem erit hoc casu.

Et hæc conclusio tenenda erit in iudicando, & con-
sulendo, quamuis Doctor Nauarr. dict. cap. accepta,
oppos. 7. num. 3. cum sequent. teneat contrarium, motus
ex eo, quia renunciatio licet inducat defectum proprie-
tatis, non tamen possessionis inducit, nam hoc non est
verum, vt supra latè ostendi, & etiam lib. 1. q. 3.

Et propterea concludendum est, spoliato beneficio
post resignationem spontaneam, de dicto beneficio non
esse dandam restitutionem.

Ampliat quidam † hanc conclusionem procedere, 152
etiam si illa renunciatio non fuit per superiorem ad-
missa, quia si quis renunciauit coram Ordinario, vel Pa-
pa spontè, & liberè, licet adhuc non sit admissa, & fue-
rit medio tempore spoliatus, non erit, restituendus, &
ei obstabit renunciatio, quamuis non admissa, ita in Ro-
ta fuit decisum per omnes vno duntaxat vacillante, vt
habetur decis. 4. quæ incipit, si opponantur, de renunc.
in nou. & mouentur ex eo, quia ex tali renunciatione
amittitur possessio & proprietas, & præiudicat renun-
cianti, non autem superiori. Glo. Inno. & Hostien. in
cap. admonet, & cap. quod in dubijs, & cap. super hoc,
de renunc.

Sed non obstante, contraria opinio est verior, quòd
resignans antequam sit admissa resignatio à superiore, si
spolietur, possit agere spolio, vt in terminis doctè &
subtiliter defendit Nauarr. dict. cap. accepta, oppos. 7.

Digitized by Google

num. 26. vers. quæ quamuis, cum seq. vbi confutat di-
ctam dec. & sequitur Menoch. in tracta. recupera. pos-
sess. r. remed. num.303.& volunt communiter Docto-
res in cap.sollicitè, de restit.spol.

Et ratio, est quia ad hoc, vt renunciatio suum con-
153 sequatur effectum, debet à superiore † acceptari Cassa-
do.decis.2.& 3. de renunc. & tunc incipit præiudicare.
Put.dec.513.num.1.lib.2.Cel.Hugo cons.43.numer. 2.&
cons.78.num.2.Ideoque non secuta admissione, petita à
154 resignante, beneficium non † perditur. Rot. decis.4. de
renunc. in antiquior. per Bisignet. & potest alteri re-
nunciare. Cassad.attestans ita fuisse decisum, decis.2.de
155 renun. vel redire † ad illud pœnitendo. Goffred. com-
muniter receptus in titul. de renunciat. & diai latè li-
bro 1. quæst. 12. & stylus docet licitam esse pœniten-
tiam, etiam post signatam supplicationem antequam sit
extensus consensus in Camera, vnl Cancell. Put. decis.
centesima seam lib. 3.Cardin.Paleott.dec.257.dicens ita
fuisse decisum,die 21.Octobris, 1558. Gabriel. consilio
198.num.3.Bursat.cons.393.volu. 4. ex quibus patet res-
ponsio ad rationem Rotæ, & ad ipsam decisionem res-
pondit Nauar.dict. 7.oppos.n.31.& Cassad.decis.2. num.
6. de renunc.

Limita hanc conclusionem non procedere, cum post
factam renunciationem stetisset spoliatus in possessio-
156 ne,& deinde electus † fuisset, nam hoc casu posset age-
re spolio ad recuperandam possessionem, non obstan-
te exceptione renunciationis, Inno.in cap.super,de re-
nunc. Calder. cons.4.eodem titulo,Abb.in capit.accep-
ta, num. 4.& in cap.sollicitè,num.6.vbi Boer.oome.25.
& communiter alij de restit.spoliat.Anton.de Matth. in
dict.§.nihil commune, oum. 37. Ferret. cons. 95.num.5.
& cons. 388. numer. 10. Rot. decis. 4. de renun. in nou.
quam refert Sam. de trien.quæst.24.colum.pen.vers. sed
circa, Menoch.de recup.poss.remed.1 nume.299.ita fuit
decisum coram Staphileo in vna Segobiens. Archidiaco-
natus, de anno 1516. teste Cassad. decis. 4. de restitut.
spolia.& dec.2.de renunc. ita etiam fuit pronunciatum
coram Fabio in vna Burgen. Præstimoniorum, die 15.
Octobris, 1548. teste Put. decis. 58. libr. 3. & in eadem
causa 6. Octobris, 1550. & ita obtinuisse per tres sen-
tentias conformes retulit mihi quidam magnus practi-
cus in vna Perusin. & Theatina Abbatiæ, & attestatur
Mand.de ann quæst.26.num.2 Nnu.d.cap. accepta, in 7.
opp.num.9 & 12.& est ratio, quia incumbendo posses-
157 sioni post renunciationem, videtur recuperare † natu-
ralem, Cald. dict. cons.10 fi. de renunc.Caputaq. decis.
84.& 86.part.3.ex his quæ scribit Alex. in l. 1. in prin-
cip. oum. 8. & in §. adipiscimur, numer. 9. ff. de acqui-
rend.possess.Glos.in cap.causam de præscript.Quæ con-
clusio de plano procedit in resignatione in fauorem, vt
fuit dictum in dicta Burgen. teste Achill.de Grass.deci.
10.de restit.spoliat.io manuscript.& vide Put.dec. 158.
158 num. 3. versic.nec obstat.lib.3.& † non requiritur,vt hu-
iusmodi possessio fuerit per quatuor annos, vt per Cas-
sador.decisio 4.sub,num.4.de restitutio.spoliat.vel per
annum, vt fuit decisum die 18.Decembris,1536.in dicta
Burgen. Canonicatus, vt refert Samen.de ann.quæst.57.
sed sufficit etiam per menses, vt fuit obseruatum per
multos annos, & multoties in Rota decisum,vt attesta-
tur Achil. de Grass. dict. decisio. 10. de restitn. spoliat.
159 alias 317. Put. dec. 158.lib.3.non autem procedit † in re-
nunciatione, quæ fit simpliciter; nam illa abdicat Ita-
tim ius, vt fuit resolutum in dict.Burgen.15. Octobris,
1548.Put.decis.158.col.n.lib.3.Achil.decis. 10. de restit.
spoliat. in man.

Declara secundò non procedere, quoties resignans
spoliatur à resignatario: nam hoc casu non debet re-
stitui, quamuis post renunciationem habuerit † posses-
160 sionem illius beneficij resignati, vt fuit resolutum in
vna Albinganen. Canonicatus, de mense Ianuarij 1579.
coram R. P. D. Lancellotto, tunc Auditore Rotæ do-
ctissimo, nunc Cardinali Amplissimo, Anto. de Matt.
dict. §. nihil commune, ampliat. 34. Menoch. de recu-
per. possess. 1. remed. numer. 304. vbi attestatur ita fuis-
se decisum, Pontan. de spolio.cap.13.num.143.Put. dec.
158. & decis.175.lib.3.Pelegr.deci.97.lib.1.Bursat.cons.
411.num.6.volum.4.& ratio est, quia spoliator potest
dicere possessionem † esse suam, & impedire restitutio- 161
nem. Abb. in cap. in literis, num. 7.& num. 33. de re-
stitut.spoliat.Guid.Pap.sing.276.Rub.cons.vltim. nume.
6.Alexand.d.l.naturaliter, §. nihil commune, nume.33.
Rip.num.79. Iaso.num.60.Mising. in suis obseruat.cent.
n. obseruat.1.Connan.lib.4.commentar.Iuris, ciuil. c.
7.num. 12. Hinc non fit restitutio, quoties † ex actis 162
constat de dominio spoliatoris, Natt. consil.563.nu.30.
libr.3.Dec.cons.91.numero 9.Crauett.cons.299.vel per
sententiam † Ferret. cons. 11. num. 21. Card. Zabarel. 163
cons. 10. column. 1. Rot. decis. 3. de restit. spoliat. in
nou. num. 6. Card. Paris. cons. 1. num. 163. volum. 2.
Sarmient. lib. n. select. interpr. cap. 13. num. 5. commu-
nis opinio, teste Bolognet. dict. §. nihil, commune, nu.
2.Coras.2.par.num.67. Ipse autem resignatarius punie-
tur ex spolio,& violentia † cum propria auctoritate spi- 164
ritualia non possint occupari,cap.causam,in fi. de præs-
cr. Rip. in cap. sæpè, num. 57.vers.3.dubitatur, de restit.
spoliat.Bellam.cons.3. dub. 6. Men. de recupe. poss. re-
med. 13.num. 74. & 75. Et spoliatus consequetur dam-
na, & expensas † factas ob spolium, Innoc. in cap. su- 165
per hoc, de renunc. col.2.quem refert, & sequitur Ber.
d.cap.sollicitè, num.24. Menoch.dict.1.remed.num.305.
& hac sumpta occasione, ne aliquid intactum relinqua-
tur, non omittas videre duas decis. Rotæ factas in vna
Getundin. beneficij. S. Dominici, 26. Iunij, 1543.& in
vna Illerden. quas refert Put. decis.27. lib. n. Et quibus
satis colligitur in spiritualibus prædonem, & furem † 166
non esse restituendum, cap. quoniam, & cap. constitu-
tus de fil. presbyt. Abb. & alij. Ber. num.76. in cap. in
literis, de restitut.spoliat. Alcia.respons.41.in fi.Bellam.
cons. 3. Oldrad. cons. 1. colum. 2. & est communis
omnium DD. sententia.

Lib. 13. quæst. vlt. num. 1. Ibi, Spoliato esse dandam restitutionem.

AD regulam, qua dicitur, spoliatum antè omnia re-
stituendum esse viginti quinque adfert Alciatus ex-
ceptiones, in sua praxi, tit. de Petitorio & Possessorio, &
spoliatione.

Eadem quæst. num. 30. Ibi, Veritas enim.

HAnc quatuor modis opprimi, (timore scilicet, cu-
piditate, odio & amore) probatur in cap. quatuor
11. quæst. 1.

Eadem quæst. num. 46. Ibi, Non possit pretendens per vim & metum ingressus religionem reclamare.

SOlere tamen Sedem Apostolicam, interdum (causa
scilicet legitima subsistente) aduersus lapsum quin-
quennij restituere (¶) seu Superiori Monasterij (in quo
professio facta fuit) & Officiali loci (in quo huiusmodi
Monasterium situm est) coniunctim, restitutionem huius-
modi, & professionis nullitatis declarationem, in forma iu-
ris, & prout de iure faciendam, committere; suprà, lib. 1.
quæst. 11. monuimus, (¶) Sed hæc restitutio, quia gra-
tiosa est, effectum non habet retroactiuum in præiu-
dicium tertij, cui ius est quæsitum, vide Oliueum lib. 5.
cap. 5.

Eadem quæst. num. 57. Ibi, Nisi absolutione remittatur.

DE materia absolutionis à iuramento, & dispensatio-
nis super eo, ad effectum agendi, tractat latissimè
Anastasius Germonius lib. 3. quæst. vlt. de Sacrorum im-
munitat. & nos quoque eiusdem dispensationis formam,
suprà, quæst.1.num. 33. huiusce libri posuimus. Videndus
etiam ea de re. Charondas, Pandectarum iuris Gallici
lib. 2. cap 38. de qualitatibus contractuum. pag. 378. cir-
ca finem.

Digitized by Google

Eadem quaest. num. 135. ibi, In minore.

INtellige de minore non dùm vigintiquinque annis, sed etiam paucioribus, iuxta obtenti, vel obtinendi beneficij qualitatem requisitis. Et vide Molinaeum ad regulam de publicandis resignat. num. 240. & 241. vbi subtilis adjecitur distinctio, & notabilis doctrina.

Eadem quaest. num. 155. ibi, Licitam esse poenitentiam, etiam post signatam supplicationem.

SEd debebit poenitens, constitutum à se ad resignandum procuratorem, reuocare: reuocationémque huiusmodi resignatario seu Camerae & Cancellariae Apostolicarum Officialibus, re integra intimare, & notificare. Vix autem est, vt stylus, de quo hîc fit mentio, locum habeat in expeditionibus beneficiorum Regni Franciae, cum, vt palam est, instrumentum praestationis consensus, non nisi de die captae datae prouisionis conficiatur, supplicatio verò ipsius prouisionis longè post captam datam signetur, & postmodum datetur.

Eadem quaest. num. 164. ibi, Cùm propria auctoritate spiritualia non possint occupari.

HVic affine est, quod Regijs cautum est constitutionibus, Deuolutarium scilicet, qui beneficium ab alio possessum vi occupat, & priorem possessorem, quominus suae possessionis, & fructuum perceptioni incumbat, praeter Iudicis auctoritatem impedit, iure, quod ille quemodolibet in possessoriu praetendit, priuandum esse. De quo vide etiam eximium Iurisconsultum Carondam ad Henrici codicem lib. 1 tit. 13. cap. 8. & textum in cap. cum qui de praeben. in 6. Quod & Rebuffus in sua praxi beneficiaria, titulo de Deuolutionibus, num. 186. scriptum reliquit. Vide suprà lib. 12. quae diximus.

Finis Libri Decimi Tertij.

Digitized by Google

FLAMINII PARISII
IVRE-CONSVLTI
CONSENTINI.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

De Resignatione Simoniaca.

Iste Liber vltimus continet Præfationem, & decem quæstiones.

1 *An resignatio facta tum interuentu simoniæ, sit nulla.*
2 *An resignatio simoniaca sit nulla ipso iure.*
3 *Quæ dicatur resignatio simoniaca, ponuntur plura exempla.*
4 *An dicatur resignatio simoniaca, si detur aliquid spirituale.*
5 *An resignans in fauorem N. cum pacto, vt possit retinere fructus dum viuit, dicatur simoniacè renunciare.*
6 *An resignatio dicatur simoniaca, si fuit facta ea mente, vt beneficium detur nepoti, aut alteri.*
7 *An sit simoniaca resignatio cum pacto, vt resignatarius soluat expensas iam factas in beneficio consequendo. Et si resignans habuit pecunias mutuo à resignatario. Et si resignatarius fecit impensas in expeditione literarum. Et si cum pacto, vt cuilibet iste, consentiat pensioni. Et si fuit facta ad preces. Et cum spe, quòd resignatarius fouet gratus. Et si fuit facta in fauorem consanguinei. Et cum pacto, vt reparet Ecclesiam, vel vt habeat aliquod beneficium. Et si fuit facta cum promissione iuris temporalis. Et si fuit facta in fauorem familiaris ob recompensam seruitiorum. Et si consanguinei promiserunt. Et si resignatarius promittat cedere illud beneficium, cui velit. Et iam pacto soluendi expensas in quibusdam necessitatibus. Et quòd detur securitas bancharia. Et cum non aliis conditionibus, &c.*
8 *An sufficiant coniectura ad probandam simoniacam resignationem.*
9 *Resignatio simoniaca quomodo probetur.*
10 *An testes socij criminis probent resignationem simoniacam.*

SVMMARIVM.

1 *Resignatio debet esse pura.*
2 *Renunciatio debet fieri absque pactione.*
3 *Omnino dictio quid significet.*
4 *Dictio totaliter, quid significet.*

PRÆFATIO.

ET cum plura in resignatione beneficiorum requirantur, illud obtinet principalem locum, vt non committatur in ea simonia, namque † renunciatio beneficij debet esse pura, Rot.decis. 6.num. 2.de renunc.in antiqui. Ioann. Monach. in cap. licet.nu.5.de rer.perm.lib.9.Cald.in c.mandatum, num. 4.de refer. Imol.in cap. cum inter,num.5.de elect. & in cap.1.num.7.de rer. perm Gig.de pens.quæst. 4. num. 5. Doctores omnes in cap. ex par. de off. deleg. Arnulph. Rux.de iur.rega. priuileg. 32.num.6. late Redoan.de simon. p. 2.cap. 10. Io. Petr. Bi. cons. 29. num. 2. hoc est absque † aliqua pactione, conditione, & modo, cap. cum quidem, de pac. Gl.in cap. cum vniuersorum, de rer.perm.Gl.in cap.ex p.1.de off. deleg.vbi exponit verbum, † omnino, positum in illo text.i.sine aliqua conditione, Oldra.cons.314.sub num.5.Staph.de lit.grat.tit. de var.mod.vacat.num.26.Gamm.in cap.licet.num.134. & num.151.de rer.perm.lib.6.Gem.in cap. Ordinarij,§. in conferendis, num.3.de off.ord.in 6.Card.Paris.10 cap. venerabilis,num.45. de excep. Bonif. de Vital.in Clem. vnica.num.1.de rer.perm.Card.Zab.in cap. cum dilecti, n.2.de preb.Roffin.trac.de benef.cap.14. n.7.& 8.Iac.de Rim.cons.91.n. 1. & totaliter † simpliciter, & absolutè Crau. cons. 122.nu.2.Redoan.de simo. p.2.cap.10.nu.16. Gam.de auct.leg.à lat.l.2.n. 371.

Lib. 14. in præfatione num. 1. ibi, Vt non committatur in ea simonia.

OB idque inoleuit consuetudo, & stylus Romanæ Curiæ viget; vt resignans aliquod beneficium Ecclesiasticum, siue per seipsum, siue per procuratorem iurare teneatur, in huiusmodi resignatione non interuenisse, nec interuenturam simoniæ labem.

In Præfat. num. 4. Simpliciter & absolutè.

¶ Hinc nuper reprobatam fuisse per quoddam Parisiense placitum cuiusdam infirmi resignationem eo quod mandatum conceperit ad resignandum causa mortis tantum, prouisumque per ipsius obitum excluso Resignatario manutentum à religiosissimo & miræ eruditionis ac stupendæ eloquentiæ viro Domino Nicolao de Parisot Togati Ordinis Coryphæo didicimus. Sed habent sua sidera causæ & cum legibus & non exemplis sit iudicandum, l. nemo Cod. de sent. & interloc. contrarium firmamus in tract. de confid. q. 45.

QVÆSTIO I.

An resignatio facta cum interuentu simonia, sit nulla?

SVMMARIVM.

1 *Resignatio simoniata, nulla.*
2 *Collatio in resignatione simoniaca nulla.*
3 *Collatio absque simonia nulla, si in renunciatione interuenit simonia.*
4 *Collatio non est simoniaca, cum collator non fuit particeps simonia.*
5 *Resignatio simoniata non tenet, etiam si fuit facta cum iuramento.*
6 *Iuramentum regulatur, secundum naturam actus,*
7 *Iuramentum habet tacitam conditionem, si actus valet.*
8 *Iuramentum debet seruari, quando non vergit in dispendium.*
9 *Conuentiones turpes non validantur iuramento.*
10 *Iuramentum appositum in resignatione excludit resignantem.*
11 *Renunciatio simoniaca est nulla, etiam si resignans se obligauit in forma Cameræ.*
12 *Resignatio simoniaca est nulla, etiam quoad præiudicium resignantis.*
13 *Ius remanet penès resignantes resignatione existente nulla ob simoniam.*
14 *Resignans simoniacè debet priuari.*
15 *Resignans simoniacè non potest repetere.*
16 *Exceptio simoniaca renunciationis obstabit resignanti.*
17 *Delictum debet puniri.*
18 *Acceptilatio quem effectum, &c.*
19 *Resignatarius non potest retinere beneficium resignatum simoniacè.*
20 *Per renunciationem simoniacam, non transfertur ius.*

PRrimò quæro, an aliter facta resignatio bene-
1 ficij sit nulla? Communis omnium Doctorum †
sententia est affirmatiua, quam tenent Bellam.
in c. ordinationes, num. 4. 1. quæst. 1. & in cap. ea
quæ à sanctis, num. 13. 1. quæst. 3. Ant. de Butr. in cap. super hoc, num. 6. de renunc. Abb. in cap. cum vniuersorum, num. 5. & ibi Imol. & alij de rer. permut. Gemin. in cap. dudum, num. 12. de præben. lib. 6. Caccialup. de pens. quæst. 19. num. 9. Rebuff. tract. de pacific. poss. verb. regula, num. 241. & super reg. 41. Cancel. Redoan. de simo. par. 4. ca. 11 Nauar. cons. 6. num. 4. de simon. & cons. 24. num. 3. eo. de communi attestantur idem Rebuff. in prax. tit. de simon renun. num. 1. & Nauar. in Man. ca. 23. n. 105. in fi. Et probatur in d. cap. super hoc. de renunc. ibi, *Nec interueniente pecunia*, à contrario sensu, & in c. ordinationes. 1. qu. 1. & sexcentis in locis, vt in discursu materiæ dicetur, & secundum hanc opinionem fuit pluriès resolutum in Rota.

Amplia primo, vt non solum renunciatio sit nulla,
2 sed etiam collatio † inde secuta. Inn. in cap. cum vniuersorum, de rer. permut. Archid. Bellam. Præposit. in d. cap. ordinationes, 1. qu. 1. Bellam. in cap. si quis, num. 1. q. 3. & est communis opinio, teste Rebuff. in prax. tit. de simon. resig. n. 1. & ita alias fuit resolutum, & practicatum. Idque procedit etiam si tantum renunciatio fuit facta simoniacè, collatio vero absque simonia quia
non solum † renunciatio, sed etiam collatio est nulla, 3
Bellam. in cap. si quis obiecerit. 1. quæst. 3. Hoc tamen vendicat sibi locum, quoties collatio fuit facta illi, propter quem renunciatio simoniaca facta fuerat, nam tunc non valet etiam collatio tanquam infecta vitio simoniæ in causa, seu radice sua, ita declarant Bellam. loco citato, Card. Alex. d. cap. ordinationes, nume. 35. 1. quæst. 3. Si autem collatio fuerit facta alteri, & sic non illi, propter quem fuerit commissa simonia, tunc
valet collatio, si collator non fuit particeps † simoniæ, 4
Gemin. cons. 125. in princip. Redoan. d. c. 1. num. 22. & p. 4. c. 11. num. 5.

Amplia secundo, vt non teneat talis renunciatio
etiam si fuerit vallata † iuramento, ita in terminis Sta- 5
ph. super commiss. & lit. iust. verb. stylus, num. 3. & est
ratio, quia iuramentum regulatur † secundum naturam 6
actus, super quo interponitur, l. vlt. C. de non numer. pecun. Abb. in cap. intellecto, de iureiurand Imol. in c. quemadmodum, eodem tit. Corn. cons. 96. lib. 1. Card. Paris. cons. 95. num. 13. volum. 3. & habet tacitam con-
ditionem † si actus valet, Cor. cons. 101. libr. 1. & iura- 7
mentum interpositum super obseruatione peccati † mor- 8
talis est nullus quia debet seruari, si non vergit in dispendium salutis æternæ, cap. quamuis. de pact. libr. 6, cap. licet. de iureiurand. eo. tit. ne sit vinculum iniquitatis, cap. quanto, de iureiur. cap. inter cætera, &c. animaduertendum, 22 quæst. 2. Curt. Sen. cons. 43. colu. 3. circa fin. Dec. cons. 130. numer. 5. Socin. Sen. cons. 65. lib. 1.
Card. Paris. cons. 45. num. 14. volu. 3. & regulare est, vt † 9
conuentiones turpes & simoniacæ non validentur iuramento, l. generaliter, l. si plagij, ff. de verb. oblig. Bart. in l. si quis pro eo, ff de fideiuss. vnde quamuis iuramen-
tum appositum in † renunciatione excludat renuncian- 10
tem. Paris. cons. 26. numer. 11. volu. 3. hoc tamen procedit, quando renunciatio non est simoniaca, vt patet ex prædictis.

Amplia tertiò procedere † etiam si quis se obligauit 11
in forma Cameræ, vt tradit Staphil. loco citato, & est communis opinio omnium Doctorum.

Amplia quartò, vt resignatio simoniaca sit nulla,
etiam quoad præiudicium † ipsius resignantis simoniace 12
Innoc. in cap. cum vniuersorum, de rer. permut. Archid. in cap. dudum, in princ. de præbend. libr. 6. Gl. in cap. super hoc, in verb. pecuniæ, de renunc. Rot. dec. 7. de renunc. in antiq. Milius in verb. renunciatio, versic. 4. Bertrand. cons. 133. num. 30. par. 2. Staphil. de liter. inst. verb. stylus, numero 3. Caccialup de pens. quæst. 19. n. 19. Gemin. cons. 125. column. 1. versi. an autem, Redoan. dict. par. 2. cap. 10. num. 20. & par. 4. cap. 11. nume. 3. communis opinio, teste Rebuff. de resign. simoniac. nu. 1. nam
quando resignatio † est simoniaca, ius remanet penes 13
resignantem, & vacat per eius obitum, Pelegrin. dec. 81. libr. 1. in manuscr Caputaq. decision. 252. part. 2. Mohedan. decis. 243. incip. de anno, Aragonia decis. 12. in
manuscript. Verum priuari debet † ille, qui renunciauit 14
per simoniam, vt communiter Doctores infra citandi tradunt, Nauarr. in Summa capit. 23. numero 105. in fine, & medio tempore non poterit iste, qui renuncia-
uit per simoniam † repetere beneficium, & ad illud re- 15
dire, Redoan. de simon. part. 2. cap. 10. num. 36. quia ob-
stabit † exceptio simoniacæ renunciationis. Præposit. 16
dict. cap. ordinationes, num. 34 1. quæst. 3. & alioquin
† delictum non puniretur, Cardinal. Parisius. cons. 135. 17
in fin. volum. 4. Angel. Aret. consil. 59. num. 2. nam licet inutilis sit renunciatio, tamen obtinet vim pacti taciti,
vt non possit repetere, vt dicitur † de acceptilatione in 18
l. si vnus, § penult. ff. de pact. l. si acceptilatum, ff. de acceptilat. Anchar. cons. 54. colom. 5. vers. præterea, Innoc. & Abb. in cap. quod in dubijs, de renunc. vbi

alij omnes, Tirsquell. de retract.consang. §. 36. Glo. 2.
num. 10. Redoan. de simo. parte 4. cap. 11. num. 6. vbi
addit rationem ne faueatur simoniacis, & postea potest
Ordinarijs conferre, Gemin. dict. cons. 145. in princi-
pio. Bellamer. & Præposit. in dict. c. ordinationes, mul-
19 to etiam minus poterit illud † retinere resignatarius,
Glos. & Doctores in cap. constitutus de transact. Inno-
cen. in dict. cap. cum vniuersorum, Guid. Pap. cons. 174.
cum alijs adductis per Rebuff. in prax. dict. tit. de simon.
resign. num. 2. & est communis opinio, secundum quam
pluries fuit iudicatum, nam per talem renunciationem
20 † non transfertur ius in eum, in cuius fauorem fit illa,
Rota decisio. septima. de renunc. in antiq. Communis
opinio, teste Nauarro cons. 14. num. 3. de simon.

Libr. 14. quæst. 1. numer. 4. ibi, Si collator non fuerit particeps simoniæ.

ET benè, nàm cùm, (vt iàm suprà tetigimus,) prouisus, nihil à resignante, sed totum à collatore recipiat, (Abbas in cap. 2. de præscript. Cassadorus dec. 35. num. 4 de præben. & post eos Molineus super regula de publican. resignat. num. 42. & Mendosius regula 13. q. 7. nu. 8.) attestantur, dici non potest, eum, simoniæ, à resignante commissæ, vitio, subiacere.

Eadem quæst. num. 13. ibi, Ius remanet penès resignantem.

HViusce rei optimam adfert rationem Crescentius decis. 231. Quia, inquit, ex quo, vltra resignationem, ad hoc vt quis amittat ius, requiritur quòd per superiorem admittatur, vt notatur in cap. admonet, & cap. quod in dubijs de renunciat. Ideò, cùm superior admittens nesciuerit simoniam interuenisse, nec admisisset, si sciuisset: Idcirco resignatio censetur non admissa. Nam, vt aliàs diximus, actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem, vulgata l. non omnis, ff. si certum petat. è contra verò, eo ipso quòd Papa habuit notitiam renunciationis factæ sub modo & forma illicitis, admittendo videtur purgatum vitium. cap. nisi essent. Et ibi glo. in verbo, ex iussione. de præb. quod & Caccialupus in tractatu de pensionibus, q. 19. animaduertit.

quæ. 1. nu. 13. Quando Resignatio est Simoniaca ius remanet penes Resignantem.

¶ HOc dictum est intelligendum vbi simonia est conuentionalis secus autem est in reali per ea quæ nos infra dicemus quæst. 7 & quæst. vltim. Et quamuis Resignans possit inde priuari, ante priuationem tamen beneficium non vacat nec impetrari potest nisi possessionem dimiserit Resignatario, Molin. ad regul. de infirm. Resignant. num. 206. tunc enim non datur regressus obstante exceptione simoniacæ renunciationis & voluntariæ dimissionis possessionis iuxta ea quæ tradit Molin. ibidem, & Auctor noster hic num. 15. & seq.

QVÆSTIO II.

An resignatio simoniaca sit nulla ipso iure, vel veniat per sententiam annullanda?

SVMMARIVM.

1 *Resignatio simoniaca, venit annullanda.*
2 *Verbum futuri temporis importat sententiam.*
3 *Priuationis sententia non habet locum, nisi exprimatur.*
4 *Priuatio in dubio intelligitur per sententiam.*
5 *Homicida non priuatur ipso iure.*
6 *Renunciatio simoniaca, hodie nulla ipso iure.*
7 *Simoniaci hodiè priuantur ipso iure.*
8 *Extrauag. Pauli II. contra simoniacos loquitur in simonia reali.*
9 *Concilium Constant. contra simoniacos, loquitur in conuentionali.*
10 *Simonia accedit hæresi.*
11 *Simoniacus in ordine amittit executionem ordinis.*
12 *Beneficium simoniaci potest impetrari à quocumque.*
13 *Impetrans* certo modo *tenetur præsentare bullas Ordinario.*
14 *Resignans simoniacè est inhabilis, ad quodcumque beneficium.*
15 *Constitutio Pij V. contra simoniacos, an habeat locum in beneficijs obtentis anteà.*
16 *Resignans simoniacè, non potest repetere beneficium resignatum.*
17 *Resignans simoniacè, non potest impetrare.*
18 *Cum simoniaco potest dispensari.*
19 *Resignans simoniacè, non est restituendus.*
20 *Simoniacus non dicitur habere titulum coloratum.*
21 *Simonia aufert titulum beneficij.*

SEcundò quæro, an resignatio simoniaca sit ipso iu-
re nulla, vel veniat † annullanda per sententiam? 1
Esse nullam ipso iure, tenuerunt Barbat. in ca. cum
vniuersorum, de rerum permut. & in cap. 2. de rescript.
Fel. in cap. insinuatum, de simon. cum alijs allegatis
per Boer. dec. 117. sub nume. 4. Esse vero annullandam
per sententiam, firmarunt Abb. in cap. cum in nostris,
de concess. præb. Inn. in cap. per tuas, de simo. Docto-
res omnes in cap. 2. & in cap. sciscitatus, de rescript.
Roffiniac. de benefic. cap. 18. nume. 8. & 9. communis
opinio, teste Gammar. super extrauag. Iulij II. de si-
mon. elect. Summ. Pontif. nume. 147. Rebuff. in prax.
tit. de simon. in resign. num. 6. Et probatur in can. presby-
ter, ibi, *Priuetur*, 1. quæst. 1. ca. insinuatum, de simon.
cap. 2. de conf. verbum enim futuri temporis importat
† sententiam ferendam, non latam. Glos. in cap. qui- 2
cumque, de hæretic. libr. 6. & pœna priuationis non
habet locum, nisi † exprimatur, Glos. in cap. vlt. de iu- 3
re patronat. Glos. in Clem. 2. de vit. & honestat. cleric.
& in † dubio non intelligitur ipso iure, sed per senten- 4
tiam. Bald. in l. 1. in fin. C. de legib. Alex. cons. 103. colum.
penult. lib. 1. & ideo homicida † non priuatur ipso iure, 5
sed venit priuandus. Inn. & Abb. in cap. cum nostris, de
concess. præben. Card. in Clem. constitutionem, §. cæte-
rum, in fi. de elect. communis opinio, teste Anan. in cap.
inquisitionis, num. 3. de accus. vbi Feli. n. 2. Gomes. in cap.
1. num. 7. de rescr. libr. 6. Alciat. in cap. cum non ab
homine, numer. 26. de iudic. Plax. libr. 1. delict. ca. 12.
num. 2. Clar. lib. 5. recept. senten. §. homicidium, vers.
de iure autem.

Hodie autem attento iure nouissimo renunciatio si-
moniacè facta † est ipso iure nulla, Redoan. de simon. 6
parte 2. cap. 10. num. 35. & part. 4. cap. 11. col. 3. Re-
buff. de simon. resign. num. 7. & cons. 143. num. 13. Na-
uarr. in Manual. cap. 23. numer. 105. in fin. & in cap. si
quando, except. 4. in fin. de rescript. Ferrete. cons. 95.
num. 14. & communiter Doctores. Nam † simoniacus 7
hodie priuatur ipso iure, Fel. in cap. sciscitatus, colum.
3. de rescript. Io. Selu. de benef par. 3. quæst. 2. nu. 13. & est
communis opinio, pro qua plures allegat. Boër. decis.
117. colum. 5.

Quod primò probatur ex Extrauag. edita à Martino V. in Concil. Constan. incip. Multæ, ibi, *Volentes collationes, & prouisiones, per simoniam factas esse nullas & prouisas ipso iure, & facto fore excommunicatos, &c.* quæ referuntur à Fel. in cap. de simoniacè, in 3. conclus. de simon. à Boër. dict. decis. 117. in vlt. colum. & fuerat sancitum a patrib. in illo Concilio Constant. per hæc verba, *Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quauis prouisiones simoniacæ Ecclesiarum, Monasteriorum quorumcumque deinceps facta, nulla sint ipso iure, nullumque per illas ius aliquam acquiratur, nec promoti, confirmati, prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tanquam indignè oblata percipientes, teneantur. Statuentes insuper quòd dantes, & recipientes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate,*

Google

&c. quæ verba referuntur à Redoan. d. cap. 10. nu. mer. 33.

Idque per eadem fere verba statuit Paulus II. in Extrauag. incip. cum detestabile, de sim. in Extrauag. com. ibi, *Per electiones verò, postulationes, confirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant, in Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, personatib. officiis Ecclesiasticis, & quibusuis beneficiis, aut aliquo. earum vnquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium, quæ percipit restitutionem, sub animæ suæ periculo sit astrictus, &c.*
8 quamuis secundum quosdam, vt per Cassad. decis. 5. de
9 sim. loquatur in sim. † reali, & Concilium Constan.
loquitur † de conuentionali, vt tradit Rebuff. loc. citat. n. 9. & 10. Redoan. vbi sup. num. 40. Cresc. 163. & aliam Extrauag. ad hoc allegat Summa Ang. in versic. simon. vers. 6. §. 9. Boër. d. dec. 117. in fi.

10 Nec erit mirum, cum crimen simoniæ sit tam detestabile; nam † accedit ad hæresim, quinimo hæresis dicitur. can præsentium, 7. q. 1. Card. Iaco. de consil. lib. 4. art.
4. similitudinariè tamen, non propriè. D. Tho. in 4. di. 25.
11 art. 1. Ideo simoniacus † in ordine siue beneficio amittit exequutionem sui ordinis, D. Tho. d. art. 2. & promoueri non potest, nam est irregularis. cap. si quis, de sim. can. statuimus. 1. quæst. 1. Spec. tit. de dispens. §. iuxta, vers. sunt quoq; Maiol. in tract. de irreg. lib. 5. c. 45. Nauar. in Manual. d. c. 13. & in proposito nostro Leo X. in Concilio Lateranensi in Constit. 18. incip. Supernæ, hoc annotauit contra simoniacos, ibi, *Et vt nefaria labes, ac pestes, non solum à Romana Curia, sed ex omni etiam Christiano ditione in perpetuum eiiciantur, Constitutiones per Antecessores nostros, etiam in sacris Conciliis contra huiusmodi simoniacos editas innouamus, easque inuiolabiliter obseruari præcipimus, ac pœnas in eis contentas pro expressis, & insertis haberi, & delinquentes etiam auctoritate nostra offici Volumus, &c.* Et nouissimè S. memor. Pius V. in constitutione quinta, incip. Cum primum. anno primo, ibi, *Et vt simoniaca prauitates, & labes prorsus aboleantur, Constitutiones antecessor. nostrorũ contra simo. editas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquentes, tàm in sacrorum Ordinum receptione, quàm in beneficiorum assequutione, statutis etiam inferiùs pœnis nostra auctoritate offici Volumus. Quicunque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum exequutione per decennium, sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacè acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sic ipso iure priuatus & ad fructuum omnium, quos perceperit restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad quæcunque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus, à fidelium consortio eiiciatur &c.* Quæ verba refert Nauarr. cons. 34. num. 4. de simon.

Ex quibus iuribus nouissimis apertè colligitur simoniacos hodiè esse ipso iure priuatos, & per consequens resignationem simoniacè factam esse ipso iure nullam, & hæc opinio nullam habet difficultatem.

Ex qua conclusione primo deduco beneficium simo-
12 niace impetratum posse † impetrari à quocunque, cum vacet ipso iure, nam quamuis dubitet Caccialup. de pens. q. 19. colum. 1. & 2. hæc est communis opinio, quam tenent Redoan. de simon. part. 2. dict. cap. 10. num. 37. Rebuff. in prax. tit. de resignat. simon. num. 11. Abb. in cap. cum vniuersorum. numer. 5. de rerum permut. Cardin. Paris. cons. 135. volum. 4. & hæc impetratio in Curia
13 appellatur *certo modo*, nam impetrans tenetur † præsentare bullas Ordinario, & coram eo probare crimen, vt mittatur in possess. & fiat declaratio. Boër. decis. 157.

Secundum effectum deduco, vt renuncians simonia-
cè fit beneficio † renunciato, & quocunque alio obti- 14
nendo inhabilis, vt dicitur in dicta Constitutione Pij
V. Quæ † Constitutio an habeat locum in aliis bene- 15
ficiis, quæ habebat renuncians, disputat Nauarr. d. cons. 34. de simon. tenens negatiuam opinionem, & dicens dictam Constitutionem ad hoc non esse vsu receptam.

Tertium deduco effectum † vt renuncians simonia- 16
cè, non possit repetere beneficium renunciatum. Redoan. de simoniac. par. 4. cap. 2. numer. 5. & 9. quod satis probatur in dict. Extrauagant. Pij V. in verbis relatis.

Quartum deduco effectum, renunciantem benefi-
cium simoniacè non posse † illud impetrare, Angel. 17
cons. 59. num. 2. nisi expresserit se esse simoniacum, &
habuerit † dispensationem, & ita practicatur in Curia. 18
Rebuff. cons. 143. num. 18.

Quintum deduco effectum, renunciantem benefi-
cium simoniacè non † esse restituendum ad illud, ita 19
communiter Doctores teste Couarr. lib. 1. variar. resol. cap. 5. sub num. 3. prope finem, cum non dicatur habere
† titulum coloratum. Cassad. decis. 1. de simon. & ita 20
fuit resolutum in vna Vlisiponen. quartariæ coram Accorambono, Lunæ 16. Maij 1552. teste Caputaq. decis.
143. par. 3. nam † per simoniam priuatur beneficio. Car- 21
din. Paris. cons. 29. num. 12. & cons. 30. num 14. volum. 4. Mohedan. decis. 224. in manuscript. & fuit resolutum coram Cardin. sanctæ Crucis in vna Lucan Canonicatus, vt habetur libro diuers. decisio. 38. & 42. in manuscr.

Lib. 14. quæst. 2. nume. 6. ibi, Resignatio simoniacè facta est ipso iure nulla.

MEminisse tamen oportet, eorum, quæ nos suprà, libr. 3. quæst. 16. num. 6. ex Papono retulimus; illisque hic addendum, semper in Gallia, declaratione opus esse, antequàm loci Ordinarius, beneficium simoniacè quæsitum, & possessum conferre possit. Illud enim soli (¶) Pontifici Maximo permissum est, qui tamen eo casu, priuationem seu illius declarationem in forma iuris & prout de iure, committere solet eidem Ordinario, vt etiam sentit Parisius infrà, num. 13. vno tamen casu, poterit loci Ordinarius beneficium sic vacans, absque aliqua priuationis declaratione conferre, nempè quando possessor, illud, in eiusdem Ordinarij manibus purè & simpliciter resignauit, cum tunc nihil supersit, quo is, qui resignauit, priuandus veniat, vt etiam animaduertit Author lib. 1. qu. 4. num. 9. & q. 5. n. 5. De multiplicibus autem effectibus resultantibus ex eo, An ipso iure vel per sententiam occurrat beneficij vacatio, videndus Hieronymus Gonzalez in commentatione ad regulam 8. Cancellariæ Apostolicæ de mensibus & alternatiua Episcoporum, glosa 15. nume. 245. & sequentibus. (¶) Dic apud nos id etiam licere Ordinariis vt ex libro cui titulus est Pragmaticus Gallus in Senatu Parisiensi iudicatum refert Melchior Pastor de benef. lib. 3 tit. 1. num. 8. vbi indistinctè tenet beneficium vacans ob delictum simoniæ, confidentiæ, hæresis, parricidii vel per adeptionem secundi incompatibilis, defectum promotionis, contractum matrimonii, professionem monasticam vel aliam causam ipso iure, declaratæ ab Ordinario conferri posse vt colligitur ex edicto contrarotulationis nuncupato art. 42. Ratio est quia in Gallia reseruationes sunt sublatæ per concordata, excepta vacantium in Curia, Molin. ad regul. de infirm. Resig. nu. 385. & ibi Louet.

Eadem quæst. numero 12. ibi, Posse impetrari à quocunque.

SCilicet in Romana Curia, & dummodò ipsa impetratio fiat ab habili & idoneo; nimirum abeo, qui omnes qualitates beneficio annexas, aliasque à iure requisitas habeat. Secus Authori non subscribimus.

Digitized by Google

Eadem quaest. numer. 13. ibi, Et coram eo probare crimen.

HÆc praxis non obseruatur in Gallia, nisi (¶) dum expressè committitur Ordinario, seu eius Officiali, priuatio seu declaratio priuationis, in forma iuris, & prout de iure addita clausula; & si per diligentem, &c. de prouisione in euentum. Quod fit, cum talis vacandi modus exprimitur, aut qui priuationem ipso iure inducat, aut ob quem, possessor priuandus veniat. Alioquin dum prouisio, seu commenda, simpliciter in forma dignum antiqua committitur, Ordinarij seu Delegati partes, aliæ non sunt, quàm vt impetrantem examinet: & si eundem idoneum repererit, tunc conferat, vel commendet authoritate Apostolica. Vltimo enim casu (vt iam antea, libr. 8. quæst. 9. numero 198. notasse meminimus) si idem Ordinarius, partes iudicis sibi attribueret, seu arrogaret; vtique ab eo, tanquam ab abusu, ad Senatum appellari posset. (¶) Explode hanc exceptionem per ea quæ nos supra lib. 8. q. 7. diximus.

Eadem quaest. num. 14. ibi, Et quocunque alio obtinendo inhabilis.

PAponius (cuius modò meminimus) lib. 2. Tomi tertij trium Notariorum. tit. de modis priuationis beneficiorum, pág. 90. rectè sustinet, Simoniacum nedùm beneficio, super quo simonia commissa est, sed & reliquis obtentis quibuscumque priuandum (¶) esse, quod etiam concludit Innocentius Quartus in cap. in nostris de concess. præb. (¶) imò priuatum ipso iure vt videre est in ipso Paponio loco citato.

Eadem quaest. num. 18. ibi, Et ita practicatur.

IMò praxis est, vt verè simoniacus, ad id, super quo simoniam contraxit, retinendum beneficium, non dispensetur: sed illud, antè dispensationem ad reliqua obtenta retinenda: vel ad alia in posterum obtinenda habitam, omninò dimittere teneatur & quod magis est, ad id perpetuò inhabilis declaretur, vide supra libr. 5. quæst. 3. num. 99.

QVÆSTIO III.

Quæ dicatur resignatio simoniaca, ponuntur plura exempla.

SVMMARIVM.

1. *Resignatio simoniaca est, quæ fit cum pactione, & modo.*
2. *Resignatio est simoniaca facta pro obtinendo aliquid temporale.*
3. *Simonia est voluntas studiosa, &c.*
4. *Simonia, quoties datur pecunia pro beneficio.*
5. *Renunciatio litis super beneficio, mediante pecunia, facit simoniam.*
6. *Datio pro expensis in lite beneficij sapit simoniam.*
7. *Dans pro redimenda vexatione, non committit simoniam.*
8. *Recipiens à dante pro redimenda vexatione, an peccet.*
9. *Resignatio propter temporalia est simoniaca.*
10. *Authoritas Papæ facit cessare simoniam, & n. 15.*
11. *In simonia prohibita potest Papa dispensare.*
12. *Resignatio facta coram Ordinario in fauorem, est simoniaca.*
13. *Natura resignationis est, vt sit libera.*
14. *Resignatio in fauorem facta in Curia, non sapit simoniam.*
16. *Resign. supplicat Papæ pro admissione resignationis.*
17. *Pactum est turpe in beneficialibus.*
18. *Mandatum datum ad resignandum coram Ordinario in fauorem, est simoniacum.*
19. *Mandatum cum clausula*, non aliter, nec alio modo factum *ad cedendum coram Ordinario in fauorem purè, interpretabitur simoniacum.*
20. *Clausula*, non aliter, *importat conditionem.*
21. *Post renunciationem liberam factam coram Ordinario potest peti, vt conferatur illi, &c.*
22. *Mandatum ad effectum, vt Episcopus conferat, non dicitur conditionatum.*

TErtiò quæro quæ dicatur resignatio simoniaca?
Communis omnium responsio est, illam dici,
quæ non fit purè, & liberè, sed fit cum aliqua
pactione, & † conditione & modo, Gloss. Host. n. 1. Abb. 1
& alij omnes in c. ea parte 1. per illum textum, de offic.
deleg. Oldrad. cons. 324. sub num. 5. Redoan. de simon.
part. 2. c. 10. in princip. Corras. de benef. par. 1. c. 8. num.
23. cum aliis, vt per Crauett. cons. 122. num. 2. Rebuff.
consil. 143. numer. 27. Couar. lib. 1. varia. resolut. c.
5. numer. 3. 4. & 5. & communiter DD. sequuntur. Pro
elucidatione tamen omnium casuum aliqua subiiciemus exempla.

Primum exemplum, renunciatio dicitur simoniaca,
quoties † fuit facta pro obtinendo aliquid temporale, 2
vt scriptum reliquerunt Host. in cap. ad audientiam, 2.
num. 3. Bald. num. 6. Ancharan. num. 1. de rescript. Cardin.
Alexand. in cap. 1. nu. 5. 6. 7. 1. quæst. 1. Redoan. de simon.
par. 2. c. 10. num. 9. Corras. de benef. par. 1. c. 8. num. 22. & est
communis omnium Doctorum sententia, & ratio † est, 3
quia simonia est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale vel spirituali annexum, communis diffinitio, testè Nauarr. in Manual. c. 23. num. 100. vbi declarat
verba.

Ex qua communi conclusione primò infertur quod
data pecunia pro † resignatione, committitur simonia. 4
ita Abb. in cap. cum pridem. num. 2. & 9. de pact. Glos.
in cap. super hoc. in verb. pecuniæ. de renunciat. Anan. in
cap. 2. in fin. de simon. Angel. Aret. cons. 59. num. 3. Sarn. 3.
de triennal. quæst. 12. colu. 2. Diuus Thom. 2. 2. quæst. 100.
art. 5. Couar. lib. 1. variarum resolut. c. 5. sub num. 4. vers.
sed si quis & communiter Doctores sequuntur, quod satis probatur in dict. cap. cum pridem, ibi, *Nos eam non duximus admittendam, pro eo quod videbatur prauam illicitæ pactionis speciem constituere &c.* & ille tex. ita
summatur, non valet pactum, per quod beneficium Ecclesiasticum debet pecunia resignari. Imò nec etiam est
licita renunciatio litis super † beneficio pro pecunia, 5
aut alio temporali, etiam si illud recipiatur † nomine 6
expensarum, vt probatur in d. cap. cum quidem, de pact.
ibi, *Quod eidem P. pro expensis, quas fecerat, tres marchæ argenti soluerentur, & eidem P. lite cederet, & à monachorum infestatione cessaret, &c.* hinc ob turpitudinem, & fraudem, quæ posset committi, nisi daret pro
redimenda vexatione, nam hoc † casu dans non commit- 7
tit simoniam. Glo. in d. cap. cum pridem, verb. illicitè
Abb. num. 9. & communiter alij, Bald. in cap. ad audientiam, 2. de rescr. Imol. in cap. super eo, de transact. quod
probat text. in cap. dilectus, 1. de simon. quem singularem
ad hoc dicit Nauarrus in Manual. c. 23. num. 101. quod
procedit, si iste dans ob redimendam vexationem non
erat certus de iure suo, putà, quia erat dubium, ita declarat optimè Abbas communiter receptus dict. cap.
cum pridem, numer. 9. de communi attestatur Nauarr.
d. c. 23. sub numer. 101. vers. 8. D. Thom. 2. 2. quæstio.
100. art. 2. ad 5. Pisan. in verb. simonia, Manl. de ire
regul. lib. 5. c. 45. numer. 4. Rebuff. de simon. in resignat. in prax. num. 20. & 21. An † verò recipiens pec- 8
cet. vide Angel. in verb. simonia, 2. numer. 11. & seq.
Rebuff. loc. cit.

Secundò infertur, † quòd dato fundo, aut quouis 9
alio immobili, vel mobili pro resignatione, simonia
est, ita colligitur ex Doctoribus suprà citatis, & est
communis opinio Doctorum. Idem respondit Nauarr.
cons. 69. de simo. commissam simoniam, si fuit datum
pro cessione iuris beneficij litigiosi. ea rationibus per
eum adductis.

Limita nisi detur renuncianti beneficium aliquod
10 temporale auctoritate † Papæ, nam hoc casu non dice-
retur simoniaca renunciatio. Diuus Anto. in 2. par. suæ
summ. tit. 4. c. 5. vers. de renunciatione. Sequitur Felin.
communiter receptus in cap. ad audientiam, 2. num. 3. de
11 rescr. nam in simonia prohibita, vt hæc, Papa † potest
dispensare. Card. Paris. cons. 30. num. 3. 4. & 5. vol. 4. Re-
doan. de simo. par. 2. c. 12.

Secundum exemplum, vt renunciatio facta coram
12 Ordinario in fauorem † alicuius, non aliter, nec alio
modo, dicatur simoniaca, vt omnes ferè DD. scribunt
in cap. ex parte, 1. de offic. deleg. Archid. Præposit. & alij
in can. ordinationes, & can. quicunque, 1. quæst. 1. Felin.
in can. ad audientiam, colum. 5. de rescript. quos refert.
& sequitur Ferrett. cons. 95. num. 13. Cassado. decis. 7. de
simon. & decis. 3. de renuncia. Sarn. de trienn. quæst. 16.
versic. postremo, & quæst. 12. vers. quid. Redoan. de simo.
p. 2. cap. 22. num. 14. cum seq. vbi respondet argumentis,
quæ possent in contrarium adduci, & cap. 21. Caccialup.
de pens. quæst. 19. num. 15. Caputaqu. decis. 192. par. 2.
Gammar. de auctor. legat. à later. lib. 6. num. 125. & lib. 2.
numer. 29. & 37. & 40. Nauarr. in Manual. cap. 23. numer.
107. vers. ad decimum, Gloss. in can. Apostolica, 8. qu. 2.
Gl. in l. illa institutio, ff. de hæred. instit. Boër. de po-
testat. legat. a later. num. 112. Petr. de Baif. in direct.
elect. par 3. cap. 1. numer. 4. Rossiniae de benef. cap.
27. numer. 8. & 9. Arnulph. Rux. de iur. regal. quæstio.
32. per totam, vbi dicit ita decisum, & hæc opinio est
vera, quicquid voluerit Couarr. lib. 1. variar. resolut.
c. 5. num. 5.

Et ratio est, quia hoc casu non est libera resignatio,
13 proùt eius † natura requirit. can. quam pio, 2. quæst. 1.
cap. pactiones, de pact. & sic renunciatio in fauorem,
est contra naturam renunciationis, cum astringat col-
latorem ad conferendum certæ personæ, & regulariter
collatio dependeat a mera voluntate collatoris, quæ
ratio concludit etiam in resignatione, quæ fit in Curia
14 in † qua tamen non committitur simonia ob inueteratum
stylum, & scientiam Papæ, vt tradunt Nauarr. in Manual.
cap. 23. nu. 107. vers. ad decimum. Boër. de auctor. legat.
à latere, colum. antepenult. Cassador. decis. 2. num. 3. de
simon. Staphil de liter. grat. de var. mod. vacat. num. 28.
cum sequent. Redoan. de simon. part. 2. in cap. 2. num. 18.
namque in simonia inducta de iure positiuo, vt est hæc,
15 auctoritas, † & licentia Papæ excusant à vitio, Ho-
stiens. in cap. 1. ne prælat. vices suas. Ioan. Andr. in cap. 1.
de simon. vbi Cardinal. & Anton. de Butr. Abb. in cap.
ad quæstiones, de rerum permut. Felin. capit. de cætero,
colum. vltim. de iudic. Dec. cons. 141. Cassad. dict. decis.
2. dans rationem, & videtur dispensatum. Caccialup. de
pensio. quæstio. 19. num. 17. & num. 18. Redoan. de simon.
part. 1. cap. 25. num. 27, & part. 2. cap. 12. num. 19. & quia
16 resignatarius † supplicat in eadem supplicatione. Na-
uarr. loc. citat. ad cuius preces dicitur moueri Summus
Pontifex, vt latè dixi lib. 8. dummodo in renunciationis
17 † actu non fuerit deductum in pactum, quòd confera-
tur illi. Anton. de Butr. in cap. dilecto, num. 2. de præb.
vbi Imol. num. 1. Archidiacon. Bellamc. Præposit. in cap.
quicumque, & can. ordinationes, 1. quæstio. 1. cum aliis,
vel per Ferret. cons. 208. in principio. Boër. de potest. le-
gat. à latere, quæstio. 11. num. 15. & 127. cum aliis, vt per
Staphil. loco citato. Vnde regulariter renunciatio tan-
tùm facta coram Ordinario in fauorem, dicitur simo-
niaca, tanquam facta cum modo & conditione, ideo
Pius V. in Constitutione prohibuit ita posse fieri re-
nunciationes coram Ordinariis. Coram Papa autem
possent fieri, etiam hodie in fauorem, & factæ non cen-
sentur simoniacæ, proùt communiter tota die practica-
tur, quidquid voluerint aliqui Doctores suprà relati:
nam eorum dictum debet intelligi in renunciatione fa-
cta coram Ordinariis.

Amplia, vt non solùm renunciatio facta coram Or-
dinario in fauorem dicatur simoniaca, vt omnes con-
18 cludunt, sed † etiam mandatum datum ad renuncian-
dum coram Ordinario in fauorem dicatur simoniacum,
vt ex rationibus allegatis colligitur, & fuit resolutum
in vna Firmana beneficiorum, teste Pelegr. decis. 178. in
manuscr. imò si fuerit constitutus procurator ad renun-
ciandum in manibus Ordinarij in fauorem Titij, purè,
& simpliciter, quamuis hoc mandatum possit interpre-
tari simoniacum, & non simoniacum, † tamen inter- 19
pretatur simoniacum, & fraudulentum, vt fuit decisum
in Rota in vna Vincentina Præceptoriæ coram Decano,
die Mercurij, nono Martij 1552. teste Caputaquen. de-
cis. 192. lib. 2. quod procedit si fuit dictum in manda-
to, non aliter, nec alio modo, cum hæc clausula in-
ducat † conditionem, & per consequens simoniam, Ros- 20
siniac. de benef. cap. 14. numer. 15. Bald. in cap. ad audien-
tiam, de simo. alias secus si fuit datum mandatum li-
berum ad renunciandum, & post renunciationem libe-
ram † ad petendum vt conferatur N. prout fuit senten- 21
tiatum per Rotam teste Cassador. decis. secunda de si-
mon. sequitur Nauarr. in Manual. d. c. cap. 23. sub n. 107.
& ideo fuit decisum in vna Salamantin. Canonicatus,
quòd † mandatum in manibus Episcopi ad effectum, 22
vt Episcopus prouideat non dicatur conditionatum, &
tenet resignatio. coram Cotta die 13. Ianuarij 1567. ad
quod vide pulchrum casum positum per Ferretum
cons. 208. Pelegrio. decis. 146. Cardin. Paris. cons. 15. nu.
22. cum seq. vol. 4.

Alia vero exempla renunciationis simoniacæ colli-
gentur ex sequentibus quæstionib. negatiuis, vel affir-
matiuis.

Lib. 14. quæst. 3. num. 7. Ibi, Nam hoc casu, dans non committit simoniam.

HOc verum, dummodo ex huiusmodi datione nullum ius danti, per recipientis cessionem, in litigioso beneficio, directè vel indirectè quæratur. cap. cum pridem de pactis. Quo autem casu citrà simoniam, liceat dare pecuniam pro redimenda vexatione, & quo non, videndus est Nicolaus de Milis in suo Repertorio, in verbo, simoniam non committit. in 2.

Eadem quæst. numer. 17. Ibi, Dummodo in renunciationis actu non fuerit deductum in pactum, quòd conferatur illi.

ADde, & hoc ipsum Summo Pontifici expressum non sit. Nam si idem Pontifex sciens huiusmodi pactum nihilominus resignationem admiserit, & beneficium contulerit, valebit equidem, & subsistet collatio. Scientia namque & tollerantia eiusdem Pontificis omnem tollit simoniæ suspicionem, vt de stylo Curiæ Romanæ esse, Parisius hic numer. 14. testatur, & nemo est qui inficietur. Dummodò tamen hoc ipsum sano modo intelligatur, videlicet quoties eidem Pontifici Maximo verum narratur, secus si falsum vt explicat idem Parisius, in tractatu de confidentiis beneficialibus q. 46. num. 44. vers. remanet vt contrariu tollamus. Caccialupus quoque in tractatu de pensionibus q. 19. idem sentire videtur.

Eadem quæst. num. 22. Ibi, Potest petere, vt conferat illi.

ET valebit collatio, dummodò tamen fraus, ex parte resignantis non interuenerit. Quod contingere potest, dùm recipiens secundum incompatibile, adiecto Decreto Apostolico, vt simile priùs obtentum intra certum tunc expressum tempus dimittat, Decreto huiusmodi se parere fingens, istud in Ordinarij manibus (purè quidem, sed fretus quòd mox illud idem sibi conferet, ac restituet, non alio animo) resignat. Si enim collatio huiusmodi subsequatur, ea vtique, & meritò, fraudulenta iudicabitur, & (perindè ac si eadem facta non esset) beneficium, vti iuxta Decretum prædictum vacans, transacto præfixo tempore impetrari poterit. Ex hisque clarissimè apparet, cautelam à Rubuffo in tractatu de pacificis possessoribus num. 359. relatam, vti fraudis & confidentiæ participem, penitus reijciendam esse.

Quæst. 3. num. 12. Vt renunciatio facta coram Ordinario in fauorem dicatur Simoniaca.

¶ VT tota huius rei materia fiat perspicua, fac sequentes conclusiones. 1. Resignatio ad fauorem facta in manibus Ordinarij, qui personæ nominatæ contulit est Simoniaca, gloss. & Abb. in cap. ex parte *le premier.* de offic. delegati. licet tamen Archidiaconus in c. quicunque. 1. q. 1. quod renunciatio huiusmodi, si fit idatenus ille in cuius fauorem fit, non facit quem Simoniacum, etiamsi progrediatur ad actum renunciandi, dum modo non sit progressus ad actum paciscendi. Idem tenet Felin. in cap. tua nos de Simonia: quia in illis prohibitis ex constitutione Ecclesiæ, si non interuenerit pactum, non sufficit sola voluntas ad incurrendam Simoniam, vt ait idem Felin. in cap. ad audientiam le 2. de rescript. in 4. conclusione. Sed dictum vtriusque intelligerem vbi conditio in resignatione non fuit expressa, sed in mente retenta iuxta distinctionem gl. in d. cap. ex parte, aut admissio & collatio in gratiam nominati non sunt subsecutæ; ex quo enim conditio exprimitur & Ordinarius Resignationem admittit, ac personæ nominatæ confert, satis intelligitur mutuum pactum inter resignantem, qui hoc expressè in resignatione stipulatus est, & ipsum collatorem, qui per admissionem spopondit, & per collationem adimpleuit; quo fit vt inmeritò Molineus ad regul. de infirm. resig. num 101. huiusmodi resignationes in fauorem, vitio Simoniæ canonicæ laborare pronunciet iuxta cap. cum pridem, & cap. vlt. de pactis, cap. preterea. de transact. & cap. ex parte, de offic. deleg. Sunt tamen qui velint resignationem esse quidem nullam, sed resignantem excusari à Simonia, & beneficium non amittere, Rebuff. in tract. de pacif. possess. num. 141 Papon. lib. 2. compilationis placit. num. 20. propter bonam ipsius fidem, & autoritatem Superioris. Melchior Pastor de benefic. lib. 3. tit. 4. num. 2. Sed hoc verum non puto propter Simoniam, quam inesse dixi, à qua bona fides seu potius barda stoliditas & crassa iuris quasi naturalis ignorantia excusare non potest, l. regula. ff. de iuris & facti ignor. neque ad id aliqua suppetit Ordinario autoritas, c. posuisti, versic. hoc nulli concedi. 1. q. 1. Secunda conclusio. Resignatio ad fauorem, quam Ordinarius noluit admittere, non facit quem Simoniacum, quia sola voluntas sine pacto Simoniam non inducit, cap. tua de Simonia. Pactum autem est duorum, l. 1. ff. de pact. Tertia conclusio. Resignatio in fauorem facta, si Ordinarius spreta conditione alij, quam personæ nominatæ contulerit, non valet, nec inde secuta propter actus resignationis indiuisibilitatem, Rebuff. in praxi. tit. de Resig. condit. num. 7. & resignans beneficium retinebit, quia nullum Simoniæ vitium incurrit per ea quæ dicta sunt in secunda conclusione. Quarta conclusio. Si procurator in vim mandati ad fauorem concepti purè dimiserit, & Ordinarius alij, quam personæ in mandato nominatæ contulerit, nihil actum censetur, ob non seruatum finem mandati, l. diligenter. ff. mandati. Rufeus. de regal. priuileg. 32. in fine. Quinta conclusio. Resignatiò per procuratorem habentem mandatum in fauorem, purè & simpliciter facta in manibus Ordinarij, qui nominato in procuratorio contulit est valida, nec obstat conditio in mandato adiecta, quia mandatum non est resignatio, nec etiam officit renunciatio pura, quia desiderium mandantis fuit adimpletum, Rebuff. & Pastor vbi supra. Sexta conclusio. Non est vitiosa resignatio facta ex spe, quod certæ personæ conferatur. gloss. in d. cap. ex parte. de offic. delegat. Molin. ad regulam de infirm. Resig. num. 24. Septima conclusio pure renuncians licitè rogat Ordinarium, etiam in ipso renunciationis actu, vt amico conferat, Rebuff. d. loco, numer. 12. quia collator non artatur ad hoc, cap. tua de Simon. & ibi Doctores, & sola porrectio precum pro amico non facit Simoniam, gloss. in cap. tuam de ætat. & qualit.

QVÆSTIO IV.

An dicatur resignatio simoniaca, si detur aliquid spirituale.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur ob dationem rei spiritualis.*
2 *Diffinitio vbi competit, nullum restat dubium.*
3 *Renunciatio simoniaca, quotiès quis promisit renunciare aliud beneficium.*
4 *Renunciatio est licita compositionis gratia, vt aliud habeatur.*
5 *Renunciatio simoniaca, vt illi suffragetur in electione.*
6 *Pretium pro spirituali prohibetur.*
7 *Simoniacè renunciare, vt aliquis det notitiam de vacatione alicuius beneficij.*
8 *Nunciantibus vacationes beneficiorum nihil dandum.*
9 *Renunciatio in euentum promissionis facta, simoniaca.*
10 *Renunciatio simoniaca cum pacto, vt retineat resignans beneficium dum viuit.*
11 *Renunciatio simoniaca facta cum pacto, vt resignans soluat pensionem.*

QVartò quærò, An dicatur renunciatio simonia-
ca si fuit datum aliquid spirituale? communis
conclusio est affirmatiua, vt non solum ob ali-
quod temporale committatur † simonia, sed etiam ob 1
spirituale, Ioan. Caraf. de simon. ment. num. 65. & satis
colligitur ex diffinitione, vnde nullum † cadit dubium, 2
Dec. & Cagnol. in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur.

Ex quo primò infertur, quod renuncians in fauorem
alicuius, vt ille, vel alius renunciet illud beneficium,
† in fauorem ipsius, vel alterius, putà nepotis, vel ami- 3
ci, dicitur simoniacè renunciare, vt scriptum reliquerunt Innoc. Ioan. Andr. & alij allegati à Bonifacio de Vit. in Clem. vnica, num. 43. de rerum permutat. Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num. 100. vers. posterioris generis. Ioan. Caraf. dict. tract. de simon. ment. num. 65. & in facti contingentia respondit Nauarr. consil. 14. numero 2. de simon.

Limita tamen, vt † compositionis gratia sit licita 4
renunciatio, vt renuncians aliud beneficium consequatur, egregiè Ant. de Butr. in cap. ad audientiam, 2. num. 3. de rescript.

Limita secundò, non procedere, quotiès id fuit expressum in supplicatione, vt communiter practicatur.

Secundò infertur, vt renuncians beneficium, vt ille
suffragetur sibi, aut N. in electione, aut præsentatione,
aut † ob quid aliud simile, simoniacè renunciet, vt 5
scriptum reliquit Nauarr. in Manual. dict. cap. 23. num.
100. vers. posterioris, & est communis opinio, cum fiat
pro pretio † rei spiritualis, quod prohibetur, cap. sicut, 6
3. & cap. non satis, de simon. can. quam pio, 1. quæst. 2.
cap. vlt. de pact.

Tertiò infertur simoniacè renunciare, qui renuncia-
uit N. vt ei † det notitiam de alicuius beneficij occur- 7
rente vacatione in sua prouincia. Ita colligitur ex Nauarr. in Manual. cap. 23. numer. 107. vers. ad septimum & vers. ad nonum, quia nihil dandum nunciantibus va-
cationes † beneficiorum statuit Gregorius XI. in con- 8
stitutione quarta, posita in 1. part. Bullarij. Et ob id
etiam simoniaca renunciatio est, quotiès quis renun-
ciaret, quia † promisisset id facere tempore impetra- 9
tionis cum habuisset ab eo notitiam vacationis, & esset vterque excommunicatus ipso iure, ac incurrerent pœnam priuationis omnium beneficiorum, vt statuit Pau. IV. in constitutione 33. incipien. inter cæteros, fol. mihi 615.

Quartò infertur, quòd renuncians cum pacto, vt re-
tineat sibi beneficium † dum viuit, simoniacè renuncia- 10
uit. Radoan. de simo. par. 2. cap. 20. num. 20.

Quintò infertur simoniacè renunciare illum, qui pro-
misit, quòd si beneficium reperiatur † pensione graua- 11
tum, quòd ipse soluet pensionem, vt in terminis consuluit Nauarr. cons. 4. tit. de simon.

Lib. 14. numer. 4. Ibi, Vt compositionis gratia sit licita renunciatio.

SI modò fiat sub sanctæ Sedis Apostolicæ beneplacito, & à Summo Pontifice confirmetur huiusmodi composi-

tio, concordia. Sicque in Rota teneri, constat ex tertia
parte nouissimarum decisionum lib. 3. decis. 673. num. 5.
Louetus quoque in recollectione notabilium arrestorum
pag. 115. Idem Parisiis iudicari testatur.

quæst. 4. num. 1. Communis conclusio est affirmatiua
vt non solum ob aliquod temporale committatur
simonia sed etiam ob spirituale.

¶ HOc tamen negat Panormit. in cap. statuimus num.
5. de transact. & Simonia definitur conuentio su-
per re spirituali aut spirituali connexa pro temporali
commodo, Lotterius de re benefic. libr. 3. q. 29. numer. 35.
breuiter dic duas esse simoniæ species, verã scilicet & in-
terpretatiuã. vera committitur quando res temporalis da-
tur, aut promittitur pro re spirituali: *Interpretatiua ve-*
rò cum res spiritualis datur aut promittitur pro re spiri-
tuali, Melch. Pastor de benef. lib. 3. tit. 18. nume. *65.* vel
cum in beneficiorum collatione, renunciatione & præsen-
tatione conditio, pactum, aut modus illicitus interuenit,
gloss. in cap. ex parte *le premier* in verb. dimittere de offic.
delegat. Flamin. de confid. benefic. quæst 3. num. 9. vel cum
transactio initur de beneficio litigioso sine auctoritate
Summi Pontificis, cap. constitutus de transact. illa dicitur
prohibita quia simonia, ista censetur simonia quia prohibi-
ta; vtraque punibilis. his adde sequentem adnotationem.

QVÆSTIO V.

An resignans in fauorem N. cum pacto, vt possit retinere fructus dum viuit, dicatur simoniacè renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca renunciatio cum pacto, vt possit retinere fructus dum viuit.*
2 *Simonia, quando datur temporale, pro spirituali.*
3 *Renunciatio, vt renuncians recipiat fructus, simoniaca.*
4 *Renunciatio cum reseruatione pensionis à Papa, non est simoniaca.*
5 *Habens intentionem prauam, non committit simoniã.*
6 *Fructuum, aut pensionis reseruatio non pendet à voluntate partium.*
7 *Pactio firma prohibetur.*
8 *Tractare quid sit.*
9 *Tractatus inter resignantem, & resignatarium permissi.*
10 *Clausula* si Sanctissimo Domino nostro placuerit, *excusat.*
11 *Reseruatio pro resignante fauorabilis.*
12 *Episcopus potest apponere in collatione onus alimentandi.*

QVintò quæro, An renuncians in fauorem N.
1 cum pacto, vt possit † retinere fructus dum
viuit, aut aliquam pensionem, dicatur simo-
niacè renunciare? Communis opinio est af-
firmatiua, Old. cons. 284. num. 2. Abb. in cap. non satis,
numer. 7. & 8. de simon. vbi Anan. Mar. Soc. Sen. & alij
communiter. Cald. cons. 1. de simon. Dec. in cap. ex p. 1.
num. 15. de off. deleg. Gig. cons. 120. num. 4. Cardin. Paris.
cons. 143. nu. 12. vol. 4. Crauet. cons. 222. in prin. Redoan.
de simon. p. 2. c. 14. in prin. Nau. cons. 8. de sim. & cons. 37.
eod. tit. & cons 48. numer. 1. eod. tit. Summistæ omnes in
verb. simonia, & ratio est, quia renunciatio non est li-
bera, vt debet esse, arg. l. 1. ff. de don. cap. licet in sua. de
2 rer. permut. lib. 6. & datur † temporale pro spirituali,
Ange. in verb. simonia, 3.

Amplia procedere etiam si fuerit factum pactum vt
renuncians recipiat fructus beneficij resignati vsque ad
3 † talem diem, & fuerit dictum saluo beneplacito sedis
Apostolicæ, nam si postea fuerit facta renunciatio co-
ram ordinario, simoniaca iudicatur, vt fuit resolutum
in vna Conchen. 29. Octobris 1539. teste Mohedan.
decis. 165.

Limita non procedere, quotiès fuisset facta renun-
ciatio in curia † in manibus Papæ, obtinendo ab ipso 4
Papa reseruationem omnium, vel medietatis fructuum,
aut annuam pensionem soluendã super fructibus illius
beneficij, aut alterius: nam non esset simoniaca, etiam
si renuncians prius tractasset cum resignatario, vel ami-
co de dictis † fructibus aut pensione, gerendo in ani- 5
mo, quòd ille debeat sibi succedere in beneficio, & ei
soluere fructus reseruatos, aut pensionem, & quòd aliàs
non renunciasset, si secus cecidisset, vt scribit egregiè
Felin. in dict. cap. ad audientiam, 2. numer. 3. de simon.
consuluit Card. Paris. cons. 30. num. 3. cum seq. volum. 4.
vbi latè, Boer. de auct. legat. à latere num. 120. & nu. 123.
Caccialup. de pens. quæst. 19. numer. 1. Redoan. de simon.
par. 2. c. 15. num. 3. & communiter Doctores alias a me
citati præcedentibus libris, & præcipuè lib. 6. namque
fructuum, aut pensionis † reseruatio non pendet à vo- 6
luntate partium, sed a Papa. Cassad. decis. 4. loc. Gig. de
pens. q. 1. & q. 83. num. 9. qui ex officio reseruat fructus,
aut pensionem pro renunciante, & ob id renunciatio
dicitur fieri liberè, hoc non obstante. Abb. in cap. non
satis, num. 8. vers. sed cautela, de simon. Dec. in d. cap. ex
parte, 1. num. 15. de off. deleg. dantes hanc cautelam, ad
vitandam simoniam.

Ex quibus colligitur, quòd † pactio firma est illa, 7
quæ prohibetur. cap. cum vniuersorum. de rer. permut.
Doctores in cap. ex parte, 1. de offic. delega. tractatus
autem non includunt aliquam firmam conuentionem:
cum tractare nihil † aliud sit, quàm in medio ponere. l. 8
cum hic status, § ambo, & ibi Glos. in verb. tractare, ff.
de donat. inter vir. & vxor. l. naturalis, § sed si facio, de ff.
præscr. verb. Ideò ex hoc de stylo recepto in curia † tra- 9
ctatus inter resignantem, & resignatarium, ante admis-
sam renunciationem de reseruatione fructuum aut pen-
sionem non inducunt simoniam, cum possint licitè fieri,
vt post Glos. Abb. & Caccialup. quos citat, scribit Re-
doan. de simon. part. 1. c. 12. sub num. 12. cum sequent.
Collectan. in cap. cum olim, in vltima quæst. 1. de rerum
permutat. Federic. de Sen. in tractat. permutat. quæstio.
38. Barbat. in viat. iur. tit. de permutat. colum. 5. Boër.
decisio. 205. num. 1. late Cardinal. Parisius consilio 30.
volum. quarto. Put. decisio. 39. libro 2. & communiter
Doctores, etiam si promissio transierit in obligationem.
decisio. Tholosan. 261. dummodo fuerit aposita illa clau- 10
sula, eam † *consensu Sanctissimi D N. aut si Sanctissimo. D.*
N. placuerit, Sarnen. de trien. quæstio. 12. colu. 3. Redoan.
de simon. par. 2. ca. 15. num. 32. & 43. vbi dicit, quòd tota
die renunciationes ita fiunt. Reseruatio enim quæ fit
pro † resignante, videtur fauorabilis, cum fiat ex causa 11
onerosa, & ne nimium dispendium ex renunciatione pa-
tiatur. Gig. de pens. quæstione 2. & communiter Docto-
res, vt dixi lib. 6. & ob id scriptum reliquerunt plures
Doctores, Episcopum † posse apponere in collatione 12
onus alimentandi pro renunciante. Ancharan. consilio
280. Quæstio. Anton. de Butr. in capit. 2. de arbitr. Dec.
in dict. capit ex parte 1. numero. 6. de offic. delegat.
& consilio. 141. Oldrad. consilio. 226. cum aliis, vt
latè per. Felin. in capit. ad audientiam. colum. 1. & 5.
de rescrip.

Limita tamen conclusionem principalem, si pactum
de consequendis fructibus fuit completum, & habuit
effectum. Nauarr. cons. 48. num. 3. de simon.

Lib. 14. quæst. 5. nu. 3. Ibi, Et fuerit dictum, saluo bene-
placito Sedis Apostolicæ.

EX his patet, nos non immeritò superiori q. notasse, duo
ibidem copulatiuè requiri: scilicet, quòd pactum (de
quo ibi) sub sanctæ Sedis Apostolicæ beneplacito fieret:
& quòd illud per Sedem prædictam confirmaretur. Vltimo
enim deficiente, primum non sufficeret. Ita & hîc non suf-
ficit quòd Pontificis Maximi beneplacitum reseruetur, si
eodem Pontifice inconsulto, vltrà processum sit. Quod Go-

Digitized by Google

mesius in regula de triennali possessore q. 12. num. 9. tenet. ac ipse Parisius ad finem huius quæstionis, & infrà. q. 9. num. 19. confirmat. Quibus adde Caccialupum in tractatu de Pensionibus. qu. 19. pag. 66. in impressis Romæ de anno 1539. Ac Hieronymum Gonzales super regula 8. Cancellariæ de mensibus & alternatiua Episcoporum. glo. 12. num. 97. nec non Rebuffum in procemio concordatorum in verbo, curias supremas. priuilegio 25. An autem si facta sit concordia inter te & me in materia beneficiaria apposita clausula, sub Sedis Apostolicæ beneplacito, possit alter nostrorum resilire, seque huiusmodi concordiæ stare nolle, declarare ? Rota conclusit affirmatiuè, & benè cum talis concordia non valeat. cap. super eo. de transact. cap. cum pridem. & cap. fi. de pact. Intellige ante confirmationem, nam postea non erit pœnitentiæ locus. vt in terminis tradit Mandosius qui hoc me docuit in praxi signaturæ gratiæ, tit. Confirmationes. versic. quæro an si.

Quæst. 5. num. 1. Communis opinio est affirmatiua.

¶ Renunciant cum pacto vel conditione dicitur simoniacè renunciare, non quidem verè & propriè, sed interpretatiuè, vt superiori quæstione diximus; vnde Papa super hac simonia interpretatiua quotidie dispensat, quia est à iure positiuo inducta; sed super vera nequaquam; quia iure diuino est prohibita, can. 1. & can. altare 1. q. 3. vide Flam. de confid. benefic. q. 29. & Pastor. de benef. lib. 3. tit. 83. num 12. & 15.

QVÆSTIO VI.

An resignans in fauorem N. cum pacto, vt possit retinere fructus dum viuit, dicatur simoniacè renunciare.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia possunt dari sub conditione quæ de iure inest.*
2 *Conditio* aliter quàm de iure insit *inducit simoniam.*
3 *Renunciatio facta coram Ordinario ea intentione, vt detur beneficium N. simoniaca.*
4 *Simonia quid sit.*
5 *Intentio temporalis pro spirituali non inducit simoniam.*
6 *Mandatum ad renunciandum coram Ordinario cum clausula, vt aliquis amici rogarent, non est simoniacum.*
7 *Constitutio Pij V. simoniaca, intelligenda de intentione conuenta.*
8 *Renuncians, vt detur N. & non alteri, simoniaca.*
9 *Simoniaca mentalis ex intentione.*
10 *Conferens indigno peccat.*
11 *Resignatio simoniaca si intentio praua fuerit deducta in pactum.*
12 *Inferior à Papa non potest facere, vt conuentio simoniaca non sit simoniaca.*
13 *Simoniacus mentalis, tenetur ad cordis satisfactionem.*

Sextò quæro. An renunciatio dicatur simoniaca, si renuncians coram Ordinario renunciauit ea mente, vt detur N. nepoti consanguineo, aut extraneo?

1 Pro affirmatiua facit, quia quamuis spiritualia † possint dari, aut dimitti sub conditione quæ de iure inest. cap. significasti, de electione. Fel. in cap. ad audientiam 2. de rescr. & de iure insit conditio, vel modus, vt beneficium ab vno renunciatum, alteri conferatur, non tamen iure inest, quòd conferatur illi, aut illi, & sic certæ personæ, & tamen omnis conditio vel modus, qui exprimun-
2 tur aliter, quam iure insunt, inducunt † simoniam, cap. cum pridem, de pact. cap. vlt. eod.

Secundo facit, quia omnis studiosa voluntas simoniam inducit, can. qui studet, & can. sicut eunuchus, 1. quæst. 1.

Tertiò, quia videtur ad hoc expressa constitutio Pij V. relata per Nauar. in Manual. cap. 23. num. 110. & alia constitutio eiusdem Pij V. incip. Quanta, & hanc opinionem videtur firmare Host. in cap. ex parte, nu. 2. & seq. de offic. deleg.

His tamen † non obstantibus contraria opinio est verior, & communiter recepta à Doctoribus, vt renunciatio facta coram Ordinario ea mente, vt beneficium renunciatum conferatur N. non dicatur simoniaca, quam opinionem tenet Gl. in can. Ordinationes, verb. pretio. 1. q. 1. vbi Card. Alea. num. 33. Idem Card. Alea. in cap. 2. num. 4. 1. q. 1. & in can. quicunque. 1. num. 3. post. Archid. Bellam. ead. cau. & quæst. Diu. Ant. 2. par. tit. 1. cap. 5. §. 11. Cardinal. Paris. cons. 135. n. 27. vol. 4. Dec. in ca. ex parte, num. 17. de offic. deleg. Burgas. de Irregul. fol. 247. nu. 57. Caccialup. de pens. q. 19. num. 6. 7. 9. 16. & seq. Naua. in Manual. cap. 23. sub nu. 107. vers. quod renunciatio, attestans de communi. Idem Nauar. in facti contingentia respondit, cons. 38. de simon. & cons. 11. vers. ad secundum. eod. 3

Et ratio est, quia huic casui non conuenit diffinitio simoniæ, quæ secundum Glo. in summa. 1. q. 1. est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, qualis non est voluntas sola resignandi, sine pacto conferendi illud ex quo cessat secundum argumentum in contrarium adductum, & ideo can. Ordinationes, & can. qui studet, 1. q. 1. requiritur dationem, vel receptionem, aut pactum, conditionem, siue modum expressum dandi, & recipiendi, & ob id intentio accipiendi aliquid temporale pro spirituali † non efficit simoniam, vt probat Nauarr. in Manual. cap. 23. nu. 100. & ideo fuit decisum in Rota non committere simoniam eum, qui dedit mandatum ad renunciandum † cum clausula, vt post adiossam renunciationem aliqui amici rogarent collatorem, vt conferret ei cui volebat renuncians. vt refert Cassad. decis. 2. de simon. & tamen ex huiusmodi mandato certa colligebatur intentio resignantis. Ex quo etiam patet responsum ad primum argumentum in contrarium adductum, non obstat const. Pij V. quia respondet Nauar. con. 38. n. 3. esse intelligendam de † intentione tacitè, vel expressè in conuentionem deducta. De alia loquente de confidentia, dicam latè in tractatu de confidentia mox imprimendo. 4 5 6 7

Ampliatur primò procedere etiam si ille, qui renunciauit ea mente, vt conferatur N. alias non renunciasset, communis opinio, teste Nauar. in Manual. d. cap. 23. sub n. 107. quamuis contrarium voluerit Caccialup. de pens. q. 19. n. 9. cum. seq.

Ampliatur secundò, vt non committatur simonia nec etiam mentalis à renunciante † hac intentione, vt beneficium detur N. si hoc non expressit. vt colligitur ex Glo. in d. can. Ordinationes. verb. pretio. 1. quæst. 1. Diu. Ant. 2. part. tit. 1. c. 5. §. 11. communis opinio teste Nauarr. in Manual. d. c. 23. sub num. 107. vers. quod renunciatio, & hanc opinionem expressè firmat. Card. Alea. in can. quicunque. 1. quæst. 1. & hæc est communior sententia, quicquid voluerit Abb. in cap. cum. vniuersorum. de rer. perm. Dec. d. cap. ex parte. 1. num. 18. Cardinal. Paris. cons. 135. numer. 28. volum. 4. Redoan. de simon. p. 2. c. 56. numer. 17. Ferrett. consil. 207. numero. 20. Caraf. de simon. ment. numer. 67. quia hîc nulla adest voluntas emendi, vel vendendi spirituale, in quo consistit † simonia mentalis. D. Thom. 1. 2. quæst. 20. & quæst. 72. art. 7. Mainl. in 4. dist. 25. ideo resignatarius poterit beneficium illud retinere. cap. dilecto, de præb. cap. cum pridem, de pact. can. Ordinationes. 1. quæst. 1. cap. cum in tua, vbi Innoc. de simon. Card. Paris. dict. cons. 135. nu. 27. volum. 4. 8 9

Declara primò, vt renuncians ea mente, vt conferatur tali, si ille, cui desiderat † conferendum, est indignus eo beneficio, peccet. Præpos. in d. can. quicunque. 1. nu. 3. 1. q. 1. & in d. can. Ordinationes, n. 33. sequitur Dec. cons. 141. ad secundum, & colligitur ex his, quæ scribit Nauar. in Manual. sub n. 107. 10

Declara secundò, vt si renuncians † tacitè, vel expressè in conuentionem deducat illam suam mentem, vt 11

id bene-

Digitized by Google

id beneficium conferatur N. renunciatio dicatur simoniaca. ita Nauarr. consi. 38. num. 3. & consi. 43. num. 1. de simon. & licentia Ordinarij etiam si sit Cardinalis non prodest, vt respondit Nauarr. consi. 15. ad secundam, de simon. quia nullus inferior Papa † potest auctoritate sua efficere, vt conuentio simoniaca non sit talis. Idem Na-
12 uarr. in Manual. c. 23. num. 107. Et si simonia † est mentalis, tenetur, simoniacus ad cordis satisfactionem. cap. vlt. de simon. Dio. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 6. ad 6. vbi Caietan. communis opinio, teste Nauarr. in Manual. dicto cap. 23. num. 102. quam pluribus rationibus comprobat, Idem Nauar. in can. 1. 14. q. 3. Siluest. in verb simonia, quæst. 2. quamuis Maior in 4. dist. 25. q. 1. Adr. in quolibet Sot. lib. 6. de iust. & iur. quæst. 8. num. 1. tenuerint contrarium.

Lib. 14. quæst. 6. num. 9. Ibi, Ideo resignatarius poterit beneficium illud retinere.

ET licitè, cùm nullum ei delictum imputari queat: & aliàs (vt præsupponendum est) sit capax.] ¶ Quod resignatario nullum delictum imputari possit, non inde sequitur licitè beneficium resignatum retinere posse: si enim eo ignorante simonia punibilis in resignatione interuenerit, quantumuis ipse liber sit à reatu, licitè beneficium non retinet, sed dimittere tenetur, vt tradit Auctor quæstione proximè sequenti, num. 37. & est communis opinio; quia prouisio simoniaca non simoniaci nulla est, cap. nobis & cap. ex insinuatione. de simon. vera igitur ratio, cur beneficium hoc casu licitè retineat. hæc est, quia non est simonia renunciare hac intentione, vt beneficium tali conferatur cessante pacto, vel dato quod subsit ibi aliqua simonia, vt volunt Abb. & alij ab Auctore citati, mentalis ea est, quæ titulum non inficit, sed ipsis delinquentibus sufficit satisfacere Deo per penitentiam, cap. fin. de simonia.

Eadem quæst. 6. numer. 7. Esse intelligendam de intentione tacitè vel expresse in conuentionem deducta.

¶ HAnc Interpretationem improbat Garc. de benefic. p. 11. cap. 3 num. 114. quia hæc constitutio Pij V. 58. nedum promissionem, sed etiam qualemcunque intentionem prohibet his verbis: aut de his assumendis promissio inter eos, aut etiam intentio qualiscunque intercedat. At verbum promissio expressam conuentionem in renunciatione coram Ordinarijs excludit, intentio vero qualiscunque etiam tacitam, & sic conuentio expressa vel tacita requiritur vt prohibitioni sit locus. Huius autem constitutionis tenorem retulit Auctor super lib. 5. quæst. 6. & fusissime exposuit & ibidem numer. 232. dubitat Ordinarios posse admittere permutationes beneficiorum, quia, inquit, Pius V. in constitutione 41. suspendit facultates Ordinariorum recipiendi resignationes & permutationes beneficiorum donec detur modus: in d. constitutione 58. dat modum in resignationibus; ergo suspensio durat in permutationibus; sed tamen verum est quod in ead. constit. 58. §. ad hæc dat modum etiam permutationibus & expresse concedit Ordinariis illas admittere, quæ canonicis Sanctionibus & Apostolicis constitutionibus permittuntur, ad quod mirum est Flaminium non aduertisse.

QVÆSTIO VII.

An sit simoniaca resignatio cum pacto, vt resignatarius soluat expensas iam factas in beneficio consequendo. Et si resignans habuit pecunias mutuo à resignatario. Et si resignatarius fecit impensas in expeditione litterarum. Et si cum pacto, vt euicta lite, consentiat pensioni. Et si fuit facta ad preces? Et cum spe, quod resignatarius foret gratus. Et si fuit facta in fauorem consanguinei. Et cum pacto, vt reparet Ecclesiam vel vt habeat aliquod beneficium. Et si fuit facta cum promissione iuris temporalis. Et si fuit facta in fauorem familiaris ob recompensam seruitiorum. Et si resignatarius promittat cedere aliud beneficium, cui velit. Et cum pacto soluendi expensas in quibusdam mistarijs. Et quod detur securitas bancharia. Et cum non aliis conditionibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio cum pacto soluendi expensas, simoniaca.*
2 *Renunciatio ob pecunias mutuo habitas, non est simoniaca.*
3 *Mutuum fit ad augendam amicitiam.*
4 *Verus contractus mutui, excusat à simonia.*
5 *Confidentia in foro exteriori.*
6 *Pecunia mutuata ex interuallo excludit simoniam.*
7 *Pactum gratuitum inter resignantem, & resignatarium licitum.*
8 *Pactum inter resignantem & resignatarium ante expeditionem literarum redolet simoniam.*
9 *Resignatarius faciens totam impensam in expeditione, committit simoniam.*
10 *Quis expendat in expeditione literarum.*
11 *Renunciatio litigiosi, cum pacto vt consentiat pensioni euicta lite simoniaca.*
12 *Renunciatio ad preces non est simoniaca.*
13 *Debita causa excusat à simonia.*
14 *Simonia studiosa voluntas emendi, &c.*
15 *Peccat excludens dignum.*
16 *Collatio cum spe quod erit gratus, non est simoniaca.*
17 *Debitum antidorale non habet vim pretij.*
18 *Animus inducendi debitum antidorale, non inducit simoniam.*
19 *Renunciare beneficium consanguineis, non est simonia.*
20 *Conferre beneficium consanguineis, non est simonia.*
21 *Collatio facta consanguineis dignis, non inducit peccatum.*
22 *Resignatio cum pacto, vt resignatarius soluat pensiones impositas, non est simoniaca.*
23 *Expressio eorum quæ tacitè insunt, non est simonia.*
24 *Expressio conditionis, ad quam quis non tenetur, inducit simoniam.*
25 *Renuncians beneficium, vt habeat aliud non committit simoniam.*
26 *Literis renunciatur absque auctoritate superioris.*
27 *Non potest quis renunciare literis pro re temporali.*
28 *Per literas consequitur ius præparatorium.*
29 *Præsentatio patroni est annexa spiritualitati.*
30 *Simoniacus, qui promittit, sicuti qui dat.*
31 *Promissio, & datio æquiparantur.*
32 *Assassinium committitur data pecunia.*
33 *Assassinium committitur promissa pecunia.*
34 *Sola promissio de dando inducit simoniam.*
35 *Pactum pro seruitiis simoniacum.*
36 *Simonia committitur in renunciatione per dationem consanguineorum.*
37 *Simoniacus ignorans, spoliatus non est restituendus.*
38 *Resignatione existente nulla, non transfertur ius.*
39 *Simoniacus ignorans, non perdit omnia beneficia.*
40 *Simoniaca renunciatio, si resignatarius promittat cedere illud.*
41 *Pactum factum post breue tempus post resignationem, simoniacum.*
42 *Pactio ex interuallo non inducit simoniam.*
43 *Correspectiuitas inducit simoniam.*
44 *Correspectiui actus dicuntur, qui fiunt eodem tempore.*
45 *Impensæ factæ in massaritijs Ecclesiæ possunt à resignante repeti.*
46 *In dubio quis præsumitur fecisse impensas Ecclesiæ de bonis ipsius Ecclesiæ.*

47 *Bona clericorum, præsumuntur acquisita, de bonis Ecclesia.*
48 *Ecclesia habet fundatam intentionem super bonis possessis à prælato defuncto.*
49 *Possessio bonorum prælatorum continuatur in Ecclesia.*
50 *Constito bona esse patrimonialia, Ecclesia in illis non habet fundatam intentionem.*
51 *Renunciatio non est simoniaca, si in mandato dicatur, cum habeam intentionem, &c.*
52 *Resignatarius dans securitatem bancariam pro pensione resignantis non committit simoniam.*
53 *Obligatio in forma Cameræ fit ad faciliorem solutionem.*
54 *Excluditur delictum vbi alia interpretatio capi potest.*
55 *Semper interpretatio capienda vt delictum excludatur.*
56 *Contrahentes non præsumitur Vsurarius.*
57 *Consilium præsumitur bonum.*
58 *Quisque præsumitur bonus.*
59 *Renunciatio simoniaca, si quis promisit renunciare in euentum si prouideretur.*
60 *Ordinarius non præsumitur prouidere vigore pacti initi cum parte.*
61 *Pacta de temporalibus inita inter resignantem, & resignatarium non inducunt simoniam.*
62 *Permutatio triangularis, vel quadrangularis simoniaca.*
63 *Pensio ex tribus resignationibus non est nulla.*
64 *Pactio apposita in resignatione de soluendis debitis Ecclesiæ, non est simoniaca.*
65 *Quæ superabundant, non solent vitiare scripturas.*
66 *Expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur.*
67 *Promissio fructuum benef. pro dote sororis, non est simoniaca.*
68 *Frater tenetur dotare sorores.*
69 *Retrocessio quando sit simoniaca.*
70 *Resignatio cum pacto de soluendis debitis resignantis, est simoniaca.*
71 *Pactum simoniacum si non habeat effectum, non nocet.*

SEptimò quæro de aliquibus casibus particularibus. Quorum Primus erit, an simoniaca sit renunciatio facta à renunciante, vt resignatarius soluat ei expensas factas in illo beneficio consequendo, com-
1 munis opinio est † affirmatiua esse simoniacam: quam firmauit Rot. die 19. Octobris 1553. in vna Canonicatus sancti Andreæ coram Put. teste eo. dec. 40. lib. 2. ex auctoritate, & ratione: Auctoritate tex. in cap. cum pridem, de pact. vbi datur pecunia pro expensis, & quia dabantur correspectiuè ad concessionem iuris, ideo Papa reputauit illam pactionem illicitam, & ibi Doctores hoc notant. Ratione, quia renunciatio debet esse libera, & hæc cum non sit huiusmodi ergo, &c.

Secundus casus, an sit simoniaca renunciatio, si renuncians habuit pecuniam mutuo à resignatario, nega-
2 tiuè † videtur respondendum, ut tenet Nauar. cons. 50. & 51. tit. de simon. quia potest quis mutuare pecuniam alicui principaliter ad contrahendam, vel augendam
3 amicitiam † & subleuandam eius necessitatem, & non committit vsuràm, & simoniam, licet secundario speret ab eo aliquod beneficium, etiam conferendum sibi iuste principaliter propter amicitiam, & realiter postea conferatur illud ei ab eo, Diu. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 3. & in corpore. q. vbi clarius Caieta. Dominic. Sot. de iust. & lib. 9. quæst. 1, art. 2. Nauar. in comment. de vsur. sup. cap. 1. 14. quæst. 3. numer. 22. & in Manual. cap. 17. num. 229.

Amplia hanc conclusionem procedere etiam si mutuauerit resignatario resignanti pecunias post signatam supplicationem, & ante consensum extensum. In his enim terminis consuluit Nauarr. dict. cons. 51. de simon. quia nulla interuenit simonia realis, cum nulla emptio formalis interuenerit, neque aliqua æquipollens, nam
4 verus contractus † mutui intercessit, ad not. in l. 2. §. mutui dario, ff. si cert. petat. & hæc conclusio procedit in foro interiori; non autem in exteriori † in quo vide- 5
tur commissa confidentia, si hoc deduxit in pactum, & tenebitur ad restituendum beneficium ex bulla Pij Quinti, de confidentiis, vt tradit Nauar. dict. cons. 51. num. 1. de simon. & dicemus latè in tract. de Confiden.

Limita tamen hanc ampliationem non procedere quotiès post admissam renunciationem ex interuallo fuerit mutuata † pecunia, quia licita est datio, & pro- 6
missio ex interuallo. Sar. quem refert, & sequitur Redoa. de simon. par. 2. cap. 11. num. 14 & 15. & habes rationem per Bellam, decis. 22. sicuti licitum est inter † renun- 7
ciantem, & resignatarium pactum gratuitum. Ant. de Butr. & Anan. in cap. ex part. 1. de off. deleg. vbi Felin. colum. 2. circa medium, vbi ita limitat illam Glos. idem Fel. in dict. cap. ad audientiam de rescript. Boër. de potest. legat. à latere num. 122. Redoan. de simon, p. 2. cap. 11. numer. 11. & 12. hoc intellige si pactum intercessit post etiam adeptam possessionem, quandoquidem pactum de re illicita post admissam renunciationem, & consensum
† præstitum, ante vero adeptam possessionem inter re- 8
nunciantem, & resignatarium redolet simoniam, ita Nauar. cons. 49. de simon. quia possessio non potest quæri per dationes, & remissiones, Abb. communiter receptus in dic. cap. dilectus, de simon.

Tertius casus, an simoniaca dicatur renunciatio, si resignatarius † fecit omnem expensam in admissione, 9
& expeditione literarum pro resignante ratione reseruationis fructuum, aut pensionis, communis opinio est affirmatiua, quam tenet Nauar. cons. 5. de simon. & ambo iudicantur in foro exteriori simoniaci, arg. can. quam pio, 1. quæst. 2. & cap. vlt. de pact. quia renunciatio non est libera, vt esse debet.

Et hæc conclusio procedit, quando resignatarius fecit huiusmodi expensas, vt fiat ei renunciatio, vt videtur declarare Nauar. loco. cit. & quando eas fecit pacto præcedente, & postea illas non retinuit, nam stylus satis vulgaris est, vt resignatarius † expēdat in sua 10
expeditione pro resignante, retinet autem id quod impendit in primo termino solutionis pensionis, & ita practicatur absque vllo scrupulo.

Quartus casus, an simoniaca sit renunciatio beneficij litigiosi facta cum conuentione, vt extincta lite assignationi certæ pensionis resignatarius † consentiret? 11
affirmatiuè est respondendum, vt in facti contingentia consuluit Nauar. cons. 10. num. 1. vers. ad priorem quæstionem, de simon. ex rationibus positis per eundem Nauarr. in Manual. cap. 23. num. 100. & colliguntur ex superiùs traditis.

Quintus casus, an si renuncians motus fuerit ad preces N. renunciatio sit simoniaca? negatiuè † conclu- 12
dendum est, Nauarr. cons. 50. numer. 2. de simon. quia regulariter preces, quibus rogatur collator beneficij non inducunt simoniam, quando subest † debita causa, 13
propter quam confertur beneficium Diu. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 5. ad 3. nam simonia † est studiosa voluntas 14
emendi, vel vendendi spirituale vel ei annexum, Diu. Thom. dict. 2. 2. qu. 100. art. 1. & in 4 dist. qu. 21. & quod preces non inducunt simoniam prohibitam tenuit Fel. in cap. cum essent, de simon. & fuit bis resolutum in Rota in vna Rossanen. subdiaconatus coram Mohed. de mense Decembris 1537. teste Sarn. de triennal. q. 12. col. 4. vers. solent. quid autem in precibus ex mente factis, vt excludatur † dignus, & admittatur notoriè indignus, 15
vide Doctores in cap. cum M. de const. Sarn. d. q. 12. col. 4. Crau. cons. 122. num. 9.

Sextus casus, an simoniaca dicatur renunciatio facta principaliter, vt beneficium resignatum conferatur idoneo, & † secundario cum spe, quod erit gratus, & 16
quod alioquin non renunciaret? negatiuè respondit Nauarr. cons. 9. de simon. quia intentio renunciandi, & ponendi obligationem antidoralem non inducit simoniam, nam debitum, † quod non est legale, sed tantum 17
antidorale non habet vim pretij, vt colligitur ex Diu. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad secundum ergo neque intentio

18 inducendi debitum † antidorale, inducet simooiam, & ex alijs rationibus, vt per Nauarr. loc. cit.

Septimus casus, an sit simoœa, renunciare beneficia
19 consanguineis? communis opinio est † negatiua, quam in terminis tenet Couar. lib. 1. variat. resol. cap. 5. num. 4. nam ius sanguinis nequaquam consideratur, vt prætium spirituale, & conferre beneficium consanguineis simo-
20 niæ † vitium non habet. D. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 5. licet contrarium voluerit Ioan Maior in 4. sent. dist. 25. qu. 3.
21 Imò neque peccatum, † dummodo dignis fiat collatio, Siluest. in verb. simonia. qu. 16. & in verbo renunciatio, quæst. 6. Florent. 2. p tit. 1. cap. 5. §. 11. Caccialup. de pens. quæst. 19.

Octauus casus, an sit simoniaca renunciatio facta
22 cū pacto, vt resignatarius † soluat pēsiones impositas iure beneficio resignato, & reparet Ecclesiam, ministret sacramenta, aliaque faciat, ad quæ ipse resignans de iure tenebatur? communis opinio est negatiua, vt expres-
23 sio eorum, † & per pactum, quæ à iure requiruntur non sit simooia, ita in terminis Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num. 100. vers. quæ tamen, vbi dicit ex hoc defendisse quandam collationem cuiusdam commendæ factæ, vt solueret quadraginta aureos annuos, quos soluere tenebatur, qui eam haberet, Doctores post Gloss. in cap. significasti, de elec. de communi attestatur Ioan. Petr. Bim. cons. 15. & regulare est, ac receptum a Doctoribus, vt exprimere quod inest, non inducat simoniam. Gl. 2. in cap. ad audientiam, de resc. vbi Abb. & alij, Gl. 2 in cap. olim, primo, de rest. spoliat, Gloss. 1. in cap. relatum, de præb. Arcbid. 8. quæst. 3. in sum. cum alijs adductis per Fel. in d. cap. ad audientiam, numer. 8.
24 secùs autem † si ad illam conditionem non teneretur, ideo si in renunciatione, aut collatione dicatur, quod fiant organa, & similia, ad quæ beneficiatus non tenetur de iure, simonia esset, prout est de mente Rotæ, teste Redoan. de simon. part. 2. cap. 11. in fin.

Nonus casus, an renuncians literis, ad beneficium vt habeat aliquod beneficium, vel pensionem dicatur simo-
25 niacè renunciare? negatiuè † est respondendum prout respondent Card. Zabarel. But. Hostien. Glos. Abb. Imol. num. 4. & communiter DD. in d. cap ad audientiam, 2. de rescrip. Et probatur satis expressè in d. cap. ad audientiam, 2. de rescr. vbi Honorius III. scribit Archidiacono Bituricen. Apostolicæ sedis legato, his verbis. *Ad audientiam nostram peruenit, quòd quidam clerici obtentis à sede Apostolica literis super prouisione sua in aliquibus Ecclesijs sibi subiectis, recipientes ab eis annuas pensiones, seu alia beneficia, ab eorum impetratione desistunt renunciantes beneficia literarum,* &c. ex quo notat Abb. in 3. not. quòd quis potest renunciare literis Apostolicis pro alio beneficio Ecclesiastico vel pro annua pensione auctoritate superioris, & ibi sequuntur omnes, & ratio est quia nulla simonia potest in hoc interuenire, eò magis secundum opinionem illorum, vt per literas ad beneficia nullum ius spirituale habeatur. Abb. in dict. cap. ad audientiam, num. 6. vers. 3. post Glos. vbi etiam dicit hoc esse mirabile, Ideo licet quis non possit renunciare beneficio sine autoritate superio-
26 ris, potest tamen renunciare † literis simpliciter absque auctoritate superioris, prout tradit Abb. communiter receptus, in eod. c. ad audiētiam, n. 3. & latè tradidi li. 7.

Limita, vt non possit quis renunciare literis ad beneficium † pro re temporali, vt scripserunt Hostiens.
27 dict. cap. ad audientiam, column. 1. Abb. sub numer. quidquid 6 voluerit Glos. ibi, nam per has literas licet non consequatur ius in re, vel ad rem, conse-
28 quitur quoddam ius † præparatorium, quod est spirituale, vel spirituali annexum, sicut dicimus de præsen-
29 tatione Patroni, quæ est annexa † spiritualitati, nam parat viam ad obtinendam institutionem, & ita tenet Redoan. de simon. p. 2. cap. 15. num. 35.

Decimus casus, an renunciatio dicatur etiam simoniaca, in qua non fuit aliquod ius temporale, vel spirituale datum, sed tantum promissum? communis opi-
30 nio est affirmatiua, nam † simoniacus est, qui promittit, sicuti qui dat, vt dicit Bald. iudicatum fuisse Florentiæ in cap. 1. de testib. lib. 6. vbi hoc tenet Pet. de Anch. & Philip. Franc. col. 1. Dec. in cap. veniens, glo. 1. de testib. Roman. reg. 327. & alij omnes, quia promissio, & datio 31
parificantur non solum in materia spirituali prohibitiua, sed etiam in profana, vt probat text. in l. vlt. C. ad leg. Aquil. Soc. Sen. quem refert. & sequitur Sarn. de trien. q. 12. col. 1. vers. sed hoc & est tex. formalis, in can. nonnulli, 1. q. 1. & ob id Assassinium committitur non solum † si fuerit data pecunia, iuxta cap. pro humani, 32
de homicid. lib 6. vbi Arcbid. col. 1. in fi. Gem. in §. cum igitur, in 1. not. Anch. in 6. no. Cor. cons. 249. col. 1. in fin. volu. 1. Dec. cons. 327. in princ. Grammat. vot. 9. in princ. sed etiam ex sola † promissione. Salic. in l. non ideò mi- 33
nùs, in fin. C. de accusat. Curt. Sen. cons. 20. colu. 18. vers. omitto postremo, Grammat. d. vot. 9. col. 1. Grabiel. libr. commun. conclus. de maleficijs, concl. 1. Ideo quemadmodum ille, qui dedit aliquid, & consequutus fuit beneficium, est simoniacus, & eo priuatur, ac in foro conscientiæ tenetur illud dimittere, vt est communis opinio, ita & qui consequutus fuit beneficium per solam † promissionem de dando. Glos. Abb. & Fel. in cap. 34
tua nos, de simon. Abb. in cap. cum ad nostram, in 1. not. de elect. & ita fuit tentum in Rot. die 11. Martij 1538. coram R. P. D. Ioanne Paulo in vna Conchen. fructuum.

Vndecimus casus, an renuncians in fauorem familiaris ob recompensam seu remunerationem, seruitiorum committat simoniam? communis distinctio hæc est, aut adest pactum, & conditio, & tunc † committitur simo- 35
nia: aut non, & tunc secus. Abb. Anan. Soc. Fel. in cap. cum essent. de simon. Inn. in cap. tua, de ætat. & qualit. Ang. in l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de pet. hæred. Ias. in l. si non sortem, §. libertus, colu. 4. vers. quintus effectus, ff. de condict. indeb. & in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. cum alijs adductis per Boer. de potest. legat. à later. num. 125.

Duodecimus casus, an si quis renunciauerit in fauorem N. cuius consanguinei dederunt, vel promiserunt aliquid pro † receptione resignationis, dicatur com- 36
missa simooia? communis opinio est affirmatiua, vt etiam sit priuatus ipso iure, & teneatur cedere beneficio habito per simoniam commissam ab alio. Abb. in cap. pen. 1. & 2. not. per illum tex. de elect. & in cap. nobis, 1. not. de iur. patron. cum alijs adductis per Roch. de iur. patron. in verb. & vtile. quæst 3. quorum dicta approbauit, & sequuta est Rota in vna Messanen. Cappellaniæ de mense Maij, 1536. coram R. P. D. Petro Vortio, teste Sarn. de trien. quæst. 12. col. 4. ver. & ista Malol. de irregularit. lib. 5. cap. 45. num. 2. & ideò alias Rot. in vna Firman. parochialium coram Aquen. die 20. Nouembris, 1538. pronunciauit resignatarium † simonia- 37
cum, etiam ignorantem, spoliatum, non esse restituendum. teste Sarn. de triennal. d. quæst. 12. vlt. colu. nam nihil fuit translatum † existente nulla resignatione. 38
Rot. dec. 7. de renunc. in antiq. Inn. in cap. cum vniuersorum. de rerum permut.

Verum simoniacus ignoranter perdit illud beneficium super quo commissa est simonia, non autem alia obtenta, cum nulla † adsit culpa sua, nec impeditur 39
ordinis executione, nullamque de hoc esse dubitationem, scribit Ioan. Petr. Bim. cons. 28. num. 15.

Decimus tertius casus, An si resignatarius die præstiti consensus promittat † resignanti cedere illud benefi- 40
cium sibi resignatum cui voluerit, resignatio sit simoniaca? Communis responsio est affirmatina, vt fuit bis resolutum in vna Legion. teste Mohedan. decisio. 243. de anno. Et ratio est clara, quia pactum factum in ipsa resignatione, vel † post breue tempus inducit 41
simooiam, Bellam. decisio. 12. Mohedan. d. decis. 243. in manuscr.

Declara tamen non procedere, quoties fuisset datum à resignatario resignanti ex interuallo, nam tunc nulla † committitur simonia, Sarnen. quem refert, & sequi- 42
tur Redoan. de simon. par. 2. cap. 11. num. 14. & 15. & est communis opinio Doctorum, si ex interuallo fuit

Digitized by Google

datum, vel promissum, secus verò si io continenti, nam
43 tunc renunciatio dicetur simoniaca † ex correspectiui-
tate, Caputaq. decisio. 240. par. 3. Aragon. decisio. 12.
Mohedan. decis. 222. in manuscrips. & correspectiui
44 actus dicuntur, qui fiunt † eodem tempnre, vt fuit reso-
lutum in vna Gebenen. coram Camillo de anno 1534. te-
ste Sarnen. decis. 4. libr. 1. in manuscript. de quo dice-
tur infrà.

Decimus quartus casus, an committat simoniam re-
nuncians beneficio, ex eo, quia vult sibi soloi eapen-
sas ab eo factas in certis massaririjs Ecclesiæ? Fel. con-
sil. 11. num. 6. in terminis distinguit, quòd aut impen-
45 dit de bonis † proprijs, & potest absque labe simoniæ,
licet in hoc contrarium teneat Gammar. cap. 1. nume.
137. vers. similirer, de rer. permu. libr. 6. aut de bnnis
Ecclesiæ, & non potest, aut de bonis vtriusque, & com-
pensabitur pro rata. Si verò sumus in dubio, inquit
Fel. nntabiliter d. num. 6. vers. aut sumus, præsumi ex-
46 pensas † fecisse de bnnis Ecclesiæ, & per consequens
nnn posse illas repetere. Hug. Ioan. de Fran. & Archid.
in can. 1. 12. quæst. 4. Inn. & Abb. in cap. vlt. de pecul. cle-
ric. omnia enim bona prælatorum, & clericorum, post
47 adeptam dignitatem, & beneficia præsumuntur † esse
de bonis Ecclesiæ acquisita, cui præficiebantur, nisi con-
trarium probetur, cap. 1. vbi Doctores, Abb. Couar. n.
7. de test. Inno. in cap. cum in officijs, in 5. col. eod. tit.
vbi etiam Gloss. & Ioan. And. Bald. in l. si quis presbyter.
in fi. C. de Episc. & cleric. Barb. cons. 69. col. antepen. lib.
3. Boër. decis. 81. num. 6. Ferret. cons. 118. in p. 1. com-
munis opinio, vt patet ea amplè allegatis per R. P. D.
Burs. cons. 376. numer. 1. cum seq. volum. 4. Ideò Ecclesia
48 habebit fundatam † intentionem super omnibus bonis à
Prælato defuncto possessis, Fel. in cap. ex literis, num. 3.
de const. Bertach. de Episc. p. 4. quæst. 3. possessio enim
49 bonorum prælatorum continuatur † in Ecclesia, Inno.
in cap. cnm super, de caus. possess. & propriet. Guid.
Pap. decis. 335. & decis. 629. Paul. de Cast. in l. si soro-
ri, post medium. C. de iur. delib. Quod limitatur non
50 procedere quoties constat, vel constabit bona † esse
patrimonialia, & ea redditibus patrimonij acquisita,
Rom. cons. 159. num. 4. vers. 1. casu, Capra consil. 20.
in prin. Menoch. optimè, & latè de arbitr. iud. cap. 95.
num. 4. latissimè Burs. d. cons. 376. num. 17. vsque ad
num. 22. vol. 4.

Decimus quintus casus, an sit simoniaca renunciatio
51 si in mandato † fuit dictum cum habeam intentionem
resignandi in fauorem N. constituo procuratorem Ti-
tium ad resignandum meo oomine liberè in manibus
Papæ, vel legati? fuit resolutum negatiuè coram Pu-
teo in vna Concordien. Capellaniæ 30. Octobris, 1547.
teste Peleg. dec. 2. in manusc. & dec. 79.

Decimus sextus casus, an si N. qui habebat benefi-
cium ex resignatione Titij cum reseruatione pensionis
annuæ in fauorē dicti Titij resign. obliget ex interuallo
in forma cameræ bona sua ad soluendum pensionem, vel
det fideiussores, aut securitatē bancharia, cōmittat si-
52 moniam, communis opinio est † negatiua, & ita fuit
resolutum in vna Prænestin. pensionis coram Quiroga,
vt habetur lib. diuers. decis. 106. in manusc. Idq. iusti-
ficatur, tum quia obligatio fit ea interuallo, ea quo sa-
tis excluditur simonia, iuxtà ea, quæ scribit Bellam. de-
53 cis. 12. & suprà dixi, tum etiam quia huiusmodi † obli-
gatio fit ad faciliorem solutionem pensionis iam impo-
sitæ in actu resignationis, vnde excluditur omnis simo-
niæ coniectura, & præsumptio, namque vbi alia inter-
54 pretatio † capi potest, tunc excluditur delictum. l. meri-
to, ff. pro Soc. & semper capienda est interpretatio, vt
55 † delictum excludatnr, latè Marsil. cons. 2. colum. 1. Cep-
pol. cons. crim. 21. num. 17. Barb. cons. 77. in pri. lib. 4. Al-
ciat. de præsump. reg. 3. præsump. 1. & ob id contractus,
56 qui potest censeri licitus, & † vsurarius præsumitur li-
citus, & non vsurarius. Bal. in l. rogasti, §. si tibi, col. vlt.
ff. si cert. pet. Alex. cons. 221. col. 2. lib. 2. & cons. 200. colu.
1. libr. 6. Soc. Iun. cons. 83. column. 1. libr. 2. & consilium
57 quod potest † esse malum, & bonum, præsumitur bonum
& non malum. Bal. in l. seruum fugitium, colum. 3. vers.
nota, & ibi Ias. colum. 5. vers. 3. multum nota, C. de seru.
fugit. Alex. cons. 125. col. 4. in fi. lib. 4. latè similia addu-
cens Gabr. commun. opinin. de malef. concl. 2. colum. 1.
Ideo, cum possit interpretari huiusmodi obligationem
fecisse bono, & malo animo, interpretandum, & præsu-
mendum est resignatarium fecisse bono animo, tum ex
adductis tum etiam † quia quisque præsumitur bonus, 58
cap. vnico, de scrut. in ord. facien. cap. vl. de præsumpt.
Soc. Iun. cons. 82. col. 1. lib. 2. Barb. cons. 77. in princ. lib. 4.
Marsil. cons. 2. num. 9.

Decimus septimus casus, an sit simoniaca renuncia-
tio, si cum duo litigarent, vnus promisit resignare in
fauorem N. cum quo litigabat † in euentum quòd pro- 59
uideretur sibi de benefic. æqualis valoris? fuit resolutū
in Rota pro affirmatiua, esse renunciationem simonia-
cam in vna Toletana Thesaurariæ, coram Pelegrino,
teste eodem, decis. 152. lib. 2. quia pactum est expres-
sum iuxtà capit. cum pridem, de pact. verum si sequa-
tur effectus, quia ordinarius prouidit, non videtur † 60
motus vigore pacti præcedentis, iuxta Glos. in Cle.
1. de rer. permut. & fuit decisum in Rota in eadem causa
Toletan. Thesaurariæ, teste Pelegrin. d. dec. 152. in manus.

Decimus octauus casus, si inter resignantem, & resi-
gnatarium fuerint inita pacta de quibusdam temporali-
bus, † an renunciatio dicatur simoniaca? pro negatiua 61
resoluit Rota, 25. Iunij. 1557. coram Card. sanctæ Crucis,
in vna Lucan. canonicatus, quia potuit ea alia causa
fieri huiusmodi tractatus, & pactum: vnde vt exclud-
atur delictum, pronunciandum est pro non simonia, vt
habetur lib. diuers. dec. 37. in manuscr.

Decimus nonus casus, † an resignatio ea causa per- 62
mutationis dicatur simoniaca, si est triangularis, vel
quadrangularis, responde affirmatiuè, vt tenet Colecta.
in cap. 1. prope fi. de rer. permut. Imol. in Clem. 1. eo.
tit. num. 40. & Bonif. de Vitall. ibi, num. 43. fuit reso-
lutum in Rota in vna Cameracen. canonicatus, & pre-
bendæ coram Guidobon. decimo Aprilis, 1551. teste Ca-
putaque, decisio. 325. parte 2. vbi habes facti speciem.
Card. S. Crucis dec. 128. in manuscr.

Pensio tamen † non est nulla si fuit reseruata ex eo, 63
quia N. resignauit in fauorem M. & a M. io fauorem P.
& a P. in fauorem G. quia cum renunciatio fiat liberè
coram Papa non censetur fieri actus prohibitus, vt pen-
sio annullari possit, vt fuit resolutum in Rota in vna
Oxomen. Parochialis coramm Guidobono, 4. Decem-
bris, 1551. teste Caputaq. dec. 314. p. 2.

Vigesimus casus, An si resignans erat grauatus debi-
tis nomine Ecclesiæ, ita quòd ad ea persoluenda Eccle-
sia erat efficaciter obligata, an si fuerit deductum in pa-
ctum sit simoniaca renunciatio, non valere istam pa-
ctionem tennerunt Io. And. in addit. ad Specul. de rer.
permut. Feder. de Sen. de rer. permut. quæst. 39. Gammar.
in cap. 1. numer. 136 vers. non recedas. de rer. permut. libr.
6. quia renunciatio debet esse libers. Mihi † autem 64
contraria opinio probatur, quia hoc pactum non est
improbatum à iure, sed etiam si non exprimatur, inest.
cap. ex præsentium, de solut. & que tacitè iosunt in spi-
ritualibus, possunt deduci in pactum, cap. significa-
tum, de præb. cap. significasti de elect. Felin. in terminis
in cap. ad audientiam, de rescr. ea enim quæ superabun-
dant, non † solent vitiare scripturas, l. testamentum, C. 65
de testament. & † expressio eorum, quæ tacite insunt, 66
nihil operatur, l. conditiones quæ, ff. de condict. & de-
monst. limita tamen nisi adsit fraus, vel suspicio, ea his
quæ tradit Gammar. dict. cap. 1. numer. 136. & 137. de rer.
permut. lib. 6.

Vigesimus primus casus, an sint simoniaca facta, qui-
bus quis promittit tertiam † partem fructuum beneficio- 67
rum tum collatorum, tum conferendorum pro dote so-
roris, & vt nepotes sustentari possint, Cardin. S. Crucis
decis. 181. in manuscr. tenet non esse simoniaca, quia non
solum id non est illicitum, sed tenemur ad alimentan-
das † & dotandas sorores, & nepotes. Abb. in cap. per- 68
uenit, de arbit.

Vigesimus secundus casus, Quidam resignauit in fauorem Titij, & remansit in possessione, postea dedit certam quantitatem dicto Titio pro fructibus beneficij
69 resignati, a quo habuit † retrocessionem dicti beneficij, an hæc sint simoniaca? Ruta distinxit, aut illa quantitas est æquiualens fructibus perceptis, & tunc nulla adest simonia, quia adest causa, propter quam datur huiusmodi quantitas, aut excedit, & tunc intrat coniectura simoniæ, ad not. in cap. cum pridem, de pact. & in cap. quæsitum. de rer. permut. attestatur de hac decis. Card. sanctæ Crucis dec. 169. in manuscrip.

Vigesimus tertius casus, An renunciatio facta cum
70 pacto, vt resignatarius † soluat debita resignantis sit simoniaca. Respondeo affirmatiue, vt in terminis consuluit Rebuff. cons. 94. per tex. in cap. consulere. de simon. & ex notat. in cap. cum pridam, de pact.

Vigesimus quartus, & vltimus particularis exami-
71 nandus casus est, An renunciatio † dicatur simoniaca, si resignans, vel resignatarius non peruenit ad faciendum id quod in pactum deductum est, vera est negatiua opinio, quam tenet Rebuff. cons. 63. numer. 13. & hanc conclusionem nota, quia sæpe occurrit, & secundum illam vidi iudicari.

Lib. 14. quæst. 7. numer. 1. Ibi, Communis opinio est affirmatiua.

IDem si resignans pro resignatario soluerit; etiamsi (¶) pactio, seu conuentio non interuenerit, Vtroque enim modo simonia, vel confidentia contrahitur, vt pluribus probat Parisius in tractatu de confidentiis beneficialibus quæst. 27. num. 141. & quæst. 13. num. 1. ac quæst. 45. nu. 1. Ideirco nuper, cum duo, super cuiusdam Archipresbyteratus possessorio colligitantes, in concordiam sub sanctæ Sedis Apostolicæ beneplacito, deuenissent, & alter eorum, videlicet iuri cessurus, nedum pecuniam, pro expensis in litis prosecutione factis, habere, sed & ab expensis, pro expeditione signaturarum, super confirmatione eiusdem concordiæ necessariarum, faciendis, immunis esse vellet. consuluimus illis, vt vtrumque tàm in signatura confirmationis, quàm in instrumento prædictæ concordiæ exprimi curarent: prout factum, & ita obtentum extitit. Agebaturque de Archipresbyteratu Beati Petri de Fossareto, Riuensis Diœcesis litigioso super eodem possessorio, inter egregium virum Dominum Stephanum Boullas, clericum Bituricensis diœcesis, in iure ciuili Doctorem, nunc Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicum & & Magistrum Michaëlem Coignard, clericum Tolosanensis diœcesis, in altero iurium baccalaureum. (¶) Ampliationem hanc de suo assuit Duclosius: Simonia enim in foro externo punibilis, de qua loquitur Auctor, committi nequit absque pacto, vt idem docet in tract. de confid. quæst. 16. num. 5. Lutterius de re benefic. libr. 3. quæst. 20. num. 13. expresso scilicet, vel tacito, vero vel præsumpto, & in subiecto casu Auctor hac ipsa quæstione num. 9. Resignatarium asserit Simoniacum, qui expensas fecit pro Resignante in expeditione literarum pensionis quando; inquit, eas fecit præcedente pacto: Secus ergo si pactum non præcesserit.

Eadem quæst. numer. 53. Ibi, Communis opinio est negatiua.

HOc verum in terminis, in quibus Auctor loquitur. Secus dicendum de eo, qui beneficium Ecclesiasticum, sub reseruatione pensionis resignaturus, pro maiori & firmiori solutionis dictæ pensionis securitate, cautionem (quam vocant banchatiam) à futuro resignatario exigit: is namque, eo ipso simoniam committit. Sicque beneficium ipsum (nisi in prouisione desuper facienda, specialis de dicta cautione mentio fiat) tanquam vacans impetrari licitè poterit. De cedula Banchariu vide quæ diximus suprà lib. 1. q. 4.

Eadem quæst. numer. 63. Ibi, Si est triangularis vel quadrangularis.

COllatarius, loco per Parisium hic citato, de triangulari tantùm resignatione loquitur: Capuaquensis autem decisione 318. parte 2. de quadrangulari solùm verba faciens, eiusdem facti speciem ponit in hæc verba, Henricus canonicatum & præbendam Sanctæ Crucis, (in quibus agebatur) resignauit in fauorem Bertrandi. & Bertrandus suum beneficium, in fauorem Federici & Federicus, in Ioannis. & Ioannes, in fauorem dicti Henrici. Concludens idem Capuaquensis, non esse veram permutationem; quæ solùm permissa est inter duos, non autem triangularem, vel quadrangularem. Quinimò nec inter duos, nisi fiat reciprocè: Etenim (vt idem Capuaquensis subdit, ac Rebuffus, & Molineus testantur) si Titius resignet suum in fauorem Caij & Caius itidem Titij, suum, in fauorem alterius; non est permutatio efficax; sed ob eam, commissa est simonia punibilis.

Eadem quæst. 7. num. 72. Vera est negatiua opinio.

¶ IMò affirmatiua & hæc est pactio firma quæ propriè dicitur Simonia conuentionalis cum status in terminis nudæ promissionis & conuentionis nulla secuta traditione rei spiritualis & temporalis dationis, cap. vlt. de pact. c. quam pio. 1. q. 2. cap. tua nos. de Simon. quamuis per subsecutam ex altera tantum parte executionem non dicatur Simoniæ conuentionalis terminos egredi, nec in realem transire nisi hinc inde, saltem pro parte, executioni fuerit demandata, vt ipse tradit Auctor in tract. de confiden. quæst. num. 141. & 142. vnde ante resignationem simoniacam non vacat beneficium ipso iure licet pecunia promissa soluta fuerit, Melchior Patt. de benefic. libr. 3. tit. 18. num. 19 quamuis è contra post resignationem huiusmodi & collationem subsecutam vacet eo ipso, etiamsi pecunia non fuerit soluta, text. est apertus in c. ea quæ 1. q. 3. quod etiam confirmatur ex constitutione Martini 5. edita in Concilio Constantiensi, sess. 43. ab Auctore relata supra hoc lib. quæst. 2. num. 9 quam de conuentionali loqui ait num. 9. & Clare etiam probatur ex constitutionibus Pij IV. & Pij V. relatis per Garciam de beneficiis parte 8. cap. 1. num. 25 aliisque iuribus ab eo adductis. Et hoc ipsum tenet Auctor noster hic num. 35. & in tract. de confid. d. quæst. 5. num. 157. quamuis variando num. 151. dicat cum Nauarro quod per Simoniam conuentionalem non annullantur acta, quam variationem notat Garcias loco citato num. 29. Ratio differentiæ est quia in primo casu ingressus non est vitiosus, in secundo sic. Nec obstat turba dictitantium simoniacum conuentionalem priuatum non esse sed priuandum, titulum interim habere coloratum & possessione triennali tueri; quia intelligendi sunt quoad beneficia alias legitimè obtenta, saltem de his solum loquuntur omnia iura per ipsos adducta, quod sufficit cum doctorum dicta intelligenda sint secundum leges & doctrinas quas allegant, vt monet Bart. in l. non solum §. liberationis num. 7 ff de liberat. legat. non autem quoad ipsum beneficium per Simoniam acquisitum; Et ita temperanda sunt Senatusconsulta quæ in contrarium lata afferuntur.

QVÆSTIO VIII.

An sufficiant coniecturæ ad probandum simoniacam resignationem.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura, & præsumptiones probant simoniam.*
2 *Simonia inter grauiora crimina reputatur.*
3 *Crimina omnia pro nihilo ad comparationem simoniæ.*
4 *Simonia comparatur homicidio.*
5 *Simonia comparatur idolatriæ.*
6 *Simonia comparatur crimini læsæ maiestatis.*
7 *In criminalibus requiruntur probationes clarissimæ.*
8 *Simonia accedit hæresi.*
9 *Hæresis probatur coniecturis.*
10 *Simonia occultè solet patrari.*
11 *Præsumptiones sufficiunt in his, quæ sunt difficilis probationis.*
12 *Dolus & fraus probatur coniecturis.*
13 *Malitia probatur præsumptionibus.*

Digitized by Google

OCtauò quæro An sufficiant coniecturæ, & præsumptiones ad probandam renunciationem si-
1 moniacam? Communis opinio est sufficere †
coniecturas & præsumptiones. Innoc. & Abb. in cap.
sicut simoniaca. in 2. not. num. 3. de simon. idem. Abb.
in cap. insinuatum, sub num. 3. eod. tit. Anan. in cap.
eum contumacia, de hæretic. lib. 6. Anan. in cap. no-
bis, in 3. not. numero. 4. de simon. vbi etiam Abb. nu-
mero. 4. Fel. numero. 1. in 2. not. Corn. cons. 341. col.
vlt. sub numer. 6. vol. 1. Card. Paris. cons. 143. num. 12.
& 13. 16. & 20. vol. 4. Petr. Greg. Syntag. iur. lib. 3.
cap. 13. numer. 39. Crau. cons. 222. num. 8. Rol. à Vall.
cons. 31. numer. 16. vol. 3. cum aliis vt per Iul. Clar. l.
5 recep. sent. §. simon. ad fi. ver. item scias. Mascard. de
probat. conclus. 1304. col. 1 2. & 3. Menoch. cons. 67. nu.
7. vol. 1. & probatur in dict. cap. sicut, vbi omnes Docto-
res de simon.

2 Et ratio est, quia simoniæ vitium † inter grauiora
crimina reputatur, vt tradit Innoc. III. in cap. vlt. ad
fin. de purg. can. vlt. 1. q. 7. nam alia crimina ad com-
3 parationem simoniæ, & hæresis † pro nihilo reputantur,
cap. per tuas, primo, de simon. & in cap. inquisitionis,
paulo post prin. de accusat. ideo Innoc. III. antedictus
4 simoniæ vitium grauissimo † homicidij sceleri compa-
5 rat, ac † etiam comparatur Idolatriæ, can. eito, & can.
6 eos, 1. q. 1. & æquiparari crimini læsæ † maiestatis, tradit
Bald. in l. si quenquam. in 1. not. C. de Episc. & cleric.
Dia 3. pract. crim. canon. c. 85. in princ. Hinc dicit Abb.
in d. cap. sicut, in princip. de simon. quòd magnitudine
omnes alios morbos superat, ideo non mirum si conie-
cturæ, & præsumptiones sufficiunt, quamuis in aliis cri-
minibus requirantur probationes luce meridiana † cla-
7 riores, l. vlt. C. de prob.

8 Accedit, quia † crimen simoniæ dicitur hæresia cap.
quoties, de simon. vel saltem æquiparatur ipsi hæresis
sceleri, not. Glos. vlt. in cap. 1. de testib. in 6. Rebuff. in
praa. benef. tit. de simon. in resign. num. 12. Sarn. de trienn.
quæst. 12. num. 13. Menoch. cons. 67. num. 30. vol. 1. sed in
9 hæresi † sufficiunt præsumptiones, communis opinio,
teste Mascard. conclus. 861. Comprobatur, quia simonia
10 est de his, quæ † occultè patrari solent. Diaz d. c. 85.
Redoan. de simon. p. 4. c. 6. num. 20. & tamen in his, quæ
11 sunt difficilis Probationis sufficiunt † præsumptiones.
Sarn. de triennal. quæst. 18. Menoch. de arbit. iud. lib.
12 2. cas. 116. numer. 12. & in ea solet committi dolus, †
& fraus, & hæc per probabiles coniecturas probantur.
cap. 2. de renunc. in 6. l. dolum. C. de dol. & † malitia
13 probatur ex præsumptionibus. cap. suscitata, de in in-
tegr. rest.

Declara, vt præsumptiones, & coniecturæ debeant
esse euidentes, & † reum de ipso crimine conuincentes.
14 Gl. vlt. in cap. insinuatum, de simon. communis opinio,
teste Alea. de Neu. cons. 64. n. 2. & seq. Clar. in §. simonia.
in fi. cum aliis, vt per Mascard. de probat. conclus. 1304.
n. 27. & 28. cum seq. ac † debeant plenè probari, Io. de
15 Anan. in d. cap. sicut simoniaca. sub num. 1. vers. oportet
tamen. de sim. Inn. in cap. literas. de præsumpt. Io. And. in
cap. vt officium, §. 1. de hæret. in sexto cum aliis vt per
Mascard. de probat. concl. 861. n. 7. & communiter Doct.

Lib. 14. quæst. 8. num. 3. Ibi, Ad comparationem simoniæ & hæresis.

VNde simoniacum, non immeritò dici posse Antichristum, ait Dayma, tit. de conuentorum appropatione. in verbo. Periurij. fol. 162. in concordar.

Eadem quæst. num. 10. Ibi, Simonia est de his quæ occultè patrari solent.

DE hoc in penultima huius operis animaduersione annuente Deo dicemus. vbi Auctor. hic dicta repetit. Ibi ergo videri poterit.

Quæst. 8. num. 1. Communis opinio est sufficere coniecturas & præsumptiones.

¶ AD Ciuilem scilicet priuationem, cap. insinuatum de simon. secus si criminaliter ageretur, cap. per tuas *le premier* in fin. & ibi Gloss. in verb. 6. taliter eod. tit. regulariter enim crimina probanda sunt, l. sciant cod. de probat. vbi autem lex positiuè probationem requirit, præsumptio etiam iuris non sufficit, l. Lucius Titius 82. vbi Gloss. & DD. ff. de condit. & demonst. Nunquam sufficiunt singulæ, sed plurium saltem trium concursus requiritur, vt notant DD. in cap. 1. de cleric. non resid. Molin. post alios quos citat ad reg de public. resig. num. 363. Et debent esse iuris, non hominis Lotterius de re benefic. lib. 3. quæst. 29. n. 36. quarum præcipuas refert Pastor de benef. lib. 3. tit. 18. nu. 23. nec ex præsumptione præsumptio deducenda est, l. 1. Cod. de dotis promiss. vt enim ex facto oritur præsumptio debet factum concludenter probari, Menoch. lib. 3. præsump. 152. num 81. in 8. declarat.

QVÆSTIO IX.

Resignatio simoniaca, quomodo probetur.

SVMMARIVM.

NOnò quæro, Quomodo probetur simoniaca renunciatio? responde probari simoniam eisdem modis, quibus etiam probatur quodlibet factũ
& † aliud crimen. Redoan. de simon. p. 3. c. 6. n. 1. Mascard. 1
de probat. conclus. 1305. n. 1.

Et primò probatur † Notorietate, cum est ita noto- 2
rium in resignatione interuenisse simoniam, vt nulla pos-
sit tergiuersatione celari, can. de manifesta, cum duobus
seq. 2. q. 1.

Secundò rei † euidentia, cum quis in crimine com-
prehenditur, can. si quis diaconus, dist. 50. cap. si quis 3
clericus, dist. 81. c. presbyter, dist. 53.

Tertiò ex partis † confessione, c. presbyter. 15. qu. 5.
cap. de hoc, vbi omnes de simon. Redoan. latè de simon. 4
p. 4. c. 7. Rol. à Vall. consil. 31. numer. 1. volum 3. nul-
la enim est maior probatio quàm † oris proprij confes-
sio. l. generaliter, C. de non num. pecun. latè Mascard. 5
de probat. conclus. 350. & vide casum Put. decis. 381.
lib. 1.

Amplia procedere † etiam si illa confessio fuerit fa- 6
cta in iudicio criminali, vt fuit resolutum in vna Vli-
sponen. Quartariæ coram Accorambono, Lunæ die

16. Maij 1552. teste Caputaq. decis. 242. par. 3. nam ibi quidam confessus fuit ante resignationem conuentio cum resignante de dando illi pensionem, & postea fuit beneficium renunciatum in manibus Nuntij.

7 Quarto per famam, † latè Rodoan. de simon. p. 4. c. 6. numer. 3. Mascard. de prob. d. conclus. 1305. numero. 10.

8 Quintò per † instrumentum, c. placuit. 16. quæstio. 3. in quo adest promissio, vel pactum, Dec. cons. 118. numer. 1. vers. & de promissione, & in l. si quis obligatione. numer. 1. ff. de reg. iur. Alciat. cons. 2. numer. 10. lib. 1. Menoch. cons. 67. num. 8. vol. 1. & communiter alij omnes.

9 Sextò per † correspectiuitatem, vt fuit pluriès resolutum in Rota, & est communis opinio omnium Doctorum. Put. decis. 460. lib. 2. Caputaq. decis. 240. p. 3. Aragon. decis. 12. manuscr. exemplum, vt quia adsunt manda-
10 ta ad † cedendum, & retrocedendum: nam Rota iudicauit simoniacam renunciationem in vna Illerden. prioratus, & in alia Gerunden. teste Mohed. decis. 222. in manuscr. & alias in vna Calagur. integræ portionis. 28. Ianuarij 1547. coram Pelegr. in qua fuit datum mandatum ad cedendum in fauorem N. qui N. coram eodem Notario, & testib. dedit mandatum ad retrocedendum reseruato regressu, fuit resolutum resignationem esse simoniacam propter correspectiuitatem, teste eodem Peleg. decis. 81 in manuscr. & in vna Veron. Monasterij coram Card. S. Cruc. 20. Octobris 1551. teste Caputaq. decis. 4. lib. 2. & in vna Oscen. Canonicatus, & præbendæ 7. Februarij 1547. coram eodem. nam ex dictis In-
11 strumentis confectis coram eodem Notario, & † testibus colligi correspectiuitatem fuit resolutum die 5. & 7. Februarij 1547. coram eodem Pelegrino, vt ipse attestatur. decis. 82. lib. 1. in manuscr. secùs verò si huiusmodi mandata fuissent confecta diuersis diebus, & sic diuerso tempore, vt fuit sententiatum, in d. causa Calagurit. teste eodem Pelegr. decis. 288. lib. 3. in manuscr.
12 nam correspectiui † actus dicuntur illi, quando vnus propter alium fit. & propterea de illis iudicatur, vt de vno, quia in simul. fiunt, Soc. cons. 66. col. vlt. lib. 3. Caput. decis. 35. p. 1. actus enim in continenti facti correspectiui iudicantur. Rip. in l. neutri. §. vlt. ff. de priuileg. cred. Curt. Sen. cons. 54. num. 4. vt quia fiunt vno eodem tempore coram eisdem Notario, & testibus. Dec. in l. certi
13 conditio, † si nummos. num. 13. ff. si cert. pet. Fel. in cap. pastoralis, col. penult. de rescr. fuit resolutum in Rota, in vna Gebbennen. coram Camillo de anno 1534. teste Sarn. decis. 4. lib. 1. in manuscr. & alias fuit resolutum,
14 quòd si N constituat † procuratorem ad renunciandum in fauorem M. & M. coram eodem Notario, & testibus constituat eundem procuratorem ad consentiendum pensioni, mandata esse correspectiua in vna Virdunen. Monasterij 6. Martij 1559. coram Card. Paleott. teste eod. decis. 101. alias 150. ita etiam fuit sententiam in similibus causis coram Cardinali S. Cruc. in vna Veronen Monasterij, & in vna Augustan. Præpositituræ, Crescent. decis. 78. Mohedan. decis. 124. Sarn. decis. 4. lib. 1. Pelegrin. decis. 81. & 82. omnes in manuscrip. Quod est intelligendum existentibus etiam coniecturis de fraude, & dolo.

Hinc aliàs fuit resolutum ex tribus mandatis confectis eadem die coram eodem Notario & testibus colligi simoniacam esse resignationem in vna Lucan. die prima Februar. 1557. & habes per Mohedan. decis. 224. Crescent. decis. 28. Caputaq. decis. 337. lib. 1. & facit quòd fuit in vna Hippogerien. 22. Octobris 1584. & 4. Februar 1585. resolutum.

Et alias ob hanc causam fuisse tentum regressum esse
15 simoniacum † attestatur Cresc. decis. 78. lib. 1. in vna Gerunden. Custodiæ. Aragon. decis. 17. Put. decis. 528. lib. 1.
16 actus † enim reciproci in beneficialibus inducunt simoniam, Caputaq. decis. 240. p. 3.

Hinc etiam fuit resolutum in vna Bononien. Veneris 23. Ianuarij 1553. cessionem prioratuum, resignationem Monasteriorum, & reseruationem pensionis esse correspectiuas, vna † annullata omnes corruunt, nam licet 17
diuersæ fuerint datæ, & diuersæ missæ supplicationum resignationes, tamen vnico contextu fuerunt præstiti consensus coram eodem Notario & testibus super vtraque supplicatione, potest tamen probari contrarium, quia probatio oriens ex præstatione consensuum vnico contextu est præsumptiua. vt fuit decisum in alia Bononien. Lunæ † 9 Iunij 1578. coram illustrissimo Cardina- 18
li Aldobrandino, tunc Auditore Rotæ doctissimo, & nunc Summ. Pont. Max. & Opt.

Hinc etiam alias fuit resolutum mandata non dici correspectiua, si vnum fiat hodie ad renunciandum & aliud cras ad retrocedendum in vna Pampilonen. Prioratus coram Guidobono 20. Ianuarij 1552. teste Caputaq. decis. 197. p. 2. & si actus fuerunt correspectiui, & fuit dictum cum beneplacito † Sedis Apostolicæ, si postea hu- 19
iusmodi beneplacitum non obtineatur, renunciatio adhuc est simoniaca, vt fuit resolutum in vna Oscenen. coram Cardinali S. Crucis teste Achille de Grass. decis. 45. in manuscr. Ant. August. decis. 625. lib. 3. & decis. 252. eod. lib. 3.

Et non omittam, quòd Notarius † de instrumento simo- 20
niaco rogatus non possit opponere de simonia vigore illius instrumenti simoniaci per eum confecti ad effectum nanonizationis gratiæ si neutri, vt Rota resoluit in vna Toletana parochialis coram Card. S. Crucis, 20. Nouembris 1547. vt attestatur ipse Card. S. Crucis decis. 94. & Pelegr. decis. 13. lib. 2. in manuscr. & Put. decisio. 336. lib. 2. quia detegeret suam turpitudinem, ad no. in cap. in literis, de transact.

Et renunciatio † facta absenti tollit suspicionem 21
simoniæ, Card. Paris. cons. 135. num. 19. vol. 4.

Lib. 14. quæst. 9. numer. 14. Ibi, Hinc aliàs fuit resolutum.

HOc tum demum obtinet, cum tria illa mandata (quorum Auctor m. minit) super resignatione vnius & eiusdem beneficij, seu illius contemplatione ac intuitu confecta esse reperiuntur; aliàs secus.

Eadem quæst. num. 21. Ibi, Et renunciatio facta absentì tollit suspicionem simoniæ.

NIsi aliundè inter resignantem & resignatarium, pactiones de futura resignatione, præcessisse constiterit. Eo enim casu, resignatio huiusmodi, quantumuis absenti facta, simoniaca reputabitur, vt per Mascardum, de Probationibus conclusione 1311. num. 5.

Quæst. 9. numer. 1. Responde probari simoniam eisdem modis quibus aliud crimen.

¶ ETiam per testes minus idoneos si ciuiliter non criminaliter agatur, cap. per tuas *le premier* in fine de simon. apud nos tamen non admittuntur soli testes, quamuis omni exceptione maiores, ad probandam simoniam in possessorio iudicio, vt in magno consilio & Senatu aquasextensi iudicatum refert Pastor de benef. lib. 3 tit. 18 n. 28. sed tantum adhibentur ad supplementum probationis quando adsunt coniecturæ validæ semiplenam probationem facientes ex actis vel instrumentis causæ resultantes, modo non obstet præscriptio triennalis, qua querelæ criminum excluduntur, l. querela. cod. de fals. quam tamen non obstare ait Pastor vbi simonia literis probaretur; sed contrarium verius indistinctè, quia eadem vrget ratio publicæ tranquillitatis & præsumptæ absolutionis. Quinimò simoniacum exceptione decernali tutum esse ex Senatusconsulto Parisiensi scripsere Charund. li. 1. respons. cap. 47. & *Lommeau en ses maximes* lib. 3. cap. 6.

QVÆSTIO X.

An testes socij criminis probent resignationem simoniacam.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis non probat pro socio, nec contra socium.*
2 *In crimine furti socius non probat.*
3 *In crimine falsi, socius non probat.*
4 *Socius probat in crimine adulterij.*
5 *Socius an probet quoad inquisitionem formandam, & torturam.*
6 *Dictum socij quando sufficiat ad inquisitionem.*
7 *Socij plures non probant contra socium.*
8 *Socius in causa ciuili non potest esse testis, cum agitur de re communi.*
9 *Socius criminis simoniæ probat contra socium, ex Decreto Gregor. IX. Papæ.*
10 *Simonia crimen atrox.*
11 *Alia ad comparationem simoniæ pro nihilo reputantur.*
12 *In crimine læsæ maiestatis admittitur socius, contra consocium ob atrocitatem criminis.*
13 *Simoniacus æquiparatur crimini læsæ maiestatis.*
14 *In crimine hæresis socius admittitur.*
15 *In crimine sacrilegij, socius probat.*
16 *Conspiratio contra Papam probatur per socium.*
17 *In crimine assassinij, socius probat.*
18 *Socius probat in crimine falsæ monetæ.*
19 *Socius probat in causa malefica.*
20 *Socius probat in crimine latrocinij.*
21 *Crimina atrocissima quæ.*
22 *Socius probat in crimine raptus.*
23 *Simonia solet occultè committi.*
24 *Socius probat contra socium in criminalibus.*
25 *Testes aliàs parum habiles admittuntur propter enormitatem criminis.*
26 *Iura transgrediuntur ob atrocitatem criminis.*
27 *Lex vbi est expressa, non cadit dubium.*
28 *Socius criminis, & muneris non probat simoniam.*
29 *Mediator propter participationem suspectus.*
30 *Malus semel, semper præsumitur malus.*
31 *Mediator propter participationem dicitur committere delictum.*
32 *Proxeneta dicitur vsurarias percipiens emolumentũ.*
33 *Socius muneris qui dicatur, & num. 39.*
34 *Salarium proxeneticum quod.*
35 *Socius in crimine simoniæ habens promissionem salarij non probat.*
36 *Qualitas requisita in lege debet verificari.*
37 *Remissio est donatio.*
38 *Aduocatus potest esse testis in causa, si non recipit salarium.*
40 *Promissio quando habet vim exceptionis.*
41 *Promissio continet vtilitatem.*
42 *Assassinium committitur ex sola promissione.*
43 *Socius in crimine simoniæ non probat, quando agitur criminaliter.*
44 *Mediator admittitur in ciuilibus de consensu partium.*
45 *Causa criminalis quæ.*
46 *Criminalis causa cum agitur de crimine.*
47 *Criminalis causa quando imponitur pœna corporalis.*
48 *Criminalis causa quando crimen deducitur vt puniatur.*
49 *Resignatio confidentialis nulla.*
50 *Confidentia quomodo committatur.*
51 *Tractatus de confidentijs.*
52 *Sedis Apostol. iudicio, & correctioni omnia submittenda.*

QVæro decimò, an testes socij criminis probent resignationem simoniacam? videtur respondendum negatiuè ex regula trita, & communiter passim a Doctoribus recepta, vt socios criminis, nec pro socio, † nec contra socium pro- 1
bet, l. quoniam, C.de testib.cap.veniens, 1. cap.ex persona, eod.tit.cap.1.de confess.c.nemini,15.q.3.Specul.de testib.§.1.vers.item,num.37.Anch.cons.24.colu.3.Fulg. cons.135.col.vlt.Ioan.de Anan.cons.59.Bald.cons.95. in prin.lib.1.Alex.cons.11.numer.1.lib.1.& cons.90.lib.3. Cor.cons.94.num.5.vol.3.Card. Paris.cons.53.nu.etiam 53.& 151.num.8.vol.4.Dec.cons.189.nu.8.& cons.234. col.1.Cur.Iun.cons.170.col.2. Soc.Iun.cons.39.num.64. vol.2.Ruin.cons.147.vol.2.Natt.cons.18.nume.14.lib.3. Rolan.à Vall.cons.73.nu.2.vol.1.Ias.cons.23. per totum, vol.1.Grat.cons.97.num.8.volum.1. communem dicunt Carrer.prax.crimin in princ.numer. 122. Beso cons.175. num.62.volum.3.Clar.lib.5.recept.sent.§. vlt.quæst.21. Bertaz.cons.crimin.61.numer.15.lib.1.Mascard.de prob. concl.1311.numer.1.vbi infinitos eiusdem sententiæ auctores congerit, & ob id conuictus de furto, si socium
nominet, nihil † contra eum probat. Saliect.in l. vlt. 2
colum.2.C.de accusat.latè Marsil.cons.22.num.13.cum
seq.Rol. à Val.cons.51.num.26.vol.1. idemque in † cri- 3
mine falsi probat Dec cons.189.nu.8.& cons.234.colu.1. Card.Paris.cons.151.numer.4.vol.4.Ioan.de Amic.cons. 138.Hierom.Gab.cons.164.nu.61.volu.1.Ruin.cons.146.
col.3.vol.4.Ac in † crimine adulterij deducit. Ias.cons. 4
23.vol.1.Card.Paris.d.cons.54.num.50. volum.4. Fulgo. cons.135.col.vlt. Et in crimine homicidij tradit Bar. in l.repeti.§.1.ff.de quæst.Grammat.cons.crimi.21.nume.3. Bos.in tract.criminali, tit.de iud.num. 144. Ita pari ratione idem erit in crimine simoniæ.Et hoc intelligitur, vt socius criminis non probet contra socium etiam
quoad inquisitionem formandam † & vt minus faciat 5
indicium ad torturam, vt probat Salic.in l.vlt.C.de accus.Alex.cons.137.lib.4.Grammat.cons.66 per totum, & cons.70.n.6.Card.Paris.cons.163.n.18.vol. 4. Hieron. Gabr.cons.177.n.9.vol.1.Grat.cons.60.li.2. communem affirmant Natt.cons.18.nu.14.vol.1.Rol. a Vall.cons.16. n.5. & 73.n.2.vol.1.Paris.cons.173.col.pen.vol.4. quamuis Io.Hostiens.Abb.Imol.Anch.& But. & alij in cap.1. de confess.tenuerint contrariũ,Blanc.tract.de iud.n.387. Rom.in l si certus,ff.ad sillanian.Feli.in cap.sicut nobis, de testib. & alij,quorum sententia intelligenda est,con-
currentibus indicijs, vt tunc dictum † socij sufficiat ad 6
inquisitionem, vt declarant Campeg. de testib. reg 86. fallen.2.Bertaz.cons.crimin.40.num.12.& 13.vol.1.Menoch.de arbit.iud.cas.474.nu.25.& etiam intelligitur, quamuis sint plures socij criminis, qui idem depone-
rent, nam nihilominus † eorum dictum non sufficeret. 7
Alex.cons.88.col.pen.vol.5.Natt.cons.298.num.10.vol. 1.Rol.cons.16. lib. 1. Marsil. cons. 22. cum alijs, vt per Mascard.d.concl.1211.num.18.

Et comprobatur, quia socius cum etiam agitur in
causa ciuili de re † communi non potest esse testis. Bar. 8
& alij omnes in l. quoniam liberi. C. de testib. Abb.in cap. insuper, eod. tit. Menoch. de arbit. iud. cas. 474.in prin.Nel.de testib. col.2.cum alijs, vt per Mascard. de prob.conclu.1312.col. 1. & 2.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est verior, & communiter recepta per Doctores, vt socij
criminis in crimine † simoniæ probent ipsam simoniam, 9
vt statuit Greg. IX. in conc. Lugdunens. vt habetur in cap.1.de testib.lib. 6. *Mediatores per quos scelus simoniæ plerumque committitur, ad testimonium contra sceleris eiusdem auctores in detestationem criminis admittantur, &c.* can.si quis Papa.dist. 89. Gloss. vlt. 15.q.3.Innoc.in cap.veniens, de testib. Specul. in Spec.tit.de teste, §. 1. sub num.37.Glo.in verb.mediatores. Gem.Anch.Franc. & alij communiter in d.cap.1.de testib.lib.6.Ruin.cons. 158 num.3.volum.1. Campeg.reg.86.de testib.fallent.1. Crot.eod.tract.numer.94.Boer.q.319.numer.2.cum aliis multis, vt per Redoan.de simon.p 4.c.15.numer.28.Menoch. & alij, vt per Mascard.d.concl.1311.numer.25. &

Digitized by Google

omnes communiter passim id volunt, considerantes ra-
10 tionem huius conclusionis fundari in atrocitate † cri-
minis simoniæ.cap.vlt.ad fi.de purg.canon.Diaz.in prax.
crim.c.85.in princip. Cætera enim delicta ad compara-
11 tionem simoniæ † pro nihilo reputantur, c. vlt.1. qu.7.
latè Mascard.de prob.concl.1304.col, 1. Et ideò in cri-
12 mine læsæ maiestatis † ob atrocitatem eius, socius cri-
minis admittitur aduersus socium, can.nemini.16. q.3.l.
quisquis, C.ad leg.Iul.maiest.Gloss. in l. vlt. C. de ac-
cus.Martin.de Laud.de crimin.læs.maiest.num.8. Bald.in
l.quoniam liberi, C. de testib. Marsil. cons.1. numer.52.
Rol.cons.68.num.4.libr.2.Capic.decis.130.num.57.Tib.
Dec.cons.181.num.334. vol. 1. & communiter Doct. &
nemini dubium est simoniacum æquiparari crimini læ-
13 sæ † maiestatis. teste Bald. in l. si quemquam, in primo
not. C.de Episc. & cleri.Alex.in addit.ad Bar.in l. 2. ff.
14 de publ.iud.Rol.cons.32.num.22.libr.3.Hinc etiam † in
crimine hæresis socius criminis admittitur, Gloss.dict.
l.vlt.vbi Salic. & alij omnes, C. de accusat. Bald. cons.
95.col.1.lib.1.Grammat.cons.135.nu.25. Boër. quæst.319.
num.2. & communiter alij.

15 Hinc etiam † in crimine sacrilegij socius admittitur.
can.in primis, secunda q.1.can.qui autem, 17. q.4.Cam-
peg.dict.reg.86.de testib. fall.1. & alij omnes.

16 Hinc quoque † in crimine conspirationis contra Pa-
pam admittitur socius. Alex.cons.13.colu.4.lib.6.Felin.
in cap.vlt.de concess.Natt.cons.138.num.2.volu.1.Marsil.
17 cons.1.num.32.Hinc etiam in † crimine assassinij, socius,
probat l.Diuus.2.de cust.reor.in l. prouinciarum, C. de
fer.Marsil.cons.22.num.15.Grammat.cons.28. num 10. &
18 alij omnes. Hinc quoque in crimine † falsæ monetæ
socius examinatur, l.1.C.de fals.monet Grammat.cons.
19 38.numer.25.Hinc etiam in causa † maleficij socius ad-
mittitur. l. vlt. C. de malef. Bald.cons.96.lib.1.Crot.de
20 test.p.3.nu.47. Hinc etiam † idem erit id crimine latro-
cinij.Grammat.d.cons.35.num.26. in crimine testis cor-
21 rupti.Boët.q.319.num.3. nam huiusmodi crimina † sunt
atrocissima, & socij deponunt in tortura. Alberic. in l.
vlt.C.de accus.Fulgos.cons.173. colum.1. Alex.cons.11.
col.2.lib.1.Bertaz.cons.crim.234.num.4.vol.1. Burs.cons.
22 239. volum. 3. & in materia † raptus, Caputaque. de-
cis. 277. p.3.

Accedat & alia ratio, quia simonia est de criminibus,
23 quæ occultè † solent committi.Crauett.cons.125.num.8.
cum alijs, vt per Mascard.de probat.conclus.1304.nu.11.
& communiter volunt Doctores. Et in his criminibus,
quæ solent perpetrari occultè, & sunt difficilis proba-
24 tionis socius contra socium † admittitur. Bald.in Auth.
si dicatur, de testib.Dec.cons.189.numer.9.Crauet.cons.
178.num.3.Rol.à Vall.cons.73.nu.27.lib.2. Aret.cons.61.
ad fi.Rim.Sen.cons.75.num.15.vol.1.Natt.cons.298.nu.9.
vol.2.Dec respons.4 num.47.vol.3. Ias.in l. cunctos po-
pulos.C.de summ.Trin. & fid.Cath. & alios plures citat
Mascard de prob.concl.1311.num. 33. & 34. & ideo Ge-
min.in d.cap.1.de testib.lib.6.notat speciale esse hoc ca-
su, vt mediator admittatur, & dicit nu.3.quòd propter
25 enormitatem † criminis admittuntur testes, qui aliàs
non admitterentur, cap.1.de confessis, & licitum est ob
26 atrocitatem transgredi † iura. iuxta commune dictum
Innoc. in cap. 1. de const. ex quibus cessant ea, quæ in
contrarium fuerunt adducta, cum sit speciale hoc casu,
vt omnes Doctores volunt dict.cap.1.de testib. lib.6. &
27 habeamus legem expressam, vnde non erit † ambigen-
dum. l.ancillæ, C. de fur.

Declaratur primò hæc conclusio non procedere in eo,
28 qui esset socius criminis, & † muneris, nam tunc pro-
baret contra simoniacum, vt probatur in d. cap. de te-
stib.lib.6.in fin.ibi: *Et emolumentum exinde non fuerint
assecuti*, & ibi Gloss. in verb. assecuti, Ioan. Monach.
Petr.de Anchar.Gemin.Fran. & alij omnes tradunt, &
in cap. veniens, el 1 eod. titul. extra ibi: *Et nos tuam
sententiam commendamus, eo quòd ille, qui eodem erat
infectus crimine, inde contra eum testificari non posset,
&c.* & loquitur ibi Alex. III. de crimine simoniæ, vt
patet in principio, & ibi Gloss. in verb. illorum, con-
firmat, & dat rationem Anton.de Butr.Abb. & alij om-
nes, Redoan.de simon.p.4.c.5.numer.38. Alciat.cons.2.
num.4. & num.8. tom.1.l.1. & communiter Doctores,
vt per Mascard. de probat.conclus.alleg.1311.numer.26.
Salicet.in l.quando liberi, numer. 6. C.de testib. & ita
fuisse sententiatum in Rot.in vna Pampilonen.parochia-
lis de paterna, coram Accorambono 13.Iunij 1552. re-
fert Caputaq. decis. 244.p.3.Et rationem ponit Gemin.
dict.cap.1.num.4.de testib.lib.6. quod propter partici-
pationem emolumenti mediator censetur † valde sus- 29
pectus ad testificandum super actu, ipso mediante ge-
sto, & ideo ei non creditur, quia semel † malus semper 30
præsumitur malus, reg.vulg. & numer.5.ex mente Ioan.
Monach. dicit, quòd recipiendo emolumentum est ma-
gis infectus, & ideo ei non creditur.addit Franc.ibidem
numer. 2. quod tunc mediator dicitur † ipsum delictum 31
committere, cap. nuper & cap.quanto, de præsumpt.
cap.1.de off.deleg.cap.sicut dignum, de homic. & dici-
tur simoniacus, quia recepit salarium. Glos. communi-
ter recepta d.cap.1.sicut in contractibus † vsurariis pro- 32
xeneta dicitur vsurarius, & tenetur ad restitutionem.
Gloss.in l.sciente, ff. de partic.Bar.in l.1.§.incidit, ff. ad
Turpill.ex rationibus, vt per Innoc. & Doctores in cap.
super eo, de vsur.can.cum liceat Papæ, 12. quæ. 2. Lap.
alleg.93.Et sic dicitur socius † muneris, quotiès recepit 33
emolumentum, id est secundum Archidiac. fructus la-
borum. vel acquisitionis alicuius rei, aut redditus se-
cundum Ioan. Monach. vel secundum Gem. d. cap. 1.
quoslibet prouentus, ad not. in Clemen. statutum, de
elect. Ioan.Monach.in cap nemo, de simo. & salarium † 34
illud, quod eis datur, dicitur proxeneticum, l. 1. & 2. ff.
proxenet. Gl.d.cap.1.verb.mediatores.

Sed dubium est, quid si socius criminis simoniæ re-
cepit promissionem salarij, seu emolumenti, non tamen
salarium, seu emolumentum, † an repellatur à testi- 35
monio? Ioan.Andr.dict.cap.tenuit hoc casu non repel-
li. sequitur Gemin. numer. 6. & 7. & ibi Ioan.Monach.
idem videtur firmare ex eo, quia dictum cap.1.de testib.
lib.6. requirit culpam, & receptionem salarij, vt me-
diator repellatur: ideo hæc qualitas in primis † veri- 36
ficanda erit, l. quicumque. C. de seru. fugitiu. & textus
in dict.cap. veniens, 1. de testib. loquitur in remissione
vini, ex qua illi erant consecuti emolumentum, quia
erant obligati ad soluendum, & † remissio est donatio. 37
l. si fundum, §. titio, ff de leg. 1 l peculio, 1. & ibi
Bart. ff. de pecul. l. 3. §. si postulanti, ff de donat. int.
vir. & vxor. Gloss. in l. si inter, & ibi Bald. C. de so-
lut. Alex. in l. si mulier, ff. de cond. ob caus. Bal. cons.
201. libr. 4. & maximè de debito liquido. Dec. ibidem
num. 13. ideo sola promissio non sufficit, sicuti dicimus
de Aduocato, qui conuenit de salario, † quia poterit 38
esse testis in causa, si nondum salarium recepit. Gl.in l.
vlt. ff. de testib.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
existimo † veriorem, quam refert Bald. in dict. cap. 1. 39
fuisse seruatam in ciuitate Florentiæ, & hanc opinio-
nem dicit esse tutiorem Fran. ibid. num. 3. Dec. d. cap.
veniens, & secundum hanc opinionem fuit resolutum
in dicta Pampilonen. parochialis coram Decano, die
13. Iunij 1552. teste Caputaq. d. decis. 244. p. 3. quia
sola pactio est turpis. l. 1. cum seq. ff. de calumn. & quia
fuit contentus † sola promissione, vnde videtur rece- 40
pisse. arg. §. venditæ, inst. de rer. diuis.l.2. §. creditum,
ff. si cert. petat. & ideo paria sunt promittere, & solue-
re, l. vlt. C. de fals. ex qua promissione satis dicitur
† vtilitatem consequi. Franc. dict. cap. 1. num.3. in fin. 41

Hinc crimen † assassinij contrahitur etiam ex sola 42
promissione. Salicet. in l. non ideo minus, in fi. C. de
accusat. Curt. Sen. cons. 20. colum. 18. vers. omitto
postremo, Grammat. cons. 9. colu. 1. cum alijs, vt per
Gabr. de malef. concl.1 num.1. cum seq.

Declara secundò hanc conclusionem procedere,
quotiès agitur ciuiliter, † secus autem si agatur crimi- 43
naliter, vt dicitur in dict. cap. 1. de testib. libr. 6. ibi,
non agatur criminaliter, sed ciuiliter, & emolumen-

tum ea inde non fuerint assecuti, & ibi Gloss. in verb.
ciuiliter, hoc confirmat, & respondet tacitæ obiectio-
44 ni dicens, quòd in ciuilib. mediator † de consensu par-
tium admittitur ad testimonium, alias secus. §. quo-
niam verò. Auth. de testib. Gloss. in cap. dilectorum,
de testib. cogen. hic autem admittitur etiam parte con-
tradicante, & in hoc hic tex. inducit specialitatem,
Ioan.And. & Imol.in d. cap. dilectorum. Gloss.in cap.
vlt.eod.tit.de testib.lib.6.Pet.de Anch. Gem. Franc.n.6.
& 7.in d.cap.1.Ang.in l.quoniam, C. de testib. Bald. in
l.omnibus, eodem tit.

Et quando dicatur agi criminaliter, & quando ciui-
45 liter, & quæ sit † causa ciuilis, & quæ criminalis plures
sunt Doctorum sententiæ, quas omnes retuli, cum le-
garem rubricam extr. de iud. Glos. in l. Cot. in princ.
verb.eorum, ff.de iniur. voluit, vt causa criminalis di-
46 catur, † quando agitur de crimine, aliàs ciuilis, sed
hanc opinionem confutat ibi Batt. vers. certè ista, Abb.
d.rubr.de iud.num.5. vers. tertia opinio, & communiter
Doctores, testa Blanc. in prax.crim.in.in 5 p. incip. visis
indiciis, num. 157. Glo. vero in l. 1. verb. ciuiliter. C.
quando ciuil.act.crimin. præiud. tenuit dici causam cri-
47 minalem, quando imponitur pœna † corporalis, ciui-
lem quando imponitur pecuniaria, hoc etiam voluit
alia Glos. in l. si qua per calumniam, verb. auri, C. de
Episc. & cleric. & Gloss. in l. obseruari, vers. proficis-
ci, ff. de off. procur. & in l. vlt. C. de his, qui ea public.
iud. verb. ciuiliter. Sed hanc etiam sententiam repro-
bat Bart. in l. 3. C. de sepulchr. violat. & communiter
reprobari attestatur Dec. in d. rubr. de iudic. numer. 9.
in princ. pen. col. & Blanc. loc. cit. numer. 158. Clar.
lib. 5. recept. sent. §. vlt. q. 1. vers. sed hæc etiam opi-
nio, & gloss. l. 3. ff. de sepulcr. viol. in princ. verb.
centum aureorum, tenuit tertiam opinionem, vt dica-
tur causa criminalis, quando agitur pro crimine ad
pœnam applicandam fisco, quando verò quod petitur,
venit applicandum parti, dicatur causa ciuilis, idem
gloss. in l. aut damna, in princip. ff. de pœnis, Bal. in l.
si qua per calumniam, C. de Episc. & cleric Ias. in rub.
C. de iud.num.2.communis, teste Dec.in d. rub.extr.de
iud.num.9.Gomes.in §.1.post num.18. inst. de act. & ibi
Benincas.num.125.infinitos congerit Aleiat. in sua prax.
Iudic. fol. 5. Marant. in suo spec. in 4. par. Soc. Iun.
cons. 99. num. 26. volum. 2. Cæphal. cons. 35. num. 31.
lib. 1. & cons. 141. num. 21. eod. lib. 2. Clar. d. q. 1. in
3. colum. Duaren. lib. 1. disput. anniuers. c. 35. Robet.
Aurelian. libr. 4. sent. iur. c. 9. Menoch. de arbit. Iud.
cas. 266. num. 7. Sed hanc quoque improbat Constant.
Harmenopulus in prompt. iuris lib. 1. tit. 1. Rot. decis.
10. de appell. in antiq Menoch. de arbitr. iud. quæst. 82.
num. 3. In terminis conclusionis nostræ potest defendi
opinio Abb. d. rubr. de iud. num. 6. vers. & ideo, vt di-
48 catur † causa criminalis, quando crimen deducitur, vt
puniatur, vt probatur in cap. per tuas, 2. in fi. de simo.
ibi: *Cum agretur non criminaliter, vt deponeretur ab
ordine, sed ciuiliter, vt ab administratione amoueretur,
tanquam immeritus, & damnosus, &c.* & ibi omnes
DD. illum ad hoc notant.

Pro complemento huius vltimi libri scire oportet,
quòd sicut resignatio simoniacè facta est nulla, ita est
49 confidentialis facta † intercedente confidentia, vt sta-
tuit in Const. Pij IV. 109. incip. Romanum, & in alia
50 Pij V. 87. incip. Intolerabilis, vbi etiam explicatur, †
quibus modis committatur confidentia, ex qua causa,
ex quibus præsumatur, quomodo probetur, & per quos
testes, & qua pœna puniantur confidentiarij, super qui-
bus omnibus, quia materia est vtilis, & dubia, à nemi-
51 ne pertractata, multis vigiliis feci tractatum, † quem
pro vtilitate communi, mense sequenti tradam Typo-
grapho imprimendum.

Et ex his ad laudem omnipotentis Dei, & Virginis
Mariæ, ac Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Francisci de
Paula protectorum, sit absolutus iste Tractatus, cuius
dicta submitto correctioni S. Sedis Apostolicæ, & scripta
52 esse volo præmissa † protestatione, de qua in can. hæc
est fides 24. quæst. 1. cum aliis, vt per Bellam. in consil.
28. colum. 3. & tradit Cardin. Paris. consil. 68. numero
427. volum. 4.

Lib. 14. quæst. vlt. num. 21. Ibi, Nam huiusmodi crimi-
na sunt atrocissima.

DIc ergo, pari, imo maiori ratione, præmissa locum habere in Sodomiæ crimine. Nam ob illud (vt in sacris scripturis, Genesis videlicet cap. 19. habetur, & Gregorius in suo Syntagmate lib. 35. cap. 1. num. 7. refert) filiorum paruulorum Sodomitarum ætas, vel ignorantia non prohibuit, quin vnà inuolueretur vindictæ parentum.

Eadem quæstio. numer. 23. Ibi, Quæ occultè solent
committi.

HOc verum regulariter: cæterum permultos de simonia accusatos vidimus, & audiuimus, qui per producta in iudicio, ab eorum aduersarijs, instrumenta publica (notariorum scilicet seu Tabellionum manibus recepta) nedum de eadem simonia conuicti, sed & tandem, beneficijs iustitia suadente, priuati extiterunt.

Eadem quæst. num. 50. Ibi, A nemine pertractata.

GLoriatur Parisius, à se solo, materiam confidentialem fuisse pertractatam. Verùm (pace illius dictum sit) ex eo falsi conuincitur, quòd Mascardus conclusione 1314. num. 23. de probationibus, alium de confidentiis beneficialibus, incerto Auctore nuratum tractatum, in suis aduersariis manuscriptum extare, asseuerat. quem (quia capitibus constat) non ab ipso Parisio compositum, facilè persuadere possumus.

quæst. 10. num. 49. Sicuti resignatio simoniacè facta est
nulla ita confidentialis.

¶ ET ècontra quum æquiparatorum eadem sit iuris dispositio, l. vlt. ff. de accept. atqui resignatio confidentialis est ipso iure nulla per memoratas hic Constitutiones Pij IV. & Pij V. ergo simoniaca erit pariter nulla ipso iure, quod an & quando verum sit, quia Auctor interdum circa hoc æstuat, & male pedem figit, vt tetigimus supra hoc lib. quæst 7. nec omnia percutrit, operæ pretium duximus rem totam hic quatuor conclusionibus distinguere & explanare. Prima conclusio. Resignatio simoniaca simonia reali est ipso iure nulla. cap. ea quæ. 1. quæst 3. Constitutione Martini V. edita in Concil. Constantien. sess. 43. incipiente multæ, & extrauag. cum detestabile de Simon. inter Communes, etiamsi Resignatarius Simoniæ reus non sit, cap. nobis & cap. insinuante, de Simon. & insuper Simoniacus realis est ipso iure priuatus omnibus beneficiis ante Simoniam obtentis, d. Extrauag. cum detestabile, ibi: quas ipso facto eos incurrere volumus, quibus antea veniebat priuandus, cap. 2. de confessis, cap. insinuatum, cap. de hoc. de Simon. c. ergo, 1. quæst. 1. Cum ex multis, 1. quæst. 3. quamuis vtrumque neget Lotterius de re benefic lib 3. quæst. 29. numer. 161. & 163. contra Garciam loco mox citando, & ipso facto est excommunicatus, dd. constit. multæ & extrauag. cum detestabile, & inhabilis ad quæcumque beneficia, constitutione Pij V. incipiente cum primum, ab Auctore supra hoc lib. quæst. 2. num. 21. relata, & apud nos recepta, Pastor de benefic. lib. 3 tit. 18. numer. 17. Secunda conclusio. Resignatio Simoniaca Simonia conuentionali est etiam ipso iure nulla, vt supra hoc lib. quæst. 7. probauimus, & tenent Garcias, de benefic. parte 8. cap. 1. num. 20 & alii per eum citati num. 28. 29. & 30. etiamsi tertius Simoniam commiserit d. cap nobis, nisi in fraudem & malitiosè id egerit, eod. cap. vel resignatario reluctante cap. sicut tuis, eod. tit. Et Simoniacus conuentionalis efficitur inhabilis ad obtinenda, d. constit. Pij V. si execuia fuerit simonia, saltem quoad spiritualia, alias secus, Garc. loco cit. num. 71. non tamen est priuatus obtentis ante Simoniam, sed priuandus venit, cap. cum super de confessis, nec excommunicatus; quia extrauagans cum detestabile inducens priuationem ipso iure & excommunicationem tanquam pœnalis & odiosa ad Simoniam realem communi interpretatione restringitur Duareno, de be-

Digitized by Google

nef. Lib. 8. cap. 6. restringitur, Cassador. decis. 5. de constit. Gonccs. de triennali poss. quæst. 12. Idem dicendum de constitutione Concilii Constantiensis iisdem fere verbis concepta. Declara ista procedere in Simoniaco conventionali, qui sit alius à confidentiario: Reus enim confidentiæ est ipso iure priuatus obtentis, inhabilis ad obtinenda & ipso facto excommunicatus, à solo Papa absoluendus per Constitutiones Pij IV. & Pij V. contra confidentiarios. Tertia conclusio. Resignatio Simoniaca Simonia interpretatiua seu similitudinaria, de qua supra hoc lib. quæst. 4. diximus, titulum vitiat, sed propter hanc Rei non sunt priuati, nec priuandi aliis beneficiis, Abbas per illum textum in cap Constitutus de transact. & ibi gloss. & Molin. in verb. audiatis. Duarenus de benefic. lib 6. cap. 1. Garc. d. p. 8. cap. 1. num. 38. Pastor de benefic. vbi supra num. 22. nec aliquam inhabilitatem aut excommunicationem contrahunt, Garcias ibidem. Quarta conclusio. Resignatio simoniaca simonia mentali non est nulla nec annullanda, nec cadit delictum hoc sub vindicta Iudicis externi, sed inuisibili Deo optimo maximo, cui sit honor & gloria satisfieri debet per pœnitentiam, cap. vltimo de Simonia.

FINIS.

LAVS DEO OPTIMO MAXIMO VIRGINIQVE MARIÆ. Amen.

INDEX
COPIOSISSIMVS
RERVM AC VERBORVM
MEMORABILIVM.

Quæ in Primo, & Secundo Tomo huius tractatus de Resignatione Beneficiorum Excellentiss. I. C. D. Flaminij Parisij continentur.

A

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

B

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Cardinalis

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

D

Digitized by Google

INDEX.

Dictio

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Google

INDEX.

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

G

Digitized by Google

INDEX.

I

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

M

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

I N D E X.

Digitized by Google

INDEX.

Google

N

quæst.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Google

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Priuatus

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Google

INDEX.

Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

eam

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Google

INDEX.

INDEX.

INDEX.

Suspensi

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

F I N I S.

INDEX
ANIMADVERSIONVM PETRI DVCLOS,
AD FLAMINIVM PARISIVM
DE RESIGNAT. BENEFICIORVM.

A

B

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX

OBSERVATIONVM IOANNIS SOLIER;

AD FLAMINII PARISII TRACTATVM

De Resig. benefic. ipsasque Petri Duclosij ad eundem animaduersiones.

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

Q

R

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

FINIS.

FLAMINII

Digitized by Google

FLAMINII PARISII
IVRE-CONSVLTI CONSENTINI.
ET IN ALMO VRBIS GYMNASIO IVRIS PONTIFICII PRIMARII INTERPRETIS,

De Confidentijs Beneficialibus.

QVÆSTIO I.

Confidentia verbum, quid importet; quotuplex sit; quomodo definiatur; an sit verè, & propriè simoniacum; in quibus differat à simonia reali; & in iure Pontificio num de eo fiat mentio.

SVMMARIVM.

1 Confidentia aliquando accipitur pro audacia.
2 Audacia accedit vitia.
3 Audacia sumitur in malam partem.
4 Audacia coërcetur per leges.
5 Audacia appellatur temeritas.
6 Confidentia aliquando accipitur pro fiducia.
7 Confidentia in fide posita est.
8 Confidentia deducitur ex verbo Confido.
9 Fidentia quid significet.
10 Confidentia generalis diffinitio.
11 Ianus Parrhasius quomodo antea vocabatur.
12 Spes quid est.
13 Spes bona, quando speratur benefium.
14 Ordinatè est sperandum.
15 Differentia inter fiduciam, & Confidentiam.
16 Verbum Fiducia positum in l.3.C.ad l.Iul.de vi publi. accipitur impropriè.
17 Fiducia aliquando capitur pro authoritate.
18 Sperans illicitum inordinatè sperat.
19 Confidentia beneficialis duplex, illicita, & licita.
20 Confidentia beneficialis licita qua.
21 Dignus, iustè potest sperare, & consequi beneficium.
22 Episcopatus an possit licitè appeti.
23 Confidentia beneficialis illicita qua.
34 Illicita confidentia beneficialis duplex.
25 Confidentia inordinata qua.
26 Indigni non possunt sperare beneficium, & num. 33.
27 Confidentia illicita non simoniaca qua.
28 Episcopus potest licitè conferre consanguineis, & amicis.
29 Quis potius tenetur subuenire suis, quàm aliis.
30 Resignatio in fauorem consanguineorum licita.
31 Episcopus licitè potest beneficia conferre familiaribus suis dignis.
32 Dignus debet esse, cui confertur beneficium.
33 Digni licitè sperant beneficia.
34 Clericis licet seruire Ecclesiis ob spem habendi dignitates.
35 Clerici spe maioris commodi sunt inuitandi ad seruiendum Ecclesiis.
36 Ordinatus spe secundaria consequendi beneficia non peccat.
37 Accedens ad Ecclesias, vt consequatur distributiones quotidianas quando peccet.
38 Non peccat seruiens prælato cum spe secundaria consequendi beneficia.
39 Quod principaliter agitur, semper attenditur.
40 Virtuti pauci student sine vlla spe.
41 Præmia, & pœna omnis bona respublica sustinetur.
42 Ex mutuo licet secundariò sperare.
43 Cessat simonia, vbi non adest pactum.
44 Constitutiones Pij IIII. & Pij V. de confidentiis non loquuntur de Confidentia non simoniaca.
45 Confidentia est species simoniæ, & num. 156.
46 Diffinitio confidentiæ, per Nauar. confutata.
47 Diffinitio defectiua quæ non conuertitur.
48 Diffinitio confidentiæ per Mascard. reiecta, & curialistarum.
49 Diffinitio confidentiæ.
50 Diffinitio bona quæ.
51 Genus requiritur in bona diffinitione.
52 Verbum Spes generale.
53 Spes quid sit.
54 Dans, vel promittens collatori committit simoniam, & confidentiam.
55 Beneficia debent dari gratis, & simpliciter.
56 Simonia, & confidentia, quomodo committitur inter præsentatum, & præsentantem.
57 Simonia & confidentia inter eligentem, & electum.
58 Confidentia inter resignantem, & resignatarium.
59 Resignatio debet fieri simpliciter.
60 Pactum prohibetur in beneficialibus.
61 Promittens retrocedere beneficium sibi resignatum committit confidentiam.
62 Promittens fructus beneficij committit confidentiã

63 Pactum quid sit.
64 Modus prohibetur in beneficialibus.
65 Conuentio tacita est quidam modus.
66 Taciti, & expressi eadem virtus.
67 Conditio prohibetur in beneficialibus.
68 Dictio Omnino quid.
69 Parsa sunt dare collatori, vel alteri
70 Confidentia est similis fiduciariæ venditioni.
71 Mancipatio, seu venditio fiduciaria quæ.
72 Cur vocatur fiduciaria mancipatio.
73 Pactum redimendi, simile fiduciariæ venditioni.
74 Fiduciaria venditio, & pactum retrouendendi, idem,
75 Fiduciaria hæreditas, quæ.
76 Fiduciaria, & Fideicommissaria, idem.
77 Fideicommissarius vocatur fiduciarius hæres,
78 Fiduciaria possessio, quæ.
79 Fiduciaria opera, quando,
80 Fideicommissaria libertas, quæ.
81 Fiduciarius pater, qui.
82 Fiducia quando depositum.
83 Confidentia crimen depositum.
84 Depositum quid.
85 Depositum simile mandato.
86 Mandatum quid.
87 Depositum, & mandatum indicia fiduciæ.
88 Confidentia habet similitudinem cum crimine alienationis in fraudem Fisci, & creditorum.
89 Alienatio in fraudem dolosa, & nulla.
90 Contractus simulati, qui.
91 Contractus simulati, legibus odiosi.
92 Contractus simulati probantur coniecturis.
93 Verba, & sensus c. per tuas el. 3 de simon.
94 Fructus veniunt consequentiuè ad beneficium.
95 Fructus acquiruntur Beneficiario.
96 Beneficiario per oblationem competit omne ius.
97 Pactum super fructibus beneficij redolet simoniam:
98 Titulus patrimonij, vel beneficij requiritur, vt quis possit Ordinari.
99 Episcopus ordinans absque titulo tenetur ex suo.
100 Ex precibus non inducitur simonia.
101 Verbum promissio denotat pactum.
102 Ordinatus super aliqua Ecclesia, potest petere sustentationem ex illa.
103 Ordines quando capiantur per subreptionem.
104 Ordinans absque titulo quando non est in culpa.
105 Pœna antiquorum canonum aduersum ordinatos absque titulo.
106 Suspensus, si ministret, efficitur irregularis.
107 Concilium Tridentinum quam pœnam imponet contra ordinatos, absque titulo.
108 Papa solus in ordine dispensat.
109 Papa, cum sibi non reseruat dispensationem, videtur illam Episcopis concedere.
110 Verbum impersonale positum in canone refertur ad Episcopos.
111 Confidentia differt à simonia.
112 Quid est simonia.
113 Vendentes & ementes Deus eiicit:
114 Quod gratis accepistis, gratis date.
115 Simonia in spiritualibus, vel illis annexis.
116 Simonia pro ordinibus.
117 Simonia pro baptismo.
118 Simonia pro sacramento pœnitentiæ.
119 Simonia pro sacra communione.
120 Simonia pro sacramentis.
121 Simonia pro dedicandis ecclesiis.
122 Simonia pro ecclesiis consequendis.
123 Simonia pro honoribus ecclesiasticis.
124 Simonia pro consecratione ecclesiarum.
125 Simonia pro consequendo ministerio Ecclesiastico.
126 Simonia pro quocunque re sacra.
127 Simonia pro ingressu monasterij.
128 Simonia pro sepeliendis mortuis.
129 Simonia pro fidelitate præstanda.
130 Simonia pro benedictionibus nubentium.
131 Simonia pro absolutione excommunicationis.
132 Simonia pro Vicariatu.
133 Simonia pro benedictione Abbatum.
134 Simonia pro tegendo peccatorem.
135 Simonia pro annexis spiritualibus.
136 Ius patronatus annexum spiritualibus.
137 Simonia realis vnde dicatur.
138 Conuentionalis simonia quæ, vnde dicatur.
139 Simonia realis diffinitiones.
140 Simoniæ conuentionalis diffinitio.
141 Simonia conuentionalis duplex.
142 Conuentionalis simonia, quando transeat in realem.
143 Differentia inter simoniam realem, & conuentionalem.
144 Realis simoniacus est excommunicatus. & num. 151.
145 Regula de triennali non defendit simoniacum realem.
146 Simoniacus realis non potest agere spolia.
147 Simonia realis, & conuentionalis inhabilitat in futurum.
148 Simonia conuentionalis frequentior.
149 Promissiones facilius fiunt, quàm dationes.
150 Differentia inter confidentiam, & simoniam realem.
152 Confidentiarius est excommunicatus ipso iure.
153 Collatio simoniaca nulla.
154 Actus confidentialis nullus.
155 Simoniacus odiosus canonibus.
156 Confidentia in quo differat à simonia conuentionali.
157 Simonia conuentionalis annullat actum.
158 Conuentionalis simonia an annullet in futurum.
159 Actus per confidentiam est nullus ipso iure.
160 Delictum reputatur grauius ratione frequentiæ.
161 Simonia non punitur vti debet.
162 De Iure Canonico in atrocissimis delictis non reperitur imposita pœna condigna.
163 Furtum quando sit plus homicidio.
164 Ex maioritate pœna maius delictum arguitur,
165 Argumentum affirmatiuè quando valeat,
166 Simonia mentalis consistit in animo.
167 Diffinitio simoniæ mentalis.
168 Mens soli Deo est cognita.
169 Deus nouit præsentia, præterita, & futura.
170 Deus omnium secretorum cognitor.
171 Omnia nuda sunt oculis Dei.
172 Animus hominis inuisibilis.
173 Animus directè probari non potest.
174 Animus probatur coniecturis.
175 Modi, quibus probatur animus.

PRIMÒ, Quæro quid sit Confidentia? Præfari
oportet, verbum Confidentiam aliquando acci-
pi pro † audacia cum improbitate coniuncta. 1
Terent. in Andr. O ingentem confidentiam. Pa-
cuuius in Atalanta: Grandem & atrocem coërce con-
fidentiam. Virg. Georg. li. 4. Nam quis te iuuenum
confidentissime nostras Iussit adire domos. & hanc † 2
esse vitij, colligitur ex Arc. in c.1. prope fin. de elect.
lib. 6. Iaco. Spieg. in Lexico verbo Confidentia, quia au-
dacia † sumitur in malam partem. l. si quis in tantam, 3
C. vnde vi, l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. &
Cleric. c. cum qui: de præben. in 6. Constan. Roger. de
summ. bon. in verbo de fortitudine num. 2. Bolog. de le-
ge, iure, & æquitate c. 8. num. 16. & ideo † punitur per 4
leges, c. factæ sunt di. 4. l. si quis decurio, & l. omnes,
C. de decurion lib. 10. Fortun. Garz. de vlt. fi. iur. ciu. &
Canon. num. 76 & appellatur † temeritas, Luc de Pen d. 5
l. si quis decurio. co. 1. & d. l. omnes, col. 3. & in Rubr. de
legation. col. 4. vers. 9. & de hac non erit nostra tractatio.
Aliquando pro † fiducia, vt ex Virgilio, & aliis bonis 6
auctoribus deducit, Iunianus Maius in suo vocab. in
verbo Confidentia. quibus addendus est Cicero li. 3.
Tusc. & de hac nos loquimur, quæ, vt vocabuli allusio

7 † oſtendit, tota in fide poſita eſt, vt dicit Mandoſ.conf.
8 61.num.1.& deducitur a verbo † confido,quod id ſigni-
gnificat. Virg.lib.1.& afflictis melius confluere reb.Ci-
cero ad Attic.Confido tem vt volumus eſſe, & lib.1.ad
eundem epiſt.8. Arcæ noſtræ confidito, & lib.8 epiſt.9.
ille cauſæ ſuæ confidet.Idem Cicero 6. in Verrem : Ego
mei officij rationem confido omnib.probatam & Orat.
7.Cauſæ confider, & pro Cluentio : Magnopere cauſæ
confidere.& pro Milone. Cui ſe nunquam profectò tra-
didiſſet, niſi cauſæ ſuæ confideret. Idem 4.Tuſc. Quem
te opto eſſe, & confido futurum, & ibidem : Fidentia,
9 † id eſt firma animi confiſio. Plaut. in Aſin. Scapularum
confidentia, virtute armorum freti, & hæc in genere ita
10 poteſt definiri : Confidentia † eſt certa ſpes de re ali-
qua, quod ita fuit, eſt, vel erit, ita Nauar.Man.c.23. ſub
num. 109. verſ. tum quia confidentia,quod etiam ſcrip-
tum reliquit eruditiſſimus, celeberrimus, & omni lau-
11 de digniſſimus † Ioannes Paulus Pariſius Conſentinus,
poſtea dictus A. Ianus Parrhaſius in quibuſdam ſuis no-
tis ad Epiſt. Cicer. ad Att. lib.2. & ſic continet tempus
præteritum, præſens, & futurum, vt ſit generalis com-
prehendens omnes ſpecies, iuxta not. in l. omnis diffi-
12 nitio, ff. de reg. iur. nam ſpes † eſt extenſio appetitus in
appetibile. D.Thom.2 ſent.diſt.26.q.1. art. 1. quæ teſte
13 Nauar. eod. loco interdum ſonat † in bonam partem,
quoties ſperatur, quod eſt licitum & honeſtum ſecun-
dum ius, & conſuetudinem, vt colligitur ex Archid. in
c.poteſt,de pœniten diſt. 2.latè Guliel.Rouill. de Iuſt.
& Iniuſtit.cap.3.& de eo, qui ſperat in Domino,habetur
in Pſalm.10.In Domino confido, &c. & Pſalm. 60. Spes
mea turris fortitudinis a facie inimici, & habetur per
S.Paulum ad Romanos, c. 8. Beat. Hieronym. in 3.part.
Epiſtol.tract.9.regul.228.& admonet Lucius Papa I. in
epiſtola quam ſcripſit ad Galliæ, atque Hiſpaniæ Epiſ-
copos, quæ eſt impreſſa in tom. 1. Epiſt. Decret. par. 1.
fol. 129. Et hæc eſt bona, licita, & permiſſa, quia ordi-
14 natè † ſperatur, & dicitur propriè fiducia, vt tradit
Archidiacon.in cap. 1. num. 7. de elect. lib. 6.vbi ſcrip-
15 tum reliquit, Fiduciam in rebus bonis, confidentiam
in malis accipi : ſequitur Lucas de Pen.in l. generali,
16 column. vltim. de Decurionibus, vbi declarat † leg.
3. C. ad l. Iul. de vi pub. impropriè ibi capi Fiduciam,
17 & ſubdit aliquando † ſtare pro auctoritate, cap. peti-
mus, 11. quæſt. 1. & alias, vt in auth. quomodo natur.
effic. ſui, §.ſi verò.

Quandoque in malam partem, quotiès quis inordina-
18 tè ſperat, quod eſt † illicitum, prohibitum, aut inho-
neſtum, & indecorum, ad not. in cap. cum ad noſtram,
de elect.cap. per laicos 16. quæ. 7. habetur in Pſal.113.
Qui confidunt in eis, Redoan. de Simon.cap.17.num.14.
& hæc eſt illicita. Ex quibus colligimus, confidentiam
19 † beneficialem duplicem eſſe, licitam, & illicitam, &
etiam colligitur ex Conſtitutione 109. Pij. IV. in verſ.
id circo, ibi in huiuſmodi confidentiam iure prohibi-
tam, &c. Et ex dec. R. P. D. Seraphini 90. incip. Fuit
concluſum lib. 1.in manuſcr. Nauar. in dict.Man.cap 23.
ſub num. 109.

20 Licita erit, quando † quis ordinatè confidit confe-
rendum ſibi beneficium, aut fratri ſuo, ſeu alij conſan-
guineo, vel alteri, dignis tamen, vt explicat Nauarr.
loc. citat. iuxta text. in cap. ſi officia, diſtinc.60.cap. in
ſingulis, diſtinct. 77.cap. conſuluit, 64. diſtin.cap.ſunt
nonnull, 1. qu. 1. cap. & ſi quæſtiones de Simon.Gloſſ.
in cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcri. & ideò dignus
21 iuſtè † poteſt ſperare, ſe conſequi beneficium, Caietan.
22 2.2. quæſt. 185. artic. 3.& † Epiſcopatum, Gloſſ. Præ-
poſ. & alij doctor. in cap. qui Epiſcopatum deſiderat,
& c. ſunt in Eccleſia, 8. quæſt. 1. Hug. in cap.per laicos,
10. quæſt. 7. quem refert, & ſequitur Redoan. de ſimon.
cap. 8. numer. 2. latè D. Thom. 22. quæſtio. 185. vbi
egregiè diſtinguit, cuius diſtinctio communiter eſt
recepta, vt per Gig. de reſideo. Epiſcop. c. 1.col.1.&2.

23 Illicita, quando quis † inordinatè confidit, quod col-
lator, aut alius conferat, vel renunciet beneficium ſibi,
aut alteri indigno, & contra modum, & formam, vt
latiùs inferiùs explicabitur, Ioan. Selu. de benef. par.1.
quæſtio.7.Diu.Thom.in 4. diſtinct.25.quæſtio.2.& 22.q.
62.articul.7.late Redoan.de ſimon.dict.cap.8.a num.20.
vſque ad fin. DD. in c. cum in cunctis.de elect.Nauarr.
conſ.15. num. 3. & 4. de ſimon.

Rurſus hæc confidentia † beneficialis illicita duplex 24
eſt, vt optimè animaduertit Nauarr. loc. citat. Quæ-
dam illicita, non ſimoniaca, quoties quis inordinatè
confidit, quòd ſcilicet † collator conferat beneficium 25
ob parentelam, vel amicitiam, aut ſeruitia, indigno, ſi-
ne tamen pretij, pacti, modi, vel conditionis interuen-
tu, ita Nauarr. d. cap. 23. num. 109. Illi enim, cùm ſint
indigni, inordinatè † ſperant, iux. not. in cap. cùm in 26
cunctis, de elect. & per conſequens huiuſmodi † confi- 27
dentia dicetur illicita, Ioan. Selu. de benefic. par. 1. qu.
7. Diu. Thom. in 4. ſenten. diſt. 25. quæſtio. 2. not. in
cap. in ſcripturis. 8. quæſt. 1.10 cap. per veſtras, de iur.
pat. Hugo. in cap. per laicos, 16. quæſtio.7. Gloſſ.in cap.
ſunt nonnulli. 1. quæſt. 1. Gloſſ. in cap. hoc ad nos, di-
ſtinc. 59. latè Redoan. de ſimon. cap. 7. colum. 2. & 4.
quia, quamuis poſſit Epiſcopus, vel alter habens facul-
tatem conferendi licitè conferre † conſanguineis, & 28
amicis, Abb. communiter receptus in cap dilecto, nu.
2. de præben. dicens potius teneri ſubuenire ſuis, quam 29
extraneis, cap. non ſatis, diſtinct.86. ex rationibus An-
charan. conſil. 338. & volunt Diu. Thom. 22. quæſt.100.
articul. 5. Syluester. in verbo Simonia, quæſt. 16. & in
verbo Renunciatio, quæſtio. 6 Archiepiſcop. Florentin.
in ſua Summ. par. 2. titul. 1. cap. 5. §. 11. Caccialup. de
penſ. quæſtio. 19. & de reſignatione † in fauorem con- 30
ſanguineorum, dixi de reſig. benefic. lib. 14. quæſtio. 7.
num. 20, tamen hoc intelligitur dummodo ſint digni,
vt idem Abba. loc. cit. explicat. Anton. de Butr.in cap.
tuam, column. 2. de ætat. & qualit. communiter ſe-
quuntur Doctores. Ita etiam, licet collator poſſit con-
ferre † familiarib. ſuis. Glo. recepta in cap. cùm eſſet, de 31
ſimon. vbi omnes Docto. tamen id etiam procedit, ſi
ſint digni, vt eſt communis omnium Doct. ſententia, ex
not. in d. cap. cum in cunctis, de elect. nam hoc eſt
principale requiſitum in conferendis † beneficijs, Rebuff. 32
in prax. benef. tit. requiſita ad col. num. 23. cum ſeq. &
in titu. form. Vicar. num. 87. & 149. quod latiùs explica-
ui in tract. de reſig. benef. lib. 4. quæſt. 1. nume. 3. cum, ſeq.
& nunc addo Nauarr. conſ. 15. nume. 3. & 4. de ſimon.
& conſ. 21. num. 1. eod. tit. Et ſic indignis non ſolum non
poſſunt † beneficia conferri, ſed nec ipſi poſſunt ea ſpe- 33
rare, quia inordinatè id facerent. Digni tamen licitè
ſperant beneficia & dignitates : nam Vrbanus Papa in c.
ſi officia, diſt. 59. & Cæleſtin. in c. quid proderit, diſt.
61. determinarunt, † licere clericis ſeruire Deo in Ec- 34
cleſijs, ob ſpem aſcendendi ad dignitates illarum, imo
Gelaſius in cap. conſulere, diſtin. 74. dixit, eos ad hunc
aſcenſum ſpe maioris † commodi compellendos, & in 35
dictis locis, Gloſſ. & Doctor. Gloſſ. etiam in cap. hoc
ad nos, diſtinct. 59. & alia iura ad hoc citat Redoan.de
ſimon. cap. 7. column. 1. vbi refert alios Doctores hanc
concluſionem firmantes, & remouet contraria, ſequitur
Nauar. conſil. 9. num. 4. de ſimon. & digni poſſunt or-
dinari, & ſeruire Eccleſijs, principaliter † vt Deo ſer- 36
uiant, ſecundariò vt beneficia, & dignitates conſequan-
tur, d. cap. ſi officia. & cap. quid proderit, cap. non eſt,
1. qu. 1. cap. per laicos. 16. quæſt. 6. cap. quam pio, 1. qu. 2.
cap. & ſi quæſtiones, de ſimonia, Gl in cap. conſuluit,
diſtinct. 34. Redoan. de ſimon. dicto cap. 7. num. 32. 33.
& 37. cum ſeq. & eſt communis, & recepta Docto. ſen-
tentia, quæ etiam procedit in eo, qui accedit ad Eccle-
ſiam, vt † præſens ſit matutino, miſſis, & alijs horis ca- 37
nonicis, principaliter vt ſeruiat Deo, & ſecundariò
propter diſtributiones quotidianas lucrandas, Gl. com-
muniter recepta in cap. 1. de cleric. non reſid lib. 6. quam
ſequuntur ibi doctores omnes, Abb. Anan. Felin. in cap.
tuam, de ſimon. Abb. in cap. ex parte primo de offic. de-
leg. Card. Zabarell. in Clemen. prima. not. 6. de cele-
brat. miſſ. Præpoſit in Summ. 1. quæſt. 1. colum. 3. Ioan.
Mai. in 4. ſenten. diſtin. 25. Nauar. conſi. 50, numer. 5.

Digitized by Google

de simon. & in eo qui Prælato inseruit principaliter
38 propter † victum, & salarium aut alium respectum, &
secundariò, & minùs principaliter ob spem obtinendi
ab eo, vel eo mediante aliquod beneficium, namque
non peccare scribit Glo. communiter recepta in c. cum
esset, de sim. Adrian. quodlib. 9. art. 2. Decius in capit.
ad nostram num. 5. de præb. Feli. in cap. non dubium
num. 2. de sent. excom. Ias. in l. si quis nec causam, ff. si
certum pet. Couar. latè libr. 1. variarum resol. cap. 20.
num. 3. & 4. Nauar. in Man cap. 23. sub num. 100. vers.
quinto, & d. consil. 9. num. 4. & d. consi. 50. nu. 5. nam
39 id quod principaliter agitur † semper attenditur, & spe-
ctatur, Bal. in l. reos, col. 5. de accus. Ias. in l. si quis
nec causam col. 11. ver. vndecimo adde, ff. si certum pet.
40 Cesal. consil. 141. n. 5. vol 1. pauci enim sunt qui † virtu-
ti studeant sine vlla spe consequendi aliquid, iuxta illud
Iuuenalis: Quis virtutem amplectitur vllam, Præmia
si tollas: Hinc dicebat Martial. Sint Mæcenates, non de-
erunt Flacce Marones, & ideo præmio, & pœna, omnis
41 bona † respublica sustinetur, Plat. dialog. 5. de republ.
Cicero 1. de Orat. Arist. lib. 4. Ethic. cap. 3. Lactan. li.
5. cap. 10. Salust. de bello Iugurt. in princ. & ideo non
42 peccat, qui principaliter mutuat pecuniam, † vt iuuet
consanguineum, amicum, & proximum, quamuis minus
principaliter, & secundariò ab eis ex hoc speret. Glo. in
cap. consuluit de vsuris, & est communis opinio teste
Nauar. in Man. c. 17. num. 209. Ricard in 4. dist. art. 15. q.
3. latè Redoan. de simon. cap. 8. per totum. D. Thom.
2. 2. q. 78. art. 2. ad tertium, & ibi latè Caietan. Sot. de iu-
sti. & iur. lib. 6. q. 1. art. 2. Zabarell. Anan. & Abb. in c. con-
suluit de vsur. idem Zabarell. in Clem. prima, eod. tit.
Fel. in cap. ad audientiam 11. num. 10. de rescr. Bal. in
rub. C. de vsur. col. 1. Ias. in l. ex hoc iure, n. 65. ff de iust.
& iu. Io. Mai. in 4. sent. q. 29. vers. secundo arguitur, Gl. in
c. si fœneraberis 14 quæst. 3. latè Nauar. cons. 51. de sim.

Et huiusmodi confidentia quamuis sit illicita, vt ex
deductis probatum est, & firmant omnes Doct. com-
43 muniter, non tamen est simoniaca, † quia in ea non ad-
est pactum, modus, siue conditio, seu venditio, iuxta
Glo. in sum. 1. quæst. 1. Theologi omnes in 4. dist. 25.
D. Th. 2. 2. quæst. 100. art. 1. latè Nauar. in Man. cap. 23.
num. 110 & dicetur infra latè, & ideò de ea non erit no-
44 ster tractatus, cum constit. Pij IV. & Pij V. de illa † non
loquantur, Nauar. cons. 33. num. 4. de simon. & consil.
36. eod. tit.

Quædam verò est confidentia beneficialis illicita si-
moniaca, quæ hodie est prohibita, & punibilis, & de
45 hac nos loquimur, & † hæc est species simoniæ. Capu-
taq. decis. 202. num. 5. par. 1. & decis. 314. numer. 3.
par. 2. Nauarr. in Man. cap. 23. sub num. 109. & latius
infra dicetur.

46 Quæ confidentia illicita, & simoniaca † ita diffinitur
per Nau. d. Man. c. 23. n. 109. vers. tum qua. Est illa qua quis
confidit quod collator conferet beneficium mediante
pretio, pacto, modo, vel conditione expressa, vel taci-
ta, indigno, vel digno. Sed huiusmodi diffinitio potest
subuerti, quia non comprehendit casum renunciationis
beneficij per confidentiam factam, iuxta ea quæ dixi de
resig. benefic. lib. 14. qu. vlt. prope finem, & habetur in
dec. aureis casuum consc. lib. 2. cap. 96. nume. 55. & 56. lo-
quitur enim dumtaxat de conferente cum confidentia
47 & non de resignante, & ideo cum non † conuertatur
cum suo diffinito, neque comprehendat omnes species,
erit defectiua, Decius & Cagnol. in l. omnis diffinitio,
ff. de reg. iur. eò magis cùm non habeat genus.

Aliam diffinitionem refert Mascard. de probat. con-
48 cl. 1306. num. 2. Confidentia † beneficialis est ea, qua
quis confidit, quod alter acceptans beneficium sibi po-
stea vel alteri conferat: nam inquit, ipse confidit in
amico, familiare, seu consanguineo, vel ex pacto, vel
ex alia quauis causa, & occasione. Quæ etiam diffinitio
mihi non probatur tanquam defectiua & minimè com-
prehendens omnes casus: nam loquitur dumtaxat de ac-
cepiante beneficium ea mente, vt renunciet postea N.
& tamen committitur confidentia etiam per illum qui
habet beneficium, & illud renunciat postea ea mente
vel conditione, vt patet in casibus comprehensis in
const. Pij V. & infra dicetur, ideo diffinitio est defecti-
ua. Docto. in d. l. omnis diffinitio.

Tertiò modo vidi illam diffiniri in Curia per quos-
dam peritissimos: Confidentia est conuentio tacita, vel
expressa de renunciando beneficium ad fauorem alte-
rius, sed hæc etiam eodem morbo laborat, quia non
comprehendit omnes casus.

Ego autem illam ita describerem: Confidentia est 49
spes † quædam, quòd Collator conferat, Patronus præ-
sentet, eligens eligat, aut quis accipiat, vel renunciet
beneficium pacto, modo, vel conditione expressa, vel ta-
cita sibi aut alteri, & hæc cum † habeat genus, differen- 50
tias, contineat qualitatem rei diffinitæ ac omnes casus,
& conuertatur cum suo diffinito, erit bona diffinitio,
Doc. in d. l. omnis diffinitio, Bar. in l. 1. §. dolum, ff. de
dolo, & in l. 1. ff de rest. Ber. in rub. de const. numer. 76.
Alci. lib. 6. Paradox. c. 9. pono in prin. spem loco generis,
nam bona diffinitio ex communi opinione † debet ha- 51
bere genus, & hoc † verbū spes esse generale nemo nega- 52
bit, Guliel. Rouil. de iust. & iniust. ca. 3. Luc. de pen.
in l. 1. column. 2. C. qui ætat. vel profess. se excus.
cum sit † rerum futurarum expectatio, Archid. in c. 53
potest, num. 3. de pœn. dist. 2. Dico, *Quòd Collator*, vt
sub hac diffinitione comprehendatur ea confidentia,
quæ inter conferentem, & eum cui fuit collatum
beneficium committitur, vt colligitur ex dict. con-
stitut. Pij V. in §. Itidem si ordinarius, & ibi latissimè
referam omnes casus particulares: sicuti enim commit-
titur † simonia, quoties aliquid datur, vel promittitur 54
collatori pro collatione benefic. cap. querelam, cap. si
diligenti, cap. veniens, & ibi DD. de simo. c. de iur.
pat. c. super eo de transact. c. ex parte 1. de offic. deleg.
c. vlt. de pacto, Innoc. in c. cum vniuersorum de rer. per-
muta. Gemin. consi. 225. primo dub. Host. in ca ad au-
dientiam 2. num. 3. Bal. nu. 6. & alij de rescr. Redoan. de si-
mon. par. 2. c. 10. nu. 9. Coras. de benef. par. 1. c. 8. nu. 12. &
est communis opinio, vt dixi de resig. benef. lib. 14. qu.
3. col. 2. Ita & cons. Nauar in Man. c. 23. sub nu. 110. vers.
not. 7. & consi. 20. de simon. Maiol. de irregul. lib. 5. c.
45. sub nume. 5. Mascard. de probat. conclus. 1306. nam
benef. debent † dari simpliciter, & gratis, & absque pa- 55
ctione, conditione, & modo, Redoan. de simon. par. 2. c.
50. in princ. Rebuff. consil. 143. Couar. lib. 1. var. resol. c.
5. Oldrad. consil. 324. Io. Caraf. de simon. ment. nume.
62. cum seq. Nauar. consi 14. de simo. Dico *Patronus, &c.*
vt comprehendatur confidentia quæ committitur inter
patronum & præsentatum, de qua etiam loquitur con-
stitu. Pij V. in eodem §. Itidem, in vers. & pariter si à
patrono, & quemadmodum committitur simonia inter
† præsentantem, & præsentatum intercedente pacto vel 56
venditione, Roch. de Cur. de iur. pat. in verbo & vtile
in 3. quæst. num. 9. cum sequ. Abb. & Feli. in c. veniens
1. de testibus, idem Abb. in cap. quanto, de iudic. Re-
doan. de simo. par. 3. c. 14. nume. 1. & communiter alij,
ita & confir. Nauar. in Man. d. c. 23. sub num 110. versi. not.
7. & cons. 24. de simon. Maiol. de irregu. lib. 5. c. 45. sub
num. 5. Mascard. de prob. casu. 1306. colum. antepen. Dico
Eligens † vt includat confidentiam, quæ solet committi 57
inter eligentem & electum, vt dicitur in eod. §. Itidem
in finalibus verbis, inter quos etiam cadit simonia, vt
scribunt Anan. in cap. de hoc de simon. Redoan. d. tract.
par. 3. c. 14. num. 4. 6. & 7. Gamma. in Extrauag. Iul. II. de
simo. elect. Pap. Dico, *Aut quis accipiat*, vt compre-
hendatur confidentia quæ potest committi in recep-
tione beneficiorum cum pacto cessionis, vel retroces-
sionis, aut alias, vt dicam infra quæst. 27. in interpre-
tatione §. Quare nos volentes & §. Itidem quæst. 28.
Dico, *Vel renunciet*, vt comprehendatur confidentia
quæ committitur inter † resignantem & resignatarium, 58
quæ est frequentior, vt infra, & explicant Nauarr.
cons. 48. num. 3. de simo. Caputaq. dec. 201. par. prima,
vbi refert decisionem factam in vna Augustan. de ann.
1551. nam resignario debet liberè purè, † & simpliciter 59

Digitized by Google

fieri, vt dixi latè de reſign. benefic. lib. 2. quæſtio. 5. &
lib. 14. quæſt. etiam prima.

Dico, *Pacto, modo, & conditione*, quia ad hæc tria
60 poteſt reduci omnis confidentia: pactum enim † pro-
hibetur in beneficialibus, c. quàm pio, vbi DD. omnes
de ſim. Glo. Hoſtien. Abb. Dec. & alij in c. ex parte 1. de
offic. deleg. Oldrad. conſ. 224. ſub numero 5. cum aliis,
vt per Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 5. Summiſt. in verbo ſi-
mon. & exemplificatur in propoſito noſtro quoties
quis accipit beneficium per reſignationem collatio-
61 nem, aut aliter, & promittit † illud retrocedere vel
reſignare certis temporibus conuentis, vt habetur in d.
62 conſt. Pij V. in §. Quare nos volentes, vel promittat †
fructus, aut penſionem, vt in ead. conſtit. in §. Itidem
dicitur, aut aliquis reſignet, vt grauia delicta com-
mittat, & propterea conuenta reſtitutione benef. poſt
habitam abſolutionem, & diſpenſationem, vt habetur
in §. poſtremo eiuſdem conſt. & aliis modis, vt in diſ-
63 curſu materiæ dicetur, cum pactum ſit duorum vel †
plurium conſenſus, l. 1. ff. de pact.

64 Ita quoque † modus prohibetur in collatione, re-
ſignatione, electione, & præſentatione beneficij, c.
cum quidem de pact. Glo. & DD. in c. cum vniuerſo-
rum de rerum permut. Staphyl. de lit. grat. tit. de var.
mod. vacar. numero 26. Gemin. in c. ordinarij, §. in
conferendis num. 3. de off. ord. lib. 6. & poteſt exem-
65 plificari in † conuentione tacita de qua loquitur Pius
66 V. in d. conſtit. in §. Itidem, nam eadem † eſt ratio ta-
citi & expreſſi, l. cum quid, ff. ſi cert. per. & latè tra-
didi in explicatione d. §. itidem. d. Conſtit.

67 Pariformiter † à maiori prohibetur conditio in ſpi-
ritualibus, Glo. communiter recepta in c. ex parte 1. de
68 offic. deleg. vbi exponit verbum *Omnino*, † poſitum in
illo tex. i. abſque aliqua cond. Crau. conſ. 122. num. 2.
Redoan. de ſim. part. 2. c. 10. numer. 6. & communiter
DD. & dixi de reſig. benef. in præfat. lib. 14. & dicitur
in d. §. Itidem, d. conſt. Pij V. vbi ponuntur exempla,
& latiùs infra patebit.

Sibi, aut alteri, nam in d. conſtit. Pij V. hæc parifi-
69 cantur, quod promiſſio fiat † collatori, reſignanti, eli-
genti, patrono, vel aliis, vt dicitur in § Quare nos volē-
tes, ibi, eidem dimittenti vel alteri, & in §. Itidem, ibi
penſionem illi vel illis, & in §. ad probandum, ibi, per ſe
vel alium, & in §. ſi recipiens, ibi vel eius parentes, &
in §. denique, ibi, per ſe vel aliū, & in explicatione vniuſ-
cuiuſque §. tradidimus rationem & comprobauimus.

70 Et ſimilis eſt hæc confidentia † fiduciariæ mancipa-
tioni, vel venditioni, cùm etiam ibi reſtituendi fides in-
terponatur, vt tradit Boër. in 4. commentar. Topico-
rum. Bud. in pandec. fol. 99. nam mancipatio ſeu ven-
71 ditio † fiduciaria, eſt quoties ea lege mancipatur, vt
mancipanti aliquando remancipet: Veluti, inquit Boër.
loco citat. ſi quis tempus dubium timens, amico poten-
tiori fundum mancipet, redditurо eum tempus illud
dubium præterierit, & idcirco vocatur fiduciaria man-
72 cipatio, † quòd reſtituendi fides interponitur. Cicero
pro Flacco, Pecuniam fœneraticiam à te ſumpſit ado-
leſcens, ob eamque fundum tibi fiduciarium dedit, id
eſt fiduciaria mancipatione, quo contractu hodie multi
vtuntur, qui vectigalia certæ ſummæ in fundis & poſ-
ſeſſionib. comparant, & fundos mancipari ſibi iubent
tandiu fruendos quo ad vectigalia, & penſiones redi-
mantur, alij vt fraudent hunc & illum. Et huiuſmodi fi-
73 duciariam † mancipationem, vel venditionem hodie
vocamus venditionem factam ſub redimendi redhiben-
dique lege, vt tradit Bud. loc. citat. & ſequuntur Tiraq.
de retract. conuention. in præfa. nu. 37. Maſca. de probat.
concl. 1142. in primo, pactum igitur de retrouendendo
74 † à Romanis veterib. fiduciaria venditio appellabatur
per interpoſitionem fidei facta. Cic. in 3. de Nat. Deor.
Liuius, libr. 2. belli Macedoni. vbi hæc verba ſcribit:
Optimum ratus Nabidi eam Lacedæmoniorum tyranno
velut fiduciariam dare, vt victori ſibi reſtitueret, ſi
quid aduerſi accidiſſet, ipſe haberet, Boër. in 4. com-
men. Topi. Connan. li. 4. commen. Iur. Ciu. tit. de diſtract.
pign. c. 17. ſub num. 8. Et ideo dicitur † fiduciaria hære- 75
ditas, quoties fides reſtituendi interponitur, vel odei
hæredum committitur, & quaſi cuſtodienda hæreditas
datur ad tempus, vt eam poſtea aliis reſtituant, & com-
muniter vocatur fideicommiſſaria, † l. certi conditio ff. 76
ſi cert. pet. Alber. in dictionario in verbo fiduciaria hæ-
reditas, & à Iaboleno fideicommiſſarius † vocatur fidu- 77
ciarius hæres, l. Seius, ff. ad Treb. Connan. l. 7. comment.
Iur. Ciu. c. 4. ſub nu. 1. Marza. de fideico. in prin. Bellon. in
tit. de fideic. hæred. in prin. n. 3. & 7. Zanch. in repe. § cū
ita n. 97. ff. ad Trebel. Et fiduciaria poſſeſſio † quæ non eſt 78
vera, iuſta & abſoluta, ſed fiduciaria & veluti depoſita-
ria, & vt tradit Bud. in d. com. fol. 91. eſt illa quā ſub ma-
nu Regia poſſidere vocant, quaſi fide data de reſtituti.

Ac fiduciaria † opera, quoties aliquis locum alterius 79
tenet vel exercet, Cæſar de bel. ciu. lib. 1. neque igno-
rate quid ſit officium legati, qui fiduciariam operam ob-
tineret, & vocat fiduciariam operam, quia redeunte ſu-
periore cedere eum oportebat.

Et fideicommiſſaria † libertas, quæ commiſſa eſt à 80
teſtatore fidei hæredis, l. fideicommiſſaria 3. ff. de fidei-
com. hæredit. quam in hoc propoſito declarat Conna.
lib. 10. com. Iur. ciu. c. 6. de hær. inſti. n. 4.

Ac fiduciarius † in iure Pater dicitur is, qui filium 81
imaginaria venditione mancipat, vt ille eum manumit-
tat, Alciat. lib. 3. parerg. iur. cap. 26. vbi multa ad propo-
ſitum deducit.

Fiducia enim, quæ † in hoc crimine & in ſuprà rela- 82
tis caſibus interuenit, depoſitum appellatur, Tiraquell.
d. præfa. de retr. conuent. num. 38. vbi in fi. id probat
ex argumento à connexione titulorum, & adeſt aucto-
ritas Pauli I.C. lib. 3. ſent. titu. 9. & in tit. digeſt. de depo-
ſito. & de lege commiſſaria hoc expreſsè in vltimis lo-
cis dicitur, ac colligitur ex Cicero. lib. 3. Offi. & pro
Aulo Cæcio. l. 1. §. qui pro ſocio. ff. de his qui not. infam.
& ita hoc crimen † appellat Pius V. in citata conſtit. 83
& Pius IV. expreſſius d. conſtit. ibi *huic aliena beneficia
cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent*. Nam depoſitum eſt,
quod cuſtodiendum † alicui datum eſt, l. 1. ff. de poſſ. 84
dictum ex eo quod ponitur, & præpoſitio, De, auget po-
ſitum, vt oſtendat totum eius fideicommiſſum quod ad
cuſtodiam rei pertinet. Subdit Connan. l. 7. comment. Iur.
ciu. tit. de depoſ. c. 4. ſub nu. 1. hoc eſt non ſolū apud ami-
cum rem noſtrā ponimus, ſed deponimus, & dimittimus à
nobis vt apud eum collocemus, & curam eius atque cu-
ſtodiam a nobis ad illum transferimus. & in ea conſer-
uanda operæ, & induſtriæ noſtræ precariam eius fidem
ſupponimus, l. in cōmodato. §. ſicut. ff. commod. vbi Bart.
idem Bart. in l. 1. de precar. Bald & Paulus Caſtr. in l. 1. C.
commod. Abb. in cap. vlt. col. 2. de precar. Dec. in l.
mutuum damus, numero 9. ff. ſi cert. pet. Corn. conſi. 39.
num. 2. volum. 1. & conſi. 241. numer. 1. vol. 3. Card. Pariſ.
conſ. 107. num. 75. vol. 3. & ob id depoſitum † ſimile eſt 85
mandato: nam vt hîc res noſtras alienæ fidei tradimus
conſeruandas, ſic in illo negociorum noſtrorum admi-
niſtrationem, † & curationem aliis mandamus & com- 86
mittimus. l. 1. ff. de procu. & l. 1. ff. manda. & propte-
reà ambo indicia † fiduciæ eſſe dicuntur, vt pluribus ex- 87
plicat Connan. loc. cit. & colligitur ex Alci. l. 3. pa-
rerg. iur c. 26. & habet magnam ſimilitudinem in plu-
ribus caſibus hoc crimen alienationi † in fraudem Fiſ- 88
ci, & Creditorum, vt dicitur in conſti. Pij V. in §. mul-
ti, de qua alienatione latè loquuntur D D. in l. poſt
contractum ff. de don. vbi ſcribunt eſſe † doloſam, & 89
propterea nullam. Ang. & Sali. in l. ſi quis poſt hac, C.
de bonis proſcr. Paul. de Caſtr. conſi. 58 Viſis, num. 4. lib.
2. Latè Dec. conſ. 235 & aliis contractibus ſimulatis, in
quibus quis † ſimulat ſe vendere, vel donare, aut aliquid 90
facere, cùm contrarium tamen gerat in animo, & ſe-
cretè paciſcatur, Ancb. conſ. 227. nu. 3. Afflic. in c. 1. in
prin. n. 11. de feud. dat. in vim l. commiſſ. Natt. conſ. 628. n.
19. lib. 4. latè Cæpol. in tract. de ſimul. contract. DD. om-
nes poſt Bar. in d. l. poſt contractum, vbi Pic. col. 2. Alc in
princ. & Io. Annib. Bar. in l. creditor, §. vl. ff. qui pot. in
pig. hab. Bal. in l. creditoris in fin C. de pign. conſilio 65.

Digitized by Google

lib. 1. cum alijs adductis per Menoch. in tract. de præ-
sumpt. lib. 3. præsumpt. 122. per totam, & huiusmodi
91 contractus † legibus sunt valde odiosi,& ab illis impro-
bantur, & annullantur, vt laté per Cæpoll. in tract. de
simulat. contr. in princ. Bar. & alij omnes in d. l. post
contractum, ff. de dona. Bar. in authen. incestat. C. de in-
cest. Bal. in l. iubemus, §. sanè, colu. 2. C. de sacrosan.
Ecclesi. latissimè Menoch. de præsump. lib. 3. præsump.
92 122. & præsump. 123. & ad detegendam † illam simu-
lationem sicuti in hoc crimine admittuntur coniecturæ,
Bar. & alij omnes in d. l. post contractum, Ancha. cons.
251. numer. 5. Roma. cons. 367. num. 15. Alex. cons. 54.
num. 19. lib. 7. Cefal. consi. 325. nume. 53. lib. 3. Alci. resp.
125. num. 8. Nat. consi. 549. num. 34. & 9. Afflic. dec. 40. nu.
27. Gozad. consil. 94. num. 55. Card. Paris. consi. 53. num. 12.
& consil. 54. num. 71. vol. 1. Neuiz. consi. 8. num. 52. Crau.
cons. 100. num. 6. Grat. cons. 81. num. 42. vol. 1. Tiraq. de re-
tra. lignag. §. 1. gl. 14. n. 58. Io. de Amic. consi. 107. in princ.
& faciunt quæ laté cumulat Masc. de prob. concl. 815.
& concl. 1142. & Decius d. cons. 235. Menoch. loc. cit.

Nec omittendum esse censeo, quod alias, cum om-
nes tex. in tit. de simonia positos diligenter considera-
rem deueni ad c. per tuas, 3. quem textum loqui de con-
fidentia beneficiali, (de qua nos) omnes qui illum le-
93 gent affirmabunt,& propterea eius verba referre † pla-
cuit. Inno. III. c. 37. *Per tuas nobis literas intimasti,
quòd cùm D. lator præsentium vellet in subdiaconum ordi-
nari, & certum titulum non haberet, quendam presbyte-
rum exorauit, vt ipsum ad Ecclesiæ suæ titulum præsenta-
ret, quod cùm ille facere recusaret, ipse illi firmiter re-
promisit, quod nunquam, si præsentaret eundem, in Eccle-
sia sua aliquam peteret portionem, & sic ad præsentatio-
nem eius extitit ordinatus, nec se in hoc illicitum egisse
aliquid intellexit & iusta. Nos inquisitioni tuæ ta-
liter respondemus, quòd, nisi cum eo fuerit misericorditer
dispensatum, nec ad superiores ascendere, nec in suscep-
to debet ordine ministrare.* Confidentia ex hoc tex. col-
ligitur: nam iste D. volens ad subdiaconatus ordinem
ordinari, obtinuit titulum beneficij à quodam presby-
tero, ei promittendo aliquos fructus ex illa Ecclesia,
seu titulo nequaquam petiturus, & cum diceret illici-
tum non fecisse, Papa redarguit illum, & vult vt non
possit in eo ordine suscepto ministrare, nec ad supe-
riores ascendere: nam fuit interposita fides super eo
quod a sacris canonibus prohibetur, cum fructus ve-
94 niant consequutiuè † ad beneficium. Put. decis. 374. nu-
mer. 9. lib. 1. cùm dependeant ex eo, Oldrad. consilio
95 118. Put. decis. 564. num. 3. lib. 2. & acquirantur † intitula-
to. Gl. in c. res, 12. qu. 1. & in c. relatum 2. de testam. vbi
Abb. num. 8. Siluest. in verb. Clericus 4. §. 8. communis
opinio, vt per Couar. in c. 1. de testam. & quia fuit da-
tum illud beneficium D. vt posset Ordinari in fraudem
sacrorum Canonum, & sic ad hunc effectum duntaxat,
vnde ex hoc sequitur confidentia: vt considerat Pius
V. in d. constit. §. Quare nos volentes, Nauar. in Man.
c. 23. sub num. 109. & 110. Maiol. de Irregul. li. 5. c. 45. in
fi. Mascard. de proba. conclu. 1306. & alij omnes: bene-
cia enim debent dari absolutè, vt, cui dantur compe-
96 tat omne ius, & † omnimoda administratio, quæ ei re-
quiritur ex colla. c. 1. de reg. iur. li. 6. Lap. alleg. 8.
Calder. consilio 9. de Iur. patr. Rot. decis. 15. de præb.
& dixi de resig. benefi. lib. 7. q. 1. num. 102. Et ideo pa-
ctio super dispositione † illius iuris, ac administratio-
97 nis, & fructuum redolet simoniam, & confidentiam
prohibitam Ioan. Monach. in cap. licet, de Iur. pat. libr.
6 Calderi. in cap. mandatum, num. 4. de rescript. Gloss.
in cap. cum vniuersorum, de rerum permutat. Oldrad.
consilio 324. sub numero 5. Cardin. Paris. in cap. Ve-
nerabilis, num. 45. de except. Zabarell. in cap. cum di-
lecti, numero 2. de præben. Bonif. de Vitallio. in cle-
men. vnica, numero 1. de rerum permutat. Et quare fuit
cõmissa hoc casu confid. aperit tex. nam iste cupiebat in
98 subdiaconum Ordinari, quod † non poterat consequi
sine titulo, vel patrimonij, vel beneficij, cap. sancto-
rum, dist. 70. iuncta glo. in cap. Episcopus, verbo subsi-
dium, de præben. & tex. in cap. tuis, eod. titu. in 6. &
ibi Gl. in verbo de patrimonialibus, & Abba. numer. 3.
Nauarr. consil. 14. & cons. 15. de tempo. ordin. & est
communis opinio recepta in praxi, vt dixi de resignat.
benefic. lib. 2. quæstio. 6. numer. 6. vbi adduxi cap. 2.
sess. 21. de ref. Concil. Trident. id innouans, & cum
neutrum haberet, superior nolebat eum ordinare, ne ex
suo † postea teneretur, iuxta capit. Episcopus, de præ-
bend. vbi Anton. de Butr. Abb. Decius, & alij omnes. 99
Diuus Thomas, & D. Bonauentur. in 4. sent. distinct. 24.
Nauarr. cons. 14. de tempor. ordi. Burgas. de irregul.
part. 1. quæstio. 5. numer. 25. Ideo, vt fraudaret ordi-
nantem, immo potius animam suam, rogauit amicum,
vt eum præsentaret ad Ecclesiæ suæ titulum, ad hoc, vt
posset sub eo titulo suscipere dictum ordinem subdia-
conatus, & cùm nollet amicus assentire, ne amitteret
reditus illius Ecclesiæ, ipse ei promisit, quòd, si dictam
præsentationem faceret, nunquam peteret portionem
in ea Ecclesia, cùm eam optaret habere non causa re-
dituum, sed ad effectum consequendi ordines: ex quo
constat, quòd non stetit in finibus nudarum precum, vt
considerat ibi Hostien. num. 1. in verbo exorauit, Ioan.
Andr. in eodem num. 1. & in verbo, ex quo nulla † in-
curreretur simonia, cap. tua nos, 1. cum ibi notat, de 100
simon. Felin. in cap. cum essent, eodem titu. Sarnen. de
trien. q. 12. col. 4. Crauett. cons. 122. nume. 9. Nauarr. cons.
50. num. 2. de simon. & resoluit bis Rota de anno 1537.
vt dixi de resign. benefic. lib. 14. quæstio. 7. num. 14. sed
vltra preces emissas processit ad pactũ, vt Hostiens. &
Ioan. Andr. locis citatis. Anton. de But. num. 7. Abb.
prope fin. considerant, & colligitur expressè ex text.
ibi, firmiter † repromisit, l. 1. vbi omnes, ff. de pact.
Geminian. in cap. Ordinarij, §. in conferendis, nume- 101
ro 3. de off. ordina. libr. 6. Gloss. in cap. ex parte 1. de
off. ordina. Bisignet. decis. 6. de renunc. Quod pactum
cõtinebat rem prohibitam: nam potest intitulatus,& or-
dinatus in aliqua Ecclesia † petere de prouentibus illius
substentationem, Hostien. in d. cap. per tuas, numer. 2. 102
verbo portionem, Ioann. Andr. numer. 3. Ioann. de
Anan. colum. 1. versic. nota, quòd non solum: vbi vi-
detur intelligere illum text. quòd fuerit super fructi-
bus cuiusdam Ecclesiæ constitutum beneficium, vt
posset Ordinari, Abba. numer. 2. in 2. not. Boer. cons.
29. numero 7. & vltra huiusmodi pactum illicitum, &
& confidentiale † per subreptionem voluit ordinem
adipisci, arg. cap. quando, dist. 24. c. cum dilecti. §. nos 103
verò de elect. & considerauit Hostien. d. cap. per tuas,
sub num. 3. versi. cum quia, per decipiendo ordinato-
rem, cùm diceret habere titulum sufficientem ad vi-
ctum, cùm esset suppositus, & fictitius, & ordinans †
in nulla culpa est, vt egregiè considerat Dec. in cap. 104
Episcopus, num. 13. de præben. Nauar. cons. 14. num. 2.
de tempo. ordin. Et optime ratione inquit tex. in eo-
dem cap. per tuas, quod est suspensus à suscepto, ordine
& inhabilis ad suscipiendos: nam hanc pœnam imponunt
antiqui Canones aduersus ordinatos † sine beneficio,
vel patrimonio, cap. neminem, & cap. sanctorum, dist. 105
70. vt efficiatur † irregularis, si ministret in eo. Abb. in c.
cum contingat de ætat. & qual Idem Abbas in cap. 106
veniens in pri. not. de fil. presbyt. Burgas. de irreg.
titu. de dispens. 1. quæst. 5. num. 24. Maiol. in eod. tract. lib.
4. c. 5. in princ. licèt † hodie Concilium Triden. c. 2. sess. 107
21. de reform. non innouet dictum pœnam, sed illam,
quæ ponitur in d. c. Episcopus de præbend. vt censuit sa-
cra Congregatio Concilij, vt dixi de resign. benef. lib.
2. q. 6. num. 18. cum seq. Et, dum textus in eod. cap. per
tuas dicit, *Nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum*,
Innoc. intelligit per Papam, quam interpretationem se-
quuntur Ioann. Andr. in fin. num. 3. Hostien num. 2. vers.
nos inquisitioni, & alij, ex illa communi conclusione,
quòd in ordine † solus Papa dispensat, cap. ergo 1. qu. 108
1. cap. pen. de simon. vbi. Innoc. & alij Abb. in cap. de si-
moniacæ, numer. 4. versi. distingue. eo. tit. sed contraria
opinio mihi probatur, quòd Episcopi possint dispensare,
quam ibi firmat Abb. num. 6. tum quia, quoties Papa s-

109 bi non reſeruat † facultatem diſpenſandi, videtur Epiſ-
copis illam concedere c. nuper, de ſen. eacom. cap. à
nobis in fi.eod.tit. Abb.in c.at ſi clerici, §.de adulteriis,
colum.3.de Iud.& in c.in quibuſdam,de pœn.tum etiam
lex puniens delictum, & apponens poſtea verbum im-
perſonale, niſi fuerit diſpenſatum, vel poſſe diſpenſari,
110 † refertur etiam ad Epiſcopos, Glo eſt in d.c.in quibuſ-
dam,de pœn.& in c.quiſquis de elect. & in cap.cacom-
municamus, § ſanè,de hæret.Archidia.in cap.nulli, diſt.
38. Gl.in cap.vlt.de apoſt. & in c. virginum. 27. quæſt.1.
Glo.in Summ.diſt.50.& in cap miror,ead.diſt.cum aliis,
vt per Feli.d.§.de adulter num.1.verſ. fallit in 2.in fi. &
contrarium tollit. Abb.loc.cit.ſed dubitari contigit, an
crimen confidentiæ ſit propriè, & vere ſimoniacum, &
in quo differat confidentia a ſimonia? communis om-
111 nium opinio † eſt, valde differre hoc crimen a crimine
ſimoniæ, quòd vt rectè intelligatur, ſcire oportet, ſimo-
niam hoc modo a Doctoribus communiter diffiniri: Eſt
112 voluntas † ſtudioſa emendi, vel vendendi ſpirituale,
vel ſpirituali annexum, Gl.in ſum 1.quæſt.1. DD.in rub.
extra de ſimo.Theolo.in 4. ſen di.25. Abb.in c. nemo de
ſim. latiſſimè Redoanus de ſimonia p. 1.c.2. Nauarr. in
Man.c.23.ſub num.100. vbi dicit communem diffinitio-
nem, vt etiam tradidi ego de reſig. benef. li.14.quæſt.3.
113 num. 2. nam vendentes, † & ementes templo Deus eli-
minat, vt D.Greg.homil.39.tradit, c.vendentes,& emen-
114 tes, 1.qu.3. nam dicit Dominus, Quod † gratis accepi-
ſtis, gratis date, c.quicquid inuiſibilis, 1. quæſt.1.& ideò
ſimonia committitur per dationem, & promiſſionem
115 pro conſequendis ſpiritualibus, † vel illis anneais. c.1.
1.quæſt.1.Ricar.in 4.ſen diſt.25.art.2.Hoſt.in Sum in tit.
de ſim.Ab.in c.extirpandæ,§.qui verò col.pen. de præb.
116 D.Th.2 2 quæſt. 100. & exemplificatur, quoties † datur
pro ordinibus recipiendis, c.2.c. quiſquis, c.ſanctorum,
c.que ſtudet, c.quicumque, c.gratiam, c. eos,c. placuit,
c.fertur, c.ſtatuimus 2.c.ordinationes,& c.de ordinatio-
117 nib.1.quæſt.1.c.1. & c.ex tuæ, de ſimon.pro † baptiſmo,
c.etiam corde, c.non nocet,& c.emendari.1.quæſt.1.pro
118 † ſacramento pœnitentiæ, c. remiſſionem. 1.quæſt.1. c.
119 nemo presbyterorum. de ſim. pro ſacra † communione,
ca.nullus Epiſcopus.1.quæſt.1. pro chriſmate, c. dictum
eſt, 1 quæſt.1 c. ea quæ, c.ad noſtram. & c.in tantum, de
120 ſimo.& pro cæteris † ſacramentis, ca.ea catholica,& c.
ſi etiam Deus, c. nec foris, c. ſacramenta, c. nonne, ca.
dedit baptiſmum, &c.corporalia, 1.quæſt.1.cap. cum in
121 Eccleſiæ, de ſimon. pro † dedicandis baſilicis, c.ſtatui-
mus, 1.quæſt.1. & conſecratione eccleſiarum, cap. pla-
cuit, 1.q.2.c. cum ſit Romana, de ſim pro. altaribus, c.
122 altare.1.qu.3. pro † eccleſiis conſequendis, c.presbyter,
1 qu 1. c.querelam, de ſim.pro beneficiis habendis, c.ci-
ro, 1.quæſt.1.c.ſi quis præbendam 1.quæſt.3.c.cum eſſent,
123 & c in tantum de ſimon.pro aliis † honorib. eccleſiaſti-
cis, c.cum omnis, 1. quæſt. 2.pro Epiſcopatu, c. repe-
riuntur, cap.nullus itaque 1. quæſt. 1.& † conſecratione
124 ipſorum, ca.qui pecunias, & ca.non nocet, cap.ſi quis
125 Epiſcopus, 1.quæſt.1.cap.ſicut de ſim.& pro † èxercen-
do quocunque miniſterio eccleſiaſtico, c. quàm pio 1.
quæſt.2.capit.ad noſtram ſimon.pro decimis, cap.altare
1.quæſt.3.pro oleo ſancto, cap.ſi quis 1.quæſt.3.pro qua-
126 cunque † re ſacra, ca.ſi quis confiteris, 1.q.1.pro ingreſ-
127 ſu † monaſterij, cap.nullus, Abbas 1.q. 2.cap. non ſatis
de ſim.non obſtante quacunque conſuetudine, capit ve-
128 niens eo.tit pro ſepeliendis † mortuis, cap. cum in ec-
cleſiæ, de ſimo.& exequiis ipſorum, cap. ad Apoſtoli-
129 cum de ſimon.pro homagio, & † fidelitate præſtanda c,
130 ex diligenti, de ſim. pro benedictionibus † nubentium,
131 ca ſuam, & c. cum in eccleſiæ, de ſimon. pro † abſolu-
tione excōmunicationis, ca.ad aures de ſimon.pro Vica-
132 riatu, † & alia adminiſtratione. c. conſulere de ſim.pro
† benedictione Abbatum, & admiſſione Clericorum, c.
133 ſicut de ſimon pro reconciliatione non pœnitentis, † &
134 tegendo peccatorem, ca.nemo presbyterorum, eo tit.
& pro aliis annexis † ſpiritualib. conſequendis, c. ven-
135 dentes 1.quæſt.1.Archid.in c. 1. quæſt.1. Ioann. Andr. &
Abb.in cap.conſulere de ſimo. Ant, de Butr. & Abb.in

cap. quando de Iud.Ricard.in 4.diſt.25.arti.3. verſi. reſ-
pondeo. vbi diſtinguit huiuſmodi annexa ſpiritualibus,
vt latè per Redoan.de ſimon par.1.cap.27. num.5.vt Ius
patronatus † dicto ca.vendentes D D. omnes in dicto c. 136
quanto Roch.de Curt.de Iur patr.§.Iua num.1. D. Tho.
2.2.q.100. §. ad quartum. Et huiuſmodi ſimonia vel eſt
realis, vel † conuentionalis dicitur Realis ab actu, ſci- 137
licet a rei traditione, quia in dando rem, & recipiendo
conſiſtit Conuentionalis a † conuentione, quia promit- 138
titur, Sarn.de trien.quæſt.12.num.3.Redoanus de ſimon.
par.2.cap.1. in principio, & Archidia. in cap. quinque
1.quæſt.1.diffinit.realem, † ut ſit ſpiritualium acceptio, 139
vel collatio non gratuita, ſed, quia non ſit mentio de
annexis ſpiritualibus, in quibus, vt ſupra dictum eſt,
committitur ſimon.ideo alio modo diffiniunt Card. &
Abb.in c.nemo de ſim.vt ſit crimen propter quodcun-
que geſtum, vel commiſſum circa ſpiritualia: vel illia
annexa, quo ad aliquod temporale emolumentum pro
ſpirituali non gratuite acceptatur, vel commmunica-
tur, & ſic Ioan Anan.Fel.in rubr.de ſimon.nu.1. Boer.
de poteſta.Leg.a lat.quæſt.1.Ioan. Selu.de benefi par.1.
quæſt. 7. vel melius & clarius dicas, ſecundum Nauarr.
in Man.cap.23. num.105.vt realit ſit ſimonia, conuenta
expreſsè, vel tacitè, ex vtraque parte completa, ſaltem
quoad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis,
Caſſad deciſ. 5. de conſtit. & deciſ.1.de ſimon. Nauarr.
conſil.40.& conſil. 42.num.1.& conſil.13.num.2.de ſim.
& verba diffinitionis declarat. Nauarr. dicto num. 105.
Conuentionalem † verò diffinit Archidiacon. loco ci- 140
tat. vt ſit ſpiritualium, vel annexorum, præcedente pa-
cto promiſſionis, conditionis, modi, ſeruitij, pretij, aut
cuiuslibet temporalitatis acceptio, aut donatio, vel ſe-
cundum Abb. d.c. nemo, promiſſio de dando aliquid
temporale pro ſpirituali, vel ei annexo, Geminian. in
cap. quàm pio, 1.quæſt. 2. latè Redoan.de ſimon. par. 2.
cap.1.column.1. & 2. vel clarius ſecundum Nauarr. di-
cto cap.23.numer.103.Conuentionalis eſt ſimonia con-
uenta expreſsè, vel tacitè, nondum tamen ab vtraque
parte exequuta, Sarn.d.quæſtio. 12. Cardin. Pariſ. conſ.
29.& 30.vol.4.& de hac ſimonia conuentionali loquun-
tur, c. cum pridem, cap. pactiones de pact. cap. ſuper
eo, de tranſact.cap.cum eſſent de ſimon.teſte, Caſſad de-
ciſ.5.de conſtitut, & voluit Redoan. d.tracta. par.1.cap.
2.num. 23. & par. 2. cap. 1.numer. 5. Et eſt duplex, quæ-
dam † ex neutra parte exequuta, & hæc propriè dici- 141
tur conuentionalis, cùm ſtetur in terminis nudæ pro-
miſſionis, & conuentionis, & nulla ſequuta ſit traditio
rei, & temporalis dationis, cap.vlt.de pact.c.quam pio,
1.quæſt.2.cap.tua nos, de ſimon.cap. voic. vt eccleſi. be-
neſ.ſine diminut.confer.Archidiacon.in cap.quicunque,
1.quæſt.1.Abba.in ca.veniens, de ſimon.Fel.in c.tua nos,
tit eod.Quædā ex vna tantū parte exequuta, † quæ tran- 142
ſit in realem ſecundum aliquos, ſi complementum fiat
ex parte illius, qui promiſit ſpirituale: nam tunc ſuffi-
cit id ad conſtituendam ſimoniam realem, ſecus autem
eſt in implemento promittentis temporale: nam non
efficit, vt ſimonia deſinat eſſe conuentionalis, & fiat
realis. Ita Caieran. 2. 2.quæſt. 100.arti.6.ad ſeatum & in
Summ.in verbo Simonia. Sot. lib.de Iuſt.& iur. quæſt.8.
art.1. ſed ſecundum receptionem, quam ſtylus obtinuit,
contrarium eſt tenendum, iudicando, & conſulendo, vt
nunquam efficiatur realis, niſi ab vtraque parte mande-
tur exequutioni, & compleatur, vt vt latè defend. Na-
uarr. d.num.104.verſi.dixi ab vtraque parte, ea rationi-
bus per ipſum deductis, ſcilicet interueniente, & ſequu-
ta traditione rei ſpiritualis, & anneæ, eò quòd datur
per ea cap. veniens, ca. de hoc, de ſimon. Gemin.in di-
cto cap.quam pio, & hanc dicit veram ſimoniam Felin.
in cap.tua nos in gloſſ.vlt.de ſimo.Redoan de ſimo par.
2. cap. 1. num.4.in fine, & ſufficit, quòd ea vna parte ſit
completa in totum, & ex altera in parte, Nauarr. conſ.
40.num.1.de ſimon.vt.quis ex vna parte fuerint dati or-
dines, aut benefic. ea alia autem non tota pecunia con-
uēra, ſed pars: nā nemo dicet hāc non eſſe reale, c.pres-
byt.c.quiſquis, ſanct.c.reperiuntur,& c.nullus itaq; 1.q.1.

Google

143 Et differentia † est intet vtramque.nam, Realis habet
144 annexam excommunicationem, † & priuationem ipso
iure, extrauag. Pauli 2. cum detestabile, in titu. de simon.
vt voluit Rot. teste Cassad. decis. 5. de const. ex rationi-
bus ibi positis, Nauarr. cons. 42. de simon. & aliàs pluriès
resoluit Rota, teste Sarn. de Trienn. quæst. 12. num. 3. Ca-
145 putaq. decis. 238. par 3. Item † realis simoniacus trienna-
lis defendi non Potest, vt fuit resolutum in vna Lunen.
Sarzanem. coram Martino Spinosa, teste Sarn. loco ci-
146 tat. & non potest agere spolio, † vt fuit etiam resolutum
in vna Taurinen. Abbatissarus coram Cassad. de anno
1514. teste eodem decis. 1. de simon. Ripa in l. naturaliter,
§. nihil commune, ff. de acquirend. possess. num. 91. Rubr.
numer. 198.

147 Vterque † tamen & realis, & conuentionalis est in-
habilis ad obtinendum de cætero beneficia, vt fuit re-
solutum in vna Cæsaraugust. confidentia, coram Guido-
bono, 30. Martij 1551. teste Caputaq. decis. 238. par. 3.
& in alia S. Andreæ Canonicatus & præben. coram Put.
teste. Peregr. decis. 83. manuscript. conuentionalis aút
148 simonia est † frequentior reali, Sarn. d. qu. 12. num. 3. vers.
sed quod ista regula, Redoan. de simon. part. 2. ca. 1.
149 num. 16. cum promissiones facilius † fiant, quàm dona-
tiones, vt docet experientia, quia plura dicuntur quam
perficiuntur, l. Titia, ff. de verb. oblig. l. sciendum. ff.
de ædilit. edict. His præmissis, si quæris, an confidentia
differat à simonia reali? Concludendum, est magnam
150 esse differentiam cum realis simonia † committatur
actualiter per dationem & receptionem rei, Archi.
communiter receptus in cap. quicunque, 1. q. 1. Sarn. de
Trien. quæst. 12. Confidentia verò per promissionem,
& sic interpositionem fidei, cùm tota in fide sit posita,
Mand. cons. 61. & latè suprà explicauimus, & ideo
confidentia, de qua nos loquimur, non comprehendi-
tur in diffinitione simoniæ realis supra relata, vt ex le-
ctura colligitur. ergo differunt inter se, l. omnis diffini-
tio, ff. de regu. iur. vbi Dec. & Cagnol. quod etiam osten-
dit deriuatio vocabulorum, nam realis dicitur ab actu,
vt supra dictum est, & confidentia à fide, vt in prin-
cipio scripsimus, licèt quoad pœnam parificentur, nam
151 sicuti simoniacus realis ipso iure † excommunicatur &
priuatur, vt latè per Card. Paris. cons. 19. num. 12. cum
seq. & cons. 30. vol. 4. Nauarr. cons. 42. de sim. & dixi de
152 resig. benef. lib. 14. q. 2. ita & † confidentiarius iure no-
uissimo constitutionibus Pij IV. & Pij V. & sicuti est
153 nulla ipso iure collatio, & resignatio, vbi † interuenit
simonia realis, Nauarr. in cap. si quando except. 4. in
fi. de rescr. Ferret. cons. 95. num. 14. Boer. decis. 117.
col. 3. Fel. in c. de simoniacè, in 3. concl. de sim. Redoan.
de simon. par. 2. cap. 10. num. 35. & part. 4. c. 11. col. 3.
Ita pariformiter est nulla collatio, electio, præsenta-
154 tio, † resignatio, intercedente hoc vitio confidentiæ,
vt expressè dicitur in prædictis constitutionibus & dixi
de resig. benef. lib. 14. quæst. vlt. col. vlt. & vterque sit
inhabilis ad obtinenda, vt fuit resolutum in vna Cæsa-
raugusta. de anno 1551. 20. Martij, coram Guidobono,
155 teste Caputaq. decis. 238. par. 3. & sicuti simoniacus †
realis est valde odiosus sacris Canonibus vt habetur 1.
q. 1. per totum, cap. præsentium, 7. quæst. 1. D. Thom.
in 4. distin. 25. art. 2. Durand. de mod. congreg. gener.
Conc. rubr. 33. n. 1. Card. Iacobatius de Conc. li. 4. art. 4.
num. 74. Stephan. Caiet. in cap. ad limina. §. 5. numer.
231. 30. quæst. 1. Anton. Rosell. in c. quidam Episco-
pus, num. 1. 5. q. 1. Corn. Brun. de seditios. c. 2. num. 11.
ita & confidentiarius, vt colligitur ex proœmio Const.
Pij IV. & Pij V. Bar. in l. cum hi, in prin. ff. de transact.
Crau. cons. 221. num. 8. & in cons. 246. num. 6. Si verò
quæris, an confidentia differat à simonia conuentiona-
156 li? dicendum est, hoc crimen confidentiæ † esse spem
simoniæ conuentionalis, vt per Caputaq. decis. 201.
num. 2. p. 1. & decis. 238. in prin. p. 3. Nauarr. in Man.
c. 23. sub nume. 110. vers. secundo, quod & colligitur
ex princ. Constitut. Pij. 4. vbi non vocat confidentiam
absolutè Simoniam, sed certam simoniacæ prauitatis
speciem, illis verbis *Sanè dudum, cùm certam simonia-
cæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam
vocant*: & propterea in multis æquiparantur, nam
sicuti collatio, resignatio, † præsentatio, & electio per 157
simoniam Conuentionalem est nulla. Barbat. in c. cum
vniuersorum, de rer. permut. & in c. 2. de rescr. Fel. in
c. insinuatam de Sim. & habetur in extrau. Martini V.
incip. Multæ, edita in Conc. general. Constantien. cu-
ius verba referuntur à Redoano de Simo. d. p. 2. c. 10.
num 33. quam loqui de Simonia conuentionali probant
Crescent. decis. man. 163. Rebuff. in prax. tit. de Sim.
resig. num. 9. & decimo. Redoan. vbi suprà numer. 40.
& dixi de resig. benef. lib. 14. q. 2. num. 9. Ita, & interce-
dente confidentia, vt supra tetigimus: quemadmodum
Simoniacus conuentionalis est inhabilis † ad obtinen- 158
dum in futurum beneficia, iuxtà resolutionem aliàs fa-
ctam per Rotam, teste Puteo decis. 80. lib. 2. & Capu-
taq. d. decis. 201. p. 1. & 238. p. 3. peior tamen est hæc
conuentionalis simonia confidentiæ beneficialis, alia
conuentionali beneficiali, qua palàm emitur, vel ven-
ditur beneficium, vt considerat Nauar. d. c. 23. sub nu-
mero 110. vers. secundò, quòd: & ratio est, quia per
illam non annullantur acta ipso iure, nec incurritur
aliqua excommunicatio antequam ab vtraque parte
impleatur. Nauar. cons. 40. & 42. de Sim. per hanc au-
tem confidentiam sic, quia eo ipso quod † quis accipit 159
benefi. in confidentiam prædictam, antequam impleat,
quod promisit, ipso iure est excommunicatus, & ipso
iure collatio ei facta est nulla, & tenetur ad restitutio-
nem omnium fructuum, quos præcepit, & ratio, cur
maior pœna imponitur, est, quia plurimum frequen-
tabatur confidentia ante Pium 4. & ratione † frequen- 160
tiæ delictum reputatur grauius Imol. in Clem. p. de
sepul. Gem. in cap 1. de vit. & honest. clericorum, lib. 6.
Ioan. Andr. in add. ad Spec. in tit. de fide instrum. §.
porro, cum aliis, vt per Franc. Squillacen. de fide Ca-
thol. c. 5. in fi. & ideo conqueritur Bar. in l. 1. ff. ad l.
Iul. de amb. numer. p. quæ Pontifices illius temporis
procliues ad promulgandas nouas constitutiones, ali-
quas non ediderint, & fecerint contra simoniacos, qui
subdit, non † puniri vti debet, & tradit Redoan. de sim. 161
p. 4. cap. 8. num. 20. & de Iure Can. secundum Panorm.
relatum à Decio in ca. at si clerici, num. 255. de Iud. in
atrocissimis delictis † non reperitur imposita pœna 162
condigna, & pari ratione furtum ob maiorem † fre- 163
quentiam in aliquibus locis punitur plusquam homici-
dium, vt latè prosequitur Dec. cons. 65. num. 4. & per
totum, & in c. at si clerici, num. 60. cum seq. de Iud. in
quibus locis concludit, tunc furtum ob grauiorem pœ-
nam esse maius delictum, & ita refert Lucæ fuisse iudi-
catum in causa magni ponderis, licet Bartholom. Sic in
eadem facti contingentia contrarium voluerit, consil.
157. libr. primo. quem sequitur Ber. in eodem c. at si
cleri, numer. 96. & mouetur Decius ex illa communi
conclusione, quod ex maioritate † pœnæ maius deli- 164
ctum arguitur, Gl. 2. in c. meliore proposito, 27. qu. 1.
Bart. in l. leuia, in princ. ff. de accus. & in l. non solum,
§. si mandato. ff. de iniuriis, Bald. in l. nemo, in fin. C.
de Sum. Trin. & fide Cath. Calder. cons. primo, de ac-
cus. Barba. cons. 48. lib. 2. communis opinio, de qua
attestantur Soc. d. cons. 157. num. 5. Clar. lib. 5. recept.
sent. §. primo. vers. sint etiam, & probatur in c. fœli-
cis, §. illud, de pœn. lib. 6. in §. quia verò, Author. vt
fratrum fil. c. quæsitum in fin. de his quæ fiunt à mai. p.
cap. cum aliis, vt per Calder. cons. allegato; licet,
quandoque ista consequentia non sit vera ob rationes
particulares, vt maior pœna imponatur, quàm delicti
natura postularet, Glos. in c. admonere, in verbo exi-
stentes. 33. qu. 2. Gl. in c. decenter, dist. 89. & in cap.
cito turpem, in verbo, durior, 1. qu. 1. Abb. in c. per-
pendimus, col. 2. de sent. excom. Dec. d. cons. 65. n. 5.
vers. & licet. Et redeundo vnde digressi fuimus, omnis
confidentiarius est simoniacus conuentionalis cum con-
fidentia sit species huius simoniæ, sicuti dicimus omnis
† homo est animal, non autem è contra, omnis con- 165
uentionalis simonia est confidentia, & potest puniri

pœnis positis in prædictia Extrauagantibus, l. si quid
earum, §. interemptum, ff. de lega. 3. l. si is qui ducenta,
§. vtrum, ff. de rebus dub. & patet ex pluribus exem-
plis, & casibus positis in dicta Const. Pij V. §. multi,
& in §. Quare nos volentes, & §. Iisdem, ac §. postre-
mò, in quibus cessat requisitum Simoniæ etiam conuen-
tionalis, vt per Archid. Gemi. & alios 1. quæst. 1. in
Sum. Abb. in cap. nemo, de Sim. Nauarr. in Man. c.23.
sub num. 103. Caiet. 2. 2. quæst. 100. Sot. lib. 9. de Iu-
sti. & Iur. q. 8. & alij omnes. Ex his enim confidentia-
rios, simoniacos reales, & conuentionales poteris
cognoscere. De simonia autem mentali, non est ne-
cesse disserere, cùm ea sit communis omnibus prædi-
166 ctis: nam consistit in † animo, & intentione praua, in
beneficialibus, & eis annexis. Glo. in Sum. 1. quæst. 1.
Abb. in c. consulere, & cap. nemo, de Sim. idem Abb.
in c. per acquisitionem de elect. glo. in c. reperiuntur
1. q. 1. Fel. in c. tua nos de sim. Caccialup. de pension.
quæst. 19. Redoan. de Sim. par. 1. c. 2. num. 13. & illam
167 diffinit † Nauar. in Man. c. 23. nume. 102. Simonia men-
talis est mente tantum concepta circa omnem conuen-
tionem expressam, vel tacitam ad exemplum vsuræ
mentalis, Mai. in 4. dist. 25. quæst. 1. Adria. in quodlib.
9. D. Thom. 2. 2. qu. 100. ad 6. & exempla refert Re-
doan. de Sim. p. 1. c. 5. per tot. & c. 6. 7. 8. cum multis
seqq. vbi latè hanc materiam prosequitur, & cum in
168 mente † consistat, soli Deo est cognita, Clem. exiui de
paradiso, de verb. sig. l. 2. ff. de interrog. act. Gl. in §.
aliæ, Inst. de acti. Ang. cons. 93. & cons. 160. & cons.
236. & 271. Bolognin. cons. 6. in princ. qui nouit præ-
169 sentia, præterita, † & futura, c. fundamenta, §. proinde,
170 de elect. libr. 6. & secretorum † omnium est cognitor
171 & Iudex, c. erubescant in fin. dist. 32. omniaque † nu-
da & aperta sunt oculis eius, c. Deus omnipotens, 2.
q. 1. c. presbyter, c. 2. q. 5. c. 1. 26. q. 5. Dec. in c. no-
uit, in 1. not. de Iud. animus autem hominis dicitur in-
172 uisibilis, † vt tradit Ant. Rosell. in rep. c. manifesta,
173 num. 169. 2. q. 1. & ideò communis † est opinio † ani-
mum directè probari non posse, cum illius solus Deus
sit scrutator, vt patet ex allegatis per Mant. cons. 24.
num. 4. lib. 1. Barbat. cons. 42. num. 14. vol. 1. Blanc.
de Indic. num. 57. Cor. cons. 81. num. 16. vol. 1. Signo.
174 cons. 63. num. 3. & propterea † sufficere coniecturas.
Soc. cons. 28. num. 14. vol. 1. Corn. cons. 45. in princ.
175 vol. 4. Silua. cons. 7. num. 21. & modos † deducit Mas-
card. de proba. conclus. 94. per totam.

quæst. 1. num. 50. Et conueRtatur cum suo definito.

¶ HOc nos iure negamus: Latius enim patet illa ab Auctore concinnata confidentiæ definitio, quam ipsum definitum, comprehenditque casus minimè confidentiales, ea scilicet confidentia, de qua loquuntur piorum constitutiones: Quod vt palam fiat meminisse oportet confidentiam esse speciem Simoniæ (sic enim vocat constitutio Pij IV.), & quidem conuentionalis, Nauar. in Manual. cap. 23. num. 110. & Flamin. hic numer. 156. omnemque Simoniam pretium aliquod pro re spirituali commutandum supponere & imperitrice cum sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, gloss. in summa. 1. quæst. 1. emptio autem, & venditio sine pretio esse non possint, l. 2. ff. de empt. & vendit. l. vlt. Cod. eod. habet igitur & suum confidentia pretium, & quidem speciale, & proprium, cum quo illam necessario adesse, data aliàs materiæ idoneitate, & absque quo abesse omninò dicendum est; id autem nihil aliud est, quam ipsummet beneficium, vel eius fructus; ita vt tunc solum committi intelligatur, cum ipsum beneficium resignatum, aut collatum, vel eius fructus pro collatione, electione, confirmatione, præsentatione, vel resignatione rependuntur, vt luce clarius patet in dictis constitutionibus: Si verò aliæ res pro pretio interueniant, Simonia sit, & non confidentia, vt omnium optimè deducit Suarez. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 42. numer. 5. quem sequitur Garcias, de benefic. p. 11. cap. 3. num. 166. & 167. vbi sic decisum sæpius in Rota fuisse testatur. Et esto quod aliqua confidentia hîc etiam considerari posset, non ea est, quam prohibent pianæ constitutiones, quæ non omnes confidentias illicitas afficiunt, sed tantum Simoniacas, teste Nauarro in manual. d. cap. 23. numer. 109. & adhuc non omnes Simoniacas, sed solummodo illas, quæ circa talem materiam, & sub tali quasi pretio, seu in eo genere confidentiæ, & quasi pretii haberent, Suar. & Garc. ibid. non erit ergo confidentia, sed Simonia resignare, conferre, eligere, vel præsentare cum pactu quod beneficium recipiens mutuabit pecunias, aut fideiussor interueniet, aut aliud faciet, aut dabit, modo beneficium ipsum, & eius fructus sibi liberi, & intacti remaneant, & tamen Simonia hinc resultans, quæ vt præfertur confidentia non est, conuenit tuc cum definitione ab Auctore adiecta, de ea enim dici potest; est spes quædam quod collator conferat. Patronus præsentet, eligens eligat, aut quis accipiat, vel renunciet beneficium pacto, modo, vel conditione expressa, vel tacita, sibi, aut alteri: quare post verbum, tacita, hæc verba, vt postea idem beneficium resignetur, vel fructus, aut illorum pars detur, vel pensiones soluantur, interponenda censemus: confidentia enim quasi duplicem eiusdem beneficij, seu alteram fructuum dispositionem inuoluit, & aliquando triplicem, & vlteriorem: Simonia verò vnicam, & hinc forsan peior est, quam simonia, etiam realis, quia ista non aufert Ordinario potestatem, nec reseruant illam Papæ, illa autem vtcumque facit, Nauar. d. num. 110. Sed nec adhuc illa definitio placet: Quia per eam potius descripta videtur intentio committendæ confidentiæ, quam ipsa confidentia iam commissa. Ideò sic breuiter definiremus; vt sit conuentio in renunciatione, vel prouisione beneficii, de ipso restituendo, aut eius fructibus dandis, vel pensione soluenda sibi, aut alteri, tacitè, vel expressè inita.

QVÆSTIO II.

Quæ fuerit origo confidentiæ beneficialis.

SVMMARIVM.

1 *Confidentiæ origo illicita, & reprobata.*
2 *Fideicommissorum origo illicita.*
3 *Deportatis non potest relinqui.*
4 *Quæ personæ non sunt capaces legatorum*
5 *Fideicommissa nunc præstanda.*
6 *Fideicommissa debent constare.*
7 *Confidentia cur dicta.*
8 *Fides est seruanda.*
9 *Fides quid est.*
10 *Fides num seruanda, quando resultat illicitum.*
11 *Ex fide quando quis non possit constringi.*
12 *Confidentiarij non cogebantur restituere beneficia.*
13 *In supremis tribunalibus reddebatur ius super confidentia.*

SEcundò, Quæro, quæ fuerit origo Confidentiæ
beneficialis, licita vel illicita, & ex qua causa. Res-
pondeo, originem † esse illicitam, & reprobatam, 1
quia fuit reperta a volentibus canones fraudare, vt latè
colligitur ex const. 87. Pij V. in prin. & in §. multi, &
communiter est receptum, & illam actum illicitum ap-
pellat Caputaq. decis. 314. numer. 3. par. 1. hac etiam
ratione origo fideicommissorum dicitur illicita † & re- 2
probata, vt scribit Ias. communiter receptus in l. 1. n. 7.
ff. de leg. 1. quia traxit principium à volentibus legem
circumuenire: nam incapaces, quibus non poterat le-
gari vel relinqui, vt † deportati l. 1. C. de hær. inst.
damnati in metallum, & spurij testatoris, & aliæ per- 3
sonæ † similes, quas enumerat Gloss. in §. legati Instit. 4
etiam de hæred. instit. hoc medio consequebantur le-
gata, & relicta, quia testatores instituebant hæredem
aliquem amicum, de cuius fide confidebant, eius fidei
committentes vt illam hæreditatem postea tali incapa-
ci restitueret, & huiusmodi fideicommissa relicta capa-
ci, vel incapaci, quia consistebant in sola fide, & pu-
dore grauati antiquo tempore erant infirma, cum non
possent exigi, & nulla dabatur actio, neque officium
Iudicis, fauore tamen vltimarum voluntatum, ne vo-
luntas defunctorum deciperetur, fuit postea statutum,

Digitized by Google

5 † esse impleoda, vt dicitur in §. primo, Inst. de fidei-
com. hæred l. 2. §. post deinde de origin. iur. sed ca-
paci, l. vlt. vbi Gloss. & Bar. ff. de his quib. vt indig.
Gl. & DD. in l. vltim C. cod. ad not. in l. 1. ff. de legat.
6 1. dummodo † de hoc constet, l. cohær di, §. cum filiæ
ff. de vulg. & pupil. l. ea tribus, ff. de inoff. test. Abb.
cons. 31. nu. 9. a Rolan. Valle, cons. 50. num. 5. vol. 3.
Burs. cons. 97. num. 1. volum. 1. Dec. cons. 336. in fin.
Crau. cons. 180. in fin. Soc. Iun. cons. 185. num. 2. lib. 2.
ad exemplum igitur fideicommissorum fuit reperta
confidentia, vt canones fraudarentur, & sicuti ea reli-
cta, fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo
iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, con-
tinebantur, §. pri. vers. & ideò, de fideicomm. hæred.
7 ita hæc appellata † confidentia, quia tota in fide illius,
qui recipiebat beneficiũ, vel illud habebat posita erat.
Nauar. in Manual. c. 23. sub nom. 109. Mascard. de pro-
8 bat. concl. 1306. nu. 2. moti ex illo vulgari, quod † fides
9 est seruanda, cùm sit fundamentum † iustitiæ, id est di-
ctorum, conuentorumque constantia & veritas, vt di-
cit Tullius 1. Offic. quem ad hoc refert Luc. de Peo. in
l. quotiès, col. 1. C de ponderat. & auri illat. lib.
10. Forton. Garz de vlt. fi. iur. ciuil. & Canon. num. 148.
Pauin. de Visit. 2 part. quæst. 2. numa. 15. Ioan. à Ca-
pistr. in Spec. conscient. num. 8. & graue est illam fal-
lere, l. 1. C. de const. pecun. in princ. §. hoc similiter,
Auth. vt liceat de ceter. Nicol. Moron. de treuga, &
pace, quæst. 17. num. 11. & quæst. 102. num. 2. Bellon.
10 de re milit. tit. 3. numer. 4. dummodo ea fides † obser-
uantia non resultet illicitum, c. si ad peccatum, 22. q. 4.
& per totum, nam tunc potiùs est fides rescindenda,
quam soluenda, c. in modis, ead. causa, & quæst. & re-
gulariter, vbi fides non est solennis, & obligatoria,
11 quia non potest † constringi ad illam seruandam l. Iu-
risgentium, §. si cum nulla, & § igitur, & §. quinimo
ff. de pact. ad not. in l. 1, ff. de const. pecu. & in l. 1. ff.
deposit. latè Lucas de Pen. in d. l. quotiès. C. de pon-
der. libr. 10. col. 2. Et ideò qui recipiebat, aut tenebat
beneficium in confidentiam in principio non poterat
constringi ad fidem seruandam, postea patrum nostro-
12 rum temporibus praua consuetudine † seu potius cor-
ruptela patienter cœpit tolerari. Ioan. Petr. Bim. cons.
29. num. 5. Et deinde cœpit ius reddi pro fide seruanda
13 in supremis tribunalibus, † Card. Sanct. Cruc. decis. 18.
in manusc. Nauar. in Manual. c. 23, sub num. 111. Gabr.
cons. 184. num. 6. lib. 2.

cons. 2. num. 13 Cœpit ius reddi pro fide seruanda in supremis tribunalibus.

¶ QVamvis enim in principio Fiducia huiusmodi nullo iuris vinculo, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur continetetur, ob tamen insignem quorumdam perfidiam Summi Iudices, vt alias Romæ Consules & Prætores fideicommissarii, suam huic rei auctoritatem interposuerunt, & fiduciarios etiam nulla trebellianica pensione retenta multis decretis fideicommissum beneficium restituere compulerunt. Sic indultarios Curiæ Parisiensis, qui nominatoribus suis de dimittendo ad nutum beneficio in vim indulti impetrato stare promisis etiam nostris temporibus sæpius patres magni Consilij coegere, quod tamen imposterum fieri tandem prohibuerunt die 16. Decembris 1649. Bengeus & Pinson, de benef. ad verb. Canonica §. 4. num. 25. Sic minori ætate exquisita Resignanti beneficium post impletam ætatem repetendi datur facultas, & confidentia huiusmodi in odium perfidiæ toleratur. Duclos. ad laminium de Resig lib. 3. quæst. 3. quod hodie minimè obtinet. Sic denique, cum alias infirmus ea lege resignasset, vt recuperata valetudine beneficium sibi restitueretur, solenni placito restituendum adixit Henricus 2. Oliuenalib. 1. cap. 29 quo iure etiam hodiè vtimur. Huc etiam spectat Senatusconsultum Parisiense, quo resignatio simulata absque consensu Domini, cuius gratia beneficium acceperat, facta, nulla penitùs fuit declarata die 12. Ianuarii 1604. Louet. litera B num. 7. Sed quid hæc minora commemoro? Fuit aliàs eò licentiæ deuentum, vt nedum Laicis beneficia etiam maiora mancipato ad fiduciam ostentionali ministro fruẽda apertè concederentur, sed & ipsis mulieribus conniuente imò auctorante toto Iudicantium concilio in dotem assignarentur: extat enim in actis publicis solemnis ad Henricum III. querimonia Cleri Gallicani, dolentis quandam Abbatiam tanquam dotalem illustri viduæ in ipso Regio Consilio fuisse adiudicatam, declarat unque ipsius heredes post eius obitum pro virili eadem Abbatia frui posituros, ita habetur in admonitionibus Cleri Gallicani impressis anno 1528. pag 6. vide antiquissimum, & insigne de Constantinopolitana Ecclesia confidentiæ exemplum apud Zonaram relatum per Michaëlem Roussel in sua Iurisdictionis Pontificiæ Historia, lib. . . cap. 5. num. 9. & aliud in Historia Flodoardi de Ecclesia Remensi commemoratum à Chopin. de Sacra Polit. libr. 1. tit. 17. numer. 27.

QVÆSTIO III.

Confidentia an sit prohibita de iure diuino, & an super ea Papa possit dispensare.

SVMMARIVM.

TERTIÒ quæro, An confidentia beneficialis simoniaca, de qua nos loquimur, sit prohibita de
iure diuino. Communis opinio † est negatiua, 1
vt tenet Nauarr. in Manual. c. 2. num. 11. vers. 11. & Ioan.
Petr. Rima cons. 29. num. 6. & ratio est, quia iure diui-
no † solum prohibetur illa simonia, quæ circa emptio- 2
nem, & venditionem merè spiritualium versatur siue
ea spiritualia à Deo sint data, & instituta, siue ab Ec-
clesiastica potestate diuinitus tamen accepta Diu. Tho.
22. quæst. 100. Hostien. Caietan. Siluest. Angel. Armil. &
alij Summistæ. Redoan. de simon. p. 1. c. 2. col. 2. qualis est
venditio † gratiæ Spiritus sancti. c. qui studet, & c. sicut
eunuchus. 1. quæst. 1. quam emere intendebat Simon ille, 3
à quo originem, & nomen habuit † simonia. c. recurrat, 4
32. c. quod interrogasti. dist. 27. cap. saluator. 1. qu. 3. Act.
Apostol. cap. 8. optimè in cap. quidam 24 quæst. 3. c. sicut
pro certo, de simon. Arch. in c. studet 1. qu. 1. & in cap.

5 eos numer.2.ead.causa, & quæstione. & hunc primum †
hæreticum fuisse tradit Euseb. Cæsarien. lib. 2. Histor.
Ecclesiast.cap.1.& ca.13 Redoan.de sim.cap. 1. numer.6.
Ioann.Andr. in dicto capitulo sicut pro certo, de simo.
Abb. in cap. qui extirpandæ, § qui verò, numer. 53.de
6 præb. Fel. in c. cum essent, de sim. & venditio † sacra-
mentorum, d. c. qui studet, & cap. sicut eunuchus, 1.
qu.1.c.non satis. c.consuluit, de simon. cap. baptizandis
& ibi Archid.cap.quidquid,c.placuit. c. emendari, cum
seq.1.q.1.Fel.in c. in tantum, vers.vlti. nota de simo. gl.
in c. veniens, de trans. latissimè Redoan. in d. tract de
7 sim.c.6.& 7.Ac venditio † ordinationis, cap.presbyter,
2. quæstio. 1.c. cum ordinaretur ead. caus. & quæstio.
cap. Sacerdotes eadem causa & quæstio. tantis. 81.
dist.latè Gemin.in cap. vlt.1.qu. 1. Archi. in c. requisitis
1.q.7.Abb.in c.cum ecclesiæ, in fine de simon. latissimè
8 Redoan. in eod.tract de simon.c.8.per totum. Ac etiam
venditio † Ecclesiæ, vel altaris executio, c.altare, 1.
q.3.Abb.in c.cum tua,de simon.Caccialop.de pens.q.16.
Simonia aűt, quæ versatur circa spiritualia per con-
stitutionem Ecclesiæ, aut canonum, non dicitur simo-
nia, quia simonia, & sic prohibita de iure diuino, sed
9 quia prohibita: nam † per ius positiuum, s.per.Pon-
tificium, Canones, Concilia, Constitutiones visum est
illam prohiberi qualis est ea, quæ committitur in bene-
ficiorum collatione, renunciatione, & præsentatione,
quoties conditio, pacta, modus illicitus interuenit. gl in
c.ex parte 1.de offi.deleg. vbi DD. omnes & cõmuniter,
de communi Nauarr.in suo Manual.c.23.sub nu.100.vers.
qua diffinitione, Redoan.d. tract.de simon. p.1.c.2.num.
10 9. & hæc est frequentior. Vnde cum confidentia † in
his versetur, quæ sunt spiritualia, ex const. Ecclesiæ, &
canonum, nequaquam poterit dici esse prohibita de
iure diuino, & hanc conclusionem omnes firmant abs-
que contradictione. Et effectus erit maximus, quia, quam-
11 uis Papæ omnia † sunt permissa, Specul. in titu. de dis-
pens.§.nunc ostendendum, versi.89.Abb.in cap.Magnæ,
de vot. Bellam. cons.28.col.3. Dec.cons. 112.col.3. cum
12 ei plenitudo potestatis sit † data. c. qui se scit. 2. q. 6. c.
quicunque 24.qu.1.Io.cap.vlt.c.significasti de elect.cap.
13 quodcunque 24.qu.1. nam † est Vic. Dei in terris, Bal.in
l.vlt.C.sent.rescin. non poss. Dec. in cap. primo, super
gl.io verb. ab omnibus. de const. Non tamen potest dis-
14 pensasse super simonia, † quia simonia & sic super ea,
quæ prohibetur de iure diuino, sed super ea dumtaxat,
15 quæ est introducta per ecclesiam, † & Ecclesiæ prælà-
tos, & sic super ea, quæ dicitur simonia, quia prohibi-
ta, Diu.Thom.in 4.quodlib.qu 4 Specu.in tit.de dispens.
§.nunc. Caccial.de pens.qu.19.Fel.in ca. ad audientiam
el.2.de rescr.Cassad.decis.2. de simon.communis opinio,
vt patet ex adductis per Rednan.de simon.cap.21.& om-
nes fere scribentes dicunt, generaliter Papam non pos-
16 se dispensare † super iure diuino. c. qui omnipotentem,
21 .qu.3.Ant.de Burr.in c.super eo,de vsur.Diu.Thom. in
4. quodlibet.qu.14. Petr.Paludan. in tract.de Ecclesiast.
potest art. 5. Turrecrem. in Summ. in 3. lib. c.54.& 57.
Inn.& Henric.Boic.in cap.cum ad monasterium,de stat.
reg. Abb.in c.non est voti de vot. Henric. Boic. in c.ex
parte el.2.col.1.& 2. de rescri. Bellam.consil.28. per to-
tum maximè col 4.Dec.in ca.ne ionitaris col.2.de const.
Gem.cons.96.col.5.Io.And.in c.2.de dispens.Petr.de Pa-
lud.in 4.dist.41.D.Thom.in 5.dist.27.quæst.4.& probatur
expresse in cap. literas, de rest. spolia. quem optimè ad
hoc ponderat D. meus Cardinalis Parisius cons. 68. nu.
17 39.cum seq. vol.4. ius enim † Diuinum est immutabile,
§.sed naturalia, Inst.de iur. nat. gent. & ciuil.c. vlt.§.15
itaque dist.5.Gem.& Præpos.in c. sicut dist. 14. Abb. in
cap.significasti, col.vlt.de elect.solus enim conditor le-
18 gis poterit tale suum † diuinum præceptum tollere, &
super eo dispensare, quod minimè facere potest Papa
19 eius Vicarius, & inferior, qui non † potest mutare nec
destruere legem superioris, c.cum inferior.de maior. &
obed.c.inferior,dis.21.cle.ne Romani, §.1.de elect. nec
statutum superioris tollere.Inn.Abb.& alij communiter
in c.quæ in ecclesiarũ col.4.ver.2.limitarem de constit.

seruus enim, vt est Papa, iuxta tradita † in procem. De- 19
cretal.in princ.non poterit ordinationem Domini tol-
lere.l. nam etsi magistratus, ff. de arbit.c.ille à quo, §.
tempestiuum, ff.ad Treb.cap.1.dist.10.l.rescripta, vbi Gl.
& Doct. de precibus imperat. offer. & ideo iudicium
Summi Pontificis debet esse conforme † iudicio, & sta- 21
tuto Diuino, cap. vt nostrum, vt Eccles.benef.Abb in c.
de mulcta col.3. vers. vnde obstat, de præben. quam le-
gem diuinam tenetur ipse Papa, vsque ad animam, † & 22
sanguinem defendere. cap. sunt quidam, 25.quæst.1.Abb.
in cap.literas, in 5.not. de restit spol. & contrarium fa-
cienti † non erit parendum. cap. Iulianus; & c. qui resi- 23
stit.11.q.3.Bellam. d. cons.28.late Fel in cap. si quando,
col. 1. 2. & 3 de rescr. Imol.in c. vlt.num.7. de Transac.
Præpos.in c.quæ contra,in princ. dist. 8. nisi ex † magna 24
causa id faciat, vt per Inn.in cap.vlt. de consuet. Arch.
in cap. sunt quidam, dist.25.Io. Andr.in cap.per venera-
bilem, qui fil.sint legit.Fel.in c.quæ in ecclesiarum,nu.
30.de const. Turrecremat.in summ lib.2. cap. 107. Præ-
posit.in cap.1.dist.15.Dec.in c.1.col.2.& 3.& in c. trans-
lato de const.Soc. sen.cons.13 & 28.libr.1.Barbat. consi.
1.col. 18. & cons. 22. col. 10.vol.1.Dec.cons.112. Ang.in
verbo Dispensatio, §.3 late plures, & infinitos adducit
Card.Paris.d.cons.68.à num.110.vsque ad num.177. vol.
4. Et sic Papa, licèt non possit dispensare super iure di-
uino, potest tamen dispensare super iure † positiuo, D. 25
Tho.communiter receptus locis citatis, & per conse-
quens super simonia, & confidentia, quæ † committitur 26
in beneficialibus: plures Doctores citat Redoan. de si-
mon.c.21.col.2.Cassad decis 2.de simon.in quibus habet
liberam † potestatem. Dec. consi. 141. circa fi. & Papa 27
non solum potest tollere quæ prædecessores statuerunt,
sed etiam constitutiones † Conciliares de fide non dis- 28
ponentes, Gl.in c.vbi periculum, in verb.Concilium de
elect. lib. 6. Ost. in Summ. de disp. §. 1. Theologi om-
nes, vt per Fel. in c.1. num. 31. & 32. de Const. Gl. in c.
sunt quidam, dist. 25. & est tea. in c. innotuit, de elect.
& plenè tradit Card.Paris.d. cons. 68.à num. 397. vsque
ad num.408. vol.4.

quæst. 3. num. 9. Simonia quæ versatur circa spiritualia per constitutionem Ecclesiæ aut Canonum non dicitur Simonia quia Simonia, sed quia prohibita.

¶ SVnt qui velint Simoniam beneficialem prohibitam non esse quia Simoniam, sed Simoniam esse, quia prohibitam, ex quo tituli beneficiales sunt de iure positiuo, & hæc est Sententia Flaminij nostri, quem sequitur post alios, quos citat, Garcias de benefic. parte 1.cap. 2. à num. 8. & secundum illam potest Papa super tali Simonia omninò dispensare, cum sit supra ius positiuum, nec ideo potest ab illo, nec in eius Curia, propter ipsius scientiam, & tolerantiam, committi, Abb. in cap. exterpandæ in repetit. §. qui verò nu. 53. versic. videtur ergo de præb. Alij verò fatentur quidem titulos beneficiorum à iure humano esse institutos, & beneficia per solam Ecclesiæ constitutionem esse spiritualia, Simoniam verò circa ea commissam non de iure positiuo, sed diuino & naturali esse contendunt: Quia omnia spiritualia, vt hic sumuntur, sunt inuendibilia iure naturali, & Diuino, c. qui studet, 1. quæst. 1. c. quam Pio. ead causa quæst. 2. non solum data, & instituta immediatè à solo Deo, sed etiam ab Ecclesiastica potestate supernaturaliter à Deo data, Nauar. in Manual cap. 23 num. 100 ita vt Durand dist 25. quæst. 5. existimet nullam esse Simoniam soli iuri positiuo contrariam. Sed vtraque opinio generaliter intellecta ex parte erronea est, & verum à falso distinctione segregandum venit: Duplex enim in beneficialibus considerari debet Simonia, vera scilicet, & similitudinaria, seu interpretatiua. Vera est cum beneficium emitur vel venditur; & hæc sanè est ex se & immediate mala, & iuri Diuinò contraria, vt expresse habetur in cap. ex multis 1. quæst. 3. cum beneficia sint ad Gratiam Spiritus Sancti Ordinata, Christus autem de templo eiecerit vendentes & ementes, inter quos erant vendentes Columbas, quæ Spiritum Sanctum, & dona eius repræsentant, vt exponit D. Hieronymus ad Math. 21. non potest ergo Papa super illa dis-

Digitized by Google

pensare per ea, quæ tradit Auctor hîc à nume. 24. & ita sentit Nauarrus, vbi supra. Melchior Lutterus, de re benefic. libr. 2. quæst. 9. numer. 78. Pastor de beneficijs libr. 3. tit. 28. numero 22. & omnis Theologorum Schola. quamuis ipse nullam pœnam temporalem Statutam contra Simoniacos etiam in Rebus Spiritualibus à Deo Solo institutis incurrat, & ab ea vt pote iure humano inducta alios eximere possit. Neque ferendus est Garcias, dum pro contraria opinione ait in venditione beneficij pecuniam non dari pro executione officij spiritualis beneficio annexi, sed pro iure percipiendi fructus, quod est beneficium; tum quia supponit illud ius percipiendi fructus non esse spirituale, sed temporale, quod falsum est, cap. dilecto, de præb. tum etiam, quia Canon si quis obiecerit 1. quæst. 3. ait penitus eum desipere, qui obijcit non Consecrationes emi, sed ipsas res, quæ ex Consecratione prouenium, quod tamen de inferioribus intelligi debet, non autem de Papa, qui hanc temporalium à Spiritualibus Segregationem facere potest, Lotter lib. 3. quæst. 29. num. 191. vel ipsam spiritualitatem frangere, & de beneficio efficere rem profanam. Nauar. ibid Simonia verò similitudinaria est quoties beneficium propriè, nec emitur, nec vèditur, sed per quādam Analogiam, & similitudinem, quasi vendi, & emi videtur, vt quādo beneficium confertur pacto, modo, vel conditione, aut pro alia re spirituali commutatur, aut super lite beneficiali transactio initur, vt ad quæst. 4. lib. 14. de Resignationibus adnotauimus, quæ omnia ob maiorem puritatem Ecclesia prohibuit, statuitque his casibus Simoniam committi, quæ similitudinaria appellatur, & quia non prouenit ex natura rei, sed ex prohibitione Ecclesiæ, dispensabilis est, & in ea solum procedit prima opinio, Suarez de Relig. tit. de Simon. cap. 40. 6. Lotter. & Pastor vbi supra.

QVÆSTIO IV.

Confidentia num sit probibita iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia probibita est iure communi.*
2 *Origo confidentiæ illicita.*
3 *Fideicommissorum origo, illicita.*
4 *Origo spectanda.*
5 *Origo mutari non potest.*
6 *Simonia iure communi prohibetur.*
7 *Simonia inter grauiora crimina ponitur.*
8 *Simonia capitale crimen.*
9 *Confidentia crimen simoniæ.*
10 *Probibito genere, videtur probibita qualibet species.*
11 *Idem iudicium de genere, & specie. & nu. 12.*
13 *In probibitione venit omne illud, per quod deuenitur ad ipsum.*
14 *Confidentia, pernicies, & corruptela.*
15 *Confidentia actus illicitus.*

QVartò, quæro, An confidentia, de qua nos loquimur, sit prohibita de iure communi? Com-
1 munis opinio est affirmatiua, † quam reperio tenuisse Nauar. in suo Manual. ca. 23. num. 109. & 111. & R. P. D. Seraphinum Rotæ Romanæ dignissimum Decanum, decis. 90. incip. Fuit conclusum, libr. 1. in manuscr. Quod iustificatur, tum attenta eius origine, quæ fuit
2 illicita † & reprobata, quia eam traxit à volentibus legem fraudare, vt diximus supra quæst. 1. ad exemplum
3 † fideicommissorum. Ias. in l. 1. nu. 7. ff. de legat. 1. nam in
4 primis ad iudicandum, de aliqua re † origo spectatur l. 3. C. ad Macedon. l. si procurator, primo respons. ff. Mand. l. clam possidere, ff. de acq. poss. vbi Ias. in 6. not. Mari. Soc. Sen. in c. veniens, sub numero 52. de accus. Rub. Alexand. in l. pe. §. ad crimen, numer. 280. ff. de publi. iud. Bar. in l. 3. §. qui habet, ff. de tut. & in l. 1. §. qui remo-
5 uet, ff. de postul. nam mutari † non potest. l. assumptio in princ. ff. ad municipal. l. ius autem agnationis. ff. de pact. l. iura sanguinis, ff. de regul. iur. Cephal. consi. 133. nume. 23. volum. 1.
6 Tum etiam, quia simonia, iure † communi prohibetur, vt habetur in tit. de simo. extr. & ibi Doctores omnes, † & inter grauiora crimina ponitur, cap. vlt. ad fi. 7
de purg. Canon. immo alia ad comparationem illius quasi pro nihilo reputantur, ca. vlt. 1. quæst. 7. c. per tuas, el. 1. de simon. & homicidio comparatur. c. inquisitionis, de accus. & capitale † crimen appellat D. Greg. 10 cap. 8
qui studet, 1. quæst. 1. Diaz in praxi. criminal. cap. 85. in princ. Abb. in c. sicut, de simon. Roland. consi. 31. numer. 12. lib. 3. & confidentia est crimen † simoniæ, vt in 9
terminis scribit Caputaq. decis. 202. num. 5. p. 1. & alibi ibidem Caputaq. decis. 201. num. 1. p. 1. dicit quòd receptio beneficiorum in confidentiam est simonia conuentionalis, quod etiam scribit decis. 238. part. 3. Sed confidentia est species simoniæ, vt probatur ex constitutione 109. Pij IV. incipien. Romanam, in §. sanè, ibi, *cum certam simoniacæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant*, &c. quod etiam scribit Mascard. de probat. conclus. 1306. nume. 1. & prohibito genere
† videtur prohibita quælibet species sui generis, cùm 10
idem fiat † iudicium de genere, & specie, ca. delibera- 11
tione, §. prohibemus. vbi gl. Petr. de Anch. Franc. & alij Doctores de offic. lega. lib. 6. Din. in reg. cum quid vna via, de regu. iur. lib. 6. Ber. de potest. Leg. à lat. nu.
71. & eadem adsit † ratio. l. si quid earum, §. interemp- 12
tum, ff. de leg. 3. c. excommunicamus, de hæret. l. si ita qui ducenta, §. verum, de reb. dub. Sarmient. lib. 3. select. interpret. cap. 1. num. 13. & regulare est, vt, prohibito vno simpliciter, censeatur prohibitum omne illud
per quod † deuenitur ad illud, c. tuæ, de procur. l. ora- 13
tio, ff. de spons. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. Fel. in c. cum ex officij, in 4. colum. de præscr. Hinc dicit Mascard. in d. conclus. 1306. num. 1. quod simonia, & confidentia plurimum inter se cognata, & coniuncta sunt, & sub eod. num. 1. idem Mascard. appellat confidentiam flagitium,
& Pius V. dicta const. 87. eam appellat † perniciem, & 14
corruptelam, in princ. ibi, *ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam*, & in §. verumtamen ibi, *quæ ad purgandam hac pernitie Ecclesiam*. Quod videtur confirmare Sixtus V. in constit. *66.* incip. Pastoralis, §. cum autem, ibi, *nos ad hanc corruptelam ex regno illo*, &c. & ibi, *ac propterea tam perniciosum confidentiæ vitium*, &c. ac actum illicitum ap-
pellat Caputaq. decis. 314. num. 3. par. 2. Cùm ergo † con- 15
fidentia sit actus illicitus, vitium, corruptela, crimen, sequitur esse prohibitam, arg. l. sancimus, C. de pœnis, l. aliud est fraus, ff. de verb. signifi. & tex. in c. per tuas 3. de sim. expressè loquitur de confidentia, & illam improbat, vt latè diximus supra q. 1.

quæst. 4. numer. 1. An Confidentia sit prohibita iure Communi? Communis opinio est affirmatiua.

¶ NEc mirum, quia confidentia punibilis fieri nequit absque pacto, conditione, vel modo, vt declarat Auctor sup. quæst. 1. num. 60. & infra quæst. 26. per totam. Idem docet Gar. de benefic. p. 11. cap. 3. num. 165. contra nonnullos, quos refert, dicentes quòd per Constitutiones Pij IV. & Pij V. tollitur quilibet modus confidentiæ, non solum ex iustitia, sed etiam ex gratitudine, licet confidentia sit solius partis dimittentis beneficium propter periculum magnum, quod erat committendi Simoniam, pactum autem in beneficialibus expressè prohibetur, cap. quam Pio, 1. qu. 2. cap. vlt. de pact. Item modus, cap. vnic. vt Eccles. benef. gloss. in cap. ex parte *la premier*, de offic. deleg. & multo magis conditio, cap. 1. & ibi DD. de Elect. verum quæstio procedit an specificè & nuncupatim; & non solum implicitè, & in genere ante præfatas Constitutiones confidentia fuerit probibita? Et certè vox confidentiæ, eo quo nunc accipitur sensu, iuri communi penitus incognita fuit, sed res ipsa plenè nota & expressè damnata tanquam Simoniaca, ad cuius rei probationem Flaminius in fine quæstionis, & latius supra. qu. 1. num. 93. adducit cap. per tuas *le troisième*, de Simon, vbi tamen textus præter rationem, de qua ibi, non improbat in ordine ad confidentiam, sed ad defectum tituli, seu reditus de iure in ordinando requisiti, vt satis colligitur ex quo ordinatum, qui tituli sui prouentus alii pacto prauo remiserat, ad superiores ordines vetat ascendere,

& in

Digitized by Google

& in ſuſcepto miniſtrare, quam pœnam imponunt antiqui Canones Ordinatis ſine beneficio, vel Patrimonio, c. neminem, & cap. Sanctorum, diſt. 70. nec etiam ibi conſiderari poterit aliqua Simonia in beneficio, ſed tantum in ordine, quia titulus non erat beneficialis, ſed ordinandus ſuit ſolummodo alienæ Eccleſiæ aſcriptus cum aſſignatione certæ portionis fructuum alio manente titulari, text. gloſſ. & Panorm. ibidem, quare meliorem textum adduco ſcilicet Capitulum vnic. vt Eccleſiaſt. benef. ſine diminut. confer. vbi collatio Ordinarii cum pactione, quod ipſo quicquam de prouentibus beneficii percipiat tanquam Simoniaca expreſſa reprobatur, qui eſt ſecundus caſus confidentialis poſitus in Conſtitutione Pij V.

QVÆSTIO V.

Num confidentia ante Pium IV. improbaretur, & eſſet punibilis, & an conſuetudo excuſaret à pœna, culpa, & peccato.

SVMMARIVM.

1 *Origo confidentiæ mala.*
2 *Origo ſemper ſpectanda.*
3 *Confidentia actus illicitus,*
4 *Illicita coercenda.*
5 *Reipublicæ intereſt, ne delicta remaneant impunita.*
6 *Confidentia ſpecies ſimoniæ.*
7 *Simonia ſemper fuit punibilis.*
8 *De ſpecie iudicatur, ac de genere.*
9 *Confidentia ante Pium IV. non erat punibilis.*
10 *Confidentia ante Pium IV. tolerabatur.*
11 *Super confidentia ius reddebatur.*
12 *Auditorium Rotæ abſtinuit à iudicio confidentiæ.*
13 *Origo mala non ſemper punitur.*
14 *Non omne illicitum eſt punibile.*
15 *Conſuetudo excuſat à pœna.*
16 *Pœna ſimoniæ citàtur ſtante conſuetudine.*
17 *Conſuetudo etiam in delictis attendenda.*
18 *Statuta recipiunt interpretationem à conſuetudine.*
19 *Reſcripta recipiunt interpretationem à conſuetudine.*
20 *Contractus regulantur ſecundum conſuetudinem.*
21 *Conſuetudo optima legum interpres.*
22 *Conſuetudo non reſidendi excuſat à culpa.*
23 *Conſuetudo, vt electus adminiſtret ante confirmationem, excuſat à priuatione beneficij.*
24 *Conſuetudo retinendi plura beneficia incompatibilia excuſat à pœna.*
25 *In his, quæ ſunt de ſe mala, conſuetudo excuſat.*
26 *Iuramentum, quando debeat obſeruari, non obſtante conſuetudine.*
27 *Conſuetudo contra Ius diuinum, quando valeat.*
28 *Conſuetudo mala non excuſat à peccato.*
29 *Peccata, quanto diuturniora, tanto grauiora.*
30 *Conſuetudo non excuſat à reſtitutione.*
31 *Quando aliquod eſt dubium, an ſit peccatum conſuetudo tunc excuſat à peccato.*
32 *Conſuetudo irrationalis eſt corruptela.*
33 *Simonia non poteſt permitti conſuetudine.*
34 *Conſuetudo de præſtandis vſuris improbatur.*
35 *Conſuetudo præſtans materiam delinquendi mala.*
36 *Conſuetudo pernicioſa, quæ,*
37 *Conſuetudo nutritiua peccati turpis.*
38 *Conſuetudo in fraudem legis mala.*
39 *Conſuetudo, quæ extirpanda.*
40 *Confidentiarij ante Pium IV. non ſubiiciebantur pœnis ſimoniæ conuentionalis.*
41 *Prohibitum iure humano poteſt fieri impune tolerantia ſuperiorum.*
42 *Scientia Papæ tollit omnem pœnam ſimoniæ.*
43 *Tolerantia tollit pœnam.*
44 *Crimen ambitus tolerantia principis ſæcularis non punitur.*
45 *Conſuetudo poteſt induci abſque ſcientia principis.*
46 *Conſuetudo fortius procedit cum ſcientia ſuperioris.*
47 *Faciens aliquid permittente lege pœnam non meretur.*
48 *Conſuetudo, & priuilegium æquiparantur.*
49 *Licitum quod approbatur à conſuetudine.*

QVintò quæro, An confidentia ante editas Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. eſſet punibilis? Pro
affirmatiua facit, † quia origo fuit mala, vt di- 1
ctum eſt q. 2. ergo punibilis, cum in primis in vnaquaque
re † origo ſpectetur. l. 3. C. ad Macedon. l. clam 2
poſſidere. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi procurator 1. reſpon. ff. mand.

Secundò, quia reputabatur † actus illicitus, Caputaq. 3
deciſ. 314. numer. 3. p. 2. & tamen illicita † coerceri 4
debent. l. in fraudem ff. de milit. teſt. & obuiari. l. cum hi, §. ſi cum lis, ff. de tranſact. l. magis, §. ſi pupillus. ff. de reb. eor. l. quæſtiones, in fin. C. de fideicom. & nunquam cenſetur permiſſa. l. 1. ff. de milit. teſt, Menoch. de
arbitr. Iudic. q. 7. num. 77. & Reipublicæ intereſt, ne 5
delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. vbi Bald. dicebat, publicæ diſciplinæ fauorem dictare, ac ſuadere, vt delicta puniantur. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publ. & vectig. l. Capitalium, ff. de pœnis, c. vt famæ, de ſent. excom. Iodocus in prax. crimin. in procem. numero. 9. vbi alia adducit.
Tertiò, quia † eſt ſpecies ſimoniæ. Caputaq. deciſ. 201. 6
num. 1. p. 1. & deciſ. 238. p. 3. & colligitur ex Card. S. Cruc. deciſ. 18. in manuſcript. Sed ſimonia etiam ante
editas dictas Conſtitutiones erat † punibilis. Caſſa. de- 7
ciſ. 5. de conſt. & deciſ. 1. de ſimon. & probatur in toto
tit. extr. de ſimon. ergo † confidentia, quæ eſt ſpecies, 8
arg. cap. de liberatione, §. prohibemus, vbi DD. omnes de off. lega. lib. 6.

His tamen non obſtantibus, in contrarium ſe habet
veritas namque ante † conſtitutionem Pij IV. & Pij V. 9
non ſolum confidentia non puniebatur aliqua pœna, ſed praua conſuetudine, ſeu potius corruptela à prin-
cipibus † Eccleſiaſticis toleratam fuiſſe in omni genere 10
perſonarum omnibus eſt compertum, vt colligitur ex dicta Conſtitutione Pij V. 109. ſuper hoc edita. Cardinal. Sanct. Cruc. deciſ. 18. in manuſcr. Ioan. Petr. Bim. conſ. 29. num. 5. Oradin. deciſ. 82. l. 2. in manuſcr. & magna erat turba in Curia illorum, qui beneficia retinebant in confidentiam, & etiam S.R.E. Cardinales hoc vitio erant implicati, & vt plurimum officiales, & præſertim Scriptores Apoſtolici, vt tradit Oradin. dict. deciſ. 82. libr. 2. Et ita hæc praua conſuetudo fuit re-
cepta, vt incœperit paulatim ius † in ſupremis tribuna- 11
libus pro fide præſtanda reddi, & compelli non reddentes beneficia in cuſtodiam, & confidentiam recepta, vt atteſtatur Cardinalis Sanct. Cruc. d. deciſ. 18. tradit Nauar. in Manual. c. 23. ſub numer. 111. ver. 11. quod, &c. Gabriel. conſ. 184. num. 6. verſ. 3. lib. 2. Ab hac
tamen labe † ſacrum Auditorium Rotæ ſemper ſe abſti- 12
nuit, & vti rei abſurdæ ſemper confidentiis obſtauit, & nunquam pro eis iudicare voluit, cùm interim penes aliorum iudicium tribunalia male feriati homines perfugium inuenirent, vt atteſtatur Cardin. S. Cruc. olim Rotæ auditor meritiſſ. d. deciſ. 18. & ſic Rota habuit pro abſurdo canonizare confidentias: quare vel mandabat, cùm caſus occurreret, partes concordare vt tradit idem Card. Sanct. Cruc. deciſ. 144. vel remittebat ad Auditorem Cameræ, vt tradit idem Cardinal. Sanct. Cruc. deciſ. 15. in manuſc. & audiui à pluribus.

Non obſtant contraria: nam ad primum, reſpondetur
non omnia, quæ habent originem † malam, eſſe punibi- 13
lia, exemplum in fideicommiſſo, vt per Iaſ. in l. 1. col. 2. ff. de leg. 1.

Ad ſecundum etiam reſpondetur, non valere conſe-
quentiam, eſt illicitum † ergo punibile, vt patet in c. 14
denique, diſt. 4. c. ſi quod, 33. q. 2. l. item vulneratus §. vlt. ff. ad leg. Aquil. & optimè explicat Conſtitut. Roger. de legis potentia, §. 5. num. 3.

Ad tertium reſpondetur, vel confidentiam eſſe ſpeciem ſimoniæ non prohibitæ, vel meliùs conſuetudi-

nem receptam Romæ, & extra excusasse committentes
confidentiam ante Pium IV. & Pium V. nam communi-
15 ter receptum est consuetudinem † excusare à pœna, ad
not. in c. vlt. de consu. Bar. in l. si quid si fugitiuus, §.
apud Labeonem, ff. de ædilit. edict. Gl. in c. denique,
4. dist. Nauar. cons. 13. numer. 2. de vsur. & cons. 42.
num. 10. & 11. de sent. excom. maximè in his quæ sunt
iuris positiui. Gl. io c. cum venerabilis vbi Abb. de con-
sue. cum aliis, vt per Iaso. in l. de quibus num. 8. ff. de
legibus. Rom. singu. 19. Card. cons. 132. col. 2. Petr. de
Anch. cons. 46. & cons. 271. Alex. cons. 107. colu. pe.
16 lib. 2. in terminis Abb. † loquens de simonia in cap. in
Ecclesiæ, num. 1. de simon. & communiter.

Hinc dicit Fel. in c. ad petitionem, circa finem, de
17 consuet. consuetudinem † etiam in delictis esse atten-
dendam, & in pœnis esse seruandam, tradit latè idem
Fel. in c. inter cætera, col. 5. de rescr. & in c. inquisi-
tionis, col. 5. de accus. Crau. cons. 135. num. 6. & cons.
201. num. 11. Hinc statuta recipiunt interpretationem à
18 consuetudine, † latè Gabr. com. opin. de consuetud.
19 concl. 1. num. 44. & † rescripta, Grat. consi. 153. numer.
20 44. li. 2. Tiraq. de Nob. c. 10. num. 9. ac † contractus om-
nes, l. quid si nolit, §. quia assidua, ff. de ædil. edic. l.
semper in stipulationib. ff. de reg. iur. Io. And. in regu-
la quod facit, circa fi. de regu. iuris, l. 6. Abb. cons. 74.
ad fi. l. 1. Alex. cons. 107. col. pe. li. 2. Ias. cons. 20. col. pe.
li. 1. Ias. cons. 17. li. 1. Imol. in cap. potuit. locati, Bar. in l.
nemo, col. 1. ad fi. ff. de duobus reis, & feuda. Loffred.
consilio 1 numer. 118. Card. Paris. cons. 15. col. 2. & cons.
41. col. 6. vol. 1. Ang. cons. 184. col. 1. Alex. cons. 124. colu.
2. lib. 5. ac omnis dispositio, Innoc. in c. olim, de verb.
sign. Abb. in c. certificari, de sepul. Dec. in l. semper in
stipulationibus, num. 12. ff. de reg. iur. Rui. cons. 160. col.
21 3. lib. 1. nam consuetudo est † optima legum interpres,
ad not. in l. de quibus, ff. de legib. & ideò, vt dixi, ex-
cusat à pœna.

22 Hinc etiam consuetudo † non residendi excusat à cul-
pa, & à pœna, Zabarell. cons. 122. incipien. Presbyter
column. 2.

Hinc consuetudo, vt electus administret ante confir-
23 mationem, † excusat à pœna priuationis beneficij Petr.
de Anch. cons. 51. incipien. Consuetudo, ad fi. cum
aliis, vt per Alexand. consi. 107. incip. Pro inuestiga-
tione, libr. 2.

24 Hinc consuetudo retinendi † plura beneficia incom-
patibilia excusat, à pœna, cap. 5. de consuetud. lib. 6.
& ibi Glo. & alij. Cardinal. Paris. quem refert, & se-
quitur Petr. Due. tract. fallen. regu. 71. ampliation. 5.
Lambert. tract. de iur. patr. par. 1. lib. 2. art. 15. quæst.
7. princ. num. 5. communis opinio, teste Nauarr. in Ma-
nual. ca. 25. num. 155. Latè Hoied. de incompati. benef.
part. 2 capit. 11.

Etiam si sit mala consuetudo, & etiam si simus in
his, quæ sunt de se † mala, Rom. cons. 466. vbi loquitur
25 de consuetudine de non obseruando † iuramentum,
26 Bald. in l. obseruare, §. proficisci, circa finem de off.
procons. Corn. cons. 28. lib. 3. Aret. cons. 11. Abb. &
alij, quos refert Roch. de Curt. d. repet. c. vlt. in prin. col.
de consuet. & ibi hoc etiam ampliat nu. 33. etiam in
27 consuetudine contra † ius diuinum, Abb. in c. cum ve-
nerabilis, de consuet.

Dubium tamen est, an huiusmodi consuetudo reci-
28 piendi beneficia in confidentiam † excusaret eos à pec-
cato, sicuti excusabat a pœna temporali? communis
opinio est negatiua, quæ colligitur ex Abb. communi-
ter recepto in d. c. vlt. num. 2. de consuet. dum scribit
consuetudinem non excusare in peccatis, quoad Deum,
29 sed fortiùs accusare, quia quanto † peccata sunt diutur-
niora, tanto sunt grauiora, c. flagitia 32. quæst. 7. Gl.
in c. denique dist. 4. Nauarr. cons. 13. num. 2. de vsur.
& ibi etiam dicit non † excusare à restitutione, vbi alle-
30 gat gloss. in ca. fraternitas, 12. q. 2. D. Thom. 2. 2. q. 62.
art. 4. & in terminis nostris hoc tenet Gabr. cons. 184.
num. 7. lib. 2.

31 Limita, nisi fuisset dubium, an † esset peccatum, nec
ne, nam tunc consuetudo paulatim tolleret obligatio-
nem legis, quæ sublata excusaret à peccato. Abb. in ca.
cum venerabilis, de consuet. idem Abb. post. Io. Andr.
in c. at si Clerici, col 10. de iud. Cepol. in tract. de si-
mul. contract. col. 4. latè Roch. d. repet. c. vlt. sect. 2.
num. 2. vbi hoc confirmat ex pluribus exemplis, & fa-
ciunt, quæ scribit Bal. in prælud. feu. col. 3. & cons. 318.
lib. 2. Huiusmodi autem consuetudo tanquam irrationa-
bilis, absurda, & mali exempli erat tollenda, quia vt
exorditur Pius IV. in dict. const. 108. erat potius † cor- 32
ruptela. iuxta ea, quæ scribit Gl. in c. non putamus, de
consuet. in 6. & not. in dic. cap. vlt. extr. eod. tit. & ideo
non valet consuetudo † permittens simon. c. non satis, 33
& c. seq. c. Iacobus, & cap. veniens, de simon. Roch. de
Curt. d. repet. c. vlt. in princ. nu. 18.

Hinc etiam non valet † consuetudo de præstandis 34
seu soluendis vsuris, ca. quia in omnibus, de vsuris,
Bald. in titul. de pace Constant. in 9. colum. & in l. hu-
manum. C. de legibus. Bartol. in l. si finita, §. Iulianus,
col. pe ff. de damn. infect. Io Anan. in c. salubriter, col. 8.
de vsur. & regulare est, vt consuetudo † præstans ma- 35
teriam delinquendi non valeat, l. conuenire, ff. de pact.
dotalibus, c. ea patre, de consuetud. cap. nos consuetu-
dinem dist. 12. Calder. cons. 1. de rég. Bellam. in c. Roma-
na, in princ. col. 4. post medium, & col. 6. de for. com-
pet. lib. 6. Crau. cons. 314. col. 5. vers. non obstat tertium
argumentum, quia dicitur corruptela † perniciosa, cap. 36
mala. dist. 8. Crau. d. cons. num. 5. & ideo consuetudo † 37
nutritiua peccati dicitur turpis & irrationabilis, vt
post alios Card. Paris. cons. 27. num. 46. vol. 1. & quan-
do est in fraudem † legis, Dec. in c. 2. num. 39. de prob. 38
Bal. in l. de quibus, num. 33. C. de legibus. Menoch. de
arbit. Iud. cas. 82. col. 1. Et tritum est in iure, consuetudi-
nem † irrationalem esse extirpandam, c. quanto, & c.
cum venerabilis, de consuet. c. mala consuetudo, dist. 8.
latè Petr. Rauen. de stat. col. vlt. Optima igitur ratione
Pius IV. per dictam suam Constitutionem sustulit hanc
consuetudinem siue corruptelam, & contra confiden-
tiarios induxit pœnas.

Ex quibus infertur, quod committentes † confiden- 40
tiam ante Pium IV. non subiiciebantur pœnis tempo-
ralibus, & corporalibus, impositis contra simoniacos
conuentionales, vt colligitur ex Nauarr. in Manual. c.
23. sub num. 111. vers. 11. & ita respondit Ioan. Petr.
Bim. cons. 29. num. 6. & 7. & communiter est receptum
& ratio est, quia confidentia est prohibita iure huma-
no, & per † consequens tolerantia superiorum potuit 41
fieri impunis arg. not. in cap. primo de constit. lib. 6.
scientia enim Papæ tollit omnem pœnam † simoniæ, 42
Gig de pens. quæst. 4. † & tolerantia, communis opinio 43
teste Fel. rel. in Apostil. Abb. in c. extirpandæ, §. qui ve-
rò num. 53. de præben. sicuti crimen † ambitus in curia 44
Principis sæcularis, Clar. lib. 5. recépt. sentent. §. simo-
nia, vers. item quæro, nunquid. & tamen in huiusmodi
consuetudine, vt omnes sciunt, interuenit scientia, &
tollerantia Summi Pontificis, vt testatur Pius IV. in al-
legata constitut. & si † consuetudo potest induci absque 45
scientia Principis, Alex. cons. 6. num. 4. l. 1. Corn. cons.
155. num. 7. lib. 2. Abb. cons. 7. lib. 2. Gem. in c. frustra, dist.
8. communis opinio, teste Barbat. in cap. vlt. num 71. de
consuet. eo magis stante scientia, † & tolerantia Oldr. 46
cons. 237. n. 3. & consil. 224. n. 7. Michaël Gra. 8. li. comm.
opin. in verb. Consuetudo, quæst. 8. Duen. tract. fall.
reg. 141.

Et, sicuti, qui aliquid † facit mediante priuilegio, 47
pœnam non meretur, l. Gracchus, cum ibi not. C. ad
leg. Iul. de adult. ita & mediante consuetudine, cum
consuetudo, & priuilegium † æquiparentur, not. in ca. 48
cum contingat, de for. compet. l. domini prædiorum C.
de agricol. & censit. lib. xj. Bal. in l. 3. versic. sexto nota.
C. de naut. fœnor. & in l. nec exceptio, C. de probatio &
sic, quod fit mediante consuetudine. licitum † videtur, 49
Innoc. in cap. 2. col. 1. de fide instrum. Abbas in cap. cum
M. Ferratien. in prima col. de consil. Bal. in add. ad Spec.
in tit. consuet. in princip.

Digitized by Google

quæst. 5. num. 9. Sed praua consuetudine seu potius Corruptela.

¶ PActo de iure induci non potest vt ad nutum alterius beneficium dimittatur, aut aliar de eo confidentialiter disponatur per ea quæ superiori quæstione tradidit Auctor; ergo id consuetudine non potest induci, iuxta regulam glossæ, quæ singularis reputatur, in rubric. de decret. decur. Cod. vbi de pacto ad consuetudinem, & econtra affirmatiuè, & negatiuè infert, quod Bart. in l. omnes populi, num. 22. ff. de iustit. & iure ait procedere in his, quæ à lege prohibentur, vt tunc contraria consuetudine licita fieri non possint, l. eos Cod. de vsur. auth. naugia. Cod. de furtis. Auth. causa de Sacros. Eccles. & Auth. omnes Peregrin. commu. de succes. quæ enim contra legem fiunt pro infectis habentur, l. non dubium Cod. de legib. nec consuetudo derogat iuri positiuo, nisi sit rationabilis, cap. vlt. de consuet. talis autem non est, quæ obuiat Canonicis institutis, & contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, & libertatem tendit, gloss. in d. cap. vlt. in verb. rationabilis, vt consuetudo confidentiis beneficialibus auctoritatem faciens, quæ ideò iure meritò corruptela nuncupatur.

QVÆSTIO VI.

Cur tolerabatur antiquitus Confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Quare confidentia antiquo tempore tolerabatur.*
2 *Fideicommissa sunt posita in fide.*
3 *Graue, fidem fallere.*
4 *Pacta seruare, est Iuris naturalis.*
5 *Fides iuramentum iustitiæ.*
6 *Fides proxima iuramento.*
7 *Princeps debet seruare quod promittit.*
8 *Ex fide oritur naturalis obligatio.*
9 *Iuramentum in litem defertur ob fidem non seruatam.*
10 *Actio ad interesse datur ob fidem non seruatam.*
11 *Deceptus sub confidentia agit de dolo.*

SExtò quæro, Quare confidentia beneficialis retroactis temporibus tolerabatur, & super ea reddebatur ius? Existimo, hoc euenisse, tum ea vtili-
1 tate quæ † resultabat pluribus curialibus ex hoc, quorum fauore id fuit praua consuetudine, seu potius corruptela toleratū, tū etiam quia quemadmodum antiquis temporibus, antequam fideicommissa essent promissa, graue admodum reputabatur, ea non reddere, seu re-
2 stituere, cùm † in fide, & pudore eorum, qui rogabantur, essent posita, §. 1. de fideicommiss. hæred. ita, cum confidentia tota in fide illius, qui recepit, vel habet beneficium, consistat, Nauar. in Manual. cap. 23. sub
3 num. 109. graue etiam erat, † eam fidem fallere, l. 1. ff. de const. pec. c. primo de del. & per consequens hac forsan ratione fuit per multos annos tolerata: pacta †
4 enim seruare, est iuris naturæ, l. 1. vbi Bal. ff. de pact. l. 2. vbi Bald. ff. de seru. nam fides † est fundamentum Iusti-
5 tiæ, Luc. de Pen. in l. quotiès, C. de pond. aur. lib. 11. Cassan. in Catal. glo. mund. in 5. part. in 13. consider.
6 ideo † censetur proxima iuramento, eiusque natura sapit, Affl. decis. 389. Bertran. cons. 2. numer. 50. libr. 1. Crau. cons. 13. num. 11. Nicol. Moron. in tract. de fid.
7 treug. & pac. quæst. 16. & 17. idque etiam in Principe † procedere scribunt Dec. in cap. primo, colu. prima, de proba. post alios, quos citat Soci. iun. cons. 76 num. 16. lib. primo, & cons. 78. num. 3. eod. lib. 1. Alex. cons. 1. num. 11. lib. 2. Anch. cons. 2. num. 3. & cons. 66. Rui. cons. 123. numero, 4. libr. 3. Calcan. cons. 51. col. pe. Grat. cons. 147. col. 1. libr. 2. Rip. respons. 13. titu. de
8 diuers. rescrip. Hinc fidei præstatio parit † naturalem obligationem, cap. primo, de Summ. Trin. & fid. Catho. Bal. cons. 114. super primo, lib. 5.
Hinc ob fidem † non obseruatam defertur iuramen- 9
tum in litem, latè Plot. in l. si quando, num. 679. Guid.
Pap. cons. 31. Ias. cons. 91. lib. 3. Et datur actio † ad 10
interesse, Dec. in l. pactum, nu. 10. C. de pact. latè Menoch. cons. 92. nu. 21. & 61. lib. 1. vide Bal. cons. 194. libr. 3. Aufr.
decis. Thol. 258. Et deceptus † sub confidentia agit de 11
dolo, Cras. cons. 192. num. 15.

quæst. 6. Ideo censetur proxima iuramento.

¶ SEd sicut iuramentum non est vinculum iniquitatis, cap. quando 18. de iuream. ita fides non arctat ad illicita quantumuis ex pacto promissa: pactum enim aut turpe aut impossibile non est seruandum, cap. pactiones de pactis, l. generaliter, ff. de verb. oblig. dicitur autem turpe pactum, non solum quod contra ius, vel naturam est, sed & illud quod facit non esse liberi arbitrij, quod esse debebat, vt ait ex illustratu glossa in l. pactum Cod. de pactis, & quæ honestè fieri non possunt, nec facere nos posse credendum est, l. filius ff. de condit instit. cum itaque collatio, renunciatio, & alia id genus spontanea prorsus, & libera esse debeant, & libertatem hanc tollat confidentiale pactum, illud seruari nec debere, nec posse dicendum est, sed beneficium super quo simpliciter dimittendum, & postea pro absolutione supplicandum.

QVÆSTIO VII.

Tenor constitutionum Pij IV. & Pij V. contra confidentiarios, & notabilia ex eis.

SVMMARIVM.

1 *Pius IV. primus omnium prohibuit confidentias.*
2 *Verba extrauagantis Pij IV. prohibentis confidentias.*
3 *Experientia rerum magistra.*
4 *Delicta non debent remanere impunita.*
5 *Verba constitutionis Pij V. super confidentijs.*
6 *Constitutio Pij V. de confidentijs est ampliatiua ad Constitutionem Pij IV.*
7 *Natura dictionis Etiam, est vt augeat.*
8 *Constitutio quæ.*
9 *Canon quid.*
10 *Decretum quid.*
11 *Decretalis quæ.*
12 *Dogma in doctrina fidei consistit.*
13 *Mandatum, interdictum, Sanctio.*
14 *Constitutio etiam dicitur Canon.*
15 *Sententia lata contra constitutionem, nulla.*
16 *Sententia contra legem, nulla.*
17 *Constitutio indubitata, quæ.*
18 *Lex interpretans legem antiquam intelligenda secundum terminos legis interpretatæ.*
19 *Constitutio Pij V. super confidentijs quare.*
20 *Diuisio constitutionis Pij V. super confidentijs.*
21 *Error notabilis Nauar.*
22 *Cardinalis Lancellotus laudatus.*
23 *In diuisione quæ partes debeant comprehendi.*
24 *Diuisio quid faciat.*
25 *Diuisa melius intelliguntur.*
26 *Confirmatio in certa scientia, cùm refertur tenor.*
27 *Voluntas ex ea ex quibus ostendatur.*
28 *Quoties aliquid refertur, ignorantia non præsumitur.*
29 *Iudex est executor iuris.*
30 *Iudex debet esse bonus, non autem melior lege.*
31 *Iudex debet delinquentes coercere.*
32 *Interesse publicum versatur in delictis puniendis.*
33 *Iudex non debet dare veniam remittendo pœnam.*
34 *Boni perduntur, si ignoscatur malis.*
35 *Nequiores fiunt homines propter spem veniæ.*
36 *Misericordia illicita quæ.*

37 *Misericordia iusta, virtus.*
38 *Temperamentum in puniendis delictis.*
39 *Extrema vitiosa.*
40 *Medium optimum ex duobus contrarijs.*
41 *Quæ misericordia est necessaria in principe.*
42 *Causa in primis spectanda.*
43 *In delictis iudex debet rimare causam.*
44 *Confidentia habet locum in omnibus beneficijs.*
45 *Omnes personæ comprehenduntur sub Bullis de confidentijs.*
46 *Confidentia habet locum, siue collatio fiat per Papam siue per Ordinarium.*
47 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
48 *Idem ius, vbi eadem ratio.*
49 *Confidentia in vacatione per obitum, & per resignationem.*
50 *Vacatio per obitum, & per resignationem, potificantur.*
51 *Scelus quomodocumque commissum vindicandum.*
52 *Coniectura, & præsumptio, an differant.*
53 *Præsumptiones pro veritate, donec aliud appareat.*
54 *Coniecturis quando egemus.*
55 *Testes singulares admittuntur in confidentia.*
56 *Testis singularis non probat.*
57 *Mille testes singulares non plus probant, quàm vnus.*
58 *Papa non potest statuere, vt stetur dicto vnius testis in omni causa, fallit num. 62.*
59 *De iure diuino requiruntur duo testes.*
60 *Papa non potest tollere ius diuinum.*
61 *Papa non potest dispensare aduersus ius diuinum.*
63 *Papa potest eximere aliquem clericum ab horis canonicis.*
64 *Præcepta moralia in parte possunt recipere mutationem.*
65 *Vna coniectura confidentiæ non sufficit ad condemnandum.*
66 *Nauarr. error.*
61 *Arbitrium iudicis non cadit, vbi habemus regulas certas.*
68 *Simoniam probat quilibet testis.*
69 *Quilibet potest accusare in simonia.*
70 *Seruus, & Meretrix potest accusare in simonia.*
71 *Crimen simoniæ graue.*
72 *Simonia occultè solet committi.*
73 *Quando veritas aliter haberi non potest, testes minus idonei admittuntur.*
74 *Clausula generalis refertur ad omnia.*
75 *Priuatio beneficij pro criminibus grauibus.*
76 *Ex magnitudine pœnæ colligitur atrocitas delicti.*
77 *Ab excommunicatione reseruata nullus absoluere potest.*
78 *Fructus beneficiorum super quibus confidentia commissa est, reseruantur* Cameræ.
79 *Beneficia recepta in confidentiam sunt reseruata Sedi Apostolicæ.*
80 *Ordinarij non possunt conferre beneficia data in confidentiam.*
81 *Solus Papa confert reseruata.*
82 *Clausula,* Quouis modo *an comprehendat reseruationem ex confidentia.*
83 *Clausula* Quouis modo *interpretatur de modis similibus.*
84 *Clausula,* Quouis modo *an comprehendat reseruationem.*
85 *Verborum vniuersalium magnus effectus.*
86 *Beneficia ob crimen hæresis sunt reseruata.*
87 *Verba debent aliquid operari.*
88 *Ordinarij an possint cognoscere causas confidentiales.*
89 *Confidentia annullat actum.*
90 *Differentia inter conuentionalem simoniacam, & confidentialem*
91 *Const. Bonif. 8. de vna dieta vbi habeatur.*
92 *Dieta quomodo computetur.*
93 *Commissio causæ vltra dietam absque derogatione est nulla.*
94 *Prædecessoris appellatione qui veniant.*
95 *Decretum de duabus dietis vbi habeatur.*
96 *Concilio generali non censetur derogatum, nisi expressè dicatur.*
97 *Factum à pluribus, est maioris auctoritatis.*
98 *Constitutioni Concilij non derogatur de facili.*
99 *Episcopi non possunt derogare constitutionibus Conciliaribus.*
100 *Dieta quomodo accipiatur.*
101 *Effectus clausulæ,* Non obstantibus.
102 *Ius nouum derogat iuri antiquo.*
103 *Clausula* Non obstantibus *in iure an sit quando sit necessaria.*
104 *Rescripta contra legem nulla.*
105 *Clausula,* Quorum tenores, *quid operetur.*
106 *Pœna, quam comminatur Papa, non habet locum aduersus contradicentes.*

SEptimò, quæro, An habeamus aliquas leges specialiter prohibentes confidentias? Respondeo
affirmatiuè: namque fel. record. Pius eius † no- 1
minis Quartus fuit primus, qui specialiter per Constit.
incip. Romanum, in Bullario in ordine 109. eas prohi-
buit, & huius Extrauagantis hæc sunt verba † Hæc 2
constitut. Pij IV. fuit edita anno V. Pontif. in odium
duorum Cardinalium tenentium beneficia in confiden-
tiam, cum quibus Pontifex simultates exercebat, vt no-
tissimum est his, qui in Curia eo tempore erant, & ideò
in procemio etiam Cardinales nominat, & dicit eos ad-
monuisse, & monitioni suæ non paruisse, ex immode-
rata ergo suos indulgentia, & propterea decernit, om-
nia beneficia taliter recepta vacare, cum omnibus col-
lationibus, & prouisionib. sequutis, prohibens id sub
censuris fieri, & quod præsumptionibus probetur.

Sed, quia, vt experientia docuit, † quæ est rerum 3
magistra, §. sed hodie, Inst. de satisda. cap. quàm sit, de
elect. in 6. Card. Paris. in rub. ff. solu. mat. num. 6. ob diffi-
cultates probandi huiusmodi confidentiam improbi
homines beneficia ante hanc constitutionem ita re-
cepta retinebant, & alia accipiebant, contempta pro-
hibitione, & iudices remissiores erant, ita, vt delictum
† remaneret impunitum, contra ea, quæ habentur in l. 4
ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. Ideo S. memor. Pius V.
aliam contra confidentiarios edidit Constitutionem, in-
cip. Intolerabilis, in Bull. in ordine 87. ann. 4. cuius ver-
ba etiam † hic ponere placuit: Intolerabilis, &c. &, 5
vt ex eius lectura patet in calce huius voluminis, hæc
bulla † est ampliatiua ad bullam Pij IV. vt colligitur 6
in §. Verumtamen propter, & in §. Quare nos volentes
periculosam, & in §. Sed ne quisquam, ibi: *Vtque hoc
malum grauioris censura stimulo vsquequaque prohibe-
atur*: & quia ponitur dictio † *Etiam*, cuius natura est, 7
vt augeat, l. etiam, ff. solu. mat. Roland. consil. 77.
numero 17. lib. 4.

Et appellatur Constitutio: nam † constitutio propriè 8
dicitur, quod Princeps statuit, cap. constitutio, distinct.
secunda, §. sed & quod Principi, Institut. de iure natu.
gent. & ciuil. l. 1. ff. de constit. Princip. Abb. super rubr.
de constit. & ibi Dec. Felin. Bosch. Codech. numero 30.
Anton. Burg. numer. 61. Riminal. iun. num. 4. Aldobran. in
dict. §. sed quod Principi, numer. 13. & communiter Do-
ctores: nam in iure Canonico, vt scriptum reliquit
Ioan. Calderin. in procem. decret. num. 71. plura sunt no-
mina fere idem significantia, scilicet, Canon. Constitu-
tio, Decretum, Decretalis Epistola, Dogma, Mandatum,
Interdictum, Sanctio. Canon, † est, quod in Concilio 9
generali, vel prouinciali promulgatur. Decretum, † 10
quod Papa decreuit de fratrum consilio. Decretalis † 11
epistola, cùm Papa respondet ad consultationem alte-
rius. Constitutio, proprio motu edita, Dogma, † con- 12
sistit in doctrina fidei. Mandatum, † circa mores. Inter- 13
dictum, cùm pœna non adijcitur. Sanctio, cum adie-
ctione pœnæ. Et etiam Constitutio † dicitur Canon. 14
Anton. de Burg. in Rub. de constit. num. 69. Et Consti-
tutio est generalis, sicut Lex. l. 3. Cod. de legibus. Ri-

minald. iun. in cap. 1. num. 98. de constit. & ideo sententia
15 lata contra † constitutionem publicatam, est ipso iure
16 nulla, sicuti lata contra legem † scriptam, Bald. in l. s.
C. quand. prouoc. non est necess. Ant. de Butr. in cap. 1.
& c. cum inter, de re iudic. Abb. in cap. pastoralis de
fide instrum: & communiter Doctores.
17 Et dicitur † indubitata, tum quia reperitur inter alias
Constitut. Summorum Pont. capitu. quoniam progeni-
torum, 50. quæst. 1. ad not. in auth. ad hæc C. de fid. in-
strum. & in l. Celsus, ff. de probat. tum etiam quia vsu est
recepta, & quotidie practicatur, ad not. per Bart. in glo.
vlt. super Extrauag. qui sint rebelles, Roman. cons. 250.
Et est intelligenda hæc Constitutio iuxta terminos
Constitutionis Pij IV. quam Pius V. innouat, & am-
pliat, ac interpretatur, vt trad. Nauarr. cons. 36. nu. 2.
18 de simon. & regulare est, vt lex interpretans † legem an-
tiquam sit intelligenda secundum terminos legis inter-
pretatæ, Auth. Constitutio hæc interpret. §. primo, col-
la. 6. & faciunt, quæ tradunt. DD. in auth. si quis in
aliquo, C. de edend. Bar. in l. pessimum genus. ff. de re-
cep. l. asse toto. ff. de hæred. instit. Paris. in cap. cùm
venerabilis, colum. 23. in medio, de excep. consil. 7.
num. 3. volum. 3. & consil. 103. num. 5. vol. 1. subdit
Nauarr. loco citat. num. 3. quod Constitutio hæc Pij V.
19 non † manauit ad declarandum quæ sit confidentia illi-
cita, sed ad inducendum modos probandi eam per indi-
cia, & præsumptiones. Ideò hanc Constitutionem Pij
V. pro pleniori intelligentia diuidam in nouem partes:
20 In prima † refert tenorem Constitutionis Pij IV. hoc
crimen. punientis. In secunda tenorem Constitutionis,
quam idem promulgauit in principio Pontificatus, re-
seruando, sibi, & Sedi Apostolicæ cognitionem harum
causarum. In tertia causas committendi confidentias. In
quarta casus confidentiales. In quinta coniecturas. In
sexta qualitatem testium. In septima pœnas. In octaua
relaxationem dictæ reseruationis causarum. In nona,
& vltima, remotionem obstaculorum. 2. ibi, verumta-
men. 3. ibi, mulct. 4. ibi, quare. 5. ibi, ad probandum, 6. ibi,
testes, septima, ibi, sed, ne quisquam. 8. ibi, nos enim 9.
Ibi, non obstantibus. Quatuor tamen sunt partes prin-
cipales, quæ tota die practicantur, in prima ponit qua-
tuor casus confidentiales, à versicu. Quare nos volen-
tes, vsque ad versicu. Ad probandum, quos casus expli-
camus, quæst. 27. 28. 29. & 30. In secunda complectitur
quatuor coniecturas, quibus concurrentibus confideo-
xia commissa conuincitur, à versiculo, Ad probandum,
vsque ad versiculum Testes, & has coniecturas, siue
præsumptiones interpretamur quæst. 31. & quæst 32. 33
21 & 34. vnde † hallucinatur Nauarr. in Man. cap. 23. sub
num. 110. versic. not. 7. quod in hac Constitutione po-
nantur octo coniecturæ ad præsumendam Simoniacam
confidentiam in foro exteriori, & sic confundit casus
confidentiales cum coniecturis: quod est contra men-
tem Pij V. vt ex verbis quisque colligere potest, & ad-
uertit Rota in illa Consentin. prætensæ confidentiæ, 4.
Februarij 1591. coram R. P. D. Otano, & de hoc errore
Nauarr. me admonnit, sunt octo anni, Illustriss. & Re-
22 uerendiss. Scipio Card. † Lancellotus, doctrina, experien-
tia, & prudentia nulli inferior: & hoc latiùs explica-
bimus quæstionibus citatis. In 3. in versic. Testes, dis-
ponitur circa personas testium, de quibus etiam dicen-
dum particulari loco. In quarta verò disponitur, & agi-
tur de pœnis, inobedientibus & contra facientibus in-
fligendis, in versiculo. Sed ne quisquam, vsque ad ver-
sic. Quocirca.
Et in his quatuor continentur partes substantiales,
23 quæ debent comprehendi † in diuisione, Alex. in l. 1. n.
47. ff. de acq. poss. Dec. in c. Pastoralis, in fi. de rescr.
Gomes. in §. actionum num. 1. Inst. de act. In superiori
tantum, quæ est plenior, continentur omnes species rei
diuisæ, quod monet in diuisionibus Alber. in l ita sti-
pulatus, ff. de verb. oblig Iacob. de Aren. in §. sequens,
24 Inst. de act. Euer. in loco à suff. par. enum. † Ias. in rub.
ff. de vulg. & pup. Rip. in l. 1. ff. si cert. pet. vt animum
dicentis incites, & mentem audientis præpares, ac me-
moriam corroboret, glo. in §. igitur, in proœ. Instit.
Ias. in fine rub. Inst. de act. Crau. in princ. tract. de an-
tiq. temp. Rebuff. in l. 1. num 54. C. de ten. quæ pro eo. Ca-
gn. in l. si emancipati, num. 3. C. de coll. Diuisa enim,
& distincta meliùs † intelliguntur, l. 1. in princ. iuncta 25
glo. ff. de dol. except. §. sed non vsque, Inst. de leg. Bal.
in tract. de success. ab intest. numer. 1. Abb. consi.
96. column. 1. ad fi. libr. 1. Menoch. de arb. Iud. quæst.
1. numer. 15.
Et pro maiori intelligentia aliqua notabilia sunt col-
ligenda ex hac Const. Primo, notandum est, quod Con-
stitutio Pij IV. quam in princ. refert, & fortiori vinculo
innouat, & confirmat Pius V. hic est illa, quam nos su-
pra retulimus, & reperitur in Bullario, sub numer. 109.
Constitutionum prædicti Pij IV. edita ab ipso ann. 5.
Pontificatus, ad prohibendum, & extirpandum hoc cri-
men: & cum Pius V. hic referat tenorem illius Consti-
tutionis, videtur † confirmate ex certa scientia, Abb. in 26
c. pen. in prin. de confirm. vtil. vel inutil. idem Abb. in
cap. examinata, eo. tit. per illum tex. & cons. 62. illud de
iure, colum. 3. libr. 1. Roma. cons. 327. & cons. 336. Alex.
quem refert, & sequitur Dec. in cap. 1. num. 47 de confir.
vtil. vel inutil. & per eam voluntas † enixa ostenditur, 27
Alex. cons. 125. col. vlt in fin. libr. 5. Corn. consi. 189. col.
3. lib. 4. Ange. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Cardin.
Zabarell. consil. 44. Bartol. in l. priuilegia, C. de sacro-
sanct. Eccles. ita, vt nulla ignorantia † eorum, quæ ibi 28
habentur, allegari valeat, ca. Pastoralis, § præterea, de
offic. delega. vbi Gloss. in verbo *fecerit*. Ruin. cons. 196.
volum. primo, Card. Paris. cons. 3. num. 43. vol. 4. Francis.
de March. dec. Delphin. 957. numer. 5. & sequen. parte
2. dec. 527.
Secundò noto, ibi, Si quidem, quòd idem Pius V.
reseruauit sibi, & successoribus suis omnes causas con-
fidentiales, & hoc per illam suam Constitut. quam edi-
dit anno 2. & habetur in Bullario in ordine 52. & ratio
ponitur hic, quia Iudices in expediendis, & decidendis
erant remissiores. Iudex enim † cum sit custos, & exe- 29
quutor iuris, l. nam prætorium ius, ff. de Iust. & iure, l.
2. §. parum est iura condere, ff. eod. cap. Iudicantem,
30. quæstio. 5. cap. 1. de senten. & re iudic. cap. cum
Ioann. de fide instrument. non debet esse clementior le-
ge, l. cum fratre, C. de his quibus, vt indign. Marsil sin-
gul. 182. Port. Imolen. consi. 50. num. 8. vbi alios alle-
gat. & consi. 134. num. 14. requiritur autem, vt Iudex
sit † bonus, non autem melior ipsa lege, l. societate, §. 30
arbitrorum, & ibi Barto. & Alberic. ff. pro soc. cap.
Quintauallis, vbi Aretin. de iureiur. l. rem non nouam,
C. de Iudic. & ideò debet delinquentes coercere pœ-
nis † inflictis a Iure, l. sancimus, cum ibi not. Cod. de 31
pœn. l. 3. in fi. C. de Episcopali audientia, l. quicunque,
C. de seru. fug. quod interesse publicum † existimatur, 32
l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. vbi Bald. dicebat,
publicæ disciplinæ fanorem dictare, ac suadere, vt
delicta puniantur, l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de
publ. & vectig. l. capitalium, ff. de pœnis, cap. vt fa-
mæ, de sen. excom. Soc. sen. in cap. veniens, numero
257. de accusa.
Hinc iure ciuili etiam constitutum est, iudicem non
debere concedere veniam remittendo † pœnam debi- 33
tam, l. si apparitor, in fin. C. de cohortali. libr. 12. nam
ignoscendo malis † necessariò perduntur boni, vt con- 34
siderabat Salust. de bello Iugurt. & facit tex. in cap. est
iniusta: 23. quæst. 4. & qui sunt nequam, fiunt propter
spem † veniæ nequiores, d. cap vt famæ, de senten. ex- 35
comm. Hinc huiusmodi misericordia dicitur † illicita, 36
cum sit vitium oppositum Iustitiæ, rationi non subiecta,
Luc. de Pen. in l. duos, colum. prima, Cod. de suscept.
& arca. libro decimo D. Augustinus, libro 9. de
Ciuit. Dei. cap. 5. faciunt l. si nominem, ff de pos. l. ele-
ganter, §. idem Labeo, ff. de dol. cap. 2. in fin. de male-
dict. cap. si quis Diaconus, distinct. 50. Quamuis iusta
misericordia sit licita & commendetur, & debet esse
penès omnes † cùm sit virtus, vt meminit Cicero in 37
oratione pro Ligario, Nulla de virtutibus tuis plurimis,

Digitized by Google

nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Menoch.
de arbit. Iud. quæst.8.libr.1.nume.39.& Diu. Augustinus
in cap. quem pœnitet, de pœnitent. distinct. prima,
Opus misericordiæ est peccanti peccata dimittere, sed
oportet, vt iustus misereatur iustè. Calderin. in cap.po-
stulasti, numer. 15. de pœnit. & remiss. non remittit
Deus dedecus culpæ sine decore iustitiæ, capitu. Bap-
tism. de consecr. distinct. 4. & misceatur lenitas cum
38 seueritate, & fiat quoddam ex vtroque † temperamen-
tum, vt neque multa asperitate exulcerentur, subditi,
neque nimia benignitate soluantur, cap. disciplina, &
cap. omnis qui, distinct. 45. l. respiciendum, ff. de pœ-
39 nis, & habetur Ecclesi.7.& in Psalmo 84.extrema † enim
40 sunt vitiosa, & ex duobus contrarijs fit medium † op-
timum, Paul. de Castr. per illum tex. in l. continuus, §.
cùm ita, ff. de verb. obligat. nam, qui nimis emungit,
sanguinem elicit, cap. denique, distin. 4. cap. nisi cum
pridem, §. propter, de renunc. cap. hinc etiam, §. al-
buginem, dist. 49. &, hanc esse necessariam in prin-
41 cipe †, ex pluribus exemplis antiquorum tradit Ioan.
Redoan. de Maiest. princip. in verbo, Ad Clementiam
pronum.

III. not. in versiculo *Multi*, causas admittendi hu-
iusmodi crimen confidentiæ, quas omnes explicaui qu.
42 9. & in vnaquaque re, causa in † primis erit spectanda,
Corn. consil. 161. num. 17. lib. 2. Soc. Iunior consi. 73.
num. 30. volum. 1. cum alijs, quæ citaui de resign. be-
43 nef. lib. 5. quæst. 1. in principio, & præsertim in † male-
ficijs, Bart. in l. aut facta, §. causa, ff. de pœn. per illum
textum, quod eò magis procedit in beneficialibus, nam
beneficia desiderantur.

Quartò not. in vers. *Quare nos volentes*, quatuor ca-
sus confidentiales, quos constituit Pius V. & iudicat
confidentiales, & illos latè explicauimus quæst. 27. cum
sequentibus.

Quintò not. ea eisdem verbis, & sequentibus, confi-
44 dentiam habere locum † in omnibus beneficijs, & di-
gnitatibus, ac Monasterijs, & Ecclesijs: nam specialı-
ter exprimit hoc, vnde nullum remanet dubium, vt
etiam latè diximus quæst. 15. & procedit etiam in
Consistorialibus solitis in Consistorio prouideri, cùm
ibidem loquatur de Ecclesijs Cathedralibus, & Me-
tropolitania, & in §. nos enim, de alijs Consistoriali-
bus: habet etiam locum in monialibus, vt latè proba-
uimus quæst. 18.

45 Sextò not. comprehendi † omnes, & singulas personas
Ecclesiasticas, & Laicas, etiam ius Patronatus haben-
tes, etiam constitutos in dignitate, etiam Abbates,
Episcopos, Archiepiscopos, Primates, Cardinales, vt
in eodem §. Quare, & in alijs sequentibus, ac clarè in §.
Quocirca, & tradit idem Pius V. Const. 52. 158. & ex-
pressè voluit Pius IV. dicta Const. 109. & diximus qu.
19. 20. cum seq.

46 Septimò not. habere locum † confidentiam, siue col-
latio fiat à Papa, siue ab Ordinario, vt patet illis ver-
47 bis, *quacumque auctoritate*. &, qui omne dicit, † nihil
excludit. l. Iulianus, in principio, ff. de leg. 3. l. pediculis,
§. Labeo, ff. de aur. & arg. leg. l. à Procuratore, C. Mand.
cap. si Romanorum, dist. 19. Dec. consi. 29. colum. 2. Natta
consil. 478. num. 1. latè Crau. cons. 294. numero primo, &
ita similia verba ipse interpretatus sum de resign. benefi.
lib. 15. quæst. 13. & fundamentum illud est, quoniam ad-
est eadem ratio iuxta tradita per Nauarr. consi. 11. num.
48 2. de Simon. ideo idem ius † statuendum, l. illud, ff. ad l.
Aqu. l. à Titio, ff. de verb. oblig.

49 Octauò not. quòd confidentia habet † locum tam in
vacatione beneficij, quæ fit per obitum, quàm in illa,
quæ fit per resignationem, vt in eod. §. Quare nos vo-
lentes, exprimitur, de resignatione, & in §. seqoenti, in-
cip. Itidem, exprimitur de collatione, & alibi pluries
in verbis sequentibus: nam viget eadem ratio, & vaca-
50 tio † per obitum, & per resignationem parum diffe-
rat, ad trad. per doctores, in cap. susceptum, de rescr.
51 lib. 6. & in Clemen. 1. de procurator. † quomodocun-
que enim commissum sit scelus, erit vindicandum, l.
sancimus, C. de pœnis, l. capitalium, ff. eo. inficiari
tamen non potest, quin frequentius versetur in resigna-
tionibus.

Nonò in versiculo, *Ad probandum*, nota quatuor con-
iecturas, & præsumptiones legitimas ad probandum
plenè confidentiarum abusum: quas nos explicauimus
quæst. 31. cum sequentib.

Et, licèt plerique † distinguant coniecturam à præ- 52
sumptione, Roman. in l. 1. num. 7. C. de testam. mil. re-
ceptior tamen sententia est, vt confundantur, & con-
iectura significet præsumptionem, ac è contra, Socin.
Senior in l. cum auus, num. 70. ff. de condition. & de-
monstrat. Gloss. in l. verum, ff. de donat. inter virum &
vxor. Mantica de coniecturis vlt. volunt. libro primo,
titul. primo, num. 3. Hæ igitur coniecturæ, & præsump-
tiones accipiuntur pro veritate, † donec aliud appareat, 53
l. penult. ff. de probatio. Alciat. consilio 52. numero 6.
lib. 5. ad not. in l. diuus, ff. de in integrum restitutio. &
l. vltima, C. de probatio. & illis egemus, cum non
constat † verè de crimine, & pactione, Gloss. & Bald. in 54
l. cum citra, C. de Iur. dot. Felin. in cap. si autem numero
3. de rescript. egregiè Angelus consil. 191. ad finem,
Alexan. consil. 52. numer. 20. volum. 4. Ruin. cons. 36.
num. 9. volum. 1.

X. not. in versiculo *Testes*, quòd † testes singula. in hoc 55
delicto recip. quod etiam not. Nauar. in Manua. cap. 23.
sub num. 110. versiculo. Not. nono, & hoc est contra † 56
regulam Iuris ciuilis, & Canonici, cap. nihilominus, &
ibi Gloss. 3. quæstio 9. cap. tam literis, vbi Gloss. de te-
stibus cap. cum dilecti, de electio. cap. licèt causam,
vbi Abba. de probatio. capit. bonæ, & cap. primo de
electio. & ideo non plus probant mille testes † singula- 57
res, quam vnus, Bald. in l. iusiurand. colum. 2. C. de
testibus, Alexand. consilio 18. colum. vltim. volum. 4.
& consil. 30. & 71. volum. eod. Card. Paris. consil. 57.
colum. 2. volum. 1. Socin. Iun. consi. 90. num. 8. volu.
2. Fel. in cap. licet ex quadam, column. 3. de testibus. Et
ratio, quòd hoc Papa voluerit in hoc crimine, fuit atro-
citas eius, & quia solet occultè perpetrari, iuxta quæ
pluries diximus. Et Papa, qui non potest generaliter
statuere, vt stetur dicto † vnius testis in omni causa, ca. 58
indicas, 3. quæst. 9. nam de iure diuino † est, vt duo 59
testes sufficiant, cap. in omni, de testibus, cap. cum es-
ses, & cap. relatum, de testamen. quod ius † non potest 60
tollere, cap. Iulianus, & cap. qui resistit, 11. quæst. 3. ca. vt
nostrum, vt Ecclesi. benefic. Turrecrem. in Sum. de pot.
Pap. libr. 3. cap. 54. & 57. Abba. in cap. non est voti, de
voto, Angel. in versicu. Papa in princ. Henr. Boich. in
cap. ex parte el, 2. col. 2. de offic. delega. neque aduer-
sus illud † dispensare, cap. qui omnipotentem, 11. 61
quæst. 3. cap. sunt quidam, 25. quæstio 1. Abba. in cap.
super eo, de vsurp. Præpo sit. in cap. sicut, distinct. 14.
D. Thom. in 4. quodlib. quæstio, 14. Petr. Palud. in
tractatu de Eccl. pot. art. 5. Gemin. consi. 96. colum.
5. & communiter alij DD. vt latè per Paris. consi. 68.
vol. 4. per totum.

Potest tamē Papa in certis casib. statuere, vt stet. di-
cto vnius testis, † etiam in præiudicium alterius, vt per 62
Speculatorem de testibus, §. restat, de numero. Roman.
singula. 724. Felin. in cap. Constitutus, num. 16. versic.
nec dicas, de rescr. & in cap. vlt. numer. 7. versic. non
posset, de maiori. & obed. vbi comprobat, posse sta-
tuere, vt aliquis clericus † non obligetur ad horas Ca- 63
nonicas, vt Iuramentum in aliquo casu non liget, vt die
Dominico quis exerceat artem suam: nam præcepta
moralia, † licèt non recipiant mutationem in toto, il- 64
lam tamen possunt recipere in parte, & in casu particu-
lari, Richar. in 4. distin. 38. Sanctus Thom. 2. 2. quæst.
88. art. 10. & plures citat Henr. Boich. in c. 1. num. 2. de
Constit. Ange. in verbo Papa, §. primo, Rosell. in ver-
bo Papa, & alij, vt per Paris. d. cons. 68. num. 120. cum
sequen. volum. 4.

XI. not. ex eodem versicu. *Testes*, ibi. *pluresque*,
quòd non sufficit vna ex quatuor coniecturis positis in
dicta Constitutione, vt ex ea eliciatur plena † proba- 65

Digitized by Google

tio ad effectum deueniendi ad condemnationem, quod
etiam notat Nauar. dicto capit. 23. sub num. 110. versi-
66 culo not. 8. & dicam infra. Nauarr. autem † errat in eo,
quod confundit casus confidentiales cum coniecturis,
& dicit quod prima, & octaua sunt leues: nam Pius V.
loquitur, vt vna istarum quatuor coniecturarum non
sufficiat, cum receptum sit ab omnibus, vnum ea qua-
tuor primis casibus sufficere, vt dicam infra, nec de fa-
cili propterea concederem arbitrium iudicis, quod de-
67 cit librandum Nauar. cum habeamus † regulas certas,
cap. de causis de offic. deleg. nisi illum saluemus circa
circunstantias, l. 1. ff. de Iur. delib.

XII. noto in versiculo, *Cæterum*, quod testes crimi-
nosi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum testimonium
in crimine simoniæ recipiuntur, admittuntur in crimine
68 confidentiæ: & regulare est, vt simoniam probet † qui-
libet testis, cap. licet Heli, vbi Gloss. Anan. & alij
omnes, de simon. Gloss. in cap. cum primo de accusat.
Redoan. de simo. par. 4. cap. 5. num. 7. Nauarr. in Man. cap.
69 23. sub numer. 110. & quilibet † possit accusare in hoc
70 crimine, cap. 3. de simon. etiam seruus † dominũ, & me-
retrix alios, cap. tanta vbi Felin. de simon. & ratio est,
71 † vel eius immanitas, cap. per tuas. & cap. vlt. 1. quæst.
vlt. cum aliis, quæ citaui de resigna. benefi. lib. 14. quæst.
72 8. colu. 1. vel quia est de his, quæ solent † occultè com-
mitti, Redoan. d. tract. p. 4. cap. 6. col. 3. & 4. & commu-
73 niter receptum est, vt, quando veritas aliter † haberi
non possit, testes minus idonei faciant fidem, capit. ve-
niens, el. 2. in fin. de testibus, & ibi Gloss. vlt. cap. cum di-
lecti, de elect. Lap. alleg. 94. col. 1. Ioan. Andreas in ad-
dit. ad Specul. in titu. de teste, §. 1. versicu. quid si olim.
Abb. in cap. cum in tua, num. 7. de sponsal. Roman. cons.
76. col. 2. Marsi. singul. 73. & in l. diuus, vol. 2. ff. de quæst.
& latè hanc conclusionem prosequutus sum infra. Et,
quòd hi testes admittantur in hoc crimine, intelligitur
tam ad probandum coniectoras quatuor, quàm etiam
ad probandum quatuor casus in eadem Constitutione
positos, nam Pius V. vtitur verbo generali, *Ad prædicta*
74 *omnia admittantur*, clausula † enim generalis in fine po-
sita refertur ad omnia præcedentia, l. talis scriptura, in
fin. ff. de leg. 1. l. 3. §. penult. ff. de libe. & posthum. Bursat.
cons. 460. num. 57. vol 4.

XIII. not. in versicu. *Sed ne quisquam*, priuationem
beneficiorum omnium, & singulorum obtentorum, &
inhabilitatem ad obtinenda, aduersus confidentiarios,
75 † quæ pœna non solet infligi, nisi pro criminibus gra-
uibus, cap. tuæ de pœn. cap. inuentum, 16, qu. 7. Gloss. in
cap. vlt. in verbo Supplicauit, 1. q. 5. Gloss. vlt. in cap. 1. de
capellis Monach. lib. 6. Gl. 1. in cap. sicut, el. 2. de iureiur.
Gloss. in cap. ad Apostolicæ, in verb. grauissima pœna,
de re Iudic. lib. 6. Abb. per illum textum in cap. vt famæ
de sent. excommu. & in cap. quod in dubiis, per illum
textum de pœna, & ideò ex hoc possumus sumere ar-
gumentum, confidentiam esse de grauioribus crimini-
76 bus, cum ex magnitudine † pœnæ colligatur atrocitas
criminis, cap. non afferimus stateras, 24. quæst. 1. DD.
omnes, in cap. at si clerici, de Iud. faciunt, quæ scribit
Aretin. in cap. cum prim. Manconella, nume. 27. de accu-
sat. & ex huiusmodi pœna poteris notare differentiam
inter Simoniam, & Confidentiam, vt per Card. Paris.
cons. 29. volum. 4.

77 XIV. not. ex eodem versic. † Excommunicationem
Papæ reseruatam, de qua nullus absoluere potest, nisi
in mortis articulo.

XV. not. ex eod. versicu. etiam, quòd fructus bene-
ficiorum, per huiusmodi confidentiam collatorum, &
pensionum confidentiariis constitutarum reseruantur
Cameræ Apostolicæ à die collationis, & constitutionis,
78 † quod Nauarr. in d. Man. cap. 23. sub num. 110. vers. quin-
to, not. nouum casum, dicit menti tenendum, ad consu-
lendum eis, qui in hac re peccarunt, & dicetur infra.

XVI. not. amplam & nouam reseruationem, qua om-
nia beneficia collata, & recepta in confidentiam illici-
79 tam, & simoniacam sunt † reseruata Sedis Apostolicæ
dispositioni, quod etiam aduertit Nauarr. d. Man. cap. 23.
sub num. 110. versicu. 3. not. & id Pius IV. voluit in dicta
Constitu. 109. supra relata, & in principio refert Pius V.
& ipse scripsi de resign. benefic. lib. 2. quæst. 16. nume. 28.
in qua quæstio. alia beneficia reseruata retuli. Ex quo se-
quitur, quod Ordinarij collatores non possunt se intro-
mittere in conferendis † his beneficiis, Bisignet. decis. 4. 80
de renunc. Castador. decis. 8. num. 9. de. præbend. Ca-
putaq. decisi. 45. par. 1. Bellam. decis. 549. & probatur in
cap. nomen, 2. quæst. 1. cap. dudum, & cap. multum stu-
peo, 3. quæst. 6. cap. vt nostrum, de appella. cap. si eo
tempore, de elect. lib. 6. Sed solus Papa, † Rota decis. 81
30. de præbend. in nouis, & decis. 1. de rerum permut. &
decis. 3. de off. deleg. eod. libro Archidiacon. in cap.
cum in tua, de cens. & communiter alij doctores.

Ex quo infert Nauarr. loc. citat. quòd hæc confidentia
species simoniæ confidentialis etiam ex vna tantum
parte completa, peior est simonia reali, ex vtraque
parte executa quia illa non aufert potestatem Ordina-
rio conferendi, nec reseruat illam Papæ, hæc autem
vtrumque facit.

Et hoc procedit non solum in beneficiis, in quibus
commissa est confidentia, sed etiam in aliis, quæ obti-
nebat confidentiarius, vt dicto §. sed nec quisquam di-
citur, ibi, *& beneficiis obtentis, quæ pariter sub dicta
reseruatione comprehendi volumus.* Ergo reseruatio se
extendit etiam ad obtenta, arg. l. ancillæ, C. de furt.

Sed dubium est, an dicta beneficia reseruata ob hoc
crimen sint impetranda à Summo Pontifice, cum expres-
sione, quòd vacant ob dictum crimen, vel sufficiat
clausula apponi solita in literis, *Alio quouis modo*, vt
in ea comprehendatur huiusmodi reseruatio? Paris.
consi. 138. num. 11. & sequen. volum. 4. Mandos. in regu.
de Infirm. quæstio. 17. num. 8. versicu. mihi vera vide-
tur, tenent, huiusmodi † clausulam non comprehende- 82
re reseruationem non facta aliqua mentione reseruatio-
nis, & mouentur, quoniam verba illa, *Alio quouis mo-
do*, interpretantur de modis † similibus, cap. Sedes, & 83
ibi omnes de rescrip. ergo non supplet defectus reser-
uationis, sed contraria opinio mihi probatur, quòd ex
dicta clausula veniant beneficia vacantia ex confiden-
tia, vt in terminis firmat Nauarr. in Man. cap. 23. sub nu-
mero 110. versiculo tertio not. sub fine, quoniam com-
munis est opinio, prædictam clausulam † comprehen- 84
dere reseruationem. Rot. decisio. 12. de præbend. in an-
tiquior. per Bisignet. Sarnen. de suf. non resign. quæstio
34. in principio, vbi dicit, hoc esse vulgatum. Pelegrin.
decisio 262. libro 2. & decisio. 342. libro 3. in recol. ma-
nuscrip. & de communi attestatus sum in tract. de resig.
benefic. libro 8. quæstio 7. numero 132. vbi firmaui hanc
sententiam, quia verba sunt † vniuersalia, & apta com- 85
prehendere omnem vacationem maiorem expressa. Gl.
in clement. vltim. de sentent. excommun. in verbo *quo-
uis* & in clement. ne Romani, §. 1. de elect. Cot. decisio.
277. Mohed. dec. 107. in manusc. 19. Gem. consi. 79. Card.
cons. 30. Cassad. decisio. quinta, de præb. & quia, quan-
do Papa vult vltra reseruationem simplicem, vt expri-
matur vacatio, & huiusmodi reseruatio id exprimit, vt
patet in Constitutione eiusdem Pij V. 29. incipi. Cùm
ex Apostolatus, vbi reseruata beneficia vacantia ob
crimen † hæresis, & in §. declarantes, mandat impetra- 86
tionem esse faciendam hoc expresso, & statuit, vt non
veniat ex clausulis generalibus, idemque in vacantibus
ob non publicationem, vt scripsi de resigna. benefic.
lib. 11. & ad argumentum in contrarium adductum po-
test responderi, ex eo, vt verba † aliquid operentur, 87
cap. Abbates, de verb. significat. cap. si Papa, de priui-
leg. libro 6. Sarnen. de de verisimil. notitia, quæstio 3.
versiculo, sed prædictis. Et hæc conclusio eò magis
procedit, si addatur in supplicatione, vt solet fieri,
quomodocunque reseruatum existat: nam tunc caperet
omnem reseruationem, Paris. dict. consil. 138. Mandos.
loc. citat. num. 8.

XVII. not. in versiculo, Nos enim relaxationem re-
seruationis causarum confidentiarum † præter penden- 88
tes indecisas tunc temporis, & præter mouendas ratio-

Digitized by Google

nes si Ecclesiarum, & monasteriorum, quorũ, dispositio
in Consistorio fieri consueuit, aut debet, & contra
Episcopos, & alios superiores Prælatos, & ideò posteà
mandatur Ordinarijs omnibus, vt procedant, & securè
animaduertant, & in exceptuatis inquirant, inquisitio-
nesque factas, signatas ad Papam transmittant, quod
quomodo hodie procedat, dicam infra suo loco.
XVIII. not. nullitatem actus & dicit Nauarr. d.
89 Man. cap. 23. sub numero 110. versic. quartò, † quod
non solum collationes per huiusmodi confidentiam fa-
ctæ, & resignationes sunt nullæ, sed etiam omnes Ac-
cessus, Regressus, Pensiones, & alia quæcunque reser-
90 uata confidentiarijs, & alijs ratione prædicta: & ver-
siculo secundo, dicit, quòd simonia † conuentionalia
confidentiæ, est peior alia conuentionali beneficiali,
qua palam emitur, vel venditur beneficium, quoniam
per illam non annullantur acta, nec inducitur censura,
antequam ab vtraque parte impleatur, idem Nauarr.
dict.cap.23. sub numero 103. per hanc autem sic, quo-
niam, simul ac quis accipit beneficium in confidentiam,
antequam impleat, quod promisit, ipso iure est excom-
municatus, & ipso iure collatio ei facta est nulla, &
tenetur ad restitutionem omnium fructuum, quos per-
cepit.
XIX. not. quòd Papa pro maiore firmitate huius
Constit. in versi. Non obstantib. reuocat & tollit, ac
reuocata esse decernit omnia, quæ contra tenorem hu-
ius Constitutionis existunt, & primo tollit Constitu-
91 tionem Bonifacij Papæ VIII. de vna † dieta, quæ habe-
tur in cap. Statutum, §. cùm verò eiusdem ciuitatis,
ibi nullus autem eorum vltra vnam dietam, à fine suæ
diœcesis valeat conueniri de rescrip. lib. 6. & ibi Glo.
magna in verbo Vnam, Gemin. Anchar. Ioan. Monac.
Franc. & alij omnes tradentes rationem, Rot. dec. 34. de
rescri. in antiq. vbi refert quòd Rota communiter tenet,
92 vt dieta computetur † à fine diœcesis domicilij, Abba.
in cap. nonnulli, numer. 3. de rescr. & huiusmodi dero-
gatio est in tantum necessaria, quod sine ea rescriptum
93 esset nullum, ac etiam processus, & non posset † par-
tium consensu validari. Abb. in cap. olim, column. 2.
vers. in 2. quæstione, de excep. Cardina. Zabarel. cons.
72. omnis autem charitatis. in primo dubio, & plures
Gloss. ad hoc allegat. Felin. d. cap. olim, num. 3. Card.
Paris. consil. 51. num. 39. & 40. volum. 4. Mandos. in prax.
commissionum, commiss. 28, versi. De. Et dicit hic Pius
V. Bonifacij VIII. prædecessoris nostri scilicet mediati.
non autem immediati, ad not. per Gemin. in c. præsenti,
num. 1. & cap. quondam, num etiam 1. de præbend. lib.
6. nam plures fuerunt Pontifices inter vtrumque: ap-
94 pellatione † enim prædecessoris, venit non solum im-
mediatus, qui proximè defunctus est, sed quilibet me-
diatus, cap. 1. post princ. de homic. libr. 6. Iaso. in l. si quis
filium. §. vlt. colum. 1. de acqui hæred. Dec. & Cagn. in
l. qui per successionem, ff. de regu. iur. qui ante eum de-
cessit, l. obseruare, ff. de offic. procons. cap. decessorum
statuta, 23. quæst. 2. cap. ad audientiam. de præscrip. cap.
statutum, de præbend. lib. 6.
95 Secundò tollit decretum † Concilij generalis de
duabus dietis, quod est Generale Concilium Lateran.
editum ab Innocentio III. vt habetur in ca. nonnulli,
de rescr. vbi post traditam rationem dicitur, Statuimus,
ne quis vltra duas dietas extra suam diœcesim per lite-
ras Apostolicas, ad iudicium trahi possit, & habetur
in cap. ex parte de for. compet. & vtrobique Doctores,
Staphyleus super signat. fo. 161. vers. Item in secun-
dum primam impressionem. & requiritur huiusmodi
derogatio, cum absque ea processus sit nullus, vt post
Ioann. Andr. Abba. tradunt latissimè Barbat. & Felin.
numer. 28. & 29. dicto cap. nonnulli, Card. alleg. consil.
96 72. & regulare est, vt Concilio generali † non censea-
tur derogatum, nisi expressè dicatur, & non sufficiat
generalis derogatio, Non obstantibus, Archidiacon. in
cap. 1. in fine de Constit. libr. 6. Bald. in l. humanum, C.
de legibus. Io. Anan. in cap. cum in diœcesi. colo. vlt.
de vsur. Oldrad. consi. 320. colum. 1. post medium, &
consilio 328. colum. etiam 1. Capr. consi. 157. Iaco. Al-
uarot. in cap. 1. post princ. in tit. Constitutiones feud.
Roman. consilio 436. quod indultum, colum. 4. & idem
Roma. in l. si verò, §. de viro, ff. solu. matr. in 23. Fallen-
tia: quia Constitutiones ibi editæ videntur maiori au-
ctoritate † roboratæ propter plurimorum iudicium, & 97
consensum, ibi interuenientium cap. si, & per plurea.
dist. 20. c. per hoc, §. verum, de hæret. lib. 6. vbi Gem.
not. cap. nouimus, de verb. signific. cap. in canonicis,
dist. 19. l. 1. ff. de off. Præt. Petrus de Anchar. consi. 35. col.
2. & ideo † constitutioni Conciliari non ita de facilè 98
derogatur, vt latè prosequitur Dec. in ca. 1. in prima lect.
num. 8. de iud. & propterea solus summus Pontifex ei de-
rogat, & Episcopi non † possunt, Glo. communiter re- 99
cepta in cap. cum. dilecti, in verbo ætate, & ibi Abba.
& alij, de elect. neque alij etiam legati à latere, c. dile-
ctus, el 1. vbi Abb. in primo not. & c dilecto, vbi Abb. in
4. tit. de præben. cum alijs, vt per Dec. in cap. at si Cle-
rici, § de adulterijs, num. 65. de Iudic.
Et, quomodo † accipiatur dieta, latè explicat Glos. 100
in d. cap. nonnulli, verbo, Vltra, de rescrip. vbi Abba.
num. 3 dicit, dispositionem illius cap. de duabus esse
restrictam ad vnam, per d. cap. statutum, de elect. lib. 6.
& de istis dietis vide Carauit. in tit. 243. num 5. Man-
dos. reg. de verisim. quæst. 4.
Tertiò, tollit alias Apostolicas constitutiones, & or-
dinationes huic nostræ Constitutioni in aliquo contra-
rias, & hunc † effectum operare dictam clausulam posi- 101
tam in lege tradunt Butr. in cap. 1. de rescript. Bart. in l. si
quis, in principio, ff. de leg. 3. Abb. in cap. cum instantia,
de cens. Gemin. in cap. vnico, de exces. præl. lib. 6. Cald.
cons. 7. de rescr. & regulare est, vt † per promulgationem 102
iuris noui videatur derogatum iuri antiquo, cap. 1. de
constitut. lib. 6. vbi omnes DD. notant, & volunt, non
esse † necessariam in lege, posteriori, clausulam. Non 103
obstantibus, & præsertim fauore reipublicæ, Barto. in
extrauag. ad reprimendum in verbo. Non obstan. in 1.
columna Felin. in cap. nonnulli, numero 15. de constitut.
quod secus est in rescriptis nam sunt † nulla, si de lege 104
specialiter, vel saltem per verba æquipollentia non fa-
ciant mentionem, cap. eam te, de ætat. & qualita. cap.
vlt. de rescript. in 6. cap. pen. de appell. Monach. cap. 1. de
exces. præl. in 6. Salicet. in l. hac consultissima, §. penult.
& l. sancimus, C. de Iudic. Petr. de Ancha. cons. 255. col. 3.
Oldrad. cons. 247. Card. cons. 53. Calderin. cons. 2. de pri-
uileg. Feder. de Sen. cons. 47.
Quartò, tollit indulta concessa Episcopis, & Cardi-
nalibus, & alijs, quod non possint excommunicari, in-
terdici, & suspendi, aut ad iudicium trahi, nisi de illis
fiat expressa mentio, & sic Papa videtur ea habere pro
specificatis: vnde perinde erit, ac si de omnibus esset
specifica facta mentio: vt eleganter voluit Bald. in cap.
super literis, colu. 6. vers. Quid si Papa, de rescr. argu. l.
qui iure militari, ff. de mil. test. sequitur Felin. dicto cap.
nonnulli, sub num. 6. vers. similiter, Soc. sen. cons. 266.
libr. 2. Ideo huiusmodi indultis communiter vel diuisim
non obstantibus prædictæ personæ subijciuntur huic
Constitutioni.
Quintò, per clausulam, † Quorum tenores, quam 105
postea subiungit, videtur derogare, & tollere etiam pri-
uilegia, & indulta, clausulam derogatoriam habentia
ad futura priuilegia, siue indulta, nisi de ipsis de verbo
ad verbum fiat expressa, indiuidua, & specialis mentio,
secundum stylum Curiæ, teste Butr. cons. 2. Ioan. Andr.
in cap. vnic. de excess. præl. Felin. in dicto cap. nonnulli,
sub num. 6. de rescr. Crau. cons. 126. nume. 7. Rip. in cap. 1.
num. 55. de rescr. Mando. reg. 19. quæst. 19. nume. 13. vbi at-
testantur de communi, & rationem ponit Feder. de Sen.
cons. 47. licet contrarium voluerint Cardinal. cons. 536.
Calde. cons. 11. de priuileg. Paul. de Castr. cons. 278. lib. 1.
Caputaq. decis. 121. part. 1.
XX. & vlt. not. in versicu. Nulli, quod † ibi Papa 106
comminatur pœnam non parentibus, & contradicenti-
bus huic Constitutioni, & hanc pœnam intellige in-
flictam aduersus eos, qui sine iusta, & rationabili cau-

Digitized by Google

ſa contradicere audeant, vt probant illa verba ſequentia, Infringere vel ei auſu temerario contradicere, & ita interpretatur Staphyl. in tract. de lit. grat. tit. de vi, & effectu clauſularum. Clauſula, Nulli omnino, & faciunt not. in c. in præſentia, de probat.

quæſt. 7. num. 79. Omnia beneficia collata & recepta in Confidentiam ſunt reſeruata ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni.

SVnt qui velint reſeruationem hanc in Gallia agnoſcere, affirmantes ſolum Papam vacantia de iure tantum, & non etiam de facto conferre poſſe: ſed hæc ſententia iuri noſtro penitus aduerſatur: decretũ enim de reſeruationibus ſublatis in concordato omnes reſeruationes in corpore iuris non clauſas regno eliminat, reſeruationem autem de qua agitur ius ſpeciale, & extrauaganti nempe conſtitutiones Pij IV. & Pij V. innexit, illamque, quoad nos, ceſſare declarauit Sixtus V. per conſtitutionem incipientem Paſtoralis Officij, cuius meminit Auctor noſter infra, quæſt. 11. num 32. nec de iure communi beneficia verè vacantia quantumuis poſſeſſa ſedi Apoſtolicæ reſeruantur conferenda, ſed liberæ Ordinariorum diſpoſitioni relinquuntur, cap. de multa de præb. cap. licet Epiſcopus, eod. in 6. cap. Ordinari, §. quod ſi forte de offic. Ordinar. eod. lib. gloſſ. pragmat. ſanct. tit. de pacif. poſſeſſ. §. quod ſi talem in verbo prouideant, vbi notanter ait valere collationem Ordinarij de beneficio verè vacante ab alio poſſeſſo, nulla etiam præcedente declaratione factam, dummodo poſſeſſor non ſit trienalis cum titulo colorato; adde vel ſemeſtre à Die notæ vacationis non ſit elapſum. Vide quæ libr. 14. quæſt. 2. num. 6. de Reſignat. Ducloſio adiunximus.

QVÆSTIO VIII.

Ex quibus cauſis confidentia fuerit prohibita.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia, crimen ſimoniæ.*
2 *Confidentia eſt ſimonia conuentionalis.*
3 *Simonia prohibita eſt.*
4 *Crimina omnia reſpectu ſimoniaci pro nihilo reputantur.*
5 *Simon Magus dedit nomen Simoniæ.*
6 *Prohibito genere, prohibetur ſpecies.*
7 *Beneficia debent conferri idoneis.*
8 *Idoneus ad beneficia, qui dicitur.*
9 *Beneficia non debent dari per ſucceſſionem.*
10 *Beneficia plura incompatibilia vni perſonæ dari non debent.*
11 *Laicus non poteſt habere beneficia.*
12 *Laicus incapax ſpiritualium.*
13 *Criminoſus non poteſt habere beneficia.*
14 *Fœmina non poteſt habere beneficia.*
15 *Illegitimus non poteſt habere beneficia.*
16 *Minor incapax beneficiorum.*
17 *Princeps debet obuiare fraudibus.*
18 *Scandalis obuiandum.*
19 *Ratio Conſtitutionis Pij IV. de confidentijs.*
20 *Suſpicione etiam ſimoniæ debet quis carere.*
21 *Simonia, peſtis.*
22 *Simonia, accedit hæreſi.*
23 *Simonia, crimen capitale.*
24 *Simonia, maximum vitium.*
25 *Super ſimonia non diſpenſatur.*
26 *Simonia, vitium deteſtabile.*
27 *Simonia, crimen grauius cæteris.*
28 *Simoniaci fures.*
29 *Simoniaci latrones.*
30 *Simoniaci idolatræ*
31 *Simoniaci ab omnibus reſpuendi.*
32 *Simoniaci difficile ſaluantur.*
33 *Simoniacus comparatur homicidæ.*
34 *Simoniacus comparatur fornicatori.*

OCtauò, Quæro, qua ratione confidentia beneficialis fuit prohibita per Pium IV. & Pium V.
Reſpondeo, ex duplici ratione: Primo, quia confidentia † eſt crimen ſimoniæ, Capuaq. deciſ. 202. nu. 5. 1
par. 1. & dicitur ſimonia † conuentionalis idem Capu- 2
taq. deciſ. 201. nume. 1. ead. par. 1. & colligitur ex Conſtitutione Pij IV. in princip. ibi: Sanè, *licet dudum cum*
certum ſimoniacæ prauitatis ſpeciem, quam beneficiorum
confidentiam vocant, & communiter per omnes traditur, ſed ſimonia † prohibita eſt, cap. eos, 1. quæſt. 1. & 3
ibi Gloſſ. & Doct. cap. emendari, cap. quidquid inuiſibilis, cap. qui ſtudet, 1. q. 1. imo cætera crimina † reſpe- 4
ctu huius quaſi pro nihilo reputantur, d. c. eos, 1. quæſt. 1.
Abb. in rubr. huius tit. & alij omnes, vt per Redoan. in
tracta. de ſimon. par. 1. c. 1. num. 26. vbi numer. 9. dicit Si-
monem magnum dediſſe † nomen, & denominationem 5
huic ſceleri, ac labi ſimoniacæ, in nouo Teſtamento,
cum primus tentauerit emere gratiam Spiritus ſancti à
B. Petro Princ. Apoſtolorum, poſt mortem D. N. Ieſu
Chriſti Saluatoris noſtri, cap. Saluator, 1. q. 3. Act. Apoſt.
cap. 8. Abb. in cap. extirpandæ, §. qui verò, col. penu. n. 53.
de præb. Glo. in Summa. 1. q. 1. Hoſt. in Summ. tit. de ſimo.
ergo & confidentia debet eſſe prohibita: nam prohibi-
to † genere, videtur etiam ſpecies contenta ſub eo 6
prohibita. Roman. in auth. ſimiliter. colum. 78. C. ad leg.
Falcid. Corn. conſ. 330. ad fin. lib. 1. Iaſ. in l. 2. in princ. col.
6. ff. de vulg. & pupill.

Secundò, quia inter ea, quæ de ſacrorum beneficiorum adminiſtratione, & diſtributione ſacris Concilijs
& Canonibus ſancita ſunt, tria potiſſimum antiquos
Patres præ oculis habuiſſe compertum eſt. Primum, † 7
vt beneficia Eccleſiaſtica perſonis idoneis, ætate, vita,
& doctrina, conferantur, cap. cum in cunctis, vbi omnes
DD. de elect. cap. quanto, diſt. 24. cap. ex tenore, & cap.
non eſt, de tempor. ordin. cap. 22. Concil. Carthaginen. 3.
cap. 5. ſeſſ. 23. Concil. Triden. Rebuff. in prax. benefic. titu.
form. Vicar. num. 87. & nu. 144. Ant. de Butr. in cap. con-
ſtitutus, num. 2. de conceſſ. præbend. nam † idoneus dici- 8
tur præditus maturitate ætatis, morum grauitate, & literarum ſcientia, Card. Pariſ. conſ. 40. num. 13. volum. 4.
Rebuff. de pacif. poſſeſſ. n. 172. Alfonſ. Hojed. de incomp.
benef. part. 1. cap. 23. numer. 130. dixi in tract. de reſignat.
benef. lib. 4. q. 1. col. 2. Secundum, vt hæreditaria ſucceſ-
ſio procul à beneficiis † arceatur, c. ex tranſmiſſa, cap. 9
extirpandas, de fil. presbyt. cap. 1. de præbend. vbi latè
ſcripſi, c. conſuluit, de iure patron. cap. ad hæc, de decim.
cap. Apoſtolica, 8. quæſt. 1.

Tertium, ne plura beneficia, maximè verò incompa-
tibilia vni † perſonæ regenda committantur, cap. quia 10
in tantum, cap. ad hæc, cap. cùm non ignores, cap. referente, cap. de multa, de præbend. cap. nemo deinceps,
de elect. lib. 6. cum alijs, quæ latè, & abundè ſcripſi in
tract. de reſig. benef. lib. 3. quæſt. 1. Ad eludenda tam ſancta, & neceſſaria decreta impij homines propter improbas cupiditates commenti ſunt hanc imposturam;
quam Confidentiam vocant, qua fraudem ſacris Canonibus facientes conſequebantur beneficia, & vt beneficiorum fructus cederent commodo, & vtilitati eorum,
qui ad huiuſmodi beneficia ſunt inhabiles, vel etiam vt
ea tanquam hæreditaria ad quoſcunque ſucceſſores
tranſeant, aut plura beneficia incompatibilia penès
vnum ſint; & plerumque tali via laicus poſſidebat be-
neficia contra † omnes Canones, capit. cùm adeò, de 11
reſcript. cap. ex literis, de tranſact. cap. ex literis, de inſtitut. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut. Abb. in
cap. maiores, de præben. Archidiacon. in cap. ſi quis hoc.
geſſerit, 1. quæſtio. 3. Nauarr. conſ. 1. de præbend. Ioan.
Selu. de benefic. par. 2. quæſt. 23. num. 14. Rebuff. de pacif.
poſſeſſ. num. 324. cùm ſit incapax † ſpiritualium, cap. ſi 12
quis deinceps, 16. quæſt. 7. cap. Meſſana, cap. ſacroſancta,
de elect. cap. cauſam quæ de reſcript. Card. in Clement.
ſi iuſta, in 2. quæſtio. de præbend. ac etiam criminoſus † 13
contra Canones expreſſos, vt per Felin. in cap. poſtula-

Digitized by Google

ñi.colu.4.de præscrip.Card.cons.20.de præb.Ioan.Selu.
de benef.par.3.quæst.11.num.157.Menoch.in tract.de arbitr.iud.cas.202.num.37.& communiter DD.cum aliis,
quæ latè scripsi de resig.benef.lib.4.quæst.3.& fœmina,
14 † vt quotidie in Regno Franciæ fit, contra etiam omnia
iura,Innoc. & alij in cap.cum nostris de concess. præb.
Rebuff.de pacif.poss.nu.312.Alfons.Hoied.de incompat.
15 benef.par.1.ca.vlt.n.73.Ac Illegitimus,† contra ea,quæ
16 habentur in cap.15.sess.25.de reform. & Minor,† contra
ea, quæ habentur in cap. 6. sess. 23. de reform. Ideo ad
tollendum hunc abusum felic. recordationis Pius eius
nominis IV. Constitutionem edidit, qua confidentias
prohibuit, &, quantum in se fuit, funditus sustulit; sed
cum sanctæ memor. Pius V. Pontifex Maximus, eius
immediatè successor existimaret per experientiam non
satis per dictam Constitutionem prædecessoris sui prouisum fuisse huic malo, alteram edidit ampliorem, vt
17 omnes comprehenderet casus. Princeps † enim debet
fraudibus, & malitiæ subditorum obuiare.l.cum hi, §.
si cum lis, ff.de transact. l. si legatarius, C. de legat. l.
quæst. in fin.C.de fideicom.Rayner.de Forlin. in l. omnes populi, sub num.8.ff de iust. & iur.August. in addit.
ad Ang. de malef.in verb.fama publica, sub numer. 118.
18 in fin.ac † scandalis, Gloss. in cap. si fortè, dist. 63. &
faciunt, quæ congerit Roman.cons.332.nume.16.Felin.
in cap.1.col.1.& 2.de præscript. Ioan. a Capistr.in cap.
manifesta, n.43. de pœniten. & remiss. Card.Iacobat.de
Concil.lib.9.art.12.num.114.& eo.lib.art.3.num.28.Redoan de simon.cap.3.numer. 16.& plura huius generis
scripsi de resign.benefic.lib.5.q.3.à numer.153.vsque ad
19 num.172.Ideo Pius IV. in † sua Constitutione in princ.
dicit: *Simoniacæ prauitatis speciem quam beneficiorum confidentiam vocant*.Et ibi: *Hanc illicitam beneficientiæ exercenda, &c*. Et ibi: *Hæc aliena beneficia custodiendi modo ut assuescerent*. Et Pius V. etiam in principio suæ
Constitutionis: *Ab improbis conatibus graviore sanctione*. Et ibi: *Ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam*. Et ibi: *Propter improbas multorum cupiditates, &c*. Et ibi: *Cum frequentibus plurium querelis, &c*. Et ibi: *Vitium confidentiæ*.
Et in §. *Quare nos volentes perniciosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere*. Et in §. *Sed ne quisquam*,
ibi: *In crimine perseueret* Et ibi: *Vtque hoc malum, &c*. Ac alibi.
20 Accedit, quia † oportet carere non solum vitio simoniæ, sed suspicione, Gloss. in cap.nos,de simon. Re-
21 doan.de sim.par.4.cap.10.numer. 19. simonia enim † est
pestis, Host.in cap.tanta, num.1.de simon. Et rationem
reddit Gammar.in extrauag. Iul.II. de simon.elect.Pap.
num.40.Prauitas pestifera, Hostien.in c.in tantum,nu.1.
22 de simon. † Accedit hæresi.Host.in cap.quoniam,nu.4.
eo.tit.Archidia.in cap.fertur, numer.12. quæst. 1. & ibi
Card.Alexan.num.1.Abb.in cap.cum venissent, nume.7.
de Iudic.Caraf. de simo.num.41.Iacoba.de Conc.lib.4.
23 cap.4.nu.74.Crimen † capitale, Redoan.de simo.par.1.
24 cap.5.num.2.& par.4.cap. 3. numer. 16.& † maximum,
25 Redoan. eo. tract. par. 4. cap. 8. numer. 10. Et † indispensabile, idem Redoan. par. 4. cap.15. numer. 2. Crimen detestabile, Præpos. in cap. ex multis, numero 1.
26 quæst. 3. Vitium † detestabile, Stephan. Caietanus, in
27 cap. ad limina, §. 5, numer. 221. 30. quæst. 1. Grauius †
cæteris, Ant. Rosel. in cap. quidam Episcopus, num. 1.
2. q. 1. Gaspar. de Perus. de reseru.benefic.numer.28. Et
ideo simoniaci dicuntur detestabiliores omni peccatore, Redoan.de simo.par.4.cap.11.nume.14. Appellantur
28 † Fures, Turrecrem. in cap. ordinationes, num. 18. &
29 cap. statuimus, num. 3. 1. q. 1. † Latrones. Durand. de
30 mod. cog. gen. Con. rub. 20. num. 5. † Idolatræ, Iacob. d. lib. 4. art. 4. num. 58. & multis aliis malis nominibus, Præpos. in cap. quos constiterit, num. 3. q. 1.
& auctoritates deducit Conr. Brun. de seditios. cap. 2.
31 num. 1. Et sunt † ab omnibus respuendi. Arch. in c. pater, num. 1. 2. q. 1. & sunt æternaliter damnati, Redoan.
de simon. part. 4. cap. 10. num. 16. Difficile saluantur,
32 † Turrecrem. in cap. ex multis, nume. 21. q. 3. & comparantur † Homicidæ, Host. in cap. accepimus, num. 11. 33
de purgat. canon. Notorio † fornicatori, Host. in c. li- 34
cet, nume. 11. de simon. Ideò scribit D. Gregorius lib. 11.
Epist. 46. Propter hoc contigit, vt Ecclesiasticorum ordinum à plurimis sanctitas caderet.

quæst. 8. numer. 1. Quia confidentia est crimen Simoniæ.

DEfinitio tamen simoniæ passim tradita, vt sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi spiritualia pro commodo temporali, non videtur confidentiæ conuenire, in qua non obuium est aliquid temporale, quod pretij nomen habere possit. Dicunt interpositionem fidei in qua viget forma confidentiæ stare loco pretij, & commodi temporalis, Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 29. num. 107. & ipse Flamin. supra, quæst. 5. num. 150. quia in ipsa aliter confidit, & vt vulgò dicimus, *prend cela pour argent comptant*, quicquid enim pro pecunia accipitur pecunia est, l. 1. § vlt. iuncta l. 2. ff. de Calumniat. quantulumcumque sit, quod datur, vel promittitur, vt de Summa seu solidorum est gloss. vlt. in §. vlt. proem. decretal. & in ca. etsi quæstiones, in verb. æquum, de Simon. cum in his paruitas rei non attendatur, sed affectus, & intentio committentis, gloss. in d. §. vlt. & quemadmodum in Simonia non consideratur quantitas, ita qualitatem non considerari ait Lotter. d. quæst. 29. numer. 100. At longè aliud est ab interpositione fidei, quod in Simonia confidentiali induit rationem pretii, videlicet ipsum beneficium, vel eius fructus, vt supra quæst. 1. & inf. quæstio. 36. deduximus. Sunt & alii actus Simoniaci, quos ab omni nundinatione Simoniaca ex defectu seu potius occultatione pretii temporalis alienos crederes, qualis est permutatio, quæ citra auctoritatem superioris simoniam continet, cap. quæsitum, de rer. permut. Item suppositio nominis & personæ, cum quis alium se simulans examini se supponit, quem tanquam simoniacum ferit Constitutio Pauli IV. quæ incipit inter cæteras, & est in ordine duodecima. Item substitutio Vicarii à Collatore facta, vt substitutus ei beneficium conferat, ex quo præcedens pactum simoniacum arguit & concludit Rota apud Achill. decis. 340. de simon. Item transactio super lite beneficiali, quæ simoniaca dicitur, cap. Constitutus de transact. & denique omnis pactio, & conuentio, quæ in beneficialibus aliter quam de iure initur absque simonia fieri nequit, cap. vlt. de pactis. Sed reuera in his omnibus aliquid temporale stans loco pretii semper interuenit, videlicet in permutatione commoditas, seu affectus loci, vel fructus vberiores: in suppositione personæ redemptio examinis; in substitutione, & collatione Vicarii concessio potestatis, & cultus amicitiæ: in transactione litis extinctio: in pacto, vel conuentione vtilitas inde proueniens, & vbique ferè satisfactio propriæ voluntatis in gratificando amico: Species enim lucri est ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere ait lex si pignore, §. 1. ff. de furtis, quia tamen lucrum huiusmodi pretium non est, nisi per quandam analogiam, & similitudinem, Simonia hinc resultans non dicitur vera, sed similitudinaria, & interpretatiua iure positiuo tantum prohibita, & dispensabilis.

QVÆSTIO IX.

Rationes, ex quibus possunt moueri homines ad committendas confidentias.

SVMMARIVM.

1 *Causa, ex quibus committitur confidentia.*
2 *Priuati ipso iure non possunt retinere beneficia.*
3 *Priuatis nullum ius remanet.*
4 *Priuati non possunt resignare.*
5 *Simoniacus non potest resignare.*
6 *Per contractum matrimonij vacat beneficium.*
7 *Intrusi non possunt retinere beneficium.*
8 *Intrusi nullum ius habent.*
9 *Prima tonsura requiritur ad beneficia, & numero 14.*

10 *Litera beneficieram nulla, nisi exprimantur, quæ debent exprimi.*
11 *Non publicantes sunt priuati.*
12 *Priuatus tenetur in foro conscientiæ dimittere beneficium.*
13 *Multis modis beneficium alterius potest impetrari.*
15 *In beneficijs curatis requiritur ordo sacer.*
16 *Dignitates requirunt ordinem sacrum.*
17 *Canonicatus quem ordinem requirant.*
18 *Residentia vtilis.*
19 *Graues pœnæ contra non residentes.*
20 *Certis temporibus in Vrbe fit preceptum de residentia.*
21 *Simplicia beneficia non requirunt residentiam.*
22 *Qui teneantur ad habitum, & tonsuram.*
23 *Causæ, ex quibus non defertur à Clericis habitus.*
24 *Habens beneficium non potest effici miles.*
25 *Per militiam renunciatur beneficium.*
26 *Clericorum arma sunt orationes.*
27 *Clericus nullo modo potest interuenire in bello.*
28 *Homicidium omni iure prohibetur.*
29 *Clerici per homicidium efficiuntur irregulares.*
30 *Per homicidium amittitur beneficium.*
31 *Habentes beneficia non possunt esse procuratores, & aduocati.*
32 *Clerici non debent se immiscere negotijs sæcularibus.*
33 *Rubrica habens orationem perfectam potest allegari ad decisionem causarum.*
34 *Negotia sæcularia quæ.*
35 *Clerici non possunt habere officia Ciuitatis.*
36 *Clerici debent versari in vita contemplatiua.*
37 *Clerici non possunt vices Principis gerere.*
38 *Clerici debent arceri à iudicio.*
39 *Clerici efficiuntur irregulares si ex patrocinio præstito sequatur mors.*
40 *Clerici non debent versari in offensione proximi.*
41 *Clericus potest effici irregularis, tam si interueniat in iudicio pro actore, quàm pro reo.*
42 *Plura sunt crimina, quæ reddunt beneficiatum indignum.*
43 *Homicidium reddit indignum beneficio.*
44 *Beneficia indigni possunt à quocunque impetrari.*
45 *In casibus, in quibus quis venit priuandus, potest resignare.*
46 *Resignans beneficium, vt delinquat, committit confidentiam.*
47 *Resignans, vt fructus ministrentur incapacibus, committit confidentiam.*
48 *Beneficiarij tenentur dicere officium.*
49 *Non dicens officium peccat mortaliter.*
50 *Clericus omittens dicere officium, tenetur restituere fructus.*
51 *Commodum non datur sine onere.*
52 *Laici non debent fructibus Ecclesiæ frui.*
53 *Fœminæ, & criminosi non debent habere fructus beneficij.*
54 *Palliata resignatio, quæ.*
55 *Dictio* Præsertim *includit casus non expressos.*
56 *Pro pensione soluitur annata.*
57 *Annata, quæ.*
58 *Annata cur fuit instituta.*
59 *Aaron habebat decimam decimarum.*
60 *Ex quibus rationibus sustineatur annata.*
61 *Annatæ vsus an sit antiquissimus.*
62 *Concilium Viennense, quo tempore fuit celebratum.*
63 *Error Platinæ in annatarum institutione.*
64 *Incapaces ad beneficia, qui.*
65 *Magna multitudo beneficiorum non potest retineri.*
66 *Incompatibilia beneficia non possunt haberi.*
67 *Merè laici non possunt habere beneficia.*
68 *Patroni percipientes, fructus beneficij, ex conuentione committunt confidentiam.*
69 *Causa in primis est consideranda.*
70 *Finis in institutione primus.*
71 *Causa facti in delictis attenditur.*
72 *Dictio,* Alia, *implicat similia.*
73 *Dictio,* Item, *stat continuatiuè, & repetit similia.*
74 *Dictio* Eiusmodi, *idem operatur.*
75 *Exempla non restringunt regulam.*
76 *Ratio comprehendit omnes casus, etiã non expressos.*
77 *Expressio in lege, quando dicatur facta exemplariter.*

NOnò, Quæro, qua ratione committatur Confidentia, & quam vtilitatem Confidentiarij ex illa accipiant?

Responde, †causas poni in Constitutione Pij V. 78. in §. Multi, his verbis: *Multi enim ipsa beneficia tute retinere nequeunt, alij ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiscantur vt inimicos occidant; alij, vt alieno nomine lites agant, aut defendant; alij, propter crimina incapaces; quidam, vt purgato delicto, vel absolutione consequuta illa repetant.* Eadem in alios disponunt, & in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt sæpe laicis, & inhabilibus: plerique, vel senes, vel infirmi, vt beneficia in domibus suis peperuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus Ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris asseruent, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reseruatione fructuum, & aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis, qui præstandorum iurium Cameræ Apostolicæ, sunt immunes; alij aut incapaces, aut alijs beneficijs Ecclesiasticis onusti, aut Ecclesiastico ordini se se mancipare refugientes, aut merè Laici beneficia Ecclesiastica aliis conferenda procurant, vt de illis post modum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique Ordinatij, & alii collatores, ac etiam patroni Laici curant deponenda beneficia, vt fructus, seu pensiones capiant eotundem, aliisve faciant ministrari. Alia item permulta eiusdemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impiè violatur, disciplinæ Ecclesiasticæ neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum. 8

Ex quibus verbis viginti circiter colliguntur rationes, ex quibus solet committi confidentia, quarum.

Prima erit, quando Clerici non possunt iure retinere beneficia: nam tunc libenter illa dimittunt conuentione præmissa percipiendi fructus, pensionem, vel disponendi de ipsis beneficijs ad libitum, hanc dicit Confidentiam Pius V. cum resignans confidat resignatario in huiusmodi perceptione, vel dispositione, & rationes pono in primo, & secundo casu confidentiali, & in prima coniectura, §. ad probandum. Et hæc conclusio poterit exemplificari in priuatis ipso iure, qui iure arcentur à beneficiis, & non † possunt illa retinere. Rot. decisio. 5. de re iudic. in antiquior. per Bisignet. Felin. 2
in cap. in nostra, numer. 37. de rescr. Boër. dec. 205. nu. 8. Rebuff. consi. 64. num. 4. Gabriel. consi. 196. nume. 21. libr. 1. Nauarr. consi. 1. de rescr. in princ. Card. Paris. consil. 15. numer. 13. & consi. 29. num. 14. volu. 4. cum nullum ius † eis remaneat, communis opinio, teste Tiraquell. in l. si nunquam, verb. reuertatur, num. 446. cum 3
seq. C. de reuocan. donat. Et ideò prædicti non † possunt 4
resignare in fauorem. Anto. de Butr. consi. 43. Prob. in addit. ad Io. Monac. in c. præsenti, num. 16. & n. 24. de offic. deleg. li. 6 & communiter alij, vt dixi in tract. de resign. benefi. lib. 3. quæst. 1. nu. 21. & de Simoniaco † tradunt Rebuff. consi. 64. num. 4. Fr. de March. q. 497. numer. 5
13. Paris. consi. 30. nu. 15. vol. 4. & dixi lib. 14. de resign. benef. quæst. 1.

Secundò, potest exemplificari in eo, qui vult contrahere matrimonium, iuxta communem conclusionem, pro qua per Iul. Clar. lib. 5. recept. sent. §. vlt. quæ. 73. per contractum † enim matrimonij vacat beneficium, 6
Cardinal. Parisius consi. 49. numer. 30. volum. 4. Caputaq. decisi. 215. numer. 2. p. 1. Nauarr. consi. 3. de re-

Digitized by Google

nune. communis opinio, vt dixi lib. 1. de resign. benef.
qu. 1. num. 11.

Tertiò, potest exemplificari in intrusis, qui iure be-
7 neficia retinere non possunt, † Innoc. & Abba. in cap.
nisi cum ptidem, de renunc. Card. Paris. cons. 47. num.
8 32. vol. 4. cum nullum † ius habean: Boer. dec. 205. nu.
6. & est communis opinio, secuodum quam pluriès fuit
resolutum, vt dixi de resign. benef. lib. 3. quæst. 1. num.
41. 42. & seq.

Quartò, potest, eaemplificari in non babentibus pri-
9 mam tonsuram requisitam † ad beneficia, capitul. eum
adeo, & ibi Abba. & Doctor. numero 3. de rescr. capi-
tul. ex literis, de transact. Abba. in capitul. maiores,
de præbend. Nauarr. consil. 1. eodem titul. & commu-
niter alij, vt dixi lib. 4. de resign. benef. quæst. 2. nume.
1. eum seq.

Quintò, potest exemplificari in impetrantibus, aut
expedientibus literas Apostolicas benrficiorum subrep-
titiè, vel obreptitiè, eum multa debeant in supplicatio-
10 nibus narrari, & exprimi, alias literæ nullæ † sunt, vt
latè diai de resign. benef. libr. 10. quæst. 2. & 3.

Sextò, potest exemplificari in non publicantibus suas
11 resignationes, vt disponit † Constitutio Gregorij XIII.
quam declaraui de resign. benefi. libr. 11. vbi scripsi,
hane esse communem, & reeeptam sententiam omnium
Doctorum, & secuudum illam pluriès fuisse pronun-
citum.

His enim casibus, & similibus, cùm videat beneficia-
12 tus non posse iure retinere beneficium, † & teneri in fo-
ro conscientiæ illud dimittere, Abb. in e. extirpandæ, §.
verò, eol. 8. de præb. Rui. eons. 4. num. 11. lib. 5. com-
munis, teste Alphons. Hoied. de ineomp. benef. par. 1.
13 cap. 13. numer. 61. & interim † imminere periculum,
quòd aliquis illud impetret, Anto. de Butr. eonsi. 43.
Rot. deeis. 5. de re iudic. per Bisignet. Satn. de anna. q.
42. eolum. 3. Boër. decis. 205. num. 8. Gem. eons. 105.
col. 2. cogitat disponere de eo, deponendo illud vt eon-
sequatur fructus, vel vt recipiens ad nutum ipsius dimit-
rat, & hac ratione posset adduci ad committendam
confidentiam, vt dicam latè infra in primo, & secundo
easu eonfidentiali.

Secunda eausa est, ne cogantur beneficiarij saeros or-
dines recipere: nam quædam sunt beneficia, ad quæ ob-
tinenda non † sufficit prima tonsura, vt de omnibus re-
14 gulatiter scribunt † omnes Doctores, Arch. in c. si quis
hoc gesserit, 1. quæst. 3. Præpos. in c. placuit, dist. 32.
Io. Sel. in tract. de benef. 2. p. quæst. 13. cap. 6. sess. 23.
Conc. Trident. de reform. Sed requiruntur ordines sa-
cri, vel vt sit in ea ætate, in qua infra annum ad illos
15 promoueri possit vt de beneficijs curatis † dicitur in ca.
licet canon, de elect. lib. 6. Cassa. decis. 27. super regul.
Caneell. & decis. 4. num. 4. Soc. Oldr. cons. 202. Boër.
decis. 205. num. 8. Nauar. eons. 1. de præben. & digni-
tatibus † Ecclesiasticis habetur in eap. 12. sess. 24. de
16 reform. in c. eum in cunctis, de elect. † De canonicati-
17 bus in eo. c. 12. Conc. §. neminem: & de quibusdam
capellanijs tradunt Doctores supra citati. Quoties enim
aliquis habuit aliquod ea prædictis beneficiis, illúdque
tenuit per sex, vel octo menses, & iam finiatur tempus,
quo tenetur dictos ordines sacros suscipere, quos ex
aliqua causa suscipere non vult, cogitat de disponendo
de suo beneficio, aut aliàs alteri confidendo, circa fru-
ctus, pensionem & titulum, iuxta ea, quæ habentur io
primo, & secundo casu confidentiali huius Constitutio-
nis, vbi latè dixi, ae notaui, esse hane confidentiam, &
deduxi rationes, quas hie breuitatis causa non curabo
repetere.

Tertia causa committendi eonfidentiam, ne benefi-
ciarij eogantur ad residentiam: nam, quamuis residen-
tia vtilis, & valdè necessaria † sit ad restituendam
18 collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam depra-
uatósque in Clero, & populo Christiano mores, vt een-
suir Sacrum Coneil. Triden. c. 1. de reform. sess. 6. & latè
comprobaui in tract. de residen. benef. tamen, vt expe-
rientia docuit, plures sunt qui illam fugiunt, & variis
de causis, & prætextibus volunt in vrbe permanere, vel
alibi, & ideò imponuntur † graues pœnæ contra non
residentes. Host. in c. peruenit, numero 4. de appel. & 19
in Summ. in tit. de cler. non resid. num. 3. & 5. Siluest.
in summ. in verb. residentia, num. 5. Rebuff. in praxi in
tit. de mod. amit. benef. num. 50. & habetur in c. si qui
verò, & c. siquis, 7. quæst. 1. c. qualiter, de Cler. non re-
siden. §. & illud, Auth. quom. oper. Epis. & §. interdici-
mus, Aut. de sanctis. Episc. ea. 1. §. si quis, sess. 6. de re-
form. Concil. Trident. & c. 1. §. eadem, sess. 23. de reform.
ac in Consti. 17. Pij. IV. ineip. De salute gregis. Et Illu-
stris. Cardinalis Vicarius, † de mandato Sanctissimi D. 20
N. solet de mense Februarij, & de mense Septembris
mandare omnibus, vt infra quindecim dies accedant ad
suas Ecclesias. & beneficia, sub grauissimus pœnis. Ne
igitur aliquis eogatur ad suum beneficium accedere
eausa residendi, posset illud deponere in aliquem causa
percipiendi fructus vel disponendi de titulo, & hae ra-
tione posset quis induci ad committendum huiusmodi
scelus eonfidendo de amieo, vel consanguineo; & hæc
eonclusio potest exemplificari in omnibus beneficiis,
præter simplicia, quæ de eonsuetudine non requirunt † 21
residentiam. Inn. in c. cùm ex tuæ, de cleri. non residen.
Are. in d. c. peruenit, numero 4. quæstio. 1. Abb. in e. su-
per inordinata, numero 5. de præbend. Dec. in e. de
Monachis, §. ad hæc numero. 6. de præbend. Gig. de
pens. quæst. 31. & omnes casus exemplifieaui lib. 1. de re-
sig. benef. quæst. 10.

Quarta causa est, ne beneficiarius eogatur ad ince-
dendum in habitu, & tonsura Clericali, nam † omnes 22
in saeris ordinibus constituti, vel beneficia qualiacun-
que habentes tenentur deferre habitum clericalem vt
dicitur in eap. 6. sess. 14. de reform. & habetur latè io
Clem. multorum, de vita, & honest. cleri. & in eap. 6.
sess. 13. Concil. Trident. de reform. multi autem, † vel 23
in contemptũ religionis, vel parui pendentes propriam
dignitatem, & honorem, vel vt sint expeditiores, aut
ob tenuitatem beneficij, vel vt deferant laicales vestes,
pedes in diuersis ponentes, vnum in diuinis, alterum in
carnalibus, vt egregiè considerat Concil. d. cap. 6.
sess. 14. ægreferunt deferre dictum habitum clericalem,
& ideò, ne eogantur possent induei ad committendum
eonfidentiam confidendo de amico, & propterea resi-
gnando beneficium, vt non teneanrur deferre habitum,
& eonsequantur ex pactione fructus, vel sint securi ex
eadem pactione posse habere illud beneficium quando-
cunque voluerint: hæc enim est eonfidentia, & ratio-
nes posui dum explicaui easus confidentiales huius
Constitutionis, & eoniecturas.

Quinta causa est, vt beneficiarij possint ad bellum
proficisci: nam habens beneficium † non potest effici 24
miles, Gl. in eap. vlt. de Cler. non residen. Gig. de pens.
quæst. 55. num. 2. alias videtur illud taeitè † renunciare 25
vt est communis opinio, de qua testatur Clar. libr. re-
cept. sent. §. vlt. quæst. 73. vers. item clericus, & dixi lib.
1. de resign. benef. quæst. 1. num. 22. Cùm ergo aliquis
existens in minoribus ordinibus habeat beneficium, &
velit ad bellum proficisci, ne amittat illud posset eon-
fidere de amico circa fructus, vel titulum ipsius benefi-
cij, quo casu esset eommissa confidentia, vt colligitor
ex primo, & secundo caso confidentiali posito in hac
Constitutione, & ex eoniecturis in §. Ad probandum,
elericorum † enim arma sunt orationes & lachrymæ, e. 26
conuenior, & e. nonnulla. & e. vlt. 23. quæstio. 8. ea.
porro, vbi Glos. 16. quæstio. 4. Luc. de Pen. in rubr. C.
vt armorum vsus eirca medium lib. 11. Menoch. de ar-
bit. Iud. casu. 394. numer. 31. & quòd nullo modo possit
clericus interuenire † in bello, scribit Abb. post alios 27
io eap. sententiam, num. 16. Ne Cleri. vel Monach.

Seata causa est, vt benefieiarij possint inimicos oc-
cidere: nam omnibus probibitum † est homicidium 28
iure dioino, iure ciuili, & iure Pontifieio, vt habetur in
tit. ff. ad leg. Corn. de sicar. & eatr. de homic. ac in 6. &
in Clem. & magis clericis, qui vltra pœnam ordinariam
impositam a legibus, & Canonib. efficiuntur † irregu- 29
lares

a

Digitized by Google

lares, vt non possint promoueri, neque promori mini-
strare & vt non possint habere beneficia, neque obtenta
retinere, vt colligitur ex c. 21. Exod. c. 22. & c. 28. 1. Pa.
ralip. & c. 7. 2. Reg. c. 7. sess. 24. de reform. Conc. Trident.
not. in clem. 1. de hom. Diaz. prax. Canon. cap. 56. Ma-
iol. de irreg. lib. 5. c. 48. volens ergo beneficiarius ali-
30 quem occidere, ne ex eo delicto amittat beneficium. †
Anan. & Fel. ac alij omnes in ca. inquisitionis de accus.
Rot. dec. vlt. vt lit. pend. nihil innou. Butr. cons. 43. Gem.
cons. 105. col. 2. recurrit ad fraudem, vt illud deponat,
confidendo de amico, ad hoc vt possit de fructibus, vel
de tit. disponere quandocunque voluerit, quæ est confi-
dentia prohibita in 1. & 2. casu confidentiali huius Con-
stitutionis, & ibi latè attuli rationem.

VII. causa, vt alieno nomine lites agant, & defen-
dant: nam constituti in sacris ordinibus, vel habentes
31 beneficia Ecclesiastica non possunt † esse sollicitato-
res, procuratores, & aduocati in iudiciis, ca. 1. 2. & 3.
de postul. c. 1. & 2. ne clerici, vel monac. ca. placuit, 16.
qu. 1. c. sicut, 2. quæst. 7. c. te quidem, §. ex his omnibus 11.
quæstio. 1. §. Deo amabiles, & §. aliud. Auth. de sanctis
Episc. c. monachi, 16. qu. 1. c. sunt autem, 3. qu. 7. Doctores
omnes, & ibi Abb. in rub. ne cler. vel monac. idem Abb.
in c. sententiam: num. 5. eo. tit. Redoan. de spoli. §. de-
ueniendo, num. 48. clerici enim negotiis sæcularibus im-
32 miscere † se non debent, vt dicit dicta rubr. Ne clerici,
vel monachi sæcularibus negotiis se immisceant: quæ
33 cum habeat rationem perfectam, poterit † allegari ad
decisionem causarum, & negotia sæcularia † possunt
34 dici tribus modis, vt dicit Inn. in c. 1. illo eod. titu. &
Io. Andr. sequitur in rubr. Glos. in Summ. 21. qu. 3. pri-
mo quilibet actus rerum sæcularium, iuxta terminos
dicti c. 1. 2. Iudicium de rebus secularibus, 3. Negotium
inter sæculares homines vel largè: & strictè, secundum
Abb. in d. rubr. largè quodlibet negotium prouenient
ex carnali concupiscentia non subiecta fræno rationis:
strictè, negotium pertinens ad rempublicam munda-
nam, & seculares homines, c. fornicari, dist. 88. l. pla-
cet C de Episc. & cler. c. reprehensibile, 23. qu 8. Inn. in
c. dilecta, in fi. de exces. prælat. vbi, quòd clerici: non
35 possunt † officia ciuitatis habere: nam debent attendere
circa rempublicam spiritualem, & laici circa secula-
rem, argu. c. duo sunt genera, 12. quæst. 1. c. conuenior,
23. quæst. 8. c. solitæ, de maiorit. & obedient. c. duo sunt,
36 disti. 96. & clerici † debent versari circa vitam con-
templatiuam, & non habere curam de rebus mundanis,
nisi, quatenus necessaria sunt ad corporalem vitam, ca.
37 si quis obiecerit, 1. quæst. 1. & ideo neque possunt † Prin-
cipis vices gerere, vt in conc. Toler. iiij. canon. 30. ha-
betur c. sæpe Principes, 23. quæst. 8. Abb. in cap. clericis,
§. 1. ne clerici, vel monachi. Diaz in prax. cri. c. 56. latè
38 Maiol. lib. 2. de irreg. c. 6. neque procuratores, † & ad-
uocati, Inn. & Abb. in c. sacerdotibus, ne cleric. vel mo-
nac. Inn. in c. 1. de oblig. ad ratio. Maio. de irreg. lib. 5.
c. 5. sub num. 13. & num. 14. Diaz d. c. 56. & ideo commu-
niter receptum est, effici irregulares, si ex patrocinio
9 præstito sequatur † mors, vel mutilatio, latè Abb. in c.
sententiam, num. 15. ne cler. vel monac. Nauarr. consi. 5.
num. 1. in fi. eod. titu. Specul. in titu. de dispens. §. iuxta,
latissimè Maiol. de irreg. lib. 2. c. 9. Ideo habens benefi-
cia, volens aduocati vel procuratori munus in iudi-
cio sæculari exercere, ad defensionem, vel offensionem,
40 † cùm hoc ei ratione beneficij sit prohibitum, Abb. in
c. 1. in fi. ne cler. vel monac. recurrit ad fraudem, confi-
dendo amico vel consanguineo, ei dictum beneficium
resignando, pactione præmissa, percipiendi fructus vel
disponendi quandocunque, & quomodocunque de titu-
lo: hæc enim est confidentia, vt colligitur ex §. Quare
nos volentes, & §. itidem ac §. ad probandum, & ibi
rationem deduxi, & comprobaui. Et dicit, vt lites a-
gant, vel defendant, quia non solum quis potest effici
irregularis, si fuerit aduocatus, † vel procurator in
41 causa sanguinis pro actore contra reum, vt latè per Spe-
cu. de dispens. §. iuxta, & supra diximus, sed etiam si
fuerit aduocatus, vel procurator rei, vt illum defen-
dat, vt dicit Gl. in c. aliquantos, vbi Arch. dist. 51. Spe-
cu. in d. §. iuxta, vers. item litigiosus, & vers. facto au-
tem si quis, & in tit. de aduoc. §. obiicitur, Hostien. in
c. 1. de postul. ob pœnam talionis, Abb. in d. c. senten-
tiam Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 217. quem ad
hoc refert, & sequitur Maiol. d. libr. 2. de irregul. cap. 9.
numer. 2.

VIII. causa est, Quando beneficiarij propter crimi-
na per eos perpetrata sunt incapaces, nam plura sunt
crimina, quæ reddunt † indignos obtinentes, illósque 42
priuant, Fel. in c. postulasti, col. 4. de rescript. Calder.
cons. 20. de præbend. Ioan. Selu. de benef. par. 3. quæst. 11.
num. 157. cum aliis adductis à me lib. 4. de resign. benef.
quæst. 3. col. 2. Rebuff. in prax. tit. de mod. amit. be-
nef. vt quia † commisit homicidium, Abb. & alij in ca. 43
3. de rescr. Rebuf. de pacif. possess. num. 258. Clar. §. ho-
micidium, vel alia crimina, quæ retuli d. libr. 4. de re-
sign. benef. quæst. 2. à num. 8. vsque ad finem, & quæ lon-
ga serie refert Lambert. de iur. patr. in 1 parte, 2. lib. qu.
9. princip. per omnes articulos illius quæstionis. Hi
enim, cum amittant beneficia, & † ea possint à quo- 44
cunque impetrari. Gem. cons. 105. col. 2. Gammar. de
auct. Leg. a lat. lib. 10. numer. 331. Boer. decis. 205. col. pe-
nult. & vlt. recurrunt ad fraudem, confidendo amico,
vel consanguineo, illisque resignando ea ad effectum
percipiendi fructus, vel disponendi de titulo quando-
cunque & quomodocunque: quod est confidentia, vt
dicitur in §. Quare nos volentes, & in §. Itidem, & in
§. Ad probandum, & ibi tradidimus rationem, idque
posset euenire in delictis, quæ priuant ipso iure, si ea
crimina sint occulta: in aliis verò, in quibus criminosi
veniunt priuandi, & † declarandi priuati, indistin- 45
ctè, cum hi possint resignare, Anto. de Butr. cons. 43. n.
2. & 3. Guliel. cons. 146. num. 11. & 12. lib. 1. Put. decis.
223. lib. 2. Crescent. decis. 227. lib. 1. in manuscr. Sarnen.
de annal. quæst. 42. num 2. & communiter alij vt latè
dixi, & comprobaui lib. 3. de resig. benef. quæstio. 16.
col. 1. & 2. cum seq.

IX. causa est connexa cum præcedenti, Quando be-
neficiarij † propter crimina perpetrata non possunt iustè 46
dicta beneficia retinere, vel cogitant de perpetrandis
criminibus, resignant vt purgato delicto, habitaque
absolutione, illa beneficia repetant in hoc enim cadit
confidentia: quia qui, confidit de amico, vel consan-
guineo, resignando in sui fauorem, præmissa hac con-
uentione de qua si constet nulla cadit dubitatio, esse
commissam confidentiam, si autem non constat, etiam
lex præsumit eam, vt dicitur expressè in §. Postremo,
in cuius interpretatione tradidi rationem, & dixi esse
materiam nimis frequentem, & tractatam egregiè à
Bar. in l. post. contractum, col. 1. & 2. ff. de don. Dec. la-
tè consilio 235. in primo dub. latiss. Mascard. de prob.
conclu. 815. & Menoch. de præsum. præsum. 124. per
totam.

X. causa subsequitur quando beneficiatij resignant
beneficia vt habeat fructus ipsorum, vel vt ministren-
tur dicti fructus, quibus ipsi voluerint, † & multoties 47
laicis, & inhabilibus: nam hæc est confidentia, vt di-
citur in §. Quare nos volentes. & in §. ad probandum,
& ibi multa adduximus. Ad comprobationem posset
exemplificari hæc cõclusio in eo qui habet beneficium,
& non vult dicere † officium, vt tenetur, cap. quod a 48
te, c. diuersis fallaciis, de cleric coniug. c. vlt dist. 92.
Nauarr. de hor. can. cap. 7. Abb. in cap. 1. nu. 5. de celebr.
miss. Siluest. in verb. hora, sub pœna † peccati mortalis,
Turrecrem. in §. 1. dist. 91. art. 5. Paluda. in 4. dist. 15. q. 5. 49
& alij, vt retuli de resig. benef. lib. 1. qu. 9. col. 1. & 2.
& † restitutionis fructuum, Concil. Lateran. sub Leo- 50
ne X. sess. 9. §. Statuimus, Pius V. in Const. quam refert.
Nauar. in Man. c. 25. num. 122 & ideo illud resignat ami-
co præmissa conuentione percipiendi fructus, vt ha-
beat commodum sine † onere, quod iniustum est, Nauar. 5
de hor. can. c. 7. num. 28. & in Man. c. 25. numer. 122. Se-
cundò posset exemplificari in eo, qui non vult in habi-
tu clericali incedere, cap. 6. sess. 14. de reform. vel no-

Digitized by Google

it residere, aut ordines sacros suscipere, vt supra dictũ
est. Nam hæc esset confidentia, habere fructus ex pacto
absque licentia Papæ, vt dicitur in §. Quare nos volen-
tes. in §. Itidem, & in §. Ad probandum, & ibi latè di-
ximus : ita pari ratione pacisci, vt dicti fructus dentur
alteri, vt hic dicitur, & in prædictis §. explicatur, eò
52 maximè laicis, qui non possunt, & † non debent fructi-
bus Ecclesiæ frui, Arch. Gem. & Præpo. in c. placuit
dist. 32. & in c. siquis hoc gesserit, 1. quæst. 3. Ioan. Selu.
de benef. p. 2. q. 23. Alphons. Hoied. de incompat. benef.
p. 1. cap vlt num. 71. Lambert. de iur. patron. lib. 2. in 1.
p. q. 7. art. 7. & communiter omnes volunt, vel inhabi-
53 libus, vt sunt fœminæ, † infantes, criminosi, & alij,
qui fructus beneficiorum Ecclesiasticorum non debent
habere, vt latè prosequitur Lambert. de iur. patron. in
1. p. 2. libr. quæst. 9. per omnes articulos, & colligitur ex
his, quæ dixi li. 4. de resign. benefic. qu. 3. & 9. ac lib. 3. q.
1. & sequent.

XI. causa est Senectus, & infirmitas, vt dicitur in
vers. pleti que Nam multi Beneficiarij, cùm sunt senes
vel infirmi, cogitantes de morte, & quod propterea
beneficia per eos obtenta vacatura sint, recurrunt ad
fraudem, resignando illa in fauorem amici, vel consan-
guinei, præmissa conuentione, vt vel de fructibus ipso-
rum beneficiorum alant profanam familiam ipsorum
cedentium, vel illa asseruent infantib. aut nascituris,
quibus, cum fuerint habiles ad beneficia Ecclesiastica,
ipsa resignent, hæc est Confidentia vt etiam colligitur
in § Quare nos volentes, & in § Itidem, & ibi late di-
xi : nam isti cedentes confidunt de amico, quòd hoc de-
beat facere & id valde scandalosum est, vt de benefi-
ciis ita disponatur, & quodammodo per successionem
dentur, c. 1. cum ibi not. de præben.

XII. causa est, quoties quis vlt reseruare pensionem
in suo beneficio pro Titio, & cum non possit absque
causa reseruari dicta pensio, ei resignat id beneficium,
vt sibi retrocedat, reseruata ex causa resignationis di-
cta pensione : nam hæc est confidentia, vt dicitur in §.
Quare nos volentes, in §. Itidem, & in §. ad hæc: cum
54 resignatio non fuerit vera, sed † palliata, & simulata
ad hunc effectum, vt fuit resolutum in vna Reatin. pen-
sionis coram R.P.D. Pamphilio de anno 1588. xi. Martij,
& latè explicaui in d. §. ad hæc.

XIII. causa, quoties quis vult reseruare Titio fructus
aut regressum, vel accessum, & propterea resignat in
sui fauorem, vt ipse Titius retrocedat, reseruatis dictis
fructibus, aut regressu, vel accessu : nam hæc est confi-
dentia, vt dicitur in §. ad hæc, & ibi latè explicaui, &
tenui id procedere, tam si fuerit resignatio, vel cessio
in fauorem exemptorum à iurib. Cameræ & Cancella-
riæ, quàm in fauorem non exemptorum, vt probat di-
55 ctio † Præsertim, posita hic, cuius natura est, include-
re etiam casus non expressos. Gl. in c. ad abolendum, de
fil. presbyt. & in l. illud, ff. ad l. Aquil. Inficiari non
potest, quin magis præsumatur in his exemptis à iuri-
bus Cameræ, & Cancellariæ ob non solutionem anna-
tarum, vt latè explicaui in §. ad hæc, nam pro quolibet
beneficio excedente summam 24. ducat. & pro pensio-
56 ne † etiam excedente dictam summam soluitur annata
57 in espeditione literarum, id est medietas † reddituum
vnius anni, vt tradunt Gig. de pens. qu. 26. Coras. par
4. de benefic. c. 4. num. 53 Mandos. de ann. cas. q. 377. nu.
58 167. Nauar. consi. 5. de Simon. & tota die practicatur, †
fuit instituta pro substentatione Summi Pontificis, &
Sedis Apostolicæ, Barth. Belencin, de charit. subsid. q.
16. versi. & idem, Sarn. in præfat. regul. de annal. nu. 6.
Gammar. de auct. Legat à lat. lib. 7. numer. 416. Sicut
59 Aaron † summus Sacerdos habebat decimam decima-
rum, quæ aliis Sacerdotibus dabatur, Mandos. vbi su-
60 pra & has annatas † pluribus rationibus defendit Cam-
peg. Annat. inst. & defens. col. 2. & 3. à num. 5. vsque ad fi.
61 & eius vsus est † antiquissimus, cùm illum receperit
62 Concilium Viennen. quod habitum † fuit anno 1311.
teste Io. Andr. in clem. 1. de censib. & de ea mentionem
faciat Host. & Ioan. Andr. inter cætera, de offic. ordin.

Ideò non est verum, † quod refert Platina in vita Boni- 63
facij ix, fuisse institutam à Ioanne xxij. & ampliatam à
Bonifacio ix. nam anteà erat vt latè probat Gammar.
in extrau. Iulij ij. de Simon. elect. Pap. num. 253. & 254.
cùm de illa faciant mentionem Hostiens. & Io. Andr.
qui præcessere tempore Ioann. xxij. teste Campeg. d.
tract num. 1.

XIV. Causa committendi Confidentiam, quoties ali-
qui incapaces beneficiorum, † vt quia sunt criminosi, 64
Fel. in c. ex parte, num. 5. de rescr. Menoch. de arbitr. iud.
cas. 202. numer. 37. & alij relati à me lib. 4. de resign. be-
nefic. q. 3. col. 2. 3. & 4. aut onusti beneficiis Ecclesiasti-
cis, vt quia habent magnam multitudinem † beneficio- 65
rum, c. de multa, de præb. cap. quia in tantum, co. tit.
c. dudum. 2. de elect. vbi Doctores Lamber. de iur.
patronar. part. 1. 2. lib. quæst. 7. art. 15. & maximè si inter
se sint † incompatibilia, cap. 4. sess. 7. de reform. Concil. 66
Trident. extrauag. execrabilis Ioan. XXII. in tit. de præ-
bend. Duen. reg 71. Capr. regul. 90. & dixi latè lib. 1. de
resign. benef. q. 1. & lib. 3 q. etiam 1. à num. 50. vsque ad
fin. aut refugientes se mancipare Ecclesiastico ordini,
iuxta ea, quæ dicta sunt supra aut merè Laici, qui etiam
beneficia † habere non possunt, cap. cùm adeò, & ibi 67
Abb. & Dec. num. 3. de rescr. Nauarr. cons. 1. de præbend.
procurant beneficia conferenda aliis, cum ipsi propter
incapacitatem aut incompatibilitatem, aut defectum
ordinis habere non possent : in hoc enim, vt dicit Pius
V. duobus modis prædicti possunt committere confi-
dentiam, vel quia paciscantur de percipiendis fructibus
ipsorum, vel de illis beneficiis disponendis ad libitum
ipsorum : hæc enim est confidentia, vt dicam in §. Qua-
re nos volentes, & si non constat de conuentione, ex
perceptione fructuum, vel dispositione tituli colligitur
valida coniectura confidentiæ, vt dicitur in §. denique
si quis. Quod etiam posset hodie exemplificari in eo,
quod nunc consultissimè seruat. S.D.N. Clemens VIII.
qui non vult cóceedere alia beneficia obtinenti, quatuor
titulos, vel quinque : nam videns aulicus, aut alter non
posse impetrare pro se beneficium, illud impetrat pro
amico familiari, vel consanguineo, ad effectum, vt pos-
sit fructus illius percipere, vel postea in aliud tempus
illud habere pro se, vel pro alio : nam hæc esset confi-
dentia, & ex hoc colligeretur, vt dicam in §. denique.

XV. causa committendi confidentiam ponitur in vers.
Ad hæc. Quando Ordinarij, & alij collatores habentes
facultatem conferendi, † aut patroni nolunt beneficia, 68
quæ vacant, & spectant ad eorum dispositionem, col-
lationem, seu præsentationem, verè conferre, & liberè
præsentare, vt tenentur, sed curant illa deponenda, si-
militer ea conferunt, vel præsentant, hac ratione, hac
conditione, vt fructus, seu pensiones capiant eorundem
ipsi ordinarij, collatores, & patroni, vel aliis faciant
ministrari : nam hæc est confidentia, vt dicitur in §. Iti-
dem, in cuius interpretatione tradidi rationes.

Hæ sunt causæ, quæ in hac Constitutione ponuntur,
ex quibus potest, & solet committi confidentia: & præ-
dictæ causæ valdè conferunt ad intelligendos casus
confidentiales positos in eadem Constit. in §. Quare
nos volentes, in §. Itidem, in §. Adhæc, & in §. Postre-
mo, & ad percipiendas coniecturas, & præsumptiones,
ex quibus committitur confidentia, & ad intelligen-
dum coniecturas quatuor positas in eadem Constit. in §.
Ad probandum. Ideò iudex in hac materia iudicaturus
debet in primis causam committendæ † seu commissæ 69
confidentiæ considerare, iuxta ea, quæ scribit Corn.
cons. 116. num. 17. lib. 2. Soc. iun. cons. 73. nume. 30. volu. 1.
Cæphal. cons. 80. num. 13. vol. 1. nam finis fini quamuis sit
postremus † in proposito, ac institutione est primus, vt 70
tradidit Claud. Cantiuncul. in tract. de off. iud. lib. 1. c. 2.
num. 1. & ideo semper inspici debet causa † facti, l. ve- 71
rum, ff. de furt. & ibi Gl. latè, l. cùm tale, §. vlt. ff. de cond.
& demonst. Gl. l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. Gl. in c.
intelligentia in verb. ex causis, de verb. sign. & in c. & si
Christus, §. quædam, de iureiuran.

Et vltra prædictas causas expressas, & explicatas

committendi confidentiam, adſunt & aliæ, vt probant
illa verba vltima eiuſdem §. Multi, ibi: *Alia item per-*
72 *multa eiuſcemodi admittuntur, &c.* Dictio enim † *Alia*,
implicat ſimilia, gl. & Doctores in c. Sedes de reſcr. &
in Clem. 1. eo. tit. Bal. in l. conuenticulam, colu. 5. C. de
Epiſc. & Cler. Bar. in l. ſed & reprobari, ff. de excuſat.
tutor. Fel. in c. cùm non ab homine, de Iud. & in cap. ve-
niens, in fin. de ſimon. Alex. conſ. 149. lib. 1. & etiam di-
73 ctio *Item* ſtat † continuatiuè, & repetit ſimilia, Gloſſ.
Inſtit. de rer. diuiſ. §. item lapilli, Bal. in tract. de ſtat. in
verb. cognoſcere, num. 1. Albe. in eo. tract. de ſtatut. q. 70.
num. 25. cum ſeq. Ant. Bar. de temp. vtil. & cont. c. 19 n. 4.
74 & dictio † *Eiuſcemodi* hoc idem facit, Clem. Conſtitu-
tionem, de elect. c. 1. de ſequeſt. poſſ. Clem. Romani. §.
nos itaque, de iuraiur. c. 1. §. huiuſmodi ſtatuto, de ſe-
pult. c. 1. de magiſtr. Bald. conſ. 480. num. 2. lib. 5. & eſt ra-
tio, quia exempla non † reſtringunt regulam, l. regula,
75 §. vlt. ff. de iur. & fact. ignorant. Et hoc procedit, quotiès
in aliis cauſis adeſt eadem ratio violandi puritatem im-
maculatam rerum diuinarum, aut diſrumpendi neruum
Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & patrandi iam imminens exi-
tium animarum, vt patet ibi: *quibus immaculata rerum*
diuinarum puritas impiè violatur, diſciplinæ Eccleſiaſti-
cæ neruus diſrumpitur, & imminens patratur exitium
animarum. Ratio enim dicitur † comprehendere om-
76 nes caſus etiam non expreſſos in lege, & Conſtitutione,
l. his ſolis, C. de reuoc. donat. Card. Pariſ. conſ. 83. n. 21.
vol. 3. Dec. conſ. 284. colu. 1. & tunc videtur exemplari-
ter, & non reſtrictiuè † facta mentio de expreſſis, & no-
77 minatis caſibus Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. libertis,
num. 37. & de vtroque retract. lignag. §. 10. num. 2. &
3. Bal. in l. 1. in 1. lectura, num. 1. ff. de iuſt. & iur. Et quæ
ſint prædictæ cauſæ non expreſſæ, poteris multos caſus
colligere ex his, quæ dicam in §. Quare nos volentes,
& §. Itidem, ac §. Ad probandum, alios poteris conſi-
derare, argumentando à ſimili, & à veriſimilitudine, ac
coniecturis: nam quis eſt, qui poſſit malitiam homi-
num præfinitis caſibus explicare? Et vnam habes in c.
per tuas, iii. de ſimon. vt latè dixi ſupra q. 1.

quæſt. 9. num. 72. Vltra prædictas cauſas committendi
confidentiam adſunt & aliæ.

¶ Qualis eſt hæreſis in Patrono Caluiniano, qui mori-
bus noſtris per procuratorem Catholicum ad id
ſpecialiter conſtitutum mandato in publicis actis inſinuato
ad exercitium Iuriſpatronatus admittitur, Beng. & Pin-
ſon. de benef. cap. de onerib. Eccleſ. §. 6. numer. 14. &
cum Sanctiones Eccleſiaſticas ſpernat, & contemptum
hunc ſuum ſtultè ſomniet eſſe cultum, non veretur ſacrum
Eccleſiæ Patrimonium per confidentiam attingere, electo
ad id, & ſeruienti vicepatrono ad præſentationem obtruſo
fiduciario mancipio. Quamobrem recentioribus Secre-
tioris Conſilii Placitis nouæ ſectæ homines ab hac facul-
tate præſentandi per procuratorem hodie arceri audio.
Item morbus titularii ſæpè in cauſa eſt committendæ
confidentiæ, infirmus enim proſpiciens beneficium ſuum
ſimul ac animā aliò euolaturum ſatagit vt poſt mortem
amico capiti inſideat, quare illud reſignat ad fauorem in
euentum mortis, & fide data, & accepta de reſtituendo
beneficio, ſi ipſum reſignantem ſanari contingat reſtitui,
quæ reſignatio nedum nulla prorſus, vt pote teſtamenta-
ria, & ex die, ac conditionalis contra Canones, ſed etiam
confidentialis de iure cenſenda eſt, nec apud nos Reſignans
recuperata valetudine beneficium repetit ex pacto, ſed le-
gis auctoritate quaſi mortis cogitatione turbatus, & im-
portunis adſtantium flagitationibus impulſus minus ſpon-
taneè reſignaſſet, quamuis negari non poſſit perfidiam
Reſignatarii cauſam edicto dediſſe, cuius meminit Auctor
infra quæſt. 21. num. 26. & reſignantem ad egreſſum etiam
ex conuentione agentem per Summa Regni tribunalia non
repelli, Oliuerus lib. 1. cap. 19.

QVÆSTIO X.

Extrauagan. Pij IV. & Pij V. quas confiden-
tias prohibeant.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. ſuper confidentiis, il-*
licitas tantum comprehendunt.
2 *Ex proœmio colligitur intentio.*
3 *Dictio* huiuſmodi *reſtringit ſequentia.*
4 *Pœna debet commenſurari delicto.*
5 *Vbi non eſt delictum, non eſt pœna.*
6 *Intentio Pij IV. & Pij V. non fuit inducere nouam*
prohibitionem confidentiæ.
7 *Leges humanæ non ligant vltra finem legiſlatoris.*
8 *Actus agentium non operantur vltra intentionem.*

DEcimò, Quæro, contra quam Confidentiam
emanarunt Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. de
hac re editæ: Communis opinio eſt dictas ex-
trauagantes emanaſſe contra Confidentiam beneficia-
lem illicitam, † & ſimoniacam, vt in terminis ſcriptum 1
reliquit Nauarr. in Manual. c. 23. ſub numer. 109. verſic.
quod autem extrauagantes, idem Nauarr. conſ. 16. nu. 1.
& conſ. 17. num. 1. de ſimon. Idque primò colligitur ex
proœmio dictarum Conſtitutionum, in Conſtitutione
Pij IV. *Sanè, licet dudum cùm certam ſimoniacæ praui-*
tatis ſpeciem, quam beneficiorum Confidentiam vocant,
&c. in Conſtitutione Pij V. *ad tollendam fiduciariæ*
mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam,
&c. Quæ verba apertè ſonant contra illicitam, & ſi-
monicam confidentiam & tamen ex † proœmio colli- 2
gitur intentio diſponentis, l. vlt. ff. de hær. inſt. Bar. in l.
cum ij, §. eam tranſactionem, num. 1. ff. de tranſact.

Secundò, ex diſpoſitiua dictarum Conſtitutionum,
quæ, vt ex lectura patet, principaliter loquitur de
Confidentia, qua quis accipit in cuſtodiam beneficium
tertij, cum pacto, modo, conditione, vt cedat alteri,
vel fructus, &c. & dum in ſequentibus verbis nomina-
tur Confidentia adducitur dictio *Huiuſmodi*, † quæ re- 3
ſtringitur ad prædicta. l. huiuſmodi ff. de leg. 1.

Tertiò, omiſſis aliis multis ponderationibus, quæ
poſſunt fieri in verbis dictarum Conſtitutionum, pro-
batur ex pœnis impoſitis per dictas Extrauagantes quæ
ſunt atroces, ergo videntur tantum impoſitæ contra
confidentiam illicitam, & ſimoniacam: nam pœna † 4
debet commenſurari delicto, cap. non afferamus, diſti.
34. Deuteronom. c. 25. Iuxta menſuram delicti erit &
plagarum modus. Auth. omnes peregrini, C. comm. de
ſucceſſ. Menoch. de arbitr. Iud. caſ. 266. num. 1.

Ex quo infertur, quòd pœnæ huiuſmodi impoſitæ
per dictas Extrauagantes non habent locum contra
omnem confidentiam: nam poſſet eſſe bona, vt dictum
eſt quæſt. 1. & vbi non eſt delictum, † non eſt pœna. l. 5
aliud eſt fraus, ff. de verb. ſignif. l. ſancimus, C. de pœ-
nis, Crau. conſ. 311. numer. 2. neque contra confidentiam
illicitam, vt deducit Nauarr. loc. cit. ſed tantum contra
confidentiam beneficialem illicitam & ſimoniacam:
nam tunc vendicant ſibi locum huiuſmodi pœnæ & ita
ab omnib. tenetur, & obſeruatur: quidquid dicat Maſ-
card. de probat. concluſ. 1306. num. 35.

Ex hac autem concluſione deducitur, quòd intentio
prædictorum Pontificum, ſcilicet, Pij IV. & Pij V. non
fuit inducere aliquam † prohibitionem nouam confi- 6
dentiæ beneficiariæ, vt tradit Nauarr. loco allegato.
Sed Pius IV. intendit tollere corruptelam, & abuſum
recipiendi beneficia in confidentiam & hoc medianti-
bus pœnis, quod & Pius V. etiam intendit, inducendo
modos probandi eas. Et communiter eſt receptum, le-
ges humanas non ligare vltra finem † à legiſlatore in-
tentum. Nauarr. conſ. 7. num. 2. de conſt. & conſ. 1. num. 4. 7

8 vt lit. pend. quia † actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. l. in agris, ff. de acq. rer. dom. c. vlt. de præbend.

quæst. 10. *ann.* 1. Communis opinio est dictas extrauagantes emanasse contra confidentiam beneficialem illicitam & simoniacam.

¶ NOn ergo sufficit ad incurrendas pœnas quod sit illicita, nisi sit etiam simoniaca, quod vt palam fiat meminisse oportet aliam esse confidentiam beneficialem licitam, aliam illicitam, rursusque illicitam aliam esse non simoniacam, aliam verò simoniacam. Confidentia licita est, qua quis ordinatè confidit, illicita non simoniaca qua quis inordinatè, vtraque absque pacto, modo, vel conditione expressa vel tacita. Solam simoniacam corripiunt Constitutiones Pii IV. & Pii V. nullam nouam prohibitionem inducentes, sed tantum nouas pœnas, & probationes, vt Auctor hic post Nauarrum in manual. cap. 23. nume. 109. quos sequitur Garc. de benefic. p. 11. cap. 3. num. 165. contra aliquos existimantes per Constitutiones huiusmodi, omnem confidentiæ modum damnari, & coerceri, quorum sententiam nos supra quæst. 4. post Garc. & alios ab eo relatos improbauimus. Sed nec quidem omnem simoniacam confidentiam beneficialem coercent memoratæ Constitutiones sed eam tantum, per quam beneficium ipsum, vel eius fructus repromittuntur. & stant loco pretii, iuxta à nobis tradita supra 1. & tradenda infrà quæst. 36.

QVÆSTIO XI.

An in omni loco Confidentia sit probibita, & quid in Francia

SVMMARIVM.

1 *Confidentia vbique est probibita.*
2 *Constitutio est lex generalis.*
3 *Constitutio omnes ligat.*
4 *Lex generaliter loquens ita est intelligenda.*
5 *Locutio generalis nihil relinquit intactum.*
6 *Publicatio facta Romæ sufficit, vt constitutio vbique liget.*
7 *Roma est patria communis.*
8 *Regula Cancellariæ ligant extra Curiam.*
9 *Publicatio Romæ vbi fiat.*
10 *Cum publicatio fit in pluribus locis, maior certitudo habetur.*
11 *Constitutio ligat omnem creaturam.*
12 *Papæ omnis creatura subiecta est.*
13 *Papa est pater omnium.*
14 *Papa solus habet plenitudinem potestatis.*
15 *Papa est caput vniuersalis Ecclesiæ.*
16 *Papa est Vicarius Christi.*
17 *De necessitate salutis quisque subest Papæ.*
18 *In Regno Franciæ constitutiones contra confidentiarios non fuerunt receptæ.*
19 *Lex vsu non recepta non ligat.*
20 *Non peccat contraueniens legi non receptæ.*
21 *Vsus contrarius tollit legem.*
22 *Ecclesia Orientalis non recepit Canones de continentia Clericorum.*
23 *Galli non recipiunt Constitutiones Bursales Papæ.*
24 *Confessio non acceptata non nocet.*
25 *Lex quando non dicatur obseruata.*
26 *Rex Galliæ permittit confidentias.*
27 *Sententia lata contra legem est nulla.*
28 *Sententia lata contra legem non receptam, est valida.*
29 *Sixtus Quintus probibuit confidentias etiam in Gallia.*
30 *Verba ex constitutione Sixti V. super hac re.*
31 *Sixtus V. qua ratione moderetur pœnam in dicta Constitutione.*
32 *Regis Franciæ factum & mors prodigiosa.*

VNdecimò Quæro, An confidentia sit vbique
prohibita? Communis opinio est affirmatiua, 1
vt sit † prohibita non solum in curia, sed etiam
extra, tam in Italia, quam vltra montes: nam prohibitio committendi Confidentias emanauit per Constitutiones, scilicet Pij IV. & Pij V. iuxta ea, quæ scribit
Abb. & post eum Dec. numer. 8. in rubr. de consti. & ita 2
communiter appellantur, & allegantur. Constitutio †
autem est lex generalis, c. constitutio, disti. 2. habetur
in rubr. de const. in princ. Sarn. in procem. reg. q. 2. num 9.
Rimin. iun. in c. 1. num. 98. de const. ideò vbique, & † om- 3
nes ligat, c. 1. & ibi Ant. de Butr. Abb. & alij de con- 4
stit. Ad quod † facit generalitas dictarum Constitutionum. l. 1. §. quod autem ff. de aleat. l. in fraudem, in fin. &
ibi Bald. ff. de test. milit. Soci. in l. 2. §. ex his, in principio, 5
ff. de verb. oblig. Crau. cons. 92. numer. 4. locutio † enim
generalis nihil relinquit intactum. Bald. cons. 205. lib. 1.
Crauer. cons. 133. num. 5. 6

Amplia primò, vt † sola publicatio facta Romæ sufficiat ad hoc, vt liget extra curiam. Ioan. Monach. in regul. in generali, de reg. iur. in 6. Ioan. Andr. super data 6. Henric. Boic. in c. 2. de const. Paul. Eleaz. in procem. Clem. Sarn. in procem. reg. Cancell. q. 2. column. 13. vbi etiam dicit ita obseruari, vt in curia publicentur omnes Constitutiones perpetuæ, & ligent per totum orbem, & sint in vsu, Decis. Tholo. 444 in 2. dubio, & ideò alia publicatio facienda in aliis locis non requiritur, Imol. in procem. Clem. vbi dat rationem quia Papa habet pedes plumbeos, & est quasi immobilis, dans cuncta mo- 7
uers, & quia Roma † est patria communis. Dec. in c. 1. col. 5. de præbend. Fulgos. cons. 62. col. 2. Fel. in c. vlt. in 14. col. in gl. vlt. de form. comp. Innoc. in c. exposuit, de dilat. Bald. in l. 1. §. ait prætor, ff. de posito. Abb. in c. dura, de crimin. fals.

Ita regulæ Cancellariæ, licet dumtaxat publicentur 8
Romæ in Cancellaria, ligant tamen † omnes etiam extra curiam, vt tenuit Rota in pluribus causis teste Sarn. in d. procem. regu. q. 2. col. 11. Pauin. in prælud. extrauag. Fel. in cap. 2. de rescr. Mil. in verb. lex, §. 2. Dec. in l. 1. col. vlt. ff. si cert. pet. Barbat. cons. 57. colu. 2. lib. 1. Dec. Thol. 444. Bert. cons 287. nume. 21. & cons. 292. numer. 8. libr. 1. Cassad. cons. 50. col. 5. Rip. in cap. 2. de rescr. & communiter Doctores.

Idque comprobatur, quia stylus communis † sic, est 9
vt publicatio fiat Romæ ad valuas Basilicarum Lateranen. & Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, vt attestatur Sarn. loc. cit. & tota die fieri videmus, &
tamen stylus obseruandus est vt lex. 10

Verùm, si publicatio fiat etiam † alibi, ex abundanti cautela, maior certitudo habebitur. Alexan. cons. 31. n. 5. libr. 6. latè idem Alex. cons. 181. num. 12. lib. 6. Cæpol. cons. 13. cum aliis, vt per Card. Paris. cons. 171. nume. 5. volum. 4. Cæph. cons. 120. num. 7. cum sequ. libr. 5. Rol. à Valle cons. 8. num. 25. libr. 3. Bursat. cons. 200. num. 105. lib. 2.

Amplia secundò, vt liget omnes personas Ecclesiasticas, quantumuis in maxima dignitate constitutas, vt latè dicetur infra.

Amplia tertiò, vt omnes etiam sæculares sub dictis
constitutionibus comprebendantur: nam proprium est 11
Constitutionis, † ligare omnem creaturam, c. Canonum statuta, vbi omnes Doctores hoc notant de const.
Ideo, vt refert ibi Fel. nume. 5. dicit Inn. qui quotidie
ad hoc allegatur, quod conditori Canonis, & Vicario 12
creatoris † omnis creatura subiecta est, facit quod habetur Io. x. c. nihil, de baptism. Archiep. Florent. in 2.
part. 3. p. suæ Summæ sub rubr. de stat. Summi Pontificis, Bal. in c. 1. col. 1. qui feud. dare poss. Innoc. in c. su- 13
per his, colu. 1. de vot. Papa enim † est pater omnium,
& cum omni Ordinatio concurrit. Bal. in cap. 1. colum.
1. quis dicatur Dux, vel Marchio, facit tex. in c. quan-
do, de translat. prælat. & solus † Papa habet plenitudi- 14
nem potestatis, c. decreto, 2. quæst. 6. cap. ad hono-

Digitized by Google

rem, de auct. & vsu pallij, Bald. in l. rescripta, col. 2. C. d prec. imperat. offeren. Host. in c. quanto, de translat. prælat. Abb. in cap. proposuit, col. 3. de concess.
15. præben. & est caput † vniuersalis Ecclesiæ. Diu. Thom. in secun. par. qu. 8 art. 1. & 4. Sent. art 15. vbi hoc probat
16 rationibus, & est Vicarius † Christi, non solùm in quantum Christus fuit Ecclesiæ prælatus, sed etiam in quantum fuit totius Iudeæ & orbis dominus, Ioan. Scot. in tract. de perfect. statuum, quæst. 9. Fel. in d. c. 1. nu. 7. 8. & 9. cum sequent. de Consl. & ideo de necessitate salutis
17 reputatur subesse † Romano Pontifici, vt probat D. Thom. relatus a Fel. d. c. 1. num. 10.

Limita primò, huiusmodi constitutiones editas super confidentiis non ligare, vbi vsu non fuerunt receptæ, & executioni demandatæ: vt euenit † in Regno
18 Galliæ, prout scriptum reliquit Petr. Greg. Syntag. iuris. lib. 17. c. 17. num. 30.

Et ratio est, quia lex, & constitutio Principis non re-
19 cepta, nec moribus vtentium approbata, † non ligat, si non fuerit obseruata, sciente & tolerante Principe. Gl. singularis in cap. 1. in verb. Frangere, de treug. & pac. & in Summ. 24. quæst. 1. Alexand. consi. 6. lib. 4. & consi. 132. & 139. lib. 3. & absque metu incursus pœnæ potest ei contraueniri, Barto. in l. vlt. §. sed eum antiquitas, C. de curat. furios. Soc. sen. in l. si filius, num. 7. ff. de lib. & posthu. Dec. cons. 469. num. 8. Rimin. consi. 13. num. 27. li. 2. Cardinal. Paris. cons. 104. num. 69. volum. 1. & cons. 105. num. 8. vol. 4. Cæph. consi. 136. num. 18. cum sequen. lib. 1.
20 & etiam † absque incursu peccati mortalis, c. quisquis, c. præcipitur, 14. q. 1. latè Fel. in c. 1. num. 7. de treug. & pac. nec ad hoc requiritur consuetudo præscripta per decem annos, sed sufficit simpliciter † vsus contrarius,
21 c. cum, de cleric. coniug. §. 1. quia superior videtur eam legem tacitè tolerare, ex quo scit contrarium obseruari, & patitur, Aret. cons. 11. procedendum col. pe. Roma. cons. 511. quod primum in fi. Gl. in c. de libellis. dist. 10.
22 vbi Ecclesia Orientalis non recepit Canones de continentia Clericorum, & propter hoc non incidit in hæresim, nec peccauit mortaliter, c. denique in fi. dist. 4. latè Aufr. in repet. ca. 1. not. 10. de offic. ordi. Rebuff. super concordat. rubr. de collat. §. Præfatique Ordinarij, in verbo post præsentium acceptationem, dicens, quod
23 Galli Constitutiones bursales † Papæ non receperunt, ex his, quæ scribit Guliel. de Bened in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nu. 133. cum sequen. de testam. Ita confessio non acceptata non nocet, quia potest †
24 per partem tanquam erronea reuocari, l. 1. & 2. C. quando licet ab emptione disced. Cin. in l. 1. q. 6. C. de confes. Sal. in l. generaliter, q. etiam 6. C. de non numer. pecu. in c. si cautio, col. 5. vers. fortius, de fid. instrum. Alexa. consi. 90. col. 4. lib. 1. Et regulare est, vt lex noua non acquirat vires quoties successiuè fiunt plures actus contra eam, sciente conditore, aut successore, & non con-
25 tradicente, quia non dicitur moribus † vtentium recepta, & superior videtur acquiescere illi contrauentioni, seu inobseruantiæ, ad not. in l. de quibus, ff. de legibus Gl. in d. c. 1. de treug. & pac. quam omnes allegant ad hoc, & ibi Abb & alij Doctores, Imol. in ca. cum olim in 2. not. de Cler. coniug. Io. Andr. in addit ad Spec. in rubr. de clandest. despons. Oldr. consi. 159. Anch. consil. 278. Rom. cons. 512. quoad primum, ad fi. Bal. in l. rem non nouam, in fine. C. de Iud. Cæph. cons. 129. num 19. lib. 5. Sed post publicationem dictarum Constitutionum in Gallia infinitæ propemodum fuerunt commissæ confidentiæ, & prædictæ Constitutiones nunquam fuerunt acceptatæ, & vsu receptæ, ergo ad not. per Io. And in c. Ioannes, in fin. de Cler coniug. Fel. in d. c. 1. num. 10 de treug. & pac. & infinitæ etiam fuerunt latæ sententiæ, quibus cogebantur confidentiarij restituere beneficia, accepta sub fide ea restituendi, & hoc nedum à iudicib.
26 inferioribus, sed etiam à supremis, & etiam ab ipso † Rege, nam ita iudicasse Henricum. I. die 29. Aprilis 1558. attestatur Petr. Greg. Syntag. iur. lib. 17. c. 17. sub num. 30. in fi. & huiusmodi sententiæ possunt sustineri, præsupponendo dictas constitutiones non fuisse vsu receptas in

eo regno: nam, quamuis sententia lata contra extrauagantem publicatam † sit nulla, tanquam lata contra le- 27
gem scriptam, Bald. in l. 2. C. quan. prouoc. non est necess. Butr. in c. 1. & in c. cum inter, de re iud. Abb. in c. Pastoralis, de fid. instrum. latè Pauin. in procem. posito in interpretatione extrau. com. tamen si extrauagans non fuit vsu recepta, † sententia lata contra illam extraua- 28
gantem valet, Petr. de Anch. in clem. 1. de rebus Eccles. non alien. Alexand. in l. cum prolatis. ad fi. ff. de re iud. Fel. in c. 1. col. 4. vers. per istam glossam dixit Petr. de Anchar. & col. 6. vers. intellige, idem Fel. in cap. 1. de re iud. Sarn. in procem. resig. q. 1. col. 15. faciunt, quæ scribit Card. Zabarel. cons. 131. col. 3. & quæ latè adducit Fel. d. c. 1. col. 4. 5. 6. 7. cum seq. de treug. & pac, & communiter Doctores.

Hoc tamen nimis præiudiciale, & scandalosum esse considerans felic. record. Sixt. † V. per suam Constitu- 29
tionem 66. incip. pastoralis officij, datum Romæ, anno 1587. statuit, constitutiones Pij IV. & Pij V. circa confidentias beneficiales editas etiam in Regno Galliæ esse exequendas, & mandat quibuscunque Ordinariis sub interminatione diuini Iudicij, vt † aduersus tales animaduertant: cuius constitutionis exemplum est in fine 30
voluminis.

Moderat tamen pœnas, vt facilius † executioni de- 31
mandetur. Primò, nam secundum constitutionem Pij IV. & Pij V. beneficia vacantia ob confidentiam sunt reseruata Sedi Apostolicæ. Sixtus tamen voluit beneficia vacantia ob confidentiam in Regno Galliæ posse conferri ab Ordinariis collatoribus, perinde ac si reseruata minimè essent, qui si neglexerint dicta beneficia, vt præfertur vacantia conferre, collatio & prouisio ad proximos superiores deuoluntur vt patet in §. beneficia.

Secundò, in const. Pij IV & Pij V. disponitur, quòd fructus male percepti ob confidentiam spectent ad Cameram Apostolicam. Sixtus verò in dicta. consti in §. Fructus, concedit vt huiusmodi fructus malè percepti ob confidentiá possint applicari ab Ordinariis in vsum, & reparationem Ecclesiarum, in quib. confidentia fuit commissa: & hoc forsan ex eo, quia Galli non recipiunt Constitutiones bursales Papæ, vt dicit Rebuff. in Concord. Rub de Collator. §. præfatique Ordinarij.

Tertio, in dictis Constitutionibus Pij IV. & Pij. V. absolutio à censuris, pœnis, & irregularitatibus propter crimen confidentiæ spectat ad Sedem Apostolicam. Sixtus verò concedit, & dat facultatem Nuncio, ibi existenti, & Legato Auinionen. absoluendi, vt patet in §. absolutionem: sed nec etiam huiusmodi Constitutio (vt audiui) fuit in dicto Regno debitæ executioni demandata, ob temporum iniuriam, & quod celeriter eradicari, & extirpari oportuerat, in dies magis serpere, & propagare noscitur, in maximum animarum periculum, ac scandalum plurimorum: namque paulo post Constitutionem sequuta fuerunt bella ciuilia, & magna, &
Henricus † III. Rex, Aloysium Lotharingum Cardina- 32
lem Guisium suis satellitibus confodiendum tradidit, & Carolum Card. Borbonium, & Lugdunen. Archiepiscopum in carcerem conijci iussit, ob quod fuit à felic. record. Sixto V. citatus ad dicendum, cur non deberet declarari excommunicatus, postremo die termini sibi statuti, cum magna & Gallorum, & totius Orbis admiratione, in propriis castris, inter armatos, & satellites, ab inermi, ac ignoto quodam fratre Iacobo Clemente nuncupato, nondum agente vigesimum quintum annum, patria Senonen. ordinis Prædicatorum nihil tale cogitans, paruo gladio, ad id dedita opera paulò ante elaborato, subter vmbilicum vulneratus, ac miserrimè interfectus est, kalendis Augu. 1589. post cuius mortem acerrimè armis contenditur de Regno.

quæst. 11. *numer.* 32. Sed nec etiam huiusmodi Constitutio fuit in regno debitæ executioni demandata.

¶ Nueteratum in Gallia confidentiæ potentum non potuit vel altero impulsu prostrari, nec prostratum ita

Digitized by Google

confici, quiu tortuosos sinus excisua coluber diu reuoluerit & viuacem eaodem ad nostra vsque iempora protenderit; ita vt in quibusdam casibua, quorum supra quæst. s. meminimus, adhuc quasi palpitet non penitus extinctua. Multoties sanè Clerus Gallica,us apud Henricam III. Henricum IV. & Ludouicum XIII. instauit & pro Piorum & Sixti V. (de qua hic Flamin.) Constitutionam publicatione supplicauit, aec voti compos factus est ob temporum iniutiam, & assuetum viuendi moteio; sed nihilominus ibidem executas aanuit Cherubin. in compendio Bullarnad dictam Sixti V. Constitutionem, & tandem ordinatio Parisiensis Ludouici XIII. art. tt. in probandis confidentiis seruandas decreuit seruantque Summa Regni Tribunalia, etiam quoad pœoas, cum triplici tamen per Sixti V. Constitutionem adhibito temperamento.

QVÆSTIO XII.

Confidentiarij ante Pium IV. quibus hodiè subiiciantur pœnis.

SVMMARIVM.

1 *An commictentes confidentiam ante Pium IV. subiiciantur pœnis Constitutionis eiusdem Pij, & numer. 7.*
2 *Lex futura respicit.*
3 *Verba subiunctiui temporis quid importent.*
4 *Verbum* Vacauisse *præteriti est temporis.*
5 *Lex puniens quod est contra ius diuinum respicit præterita.*
6 *Dispositio simpliciter prolata respicit præsentia & præterita.*
8 *Constitutio Pij IV. non comprehendit confidentiam perfectam ante promulgationem ipsius Constitutionis.*
9 *Confidentia iure humano est illicita.*
10 *Permissione superioris pœna vitantur.*
11 *Constitutio non potest respicere præterita decisa.*
12 *Quod legitimè fit pœnam non meretur.*
13 *Quoties actus non est consummatus, lex prohibitoria superueniens illum annullat.*
14 *Ante captam possessionem actus non est perfectus.*

DEcimosecondò, Quæro, An, qui commiserunt confidentiam ante editam Bullam Pij IV. comprehendantur hac Constitutione, & subiiciantur illis pœnis.

1 Negatiuam † opinionem indistinctè, quod præteritæ confidentiæ non comprehendantur, tenuit Nauarr. in Man. ca. 23. sub num. 109. & sub num. 111. & in facti contingentia nouissimè respondit Io. Perr. Bimi. consi. 29. numer. 5. cum seq. & reperio, quòd secundum hanc sententiam consuluit idem Nauarr. consi. 18. numer. 4 §. 5. de simon.

2 Et probatur ex eo, quia † lex regulariter futura respicit, & non præterita, c. vl. de const. Bal. & Sal. in l. leges & Constitutiones C. de legib. Bar. in l. omnes populi, num. 39. ff. de iust & iur. Host. in sum. in tit. de const. §. quando constitutio, in fi. & communiter Doct. vt habetur in d cap. vlt. de const. quod etiam procedit, si ratio constitutionis antecesserit constitutionem, quia per hoc prohibitio ipsius constitutionis non trahitur retro ad tempus antecedens, sed ad futurum, Bald. & Sal. in l. testium, C. de testibus, per illum tex. optimè Feli. in d. c. vlt. ante num. 1. vers. & ampliatur, de constitut. &
3 etiam si loqueretur per verba † subiunctiui modi, quæ possent importare præteritum & futurum: nam in proposito importabunt dumtaxat futurum. Abb. in dicto cap vlt. in 4. not. Feli. num. 1. Bald. in d. l leges, col. 4. C. de legibus. Glo. in l. cùm tale, §. vlt. in verb. dixerunt, in fin. ff. de cond. & demonstrat. Glo. 2. in cap. ad hoc, de rescr. idque etiam vendicat sibi locum, si Constitutio sit antiqui iuris declaratoria, si habet verbum promulgatorium noui iuris, vel est lex noua respectu pœnæ (vt sunt prædictæ Constitutiones contra confidentias) Gloss. in cap. vnico, de cler. non resid. in 6. & ibi Gemin. & alij, Feli. in dicto cap. vlt. n. 1. & omnes alij sequuntur.

Affirmatiuam opinionem videtur tenere Masc. de probat. concl. 1306. sub num. 35.

Quæ primò probatur in Constitutione Pij IV. quæ videtur loqui expressè de præteritis confidentiis, dum dicit, non fuisse paritum a Cardinalibus, monitionibus per ipsum factis, & ideò disponit, vt ipso iure vacent beneficia in confidentiam recepta ibi: ipso iure à die receptionis vacauisse, & vacare, ac fructuum & c. verbum
enim *Vacauisse* † est præteriti temporis, & lex potest 4
etiam præterita respicere l. leges, la. 2. C. de legib. l. vlt. de legibus Bart. in d. l. omnes populi, num. 40. & tunc absque dubio ea comprehendit cap. vlt. de constit. clem. 2. in fin. de iudic.

Secundo probatur, quia, † quoties lex emanat ad 5
irritandum aliquod, quod fit contra ius diuinum, vel naturale, tunc extenditur etiam ad præterita. Docto. in cap. cum ita, de vsur. Cardinal. Paris. in addit. ad Bart. in d. l. omnes populi, sub num. 39. in verb. an etiam præcedentia.

Tertiò, quia dispositio simpliciter † prolata concer- 6
nit præsentia, & præterita, cap. ad audientiam, el. 2. de Eccl. ædifi. Clem. vlt. de rescrip. Card. in Clem. 1. in 4. oppo. de cens. cum aliis, vt per Fel. in d. cap. vlt. num. 16. de constit.

Pro resolutione. † huius quæstionis existimo duos 7
casua esse constituendos. Quorum primua erit, quando
confidentia erat consummata, & perfecta ante † Con- 8
stitutionem Pij IV. nec extabant reliquiæ nam hoc casu vera est prior sententia, & communiter recepta, vt tales confidentiarij non comprehendantur sub dicta constitutione Pij IV. neque ligentur illis pœnis, & ita in facti contingentia fuit resolutum in Rota, die 17. Decembris 1568. coram Otadino, scilicet, constitutionem hanc non includere resignationem de beneficio recepto in confidentiam factam ante publicatam dictam Constitutionem, simpliciter, & absque vlla reseruatione pensionum, & regressus, ac fructuum: & in his terminis loquitur Nauarr. dict. cap. 23. sub numer. 111. versic. vndecimo, & ratio est ea, quam supra retulimus, quia Constitutio regulariter dat formam futuris dumtaxat negotiis, dic. cap. vlt. de constitut. & quomodo confidentiarij ante dictas constitutiones possunt subjici illis pœnis, cùm ante prædictas Bullas publicè reddebatur ius in omnibus tribunalibus Curiæ contra non reddentes beneficia in custodiam, & confidentiam acceptata? Card. S. Cruc. dec. 18. & 144.

Accedit, quia confidentia iure tantum humano † est 9
illicita, ergo tolerantia Papæ potuit fieri impunibilis, arg c. prim. de const. l. 6. Imo etiam si iure diuino esset prohibita adhuc idem esset, quia pœnæ iure humano
sunt statutæ, & sic dicta permissione pœnæ nullitatis † 10
titulorum, & aliæ potuerunt tolli. l. qui condemnare, ff. de reg. iur. not. in l. leges. C. de legibus.

Comprobatur, quia constitutio non potest porrigi ad præterita iam decisa, & finita, etiam si expressè con-
trarium † caueretur. l. causas, C. de transact. l. pe. in fi C. 11
de sacrosanct. Eccles. l. vlt. vbi Bar. C. sent. resc. non poss. Guid. de Zuzar. in l. leges, C. de legib. optimè Bat. in di. l. omnes populi, numer. 40. vers. distingue, ff. de iust. & iur. Card. in Clem. dudum, §. nos etiam, in 7. q. de sepult. Abb. in c. non debet, de consang. & affin. Bar. in l. prima, §. vlt. ff ad Tertul. Ang. cons. 53. incip. q. proposita, in vlt. colu. & communiter Doct. vt per Fel. in d. c. vlt. num. 2. de const. ergo eò magis, cùm id non dicitur expressè vt in casu nostro latè per Fel. loc. cit.

Et huiusmodi conclusio ampliatur, etiam si illa confidentia fuerit realis: in his enim terminis loquitur Nauarr. d. c. 23. sub num. 11. vers. 11.

Ex quo primo infertur, quod resignationes, collationes, & pensionum impositiones factæ ante constitutionem Pij IV. sunt validæ, & hi non tenentur ad ea be-

neficia relinquenda ita Nauarr. loco proximè citato.

Secundò infert idem Nauarr. hos non teneri ad resti-
12 sutionem fructuum perceptorum ex ratione, quia † quod legitimè fit, & lege permittente, pœnam non meretur, l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult.

Tertiò infertur, neque aliis pœnis, vt dictum est.

Secundus est casus, quando confidentia tempore Constitutionis Pij IV. non erat consummata & perfecta, & quia, qui receperunt, vt asseruarent incapacibus, adhuc non resignarant in fauorem dictorum incapacium effectorum capacium: nam hoc casu concludendum, veram esse posteriorem sententiam scilicet comprehendi sub dicta Constitutione Pij IV. quod colligitur apertissimè in §. quare, & in §. idcirco, ac alibi, & hoc firmauit Rot. præfata die 17. Decembris 1568. coram Oradino, & voluit hanc Constitutionem Pij IV. comprehendere tres casus. Primus est qui vertitur circa confidentias de futuro. Secundus est circa confidentias, quæ tunc aderant, quia recipientes beneficia in confidentiam, adhuc ea retinebant. Tertius est de his, qui receperunt in confidentiã & resignauerunt, sed aliquod sibi reseruauerunt, vt puta regressus, pensiones, vel fructus: & ratio est quia quoties actus non est per-
13 fectus, † & consummatus lex superueniens prohibitoria illum annullat, & impedit, Gloss. & idem Abb. in Clem. 1. in verb. in posterum, de ætat. & qualit. & ibi Card. colum. 5. Bald. in l. si ita scriptum, §. vlt. ff. de leg. 2. Ant. de Butr. Imol. & alij, quos citat Fel. in c. vlt. nu. 12. de Const. vbi infert ad plures notabiles casus.

Ex quo primò infertur, quod, si commissa fuit confidentia ante Constitutionem Pij IV. verùm non fuit capta possessio, vtique Constitutio superueniens annullabit, & impediet, cùm confidentia non sit consumma-
14 ta, quia † non est capta possessio, c. cum in cunctis, §. cùm de elect. l. metum, §. sed quod præter, ff. quod met. cau. Bar. in l. si is qui recip. num. 3. ff. ex quib. causis mai. Vnde secus esset si fuisset capta possessio etiam per paucos dies ante: & ita vidi pronunciari, cum hic casus accidisset in vna Salamantin. per R. P. D. Alexandrum Catalanum, Iudicem confidentiarum: nam ibi fuerat capta possessio per sex dies ante constitutionem Pij IV.

q. 11. n. 11. Etiamsi illa Confidentia fuerit realis.

¶ Hinc videtur non incongruè Confidentiam beneficialem in triplicem speciem, sicut ipsam simoniam, diuidi posse, realem scilicet, Conuentionalem, & mentalem: vt Realis ea sit, quæ præuio pacto ab vtraque parte impleta est: conuentionalis quæ à neutra vel tantum altera: Mentalis quæ mente tantum, & non pacto concipitur. Prima, id est, realis est illicita & punibilis. Secunda verò subdiuiditur in illicitam punibilem, & illicitam non punibilem. Illicita punibilis est cum ad aliquam executionem deuentum fuit, puta quia quis accepit beneficium in confidentiam, sed non impleuit quod promisit, is enim nihilominus est eo ipso excommunicatus, & ipso iure collatio ei facta est nulla, priuatur obtentis, & fit inhabilis ad obtinenda. Confidentia conuentionalis illicita non punibilis est simplex promissio conferendi, vel resignandi alicui nihilo alio addito: hæc enim non est confidentia in Pii IV. & Pii V. constitutionibus damnata, vt obseruat Nauar. in manuali cap. 23. num. 110. in fine, dummodo antea confidentialiter dimissum, vel receptum beneficium non fuerit: tum quia verba legis non conueniunt ergo nec dispositio, l. 4. § toties, ff. de damno infect. cap. Indemnitatibus §. penult. de elect. in 6. tum quia confidentia huiusmodi non est simoniaca, cum olim hæc simplex promissio licita esset, cap. accedens de concess. præb. verum postmodum fuit reprobata in cap. 2. eodem tit. in 6. non quod simoniaca esset, si enim talis fuisset non potuisset vnquam valere, sed quod votum captandæ mortis alienæ induceret, vt habet textus in d. cap. 2. præfatæ autem constitutiones non damnant confidentiam, quæ ante illas non erat simoniaca, Nauarr. ibidem communiter receptus. Tertia denique mentalis scilicet impunis est, & licita modò in sola spe consistat absque intentione imponendi alteri obligationem, simoniaca verò cum dicta intentione, non tamen pianis constitutionibus punibilis, Suarez de Relig. tract. 3. cap. 4. num. 11. quamuis contrarium velit Garc. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 188. nisi hæc praua intentio alteri fuerit nota, Flamin. inf. q. 17. num. 78.

QVÆSTIO XIII.

Extrauagantes prohibentes confidentias num sint odiosa & strictè intellegendæ?

SVMMARIVM.

1 *Lex puniens delicta, fauorabilis.*
2 *Lex respiciens Vtilitatem publicam, fauorabilis.*
3 *Statutum permittens impune occidi bannitos dicitur fauorabile.*
4 *Lex obuians fraudibus, fauorabilis.*
5 *Lex tollens fraudes dicitur conformis iuri naturali.*
6 *Ex proœmio colligitur mens legislatoris.*
7 *Statutum annullans testamentum non insinuatum, dicitur fauorabile.*
8 *Dispositio requirens, Vt instrumentum rogetur per Notarium archiuistam, dicitur fauorabilis.*
9 *In fauorabilibus lata interpretatio.*
10 *Constitutiones de confidentijs sunt odiosa.*
11 *Lex odiosa facta in odium alicuius.*
12 *Senatusc. Macedonianum odiosum.*
13 *In confidentiis multa singularia.*
14 *Odiosum quid.*
15 *Annullatio actus, pœna.*
16 *Dispositio odiosa restringenda.*
17 *Lex ad arcendum dolum, odiosa.*
18 *Dispositio partim fauorabilis, & partim odiosa, censetur odiosa, & num. 26.*
19 *Quod principaliter agitur, inspiciendum, & num. 23.*
20 *Lex omnis respicit vtilitatem publicam.*
21 *Leges qua ratione fiant.*
22 *Lex Canonica respicit salutem animæ*
24 *Statutum quod masculi excludant fœminas, fauorabile.*
25 *Disposi io potentius insuit in propinqua.*

DEcimotertiò: Quæro. An huiusmodi Constitutiones Pij IV. & Pij V. super Confidentiis censeantur odiosæ vel fauorabiles?

Quod sint fauorabiles, probatur primò, quia in eis agitur de puniendis delictis, & coercendis illicitis, † 1
qua ratione debent dici fauorabiles. Bar. in l. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib. 11. Rom cons. 105. col. vlt. Fel. in c. translato, col. vlt. vers. aliud est notandum, de const. Dec. in l. factum suum, §. in pœnalibus, in 4. fallen. ff. de regu. iur. in cons. 65. col. 2. Alex. in l. cum quidam, ante fi. ff. de lib. & posth. & communiter Doctores sequuntur.

Secundò, quia prædictæ Constitutiones † respiciunt 2
vtilitatem publicam, & animarum salutem, ne homines peccatis inuoluantur, qua ratione attenta, debent censeri fauorabiles, Bart. & alij in l. 2. C. quando licet vnicuique sine iudic. se vindic. Idem Bartol. in l. omnes populi, num. 23. ff. de iusti. & iur. Dec. in capit. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, col. 3. in fin. versicu & materia fauorabilis, de constitut. Caputaq. decis. 15. num. 8. parte 1. eadem ratione statutum permittens impune occidi ban-
nitos dicitur † fauorabile, quia ob vtilitatem, & bo- 3
num commune factum est, Alberic. de Rosat. in tractat. statu. in part. 4. quæst. 20. Nell. tract. bannit. in prima parte, secundi temporis in princip. Dec. cons. 133. col. penul. in fin.

Tertiò, quia dictæ † Constitutiones respiciunt, & 4
obuiant fraudibus, & reprimunt lites, qua ratione debent dici fauorabiles, Felin. in capitul. de quarta, col. 5. in fin. de præscript. vbi scribit, dispositionem factam ad obuiandum fraudibus dici fauorabilem. Sequitur Caputaq. decis. 15. num. 7. part. 1. Crauett. cons. 118. num. 11.

Digitized by Google

Deci.conf.5.ad fin. & conf.196.col.1. faciunt notata in
princip.Instiut.de vsucap.Sarnen.de ann. quæst.4.nu.4.
quæst.19.num.3.imo, hoc attento, cum tollant fraudes,
5 & ipsarum suspicionem, dicuntur † conformes iuri na-
turali, secundum quod fraus est prohibita. Bald. in au-
thent.Ingressi, colum.6. versicu.Item quod diai, C.de
sacrosanct. Eccles.

Quartò, quia emanarunt principaliter ad reprimen-
dos ambientes beneficia, & volentes in illis intrare per
malas artes, & per fallacias, & falsitates, & illusiones,
6 vt ex procemio expressè colligitur, ex † quo solet
mens legislatoris colligi.l.vltim.ff.de hæred.institu.Ro-
man.cons.436.Ideò debent dici fauorabiles, vt in simili
scribit Bald. in cap. primo. §. si quis per se, si de feud.
fuer.controuers.inter dom. & agna. in vsibus feud.facit
quod scribit Socin.senior cons.97.lib.1.

Quintò,quia annullant resignationes confidentiales,
& declarant esse nullius momenti, & roboris, ergo
7 debent dici fauorabiles:nam statutum† annullans testa-
mentum non insinuatum dicitur fauorabile.Calderin.in
disputat.incip.Bononiens.statu.cauetur.Alexand.consil.
119.col.3.versicul. & subdit libro sexto. & colum. vlti.
Bartol.in l.prima.numer.30. C. de Summ.Trinit. & fide
Cathol. & ideò fuit resolutum in Rota, die 1. Iunij
1551. in vna Romana obseruationis contractus coram
Cardinal. Sanctæ Crucis, quod dispositio, per quam
8 disponitur, vt † instrumentum rogetur per notarium
Archiuistam, sit fauorabilis, teste Capuaq.decision.15.
part. 2.

9 Et cum sint † fauorabiles, interpretatio larga fieri
potest, l.prima.§.pecuniam, ff. de calumniat.l.sed & Iu-
lianus, in princip. & §. mutui datio, ff. ad Macedonian.
capitu.quanto de priuileg.capitul.si ciuitas, de sentent.
excommun.lib.6.Dec.cons.197.col.3. & cons.301.col.2.
not.in regul.odia, de regul. iur. lib.6.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionem
10 in puncto iuris existimo † esse veriorem, vt prædictæ
Constitutiones sint odiosæ: quam etiam sententiam
consulendo firmauit excellens D. Nauarra, vt patet in
cons.2.in titu.de constitut.Idem Nauarr. consilio.36.de
Simon. & ita audio tenere Rotam, & probatur.

Primò, quia lex facta in odium aliquorum, vel ali-
11 cuius rei censetur † odiosa, & restringenda.l. qui ex-
12 ceptionem, ff. de condict. indebit. vbi dicitur, † Sena-
tusconsultum Macedonian. quod inducit exceptionem
pro filiis familias ad arcendum dolum fœneratorum,&
votum captandæ mortis alienæ, iuxta l. primam. ff. ad
Macedonian.esse odiosum, & restringendum, Calderin.
cons.14.sub titul.de verbor.significa.Alexand. cons.138.
post princi.lib.1.Ioan.Anan. cons. 69. Decius cons.258.
in casu.num.9.Curt.Iunior consilio quinto & septimo,
& communiter Doctores; sed huiusmodi constitutio-
nes sunt tales: nam fuerunt latæ ad excludendum, &
arcendum dolos, & fraudes, ac vota captandæ mortis
alienæ, quæ inducebantur per confidentias beneficiales
illicitas, & constat præfatas Constitutiones fuisse fa-
ctas principaliter in odium Simoniæ, & simoniacorum,
& ad exterminandum illam, & illos ab Ecclesia, vt ex
procemio ipsorum apertissimè liquet, argum. l. vltim.
ff de hæred. institu.

Secundò quia huiusmodi constitutiones in pluribos
13 disponunt præter, & contra ios commune, † vt in dis-
cursu materiæ latè dicetur, & patet, quia inducunt pœ-
nas atroces, & nouas probationes, & præsumptiones
contra regulas iuris communis, puta per testes singu-
lares, & alios inhabiles, & quod intentio etiam vnius
intendentis confidentiam sufficiat: qua ratione debent
14 † dici odiosæ l.ius singulare l. quod verò contra, ff. de
legibus. capitul.cum dilectus, de consuetud. capit.1.
& 2.de fil.presbyt. lib.6. capit. quod dilectio, de con-
sanguinit. & affinit. Bald. in l. non sine, C.de bon. quæ
lib.Abb.cons.primo.col.3.citca fin.libro primo & cons.
117.col.1.libr.2.Corne.consil.89. col.3.lib.3.Archid.in
cap.hoc 17. q.2.

Tertio, quia dictæ Constitutiones, vltra annullatio-
nem actus, quæ pœna † dici potest, l. Senatus, ff. de 15
contrahend. emptio. Gloss. in capitul. decet, de immu-
nitat. Ecclesi. libro sexto. Abba.in cap.2.numero quin-
to. de consti. Bal.in l. non dubium colum.2.de leg.pri-
ma, condemnant ad damna, interesse, fructus, pœnam
pecuniariam, inducit inhabilitatem, & infamiam,quare
pœnalis dispositio censebitur † & restringenda, cap. 16
pœnæ, de pœnit. dist.1.cap.in pœnis, de reg. iur.lib.6.
l. interpretatione, ff.de pæn. ea. Statutum §. quod cum
sit pænale,de elect.lib. 6.l. factum cuique, §. in pænali-
bus,ff.de reg.iur. ex quibus dicit Naua.d.consi.2.numer.
4. has Constitutiones non solum esse pænales, sed pæ-
nalissimas.

Quartò, quia lex disponens † aliquid ad arcendum, 17
& euitandum dolum, & malitiam, censetur odiosa, Bal
communiter receptus in l.pen.n.5.C.de pact.

Quintò, comprobatur, quia dispositio, † quæ partim 18
est fauorabilis, & partim odiosa, debet reputari odio-
sa, si principaliter facta est in odium, licèt minus prin-
cipaliter respiciat fauorem alicuius.Doctores in l. quæ-
ritur,ff.de stat.homin.Gemin.& Fran.in cap. sciant cun-
cti: de elect.lib.6. Sed præfatæ Constitutiones princi-
paliter emanarunt propter odium vt ex procemio ap-
paret: ergo odiosæ: nam non ideò leges debent dici
fauorabiles, quòd secundariò, & minus principaliter
inducant vtilitatem publicam, vel priuatam: sed,quando
fiunt immediatè,& principaliter ad illam inducendam:
cum ergò prædictæ Constitutiones immediatè,& prin-
cipaliter sint factæ ad tollendas fraudes, & crimen odio
dignissimum, & inducant pænas grauissimas, & multa
exorbitantia à iure communi propter odium confiden-
tiæ pestilentis beneficialis, censeri debent odiosæ,& re-
stringendæ, iuxta not.in l.cum quæritur, ff.de stat.hom.
quamuis per † consequentiam respiciant vtilitatem pu- 19
blicam, & priuatam, quæ consistit in obseruandis legi-
bus diuinis, & humanis, Barto. in l. quemadmodum,C.
de agric.& cens.lib.11.

Ex quibus contraria de facili tolluntur:nam primum
non est verum, cùm in lege imponente pœnam, si con-
sideretur principaliter ordium alicuius, vel cuiusdam
rei, dicitur odiosa, l. exceptionem, ff. de condi. indeb.
Mandos. de anna.q.3.col.2.

Ad secundum, optimè respondet Nauarr. d. cons.2.n.
5. de const. non sufficere, ad hoc, vt lex sit fauorablis,
quòd quomodocunque respiciat vtilitatem publicam,
quia sequeretur omnem legem, etiam Macedonianā,esse
fauorabilem, quia omnis lex aliquo modo † respicit 20
vtilitatem publicam, vt colligitur ex definitione legis,
§. erit autem, dist. 4. dum ait, communi ciuium vtilita-
te fieri. Hinc dicit Fortun. Garz. de vltim.fin.in princ.
omnes † leges etiam ciuiles fieri ad quærendam fœlici- 21
tatem æternam,quæ est omnium vtilitatum publicarum,
& priuatarum maxima, & suprema, quo attento nulla
lex etiam sæcularis dici posset odiosa, quod est falsum:
&, cum leges Canonicæ factæ sint ad finem † quærendi 22
fœlicitatem æternam. Nauarr. in cap. inter verba, 11.q.
3.conclus.5.& in cap.cum minister, 23.qu.5.nume.59. se-
queretur,nullam legem Canonicam esse odiosam, quod
est falsum: nam nulla lex quantumuis iusta est adeò pœ-
nalis, & exorbitans a iure communi, quæ non sit facta
aliquo modo ob vtilitatem publicam.

Accedit, quia tunc lex dicitur fauorabilis, quando
respicit vtilitatem publicam, cùm illam respicit imme-
diatè, & principaliter, † & non quando secundariò, & 23
in quadam consequentia, vt in casu nostro: cùm regu-
lare sit in vnaquaque materia esse attendendum, quòd
principaliter agitur, & non quod secundariò, l. si quis
nec causam, ff. si cert. petat.

Hinc statutum, † quod masculi fœminas excludant, 24
quia in fauorem masculorum principaliter, & pro con-
seruandis bonis in familia emanauit, dicitur fauorabile,
attenta hac ratione principali, Cyn. in l. 1. C de adult.
Ang. cons. 68. num. 4. Anc. consi. 112. nume. 6. Crauet.
consi.118.num.10.Curt.Iun.consil.87.num.5.Socin. Iun.
consi.10.num.3.lib.4. Ber. cons.14.numer.9.lib.2.Mazol.

consi.8.num.34.Dec.in l. venia, colum.3.ff.de in ius vocan. Semper enim attenditur, quod principaliter agitur:
25 nam dispositio potentius influit in immediata, † & propinqua, quam in remota, l. lecta, ff. si cert. pet. Hinc est, quòd Constitutio, quæ partim est fauorabilis, &
26 partim odiosa, debet reputari odiosa, si principaliter † facta est in odium, licet minus principaliter respiciat fauorem alicuius. Gem. & Franc. in cap. sciant cuncti, de elect. libr. 6. l. 1. in princ. ff. de auctor. tutor. leg. vlt. §. fructus, ff. quod in fraud. cred. l. nauis, ff. ad leg. Rhod. de iactu.

Ad tertium patet responsio ex supradictis, & ex his quæ diximus in quarto fundamento huius opinionis firmatæ.

Ad quartum etiam fuit responsum: vnde non est opus rursus replicara responsione.

Ad quintum etiam fuit responsum, & faciunt, quæ dixi in tertio fundamento huius sententiæ.

Quare ex his concludendum erit, Constitutiones has Pij IV. & Pii V. super Confidentiis beneficialibus esse odiosas, & per consequens restringendas, & strictam in eis esse faciendam interpretationem.

quæst. 13. numer. 10. Vt prædictæ Constitutiones sint odiosæ.

¶ MAgnus est huius resolutionis effectus vt dispositio terminos suos non excedat, & ad fines non extend. atque ita confid. licet fiat inhab. ad benefic. non tamen fit inhabilis ad ordines, quos absolutus à censura iustè potest accipere, Nauarr. cons. 50. num. 70. de Simon. Item confidentia punibilis non cadit in Capellaniis profanis, quæ à laicis pleno iure conferuntur, nec in pensionibus, quia non sunt beneficia. Piorum autem constitutiones solam beneficialem confidentiam perstringunt. Item ex promissione dandi fructus ipsi resignanti non incurritur confidentia sed simonia, quamuis illa incurratur ex promissione illos dandi alii vel aliis, vt ex verbis Constitutionum, ait Nauarrus, cons. 76. numer. 6. quia de vno ad aliud non admittitur illatio propter odium, sed intelligentiam hanc retinemus infrà quæst. 27. Item Constitutiones huiusmodi quia odiosæ ad casus vel coniecturas alios, seu alias ab ibi expressis non extenduntur, l. etsiquis §. diuus, ff. de Religios. & sump. fun. nisi eadem sit ratio, tunc enim non dicimur extendi leges, sed comprehendere casus sub ratione contentos, l. hæc solis. Cod. de reuocand donat. Flam. infrà q. 36. num. 48. & q. 42. num. 26.

QVÆSTIO XIV.

Pœna imposita per Pium IV. & Pium V. contra Confidentiarios, an debeatur in foro conscientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones contra confidentiarios obligant in foro conscientiæ.*
2 *Leges humanæ obligant in foro conscientiæ.*
3 *Præscriptio procedit etiam in foro conscientiæ.*
4 *Ius accrescendi habet locum etiam in foro conscientiæ.*
5 *Papa prohibet confidentias.*
6 *Leges considerantes peccatum, obligant in foro conscientiæ.*
7 *Expressum quod colligitur ex vi verborum.*
8 *Credens Papam non posse condere legem, est hæreticus.*
9 *Coniectura confidentiæ, an obligent in foro conscientiæ.*
10 *Vbi adest peccatum, quis obligatur in foro conscientiæ.*
11 *Forum conscientiæ, nititur veritati.*
12 *Forum conscientiæ nemini parcit.*
13 *Conscientia, idem quod Iustitia.*
14 *Conscientia, est scientia cordis.*
15 *Forum conscientiæ, appellatur boni & æqui.*
16 *Forum conscientiæ regulatur secundum ius, & rationem naturalem.*
17 *Conscientia, soli Deo patet.*
18 *De omnibus confitenti creditur.*
19 *Lex fundata in præsumptione, in foro conscientiæ non obligat, si veritas est in contrarium.*
20 *In foro conscientiæ fictiones non attenduntur.*
21 *Forum conscientiæ non alligatur apicibus iuris.*
22 *In foro conscientiæ non est locus litibus.*
23 *Conscientia non ligat quos natura non obligat.*
24 *Conscientia ad terminos iuris naturalis, & gentium reducitur.*
25 *Quoties aliquid fuit factum, sed non principaliter, in foro conscientiæ non obligat.*
26 *Non valet argumentum de foro exteriori, ad interius.*
27 *Ex mutuo quando oriatur confidentia.*
28 *Soluta pro expensis, quando sit confidentia.*
29 *Data pro cessione iuris, super beneficio litigioso non est simonia.*
30 *Causa principalis, quæ sit.*
31 *Pœna imposita contra confidentiarios non debentur in foro conscientiæ.*
32 *Pœna quando imponatur in foro conscientiæ.*
33 *Fur in foro Conscientiæ non tenetur ad pœnam furti.*
34 *Forum conscientiæ validat actum, in quo est prætermissa forma.*
35 *Habentes titulum inualidum, quando sint tuti in foro conscientiæ.*

DEcimoquartò, Quæro, An Constitutiones Pij IV. & Pij V. super hac materia editæ obligent & ligent in foro conscientiæ? Affirmatiuè est † respondendum. 1

Primò quia non solum leges diuinæ, sed etiam humanæ iustæ, tam sæculares, quàm Ecclesiæ obligant † 2 in foro conscientiæ. D. Thom. 1. 2. qu. 69. art. 5. Abba. Ant. de Bur. Anan. & communiter DD. c. 1. de Const. Gl. 1 in c. quæ in Ecclesiarum. vbi Bal. in eo tit. Fede. de Senis, consi. 21. Petrus de Anch. consi. 14. Bal. in auth. ingress. col. 4. C. de sacrosan. Eccl. Alex. consi. 28. col. 4. lib. 2. Arch. Flor. in Sum. p. 1. tit. 18. c. 1. col. 2. And. de Isern. in c. 1. §. 1. ad tit. de pac. iuram. firm. Abba. in procemio, Rex pacificus, colu. 2. & communiter DD. vt per Nauarr. in Man. c. 23. num. 48. latiss. Alf. à Cast. de pot. l. pæn. li. 1. c. 4. & c. 11. ad Rom. & ex aliis, vt per Alf. loc. cit. Et ideò iura, quæ loquuntur de præscriptione, cum bona fide, etiam in foro † conscientiæ procedunt. Inno. in c. cura, 3 de Ior. pat. Abb. in c. vigilanti col. 2. de præscr. & ex aliis, vt per Deci. in d. c. 1. num. 63. de consti. & ius † accrescendi, de quo in l. 1. §. si ex fundo, ff. de hær. inst. etiam 4 habet locũ in foro cõscientiæ Abb. in ca. 2. de testa. Petr. de Anch. & Imol. in in c. 1. eo. titu. Sed huiusmodi Const. sunt iustæ, cum occurrant fraudib. & prohibeant illicitum, vt dictum est supra. Ergo, idque eò magis, cum habeant verba præceptiua. D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. Caiet. 1. 2. q. 69. art. 4. & sint latæ à supremo † Principe Eccle- 5 siastico, Pet. de Anc. in c. constitutus, de appel. Abb. in c. cùm causam, col. 4. de testib.

Secundò, quia deprehenditur ex verbis ipsarum Constitutionum, cùm imponatur pœna excommunicationis & † consideretur peccatum, ideò videntur satis habuisse intentionẽ obligandi etiam in foro conscientiæ, iuxta 6 ea, quæ scribit Dec. d. c. 1. num. 61. de const. Nauarr. d. c. 23. num. 49. & satis expressum dicitur, quod ex vi verborum † colligitur. Bar. in l. vxorem, §. agri plagam, ff. de 7 leg. 3. Cepha. consi. 133. num. 8. & 135. num. 2. lib. 1.

Et hanc opinionem in terminis videtur firmare Masca. de proba. cas. 1306. colu. vlt. Hinc dicimus † transgrediens legem Canonicam peccat, &, si crederet Papam non potuisse eam facere, esset hæreticus, ca. nulli 8 fas. dist. 19. Gl. in c. generali, de elect. in 6. Car. in Clem.

1 in q.9.de ætat & qual.Arch.in c. violatores,25. qu. 1.
Gem.in c.2.in antepen.col.de const.lib. 6.& in c.nomi-
ne Domini,dist.33.Io.Anan.in c.1.de maled. cum aliis.
vt per Fel.in c.per tuas num.7.de Sim. D. Th. 2. 2.q.44.
per totum, & in 4. sen.di.15.q.3.at.1.

Dubium tamen est, an modi, ex quibus voluit Pius
9 V.probari confidentiam, sicut obligant † in foro exte-
riori, obligent in foro interiori, & sic conscientiæ ?
Nauarr. in Man.c.23.sub.num.109. vers.5.videtur firma-
re negatiuam opinionem, Mascard. autem.d. casu 1306.
colum. vlt. affirmatiuam, & reprehendit Nauarr. Quid
dicendum ?

Ego distinguo, quòd aut in casibus, in quibus in-
trant præsumptiones, & coniecturæ consideratæ à Pio
V.in d.Const. vt præsumatur confidentia, adest veritas,
quia verè fuit commissa, & hoc casu vera est posterior
sententia: nam cùm adsit renera † peccatum, modi
10 considerati per Pium V. obligant etiam in foro con-
scientiæ, vt potest colligi ex his, quæ dicuntur per B.
Ant. 3. par.tit. 3.c.1.§.5.Io. Mai.in 2.di.24.q.18.B.Aug.li.
10.de trin.S.Th.1.2.q.74.Mag. sent in 2.dist.24. Caiet. in
Summ.in verbo Delectatio, forum enim † conscientiæ
11 nititur veritati.c.à nobis,el 2. & c. inquisitioni, de sen.
excom.Bald.in Auth.ingressi, col.8.C.de sacrosan.Eccl.
Abb.in c.Raynaldus colum.3.de test.& nemini † parcit,
12 Fel.in c. sicut dignum, in 4.col.de homic. nec in eo est
13 locus misericordiæ, cùm sit idem † conscientia, quod
iustitia. Bal.& Præpos.in c.1. col.1. quæ sint Rega. Rip.
14 in Rub. ext.de iud.col. 18.& conscientia † est scientia
cordis Bal.in c.vigilanti, colu. 5 de præscr.& Deo non
potest occultari, c.cùm æterni,de re iud. Card.Paris.io
c.vigilanti, num. 15.de præsc. Cæpoll.de simulat.cont.
num. 242.& ideò forum conscientiæ † appellatur fo-
15 rum boni, & æqui, & tribunal veritatis, Bal. in l.1.col.
16 3.C.de confess. regularum secundum rationem † natu-
ralem. Riminal.iun.in.c.quæ in Ecclesiarum, num. 101.
de consti.& secundum ius naturale, & gentium, Anto.
de Burg.in c. Canonum statuta, num.543. de constitu.
17 ac soli † Deo patet: nam aliis est absconditum, cap.
in ciuitate, de vsur. Fortun. Garz. de vltimo fine
iur. can & ciu.nom. 63. Paris. d.ca. vigilanti numer.
15.Simanc. d. cap. Instit.tit 9.num. 248. Fel.in c. audi-
uimus, de Simon.& in d.c.sicut dignum io fide homic.
Non mirum ergo, si in foro conscientiæ statur dicto
asserentis, & de omnibus † confitenti creditur, c. signi-
18 ficasti,de homici. Gl.in c.placuit,de pœn.dist.6.Glo.in
clem. 1.de Paroch Oldrad.consil.183.col.3. Alex. in l.si
sic legatum, col.2. ff.de leg.1.

Aut verò in prædictis casib.veritas est in contrarium,
& tunc vera est prior sententia Nauarri vt non obli-
gent, quam videtur firmare idem Nauarr. consil. 51. de
simon.& quam probo, quia lex fundata in præsumptio-
ne, vt est prædicta Constitutio Pij. V. in foro conscien-
tiæ non obligat, † si veritas est in contrarium, Inno. in
19 c.quia plerique, de immunit.Eccl.Inn.Io.And.& Abba.
in c.is qui, de spons.Petr. de Anc.in reg. Possessor, col.
13. de reg. iur in 6. Bal.in l.cum quis, col.8. C. de iuris.
& fact. igno. qui refert, ita fuisse Bononiæ disputando
conclusum, cum aliis, vt per Dec.in d.c.1.num.67. de
constit. Ioso. in rub.ff.de acq. hære. & in l. etsi inutili-
ter. col.5 C.de fideicom.Felio.in cap. sicut dignum, in
fi. de homi. Niconit. in cap.quoniam contra, num.697.
par.1.de probat.quia in dicto foro, nec præsumptiones,
nec † fictiones attenduntur, Sarn.de non iudic. iux. for.
20 suppl quæst. 14. num. 5. & diximus supra: nam forum
conscientiæ non est alligatum apicibus iuris, † nec stre-
21 pitui iudiciorum. Archidia cap.scriptum.6.quæst. 3.Dec.
in cap.cum dilecto, de confir.vtil. vel inutil. Sarn. d.q.
14.n.13.nec in eo est locus.† litibus.Rebuff.in c.postula-
22 stis,num.318. de cler. excomm. ministrat, & ratio est,
quia conscientia non ligat, † quos natura non obligat.
23 Bald. in l. 1. in fine,C.de vect.& commiss.cùm cōscien-
tia ad terminos iuris naturalis,† & gentium reducatur.
24 Abb. in cap. 1. in fin. de restitu.in integr.

Ex quibus infertur, ad conclusionem, valdè vtilem,
& necessariam in foro conscientiæ, non esse confiden-
tiam, quoties aliquid fuit factum, sed † non principali- 25
ter, vt respondit Nauarr.consil.23. num.2.de simon. vbi
loquitur de præsentante aliquem ad beneficium, pro
consequendo aliquod beneficium ab eo, vel aliud ius
spirituale, sed hæc non fuit causa principalis, & con-
cludit in foro exteriori † confidentiæ præsumptionem 26
resultare, in foro autem interiori nequaquam, arg. c.
sicut, de simon.& quod dicit D. Thom.2.2.q.100. art.3.
Idem Nauarr.in Man.c.23. num. 100. in 4. not. Idemque
videtur firmare idem Nauarr.consi. 51.de simo.vbi vult.
in foro interiori nullum oriri confidentiæ † crimen ex 27
mutuo facto a resignatario resignante, principaliter ad
augendam amicitiam, secundariò ad facilitandum con-
sensum, ex his, quæ scribit D. Th. 2. 2. q. 78. art.2.& ibi
Caie.Sot.de iust.& iur.l.6.quæst.1.art.2.& idem Nauarr.
consi.71.numer.1. versi.2.tit.de Sim. consuluit, in foro
conscientiæ non esse confidētiam solutionem quandam
factam principaliter non pro beneficio, sed pro certis † 28
expensis, arg. c. humanæ aures, 22.quæst. 15. c. tua, de
sponsal.hoc etiam scripserat consi.71.præced.numer. 4.
arg.l.illicitas, §.veritas,ff.de off.præs.& consi.69.eo.tit.
de Sim.scribit. idem Nauarr.dationem pecuniæ pro ces-
sione † iuris super beneficio litigioso non esse simoniā 29
in foro interiori, quia non habuit mentem emendi ius
spirituale,sed recuperandi impensas,quas facit,vel redi-
mendi vexationem, & nulla indigere absolutione. Et
quæ sit † causa principalis, docet Nauarr. consi. 9. num. 30
3.de Simon.

Rursus dubitatur, an pœnæ impositæ † per d. Con- 31
stit. Pij IV. & Pij V. debeantur in foro conscientiæ ?
Negatiuè respondetur: nam communis conclusio est,
pœnam, quæ imponitur a lege pro † delicto, non debe- 32
ri in foro conscientiæ.Gloss.in cap.fraternitatis, 12.q.2.
Dec.in c.1.num.71.de constit. vbi attestatur de commu-
ni.Hinc fur in foro conscientiæ non tenetur † ad pœnam 33
furti.Bald.in l.post decisionem.io fin.C.de furt.Anchar.
cons.46.Alex.cons.109 colum.3.lib.5.

Et hic non omittam, quod forum conscientiæ, ligat,
& validat actum, in quo est prætermissa forma † tradi- 34
ta, vel non seruata, dummodo dolus non interuenerit,
Innoc.in c.quia propter, de elect.Ioan.Andr. & Abb.in
c.is qui,de spons.Abb.in c.1. de constit. vbi Fel. & Dec.
num.28.in 1.lect. & 2.lect.num.19.Gemin. in c. 1.per il-
lum tex.de sponsal.in 6.Anc. in c. beneficium, in 7.q.de
reg.iur.in 6.Ias.in l.si non sortem, in prin. numer.4.ff.de
cond.indeb.Gig.de pens.quæst.34.num.9.quod nota pro
eo, qui non publicauit resignationem, iux. Gregoria-
nam, non emisit professionem fidei, non fuit approba-
tus ab examinatorib. electis in Synodo diœcesana, ha-
buit beneficium per electionem, non seruata forma tra-
dita a iure,vel per præsentationem patroni elapso tem-
pore, aut per collationem non habentis facultatem vel
habentis, & non volentis conferre propter excommu-
nicationem, suspensionem, aut aliam causam: nam isti
omnes videntur tuti † in foro conscientiæ. Abb. in.c.1. 35
de in integ.rest.ad fin.Anch.io reg.1.de reg.iu.quæst.7.in
princ.col.34.Tiraq.in tract.de leg.connub.Gl.2.num.20.
Boer.decis.1.num.15.cum aliis allegatis per Couar.in c.
cùm esset, num.5.de test. & in reg.peccatum.§.3.num.9.
Do.Sot.lib.4.de iust. & iur.q.8.art.3. & plura exempla
huius notabilis conclusionis affert Niconit.in cap.quo-
niam contra, part.1.num.681.de probat.

qu. 14. num. 31. Negatiuè respondetur.

¶ IMò affirmatiuè est respondendum: nam in foro con-
scientiæ verus confidentiarius est verè excommunica-
tus, & inhabilis ad beneficia, & tenetur ad restitutionem
fructuum, vt expresse cauetur in constitutione Pij IV.ibi,
ad integram illorum restitutionem in vtroque foro teneri,
nec procedit argumentatio, fur non tenetur ad pœnam in
foro conscientiæ iuxta gloss. vlt. in can. Fraternitas 12. q.
2. ergo nec confidentiarius: pœna enim furti non incur-
ritur ipso facto, confidentiæ verò sic. vbi autem Lex im-
ponit pœnam ipso facto, vt quia ipso facto publicat bona

alicuius statim subintrat iuris executio, nec potest ille retinere bona publica cum bona conscientia, quia ius est statim acquisitum fisco, Abbas in cap. 1. de constit. num. 18.

QVÆSTIO XV.

Confidentia super quibus beneficijs committatur.

SVMMARIVM.

DEcimoquintò, Quæro, super quibus beneficiis cadat Confidentia? Communiter ab omnibus
1 tenetur, posse committi confidentiam † super
omnibus cuiuscumque dignitatis, & qualitatis sint: quod satis expressè colligitur ex dicta Constitut. 108. Pij IV. ibi: *Idcirco omnes, & singulas Ecclesias, etiam Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac Monasteria etiam Consistorialia, Prioratus, Præposituras, dignitates etiam maiores, & principales, etiam Conuentuales, Personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam de iure patronatus, etiam laicorum, & nobilium, & illustrium, etiam ex fundatione, & dotatione existentia, &c.* Ex quibus verbis patet, comprehendi omnia beneficia, etiam regularia, omnes dignitates etiam principales, & conuentuales, simplices,
2 vel curatas, comprehendi etiam Abbatias, dum dicit, †
Monasteria etiam Consistorialia, Rebuff. super Concor. de mandat. Apost. §. Statuimus, verbo Monasteria, &, quod est plus, Episcoparum, vt colligitur ex illis ver-
3 bis, *& alias Cathedrales*, nam Cathedralis † Ecclesia
dicitur Episcopalis, quæ ob honorem Cathedræ Epis-
4 copalis † sic vocatur, quia ibi Cathedra Episcopalis, &
sedes sita est, Arch. in c. Statutum, col. 1. de rescr. libr. 6. Hosti. & alij in c. ne pro defectu, de elect. & quia eius
5 ratione Episcopus † recipit Cathedraticum, c. conque-
rente, de off. ord. c. Pastoralis, de don. c. placuit, 10. q. 3. Rebuff. in concor. Rub. de coll. §. 1. super verbo, Statuimus, & etiam Archiepiscopatum, vt patet ex verbo,
6 *Metropolitanas*, quia Ecclesia † Metropolitana dicitur
Archiepiscopalis, l. vn. & ibi Gl. & DD. C. de metrop. Ber. lib. 11. c. vt litigantes, de off. ord. l. 6. c. referente, de
7 præbend. cap. 1. di. 21. & nomine Cathedralis, † quando
aliud non exprimitur, continetur. Metropolitana c. quamuis, j. de præbend. lib. 6. Ioan. Monach. in c. vnic. col. 1. de rerum perm. lib. 6. Idque etiam colligitur ex Constit. Pij V. 87. tum in procemio, dum dicit, *Ecclesiæ, Monasteria, cæteraque beneficia Ecclesiastica*, &c. tum etiam in dispositiua, ibi: *Ecclesias, Monasteria, & beneficia sic recepta*, Et hæc conclusio stylo comprobatur: nam videmus quotidie in Vrbe iudicia super quibuscumque beneficiis, & anno elapso fuit plenè disputatum super prætensa confidentia commissa in resignatione cuiusdam Archiepscopatus, & tradit Nauarr. cons. 70. rit. de Simon. circa Simoniam commissam in resignatione cuiusdam officij in manib. Abb. vel de alio prouideretur.
8 Et alia quocumque nomine † nuncupentur, siue beneficium, siue officium, siue possessio, siue præstimonium, siue præceptoria c. possessiones 16. quæst. 1. c. ad audientiam, de rescr. cap. conquerenti, de cler. non resid. Goff. & Compostell. in cap. postulasti, de rescr. & in c. quamuis, j. de præbend. in 6. Ioan. Cald. in c. in nostram, col 9. de rescr. Anchar. in cap. 1. colum. 2. de regul. iur in 6. cum aliis, vt per Barbat. in Clem. causam, §. quod si forsan, sub num. 3. de elect.
Ab hac autem conclusione generali excipitur † Papa- 9
tus, & Cardinalatus: nam hæ dignitates non solent renunciari, vt latè scripsi lib. 2. q. 1. & ideo, &c.

quæst. 15. *nu.* 8. Et alia quocumque nomine nuncupentur.

¶ MOdo tamen beneficia sint: in his enim solis cadit confidentia possibilis. Aduertendum tamen quod licet piæ fundationes seu Capellaniæ quas obitus vocant, ad meram Laicorum dispositionem dum pro tempore vacant spectantes, beneficia Ecclesiastica non sint, & sic non possint simoniæ subiici, nec in consequens confidentiæ, si tamen illas vendi, vel confidentialiter teneri, aut conferri contigerit, quamuis crimen simoniacum, aut confidentiale non sit, erit tamen Hieroboanicum, vt vocat Molin. ad Regul. de infirm. resign num. 417. ab impio Rege Israelitarum Hieroboam, qui plura offerentes sacris initiabat, atque ita actus erit vitiosus, & nullus, sed inhabilitas, & excommunicatio non incurrentur, vt supra quæstio. 13. monuimus.

QVÆSTIO XVI.

In Manualibus regularibus num cadat confidentia?

SVMMARIVM.

Digitized by Google

10 Tertiò, dignoscitur beneficium † Ecclesiasticum ex
eo, quod sit perpetuum & duret ad vitam eius, cui confertur,
(si non velit propria voluntate illud dimittere) cap. præcepta, dist. 55. c. Sanctorum, d. 70. cap. veniens, de fil. presb. c. pen. de cler. ægrot. Sed huiusmodi
præceptoriæ non conceduntur temporaliter, sed sim-
11 pliciter, ergo † dicuntur perpetuæ, l. sufficit, ff. de
cond. indeb. l. Iurisperitos, in princip. ff. de excom. tut.
Gl. in Clem. & si principalis, de rescr.

Quartò, dignoscitur beneficium Ecclesiasticum ex
annexione spiritualitatis: nam propter diuinum offi-
12 cium † datur beneficium, c. vlt. de rescr. in 6. cap. cum
secundum Apostolum, de præbend. sed hoc verificatur
in istis præceptoriis cùm conferantur dictis fratribus
Hierosolymitanis, propter certam obedientiam in dicendis horis, ad quam tenentur respectu ordinis, &
professionis, ergo, &c.

Quintò, comprobatur hæc opinio, quia huiusmodi
13 præceptoriæ conceduntur purè, & simpliciter, † & sine
conditione, & modo, ac commodo temporali, vt tradit
Barbat. in dict. cap. causam, §. si forsan, sub num. 30. ver-
14 siculo quinto, & ita debent dari, † alioquin secundum
ipsum committitur Simonia, cap. quàm pio, cap. Sanctorum, 1. quæst. 1. cap. si quis datur, cap. Saluator, 1. q. 3.
cap. consulere, de Simon. Si enim in his cadit Simonia,
15 ergo & confidentia, † quæ est species Simoniæ, Caputaq. decis. 201. & 202. pàr. 1.

quæst. 17. *num.* 3. Quia huiusmodi præceptoriæ dicuntur beneficia Ecclesiastica.

¶ HOc nos ad quæst. 24. lib. 2. de Resignat. cum Lotterio negauimus, quia præceptoriæ huiusmodi clericis non conferuntur, nec dantur in titulum propter diuinum officium, quicquid velit Flaminius, sed in administrationem propter operas militares, & quasi in stipendium; In his tamen fatemur, cum eodem Lotterio lib. 1. quæst. 6. nu. 54. simoniam & confidentiam cadere, non quod sint beneficia, sed quod sint dona Deo dicata ad certum institutum, can. Saluator 1. quæst. 3. vnde Simonia vel confidentia huiusmodi non venit punienda per extrauag. cum detestabile, aut piorum constitutiones, quarum illa simoniacos in ordine vel beneficio, istæ verò confidentiarios in beneficio tantum corripiunt. His adde à nobis dicenda infra quæst. 23.

QVÆSTIO XVIII.

In manualibus sæcularibus, an cadat Confidentia?

SVMMARIVM.

1 *Qualibet dispositio intelligitur loqui de re perpetua.*
2 *Beneficia sæcularia dantur in perpetuum.*
3 *Alleganti incumbit onus probandi.*
4 *Collatores inferiores Papa, non possunt conferre ad tempus.*
5 *Papa potest quoquomodo voluerit conferre beneficia.*
6 *Papa habet plenitudinem potestatis.*
7 *Papa est Vicarius Dei in terris.*
8 *Papa potest in vno Episcopatu ponere duos Episcopos.*
9 *Papa potest vni concedere duos Episcopatus.*
10 *Confidentia est simonia, quia prohibita.*
11 *Auctoritas Papa tollit vitium confidentia.*
12 *Manualia possunt reuocari.*
13 *Differentia inter manualia sæcularia, & regularia manualia & num. 19.*
14 *Confidentia cadit in manualibus sæcularibus.*
15 *Geminata verba, operantur multum.*
16 *Manualia sunt etiam beneficia.*
17 *Officia, vel sunt perpetua, vel temporalia.*
18 *Manualia comprehenduntur in dispositionibus editis ob publicam vtilitatem.*
20 *Æquiparatorum eadem dispositio.*
21 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
22 *Perpetua, quæ sunt concessa ad beneplacitũ superioris.*
23 *Simonia etiam in officiis temporalibus.*
24 *In personatibus Prouincia Tarraconen. an committitur confidencia.*
25 *Pactio in spiritualibus prohibetur.*

DEcimooctauò, Quæro an Confidentia committatur in manualibus sæcularibus?

Pro negatiua, Primò facit, quòd in istis videntur cessare verba Constitutionum, quæ loquuntur
de beneficiis † perpetuis, cap. præcepta, dist. 55. cum 1
aliis, vt per Calder. Consil. 26. de præb. Cassad. decis. 4.
†. num. 2. eod. titu.

Secundò, quia beneficia sæcularia † dantur in perpe- 2
tuum, Lap. alleg. 9. Card. Paris. cons. 119. numer. 16. vol. 4.
& ita in dubio videntur concessa, ita, vt dicens † con- 3
trarium, teneatur id probare, cap. si constiterit, & ibi
omnes DD. in primo not. de accusat. imo Episcopi, &
alij collatores, etiam Cardinales, † non possunt con- 4
ferre ad tempus: nam hoc dumtaxat Romano, & vniuersali Ecclesiæ Pontifici licet, qui potest in perpetuum,
& ad tempus, & sub conditione, ac vt magis voluerit
dare † beneficia, c. si gratiose, de rescr. lib. 6. iuncta Glo. 5
& Glo. in c. Pastoralis, 7. quæst. 1. Gloss. in cap. 1. verbo
perpetuis, de capell. Monach. lib. 6. Abb in dict. cap. si
constiterit, in primo not. Anan. in c. vlt. Fel. nu. 1. Cardi.
Zabarel. cons. 57. incip. Proposita quæstio, Felin. etiam in
cap. vlt. numero 6. de Iud. Ioan. Selua de benef. par. 3.
quæst. 8. num. 30. Nauarr. cons. 43. num. 17. de simon. ex eo,
quod in beneficialibus habeat † plenitudinem potesta- 6
tis, cap. 2. de præbend. in 6. Clem. 1. in fin. vt lite penden.
cap. 1. & 2. dist. 22. cap. in illis, dist. 80. & sit Vicarius
Dei in terris, † Host. in cap. quanto, de translat prælat. 7
Bald. in l. vlt. C. de senten. quæ rescr. non poss. & ideò in
vno Episcopatu † potest ponere duos Episcopos, cap. 8
nos autem, 7. quæstio. 1. cap. quoniam, de off. ord. &
vni concedere † duos Episcopatus, vt sit Episcopus 9
vtriusque, cap. relatio, 21. quæst. 1. Quotiès ergo Papa
confert beneficia ad tempus, illaque sit conferendo de
perpetuis efficiendo temporalia, Card. d. cons. 57. Cassador. decis. 4. & decis. 12. de præb. non videtur, quod possit in dictis manualibus committi confidentia, quæ cessat in Papa, cum confidentia † sit simonia, quia prohi- 10
bita, solo iure humano reprobata, & punita, iux. Glo.
communem in cap. ex par. 1. de offic. deleg. in qua eius
auctoritas, & scientia eximit ab omnibus † pœnis, Abb. 11
in cap. exterpandæ, §. qui verò, sub finem, de præb. Fel.
in cap. de cætero, in fin. de re iud. D. Thom. 2. 2. qu. 100.
art. 1. cum seq. Caiet. in 2. Tom. tract. 9. quæst. 1. Nauarr. in
Man. cap. 23. num. 108. vers. Quod auctoritas.

Ergo in istis † Manualibus cessat confidentia, & quia 12
possunt reuocari, Gammar. de potest. Lega. à lat. lib. 4.
num. 13. & 14. & 15. vbi facit differentiam inter † ma- 13
nualia regularia, & manualia sæcularia, Simonett.
decis. 29. lib. 1. & decis. 42. libro 2. dicit, Quòd manualitas in regularibus est de iure communi, in sæcularibus
verò secus.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionem
existimo veriorem, vt possit considerari † confidentia 14
punibilis in istis manualibus sæcularibus.

Et hoc, primò, ex Constitutione Pij IV. quæ in §.
Idcirco, vult includere omnia genera beneficiorum
sæcularium, & regularium, & loquitur per verba geminata, & prægnantia, ac admodum generalia apta com-
prehendere † etiam huiusmodi, argum. l. 1. §. quid au- 15
tem, ff. de aleat. l. in fraudem, ff. de testamen. mil. vbi
Bald. idem Bald. cons. 205. lib. 1. eoque magis, cum etiam
† hæc manualia sint beneficia, Bonif. de Vitalin. in 16
Clem. 1. §. in quibus, num. 3. de suppl. prælat. neglig. &
Pius IV. exprimit etiam officia, quæ vel sunt perpetua,
† vel temporalia, iuxta ea, quæ ponit Rebuff. in prax. 17
tit. sæculare beneficium. Ideò dicta manualia includi
pro comperto habeo.

Digitized by Google

18 Secundò, quia manualia † cootinentur in dispositio-
nibus editis ob publicam vtilitatem, iuxta decis. Rot.
28. Ian. 1583. in Aquilan. Prioratus coram Cantucio,
vt scripsi de resignatione benefic. libr. 11. quæstio. 3.
Rebuff. in prax. in interpret. regul. de infirm. quæstio. 5.
in fin. Sed confidentia prohibetur ob publicam vtilitatem, Ergo.

Tertiò, quia, singularia manualia comprehenduntur
sub Constitutione Pij IV. & Pij V. vt deduxi supra
quæst. 16. & 17. ex verbis expressis ipsarum Constitu-
tionum, ergo & manualia sæcularia, quæ inter se quan-
19 tum ad hoc † pacificantur, Abb. Anan. Felin. in dicto
cap. si constiterit, in primo not. de accusat. & alij om-
nes, vt per Card. Zabarel. dicto cons. 57. & æquipara-
20 torum eadem † est Iuris dispositio, l. vlt. ff. de accept.
21 & tritum sit, eandem † iuris dispositionem competere,
vbi adest eadem ratio. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. a Titio,
ff. de verb. oblig.

Non obstant contraria: nam ad primum respondetur,
22 posse dici perpetua, ad hunc effectum, quia sunt † con-
cessa ad beneplacitum Superioris, Glo. in Clem. 2. de
rescr. vel melius respondetur, includi manualia sub illis
verbis, vt supra conclusum est.

Ad secundum respondetur, verissimum esse, quod dantur per Papam dumtaxat dicta beneficia sæcularia manualia, verum nos non dicimus cum illo committi confidentiam, cum hoc non possit fieri per supradicta, sed posse ex illa prouisione Papæ committi cum alio, vt ille cui datur beneficium, promittat mediatori, aut alteri illud relinquere ad nutum ipsius, vel ei dare, & soluere pensionem, aut fructus: nam nemo negabit hanc non esse veram confidentiam, vt dicitur expresse in d. Constitutione Pij V. in §. Quare nos volentes, & in §. Itidem, & hoc modo potest in dictis beneficiis perpetrari hoc scelus, & crimen confidentiæ punibilis & in hac parte videtur conformis Iuri communi, quo
committitur simonia etiam in officiis, & gradibus, qui
23 solent † dari ad tempus ad not. in cap. veniens, c. dile-
ctus, cap. quoniam, cap. de regularib. cum seq. de sim.
Nauar. cons. 71. eo. tit. de simon. & est communis, & re-
cepta Doctorum sententia.

Vnde concludendum est etiam in his committi confidentiam.

Ex hac conclusione potest inferri ad decisio. quæ-
stionis positæ per Nauar. consil. 43. de simon. vbi late
24 disputat, & num. 20. concludit institutionem † perso-
natuum, seu beneficiorum personalium Prouinciæ Tar-
raconen. factam præmisso pacto, cum aliquo benefi-
ciario, vt ille renunciet beneficium, ad effectum vt de-
tur institutori, & quod ipse institutor nominabit eum
ad personatum, esse simoniacam: & hoc, quamuis di-
cta beneficia personalia non sint perpetua, sed tempo-
ralia, & de consuetudine approbata à Concilio Prouin-
ciali Tarraconen. de Inst. c. 6. consueta erigi à fideli-
bus, vt patet ex tenore Constitutionis relatæ a Nauar.
d. cons. in principio. & mouetur Nauar. quia pactio su-
25 per beneficiis perpetuis, vel temporalibus, † nec iure
communi, nec speciali probatur, imo ab omni iure
improbatur, c. quam pio, c. ordinationes, 1. q. c. tua,
de simon. c. vlt. de pact. & faciunt, quæ scribit idem
Nauar. cons. 44. de simon.

, *quæst. 18. num. 14.* Contrariam opinionem existimo veriorem.

¶ Hinc, cum nuper ad discutiendam & componendam litis materiam pro æquè pio, ac erudito presbytero antiquitatem aduersæ partis patronum adiissem, quæstione inter disceptandum orta an beneficia manualia sint verè beneficia collatiua? affirmatiuam tuitus sum (aliàs enim confidentiam per pianas Constitutiones punibilis in illis non caderet, cum solum in titulis beneficialibus commissam contingat, vt ex textu constat & tenet Nauarrus consil. 26. & 27. & in manuali cap. 23. nume. 109. & alij communiter, teste flaminio, supra quæst. 10. num. 5.) Sed quasi à nemine vnquam tale quid antehac fuisset cogitatum, rem nouam & inauditam confidens indignabundus exclamauit, quod non potui mirari satis in alias studiosissimo, & non paruæ lecturæ viro. Flaminium laudaui, cumque in museo vbi disceptabamus, quamuis copiosa librorum Supellectili instructo, desideraretur, Lotterium adduxi strenuum Sententiæ meæ defensorem in tract. de re benef. lib. 1. quæst. 7. num. 14. & seqq. exarsit ille vehementius ad conspectum prolati & perlecti aduersarij, & in amara verba prorupit, neue victus adstanti Clientulo videretur, non solum arreptas negantis partes mordicus retinuit, quod æquo animo ferendum, sed, quod intolerandum fuit, verba Lotterij miserrimè ad alienum detorquens mentem ipsius claram & perspicuam cauillari, & inficiari non dubitauit. Rib vanam hominis pertinaciam & partes nobiscum incompositæ recesserunt. Habet quidem & negatiua suos asseclas quos recenset & improbat Garc. de benef. part. 1. cap. 2. num. 25. & seqq. quem vide ipsumque Lotterium, vbi supra, & nobis facilè accedes.

QVÆSTIO XIX.

Quæ personæ puniantur per bullas confidentiales?

SVMMARIVM.

1 *Pœna contra confidentiarios comprehendunt omnes personas.*
2 *Eadem pœna, vbi adest eadem ratio.*
3 *Constitutio Pij IV. contra confidentiarios, est vsu recepta.*

Decimonono, Quæro, an pœnæ contra confi-
dentiarios statutæ comprehendant omnes, &
quascumque personas, etiam † in dignitate con- 1
stitutas? Communis sententia, & praxis est affirmatiua, vt includantur tam laici, quam clerici, tam laici sæculares, quàm regulares, & etiam Canonici, Archidiaconi, Archipresbyteri, Cantores, Thesaurarij, Decani, Præpositi, Priores, Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & Cardinales, & Officiales Curiæ, idque expressè probatur in constitutione Pij IV. in multis locis, & præsertim in Procemio, ibi: *Sanè licet dudum, cùm certam Simoniacæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant etiam in Rom. Cur. atque adeo in sacrum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegium quasi per cuniculos irrepsisse, ac nonnullos ex ipsis fratribus nimia quadam facilitate seu potius importunis amicorum, familiariumque precibus adductos: beneficia Ecclesiastica in confidentiam huiusmodi recepisse, & frequenter recipere intelleximus, hanc illicitam beneficentiæ exercenda, seu amicitiæ colendæ viam, à tanto saltem Collegio prorsus eliminare cupientes, eosdem fratres in Consistorio nostro secretò non semel admonuerimus, huic aliena beneficia custodiendi modo ne assuescerent, neue illa hoc pacto reciperent, vtque sic recepta dimitterent: nihilominus nuper ad aures nostras peruenit, eorum aliquos monitionis nostræ, imo potius saluti suæ obliti, ea, quæ custodienda receperant, beneficia, nondum tamen dimisisse, & insuper illos, & nonnullos alios, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, &c.* & in dispositiua, ibi: *per eiusdem Rom. Ecclesiæ etiam Episcopos, Cardinales, & quoscumque alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos ac etiam eiusdem Cameræ Clericos, &c.* & etiam probatur in Constitutione Pij V. in procemio, ibi: *ceteraque beneficia Ecclesiastica in confidentiam à quibuscumque etiam S. R. E. Cardinalibus, &c.* & in dispositiua, §. *adhuc si Clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius, &c.*

Et ratio huius conclusionis est, quia in omnibus his
personis viget ratio prohibitionis, & omnes idem deli-
ctū cōmittunt, ideò in pœna † teneri debent, l. Sancimus, 2
C. de pœn. & vt patet ex dictis verbis positis in Const.
Pij IV. & omnes qui erant in Vrbe eo tempore, referunt,

Digitized by Google

quòd plures Cardinales detinebant beneficia in Confidentiam, quos pluries admonuit Pius IV. & tandem contra eos promulgauit prædictam extrauagantem, immo in odium duorum Cardinalium, audiui dictam Constitutionem
3 tutionem emanasse quæ † fuit, & est vsu recepta, tum quia fuit tunc executioni mandata, tum etiam ob superuenientem extrauagantem Pij V. quæ innouauit, confirmauit, & ampliauit eam, vt suo loco dicetur.

quæst. 19. nume. 1. Communis opinio & praxis est affirmatiua.

¶ PAri tamen paria non omnes æque cohibentur: nam Constitutio Pij IV. confidentiam Cardinalibus, & Prælatis prohibet sub interdicti ingressus Ecclesiæ. Reliquis verò sub maioris excommunicationis latæ Sententiæ pœna per contrafacientes eo ipso incurrenda, à qua, nisi ab ipso Papa, præterquàm in mortis articulo constituti, absolui nequeunt. Verum per Constitutionem Pij V. hæc personarum distinctio quoad hoc tolli videtur & omnes excommunicationis vinculo æque innodari aliisque pœnis ibi contentis subiici, quod verum credimus per adducta ab Auctore infra q. 27. à num. 22. vt in Simonia reali cauetur Extrauag. cum detestabile de Simon.

QVÆSTIO XX.

Minores num comprehendantur sub pœnis impositis contra confidentiarios, & quibus, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Lex generalis, generaliter est intelligenda.*
2 *Generalitas operatur etiam in odiosis.*
3 *Vbi comprehendantur Cardinales, eò magis alij.*
4 *Argumentum à maioritate rationis fortissimum.*
5 *Argumentum à maiori procedit etiam in materia odiosa.*
6 *Argumentum à maiori procedit etiam in correctorije.*
7 *Ratio legis disponit sicuti facit lex.*
8 *Lex lata ob fraudem comprehendit omnes personas.*
9 *Constitutio lata fauore animarum ligat omnes.*
10 *Minor, in his quæ spectant ad salutem animæ non excusatur.*
11 *Non delinquens, non est puniendus.*
12 *Minores carent consensu.*
13 *Qualibet dispositio censetur loqui in terminis habilibus.*
14 *Minores ex æquitate restituuntur.*
15 *Lex, in quantum loquitur intelligenda.*
16 *In pœnalibus stricta interpretatio.*
17 *Lex pro his, quæ frequentius accidunt.*
18 *Non habens 25. an. dicitur minor.*
19 *Minor 25. an. & maior. 14. comprehenditur sub pœnis latis contra confidentiarios.*
20 *Maior 14. an. delinquendo punitur.*
21 *Maior 14. an. in beneficialibus habetur pro maiori.*
22 *Minor 14. an. absque dispensatione non potest habere beneficium.*
23 *Verba geminata ponuntur ad tollendum dubium.*
24 *Doli capaces minores, quando dicantur.*
25 *Dolus est delictum.*
26 *Delictum puniendum.*
27 *Minor non excusatur à publicatione.*
28 *Si pro minoribus committatur confidentia, an ipsi teneantur.*
29 *Consentit as quando dicatur à principio committere confidentialem Simoniam.*
30 *Ratificatio delicti punibilis.*
31 *Ratificatio fit verbo, & facto.*
32 *Homo non potest plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat.*
33 *Clausula in fine posita refertur ad omnia.*
34 *Vitium criminis transit ad quem rec.*
35 *Simonia afficit nedum ignorantes, sed inuitos.*
36 *Ignorantia non excusat, vbi adest decretum irritans.*
37 *Si pater retinet bullas, filius ignorans non excusatur à pœna, cap. licèt canon.*
38 *Actus qualibet ex agentis intentione bonus, vel malus iudicatur.*
39 *Intentio semper præsumitur bona.*
40 *Innocentes ex delicto aliorum non puniuntur.*
41 *Filius an teneatur credere Patri, dicenti commisisse confidentiam super beneficio.*
42 *Quis teneatur credere parentibus.*
43 *In his quæ pertinent ad conscientiam, quis debet esse credulus.*
44 *Nullus amat filium, plusquam pater.*
45 *Pater non præsumitur malum capere consilium pro filio.*
46 *Pater præsumitur consulere animæ filij.*
47 *Pater præsumitur habere curam existimationis filij.*

VIgesimò, Quæro, an minores committentes aut recipientes beneficia in confidentiam, comprehendantur sub Constitutionibus Pij Quarti, & Pij Qointi illisque pœnis ligentur?

Pro affirmatiua primò adducitur, quia huiusmodi Constitutiones loquuntur generaliter de omnibus personis, vt ex tenore, & ex lectura ipsarum constat, ergo
generaliter † debent intelligi, l. 1. §. & generaliter, ff. 1
de legat. præst. l. 1. §. Quod autem, ff. de aleat. l. in fraudem in fin. & ibi Bal. ff. de testam. mil. etiam si in vno casu adsit maior ratio, quam in alio, Soc. sen. in l. 1. §. ex his, ff. de verb. oblig. latè Crauet. consi. 92. numer. 4.

Et hoc siue dicamus † Constitutiones esse fauorabi- 2
les, siue odiosas, Anc. vt per Dec. cons. 5. ad fi. Crauett. cons. 118. n. 14. & cons. 308. n. 3. DD. in c. vt circa de elect. & in reg. odia, de reg. iur. lib. 6.

Secundò comprobatur, quia ibi exprimitur de Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Prælatis, vt comprehendantur, & ligentur illis pœnis. Er-
go eò magis † alii debent ligari, arg. eorum, quæ scri- 3
bunt Put. dec. 195. libr. 1. Ptolemæus dec. 194. Moedan. dec. 141. in recoll. manuscr. Gemin. in c. 1. de Schismat. Fel. in rubr. de maio. & obed. nam in aliis maior ratio adest, Sarn. in regul. de publ. quæst. 12. & argumen-
tum à maioritate † rationis fortissimum est. l. quantò 4
magis, ff. de iureiur. auth. multò magis, C. de sacrosanct.
Eccles. & procedit ex receptiori etiam † in materia 5
odiosa, & stricta, l. qui indignus, ff. de Senat. l. cui pacto, ff. de seruit. ex port. l. relegatum, §. potest, ff. de interd. & releg. l. nec. in ea, vbi Barto. ff. de adult. c. illorum, de sent excom. Bal. in l. quod verè, col. 1. ff. de leg 16
&, † in materia correctoria, Imol. in l. si verò, §. de viro, 6
col. 5. ff. sol. mat. Cur. sen. cons. 34 colum. 5. Dec. cons. 333. col. 3. in principio, Crau. cons. 326. sub num. 10.

Tertiò, accedunt verba posita in dicta Constitutione Pii IV. ibi, *Seu quosuis alios*: & ibi, *& alios*, & ibi, *& alys prædictis*. & ibi, *Vniuersalis & singulis*, & in d. Constitutione Pij V. ibi, *vt si quis*, &c. & in §. Sed ne quisquam ibi, *Omnes & singulos*, &c. quæ sunt apta comprehendere etiam prædictos iuxta latè tradita à me de resign. benef. lib. 12. quæst. 4. colu. 1. & 2. Ex quibus etiam verbis colligimus, rationem hanc fuisse, vt omnes comprehenderentur, vt patet ex illo §. Sed ne quisquam va-
na fiducia fretus, quæ ratio cum comprehendat † hunc 7
casum, satis dicitur disponere in eo. l. his solis, Cod. de reuoc. do. Bal. in c. dilect. filius, col. 1. de rescr. Dec. cons. 284. col. 2. & cum competant verba, & itidem ratio, non erit vltra ambigendum, l. ancillæ, C. de furt. Cor. cons. 13. col. 2. lib. 2.

Quartò confirmatur hæc sententia, quia, vbi agitur
de vitanda fraude, constitutio, & lex † comprehēdit om- 8
nes personas, c. sciant cuncti, vbi DD. omnes, de elect. li. 6. c. 1. de schismat. eo. lib. communis opinio, de qua attestatus sum post Caputaque. de resign. benef. li. 11. quæst. 4. n. 8 Sed hic agitur de vitanda fraude, vt colligitur ex

Digitized by Google

procemio Constitutionis Pij IV. & Pii V. ergo minores
comprehenduntur.
Quintò suadetur, quia Constitutio promulgata fauo-
9 re † animatum ligat omnes etiam minores, iuxta ea,
quæ scribit Gl. c. Statutum, de præb. libr. 6. Balen-
zin. de char. subsid. quæst. 66. & regulare est, vt minor,
10 in his, quæ spectant ad † salutem animæ non excusetur,
Mar. sen. in c. ex literarum, num. 8. de apost. Turrecrem.
in c. Symbolum, de consect. dist. 4. quos sum secutus de
resig. benef lib. 3. q. 7. nume. 15. Quod autem prohibitio
confidentiæ respiciat salutem animæ, expressè in Con-
stitutione Pii V. continetur.
Pro negatiua verò opinione, quòd minores non com-
prebendantur in dictis Constit. Pij. IV. & Pij V. nec li-
gentur ipsarum pœnis.
11 Primò adducitur, quia, qui † non deliquit, non est
puniendus, l. Sancimus, C. de pœn. Bal. in l. decuriones C.
de infamib. Ias. in l. sed etsi, nu. 6. C. de inoff. testam. Bom-
bin. cons. 8. num. 18. Sed minores recipientes beneficia in
12 confidentiam non videntur delinquere, † cum careant
consensu, l. 1. cum seq ff. de minor. Card. Ant. de Butr. Io.
And. & alij, in cap. ex ratione, de ætate, & qual. Ferret.
cons. 282. num. 1.
13 Secundò, quia † quælibet dispositio censetur loqui in
terminis habilibus, l. qui testamento, ff. de testa. Sed ter-
mini habiles non ponunt, vt minores comprehendan-
tur, qui nesciunt quid faciant, & ideo lex, æquitate
14 mota, voluit esse † restituendos. Bald. in l. vlt. C. ex qui-
bus caus. restit. in integr. non fit necess. Chisan. decisio
149. in manuscript. Natt. consil. 16. & 17. libro 1.
Imol. in Clement. 1. de restitut. in integrum, & com-
muniter DD.
Tertiò comprobatur, quia dum Pius Quintus in dicta
constitutione loquitur de minoribus, in §. multi, dispo-
suit contra illos, qui asseruant beneficia infantibus seu
nascituris, ergo non comprehendit hos minores, eum,
15 si voluisset, † expressisset, c. ad audientiam, de decim. ad
not. in l. 1. C. de caduc. tollen.
Quartò, quia sumus in pœnalibus, in quibus fa-
16 cienda est stricta interpretatio, vt † non censeatur di-
ctum, nisi id quod est scriptum, ad not. in reg. odia, de
reg. iur. lib. 6. Ruma. latè in l. si verò, §. de viro, ff. so-
lut. matrim.
Quintò quia de raro hic casus euenit, vt minor hu-
iusmodi scelus perpetret, & vulgare est legem † esse pro-
17 mulgatam pro his, quæ frequentiùs accidunt l. nam ad
ea, ff. de legibus.
Quid dicendum?
Pro resolutione huius Quæstionis aliquos casus con-
stituam.
Primus erit in maiori 14. an. minore autem 25. qui
18 etiam † minor dicitur, ca. in præsentia, de probat. §.
nunc admonendi Inst. quibus alien. licet, vel non, dixi
de resign. benef. lib. 3. quæst. 7. num. 1. & in hoc casu
communis, & recepta omnium conclusio etiam in praxi
firmata, est hunc maiorem 14. an. & minorem 25. com-
mittentem confidentiam, vel † recipientem beneficia in
19 confidentiam, comprehendi sub dictis Constitutioni-
bus, & ipsarum pœnis ligari: nam in tali ætate cense-
tur habere capacitatem sufficientem, ex qua poterit cri-
20 mina discernere, & contraueniendo † puniri absque ex-
cusatione, l. pupillum, ff. de reg. iur. l. infans, ff. ad leg.
Corn. de sicar. latè Igneus, in l. 1. §. impubes, n. 5 ff. ad Syl-
lani. Plaz. lib. 1. delictorum c. 3. & in eadem ætate in be-
21 neficialibus † habetur pro maiori, vt dicit textus, in ca.
vlt. de Iud. lib. 6. vt possit legitimam personam in iu-
dicio exercere, aliósque actus facere, etiam absque cu-
ratore, & ibi Gl. in verbo; Debebit, Gem. Anch. &
Franc. Crauett. cons. 90. in primo dubio, Gigas respons.
14. num. 3. Ferret. cons. 282. communis opinio, vt dixi
d. lib. 3. de resig. benef. q. 7. nu. 6. & cum comprehen-
dantur sub dictis Constitutionibus Cardinales, ergo &
ipsi vt supra fuit deductum.
Secundus casus erit in minore 14. an. (præsupponen-
do, quòd ex dispensatione Papæ possit habere benefi-
cium Ecclesiasticum, iuxta ea, quæ scripsi † de resignat. 22
benef. lib. 4. q. 9. cum ex decreto Concilij Trid. cap. 6.
sess. 23. de reform. minoribus 14. non dentur beneficia)
nam si iste post dispensationem recipiat in confiden-
tiam vnum aut plura beneficia, videtur comprehendi
sub dictis constitutionibus, & verbis ipsarum prægnan-
tibus, & geminatis † positis ad includendum omnes 23
personas, vt tollatur omne dubium, l. balista, ff ad Tre-
bel. Bal. in l. cum seruus, C. de agric. & cens. libr. 11.
Crau. cons. 201. num. 42 & cons. 526. num. 6. Cæphal.
cons. 135. num. 12. libr. 1. Rolan. a vall. cons. 15. num.
41. libr. 1.
Et pro fundamento præsuppono, quòd huiusmodi
dispensatio non solet concedi, nisi pauci menses defi-
ciant, (& hoc etiam de raro) quo † casu videntur abs- 24
que dubio dolo capaces, DD. in l. pupillum, ff. de reg.
iur. Plaz lib. 1. Delictorum, cap. 32. Clar. lib. 5. recept.
sent. §. vlt. q. 60. col. 1. & per consequens videtur dolosè,
& fraudulenter prædicta beneficia in confidentiam re-
cipere, sed dolus est † delictum, l. 1. §. nunc tractemus, 25
ver. plane, ff. de tut. & cura. distr. l. si ex causa §. nunc vi-
demus, ff. de iureiur Gl. in l. prima, in principio, & ibi
Bal. de fideiuss. tur. Ias. in l. ex ea parte §. vlt. num. vlt. ff. de
verb. oblig. Delictum † venit puniendum, l. Sancimus, C. 26
de pœn. Cæph. cons. 76. l. 1. Paris. in Rub. ff. de op. no
nunt. n. 72. Ergo.
Quod comprobatur, quia si iste minor non publica-
nerit resignationem beneficij † sibi factam, incidit in 27
pœnis, vt fuit resolutum in vna Fulginaten. prioratus,
coram Puteo, 9. Aprilis 1543. attestatur idem Puteus,
dec. 453. libr. 1. Thom. de Tan. decisio 54. manuscr. in
alia Compostellan. coram Reomano teste Achil. de
Grass. decisio 10. in tit. de rest. in integr. & latè com-
probaui de resig. benef. lib. 11. q. 4. n. 43. cum seq & pro
hac sententia faciunt omnes rationes allegatæ in poste-
riori sententia.
Tertius casus erit, † quando alij receperunt benefi- 28
cia in confidentiam, vt infantibus, aut nascituris asser-
uent iuxta terminos Constit. Pij V. in §. multi: & duo
sunt capita constituenda, primum, quando dicti mino-
res peruenerunt ad ætatem legitimam, & prædicta be-
neficia, quæ asseruabantur pro ipsis fuerunt eis resigna-
ta ab his, qui ea ad hunc effectum receperunt in confi-
dentiam, illis hoc scientibus, vt quia eis fuit dictum, &
explicatum omne negotium, & hoc casu dicendum est
comprehendi sub constit. Pij V. illiúsq; pœnis, astringi
vt colligitur expressè ex §. multi, iuncto §. Sed ne quis-
piam, & ratio Constitutionis habet locum in tali casu
absque dubio, ergo & dispositio. l. illud, ff. ad l. Aquil.
l. à Titio, de verb. obl.
Accedit præterea alia ratio, quia, consentiendo tunc,
vt constat, per receptionem beneficij asseruati in con-
fidentiam, videtur approbare omnem tractatum, ita, vt
† à principio videatur committere, vt probat Gl. in l. 1. 29
§. deiecisse, in verbo ratum habuero, ff. de iniur. Sal.
in l. non ideò minus, num. 31. C. de accus. pœna enim
infertur ex eo, † quòd quia delictum commissum ra-
tificat, communis opinio, teste Bal. in l. obseruare, §. 30
proficisci, numero 9. ff. de off. procons. August. ad
Ang. de malef. vers. & Sempronium numer. 36. & iste
non solum ratificat verbo vel solo consenso, sed etiam
facto, † recipiendo beneficium asseruatum pro eo, quod 31
videtur omne dubium tollere Gl. in Cle. 1. de pœ Plaz.
lib. 1. delictorum, c. 18. Cur. Sen. cons. 21. num. 6. & com-
muniter alij.
Et dicitur tunc confidentiam committere, vnde ex
multis capitibus videtur, vt comprehendatur. Secun-
dum caput huius tertij casus, quia postquam peruene-
runt dicti minores ad legitimam ætatem receperunt,
mediante resignatione, prædicta beneficia, vsque ad
illud tempus asseruata pro eis ignoranter tamen, vt quia
de hoc nullam habuerunt scientiam & tali capite, si lo-
quimur de pœnis positis in dictis Constitutionibus re-
spicientibus nullitatem actus, teneo comprehendi, &
per consequens nihil eis fuisse translatum per dictas re-

Google

ſignationes, quod expreſsè poteſt probari ex verbis
ipſarum: nam dicit Pius IV. Ac interdum vt beneficia
ipſa tempore procedenti in aliquorum tunc forſan de
iure inhabilium, vel incapacium, vel nondum adhuc
natorum fauorem, cedantur, ſeu reſignentur, &c.

Et Pius V. etiam num infantibus, aut naſcituris aſ-
ſeruentur, & poſtea annullantur quæcumque collatio-
nes, & diſpoſitiones de dictis beneficiis, cum interuen-
tu confidentiæ ſtatuendo, vt ſint inualidæ, nullius ro-
boris, vel momenti, nec cuiquam ſuffragari: ergo ma-
nifeſte colligitur, circa hunc effectum comprehendi
hos minores, namque ſi annullantur ipſo iure, proui-
ſiones beneficiorum factæ ad hoc vt reſeruentur bene-
ficia recepta in confidentiam incapacibus, & non natis,
ſequitur, quod illi, qui tempore commiſſæ confidentiæ
erant incapaces, & non nati, ſi poſtea naſcantur, &
fiant habiles mediantibus reſignationibus illorum, qui
ſunt priuati ipſo iure, nullum ius poſſunt acquirere:
32 nam reſignans non poteſt plus iuris † transferre in alium
quàm ipſe habeat, & ideo priuatus ipſo iure, non poteſt
reſignare: latè has concluſiones comprobaui de reſig.
benef. lib. 3. quæſt. 1.

Comprobo, quia, ſi irritantur tales prouiſiones re-
ceptæ vt incapacibus beneficia aſſeruentur, ergo mul-
tò magis debent annullari tranſlationes factæ, in exe-
cutionem confidentiæ commiſſæ: nam propter quod
vnumquodque, & illud magis. Et quod annullatio actus
poſita in §. Sed ne quiſquam dictæ Conſtitutionis Pij
Quinti referatur ad omnes cauſas poſitas in §. multi,
33 communiter eſt receptum ea traditis ea clauſula in †
fine poſita, vt referatur ad omnia præcedentia, cap. in-
quiſitionis, † in fine, de appel. l. talis ſcriptura, §. vlt.
ff. de leg. 1. l. 3. §. filius, ff. de lib. & poſth. Fel. in cap. cau-
ſam, quæ, col. 3. de reſcr. Aretin. conſi. 115. Quod proce-
dit etiam in materia odioſa. l. 1. C. du lib. præt. Baldus in
l. quiſquis, C. ſi certum petatur, Afflict. deciſ. 108. numer.
55. & ſeq. Eóque magis, cùm eadem vigeat ratio in om-
nibus. Abba. in cap. 2. requiris, de appe. & in c. Eccleſia
veſtra, el 2. de elect. Anch. conſi. 65 col. 2. Crau. conſi. 70.
num. 10 Socin. Iun. conſi. 158. num. 49. vol. 2. Eóque ma-
gis, cùm, vtatur verbis id denotantibus, de præterito,
34 præſenti, & futuro tempore. Et ratio eſt euidens, † vt
tranſeat odium, & vitium criminis ad quos tranſit res,
Abb. in c. ex inſinuatione, nu. 6. de ſimon.

Accedat præterea, §. Quare nos volentes, dictæ Con-
ſtitutionis Pij V. vbi iudicantur renunciationes confi-
dentiales, ea ſola dimittentis intentione, quod tollit
omne dubium.

Nec conſideratio, quam vidi facere in quadam cauſa
Salamantin. ſatisfacit, quòd Conſtitutiones, dum lo-
quuntur de infantibus, diſponunt contra eos, qui com-
mittunt confidentiam, vt minoribus aſſeruent, & quòd
non comprehendant, neque priuent poſtea retinentes
talia beneficia iam recepta in confidentiam, nam con-
trarium probatur ex verbis, vt ſupra deduxi, & ex ra-
tione.

Minus obſtat ipſorum ignorantia: nam ſimonia affi-
35 cit nedum ignorantes, † ſed etiam inuitos, ca. præſen-
tium, 1. q. 5. Et regulare eſt, & communiter receptum, vt
36 ignorantia non excuſet, vbi adeſt decretum irritans, †
Barbat. in clem. 1. numer. 15. de elect. Cardin. conſi. 33.
Caſſado. deciſ. 12. num. 5. in reg. Cancella. Butr. latè conſ.
43. & faciunt alia, quæ adduxi de reſig. benef. lib. 11.
37 q. 4. num. 43. Hinc filius ignorans † non excuſatur à pœ-
na, cap. licèt Canon. ſi pater retinuit bullas. Rebuff. in
praa. in tit. de non promou. nu. 54. dixi de reſign. benef.
lib. 11. q. 4. n. 46.

Si verò loquimur de aliis pœnis poſitis in dictis
Conſtitutionibus, ſcilicet inhabilitate, & priuatione
obtentorum. & obtinendorum, & excommunicatione,
crederem talem ignorantem excuſari à prædictis pœnis,
& ſub illis non ligari ratione ignorantiæ, iux. ea quæ
tradit Nauar. in Man. ca. 11. nu. 44.

Et ratio eſt, quia in nullo deliquerunt, præſuppoſita
huiuſmodi ignorantia. Bart. & DD. in l. genero, ff. de in-
famib. Et actus quilibet † ex agentis intentione bonus 38
vel malus iudicatur. D. Thom. 1. 2. quæſtio. 18. art. 9. in
concl. Ant. de Butr. in cap. cum ex officij, de præſcr.
Fel. in cap. auditis, eo. tit. ſed intentio, præſupponitur
† bona. Bal. in tract. de Schiſmat. in principio. Ergo. 39

Accedit, quia intentio Pij V. fuit, vt recipientes be-
neficia pro infantibus, ſint priuati omnibus beneficiis
obtentis, & obtinendis, cum ſint proprie, & verè con-
fidentiarij, non autem quod infantes & naſcituri igno-
rantes dictam confidentiam, inhabiles ſint ad alia be-
neficia, nam hoc eſſet contra iuris Diuini, & naturalis
principia, vt lex puniret innocentes † ex delicto alio- 40
rum. Nauar. in cap. fraternitas, 12. q. 2.

Sed hic contingit dubitare, ſi Pater, qui commiſit
confidentiam pro filio, † hoc ei reuelet, an filius tenea- 41
tur ei credere? Præpoſi. in cap. quicumque, 1. quæſt. 5.
proponit hanc quæſtionem, & refert primo opinionem
illorum, qui voluerunt, quod ſit ſecurus omnino, ſi
non habet conſcientiam læſam, arg. l. filium, ff. de his
qui ſunt ſui, vel alien. iur. ſi vero ſecus, ædificat ad ge-
hennam, cap. vlt. de præſump. cap. literas, de reſtit. ſpol.
ſi ſtatim non dimittat. In dubio autem dicit Præpoſit.
numer. 1. quod contra filium præſumitur, quod ſimulet
non credere, &, quia non eſt veriſimile, quod Pater
falſum dicat, arg. c. afferte, de præſumpt. Et quia quia † 42
tenetur credere parentibus, cap. iud. qui mat. accuſ.
poſſ. Accedit, quia in his, quæ pertinent ad conſcien-
tiam, quis † debet eſſe credulus Hoſtien. in cap. officij, 43
de pœnit. Et faciunt not. in c. per tuas, 2. de ſimon.

Comprobatur, quia † nullus amat filium, pluſquam 44
Pater, Bald. in cap. per tuas, de probar. Iaſ. in l. pactum,
col. vltima, C. de collat. Port. conſ. 6. nu. 64. & conſ. 150.
num. 6. Soc. Iun. conſ. 134. num. 43. vol. 3. & conſ. 56. n. 4.
& vlt. Crau. conſ. 1. num. 1. Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam,
nu. 9. cum ſeq. C. de reuocan. donat. Card. Pariſ. conſ. 106.
num. 43. vol. 1. & non præſumitur malum capere † con- 45
ſilium pro eo. Bombin. latè conſ. 18. num. 21. ſed bonum,
Alex. conſ. 33. num. 4. vol. 4. Et conſulere † animæ ipſius. 46
Soc. Iun. conſ. 8. num. 34. vol. 2. Port. conſ. 116. num. 16. ac † 47
exiſtimationi. Soc. Iun. conſ. 99. numero 10. & conſil.
102. numero 27. vol. 1.

quæſt. 20. *num.* 19. Maiorem 14. annis & minorem 25.
committentem confidentiam comprehendi ſub
dd. conſtitutionibus & ipſarum pœnis ligari.

¶ QVamuis enim minori 25. annis quandoque ſubue-
niatur in beneficialibus, vt ait Molin. poſt alios
quos citat ad regul. de public. reſig. nume. 240. minores
enim Eccleſia protegit, cap. 1. diſt. 87. & ſimplicitati venia
eſt tribuenda in ſpiritualibus, cap. cum vniuerſorum de
rerum permut. cap. per tuas de donat. nec quia beneficia-
ti, ideo minus reſtituendi, cum vtilitas debeat augeri non
minui per dignitatem, gloſſ. in cap. ex parte de reſtit. ſpo-
liat. fauor hic tamen non procedit niſi in amittendis, non
etiam in quærendis beneficiis. Molin. vbi ſupra. nec reſti-
tuitur minor, niſi ex quibus cauſis etiam maiori ſubueni-
tur, niſi quod leuiores cauſæ ſufficiunt in minore, vt idem
ſubdit, nec ei in delictis ſuccurritur, l. auxilium 37. §. in
delictis, ff. de minorib. niſi delictum in non faciendo conſi-
ſtat, l. 2. Cod. eod. tit. atque ita cum hic agatur de deli-
cto in committendo, quod omnem in maiore reſtitutionem
excludit, & indiſtinctè acquiſitionem tituli impedit. ſequitur
ex triplici principio minorem ætatem in adulto ad excu-
ſationem confidentiæ minimè ſuffragari.

QVÆSTIO XXI.

Pœna contra confidentiarios, an ligent ignorantes?

SVMMARIVM.

1 *Ignorantes prohibitionem confidentiæ, non excuſan-
tur.*

2 *Ignorantia iuris æquiparatur dolo.*

3 Ignorantes ius dicuntur esse in lata culpa.
4 Sacerdotes scire debent Constitutiones Pontificias.
5 Non excusatur, qui ignorat, quod communiter omnes sciunt.
6 Ignorantia crassa non excusat.
7 Leges præsumuntur peruenisse ad notitiam ipsorum quibus spectant.
8 Ignorantia non præsumitur in his, quæ quis tenetur inuestigare.
9 Error iuris non excusat.
10 Error iuris dicitur iniustus.
11 Ignorantia facti excusat.
12 Ex errore iuris non datur restitutio.
13 Ignorantes excusantur à pœna publicationis.
14 Rustici non restituuntur aduersus iuris ignorantiam.
15 Decretum irritans, ligat etiam ignorantes.
16 Nulla difficultas, vbi verba sunt clara.
17 Ignorantes prohibitionem confidentiæ, non incidunt in excommunicationem.
18 Ignorantia excusat ab excommunicatione, etiam in facto illicito.
19 Dant ignoranter pro gratia, excusantur à pœnis Constit. Gregorij XIII. de datis, &c.
20 Excommunicatio requirit contemptum.
21 Ignorans non contemnit.
22 Contemnere, quid.
23 Ignorans non habet animum delinquendi.
24 Statutum addens pœnam in facto non damnato à iure, non ligat ignorante.
25 Decretum irritans non ligat ignorantes respectu pœnæ.
26 Excusatur à pœna ignorans qualitatem.
27 Respectu pœnæ, Constitutio non extenditur ad præterita.
28 Ignorans non consentit.
29 Committentes confidentiam per ignorantiam, puniuntur pœnis impositis in Constitutione Pij IV. & Pij V.
30 Ignorantia in facto illicito, non est probabilis.
31 Existentes in lata culpa, non excusantur à peccato mortali.
32 Transgressio legis humanæ, obligat ad peccatum mortale.
33 In foro conscientiæ ignorans excusatur à pœnis inflictis contra confidentiarios.
34 Renunciatio facta ei, cui asseruabatur beneficium in confidentia, nulla.
35 Priuatus ipso iure non potest renunciare.
36 Res transit cum vitio in odium criminis.
37 Simoniacus non est restituendus.
38 Habens beneficium ex Simonia commissa per alium, habet titulum coloratum.
39 Confidentiarius est priuatus ipso iure.
40 Priuatus ipso iure non habet titulum.
41 Priuatus ipso iure non restituitur.
42 Resignatio per Simoniam ignorantes, nulla ipso iure.
43 Non est excommunicatus, qui consequitur beneficium per confidentiam commissum eo ignorante.
44 Ignorantes recipientes beneficia alternata etc, non priuantur obtentis, & obtinendis.
45 Quis non punitur ex delicto alieno.
46 Simonia realis à pars procedit cum confidentia.
47 Simoniacè promotus, quid amittat.
48 Ignorantes restituuntur in integrum.
49 Vitium sequitur rem.
50 Committens confidentiam ignoranter tenetur restituere fructus.
51 Priuatus non facit fructus suos.
52 Habens scientiam de confidentia commissa in suo beneficio debet statim renunciare.
53 Priuati ipso iure tenentur dimittere beneficia.
54 Superueniens scientia quando faciat incidere in delictum.
55 Episcopus an possit dispensare cum simoniaco ignorante.
56 Episcopus potest in omnibus criminibus dispensare.
57 Episcoporum ampla potestas.
58 Episcopus non potest se intromittere in reseruatis.
59 Episcopus non potest dispensare, vbi canon imponit pœnam ipso iure.
60 Episcopus non potest dispensare post sententiam latam à se.
61 Purgatio non admittitur, vbi pœna est imposita ipso iure.
62 Episcopus non potest dispensare, nisi in casibus expressis.
63 Scientia probatur coniectura.
64 Ex coniunctione sanguinis, probatur scientia.
65 Ex cohabitatione præsumitur scientia.
66 Vicinus præsumitur scire facta vicini.
67 Habens notitiam facti præsumitur habere ipsius rei.
68 Scientia vnius partis negotij arguit scientiam totius.
69 Pater solet communicare filio.
70 Scientia præsumitur ex eo, quod solet communiter fieri.
71 Filius præsumitur scire testamentum patris.
72 Coniecturæ an concludant plus quàm testes singulares.
73 In confidentia commissa per patrem non præsumitur scientia filij.
74 Ignorantia semper præsumitur.
75 Delictum excludendum.
76 Quisque præsumitur bonus.
77 Factum semper trahitur ad bonum.
78 Cum agitur de pœna inferenda, non sufficit præsumpta scientia.
79 Cum agitur de alterius præiudicio, non sufficit scientia præsumpta.
80 In præiudicialibus, consanguineus non præsumitur scire facta consanguinei.
81 Præsumpta scientia non habet locum in actibus, quæ solent fieri clam.
82 Neque in actibus factis tempore infantiæ.
83 Scientia probanda est plenè, cum agitur de inferenda pœna.

VIgesimoprimò, Quæro, an ignorantes comprehendantur sub Constitutione Pij V. Dupliciter potest hæc quæstio intelligi. Primò de committentib. confidentiam ignoranter, quia nesciebant illam esse prohibitam. Secundò, de recipientibus beneficium in confidentiam commissam ab alio eis ignorantibus hoc.

Circa primum caput, communis conclusio est affirmatiua, vt ignorantes huiusmodi constitutionem, &
prohibitionem † ex hoc non excusentur, sed eo non 1
obstante ligentur: nam ignorantia iuris † procedens 2
ex lata culpa non excusat delinquentem, cum æquipararetur dolo, l. magna negligentia, ff. de verb. signif. l. quod Nerua, ff. de poss. Barto. in l. prima, ff. si quis testam. lib. iussus esse fuerit, ita Abb. Ant. de Butr. Ioan. Andr. Imol. Fel. Dec. num. 23. & alij omnes in cap. 2. de const. Sed prædicti ignorantes dicuntur esse in lata cul-
pa, quia omnes Curiales, & alij sciunt prædictas † pro- 3
hibitiones, l. late, ff. de verb. signif. & omnes Sacerdo-
tes, & Clerici † scire debent. Fel. in d. c. 2. col. 2. sub num. 4
3. ver. circa primam. Nauar. optimè in cons. 8. nume. 2. de pœn. & remiss. & ideò non excusatur ille qui ignorat
id, quod communiter † omnes sciunt, cap. vlt. qui ma- 5
trim. accus. possunt, l. sed & si pupillus, §. præscribere, ff. de iust. c. paratus, 33. q. 1. Din. 10 reg. ignorantia, num. 4. de reg. iur. lib. 6. Roma. cons. 440. num. 11. Marsil. in l. qui ignorans, nume. 24. & in l. qui falsam, numer. 94. ff. ad l. Cornel. de fals. latè Iaso. in l. error. num 22. C. de iur. &
fact. ignorant. nam esset † ignorantia crassa nimis, & su- 6
pina, l. nec supina, ff. de iur. & facti ignorant. Bar. in l. si cui, §. eisdem, num. 2. ff. de accus. optimè Marsil in d. l.
qui ignorans, num. 13. cum sequentibus. Statuta, enim † 7
& Constitutiones Pontificiæ præsumuntur peruenisse

Digitized by Google

ad notitiam eorum, ad quos hoc spectabat. Bald. in l.
leges sacratissimæ, num.2.C.de legibus. Bar. in l.omnes
populi num.67.ff.de iust. & iur.Card.Paris.cons. 49.nu.
37.vol.1.Guid.Pap.in tract.de præsumpt.col.vlt.nu.127.
latè Siluest. in verb. ignorantia. Et regulare est vt non
8 præsumatur ignorantia de his, quæ quis † tenetur inue-
stigare, Gloss. & Doc.in c.innotuit, de elect. & in c. ad
falsariorum, de fals.Grat.cons.12.num.39.lib.2. Et com-
9 muniter receptum est, vt error † iuris non excuset.Balb.
in tract.præscr.tit.pro donat.num.7.ff sol.mart. Imol. in
l iusto, num.5.ff de rescrip.Cur.cons.148. lib.3. nam di-
10 citur † iniustus, l. nunquam, ff. de vsucap. Et ignoran-
11 tia † facti, non iuris excusat.c.ignorantia de reg.iur. in
6.l.non fatetur ff de confes.Dec.in l.si is id quod, nu.32.
12 ff.de iurid.om. Iud. & ex errore iuris non dari † restitu-
tionem omnes volunt Doct.Bar.in l.diuus, numer.2.ff de
re iud.Alex.cons.165.numer.10.libr. 6. cum aliis, vt per
Sfort.Odd.de rest.in integrum, quæst.8 art.82. num. 39.
cum seq.vbi multa deducit, & latè in probaui de resig.
benef.lib.11.q 13.nu.5. cum multis seq.vbi voluit igno-
13 rantes non excusari a pœna † publicationis, & nu. 93.
14 scripsi, quod nec rustici restituantur aduersus iuris †
ignorantiam, Bart.in l.1.numer.6.C.vnde vi. Alex. in l.
venia, numer.3. C. de in ius voc. Menoch.de recu.poss.
rem. 9. num.21.& 22.

Et hæc conclusio respectu pœnæ annulationis actus
non habet dubium, tum ex prædictis, tum præterea,
quia in dictis constitutionibus Pij IV. & Pij V. adest
15 decretum irritans, quod ligat etiam † ignorantes, ex
receptiore sententia, c.1.de concess.præb.c.dudum, eo.
tit.in 6.c.si eo tempore, de elect.eo.libr 6. Clemen.1 de
concess præb.vbi Card.Zabarell.in 6.not.Old.cons.319.
Butr.cons.43 Card cons. 43. de communi attestatus sum
lib.5.de resignat.benef.quæst.6.num 220.

Accedat.quod Pius V. annullat omnes, & quascum-
que concessiones, & receptiones factas per confiden-
tiam. Ergo, ex verbis generalibus, & prægnantibus ac
decreto irritanti videtur, comprehendere etiam igno-
rantes, & per consequens collatio facta ignoranti, aut
electio, præsentatio, vel resignatio facta in eius fauo-
rem, est nulla, & ipso iure, vt dicitur in eadem consti-
tutione: & in hoc nullam difficultatem existimo esse
16 faciendam, cum verba sint † clara, l.ancillæ, C.de furt.

De aliis vero pœnis positis in dicta Constitutione
Pij V. an comprehendant, & ligent hos ignorantes,
quia vidi plures dubitare, particulariter & breuiter
censui examinare. Et primò, quid de excommunicatio-
ne. An ignorantes dictam constitutionem, & prohibi-
17 tionem, & committentes confidentiam incidant † in
excommunicationem positam ibidem? & videtur ne-
gatiuè tenendum, vt in similibus terminis tenuit Na-
uar.in Man.c.27.num.274.cons.54.num.4.vers.quinto,de
18 sent.excom.dum voluit, ignorantiam excusare † ab ex-
communicatione imposita a Canone, vel Papa, etiam
pro facto de se illicito, & allegat alios Doct. & idem
Nauarr.cons.52.nume. 4.vers.contrarium, eodem tit.de
sent. excom. respondit, dantem aliquid pro gratia, vel
iustitia in Romana Curia, excusari ab excommunica-
tione prolata per Gregorium XIII. fel rec.in sua Con-
19 stitutione de datis, † & promissis, vbi innouat Bonif
VIII. extrag. 2. de sent. excom. quod etiam voluerat
idem Nauar. cons. 47. 48. & 51. illo eo. tit. & faciunt
etiam quæ probat idem Nauar. cons. 42. eo.tit.de sent.
20 excom Excommunicatio † enim requirit contemptum.
Petr.de Anch.in c.2.de const.lib.6.Fel. in d.c.2. nume.6.
vers.contrarium.Anch.in c.nullus, dist.55. sed ignorans
21 non † contemnit, Cald.cons.11.de verb.signifi. Fel.in c.
1.num.7.de maior. & obed.Butr.in c. si celebrat.colu.1.
22 de cler.excomm. ministr. cum contemnere, † sit volun-
tariè contradicere, Archid.in c.quicumque, dist.56.Fel.
in c.quidam, num.7.de iureiur. Ergo non incidit in ex-
communicationem, & de hoc videtur tex.in d.cap.2.de
Const.lib.6. & ibi omnes Doct. & faciunt, quæ in simi-
li casu deduxi de resig benefi. lib.5.q.6.nume.206. Se-
cundò dubitari contigit quid de aliis pœnis impositis
in dicta Constitutione, scilicet de priuatione benefi-
ciorum obtentorum, & obtinendorum, an hi ignoran-
tes comprehendantur: pro negatiua, quod non ligen-
tur dictis pœnis facit doctr. Ioan. Andr. in c.2.pen.col.
de const.lib.6.dum voluit pœnam † constitutionum non 23
ligare ignorantem, cùm non habeat animum delinquen-
di, quamuis det operam rei illicitæ, & ibi Gem. sequi-
tur Fel.d.c.2.n.6.in fi. vbi refert hanc partem alias su-
stinuisse: & comprobatur, † quia statutum addens pœ- 24
nam in facto damnato de iure communi non ligat ig-
norantem. Ant.de Butr.in d.c.col.4.

Accedat, quia † decretum irritans, quod ligat igno- 25
rantes, eos non ligat respectu pœnæ, c. si beneficia, &
ibi Arch.in 2. not.de præb.lib.6.Barbat in Clem.1.num.
25.de elect. communis opinio, vt dixi de resign. benef.
lib.5 q.5. num. 221. præterea dans operam facto damna-
to, & ignorans † qualitatem excusatur à pœna, c. si 26
quis cum matre, & c.si quis cum duabus, & c. quidam
fornicatus, 33.q.4.& constitutio, quæ alias extenditur
ad præterita, respectu pœnæ non † extenditur, c. nul- 27
lus, dist.50.c.quoniã, dist.47.Et quia non potest concur-
rere consensus etiam interpretatiuus, vt obligetur ad
pœnam, Inn.in in c.in nostra, de iniur.cum ignorans † 28
non consentiat.c.cum olim de re iudic.

Et quia non adest tali casu huiusmodi consensus
ideò. & ita videtur firmare Nauarr. in Man. d. cap. 27.
num 274.

Sed, his non obstantibus, affirmatiua opinio mihi
probatur, vt illis pœnis scilicet priuatione † beneficio- 29
rum obtentorum, & obtinendorum priuentur commit-
tentes confidentiam per ignorantiam prohibitionum,
& dictarum constitutionum: quam opinionem in indi-
uiduo videtur firmare Bar.post Cin in l.1.col.8. vers.2.
Quarto, C.de summ.Trin. Abb. in c.à nobis, & ibi Soc.
sen.de sent. excom.col. pe. Petr. de Anch. in c.1.qu.12.
de const. Imol. & alij omnes in d.c.2. de const.vbi Dec.
num.35.dicit hanc opinionem esse veriorem in iure, &
allegat plures rationes, & ex videtur maximè conclu-
dere, quia ignorantia huiusmodi non est probabilis,
cùm attentauerit † factum damnatum, l. vulgaris, §. si 30
quis, ff. de furt. l. scientiam, §. qui cùm aliter. ff. ad l.
Aquil.& debuerat ante cogitare, iuxta id, quod signan-
ter considerat Summ.Pont.in c.vl.de homicid.in 6. alias
enim daretur causa committendi confidentias, & delu-
dendi præfatas constitutiones, & ideò prædicta via non
erit aperienda: & ad contraria possumus de facili res-
pondere. Et primò ad doctrinam Io. And. quæ loquitur
de ignorantia probabili, vt potest videri: & in casu
nostro nequaquam puterit dici. ita Dec. in d.c. 2.nu.35.
sed potius crassa, Gl.in l. municipali, ff. de decret. ab
ord. faciend.Abb.cons.35.in fi. lib.1.Dec in cap. ad hæc
enim, 33. de postul. præl. Nec obstat doctrina Ant. de
Butrio: nam, vltra quod non est recepta, contrarium est
verius, vt dicit Dec. dic.cap.2.num. 35.

Nec obstat quod dicitur de decreto irritanti, cum il-
la conclusio non procedat in factis damnatis, & illici-
tis. Minus obstant c. si quis cum matre, & cap. si quis
cum duabus, allegata à Feli. quia illa iura nihil dicunt
de ignorantia, quod animaduertit Dec.d.c.2.nu.35.vers.
moderni. Nec etiam obstat, quod dictum fuit, quod ra-
tione pœnæ ignorantia excusat à Constitutione, quæ
trahitur ad præterita: nam tunc ignorantia est multum
probabilis, cùm nihil potuerit imputari. Nec etiam ob-
stat defectus consensus, vt non possit obligari: nam, ex
quo dat operam rei illicitæ reputatur consentire, etiam
in eo, quod sequitur præter eius intentionem. Doct. in
c. vlt. de homicid.lib 6.

Nec præterea excusantur dicti ignorantes, cum sint
in lata culpa, à peccato mortali, vt videtur conclude-
re † Nauar. cons. 50. num. 4. de sent. excom. vbi vult, 31
ignorantem excusari ab excommunicatione non autem
à peccato. Idem Nauarr. in Man. cap. 23.num. 45. cum
seq. cùm † transgressio legis humanæ obliget ad id, Ca- 32
iet. 2. 2. qu. 186.art.9.col.4. Henr. Boic. de Synod.par.
3. art.1.num.270.

Digitized by Google

In foro autem conscientiæ † credimus ignorantem
eacusari a pænis, vt consuluit. Nauar. de eatrauag. Greg.
XIII. de datis, & promiss. cons. 31. de sent. eacom. Idem
io Man. c. 27. nu. 264. cum seq.

Circa secundum caput de recipientibus beneficia in
confidentià commissam ab alio eis ignorantibus, quod
potest primò caplificari, quando beneficia affetuaban-
rur pro quibusdam incapacibus quibus effectis habili-
bus, fuerunt eis dicta beneficia resignata ab his, qui ba-
buerant in confidentiam. Secundò quando pater, frater
vel alius consanguineus commisit confidentiam, pro-
curando vt beneficium conferatur ei, aut resignetur,
promittendo fructus, vel dispositionem beneficij, quã-
do resignans voluerit, faciendi sunt tres casus. Primus,
an hi ignorantes ligentur pœna anoullationis actus, vt
resignatio, vel collatio † sit nulla, & in hoc recepta, &
34 practicata sententia est affirmatiua actum fuisse, & esse
nullum primò ex decreto irritanti posito in dictis con-
stitutionibus, quod ligat etiam penitus ignorantes, quo-
ad nullitatem actus, Cassad. decis. 3. n. 1. & deci. 12. super
reg. Cancel. Card. in Clem. 1. in 18 q. & Barb. o. 25. & om-
nes alij, vt supra diai.

Secundò, ea Constitutione Pij V. in §. multi, vbi con-
sideratur huiusmodi càsus, & dicit esse resignationem
confidentialem etiam ea sola dimittentis intentione,
quam præsupponimus hoc casu.

Tertiò, quia postquam prædictæ Constitutiones di-
xerunt confidentiam esse accipere beneficia, illaque as-
seruare pro inhabilibus, vel aliis vt patet in Constitu-
ne Pij IV. in §. interdum, & in Constitutione Pij V. in
§. Plerique, in odium delict annullant quascunque
collationes, & dispositiones de dictis beneficiis, cum
interuentu confidentiæ, & volunt esse nullas, & inuali-
das, nulliusque roboris, vel momenti, nec cuiquam
suffragari, & loquuntur per verba futuri temporis, ideo
ex resignatione nihil potuerunt acquirere.

Quartò, comprobatur, quia illi confidentiarij, à qui-
bus beneficia habuerunt, vel per collationem, ob dictũ
crimen erant priuati collatione, vel per resignationem,
& etiam erant priuati ipso iure ob hoc, & communis est
conclusio, priuatum ipso iure non posse resignare, &
35 resignando † nibil transferre, vt latè scripsi de resignat.
benef. lib. 3. qu. 1. & in odium criminis ad quoscunque
transit res, transit cum † vitio, Abb. in ca. ex insinuatio-
36 ne, num. 6. de simon. & ideò aliàs fuit resolutum in si-
monia, in vna Firmana Parochialum, 20. Decembris
1538. coram Aquen. quòd si resignans habuit pecuniam
pro resignatione, quamuis id ignorauerit resignatarius,
quòd nihilominus ipse resignatarius † non acquirat, nec
37 etiam titulum coloratum, & ideò, si spolietur, non erit
restituendus vt attestatur Sar. de trien. quæstio. 12. col.
5. ea dictis Inn. c. cùm vniuersorum, de rerum permut.
Rot. decis. 7. de renunc. in antiq. ad quod etiam vide
Doct. Inn. Card. Butr. Abb. & alios, in c. nisi cum pri-
dem, de renunc. Redoan. de simon. par. 4. ca. 12. Rebuff.
de pacif. poss. numer. 441. vbi quærunt, an habens bene-
ficium per simoniam commissam ab alio habeat titulum
coloratum, & gaudeat regu. de triennali: & concludunt
38 † affirmatiuè: quod ego in confidentiario ignoranter
non admitterem, sed tenerem contrarium, cum per di-
ctas Constitutiones, inducendo vt supra sit priuatus †
39 ipso iure. Collect. c. in quibusdam, colum. 1. de pœn.
Abb. & alij in c. accepta, de rest. spol. Fel. in c. 1. col. 13.
de const. & priuatus ipso iure nullum habet † titulum
40 & est communis, vt latè probam de resig. benef. d. q. 1.
41 lib. 3. num. 54. 55. cum seq. & non † restituatur si fuerit
spoliatus, Rot. decis. 3. de resti. spolia. in nouis Rip. in
l. naturaliter, §. nihil commune, numer. 92. ff. de acq.
poss. Moedan. decis. 15. cum aliis citatis per Menoch. de
recup. poss. rem. primo, num. 330. Et huiusmodi actus
erit nullus ipso iure, vt colligitur ea præfatis Constitu-
tionibus Pij IV. & Pij V. ita collatio, præsentatio,
vel resignatio † per simoniam etiam ignoranter est nul-
42 la ipso iure Abb. in c. pe. colum. 1. de elect. Sarn. de
trien. quæstio. 12. Couarr. reg. peccatum, §. 8. num. 7.
2. par. quamuis Nauar. cons. 60. n. 5. teneat contrarium ex
pluribus argumentis.

Secundus casus, an hi ignorantes ligentur sententia
excommunicationis imposita per dictas † Constitutio- 43
oes, negatiuè dicendum erit, ex his, quæ tradit Nauar.
in Man. c. 27. nu. 274. cum seq. & cons. 42. 47. 52. & 54. de
sent. excom. & diai supra: nam hoc non habet dubium,
& Doct. communiter concordant, &c. & in simoniaco
hoc capreisè tenet Nauar. cons. 60. n. 2. vers. pro contra-
ria, de simon.

Tertius casus, an recipientes benef. per confidentiã,
commissam ab alio eis ignorantibus, ligentur aliis pæ-
nis positis in dictis Constitutionibus, scilicet † priua- 44
tione obtentorum, & obtinendorum. Et existimo nega-
tiuam opinionem esse veriorem, & receptiorem, & col-
ligitur ea Nauarr. cons. 65. 66. num 3. num. 1. & cons. 8.
de simon. Et primo, facit, quia esset contra ius natura-
le, ac diuinum, vt quis ex delicto commisso ab † alio, 45
eo ignorante puniatur obtentis & obtinendis, vt latè
probat Nauar. in c. fraternitas 12. q. 2. Secundò, quia
Constitutiones Pontificiæ, quæ obligant post tempus
ibi præfixum, & post promulgationem, minimè obli-
gant ignorantes, vt defendit Nauarr. io Man. c. 23. n. 44.
& diximus supra Ergo.

Tertiò quia decretum irritans non ligat ignorantes
respectu pænæ impositæ in illa lege Gem. in c. si Apo-
stolica, col. pen. de præb. in 6. communis opin. vt per
Gabr. de Claus. concl. 3. nu. 8.

Quintò, comprobatur ea eo, quod statuitur in Simo-
nia reali, quæ quantum ad priuationem ipso iure & pri-
uationem obtentorum, & obtinendorum, † à pari pro- 46
cedit cum confidentia. Eatrauag. cum detestabile, de
Sim. Cassad. dec. 5. de const, & dec. 1. de Sim. nam simo-
oiacè † prouisus, seu promotus, eo tamen ignorante, est 47
inhabilis ad illud beneficium, & suspensus quoad illum
ordinem, super quo interuenit Simonia eo ignorante,
non autem priuatur obtentis, & obtinendis, ne-
que suspenditur ab alijs ordinibus ritè receptis, Inno.
in cap. de simon. in principio de Sim. & ibi Host. in
vers. In alijs autem ordinibus, Ioan. Andr. in versicu.
in ali's, Anch. sub oumero 2. But. ver. in alijs, Abb.
sub numer. 7. Fel. sub numer. 4. vers. alia autem. Idem
Abb. in c. per tuas el 2. ou. 6. eo. tit Redoan in tract. de Si-
mon. par. 4. c. 16. à num. 11. vsque ad finem, & communiter
alii omnes idem volunt.

Nec contrarium voluit Pius V. in dicta Constitutio-
ne, dum considerat confidentiam pro nascituris & inha-
bilibus: nam verba, & mens eò tendunt, vt recipien-
tes pro inhabilibus beneficia in confidentiam priuentur
omnibus suis beneficiis, & inhabiles sint ad alia obti-
nenda: quia dicuntur confidentiarii, non verò quòd
ignorantes dictam confidentiam sint incapaces & in-
habiles ad obtinenda alia beneficia, nam id esset con-
tra iuris diuini, & oaturalis rationem, ac contra omoia
iura: & cum hic casus euenisset, ita vidi consulium per
eacellentissimos I. V. DD. plurium Ciuitatum Italiæ, &
Hispaniæ vt hoc annumeretur inter alia priuilegia ig-
norantiæ facti, quæ etiam triboit † iustam causam re- 48
stitutionis in integrum. Bar. in l. 1. §. si quis, ff de itin. act.
priua. Fulgos. in l. si sic, ff. quemadmodum seru. amitta-
tur, Alex. cons. 169. ou 10. lib. 2. Loffred. cons. 16. num. 10.
Cuman. cons. 147. n 4. Barbat. cons. 9. nu. 3 & 4. lib. 1. Goz.
cons. 56. num. 10. communis vt attestantur Alex. cons. 51.
numer. 10. lib. 5. & cons. 77. num. 6. lib. 6. Grat. cons. 91. n.
53. lib. 1. Rum. cons. 26. num. 19. & 32. lib 2. Et alia ratio
viget in beneficio, super quo commissa fuit confiden-
tia, vt illo priuetur, quamuis eo ignorante id factum
fuerit, cum vitium sequitur † rem. Abb. io c. ex insinua- 49
tione, nu. 6. de sim. & alia in aliis, in quibus nullum vi-
tium consideratur.

Quartus casus examinandus, an hi recipientes igno-
ranter beneficia per confidentiam ignoranter commis-
sam ab alio, teneantur restituere fructus perceptos ex

Digitized by Google

illis beneficiis ? Omissis, quæ possent sdduci, affirmati-
50 ua opinio est verior, † quam in accipiente beneficium
per Simoniam commissam ab alio eo ignorante tenet
D. Thom. 2.2.q. 100. art. 6.ad tertium, & alij relati in
primo casu huius secundi capitis: & illam deduco, tum
ex verbis dictæ Constitutionis Pij V. in §. Sed ne quis-
quam, ibi nec non fructibus, intelligendo, vt referatur
ad nullitatem actus, quæ nullitas habet locum non ob-
stante huiusmodi ignorantia, tum etiam ex ratione, quia,
cùm sit priuatus eo beneficio ipso iure, vt supra in di-
51 cto primo casu comprobaui, non potest fructus † suos
facere, vt per Capuaq. decis.111.par. 2.latè per Tiraq.
in l.si vnquam, in verbo reuertatur, nu.446.C.de reuoc.
don. Nec obstat, quod in simonia contrarium voluerit
Nauarr.cons.60.nu.5.vers.3.quod auctoritas, de simon.
Nam idem Nau.cons.61. num.7. eo. tit.videtur recedere
ab eo quod antea scripserat.

Sed dubium est, quid debeant facere huiusmodi reci-
pientes beneficia per confidentiam commissam ab aliis
eis ignorantibus, cum habuerint scientiam de hoc? Om-
52 nes Doct. volunt superueniente scientia † debere sta-
tim dimittere illa beneficia, D.Thom. 2. 2. quæstio.100.
art.6.ad 3.Abb.in c.pe. in 1.&2.not. per illum text. de
elect.& in cap. nobis.1.not. de Iur. patron. Præposit. in
cap.quocunque, num.1.1.quæst.5.cum aliis, vt per Sarn.
d.q.12. de trien. num. 18. vbi refert hanc conclusionem
approbasse Rotam in vna Massanen. Capell. de mense
Maij 1566.coram Vorio, Nauarr.cons.11.nu.1. & cons.
25. num.6.& consi.21.numer.5.& consi.60.num. 3.& 61.
num. 1. & 65. num.2.& cons.73.in titu. de sim. & com-
muniter alij omnes id volunt, & regulare est, vt priua-
53 ti † ipso iure teneantur dimittere beneficium. Abb. in
cap.extirpandæ.§. verò, col. 8. vers. ex his, de præben.
Ruin. in consi.4.numer. 11. lib. 5. communis opin. teste
Alphon. Hoied.de incompat.benef.part.1.cap.13. nu.61.
Duar. de resignat.benef.lib.3.quæst.1. nu.58. quod subtili-
ter potest deduci ex dicta Constitutione Pij V. §. Sed
ne quisquam, ibi. *Intercedente hoc confidentia vitio re-
ceperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi & resipis-
centes celeri dimissione sibi prospexerint, &c.* inspecta
enim ratione horum verborum, colligitur, quod igno-
rantes post habitam scientiam confidentiæ commissæ
in benef. quod obtinent, debēt prouidere cū celeri di-
missione illius beneficij, ne inde incipiant ligari illis pœnis,
vt in terminis voluit Nauarr. in Summ. c.23.sub nu.110.
in fi.ver.noto 10.Hinc est, quòd in delictis superueniens
54 scientia sufficit † ad incursum pœnæ, nisi statim deli-
ctum illud purgetur, l. sed & si lege, §. de eo autem, ff.
de petit. hæred. Anch. in c. si beneficia, num. 2. vers.30.
3.not. de præb. in 6. Rom. consil. 359. numer. 5. Sal.
in l. qui contra, sub numer. 1. C. de incest. nupr. & in l.
1. C. de fals. monet. Bellam. dec. 555. Crauet. consil.
237. col. pen. & in terminis de Simonia videtur tex.
cum ibi not. in c. ex insinuatione, de Sim. vbi Gl.& Abb.
num. 7. & alij.

Rursus dubium est, de quo sæpius fui interrogatus,
an cum hoc recipiente beneficium per confidentiam
commissam ab alio eo ignorante possit Episcopus dis-
55 pensare. Pro affirmatiua † ponderatur tex. in c. pe. de
elect. vbi inquit Gregorius IX. quòd reprobata electio-
ne propter simoniam commissam electo ignorante, &
ratum non habente, Episcopus cum eo super prælatio-
ne, ad quam fuerat electus, illa vice non potest dispen-
sare: subdit, quamuis circa eum, qui ignoranter recepit
simplex beneficium per Simoniacam prauitatem, post
liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur,
& ibi Glo. communiter recepta in verbo *illa vice*, Epis-
copum in tali Simonia non posse dispensare in dignitati-
bus, posse autem in simplicibus beneficijs. Abb. Ant.
de Butr. Zabar. Imol. & alij omnes, Card. Alex. in cap.
1. numer. 11. 1. quæst. 5. Inn. in c. nobis, de Sim. & in
facti contingentia respondit Nauarr. consi. 61. numer.5.
de Simon.

Secundò comprobatur, quia Episcopus potest † in
56 omnibus criminibus dispensare, nisi contrarium reperi-
retur expressum, & tenuerunt Collect. Tancred. Goffre.
Host. Inn. Io. Andreas, & Io. de Lignano in cap. clerici,
§. de adulterijs, & ibi refert Abb. num. 4. de Iud. Arch.
in cap. licet canon, de elect. lib. 6.& est magis commu-
nis opinio, vt attestatur Glo. in d. §. de adulterijs, & in
cap. minor, dist. 50. cum latissima sit † potestas Episco- 57
porum, cap. 1. de off. ord. lib. 6.

Sed mihi contraria sententia probatur vt tali casu
Episcopus non possit dispensare, & moueor ex eo, quòd
Pius V. circa huiusmodi causas tollit iurisdictionem
Ordinarijs, vt dicam suo loco, & imponit pœnam ipso
iure, ac sibi reseruauit absolutionem ab excommunica-
tione, ex ipso expressè colligitur, Episcopum † non pos- 58
se amplius se intromittere, vt colligitur ex dictis per
Io. Andr. in cap. 1. de suppl. præl. negl. & ibi Gem. in
4. colum. Card. in Clem. 2. de vita & honestat. cler. &
communis est conclusio, vt Episcopus non possit dis-
pensare † vbi Canon. imponit pœnam ipso iure. Arch. in 59
cap. licet canon, de elect. lib. 6. Sequitur Fel. in d. cap.
at si clerici, §. de adulterijs, numer. 4. de iud. vbi dicit,
† quòd, sicut Episcopus non potest dispensare post sen- 60
tentiam a se latam super pœna, cap. idoneo, 2. quæst.7.
l. diui fratres, ff. de pœn. Ita fortiori ratione, cùm lex
imponit pœnam ipso iure; quia tunc trahit secum exe-
cutionem, vt non admittatur † purgatio Canonica, etiam 61
vbi alias admitteretur, Gl. in Clem. ne in agro, §. prim.
in verbo, *Ipso facto*, de stat. monach. quam allegat Bal.
in auth. habita, C. ne fil. pro patr. ex quo argumento po-
test tolli, quod in contrarium allegabatur, d. c. pen. de
elect. libr. 6.

Non obstat secundum, quia multi Doct. dant regulam
negatiuam, vt Episcopus non possit dispensare nisi † in 62
causis a iure expressis, vt per Abb. d. §. de adulterijs, n.
4. & ibi latè hanc opinionem comprobaui, & esto, quòd
id sit verum, non habebit locum in casu nostro, cùm vi-
deatur Pius V. eis tollere hanc potestatem per dictam
Constitutionem.

Quæro, stata terminos quæstionis præcedentis, Pa-
ter commisit confidentiam, vt beneficium asseruaretur
pro filio tunc minori, vel alias detur filio eidem, an se-
quuta postea renunciatione in fauorem ipsius filii effecti
maioris, facta ab eo, qui recepit, vt asseruaret, præsu-
matur scientia ipsius filij ad effectum, vt possit puniri in
foro exteriori, vt confidentiarius verus, & priuari etiam
obtentis, declarari inhabilis ad obtinenda alia: vel
ignorantia, vt priuetur dumtaxat eo beneficio, super
quo commissa fuit huiusmodi confidentia.

Quòd præsumatur scientia, primò facit, quia scien-
tia † probatur coniecturis, Abbas cons. 81. in fin. lib. 1. 63
Bald. consi. 372. num. 1. lib. 1. Alex. cons. 187. num. 3. lib.
2. Corn. consi. 85. num. 12. lib. 3. Riminal. sen. consi. 461. nu.
5. libr. 3. Card. Paris. consi. 91. num. 47. volum. 2. & consil.
57. num. 15. cum seq. vol. 4. Crauet. consil. 193. num. 6.
Natt. consi. 231. num. 1. & 2. lib. 1. Pancirol. consi. 130. num.
9. Bur. dec. 121. libr. 2. Borg. dec. 36. numer. 27. communis
opinio teste Soc. iun. consi. 116. numer. 42. volu. 1. & hic
plures extant coniecturæ, ex quibus colligitur huius-
modi scientia filij. Prima, coniunctio maxima sangui-
nis omnes alias superans † inter patrem, & filium, cap. 64
contradicimus, §. auctoritate, 35. qu. 3. Gl. in c. super eo,
2. de testibus. Tiraqu. in tract. de iure primogen. quæst.
40. num. 29. & communiter est receptum ratione san-
guinis præsumi scientiam, l. octaui, C. vnde cognati, l.
si vicinis, C. de nupt. l. consensu, §. supra plagijs, C. de
repud. Anch. consi. 170. colum. vlt. Bald. consil. 295. colu.
1. libr. 2. Crauet. consi. 26. num. 3. Corn. consil. 85. nu.
12. libr. 3.

Secunda, cohabitatio patris & filij, in eadem domo,
ex qua cohabitatione omnes volunt † præsumendam 65
scientiam Bald. in l. quicunque, num. 2. ff. loc. & cons. 392.
colum. 2. libr. 1. Abb. consi. 19. l. 2. Are. consil. 290. colum.
4. Ancha. d. consil. 170. colum. vlt. Bellam. consi. 46. num.
27. latè Decia. consi. 10. num. 85. 86. cum sequen. libr. 1. &
consi. 24. num. 46. eo. lib. 1. latissimè Beccius consi. 47. nu-
24. cum sequ. Ruin. consi. 50. numer. 17. lib. 1. Rolan. à Vall.

Digitized by Google

66 confi.52.num.13.lib.1.& conf.90.nom.25.lib.2. nam ſi †
vicinus præſumitur ſcire facta vicini, Alex.confi.23.col.
2.lib.5.Soc.ſen.reg.220.fall.6.Crau.de antiq.temp.par.4.
§.materia, num.62.& confi.148.num. 5.& communiter
alii omnes, ergo eò magis cohabitantes, qui cùm præ-
ſumantur habere notitiam facti, præſumuntur etiam ha-
67 bere † ſcientiam ipſius rei, & qualitatum. Iaſ. in l. qui
Romæ.§. duo fratres, numer.108.ff.de verb.obli. Ruin.
confi.14.num.6.lib.3.Pariſ.confi.52.numer.21.volum. 4.
Coraſ.in l.admonendi, num.100.ff.de iureiuran.& ſcien-
68 tia † vnius partis negocij, arguit ſcientiam totius, l.non
eſt ferendus, vbi Bart.ff.de tranſact.Abb.conſ.18.numer.
3.Soc.ſen.reg.176.Sfort.Odd.de reſtit.in integ.quæſt.8.n.
70.Tertia, ex eo, quòd communiter accidit: nam: quod
69 facit Pater, ſolet † communicare filio. Soc. ſen.confi.31.
incip. proſequendo, in 4. column. verſ. vnde quamuis
pater, volum. 2. Barba.conſ.10.colum.1.lib.2. cum aliis,
vt per Fel.in c.2.colum.2.de Magiſt. Alc.in l.in ſuis,num.
20.ff. de libr.& poſth. nam in ſimili, ab eo, quod poteſt
70 communiter fieri, præſumitur ſcientia ſcripturæ, † pro-
bato quòd fuerit penès illum, l. non eſt ferendus, ff. de
tranſact.Dec.conſ.328.colum.3.Card.Pariſ.confi.100.nu.
87.volum.1.Crau.confi.193.numer.7.Quarta, & vltima
erit coniectura, quia, ſi filius præſumitur ſcire negocia
patris, & in particulare teſtamentum paternum, præſup-
71 poſito quòd fuerit domi tempore quo fuit † conditum,
Bal.confi.392.num.5.lib.1.& confi.296.lib.2.Abb.conſil.
19.colum.2.libr.2.Pau.de Caſtr.confi.94.colum.2.libr.2.
Aret. confi. 15. ad fin.ita & eius rei, quæ tendit ad eius
vtilitatem, vt videntur fere dicere in propoſito noſtro,
Roman. confi. 290. Soc.ſen.confi.264.num.9.lib.2. Dec.
conſ.136.num.12.Roland.a Vall.confi.52.libr.1. Maſcar.
de probat. conclu.1293.nume.18.& hæc coniecturæ vi-
dentur magis concludere, quàm ſi hoc conſtaret per te-
72 ſtes ſingulares, qui id † probarent. Butr. dec. 121. libr.
2.& plus quàm ſi conſtaret per famam, quæ etiam ſuffi-
ceret, cap. vlt. di. 16. Iaſ. in l. is poteſt, nume. 73. ff.de
acquir.poſſ. Alex. conſ. 177. num. 8. lib. 2. Pariſ.conſil.
72. num. 26. vol. 2. Cephal. conſ. 314. num. 28. lib.3. &
omnes alii.

His tamen non obſtantibus, contrariam opinionem
73 in facti contingentia firmaui, vt non † præſumatur ſcien-
tia filii in confidentia commiſſa per patrem.

Primò ex regula vulgari, & communi, vt ignorantia
74 ſemper præſumi debeat, donec † contrarium non pro-
batur, l.ſi tutor petitus, vbi not.Bal.C.de peric.tut. cap.
præſumitur, de reg.iur.in 6.l.verius, & ibi Gl.ff. de pro-
bat.Bar.in l.is poteſt, nume.18.ff.de acqui.hæred. Roma.
conſ.54.poſt.numer.3.Soc.ſen.reg.175.Pariſ.confi.65. in
fi.volu.3.Rot.dec.6.de iure patr.in nouiſ.Bellamer. dec.
362.eóque maximè in caſu quæſtionis noſtræ, vt deli-
75 ctum † excludatur, arg. l.merito, ff.pro ſoc.latè Marſil.
confi.2. colum.1.Crauet. conſ. 18. colum.vlt.Alciat.de
76 præſumpt.3.regul.præſumpt.prima, cùm quiſque † præ-
ſumatur bonus, cap. vnico, de ſcrutin. in ordinat. fac.
Barbat.confi.77.in princ.li.4.Socin.ſen.confi.82.in princ.
lib.2.Et ideo regulare, eſt vt factum, quod poteſt trahi
77 ad bonum, † & malum, ad illicitum, & licitum, traha-
tur, & interpretetur bonum, & licitum. Alex.conſ. 325.
colum. 4.in fine lib.4.Soc.iun.confi.83.col.1.lib.2.Ioan.
Andr. in cap. nauiganti, de vſur.communis opinio, vt
latè per Gabr.de malef.concluſ.2.colu.1.& ſeq. Cephal.
confi.75.num.7.lib.1. & hoc in materia ſimoniæ ſcribit
Ferret.conſ.375. lib. 2. & in materia confidentiæ Capu-
taq.deciſ.202.num.5.par.1. qua propter debemus præſu-
mere pro non delicto, quod ſcilicet ignorauerit.

Secundò, quia non ſufficit præſumpta ſcientia (de
78 qua in quæſtione noſtra) cum agitur de † pœna infe-
renda.Rot.deciſ.51.de dol. & contuma.in antiqu. Felin.
in cap.quoniam frequenter §. porro.colum.antepenu.vt
lit.non conteſt.Ruin.conſ.66.num.18.lib.3.Ripa reſpon.
37.num.6.vſque ad fin.titul.de reſcr.Sarn.de ann.q.48.in
fine.Creſcent deciſ.193.in manuſcriptis. Cephal.confil.
720 num.17.lib.5.Caſſad.deciſ.2.num.4.de pœn.& com-
muniter alij Doct. Ergo cum Conſtitutiones Pij IV.
& Pij V. imponant pœnas grauiſſimas, concludendum
eſt, huiuſmodi ſcientiam non ſuffragari ad prædictum
effectum.

Tertiò, quia neque ſufficit ſcientia † præſumpta, 79
cum agitur de alterius præiudicio, vt poſt alios late de-
ducit ſimo.de Præt.conſ.199.num.36.Ber.conſ.68. n.86.
lib.1.Bal.in c.cum contingat, num.6.de reſcr.Butr.deciſ.
149.libr.1.Pariſ.conſ.23.numer.24.vol.1.Crau.conſ.193.
num.8.Caſſad.deciſ.2.nu.4.de pœn.Rot.deciſ.6.de publ.
in manuſcriptis, Mohedan. deciſ. 160. & 196. etiam in
manuſcriptis.

Ideò ſcribit Nat.conſ.162.num.4.in fin. quod conſan-
guineus, & vicinus non præſumitur ſcire facta † conſan- 80
guinei, & vicini in præiudicialibus, ſcilicet in ſucceſ-
ſionibus in ius alterius: nam tunc ceſſat, quod dicit
Bald.per illum tex.in l.de tutela. C. de in integrum re-
ſtit.Balb.de præſcrip.par.4.quæſt.19 num.8.Beniten. de-
ciſ.69.num.5. & deciſ.21.num.7.At hic agitur de magno
præiudicio alterius. Ergo.

Quartò, quia neque habet locum præſumpta ſcientia
in actibus, qui ſolent fieri clam. † Abb.conſ.25.num.15. 81
ſicuti neque in actibus momentaneis. Caſtr. in l. prima.
num.21.ff.ſi cert.petat.neque in actibus factis tempore,
quo † quis erat infans.Ceph.conſ.720.num.4. 82

Ex quibus patet reſponſum ad allegata in contra-
rium.

Quintò, ex dicto Nauar. conſ.65. numer.3.verſ.4 de
ſimon. vbi negat ſcientiam filij in hac materia ſimoniæ
ex facto patris, ſcilicet ſolutione cuiuſdam tritici: nec
obſtat conſtitutio Pij V. cum, non probata, ſcientia
ſimus extra caſum dictæ conſtitutionis.

Et eò magis procederet hæc concluſio, ſi conſtaret
de bona fama, & vita filij, & ſi probarentur aliquæ aliæ
circumſtantiæ. Et actor admittitur ad probandum hu-
iuſmodi ſcientiam, quæ, cum hic tractetur de inferenda
† pœna, eſſet probanda plenè.Cephal.d.conſ.720.col.2. 83
cum omnibus qualitatib.gloſſ.in cap.concertatione, de
appellationibus in 6.Alex.conſ.114.numer.4. lib.1.Aret.
conſ.68.nume 2.in fin.Bald.conſ.41.numer.5.lib.1.Ruin.
conſ.2.per totum, & præcipuè in 4.lib.5.Nat.conſ.456.
num. 18. lib. 2.

Inficiari tamen minimè poteſt, ex hoc filium eſſe val-
de indiciatum. In foro conſcientiæ autem inſpicienda
veritas, ad effectum, vt excuſetur, vel oe, & pariter ad
effectum excommunicationis.

quæſt. 21. in princ. An ignorantes comprehendantur
ſub Conſtit. Pii V.

¶ HAbes in hac ſingulari quæſtione ſeu illius reſolu-
tione confidentiarios ignorantes confidentiam eſſe
prohibitam priuationi obtentorum & obtinendorum, non
autem excommunicationi ſubiacere, & ab omni etiam
pœna excuſari in foro conſcientiæ: Ignorantes verò alie-
nam, per quam prouiſi fuere confidentiam, ſola annulla-
tionis actus & inhabilitatis ad beneficium ſuper quo fuit
commiſſum delictum pœna conſtringi, excommunicatio-
nem verò, & priuationem obtentorum, ac inhabilitatem
ad alia obtinenda omnino effugere. Eſt & tertium genus
ignorantiæ, de qua dubitari poteſt an excuſet, videlicet
cum actus confidentialis ignoratur quod ſit huiuſmodi, vt
ſæpe accidit; circa quod idem dicendum puto, quod de
ignorantibus prohibitionem confidentiæ dictum fuit. An
autem prouiſus ignoranter per alienam ſimoniam vel con-
fidentiam ſit ad beneficium ſuper quo perpetuò inhabilis
vel tantum pro illa vice? Credo quod vacatione ſimo-
niaca, vel confidentiaria ſemel conſumpta, & vitio per in-
termediam perſonam purgato, poſſit ad idem beneficium
abſque quod egeat diſpenſatione reaſſumi; arg. cap. ex
tranſmiſſa de filiis presbyt. & hæc eſt ſententia gloſſ. & Pa-
norm. in cap. penult. de elect. quod intellige, dummodo
ſtatim, ſcientia de crimine habita, beneficium dimiſerit,
alias crimini conſentiret, & pœnis omnibus contra ſi-
moniacos, vel confidentiarios, & ſic perpetua ad
quæcumque beneficia inhabilitate ligaretur, per ea quæ
adduxit Auctor ſupra quæſt. 20. nume. 29. & ſeqq. ſed in
ipſa eadem vacatione & immediatè etiamſi illicò dimiſe-
rit, non poteſt ab eodem iterum prouideri, niſi cum eo diſ-

Digitized by Google

penietur, cap. ex insinuatione. de simon. scilicet per Papam, si beneficium sit curatum, vel dignitas, d. cap. penult. & ibi gloss. & Panorm. de elect. vel fuerit quæsitum per confidentiam, circa quam Pius V. omnem Ordinariis iurisdictionem aufert, vt aduertit Auctor hic, num. 58. vel etiam per ipsum Ordinarium, si beneficium fuerit simplex, & per simoniam alienam, vt præfertur, non autem per confidentiam, ignoranter comparatum, d. cap. penult. de elect.

QVÆSTIO XXII.

Qua pœna puniatur Mediator simoniæ, & confidentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Mediator simoniæ est simoniacus.*

2 *Mediator delicti dicitur delictum committere.*

3 *Statutum de committente delictum comprehendit mediatorem.*

4 *Mediator in contractibus vsurarijs tenetur ad restitutionem.*

5 *Agentes & consentientes pari pœna puniuntur.*

6 *Mediatores pœna infamiæ notantur.*

7 *Mediator confidentiæ incidit in excõmunicationem.*

8 *Mediator, ad hoc vt quis dicatur, non requiritur munus.*

9 *Mediator confidentiæ committit confidentiam.*

10 *Mediator confidentiæ non priuatur obtentis, & obtinendis.*

11 *Pœna habet locum in casibus expressis.*

12 *Pœna imposita contra facientem non comprehendit consentientem.*

13 *Pœna contra dantem licentiam malefaciendi non extenditur ad vtentem illa.*

14 *Pœna contra contrahentem non comprehendit consulentem.*

15 *Dans intercessori, vt procuret sibi beneficium, quomodo puniatur.*

16 *Excommunicantur dantes aliquid pro gratia.*

17 *Auaritia est prohibita omni lege.*

18 *Iustitia vendi non debet.*

VIgesimosecundò, Quæro, an Mediator confidentiæ includatur sub pœnis appositis per Pium Quartum, & Pium Quintum in eorum Constitutionibus contra Confidentiarios? Duo capita censeo esse constituenda. Quorum primum erit circa excommunicationem. Secundum circa inhabilitatem in beneficiis obtentis, & obtinendis.

Quo ad primum omissis superfluis, conclusiuè procedendo, concludo mediatorem confidentiæ incidere
1 in excommunicationem, idq. ex eo, quia † mediatores
simoniæ sunt simoniaci, & in excommunicationem incurrunt. cap. si quis Episcopus, 1. quæstio. prima. vbi imponit pœnam aduersus Episcopos ordinantes per pecuniam, subdit, si quis verò mediator tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit, & ipse si quidem Clericus fuerit proprio gradu decidat, si verò laicus, aut monachus anathematizetur, & ibi gloss. & alij cap. vltim. 1. quæst. 3. extrauag. 2. Pauli 2. incip. Cum detestabile, in titu, de simon. in extrauag. commu. in §. Statuentes præterea, quòd vniuersi, & singuli etiam præmissis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint aut quòd illa fiat, mediatores extiterint, seu procurauerint, sententiam excommunicationis incurrant, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolui, præterquam in mortis articulo constituti. Et hoc expressè volunt Ioann. Carafa de simon. numero 96. Rednan. de simon. par. 4. cap. 10. numero 37. eum sequent. Nauarr. in Man. cap. 23. sub numero 106. versicu. ad quintum. Idem Nauarr. consil. 59. titu de simon. Et
ratio est, quia mediator criminis dicitur ipsum delictũ
† committere, cap. mediatores, & ibi Geminian. Franc. 2
& alij in principio de testibus, libr. 6. inducentes ad
ad statutum de committente delictum, vt † includatur 3
mediator, ad not. in cap. primo. de off. delega. cap. sicut dignum, de homic. cap. super, & cap. quantę præsumptionis, de senten. excommu. Beneuen. in tract. de proxenetis, par. 3. numer. 36. & ideò proxeneta, seu mediator in contractibus vsurariis potest dici vsurarius,
& mortaliter peccat, † ac in subsidium tenatur ad resti- 4
tutionem, Gloss. in l. sciente, ff. de parricid. Bar. in l. 1. §. incidit. ff. ad Turp. Franc. dic. c. mediatores, sub nu. 2. in princ. eod. l. 2. D. Ant. in Summ. p. 2. tit. de vsur. num. 25. & seq. & p. 3. cap. 6. num. 8. Caiet. in Summa verbo, vsura mentalis, Rom. singular. 385. Marsil. singu. 181. Ioann. Bapt. Lup. de vsur. in comment. 2. in primo not.
numero 26. & tritum est, † vt agentes & consentientes 5
pari pœna puniantur. capitu. notum, 2. quæ. 1. cap. facientes, distinction. 86. cap. primo. de off. delega. vbi gloss. in verbo pari, Dec. & communiter alij om-
nes. Hinc isti mediatores pœna † infamiæ notantur, ca. 6
si quis præbendas 1. quæst. 3. vbi gloss. dicit, huiusmodi pœnam esse perpetuam, & gloss. in capitul. si quis Episcopus, verbo mediator 1. quæstio. 1. & ob id non recipiuntur ad testimonium. capitul. veniens, de testibus. cap. primo eod. titu. libr. 6. vbi excipiuntur casus, Rednan. in eod. tract. de simon. par. 2. cap. 26. numer. 21. Qua ergo ratione mediatores simoniæ incidunt in excommunicationem, eadam etiam mediatores confi-
dentiæ debent incidere † in huiusmodi excommunica- 7
tionem, arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de verb oblig. Et notandum est, quòd, ad hoc, vt quis dicatur
mediator † simoniæ, seu confidentiæ, non requiritur, 8
quòd ipse ob eam aliquid percipiat, sed satis est, vt mediator fuerit, vt illa fiat, vt expressè probatur in d. extraua. 2. de sim. & in specie tradit Nauarr. consi. 59. versic. respondetur 1. tit. de sim. Ex quibus deducitur con-
clu. satis aperta, quod † mediator cõfidentiæ committit 9
confidentiam, & hoc in indiuiduo affirmant Maiol. de Irregular. lib. 5. cap. 45. versi. supradictis omnibus, Mascard. de probat. conclu. 1306. n. 32. & incidit in excommunicationem, vt supra ex pluribus ostendi.

Quoad secundum, circa inhabilitatem in beneficiis
obtentis, & obtinendis, † crederem, mediatorem con- 10
fidentiæ, non affici hac pœna, quod videtur sentire Nauarr. consi. 59. versic. tertio. tit. de simon. dum respondit, mediatorem simoniæ non incidere in aliam pœnam inflictam contra simoniacos, quàm excommunicationis; & expressiùs in vers. quarto fine, dum dicit, non indigere dispensatione circa obtenta, & obtinenda. Et ratio est. quia huiusmodi pœnæ propriè sunt inflictæ aduersus verè confidentiarios, dantes aut recipientes beneficia in confidentiam, quales non videntur propriè consentientes tantùm & consulentes, & sic mediatores. Gloss. singularis, in clement. prima de consang. & affinita & regulare est, vt pœna habeat locum in casibus
tantum expressis † leg. pen. ff. de pœnis. cap. pœnæ, de 11
pœnit. dist. prima. & non debet extendi de vno casu ad alium. Gloss. in clem. prima de sepult. & imposita con-
tra † facientem, non comprehendi consentientem, & 12
auxilium dantem. Caiet. in Summ. in verbo, excommu-
nicatio. Tabien. in eo. verbo, in 5. casu. Hinc pœna † 13
contra dantem licentiam malefaciendi, non extenditur ad vtentem illa, cap. quicunque, de senten. excommu.
lib. 6. & contra contrahentes non comprehendit † con- 14
sulentes. clem. prima. de consang. & affin. & lata in sepelientes excommunicatum non comprehendit consulentes. clem. prima de sepult. & ideò in cap. felicis de pœn. libr. 6. in clem. si quis suadente, de pœn. & in l. si quis id quod, ff. de iur, omn. Iud. Et in multis capitulis Bullæ in Cœna Domini exprimuntur consulentes, & mandantes, vt per Nauarr. in Manual. c. 27. num. 2. cum sequent. & sic secundum propriam significationem verborum prædictæ Constitutiones Pij IV. & Pij V. non loquuntur quoad huiusmodi pœnas de mediatoribus,

ideò

Digitized by Google

ideò hac pœna non debent affici, & hac ratione respondit Nauarr. dict. consilio 59. versicu. quarto. in fin de simon. mediatorem simoniæ non teneri pœnis appositis per Pium V. in Constitutione quinta. incip. Cum primum, anno primo, in §. & vt Simoniace, quia attenta propria significatione verborum loquitur de Simoniacis.

Hanc autem conclusionem limitarem non procedere, quoties mediator confidentiæ de fructibus beneficij aliquid perceperit, nam hic casus satis expressus est in dict. Constitutione, Pij V. in §. *Denique si quis pro concessione alieni facta, quacunque auctoritate de beneficio Ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel aliàs in negotio concessionis sese immiscuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocunque.* Verba enim sunt aperta, & clare probant hanc limitationem, & in his terminis loquuntur Maiol. & Mascard. locis citatis. Et ratio est quia, tali casu non solùm est mediator, sed etiam dicitur principaliter facere, & committere delictum confidentiæ, & ideò teneri ad restitutionem, respondit Nauarr. consilio 30. num. 4. de simon. Et non solum mediator Simoniæ committit eam, & excommunicatur, sed etiam dans mediatori, seu intercessori, vt
15 procuret sibi collationem † beneficij. Innocen. in cap. tuam, de ætat. & qualitat. quæ ibi Anton. de Butr. Abba. & bellam. sequuntur: idem Innocen. in cap. tanta, de simon, & ibi Felin. & communiter alij dicentes, quòd paria sunt dare collatori, & dare tertio, vt moueat collatorem ad conferendum, nisi datur illi quod deceret pro labore, quem suscipit in semel, vel frequenter adeundo collatorem, & redeundo ab eo, vel in compensationem alicuius interesse considerabilis damni, vel lucri cessantis ipsius mediatoris, vel nisi daret principaliter ad ineundam amicitiam, secundariò verò, vt postea per illa moueretur ad mouendum collatorem, vt conferat ei, vt notabiliter scribit Nauarr. in Man. cap. 23. sub. num. 106. vers. Ad quintum, vbi excusat dantes munera familliari Papæ, principaliter ad ineundam amicitiam cum illo, & secundariò vt impetret ei a Papa aliquod beneficium, cùm se occasio obtulerit. Et ideò in pœnam excommunicationis, ac
16 priuationis omnium beneficiorum, † & officiorum ac infamiæ incurrunt dantes, vel promittentes Curialibus pro gratia, vel iustitia obtinentes, vt statuit Bonifacius VIII. in cap. 1. de sent. excom. quam Extrauagantem innouauit fel. rec. Gregorius XIII. per suam Constitutionem 28. incip. Ab ipso Pontificatus, ann. 3. & fuit necessarium hoc facere, quia Clemens V. reuocauit dictam Extrauagantem Bonif. VIII. Palud. in 4. dist. 18. q. 3. colum. penu. Ang. verbo Excommunicatio. 5. casu 55. Syluest. verbo excomm. 7. cas. 46. Caiet.
17 cas. 81. Et fundatur optima ratione, vt tollatur † auaritia prohibita omni lege, D. Paul. 1. ad Timo. relatus in cap. quia radix, de pœni. dist. 2. & 10 §. 1. auth. vt iudic. sine quoquo suffr. coll. 6. & ne iustitia vendatur, quod est etiam prohibitum lege diuina, iuxta illud Matthæi 10. Gratis accepistis, & gratis date, relatum in ca. gratia, 1. quæst. 1. & habetur in ca. qui studet, cap. reperiuntur, cap. sunt nonnulli, ead. cau. & quæst. B. August. in ca. vendentis, 1. q. 3. ca. non solum, ead. caus. & q. c. qui rectè, & c. non licet, 11 quæst. 3 & casus omnes, & singulos dictæ Extrauagantis habes in vnum collectos per Nauar. in comment. ipsius in octauo notabili, & in sequentib. notabilib. declarantur omnia exactissimè, qui in 17. not. in X. illatione, num. 35. vers. pro contraria, tenet dationem & receptionem Xeniorum, & munerum quæ circa Festum Natalis Domini dantur in Curia Officialibus, non comprehendi in prædicta Constitutione, quia ab antiquo tempore sunt licitæ, & huiusmodi consuetudo non est contraria iuri naturali, vel diuino.

quæst. 23. in princ. An mediator confidentiæ includatur sub pœnis, &c.

¶ MEdiatores, quos leges proxenetas, canon vero interceptores vocat, l. 2. ff. de proxenet. can. penult. dist. 91. in materia simoniæ & confidentiæ excommunicatione feriuntur vt hic concludit Flaminius immunes ab aliis pœnis contra reos principales editis. Imò etiam ab ipsa excommunicatione videntur liberi, nisi tantum in simonia reali, quia extrauagans cum detestabile de simonia inter communes hanc pœnam inducens in sola reali simonia locum habet, vt ad q. vlt. lib. 14. de resignat. diximus, non autem in conuentionali, cuius species est confidentia, Flamin. supra quæst. 1. num. 116. nec obstat quod per constitutiones Piorum excommunicentur confidentiarii, quia inde non infertur contra mediatores, Clem. 1. & ibi gloss. de consang. & affinit. nec est cur potius hoc casu excommunicationi sit locus, quam priuationi & inhabilitati, de quibus indd. constit. maximè cum minor pœna in dubiis sit eligenda, l. semper 55. & l. factum 197. in hac ff. de regul. iur. pœna autem maior excommunicatione non sit in Ecclesia Dei, can. corripiantur 23. q. 3. Quid dicendum? Credo quod excommunicatio locum non habeat contra mediatores confidentiæ, nisi hinc inde ad executionem deuentum fuerit, quia tunc solum illa species simoniæ conuentionalis transit in realem, cuius mediatores excommunicantur, per d. extrauag. cum detestabile, sed antè executionem huiusmodi pœnæ non esse locum ex quo non est in iure cauta. Post hæc scripta reperi Suar. idem per eadem motiua omninò sentientem in tract. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 43. num. 15. contra Nauarr. in manual. cap. 23. num. 110. limito nisi mediator confidentiæ de fructibus aliquid perceperit, aut ad eius voluntatem de beneficio fuerit dispositum; tunc enim omnes pœnas Constitutionis incurreret, cum is casus in ea exprimatur.

QVÆSTIO XXIII.

Constitutiones Pij IV. & Pij V. num comprehendant transferentes pensionem in Confidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Pensio an sit beneficium, & num. 19.*
2 *Pensio succedit loco beneficij.*
3 *De Pensione facienda est mentio.*
4 *Pensio dicitur res Ecclesiastica.*
5 *Pensio extinguitur de consensu Papæ.*
6 *Pensio pendet à beneficio.*
7 *De pensione soluitur decima papalis.*
8 *De pensione soluitur charitatiuum.*
9 *De pensione soluitur annata.*
10 *Illegitimus non est capax beneficij.*
11 *Illegitimus an potest habere pensionem.*
12 *Facta professione vacant beneficia.*
13 *Latissima interpretatio, vbi agitur de tollenda fraude.*
14 *Transferentes pensionem sub confidentia, an includuntur in Constitutionibus Pij IV. & Pij V.*
15 *Dispositio non competet, vbi verba non conueniunt.*
16 *Constitutio odiosa restringitur.*
17 *Pœna in casibus expressis.*
18 *Ex rubrica colligitur intentio.*
20 *Regula de infirmis, non comprehendit transferentes pensiones.*
21 *Pensionarius non tenetur ad residentiam.*
22 *Pensionarius non tenetur ad officium magnum.*
23 *Pensio non facit incompatibilitatem.*
24 *Pensio an sit quid temporale.*
25 *Pensio potest laico assignari.*
26 *Pensio non potest resignari.*
27 *Pensio morte pensionarij non vacat.*
28 *Translatio pensionis est profana.*
29 *Potest dari pecunia pro redimenda pensione.*
30 *Pensio pensionis non inducit excommunicationem.*

31 *Redimens pensionem absque Papa excommunicatur.*
32 *Ex diuersis non infertur.*
33 *Beneficium est spirituale.*
34 *Dispositio in actum mixtum non applicatur simplici.*
35 *Accessorium sequitur naturam principalis.*
36 *Illegitimus non est capax feudi.*
37 *Professus habetur pro mortuo quoad mundum.*
38 *Contrahens matrimonium desinit esse clericus.*
39 *Ex facto oritur ius.*
40 *Exemplis non est iudicandum.*
41 *Iudex debet inniti rationibus.*
42 *Iudex debet iudicare secundum leges.*
43 *Percipiens pensionem post translationem, non est simoniacus.*
44 *Simoniacus in ordine beneficij est excommunicatus.*
45 *Emens ius patronatus, non est excommunicatus.*
46 *Emens præsentationem, est excommunicatus.*
47 *Pactum contra legem illicitum.*
48 *Non peccat, qui consulit peritos.*
49 *Transferens cum pacto exigendi pensionem, nulliter facit.*

Vigesimotertiò. Quæro, an transferentes pensiones per confidentiam comprehendantur in Constitutionibus Pij IV. & Pij V. editis super Confidentiis, vt illis pœnis ligentur.

1 Pro affirmatiua primò facit, quia pensio † est beneficium, vt firmauit Andr. Barbat. in cap. ad audientiam. 2.
de rescript. ex illo tex. & ea ratione, quia succedit loco
2 † Beneficij. Gig. de pens. qu. 56. & ideò, sicuti de benefi-
3 cio † facienda est mentio in impetratione, ita de pensione, Bar. in cap. super literis, num. 72. de rescr. & communiter Doct. Ergo quemadmodum committentes confidentiam super beneficiis tenentur illis pœnis, de quib. in dictis Constitutionib. ita & committentes confidentiam super pensionibus.

Secundò, quia in dictis Constitutionibus decernitur esse nullas pẽsiones, accessus, & regressus, quæ imponuntur super beneficiis, quæ resignantur, vel conferuntur per confidentiam beneficialem damnatam: ex quibus verbis clarè colligitur, fieri mentionem de pensione, & si illæ sunt nullæ ergo & aliæ translatæ per confidentiam: nam non solùm eadem viget ratio, sed maior, arg. auth. multò magis. C. de sacrosanct. Eccles.

Tertiò comprobatur, quia causa pensionis dicitur res
4 † Ecclesiastica, & ideò non potest coram Iudice sæculari agitari. Gig. de pens. q. 99. nu. 3. neque potest extin-
5 gui † anticipatis solutionibus, nisi cum consensu Papæ Gam. de auth. Leg. à lat. tit. de pens. nu. 633. Gig. de pens. q. 87. Nauarr. in Man. c. 23. num. 3. & consi. 63. num. 1. tit. de Sim. & communiter Doctor. Cùm ergo habeat in se quid spirituale, sequitur, quod rationes consideratæ per dictas Constitutiones habent locum in translatione pensionis, vt obuietur fraudibus.

6 Quartò, quia pensio † pendet à beneficio. Card. in clem. 1. §. eadem, de suppl. præla. neglig. Caccial. de pens. quæst 2. Gig. de pens. quæst. 1. num. 9. qua ratione idem iudicium fit de ea, ideo, sicuti de beneficio tolli-
7 tur decima Papalis, ita de † pensione. Bellenc. in trac. de charit subsid. quæst 75. Caccial. de pens. quæst. 17. Gig. eod. tract. quæst. 59. & sicuti de beneficio soluitur
8 charitatiuum, ita † de pensione, Bellenc. in d. tract. quæst. 37. Gig. de pens. quæst. 38. per totam, & sicuti de beneficio excedente summam 24. duc. soluitur annata,
9 ita de pensione † excedente 24. Gig. de pens. quæst. 26.
10 & est notissimum in Curia, & sicut illegitimè † natus non est capax beneficij Ecclesiastici sine dispensatione,
11 cap. literas, de fil. presb. cap. 1. eo. tit. lib. 6. ita pariter † sine dispensatione non erit capax pensionis. Gig. de pens. quæst 16. & sicuti beneficia ingressi religionem, va-
12 cant † sequuta professione, ita & pensiones, communis, vt per Gig. de pens. q. 57. & per contractum matrimonij, idem Gig. q. 54.

Quintò, quia vbi agitur de obuiando fraudibus, & coercendis illicitis latissima fit † interpretatio. Capu- 13
taq. decis. 211. lib. 1. in manuscriptis, & secundum hanc opinionem bon. mem. R. P. D. Alexander Catalanus, iudex confidentiarum, mihi retulit iudicasse Pium V. die 17. Aprilis 1570.

His tamen non obstantibus, contraria opinio mihi
probatur, vt transferentes pensiones † per confidentiam 14
non comprehendantur sub dictis Constitutionib. Pij IV. & Pij V. secundum quam sententiam consuluit bis egregius Doctor. Nauar. cons. 2. nu. 6. versi. an autem, de constit. & cons. 16. de Simo. & cons. 46. de præb. num. 1. vers. tertio, refert defendisse, vt hic casus non comprehendatur, &c. & ab hac opinione existimo non esse recedendum in iudicando, & consulendo, illam firmauit Rot. die 5. Iunij 1591. in vna Brixien. prætensæ confidentiæ coram R. P. D. Pegna Auditore Rotæ integerrimo, & hãc etiam opinionem ego tenui, de resign. benefi. lib. 6. qu. 4. num. 53. & probatur primo, quia, vbi verba non conueniunt, neque conuenit † dispositio, l. 4. §. totiens, ff. de
damn. insect. & ibi Bart. & hoc notauit, cap. indemnita- 15
tibus, § penul. de elect. lib. 6. ad not. in l. quicunque, C. de seru. fug. sed verba dictarum Constitutionum non conueniunt transferentibus pensiones per confidentias, cùm nullum verbum ibi ponatur de translatione pensionis. Ergo, &c.

Secundò, Constitutio † odiosa non extenditur, sed 16
potius restringitur, cap. odia & ibi latè Dyn. de reg. iur. lib. 6. Bart. Rom. & alij in l. si verò, §. de viro, ff. sol. matrim. Idem Barto. & alij in l. si constante, in quæst. 9. princip. ff. solut. matrim. Card. Paris. consil. 16. nu. 17 volum. 3. sed huiusmodi Constitutiones super confidentiis sunt odiosæ, vt latè conclusum est supra, ideò erunt restringendæ in casibus, in quibus loquuntur expressè: regulare enim est, vt pœnæ non imponantur nisi in casibus à
iure † expressis, cap. is qui, de sent. excom. lib. 6 l. & si 17
quis, §. diuus, ff. de religios. Cardin. Paris. in rubr. ff. solu. matrim. num. 21.

Tertiò, probatur ex rubricis dictarum Constitutio- 18
num, ex quibus arguitur intentio † statuentium, not. in l. 1. ff. si cert. pet. nam rubr. Constitutionis Pij IV. est concepta contra quoscumque, Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica quæcumque in confidentiam retinentes, seu recipientes, altera Pij V. est concepta de confidentiis be-
neficialibus: sed † pensio ex communi, & recepta Do- 19
ctorum sententia non est beneficium. Abb. in d. c. ad audientiam 2. de rescr. vbi Fel. & alij omnes, Staphil. de grat. expect. verb. forma noua. num. 12. Sarn in eo. tract. verbo gratias, num. 92. de communi. Alfons. Hoieda de incompat. benefic. in præf. num. 3 & part. 2. cap. 7. & nu. 4. dixi lib. 2. de resign. benefi. quæst. 15. num. 11. & ob id re-
gu. † de infirmis non comprehendit transferentes pen- 20
siones in articulo mortis, vt fuit decisum in Rot. teste Sarn. de inf. resigna. quæst. 16. colum. 2. Gamm de auctorit. Leg. à lat. tit. de pens. num. 644. ob hanc etiam cau-
sam † pensionarius non tenetur ad aliquam residen- 21
tiam. Archid. in cap. quamuis. 1. num. 2. de præbend. lib. 6. Card. in cap. vlt. quæst. 11. de Cleric. non resid. Gig. de pens. quæst. 31. numero 4. & alij omnes, vt dixi lib. 2.
dict. quæst. 15. num. 16. neque ad officium † magnum. Do- 22
min. Sot. lib. 10. de iust. & iur. quæst. 5. art. 3. hinc pensio
non facit incompatibilitatem cum alio † beneficio cu- 23
rato, vel requirente residentiam. Imol. in clem. Gratiæ, num. 11. de rescript. Gig. de pens. quæstio. 42. & communiter alij, vt per Hoiedam de incomp. benef. part. 2. c. 7. in princ.

Quartò, quia non solum in rubro, vt dictum est, sed etiam in nigro dictarum Constitutionum semper fit mentio de beneficiis, & elicitur factas, fuisse ad tollendam corruptelam fiduciariæ, siue confidentiariæ mancipationis beneficiorum, ideò non debent comprehendere transferentes pensiones, cum verba non conueniãt, quia pensio non est beneficium, vt supra dictum est.

Quinto, quia videntur cessare rationes dictarum Constitutionum, cùm pensio non semper sit quid

Digitized by Google

24 ſpirituale, nec ſpiritualitati annexum, immo † quid tem-
poral e Gig. de penſ. quæſt 7. numer. 5. & quæſt. 16. &
25 quæſt. 21. & ideo poteſt laico † aſſignari. Card. in Clem.
2. quæſt. 9. de offic. ord. Redoan. de ſpol. ca. Eccleſiaſticu,
quæſt. 8. §. ad maiorem, num. 26. Rebuff. de pacif. poſſ nu.
151. Card. Palæot. in tracta. de not. & ſpur. cap. 58. num.
4. Caccialup. de penſ. quæſt. 12. numer. 2. & communiter
26 Doct. vt dixi lib. 2. dict. quæſt. 15 & ideo † penſio non
poteſt reſignari, neque permutari cum alio beneficio,
vt dixi d. quæſt. 15. libro 2. in princ. Card. Imol. & alij
in clem. vnica, §. eadem, de ſuppl. præl. neglig. & ob
id poteſt remitti in totum, vel in partem, ſimpliciter,
abſque auctoritate ſuperioris, Card Alex. in cap. Aga-
tho, 64. diſt. & poteſt redimi anticipatis ſolutionibus,
27 Giga. de penſ. quæſt. 86. & † morte penſionarij non va-
cat. Gig. de penſ. quæſt. 12. Et ob id contractib. profanis
æquiparatur. Sarn. de infir. reſign. quæſt. 16. column. 2.
Roman. conſilio 339. colum. 4. hinc eſt, quod Rota ſæpius
28 iudicauit, translationem † penſionis eſſe rem omnino
profanam, vt teſtatur Gammar. de auctoritat. Leg à lat.
lib. 6. titu. de penſ. num. 633. & multos deducit Gig. de
penſ. quæſt. 99. & tetigi de reſign. benef. lib. 6. quæſt.
4. numero 51.

Sextò, quia in dictis Conſtitutionibus firmantur
plures caſus, in quibus omnibus præcedit, vel ſubſequi-
tur diſpoſitio tituli, & in ſpecie, quando annullantur
penſiones, & reſeruationes fructuum id fit, quia in diſ-
poſitione titulorum, &c. & ſic coniunctim cum titulo
ſunt reſeruatæ. Naua. in Man. cap. 23. num. 109. cum ſeq.
Maſcard. de proba. concl. 1306. vbi refert 13. caſus com-
prehenſos in Conſtitutione Pij V. & in omni caſu con-
currit diſpoſitio tituli, qui titulus cum ſit quid ſpiritua-
le, & penſio quid merè temporale, merito non poteſt
abſque labe ſimoniæ valere penſio confidentialis in diſ-
poſitione tituli reſeruata, quia eſſet dare temporale pro
ſpirituali: ſed quod habens penſionem cum facultate
transferendi illam, etiam poſt factam translationem exi-
gat, non videtur, hic caſus comprehenſus dictis Conſti-
tutionibus, quia datum eſt temporale, purum, & ſim-
plex, & exigitur, ac recipitur illud idem, quod eſt
purum, & ſimplex temporale. Gig. conſ. 120. per tot. &
cum factum iſtud nihil habeat ſpiritualitatis, in eo ceſ-
ſat confidentia prohibita, faciunt quæ ſcribunt Caccia-
lu. de penſ. quæſt. 4. & 12. Natt. conſil. 290. lib. 2. Are-
tin. conſi. 59.

Septimò, ex his, quæ proximè diximus, cum penſio
non ſemper ſit res ſpiritualis, ſed temporalis, ſolos fru-
ctus reſpiciens, vnde ſcribunt Doctores non eſſe ſimo-
29 niam dare † pecuniam pro redimenda penſione, vt con-
cludit Gig. de penſ. quæſt. 99. num. 6. nam ſimonia con-
ſiſtit in ſpiritualibus, vel eis annexis, & penſio ſit quid
temporale, qua ratione conſuluit Nauar. conſi. 52. num.
30 2. de Sim. emptionem & venditionem penſionis † non in-
ducere ipſo iure vllam excommunicationem, quia ſola
ſimonia ſuper beneficio, vel ordine commiſſa inducit
ipſo iure illam, idem Nauar. conſi. 63. num. 2. de Sim. vbi
31 etiam ſcribit, ex eadem ratione non incurrere † excom-
municationem redimentem penſionem abſque auctori-
tate Papæ, licèt malefaciat & peccet: ergo pari ratio-
ne non erit confidentia prohibita transferre penſionem
ſub confidentia.

Octauò, quia dictæ Conſtitutiones ſolùm († vt etiam
dixi in primo fundamento huius opinionis) loquuntur
de renunciationibus, electionibus, præſentationibus, &
alijs modis prouidendi beneficia Eccleſiaſtica, ſtatuen-
do illas eſſe nullas cum inde ſequutis: ſed translatio pen-
ſionis non fundatur ſuper vlla mala confidentiali pro-
uiſione, & nihil commune habet translatio penſionis ri-
te facta cum confidentia mala prouidendi beneficia: ex
32 diuerſis enim † non infertur, l. Papinianus, ff. de minor,
eò magis, quia translatio fit auctoritate Papæ, ex quo
ceſſat omnis dolus. Abb. conſi. 68. ou. 3. lib. 1. Pariſ. conſ.
171. num. 16. volum. 4.

Nonò, comprobatur hæc opinio, quia non eſt tan-
ta ratio puniendi transferentem cum confidentia
penſionem (quæ eſt quædam res temporalis, vt dictum
eſt ſupra) quanta eſt puniendi conferentem, vel acci-
pientem beneficium cum confidentia, cum † beneficium 33
ſit ſpirituale, cap. de illo, de præben. & ſuper ſpirituale
committatur ſimonia, vt ex eius definitione colligitur.

Ex quibus omnibus concludendum eſt, translationem
penſionis factam ſub confidentia non comprehendi in
dictis Conſtitutionibus. Nam, vt inquit Nauar. conſ. 16.
in fin. de Simonia, nec per ſomnium venit in mentem
Pij IV. & Pij V. hoc. Remanet, vt tollamus contraria.

Ad primum argumentum, videtur optimè ſatisfactum
per ea, quæ ſcripſimus in tertio fundamento huius opi-
nionis, cum communis concluſio ſit, penſionem non eſſe
beneficium, & Barbat. qui contrarium tenuit communi-
ter eſt à Docto. reprobatus, vt dixi lib. 2. quæſt. 15. num.
20 & 21. de reſignat. benef.

Ad ſecundum argumentum, etiam patet reſponſum
ex his, quæ dicta ſunt in 6. fundamento huius ſenten-
tiæ: namque dictæ Conſtitutiones annullant penſiones
reſeruatas in actu collationis, electionis, & præſenta-
tionis beneficij, intercedente confidentia, & ſic de pen-
ſionibus diſponit, illas conſiderando coniunctim cum
titulo, qui titulus cùm ſit ſpiritualis, in eo cadit
confidentia, & annullantur omnia ſequuta. Vnde a-
liud erit, quoties penſio conſideratur ſeparata à titulo:
nam tunc, cum ſit res temporalis, ſi in translatione ip-
ſius cadat confidentia, non erit caſus comprehenſus ſub
dictis Conſtitutionibus, tum quia ſumus in diuerſis.
vulga. l. Papinianus, ff. de minor, nam aliud eſt dixi, dam-
nare collationem, vel renunciationem beneficialem
cum confidentia, & aliud damnare confidentiam pen-
ſionalem, nulla beneficij intercedente collatione, ne-
que renunciatione confidentiali: ita optimè Nauarr.
d. conſilio 16. numero 5. tum etiam quia diſpoſitio
in † actu mixto non applicatur ſimplici. Ang. conſ. 148. 34
nume. 7. cum ſeq. tum præterea, quia, vt dicit Nauarr.
loco citato, alia ratio ſuadet illud quod non ſuadet
hoc: ratio enim, quare penſiones, acceſſus, & regreſ-
ſus conceſſi ſuper beneficiis per damnatam confiden-
tiam collatis, & reſignatis, annullantur, eſt quia † ac- 35
ceſſorium ſequi debet naturam principalis, cap. acceſ-
ſorium, de reg. iur, libr. 6. & ita penſiones, regreſſus,
& acceſſus acceſſorij præfatarum collationum, & reſi-
gnationum confidentialum non poterant ſubſiſtere, illis
non ſubſiſtentibus: quæ ratio ceſſat in confidentia tranſ-
lationis penſionis iam ritè conſtitutæ.

Ad tertium reſpondetur ex his, quæ dicta ſunt in
ſexto fundamento huius opinionis, nec valet conſe-
quentia, agitatur cauſa penſionis coram Iudice Ec-
cleſiaſtico, ergo eſt beneficium, ergo eſt res ſpiri-
tualis, vt latè Gig. de penſ. quæſtione 99. numero
12. in fin.

Ad quartum reſpondetur, quòd penſio pendet ex be-
neficio, ergo non valet conſequentia: nec obſtat. quod
ſoluatur decima de penſione ſicut de beneficio, quia id
eſt ex eo, quod decima imponitur habito reſpectu ad
fructus beneficij, non autem reſpectu ſpiritualitatis, &
annata ſoluitur de penſione eadem ratione. & illegiti-
mus non eſt capax penſionis in odium ipſius, ſicuti ne-
que † eſt capax feudi, neque emphyteuſis Eccleſiæ ſine 36
diſpenſatione cap. naturales, tit. ſi de feud. fuerit con-
trouerſia, in vſibus feudo Bal. in l. generaliter, § cum
autem C. de inſti. & ſubſt. & ideo per ingreſſum reli-
gionis extinguitur penſio: quia profeſſus, † habetur pro
mortuo, quoad mundum. l. Deo nobis, C. de Epiſc. & 37
cler. c. placuit, 2. quæſt. 1. & ceſſat per contractum ma-
trimonij, quia contrahent † matrimonium deſinit eſſe
clericus, & amittit priuilegium clericale in omnibus, 38
præterquam in duobus. de quibus in cap 1 de cler con-
iug lib. 6. vt latè proſequitur Gig d. quæſt. 99. numer.
13. 14. cum ſequent.

Vnde argumentum non concludit.

Ad quintum reſpondetur: illud procedere, quoties
materia non eſt ita pœnalis, vt in caſu noſtro, iuxta ex,
quæ diximus.

Digitized by Google

Non obstat, quòd ita iudicauit Pius V. quia potoit
Pius V. moueri ex alio, & ex circunstantijs factis , ex
39 quibos oritur † ius, & variatur, l. si ex plagis, §. in cli-
uo, ff. ad l. Aquil. l. ea est, vbi Cagn. oum. 27. ff. de reg.
iur. Bal. consil. 22. lib. 2. Ancha. coosi. 302. Card. Parisi.
consi. 22. num. 23. volu. 5. Roland. à Val. consi. 1. nu-
mer. 1. lib. 1. vt quia pensio coniuncta erat cum titulo,
iuxta ea, quæ dicta sunt in 6. fundamento huius opinio-
nis, & quomodocunque sit, exemplis etiam superioris
40 † non est iudicandum, l. nemo, C. de sent. & ioterlocu.
omn. Iud. Card. Paris. consi. 32. numer. 30. volum. 2. Perus.
in cap. cum speciale, num. 10. de appe. eò magis, cùm hu-
iusmodi exemplum non transiuit in consuetudinem, Gl.
in d. l. nemo. Cephal. consi. 120. nume. 13. lib. 1. nec sit pro-
priè sententia Papæ, dato quòd constaret de eo , quod
diximus: namque solent Iudices confidentiarum factum
alicuius causæ referre Sanctissimo, qui suæ opionioni so-
let annuere. Ideò huiusmodi auctoritas non erit in con-
sideratione, cùm ea rationibus contrarium constet, qui-
41 bus Iudex debet † inniti c. Iudicanté, 30. q. 5. c. Deus oo-
ster, dist. 13. c. 1. de re iud. lib. 6. l. rem non nouam , C. de
42 iudic. Potc. Imolen. cons. 91. numer. 6. ac verbis † le-
gum, & noo exemplis, Sam. in §. quædam, oum. 32. In-
stit. de action.

Ex his enim colligitur , confidentiam super transla-
tione pensionis commissam non comprehendi sub Con-
stitutionibus Pij IV. & Pij V. & id potest exemplifica
ri, quoties quis transferret pensionem ea intentione, vel
pacto percipiendi terminos pensionis decurrendæ. Du-
bium tamen est, an hæc sit Simooia inducens excom-
municationem, vel aliam censuram. Communis respon-
43 sio † est negatiua, vt consuluit Nauarr. cons. 16. num. 2.
de Sim. & consi. 46. de præbend. nume. 1. versi. a. latè
Gig. de pens. quæst. 99. nam extrauag. 2. de Simon. in
communibus , quæ inducit excommunicationem ipso
iure incurrendam contra simoniacos , habet locum so-
44 lum † in Simonia commissa in beneficio, & ordine, non
autem in Simonia commissa super alijs rebus spirituali-
bus, vel anneais eis, vt colligitur ibi, & tradit Caie-
tan. in verbo, excommunicatio , cap. 72. late Nauarr. In
Man. cap. 27. n. 106 & cùm sit pœnalis, erit restringenda,
cap. pœnæ, de pœni. dist. 1. Hinc alias in Sacra Pœni-
45 tentiaria fuit resolutum , committentem Simoniam , †
emendo, vel permutando ius patronatus, iuxta not. in
cap de iur. pat. non incurrere excommunicationem, de
46 extraua. secus autem, si fuisset commissa † io præsen-
tando: vt testatur Nauar. de cons. 16. nume. 3. in fi. versi.
tum quia, de Sim.

Secundò dubitatur , an huiusmodi pactum redoleat
Simoniam? Videtor dicendum negatiuè, vt patet ex ad-
ductis per Gig. de pens. qu. 99. colu. 2. nam pensio non est
beneficium Ecclesiasticum , Card. in Clem. 1. de supp.
præl. neglig neque res Ecclesiæ, immo profana, vt iudi-
cauit Rot. teste Gamar. de aucto. Leg. à lat. titul. de pens.
n. 634. & dictum est supra; contrarium tamen tenet Na-
uar. cons. 46. de præb. quia negari oon potest quin sit ios
annexum spiritualitati, multò magis, quàm ius patrona-
tus, c. quanto, de iudic.

Tertiò dubitator, an paciscentes ita peccent? Affir-
matiuè est respondendum, vt videtur sentire Nauarr. d.
cons. 16. num. 7. de Sim. & d. consi. 46. de præben. & ratio
47 est, quia huiusmodi † pactum non est licitum, immò il-
licitum, latè Felin. in c. 1. num. 15. de re iudic. D. Anton.
par. 1. tit. 3. cap. 10. colu. 8. Sicuti in simili redimens peo-
sionem absque anctoritate Pap. non incurrit excommu-
nicationem malè tamen facit , & peccat , vt con-
suluit Nauarr. consi. 63. num. 2. de Sim. & hoc est pecca-
tum Simoniæ, vt dicit Nauar. d. coosi. 63. num. 2. & tene-
tur pœnitere eius, quod fecit, noo antem quærere abso-
lutionem ab excommunicatione. Naua. dict. cons. 63. in
fine: limita tamen, nisi id fecisset bona fide , credens id
sibi licere probabiliter, & iustè, puta, quia interrogauit
viros in hac re doctissimos, ao id posset fieri absque vitio
Simoniæ. qui responderunt, quod sic, vt consuluit Nauar.
d. c. 16. de Sim. nam qui facit aliquid , quod iure natura-
li nō est illicitū, de quo dubitat, an lege aliqua humana
sit prohibitum, & super ea re consuluit viros in eo suffi-
cienter peritos, qui consulunt id esse licitum, non pec-
cat † faciendo illud, etiam si vere non esset iustum , &
lege aliqua humana vetitum, tex. iunct. Gl. & Abb. in ca. 48
Capellanus, de fer. numer. 6. Nauar. in Man. cap. 27.
num. 284. & num. 288. latè Feli. in cap. 1. n. 15. vers. limita
septimo, de re iudic & est communis opinio Do-
ctorum.

Quartò dubitatur, an huiusmodi translatio facta cum
pacto exigendi pensionem quoad † vixerit, sit nulla? Af-
firmatiuè respondit Nauarr. coos. 46. numer. 1. versic. ter- 49
tio, de præben. & versicu. quarto concludit , auctorita-
tem Papæ esse omnino necessariam, vt huiusmodi reser-
uatio, & translatio sit valida, & cons. 45. idem Nauarr.
sub tit. eo. de præben. scribit , translationem pensionis
esse oullam, factam ab habente facultatem in infirmita-
te, cum conditione si moriatur, alias secus, coram Ca-
nonico Cathedralis Ecclesiæ , tum , quia inspecta tali
conditione, tum etiam quia fuit facta coram Canon. &
debebat fieri coram constituto in dignitate. Canonicus
autem non habet dignitatem, sed beneficium simplex,
cap. Statutum, de rescr. lib. 6.

Quintò dubitatur, quid in eo , qui habet facultatem
transferendi, an possit transferre, cum reseruatione il-
lam exigendi quoad vixerit? Negatiua est veritas , vt
respondit Nauarr. d. cons. 46. num. 2. de præbend. aliud est
enim potestas transferendi, quam habet quis à Papa, &
aliud potestas transferendi cum tali reseruatione, quam
ipse non habet.

quæst. 23. numer. 24. Cum pensio non semper sit quid
spirituale nec spiritualitati annexum.

¶ HOc nos indistinctè firmauimus ad quæst. 4. lib. 6
de Resignat. contra sententiam Auctoris , qui hic
palinodiam canit, sed tamen infra hac ipsa quæstione pa-
rum sibi constans iterum ait negari non posse, quin pensio
sit ius annexum spiritualitati multò magis quam iuspat.
quod nos in d. q. 4. refutamus. Cæterum quamuis pensio
esset nedum spirituali annexa, sed ipsa tota spiritualis, in
eo tamen, seclusa tituli dispositione , non caderet confi-
dentia punibilis per Constitutiones Pij IV. & Pij V. quæ
tantum confidentiam beneficialem perstringunt ; pensio
autem non est beneficium, cap. quamuis de præb. in 6. Et
eadem ratione simoniaci in pensione, supposito quod posset
esse simoniæ materia, non incurrerent excommunicationem
extrauagantis cum detestabile. De simonia inter commu-
nes, quæ non ferit nisi simoniacos in ordine, vel beneficio,
sicut non incurrit, qui simoniam committit vendendo vel
emendo iuspat. vt ex Nauarro, & resolutione sacræ pœni-
tentiariæ tradit Auctor num. 45.

QVÆSTIO XXIV.

In translatione fructuum facta sub confidentia , non incurritur pœna Constitutionum Pij IV. & Pij V.

SVMMARIVM.

1 *Reditas beneficiorum fuerunt instituti propter spiritualia.*
2 *Beneficia non debent diuidi.*
3 *Ratio fraudis operatur extensionem legis.*
4 *Translatio fructuum facta in confidentia non comprehenditur in Constitutione Pij IV. & Pij V.*
5 *Confidentia absque pacto non est punibilis.*
6 *Aduersus coniecturas Pij V. admittitur probatio.*
7 *Confessio non debet diuidi.*
8 *Reseruatio fructuum fit auctoritate Papæ.*
9 *Pœna restringenda.*
10 *Simonia committitur in reseruatione fructuum.*

VIgesimoquartò, Quæro, an transferentes (ex facultate concessa a Summo Pontifice) fructus in confidentiam, comprehendantur sub istis Constitutionibus Pij IV. & Pij V. Affirmatiuam opinionem multi tenebant in Vrbe, cum bis hic casus accidisset.

Et primò, affertur argumentum desumptum ex verbis dictarum Constitutionum, in §. Ac quascumque, in Constitutione Pij IV. *Ac quascunque collationes prouisiones, praefectiones, commendas, reseruationes, &c.* in §. Ac etiam, in Constitutione Pij V. ibi, *Nec non reseruationes fructuum.* Et in §. Sed ne quisquam, ibi, *Beneficia, fructus, pensiones, aliàsue res intercedente hoc vitio confidentiæ receperunt, &c.* Æquiparat enim confidentiam commissam in beneficio, & in fructibus illius: ergo idem iudicium, l. vlum. de accept. leg. 1. cum ibi not. ff. de leg. 1.

Secundò, eadem ratio fraodis viget in confidentia commissa super beneficio, quæ super fructibus eius: nam per illam perpetuatur reseruatio, & Ecclesia remanet in vltimo tempore grauata, contra sacros Canones, ea quorum dispositione fuerunt deputati, & instituti
1 redditus † beneficiorum, propter spiritualia, & illa tractantes, cap. 2. capitu. 3. cum ibi not. de præben. & debeant propterea dari seruientibus, & intitulatis in illis Ecclesiis, & non aliis, cap. cùm secundum, de præben. Rebuff. in prax. benefi. in tito. de reseruat. gen. Mandos. in tract. signa gra. tit. fructum reseruationes. Sam. de ann. q. 60. dixi late de resign. benef. lib. 6. qu. prima. Ea quorum
2 etiam regulis beneficia † non debent diuidi. cap. vlt. prope fin. 1. qu. 3. cap. maioribus, & cap. vacante, cap. cum causam, in fin. de præb. in rub. & nig. vt Eccles. benef. sine diminut. confer. cap piæ mentis, in fine. 16. q. 7. Dec. cons. 341. num. 3. in tertio, quæsito, & ratio fraudis † opera-
3 tur extensionem legis, latè Capuaq. dec. 311. libr. 2. in manuscr.

Tertiò, accedat ratio satis vrgens, quia simonia committitur super fructibus beneficiorum, quoties reseruantur, aut aliàs disponitur absque consenso, & approbatione Summi Pontificis, vt dixi de resignat. benefic. lib. 6. q. 1. nu. 25. vbi allegaui plures textus. Felin. cons. 11. Roman. cons. 358. Dec. consi. 141. Oldrad. cons. 224. nume. 2. Paris. cons. 143. num. 12. volum. 4. Craue. cons. 125. Nauar. cons. 8. & 37. de Simo.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionem existimo veram, & tenendam in iudicando, & consolen-
4 do, vt in translatione † fructuum facta in confidentiam non committatur confidentia punibilis per has Constitutiones Pij IV. & Pij V. secundum hanc opinionem iudicauit Rota in vna Brixiens. fructuum prætensæ confidentiæ, die 5. Iunij 1591. coram R. P. D. Pegna, nam Archiepiscopus Corcyren. omnes fructus Archipresbyteratus Montis Clari Brixien. diœcesis, demptis quinquaginta pro titulari, habebat reseruatos, cum facultate, in toto, vel in parte, vni, vel pluribus, etiam in mortis artic. eos transferendi, cuius facultatis vigore de anno 1568. transtulit summam 200. scutorum ad fauorem D. Ludouici Campani sui familiaris, & de anno 1578. transtulit residuum ad fauorem eiusdem. Sed quia Franciscus Fenicus prædicti Archipresbyteratus titularis prætendebat in ea translatione commissam fuisse confidentiam prohibitam per dictas Constitutiones, tum quia post translationem idem Archiepiscopus eosdem fructus exegisset, quod verificabat per quictancias factas ab eius procuratore tum ea quibusdam eiusdem literis missiois, quibus videbatur significari Archiepiscopum, post translationem se gessisse tanquam dominum fructuum, & id non videbatur Campanus negare in suis constitutis, in quibus fatebatur Archiepiscopum post translationem omnes fructus exegisse, tum etiam denique ex quibusdam locationum instrumentis, ex quibus constabat Campanum tanquam procuratorem Archiepiscopi post trãslationem, præfatos fructus tanquam spectantes ad Archiepiscopum, vt illorum reseruatarium, locasse, introducta causa coram Iudice confidentiarum, qui, vt mihi retulit, volebat pronunciare pro confidentia, Summus autem Pontifex ei ordinauit, vt procederet cum voto R. P. D. Pegnæ, à quo causa communicata in Rota, omnes concorditer, præter dictum Pegnam, tenuerunt, non constare de confidentia.

Et præcipuum argumentum huius conclusionis est, quia Constitutiones Pij IV. & Pij V. de hac re editæ loquuntur, vt patet in rubro, & nigro, de confidentia commissa in beneficijs, vel in pensionibus & fructus ipsorum respectu dispositionis tituli, quod non procedit in simplici translatione fructuum, vel pensionis, quæ propriè beneficia Ecclesiastica dici non possunt, Sarneo. de infirm. resign. q. 16. Gig. de pens. q. 28. num. 10.

Et hanc sententiam poteris comprobare ex omnibus illis argumentis, quæ latè adduximus in quæstione præcedenti, ad probandum, non committi in simplici translatione pensionis, & hic non repetimus causa breuitatis, ibi enim omnia pertinentia ad hanc materiam reperies.

Et in facti specie relata confidentia etiam excludebatur secundum sententiam Dominorum de Rota, quia si fuisset simulata trãslatio, cur à principio non fuit facta de omnibus fructibus, & satis tritum est, non omnem perceptionem fructuum inducere confidentiam, sed illam dumtaxat factam intercedente animo, & conuen-
tione hoc faciendi † ab initio, vt fuit resolutum in illa 5
Consentio. prætensæ confidentiæ 4. Februarij 1591. coram R. P. D. Orano, & locatio facta per Campanum nomine Archiepiscopi habebat causas probabiles, & verisimiles, ne translatio illa a consanguineis Archiepiscopi intelligeretur: ac, vt facilior esset exactio in terris seu Dominio Venetorum: quæ præsumptiones cùm sint satis probabiles contrariam confidentiæ suspicionem ex perceptione fructuum, & locatione elidunt; nam omnes Doct. hoc firmauerunt aduersus coniectu-
ras † positas per Pium V. intrare probationem contra- 6
riam cùm non sint præsumptiones iuris, & de iure, vt latè etiam ego firmaui, & infra dicam.

Ac ad confessionem Campani dicebant, † non posse 7
diuidi, cum sit qualificata. Abb. in cap. bonæ, nume. 29. de postul. prælat.

Non obstant argumenta supra pro affirmatiua adducta: nam ad primum respondetur, illa verba ponderata in Constitutionibus Pij IV. & Pii V. comprehendere reseruationem fructuum, quatenus de illis fit conuentio cum dispositione tituli, Nauar. in Man. c. 23. sub num. 109. & sensus illorum verborum est vt, si fuit commissa confidentia in resignatione, & collatione beneficiorum, pensio, & fructus reseruati existunt nulli, sicuti resignatio, & collatio; & in alio casu, vt sit nulla collatio
facta, vel resignatio cum reseruatione fructuum facta † 8
absque auctoritate Sedis Apostolicæ, vt latè dixi de resignat. benefi. lib. 14. q. 5. & ita ab omnibus illa verba interpretantur, & ita interpretatur Rota, & latè dixi in quæstione præcedenti. Ad secundum respondetur, vigere, & militare in huiusmodi translatione fructuum facta in confidentiam multa capita fraudis, non tamen possumus ex illis arguere, vt ita transferentes, & translatarii ligentur pœnis dictarum Constitutionum, quæ sunt pœnalissimæ, & per consequens intelligendæ in casibus, in
quibus expressè disponunt † & restringendæ ad limites 9
suos, Bar. in l. si constante, in q. 9. princ. ff. sol. matr. Paris. cons. 16. num. 17. vol. 3.

Ad tertium respondetur, verissimum esse, simoniam committi in reseruatione, fructuum facta, seu mauis
promissa † propter beneficium consequendum, absque 10
quo id fuerit narratum Papæ, Abb. in cap. non satis, nu. 7. & 8. de simo. Dec. in cap. ex parte, 1. num. 15. de off. deleg. Gig. consi. 120. numer. 4. communis opinio, vt latè attestatus sum, & probaui de resign. benef. lib. 14. quæst. 5. in principio, cum huiusmodi reseruatio non possit fieri nisi à Papa, & de eius consensu, vt latè dixi in eodem tractatu de resignat. benef. lib. 6 q. 1. In quo casu etiam committeretur confidentia, iuxta terminos, §. Itidem, Constitutionis Pii V. non tamen ex hoc sequitur,

Digitized by Google

quòd idem sit in simplici translatione fructuum, in qua negamus committi simoniam, & concludimus nullam committi confidentiam prohibitam, & punitam ex dictis Constitutionibus.

Cætera verò, quæ hanc materiam tangunt, poteris supplere ea his, quæ latè fuerunt dicta præcedenti quæstione.

Quæst. 24. in princ. An transferentes fructus in Confidentia comprehendantur sub istis constitutionibus.

¶HÆc & præcedens quæstio otiosæ sunt in Gallia, vbi translationes pensionum, vel fructuum reseruatorum non recipiuntur; ex earum tamen resolutione conuincitur Piorum constitutiones commissam in tonlis tantummodò beneficialibus confidentiam vel in pensionibus & fructuum reseruationibus in ordine ad titulum seu dispositionem tituli afficere: quamobrem non est confidentia per has constitutiones punibilis si canonicè prouisus, & pacificus promittat amico certam se fructuum beneficij sui portionem et annuatim communicaturum, quia pactum hoc prouisionem non pulsat ab initio, vt supponitur, omni simoniæ & confidentiæ vitio carentem, sed totum circa fructus mere temporales versatur, nullo respectu ad titulum habito.

QVÆSTIO XXV.

Constitutio Pij IV. & Pij V. habet locum in permutatione.

SVMMARIVM.

1 *In permutatione beneficij an habeat locum Constitutio Pij IV. & Pij V. & num. 6.*
2 *Constitutio pœnalis restringenda.*
3 *Casus qualificatus non comprehenditur sub simplici.*
4 *Permutatio, & resignatio differunt.*
5 *Verba debent in specie capi.*
6 *Verba generalia generaliter sunt intelligenda.*
7 *Confidentia quare prohibita.*
8 *Permutatio vera dicitur resignatio.*
9 *Per permutationem vacat beneficium.*
10 *Ratio disponit vt lex.*
11 *Plus & minus non differunt.*

VIgesimoquintò, Quæro, an pœnæ impositæ contra confidentiarios per Bullam Pij IV. & Pij V.
1 habeant locum in confidentia commissa † in
permutatione beneficiorum, vt quia fuit facta permutatio duorum, vel plurium beneficiorum inter duos iuridicè, & alter recepta possessione beneficij per permutationem quæsiti, accepit etiam fructus beneficij antiqui collati compermutanti, an sit locus Bullis Pij IV. & Pij V. de confidentiis? Negatiuam opinionem, non esse locum dictis Bullis, tenuit Nauarr. qui ita respondit in facti contingentia consi. 26. tit de simon. quam opinionem primo probat, quia Bulla Pij IV. & Pij V. loquitur de resignationibus beneficiorum, quæ simpliciter fiunt in fauorem aliquorum, & non de illis, quæ fiunt per permutationes iuridicas, quia nulla earum facit mentionem de resignatione per permutationem: & cùm non sit eadem ratio in vtroque casu, non erit eadem iuris dispositio l. illud. ff. ad l. Aquil.

Secundò, Quia prædictæ Constitutiones † sunt pœ-
2 nales: ergo restringendæ, reg. odia de reg. iu. lib. 6.

Tertiò, Quia dictæ Constitutiones afficiunt tantum confidentias illicitas, & simoniacas. Nauarr. in Man. c. 23. nu. 101. & 110. qualis non fuit facta in prædicta permutatione iuridicè facta.

Quartò, Vltra Nauarr. addo, quia in simplici renunciatione maior ratio militat, vt Bullæ prædictæ habeât locum, quàm in permutatione, ex eo, quia simpliciter resignantes de facili inuenient, qui beneficia sub hac occulta conditione recipiant, ad effectus consideratos per Constitutionem Pij V. & hoc argumentû deducitur ex Sarnen. de public. quæst. 3. num. 17.

Quintò, Vlterius, quia sub dispositione de † simpli- 3
cibus loquente non comprehenditur casus qualificatus, l. 1. ff. de donat. vbi tex. loquens in donatione simplici, non habet locum in donatione sub conditione, c. statutum, de elect. lib. 6. l. quæsitum. §. illud. ff. de leg. 3.
resignatio enim per permutationê diuersa est † a resig- 4
natione simplici. Bal. in cap. 1. nu. 1. de vas. decrep. ætat. latè Sarn. d. q. 3. n. 11.

Accedit, quia in qualibet dispositione verba in du-
bio, † in specie capi debent, & non in genere l. hoc le- 5
gatum, vbi Bar. ff. de leg. 3. sed permutatio habet se, vt genus l. 1. vbi Bar. alij. ff. si cer. pet.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionem
affirmatiuam existimo veriorem, scilicet † Constitu- 6
tiones Pij IV. & Pij V. editas contra confidentiarios habere locû, nedum in resignatione simplici, sed etiam in permutatione, & moueor primò ex verbis dictarum Bullarum, multipliciter ea ponderando. Inquit enim Pius IV. in procemio, *Sanè, licèt dudum cùm certam simoniacæ prauitatis speciem quam beneficiorum confidentiam vocant, &c.* subdit postea in dispositiua *in titulum, commendam, vel administrationem, aut aliter in huiusmodi confidentiam, &c.* & illis verbis, *ac quascunque collationes, prouisiones, &c.* & Pius V. dicit in procemio, *ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam, &c.* & postea, *nec valerent ipsorum collationes, seu concessiones, &c.* & demum, *omnes, & quascunque prouisiones, &c.* prædicta enim verba sunt satis prægnantia, & generalia, & apta comprehendere resignationem per permutationem. Ideò absque dubio debent illam comprehendere. l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. l. in fraudem, in fi. & ibi Bal. ff. de testam. milit. idem Bald. consi. 205. lib. 2. Crau. cons. 90. num. 4.

Secundò, Quia rationes fraudis in his Constitutionibus consideratæ, propter quas tollendas emanarunt,
militant in permutatione, † vt est illa, vt de illo bene- 7
ficio disponat ad libitum resignantis, & alia, vt fructus postea percipiat, ac altera, vt asseruetur pro incapacibus, vt etiam in similibus terminis, scilicet in extrauag de public. considerat latè Sarnen. de public. quæst. 3. numero 8. & 9. Vnde, cum eædem rationes vigeant, eadê quoque dispositio debet vigere. l. illud, ff. ad l. Aquil. Quod confirmatur ex eo, quod dicit Anania in c. audiuimus, col. 2. vers. & prædicta faciunt, de collu. deteg. dum scribit, quòd, etiam si renuncians ex causa permutationis post renunciationem in possessione remaneat, ex hoc fraus præsumitur. Hoc est, quod textus in c. 2. de renunc. lib. 6. iuncto c. 1. de rer. permut. eo. li. cum glo. in verbo fraudem, quæ de simplici resignatione loquuntur, ratione fraudis in permutatione, quoque habent locum, vt tradunt Gem. d. c. 2. post gl. & Fran. col. 2. Imol. & alij omnes.

Tertiò, Quia, esto, quòd Constitutiones loquantur, tantùm de resignatione, nihilominus comprehendunt, resignantes ex causa permutationis, quia permutatio
vera, pura, & simplex † resignatio dicitur, Rot. decisi. 8
16. de rer. permut. in antiq. Gemin. quem refert, & sequitur Sarn. de publ. d. q. 3. n. 2. & sicut per resignationem
vacat beneficium, ita per † permutationem. c. 1. de rer. 9
permut. lib. 6. & sicut totum negocium resignationis pendet à voluntate superioris, vt dixi aliàs, ita negocium permutationis. Ioan. Monac. in d. cap. 1. Rot. d. decis. 16. de rer. permut. in antiqu. & sicut in resignatione duæ personæ interueniunt, resignans, & resignatarius, ita & in permutatione: & alia differentia, quæ consideratur in proposito, quòd permutatio est duplex, & geminata resignatio, non obstat, quia, quod dicitur de vno actu, idem de pluribus geminatis dicendum est. argum. l. singularia, ff. si cert. pet. tradit notabiliter Barbat. in c. 1. col. 8. de lit. contest. Dom. de S. Gemi. in c. qui

Digitized by Google

ad agendum, §. 1. de procur. lib. 6. Bar. in l. cum filio; circa fin. ff de leg. 1. Per. de Anch. in ca. quamuis, de præbend. lib. 6.

Quartò, id teneri debet ob publicam vtilitatem, vt obuietur in quantum fieri potest fraudibus, ad not. per Ant. de But. in cap. vltimo in 1. fall. de consuet. Anch. cons. 101. & 304. Gemin. cons. 106. colo. 2. Dec. cons. 398. Nam inficiari non potest, quin, vt plures casus considerati per Pium V. in sua Constitutione possunt interuenisse in permutatione, ideo ratione fraudis huiusmodi casus debent coerceri, & per consequens dictæ Bullæ comprehendent confidentiam illicitam commissam in permutatione.

Non obstant contraria: nam ad primum respondetur, negando Bullas non facere mentionem de resignatione per permutationem, nam contrarium probaui supra in 1. fundamento, & esto, quòd non fiat mentio, nonne ex rationibus fraudis, quæ militant hoc etiam casu, hoc dicere debemus, vt deduxi in 2. & 3. Argumento. Ra-
10 tio enim † disponit, sicut lex, Bal. in c. dilectus filius, col. 1. de rescrip. Dec. cons. 284. colu. 2. Crauet. cons. 183. col. etiam 2. Paris. cons. 83. num. 21. vol. 3. & cons. 69. n. 3. vol. 4. Tiraq. in l. si vnquam, verbo libertis, num. 37. C. de reuoc. dona. Oldr. cons. 185. thema tale est in fine.

Ad secundum respondetur, esse restringendas, si verba, & ratio aliud non suaderent, l. filium habeo, ff. ad Maced. Ias. in l. si constante, num. 70. ff. sol. matr. Rimin. Iun. in §. 1. Inst. per quas personas ius nob. acqui. nu. 62. sed hoc casu verba, & ratio dictarum Constitutionum aliud volunt, vt supra dictum est Ergo, &c.

Ad tertium respondetur, verum esse Constitutionea Pij IV. & Pij V. afficere dumtaxat confidentias illicitas: at nos præsupponimus, in permutatione fuisse talem confidentiam commissam, & dicimus, puniri his pœnis vt commissa in resignatione simplici.

Ad quartum respondetur dispositionem loquentem de resignatione comprehendere permutationem, dato, quod in vno casu maior sit ratio, quàm in alio, l. 1. §. quod autem, ff. de alea, lusu, & aleat. in terminis Sarn.
11 de publ. quæst. 3. num. 3. nam plus † & minus non differunt specie, l. vlt, ff. de fund. instr. Sarn. in c. statutum. numer. 39. de rescr. lib. 6. Accedit, quia præsupponimus fraudem.

Ad quintum iam patet responsum ex supradictis.

Concludendum est igitur, quòd, si casus confidentiales considerati à Pio V. interueniant in permutatione, quòd pœnæ illius Constitutionis habebunt locum.

Casus autem, super quo consuluit Nauarr. forsan non erat punibilis dicta pœna, quia alter compermutans exegit fructus beneficij renunciati, & collati compermutanti antequam compermutans caperet possessionem, quod considerat Pius V. in d. Const. 87. §. *si quis post cessum ab sit Ecclesiam, vel monast. aut beneficium, & publicatam resignationem, aut cessionem, captamque à successore possessionem sese*, &c. de quo latè dicetur.

Et non omittam, quod simoniaca est permutatio, qua quis ius ad rem, quod habet quis, per regressum, electionem, & præsentationem, optionem, vel aliam nominationem, permutat cum alio simili iure, vel beneficio alteri quæsito, vel vacanti. c. 1. de ret. permu. lib. 6. & ibi Io. Andr. C Fran. Nauar. in Man. c. 23. n. 100. col. 3. vbi etiam dicit, quòd simoniaca est renunciatio, si renuncians beneficium minoris valoris reddit pecuniam, vel constituit pensionem annuam alteri permutanti, adæquando valorem illius: limitatur, nisi id faciat auctoritate superioris. Anch. cons. 280. Fel. in c. Quia verisimile, num. 1. de præsum.

Quæst. 25. num. 5. Verba in dubio in specie capi debent & non in genere.

SEd verba generalia generaliter sunt intelligenda. l. 1. §. *generaliter* ff. de legat. præst. cum igitur prædictæ constitutiones loquantur generaliter de resignatione, quicquid sub hoc termino continetur erit in dispositione: neque enim à significato verborum debemus recedere, l. non aliter ff. de legat. 3. aut distinguere vbi lex non distinguit, l. de pretio ff. de publician. in rem action. resignatio autem est verbum genericum plures sub se continens species, videlicet resignationem tacitam, & expressam: puram & conditionalem: simplicem, & reciprocam, seu permutationem, quæ ideo hoc respectu se vt genus habere non potest. neque enim omnis resignatio dici potest permutatio; sed ècontra permutatio rectè dicitur resignatio; veniet ergo sub memorata dispositione vt concludit auctor. Et iuxta hæc deridenda videtur quæstio singularis an solenne placitum Henrici secundi, quod resignantibus in infirmitate, si sanitati restitui contingat regressum indulget, locum habeat in permutatione? sed tamen omissa disputatione, quam notulæ nostræ non admittunt, contrarium mihi probatur, quia placitum hoc vulnerat ius cõmune; Ergò strictè interpretandum, & ad limites simplicis resignationis restringendum, vt ius minus lædatur, cap. cum expediat de elect. in 6. l. si quando cod. de inoff. testam. & deceptis non decipientibus subuenire intendit, l. si quis cod. si minor se mai. dixer. in dolo enim cessat beneficium iuris, l. 1. ff. si quis test. lib. infirmus autem in simplici resignatione decipitur, quia credens se ex hac infirmitate moriturum importunis amicorum precationibus deuictus bona fide se beneficio abdicat, quod de iure cuique etiam in mortis articulo constituto licitum est, cap. penult. vbi Abbas de renunciat. vnde rem euentus in contrarium felicius succedit æquum est ei per regressum, quasi per restitutionem succurri, vt edixit Henricus: In permutatione vero decipere vult, & in casu mortis sarcos canones & collatores Ordinarios, quæsito seriæ permutationis colore fraudare, in casu vero restitutæ sanitatis compermutanti suo & superiori per fraudulentam exceptionem simulatæ permutationis illudere, quod non licet per iura vulgata atque ita dic simoniacam & confidentialé permutationem ea lege initam, vt extra casum mortis pro infecta remaneat, omissa hinc inde possessione, vel fide data de retrocedendo. Idem vbi reseruatio pensionis esset reciproca.

QVÆSTIO XXVI.

Simonia non committitur absque pacto, & conditione cum pluribus illationibus.

SVMMARIVM.

1 *An absque pacto committatur confidentia, & numero 4.*
2 *Pactum est duorum, &c.*
3 *Studiosa voluntas simoniam inducit.*
5 *Simonia non committitur sine pacto.*
6 *Confidentia est crimen simoniæ.*
7 *Confidentia quid sit.*
8 *Argumentum ab etymologia validum.*
9 *Cessante causa debet cessare pœna.*
10 *Verisimilitudo est attendenda.*
11 *Verisimilitudo cognata naturæ.*
12 *Verisimilitudo habetur pro lege.*
13 *Pœna iuxta mensuram delicti.*
14 *Verba*, sola dimittentis intentione, *posita in Constitutione Pij V. quomodo interpretentur.*
15 *Sequentia declarant præcedentia.*
16 *A prioribus sumitur declaratio.*
17 *Confidentia non cadit in ignorantem.*
18 *Praua intentio vnius non nocet alteri.*
19 *Ex facto vnius, alteri præiudicium inferri non potest.*
20 *Argumentum ab absurdo validum.*
21 *Omnis actus ex intentione facientis iudicatur.*
22 *Ex facto vnius ignorans non peccat.*
23 *Ignorans non punitur.*
24 *Ex aliena conscientia quis non iudicatur.*
25 *Non entium nullæ sunt qualitates.*
26 *Pactum non fit sine consensu vtriusque.*
27 *Lex interpretans aliam, intelligenda est iuxta terminos illius.*

Digitized by Google

28 *Non est confidentia resignatio facta ea mente, quòd ille dimittat post beneficium.*
29 *Recipiens beneficium animo illud dimittendi non committit confidentiam.*
30 *Conferens beneficium intentione praua non committit confidentiam.*
31 *Renuntians intentione praua non committit confidentiam.*
32 *Coram ordinarijs renunciantur beneficia simpliciter.*
33 *Eligentes, & præsentantes praua intentione non committunt confidentiam.*
34 *Benefacienti est benefaciendum.*
35 *Mandatum ad renunciandum, cum clausula,* & non aliàs, *non est simoniacum.*
36 *Tractatus de constituenda pensione non inducit confidentiam.*
37 *Promissio generalis facta collatori non inducit confidentiam.*
38 *Verba iactantia non obligant.*
39 *Habens intentionem prauam, opere subsecuto est simoniacus mentalis,*
40 *Simoniacus mentalis non obligatur ad restitutionem.*
41 *Beneficium Principis latissime interpretatur.*
42 *Creatus Rector non desinit esse scholaris.*
43 *Vsura est prohibita ex vtroque testamento.*
44 *Vsura an sit prohibita de iure ciuili.*
45 *Differentiæ ratio inter simoniacum mentalem, & vsurarium mentalem in restitutione.*
46 *Papa non potest dispensare super iure diuino.*
47 *Vsura concernit animum.*
48 *Simonia inducit peccatum.*
49 *Mutuum in quo consistat.*
50 *Beneficium est beneuola actio.*
51 *Beneficium debet esse perpetuum.*
52 *Deuolutiones quare inuentæ.*
53 *Simoniaci æquiparantur idolatris.*
54 *Simoniæ crimen detestabile.*
55 *Soluens vsuram non peccat.*
56 *Male recipiens tenetur restituere.*

VIgesimosexto, Quæro, an absque pacto, modo, seu conditiona confidentia beneficialis sit pro-
1 hibita, † & punibilis per dictas extrauagantes Pij IV. & Pij V. Pro affirmatiua, quam videtur tenere Mascard.de probat. conclus. 1306. Primò ponderantur verba Constitutionis Pij V. in §. *Quare nos volentes periculosam talium audaciam,* &c. *vt si quis,* &c. subdit, *etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa, vel illud,* &c. si enim sufficit sola intentio vnius, ergo non
2 requiritur pactum, quod † est duorum, pluriumve in idem placitum, & consensus, l. 1. ff. de pactis, neque etiam modus, & conditio, ad not. in l. 5. ff. de verb. oblig.
3 Secundò, quia omnis studiosa voluntas † simoniam inducit. cap. qui studet, &c. sicut eunuchus, 1. q. 1. Hosti. in simili casu in c. ex parte, num. 2. & seq. de offic. deleg.

His tamen non obstantibus, contraria opinio, vt abs-
4 que † pacto, modo, & conditione, pœnæ dictarum Constitutionum non habeant locum communiter est recepta in praxi, & eam tenet Nauar. in Manual. c. 23. nu. 107. vers. ad decimum, & numer. 109. & sub numer. 110. Idem Nauar. cons. 27. cons. 35. cons. 33. & cons. 36. tit. de simon. Virg. Boccac. in comment. Const. Piceni, num. 60. & 68. Gabriel, cons. 172. num. 4. cum seq. lib. 5. & ita fuit dictum in vna Cosentin. prætensæ confidentiæ coram R. P. D. Orano, 4. Februarij 1591. & in alia Brixien. relata qu. 23. & 24. & in vna Calaguritan. confidentiæ coram R. P. D. Penia 14. Decembris 1591. & postea in eadem coram R. P. D. Pamphilio 25. Iunij 1593. Et probatur, primò, quia absque pacto, modo seu conditione, simo-
5 nia punibilis non † contrahitur, Gl. in c. ordinationes, verb. pretij, 1. quæst. 1. vbi Card. Alex. num. 33. idem Alex. in c. 1. num. 41. q. 1. & in c. quicumque nume. 1. post alios ead. caus. & q. D. Ant. in Summ. p. 2. titu. 1. c. 5. §. 11. Card. Paris. cons. 135. num. 17. vol. 4. Dec. in c. ex parte num. 17. de offic. deleg. Caccialup. de pension. q. 19. numer. 67. & seq. Nauar. cons. 11, vers. ad secundum, & consil. 38. de simon. & communis opinio, teste Put. decis. 171. num. 9. & 10. lib. 2. & probatur in c. Artaldus 8. quæst. 3. c. vlt. de simon. & hoc sæpe in Rota fuit resolutum, vt in vna Firman. Capellaniæ 7. Maij 1582. coram S. D. N. tunc Rotæ Auditore, & in vna Tullen. parochialis 28. Maij 1573. coram Decano, & in vna Calagur. 14. Decembris 1592. coram R. P. D. Penia. Nam definitio simoniæ est, vt sit voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale vel spirituali annexum. Glo. in Summ. 1. q. 1. D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. & non conuenit, vbi non adest pactum, Cassad decis. 2. de simon. Si ergo absque pacto, modo, seu conditione non committitur simonia, ita neque confidentia, quia huiusmodi Constitutiones Pij IV. & Pij V. nihil sanxerunt contra confidentiam, quæ ante eos licita erat, sed solum contra illam, quæ erat illicita, & simoniaca, Nauar. cons. 26. num. 5. de simon. & in Manual. c. 23. sub numer. 109. vers. quod autem. Confidentia enim est crimen † simoniæ conuentionalis. Caputaq. de- 6
cis. 201. num. 1. & decis. 202. num. 5. p. 1. & decis. 238. par. 3. quæ sine pacto vel tacito, vel expresso induci non potest, ad no. in c. ex parte, de offic. deleg. c. tua nos, de simon. vbi Glo. in verb purè, & Abb. Redoan. de simo. par. 1. c. 2. numero 1. & communiter alij, vt patet ex supra citatis.

Secundò, Quia † confidentia fit, vt nomen sonat, 7
per simultaneam fidem, & consilium, & conuentionem ac contractum, sed prædicta omnia duorum consensum requirunt, Gl in l. 2. in verb. consentire, ff. de action. & oblig. l. 1. ff. de pact. & argumentum † ab etymologia 8
vocabuli validissimum est in iure. Bart. Alex. Ias. & alij omnes, vt per Card. Paris. num. 20. in l. 1. ff. de acq. poss.

Tertiò, Quia etiam in eadem Const. Pij V. in §. itidem, fit mentio de pacto, illis verbis, *ea conditione tacita, vel expressa, vt postea,* &c. Vnde cum requirat aliquam conuentionem tacitam, vel expressam, ea cessante, † debent cessare pœnæ. Bart. in l. 1. §. ait prætor, ff. 9
ne quid in loco publ. Dec. cons. 65. in prin. Rom. cons. 252. circa finem.

Quartò, Quia non est verisimile Pium V. voluisse imponere grauissimas pœnas ibi relatas, nisi in casu, quando adest pactum expressum, vel tacitum, ex rationibus infra ponendis in responsione primi argumenti: & tamen † verisimilitudo in qualibet materia est atten- 10
denda. l. ob carmen, §. vlt. ff. de testibus, c. in nostra, eo. tit. Crau. cons. 298. numer. 16. cum sit † cognata naturæ. 11
Bald. cons. 180. mortuo filio, lib. 3. & habeatur † pro le- 12
ge. Oldr. cons. 13. cum quæstio in fin. Crau. cons. 298. n. 16. & tritum est, pœnas esse commensurandas delicto, c. non afferamus, dist. 34. Auth. omnes peregrini, C. comm. de succes. & legitur Deuteron. c. 25. Iuxta mensuram † 13
delicti erit plagarum modus. Marsil. cons. 6. in fin. Menoch. de arbitr. iud. cas. 566. num. 1.

Quintò, Ex alijs rationibus valde stringentibus ponendis infra in responsione ad primum argumentum. Reliquum est, vt contraria submoueamus. Non obstant verba ponderata in Bulla Pij V. † *etiam sola dimittentis* 14
intentione, &c. nam, Primò respondetur illa verba declarari per alia posita in §. sequenti, incipien. Itidem, ibi: *ea conditione tacita, vel expressa,* &c. sequentia † 15
enim declarant præcedentia. l. si seruus plurium, §. vlt. ff. de leg. 1. l. qui filiabus, eo. tit. Socin. Iun. cons. 15. num. 17. lib. 1. & communiter est receptum, in vnaquaque materia sumi declarationem a † prioribus. Bal. in l. demum, 16
colum. 1. in fin. C. de rei vendic. Ias. cons. 115 colum. 2. circa med. lib. 2. & cons. 5. col. 3. in fin. libr. 3. Crau. cons. 213. num. 5. vers. 10.

Secundò, & melius respondetur, illa verba esse intelligenda intentione nota ei, qui beneficium, recepit, qui, sciens mentem renunciantis, vel concedentis, videtur assentire, non autem de eo, cui intentio nota non fuit, ita egregiè huiusmodi verba interpretatur Hier. Gabr. d. cons. 172. num. 3. vers. 2. & hic intellectus multiplici ratione potest comprobari.

Digitized by Google

Primò, Quia confidentia non cadit in ignorantem
17 mentem eius, † qui confidere intendit. l. quidam cum
filia, vbi Doct. ff de hæred. inst. l. si repetendi, C. de
cond. ob cauf.

Secundò, Quia absurdissimum esset, secundum Gabr.
d.conf.172.num.4.interpretari Constitutionem, vt sola
18 intentio vnius partis noceat alteri ignoranti † & ha-
benti bonam intentionem, cap. erit autem lex, dist. 4. l.
1. in prin. ff. de alien. iud. mutan. cauf. fact. l. iniquissimum,
ff. de iur. & fact. ignor. l. vlt. ad Sillan. nam regula trita
est, ex facto vnius alteri ignoranti præiudicium inferri
19 † non posse, regula non debet, ff. de reg. iur. Crau. conf.
20 293.num.12. & argumentum ab absurdo † validissimum
est in iure. l. nam absurdum ff. de bon. libert. Clem. 2. de
magistr. cap. quemadmodum, de iureiur. c. in genesi, de
elect. Marf. conf. 102. num. 16.

21 Tertiò, Quia actus indifferens † ex agentis intentio-
ne, bonus, vel malus est iudicandus, D. Thom. p. 2. q. 18.
art. 9. conclus. 8. Bal. in tract. schismat in prin. Butr. in c.
cum ex officij de præscr. Fel. in cap. auditis, eo. tit. sed re-
cipere beneficium est actus indifferens per se: ergo sine
agentis intentione non potest iudicari malus, & per
consequens ex praua intentione dantis non infertur
confidentia in recipiente.

22 Quartò, Quia ex facto vnius † ignorans non peccat,
D. Thom. part. 2. quæst. 73. art. 6. in conclus. ergo neque
23 committit confidentiam, cum non possit puniri † igno-
rans, l. annis. ff. de calumnia. Barr. & doct. in l. genero, ff.
de infamibus. Crauet. conf. 251. num. 36.

Quintò, Quia in confidentia licet vterque peccet:
tamen magis peccat, qui fidem suam obligat alienæ
voluntati: idque colligitur ex pœnis positis in dicta
Constitutione, quæ diriguntur in eos præcipuè, qui re-
cipiunt, & retinent beneficia in confidentiam, vt patet
24 §. Sed ne quisquam. Sed peccare non † potest quis ex
aliena conscientia, D. Thom. dicta q. 73. art. 6. sed ex sua,
ergo absurdum esset, dicere, quòd quis dicatur retine-
re in confidentiam ex aliena, non autem ex propria
conscientia.

Sextò, Quia tertius non debet affici pœna ex alieno
peccato, nam anima, quæ peccauerit, &c. c. illud 11.
q. 2. c. quæsiuit, de his, quæ fiunt à maior p. Cap. c. Roma-
na, in fin. de sent. excomm. lib. 6. l. sancimus, C. de pœnis.

Septimò, Quia ratione innotescere potest dimitten-
tis intentio, ignorata etiam ab eo, qui beneficium re-
cepit, ita, vt iudicans possit hanc cessionem iudicare
confidentialem, namque Ecclesia non iudicat de occul-
tis, & eius, quod non est, vera probatio afferri non po-
test, neque enim confidentia esse potest, nisi recipiens
suam obliget fidem, alias sequeretur, quod pro confi-
dentia puniretur hoc factum, in quo nulla adest confi-
dentia, & eius, quod non est, supponeretur probatio,
25 quæ in rerum natura esse non potest, quia non entium †
nullæ sunt qualitates, l. 1. eius, qui in prouinciam ff.
si cert. pet.

Octauò, Quia, si confidentia est species simoniæ ne-
26 cesse est, vt sit pactio illicita, † quam impossibile est
sine consensu vtriusque oriri. l. obligationum substantia,
ff. de actio. & oblig. l. illud, ff. de pact. l. nuda, ff. de con-
trah. empt. l. an inutilis, ff. de accept. ideò, si ego vendo
Titio librum, & ille putet se commodato recipere, nul-
lus est neque venditionis, neque commodati contra-
ctus. Idemque erit, si recipiam cessionem beneficij, igno-
rans intentionem cedentis, quia regulariter peccata
metiuntur ex facto, & non ex praua intentione. Nec
obstat, quod simonia committatur in beneficio recepto
ab N. illo ignorante, c. nobis, de simon. namque id pro-
cedit, si datur aliquid pro eo, cui beneficium confer-
tur, etiam si ille ignorat d. c. nobis, Sarn. de trien. q. 12.
Verum, si nemo conferenti, aut renuncianti aliquid
det, vel promittat, tunc sola intentio non potest noce-
re ignoranti, nec ex parte ignorantis potest dici simo-
nia, nec etiam mentalis, ad not. in c. tua nos, de simo.
& ita notabiliter declarat. Gabr. d. consil. 172. nu. 7.
libr. 2.

Tertiò respondet. Nauarr. conf. 36. numer. 2. de sim. ex
quod Pius V. dum reprobat confidentiam procedentem
ex solo animo, & conscientia, loquitur de illicita de
qua Pius IV. edixit, nam constitutio interpretans aliam,
intelligenda est secundum terminos † interpretatæ. Sed 27
Constitutio Pij V. fuit facta ad interpretandam illam
Pij IV. ergo intelligenda de confidentia illicita, & alio
modo vt per Nauarr. loco cit.

Ex prædictis igitur patet, primum argumentum ad-
ductum pro contraria sententia non obstare, & per con-
sequens ex sola intentione dimittentis, non solùm non
committitur confidentia punibilis per dictas Constitu-
tiones, sed nec etiam præsumitur, quamuis Nauarr. in
Man. d. c. 23. sub nume. 110. in 6. not. interpretetur ea ver-
ba, quod Pius V. non intendit asserere per dicta verba,
quod sola talis intentio constituat in foro interiori si-
moniam, sed quod probatio eius faciat in exteriori il-
lam præsumi, quia, si etiam non probetur illam inten-
tionem fuisse notam resignatario non committitur nec
præsumitur confidentia, & ita nunc teneo & propterea
idem Nauar. in d. conf. 27. num. 2. de simon. mutauit opi-
nionem, & ibi tenet, quod nec etiam ex hoc præsumi-
tur confidentia nisi etiam probetur intentio praua reci-
pientis, & ad tollendum hoc dubium bonum esset, vt
Summus Pontifex conficeret aliam Constitutionem su-
per hoc, & inter alia hoc declararet & tolleret.

Ad secundum argumentum in contrarium adductum
respondetur, quod studiosa voluntas emendi &c. est si-
monia si intercedat pactum, alias secus, iuxta commu-
nem opinionem supra relatam.

Concludendum igitur est, solam voluntatem resi-
gnantis, aut collatoris, vel alterius non inducere con-
fidentiam illicitam, & punibilem per dictas Constitu-
tiones Pij IV. & Pij V. sed esse necessarium pactum aut
conuentionem, modum, seu conditionem expressam,
vel tacitam: ex hac conclusione deducendæ erunt ali-
quæ notabiles illationes, quæ in praxi quotidiè occur-
runt, & de eis pluries vidi dubitari.

Primò infertur non esse confidentialem renunciatio-
nem factam à resignante † ex mente, quod N. resigna- 28
tarius ad sui nutum renunciabit alteri cui velit vel sibi
retrocedet beneficium resignatum, vel quod N. resi-
gnatarius sinat ipsum resignantem percipere fructus, si
huiusmodi mens & praua intentio resignantis expressè,
vel tacite non fuit nota resignatario, & sic non inter-
cessit pactum, vt clarè colligitur ex prædictis, & inter-
rogatus respondit in facti contingentia, Nauar. conf. 30.
in princ. de simon. & huiusmodi illatio procedit, etiam
si fuerit mandata executioni voluntas praua resignan-
tis, vt quia resignatarius retrocessit beneficium, aut re-
nunciauit personæ, de qua cogitauerat resignans, nam
ex quo nullum interuenit pactum, nulla confidentia
committitur, ita Nauarr. d. conf. 30. num. 2. vbi numer. 3.
respondit dubiè, quod fieri poterat de fructibus.

Secundò infertur, confidentialem resignationem non
esse iudicandam eam, in qua nullum interuenit pactum,
licet resignatarius receperit beneficium † resignatum 29
intentione ad resignantis nutum resignare: ita in facti
contingentia respondit Nauar. consil. 27. de simon. vbi
ampliat, hoc procedere etiam in foro interiori.

Tertiò infertur non esse confidentiam simoniacam,
& punibilem, conferre beneficium, vel procurare, vt
alicui conferatur beneficium, ex intentione † & spe, 30
quod ille aliquando cedet in fauorem ipsius, aut alterius
à se nominandi, si nulla conuentio intercesserit, ita
Nauar. in Man. c. 23. sub num. 109. vers. & eadem ratione,
& in facti contingentia interrogatus ita respondit idem
Nauarr. conf. 33. de simo. nam ibi quidam residens Romæ
certioratus à fratre suo de vacatione cuiusdam benefi-
cij, vt illud impetraret sibi, illud impetrauit pro dicto
suo fratre, & expediuit literas, quas misit ad fratrem,
ad quem etiam scripsit noluisse illud beneficium impe-
trare pro se, sed pro illo, ex spe, quod ipse renunciabit
illud ad fauorem eius, quando esset adeptus substenta-
tionem decentem, frater in Hispania manens accepit

possessionnem, quam tres annos continuauit, post quos frater, qui impetrauit, existens Romæ rogauit prædictũ fratrem suum, vt resignaret prædictum beneficium in sui fauorem, & frater manens in Hispania statim misit mandatũ ad resignandum, & scripsit ei quod ea mente semper possedit illud, vt resignaret in sui fauorem. dicit Nauarr. nullam adesse confidentiam punibilem. quia non adest pactum. Nec obstat, quod Pius V. damnet quærentes, & procurantes beneficia, vt, &c. quia respondit Nauarr. sub num. 5. vers. ad tertium, quòd Pius V. non damnat omnes, qui procurant aliis beneficia, sed solùm qui procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponant, fructus etiam percipientes illorum quod non fecit prædictus.

Quartò infertur non esse simoniacam confidentiam
31 punibilem illam, qua quis confidit, quòd collator † post renunciationem liberam conferet beneficium resignatum illi, cui renuncians volet, puta familiari consanguineo, aut amico, vt in specie tradit Nauarr. in Manual. d. c. 23. numer. 109. si nullum pactum modus, aut conditio intercesserit, & in facti contingentia interrogatus, ita consuluit idem Nauarr. cons. 36. de sim. quia talis fiducia iure naturali, vel diuino non prohibetur, si aliud non obstat, & nullus contractus interuenit, & tali casu, neque simonia consideratur Gl. in c. ordinationes, verb. pretio, 1. qu. 1 Card. Paris. cons. 235. nu. 17. vol. 4. Dec. in c. ex parte n. 17. de off. deleg. & est cõis opinio. Et id valde notandum est, quia frequenter accidit extra curiam: nam coram ordinariis beneficia non possunt renunciari, nisi simpliciter, & est communis
32 omnium Doctorum sententia, † & patet in Constitutione Pij V. 58. & aliàs latè scripsi. Multoties igitur euenit, quòd renunciantes coram ordinarijs renunciant ea intentione, vt illud beneficium resignatum simpliciter conferatur consanguineo, amico. vel familiari, nullo pacto, vel conuentione intercedente, vtiq. hoc casu nulla confidentia punibilis committitur, vt respondit Nauar. cons. 36. de simon. & etiam scribit idem Nauar. in Summ. cap. 23. sub num. 107 vers. ad decimum dico, in fine illius versiculi, neque etiam simonia D. Ant. 2. par. tit. 1. c. 5. § 11. communis opinio, supra scripsi, neque etiam simonia mentalis. Card. Alexand. in ca. quicunque el j. 1. quæst. 1. communis opinio teste Nauarr. loco cit. & dixi lib. 14. quæstio 6. de resign. benef. ampl. 2. Hinc aliàs fuit decisum in Rota non committere simoniam, qui dedit mandatum ad renunciandum, cum clausula, vt post admissam renunciationem aliqui amici rogent collatorem, vt conferat alicui teste Cassad. decis. 2. de simon.

Quintò infertur, non committere confidentiam punibilem per has Constitutiones † eligentes, & præsen-
33 tantes aliquem ad beneficia vacantia, ea intentione vt electus, seu præsentatus renunciet consanguineis, amicis, seu familiaribus ipsorum, si nullum pactum intercesserit, ita Nauar. cons. 33. num. 4. vers. tum quia, de simon. dicens esse absurdum aliter sentire, & ab omni humana societat. & charitate Christiana alienum: nam quisque sperat, & confidit pro fauore recipere gratitudinem, & quòd ille faciet in gratiam ipsius aliquod magnum vel paruum, & quisque recipit beneficium, & concepit animum retribuendi, & ostendendi aliquam gratitudinem erga benefacientem sibi: namque iure na-
34 turæ constitutum est vt † benefacienti benefaciamus. l. si non sortem, §. libertus, ff. de cond. indeb. S. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 2. l. & si lege, § consuluit. ff. de petit. hære. & hoc idem videtur firmare idem Nauarr. in Manual. d. c. 23. num. 106. & consi. 36. de simon.

Sextò infertur ex mandato dato ad renunciandum
35 coram Summo Pontifice adiecta † conditione vt conferatur illi, & non aliàs, non committi confidentiam simoniacam, & punibilem, quia ita solent dari mandata secundum stylum à multis annis obseruatum in curia, ex scientia, & tolerantia Papæ, vt tradit Cassad. decis. 2. num. 2. de simon. Boër. in tract. de auct. Leg. à later. col. antep. Redoan. de sim. 2. p. c. 12. per totum, & c. 13. & quia nullum adest pactum inter resignantem, & resignatarium.

Septimo infertur tractatum de constituenda pensione absque quod aliud dicatur, non † inducere confiden- 36
tiam simoniacam, & punibilem, quia huiusmodi tractatus non sunt improbati, si partes vltra non progrediantur ad firmam pactionem, & illam inferant in resignatione: & ideo ita renunciare, postea non est confidentia, communis opinio, teste Io. Pett. Bona. cons. 28 num. 7. & 8. quod procedit etiamsi resignans non esset resignaturus absque dicta pensione; nam, si postea Summus Pontifex admittat resignationem, concedatque pensionem, non est confidentia, Io. Pett. Bon. dict. consi. 28. num. 6. & quod huiusmodi tractatus sint liciti, tradit. latè Fel. in c. ad audientiam 2. nu. 3. de rescr. Boër. decis. 205. nu. 1. stante etiam scientia Papæ. Cassad. decis. 2. de sim.

Octauo infertur, quòd impetrantes aliqua beneficia, à Sede Apostolica, aut aliunde concepta spe ea renunciandi in fauorem aliorum, vt consequantur aliquam pensionem, aut reseruationem, fructuum, dummodo nullo pacto, aut conditione, expresse, vel tacitè id fiat, nullam committere confidentiam simoniacã & punibilem, ita Nauar. cons. 36. sub num. 3. vers. Addo, & ratio est, quia hic casus non comprehenditur in dictis constitutionibus, ergo illis pœnis non erit punibilis, cap. legatur 24. q. 2. §. considcremus, Authent. de trient. & semiss. colum. 3.

Nonò infertur, promissionem † generalem factam à 37
familiari Cardinalis verbis generalibus, se cum omnibus, quæ habet, & habiturus est, esse paratum obsequio, & voluntati ipsius si postea ab ipso Cardinali ei procuretur beneficium, non inducere confidentiam simoniacam, & confidentialem, vt in terminis in facti contingentia respondit Nauar. consi. 29 tit de sim. & ratio est, quia verba generalia iactantiæ † non obligant. 38
l. vlt. ff de testam. cap. cum venissent, de inst.

Inficiari tamen minimè potest, quin collator aut resignans ex ea cogitatione mentis, & praua animi intentione sine aliquo exteriori actu, incidat in eam speciem
† simoniæ, quam mentalem vocant, opere tamen sub- 39
sequuto, id est adepta re, quæ sperabatur, & sequuto effectu, Abb. in cap. nemo, de simon. & in c. tua nos, & c. consulere, cod. titul. Ang. in verbo simon. 1. vers. pe. cum aliis, vt per Redoan. de simon part. 1. cap. 3 numer. 6. & communiter ab omnibus ita tenetur. Et quamuis Ioan. Maior in 4. sent. dist. 25 quæst. 1. & Adrian. in quodlibet. 9. Dom. Soto lib. 6. de iust. & iur. quæst. 8. art. 1. tenuerint, simoniacos mentales obligari † ad restitutionem tali-
ter acceptorum, vt coguntur in foro conscientiæ vsu- 40
rarij mentales, c. consuluit, vbi Gl. Abb. Anto. de Butr. Anan. Cardin. & alij omnes communiter de vsur. ibi: *Iudicandi sunt male agere, & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda in animarum iudicio efficaciter inducendi.* Tamen contraria opinio est verior & communiter recepta ab omnibus Theologis, & Canonistis, vt simoniacus mentalis non obligetur ad restitutionem, vt probatur in c. vlt. de sim. vbi dicitur, quod facultas concessa à Papa dispensandi cum monachis quibusdam, qui per simoniam fuerant adepti locum in Monasterio, extenditur, vt ex ea possint absolui Abbates, tum quia
beneficium Principis † latissimè interpretandum est, 41
cap. olim, de verb. significatione, l. beneficium, ff. de const. princ. tum etiam quia effectus Abbas non desinit esse monachus, vt tradit ibi Abb qui dicit, ad hoc communiter allegari illud c. sicuti effectus Rector † non de- 42
sinit esse scholaris, Bal. in l. nec patronus. C. de ope. nou. nunc. quam dispensationem subdit Summ Pontifex non esse necessariam in simoniacis mentalibus, illis verbis, *& ad resignationes spiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto. sed affectu animi præcedente vtrinque taliter acquiruntur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere Creatori) eos pro simonia huiusmodi non teneri*, & ibi Gl Card. Ant de Butr. Abb. Anan. & alij omnes notant. D. Thom. 2. 2. qu. 100 art. 6. ad

6. Siluest.io verb.simonia.q.in. communis opinio teste
Nauat.in Man.c.23.num.103.verſ.ſecundo, ita exponeo-
tes vtrinque j. ex parte dantis, & accipientis, Fel.in c.
tua nos, de ſim.cum alijs, vt per Redoan.de ſim. part.1.
cap.3.num.15.dixi lib.14.de reſign.benef.q.6.numer.14.
Nec obſtat,quod vſurarius mentalis tenetur reſtituere:
nam plures aſſignantur rationes differentiæ inter Vſu-
ram,& ſimoniam, quoad hunc effectum : Primam ratio-
43 nem diuerſitatis aſſignauit Hoſt. quia vſura eſt † prohi-
bita ex vtroque Teſtamento , cap. quia in omnibus, de
vſur.Abb.in rubr.de vſur. & ibi omnes. Ioan. Capiſt.de
vſur.num.56.communis opinio omnium Theologorum,
& Canoniſtarum teſte Couarr. lib. 3. var.reſol.c. 1. &
probatur Exod. c. 22. iuxta expoſitionem Diui Ambro-
ſij, & Auguſtini in c.ſi quis, & cap. ſeq. 14. q. 4.Deute-
ronom.cap.23.Leuit.c.25.Ezech.cap.18.Neem.5.Eſai.24.
Pſal.14.c.quoniam 14.q. 4. & c. ſi quis obitus , eadem
cauſ. & q.Luc.6.Apoſt.1.ad Rom. & 2.ad Corint. ac 4.
Epheſ. & etiam de iure naturali, Bal.in rubr.C. de vſur.
col.2.Ioan.Andr.in mercurialibus, in reg.peccatum, de
reg.iur.lib.6.Ioan.Capiſt.allegat.tract.num.53.D.Thom.
2.2.q.78.art.1.Archiep.Florent.io 2. p. ſuæ Sum. titu. de
vſur.num.5.Sot.lib.6.de iuſt. & iur.art.1.col.4. commu-
nis opinio, vt atteſtatur Couarr.loc.cit.Clar lib.5. re-
44 cept.ſent.§.vſura, verſ.ſciendum,& ſecundum † aliquos
etiam de iure ciuili, Gl.io d.c.quia in omnibus,de vſur.
& in c.quod dicam,14.q 3.Abb.in c.cum ſit, num.18.de.
for.compet.vbi atteſtatur de communi. Imol. in Clem
1.num.8.de vſur.Fort.Gar.z.de vlt.ſi.iug.illat.5. Simonia
verò nequaquam, Abb. & alij in cap. 1. de ſim. & in c.
extirpandæ, §. qui verò, num 83. de præbend. Sed hæc
ratio nunquam mihi placuit, ſicuti neque Panorm. d. c.
45 vlt.num.6. de ſim. † quia eſſet reſtringere nimis diſpoſi-
tionem illius, c. ad ſimoniam dumtaxat prohibitam iu-
re humano , & tamen textus generaliter loquitur , &
propterea debet intelligi, vt procedat etiam in ſimonia
prohibita de iure diuino, io qua Papa non poteſt diſ-
46 penſare ex receptiori † Ioan.Andr.Card Ant. de But. &
alij in c. primo de ſimon. Dec. conſ.141. Caccialup.do
penſ.q.19.num.17. & 18.Redoan.de ſimo.p.1.c.25.nu.27.
& par.1.c.12.num.19. & habetur in c.ex multis, 1.qu.3.
ſicuti neque in vſura, com ouuis opin.per Couar.d.li.3.
var.reſol.c.1.num.8.imo propriè ille tex. videtur loqui
de hac ſimonia , cùm pro ſtatu religionis fuerit datum
temporale, idque videtur eſſe de iure diuino, Gl.in cap.
ex parte, dc offic.deleg.Nauar.in Man.c.27.ſub num.100.
Ideò ſecundam rationem diuerſitatis tradidit Abb. an-
tiq. in c. conſuluit , de vſur. quod ſimoniacus mentalis
non tenetur reſtituere, quia ſimonia propriè concernit
47 actum exteriorem , & venditionem , ſed vſura † con-
cernit animam , iuxta illud Luc. 6. Mutuum date nihil
inde ſperantes. Sed hæc ratio damnatur à Ioan. Andr.
Panorm.d.c.vlt.numer.6.& ab aliis communiter , quia
non poteſt reddi ratio concludens , quare vſura magis
concernat animam quàm ſimonia, imo vtraque inducit
48 † peccatum mortiferum, Clem.1.de vſur. Caſtr. lib. de
hæret.c.vlti.Conrad.de contr.q.25.26. & 28.Gl.in Sum.
1.quæſt.1.Zabarell.in cap.ex tuæ, de ſim. & alij omnes.
Tertiam reddidit rationem diuerſitatis Ioan.Andr.quod
magis vulneratur bonum charitatis ſperare lucrum ex
49 mutuo, quam ex beneficio, quia in † mutuo teneris mihi
reddere tantundem ſub identitate ſubſtantiæ, l.2.§. mu-
tui datio,ff.ſi cer.pet. & ibi Dec.numer.2.ac alij , ſed in
beneficio , conſequeris beneficium ſine alia reſtitutio-
50 ne, & propterea dicitur † beneuola actio, cap.1.quibus
mod.feud.amitt.in vſibus feud.Ioan.Selu.in tract.de be-
nef.p.1.q.1.Rebuff.in prax.benef. in princ. & quia magis
quis obligatur ad mutuum, quam ad concedendum be-
neficium, cum ex mutuo minus lædatur mutuans , nam
conſequitur identitatem , & conferre ſit donare Glo.
& Doc.in cap.cum acceſſiſſent , de conſ. & comprobat
Ioan.Andr.quia in ſimonia mens vtriuſque, dantis ſcili-
cet, & recipientis, poteſt eſſe deprauata,& ideò melior
eſt conditio poſſidentis ; ſed in mutuo tantum eſt de-
prauata mens mutuantis , non mirum ergo ſi tenetur re-
ſtituere.Has autem rationes differentiæ iure confutat
Abb. d. c.vlt. numer.6.verſ.ſed aduerte, ex co quia non
concludunt : nam quod beneficiarius non teneatur
illud beneficium ſibi collatum reſtituere , euenit ex
natura beneficiorum, quæ debent † eſſe perpetua , ca. 51
ſatis peruerſum, diſt.56.Gl.1.in c.paſtoralis 7.q.1.Card.
conſ.57.Card.Pariſ.conſ.119.numer.16.vol.4. Quod au-
tem beneficium ſit donatio, verum eſt, reſpectu effectus
conſiderati, in d. c. cum acceſſiſſent , & ex collatione
non grauantur , neque recipiunt læſionem habentes fa-
cultatem conferendi, ſicuti , ſi donarent bona propria,
cum ad collationem teneantur ratione officij, c.ne pro
defectu , cum ibi not. de elect. & hac ratione fuerunt
inuentæ † deuolutiones c, cum noſtris , literas, de con- 52
ceſſ præb.cap.vnico, vt Eccleſ.benef.c. vlt. de conſuet.
lib.6.Gl. & Doct.in c. cum in cunctis. §. 1. de election.
latè Rebuff.in prax.titu. de deuolutionibus col.1.& 2.
quod autem dicit Ioan.Andr.quod in ſimonia ſit depra-
uata mens vtriuſque & in vſura mens vnius , id poteſt
eſſe falſum, & oppoſitum poſſet accidere, vt ex exem-
plis traditis per Abb.d.c.vlt.numer.6. conſtat, & voluit
Couarr.in reg.peccatum reg.2.ſub num.8.fol.43. & 46.
& propterea Quartam rationem diuerſitatis aſſignat
Abb. d. c. vlt.numer.7.prope fin.hoc eſſe inductum † in 53
odium vſurariorum, & fauorem pauperum.Sed hæc ra-
tio neque concludit cum ſimoniaci ſint admodum odio-
ſi factis ordinibus, & hominibus, cap.vlt.in fin.de pur-
gat.canon.c.vlt.1.q.7.c.per tuas 3.de ſimon.Et propterea
ſimoniæ crimen comparatur † Idololatriæ c. cito, & c. 54
eos 1.q.1. & reputatur crimen deteſtabile , & atrociſſi-
mum.Abb.in c.ſicut, in prin. de ſimon. Sarnen. de trien.
quæſt.12.num.13.Mihi autem probatur ratio diuerſitatis
quam tradidit Nauarr. in Manual.c.23.d.num. 303. verſ.
tum quia , Nam qui per ſimoniam mentalem accipit ab
eo qui malè dat, ob ignorantiam huius prauæ intentio-
nis , nemini tenetur illud beneficium reſtituere . Reci-
piens autem vſuram videtur in culpa , & malè accipit,
& ideo tenetur reſtituere danti , qui in hoc non pecca-
uit , nam vſuram † ſoluere non eſt peccatum , c. debi- 55
tores , de iureiur. Recipere autem ſic , & regula eſt ,
quod qui male recipit ab eo , qui bene dat , teneatur re-
ſtituere † danti, c. non ſane cum gl.14. q.5. 56

Quæſt. 26. numer. 27. concludendum igitur eſt Solam
voluntatem reſignantis aut collatoris vel alte-
rius non inducere confidentiam.

¶ Circa hunc articulum tres ſunt opiniones. Prima eſt Maſcardi. de probat. concluſ. 1312. num. 33. Menochij de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 9. num. 12. & Garc. de benef. part. 11. cap. 3. num. 18. exiſtimantium Pium V. prohibere & punire , ſaltem in illis quatuor caſibus per eum expreſſis, crimen confidentiæ mentalis, etiam vnius tantum partis intentione quamuis alteri partius ignota qui durante ignorantia cenſuras & pœnas non autem actus nullitatem effugiet, ſolo Reo pœnis omnibus, & obligationi reſtitutionis obnoxio manente. Secunda eſt Suarez in tract. 3. de relig. lib. 4. cap. 43. num. 12. Leſſi. de iuſtit. & iure. lib. 2. cap. 23. & aliorum, qui ad confidentiæ delictum requirunt pactum. vel ſignum aliquod exterius, ita vt intentio praua etiam vtriuſque partis interna abſque ſigno vel expreſſione externa intentionis huiuſmodi non ſufficiat, quia Eccleſia non iudicat de occultis, nec ideò ſimoniam mentalem , attingit aut aliqua pœna Eccleſiaſtica ferire intendit. cap. fin. de ſimon. ita quòque ſentit Nauarr. conſ. 79. de ſimon. Tertia medium tenens, quam ſequitus Flaminius noſter poſt alios quos citat vult ad flagitium confidentiale non eſſe ſatis prauam vnius partis intentionem alteri incognitam, nec tamen requiri ſignũ aliquod exterius pactum inducens, ſed ſufficere prauum animum hinc inde conceptum, & alterius alteri notum, vt inde ſatis efformata, & concinnata videatur inter ipſos tacita conuentio. Habet vnaquæque ſua argumenta non lenia. Prima quantumuis verbis edicti inſeruiat videtur rigoroſior. Secunda remiſſior. Tertia mihi probatur ſano modo intelligenda : non enim omnia intentio, vt de beneficio, vel fructibus certo modo diſponatur , praua eſt, & ſimoniaca, ſed illa tantum , per quam quis intendit ad id ar-

Digitized by Google

ctare, & obligare prouisum, seu prouidendum: spes enim simplex quod liberè, & spontè resignabit, aut fructus aliquos dabit, nec est simonia, ne quidem mentalis, vt docet Flaminius de resig. lib. 14. quæst. 2. num. 6. & 7. nec in consequens confidentia, quamuis aliter non sit, & tamen idem Flaminius ait hic num. 39. quod inficiari non potest quin collator aut resignans ex cogitatione mentis, & praua animi intentione sine aliquo exteriori actu incidat in eam speciem simoniæ, quam mentalem vocant, opere tamen subsecuto, id est adepta re, quæ speratur, quod pariter verissimum est, quia hic loquitur & intelligit de intentione necessitatem imponente, quæ simoniaca est. atque ita cum illa praua intentione cognita ei, qui beneficium recipit, & recipiendo assentit, committitur confidentia punibilis, quod ampliarem etiamsi recipiens non intendat ad hoc se astare, modo in effectu animum habeat adimplendi quantumuis lib. sè prauam a tersua intentionem per ea quæ ad q. 1. lib 4. de resig obseruauimus, & subintrant dispositio & verba constitutionis etiam *sola dimittentis intentione*, quia recipiendo sciente eo animo satis videtur fidem adstringere. Sed pone quod nullo modo intendat adimplere: certe cessat dispositio, quia non recipit, vt ad nutum alterius disponat, quod etiam verum puto in casu pacti expressi: Si enim recipiens non intendit implere promissum, grauiter quidem peccat peccato iniustæ deceptionis, scandali, & cooperationis ad confidentiam alterius, non tamen peccato simoniæ, aut confidentiæ, vt contra Nauarrum in comment. ad cap. vlt. de simonia disserit, & concludit Suarez de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 42. vide à nobis dicenda infrà quæst. 53.

QVÆSTIO XXVII.

Quæ pertinent ad primum casum confidentiæ plenissime explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Primus casus confidentialis constitutionis Pij Quinti.*
2 *Ex simulatione colligitur fraus.*
3 *Argumentum à præcedentibus, vel sequentibus validum.*
4 *Fraus ex vicinitate assumi.*
5 *Confidentia quando in resignatione fit pactum, vt resignatarius restituat illud benef.*
6 *Beneficium non potest resignari sub conditione mortis.*
7 *Beneficia debent purè resignari.*
8 *Beneficia debent dari absque conditione.*
9 *Ex retrocessione resignatio non præsumitur pura.*
10 *Promissio facta à resignataria resignanti, simoniaca.*
11 *Fraus ex correspectiuitate.*
12 *Simonia etiam ex promissione committitur.*
13 *Monasterium regulare, vel seculare.*
14 *Monasterium sine conuentu datur in commendam.*
15 *Vbi sunt Moniales, dicitur Monasterium.*
16 *Sunt quædam beneficia, quæ appellantur officia.*
17 *Renuncians officium, vt superior ei det aliud, committit simoniam.*
18 *Dictio* Aliud *includit omnia omissa supra.*
19 *Dictio* Aliud *includit diuersa ab expressis.*
20 *Dictio* qualiscumque *vniuersalis, & num. 122.*
21 *Dictio* qualiscumque *includit masculos & fœminas.*
22 *Qualitas personæ in simonia non excusat.*
23 *Verbum* si quis, *est admodum generale.*
24 *Dictio* cuiuscumque, *omnes comprehendit.*
25 *Dictio* cuiuscumque, *est vniuersalis.*
26 *Dictio* cuiuscumque *ponitur ampliatiuè.*
27 *Dispositio legis comprehendit non solum causas, sed etiam personas priuilegiatas.*
28 *Sequentia intelliguntur secundum præcedentia.*
29 *Cardinales non includuntur in lege generali.*
30 *Papa admittit resignationes ad vota resignantium.*
31 *Ius non abdicatur à resignante nisi acquiratur resignatario.*
32 *Regula de Infirmis habet locum in collatione inferiorum.*
33 *Regula de Infirmis habet locum in renunciationibus factis extra curiam.*
34 *Dictio quauis vniuersalis.*
35 *Dictio quauis ponitur ampliatiuè.*
36 *In lege nullum verbum sine virtute.*
37 *Coram ordinario non potest fieri renunciatio in fauorem.*
38 *Vbi verba non conueniunt, neque dispositio.*
39 *Litteræ beneficiales aliquando fiunt in forma gratiosa, quandoque in forma dignum.*
40 *Ordinarius quid faciat cui diriguntur litteræ in forma dignum.*
41 *Mens attendenda est.*
42 *Simonia coram quocumque, & vbique potest committi.*
43 *Connexorum idem iudicium.*
44 *Resignatio omnis simplex, vel qualificata.*
45 *Resignatio omnis hodie dicitur simplex.*
46 *A definitione bonum argumentum.*
47 *Resignatio in curia absque prouisione quomodo fiat.*
48 *Verba generalia multum conferunt.*
49 *Inter dispositio pœnalis, vbi potest cadere fraus.*
50 *Prohibitum immediatè, mediatè fieri non potest.*
51 *De relicto ad pias causas non detrahitur Trebellianica.*
52 *Prohibitum vna via, censetur omni alia.*
53 *Circuitus sunt vitandi.*
54 *Fraudibus obuiandum.*
55 *Ordinarij non possunt conferre beneficia coram eis renunciata suis consanguineis.*
56 *Constitutio Pij V. 58. prohibet directè, & per circuitum.*
57 *Exempla faciunt rem melius intelligere.*
58 *Recipiens beneficium cum pacto retrocedendi committit confidentiam.*
59 *Circuitus collationum quomodo intelligatur.*
60 *Verus intellectus quoties est conformis, verbis, & effectui.*
61 *Pensio sine causa difficilis.*
62 *Resignatio simulata qua.*
63 *Resignans nullum incommodum patitur si statim fiat retrocessio.*
64 *Ex causa resignationis conceditur pensio.*
65 *Causa falsa expressa nocet.*
66 *Causa declarat, quod factum est.*
67 *Circuitus cum affectu considerandus.*
68 *Exempla non restringunt regulam.*
69 *Commune pluribus competet.*
70 *Resignans cum pacta vt regressui sit locus, confidentiam committit.*
71 *Regressus quando intrat.*
72 *Regressus hodie sunt sublati.*
73 *Regressus ob non solutionem pensionis hodie datur.*
74 *Æquiparatorum idem ius.*
75 *Origo spectanda.*
76 *Confidentia non committitur sine pacto, & numero 124. & numero 171.*
77 *Nutu non committitur confidentia.*
78 *Verba Constitutionis Pij V. etiam sola intentione &c. quomodo intelligantur.*
79 *Ex facto vnius alteri præiudicium inferri non debet.*
80 *Ignorans non peccat.*
81 *Resignans cum pacto, vt fructus ei dentur, committit confidentiam.*
82 *Per resignationem vacat beneficium.*
83 *Resignans habetur pro mortuo.*
84 *Resignans amittit omne ius quod in eo habebat.*
85 *Resignans non potest se ingerere beneficio resignato.*
86 *Fructus beneficij resignati spectant ad resignatarium.*
87 *Resignatio debet fieri liberè.*
88 *Simonia, resignare pacto consequendi fructus.*
89 *Fraus ex coniectura.*
90 *Fraus quomodo probatur.*
91 *Fructus pertinent domino, vel possessori.*
92 *Dans fructus collatori committit simoniam.*

93 *In parte*

93 *In parte perpetratur delictum, sicut in toto.*
94 *Dans aliquid pro præsentatione, vel electione committit simoniam.*
95 *In minimis non cadit confidentia.*
96 *Benigna interpretatio recipienda.*
97 *Constitutio exorbitans restringenda.*
98 *Fructus vnius anni sufficiunt vt committatur simonia, si super illis fiat pactum.*
99 *Committit confidentiam resignans, siue fructus dentur resignanti, siue aliis.*
100 *In claris nulla difficultas.*
101 *Resignatarius dans fructus resignanti non committit simoniam.*
102 *Resignatio debet esse pura.*
103 *Sequentia declarant præcedentia.*
104 *Vna pars constitutionis declarat aliam.*
105 *In ignorante nulla voluntas potest considerari.*
106 *Pactum in beneficialibus improbatur.*
107 *Resignatarius ex resignatione efficitur dominus fructuum.*
108 *In re sua quisque est moderator, & arbiter.*
109 *Rebus suis quis potest apponere eam conditionem quam vult.*
110 *Causa excludit delictum, & præsumptionem ipsius.*
111 *Causa iusta excusat à dolo.*
112 *Causa etiam bestialis excusat à delicto.*
113 *Bona fama excludit delictum.*
114 *Verbum* Concedere *est generale.*
115 *Conditiones quæcunque improbantur.*
116 *Expressum quod colligitur ex vi verborum.*
117 *Expressum quod sub generalitate continetur.*
118 *Expressum quod comprehenditur sub ratione.*
119 *Nullo modo potest resignans, se ingerere beneficio resignato post resignationem.*
120 *Non curamus de modo, cum habemus effectum*
121 *Verba generalia generaliter sunt intelligenda, etiam in materia odiosa.*
123 *Præcedentia declarant sequentia.*
125 *Perceptio fructuum facta à resignante post resignationem inducit præsumptionem confidentiæ.*
126 *Causa excludit delictum.*
127 *Absque pacto simonia committitur.*
128 *Fructus debiti resignanti possunt ei dari à resignatario absque scrupulo.*
129 *Fructus debentur resignanti vsque ad diem præstiti consensus.*
130 *Resignans potest exigere fructus, donec resignatarius capiat possessionem.*
131 *Quod inest, potest in pactum deduci, etiam in spiritualibus.*
132 *Expressio eorum quæ insunt non inducit simoniam.*
133 *Causa in primis in delictis inspicienda.*
134 *Factum sequens interpretatur ob causam præcedentem.*
135 *Factum semper præsumitur ob causam necessariam.*
136 *Factum præsumitur, vt ius disponit.*
137 *Præsumptio, quod quis faciat, quod ei prodest.*
138 *Factum non extenditur vltra gesta.*
139 *Actus agentium non operantur vltra intentionem.*
140 *Quantitas excedens inducit præsumptionem confidentiæ.*
141 *Datum pro literis, simonia.*
142 *Datum pro expensis resignationis simonia.*
143 *Resignatio debet fieri absque conditione.*
144 *Promissio reddit actum non liberum.*
145 *Pactum de soluenda certa pensione, simoniacum.*
146 *Pensio est quædam fructuum solutio.*
147 *Confidentia, promittere pensionem pro collatione, vel præsentatione.*
148 *Promittere pensionem ob auxilium recipiendum in litigando simonia.*
149 *Dictio* Vel aliquando *stat aduersatiuè.*
150 *Dictio* Vel *stat disiunctiuè.*
151 *Genus latius patet specie.*
152 *Dictio,* Ex, *stat inclusiuè.*
153 *Dictio* Ex *denotat causam proximam.*
154 *Dictio* Eadem *est qualitatum præcedentium repetitiua.*
155 *Dictio* Vt supra *est repetitiua.*
156 *Vsusfructus separatur à proprietate.*
157 *Simonia committitur, siue fuerit datum, siue promissum.*
158 *Datio & promissio æquiparantur.*
159 *Assassinium perpetratur ex promissione.*
160 *Ex promissis valet argumentum.*
161 *Vna pars legis declarat aliam.*
162 *Verbum* Soluantur *est generale.*
163 *Pensio non reseruatur cum fructus sunt tenues.*
164 *Simonia pactum de soluendo plus quàm Papa ordinauit.*
165 *Tractatus de pensione sunt liciti.*
166 *Cum consensu Papæ pensio debet solui.*
167 *Papæ auctoritas tollit omne vitium.*
168 *Papæ scientia tollit omnem scrupulum.*
169 *Sine Papa pensio non potest imponi.*
170 *Perceptio fructuum absque auctoritate Papæ inducit confidentiam.*
171 *Resignans beneficium cum pacto, quod pendente lite resignatarius consentiet pensioni, simonia.*
172 *Cessat confidentia per scientiam Papæ.*
173 *Pactum in permutatione coram ordinario de soluenda pensione simoniacum.*

VIgesimoseptimò. Quæro, qui casus confidentiales explicentur in Constitutione Pij V. 87. incipien. *Intolerabilis*, hac de re edita? Communis opinio omnium Doctorum est, quatuor ibi poni casus in §. Quare hos, vsque ad §. Ad probandum, de quibus quam breuissimè erit agendum.

Primus casus confidentiæ beneficialis positus in di-
cta constitutione est, vt † omnes, & quæcunque resi- 1
gnationes, & cessiones siue simplices, siue cum circuitu
retrocessionis, & reseruatione regressus beneficiorum,
etiam ex sola intentione resignantium & cedentium factæ, vt illa beneficia eidem dimittenti, aut alteri conferantur, vel omnes, aut pars fructuum detur, aut pensiones soluantur sint confidentiales, vt probatur illis verbis. *Quare nos volentes periculosam talium audaciam nostri iuris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, vt si quis quacunque auctoritate Ecclesiam, vel Monasterium aut aliud beneficium Ecclesiasticum qualecumque ex resignatione, vel cessione cuiuscunque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu etiam sola dimittentis intentione receperit, aut illa, vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus eidem dimittendi, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij vel aliis concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem hæc confidentia censeatur.*

Ratio huius conclusionis colligitur ex §. Multi, vbi referuntur causæ plures, ex quibus solent dari beneficia custodienda, & deponenda in confidentiam de quibus diximus supra. Et ea Constit. Pij IV. §. Et insuper, & ideò huiusmodi resignatio retrocessio, & perceptio fructuũ, vel reseruatio pensionis iudicatur confidentialis, & fraudulenta, cùm non fuerit animo libero; sed simulata,
& supposita, † ex quo generaliter deprehenditur fraus, 2
l. pupillus, §. sed & si per interpositam, ff. de auct. tutor, l. 2. C. de natural. lib. l. 3. ff. eo. Guid Pap. de præsumpt. nu-
mero 47. Craue. cons. 122. num. 10. & gesta † præceden- 3
tia, & sequentia dolosa satis id ostendunt, Docto. in l. si quis posthac. C. de bon. proscr. Gl. in l. apud Celsum, ff. de dol. except. Crau. cons. 143. num. 9. Menoc. de arbitr.
Iud. cas. 470. num. 10. & actuum † vicinitas. Bar. in l. post 4
contractum num. 8. Io. Annib. num. 163. ff. de don. Paris. cons. 143. num. 21. volum. 4. ac frequentia, Guid. Pap. d. tract. de præsumpt. numero 47. & 51. & breuitas temporis, Crau. consil. 100. numero 8. Cassan. cons. 33. num. 15. Rui. cons. 130. numero 2. volum. 1. Affl. decis. 72. nu. 3. & alia prosequitur Dec. cons. 235. col. 1. & 2. Et hic primus casus confidentiæ beneficialis multa continet capita;

quorum primùm erit, vt sit confidentia recipere benefi-
5 cium ea causa resignationis, † vt illud ipse resignatarius
restituat resignanti, aut alteri, Naua. Cons. 48. numero 3.
de sim. Hinc in vna Augustan. coram Guidobono de an-
no 1551. fuit resolutum esse confidentiam, si fuit con-
6 uentum, vt beneficium resignatum † restituatur, si resi-
gnans ex infirmitate non moriatur, teste Caputaq. decis.
201. p. 1. & ratio est, quia beneficiorum † resignatio de-
7 bet esse pura, Rot. decis. 6. numero 2. de renunc. in anti-
quiot, Io. Monac. in c. licet, num. 5. de rer. perm. lib. 6. &
8 absque vlla † pactione, conditione & modo, cap. cum
pridem de pactis, vbi Doctores omnes, Oldra. cons. 324.
num. 5. Cardin. Paris. in cap. venerabilis, num. 45. de ex-
cept. Quoties autem fit huiusmodi † retrocessio in ipsum
9 resignantem, vel resignatio in alium voluntate eiusdem
resignantis, resignatio prima non præsumitur pura, vt
debet esse, Doctores in cap. ea parte, t. ff. de offic. deleg.
Riminal. Sen. cons. 91. num. 1. Crau. cons. 122. numero 2. &
per consequens confidentialis iuata ea, quæ scribit Gig.
de pens. quæst. 4. Calde. in cap. mandatum num. 4. de re-
scr. Redoan. de sim. part. 2. cap. 10. Idque est conforme iu-
ri communi, nam communiter receptum est resignatio-
10 nem esse simoniacam † si resignatarius promisit resi-
gnanti cedere, aut alteri, Doctores omnes in d. cap. cum
pridem, de pact. & fuit bis resolutum, in Rota in vna Le-
gionem. teste Mohedan. decis. 243. manuscr. de qua te di-
xi de Resig. benef. lib. 1 4. quæst. 7. num. 41. cum seq. & in-
11 ficiari non potest fraudem colligi ex huiusmodi † re-
trocessione, & correspectiuitate, vt fuit resolutum in
vna Gebenen. de anno 1534. teste Sarn. decis. 4. lib. 1.
Arag. decis. 12 Mohedan. decis. 222. omnes in recollectis
manuscr. Caputaq. decis. 240. part. 3. & faciunt, quæ ad
12 hoc ponderat Card. Paris, cons. 143. num. 21. vol. 4. & si-
monia committitur, non solùm ex datione iuris † spi-
ritualis, vel temporalis, sed etiam ea promissione, vt re-
fert Bal. fuisse iudicatum Florentiæ io cap. 1. de testib.
lib. 6. vbi hoc tenent Pet. de Anc. Gemi. & Franc. & alij.
Roma. sing. 327. cum aliis adductis per me, de resign. be-
nef. lib. 14. quæst. 7. num. 31.

Et hanc conclusionem. Primò intellige in cessione
Episcop. vel Archiepiscopatus, vt patet ibi Ecclesia, &c.

Secundò intellige in cessione Abbatiæ, Prioratus, &
Monasterij, vt illud verbum Monasterium probat, &
13 procedit, siue sit † Monasterium regulare, siue sæculare,
Gl. & Abb. in cap. ex transmissa. de tenun. ob generali-
tatem, Bal. in l. in fraudem, ff. de milit. testam. Cra. cons.
308. num. 3. siue habeat conuentum, siue non habeat: nam
videmus, quòd quam plurimæ Abbat. & Prioratus etiã
regulares, concedi tamen solitæ in commendam, non
14 habent † Conuentum, & nihilominus in impetratione
ipsarum, seu per obitum, siue per resignationem, expri-
muntur Monasteria, & ita stylus communis docet, vt di-
catur, Beatissime Pater, cum Monasterium S. Petri, &c.
Ordinis S. Benedicti, &c. cura, & conuentu carens. Pro-
cedit etiam huiusmodi conclusio in cessione Monaste-
rij Monialium, id est in cessione Abbatissatus, cum hoc
15 etiam † sit propriè Monasterium, Mandos. in præfat. reg.
2. canc. num. 6. com aliis quæ scripsi de resign. benef. lib.
16 2. qu. 1. num. 71. & 74. & est communia opinio & ex hoc
potest dici, comprehendi beneficia, quæ † appellantur
officia cap. de molta. de præb. cap. 2. & cap. cum ad Mo-
nasterium, §. prior, de stat. Monac. Clem. 2. de simo. Hinc
17 respondit Nauar. cons. 70. tit. de sim. fuisse commissam
simoniam † per renunciationem Presbyt. regul. de quo-
dã officio, cum pacto, vt Abbas illũ remuneraret, & de
alio officio ei prouideret ea rationib. quas ibi adducit.

Tertiò intellige in resignatione quoruncunque be-
neficiorum simplicium, vel requirentium residentiam,
aut curatorum, ac habentium dignitatem etiam primam
post pontificalem, vt illa verba, *aut aliud beneficium Ec-*
18 *clesiasticum qualecunque* ostendunt. Dictio enim *aliud* †
includit omnia omissa in præcedentib. verbis, vt nihil
remaneat, vt notat Bal. l. conuenticula, col. 5. C. de Epis.
& Cle. Doct. post Gl. in Auth. ex testamento, C. de col-
lat & in l. si fugitiui, C. de furt. & in cap. sedes, de rescr.

Card. Paris. cons. 79. num. 21. volum. 3. & sic diuersa † ab 19
expressis, vt latè probat per multa Soc. Sen. cons. 300.
col. 4. vers. 3. principaliter, vol. 2. Card. Paris. cons. 92. n. 5.
vol. 1. Et dictio *qualecunque* est vniuersalis, & omnia
genera † beneficiorum, ac qualitates includit, & nihil 20
intactum relinquit, Alberic. de Rosar. in l. metum, §. ani-
maduertendum, ff. quod met. caus. Bal. in l. cum vitum C.
de fideic. egregiè Bart. in l. quæ omnia, §. planè, ff. de pro-
cur. & in cap. 1. qual. olim feud. poter. alien. & compre-
hendit masculos. † & fœminas, Doctores in l. quicuo- 21
que C. de seru. fugi. & in l. ait diuus, ff. de iur. fisc. Bar. in
l. habeat vnusquisque, C. de sum. Trin. Ias. in l. fideiussor.
§. prætor ait, ff qui satisd. cogant. faciunt not. in cap. Ro-
manorum dist. 19. & 10 ca. solitæ de maiorit. & obedienc.
Paris. d. cons. 92. num. 6. vol. 1.

Quartò intellige, hanc conclusionem procedere, in
quibuscunque personis etiam existentib. in dignitate re-
signantib. vel cedentib. in fauorem cuiuscũque personæ
etiam constitutæ in simili, vel maiori dignitate, vt com-
mittant confidentiam, & incidant in pœnas huius con-
stitutionis, si resignatarius retrocedat beneficium resi-
gnatum resignanti, aut alteri resignet modo expresso, nã
qualitas personæ non excusat, † vt colligitur ea illis 22
verbis, *si quis*, &c. & ibi *cuiuscunque*, &c. dictio enim † si 23
quis, est admodum generalis, Bar. in l. 1. nu. 2. ff. de verb.
sign. Card. Zabar. in clem. 1. quæst. 3. nu. 9. de elect. Curt.
iun. cons. 35. Dec. cons. 453. num. 7. & dictio cuiuscunque
† omnes comprehendit, Paris. cons. 1. num. 100. vol. 3. Al- 24
be. in l. metum, §. animaduertendum, ff. quod met. cau. nã
† est admodum vniuersalis, cap. Romanorum dist. 19. c. 25
solitæ, de maior. & obed. & videtur posita † ampliatiuè, 26
Gl. in clem. si de beneficio, verb. cuiuscunque, de præb. &
in clem. 1. de iud. & in clem. 2. de vit. & honest. cleric.
Mandos. in regul. 1. cancel. quæst. 6. nu. 6.

Accedit, quia regulare est, vt dispositio legis com-
prehendat, non solum causas, sed etiam † personas pri- 27
uilegiatas, Bal. in l. in fraudem, §. si quis, ff. de testa. milit.
Dec. cons. 120. num. 1. col. 2. & cons. 131. col. 3. & alibi, vt
refert Mandos. de infir. resig. quæst. 2. num. 3.

Amplia vt sub his verbis comprehendantur etiam
Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & Cardinales,
namque hi exprimuntur in Constitutione Pij iv. super
beneficialibus confidentiis edita, quam refert innouat,
& ampliat Pius v. in hac Constitutione. Ideò dum pri-
mum determinat casum confidentialem videtur inclu-
dere etiam Cardinales S. R. E. vt intelligatur † hic §. se- 28
cundum præcedentia, l. si seruus plurium, §. vlt. ff. de le-
gat. l. 1. qui filialibus eod. tit. Bal. in l. domum col. 1. C. de
rei vend. Ias. cons. 215. col. 2. circa med. lib. 2. & cons. 5.
col. 3. in fin. lib. 3. Soc. iun. cons. 15. num. 17. lib. 1. & opti-
mum fuit exprimere, nam inter Doctores, fuit admodum
controuersum, an Cardinales includerentur in disposi-
tione † legis generalis Are. Io. Andr. & Gemin. in cap. 29
nemo. de elect. lib. 6 Oldra. cons. 221. Barba. latè in tract.
Card p. 1. quæst. 7. Ias. cons. 117. col. 3. lib. 1. & communior
opinio sit negatiua, Ber. in cap. 1. num. 41. de rescr. Paris.
cons. 141. num. 8. vol. 4.

Quintò intellige hanc conclusionem procedere in
accipiente beneficium ea causa resignationis quacunq;
auctoritate, vt illa verba, *si quis quacunque auctoritate*,
ostendũt, quæ verba videntur includere, non solum illũ
qui accepit beneficium ex causa resignationis, vel ces-
sionis a summo Pontifice, quod non habet dubium, nam
solet ea stylo vulgari, & omnibus noto papa admittere
resignationes ad vota resignantium, † & eorum sup- 30
plicationem, Mandos. de signat. per fiat, quæst. 7. nu-
mero 3. Cass. decis. 10. in fin. de conces. præb. & hac
ratione facilius fit fraus, cum resignans non præstet
consensum, nisi Summus Pontifex admittat resignatio-
nem in fauorem resignatarij & † ius non abdicetur à 32
resignante, nisi acquiratur resignatario, vt ex omnium
Doctorum sententia comprobaui in tract. de resign. be-
nef. lib. 1. q. 3. & lib. 8. q. 7. n. 61. Sed etiam accipientem de
manu Legati, Episcopi, aut alterius ordinarij. Ita etiam
similia verba posita in regula Canc. de infirm. resign. ibi,

Digitized by Google

us ipsum beneficium,quauis auctoritate conferat, &c.cō-
32 prehendunt collationem factam per Papam,|Legatum,
Episcopum,& alios ordinarios,vt Rebuff.in prax.gl.12.
super reg.de infir.n.3.considerat,ac etiam Mandos.super
ead.reg.q.16.in fin.& ex illis verbis dicunt communiter
scribentes,regulam Cancellariæ de infir habere locum
33 † etiam in renunciationib.factis extra Curiam,Cass.de-
cis.31.super reg.Sarn.d.reg.qu.16.Simone.dec.63. & 64.
manuscr. & ita fuit pluries resolutum in Rota in vna
Barcbinonen. Capellaniæ, & in alia Parmen.beneficij,
die 19. Ianuarij 1587.coram R.P.D.Gipsio retuli de re-
34 sig.benef.lib.12.q.5. Accedit quia dictio † *quauis* est ad-
modum vniuersalis,vt patet ex his, quæ scribit Ias.in l.
quædam,§.nihil inter est,num.3.ff.de eden.Aret.& idem
Ias.in l.Gallus,§.etiam si parēte,n.17.ff.de lib.& posthu.
35 & videtur posita†ampliatiuè,vt omnē collationem cō-
prehendat,Ro.cons.31. Fel.in tta.quando litter. Apost.
noc.patr.in 1v.ampliat faciūt notat.per Gl.in clem.si de
benef.de præb.Mandos.in reg.1.Canc.qu.6.n.6.Alioquin
sequeretur hæc verba esse superflua , quod in constitu-
36 tione Summi Pontificis non est dicendum † neque de
minimo verbo,vt sit sine virtute,& effectu,§.quib.in pr.
ibi superuacuis in 1.Const.Codic.Bal. super rub.de cō-
trah.empt.Dec.cons.47.n.2.Card.Paris.cons.3.n.86.vol.
37 4.Curt. iun.cons.85.n.4.Sed si quis obijciat† coram or-
dinariis non posse fieri resignationem in fauorem , sed
dumtaxat simpliciter,vt rescripsi de resign.benef. lib.5.
qu.6.nu.188.& alibi,nam hæc est communis omniū Do-
ctorum sententia,& per consequens pactum considera-
tum per Pium V non posse interuenire,vnde cum verba
38 dispositionis non conueniant,neque †etiam dispositio,l.
4.§.totiens,ff.de dam.infect l.his accusare,ff. de accusat.
Respondeo,intelligendo dupliciter,primò,quoties resi-
gnatio fit in Curia , coram Papa in fauorem alicuius,
39 pro quo resignatario expediuntur litteræ prouisionis †
ipsius resignationis non in forma gratiosa , cum non sit
præsens in Curia,vel nolit se subijcere rigoroso exami-
ni , quod fit in Curia , in domo Illustrissimi Cardinalis
Vicarij S. D.N. Sed in forma dignum nouissima directa
ordinario,vt si præuio examine illum repererit dignum
40 conferat,quo casu ordinarius illum †eaaminat & postea
confert de mandato Papæ beneficium resignatō in Cu-
ria,vt scripsi de resig.benef lib.8.q.7.nu.188. absque du-
bio conclusio nostra verificatur in prædicto exemplo,
ac verba prædicta.

Secundò intelligerem,quoties quis vult resignare co-
ram ordinario , & ante resignationem paciscitur cum
amico ipsius ordinarij,vt procuret sibi conferri ab ipso
ordinario beneficium in suis manib resignandum, aut in
genere primum vacaturum,quod ad sui instantiam & re-
quisitionem retrocedat ad fauorem ipsius resignātis,vel
alterius;hanc enim esse confidentiam , nemo dubitabit,
tum ex prædictis verbis.*quauis auctoritate*. &c. tum ex
41 mente,quæ in primis † admodum attendenda est,l.scire
oportet,§.aliud autem,ff de excus.tut. Dec. cons 227.&
344 & hoc potest verificari in legato a latere,ac misso,
in Archiepiscopo,Vicario,& alijs inferiorib.Idque præ-
terea comprobatur , nam simonia potest committi co-
ram quocumque in quibuscunque beneficiis non habita
42 aliqua distinctione , † dummodo pactum sit illicitum ,
& comprehensum sub definitione ipsius simoniæ , Do-
ctores in cap. cum pridem de pact & in cap.ex parte r.
de off.deleg.in cap.1.tot.tit.de sim.ita pariter dicendum
43 est in confidentia propter connexitatem , † ad not. in
cap.translato de const.in cap.quanto de iud.& identita-
tem rationis,l.illud,ff ad leg.Aqui.l.a Titio, ff. de verb.
oblig.

Sextò intelligerem hanc conclusionem , in quacun-
44 que resignatione,scilicet tam pura simplici,quam †qua-
lificata in fauorem alterius, & cum reseruationib. nam
ad hæc duo capita referuntur omnis resignatio Rebuff. in
praxi de resign.expr.num.2.Couarr.pract.quæst.cap.36.
sub num.9.Rossiniac. de benef.cap.14. num.3. cum alijs
adductis à me de resign.benef.lib.1.quæst.2.num.1. cum
seq. vbi latè declaraui : & hodie vtraque dicitur sim-
plex resignatio : attento, quòd vnus supplicat pro ad
missione resignationis.& alter pro collatione beneficij 45
resignati vacantis ex dicta admissione, vt dixi de resign.
benef.lib.8.quæst.7.num.39. ad quod habuit respectum
Pius V.prædictis verbis volens includere omnem resi-
gnationem iuxta stylum ex resignatione , seu cessione
simpliciter,&c.ratio etiam dictat hoc modo esse inter-
pretanda prædicta verba , cum conueniat omni generi
resignationis diffinitio confidentiæ,& mens huius Con-
stitutionis Pij V.vt omnibus ad sensum patet,& regula-
re est argumentum deducere a definitione,& a mente, 46
vt de primo tradunt Dec.Cagn.& alij omnes in l.omnis
definitio,ff.de reg iu.de secundo adsunt vulgaria iura,&
præsertim quæ superius citauimus l.illud, ff.ad l.Aquil.
cum pater,§.dulcissimis, vbi Bar. & alij Doctores,ff.de
legat.2.& vt praxis obtinuit, nullum cadit dubium, ca-
dere confidentiam,& simoniam in resignatione , quæ fit
in fauorem cum reseruationibus, vel absque in Romana
Curia. Maius dubium cadit in ea resignatione , quæ fit
simpliciter † absque prouisione in Romana Curia , vt 47
quia arctatus dimittere beneficium , vel aliàs , petit à
Papa admitti resignationem , quam facit de tali benefi-
cio, Papa signat supplicationem , io qua alter non sup-
plicat pro prouisione,vt solet fieri, sed ipse tantum pro
admissione resignationis, vt scripsi,& posui formam de
resig.benef lib.8.q.7.n.103.an in hac habeat locum dis-
positio huius,§.Pro negatiua facit, quia non conueniūt
hoc casu verba dispositionis, cum nullus in eadem sup-
plicatione supplicet pro prouisione , sed Papa conferat
cuicunque velit,& sic esset fraus,ergo,&c.l.4.§.toties,
ff de damn.infect.

Hoc non obstante affirmatiua opinio est tenenda,tum 48
ponderando verba generalia huius,§.l.1.§ generaliter,
ff.de leg.præstan.Bal.in l in fraudem, ff.de milit.testam.
tum etiam,quia potest fraus interuenire hoc modo, vt
quis antequam det R. P. D. Datario supplicationem ad-
missionis,resignationis absque prouisione,vel tunc,cer-
tiorem faciat amicum,familiarem,aut consanguineum,
de hoc,ad effectum, vt per aliam supplicationem petat
illud beneficium taliter resignatū,qui ob gratinunciare
aut alia causa promittat ei, vel fructus, vel retudinem,
illud sibi aut alteri nutu ipsius,procul dubio hæc est cō-
fidentia simoniaca,nam conuenit definitio,& ratio ideo
hoc casu etiam verificantur verba supradicta huius cō-
stitutionis,& intrabit dispositio prohibitiua,†& pœna- 49
lis,not.c.indemnitatib.§ penu.de elect.li.6.Bar.in l.ita
autem,in princ. ff. de administrat.tut.ex quo satis patet
responsum ad contrarium supra adductum.Et hoc nota,
quia aliàs vidi dubitari.

Septimò intellige hanc cōclusionem procedere in re-
signatione,cum,circuitu retrocessionis,vt patet ibi,sim-
pliciter,aut cum circuitu retrocessionis,nā† prohibitū 50
fieri immediatè,mediatè fieri non debet,l.auia,§.Titio,
ff.de cond.& demōst quem tex.ad hoc allegat Ias.in l.2.
in prin col 6.vers.& tenendo istam partem,ff. de vulg.&
pup.Hinc dixit Rom.in repet.auth.similiter col.78.C.ad
l.Falcid.quòd sicut do legato immediatè facto† ad pias 51
causas non detrahitur Trebellianica,ita neque de legato
facto alicui priuato,qui postea sit rogatus piæ causæ re-
stituere,refert Crau.cons.330.ad fi.& cons.137.n.1.Hinc
receptū est,prohibitū vna via censeri prohibitū † omni 52
alia,c.cum quid vna via de reg.iur.li.6.c.hæc imago 34.
q.5.c.detestanda de concess.præb.li.6.l.vlt si manci.ita
vend.ne prost.c.vnico,§.1.de cler.coniug.lib.6.c.tuæ,de
procu.& plura exempla deducit Dyn.d reg.& gl.in ver-
bo,cum quid.Accedit ad comprobationem,quia circui-
tus †sunt vitandi,l.dominus testam.ff de cond &dem.l.r. 53
in prin.C commu.de leg.r lem.auditor de rescr.c. tua de
ord. cognit. & per consequens , cum adsit eadem ratio
vtroque casu,idem ius statuendum est, l.illud, ff.ad leg.
Aquil.fraudibus enim†est obuiādū omnino,& radix ex 54
qua venire possunt amputanda,l.cum hi,§.si cum his de
dolo,ff.de transa l.in quæstionis,in fi.C.de fideicom. l.si
legatarius C.de leg.Raim.de Forli.in l.omnes populi sub
n.8.ff.de iust.& iu.& per circuitū,Ias.in l.cum fundus,§.

seruum tuum num.4.& 5.ff.si cert.pet & in l. stipulatio-
oum, §. si is, qui duplum in fin.ff.de verb. oblig. Rolau.
cons.51.num.8.lib.1.

Hinc Constitutio Pij V. 58. incip. Quanta Eccle-
siæ, quæ prohibet sub pœnis, ne beneficia renun-
55 ciata coram ordinariis ab illis conferantur † eorum
consanguineis, aut familiaribus resignantium, in-
cludit quoties collatio fieret prædictis per circui-
tus multiplicatarum in extraneos collationum il-
lis verbis. *Cæterum præcipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficiis, &*
56 *officiis † resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere*, &c. idque notandum dixi lib 5.
de resigna.benef.quæst.vlt.num.188.

Et hæc conclusio potest pluribus modis exemplifi-
57 cari, quos modos hic referam quam breuissimè,† vt di-
cta verba melius explicentur, §. sed cum magis inst. de
grad.Bal.in l.1 in 1.lect.sub nu.1.vers. item per exempl.
ff.de iust.& iur.Riminal.iun.in l.imperium nu.5 ff.de iu-
risd.omn.iud.

Primum exemplum est, quoties quis recepit benefi-
cium, non ea manu Titij resignantis, sed Mæuij resigna-
58 tarij, pactione tacita vel expressa interueniente,† quòd
illud posteà resignabit in fauorem Titij primi resignan-
tis, aut alterius ad nutum ipsius: nam hæc retrocessio,
siue resignatio ad nutum ipsius erit confidentia, & pro-
batur hic intellectus: nam verba diriguntur resignata-
rio, cum dicat, si quis receperit, dum igitur subdit, ex
cessione cuiuscumque personæ simpliciter, vel cum cir-
cuitu retrocessionis videtur intelligere, siue habuerit a
primo resignante, siue à secundo, siue à tertio, esse con-
fidentiam, stante prædicto pacto illud dimittendi, resti-
tuendi, ac resignandi, namque hoc casu viget eadem
ratio vt supra ostendi, cum prohibitum immediatè cen-
seatur prohibitum mediatè, l.auia §.Tirio, ff.de cond.&
demon. rursus probatur ea illa alternatiua, *simpliciter, vel cum circuitu retrocessionis* intelligendo *simpliciter*,
quoties ille recepit beneficium à primo resignante cum
prædicto pacto, illud postea ei resignandi: *cum circuitu retrocessionis*, quoties ab alio, & sic secundo resignante
cum pacto illud dimittendi in fauorem primi. Præterea
comprobatur hæc intelligentia ex dicta const.58.Pij V.
59 vbi ita interpretatur circuitus † collationum, vt dixi
lib.5.de resig.benef.quæst.vlt.no.188. Et hic intellectus
60 est conformis verbis, effectui, & rerum euitui, † ergo
verus, Ias.cons.128 col.penul.in princ.lib.1.Craue.cons.
294.sub num.8.& hunc existimo esse verum sensum ho-
rum verborum, & hanc fuisse mentem Pij V.

Secundò potest exemplificari. Quoties volens reser-
uare pensionem super beneficio suo pro nepote, aut alio
consanguineo, vel amico, cum non possit id consequi
61 via ordinaria, nam pensio sine causa semper fuit † diffi-
cilis, vt rescripsi de resig.benef. lib 6. quæst.2.& hodie
impossibilis: nam nemini datur de mandato Sanctissimi
N.D. Clementis Octaui: ad effectum dictæ reseruatio-
nis, recurrit ad fraudem, vt illud beneficium resignet in
fauorem Petri reseruata pensione pro dicto nepote con-
sanguineo, vel familiari, quod facilius potest obtineri
stante resignatione, vt probaui d.quæst.1. & cum pacto,
vt prædictus Petrus eidem resignanti retrocedat dictum
beneficium resignatum: hæc enim est confidentia, nam
62 non est vera resignatio,† sed simulata ad effectum, vt re-
seruaretur pensio, quæ via ordinaria non posset reserua-
ri, quo facto beneficium statim ei retrocederetur, l. qui
sic soluit, ff de sol.Mohedan. decis.254.in manuscr.& ita
fuit resolutum in his terminis, ac consideratum circa
hanc constitutionem in vna Reatin.pensionis die vene-
ris 11.Martij 1588. coram R. P. D. Pamphilio Auditore
Rotæ, vt vidi annotatum ex eius decisione in 2.par. vbi
etiam fuit dictum tali casu non potuisse considerari dis-
63 pendium resignantis, ob retrocessionem factam † modi-
co temporis interuallo, ad not.per Put. dec.341. & seq.
lib.1.Rebuff.de resc.general.& spec.num.23.& huic ca-
sui satis applicantur rationes supra adductæ de prohibi-
to immediatè, vt sit prohibitum mediatè. l.aoia, §. Ti-
rio, ff de cond.& dem.& de prohibito vna via, vt omni
etiam censeatur prohibitum, cap. cum quid vna via de
reg.iur.lib.6.& de hac confidentia loquemur, infra in 3.
casu.

Tertiò potest exemplificari in eo, qui vult reseruare
pẽsionem super suo beneficio, aut omnes fructus alicui,
& cum non possit id facere via ordinaria, nam vt dixi,
pensio sine causa non conceditur, recurrit ad fraudem,
quæ est aliis, resignat illud beneficium ei cui vult reser-
uare fructus, aut pensionem, ille postea retrocedit idem
beneficium eidem resignanti, reseruata sibi illa quanti-
tate pensionis quam a principio volebant imponere, quæ
reseruatio à Papa conceditur† stante resignatione, & illa 64
vulgari clausula, ne nimium dispendium, &c. Anch.con-
sil.226.Card.Alex.in cap.2.sub nu.5.1.qu.3.Caccialup.de
pens.qu.19.Gig.eodem tract.qu.4.Put.decis.342. & 343.
& 389.lib.1.& communiter Doctores, vt late dixi lib.6.
de resign. benef. q. 2. col. 3. Vtique hæc est confidentia,
nam resignatio non fuit vera, sed simulata, ad hunc
effectum reseruandi prædictam pensionem, vt in simili
fuit dictum in dicta Reatin. pensionis 11. Martij 1588.
coram R. P. D. Pamphilio, & causa posita, ne nimium
dispendium, videtur falsa, † quia constat propter cele- 65
rem retrocessionem nullum dispendium passum fuisse,
ad not.per Put.d.decis.341. cum seq lib.1. Gammar. de
auct.Legat.a later.tit.de pens.n 98 & 99.Fel. in c.ad au-
dientiã el .2.n.5 vers.exemplifica de rescr Mandos tract.
de signat.grat.tit.de pens.col.3.& in ea nequaquã possit
verificari, quæ scribit Caccial.de pens q.1.Card.in clem.
1.§.1.q.3.& ibi Imol.co.3.de suppl.prælat.neglig.Hoied.
de incompat.benef.p.1.c.4.n 4.Et hanc esse confidentiã
comprobatur ex §.præcedente, incip. plerique, vbi ex-
primuntur causæ ex quibus committitur confidentia.&
hæc inter alias videtur includi, quæ quod factũ† est de- 66
clarat, l.verum 1.ff.de furt.l.cum tale, §.vlt ff.de cond.&
demonst.c.intelligẽtia, vbi Gl.de verb.signi. Et cum hic
circuitus fit cũ aliquo effectu, considerandus† erit. Card. 67
in clem.auditor in 14.q.rescr.Ant Mass.de form obliga.
camer.q.pen.n.5. vt consideratur in fideicõmissaria sub-
stitutione, §.sed quia, inst.de fideico.toto tit.C.ad Treb.
Aliis modis poterit doctus exemplificare hanc conclu-
sionẽ.† Nã exempli gratia positum extenditur ad omne 68
simile, l.regula, §.vlt ff de iur.& fact.ignor.l. scire opor-
tet, §.pen.ff.de excus.tut.Bal.in l.1.in 1.lect.sub n.1.ff. de
iust.& iur.& hoc est, quod dicimus, quod exempla non
restringunt regulam, l.damni in princ.ff.de dam. infect.
Ceph.cons.133.n.17.vol.1.Quod enim est† cõmune plu- 69
ribus omnibus illis competit, l.his solis, C.de reuoc.do-
nat.l.non solum, §.qui primitiuum, C.de excus.tut.Bald.
in d.l.1.in 1.lect.in princ.ff de iust.& iur.

Octauò intellige hanc conclusionem procedere etiã
in resignatione cum reseruatione regressus, vel acces-
sus, vt patet ibi, *cum regressu, vel accessu*. Quæ verba ita
exemplificantur. Quidam resignat suum beneficium in
fauorem Titij reseruato regressu, aut accessu ad dictum
beneficium, præmissa conuentione, quòd erit locus re-
gressui,† vel accessui, & dictus resignans habens prædi- 70
ctam reseruationem regressus, vel accessus debeat idem
beneficium eidem Titio, vel alteri renunciare, vt colli-
gitur ex sequentib. verbis. *Vt illa, vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur*. Nam hæc absq; dubio est confidentia, vt
etiam colligitur in §.plerique & ex Constitutione Pij IV.
in §.insuper. Et intrat huiusmodi regressus† cedente resi- 71
gnatario, Mãdos.de signat.grat.tit.regressus col.2.Mohe-
dan.dec 338.& sub tit.de renun.in manuscr.Put.dec.314.
lib.1.vel moriente, vt dixi de resig.benef.lib.5.q.5.n.22.
cum seq. aut acquirente incompatibile, Moedan. decis.
520.in manuscr.vel si fuerit priuatus, vt dixi d. quæst 5.
num. 24. his enim casibus posset verificari huiusmodi
conclusio, vt quia fuerit conuentũ de dimittendo bene-
ficiũ in euentum regressus, & accessus, & quia huiusmo-
di regressus, & accessus sunt hodiè † sublati per Conc. 72

Trid. c. 7. seff.25. de reform. & per Constit. Pij V. 136.
iocip. Roma. Pontifi. ex rationibus quas posui d. libr. 6.
q. 5. num. 97. eum seq. ideò non curabo alia scribere de
hoc, Posset etiam hæc conclusio verificari io conuen-
tione facta de non vtendo regressu reseruato in literis
73 ob non solutionem † pensionis, qui etiam hodie datur,
Put. decis. 293. lib. 1. Gig. de pens. q. 99. num. 18. Burs. cons.
395. num. 42. vol. 4. de qua materia latè diai lib. 6. de re-
sign. benef. q. 3. per totam.

Nooò, Hanc conclusionem intellige, committi confi-
dentiam hoc casu, siue fuerit promissum à resignatario,
quod resignabit illud beneficium eidem, siue alteri, vt
probatur illis verbis *eidem dimittenti*, *vel alteri postea*
74 *conferatur*. Quæ verba æquiparant hos duos casus † vt
idem ius sit in vtroq; l. vlt. ff. de acceptilat. quod côpro-
batur, tum quia idem statuitur circa fructus, & pensio-
oes non inspecto, quib. soluantur resignanti, vel alteri,
tum etiam, quia eadem ratio viget vtroque casu; oam
oihil refert, quod vni, vel alteri conferatur, dummodo
75 origo, quæ spectanda † est, l. 3. C. ad Macedo. sit mala, &
pactum simoniacum, ac confidentiale, & hæc conclusio
nullam habet difficultatem, & infra illam comprobabo.

Et hanc conclusionem cum illationib. supradictis
declara procedere pacto præcedente, nam aliàs secus,
76 quia sine pacto † confidentia non committitur, Nauar.
in Manu. c. 23. sub nume. 107. vers. ad decimom. Idem
Nauar. cons. 27. & cons. 30. & cons. 33. & cons. 36. tit. de
simon. Virgi. Bocc. io comment. const. Picen. oumer. 60.
& 68. Gab. cons. 172. num. 4. & 12. lib. 2. & fuit resolu-
tum in vna Cosentina prætensæ confidentiæ coram R.
P. D. Orano 4. Februarij 1591. & latè comprobaui suo
loco ponendo rationes. Ideo in §. sequenti incip. itidem,
loquitur Pius V. de confidentia commissa ex conditione
tacita, vel expressa. Hinc voluit Nauar. cons. 27. de simo.
non esse confidentiam, si quis recepit beneficiom ex re-
77 signatione, intentione illud resignandi nutu † resignan-
tis, si non interuenit pactum, quia, subdit, absque con-
uentione non committitur.

Qua conclusione stante, verba posita in hoc §. cir-
ca hanc conclusionem, etiam sola dimittentis intentio-
78 ne, sunt intelligenda † de intentione nota ei qui bene-
ficium recepit, vt interpretatur, Gabrie. d. cons. 172.
oum. 3. vers. secundo stante verba de conditione tacita,
vel expressa posita in §. sequ. ex quib. verbis declaran-
tur hæc, l. qoi filiab. ff de leg. 1. & necessariò ita esse in-
terpretanda, posui plures rationes q. 26. col. 3. & licet
Mascard. de probationibus conclus. 1306. numer. 53. in-
telligat hæc verba, cum alter horum, siue dimittens,
aut recipiens, item conferens, eligens, vel præsentans,
aut electus, præsentatus, vel cui est collatum beneficiũ,
item cedens, aut retrocedens, & in summa, vt omnes
complectantur vno verbo, com siue dans, vel recipiens
beneficium alterius, ideo dat, aut recipit, vt postea sibi
detur beneficium, vel pensio, aut fructus, etiam si nihil
alteri parti sit notum, tamen io contrarium se habet ve-
ritas, & communis opinio etiam io praxi recepta, ne
sequatur absurdum, quod ex facto vnius alteri ignoran-
79 ti † præiudicium afferatur, reg. non debet, de regu. iur.
80 Crauet. cons. 293. cum ignorans non † peccet, D. Thom.
1. 2. q. 73. art. 6. & latè ex pluribus rationib. comprobaui
suo loco d. q. 16.

Et ad tollendum omne dubium, bonum esset, vt
Summus Pontifex declararet hoc per aliam constitutio-
nem. Et sanct. mem. Gregorius XIII. mandauit hæc ver-
ba deleri, & Congregatio super compilatione septimi
Decretalis, idem censuit, & mihi fuit demandatum, vt
illam imprimerem absque dictis verbis.

Secundum caput huius §. & primi casus confidentiæ
beneficialis est, vt sit confidentia, si fructus beneficij
81 resignanti, aut eorum pars † dentur resignanti illud be-
neficium, vel aliis, vt probatur ibi, *aut illius fructus vel
eorum pars alij, vel aliis concedantur, &c. confidentia
censeatur*, & hoc volunt Nauar. in Manu. cap. 23. sub
num. 110. & cons. 48. num. 1. de simon. Maiol. de irregul.
lib. 5. c. 45. col. 5. sub oum. 5. Masc. de probat. concl. 1306.
num. 19 & 20. cum plurib. seq. Et ratio est, quia per resi-
gnationem vacat beneficium † Lap. alleg. 14. Arch. in 82
c. denique num. 36. q. 3. Rot. decis. 1. de reler. in nou. Card.
Paris. cons. 76. num. 4. vol. 4. cum aliis infinitis allegatis
à me, de resign. benef. libr. 1. quæst. 4. colum. 1. & resi-
gnans habeatur pro mortuo, quoad beneficium resi- 83
gnatum, Cassad decis. 16. nu. 1. super regul. cancell. Abb.
in c. nisi essent, de præb. Put. decis. 468. lib. 2. & com mu-
oiter Doctores, nam amittit † omne ius, quod in eo ha- 84
bebat, Rot. decis. 6. in fi. de re. perm. in nou. Cassad. decis.
2. num. 3. eo. tit. Card. Paris. cons. 59. num. 3. vol. 4. sequitur
post resignationem non posse † se ingerere beneficio 85
resignato, neque ex eo habere fructus. Abb. Ant. de But.
Imol. & alij in c. sollicitè, de restit. spol. Host. Inn. in c.
quod in dubiis de renunc. & communiter alij, vt dedu-
xi de resig. benef. lib. 1. q. 5. & tradit Rot. decis. 1. de re-
nunc. io nou. Rebuff. cons. 22 n. 19. Card. Paris. d. cons. 39.
col. 4. & latè plures allegaui, de resign. benef. lib. 1. q. 6.
† fructus enim spectant ad resignatarium, & ad eum cui 86
confertur beneficium canonicè. Couar. lib. 1. var. resol.
c. 15. sub n. 12. ideo si cũ conditione dictos fructus perci-
piat resignans, merito videtur commissa confidentia, ad
not. in l. non dubium C. de legib. nam natura resignatio-
nis † est vt sit libera, & pura, Rot. decis. 6. num. 2. de re- 87
nunc. in antiquior. Oldra. cons. 324. num. 5. Io. Monac. in
c. licet num. 5. de rer. perm. lib. 6. cum aliis deductis a me
supra, & de resig. benef. li. 14. q. 1. Quomodo enim potest
esse pura, si dentur dicti fructus, & hac ratione censca-
tur fieri? Doctores in c. ea parte 1. de offic. deleg. cum
aliis, vt per Redoan. de simon. p. 2. c. 10. erit ergo confi-
dentialis. Et in hac parte videtur hæc conclusio com-
formis iuri communi, quo inspecto simonia est resigna-
re pacto, conditione, † & modo consequendi fructus 88
post resignationem, vt latè probaui de resig. benef. lib.
14. q. 1. & seq. & fuit resolutum pluries in Rota, vt per
Monedan. decis. 245. manusc. & fraus satis videtur com-
missa, vt ex huiusmodi coniectura † apparet. latè Bar. in 89
l. post contractum, ff. de don. Pau. de Castr. cons. 137. n. 4.
li. 2. Dec. cons. 235. & cons. 659. Grat. cons. 81. nu. 42. vol. 1.
Card. Paris. cons. 97. n. 17. vol. 3. cum aliis vt per Manr. de
coniecturis vlt. vol. li. 10. tit. 4. n. 9. & modos † probandi 90
fraudem ponit Masc. de prob. conc. 815. per totam, cum
fructus non dentur domino, neque † possess. ad quos per- 91
tinent Bal. in l. si traditio col. vlt. C. de act. emp. Alexan.
cons. 130. n. 5. li. 4. & cons. 73. lib. 2. & per huiusmodi tra-
ditionem mutetur natura ipsorum fructuum, quæ est, vt
debeantur domino, c. conquestus de vsuris l. Herennius
ff. de euict. Grat cons. 18. n. 2. li. 1. Rui cons. 25. n. 2. & cons.
53. n. 23. li. 2. Ceph. cons. 131. n. 14. & cons. 215. num. 49. &
cons. 290. nu. 13. Bursa. cons. 11. num. 7. vol. 1. Bened. Capr.
cons. 10. nu. 33. Eadem ratione committitur confidentia
simoniaca, & punibilis, si prouisus de beneficio † fru- 92
ctus illius beneficij tradat collatori, præsentatori, &
electori, vt dicitur in §. seq. incip. Itidem si, & io illius
interpretatione adduximus rationes, & auctoritates.

Et hanc conclusionem Primò intellige, siue omnes
fructus dentur resignanti siue eorum pars, nam vtroque
casu committi confidentiam probatur ibi: *fructus, vel
eorum pars*. Idque ex eo, quia viget eadem ratio, cum
in parte quoque delictum † perpetretur, Gloss. in §. gal- 93
linarum in verb. qui lucrandi animo, inst. de rer. diuis.
ita in §. sequenti incip. itidem dicitur de fructibus, vel
parte ipsorum, vt si dentur collatori pro collatione,
præsentanti pro præsentatione, electori † pro electio- 94
ne, committatur confidentia, & tradit Mascard. de
probat. conclus. 1306. num. 7.

Declara tamen, dummodo illa pars sit notabilis
alicuius quantitatis, nam alias non committeretur con-
fidentia, sicut neque † simonia, cap. & si quæstiones de 95
simon. tradit egregiè Nauar. in comment. de dat. & pro-
miss. pro iust. vel gratia num. 20. & hæc interpretatio est
† recipienda tanquam benigna, not. in c. iuuenis de 96
spons. c. illud de cler. ex. c. c. 2. de pœn. dist. 7. l. antiqui, ff.
si pars hæred. pet. eóque magis, cum quo ad pœnas hæc
constitutio sit exorbitans, ergo † restringenda io quantũ 97

Digitized by Google

fieri potest, Doctores in l. si verò §. de viro ff. solu. ma-
tr. & in l. si constar, ff. sol. matri. & fructus vnius anni
98 sufficiunt, vt committatur confidentia † nec requiritur
plurium annorum, iuxta regulam positam in l. boue, §.
hoc sermone. ff. de verb. signifi. vbi latè Tiraqu.

Secundò intellige hanc conclusionem siue hi fructus
dentur resignanti siue alijs, vt paret ibi: *aly vel alijs*,
quæ verba includunt resignantem absque dubio, eum id
99 faciens resignans committat † confidentiam, vt etiam
probatur in §. si quis post cessam, eiusdem Constitutio-
nis, Gabr. cons. 172. num. 11. lib. 2. Nauar. in Man. c. 23. sub
num. 109. & 110. Maiol. de irregu. lib. 5. c. 45. sub num. 5.
& alij omnes, includunt etiam alios, vt paret ibi: *alsis*,
100 vnde † nulla remanent difficultas l. ancillæ C. de furt.
l. continuus §. cum ita, ff. de verb. obl. vnde illud prono-
men *aly* necessariò referendum est ad personam resi-
gnantis, quæ relatio attenta proprietate verborum ha-
beret difficultatem, Ideò Mascard. de probat. d. conclus.
1306. num. 4. existimat errore Typograhi ita legi, & esse
legendum, prout in originali apparet *illi, vel alsis*, vt
id pronomen *illi* referatur ad resignantem, quæ lectio,
quamuis alias mihi non probaretur, hodie admodum
placet, quia ex stricta interpretatione non prohiberetur
perceptio fructuum, quam perciperet resignans quod
sensit doctus Nauarr. cons. 66 num. 6. tit. de simon. quod
101 consilium est transpositum tom. 2. fol. 801. vbi firmauit †
dationem fructuum factam à resignatario resignanti
non inducere confidentiam, cum dicat constitutio *alij
vel alijs*, & sic verba tali casu non verificentur, quod
est absurdum, cum maior ratio militet in eo, quam in
aliis, & aliis rationibus hoc comprobat Mascar. & mo-
uet me etiam, quia in sequenti §. itidem ita legitur *illi,
vel alsis*, verisimile ergo est ita legendum hic, & hanc
fuisse mentem Pij V. arg. eorum, quæ dicunt, Dec. cons.
109 col. 2. Crauet. cons. 234. num 3. Mars. sing 1. & stante
hac lectura cessat, quod dicit Nauar. d. cons. 66.

Declara tamen procedere id quod statuit Pius V. de
aliis, quoties de voluntate ipsius resignantis, & condi-
tione apposita ab eo ante resignationem, vel in ipso
actu resignationis dantur à resignatario fructus illi,
quod probo: tum quia tunc viget ratio confidentiæ, &
102 simoniæ, quia resignatio non videtur libera, & † pura,
vt debet esse vt scripsi de resig. benef lib. 4. q. 1. & 7. tum
etiam quia hoc declaratur in sequenti §. Itidem, vbi
confidentia appellatur, quotiès dantur fructus collato-
ri pro collatione præsentanti pro præsentatione, & ele-
ctori pro electione, aut aliis, quibus ipsi significaue-
rint, & insserint, seu mandauerint, ratio enim quæ mi-
litat in his casibus viget hic, ideò validum erit argu-
mentum ab illis verbis, ad hæc l. à Titio, vbi Doctores,
ff. de verb. oblig. l. illud, ff ad leg. Aquil. eòque magis cum
103 sequentia † declarent præcedentia, l. qui filiabus, ff. de
104 leg. 1. & vna pars † constitutionis declaret aliam. l.
verum, ff. de per. hæred nor. in l. non est nouum ff. de le-
gib. Ideò aliàs respondi non esse confidentiam, si resi-
gnatarius det fructus omnes, vel partem beneficij re-
signati alicui non consanguineo, vel amico resignantis,
vel ignorante resignante: nam nullum factum, vel vo-
105 luntas ipsius resignantis tali casu potest † considerari,
Bar. & Doct. in l. genero ff. de infam. Crauet. cons. 201.
num. 36. Alex. cons 241. col. 1. lib. 6. & per hanc constitu-
tionem non est sublata potestas resignatariis, & prouisis
de beneficiis disponere de fructibus ipsorum beneficio-
rum, quomodo voluerint, dummodo non appareat id
facere in executionem promissionis pro resignatione, &
collatione, nam id solum prohibetur, & iudicatur con-
fidentia, c. Episcopus de præbend. & ibi Abb. & alij,
Zabar. in c. postulasti, de resc. vbi Abb. & Fel. numer. 6.
Socin. Sen. cons 91 lib. 3. Caiet in 2. 2. q. 185. art. 7. resp. ad
3. communis, restibus Dec. d c. Episcopus, Couar. in ca.
1 num. 1. de restam. ex collatione enim resignatarius iam
106 effectus † est dominus omnium fructuum, vt latè expli-
107 caui de resig. benef. 1. q. 6. Et receptum est quod † in re
sua quisque est moderator & arbiter, l. in re mandata.
C. mandati, l. nemo exterus, C. de iud. §. per traditio-

nem, Inst. de rer. diuis Soc. cons. 53. num. 8. lib. 1. & cons.
100 col. 2. libr. 2. Dec. cons. 419. numer. 3. Rolan. cons. 62.
num. 13. lib. 1. Crau cons. 296. col. 8. nam rebus † suis quis- 108
que potest apponere eam legem quam vult. c. verum, de
cond. appos l. quotiès, C. de donat. quæ sub. mod. l. ob
res, §. 1. ff. de pact. dotal. cap. de Monachis, de præbend. c.
cum Bertoldus, de re iud. l. 1. §. si conuenerit, ff. de pos. l.
seruus ea lege, ff. de seru. export. l. legem, C. de pact.
auth. excipitur, C. de bo. matern. Doctores in l. io tradi-
tionib. ff. de pact. Cardin. Paris. cons. 72. in princ. vol. 1. &
cons. 24. num. 24. vol. 2.

Eadem ratione declara non procedere quotiès non
resignatarius, sed alter dedit resignanti aliquid pro fru-
ctibus, nam hic casus non includitur in hac constitu-
tione, vt sit commissa confidentia per resignatarium,
cum nullum factum ipsius in hoc consideretur neque
voluntas, eòque magis cùm appareat, & constet de
causa scilicet pro venditione fructuum spectantium ad
resignantem, quod est clarum, & ita vidi aliàs respon-
deri per peritissimos, nam causa excludit delictum, † & 109
etiam præsumptionem ipsius, Barba cons. 47. col. 3. lib. 1.
Alex cons. 167. col. 1. lib. 7. Bertrao. cons. 84. lib. 2. Hinc
dicimus, & communiter est receptum in praxi, etiam
in hac materia, quod causa † iusta excusat à dolo, l. 110
igitur, § 1. ff. de liberal. caus. Gl. in l. plagij, C. ad legem
Flau. de plag. Fel. in c. cum contingat, colum. 3. de rescr.
Alex. cons. 125. col. 3. lib. 4. Dec. cons. 170. numer. 2. Grat.
cons. 15. col. 3. lib. 1. etiam si sit † bestialis, Aret. & Ias. 111
in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acq. poss.
latè Gabrie. d. conclus. 8. num. 2. & maximè inter perso-
nas bonæ † famæ & conditionis, c. & si quæstiones, de 112
simon. vbi Doctores, & dicam suo loco amplè, & ita
mihi retulit pronunciasse 10 facti contingentia bon.
mem. R. P. D. Alexander Catalanus Iudex confidentia-
tum, cum quo coniunctissimam habebam amicitiam.
Tertiò, nota verbum *Concedantur* esse generale, vim
assumens à natura rei, cui † adiicitur Bal. in l. non ambi- 113
gitur, in fi. ff de legib. Bar, in l. vxorem, §. testamento, ff.
de leg. 3. Soc. Sen. cons. 93. num. 4. lib. 1. Ias. in l. quod prin-
cipi, num. 4. ff. de const. prin. Luc. de Pen. in l, vlt. col. vlt.
C. de locat præ. ciui. lib. 11. vnde generaliter interpreta-
bitur hic, vt importet concessionem dictorum fructuum
quomodocumque factam, Abb. in c. pastoralis, nume. 2.
de dona. Imol. in c. 1. col. 1. Commod. Fel. in c. cum vene-
rabilis, num. 5. de exec. Alex. in l. si quis antea, num. 18.
ff. de acq. poss. siue per viam donationis vel simplicis
concessionis aut contractus, & alio quocumque modo,
Moder. Flor. de compens. q. 27. num. 3. latè Gomes. in §.
sic itaque, num. 6. Inst. de action. Idque eò magis proce-
dit in casu nostro, quia viget eadem ratio, cum im-
probentur quomodocumque huiusmodi † conditiones 114
in resignationibus vt latè dixi, de resig. benef. lib. 14 q.
1. & 7. ergo idem ius statuendum, l. illud, ff ad l. Aquil.
& hoc satis expressum dicitur † cum colligatur ex vi 115
verborum Bart. in l. vxorem, §. agri plagam, ff de leg. 3.
& in l. fideiussor, §. meminisse, ff. de leg. 1. Cepha. cons.
133. multa. n. 8. & cons. 135. n. 20. vol. 1. & quod sub † ge- 116
neralitate continetur. Bar. in l. prætor ait, in prin. ff. de
nou. ope. nunc. Craue. cons. 162. n. 2. in fin. & quod com-
prehenditur † sub ratione, Dec. cons. 284. col. 2. & cons. 117
301. col. etiam 2. Card. Paris. cons. 83. nume. 3. & cons. 69.
num. 3. vol. 4. Crauet. cons. 118. num. 15.

Quartò intellige hanc conclusionem siue huiusmo-
di fructus percipiat, resignans auctoritate propria siue
de manu resignatarij aut alterius cuiuscunque: nam ea-
dem viget ratio omnib. his casib. qui etiam comprehen-
duntur sub generalitate dictorum verborum, & ideo in
§. sequenti, Itidem, æquiparantur prædicti casus in col-
latore præsentante & eligente, vt ibi dicam latè, & re-
ceptum est æquiparatorum eandem esse disciplinam l.
vlt. ff. de acceptilat. & rationem ponunt omnes Docto-
res in l. 1. ff. de leg. 1. & constat omni casu prohiberi † 118
resignanti post resignationem ingerere se beneficio re-
signato, vt latè scripsi de resig. benefic. li. 1. quæst 6. &
est communis opinio omnium Doctorum, & non cu-

Digitized by Google

iamus de modo perceptionis fructuum, cum appareat
119 perceptionem fuisse malam, iniustam, † & prohibitam, l. vlt. C. comm. de iud. l. cum seruus. ff. de verb. oblig. l. vlt. ff. mand. l. mulier. ff. ad Treb. l. si mater, C. de inst. c. in his, de verb. signif. Crau. cons. 300. subnumer. 2.

Quintò intellige hanc conclusionem procedere in quo-
120 cunque beneficio, nam verba sunt † generalia, quæ generaliter de quibuscunque beneficiis sunt intelligenda, Bal. in l. in fraudem in fi. ff. de testam. milit. etiam in materia odiosa, Dec. cons. 5. ad fi. Crau. cons. 118. n. 14. & cons. 333. num. 5. & cons. 308. num. 3. Soci. Sen. in l. 2. §. ex his in prin. ff. de verb. obli. & viget in omnib. eadem ratio, ne tam graue scelus perpetretur, Bar. in l. si plurib. ff. de leg. 2. Doctores in c. vt circa de elec. lib. 6. Pau. de Cast. cons. 187. notandum est, col. pen. post medium l. 2. Crau. cons. 70. num. 27. Idque eò magis, quia tam proximè supra quam infra, & in sequenti §. ac in proœmio, & alibi exprimit beneficium
121 cum dictione *qualecunque*, quæ † dictio includit omnia genera, & species Bal. in l. conuenticula, col. 5. C. de episc. & cler. & in l. fugitiui C. de furt. cum aliis supra adductis, & exprimit de Ecclesia, & Monasterio, vt dixi, & dicam infra, & ex præcedentibus declarantur se-
122 quentia, † ac ècontra, l. si seruus plurium, §. vlt. ff. de leg. 1. l. qui filiab. ff eo. tit. l. penu. C. de inst. & substi. Bal. in l. domum col. 5. C. de rei vend. Ias. cons. 215. col. 2. lib. 2. Crau. cons. 313. n. 5. vers. 10.

Sextò intellige hanc conclusionem, in quibuscunque personis, nam constitutio exprimit etiam Cardinales.

Limita tamen hanc conclusionem non procedere, quoties non interuenit pactum inter resignantem, & resignatarium ante resignationem, vel in ipsa resigna-
123 tione, nam communis conclusio est absque pacto, modo, & † conditione tacita, vel expressa, non committit confidentiam, vt supra latè deduxi. & tradit Nauarr. in Man. c. 23. numer. 107. vers. ad decimum, & sub nu. 109. & 110. Idem Nauarr. consi. 27. & cons. 30. & cons. 33. & cons. 36 tit. de simon, Virgi. Boccac. in comment. const. Picen. numer. 60. & 68. Gabr. cons. 172. num. 4. & 12. cum seq. vol. 2. & fuit resolutum in Rota in vna Consentin. prætensæ confidentiæ coram R.P.D. Orano 4. Februarij 1591. & ideò perceptio fructuum per resig-
124 nantem post resignationem inducit præsumptionem † confidentiæ, vt fuit resolutum in dicta Consentina, quæ
125 purgatur, constito de causa, † ex qua fuerunt percepti, Gabr. d. cons. 172. num. 8. vers. 1. lib. 2. & non potest dici
126 confidentia vera absque pacto, sicuti neque † diceretur simonia. Gl. in c. ordinationes 1. quæst. 1. Card. Alex. in c. 1. numer. 9. 1. qu. 1. Card. Paris. cons. 135. num. 17. vol. 4. Nauar. cons. 11. vers. ad secundum, & 38. de simo. & est communis opinio teste Put. decis. 179. num. 9. & 10. lib. 2.

Limita secundò hanc conclusionem non procedere,
127 quoties resignatarius daret † resignanti fructus ei debitos, nam hoc casu nulla esset commissa confidentia, & in simili fuit resolutum in Rota, teste Card. S. Crucis decis. 179. in manuscr. & colligitur ex his, quæ scribit Nauarr. locis citatis, & communiter ita practicatur.

Quod potest exemplificari quoties resignans nondum exegisset fructus anni elapsi: nam potest resignatarius eos fructus promittere, & postea soluere resignanti,
128 vel etiam fructus vsque ad diem præstiti † consensus, qui debentur resignanti, vt latè dixi ex communi de resign. benef. li. 1. q. 6. vel vsque ad diem captæ posses-
129 sionis per † resignatarium secundum opinionem Christophori Roffiniac. tract. de benef. c. 14. numer. 26. Rebuff. cons. 186. num. 19. quam sententiam nouissimè vidi practicari: hi enim fructus cum non spectent ad resignatarium. Couarr. var. resol li. 1. c. 15. sub num. 12. sed ad resignantem dominum illorum, vsque ad id tempus.
130 sequitur posse ex pacto ei promitti, & dari, † cum debeantur, Grat. cons. 18. num. 7. lib. 2. Rui. cons. 25. nu. 2. lib. 2. Capr. cons. 10. num. 33. Cepha. cons. 50. num. 3. Roma. singu. 538. Anan. cons. 19. num. 17. & facit text. in l. necessario. §. si pendente, ff. de peric. & com. rei vend. & l. si dominium C. de pigno. act. l. 1. & 2. C. de pign. act. & receptum est, expressionem eorum, quæ à iure insunt, † non inducere simoniam, Gl. 2. in c. ad 131
audientiam de rescrip. vbi Abb. & Feli. latè. col. 1. & 2. num. 8. Glo. 2. in c. olim. el 1. de rest. spol. & tradit Nauarr. ponendo exemplum in Manual. ca. 23. sub numer. 100. vers. quæ tamen, & tenuit Rot. vt per Redoan. de simon p. 2. c. 11. in fi. & in his etiam terminis fuit hoc firmatum in d. Cosentina 4. Februarij 1591. coram R. P. D. Orano. Et ideò, † in primis causa cur id fiat, erit 132
inspicienda, l. verum 2 ff. de furt. l. cum tale, §. vlt. ff. de cond. & demon. c. intelligentia, vbi Gl. in verb. ex causis, de verb. signif. c. & si Christus, §. quædam, vbi Gl. in verb. ex causa de iureiur. Gl. in l. legata inutiliter, ff. de adim. leg Crau. cons. 319. num. 7. & 304. nu. 3. & per consequens perceptio fructuum facta a resignante interpretabitur ob causam præcedentem proximè † 133
expressam, l. quædam mulier, ff. de rei vend. l. 2. ff. de acq. poss l. 1. circa fi C. de impon. lucrat. l. 10. & executionem illius, l. si pecuniam §. vlt. ff de cond. ob caus. Corn. consi. 64. licèt plura, col. vlt. li. 2. Crau. cons. 135. numer. 13. Bar. in l. 3. ff. de fund. instr. Doctores in c. inter dilectos de fid. instr. Crau. cons. 284. num. 6. & etiam ob causam
† necessariam l. vl. C. de aliment. pup. præst. vbi Bar. idē 134
Barto in l. cum serua, ff. de verb. obli. & in l. 2. ff. de cond. & demon. Ale. cons. 116. ad fi. l. 2. Rom. cons. 247. col. 2. Cor. cons. 316. col. 2. l. 1. Crau. cons. 106. num. 8. & 149. num. 12. & 282. num. 4. & 304. num. 5. & secundum
† ius disponit. ca. ex literis de const. c. sedes de rescr. c. 135
venientes de iureiur. Cald. cons. 11. in fi. in tit de feud.
Crau. cons. 186. sub numer. 9. & eo modo † quo ei pro 136
fit l 1. & 2. ff. de solu. Bar. in l. gerit. num. 21. ff. de acq. hæred. Soci. Sen. cons. 113. num. 3. li. 4. Tiraq. de retract.
consang. §. 30 Gl. 1. numer. 32. & non † extenditur vltra 137
gesta, l. 1. §. Iulianus, vbi Bar. ff. de iin. act. priu. l. voluntariè, C. de excus. tutor. Crau. cons. 292. numer. 5.
& vltra † intentionem. l. non omnis, ff. si cer. pet. Bar. 138
per illum tex. in l. absentesio 2. oppos. si cert. pet. Ias. cons. 32. co. 4. circa med. lib. 3.

Et potest etiam hæc limitatio exemplificari aliis casibus similibus, in quibus viget eadem ratio.

Hanc tamen limitationem declara non procedere, si quantitas data non est æquiualens, sed maior fructibus,
ac debiti resignanti: nam tunc † intrat coniectura con- 139
fidentiæ ad not. in c. cum pridem de pact. & in c. quæsitum de rer. permut. ita decisum teste Card. S. Crucis d. decis. 169. manuscr. etiam si illa quantitas maior fuerit data pro expensis factis per resignantem in illo be-
neficio † consequendo, vt fuit resolutum in Rot. die 19. 140
Octobris 1543. in vna canonicatus S. Andreæ coram Put. teste eod. decis. 40. li. 2. vbi adducit rationes, vel
pro expensis faciendis in illa resignatione: † nam esset 141
simonia: Nauarr. cons. 5. de simon.

Tertium caput huius §. & primi casus confidentiæ beneficialis est, vt sit confidentia promissio, vel solutio pensionis facta à resignatario resignanti, vel aliis, vt probatur illis verbis, *Vel pensiones soluantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur*, & hoc etiam voluit Nauarr. in Manua. c. 23. sub num. 110. & cons. 11. & 22. de simon. & Maiol. de irregu. li. 5. c. 45. sub numer. 5. col. 5. Masca. de proba. concl. 1306. num. 7. & num. 18. cum seq. & ratio est, quia resignatio, vt sæpe scripsi, debet esse pura
absque † conditione, & pacto, Oldr. consi. 314. num. 5. 142
communiter Doctores in c. quæstum. de rer. permu. in c. cum pridem de pact. ergo promissio, seu solutio pensionis videtur contra naturam resignationis ad oo. per Io Monac. in c. licet, num. 5. de rei perm. l. 6. cum red-
dat actum † non liberum, & purum, vt esse debet, Rot. 143
decis. 6. numer. 2. de rer permu. in antiquior. & etiam videtur confidentialis inspecta conditione, & pacto, late Mohedan decis. 245 l manuscr. Naua cons. 27. 30. 33. & 36. tit. de simon. Gabr. cons. 172. num. 4. & 12 lib. 2 & per consequens punibilis per hanc constitutionem l. 4. §.

Digitized by Google

toties, ff. de dam. infe. in hoc videtur esse hæc consti-
tutio conformis iuri communi, quo iudicatur simonia-
144 ca renunciatio, cum pacto, vt soluatur † certa pensio,
Gl. in c. ea parte de off. dele. Abb. in c. non satis num.
8. de simon. Cald. cons. 1. de vsur Paris. cons. 143. num.
12. cum seq. vol. 4. dixi de resig. benef. lib. 6. quæst. 2.
num 74. & probatur ex his, quæ habentur d. c. cum pri-
dem, & per Bal. Gem. Anch. & alios in c. 1. de testib.
li. 6. & dixi etiam latè de resign. benef. li. 14. q. 1. & q.
7. Redoan. de simon. p. 2. c. 10. Comprobatur hæc sen-
tentia, quia si est confidentia recipere fructus pro resig-
natione, vt in capite præcedenti latè deduximus: ergo
erit etiam confidentia recipere pensionem a resignata-
145 rio: nam pensio nihil aliud est, quàm quædam † fru-
ctuum solutio, cum debeatur ex fructibus, Rom. cons.
417. numer. 3. Gig. cons. 19. num. 4. & seq. latè dixi de
resig. benef. li. 6. q. 2. num. 100. cum seq. & ratio quæ mi-
litat in fructibus viget in pensione, Sarn. de ann. q. 50.
Rebuff. in prax. tit. de rescri. general. dixi de resign. be-
nefi. lib. 6. quæst. 1. col. 2. Accedit præterea quia est con-
146 fidentia recipere vel promittere † pensionem pro colla-
tione, vel pro præsentatione, aut pro electione, vt di-
citur in §. Itidem eiusdem constitutionis, & ibi adduxi
rationes, eadem ratione erit confidentia huiusmodi so-
lutio, vel promissio pensionis pro resignatione, arg. l.
illud, ff. ad leg. Aquil. l. a Titio, ff. de verb. oblig. Hinc
respondit Nauarr. cons. 6. nume. 3. de simon. esse simo-
niam promittere † pensionem ob auxilium recipiendum
147 in litigando.

Et hanc conclusionem intellige eo modo, quo intel-
ligitur conclusio capitis præcedentis: nam quæ dixi-
mus circa ea habent locum hic, & hoc tum ex eo, quia,
vt supra probatum est, eadem est ratio pensionis & fru-
ctuum, tum etiam quia est materia connexa, & Pius V.
loquitur continuatiuè, vt colligitur primò ponderando
dictionem, vel, quæ siue interpretetur, vt stet aduersa-
148 tiuè, † iuxta l. si hæredi plures, ff. de cond. inst. quo ca-
su erit sensus, vt sufficiat alteram partem verificari,
Corn. consi. 237. colum. 4 vers. itaque verba, lib. 4. vt
ex promissione & solutione tam fructuum quam pen-
sionis committatur confidentia in resignatione, & eo-
dem modo, ac eisdem qualitatibus, Iacob Noue. de iur.
protom. § quod si fortè, num. 83. siue interpretetur, vt
149 stet † disiunctiuè inter genus & speciem, vt in l. quintus,
§. planè, ff. de aur. & arg. leg. quo casu resoluitur in
dictionem copulatiuam, l. ille aut ille, vbi Doctores,
ff. de leg. 3. Bald. consi 37. num. 9. lib. 5. Et sensus erit,
vt ex promissione solutioneque fructuum, & pensionis
committatur confidentia eisdem modis & formis, &
ita accipiendo verbum *fructus* erit loco generis, verbũ
pensionem loco speciei, cùm pensio in materia beneficia-
li, sit pars fructuum, & ideò in vno beneficio quantitas
maior pensionis imponitur, quàm in alio, vt latè dedu-
150 xi de resign. benef. lib. 6. quæst. 2. & vulgare est genus †
latiùs patere specie, l. si quid earum §. interemptum, ff.
de leg. 3. c. excommunicamus, de hæret. not. in l. si is
qui ducenta, §. verum, ff. ad Trebel. 2. ponderantur
151 illæ dictiones, *Ex eisdem*. Dictio † *ex* stat inclusiuè,
Host. in ca. cum in cunctis, super verbo exegerit, de
elect. Archid. in cap. 1. de restitutio. spol. li. 6. Alberi-
152 cus in dictionario litt. Ex. Et † denotat causam proxi-
mam l. non dubium. C. de legib. l. 1. C. si seru. ext. Bar. in
l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. ruin. & naufr. Bal. in l. 1.
C. de cond. insert. Corn. consi. 122. col. 5. lib. 2. & consi.
153 290. col. 1. li. 4. & dictio *eadem*, † est qualitatum præce-
dentium repetitiua, Grat. cons. 21. num. 26. lib. 1. Socin.
consi. 150. col. penul. vers. 2. li. 2. Tiraquel. de vtroque
retract. tit. 1. § 8. Gl. 7. sub num. 24. Gl. in clem. vlt. §. si
verò de vit. & hone. cleric. Arch. in c. penu. ante fi. in
verb. eiusdem de off. ord. li. 6. cum omnibus qualitati-
154 bus, vt dictio † vt supra, l. item quæritur, §. idem Iu-
lianus, ff. locat. Bar. in l. 1. §. deinde, ff. de postul. Dec.
consi. 187. num. 10. & cons. 227. numer. 3. Card. Paris.
cons. 19. nume. 65. & consi 41. num. 65. & consi. 48. nu.
14. vol. 2. Craue. consi. 88. num. 3. Ruin. consi. 183. n.
2. vol. 2. & ponit de ambobus, scilicet de pensione &
fructibus, namque potest considerari diuersus casus, cum
id quod dicitur de fructibus a communiter accidenti-
bus referatur ad fructus beneficij resignati illius anni,
quod autem dicitur de pensione, potest referri ad pro-
missionem, vel solutionem pro pluribus annis, Lautét.
in clem. 1. de supplen. prælat. neglig. & ibi Card. Za-
bar. in §. 1. quæst. 3. & separatur a beneficio pro dicto
tempore, † sicut vsusfructus à proprietate c. vlt. de pi- 155
gnor. c. quicunque. 12. qu. 2. c. possessiones, 16. q. 1. Cac-
cialu. de pens. q. 2. Gig. in eod. tract. q. 1. vbi. refert defi-
nitiones pensionis.

Ex hoc ergo fundamento, supra facto infero primò,
confidentiam esse, siue resignanti promittatur, aut so-
luatur pensio in quantitate magna, siue secus: nam cõ-
stitutio hæc in hoc §. dum disponit de fructibus, dicit
fructus vel partem; & supra deduxi comprobationes,
& vna hic ero contentus, quia ita committitur delictũ
in pensione magnæ quantitatis, imposita super benefi-
cio pingui, sicuti in pensione moderata vel mediocri
imposita super beneficio tenui, & vtroque casu actus
est illicitus, & improbatus à iure, ac simoniacus, Docto-
res in c. & si quæstiones, de simon. & in c. quæsitum.
de rer. permut. & in ca. cum pridem de pactis.

Secundò infero, committi confidentiam siue pensio
fuerit promissa, siue fuerit soluta, cùm simonia com-
mittatur siue fuerit datum † siue promissum, vt dicit 156
Bal. iudicatum fuisse Florentiæ in ca. 1. de testib. in 6.
vbi hoc tenent Pet. de Anch. & Fran. col. 1. Dec. in c. 1.
Gl. 1. de testib. Roman. sing. 327. & est communis opi-
nio vt dixi de resign. benef. lib. 14. q. 7. num. 32. nam
datio, & promissio in qualibet materia æquiparantur † 157
l. vlt. C. ad leg. Aquil. Soci. sen. quem refert & sequi-
tur Saro. de trieno. q. 12. col. pe. vers. sed hoc, & ideò
assassinium etiam ex promissione † perpetratur, Sali. in 158
l. non ideò minus, in fin. C. de accus. Gram. Vot. 9. col.
1. Gabr. de malef. concl. 1. & pro hac illatione faciunt,
quæ scribit Mohedan. decis. 243. in manoscr. & compro-
batur quia quamuis verba videantur denotare, & pon-
derare solutionem, dum dicit pensiones soluantur, ta-
men rectiùs considerando videntur etiam includere
promissionem inspectis verbis positis in eod. §. supra dũ
dicit, si quis beneficium receperit ex causa resignationis,
vt illud dimittat, aut fructus concedantur, vel pensio-
nes soluantur; & sensus est, siue id promiserit, siue id
cum effectu fecerit dimittendo beneficium, fructus so-
luendo ac pensionem, vt ex textura, ordine, ac inten-
tione, & proœmio colligitur, ex quibus valere † ar- 159
gumentum omnes volunt, l. cum pater. §. dulcissimis. ff.
de leg. 2. l. vlt. C. de hæred. inst. & ex præcedentib. decla-
rantur sequentia. l. si seruus plurium. l. qui filiab. ff. de
leg. 1. & vna pars † legis declarat aliam, l. verum, ff. de 160
petit. hære. Et hanc secundum illationem intelligo quo-
ties post huiusmodi promissionem fuit subsequuta resig-
natio hac de causa facta.

Tertiò, infero committi confidentiam tam si huius-
modi pensio fuerit promissa, & soluta resignanti, quàm
Resignatario, quia in hoc præsens §. nullam videtur
constituere differentiam, dummodò, ex eadem causa,
vt patet ibi *eidem &c. vel alteri*. & verè eadem viget
ratio, cum possit eadem species fraudis committi, ideo
idem ius statuendum erit l. illud ff. ad leg. Aquil. l. à
Titio ff. de verb. obli. Inspicitur enim causa gesti, l. ve-
rum ff. de furt. & ibi Gl. latè c. intelligentia vbi gl. in
verb. ex comm. de verb. sign. c. & si Christus §. quædam
de iureiur. Crau. cons. 304. n. 3.

Quartò, Infero committi confidentiam ex hoc capi-
te in omnibus & quibuscunque beneficiis. & per omnes,
& quascunque personas etiam in dignitate maxima cõ-
stitutas, & Cardinalatus honore fulgentes: nam id ex-
pressim hic cauetur, & ideò nullum remanet dubium, l.
illam C. de collat. l. Ancillæ C. de furt.

Quintò, infero committi confidentiam hoc casu, siue
fuerit facta solutio vel promissio resignanti per resigna-
tarium, siue per alium hæc de causa & respectu: nam

Digitized by Google

regula trita est in iure : vt qui per alium facit per se
ipsum facere videatur, & cùm vigeat eadem ratio, idem
161 ius statuendum erit, l. illud ff. ad leg. Aquil. & verbum †
soluantur, positum hic, est admodum generale, & aptũ
comprehendere omnes casus, ad quos ratio, & verba
constitutionis se extendunt, l. 4. §. toties. ff. de damn. in-
fect. l. illud ff ad legem Aquil.

Et hæc conclusio huius tertij capitis potest exempli-
ficari in eo qui resignat in manibus Ordinarij pacto præ-
cedente pensionis soluendæ sibi vel aliis singulis annis
per eum cui confertur beneficium ipsum resignatũ, tam
si pactum factum fuerit ab ordinario ad effectum vt re-
signet qui procurauit sibi solui pensionem, quam etiam
si fuerit factum ab eo qui sperabat sibi conferri dictum
beneficium, & illud enixè procurauit, & etiam in eo,
qui resignat coram Papa in fauorem N. cum quo pactus
est huiusmodi pensionem, ea ratione quia pensio ob te-
nuitatem fructuum aut qualitatem † beneficij non re-
162 seruaretur per Papam, iuxta ea, quæ latè scripsi lib. 1.
quæst. 2. de resigna. benef. & ideò pactum pro facilitan-
da resignatione quod resignatarius illam soluet, est si-
moniacum. Ita etiam pari ratione confidentia erit, si
resignans velit pensionem centum à Resignatario, Papa
cassat, & reseruat tantum quinquaginta, si resignatarius
promittat soluere integram pensionem centum in eo
quod excedit reseruationem Papæ, est confidentia. Ea-
dem ratione pactum de soluendo plus quàm Papa † or-
163 dinauit, est simonia, Fel. in c. ad audientiam 2. sub nu.
3. col. 3. ver. si autem, de rescr. dixi de resig. benef. lib.
6. q. 2. sub. num. 73.

Hanc autem conclusionem cum supradictis quinque
illationibus limita procedere quoties huiusmodi pẽsio
fuerit promissa,, & postea soluta non subsequuta reser-
uatione Papæ, aliàs secus, nam tractatus de pensione in-
ter resignantem † & resignatarium sunt liciti, & permis-
164 si, Caccialup. de pens. quæst. 19. num. 16. Gig. d. tract.
qu. 4 & communiter Doctores, vt retuli d. lib. 6. quæst.
2. & pensio licitè, & iure est soluenda, si postea † sub-
165 sequatur Papæ auctoritas, & consensus, Abb. in c. non
satis. de simon. Dec. in cap. ex parte num. 15. de offic. de
leg. Gammar. de auct. Leg. à later. tit. de pens. nu. 618.
vbi dicit tentum fuisse per Rot. nam licitè potest quis
resignare coram Papa beneficium, & ab illo obtinere
impositionem annuæ pensionis sibi soluendæ à resigna-
tario, cum quo hoc prius tractauerat, Anan & Fel. in d.
cap. non satis de simon. & communiter ita practicatur
cota die, vt omnibus notum est, Papæ enim auctoritas
166 † tollit omne vitium simoniæ, prout de iure, & stylo in-
ueterato attestatur Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num.
107. vers. ad 2. Caput. decis. 318. p. 2. etiam mentalis. Fel.
in d. c. ad audientiam num. 3. Archiep. Florent. in 2.
par. suæ summ. tit. 1. cap. 5. Gammar. de auct. Leg. à
later. d. tit. de pens. num. 116. & omnem † scrupulum, &
167 suspicionem, Gig. de pens. quæst. 4. numer. 2. cum seq.
Caccialup. eo tract quæst. 19. num. 1. 2. & 3. Redoan. de
simon. par. 2 c. 13. num. 4. Ideo hoc casu, scilicet sub-
sequuta auctoritate Papæ in constituenda illa pensione,
cessat constitutio, nam cessant verba, & ratio, arg. c.
cum cessante de appal. l. adigere §. quamuis de iure pa-
tron. & per consequens notandum erit hanc constitu-
tionem, dum loquitur de confidentia circa promissio-
nem, vel solutionem pensionis, esse intelligendam de
pensione imposita absque consensu Papæ, sine quo †
168 non potest imponi, vt probaui in interpretatione secũ-
di casus confidentiæ beneficialis, circa §. itidem, vbi
etiam eandem conclusionem firmaui circa pensionem
promissam collatori præsentanti, & electori, vt sit con-
fidentia, si fuit promissa, vel soluta absque auctoritate
Papæ, & in his terminis fuit resolutum in vna Cosenti-
na prætensæ confidentiæ, 4. Februarij 1591. coram R.
P. D. Orano dum fuit firmatum illam perceptionem
fructuum post † resignationem inducere confidentiam
169 quæ fuit facta absque consensu Papæ, aliàs secus, & tri-
ta est regula, esse permissa, quæ fiunt de consensu prin-
cipis, confidentia igitur erit quoties est promissa pro
resignatione absque consensu Papæ, & quoties fuit pro
missum vltra id, quod Papa reseruauit.

Secundò limita hanc conclusionem procedere, quo-
ties præcessit pactum inter resignantem, & resignata-
rium de soluenda pensione prædicta, alias secus, cum
† receptum sit absque pacto non committi confiden- 170
tiam, Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num. 107. & cons.
27. 30. & 33. & 36 de simon. & fuit resolutum in dicta
Cosentina, vt supra retuli. Quod quomodo verificetur,
& procedat, potest colligi ex his, quæ dixi supra in c.
præcedenti de confidentia, circa fructus, inter resignan-
tem, & resignatarium.

Sed quid dicendum de eo, qui resignauit beneficium,
quod habebat multa bona, & inter alia quadam litigio-
sa, & hac ratione intercessit † pactum inter resignan- 171
tem, & resignatarium, quòd cuicta lite resignatarius
solueret certa pensioné vel consentieret assignationi, an
sit confidentia? pro affirmatiua respondit Nauarr. cons.
11. numer. 1. vers. ad priorem quæstionem de simon. &
dixi de resign. benef. lib. 14. quæst. 7. num. 10. & fa-
cinat quæ deducit idem Nauarr. in Manu. c. 23. sub. num.
100. cum seq. quia resignatio non est libera, & pura, cum
adsit pactum, &c.

Limita nisi expresserint hoc Papæ, nam hoc casu ces-
sat confidentia, & nemo inficiat fuit esse licitum resig-
nare apposito in supplicatione, quòd in euentum sub-
sequutæ victoriæ litis resignatarius soluat pensionem,
& ita vidi practicari : per consensum enim Papæ, &
scientiam cessat † confidentia, Cassad. decis. 2. de sim. 172
& 5. de const.

Dubium tamen cadit, quid de permutantibus bene-
ficia cum pacto, quod si vllum illorum beneficiorum
reperiretur grauatum pensione aliqua, is cuius erat il-
lud ante permutationem, solueret eam pensionem, an
facta permutatione auctoritate Ordinarij, si appareat
alterum illorum esse grauatum † aliqua pensione, sit si- 173
moniaca permutatio? Respondit Nauarr. cons. 4. de si-
mon. affirmatiuè, quia huiusmodi pactum fuit medium
faciendæ permutationis: ergo simoniacum, argum. cap.
quàm Pio II. quæst. 2. c. vlt. de pactis.

quæst. 27. num. 1. Primus casus confidentiæ, &c.

¶ IN constitutione Pii V. quatuor casus, & totidem con-
iecturæ ponuntur; quilibet casus ex se sine alio admi-
niculo sufficit ad plene probandam confidentialem praui-
tatem in foro exteriori, ita vt ex dato casu detur necessa-
riò confidentia, & subintret dispositio constitutionis: sin-
gulæ vero coniecturæ non faciunt solæ probationem, sed
tantum probabilitatem, & si plures concurrant, faciunt
non modo præsumptionem & probabilitatem, sed etiam
plenam fidem, & probationem, vt auctor inferius fusius
explicabit. Primus igitur confidentialis casus est quoties
resignatur beneficium cum pacto tacito vel expresso quod
illud dimittenti mediatè vel immediatè restituatur, aut
alteri conferatur, vel fructus, aut eorum pars alij vel aliis
dentur, aut pensiones soluantur : ita enim sonant verba
constitutionis, ex quibus Nauarrus cons. 6 num. 6. infert
non esse confidentiam dare vel promittere fructus ipsi re-
signanti, sed tantum alij vel aliis. Auctor verò contra in-
distinctè & tunc maximè cum resignanti dantur, aut pro-
mittuntur committi affirmat : quamobrem aut cum Mas-
cardo legendum, illi vel aliis, vt pronomen illi ad resignan-
tem referatur. Nos cum Garc. de bene fic. p. 11. cap. 3. num.
194. sequimur Flaminij sententiam, & vltra ab eo adducta
mouemur primò quia inter coniecturas confidentiæ poni-
tur perceptio fructuum per resignantem post resignatio-
nem, quæ coniectura cessaret, si non esset confidentia re-
signare cum pacto quod fructus aliqui dentur resignanti.
Secundò quia Pius V. de eadem omnino confidentia dis-
ponit, de qua Pius IV. vt docet ipse Nauarr. in Manual.
cap. 23. num. 119. nec ideò illam restringit. Pius autem 4.
loquitur clare de pensionibus & fructibus eidem dimitten-
ti reseruatis. Lecturam tamen Mascardi reijcimus quia in
omnibus exemplaribus legitur alij vel aliis, & dicimus
cum Suar. de relig. tract. 3. lib 4. cap 41 à num. 16 quod illa
verba alij vel aliis non debent intelligi respectu resignan-
tis, sed respectu recipientis beneficium à quo est aliud re-

Digitized by Google

signans, & sic comprehenditur sub relatiuo illi in singulari posito, stante plurali pro cæteris de his verbis sola dimittentia intentione dicemus q. seq.

QVÆSTIO XXVIII.

Quæ ad secundum casum spectant, latissimè explicantur.

SVMMARIVM.

1 *Conferens beneficia aliquibus cum pacto disponendi de illis vel fructibus est confidentia.*
2 *Venditio in suppositam personam fraudulenta.*
3 *Fraus coniecturis elicitur.*
4 *Collatio beneficij debet fieri liberè.*
5 *Beneficia quasi spiritualia.*
6 *Pro spiritualibus nihil potest dari.*
7 *Gratis accepistis & gratis date.*
8 *Pro sacramentis ecclesiæ nihil dandum.*
9 *Collator paciscens aliquid cum eo cui confert beneficium, committit simoniam.*
10 *Collator non est dominus beneficiorum, sed dispensator.*
11 *Spiritualia continent gratiam.*
12 *Origo spectanda.*
13 *Verbum Ordinarius, est admodum generale.*
14 *Quilibet prælatus habens iurisdictionem, dicitur ordinarius.*
15 *Plebanus ruralis est ordinarius.*
16 *Episcopi sunt propriè Ordinarij.*
17 *Abbates dicuntur prælati.*
18 *Legati à latere omnia possunt.*
19 *Legati à latere habent maiorem potestatem quàm episcopi.*
20 *Verbum Ordinarij, quomodo interpretetur in beneficialibus.*
21 *Territorium an sit de substantia iurisdictionis.*
22 *Verbum collator, quos comprehendat.*
23 *Geminatia multum operatur.*
24 *Geminatio includit casus speciales.*
25 *Vbi verba compatiunt ibi dispositio.*
26 *Lex generalis, generaliter est intelligenda.*
27 *Locutio generalis nihil relinquit intactum.*
28 *Reipublicæ interest vt delicta puniantur.*
29 *Ratio legis disponit sicut lex.*
30 *Lex includit causas & personas priuilegiatas.*
31 *Cum casus est expressus, nullum cadit dubium.*
32 *Verbum* Conferat *est futuri temporis.*
33 *Dictio* Ante hac, *comprehendit præterita.*
34 *Dictio* In antea *idem significat.*
35 *Testes deponentes ante publicationem testamenti quomodo interpretentur.*
36 *Lex generaliter respicit futura.*
37 *Constitutio Pij IV. de confidentiis, comprehendit præterita.*
38 *Verbum* Beneficium *est generale.*
39 *Ex dignitate non mutatur natura beneficij.*
40 *Dictio* Qualecumque *includit omnia.*
41 *Ex præcedentibus declarantur sequentia.*
42 *Beneficium est beneuola actio.*
43 *Feudum dicitur beneficium.*
44 *Beneficium debet interpretari latè.*
45 *Verbum* Beneficium, *in dubio capitur pro Ecclesiastico.*
46 *Verba quouis modo, capiunt omnem vacationem.*
47 *Vbi lex non distinguit neque nos distinguere debemus.*
48 *Feudum quando transeat ad extraneos hæredes.*
49 *Conditio suspendit actum.*
50 *Conditio fit per dictionem si, & cum.*
51 *Taciti & expressi eadem est virtus.*
52 *Instrumentum quando habet executionem paratam.*
53 *Inter tacitum & expressum nulla est differentia.*
54 *Tacita resignatio beneficij idem operatur quàm expressa.*
55 *Tacita exoratio causa eiusdem est virtutis quod expressa.*
56 *Tacita renunciatio excludit attentatorum reuocationem.*
57 *Appellatio extinguitur renunciatione.*
58 *Expressa conditio quomodo intelligatur.*
59 *Expressum quod colligitur ex verbis.*
60 *Tacita conditio quæ.*
61 *Tacitæ conuentiones aliquando fiunt.*
62 *Conditio non præsumitur.*
63 *Tacita conditio colligitur ex coniecturis.*
64 *Dolus & fraus quomodo probantur.*
65 *Conditio est difficilis probationis.*
66 *Quæ sunt difficilis probationis probantur leuioribus.*
67 *Quæ occultè patrantur quomodo probentur.*
68 *Plus exprimitur facta quam verbo.*
69 *Facta loquuntur.*
70 *Promissio tacita vel expressa pro gratia est illicita.*
71 *Tacitum tribus modis habetur pro expresso.*
72 *Substantia rei consideratur.*
73 *Substantia est principium angulare.*
74 *Paria sunt non esse, vel esse & non apparere.*
75 *De incertis non fit iudicium.*
76 *Probatio debet concludere.*
77 *Pactum est duorum &c.*
78 *Stipulatio requirit interrogationem, & responsionem.*
79 *Intentio praua Episcopi non nocet aliis in collatione.*
80 *Confidentia non cadit in ignorantem.*
81 *Actus agentis iudicatur ex intentione.*
82 *Æquiparatorum idem est iudicium.*
83 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*
84 *Origo mala præsumit malum.*
85 *Verbum* Arbitrium *quomodo intelligatur.*
86 *Dictio* Omnis *generalis.*
87 *Verbum* Dispono *generale.*
88 *Episcopus ex causa potest admittere resignationes.*
89 *Beneficia resignata coram ordinariis non possunt conferri familiaribus.*
90 *Vicarius non potest beneficium conferre Episcopo.*
91 *Resignatio debet esse pura.*
92 *Resignatio debet esse libera vt collatio.*
93 *Delicta puniuntur secundum eorum qualitatem.*
94 *Delicta non debent perpetrari.*
95 *Conferens beneficium cum pacto disponendi de fructibus committit confidentiam.*
96 *Pro collatione non possunt dari fructus beneficij.*
97 *In collatione nulla conditio potest interuenire.*
98 *Si collator recipit fructus beneficij, committit simoniam.*
99 *Fructus beneficij spectant ad beneficiatum.*
100 *Fructus sunt accessorij dominio.*
101 *Pro furto rei modicæ datur pœna.*
102 *De minimis non est curandum.*
103 *Modica non sunt in consideratione.*
104 *Res modica non inducit simoniam.*
105 *Res modica excusat à peccato mortali.*
106 *Valet argumentum de toto ad partem.*
107 *Dispositio verificatur in vno anno.*
108 *Vtilitas quomodo intelligatur.*
109 *Verbum libitum quomodo intelligatur.*
110 *Hæres & defunctus vna & eadem persona censentur.*
111 *Remittere est donare.*
112 *Dictio* siue *est continuatiua.*
113 *Dictio* siue *est in eadem materia.*
114 *Clausula refertur ad omnia capita*
115 *Fructus dati collatori absque pacto non faciunt confidentiam.*
116 *Datum ex mera liberalitate non facit simoniam.*

117 *Pro literis collotionis beneficij nihil dandum Episcopo.*
118 *Natarius Episcopi vnum aureum potest recipere pro literis.*
119 *Promissio facta Episcopo de soluendis expensis simon.*
120 *Episcopi an possint imponere pensiones, & quando, & an nunquam.*
121 *Leges odio habent lites.*
122 *Beneficia debent conferri integra.*
123 *Pronomen* Illi *est generale.*
124 *Resignatarius habet ius à Papa.*
125 *Verba sunt nuncio eorum.*
126 *Verba sunt testimonia mentis.*
127 *Verba probant quod est expressum.*
128 *Ex verbis colligitur consensus.*
129 *Annuens capite censetur consentire.*
130 *Scriptura nihil inducit nouum.*
131 *Scriptura inducta ad probationem.*
132 *Scriptura loquitur.*
133 *Illicitum, scripto & verbo.*
134 *Verbum* Iubeo, *est preceptiuum.*
135 *Verbum* Persoluat, *quid significet.*
136 *Cui non competunt verba legis, nec que dispositio.*
137 *Ratio legis plus attenditur quàm lex.*
138 *Papa est Vicarius Christi.*
139 *Papa est poter omnium.*
140 *Papa est sponsus totius Ecclesiæ.*
141 *Papa est caput Ecclesiæ.*
142 *Papa est iudex omnium Christianorum.*
143 *Papa potest tollere simoniam prohibitam.*
144 *Papa potest conferre quomodo vult beneficia.*
145 *Tractatus pensionis habito consensu Papæ est licitus.*
146 *Papæ auctoritas est maxima.*
147 *Simonia quotiès soluitur aliquid vltra auctoritatem Papæ.*
148 *Verba generalia non inducunt confidentiam.*
149 *Verba generalia non obligant.*
150 *Verba generalia non disponunt.*
151 *Verba enuntiatiua sunt intelligenda.*
152 *Benefacienti benefaciendum.*
153 *Ingratitudo reprobatur.*
154 *Ingratitudo est vitium enorme.*
155 *Filius ob ingratitudinem potest exhæredari.*
156 *Vasallus ob ingratitudinem potest priuari feudo.*
157 *Filius emancipatus ob ingratitudinem reducitur in potestatem.*
158 *Expressio eius quod inest non facit conditionem.*
159 *Constitutio Gregor. XIII. de datis non habet locum in verbis generalibus.*
160 *Obligatio antidoralis tacitè inest.*
161 *Lex debet esse possibilis.*
162 *Absurdum vitandum.*
163 *Preces non inducunt simoniam.*
164 Sub *Extrauaganti Iulij II. non includuntur preces.*
165 *Munera mutant mentem.*
166 *Dictio,* Et, *coniungit.*
167 *Aduerbium,* Pariter, *continuat.*
168 *Dictio* Id, *est qualitatum precedentium repetitiua.*
169 *Diuisio multum prodest.*
170 *Ius patronatus triplex.*
171 *Ius patronatus libertorum prouenit ex manumissione.*
172 *Aduocati dicuntur patroni causarum.*
173 *Ius patronatus Ecclesiæ quid.*
174 *Patronus Ecclesiæ quis dicatur.*
175 *Ius patronatus quale fuit concessum.*
176 *Laici non possunt se intromittere in spiritualibus.*
177 *Patroni laici & Ecclesiastici qui.*
178 *Ius patronatus præsumitur laicorum quoties laici fundant.*
179 *Ius patronatus quomodo acquiritur.*
180 *Præsentatio quæ.*
181 *Ius patronatus potest dari in feudum.*
182 *Ius patronatus potest permutari.*
183 *Ius patronatus potest donari.*
184 *Donatio facta compatrono non requirit consensum Episcopi.*
185 *Ius patronatus transit in donationem omnium bonorum.*
186 *Simonia in spiritualibus.*
187 *In iure patronatus committitur simonia.*
188 *Simonia committitur etiam in annexis.*
189 *Conditio facta inter patronum & præsentatum inducit confidentiam.*
190 *Præsentatio est præparatoria institutionis.*
191 *Præsentatio est annexa spirituali.*
192 *Ex priuilegio potest haberi ius præsentandi.*
173 *Procurator non obligat dominum ad pœnam.*
194 *Mandans censetur facere.*
195 *Mandatum non præsumitur.*
196 *Mandatum est probandum.*
197 *Mandatum quomodo probatur.*
198 *Mandatum præsumitur durare.*
199 *Dominus obligatur ex facto procuratoris in sua præsentia.*
200 *Irregularis non potest præsentare.*
201 *Patronus vergens ad inopiam debet habere alimenta.*
202 *Pactum super pensione factum à patrono, est confidentiale.*
203 *Obtinens præsentationem cum pacto renunciandi beneficium, committit simoniam.*
204 *Præsentans aliquem cum pacto habendi duos capellanos, est simonia.*
205 *Probatio iuris patronatus est difficilis.*
206 *Ius patronatus probatur probatione præsumptiua.*
207 *Antiquissima possessio habetur loco tituli.*
208 *Quibus modis probetur ius patronatus de iure communi.*
209 *In beneficialibus attenditur vltimus status.*
210 *Assertio Episcopi, an probet ius patronatus.*
211 *Hodie ex concilio ius patronatus debet probari fundatione & dotatione.*
212 *Dictio,* vel, *aduersatiua.*
213 *Dictio,* vel, *quando resoluitur in copulatiuam.*
214 *Probatio instrumentorum authentica.*
215 *Instrumentum probatio probata.*
216 *Instrumenta debent recognosci, & quomodo.*
217 *Instrumentum debet habere sua requisita.*
218 *Instrumentum non signatum proprio Not. signo non probat.*
219 *Instrumentum defectiuum antiquum probat.*
220 *Instrumentum insertum in priuilegio an probet.*
221 *Instrumentum faciens mentionem de alio non probat.*
222 *Quotiès relatio continet rem certam probat.*
223 *Sufficit semiplena in antiquis.*
224 *Antiquum probatur per coniecturas.*
225 *Antiquum probatur per verba enunciatiua.*
226 *Antiquum probatur per famam.*
227 *Antiquum quod dicitur.*
228 *Exemplum Instrumenti sumptum ab eodem Not. probat.*
229 *Authentica documenta, quæ dicuntur.*
230 *Titulus fundationis & dotationis quomodo constet.*
231 *Dotans videtur sibi reseruare Ius patronatus.*
232 *Præsentatio quomodo probetur.*
233 *Præsentatio requiritur pro substantia institutionis.*
234 *Præsentatio semper præsumitur facta tempore.*
235 *Tempus antiquissimum quod.*
236 *Tempus cuius non est memoria, dicitur centum annorum.*
237 *Titulus in beneficialibus præsumitur ex diuturno tempore.*
238 *Tempus centum annorum habet vim tituli.*
239 *Per præsentationes 40. annor. non probatur titul. Iuris patron.*
240 *Ex priuilegia non probatur tit. Iuris potr.*
241 *Ecclesia quando dicitur constructa.*
242 *In potentibus viget præsumptio vsurpationis.*
243 *Quæ persona dicitur potens.*

544 *In potentibus ius patronatus quomodo probatur.*
245 *Publica fama quando probet dotationem.*
546 *Forma praecise seruanda.*
247 *Ad cautelam semper faciendum est aliquid plus.*
248 *Index quando possit remittere.*
249 *Ius praesentandi quomodo acquiritur.*
250 *Confessio Episcopi quando probet Ius patronatus.*
251 *Episcopus non potest nocere successoribus.*
252 *Testis de communitate non probat Ius patronatus communitatis.*
253 *Immemorabilis habet vim tituli,*
254 *Immemorabilis quomodo probatur.*
255 *Verbum,* continuatè, *quid importet.*
256 *Praesentationes effectum sortita quando dicantur.*
257 *Praesentationes in personis potentibus probandae scripturis.*
258 *Probatio per testes, & per scripturam aequiparantur.*
259 *Praesumptio non admittitur, cum quid requiritur pro forma.*
260 *Ex praesentationibus 150. ann. probatur immemorabilis.*
261 *Immemorabilis probatur per scripturas.*
262 *Beneficia electiua qua*
263 *In beneficiis electiuis committitur simonia.*
264 *Electio est ius spirituale.*
265 *Committitur confidentia inter eligentem & electum.*
266 *Aliquid promittere pro voce est simonia.*
267 *Habere ius eligendi est praeminentia.*
268 *Factu procuratoris & domini aequiparatur.*
269 *Electio an possit fieri per procuratorem.*
270 *Per electionem initiatur matrimonium.*
271 *Simonia commissa cum vno ex eligentibus vitiat totam electionem.*
272 *Promittens beneficium pro electione committit simoniam.*
273 *Qualitas requisita à lege verificanda.*
274 *Per electionem acquiritur ius.*
275 *Eligentes non possunt eligere cum conditione.*
276 *Eligentes non possunt paciscí vt vnus eligat alium.*
277 *Dignus semper est eligendus.*

SEcundus casus confidentialis positus in dicta
constit. Pij Quinti in §. Itidem, est, vt omnes
collationes factae ab Ordinario sub conditione
tacita, vel expressa, vt postea in alterum pro ar-
1 bitrio † collatoris praesentantis, aut eligentis de bene-
ficio disponatur, siue vt prouentus, fructus omnes, aut
partem, illi vel aliis, quos collator, praesentans, eli-
gens significauerit verbo, vel in scriptis relinquat, aut
pensionem soluat, his verbis, *Itidem si ordinarius vel
alius collator contulerit ante hac, aut conferat in futurum
beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans, ea condi-
tione tacita, vel expressa, vt postea in alterum pro arbi-
trio collatoris, seu alterius cuiusque contra iuris com-
munis ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus,
fructus illius vel partem ad voluntatem vel libitum confe-
rentis vel decedentis, aut alterius relinquat, & remit-
tat, seu pensionem illis vel illis, quem vel quos idem colla-
tor, vel cedens, vel alius, per se, vel aliam scripta, aut
verbo suffecerit seu significauerit, persoluat, & pariter si à
patrono etiam laico, vel alteri praesentatori seu electori
cont gerit, aut contingat id fieri;* Et ratio huius con-
clusionis ponitur in §. *Ad haec plerique Ordinarij, &
collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda benef.
vt fructus seu pensiones capiant eorundem, aliisve faciant
ministrare,* quasi velit dicere, quòd collatio & praesen-
tatio non fuerit vera, sed simulata ad hunc effectum,
2 ideò non mirum si erit confidentialis, sicuti venditio †
in suppositam personam censetur fraudulenta, Bar. in
l. post contractum. col. 1. & 2. ff. de donna. & ibi Ioan.
Annibal. Alcia. & alij omnes, Gui. Pap. de praesumpt.
numer. 47. vers. cum aliis, vt per Mascard. de probat.
3 concl. 815. numer. 43. fraus enim § coniecturis † depre-
hendítur, Doct. omnes in ca. 2. de renunc. lib. 6. Gl.
in l. apud Celsum, ff. de dol. mal. excepti. Paris. cons.
52. numer. 35. vol. 4. Dec. cons. 659. in principio Cra-
uet. cons. 10. numero. 3. & consi. 143. num. 12. & hu-
iusmodi verba ad hunc effectum refert Mascard. de pro-
bat. conclus. 1306. num. 8. & hic secundus casus con-
fidentiae beneficialis multa continet capita, quorum
Primum erit vt conferentes beneficia cum conditione
tacita, vel expressa dimittendi illa, seu resignandi in
fauorem alicuius incidant in poenas positas per hanc
Constitutionem Pij V. ac etiam recipientes, nam haec
est confidentia expressa, vt dictis verbis apparet mani-
festissimè, & tradunt Nauarr. in Man. c. 23. sub nu. 110.
vers. noto septimò, Maiol. de irreg. li. 5. c. 45. sub nu.
5. Mascard. d. conclus. 1306. col. antepenu. & penu. &
in specie num. 8. Et ratio est, quia † collatio beneficij 4
debet fieri libere, & absque pacto, conditione, & mo-
do c. sanctorum 1. quaest. 1. c. quam Pio. I. quaest. 2. c.
Saluator 1. quaest. 3. & c. consuluit, vbi Docto. de si-
mon. c. penu. de elect. Doct. in c. 1. vt Ecclesiastica
beneficia, Felin. in c. ad audientiam de rescript. An-
char. cons. 274. Florent. in 2. p. sum. in princ. ca 5. §.
21. cum beneficia † ratione beneficij, & administratio- 5
nia sint spiritualia, Glos. in sum. 1. quaest. 1. Abb. & Feli.
in rub. de simon. & in c. nemo, & c. ad nostram co. tit.
de simon. Abb. per illum tex. in 5. not. in c. dilecto de
praeben. Glo. in c. cum M. vbi Docto. omnes de constit.
Doct. in c. quaesitum, de rer permu. latè Selu. de benef.
par. 1. quaest. 7. colum. 12. vers. istud etiam, Caccialup.
de pens. quaest. 19 Card. Paris. cons. 135. in fine vol. 4.
Paul. Rom. in tract. de pens. §. nemo, Redoan. de simo.
p. 3. c. 9. Turrectem. in c. si quis obiecerit nu. 4. 1. q. 3. &
receptum sit ab omnibus pro † spiritualibus nihil posse
dari iuxta illud, gratis † accepistis, & gratis date. c. 6
presbyter, 1. quaest. 1. c. penu. vbi Docto. de elect. Bar- 7
bat. in c. 2. de rescr. & in c. cum vniuersorum, de rer.
permut. Glo. in c. super, de renunc. Abb. in non satis
c. ea parte, de off. delc. Abba. in c. ad quaestiones, de
rer. permut. extrauag. cum detestabile de simon. in ex-
trauag. comm. & de † Sacramentis Ecclesiae c. non sa-
tis, vbi Abb. Anan. Feli. & alij de simon. c. baptizan- 8
dis, vbi Archid. c. quicquid, c. placuit, c. emendari cum
seq. 1. q. 1. Fel. assignat rationes in c. in tantum vers. vlt.
not. de simon. est etiam tex. in c. nullus Episcopus 1. q.
1. cum aliis multis, quae adducit Redoan. de sim. par. 3.
c. 5. 6. & 7.

Et ideo hoc primum caput huius §. erit conforme
iuri communi; nam est simonia quoties collator † pa-
ciscitur cum eo, cui confert beneficium, Docto. omnes 9
in capitu. cum pridem de pact. & habemus tex. expres-
sum cap. querelam, cap. ea diligenti, cap. veniens, de
simon. c. de iur. patr. cap. super eo, de transact. c. de-
cimas. 16. quaest. 5. Abb. in c. non satis de simon. Inn.
in c. vniuersorum. de rer. permut. Arch. in c. dudum in
princ. de praeb. lib. 6. Gem. cons. 225. in 1. dubio cum
infinitis aliis citatis per Redoan. de simon. p. 3. c. 8. &
9. nam conuenit definitio simoniae posita per Gl. com-
muniter receptam 1. q. 1. in sum. à DD. in rubr. de sim.
& à Theologis in 4. dist. 25. D. Thom. 2. 2. quaest. 100.
art. 1. Nauarr. in Man. c. 23. numer. 100. per Gem. in
sum. 1. quaestio. 1. per Archid. in ca. quaecunque. 1. qu.
1. idem Arch. in c. Saluator 1. quaest. 3. Redoan. latè
de simon. p. 3. c. 1.

Et ratio rationis prima huius conclusionis est,
quia Ordinarius, & alius collator, de quibus loquitur
praesens §. non est † Dominus, sed dispensator, Feli. in
c. in tantum de simon. Redoan. de simon. p. 3. c. 5. Secun- 10
da quia spiritualia continent gratiam, † quae non potest
pacto acquiri, c. 12. ad Rom. cap. 3. & 4. Prouerb. Et 11
ideò dicitur Matth. 10. gratis accepistis, & gratis date,
repugnat ergo huiusmodi pactum origini spiritualium
ergo illicitum, nam † origo in vnaquaque spectanda
erit. l. qui cum maior ff. de bon. lib. l. 3. §. si quis cum 12
ff. de min. l. de qua re, ff. de iud. aliae colligentur ex
sequen.

Et hanc

Digitized by Google

Et hanc conclusionem primò intellige in quocun-
que habente facultatem conferendi, nam dicit text. si
ordinarius, vel alius collator, nomen, *Ordinarius*, est
13 admodum generale, † & complectitur omnes habentes
ordinariam iurisdictionem, Abb.in cap. decernimus nu-
mero 16.super gl.vlt.Dec.super eadem Glo.num.14. de
iud.& alij omnes.Turrecrem.in cap.continua,num.7.11.
quæst.1.Doct.omnes in rub.ex.de off.delega.& in rub.ff.
de off.eius cui mand.est iurisd. Gl.& DD.plenè in cap.
cum ab Ecclesiarum, de offi.ord.& quilibet etiam præ-
14 latus habens † prælaturam ex electione est ordinarius,
& habet iurisdictionem,Inno.Archid.col.2.& alij citati
per Zabarel.in rep. cap. vt animarum, num.8. de const.
15 lib.6.dicens†etiam plebanum ruralem dici ordinarium,
cap.si plebibus dist.63.Archid,in cap.1.de maior.& obe-
dient.Host.in sum.tit.de offic.ord. §. quis possit esse or-
dinarius,& §.quis possit constituere, & §. item vniuer-
sitas.

Appellatione igitur ordinarij venient non solùm
16 Episcopi,qui propriè† ordinarij sunt,cap.omnes basili-
cæ,& cap.seq.16.quæst.7.cap.de persona 11.quæst.7.c.1.
de offic.ord.extrauag.Io.22.execrabilis, §.cæterum or-
dinarios intelligimus sub tit.de præben.Card.in clem.1.
quæst.14.in fin.vt lite pend.Mandos. de inhibit. quæst.7.
num.1.& maiores ordinarij,cap.cùm Episcopum de off.
ord.lib.6.Sarn.in cap.vt animarum,n.63.de const.lib.6.
sed etiam quilibet inferior, vt est tex.& Glo.in cap. or-
dinarij de offi.ord.lib.6.Arch.in cap.vt animarum,Sarn.
num.63.Abb.Fel.Aret.Barbat.col.4.vers.nota,in ca.post
cessionem,de probat.Bartol.in l.more,ff.de iurisd.omn.
iud.Anch.in clem.& si principalis de rescript. Soc.Sen.
17 cons.185.col.2.lib.2.vt sunt Abbates,† qui propriè etiã
dicuntur prælati,& ordinarij,cap.nullus Monach.c.nul-
lam potestatem,18.qu.2.cap.ne pro defectu,§.statuimus
cum gl.de elect.ca.quanto,vbi Inn.& Card.de offi.ord.
cap.vlt.in pr.eod.tit.lib.6.Abb.in d.c. decernimus in 2.
col.de iud. Archid.Præpositi, Archipresbyt. Decani,&
alij quocumque nomine, seu prærogatiua vocentur ha-
bentes hanc facultatem conferendi,Marc.Ant.Mar.in d.
c.vt animarum n.71.ver.ex his,Abb.Feli. & Dec.ac alij
in d.ca.decernimus de iud Mand.in reg.26.Cancellariæ
qu.6.nu.5.in specie tradit Pauin.de potest. cap. sed vac.
part.2.q.7.n.3.Eò maximè, quando materia est propor-
tionabilis inferioribus,vt in casu nostro,Gem.in d.cap.
ordinarij de offi.ord.lib.6.Sarn.d.c.vt animarum nu.63.
& ibi Marc.Ant.n.71.imo hoc casu includentur,non so-
lùm inferiores sub verbo Ordinarij;sed etiam Legati à
18 latere †qui sunt ordinarij, & possunt omnia quæ possunt
Primates,Patriarchæ,Archiepiscopi,& Episcopi,ac alij
ordinarij,c.legatos,de off. leg. l.si in aliquã,§.cum ple-
nissimam,vbi Bal.ff.de offi.procons.& le.Io.And.in rub.
de offi.leg.in gl.1.& in cap.1.eo.tit.Gamm de aut.Leg.à
19 lat.lib.1.no.2.& 3.& plura†alia Abb.in cap 1 de offi. le.
Spec.de leg.vers.17.Et in summa hoc verbum *Ordinarij*
20 positum in præsenti,§.capiet omnes, qui suo † iure con-
ferre possunt beneficia, ita enim interpretatur in mate-
ria beneficiali huiusmodi verbum Coras. de benefic.
part.2.c.4.n.1.ex c.de iudicibus 2.q.6.ex gl.in c.ordina-
rij,de offic.ord lib.6. quamuis non habeant ordinariam
21 iurisdictionem.Gl.in clem.1.vt lit.pen.quia † non est de
substantia territorium, Bal. in l.cum vrbem, circa me-
dium,ff.de offi.præfect.vrb.Marc. Ant. in d.c.vt anima-
rum num.72.vers.ex his tamen,de const.lib.6.

22 Verbum autem Collator † quod ponitur postea. *Si
ordinarius,vel alius collator*, est etiam admodum gene-
rale, hic autem comprehendet eos, qui conferunt, non
iure suo, sed de mandato alterius ac indulto, vt omnes
sub his verbis comprehendantur:hæc enim fuis intentio
Pij V.ex generalitate ipsorum verborum,. Bald. in l. in
fraudem,ff.de mil.testa.Idem Bald.cons.205.lib.1. Crau.
23 cons.133.nu.5. ac etiam ex geminatione, † quæ multum
operatur,Bal.in l.cum scimus,C.de agric.&cens.lib.10.
Castr.in l.balista.ff ad Trebell Crau.consi 301. num.42.
24 & inter alia vt†includat casus speciales, Soc. cons.245.
n.1.Cephal.con.11.num.15.lib.1.vt quod omittit natura
vnius verbi,includat aliud sequens, Crau.cons.256.n.6.
Ideò colligemus, Cardinales etiam Legatos à latere,
Nuncios, Primates, Patriarchas, Archiepiscopos,Epis-
copos,Abbates,Priores,Archidiaconos,Præpositos,De-
canos, Plebanos, Vicarios, & alios similes includi sub
hoc §.vt si conferant beneficia cum conditione expres-
sa,vel tacita dimittendi, seu resignandi in fauorem ali-
cuius illa beneficia,committere confidentiam prohibi-
tam,& incidere in pœnis contentis in dicta Bulla Pij v.
nam ita sonant verba,vt supra diximus, & militat ratio
prohibitionis ad nor.in l.hos accusare,§.omnibus, ff.de
accusat.Vbi enim habent locum verba,& ratio disposi-
tionis,† habet locum etiam ipsa dispositio, l.si seruum, 25
§.nõ dicit Prætor,ff.de acq.hær.l.4.§.toties,ff de damn.
infec.l.quod constiturum, ff. de mil.test. l.cum pater,§.
dulcissimis,vbi Bar.ff.de leg.2.Silu.cons.15.num.1. & est
communis omnium Doctor.sententia, & Cardinales de
quibus poterat esse dubium exprimuntur in constitu-
tione prædicta Pij V.An hic Papa comprehendatur, di-
cemus infra, vbi concludimus negatiuè.

Secundo hanc conclusionem intellige, cuicumque
fuerit facta collatio prædicto modo, vt sit confidentia-
lis,& ipse incidat in pœnam dictæ constitutionis Pij V.
nam dicta constitutio loquitur†generaliter:ergo gene- 26
raliter est intelligenda in quocunque,l.1.§.quod autem.
C.de aleat.l.1.§.generaliter,ff de leg præst.l.in fraudem
in fine,vbi Bal ff.de testam.mil.Soc.sen.in l.2.in § ea his
in princ.ff.de verb.oblig. loquutio enim generalis nihil
relinquit † intactum Bald.cons.205.lib.1.& meliùs cons. 27
391.eo.lib.Crauet.cons.92.nu.5. quod procedere etiam
in materia odiosa,& pœnali,tradit Dec. cons.5. ad fin.
Crau.cons.118.num.14.& cons.308. num.3. Are.in l.cum
lege, ff. de testam. ob vtilitatem publicam,cum reipu-
blicæ † intersit,vt delicta puniantur,l.ita vulneratus,ff. 28
ad l. Aquil. capitalium,ff.de pœn.cap.vt famæ, de sent.
excom.ea ratione l.1.C.ad l.Iuliam repet.quam auream
appellar.Iodoc.in prax.crim.in proœmio no.9. & ratio
constitutionis est itidem generalis, & apta comprehen-
dere omnes,& quascumque personas, vt extirpetur hoc
atrocissimum crimen; quæ ratio disponit † sicut lex in 29
omnibus in quibus militat, vt dicit Bal.in cap. dilectus
filius,col.1.de rescr.Dec.cons.284.col.2.Craue.cons.183.
col.etiam 2.Paris.consi.83,nu.21.volu.3.Tiraq.in l.si vn-
quam verbo liberis num 37.C.de renoc.don.& est com-
muniter ab omnibus receptum.Idque procedit etiam in
personis priuilegiatis,& constitutis in dignitate quan-
tumuis maxima,vt patet ex prædictis, & quia dispositio
legis includit non solùm causas, sed etiam † personas 30
priuilegiatas, Bald.in d.l.in fraudem,§.si quis, ff. de mil.
testam.Dec.consi.120.num.1.colu.2. latè Mandos.de in-
firm. resignan. quæst.2.num.3. eòque magis cum hic ex-
primantur(ad tollendum omne dubium) Cardinales,&
cæteri constituti in dignitate. Ideò nullum remanebit
dubium quominus omnes comprehendantur† l.Ancillæ 31
Cod.de furt.l.illam, Cod.de collat.Corn.consil.109.li-
bro 1.Rol.à Vall.cons.77.num.5.lib.1. Decem.cons.484.
num.1.

Tertiò intellige hanc conclusionem, non solùm in
collatione facta dicto modo prohibito post hanc con-
stitutionem Pij V.per quemcumque,& cuicumque,quod
nullum habet dubium,vt verba expressa id volunt,Soc.
Iun.cons.12.n.2.lib.1.Cephal.cons.138.nu.20.vol.1.nam
dicit,*aut cõtulerit*.†quod verbũ est futuri temporis,Gl.in 32
clem.1.de vsuris.Paris.consi.29.nu.15.vol.4. Eòque ma-
gis cum subdat in futurum quod tollit omne dubium,l.
continuus,§.cum ita,ff.de verb. obl. sed etiam in colla-
tione facta ante promulgationem constitutionis,vt vo-
lunt verba posita in præsenti, §.ibi, *contulerit ante hac*.
Dictio enim † *Antehac* refertur ad tempus ante edi- 33
tionem, & publicationem huius constitutionis Pij V.
vt est tex. in cap. Capellanus, & ibi Abb. in 2. not. de
ferijs in cap ex tua,de filiis presb cap.Michael.eo.titu.
Abb.in cap.dudum,2.col.9.de elect.Alber. in dictiona-
rio in verbo Ante, nam idem importat, quòd dictio † 34
hîc anteà,quæ etiam idem significat, Bart.in l.1. §. credi-

Digitized by Google

ium,num.6.ff.si cert.pet.tradit Iacob.Nouel. in tract. de
iur. protomis.num.37.quod est vtile ad interpretanda di-
cta testium deponentium cum hac dictione,& ita ea in-
terpretatur Bart.loco cit.& Ang.consi.174.vbi loquitur
35 † de testibus deponentibus ante publicationem testa-
menti,Alex.cons.143.lib.2.Barbar.cons.30. col.6.lib.5.
Corn.cons.261.lite.part.lib.4.& idem Corn. cons. 324.
lit.m. lib.3. vbi loquitur de testibus deponentibus ante
bellum,Alex.cons.74.lib.1. Ideò omnes collationes fa-
ctæ cum dicta conditione dimittendi, & resignandi ali-
cui ante editionem, & publicationem huius constitu-
tionis sunt itidem confidentiales, & includuntur sub
pœnis positis in hac constitutione,vt patet ex supradi-
ctis: quibus accedat quia huiusmodi dictio *antehac* in-
cludit,& ita.l.eum qui ita,§.qui ita stipulatus ante,ff.de
verb.oblig.Albert.in auth,hoc ius, col.2. C. de procur.
Oldr.consi.49.col.vlt.Et hoc est admodum notandum,
36 nam regulariter lex † respicit futura, & non præterita,
cap.vlt.de const.Bal.& Sal.in l. leges & constitutiones,
C.de legibus,Bar.in l.omnes populi,num.39.ff.de iust.&
iur.Host.in sum.in titul de const. §. quando constitutio
in fine, & communiter Docto. hoc volunt in dict. cap.
vltim.

Idque per Pium V.hoc casu fuit statutum,namque in
hac parte, vt supra dixi, est conformis iuri communi,
comprehendit igitur etiam præterita, cum collatiò eo
modo facta esset simoniaca, vt supra deduxi ratione si-
37 mili in constitutione Pij IV. super hac materia † edita
comprehenditur confidentia anteà perpetrata, verùm
non adhuc consummata,& perfecta, vt patet in §. qua-
re, & in §. idcirco, ac alibi, & fuit resolutum in Rota
die 17. Decembris 1568. coram Oradino,& latè com-
probaui suo loco.

Quartò intellige hanc conclusionem in quocum-
que beneficio Ecclesiastico,nam dicitur in tex. genera-
38 liter *Beneficium Ecclesiasticum*, &c. verbum enim † *Be-
neficium* positum in literis, vel in lege continet omne
& qualecunque beneficium Ecclesiasticum, quod datur
in titulum vel in commendam habens ius spirituale,
Doct in cap quamuis.primo,de præb.lib.6. vbi gem.&
alij.Anania quem refert,& sequitur Caccialup.de pens.
quæst.30.num.2.& hoc quamuis habeat dignitatem,nam
39 ex dignitate non mutatur natura † beneficij, sed addi-
tur prærogatiua,vt patet ex traditis per Barbar.in cle-
ment.causam,§.quod si forsan num.28.29.& 30.de elect.
Idque etiam apparet ex §.superiori,incip.*Quare,nos vo-
lentes*, vbi Summus Pont.ad includenda omnia genera,
ac qualitates,& dignitates beneficiorum addit dictio-
nem *Qualecunque*, quæ prorsus tollit omne dubium, &
40 includit † omnia,Bal.in l.conuenticula,col.5.C.de episc.
& cler.Card.Paris.consi.79.num.21.volum.3.Alber.in l.
metum, §.animaduertendum, ff. quod met. cau. Ex quo
verbo potest sumi argumentum ad maiorem declara-
tionem huius,§.cum sint coniuncti,& ea præcedentibus
41 declarentur † sequentia,Bal.in l.domum,col.1.Cod. de
rei vend. Ias. cons.a15. colum.2. circa medium lib.2. &
est communis omnium sententia in l. si seruus plurium,
§.vlt.ff. de leg.1. & subiungitur Ecclesiasticum, vt hæc
dumtaxat propter spiritualitatem includantur, nam be-
neficium accipitur largè pro omni eo, quod gratis tri-
42 buitur, & definitur hoc casu,beneficium quod † est be-
neuola actio gaudium tribuens capienti,Bald.consi.112.
col.1.lib.2.&cõs.501.col.2.lib.1.Doct.in c.indultum,de
43 reg.iur.lib.6.& isto modo feudum † dicitur beneficium
vt patet in tit.de beneficio fratris,&c.in vsibus feud.&
44 dicimus vulgariter beneficium debere † interpretari la-
tè,& vt sit mansurum,& vt suuet eum cui tribuitur,c.1.
de commod.cap.cum dilecti,de donat.ca.decet,de reg.
iur.lib.6.vbi Din.& alij omnes,& nemini debere aufer-
ri,l.4.Cod.si ex test.cap de his,in fin.dist.37.Crau.consi.
45 7.nu.23. & capitur strictè † pro beneficio Ecclesiastico
de quo nos loquimur,cap.ex parte,de concess.prebend
cap beneficium de reg.iur.in 6.cap.ex multis,circa me-
dium 1. q.3.

Quintò intellige hanc conclusionem procedere &
vendicare sibi locum quocumque modo vacauerit illud
beneficium, vt ostendunt verba posita in hoc §. † *Quo- 46
uis modo vacans, &c.* quæ sunt admodum generalia, &
apta comprehendere omnes species vacationis, iuxta
ea,quæ dicunt Glo.in clem 1.de iud & in clem.1.de vit.
& honest.cler.& in clem.1.de re iud.& in clemens.1.de
iur.patron.& in clemen.ne in agro,de stat.Monach.& in
clem.1.de sent.excu.& cum non distinguant, neque nos
distinguere † debemus,cap.solitæ,de mai.& obed. & ibi 47
Abb.in vlt.no.Dec.consi.78.col.3. & ideò quamuis cõ-
muniter sit receptum feudum non transire ad extraneos
hæredes, fallit tamen hoc, quoties dictum fuit in con-
cessione pro se,† & suis hæredibus quibusuis, seu qui- 48
buscunque, nam tunc transire scriptum reliquere, Bald.
in l.cum virum col.vlt.Cod.de fideicom.Alexand.in l.
si patroni,in princ.col. pe.ff.ad Trebel. Aret. & Ias.in l.
Gallus,§.etiã si à parente,ff.de lib. & posth.latè Georg.
Nat.in tract.de statut.quæst.4,num.122. & plura similia
deducit Gig.de pens.qu.19.col.1. & 2. faciunt quæ scri-
bunt Alex.cons.30.col.2.& 4.lib.5.Card.Paris.cons.25.
num.113.& cons.68.nu.29.vol.1.Nic. Festasius de æstim.
& colloc. cap.7.num.51.

Et ratio huius cõclusionis supradictæ est,quia in omni
vacatione militat ratio fraudis, & simoniæ, ideò quo-
cunque modo vacauerit beneficium, & ordinarius, vel
alius collator conferat illud cum pacto expresso,vel ta-
cito dimittendi,vel resignandi alicui ad requisitionem,
committitur confidentia,& sic siua vacauerit beneficiũ
per obitum,siue per renunciationem, aut priuationem,
vel alio modo, prout per Doct. in cap. susceptum de
rescr.lib.6.Rebuff.in praxi in 3.part.habet locum confi-
dentia, cum militent verba, & ratio constitutionis, vt
supra amplè deductum est.

Sextò intellige hoc casu committi confidentiam siue
pactio ordinarij,aut alterius collatoris fuerit expressa,
siue tacita,vt verba illa posita in hoc §.*ea conditione ta-
cita,vel expressa,&c.* significant, nam vtraque conditio
habet futurum euentum, & mutat naturam collationis,
quæ debet esse libera, & gratuita, vt dixi supra, nam † 49
suspendit actum,Bar.in l.1.col.1.ff.de cond. & demonst.
est tex.in §.conditiones,inst.de verb.oblig.l.multum,ff.
de cond.& demonst.l.in facto,l.hæres,ff.illo eod. titu.l.
cedere diem,ff.de verbo.sign. Gl.in rub. ff. de cond. &
demonstr.Azo in sum.C.eo.in prin.Abb.in rub.extr.Bal.
in rub.C.de inst.& subst.fit enim conditio per † dictio- 50
nem,si,& cùm,l.1.vbi Bar.in l.3.l.hæres meus,l.qui hæ-
redi, ff.de cond.& demonst.Bart.in l.1.ff.de cond.inst. &
in l.in illa,§.vlt. ff de verb. oblig. & ideò reddit simo-
niacam collationem factam tali conditione, Doct.om-
nes in c.cum M.de const.& in c.cum pridem,d.pact.& in
cap.non satis,de sim.cum aliis, vt per Card. Paris.cons.
29.col.2.vol.4.

Et ratio est, quia taciti † & expressi eadem est virtus
potentia,& efficacia,l.cùm quid,ff.si cert.pet. vbi Doct. 51
omnes notant,& Ias.in l.Marcellus n.47.ff.eo.tit.Ant.de
Burgos in c.quæ in Ecclesiarum,n.67.de const.vbi notat
casum quo plus operatur tacitum,quàm expressum. Et
ideò inquit Dec.in d.l. cum quid n.3.quod si instrumen-
tum habet paratam executionem ex forma statuti, etiã
illud,quod tacitè † continetur in instrumento, habebit 52
executionem paratam,Bal.in l.ad probationem l.1.C.de
prob.vbi refert se pro hac opinione consuluisse, & fuit
primũ consilium eius.Bal.in l.1.§.& vt plenius,C.de rei
va.act.Abb.in c.cum olim in vlt.not.de cens.Fel.in cap.
translato de const.Alex.in l.iuris gentium.§. quod fere.
ff.de pact.ad quod faciunt notata per Glo.in clem.1. de
elect.& in clem.auditor.de rescr.Barbar.in repet rub.de
fid.instr.n.76.Ant.de Burg.in c.cum accessissent n.187.de
const. vbi dicit nullam esse differentiam inter tacitum
† & expressum.Hinc tacita hypotheca ita operatur: vt 53
expressa.laté Nicus,de pignor.memb.5.p.2.princ.n.2.cũ
seq.vsque ad finem,& num.88.Paul. de Castr. cons.384.
lib.2.Alex.cons.58.libro 7. Hinc etiam tacita renuncia-
tio beneficij idem † operatur,quod expressa,cle.gratiæ 54
vbi omnes, de rescr. Doct. in cap. de multa de præben.

Digitized by Google

Card.Pariſ.conſ.40. num. 30.volum.40.Nauar.conſ.3. de
renunc.Curt.Sen.conſ.80.Præpoſ.in cap.quamuis num.1.
7.quæſt.1.& plures ad hoc adduxi,ponendo exempla de
reſign benef.lib.1.quæſt.1.colum.3.& 4.ac 5.Hinc etiam
55 tacita auocatio † cauſæ idem operatur, quod expreſſa,
Bald.in l.ſoler,§.ſicut,ff.de offic.proconſ.Doct.in cap.ſi
quem,de procurat.libro 6.Lancell. de attent.poſt auoc.
56 cauſ.cap.10.num.12.Hinc etiam tacita † renunciatio ex-
cludit attentatorum reuocationem,ſicut expreſſa, Lan-
cellot.de attent.limi.15.num.20.Mandoſ.de inhib.q.99.
57 Hinc † appellatio extinguitur renunciatione tacita, &
expreſſa. Lancello.de act.ca.12.num.15. & tacita petitio
in reuocatione attentatorum ſufficit.Idem Lancell.vbi
ſupra cap.15. num.17. & tacita renunciatio nominatio-
nis ſufficit,Rebuff de nominat.quæſt.vlt.num.18 & 19.ac
tacita renunciatio regreſſus,Card.Pariſ.conſ.76.num.7.
vol.4.& ſententiæ,Card.Pariſ.conſ.5.nu.42.vol.1. & rei
iudicatæ,Corn.conſ.148.num.20. vol.2. cum aliis quæ
adduxi d.lib.1.de reſign.beneſ.quæſt.1.num.3. & 4.cum
58 ſeq. Et expreſſam conditionem † in terminis horum
verborum intelligerem, quoties fuit deducta, & poſita
in ipſa collatione,vel in alia ſcriptura publica,vel pri-
uata,vel coram pluribus,vt colligitur ex his, quæ ſcri-
bunt Doct.in l.1.ff.de cond.& demonſt.

59 Expreſſum enim dicitur,quod colligitur † ex verbis,
Bar.in l.vxorem.§ agri plagam,ff.de leg.3.& in l. fide-
iuſſor.§.meminiſſe,ff de leg.1.Ceph.conſ.133. num.8. &
conſ.135.num.20.vol.1.Card.Pariſ.conſ.32.num.78.vol.
1.& conſ.71.num.5. vol.4.Tacitam autem intelligerem,
60 quoties † interuenit,verum non fuit deducta,ita palàm
& publicè in inſtrumento collationis, vel in alia ſcri-
ptura,ſed interceſſit inter conferentem, & eum cui fuit
collatum beneficium tacitè,ac ſecretè, & deprehendi-
tur ex coniecturis, & ſignis ac præcedentibus, vel ſe-
quentibus geſtis, iuxta ea quæ egregiè in hac materia
deducit Hier. Gabr. conſ.172. num.3. ver. ſecundo,Maſ-
card.de probat.concl.1306.num.33. & hoc eſt, quod di-
61 cimus, quod fiunt tacitæ † promiſſiones, & conuen-
tiones l.Labeo l.item quia,ff.de pact.ibi, conuentiones
etiam tacitæ valent, Nauar.in comment. de dat.& pro-
miſſ.pro iuſt.vel gratia,in 11.not. ſub num.23. Sed circa
hæc verba multoties vidi dubitari, quomodo deprehen-
datur huiuſmodi tacita conditio,ideo in hac parte hæc
conſtitutio eſſet declaranda,& de duobus alterum fa-
cere,vel tollere illud, quod dicitur de tacita conditio-
ne, & ponere de conditione tantum, prout intelligi-
tur,& declaratur a iure: vel declarare, quomodo hæc
tacita conditio deprehendi debeat, & RR.PP. Audito-
res Rotæ deputati,ita reſponderunt fel.rec.Sixto.Quin-
to volenti tunc declarare hanc Bullam, nam regulari-
62 ter conditio non præſumitur † ſi verba non ſunt ſatis
clara. Bar. in l. cum mota col.1. poſt. num. 2. Cod. de
tranſ.Abb. conſ.4.num.34. Maſc.de probat. concl.343.
num.1.vbi infert n.2.vſque ad finem ad plures caſus fre-
quentes.

Quouſque autem hæc Conſtitutio Pij V. non mode-
rabitur in hac parte huiuſmodi tacita conditio poſſet
63 colligi † ex coniecturis, & ex ſequentibus geſtis: nam
64 his modis probatur dolus, † & fraus & alia ſimilia in
animo conſiſtentia,l.dolum cum ſeq. Cod. de dol.Rui.
conſ.4.num.10.vol.1.& conſ.73.num.1 & 9.vol.2.Card.
Pariſ.conſ.75.num.31.vol.1.& conſ.89.num.19.eod.vol.
Barb.conſ 17.num.28.vol.2. Cor.conſ.124. num.4.vol.3.
65 Quæ enim ſunt † difficilis probationis,vt hæc eſt Burſ.
66 conſ.40. num.63.vol. 1.probantur † lenioribus proba-
tionibus,Menoc.de arbi.iud.caſ.116. numero 22.& quæ
67 etiam † occultè patrari ſolent,Feder.de Senis,conſ.119.
Alex.conſ.53.num.1.lib.2.Grat.conſ.61 num.15.lib.2.&
quoties quis verbo non promittit,ſed facto dat, vel de-
ponit,vtique hanc ex coniecturis deprehenditur eſſe ta-
citam conditionem, & per conſequens committi ſimo-
niam,Nauar.in d.comment.de dat. & promiſſ.not.11.in
fin.num.23. poſt Iona.Monach. quem citat, & eſt ratio,
68 quia plus † exprimitur facto, quàm verbo, l. ſi tamen,
§.1. ff. de ædil. edict. & plus eſt appellare facto, quam
verbo,cap.dilecti de appel.naõ facta † loquuntur, arg. 69
cap.cauete,el 19.2.qu.5. Et ideo promiſſio expreſſa, &
tacita pro iuſtitia,vel gratia obtinenda,vt dicit Nauarr.
loco cit.facit incidere in † pœnas conſtitutionis incip. 70
Ab ipſo Pontificatus, &c. Gregor. XIII. innouan-
tis extrauag. Bonif.8. primam ſub titu de ſent. ex-
comm. iam reuocatæ per Clement.V. teſte Palud. in 4.
diſt.18.quæſt.3.col. penul.Angel. in verbo excommuni-
catio 5.caſ.25.Silueſter. in verb.excommun.7.46.Caiet.
poſt caſ.81.

Illud autem non omittam, † quod tacitum tribus 71
modis non habetur pro expreſſo, & non eſt eiuſdem,
neque ſimilis potentiæ cum expreſſo, vt tradit egregiè
Iaſon.in l.cum quid,num.18.ff.ſi cert. pet.primo quando
omittitur aliquid de ſubſtantia, vel forma, tunc enim
non haberi pro expreſſo,probat tex.in l.quicquid aſtrin-
gendæ,ſecundum vnum intellectum, ff de verb.obl.l.3.
§.ſi quis inſulam, ff.de eo quod cert.loco, quod habet
locum etiam in vltimis voluntatibus, l.iubemus, l. hac
conſultiſſima,Cod.de teſtam.regulare enim eſt,vt † ſub- 72
ſtantia rei in primis remaneat, cuius corruptio eſſen-
tiam rei perimit l.vbi ita donatur,de don.cauſa mort.l.
ſi quis ante, de acquir.poſſeſ.l.cum precario, de precar.
bonus tex.in l.Iulianus,§.ſi quis rem,ff.de exhib.Zaſ. de
feud.part.12.num.20. Brun.de niut. concl.1. num.33. Ac
etiam forma,l.certa forma,l.prohibitum, Cod.de iure
fiſc.lib.10.l.conſtitutionibus,ff.ad munic.Bal. in l. com-
parationes in 3.oppoſ.Cod. de fid.inſtr. Doct. omnes in
cap.1. de conſt. Dec.conſ.90. num. 6. quæ eſt † princi- 73
pium angulare, Doc.in l.omnes populi,ff.de iuſt.& iur.
& in l.cunctos populos,C.de ſum.Trin.& fide Cat cap.
cum dilecta,de reſcr.Bal.conſ.11.col.vlt.lib.1.Card. Pa-
riſ.conſ.12.num.47.& conſ. 15.num.23.& conſ.33.nu 20.
vol.2.Dec.conſ.699.num.4.& 5.Roland.a Val. conſ.70.
0.13.lib.1.

Secundò tacitum non habetur pro expreſſo propter
nimiam incertitudinem l. quicquid aſtringendæ ſecun-
dum alium intellectum,ff de verb.obli. paria enim ſunt
non eſſe,† vel eſſe & non apparere,l.duo ſunt Titij,ff.de 74
teſtam.tut.l.quoties,ff.qui ſatiſd.cog.vbi Iaſ.latè,l.1. C.
de ſucceſſ.edict.† Incerta quamuis ſint vera, non tamen 75
ſunt iudicanda,vt per Paulum.de viſita.part.2.quæſt.7.nu-
mero 40.Doct.omnes in cap.præſentia,de probat. & in
l.vlt. C. de accuſ. vbi communis eſt opin.probationem
† debere eſſe concludentem,ideò conſuluit Gabr.in hac 76
materia intentionem prauam vnius debere eſſe notam
alteri conſ.172.lib.2.

Tertiò, quando tacitum agebatur ex vna parte tan-
tum, nam hoc caſu habetur pro omiſſo, & non poteſt
haberi vllo modo pro expreſſo, l. ſi repetenti, Cod.de
cond.ob cauſ. Gl. in d. l.cum quid,ff.ſi cert. peta. & ibi
Bart.Iaſ.nu.18.in fin.& alij omnes.Et eſt ratio, quia hoc
caſu ceſſat definitio pacti,quæ † eſt duorum,vel plurium 77
placitum,l.1.ff.de pact.vbi Doct. & definitio ſtipulatio-
nis,quæ requirit † interrogationem,& reſponſionem, l. 78
5.§.ſtipulatio,ff.de verbor.oblig.& natura ipſius condi-
tionis,quæ fit per dictiones ſi, & cùm,l.1.l. qui hæredi,
ff.de cond.& demon.& intentio praua vnius non eſt no-
ta alteri, vnde intrat quod in his terminis conſuluit
Gabr. conſ.172. lib.2. Ex hac,& aliis rationibus conſu-
luit Nauar.collationem non eſſe confidentialem factam
ab Epiſcopo intentione praua,†quod ille poſtea de be- 79
neficio diſponet ad ſui nutum,ſi huiuſmodi intentio non
fuit nota ei,cui fuit collatum beneficium,conſ.30. per
totum de ſimon.

His ergo tribus caſibus,ſiue exemplis poſſent plures
concluſiones,& quæſtiones, ac caſus terminari, vt non
iudicentur collationes confidentiales, vt quia non ad-
eſt pactio,& ſic deficit ſubſtantia,& forma iuxta ea quæ
ſcripſi alias.Et propter nimiam incertitudinem,& quia
intentio praua vnius non eſt nota alteri, latè Gabr. d.
conſil.172.libro 2. quia confidentia non poteſt † cade- 80
re in ignorantem mentem eius, qui confidere intendit,
l.quidam. cum filium, vbi Doctor. ff. de hæred. inſtitu.
actus enim † bonus, vel malus ex agentis intentione 81

Digitized by Google

iudicatur, D. Thom. 1.2. quæst. 18. art. 9 & in concl. 8.
Anto. de Butr. in c. cum ex officij. de præsc. Fel. in c.
auditis eod. tit.

Cætera autem ad hanc materiam pertinentia adduxi
aliàs per nouem illationes.

Septimò intellige, siue conditio apposita in colla-
tione fuit vt de illo beneficio disponatur ad voluntatem
collatoris, siue alterius; vt probant illa verba posita
in hoc §. *Vt postea in alterum pro arbitrio collatoris, aut*
alterius cuiuscunque contra iuris communis ordinationem
disponatur, quæ æquiparant hos duos casus, vt disposi-
82 sum in vno censeatur † esse dispositum in alio, vt est na-
tura æquiparatorum, l. si quis seruo, C. de furt. l. vt
tantum, ff. de seru. corrupt. l. vlt. ff. de acceptil. Gl. in c.
si postquam de elect. lib. 6. Corn. cons. 133. num. 8. lib.
2. & ratio est, quia nihil refert, quòd aliquid fiat per
83 se ipsum, vel † per alium dummodo illud sit expresse pro-
hibitum, ad effectum, vt incurratur pœna inflicta §. 1.
auth. de monast. Gl. & Bar. in l. 1. ff. de postul. Doct. in
c. nouit. de iud. & faciunt, c. non afferamus dist. 34.
auth. omnes peregrini. C. communia de success. Mars.
cons. 6. in fine, sufficit enim quòd origo fuerit mala, &
illicita, ac simoniaca, scilicet ipsa pactio in collatione;
84 nam † origo in primis, & ante omnia spectanda erit l.
3. C. ad Maced. l. si procurator t. resp. ff. mand. l. clam
possidere, ff. de acq. poss. Mar. Soc. Sen. in c. veniens sub n.
52. de accus. & sufficit effectus sequutus, quod in alte-
rum disponatur, siue ergo voluntate collatoris, aut al-
terius, idem erit, l. vlt. C. com. de iud. l. vlt. ff. mand. l. mu-
lier, ff. ad Trebel. si mater, ff. de institu. & substitut. cap. in
his, de verbor. signific. Saro. in §. ex maleficiis, nu. 47. In-
stit. de act. Crauett. consi. 300. sub n. 2.

Sed contingit dubitare, quomodo intelligantur hæc
verba, *pro arbitrio collatoris aut, &c.* communis intel-
ligentia recepta est etiam in praxi, intelligi pro libera
dispositione, vt habetur, in l. 1. C. de sacrosanct. Eccl.
85 verbum enim *arbitrium*, † quamuis multipliciter capia-
tur, vt per Perus. de arbitr. lib. 1. c. 6. hic autem capitur
pro dispositione, & nutu, l. in re mandata, vbi Gl. C.
mand. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 1. num. 1. Georg. Nat.
in clem. sæpe § non sic tamen eum. 69. de verbo. signific.
Andr. ab Ex ex in cap. Canonum statuta n. 391. cum sequ.
de constitu. Paris. cons. 38. num. 69. vol. 3. Vt sensus sit, vt
committatur confidentia, si ille, cui confertur benefi-
cium promisit collatori de eo disponere ad arbitrium,
id est voluntatem, & nutum ipsius, alterius cuiuscun-
86 que, sub qua dictione † omnes includuntur, tam si
sint familliares, seu consanguinei ipsius collatoris,
quàm si sint amici, vel penitus extranei, iuxta ea, quæ
scribit Alberic. in l. metum §. animaduertandum, ff.
quod met. caus.

Octauò iuxta ea, quæ proximè diximus, intellige
procedere hanc conclusionem, vt committatur confi-
dentia, quomodocunque ille cui fuit collatum benefi-
cium cum huiusmodi conditione dimittat, aut resignet
illud qualitercunque, aut aliàs disponat ad voluntatem
ipsius collatoris vel alterius; nam ita verbum illud cō-
tra communem iuris ordinationem, *disponatur*, probat.
87 Et ratio est, quia dictum verbum, dispono † est admo-
dum generale, & aptum comprehendere omnes, &
quoscunque casus, §. disponat auth. de nupt. §. nos om-
nia, auth. de testament. imperfect. §. cum autem, In-
stit. ex quibus caus. manum. non poss. Alberic. de Ro-
sat. in dictionario in verb. dispositio. Corn. consi. 173.
colum. 7. in fin. volum. 4. Cardinal. Paris. consil. 33.
numero 57. & 62. volum. 3. generaliter igitur erit in-
telligendum, ac interpretandum, Bald. in l. in frau-
dem, ff. de test. mili. est tex. in l. 1. §. & generaliter, ff.
de leg. præst. l. 1. §. quod autem, C. de aleæ lus. &
aleat. Et hoc in terminis conclusionis nostræ potest ve-
rificari pluribus modis. Primò, si collator, vel alter
velit, vt beneficiatus renunciet beneficium simpliciter
coram eodem Collatore, ad effectum, vt tunc possit
de eo rursus disponere, & illud conferre, cui voluerit
iuxta suam facultatem, ita Felin. de except. in princip.
vt dixi de resign. benefic. libr. 8. Secundò si collator,
vel alter, cuius arbitrium fuit reseruatum in collatio-
ne, vt dictum est, velit vt beneficiatus illud resignet in
manibus Summ. Pont. in fauorem alicuius, & sic amici,
consanguinei, vel familiaris. Tertiò si collator, vel al-
ter velit, vt beneficiatus illud permutet cum alio be-
neficio exiguo, iuxta ea, quæ habentur in ca. 2. de re-
nun. in 6. Quartò, si collator velit, vt illud resignet in
fauorem cuiuscūq; quē ipse beneficiatus voluerit, reser-
uata tamen pensione pro amico, consanguineo, vel fa-
miliari ipsius collatoris. Quintò, si ille, in cuius arbi-
trium collator reseruauit, velit, vt beneficiatus illud
resignet in sui fauorem, & iste casus potest euenire, vt
hoc vnico exemplo demonstrabo, Præsupponamus be-
neficium fuisse resignatum simpliciter † in manibus 88
Episcopi, qui admittit renunciationem, ex causis posi-
tis in Constitutione 58. Pij V. incip. Quanta Ecclesiæ Dei
incommoda, quam retuli formaliter & commentatus
sum de resign. benefi. lib. 5. q. 6. & vt seruet tenorem hu-
iusmodi constitutionis prohibentis beneficia renuncia-
ta coram † Ordinatus conferri familiaribus, vel con- 89
sanguineis eorundem ordinariorium vel resignantium,
sub pœnis ibi expressis, confert beneficium resignatum
Titio, tacita, vel expressa conditione, vt illud postea
resignet suo familiari, vel consanguineo, aut familiari,
vel consanguineo resignantis, vtique hæc est confiden-
tia, & videtur esse etiam prohibitum in dicta Constitu-
tione 58. Pij V. ibi *etiam per fallacem circuitum multipli-*
catarum in extraneas collationum &c. & firmaui d. l. 5.
q. 6. de resign. benef. num. 188. Hinc in simili, Rota in
vna Caleiaten. coram Fabio de ann. 1548. habuit pro
probata simonia ex eo quòd quis loco sei eodem die
substituerat † generalem Vicarium ad conferendum, qui 90
eadem die ei contulerat ex not. in ca. cum officij de
elect. & per Feder. consi. 258. vt attestatur Achil. de
Grass. decis. 340. impressa. Exempla autem siue causæ
aliorum casuum suprapositorum possent colligi ex §.
Meltis, huius constitutionis nostræ Pij V. super confi-
dentiis, vt scilicet beneficia iis quibus fuerunt collata
asseruentur, infantib. vel nasciturís, existentibus in bel-
lo, aut bannitis, & cæteris criminosis, aut incapacib.
aut aliàs, vt ibi, ex quibus plures conclusiones possunt
decidi, & firmari.

Ex his etiam satis declarantur alia verba ibidem po-
site contra iuris communis ordinationem, nam vt supra
deduxi huiusmodi pactum positum in collatione est si-
moniacum, DD. in cap. cum pridem de pact. & in c.
querelam, & c. non satis, de simo. & per consequens il-
licitum, D. Thom. 2. 2. quæst. 100. Theologi omnes in
4. sent. dist. 25. Glos. in sum. 1. quæst. 1. DD. omnes in
rubr. de simon. & nunc confidentiale per hanc Consti-
tutionem. Ideò si sequatur effectus id est adimplemen-
tum illius conditionis, vt quia de beneficio fuit dispo-
situm pro arbitrio collatoris, renunciando illud, aut
aliàs, hoc videtur factum contra ordinationem iuris
communis multis modis; primò, quia mutatur natura
collationis, quæ debet esse libera, DD. in c. penu. de
elect. & in cap. 1. vt Ecclesiast. benefic. cum aliis de-
ductis supra, Secundò, quia mutatur natura resignatio-
nis beneficiorum, quæ debet, † quoque esse pura, Rot. 91
decis. 6. num. 2. de renunc. in antiquior. Ioann. Monach.
in cap mandatum numero 5. de rescr. Redoan. de simon.
p. 2. cap. 10. & omnes alij, vt probaui de resignat.
benefic. libro 14. num. 1. cum seq. & † libera. Oldra. 92
consi. 324. sub num. 5. Host. in summ. de renunc. § qua-
liter, Rot. decis. 5. num. 2. de renun. in nou. & dec. 6.
num. 2. eo. tit. in antiq. Tertiò, quia committitur simo-
nia, ita execrabiliter prohibita à iure, vt patet in toto
tit. de sim. Quartò, quia committitur confidentia, quæ
etiam acriter est prohibita. Quintò, quia perpetrantur
delicta, vt latè per Mascard. de probat. concl. 1305. col.
2. quæ omnia committuntur contra iuris ordinationem,
& ideò puniuntur † secundum eorum qualitatem, cap. 93
non afferimus, distin. 34. & habetur in cap. 25. Decret.
Marsil. consilio. 6. in fin. Card. Paris. in l. 1. numer. 124.

Digitized by Google

ff.de oper.nou.nunc,lex enim summo studio nititur, ne
94 delicta † perpetrentur, l. 1. C. ad l. Iul.repet. l. 2. ff. de
orig.iur. cap. super literis. de rescrip. l. 2. C. si. contra
ius, vel vtil. pub.

Sextò, quia homines illaqueantur, cum huiusmodi
constitutio ex communi liget in foro interiori.

Hisce de causis fit contra iuris ordinationem, & faciunt
quæ omnes volunt, in l.non dubium, C. de legib.

Secundum caput huius §. ponentis secundum casum
confidentiæ beneficialis est, quoties prouisus ab ordinario,
vel alio collatore conditione tacita, vel expressa disponit de omnib.
vel parte fructuum beneficij collati ad vtilitatem, seu libitum ipsius collatoris, vel decedentis,
aut alterius, vt patet illis verbis; *siue vt de*
95 *eo prouisus fructus illius, vel partem ad vtilitatem † vel
libitum conferentis, vel decedentis, aut alterius relinquat,
vel remittat*, & ita volunt Nauar. in Manua c.23. sub nu.
110. Maiol. de irreg. l. 5. cap. 45. sub nu. 5. Mascard. de probat.
concl. 1306. nu. 8 & 25. & alij omnes. Nauarr. etiam
consi. 20. nu. 1. de simon. Et hoc caput eandem habet rationem,
quod primum proximè præcedens, quia nihil
96 dari debet † pro collatione beneficij cap. presbyter,
prima quæstione prima extrauaganti cum detestabile
de simonia in extrauaganti communibus & optimè
Concil. Constantien. quod ad hoc refert, Redoan.
de sim. p. 3. c. 8. num. 2. & rectè fit a sanctis Patribus, sacris
Canonibus Oecumenicis Concilijs constitutum colla-
97 tionem beneficij esse faciendam † purè, & absque vlla
conditione, & modo, ca. sanctorum, cap. presbyter. 1.
qu. 1. c. quàm pio, 1. qu. 2. c. Saluatore, 1. q. 3. Conc. Chalcedon
Act. 15. Can. 2. Conc. Bracarren. 2. Conc. Aurelian. 2.
Can. 3. Conc. Toletan. 5. Can. 3 & 9. ca. 6. Conc. Trid. c. 1.
sess. 21. de reform.

Et hoc etiam caput est conforme iuri communi;
nã simonia est recipere fructus conditione præcedente,
98 ab eo, † cui confertur beneficium, de ipso beneficio, vt
probatur in d. c. 1. Conc. Trid. sess. 21. de reform. tradunt
DD. in c. 1. vt Eccl. benef. vbi Abb & alij. D. Tho. in 4.
sent. relatus à Redoan. d. p. 3. de simo. c. 8. num. 7. & 8. &
tradit idem p. 2. c. 8 & 19. Et in hoc communiter conueniunt
Doctores, & competit definitio ipsius simon. de
qua Glo. in sum. 1. q. 1. Nauar. in Manual. c. 23. num. 100.
ac etiam ratio, ideò, &c. Et in terminis tradidit D. Tho.
2. 2. q. 100. ad quartum in fine, Redoan. de simon. p. 2. cap.
21. numer. 28

Et hoc quoque fit contra iuris ordinationem, vt pa-
99 tet ex supradictis. Et quia fructus beneficij † spectant
ad beneficiatum, l. fructus, l. in fundo, l. ex diuerso, ff.
de vsur. Ruin. cons. 25. num. 2. lib. 2. Nauarr. cons. 7. de
100 sent. excom. & non ad alium, nam sunt accessorij † dominij,
l. 1. ff. de cond indeb. l. indebito, cum ibi not, ff. eo.
Cephal. consi. 63. & consi. 131. num. 14 & est communis
omnium Doct. sententia, vt latè scripsi in his terminis
de resign. benef. li. 1. q. 6.

Et hanc conclusionem primò intellige procedere,
siue prouisus relinquat aut det Ordinario collatori totos
fructus, vel partem, nam sicuti committitur confidentia
per perceptionem omnium fructuum ita & per
perceptionem partis, vt illis verbis probatur, *fructus
illius, vel partem*, nam vtroque casu viget eadem ratio,
cùm in parte quoque delictum committatur, Glo. in §.
gallinarum verb. qui lucrandi animo, Insti de rer. diuis.
& est communis opi. teste Tiraq. relato à Clar. lib. 5.
recept. sent. § furtum, versi. pariter, vbi etiam dicit
101 seruari in praxi vt pro furto † rei modici valoris infligatur
pœna, Couar. li. var. res. c. 3. num. 12. quod est
102 notandum, nam regulariter de re minima † non cura-
103 tur l. scio, ff. de in integr. restit. & modica non sunt †
in consideratione, ca. licet causam, §. quanquam, de
prob. Instit. ad l. falcid. in princ. Card. Paris. cons. 165.
num. 14. 15. & 16. volu. 4. Craue. cons. 46. num. 12. Et rem
104 modicam non † inducere simon. probat. c & si quæstiones
de simon. Nauarr. in commentar. de dat. & promiss.
105 pro iust. & grat. num. 20. & rem modicam excusare à †
peccato mortali scribit D. Tho. 1. 2. q. 88. art. 5. & 6. &
2. 2. q. 59. art. 4. & q. 66 art. 6. c. vnum. §. vlt. dist. 25. Nauar.
in Manual. c. 11. n. 4. Ita enim potest committi confidentia
ex toto, sicut ex parte, vt patet ad sensum, & com-
probatur, quia valet argumentum de † toto ad partem, 106
l. quæ de toto, ff. de rei vend. Crau. cons. 161 sub num. 17.
confirmatur ex c. vlt. 14 q 6. c. de appellationib. de appell.
vbi DD. concludunt eandem habendam esse rationem
de parte; eò magis cum est data pro forma, vt hic
iox. c. primum de baptis. Ideò in §. ad probandam eiusdem
constit. æquiparat hos duos casus, & vult, vt probabilis
coniectura sit, si quis post resignationem percipiat
omnes, vel partem fructuum, vt latè dicam infra, & satis
erit, quòd ille, cui confertur beneficium dederit omnes
fructus beneficij collati, vel partem vnius anni, namq;
hæc verba simpliciter prolata verificantur in vno † 107
anno, l. boues, §. hoc sermone, ff de verb. sign. vbi latè Tiraq.
comprob. ex similib. & adduc. ration. concordantes.

Secundò intellige procedere, tam si huiusmodi fructus
omnes, vel pars cesserint in vtilitatem conferentis
quam alterius ad libitum ipsius collatoris, vt illis verbis
probatur, *ad vtilitatem, vel libitum conferentis, &c.*
& ratio est, quia eadem viget ratio vtroque casu, cum
fundetur confid. simoniaca in pacto damnato, quod adest
vtroq; casu, & nihil refert pro cuius vtilitate expend.
pecunia, vt habetur in toto tit. extra de simon. & illud
verbum, *ad vtilitatem* † respicit commodum collato- 108
ris, quoties pecunia expenditur pro eius commodo, l.
quod dicitur §. vlt. & l. sequen. ff. de impens. in rem dot.
fact. l. impensæ, ff. eod tit. l. si quis hominẽ, § vlt. ff. ad exhib.
Verbum autẽ *libitum* respicit voluntatẽ, & arbitriũ
ipsius, vt fructus dentur, cui ipse collator † ordinauerit 109
ad not. in l. 1. C. de sacrosan. Eccl. §. disponat, Auth. de
nupt. libitũ enim est propriè placitũ, l. libertas, ff. de stat.
ho. l. non distinguemus. §. officio, ff. de arb. Et potest exẽplificari,
quoties collator vult, vt fructus omnes, vel
pars beneficij collati dentur hæredib. illius, qui vltimo
loco obtineat illud beneficium, & ita interpretor illud
verbum, *vel decedentis*, nam reg. iur. clara est, vt hæres,
& defunctus † vna, & eadem persona censeantur, Auth. 110
de iureiur. in prin. Specu. in tit. de feud. §. 2. versic. 27. Bal.
in l. si seruus fugitiuus. de cond. furt. cum alijs, vt per
Sarn. in §. actiones autẽ. col. 1. & 2. Instit. de act. vel quoties
collator voluerit, vt illi fructus dentur alteri, nam
dicit constitutio alterius, & cũ generaliter loquatur, omnes
casus, & personas includit, siue sint amici, familiares
& cõsanguinei collatoris, siue non l. 1. §. & generaliter,
ff. de leg. præstan. Bal. in l. in fraudem, ff. de mil. test.
aut aliter quomodocunque, & facit quod scribit Naua.
cons. 62. de sim. vbi respondit esse simoniacã solutionem,
vel promissionem fructuum factam N. qui procurauit, vt
illud beneficium ei conferatur.

Tertiò intellige, siue resignans percipiat huiusmodi
fructus, per se, siue per alios, nam qui per alium facit
per seipsum facere videtur, vulg. reg. qui per alium de
regu. iur. li. 6. & expressè hoc specificatur hic, ibi, *per se
vel alium*, & in resignante in §. ad probandum infra.

Quartò notandum existimo, quod illud verbum *relinquat*
refertur, quoties iam collator propria auctoritate
percepit fructus, vel sinit percipere iuxt. ea, quæ
scribunt, Docto. in l. gerit, ff. de acquiren. hæred. & in l.
vlt. C. de iur. delib. Illud autem verbum *remittat*, † re- 111
fertur ad donationem, l. contra §. si filius, ff. de pact. l. 1.
ff. de transact. Bar. in l. peculium el 1. ff. de pecu. Signorol.
cons. 26. col. 2.

Quintò notandum videtur illud verbum *prouisus* esse
generale, & posse verificari, siue vacauerit beneficium
per obitum, siue per renunciationem, aut priuationem,
vel aliàs quomodocunque Doctores, omnes in c. susceptum
de rescr. li. 6.

Sextò notandum est, quod lex. vt committatur confidentia,
considerat fructus beneficij collati, cum dicat
vt de eo, &c. *fructus illius* & cæt. & in hoc fides sequatur:
si autem fuerit data pecunia, non autem ex fructibus,
committitur simonia, iuxta ea, quæ supra adduximus
& tradunt omnes sub tit. de simon.

Digitized by Google

Septimò monendi erunt Episcopi, & collatores, ne
aliquid percipiant ex collatione beneficiorum, ne inci-
dant in pœnas contra confidentiarios inflictas. Octauo,
notandum, quod hic Pius V. considerat consummatio-
nem delicti, vt ille relinquat, vel remittat, ampliа idē
in promissione, quia illam etiam includit Pius V. & ra-
tio est, quia æquiparantur datio, & promissio, Nauarr.
in comment. de dat. & promiss. pro. grat. vel iust. not.
510. num. 27., & communiter vt dicemus infra.

Nonò intellige, siue fuerunt dati fructus per pactum
siue fuit hoc onus appositum in collatione, nam hæc
æquiparantur ad hunc effectum, vt egregiè, ostendit
Nauarr cons. 20. de simon.

Hæc autem omnia declara, dummodo hoc fecerit
Episcopus, & collator tacita, vel expressa conditione,
vt dicitur in hoc §. expressè, & dicta verba posita in
capite proximo debent subintelligi in hoc secundo ca-
112 pite, tum, quia dicitur, *siue vt*, &c. Dictio enim *siue* †
est continuatiua, & augmentatiua, l. certi condictio in
princ. ff. si cert. pet. l. si cum dotem, §. si pater. ff. sol.
matr. l. Iulianus, & l. alias, ff. de cond. ind. & denotat
113 eundem ordinem, & † materiam, l. cum pater, ff de leg.
secundo, l. si itaquis stipulerit, ff. de verbor. obligat.
tum etiam quia eadem est ratio huius §. ideò idem cen-
sebitur dictum in omnibus capitibus iuxta ea, quæ scri-
bit Bart. in l. in repetendis col. 1. & 2. Cardin. Paris.
cons. 38. num. 25. vol. 2. Socin. Sen. cons. 63. num. 26.
vol. 3. Corn. cons. 129. col. penul. & vlt. volu. 2. Dec.
114 cons. 190. col. 1. & clausula vna ad omnia capita † re-
fertur, l. filium, ff. quando dies leg. ced. l. talis scrip-
tura in fine. ff. de leg. primo, l. 3. §. penul. C. de lib. &
post. Bar. in l. vlt. ff. de rebus dub. Abb. & Dec. in cap.
secundo requiris, de appel. Dec. cons. 14. num. 4. in fin.
Riminal. cons. 375. num. 2. Bursat. cons. 460. num. 57.
volum. 4 Accedat præterea, quia pactum, & conditio
requiritur, vt confidentia committatur, Nauarr. in Ma-
nua. c. 23. num. 107. & num. 709. & sub num. 110. &
cons. 27. & cons. 30. & cons. 33. & 36. tit. de simo. Ga-
bri. consi. 172. num. 4. & 12. cum seq. lib. 2. & fuit resolu-
tum in vna Cosentina prætensæ confidentiæ coram R.
P. D. Orano 4. Februarij 1591. Igitur si fructus fuerunt
115 dati collatori † absque pacto, & conditione tacita, vel
expressa præcedenti, confidentia non committitur, ve-
rùm, oritur præsumptio confidentiæ, vt probatur ex his
quæ dicunt. in §. ad probandum. Ergo ad tollendos
scrupulos, ac etiam lites, optimum erit, vt etiam
ab hoc abstineant collatores. Cætera autem ad hanc
materiam pono infra, circa interpretationem §. Ad
probandum. Vel fuerunt dati fructus, vel pars post ade-
116 ptum beneficium ex mera liberalitate, tunc enim † nul-
la committitur simonia, Caiet. in summ. ver. simonia,
sed ab hoc esset quoque abstinendum, ne intret præsum-
ptio, & in hac parte posset declarari hæc constitutio: si
autem fuit promissa, vel data Episcopo, aut collatori
117 pars fructuum pro literis † collationis beneficij, esse
simoniam respondit Nauarr. cons. 13. de simon. ex not.
ea c. 1. de simon. & ea his, quæ idem Nauarr. scribit
in Manu. c. 23. num. 103 & 111. & ex his, quæ dicun-
tur in c. 14. sess. 24. de refor. Conc. Triden. & ex Con-
grega. Concilij sententia Notarius pro dictis literis
118 dumtaxat vnum aureum † recipere potest, vbi non ha-
bet salarium constitutum, iuxta ea, quæ dicuntur in
cap. 1. sess. 21. de refor. & promissionem 25. ducato-
119 rum factam in collatione pro † expensis factis ab Epis-
copo in carcerando eum, qui tenebat beneficium res-
pondit Nauarr. consi. 72. de simon. esse simoniacam, &
præsumi talem.

Tertium caput huius §. ponentis secundum casum
confidentiæ beneficialis, est vt committatur confiden-
tia, quoties collator, aut cedens iusserit, vel significa-
uerit ei cui contulit benefic. vt soluat pensio. sibi, vel
aliis, vt probant illa verba *seu pensionem illi, vel illis,
quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per se
vel alium scripto, aut verbo iusserit, seu significauerit,
persoluat, &c.* Ex quibus videtur tolli Episcopis facul-
tas constituendi pensiones super beneficiis per eos col-
latis, nam scribunt DD. Episcopos posse imponere pen-
siones † moderatas, & personis benemeritis, & egenis, 120
c. nisi, de præben. Innoc. per ill. tex in c. de transact.
Oldrad. cons. 226. Ant. de butr. in c. audiuimus de
collus. detegen. Petr. de Anchar. cons. 279. Fel. in ca.
ad audientiam 2. col. 1. vers. 2. conclusio. de rescr. Spec.
tract. de mod. cong. Conc. gener. rub. 37. Abb. in c. ve-
niens, de rest. spol. num. 9. Innoc. & Abb. in ca. 1. vt Ec-
cles. benef. D Thom. 2. 2. quæst. 100. ad quartum in fine.
Dec. cons. 141. num. 3. & 339. incip. visa instructione
col. 2. Caccialup. de pens. qu. 4. 5. 6 & 7. Gig. in tract.
qu. 6. num. 2. Vestr. in prax. Roman. Cur. lib. 3. c. vlt. Host.
In d. cap. nisi. Sarn. in regu. de ann. quæst. 2 & in compen.
vtriusque signat. versi. est aduertendum vsque ad fin. Re-
buff. de pacit. possess. nu. 103. versi. item Legatus, Nauar.
cons. 22. num 4. de simo.

Quod optimè videtur meo iudicio constitutum tum
quia omnis conuentio inter partes erat prohibita & si-
moniaca in pensione, quæ poterat imponi ab Episcopo,
d. c. nisi, de præbend. ibi non quidem ex pactione par-
tium, & ibi DD. Rebuff. d. tract. de pacif poss. num. 104.
vers. est tamen differentia, tum quia non simpliciter po-
test Episcopus imponere pensionem secundum DD. sed
adhibitis quibusdam modificationibus, vt pro concor-
datione litis, & bono pacis d. c. nisi, de præbend. Pro
pauperibus, & egenis. Innoc. in cap. de catero, de tran-
sact. Pro benemeritis, Oldr. cons. 226. Pro vsu pio. D.
Thom. 2. 2. q. 100. §. ad quartum in fine. Pro renunciante
ex causa renunciationis loco alimentorum, Petr. de An-
chara. cons. 279. Redoan. de simon. par 2. cap. 21. volum. 3.
in princ. in quantitate moderata. Felin. in d. cap. ad au-
dientiam, Ad vitam constituentis, Nauar. cons. 43. nu. 9.
de simonia, Ad coæquandum fructus in permutatione,
Nauarr. cons. 22. num. 4. de simon. Et cum causa. Nauarr.
cons. 20. num. 1. de simon. omnes fere Doctores tractan-
tes de huiusmodi materia loquuntur parcè, & cum re-
quisitis, & modificationib. Ideò ad tollendum scrupu-
los, & difficultates, ac lites, quæ possent oriri, quando
fit bene pensio reseruata per Episcopum, & ex causa
sufficienti, bonum fuit, eis tollere hanc genericam po-
testatem, iuxta ea quæ habentur in c. finem litibus, de
dol. & contum. cap. 2. de appell. in 6. l. quidam æstima-
uerunt, ff si cert. pet. nam ad hoc præcipuè legum con-
ditores † habuerunt respectum, Dec. cons. 699, num. 15. 121
& ideo introduxerunt vsucapionem vt institutio in
princ. de vsucap. l. 1. ff. de vsucap. vbi DD. Tum præterea,
quia huiusmodi potestas quam Doct. dicunt compete-
re Episcopis constituendi pensiones ex non vsu recessit
ab aula, antequam fuit promulgata hæc Constitutio
Pij Quinti, vt tradit Rebuff. de pacific. possess. num. 105.
secundum paruam impressionem, & expressius attestan-
tur quidam moderni in opusculo de pension. numero 3.
impresso tom. 15. par. 2. tractatuum, & verè nunquam vi-
di hoc seruari in praxi, ideo de ea non est habenda con-
sideratio, Socin. Sen. in l. si filius eius, num. 7. ff. de lib. &
post. Fel. in c. 1. de treuga & pac. Card. Paris. cons. 104. nu.
69. vol. 1. & cons. 105. num. 8. vol. 4. Dec. cons. 469. nu. 8.
Et hæ tres rationes sunt efficacissimæ, vt ex illis potue-
rit moueri Pius V. ad declarandam collationem confi-
dentialem factam ab ordinario cum conditione soluen-
di pensionem sibi, vel aliis, cum beneficia debeant con- 123
ferri integrè, † & absque diminutione, vt patet ex rub.
ext. vt Eccles. benef. sine diminutione conferantur. Et
debent Episcopi, & ordinarij ab hoc abstinere ob frau-
des, quæ possunt fieri, & ne videantur redditųum par-
tem quasi paciscendo sibi reseruare, & hoc modo lo-
quitur Innoc. 3. in cap. 1. vt Eccles. benef tradit Campeg.
de pension. num. 2. dixi de resign. benef. lib. 6. quæst. 1. n. 3.
& ita seruatur in praxi, & hanc conclusionem firmant
Nauar. in Manual. cap. 23. sub num. 100 Maiol. de irregul.
lib. 1. c. 45. sub n. 5. Masc. de prob. concl. 1306. col. pen.

Et hanc conclusionem primò intellige procedere,
siue pensio soluatur collatori de beneficio collato, nam
hoc non habet dubium, quòd sit simonia, vt communi.

Digitized by Google

ter omnes Doctores volunt, siue etiam soluatur aliis:
nam etiam hæc confidentia, vt dicitur ibi: *illi, vel illis*,
&c. nam eadem viget ratio hoc casu, cum pactio sit
quoque prohibita, vnde idem ius statuendum, l. illud,
ff. ad l. Aquil. l. a Titio, ff. de ver. oblig. & cum pronomen
123 *Illis* † sit generale, intelligitur in omnibus quacumque
dignitate fulgeant, & cuiuscumque gradus, Bal. in l. in
fraudem, ff. de milit. test. vt dispositio hæc tam vtilis
omnes casos, & personas comprehendat, vt fuit intentio
Pij V.

Secundò, hanc conclusionem intellige procedere,
siue huiusmodi pensionem iusserit, & significauerit soluendam
ipse collator, vel alter quicumque vt illa verba
probant, *quem vel quos idem collator, aut cedens vel
alius*, &c. quæ verba comprehendunt collatorem quemcumque,
cedentem loquendo in beneficiis resignatis
coram ordinariis, & collatis per eosdem, vt si pensio
soluatur per eum, cui fuit collatum beneficium, quia
id iusserit, vel significauerit cedens, id est, qui resignauit
illud beneficium, sit confidentia, quandoquidem
nullam habeat in hoc potestatem cedens, qui post renuociationem
habetur pro mortuo, Cassad. decis. 16.
num. 2. super regu. cancel. Abb. in c. nisi essent, de præben.
Card. Paris. cons. 93. numer. 25. vol. 4. Put. decis. 468. lib. 2.
& ante habet ius, quod dumtaxat potest cedere in manibus
ordinarij simpliciter, vt est communis opinio, vt
scripsi lib. 5. de resign. benef. q. 6. Redoan. de simon. par. 2.
124 cap 22. & in manibus Papæ itidem, nam † resignatarius
habet ius a Papa, & non à resignante, Cassad. decis. 15.
sub num. 1. de præb. Mandos. reg. 33 de resign. per fiat q. 7.
num. 8. & omnes alij tradunt Et quemcumque alium, in
hoc enim comprehenditur amicus, consanguineus, &
familiaris ipsius collatoris, vel cedentis, & quicumque
alius, vt omnes casus comprehendantur, hi non possunt
se in his intromittere, & pacisci de tali materia
absque labe simoniæ, & confidentiæ, vt probat optimè
tex. in c. nisi, de præbend. ibi non ex pactione partium,
&c. & ibi, omnes DD. Redoan. de simon. p. 2. c. 21. col.
2. & 3. hoc enim redolet simoniam ex plurib. capitib.
aliàs consideratis, & faciunt nota in c. cum pridem de
pact. & quod ex definitione simoniæ scribit Nauar. in
Manual. c. 23. sub num. 100. & multoties in facti contingentia
vidi per peritissimos respondere his casibus commissam
esse confidentiam.

Tertiò, intellige hanc conclusionem procedere, siue
collator cedens, aut alius quicumque iusserit, aut significauerit
ei cui confertur beneficium solutionem dictæ
pensionis per se, vel per alium, vt patet illis verbis per
se, vel alium, hi enim duo casus æquiparantur ex vulgatis
iuribus, & rationibus supra sæpius adductis. Et hoc
nullum habet dubium.

Quartò, intellige hanc conclusionem vendicare sibi
locum, siue prædicti iusserint, & significauerint huiusmodi
solutionem pensionis scriptora, vel absque, vt
patet ibi scripto, aut verbo, & sic hi duo casus æquiparantur,
125 rantur, & est ratio, quia verba † sunt nuncia cordis, l.
Labeo, in fine, ff de suppell. leg. Dec. in l. semper in stipulationibus,
num. 4. ff. de regul. iu. Crauet. cons. 20. n. 2.
126 & cons. 290. in fin. & testimonia † mentis nostræ, Bald.
in rub. de probat. Cost. lib. 3. var. ambig. c. 14. & probant,
127 quod quis † expressit, Boer. decis. 1. num. 8. latissimè Tiraq.
in l. si vnquam, verbo, liberis, num. 17. C. de reuoc.
donat. Menoch. de arbit. iudic. q. 7. numer. 75. ac denotant
128 consensum † loquentis, DD. in l. 1. §. si quis ita, ff. de
verb. oblig. & præcipuè Iaso. col. 1. 2. & 3. vbi, quod est
129 plus, scribit de annuente † capite, & signis numer. 8. &
130 num. 12. Et scriptura nihil † inducit noui, Bartol. in l. 2.
in princip. colum. 1. ff. de vulg. & plures ibi allegat Alexand.
131 col. 2. sed solum † probat l. cum res, C. de probat.
l. contrahitur, ff. de pignor. Anton. de Butr. in c. vltim. in
princ. col. 3 de consuet. Ang. Aretin. in §. ea non scripto,
col. 1. Institut. de iur. nat. gent. & ciu. Dec. in rub. de consuet.
num. 3. & ad hoc inuenta fuit scriptura, scilicet ad
faciliorem probationem, d. l. contrahitur, & est communis
opinio per Abb. Fel. Dec. & alios in rub. ex. de
constit. vt habeatur consensus expressus, qui non possit
negari, cum scriptura † loquatur, l. inter claras, C. de 132
Summ. Trin. & fide Cath. paria sunt ergo aliquid illicitum
committere, † scripto vel verbo, DD. in d. l. 1. §. si 133
quis, ff. de verb. oblig. & in d. rub. ext. de const.

Quintò, intellige hanc conclusionem habere locum,
siue ille collator cedens, aut alter iusserit, siue significauerit
ei, cui fuit collatum beneficium, vt soluat huiusmodi
pensionem ad effectum, vt committatur confidentia,
vt probatur illis verbis, *Iusserit seu significauerit*,
verbum *Iusserit* † importat necessitatem, & præceptum, 134
& ideò refertur ad collatorem, Alberic. in leg.
sæpe audiui, ff. de offic. præsid. Oldrad. cons. 80. & est
tex. in capito. qui iusserit, vndecima, quæstio. 3. cap. 2. de
maior. & obedien. Clemen. exiui de Paradiso, de verb.
significat. Bermon. de publ. concub. verb. teneatur, nu. 1.
folio mihi 165. tom. 11 par. 1. tracta. Verbum autem *significauerit*
importat declarationem voluntatis, & ideo refertur
ad cedentem, & alium, vt sit sensus, quòd isti
significauerunt ei cui fuit collatum beneficium, vt soluat
pensionem iuxta ea, quæ habentur in d. l. 1. §. si quis,
ff de verbo, obligat. Vel etiam potest intelligi, vt verbum
iusserit referatur ad conditionem expressam, requisitam
ad effectum incurrendi pœnas aduersus confidentiarios
inflictas, verbum autem *significauerit* ad
conditionem tacitam, vt singula singulis referamus,
iuxta regulam recti sermonis.

Sexto, nota Pium V. hic requirere consummationem
delicti, secundum quosdam, nam dicit, *persoluat* quod
† requirit interuentum naturalis solutionis, Bat. in l. satisfactio, 135
ff. de solu. Alciat. in l. solutionis, ff. de verb.
signif. Card. Paris. cons. 107. numer. 132. vol. 3. Ego autem
ampliaui idem etiam in promissione, nam hoc respectu
videtur loqui Pius V. & includere etiam hunc casum,
vt ex verbis expressis probatur, & est ratio, quia promissio
æquiparatur dationi, latè Nauar. in comment.
de dat. & promiss. pro gratia, vel iustit. not. 12. nu. 27.
cum seq.

Et hæc omnia supradicta declara procedere, quotiès
id fecit Episcopus, cedens, aut alius, tacita, vel expressa
conditione, iuxta verba illa posita in princip. huius
§. quæ videntur posita pro toto §. & etiam pro hoc capite,
nam hæc est materia continuata, & connexa, vt
patet ex dictione, *seu*, not. in l. si ita quis stipuletur, ff.
de verb. oblig. Calde. in rub. de reb. Eccles. non alien. no.
7. Ant. de Burg. in c. inter cæteros num. 30. de rescr. & viget
etiam eadem ratio, vt latius ostendi supra, in fine
2. capitis. Confidentia enim committitur præcedente
pacto, Nauar. in Manual. c. 23. numer. 107. 109. & 110. &
cons. 17. & 30. tit. de simon. & est communis opinio, vt
latè probaui aliàs, quæstione vigesima sexta, & faciunt
quæ deducit Gabr. in his terminis, cons. 172. lib. 2.

Et vt nihil intactum remaneat, non omittam, quod
id quod dicitur in his tribus præcedentibus capitib. huius
§. habet locum in renunciatione, quæ fit coram ordinariis,
& aliis collatoribus superiorib. vel inferioribus,
vt verba sonant, non autem in resignationibus, quæ
fiunt coram Summo Pontifice in fauorem alicuius, etiã
cum aliqua reseruatione, & hoc.

Primò, quia cui non competunt † verba legis, neque 136
competit dispositio l. 4. §. toties ff de dam. infect. sed resignationibus,
quæ fiunt coram Papa non competunt
verba huius §. cum semper loquatur de ordinariis, &
aliis collatoribus, & nunquam exprimit Curiam Romanam,
aut manus suas, vel suorum officialium, vt solet
facere de stylo, quotiès vult hoc exprimere, ergo,
&c.

Secundò, quia vbi non habet locum ratio legis, neque
ipsa lex: nam † non plus attenditur quàm lex. l. 1. C. 137
quæ sit long. consuet. c. consuetudo dist. 1. Gemi. in c. vbi
periculum, num. 1. de elect. lib. 6. l. adigere §. quamuis de
iur. patr. l. cum pater §. dulcissimis, ff. de leg. 2. Bal. in c.
dilectus filius col. 1. de rescr. Dec. cons. 284. col. 2. sed ratio
huius constitutionis vt ex lectura apparet non competit
his renunciationibus, ergo, &c.

Digitized by Google

Tertiò , quia cessat præsuppositum legis in Papa ,
qui non præsumitur talia facere cum sit Vic. Christi, &
138 successor B. Petri † principis Apostolorum, Turrecrem.
139 in c.ego Ludouicus num.2 dist.63. & Pater omnium , †
140 Turrecrem.in c.absit oum. 1. dist. 50. & sponsus † vni-
uersalis Ecclesiæ, Turrecrem.io c.ficut alterius num. 3.
141 7.q.1. & caput † totius Ecclesiæ Catholicæ, Turrecrem.
142 in c. 1. num.2.dist.12. & Iudex æqualis † omnium Chri-
stianorum, Turrecrem.in cap.nullus, nu. 1. dist.19. & esto
quod id faciat quod qui paciscatur de benef. vel fructi-
bus conferendis nullam committit simoniam, nam hæc
est simon. & confid. inducta à iure positiuo ea constitu-
tione canonica , quam Papa ipse tollere potest , & suf-
143 ficit eius scientia, vt cesset † sim.Hosti.in c.1.ne prælat.
vices suas.Ioan.Anan.in c.1.de simon. vbi Card. Ant. de
But. & alij omnes.Fel.in cap. ad audientiam col.2.& 3.
de rescr. & in c.de cætero, col.vlt. de re iud. Dec.cons.
142.cum aliis, vt per Cassad.decis.2.num.4.de simon. &
decis.5.de constit. Turrecrem.in c.latorem, num.1. 1.q.1.
& in c.si quis pecunia, numer.4. dist.79. & communiter
Doct Rednan.de Simon.p.2. c. 10.11. & 12. cum multis
sequentibus , vbi plures Doct. & casus notabiles con-
gerit. Ideò potest conferre Papa simpliciter, cum cond.
144 modo, pacto † reseruatione fructuum & pensionis , vt
latè adduxi de resign. benef lib.6. q. 1. num. 3. & q.2.in
pluribus locis, Rebuff. in praxi tit. de reseruat. genera.
Nauar.d.cap 23.sub num.107.

Quartò, ostenditur exemplo claro ad rem nostram ,
quia communiter receptum est tractatum de soluenda
pensione inter resignantem , & resignatarium sequuta
resignatione coram Papa , & reseruatione dictæ pen-
145 sionis nullum inducere vitium † simoniæ etiam menta-
lis, Fel.post alios,quos citat in cap. ad audientiam,el 2.
num.3.de rescr. & in c.non satis, in fine de sim.Archiep.
Floren in 2.par.suæ sum.tit.1.c.5.Gammar.de auth. Leg.
à lat.lib.de pens.num.116.Gig.de pens.q.4.num. 2. Cac-
cialup.eo tract.q.19.num.1. & 2. cum seq. vbi attestatur
146 de communi , cum Papæ auctoritas tollat † omnem
scrupulum.Glo.in c. cum pridem. verb. illicitæ pactio-
nes , de pact.quæ ad hoc communiter approbatur teste
Caccialup d.q.19.n.3. & recipitur de stylo, Nauar. loco
cit.dixi de resig.benef.lib.6.q.2. num.70.

Quintò, ostenditur etiam alio exemplo communiter
recepto vt tractatus de renunciando beneficium , & re-
seruandis fructibus, aut regressus , non sit simoniacus ,
sequuta renunciatione coram Papa Caccialup. d. q. 19.
col.1. & 2.dixi de resig benef.d.lib.6.q.2.num.73.

Limita tamen non procedere , quoties inter resi-
gnantem, & resignatarium intercessisset pactum , quod
non fuisset expressum in supplicatione & narratum Pa-
pæ , vel de disponendo de beneficio , vel de fructibus
soluendis , aut de soluendo pensionem non reseruatam,
vel maiorem pensionem , quam Papa reseruauit , aut
147 quid aliud,nam hæc esset simonia,Maio.de irreg.li.5.c.
45.col pen.Fel.in cap ad audientiam 2.sub num.3.col. 3.
vers.si autem præcederet, de resc.Gamm.de auth.Leg. à
lat lib.de pension.num.618.Gl. in c.ex parte de offic. de
leg.Abb.in cap.non satis, num 8.de sim.Cald.cons.1. de
vsur.Card.Paris.cons.143 num.12.cum seq.vol.4. dixi d.
q.2.lib.6.de resig.benef.num.73. & 74.Rednan. de simo.
p 2.c.34 numer.5. nam omnis pactio in his spiritualibus
est simonia, Gl.in c.cum pridem de pact Nauar. in Man.
cap.23.sub num.100.cum seq Ex his casibus, & similibus
potest hic §.verificari in resignationibus, quæ fiunt co-
ram Papa in Romana Curia.

Sed cadit dubium, an id quod dicitur in hoc §.circa
supradicta tria capita procedat in eo , qui pro obtinen-
da collatione beneficij ab ordinario, vel renunciatione
alicuius beneficij ab amico , promisit generalibus ver-
bis se fore gratum effectibus, & quod semper posset dis-
ponere de persona sua, & omnib. suis bonis temporali-
bus , & spiritualibus , vt per hæc verba committatur
confidentia prohibita per hanc constitutionem.

Pro affirmatiua facit , quia hæc videtur tacita con-
ditio, vt patet ex his, quæ scribit Iason in l. item quia ,
num.21. 22. & 23. ff. de pact. quæ prohibetur per hanc
constitutionem , & de iure communi omnis pactio in
spiritualibus est illicita, DD. in capitul.cum pridem de
pact.in cap.non satis de simo.in cap. quæsitum de rerum
permut.Nauar.io Man.cap.23.sub num.100.cum seq.

In contrarium † se habet veritas in praxi etiam re- 148
cepta , vt nulla committatur confidentia per dicta ver-
ba generalia, quæ probatur, quia nihilo plus obligant
† quam si non proferrentur , c. cum venissent , de Inst. 149
vbi dicitur nihil obligasse quendam Archidiaconum
Archiepiscopo suo dicentem posse disponere de omnib.
redditibus sui Archidiaconatus, vt vellet,& ibi notant
Ioan.Andr. Zabar. Abb. & alij verba generalia prolata
ad complacendum alteri non obligare , neque † dispo- 150
nere & ibi dicit Abb.numer.5. ad hoc quotidie allegari
illum tex.Glo.in l.1.C.de pact.Card.in proœ.decre.Fel.
in c.cum iuramento de homic.Ias.in l ita stipulatus,col.
3.ff.de verb.oblig. & facit tex.cum Glo.in l.2.C.in quib.
caus.colon dnm.lib.11.quæ habet passim amicos amicis
dicere verba illa generalia tuus sum , & in omnibus
tuum me esse recognosco , & propterea non obligari
plus, quàm illis non expressis obligarentur,verba enim
ciuiliter,& curialiter sunt intelligenda, † & non rusti- 151
cè , aut rigorosè , l. antiquitas C. de vsufr. facit quod
scribit Bar.in l.vlt.ff de testam. Ias. in d. l.ita stipulatus
col.3.ff.de verb.oblig.

Secundo , quia ex collatione beneficij , & renuncia-
tione, ille cui confertur , seu renunciatur, intelligitur
obligatus ad antidora , & ad habendam , agendam , &
opportuno loco, & tempore referendam gratiam,iuxta
illam legem naturalem, benefacienti † benefaciendum, 152
l.si non fortem, §. libertus iuncta glo. in verbo natura-
liter, ff.de cond.indeb.l.sed & si lege §. consuluit, ff. de
petit.hæred.c.cum in officij, de testam. D. Thom.2.2.q.
106.art.3. l. 2. C.de oper. libert. l. si seruo, ff. de hæred.
inst.Imol.in c.vlt.de donat.in 5. not. l pro aimè , de rit.
nupt.Bal.cons.112.colum.1.lib.2.Arist.9 Ethi.Seneca. &
Hesiod.de quibus meminit Fortunius Gars.in l.ius natu-
rale numer. 40. ff. de iust. & iur.Riminal.iunior in rub.
Instit.de donat.num.26. & in princ.eiusdem tit.num.102.
nam ingratitudo, † legum , & canonum auctoritate re-
probatur, c.octaua discussio 12.q.2.Dec.cons.686.nu.13. 153
& vitium enorme , † ac detestabile reputatur , vt in- 154
quit D. Bernardus in Canticis, Ioan. Andr. Abb. Barba.
in c.vlt.de don.Guliel Ben.in c.Raynutius, in verbo in
eodem testamento numer.35. de testam. & in quæstione
quam facit de homic. numer.32. & ob eam filius potest
priuari † bonis paternis, auth. vt cum de app. cog.Vas-
sallus feudo, † c.deforme circa finem 12. qu. vlt.cap.1. 155
quæ fuer.pri.caus. benef. amitt.Afflict.decis.282. 2.dub. 156
Card.Paris.cons.1.num 10.vol.1. Donatarius donatione
l.vlt.C.de reuoc.dona.c.vbi, de dona. l. vlt. C. de ingr.
libe.princ.inst.de donat.Dec.d.cons.686.num.12. & filius
emancipatus reducitur † in patriam potestatem, lege 1.
C.de ingr.lib.Marsil. sin. 13.& legitimatus ad pristinam 157
naturalitatem, Ias.in l.ex hoc iure, num.54.ff.de iust. &
ior.si ergo iste Beneficiatus est obligatus ad antidora ,
ergo sequitur, quod expressio illius , quod tacitè inest ,
eo tantum modo quo inest , non facit illicitam rem
alioqui licitam,tex. & glo in c.significasti de elect. c.ad
audientiam 2.vbi Gl. & Fel.alios adducunt, & commu-
niter de rescr.l.3.ff.de leg.1.vbi Bar. Alexan. & latè Ias.
Hinc notabiliter dicit Bal.in c.vlt.num.19. de præsump.
quod expressum conditionis tacitæ , quæ de necessitate
inest, non facit † conditionem,l.hæc verba ff.de leg. 1. 158
l.non rectè, C. de fideiuss. l. iam dubitari, ff. de hæred.
insti.idem Bal.in l.3. C.de arbit. & in l. si ex cautione in
8.q. C. de non num. pec. & in l. vnica ad fin. C. de cad.
toll. & receptum est non esse simoniam expressione ,
quod tacitè inest, Feli.latè d.c.ad audientiam , dixi de
resig. benef.lib.14.

Tertiò , quia hæc requiritur conditio tacita , vel
expressa , & loquitur constitutio cum hoc præsuppo-
sito , quod cessat in precibus , & prædictis verbis
generalibus Gammar. in extrauaganti Iulij , II. contra

Digitized by Google

ſimoniacam elect. Papæ, numero 116. & numero 135.
159 Quartò, quia conſtitutio Greg. XIII. † de datis, &
promiſſis pro iuſt. vel gratia obtinenda, licet includat
promiſſionem factam verbis generalibus, vt patet ibi:
*Vel promiſſionem reciperent, aut ex pacto, vel promiſſione
occulta, vel manifeſta, ſiue ſub verbis generalibus, &
plenè non expreſſis, &c.* declaratur per Nauarr. in eius
comment. in not. 11. numer. 22. non procedere in verbis
generalibus prolatis, pro habenda gratia, vel iuſtitia,
ero tibi gratus, & loco, & tempore opportuno referam
gratias, & non pœnitebit te huiuſmodi gratiam feciſſe,
& ſimilib. quia huiuſmodi obligatio antidoralis tacitè
160 † ineſt, l. ſed ſi lege §. conſuluit, ff. de pet. hæred. cum
aliis adductis ſupra, ſed habere locum in talibus ver-
bis generalibus, quibus prædicta obligatio antidoralis
aliter quàm ineſt cum aliquo ciuilis obligationis argu-
mento exprimitur, & huiuſmodi declaratio ab omnib.
recipitur, & ſeruatur: nam aliàs ſequeretur, quod om-
nes Cardinales, Prælati, & alij includerentur, cum
quotidie huiuſmodi verba proferunt pro obtinenda
161 gratia, vel iuſtitia. Vt ergo lex ſit poſſibilis, † ita erit
tenendum, c. erit autem lex diſt. D. Thom. 2. 2. q. 95. art.
162 3. & ne † ſequatur abſurdum, c. dudum de præb. lib. 6. l.
nam quod abſurdum, ff. de bon. liber.

Non obſtat argumentum in contrarium adductum,
quia iam ſatis patet reſponſum ex ſupradictis; quibus
163 accedat, quia receptum eſt, preces non inducere † ſi-
moniam in beneficialibus, cum non adeſt pactum, &
conditio tacita, vel expreſſa, c. quidquid inuiſibilis, c.
de ordinationib. 1. q. 1. c. dilectus filius de ſimon. Et ideo
164 ſub extrauag. Iulij 2. de ſimo. elect. Pap. non † includun-
tur preces, vt latè tenet, & comprobat. Gammar. in
eius repetit. num. 116. & num 135. vbi dicit, quod non eſt
æqua precum, verborum generalium, & munerum in
permouendis animis poteſtas, Arg. in l. non dubium, C.
165 de leg. munera enim † excæcant oculos ſapientum, &
mutant mentem iuſtorum, vt ſcribitur Deuteron. c. 15.
cap. qui rectè 11. q. 3. Iaſ. in d. l. non dubium in prin. Folle.
in prax. crimi. in princ. num. 63. Hinc dicimus.

Munera crede mihi placant hominesque Deoſque,
Placatur donis Iupiter ipſe Deus.

Hinc reſpondit Nauar. conſ. 29. tit. de ſimon. non eſſe
commiſſam confidentiam, ſi familiaris, vt Dominus
impetraret ſibi beneficium, vel mandaret expediri im-
petratum, dixit ſe cum omnibus, quæ habet & præfa-
tum beneficium eſſe paratum eius obſequio, & volunta-
ti, quia ſunt verba generalia iactantiæ, l. vltima, ff. de
teſtam. c. cum veniſſent, de inſtit.

Quartum, & vltimum caput huius §. eſt in beneficiis
iuris patronatus, & in beneficiis electiuis, vt in illis
committatur confidentia ſupradictis caſibus per patro-
num, & præſentatum, & eligentem, & electum, vt pa-
tet ibi: *Et, pariter ſi à patrono etiam laico, vel alteri
præſentatori, ſeu electori contigerit, aut contingat id fie-
ri.* Dictio enim † *Et* coniungit hunc caſum præcedenti-
bus l. ſi hæredi plures, ff. de condi. inſti. l. ſi quis ita ff. de
verb. oblig. l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. Bart. Iaſ. &
alij in l. 1. ff. de iuſt. & iur. l. ſi quis ducenta, §. verum, ff.
de reb. dub. Card. Pariſ. conſ. 17. num. 23. & conſ. 31. num.
167 131. vol 4. & aduerbium *Pariter*, † quod ſequitur, idem
operatur, cap. 1. de temp. ord. lib. 6. l. ſi pariter, ff. de li-
beral. cauſa l. 2. com. diuid. l. 1. pro dote l. 1. C. com. de
ſucceſſ. Arch. in c. 1. num. 1. de decim. Bar. in l. ſi fundus, §.
ſi duo ff de pignor. nam. *Pariter* eſt aduerbium congre-
gandi & vniendi, ac denotandi identitatem temporis,
rationis, & cauſæ, c. bonæ de elect. vbi Gl. & Doct. tra-
dunt Moder. coniunct. num. 87. vt id quod determinatur
ſupra habeat locum hic, Bar. in l. Seiæ, §. Caio num. 3. ff.
de fund. inſt. Anch. in Clem. pleriſque, colum. vlt. & ibi
Imol. col. 4. de elect. Alex. conſ. 101 numer. 8. lib. 1, Corn.
conſ. 129. in fine lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 38. num. 25. vol. 2.
Natt. conſ. 458. num. 10. Dec. conſ. 324. col. pen Cort. Iun.
in l. a. §. vlt. num. 27. ff. ſi cert. pet. & eiſdem modis com-
mittatur confidentia, iuxta ea quæ dicit Gl. in c. ſtatu-
tum, §. inſuper de reſcr. lib. 6. Glo. pragm. ſanct. ſuper tit.
de collat. §. inſuper. Soc. Sen. conſ. 53. num. 9. lib. 1. Roma.
conſ. 104. numer. 4. Alex. in l. ſæpe, ff. de verb. ſignif. latè
Ioan. Baptiſta Plo. in tract. de in lit. iur. § 6. num. 54. Pon-
deratur præterea dictio, *Id*, poſita in fine ibi: *Contingat
id fieri*, quæ eſt qualitatum † præcedentium repetitiua. 168
Grat. conſ. 21. num. 26. lib. 1. Bart. in l. ſi cui ſeruus, §. 1. ff. de
leg. Alex. conſ. 1. num. 3. lib. 4. Curt. iun. conſ. 58. & refer-
tur ad præcedentia, Soc. Sen. conſ. 150. col. pen. lib. 2. Ti-
raqu. de vtroque retr. tit. 1. §. 8. Gl. 7. ſub numer. 24. Quod
ſuadetur eò maximè, quia eadem ratio, quæ viget in
beneficiis collatiuis, de quibus ſupra dictum eſt, viget
in his iuris patronatus, & electiuis, vt infra probabo,
ideò meritò idem ius ſtatuitur, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à
Titio, ff. de verb. oblig. Et vt diſtinctè, & ordinatim
procedamus, ponemus de beneficiis iuris patronatus
quæ videntur neceſſariò explicanda, & poſtea de bene-
ficiis electiuis: diuiſio † enim reddit facilem explica- 169
tionem, Gl. in §. igitur in proœm. inſtit. Gl. in l. 1. ff. de
excep. dol. Cagnol. in l. ſi emancipati, nu. 3. C. de collat.
Rebuff. in l. 1. num. 54. C. de ſent. quæ pro eo, &c.

Loquendo igitur primò de beneficiis iuris patrona-
tus ſcire oportet triplex eſſe † ius patronatus, vt tradit 170
Card Zabar. in rub. de iur patr. & ſequuntur Abb. & alij.
Primum ius patronatus libertorum, quod prouenit † ex 171
manumiſſione, c. liberti, & c. ſeq. 12. q. 2. & habetur in
tot. tit. ff. & C. de iur. patr. Secundum ius patron. aduo-
catorum, qui dicuntur † patroni cauſarum, c. 2. 15. q. 2. 172
c. ex literis, de tranſact. cap. vlt. ne cler. vel Monach. l.
tem non nouam, §. patroni, C. de iud. l. aduocati, C. de
aduoc. diu. iud. Tertium ius patronatus Eccleſiarum, &
beneficiorum, de quo nos loquimur, quod ſumitur pro
iure competenti in Eccleſiis, quoad præſentationem re-
ctoris, & beneficiati, † vt tradit Hoſt. in ſum tit. de iur. 173
patr. & in rubr. illius tit. omnes. Goffre. in Summ. Innoc.
Calder. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. & alij omnes in d.
rub. latè Lambert. de iur. pat. lib. 1. in 1. q. 1. partis princi-
palis, Pau. de Cittad. in eo. tract. in princ. ac Roch. de
Curt. etiam col. 2. Patronus igitur eſt, qui † conſtruxit, 174
fundauit, & dotauit Eccleſiam, Capellas, vel Altare,
aut alium pium locum, vt habetur cauſ. 16. qu. 7. cum
aliis vt per Lãbert. de iur. patr. in 2. art. 1. q. princ. 1. par. 1.
libri. col. 2. nam ſicut pater ducit filium de non eſſe ad
eſſe, ita patronus ducit Eccleſiam de non eſſe ad eſſe,
Innoc. Card. Ioan. Andr. & omnes in rubr. de iur. patr.
Paul. de Citad. in tracta. de iur. patr. in 2. & 3. par. in 2.
quæſt. Stephan de Caietan. in c. vlt. in 16. col. de elect. &
ita communiter & frequenter appellatur: in aliquibus
autem regionibus appellatur aduocatia, cap quia cleri-
ci, & c. cum autem de iure patro. Quandoque Vicedo-
minatus, Cuſtodia, Guardia, cap. præterea, cl. 2. de iur.
patro. Quandoque ius frequentationis, & poſſeſſionis,
c. piæ mentis, & cap. Frigentius 16. q. 7. Archidiacon. in
cap. 1. de iur. patron. lib. 6. Card. Zabarel. Petr. de Ancha-
ran. Abb. in d. c. præterea, Hoſt. in ſum. d. tit. in fin. §. quid
ſit ius patronatus. Quandoque gratia, gloſſ. in d. cap. 8.
quia clerici de iur. patr. cap. ſi quis Epiſcoporum 16. q. 3.
Et ex gratia ius patronatus † fuit conceſſum, vt ſcilicet 175
patroni poſſint præſentare cap. 3. de iure patro. ibi: *hu-
iuſque Eccleſia ſuſtinuit*, d. c. ſi quis Epiſcoporum, cum
ſit annexum ſpiritualitati, c. de iure, de iur. patr. quia
laici non poſſunt ſe † intromittere, c. decernimus, de 176
iud. c. Meſſana, de elect. Et ratio eſt, vt conſiderant Hoſt.
in ſum. titu. de iur. patr. Abb. in cap. ad Apoſtolicam de
ſimon. & in d. c. 3. de iur. patr. Roch. de Curt. in tractat.
iuris patronatus in princ. Paul. de Citrad. in eod. tract. in
4. parte, vt incitentur homines ad ædificandas, & do-
tandas Eccleſias, & vt pro remuneratione habeant hu-
iuſmodi ius præſentandi.

Et aliqui dicuntur † patroni Eccleſiaſtici, aliqui ve- 177
rò laici, cap. vnico de iur. patr. lib. 6. Abba. per illum
tex. in cap. cum autem. eod. titu. idem Abba. in cap.
eam te, & in cap. cum propter, & cap. poſtoralis, & c.
cum dilectum, eod. titu. Patroni laici dicuntur laici,
vel clerici fundantes de bonis patrimonialibus propriis
non prouenientibus ab Eccleſia, Gl. in ver. præſenta-

Digitized by Google

se, in clem. plures de iur. patr. Abba. in cap. illud de
de iur. patro. idem Abb. & alij in ca. de monachis de
præbend. Fel. in tract. quando literæ Apo. noc. patr.
col. 4. Patroni Ecclesiastici sunt Clericus, Ecclesia,
Monasterium, Abbas, Episcopus, Cardinalis, habentes
illud ratione, & nomine Ecclesiæ eorum, vt quia fuit
fundatum de bonis ipsius Ecclesiæ, fuit ei relictum, vt
probant Doct. proxime allegati, & Rot. decis. 8. de iur.
patr. in ant. late Roch. de Curt. in verbo, ius. in suo
tract. Lamberr. in 5. 6. 7. & 8. art. 1. quæst. princ. 1. par.
178 s. lib. col. 2. & præsumitur † esse laicorum, quoties laici
possident, vt fuit resolutum in Rot. die 13. Ianuarij
1548. in vna Placentin. Capel. coram Cardi. Sanctæ
Crucis, teste Put. decis. 90. lib. 3.

179 Et huiusmodi ius patronatus Laicale, † vel Eccle-
siasticum acquiritur ex fundatione constructione, & do-
tatione, c. filius, c. quicunque 16. q. 7. c. Abbatem 18.
quæst. 1. c. 3. & c. nobis de iur. patro. vnde ponitur
versus, *Patronum faciunt dos, ædificatio fundus.* Glo.
in c. piæ mentis 16. quæst. 7. Inno. in rub. de iure patr.
in ver. acquiritur, & ibi Card. in 2. quæst. Anch. Abb.
Imol. & alij omnes Archidiacon. in capi. vnico eodem
titu. in 6. Abba. in capitul. querelam in 3. colum. de
electis. & consilio 54. libro. & consi. 106 libro 2. Anan.
consilio 24. Alexand. consilio 74. lib. 4. & pluribus ra-
tionibus, & exemplis, ac quæstionibus hoc declarat
Lamberr. de iure patron. in 2. art. 2. quæst. prin. 1. par.
1. li. ac in 3. seq. & 4. Pau. de Cittad. in eod. tract. in 3.
par. in prin. late Card. Paris. cons. 35. vol. 4. & cons. 47.
eod vol. 4. Io. Selu. de benef. par. 1. q. 5. n. 229. cum seq. &
p. 2. q. 22. Cnsal. de benef. p. 4. c. 6. n. 2. & 3. Caputaq. de-
cis. 133. pa. 2. & alij omnes, & de fundatione latè loqui-
tur Pau. de Cittad. in d. 3 par. a nu. 2. vsque ad nu. 95. De
dotatione latè loquitur idem in eadem 3. par. in 2. causa
à nu. 1. vsque ad 78. De constructione loquitur idem in
trad. 3. par. in 4. causa à n. 1. vsque ad 7. Acquiritur vlte-
rius priuilegio, ca. quicunque c. piæ mentis, & cap. se-
quen. c. filius 16. q. 7. cum alijs multis, quæ adducit Paul.
de Cittad. d. 3 par. in 2. causa numer. 2. & 3. cum pluri-
bus sequentib.

Et huiusmodi præsentatio, quæ competit patronis,
180 † est exhibitio quædam facta superiori de clerico, Ab-
ba. in cap. noscitur, in 2. not. de his quæ fiunt à præ-
lat. sine cons. cap. Gloss. in clement. dudum, in verbo
præsentari de sepultu. Idem Abba. in cap. parati, col.
1. de appellat.

His igitur præmissis ad intelligentiam huius mate-
riæ, Quæro an hoc, quod hic dicitur de confidentia
commissa inter Patronum, & præsentatum, sit confor-
me iuri communi, vt secundum illud sit simonia? Pro
negatiua adducitur, quia non videtur, quòd in iure pa-
tronatus possit committi simonia, si inspiciamus natu-
18 ram, & qualitatem talis iuris, nam potest dari in † feu-
182 dum c. cum feudum de iur. patr. † potest vendi, & alie-
nari, cap. de iure, de iure patron. potest permutari, c.
183 nemini Regum 16. quæst. 7. Glo. in c. piæ † mentis, 163.
184 q. 7. potest donari, c. quod ante de iur. patro. etiam si-
ne consensu Episcopi, quoties † donatio fit compatro-
no, Abb. in c. ex insinuatione num. 4. de iur. patro. &
annuit Rot. in vna Salentin. San. Andreæ 1. Iulij 1551.
coram Guidobon. teste Caputaq. deci. 131. pat. 2. &
185 transit † in donatione omnium bonorum Abb. in c. ex
literis de iure patr. Dec. cons. 177 fuit resolutum in Rot.
in vna Aretin. Capellaniæ 14. Decembris 1545. coram
Antonio August. teste Put. decis. 351. li. 2. acquiritur præ-
scriptione. Pau. de Citt. in tract. iuris. patr. in 3. par in
5. causa, Ioann. Andr. in c. quod aliqui, de reg. iur. in 6.
Dec. in c quanto, de iud. Fel. in c. causam de præsct. Abb.
cons. 76. li. 2. Dec cons. 124. 126. & 149. & competit etiam
laicis, vt supra dictum est. Vnde cum ius patronatus tot
modis sit contractabile, & si in eo cadant tot species
186 contractus, & cõpetat laicis, concludendum est non pos-
se committi simoniam, quæ in rebus spiritualibus, †
& quæ contractari, ac vendi non possunt perpetratur,
S. Thom. 2. 2. q. 100. ad 4. no. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambit.

His tamen non obstantibus contraria opinio est ve-
rior, & communiter per Doct. recepta † in iure patro-
natus committi posse simoniam, vt scribit Abb. in c. ve- 187
niens el 3. nu. 1. & 2. not. de testibus, vbi notat, quòd
non solùm simonia committitur cum pro temporali
obtinetur ius merè spirituale, vt est institutio, & ele-
ctio, sed etiam cùm obtinetur ius annexum spiritualib.
vt est præsentatio Doct. per illum tex. in c. præterea, de
transact. Roma. cons. 368. Fel. & Dec post alios in d. c.
veniens Idem Fel. in c. quanto de simo. Abb. in sua dis-
putat. quæ incipit Augerius col. 6. Redoan. de simon.
par. 3. c. 13. num. 21. vers. nec est dubium & pluribus au-
ctoritatibus, & rationibus, hæc comprobat Roch. de
Curt. in tract. iuris patron. in verbo, & vtile. numer. 9.
& 10. cum seq. & hæc est communis omnium Doct. sen-
tentia, nam † simonia committitur, non solùm in spi- 188
ritualibus, sed etiam in annexis spiritualibus, c. ex insi-
nuatione c. de iure, iur. patr. c. quæsitum de rer. per-
mut. Abb. in cap. 1. in 1. not. de transf. Abb. & alij om-
nes in c. quanto de iud. vbi dant rationem. Doctores, in
c. hoc de simon. Ioann. Anan. in c. 2. in pen. not. de si-
mon. Glo. in c. quia clerici de iur. patr. & contraria
tolluntur ex his, quæ habentur in d. c. 3. de iur. patr.
scilicet ex gratia concedi laicis, & ea eadem contracta-
ri, vt homines incitentur ad construendas Ecclesias, vt
supra dixi.

Nunc autem prædictis iactis fundamentis colligam
conclusionem, & exempla, quibus Patroni, & Præsen-
tati committunt confidentiam iuxta mentem Constitu-
tionis Pij V. in hoc §. itidem. Prima conclusio com-
mitti confidentiam, si patronus, aut alter præsentans † 189
aliquem ad beneficium vacans, conditione tacita vel
expressa dimittendi, vel resignandi illud beneficium
pro arbitrio ipsius patroni, aut alterius cuiuscunque, vt
colligitur ex verbis positis in prin. huius §. Idem si or-
dinarius: quæ verba censentur repetita, & continuata,
vt patet ex dictione, *Et*, & aduerbio, *pariter*, & pro-
nomine *id*, vt supra comprobaui latè, & ita volunt Na-
uarr. in Manua. c. 23. sub numer. 110. ver. noto septimo,
Maiol. de irreg. li. 5. c. 45. sub. num. 5. Mascard. de pro-
bat. conclu. 1306. colum. antepe. & penu. Nauarr. cons.
24. de simon. Et hæc conclusio habet conformitatem
cum iure communi, quo iudicatur simoniaca promissio,
vel datio pro habenda præsentatione beneficij, Roch.
de Cur. de iur. pat. in verbo, & vtile, in 3. quæstione
num. 9. cum seq. Redoan. de simon. par. 3. c. 14. num. 1.
Abb. Fel. & alij omnes, in c. veniens, de testibus, Abb.
& alij in c. quanto de iud. Præsentatio † enim est præ- 190
paramentum institutionis, & sic iuris spiritualis, &
ideo reputatur originaliter dependere à iure spirituali
merò, Fel. in d. c. quanto; & esse ius † annexum spiri- 191
tuali, Abb. in cap. præterea el 3. 1. not. de transf. Archid.
in c. piæ mentis 16. quæst. 7. Feder. de Sen. cons. 65.
Abb. cons. 76. li. 2. Bald. cons. 1. lib. 3. Dec. cons. 137. &
communiter alij in d. c. quanto de iud. & omnis pactio
in spiritualib. & annexis reprobatur tanquam simonia-
ca, Abb. communiter receptus in c. ex insinuatione, &
c. de iure, de iur. patr.

Primò intellige hanc conclusionem procedere etiam
in his præsentationibus, quæ emanauerunt hac condi-
tione ante publicationem huius Constitutionis, quia
dicit, Ante hac, c. Capellanus, & ibi Abb. in 2. not. de
feriis c. ex tua de fil. presbyt. & plura adduxi ad hoc
propositum supra. Et quia dicit, *contigerit, aut contin-
gat id fieri*, & sit præteritum, & futurum tempus inclu-
ditur, Corn. cons. 161. lib. 4. Alex. cons. 74. li. 5. & nullum
cadit dubium, cum verba sint expressa l. continuus §.
cum ita, ff. de verb. oblig.

Secundò intellige hanc conclusionem vendicare si-
bi locum, etiamsi Patroni fuerint laici, vt dicitur ex-
pressè in tex. ibi, *si à Patrono etiam laico*, & sic com-
prehenditur, non solùm Ecclesiasticos, sed etiam lai-
cus, & ratio est, quia eadem ratio viget in vtroque ne
tam graue scelus perpetretur. Abb. in cap. si quis simo-
niacæ, de simon. Innoc in c. quoties, eo tit. Et recep-

tum est in prohibitis ratione publicæ vtilitatis & ratione peccati omnes comprehendi, & Ecclesiasticos, & laicos, Doctor. in cap. nouit, de iud. Amplia etiam si sint constituti in quacunque dignitate, vt dixi supra.

Tertiò, intellige, vt sub hac conclusione comprehendantur habētes ius præsentandi, quamtuuis non sint patroni, & sic non dotauerint Ecclesiam, construxerint,
192 & fundauerint, vt quia id ius præsentandi habent † ex priuilegio, c. Adrianus. & c. in synodo dist. 63. Paul. de Cittad. de iur. patr. in 3. par. caus. 6. vt si isti præsentent cum dicta conditione committant confidentiam: Vel quia habent ius præsentandi, cum vacauerit illud, vel aliud beneficium, ex mandato speciali dato ad hoc a patronis, vt multoties solet fieri, si isti procuratores præsentent, cum ista conditione committant confidentiam, quamuis non sint patroni, vt colligitur ex illis verbis, vel alteri præsentatori, & hoc casu viget eadem ratio, ideò idem ius merito statuitur, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. a Titio, ff. de verb. oblig. & necessarium fuit huiusmodi verba ponere ad includendum omnes casus, & tollendas omnes, & singulas fraudes, vt sit confidentia non solùm, si ita paciscatur per patronum, sed etiam per quemcunque alium præsentatorem habentem huiusmodi facultatem.

Et quod firmauimus de procuratore habente facultatem præsentandi, vt si præsentet cum dicta conditione dimittendi beneficium illud pro arbitrio ipsius, vel patroni, aut alterius sit confidentia aduertendum, quòd tali ca. si patronus nō hoc dedit in mādatis, & hic ignorat, non incidit in pœnas aduersus confidentiarios infli-
193 ctas per hanc constitutionem: & moueor † quia procurator non obligat dominum ad aliquod illicitum, vel ad pœnam l. si procurator, ff. de cond. indeb. vbi Bar. & alij omnes Abb. in c. 1. vt lit. non contest. col. 9 & ibi latè Fel. num. 8. Gl. in c. dilecto, de præb. & ibi Imol. Bal. in l. 1. per illum tex. C. de cond. ob turp. caus. Roma cons. 60 Anchar. cons. 360. Lap. alleg. 127. col. 4. Gemi. in c. eum qui, circa finem, de præb. lib. 6. Card. Paris. cons. 100. num. 7. vol. 3. Imol. in c. sedes, col. 4. de rescri. & col. 5. & in terminis nostris videtur doctrina Abb. in c. bonæ, 2. col. 4. de postul. præl. Dominum non teneri de pactis simoniacis gestis per procuratorem & plures illationes, & comprobationes ad hanc conclusionem habes ex Felin. dicto c. 1. tota col. 6. & 7. vt lit non contest.

Declara tamen primò non procedere, si apparet Dominum id mandasse, nam hoc † casu ipse committeret
194 confidentiam, Doct. communiter in l. non solum §. mandato, ff. de iniur. Bald. in l. eum mandari, C. mandat. Cæpoll. cons. 30. Boss. in prax. tit. de manda. ad homic. Plaz. lib. 1. delict. cap. 15. Ang. de malef. in verb. & Sempronium mandatorem, latè Clar. lib. 5. recep. sent. §. vlt. q. 89. & hoc nullum habet dubium, nam communiter
195 DD. concordant. Et quia mandatum † regulariter non præsumitur, Bal. in l. 1. de reb. Eccles. non alien. Rebuff. in tract. nominat. q. 113. num. 118. Doct. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. Mascard. de probat. concl. 104. num. 8. & maximè ad patrandum delictum, Gl. in c. cum ad sedem, de restit. spol. Bal. cons. 383. col. vlt lit. 5. Anan. cons. 59.
196 Franc. de March. q. 423. num. 12. par. 2. Ideò esset † probandum, vel per instrumentum procuratorium, Specu. in tit. de procurat. §. 4. Bar. & alij in l. 1. C. eo. tit. de procur.
197 Boer. decis. 242. Anch. cons. 41. vel † per literas ipsius mandantis. Innoc. in c. inter dilectos, de fide instr. Boer. decis. 154. num. 5. Franc. de March. decis. 111. numer. 4. p. 1. Bald. in l. 1. C. de procur. aut eius confessione, Roman. cons. 63. Fel. in cap. cum in iure, numer. 14. de off. deleg. decis. Tholos. 366. in fine, aut per testes. Gl. in l. maritus, & ibi Bar. Bal. Sali. Fulg. C. de procurat. Bart. & alij in l. non solum §. alieno ff. eo. tit. Ang. cons. 192. col. 1. de communi, Ias. in l. 1. C. de procu. Boer. decis. 281. Et si fuerit
198 probatum fuisse datum † mandatum præsumitur durare, l. si vero non remunerandi, §. si mandauero, ff. mand. l. vnica §. 1. C. de satisdat. l. si procurator, §. vlt. ff. de procura. reuocatio enim, quæ est voluntatis mutatio non præsumitur Corn. cons. 155. nume. 3. lib. 2. Dec. cons. 190. num. 6. & 8. Rot. decis. 3. in princ. de do. & contu. latè Mascard. de prob. concl. 1013. col. 1. 2. & 3.

Declara secundò non procedere, si ex post facto tacitè, vel expressè ratum habuisset, quod fecit procurator illicitè, nam tunc obligatur ad pœnam ex facto procuratoris, Lap. alleg. 127. Gem. in c. eum qui, de sent. excom. lib. 6. Mil. in ver. procurator, cum aliis adductis per Fel. in c. 1. num. 12. vt lit non contest. & est communis opinio Doctorum.

Declara tertiò non procedere, quoties procurator illud pactum fecisset præsente domino, nam tunc do-
minum † obligari ad pœnam, scribunt Guliel. de Zuz. 199
in l. licet, C. de procur. Rom. cons. 289. cum aliis vt per Felin. d. c. 1. num. 23.

Quartò intellige procedere, quomodocūque vacet beneficium, siue per renunciationem siue per mortem, aut alias, quia hoc suadent verba generalia posita hic, Bald. in l. in fraudem, ff. de milit. test. & rationes adduxi supra.

Quintò intellige procedere in quocūque præsentato tam priuato, quam etiam constituto in dignitate, cum dignitas non excuset à delicto, imo aggrauet, vt supra deduxi.

Sextò intellige, siue huiusmodi conditio fuerit, vt dimittatur simpliciter beneficium ad arbitrium ipsius coram ordinario, aut alio; siue resignetur in fauorem, aut aliàs, quia ita probat illud verbum generale positum in hoc §. *disponatur* §. disponat. auth. de nuptiis, Card Paris. cons. 33. num. 57. & 62. volum. 3. & omnibus casibus supradictis viget eadem ratio, vt rursus præsentent ipsi patroni personam magis dilectam ratione sanguinis, vel amicitiæ, quam tunc forsan præsentare non
poterant ob ætatem, aut aliquam † irregularitatem, 200
Roch. de Curt. de iur. patr. ver. honorificum q. 3. Cou. ca. 36. pract. q. num. 9. cum aliis, quæ adduxi de resig. benef. lib. 2. q. 4. col. 2. & 3.

Septimò siue huiusmodi conditio tacita, vel expressa fuerit, quòd præsentatus disponet de illo beneficio ad arbitrium ipsius patroni, siue alterius, vt probant illa verba, pro arbitrio, &c. vel alterius, eadem viget ratio vtroque casu, ergo idem ius l. illud ff. ad l. Aquil. & vt tollatur omnis materia fraudandi.

Declara dictas conclusiones procedere præcedente conditione tacita, vel expressa, vt dicitur ibi: *ea conditione tacita vel expressa*, quæ verba supra declarauimus, & tradidimus rationem, quæ militat etiam hoc casu. Ideo, &c.

Secunda conclusio committi confidentiam, si Patronus Ecclesiasticus, & laicus, aut alter præsentans aliquem ad beneficium quocumque modo vacans conditione tacita, vel expressa, vt fructus, vel pars ad vtilitatem, & libitum ipsius, aut alterius relinquantur, ac remittantur, vt probatur ex verbis positis in vers. *siue vt de*, in hoc §. itidem, si quæ verba censentur repetita, & continuata in præsentatore, & præsentato vt colligitur ex dictione, Et, & aduerbio *pariter*, & pronomine, *id*, vt supra comprobaui latè, & hanc conclusionem firmat Nauarr. in Man. cap. 23. sub numer. 110. vers. nono septimò, Maiol. de irreg. lib. 5. c. 45. sub num. 5. Mascard. de proba. conclus. 1305. numer. 25. cum sequen. Nauarr. cons. 10. & 24. de simo. Et viget hoc casu eadem ratio in præsentante, quæ viget in conferente, cum ex præsentatione habeatur aliquale ius, & sit principium institutionis, & sic præparamentum ad habendum beneficium, c. quod autem, in ver. incboatum de iur. patr. ergo idem ius statuendum est.

Et hæc conclusio est etiam conformis iuri communi, nam præsentatio, quatenus est annexa spiritualitati, est ius spirituale, Abb. in c. quanto col. 1. de iudi. latè Lamb. in 2. art. 1. q. princ. 1. p. lib. 2. & ideo pro ea promittere fructus est confidentia iuxta ea, quæ dicunt Abb. & Felin. in cap. veniens primo de testibus, plures adducit Redoan. de sim. p. 3. cap. 13. col. vlt. nume. 15. cum sequen. & eadem par. c. 14. col. 1. & 2. & est communis opinio

Doct. fructus enim debentur dumtaxat beneficiato, & promittere eorum solutionem alteri pro collatione est simonia, DD. in c. primo, vt Ecclesiæ benef. Redoan. de simon. cap. 8. num. 7. & 8. & alij omnes. Et hoc expressè statuit sacrum Concil. Triden. cap. 9. sess. 25. de reform. in §. patroni autem beneficiorum cuiuscumque ordinis, & dignitatis, etiam si Communitates, Vniuersitates, Collegia quæcumque clericorum, vel laicorum existant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcumque beneficiorum etiam si vere de iure patronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, nullatenus nullave causa, vel occasione se ingerant, sed illos liberè Rectori, vel Beneficiato non obstante etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant. Nec dictum ius patronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra canonicas sanctiones transferre præsumant, si secus fecerint excommunicationis, & interdicti pœnis subijciantur, & dicto iure patronatus ipso iure priuati sint.

Patronus autem potest ex fructibus dumtaxat habe-
201 re alimenta, quotiès vergit † ad extremam inopiam. Gl. in c. cuicumque. §. vlt. 25. q. 2. Bertach. de Episc. 3. lib. in 2. p. in fine q. 27. Paul. de Cittad. de iur. patr. io 6. par. 1. quæst. in 4. art. Roc. de Curt. in eo. tract. in verbo, & vtile, latè Lambert in 3. lib. 3. qu. princ. art. 2. col. 2. & art. seq. 3. & 4. ad exemplum Patroni ex bonis liberti, l. si quis a liberis §. parentes, ff. de agn. liber. ergo prohibita conditio tacita, vel expressa de fructibus in præsentatione.

Et hanc conclusionem primò intellige, siue conditio fuerit de omnib. fructib. siue de parte, vt probant illa verba *fructus illius, vel partem*, nam vtroque casu viget eadem ratio, & committitur simonia, Glo. in §. qui gallioarum verbo qui lucrandi animo, Inst. de rer. diuis. Clar. §. futurum, vers. pariter, & hoc nullum habet dubium cum exprimatur, & seruetur in praxi.

Secundò intellige, siue præsentans percipiat huiusmodi fructus de manu præsentantis aut alterius, siue auctoritate propria, vt illud verbum relinquat ostendit, quia in omnibus casibus eadem viget ratio, cum inspiciatur origo, quæ fuit mala l. 3. C. ad Maced.

Tertiò intellige hanc conclusionem procedere siue fructus illi cedant ad vtilitatem ipsius præsentantis, siue ad vtilitatem alterius, domini, consanguinei, amici, & familiaris, aut cuiuscumque, vt probant illa verba, aut alterius, nam viget eadem ratio.

Quartò intellige, siue præsentans percipiat huiusmodi fructus per se, siue per alium, vt exprimitur, & est ratio, quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur.

Quintò intellige etiam in præsentatione quæ ita emanauit ante bullam, vt probatur ex verbo contigerit, & dixi supra, & comprobaui.

Declara tamen has conclusiones procedere conditione tacita, vel expressa præcedente, vt supra amplè dictum est.

Tertia conclusio, committi confidentiam, si patro-
202 nus, aut alter præsentauerit aliquem ad beneficium † vacans ea conditione tacita, vel expressa, vt presentatus persoluat pensionem ei, aut alteri, &c. vt probatur in eodem §. itidem, in vers. seu, qui vers. videtur & de hia beneficiis loqui, vt ostendunt, dictio. *Et*, & aduerbium *pariter*, & pronomen *id*, vt supra latè probaui, nam materia est talis continuata, & connexa, & eadem ratio quæ viget in d. vers. Seu, viget, in hoc vers. & pariter si a patrono, vnde idem ius debet statui & hæc conclusio videtur de mente Maiol. de irreg. lib 5. ca. 45. sub num. 5. Masca. de prob. concl. 1306. col. pe. Nauarr. cons. 24. de simon.

Et hæc conclusio est etiam conformis iuri communi, nam cum pensio non possit reseruari nisi à Papa vt supra ex communi deduxi, ergo sequitur, quod omne pactum. seu conditio de soluenda pensione absque beneplacito Sedis Apostol. est simoniaca, Gig. de pens. q. 34. Redoan de sim. p. 3. ca. 11. col. 5. & 3. & communiter alij, vt supra dixi. Et si est simonia, vt supra proximè probaui soluere fructus pro præsentatione, ita, & solutio pensionis, quæ quando non adest auctoritas Papæ dicitur solutio fructus nam soluitur ex fructibus, vt dixi de resignatione benef. lib. 6.

Sequitur igitur omnem conditionem de soluenda pensione absque auctoritate Papæ inter patronum præsentantem. & præsentatum esse confidentialem, vt verba, & ratio huius constitutionis expressè, & in indiuiduo, ac punctualiter probant.

Et hanc conclusionem primò intellige, siue pensio fuerit in magna quantitate, siue alias.

Primò quia Constitutio hæc loquitur generaliter, ergo generaliter est intelligenda, l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præstandi.

Secundo, quia eadem viget ratio, nam vtroque casu origo est illicita, Gloss. Abb. & alij in c. cum pridem de pact.

Tertiò, quia qua ratione promissio omnium fructuum, vel partis pro præsentatione est confidentia, vt supra dictum est, ita & promissio pensionis magnæ quantitatis, vel aliàs est confidentia, quia adest eadem ratio.

Secundò intellige, siue huiusmodi pensio sit soluenda patrono præsentanti, siue alijs, nam vtroque casu committitur confidentia, vt dicitur ibi, seu pensionem illi vel illis, &c. & vtroque casu viget ead. ratio.

Tertiò intellige siue iusserit, & significauerit soluendam hanc pensionem Patronus præsentans, siue alius vt procurator, consanguineus familiaris, & amicos, & verba posita in dicto vers. seu pensionem, probant expressè, & viget eadem ratio.

Quartò intellige siue præsentatus soluerit illam pensionem per se, siue per alium, vel præsentans illam receperit per se, vel per alium, nam omnibus his casibus committitur confidentia, vt probant illa verba per se, vel per alium &c. & est ratio, quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur.

Quintò intellige hanc conclusionem procedere siue intercesserit scriptura, vel verba, vt dicitur ibi, scripto, aut verbo, & diximus supra eandem esse rationem de pluribus.

Sextò intellige, siue conditio fuerit expressa, siue tacita inter præsentatum, & præsentantem, nam vtroque casu committitur confidentia vt probatur illis verbis, ex conditione tacita, vel expressa, & supra tradidimus rationem.

Limita primò has conclusiones procedere, dummodo præcedat huiusmodi conditio tacita vel expressa, vt supra latè deduxi: nam cum hoc præsupposito loquitur præsens constitutio. Ideò in primis erit verificandum, Doct. in l. quicumque, C. de seru. fugi.

Limita secundò non procedere has conclusiones quoties fuisset pensio reseruata auctoritate Papæ, nam tunc nulla committeretur confidentia cum Papæ scientia tollat omne vitium, Cassad. decis. 5. de const. & decis. 2. de sim. & latè comprobaui de resig. benef. lib. 6. & in his terminis loquuntur Maiol. & Mascard. locis citatis.

Limita tertiò non procedere, quoties conditio fuisset iuxta ius commune in casu quando vergeret ad extremam inopiam, ex his, quæ dicit Fel. in c. ad audientiam 2. de rescript. & quam quantitatem tali casu posset habere Patronatus, quando dicatur vergere ad extremam inopiam, & similia pertinentia ad hanc materiam ponit Lamber. de iure patr. in 3. q. princ. 3. lib. per omnes art.

Dubium est, quid si aliquis rogauit eniaè patronum, vt illum præsentaret generaliter promittendo futurum gratum, &c. an committatur confidentia? vera sententia est negatiua, quam supra firmaui in 3. c. ex his, quæ scribit Nauarr. in comment. de dat. & promiss. pro gratia, vel iust. in 12. nor. num. 22. & videtur firmare Gam. in extrau. Iulij 2. num. 116. dum scribit preces non esse simon. & non includi sub illa extrauag. c. quicquid inuisibilis 1. q. 1.

Quid autem si quis petit à Patrono præsentationem

ad

ad dignitatem vacantem, & pertinentem ad eius præ-
sentationem offerendo se relicturum vnum beneficium
203 simplex? respondit Nauarr.consil.23. de simon. † esse si-
moniam, quia adest pactum, & vide rationes, quia pos-
sunt applicari ad plures casus.

Et quid si patroni præsentant Capellanum ad Eccle-
siam parochialem cum duabus conditionibus, Prima
204 quòd † teneatur salicare porticum, Secunda quod te-
neatur habere duos Cappellanos, scilicet Titium &
Mæuium, inter quos vnus erat filius patroni, Rot. in
vna Bononien. resoluit esse simoniam, quia espressio
erat facta alio modo quàm inesset de iure, teste Achil.
de Grass.decis.343.impressa, Dec.in c.significasti nu. 17.
de elect. & cons.118.col. vlt. Et non ab re erit hac sum-
pta occasione, aliqua ponere de probatione beneficio-
rum iuris patronatus, cùm frequenter de hoc dubite-
tur, & plures sint lites, ac dubia, & sæpe sæpius con-
tingat de hoc vnumquemque interrogari. In primis igi-
tur suppono probationem iuris patronatus secundum
205 plures censeri † difficilem, Arch. in c. vnico de iur.pa-
tronat.lib.6.Paul.de Cittad.in tract.iuris patr.p.6. q.17.
num.27.Bursat.cons.324.num.1. vol.4. quamuis quando-
que possit probari plenè, & concludenter, scilicet per
fundationem, constructionem, dotationem, & similia,
vt latè per Lambert.de iur. patr. 2. par. 2. lib. 4. quæst.
princ.art.4.& lib.1.quæst.2.per totum.

Et receptum est de iure communi ius patronatus pro-
206 bari † probatione præsumptiua, Bald. in Authen. quas
actiones, ad finem, C.de sacrosanct.Eccles.cum aliis vt
per Mascar.d.concl.916.num.2.

Et ideò de iure communi probatur, Primò † anti-
207 quissima possessione, quæ loco tituli habetur, Bald. in
l.cum semper, C.de rei vend.Dec.cons.126.num.3. Cas-
sad decis.7.num.4.de iur.patr.Rol.à Vall.latè cons.3.lib.
2.Cæphal.cons.26.num.28.vol.1.Cot.decis.330 Ber.cons.
6.vol.1.Menoch.cons.30.nu.14 & 25.vol.1.latissimè Io-
seph.Ludou.conclus.42. Secundò, probatur fama, Dec.
cons.126.num.3.Barbat.cons.41.in princ. lib. 1. & com-
muniter alij, vt per Mascard. conclus. 956. numer.19.
quoties sumus in antiq.Put.decis.141.libr.2. Crau. cons.
208 222.num.2. Tertiò scripturis, † instrumentis antiquis,
in quibus fit mentio de iure patronatus, Crauett. cons.
222.num.2. & cons.228.num.17.Burs.cons.324. numer.9.
volum.4.Card.Alban cons.6.num. 21. & cons.84. num.
5. Quartò literis antiquis in lapide, vel marmore inci-
sis, Bald.cons.310.libr.5 & cons.445.libr.4. Mascard.in
rubr.de probat.numer.111.Imol.cons.60. Dec.cons.135.
Quintò præsentatione effectuata, scilicet sequuta insti-
209 tutione, cum in beneficialib. attendatur † vltimus sta-
tus Abb.cons.54.lib.1.Oldrad.cons.312.in fine,Feder.de
Sen.quæst.334.in 2.dubio Corn.cons.47.li.3. Cald.cons.
2.de iur.patr.Put d.190.li.10.& 93.li.2.& d.242. eod.li.
Cot.decis.184.in manuscr.Dec.cons.117. col. 2. & cons.
124. in princ. & 126. numer. 3. Sextò probatur verbis
210 enunciatiuis Episcopi † asserentis adesse ius patronatus
Card.Paris.cons.33.num.7. volum.1. & cons.15. num.27.
& cons.17.num.14.volum.4.Crauet. cons.157.num.3. &
16. & plures refert Couar. lib.pract. qq.c.36. nu.2. & fa-
ciunt quæ scribit Caputaq decis.133.p.2.ac aliis modis,
vt colligitur per Doct. supra citatos, & præcipuè per
Lambe. Mascard. & alios recentiores.

Hodie autē probatio iuris patronatus debet esse se-
cundum formam traditam per sacrum Conci. Trid.cap.
9.incip.sicuti legitima, sess. 25. de reform. nam hoc est
ius nouissimum, & per illud derogatur aliis iuribus, &
ita ab omnibus est vsu receptum, & seruatur in praxi.
Et ratio finalis Concilij colligitur ex principio, Sicuti
legitima patronorum iura tollere piasque fidelium vo-
luntates in eorum institutione violare æquum non est,
sic etiam, vt hoc colore beneficia Ecclesiastica in ser-
uitutem, quòd à multis imprudenter fit redigantur, non
est permittendum.

Ex illo, ad maiorem declarationem præsentis mate-
riæ elicio duo capita, Quorum primum erit in iure pa-
tronatus priuatorum. Secundum verò in iure patrona-
tus Dominorum, Ciuitatum, Castrorum, & Oppido-
rum, & Vniuersitatum.

Deuenio ad primum caput circa probationem iuris
patronatus personæ priuatæ, & prima erit conclusio,
titulum † iuris patronatus, primò modo esse proban- 211
dum ex fundatione, vel dotatione, vt patet ibi: *Vt
igitur debita in omnibus ratio obseruetur, decernit San-
cta Synod. vt titulus iuris patronatus sit ex fundatione,
vel dotatione*, &c. nam ex fundatione, & dotatione ac-
quiritur ius patronatus, cap.filius 16.quæstio.7. cap.3.de
iure patr.Glo. in cap. piæ mentis, 16. quæst.7. Innoc. in
rubr.de iure patr.in vers.acquiritur,Abb.cons.54. lib.1.
Anan. cons. 24. DD. omnes in c.nobis de iure patr.latè
Lambert.in tract.iuris patr. lib. 1. p. 1. quæst.2. & lib.2.
par.2.quæst.10.art.5. & alij omnes supra allegati; Ergo
efficaci ratione statuit, Conc.vt probetur titulus ex fun-
datione vel dotatione, & sufficit ad ostendendum hu-
iusmodi titulum deducere alterutrum scilicet vel fun-
dationem, vel dotationem, vt ostendit dictio, *vel* † quæ 212
ponitur in medio, cuius natura est aduersari, vt sufficiat
alteram partem verificari, l.si hæredi plures, ff.de cond.
inst.Corn.cons.237.col.4.vers.itaque verba,volu.4.nam
hic non ponitur inter genus, & speciem, quo † casu re- 213
solueretur in copulatiuam, l.quintus §.planè, ff.de aur.
& arg.leg. ille aut ille ff.de leg.3.Bald.cons.37.n.9. lib.
5.Alex.in l.1.num.8.ff.de iurisd.omn.iud.

Sed poterat fieri dubium, quomodo sit probandus
huiusmodi titulus ex fundatione requisitus à Concil. in
iure patron.priuatæ personæ? Respondet Conc.d.cap.
9.his verbis: *qui ex authentico documento, & aliis iure
requisitis ostendatur*, &c. authentica documenta, vt
sunt instrumenta, quorum probatio † dicitur authenti- 214
ca, & manifesta, Ale.tract.præsumpt. reg. 3. præsumpt.
13.num.8.Natt.cons.145.nu.1.ac euidens, Soc.Sen.cons.
2.num.2.vol.3.Soc.iun.cons.1.num.49.vol.4. & appella-
tur † probatio probata, Grat.cons.76.num.9. lib.2. Cur. 215
iun.cons.64.num.4.Dec.cons.423.numer. 10.Card.Paris.
cons.54.num.3.& cons.104.nume.63.volum.1.Iaso.cons.
224.lib.1.Roland. à Val. cons.40.num.8.lib.2.Gram.de-
cis.103. num. 1. Neuiz. cons.82. num. 2. quæ vel debent
recognosci saltem per exhibitionem aliorum instru-
mentorum eiusdem † Notarij, vt fuit decisum in Rota, 216
teste Pute. decis. 9. & 13. de fid. instrum. in manuscr,
Corn. cons.14.colum.1. lib.4. vel constare, quod repe-
riantur in locis authenticis, velut in Archiuio publico
Bald.in auth.quas actiones, numer.27. C. de sacrosanct.
Eccles.Dec.cons.36.col.2.numer.3. & cons.42.colum.2.
nu.2.Ferret.cons. 193.nu.1.Alca.cons.101.n.20 .lib.2.Af-
flict.decis.251.num.6.aut in actis iudicialibus, Bar. in l.
chirographis, ff. de administr. tut. & in l. eos §. super
his, num.1. de appel. Innoc. in c.cum olim, num. 5. de
de cens. & in cap. quoniam, numer.4. de probat.Gem.
cons.38.num.2.Rui.cons.64.num.4.vol.4. Rot.decis.2.de
fid.instrum.antiq.Fel.in c.cum in iure,col.3.de off.deleg.
Card.Paris.in c.quoniam contra, col.57. Dec. num.223.
de prob. & alij omnes.

Quod instrumentum debet † habere sua requisita; 217
nam illis deficientibus non diceretur authenticum,
Abb.Butr.Fel. & alij omnes in cap. cum P. Tabellio de
fid.instrum.Rui.cons.11.volum.3. Card.Paris.cons.27.&
cons.28. volum. 2.

Et aliàs in hac materia fui interrogatus de instru-
mento non signato solito Notarij sigillo? Et respondi
non probare fundationem † ex dicto, Ancha. cons. 432. 218
Corn.cons.226.volum.3.Card.Paris.d.cons.27. numer.6.
vol.2.Inno.in c.1.& 2.de fid.instr.Dec.in c. si scripturam
num.37.de fid.instr.vbi hoc firmant expressè, Iacob.No-
uell.reg.111.Et aliàs etiam in hac materia fui interroga-
tus, quid de instrumento antiquo defectiuo in quibus-
dam, non de substantia actus gesti, an probaret dota-
tionem? respondi affirmatiuè † ob diuturnum cursum 219
temporis ex his quæ scribunt Bald. cons. 400. super 1.
puncto col.2.num.5.lib.4.Bar.in l. qui per aliena, ff. de
acq.hær.Fel.in cap.sicut nu.33.de re iudic.latè Menoch.
cons.38.per totum, vbi comprobat ex pluribus, volu.1.

Digitized by Google

Crauet.de antiq.temp par.1.sect. 8. numer.17. & part.3.
sect.vidimus num.39.

Et hesterna die contigit dubitare, quid de instrumen-
220 tu incerto in priuilegio Principis † an probaret? plura
fuerunt allegata, & in primis considerandum, an fuerit
incertũ de consensu partis, aut auctoritate iudicis, nam
tali casu probare scribunt, Imo. in c cum in iure, de off.
de leg. Alexand. cons.6.col.2.num.8.lib.4.Natt. cons.143.
num. 3.lib.1.Crau.latè de antiq temp p.1.sect.8 num.19.
vbi dicit eò magis, si in antiquis & hoc nullum habe-
ret dubium, si priuilegium fuisset concessum a Papa,
Card Episcopo, & alio habente facultatem id de nouo
inducere, & disponere, Glo. in c. Romanorum dist. 19.
Boer.decis.247. num. 3. cum aliis adductis per Mascard.
de probat.conclus.923.num.9.Curt.in l.admonendi nu-
mero 53. ff de iureiur.

Et non omittam, quod fuit annis elapsis disputatum
Consentiæ in Curia Archiepiscopali. Instrumentum
authenticum faciebat mentionem simpliciter de alio
instrumento dotationis, & fundationis Ecclesiæ Sancti
Ioan. Baptista per Nicolaum &c. dubitabatur an pro-
ducto prædicto instrumento, in quo fit talis mentio,
constet per authenticum documentum de iure patro-
natus illius ex fundatione, & dotatione? pro negatiua
asserebatur recepta conclusio per DD. instrumentum
221 faciens mentionem de alio † non probare, authe. si
quis in aliquo documento, C. de eden. vbi omnes
DD. Cassan. consil. 63. numero 19. cum seq. Bell. cons.
37.num.3, Foller.in tract.cens.in ver. tenoris numero 15.
Ego autem cum essem scholaris exercitationis causa
contrarium defendi quæ opinio etiam nunc placet: Et
primò, vt leuia omittam, quia illa relatio continebat
rem certam, scilicet donationem Nicolai pro illa Ec-
222 clesia, † vnde probare tunc scribit Dec. quem alij se-
quuntur in d. authen. si quis in aliquo, col.6. Grat.cons.
123.numero 14.vol 2.Cæpol.cons.38.numero 12. Goza.
cons.57.numero 8 Boër.decis 281.numero 5. vbi attesta-
tur de communi Bald.in l. 1. C. de Episcopis, & Cler.
Soci. Seni. consil. 266. numero 1. volum. 2. Secundò,
quia Notarius attestabatur à se fuisse confectum illud
instrumentum fundationis, & dotationis, & tunc pro-
bare volunt, Ange. in l. si donatio, C. de don. Dec.
cons. 505 superioribus diebus, colum.3.in princ numero
2. & est communis opinio teste Grat.d cons.numero 18.
& idem esset si dixisset se vidisse, & legisse illud absque
aliquo vitio, vel rasura, Spec.in tit de instr.edit.§.restat,
prope fin. Aret.Instit.de legit.agnat.tut in fine. Tertiò
faciebam magnum fundamentum super antiquitate, nam
223 excedebat hominum memoriam, in quibus † semiplena
sufficit, Innoc. in c. veniens de verb. signifi. Bald. in c.
224 cum olim de cens. Antiquum enim potest probari per †
coniecturas, indicia, & præsumptiones, Bal. latè cons.
41.num 2.vol.1.Ancb.cons.310 num.2. Alexan. cons 90.
num 8.lib.6.Ias.cons.125.num.1. vol. 1. cum aliis, vt per
Card.Paris.cons.104.numer. 41. & seq.vol 1. & est com-
munis opinio, vt patet ex adductis per Masc. de probat.
225 concl. 107. col. 1. Et per † verba enunciatiua, Ias. cons.
56.n 1.lib 2. & cons.128.n 1 lib. 1.Dec.cons.246.num.14.
Alex. cons.74.lib.3 cum aliis vt per Paris. d. cons. 104.
num.47. Butr.in c.cum dilectus de success. ab intest &
226 per † famam. Alex cons.4. num.11.lib.2. Rom.cons.109.
227 & antiquum † intelligitur post centum annos, Alex.
cons.58.libr.4.Afflict. decis.267.Curt.iun. cons.90.Dec.
cons.13. & 42. & dicam latiùs infra.

Præterea dubitatur de exemplo instrumenti sumpto
228 ab eodem Notario cum solemnitatibus requisitis, † an
probet fundationem, vel dotationem? affirmatiuè vi-
detur respondendum, Rot.decis.1.de fid.instrum. in nou.
Abb.num.5.Fel.num.1.in cap Albericum, post Innoc.de
testibus Alexand. in auth. si quis in aliquo numero 5.
C.de eden.vbi testatur de communi, & Dec.numero 15.
Bellam.decis.15. & decis.58.Card.Zabarel.cons.72. in 3.
dub. & ratio est, quia dicitur vnicum instrumentum, l.
vnum. ff. de testa. & ibi Bald. & Imol. Fel.in c.vlt. 0.4.
de fid.instrum.

Et authentica documenta † in hac materia nostra 229
dicentur priuilegia concessa in limine fundationis, vel
tempore dotationis exprimentia fundationẽ vel dota-
tionem cum concessione iuris patronatus DD communi-
ter in Clem.1.de prob.in c. super quibusdam de verb.
signif.latissimè multa cumulat Card.Paris.cons.14.num.
1.cum seq. & cons.27.numero.1. & 13.cum aliis multis
vol. 1. & cons.22.num.7.volum.4. facit text. in cap. ac-
cepimus c. contingit, c. inter dilectos de fid. instrum. c.
porro, cap. cùm olim, de priuil. cap. licet causam, de
proba.c.cum personæ de priuil. in 6. Card.Paris.in cap.
ad audientiam col 5. & 6.de præscrip.latissimè Mascar.
de probat.concl.1227.col.1.2. & 3.cum multis sequenti-
bus. Illa autẽ verba, *& aliis iure requisitis ostendatur*, vi-
dentur intelligere de aliis scripturis, concessionibus,
contractibus ex quibus potest constare de huiusmodi
titulo ex dotatione, vel fundatione, vel etiam secun-
dum quosdam de probatione immemorabili, ex qua de
iure communi verus † titulus ex fundatione vel dota- 230
tione præsumitur, vt patet ex allegatis, per Dec. cons.
126.num.3.Bald.in l. cum semper, C. de rei vendic. & in
auth. quas actiones, circa fin. C. de sacrosanct. Eccles.
Cassad decis.1.de iur.patron. & decis.2.de prob.Mohed.
decis 254.in manuscript. maximè concurrentibus his de
quibus infra.

Dubium autem hic oritur, an si quis probauerit per
documenta publica dotasse Ecclesiam de qua quæritur,
non tamen, in illis appareet sibi reseruasse ius patrona-
tus, constet de tit. iuris patronatus ex dotatione vt in
hoc decreto Concilij requiritur.

Affirmatiuè videtur respondendum, quia dotans vi-
detur sibi, & suis hæredib. ius patronatus † reseruasse, 231
etiam si id non expresserit, Rot.decis.5.de iure patro. in
antiq.Staph.de mod. & form. impet. §. sequitur videre,
n 5.fol.46.Roch.de Cur de iur.patron.in verb. Ecclesiam
fundauit nu.9. DD. c. significauit, de testibus, quidquid
in contrarium scripserit Paul. de Cittad. de iur. patron
caus.2.q 5.num.5. faciunt quæ latissimè deducit Cardi.
Paris.cons 35.col.1.2.cum seq.vol.4.

Secunda conclusio titulum iuris patronatus esse pro-
bandum, secondo modo per præsentationes multipli-
catas excedentes memoriam hominum, vt patet ibi,
Siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per anti-
quissimum temporis cursum, qui hominum memoriam
excedat aliásve secundum iuris dispositionem, &c. Et
præsentatio probatur † per literas institutionis Episco- 232
pi narrantis præsentationem, Rot.decis.11.de iur patro.
in nou. Rebuff in prax. in 3. p. signat. super verbo, nec
non ius patronatus, num.14. Pauin in tract. de potest, c.
sed.vae.in 2.par quæ.vlt.Roch.de Curt.de iur. pat.verb.
honorificum quæst.50 num.52. & communiter Doctor.
teste Mascard qui alios citat concl.1216.num.3. Et ratio
est, quia præsentatio † requiritur pro substantia insti- 233
tutionis c. illud de iur.patr. ergo præsentatio præsumi-
tur, quod præcesserit institutionem iuxta illud, quod
scribit Bisignet.decis.1.tit.de præsumpt. Rot.decis.3. de
concess.præbend.in nou.Felin. in c. pastoralis colum. 4.
de rescr. & ideò sequuta institutione præsumitur præ-
sentatio † facta in tempore, Rot.decis.12.de iur patro.in 234
antiq.Fel.in c.3.num.11.de probat Lambert.de iur.patro.
lib.2.par.2 quæst.1.princ.art.25. Et etiam probatur præ-
sentatio per instrumentum, vt voluerunt Steph. de Ca-
ser.in c.vlt.col.53.de elect.lib.6. Lambert.de iur. patro.
lib.2 par.2.10.quæst princ.art.7. & eadem par.2.lib.1.q.
2.princ.art.12.Mascard de probat.d.conclus.1216. col.1.
asserentes debere patronos diligentes, & cupidos con-
seruationis iuris patronatus fieri facere instrumenta
publica per Notarios, & testes, tam de præsentatione
per ipsos facta, quam de institutione, nec in hoc casu
sufficit vna præsentatio, sed debent esse plures, nam
vtitur plurali numero, qui verificatur in pluribus, Card.
Paris.cons 31.num.84.volum.1.

Debent enim præsentationes esse multiplicatæ per an-
tiquissimum temporis cursum, qui excedat memoriam
hominum. Sed contigit dubitare, quod dicatur tempus

Digitized by Google

235 autiquiſſimum ? & † plures ſunt Doctorum opiniones,
quidam voluerunt ſpatio 15 annorum,Calcan. conſil.8.
num.6.quidam ſpatio 30 annorum, Guid.Pap.ſingu.387.
Afil.dec.13.num.23. Gl.in cap.1. verſ. antiquitas, de his
qui feud.dar.poſſ.Roman.conſ.127 Alij ſpatio 40.anno-
rum.But.in ca.veniens l.1.de teſtibus,Iaſo.conſi.24.col.
2.lib.3.Alij ſpatio 70.annorum,Aret.con.36.colum.vlt,
Quidam alij ſpatio 90.annorum, Dec.con.595. n.7.Alij
ſpatio 99.annorum,vt fuit reſolutum in vna bononienſ.
coram Mohedano 19. Ianuarij 1545. teſte Put. dec.209.
lib.2.Multi tenuerunt arbitrio iudicis remitti,Hoſt.in c.
illud de præſum.Alex.conſi.4.num.15.& conſi.184.num.
4.lib.2.Rui.conſ.92.num.10.lib.4.cum alijs multis alle-
gatis per Menoch. de arbitr. iud. caſ.3.num.2.

Receptior tamen opinio ab omnibus approbata tem-
pus antiquiſſimum dici ſpatio centum annorum & ma-
ximè in materia,de qua nos loquimur , ſcilicet in iure
patronatus , in quo tractatur de probando ſeruitutem
beneficij,Arch.in cap.ſi plures 16.quæſt.7.Alex.conſi.58.
lib.4.Soc.Sen.conſ.88.libro.1.Curt.Iun. conſi.90. Crau.
conſ.141.num.3.volum.1. Dec.conſ.13.41 & 321.Caſſad.
dec.1.de probat.Put.dec.3.lib.3. cum alijs vt per Petr.
Duen.concluſ.299.fall.7. Crauct.de antiqu.temp.in pr.
numero 4.Menoch.d.caſ.3.numer.6. Maſcard.de probat.
concluſ.103.num.1. vbi dicit illam receptiorem ſenten-
tiam,Caſſ.conſil.15.num.19.& conſil.54.Mant.conſi.72.
nu.3. volum.1. Cæphal. infinitos allegat ad hoc C.250.
numero 18.volum.2.dec.Pedemon.173.num.8.Mil.in re-
pert.in verbo antiquum. Idque clariſſime hic exprimi-
tur,cum dicatur,qui hominum memoriam excedat,nam
236 tempus cuius † initij memoria non extat in contrarium,
dicitur centum annorum. Cin.in l.2.numero 9. Cod. de
seru. & aqua. Cæpol.in tract. de seru.ruſt. præd.cap.19.
in pr. Rebuff de decim.quæſt.19.numero 94.Duen.regul.
90. in 1. fall. præſentationes igitur per huiuſmodi tem-
pus antiquiſſimum centum annorum, vt praxis recepit
probant titulum fundationis, vel dotationis , nam, ex
237 diuturno temporis curſu præſumitur titulus † in bene-
ficialibus,Bal.conſi.352.nume.3.lib.1. Zabar.conſil.118.
Alex.conſi.6.colum.2.lib.1.Hoſtienſ.in cap. licet Heli,
Abb.num.22.Anan.num.27.Fel.num.10. de ſim.Fel.in c.
cum nobis col.2.de præſcr.Rui.conſ.118.col.3.num.8.lib.
4.Soc.Iun.conſ.77.num 54.volum.1.Ber.conſi.67.nu.18.
volum.1.Ac titulus iuſtus,Bal.in cap.1.§.cum autem de
controuerſia in inueſtitura. Roland.à Vall.conſi.66. nu.
48.cum ſeq.volum.2.Soc.Sen.conſi 49.num.24.volum.1.
Affl.dec.277.num.6.Tempus enim centum annorum ſa-
238 tis habet vim † tit. l.hoc iure,§.ductus aquæ, ff.de acq.
quot.& æſt.cap.1.de præſcr.lib.6. Glo.in cap. ſuper qui-
buſdam, §.præterea, ſuper verbo non extat mem. & ibi
Abb.de verb.ſignif.Innoc.in cap.ſi diligenti, num.5. de
præſcr.Aret. conſ.15.num.11. Card. Pariſ.conſ.111.n.43.
& 49.volum.1.Dec.conſ.271.col.5.Goz.conſ.8 num.37.
& eſt cómunis omnium Doct.ſententia.Ex quibus aliàs
reſpondi in facti contingentia in quadam Mediolanenſ.
titulum non fuiſſe probatum à Domino Paulo per præ-
ſentationes 40. † annorum , & poſſeſſionem quaſi præ-
239 ſentandi,& ita cenſuit ſacra Congreg. Concilij,namque
sequitur tempus centum annorum , ergo excludit hoc
40.Inn.in cap.veniens de verb.ſignif.Soc.Sen. conſi.89.
lib 1.Ferret.conſi.80.num.23.Specu.de probat.§.1. verſ.
velit , nec obſtant verba Concilij , quæ ponderabantur
ea alia parte ibi. *Aliàſue ſecundum iuris diſpoſitionem,*
nam hæc verba referuntur ad alios modos , quibus ius
patronatus de iure acquiri poteſt , vt conſtructione, vt
ſupra dixi,&c.

Sed alias dubitabatur an ſi quis deduxerit priuilegiú
probet nunc ius patronatus ? in Congregatione Con-
240 cilij die 5. Martij 1573.fuit reſolutum negatiué , † quia
Concilium dicto capitulo reuocat priuilegia conceſſa,
quæ reuocatio cum ſit generalis tollit ius quæſitum ,
Bart.conſ.172.colum 1. Crauet.conſi.135. num.3.& fa-
ciunt ad materiam quæ ſcribit dec.1.num.3. de dilat.li-
mita , niſi priuilegium habeat originem ex dotatione ,
vel fundatione,Put.dec.397.libro 1.Et illud prætermit-
tam , quod huiuſmodi præſentationes per tempus anti-
quiſſimum non ſuffragantur,vbi conſtat de iniuſto titu-
lo ab initio, vt fuit aliàs per ſacram Congregationem
Concilij reſolutum 2. Aprilis 1573. quia in claſis ceſſat
præſumptio iuxta communes & receptas Doctorum có-
cluſiones. Et ſic illa verba poſita in dicto decreto *Aliàſ-*
ue ſecundum iuris diſpoſitionem,videntur includere pro-
bationem conſtructionis,ex qua fuit reſolutum in Rota
in vna Malatiean.iuris patron.coram Put.26.Iunij 1551.
teſte Caputaq. dec.133. part. 2. qui dicit poſt Lambert.
Eccleſiam dici conſtructam , † ſi domus,aut fundus pro 241
conſtructione aſſignetur,Roch.de Curt.tract.iuris patr.
in verbo,& fundauit quæſt.9.& aliàs vt per Lambert.d.
tract.

Nunc autem ex ordine deuenio ad ſecundum caput
probationis iuris patronatus perſonæ potentis, vniuer-
ſitatis , & communitatis , in quibus ex præſumptione
vſurpationis plenior,& exactior probatio ad docendum
verum titulum requiritur , vt patet illis verbis *In his*
verò perſonis,ſiue communitatibus vel vniuerſitatibus, in
quibus id ius plerumque ex vſurpatione potius quæſitum
præſumi ſolet,plenior, & exactior probatio ad docendum
verum titulum requiratur, &c. In his enim perſonis, &
locis, vt dicitur intrat præſumptio vſurpationis , magis
quam dotationis, & fundationis , † Ant.de Fut. in cap. 242
cum dilectus, verſ.2.de off. deleg. Lambert. de iur. pat.
pag.160. Ptolom. dec.86. Card.S. Cruc.dec.70. Pelle-
grin,dec.22.in recoll.manuſc. Put.dec.59. numero 1.li-
bro 1 eóque magis in Italia, nam dicit Specu. relatus à
Put.dec. 205. numero 1. libro 1. quod propter receſſum
Curiæ omnes domini,& populi cæperunt eſſe tyranni,&
iura Eccleſiæ occupare,& perſona talis dicitur potens,
ſcilicet Domini Caſtri , † vt ſunt Domicelli , Comites,
Marchiones,& Duces, ac Principes, vt de ſamilia Co- 243
lumnæ.Vrſinorum,Comitum, Sabellorum , & ſimilium
tradunt.Put.dec.58.alias 51.libro 1.Pellegrin. dec.5. li-
bro 1.Ptolom.dec.86.alias 87.in manuſcr. Caputaq.dec.
528.part.2. qui dicit ita deciſum , & adeſt deciſio Illu-
ſtriſſimi Card. Aldobrandini in cauſa Sabinenſ. bene-
ficiorum 15.Nouembris 1582. & alias pluries fuit reſo-
lutum in Rota,namque viget eadem ratio. Et hæc con-
cluſio procedit etiam in Epiſcopatibus,qui obtinentur,
& poſſidentur per S.R.E. Cardinales , vt fuit reſolu-
tum in d. Sabinenſ. coram Illuſtriſſimo Aldobrandi-
no 15.Nouembris 1185.nam viget eadem ratio ob ab-
ſentiam Summorum Pontificum & Cardinalium , dum
Auenioni morabantur. Et in vniuerſitate propter eius
potentiam , etiam viget eadem ratio. Put. dec. 205. li-
bro 1. quem vide. Procedit etiam , vt ſupra dictum eſt,
non ſolum in non cognoſcentibus ſuperiorem , ſed
etiam in cognoſcentibus , Put.dec.65. libro 1.fuit plu-
ries reſolutum in Rot. In his enim perſonis , & locis
ius patronatus non probatur ex quinquagenaria † poſ- 244
ſeſſione cum præſentationibus effectuatis , iuxta dec.
Mohedan.153.in recoll.manuſcr.nec etiam quando cum
immemorabili publica fama dotationis , & fundatio-
nis † concurrit , vt fuit reſolutum in d. Sabinen. coram 245
Illuſtriſſimo Aldobrandino. Sed debet probari iuxta
decretum hoc cap. 9. Conc. Trident. quod dat for-
mam , vt patet ex illis verbis , *nec aliter* Dec.
conſ. 528. numer. 11. Ruin. conſil. 92. numero 25. lib.
3. Soc. conſ. 46. num. 24. lib, 4. & forma data † per 246
dicta verba eſt preciſè obſeruanda l. non aliter ff. de
leg. 3. Surd. conſ. 143 n. 43. Bald in l. comparationes
4. opp. C. de fid. inſtr. Dec. conſi. 90. nu. 6 Card.Pa-
riſ. laté conſ. 15 nu. 47. & conſ. 15. n. 23. & conſ. 33.
nu. 25. vol. 2. Et melius eſt ad † cautelam aliquid fa- 247
cere ex abundantia , quam omittere , Fulg. in l. vlt. o.
16. C. de edict. diu. Adrian. tollen. cum nihil poſſit à
iudice † vel ab alio remitti , Bal. in auth. iubemus 248
in fine C. de iud. Dec. conſ. 699. nu. 4. & 5. Card. Pa-
riſ. conſ. 43. colum. vlt. volum. 1. & conſi. 107. n. 82.
volum. 3. & conſ. 14. col. 2. vol. †. Rolland. à Vall.
conſ. 70. num. 13. vol. 1.

Quod requirit Concil. & dat pro forma eſt , eſt, vt

Digitized by Google

præter immemorabilem,& reliqua necessaria,præsentationes debeant esse continuatæ, & sortitæ effectum non
minori spatio, quam 50.annorum: Nec immemorabilis
temporis probatio,aliter eis suffragetur,quam si præter
reliqua ad eam necessaria, præsentationes etiam continuatæ,non minori saltem,quam quinquaginta annorum
spatio,quæ omnes effectum sortitæ sint,authenticis scripturis probentur.

Et sic per hæc verba sublati sunt modi quibus de iu-
249 re communi acquirebatur ius præsentandi, † de quibus
per Staphil.de mod.& for.impetr.num.14.& sequen.fol.
407.Lambet.& Roch.de Curt.supra allegati, & huiusmodi decretum esse omnino obseruandum,& verificanda sua requisita,vt constet de iure patronatus in prædictis personis fuit resolutum in vna Reatin. iuris patronatus,die lunæ,20.Octobris 1572.coram R.P.D.Robusterio, & in d. Sabinen. beneficiorum die Mercurij 15.
Nouembris 1582. coram Illustrissimo Aldobrandino, in
quibus etiam fuit dictum, quòd possessio antiquissima,
vel præsentationes continuatæ, aut confessio Episcopi,
vel testes probantes, &c. non sufficiunt, cùm sit data
forma & de confessione Episcopi fuit resolutum in vna
250 † Fundan. iuris patronatus coram Ant. August. 23. Iu-
251 nij 1531. vt non noceat Ecclesiæ, † vel successoribus,
Rip. libro 5. respons. cap. 28. Et ita ego hoc anno obtinui in quadam Beneuentan. Nec etiam testes de com-
252 munitate probant † ius patronatus communitatis, vt
fuit dictum in vna Lunen. Sancti Eustachij coram Capisucco 20. Iunij 1552. Et valde notandum est, quod
non sufficiat immemorabilis, † cum habeat vim titu-
253 li l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de acq. quot. & æst.
cap. 5. de præscr. in 6. Host. in cap. peruenit col. 1. de
cens. Abb. in cap. super quibusdam, circa fin. de verb.
signif. Paul. de Castr. in l. si certis annis, Cod. de pact.
Ias. cons.209. colum.1. lib.2. Card. Paris. cons.111.numero 42. & 49. volum.1. & alij omnes,adeò vt habens
hunc titulum non teneatur probare, Archid. d. cap. 1.
Gem. & omnes de præscr. lib.6. Bald. consi.352.col.2.
libro 1.Card.consi.118.colum.pen. Alex. consi.6.colu.1.
libro 1.Dec.consi.341.colu.pen.Paris.consi.27. num.80.
vol.1.Curt.Iun.consi.61.col.1.Gozad.consi.8.num.37.latissimè Gabr.de præsumption.conclu.1.per totam vsque
254 ad numero 84.vbi etiam † habes,quomodo debeat probari.

Nec sufficiunt præsentationes centum annorum, vel
ducentorum, si non sint continuatæ, vt scilicet vna
255 subsequatur aliam: nam ita ostendit illud verbum †
continuata, vt latè per Anton. Barto. de tempor. vtil.
cap. 2. numero 1. & cap. 8 Iacobac. de concil. libro 7.
art.1. numero 130. Stephan. de Feder. de interpretat.
iur. part.1.numero 126. Nec etiam suffragantur præsentationes continuatæ per tantum tempus vel maius, si
non sunt effectum sortitæ omnes. Et dicuntur effectum
256 sortitæ quoties habuerunt † effectum vt quia ordinarius cum vacaret beneficium instituit, quem præsentauit N. Patronatus latè Mascard. de probat. concl. 121.
col. 2. & 3. & præsentatus acceptauit vt fuit resolutum
die 4 Dec.1551.coram Ant. Aug.teste Caputaq dec.131.
part.5.

Et huiusmodi præsentationes debent probari ex forma Concilij in prædictis personis authenticis scripturis: nam sancta Synodus testibus omnino confidisse
257 non videtur, quando agitur de iure patronatus † harum personarum, & propterea non sibi satisfit, quod
probarentur præsentationes per testes, sed voluit vltra
hoc, vt per scripturas authenticas probarentur, & fuit
258 in his terminis resolutum per Rot.in d.Sabinen.15. Nouembris 1582.Sed aliàs fuit † dubitatum,an deficientibus authenticis scripturis sufficiat illas probare per testes? & aliqui dicebant quòd sic: cum huiusmodi probationes † æquiparentur,DD.rubr.de probat, & de testibus. Contrarium fuit decisum in Rota die 2. Maij 1588.
coram R. P. D. Pamphilio, in vna Archipresbyteratus,
quia dicta probatio per instrumenta requiritur pro forma l.Mæuius, & l. qui hæredi, ff.de cond. & demonst.l.
quoties,ff.qui satisd.cog.l.nulla,de auctor.tut.Rol.cons.
9.num.7.libro 5.Franc.in cap.non solum,de appel.lib.6,
neque etiam suffragatur præsumptio, cùm probatio pro
forma † requiratur,Ruin.cons.68.nu.18.vol.1. Menoch. 259
de præsumpt.lib.5.q.37.ante num.1.Rom.in Rubr.de recept.arbitr.colum.6.Abb.consil.76.lib.2. Feder. de Sen.
cons.65.

Et aliàs dubitabatur, quia Princeps Paterno deducebat ad probandum ius patronatus Abbatiæ cuiusdam
diœc. Argentin. præsentationes centum quinquaginta
annorum continuatas, & sortitas effectum ac probatas
authenticis scripturis, teneatur probare etiam immemorabilem,ego consului pro negatiua,quia ex scripturis huiusmodi satis videtur probata immemorabilis † 260
requisita,vt fuit resolutum in vna Cæsar.augusta.Cape.
de anno 1573.vbi in persona,in quam cadit præsumptio
vsurpationis fuit pronunciatum constare de immemorabili ex præsentationib.130.annor.facit decis.4. Achil.
de Grass.de iur.patr.in manuscr.Put.dec.505.lib.1. nam
consuetudo † immemorabilis probatur etiam per scri- 261
pturas,Ang.per illum text.in l.vetustissima,Cod.de iud.
Imol.cons.94.n.7.Oldr.consil.244.col.3.Crau.de antiq.
temp.in 4.part.vers.materia n.3,Bald.in l.1.n.5. Cod.ad
Treb.Dec.consi.11.n.9.Curt.Iun.consil.106.nu.5.in fine.
Crau.cons.139.n.9.

Restat vt de beneficiis electiuis loquamur,in quibus
proceditur per electionem † quæ exigit confirmationem 262
superioris,Card.Zabarell.in clement.5.§.vt autem, n.5.
de relig.domibus,Io.Selu.de benefi.part.1.quæst.3 & est
communis opinio,vt dixi de resig.benef.lib.2. quæst.5.
numero 2.Rebuff.de nomin.quæst.15.num.32. Æneas de
Falcon.de reseru.benef.quæst 3.princ.num.21.Fel.in cap.
nostra,Corollar. 31.& 32.& de resc. Ripa.lib.2. respons.
cap.34.de rescr.Rot.dec.2.de electio in ant.In his enim
beneficiis electiuis committi simoniam,† est communis 263
omnium Doctorum sententia,Io.Anan.in cap.de hoc de
simo.Ant.de Butr.Abb.Anan.& alij omnes in cap. Matthæus eo titul.de sim. cum aliis, vt per Redoan. de sim.
part.3.cap.14.num.4.6.& 7. cum sequent. nam electio † 264
est ius merè spirituale,cap. Messana, cap. sacrosancta, &
per totum de electio, vbi omnes DD. Innocen. in cap.
quod, de electio. Abb. in cap. querelam in pen. not de
elect.& ideo clericis, & aliis religiosis dumtaxat competit.DD.omnes in d.cap.Messana,DD.etiam in ca.causam de prescr.vt Ecclesia,& collegium, gl. in cap.delicta de excess prælat.Abb.in cap.1.in 2.not.de elect. cap.
quia propter,eo.tit.vbi omnes DD. notant, latè Larab.
de iur patron.lib.5.in 5.art 4.qu.princ.part.1.Et simonia
committitur in iuribus spiritualibus latè Redoan. de simon.p.3.c.8.& 9.ac.10.cum sequen. & supra latè comprobaui.

Accedat, si simonia committitur in præsentatione,
ergò eo magis in electione ex his,quæ deducit amplè Lambert.d.art.5.nam per electionem acquiritur ius, cap.nostri,& ibi DD.de elect.Host.in c.pastoralis de iur. patr.
Lap.alleg.138.Fel.in ca.cum Bertoldus col.2.de re iud.
Sam.in 1.q.reg de non tolle.ius quæsit.num.18.& 27.Io.
Selu.de benef.part.3 qu.1.nu.2.Card.Alex.in cap.quanto
dist.64. Merito igitur hic statuitur posse committi confidentiam inter eligentes,& electos,sicuti inter præsentātes,& præsentatos in omnibus casibus huius,§.item,
vt patet ibi, *& pariter si à patrono etiam laico, vel alteri
præsentatori seu electori contigerit, aut contingat id fieri.*
Dictio, *&*, coniungit.& continuat ad omnes casus supra
positos eiusdem,§.1.si hæredi plures,ff.de cond.inst.l.si
cui ita,ff de verb.oblig.Bar.Ias.& alij in l.1.ff.de iust.&
iur.Card.Paris con.17.num.33.cons.31.num.131.vol.4.&
aduerbium *pariter*,idem facit, l.si pariter, ff.de lib.causa.l.1.Cod.com.de success.Gl.in ca.bonæ de elect.& dictio, *Id*; tollit omne dubium, nam est qualitatum omnium præcedentium repetitiua,Grat.cons.21.n.26.lib.2.
cum aliis supra adductis,eò maximè, quia viget eadem
ratio,ideò idem ius erit statuendum l.illud,ff.ad l.Aquil.
& pro maiori declaratione colligemus conclusiones,
vt supra fecimus.

265 Prima conclusio committi confidentiam, † si eligentes aut eligens aliquem ad beneficium vacans quomodo conditione tacita vel expressa dimittendi, vel resignandi simpliciter coram ordinario, in fauorem coram Papa, illud beneficium pro arbitrio ipsorum eligentium vel ipsius eligentis, aut alterius cuiuscumque, vt probant verba posita in principio huius §. itidem si, &c. quæ habent locum hoc casu ex rationibus, & verbis; ac ponderationibus vt supra deductum est: connexa enim est ratio cò oaaime quia eadem viget ratio, vt ca prædictis constat. Præterea si in præsentante, & præsentato id firmauimus, cò magis in eligente, & electo, nam maior in his personis militat ratio, vt comprobat ex pluribus Lambert. lib. 2. 5. art. 4 quæst. princ. 1. p. Ergo &c. aut multò magis, C. de sacro. Eccl. l. qui indignus, ff. de senat. l. cui pact. ff. de seru. expert. c. illorum, de sent. excom. Crau. cons. 190. sub num. 2. Dec. cons. 333. Cur. iun. cons. 34. col. 5. circa med.

266 Et hæc † conclusio est conformis iuri communi, nam est simonia aliquid promittere pro voce vnius vel plurium ad effectum electionis, Anton. de Butr. Abb. Ioan. Anan. in cap. Matthæus de simo. Redoan. de sim. p. 3. c. 14. num. 6. & communiter DD. vt latè per Gammar. in extrau. Iulij II. de simon. electione Papæ: & hæc conclusio videtur ea mente Mainl. de irreg. lib. 5. c. 45. col. 5. & 6. Mascard. de prob. conclus. 1307. col. pen. & in specie num. 8.

Primò intellige hanc conclusionem non solùm in electionibus factis hoc modo, post publicationem huius constitutionis, sed etiam in electionibus anteà factis dicta conditione tacita vel expressa: nam sunt itidem confidentiales, nam dicit Constitutio, *contigerit aut contingat id fieri*. Et sic includitur tempus præteritum, & futurum cum simus in his, quæ sunt de genere prohibitorum, vt latius comprobaui supra, & quia etiam dixit, *Antehac*, vt supra probaui.

Secundo intellige hanc conclusionem vendicare sibi locum quocumque modo vacet beneficium, nam dicit Constitutio quouis modo vacans, vt includat omnem vacationem, DD. communiter in c. susceptum, de rese. lib. 6. cum aliis supra adductis, & est ratio, quòd eadem viget vtroque casu ratio, ergo idem ius, l. illud, ff. ad l. Aquil. Ideò habebit locum etiam si beneficium vacaret per renunciationem, ita in simili Gammar. in interpretatione extrauag. Iulij II. de simoniaca elect. Papæ, nu. 99. illam intelligit, & interpretatur procedere non solùm si Sedes Apostolica vacet per obitum Papæ, sed etiam si vacet, quia Papa renunciet, iuxta ea, quæ dixi de resignat. benef. lib. 2. quæst. 1. & mouetur tum fauore religionis, tum ex dictis per Bar. in l. quemadmodum C. de agr. & cens. lib. 10. Rom. cons. 105. Bellam. decis. 74. & quia constitutio puniens crimina est conformis rationi, nam omnia iura summo odio illa prosequuntur, cap. tanta de simon.

Tertiò intellige, siue huiusmodi conditio fuerit, vt dimittatur simpliciter prædictum beneficium, siue vt resignetur in fauorem alicuius, vt patet ibi: *Vt postea in alterum*, quæ verba possunt intelligi in alterum, vel per viam electionis, vel per viam renunciationis in fauorem cum consensu eligentium, Card. Zabarell. in Clem. 2. §. vt autem num. 2. de relig domibus. Innoc. in c. 2. eo. tit. in 6. Abb quem refert Boer. decis. 2. num. 15. Gl. in c. 1. Gem. num 15. Gammar. num. 102. & communiter alij de rer. perm. lib 6. Gem. cons. 97. in fine, & in hoc possent habere inter se ipsi eligentes, vt valcant tunc eligere, quem non poterant aliàs, vel ratione ætatis, vel alterius impedimenti, latè Boër. decis. 2. ca. 1. & per totum, de postul. prælat. vel vt sæpè deueniant ad electionem
267 cum hæc sit † præeminentia, & quædam iurisdictio cap. 1. & 101. tit. de elect. Pet. de Bais in direct. elect. in princ. Rebuff. in prax. in tit. de elect. vel vt hac via aliquid acquirant, iuxta not. in capit. ne pro defectu, de electio. *Aut aliàs quomodocumque*: nam mens Pij V. est per verba generalia omnes, & quoscumque casus comprehendere l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præstan. Bald. in l. in fraudem, ff. de milit. testament.

Quartò intellige, siue hoc fecerit per se, siue per
alium, nam † factum procuratoris, & domini æquipa- 268
tantur, Innoc. in c. quamuis de re iud. Innoc. idem, & alij communiter in cap. ea parte decani, de cler. Butr. in c. cæterum, in fine, de iud. Quod non intelligo de ipsa electione, tum communiter sit receptum electio-
nes huiusmodi non posse fieri per † procuratorem, c. 269
si quis iusto, de elect. lib. 6. c. quia propter §. illud, eo. tit. vbi omnes, Lap. allegat. 8. 1. col. Lambert. de iur. patron. lib. 1. in 2. par. in 4 q. princ. in 2. art. & in hoc quoque differt à præsentatione, quæ potest fieri per procuratorem, & constitutum etiam à præsente, & non impedito, Feder. de Sen. cons. 99. Lambert. de iure patr. lib. 2. p. 2. c. q princ. art. 3. num. 13. Et ideò per præsentationem non contrahitur aliquod vinculum spirituale, Abb. in c. querelam in 2. col. in pe. not. de elect. per electio-
nem autem † initiatur matrimonium spirituale, c. cum 270
inter Canonicos de elect. c. vlt. de transl. præla. & per eam tribuitur ius prælaturæ, & administrandi saltem in habitu ante confirmationem, Gl. c quanto dist. 63. Fel. in c. cum Bertholdus in 2. col. de re iud. Abb. in c. nobis de iur. patr. & in c. auctoritate de inst. latè Fran. Are. in c. super his in 1. not. de accus. Sed quoties per alium facit pactum iuxta ea, quæ supra deducta sunt amplè. Limita non procedere quoties eo ignorante pactum fecit; Gammar. super extrauagan. Iulij II. de simonia c. elect. Papæ, num. 137.

Quintò intellige siue eligentes, & electi fuerint constituti in dignitate quantumuis maxima, siue non: nam vtroque casu procedit, & habet locum præsens §. itidem, vt supra comprobaui ex verbis generalibus, & rationibus loquutio enim generalis nihil relinquit intractum, Bal. cons 205. lib. 1. ac etiam ratio generalis l. cum pater §. dulcissimis, ff de legat. 2. & receptum est dispositionem legis includere non solùm causas, sed etiam personas priuilegiatas, Dec. cons. 120. col. 2. latè Mandos. de infirm. resign. quæst. 2. nu. 3. eóque magis, cùm ad tollenda dubia Pius V. exprimat etiam Cardinales. Ergo non egemus alia demonstratione l. ancillæ, C. de furt. l continuus, §. cum ita ff. de verb. oblig.

Sextò intellige hanc conclusionem procedere, & committi confidentiam, siue dicta conditio tacita, vel expressa emanauerit ab vno eligente cum eligendo, siue à pluribus, vel omnibus eligentibus cum ipso eligendo; nam hic exprimitur id quod poterat esse dubium, scilicet de voo, ibi: *seu electori*. Hinc scribit Petr. de Bais in direct. elect. in 1. par. cap. 14. in 1x. requisito nu. 2. quod ad inualidandam electionem sufficit, quod simo-
nia sit commissa cum vno ex † eligentibus, nam per 271
illum solum inficitur totus actus c. nobis de sim. & ibi Abb. & Fel. col. 1. not. in cap si alicuius, de elect. c. sanctorum patrum, 1 q. 1. Hinc scribit idem Petr. de Bais in eodem director de elect p. 1. c. 28. in 28. requisito nu. 6.
& 7. quod promissio beneficiorum facta, † vt quis eli- 272
gatur est simonia, c. de hoc de simon. & committitur etiam simonia, si pecunia datur pro habenda voce alicuius in electione, quamuis illa vox non sit necessaria pro validitate illius electionis, tex. & ibi Abb. & Fel. in c. Matthæus, de simonia, Rom. cons. 317. c. cùm super de cons.

Amplia procedere, etiam si eligentes essent illum nihilominus electuri, nam huiusmodi datio aut promissio pro electione est simonia, & annullat electionem, Petr. de Bais. d c. 28. num. 8. Amplia etiam procedere, etiam si datur, vel promittatur ab amico, consanguineo, vel familiari; nam si fuit datum, vel promissum eo sciente committitur simonia, eo autem ignorante secus, Petr. de Bais. d. c. 28. Abb Ant. de Butr. Ioan. Andr. Host. in c. nobis, de simon. Gammar. in extrauag. Iulij II. de simon. elect. Papæ, in §. per se, num. 137. Ignorans enim non committit pœnam, l. generalibus, de decur. lib. 10. l. si ignorans, ff. loc. c. sicut, de simon. & maximè si ab æmulis, vel inimicis ipsius eligendi, Petr. de Bais. dict. direct. part. 1. cap. 14. num. 2.

Digitized by Google

Septimò intellige, siue conditio fuerit tacita, vel expressa, iuxta ea quæ late adduximus supra: siue etiam fuerit datum, vel promissum, nam hae duo æquiparantur, latè Gammat. in extrauag. Iul. s. de simon. elect. Papæ, num. 115. cum sequen.

Octauò intellige procedere in quocumque beneficio, etiam habente dignitatem, vt ex prædictis colligitur.

Hæc autem omnia limita procedere præcedente huiusmodi conditione tacita, vel expressa; nam cum hac
273 qualitate loquitur † præsens constitutio. Ideò in primis
verificanda. DD. in l. quicumque, C. de ser. fug. l. aut facta, §. 1. ff. de pœn. l. si in rixa, ff. de sicar. c. sicut dignum de homic.

Secunda conclusio committi confidentiam si eligens, aut eligentes eligunt conditione tacita, vel expressa, vt fructus omnes, vel pars remittantur, vel relinquantur ab electo ad vtilitatem, vel libitum ipsius atque ipsorum, vel aliorum, vt probatur in vers. *siue de*, in hoc §. itidem, quæ verba habent locum in electo, & eligente cum sint continuata, & censeantur repetita ex illa dictione *Et*, & aduerbio *pariter*, & dictione *id*, vt supra probaui pluries. Et viget hoc casu eadem ratio in eligente, quæ viget in conferente, & præsentante, cùm electio debeat esse libera, id est absque conditione, & modo, ac pacto, cap. si alicuius, de elect. e. sanctorum patrum, 1. q. 1. & est communis omnium Doct. sententia,
274 nam per eam † acquiritur ius, vt supra deduxi. Faciunt, quæ scribunt Maiol. de irreg. l. 5. c. 45. col. 5. & 6.
Mascard. de probat. conclus. 1306. col. pen. & hæc conclusio est conformis iuri communi, nam eligentes non
275 possunt eligere conditione tacita vel † expressa recipiendi, aut retinendi fructus beneficij, aut quid simile,
DD. in cap. nobis, de simon. Ant. de Butr. in cap. tuam, colum. 3. de ætat. & qual. DD. in c. Matthæus de simon. quandoquidem fructus debeantur, dumtaxat domino, vt probaui de resignat. benefic. libr. 1. quæst. 6. & sic electo, Petr. de Baif. in direct. electionis, cap. 43. & 44. 3. part.

Et hanc conclusionem primò intellige siue conditio fuerit de omnibus fructibus, siue de parte ipsorum inter eligentem, & electum, quia nihilominus committitur confidentia, vt probant verba illa, *fructus illius*, *vel partem*, & rationem adduxi supra in collatore recipiente partem fructuum & in præsentante, illam etiam partem capiente.

Secundo intellige, siue eligentes recipiant huiusmodi fructus de manu electi, siue de manu alterius, nam nihilominus committitur confidentia, nam ita probat constitutio, & viget eadem ratio, & sic tenetur electus licet ipse non dederit. Declara hoc procedere, si fuit datum eo sciente, secus si ignorante; quia non ligatur pœnis huius constitutionis tali casu, cùm non delinquat, l. annis, ff. de calumniat. Bart. & DD. in l. genero, ff. de infamib. Crauet. consil. 201. num. 36. & in aliis terminis hoc tenent Petr. de Baif. in directo. elect. p. 2. c. 18. Gammat. in extrauag. Iulij II. de simon. elect. Papæ, numero 137.

Tertiò intellige etiam in electione, quæ fuit facta cum prædicta conditione ante publicationem huius constitutionis, & probatur ex verbo *contigerit* vt supra deduxi.

Quartò intellige, siue eligentes percipiant huiusmodi fructus per se, siue per alium, nam eadem viget ratio.

Quintò intellige procedere, siue fructus cedant ad vtilitatem, & libitum eligentis, vel eligentium, siue aliorum puta amicorum, familiarium, consanguineorum & similium; nam ita probat constitutio, & est ratio, cùm adsit eadem ratio vtroque casu, ideò idem ius statuendum, vulg. l. illud, ff. ad l. Aquil.

Et has conclusiones, & ampliationes declara procedere præcedente conditione tacita vel expressa, nam cum hoc præsupposito loquitur huiusmodi constitutio, quod in primis verificandum erit, vt habeat locum.

Tertia conclusio committi confidentiam, si eligens, aut eligentes eligant aliquem ad beneficium vacans ea conditione tacita vel expressa, vt electus soluat pensionem eis aut alteri. Hoc enim probatur in vers. *seu*, eiusdem §. itidem, quæ verba habent locum in eligente, & electo, sicuti in conferente, & eo cui fuit collatum beneficium, & præsentante, & præsentato, nam materia est connexa, & continuata, & repetita, vt ostendit dictio *&*, & *id*, ac aduerbium *pariter*, vt latè supra probaui, & eadem viget ratio hoc casu, ideò idem ius statuendum, l. a Titio, ff. de verb. oblig. faciunt, quæ scribunt Maiol. de irregu. lib. 5. c. 45. sub num. 5. Mascard. de probat. concl. 1306. num. 18. cum seq.

Et hæc conclusio est conformis iuri communi, namque simonia est, pactum de soluenda pensione absque auctoritate Papæ, Gig. de pens. q. 34. Et alibi, Redoan. de simo. p. 3. c. 11. col. 1. 2. & 3. DD. in cap. ex parte 1. de off. deleg. vbi Dec. num. 15. cum sequent. Ita etiam est simonia pactum de soluendo fructus beneficij, vt supra deduxi, ergo quod statuitur hic, habet conformitatem cum iure communi, & cum ratione, & quia electio debet esse libera.

Et hanc conclusionem primò intellige siue pensio fuerit in magna quantitate, siue non, quia constitutio loquitur generaliter, l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præst. & viget eadem ratio, vt dictum est de omnibus fructibus, & parte ipsorum.

Secundo intellige, siue huiusmodi pensio sit soluenda eligenti, siue alijs, nam vtroque casu committitur confidentia, vt probatur illis verbis *illi*, *vel alijs*, Et ratio est quia in vtroque casu adest eadem ratio, l. illud, ff. ad l. Aquil.

Tertiò intellige, siue eligens significauerit soluendam hanc conclusionem, siue alius, vt verba videntur probare, & ratio ipsius constitutionis, & faciunt, quæ latè scribit Gammat. in repe. d. extrauag. Iulij II. super simoniaca elect. Papæ.

Quartò intellige, siue electus soluerit illam pensionem per se, siue per alium, vt patet ibi *per se*, *vel alium*, & eadem ratio viget vtroque casu, nam qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.

Quintò intellige hanc conclusionem, siue intercesserit scriptura, siue non vt probant illa verba scripto, aut verbo, quia eadem est virtus, vt supra deduxi.

Limita primo, dummodo intercesserit conditio tacita, vel expressa ante electionem, vel in ipsa electione, nam cum hac qualitate loquitur Pius V. hic.

Limita secundo non procedere, quoties huiusmodi pensio fuit reseruata auctoritate Papæ, nam cessat de stylo omne vitium, Cassad. decis. 2. de simon. Nauarr. in Man. c. 23. sub num. 107. cum seq. & scripsi latè de resign. benef. lib. 6. q. 1. & 2.

Cætera posui supra, quæ non referam, ne sim longus in hoc articulo.

Vnum autem non omittam, de quo fui aliàs interrogatus, an tuta conscientia possint habentes facultatem eligendi conuenire, vt in omnibus vacationibus contingentibus eligant ex ipsis, & pro nullo dent suffragia ad effectum, vt ipsi omnes adueniente casu possint eli-
gi? Respondi † negatiuè non posse, & conuenientes, ac 276
ita coniurantes peccare, cùm ex hoc habeant finem, & spem prouidendi sibi, & amicis, vt colligitur ex his, quæ scribit D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. & non eligendi di-
gniorem, † vt debent c. licet, 8. q. 1. & ibi Glo. c. con- 277
stitutus 2. de appe. & ibi Franc. Dec. & alij communiter, Nauarr. in Manual. c. 17. num. 72. & 73. & hanc opinionem postea reperi fuisse approbatam per Nauar. consi. 51. tit. de simon. vbi etiam dicit, quòd si fuerint exequuti huiusmodi conuentionem, incidunt in simoniam, quia est simonia ex communi opinione conuentio quærendi beneficium spirituale, c. quam Pio 1. q. 2. c. cum pridem, & cap. vlt. de pact. sicuti etiam est simoniaca conuentio, vt vnus suffragetur alicui in vna electione, vt alius suffragetur alteri in altera electione, Ange. in sum. verb. simonia 3. §. 2. Siluest. in verb. si-

Digitized by Google

monia q. 13. num. 4. & reddit rationem, ac comprobat Nauarr. in Manual. c. 23. num. 100. vers. nam eum quis. Redoan. de simonia. part. 2. cap. 34 num. 2. quod nota, quia multi decipiuntur.

Quæst. 28. in princ. Secundus casus confidentialis &c.

¶ PRimus confidentiæ casus superiori quæstione expositus confidentiam ex parte resignantis patratam concernit; Iste vero secundus ex parte ipsius Collatoris eligentis, vel præsentatis. Tertius, de quo q. seq. ex parte recipientis beneficium. Sed pone quod resignans, & resignatarius, nec non collator, eligens, vel præsentans inter se sunt pacti disponendi de beneficio, vel fructibus forsan clanculum inter ipsorum consanguineos mitti, anne erit casus
1 confidentialis? Credo quod non, saltem per pœnas constitutiones puniendus, quia talis hic alius est à quatuor ibi expressis, à quibus non datur extensio ad non expressos, Nauarr. consi. 22. de simon. & Flamin. infra quæst. 47. Inuoluit enim confidentia dantem vel recipientem beneficium, id est, resignantem, vel resignatarium, seu quamuis prouisum, collatorem, eligentem, vel præsentantem: cum nihil aliud sit, quam pactum, conditio, vel modus adiectus in resignatione, collatione, electione, aut præsentatione, quos illi soli, non autem alij, nisi ipsius mediantibus, attingere possunt, & spurcare. Sufficit tamen ad huiusmodi prauitatem vel vnius ex istis consensus & pactio cum alio quocunque ignorantibus cæteris, de dimittendo ad cultum beneficio, vel fructibus dandis, quia tunc clarum est interuenire confidentiam in resignatione vel actu prouisionis, idque satis forsan demonstrant hæc constitutionis Pij V. verba: *etiam sola dimittentis intentione.* Et ista: *licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum*, quæ intellectum Auctoris superiori quæstione expositum n. 78. vt priora verba intelligēda sint de intentione nota ei, qui beneficium recipit, videntur euertere: cum enim praua intentio resignantis est nota resignatario, qui illi assentit, patet vtriusq; conscientia crimen admitti, & non alterius tantum: ergo intelligenda sunt hæc verba de confidentia resignatario incognita, quæ cum absque pacto committi nequeat, Flamin. supra. quæst. 26. pactum autem sit duorum, l. 1. & ibi Glos. ff. de pactis, necesse est pactionem cum alio interuenisse. Respuit & hanc aliis motiuis Flaminij intelligentiam Garc. de benef. p. 11. cap. 3. num. 181. & ipse peiorem affert, vt scilicet Pius V. voluerit prohibere & punire in illis quatuor casibus, quos in sua constitutione expressit, crimen confidentiæ mentalis, etiamsi alteri parti nihil de eo sit notum, quod nihil aliud est, quam admittere confidentiam punibilem citra aliquod pactum expressum vel tacitum contra mentem & verba constitutionis: ibi. *ex conditione tacita vel expressa*, & communem Doctorum sententiam & ipsiusmet Garciæ, ibid. num. 105. Stet itaque Flaminiana interpretatio verbis etiam posterioribus de admisso vnius tantum conscientia reatu applicanda, vt sit sensus ex praua vnius intentione alteri nota committi confidentiam, etiamsi is alter non intendat fidem suam adstringere, sed gratiosè & liberè pro alieno arbitrio de beneficio disponere, iuxta ea quæ diximus supra, quæstio. 26.

QVÆSTIO XXIX.

De confidentia, quæ solet committi, vt fraudentur officiales Cancellariæ, Cameræ Apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio ad effectum fraudandi iura Cameræ, aut cum retrocessione est confidentialis.*
2 *Aalici auidè procurant beneficia.*
3 *Regressus, & simoniæ qua ratione inuenti.*
4 *Resignationes in fauorem cur repertæ.*
5 *Resignatio in fauorem frequens in Curia.*
6 *Qui sunt qui in Cancellaria nihil soluunt.*
7 *Fit quod alijs prodest, & facienti non nocet.*
8 *Resignatio præbet iustam causam faciendi reseruationem.*
9 *Sine causa non datur reseruatio.*
10 *Lucrum turpe quod.*
11 *Pluralitas beneficiorum ex ambitione.*
12 *Decimæ non debent fraudari.*
13 *Regressus quando intret.*
14 *Habens beneficium tenetur soluere pensionem.*
15 *Acceptans beneficium obligatur ad onera*
16 *Canones odio habent hæreditariam successionem.*
17 *Retrocessio facta infra tres menses ab exempto est confidentialis.*
18 *Fraus ex cautelis.*
19 *Fraus ex vicinitate actuum.*
20 *Fraus ex breuitate temporis.*
21 *Fraus ex actorum frequentia.*
20 *Pluralitas permutationum ostendit fraudem.*
23 *Alienatio in fraudem creditorum nulla.*
24 *Argumentum à verisimili validum.*
25 *Fraus ex magna alienatione.*
26 *Fraus ex modicitate pretij.*
27 *Liberalitas insolita indicit fraudem.*
28 *Contractus suppositus an arguat fraudem.*
29 *Venditio cum pacto de retroueudendo præsumitur fraudulenta.*
30 *Resignatio ad effectum reseruationis quando confidentialis.*
31 *Exempti à iuribus Cameræ qui.*
30 *Mandatum de expediendo gratis, quando & quomodo datur.*
33 *Verbum Ecclesia comprehendit Cathedrales.*
34 *Sub nomine Monasterij venit Abbatia, & Prioratus.*
35 *Dictio,* Alia, *omnia includit.*
36 *Resignatio in fauorem non potest fieri, nisi coram Papa.*
37 *Idem ius vbi eadem ratio.*
38 *Retrocessio facta statim post expeditionem litterarum præsumitur fraudulenta.*
39 *Fraus ex vicinitate actuum.*
40 *Quod tempus dicatur modicum, remittitur arbitrio iudicis.*
41 *Tempus quatuor mensium modicum, & etiam multorum annorum.*
42 *Retrocessio coactè facta, non est confidentialis,*
43 *Vbi lex loquitur clarè, nullum cadit dubium.*
44 *Cessante præsupposito legis, cessat lex.*
45 *Delictum debet excludi.*
46 *Dictio* Vel, *&* Seu *alternant.*
47 *Vbi verba legis non compatiunt, neque dispositio.*
48 *Vnius inclusio est alterius exclusio.*
49 *In pœnalibus fit restrictio.*
50 *Verba posita lege strictè, & propriè capiuntur.*
51 *Retrocessio facta à quocunque breui tempore cum reseruatione est confidentialis.*
52 *Inclusio vnius non est exclusio alterius multis casibus.*
53 *Argumentum à maiori validissimum est.*
54 *Dictio* Præsertim *includit alias personas.*

TErtius casus confidentialis positus in dict. const. in §. ad hæc, est, vt si exemptus a solutione iurium Cameræ recipiat mediante resignatione beneficium, quod modico temporis spatio interiecto, scilicet duorum, aut trium mensium retroce- 1
dat eidem resignanti, reseruatis fructibus, vel ipsorum parte, aut pensione, vel regressu, accessu, aut ingressu, ex hoc committatur confidentia his verbis, *Ad hæc si clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à solutione iurium ipsius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus post resignationem, vel cessionem alicuius extranei de Ecclesia, Monasterio, vel alio beneficio Ecclesiastico in se Apostolica, vel alia auctoritate factam, & admissam, illam, vel illud etiam confectis litteris Apostolicis, & possessione apprehensa in eundem resignantem, vel cedentem modico spatio interiecto, veluti duorum, aut*

Digitized by Google

trium mensium retroceſſerit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, aut beneficij, vel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum, aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illam vel illud ipſi clerico, vel Cardinali, aut alio exempto ſit, fuerit ve conceſſus. Et hæc verba ad hunc effectum refert Marcard. de probat. conclus. 1306. numer. 9. dicens ex hoc præsumi confidentiam, Nauarr. consi. 66. numer. 5. & 6. titu. de ſimon. quod eſt tranſpoſitum 2. tom. fol. 801. & ratio huius concluſionis colligitur ex §. Multi, illis verbis, *Plerique vel ſenes, infirmi, vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel prophanam familiam ecdentium de fructibus Eccleſiaſticis alant, vel illa etiamnum infantibus aut naſcituris aſſeruent, facile interdum circuitu retroceſſionis cum reſeruatione fructuum, & aliarum rerum, aut acceſſu præſertim ab illis, qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſtolicæ ſunt immunes, &c.* & clariùs colligitur ex conſtitut. Pij IV. quæ ad hoc præcipuè tollendum emanauit, & patet ibi, *Ac nonnullos ex ipſis fratribus nimia quadam facilitate, ſeu potius importunis amicorum familiarium precibus adductos beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi recepiſſe, & frequenter recipere intelleximus hanc illicitam beneficentiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colendæ, &c.* ſubdit *huic aliena beneficia cuſtodiendi modo, ne aſſueſcerent, néve illa hoc pacto reciperent, vsque ſic recepta dimitterent, &c.* ſubdit, *ea quæ cuſtodienda receperant beneficia, nondum tamen dimiſiſſe, & inſuper illos, & nonnullos alios, etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ clericos &c.* ſubdit, *Ac ſibi propterea penſiones annuas, ac fructus, &c. ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe ad hoc videlicet, vt confidentes ſic decimarum Apoſtolicarum, vel communis dicti collegij, & annatæ, aliorumve iurium dictæ Cameræ debitorum ſolutionem eludant, integriſque beneficiorum etiam in menſibus Apoſtolicis vacantium, aut aliàs diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ generaliter reſeruatorum collationibus, ac*
2 *interdum, &c.* Nam aulici, † & degentes Romæ curioſè nimis beneficia ſolent procurare, vt redditus opulentos conſequantur, & ditiſſimi euadant, & ideò inuenti
3 Regreſſus, Acceſſus, † Ingreſſus, reſeruationes fructuũ & penſiones, incompatibilitates, ac ſimoniæ ad not. in c. cum pridem de pactis, c. quia. c. de multa, de præben. c. ad audientiam, de reſcr. c. conquerente de cleric. non reſiden. & Doct. omn. tradunt, hac etiam ratione
4 fuerunt repertæ † reſignationes in fauorem antiquo tempore ignotæ, vt qui non poſſit habere beneficium per obitum, illud acquirat mediante reſignatione hac
5 via faciliori. Quæ reſignationes in fauorem † ſunt frequentes in Romana Curia, eſſentque frequentiores, ſi non expenderetur tam magna ſumma pecuniarum, vt fit de ſtylo in Dataria, Cancellaria, Camera, & plumbo. ſecundum expreſſionem, vel taxam beneficiorum.
6 Exempti autem a dicta ſolutione, † vt ſunt Cardinales, Clerici Cameræ, familiares Papæ, ac alij, de quibus infra dicetur, qui nihil ſoluunt pro compoſitione in officio componentis, neque pro annata in Cancellaria ante Conſtitutionem Pij IV. ambitionis, & auaritiæ vitium ſequentes rogabant, & perſuadebant amicos, familiares, & conſanguineos, vt beneficia pinguia per eos obtenta in fauorem ipſorum exemptorum reſignarent præmiſſa conuentione eadem retrocedendi, vt poſſint ipſi exempti in retroceſſione obtinere reſeruationem fructuum, aut penſionis, vel regreſſus & acceſſus, qua reſeruatione ipſi non vtentur niſi poſt mortem ipſorum, de facili ad hoc inducebantur illi amici, familiares, & conſanguinei, tum quia id eis non nocebat, & alios iu-
7 uabat † iuxta id, quod notat. Bal. in l. in creditore, ff. de euict. l. mulier, qui potior. in pign. habeant, tum vt prædictis rem gratam facerent, & Papa etiam de facili reſeruabat huiuſmodi fructus penſiones, & regreſ-
8 ſus ſtante reſignatione, quæ præbet iuſtam cauſam † faciendi reſeruationem, Gig. de penſ. 4. num. 2. & quæſt. 19. Gammar de auct. Leg. a later. tit. de penſ. numer. 98. & 99. & num. 146. & 194. Mar. Angui. conſ. 20. no. 15. & dixi latè de reſign. beneſ. lib. 6. quæſt. 2. colum. 3. & etiam quæſt. 1. vbi dixi ſine cauſa † non dari hu-
iuſmodi reſeruationes, quod hodie etiam de ſtylo eſt 9
notiſſimum. Sequuta igitur reſignatione in fauorem dictorum exemptorum ipſi exempti expeditis, vel non expeditis litteris breui tempore interiecto retrocedebant eadem beneficia eiſdem obtinendo reſeruationem fructuum penſionis, vel regreſſus, qua reſeruatione fructuum, & penſionis viuentibus dictis amicis, familiaribus & conſanguineis primis reſignantib. non vtebantur, mortuis autem ipſis, vel capiebant beneficia prædicta vigore regreſſus, vel ſi non habebant regreſſum ab illis, quib. conferebantur per ordinarium, aut Papam, petebant fructus, aut penſionem oſtendendo reſeruationem obtentam in retroceſſione. Et cùm id ex plurib. videatur malum, Primò, quia nihil aliud eſt, quàm genus quoddam piſcationis beneficiorum ac negocia-
tionis, & turpis lucri commodum † ex cupiditatis radi- 10
ce procedens, c. quia nonnulli de Cleric. non reſiden. c. de multa, de præb. c. 1. 21. q. 1. ac continens prauas cupiditates, & ambitionis, ac auaritiæ vitium, c. cum iam dudum, de præb. Abb. in c. quia in tantum de præb. vt
dicitur de pluralitate † beneficiorum, Alfonſ. Haied. de
incompatib. beneſ. p. 1. c. 19. num. 2. Gammar. de auct. Leg. 11
à later. tit. quando legatus poſſit plura beneficia alicui conferre num. 69.

Secundò, quia fraudatur Dataria, Camera, & Cancellaria, eorumque collegia & officiales, qui emerunt officia vt conſequantur certa emolumenta conſtituta ſolui ſolita in expeditione litterarum Apoſtolicarum, à quorum ſolutione ſunt exempti prædicti, qui ita in confidentiam recipiunt beneficia, quod conſideratur in Conſtitutione Pij IV. in verbis ſupra poſitis.

Tertiò in hoc etiam patitur detrimẽtum ipſe ſummus Pontifex, qui ſi contingat ex aliqua cauſa imponere decimas beneficiorum, à Cardinalibus & aliis exemptis non exigeret eas pro reſeruatione fructuum, aut penſio-
nis ipſis facta, & † hoc etiam conſiderauit Pius IV. illis 12
verbis, *ſic decimarum Apoſtolicarum.*

Quartò, quia fraudatur ipſe Summus Pontifex, ac alij ad quos ſpectat ius conferendi illa beneficia, nam ſi moriantur poſſeſſores, vel non poterunt ea conferre, ſi
fuit exempto per confidentiam reſeruatus † regreſſus,
Rebuff. in praxi titu. de regreſſ. Mandoſ. tract. ſignat. 13
grat. tit. regreſſus, Mohed. deciſ. 338. in manuſcr. Card. Pariſ. conſ. 5. vol. 4. dixi latè de reſig. beneſ. lib. 6. q. 5. vel ſi non fuit reſeruatus regreſſus ſed tantum fructus, aut penſio, conferent beneficia, verùm non integra, ſed diminuta, cum illi cui fuerint collata beneficia, teneantur ſoluere † penſionem, & conſentire perceptioni fru- 14
ctuum reſeruatorum, Guid. Pap. quæſtio. 557. Sarn. deciſ. 159. manuſcrip. & fuit pluries reſolutum in Rot. vt latè dixi de reſign. beneſic. lib. 5. quæſtio. 8. numer. 25. & 26. cum ſeq. Acceptans enim beneficium videtur
ſe obligare ad onera † impoſita in eo, Gig. de penſ. 15
quæſt. 51. Caputaq. deciſ. 302. lib. 1. latè Burſa. conſ. 361. vol. 4. & ratione, ne fraudentur Ordinarij plura ſunt introducta, vt diximus circa publicationem de reſign. beneſ. l. 11. q. 1.

Quintò, quia beneficiis videtur prouiſum, quaſi hæ-
reditaria ſucceſſione quod † odio habent canones, c. 1. 16
cum ibi notatis de præb, c. Apoſtolica 8. quæſt. 1. cap. ad extirpandas de fil. presbyt. c. conſuluit de iur. pat. eſſet enim in poteſtate prædictorum aucupari, quot, & quæ voluerint beneficia, no. in c. ex tranſmiſſa, de fil. presbyt. ca. ad hæc de decim. Contra etiam plerumque naturam beneficiorum arg. c. 22. 3. Con. Carthagi. c. quando diſt. 54. ca. ex tenore, & ca. non eſt de temp. ordin.

Ideò Pius V. in hoc §. ſtatuit eſſe confidentiam retroceſſionem † factam infra tres menſes ab exempto dictorum iurium, cum reſeruatione fructuum, & penſionis, aut regreſſus, quia videtur in ſe continere fraudem ſupra explicatam, quæ fraus deprehenditur † ex conie-

Digitized by Google

ēturis, cap.2, vbi omnes de renunc. lib.6, Glos. in l. do-
lum C.de dol. Bart. in l. post contractum, ff. de donat.
Dec.cons.235.col.1. & 2.Card.Paris.cons.97.numer.17.
vol.3. & cons.52.num.35.vol.4.Ioan.de Amic.cons.107.
in princ.Grat.cons.81.nume.42.lib.2. Menoch.de arbitr.
iudic.cas.459.num.4.Et plures extant coniecturæ quod
ita conuenerunt, & quod resignatio fuerit simulata ad
hunc effectum.

19 Prima vicinitas † actuum, iuxta not.per Bart. per il-
lum tex.in l.si veneri §.vlt.de priuil.credit. Idem Barto.
in l. post contractum, ff. de donat. & ibi Ioan. Annib.
num.163.Card.Paris.cons.143.num.21.vol.4.Ruin.cons.
230.num.2.vol.2.Crot.cons.13. num 26. & communiter
20 alij. Et breuitas † temporis, Loffred.cons.52.numer.15.
Afflict.decis.72.num.3.Cassan.decis.33.nume.17.Crauet.
cons.153.num.9.

Secunda quia resignatio prima facta in fauorem
exempti, nihil prodest ipsi resignanti, cùm nihil reser-
uauerit, nec fructus nec pensionem, ergo ex hoc de-
prehenditur fraus conuenta, iuxta ea, quæ scribit Ruin.
cons.78.num.9.vol.3.cum aliis, vt per Mascard. de pro-
bat. conclus.815.num.2.

21 Tertia, ex actorum † frequentia, scilicet reciproca
resignatione, iuxta ea, quæ dicuntur per Guid. Pap.
tract.de præsump.numer.47. & 51.Card.Paris.cons.153.
22 num.2.vol.4. ita etiam ex pluralitate permutationum †
fraus colligitur, Staphil. in tract. de Grat. expectat. in
rub. de var.mod vacat.num.71. quem ad hoc refert, &
sequitur Mascard.de probat.conclus.815. num.17.

Quarta, ex damno quod infertur collatoribus, sicuti
dicimus de alienatione † in fraudem creditorum iuxta
23 ea, quæ scribunt Bar.in l.si priusquam num.10.C.de iur.
fisc.lib.10.latè Sori.seo.in l.1.numer.84. cum seq ff.sol.
matr.Gabr.cons.82.lib.1.

24 Quinta, ex verisimilitudine quod † argumentum va-
lidissimum est in huiusmodi materia, Dec. cons, 644.
num.6.Crau.cons.100.num.5. & cons.153.num.11.& de
ea constat: nam non solent Clerici resignare beneficia
sua absque recompensa, vel reseruatione pensionis, vt
experientia docet, & faciunt not.in c. super hoc de re-
25 nunc. ergo sicuti ex magna alienatione † præsumitur
fraus Bar.in l.omnes §.Lucius numer.2. ff. de his quæ in
fraud.cred.Bal.in l.fraus, ff.de legib.Alex.cons.47. nu.5.
lib.1.Card.Paris.cons.72.numer.68.vol 3. Nat.cons.162.
num.6.vol.1.Soci.iun.cons.7.num.6.volu.4.Afflict.decis.
370.nu.13. Et ex re in solita, Guid.Pap.tract.præsumpt.
num.27.Crau.cons.100.num.5.Ioan.Annibal. & alij om-
26 nes in d.l.post contractum, num.139.Et ex modicitate †
pretij in contractu venditionis, Bar.in d.l. post contra-
ctum, num.17.Pic.num.44.Cran.cons.110.num.4. Guid.
27 Pap.d.tract.num.46.ita ex liberalitate † insolita per re-
nunciationem prædicto modo factam, Cassane.cons.39.
Dec.cons.235. col. 1. & 2. & vt potius id fecisse dicatur
ex eo quam ratione amicitiæ, familiaritatis, consan-
guinitatis, & reuerentiæ, ac spei, iuxta ea, quæ ponit
Castr.cons.337.num.20. lib.1.

28 Et cum omnis contractus † suppositus arguat frau-
dem, l. pupillus, §. sed & si per interpositam ff. de auct.
tut. Guid.Pap.d.tract.de præsump.nu.47.Ruin. cons.130.
num.2.vol.2. & communiter alij vt per Mascard.de pro-
bat.concl.815.num.43.ita & huiusmodi resignatio simu-
lata facta ad dictum effectum.

Et quemadmodum venditio facta cum pacto de re-
29 trouendendo præsumitur † simulata, & fœneratitia, vt
per Cepol.de simul. contract. numer. 15. ver. & prima
præsumptio, Boër.decis.183.num.26.Gammar. decis. 76.
num. 4.Gabriel cons.74.num.4. lib.1. cum aliis, vt per
Menoch.de præsump. lib.3.præsumpt.122. num. 42. cum
seq.Ita pari ratione huiusmodi resignatio facta ex veri-
simili ratione cum pacto retrocedendi, cum eadem vi-
deatur adesse ratio, vt patet ex his, quæ scribunt Corn.
cons.41.num 8 lib.3.Alex.cons. 54.col.1.lib.6.Abb.cons.
97.& hanc esse rationem huius §. & fuisse intentionem
Pij censeo.

Non nego tamen, quod hæc conclusio potest exem-
plificari alio modo, quo caso etiam confidentia com-
mitteretur, quoties habens beneficium vellet, & opta-
ret, vt talis Cardinalis, vel familiaris Papæ haberet
pensionem super suo beneficio, aut regressum, & cum
pensio sine causa non detur ex stylo, resignat ad hunc
effectum ipsi Cardinali, aut familiari Papæ, vt postea
sibi retrocedat cum reseruatione dictæ pensionis, quam
reseruationem stante resignatione obtinebit absque du-
bio, vt dixi lib.6.de resig. benefic. quæst. 2.& hoc quia
resignatio non fuit vera, sed simulata ad effectum, † vt 30
reseruaretur pensio, committitur confidentia, vt in his
terminis huius constitutionis fuit resolutum in Rot. in
vna Reatin.pensionis Veneris 11. Martij 1588. coram R.
P. D. Pamphilio, sicuti colligitur fraus ex venditione
cum pacto de retrouendendo, Cepoll.de simul.contract.
num.15.Gammar.decis.76.numer.4. Idque magis potest
contingere in personis exemptis a solutione iurium Ca-
meræ, quæ cum nihil impendant in expeditione littera-
rum de facili expediunt littera resignationis, vt postea
retrocedant cum dicta reseruatione, & expediant litte-
ras reseruationis. Ideò de his loquitur, & has personas
nominat præsens Constitutio.

Nunc autem pro intelligentia totius materiæ: & ex-
plicatione, omnium casuum, de quibus posset dubita-
ri, per modum quæstionum explicabo omnia verba
huius §.

Primò quæro qui sint isti exempti à iuribus Came-
ræ, & Cancellariæ? Stylus communis † docet exem- 31
ptos à iuribus Cameræ esse S.R.E. Cardinales, propter
eorum maximam dignitatem, & continuos labores,
quos sustinent in consilio vniuersalis Ecclesiæ, itidem
Clericos Cameræ Apostolicæ, aliosque officiales prin-
cipales Sanctissimi D.N. Papæ, & quibus id ex priuile-
gio concedit Summus Pontifex: Familiares autem Pa-
pæ solent expedire litteras beneficiorum, vt Cardina-
les, nam nil soluunt? in vnaquaque autem expeditione
consueuit Papa † signare supplicationem, quæ appella- 32
tur mandatum de expediendo gratis:& datur cum clau-
sula, quòd sola signatura sufficiat, & sanct. mem. Gre-
gorius XIII. vocabat me familiarem suum, & cum hoc
mandato expediui quatuor bullas, octo beneficiorum
à sua Sanctitate sponte mihi collatorum.

Secundò quæro, in quibus beneficiis procedat hæc
conclusio? communis opinio omnium est habere locum
in omnibus, quia dicit de *Ecclesia Monasterio, & alio be-
neficio Ecclesiastico*. nam verbum † *Ecclesia* comprehen- 33
dit Ecclesias Cathedrales, & Metropolitanas, verbum
autem *Monasterium*, Abbatiam, & Prioratum † secula- 34
rem, vel regularem, subdit postea, & alio beneficio, vt
† omnia includat, iuxta ea, quæ dicit Bald. in l.in frau- 35
dem, ff. de milit. testam. & patet ex adductis supra in
casibus præcedentibus.

Tertiò quæro, quomodo intelligantur illa verba,
Apostolica, vel alia auctoritate factam, & admissam,
cum loquatur de resignatione in fauorem, vt patet ibi
post resignationem, vel cessionem in se, quæ non potest
fieri, nisi coram † Papa, vt latè dixi de resign. benefi- 36
fic. lib.5.q.6.respondeo mentem Pij V. fuisse, vt inclu-
dat omnem casum, & excludatur penitus omnis fraus:
nam poterat euenire, quòd quis renunciet coram ordi-
nario simpliciter ad effectum, vt conferat tali exempto,
qui postea exemptus, cui collatum est dictum benefi-
cium illud coram Papa retrocedat modico temporis in-
teruallo interiecto eidem resignanti, vtique hæc est
confidentia. Ideò hæc verba existimo esse intelligenda
de prima resignatione facta coram Papa & de ea
fit coram ordinario nam eadem ratio fraudis potest
considerari vtroque casu, ideò idem ius † statuen. l. il- 37
lud, ff. an leg.Aquil.l.à Titio, ff. de verb. oblig. & cum
dixit *Apostolica* intelligit quando fit coram Papa cum
autem dicit. *vel alia auctoritate*, intelligit coram Ordi-
nariis & aliis collatoribus, Rebuff. in prax. benef. Gl.
12. super regu. de infirm. num. 3.

Quartò quæro an hæc conclusio procedat, quoties
exemptus à iuribus Cameræ, & Cancellariæ, cui fuit

Digitized by Google

resignatum beneficium expediuit litteras illius benefi-
cij, & apprehendit possessionem, & postea illud retro-
cessit in fauorem primi resignantis? affirmatiuè est res-
pondendum, vt colligitur ex illis verbis *etiam confe-
ctis literis Apostolicis & possessione apprehensa*, quæ fue-
38 runt consultò addita, vt exprimant † casum magis dubi-
tabilem, nam quoties quis retrocedit non expeditis lit-
teris, tunc absque dubio constat de fraude, dubium po-
terat fieri, quando resignatarius expediuit litteras &
apprehendit possessionem, nam ex hoc colligebatur
resignationem non fuisse simulatam, sed veram, nihil-
ominus contrarium voluit hic Pius V. vt etiam hoc
casu sit confidentia ex ratione, quam supra attulimus,
quæ militat prædicto casu.

Quintò quæro, an tempus constituat ad cognoscen-
dam retrocessionem fraudulentam? Respondeo duo-
rum, vel trium mensium, vt patet ibi, *modico spatio in-
tersecto, veluti duorum, vel trium mensium retrocessit*: cum
39 ex vicinitate † actuum præsumatur fraus, Bar. in l. post
contractum num. 8. & ibi Ioan. Annib. num. 163. Paris.
cons. 143. num. 21. vol. 4. & temporis breuitate, Cra-
uet. cons. 100. num. 8. Afflict. decis. 72. num. 3. Ruin.
cons. 130. num. 2. volum. 1. appellat spacium duorum,
vel trium mensium tempus modicum, nam arbitrio iu-
40 dicis remittitur, quod tempus † dicatur modicum, l.
si constante, §. si vxor, ff. solut. matrimon. leg. si
quis ita †. Seia, & ibi Gl. ff. de verb. oblig. Bar. in l.
continuus, §. insulam, ff. eod. & in l. item si vnus ff. de
arbit. Gl. in l. & si post tres, ff. si quis caui. Gl. in c. præ-
terea de ætat. & qualit. Specul. in titu. de iuramen. de-
lat. in verb. nunc igitur. Bar. in l. sed si susceperit. §. 1. ff.
de iudic. Bertach. in repert. in verb. modicum tempus,
Corset. in tract. de minimis p. 2. num. 18. Iul. Ferret. de re
naual. lib. 12. num. 135. Franc. de Plat. de excom. §. 377. n.
4. Albe. Brun. de stat. art. 9. num. 215. Cardin. Iacobat. de
41 Conc. lib. 4. art. 40. numc. 173. nam quandoque tempus †
quatuor mensium dicitur modicum, l. si cum dies §. in-
terdum, ff. de arbitr. quandoque duorum annorum, cap.
potuit locat. l. domini horreorum, ff. eod. quandoque
quinque annorum, l. 1. §. quod dictum, ff. de separat. quã-
doque septem annorum, c. vlt. ne prælat. vic. so. Corset.
d. tracta par. 2. num. 18. aliquando nouem annorum, Re-
doan. de reb. Eccl. non alien. vers. item, num. 5. quan-
doque decem annor. Franc. de Plat. d. tract. §. 37. nu-
mero 4. Redoan. de reb. Eccl. non alien. cas. 3. nume-
ro 15. in casu autem nostro tempus duorum vel trium
mensiũ Summus Pontifex statuit modicũ tẽpus esse ad
iudicandã retrocessionẽ factã ab exẽpto confidentialẽ.

Ex quo colligitur, quòd dicti exempti retroceden-
do post tres menses retrocessio non dicetur confiden-
tialis, arg. l. cum prætor, ff. de iudic. nisi aliunde con-
staret de confidentia, nam tunc esset confidentialis,
etiam si fieret post, neque etiam retrocessio debet iudi-
cari confidentialis, quamuis facta intra tres menses, si
fuit † coactè facta nam Pius V. loquitur de retrocessio-
42 ne libera, vt fuit alias pronunciatum ex his quæ tra-
dunt Io. Andr. in c. propterea, 2. de iur. patr. Feli. in c.
cum M. nu. 21. de constit. & ibi Dec. n. 34. & cons. 22. nu. 2.
Crauet. cons. 156. n. 8.

Sextò quæro, an hæc conclusio procedat in retroces-
sione facta infra dictum tempus ante constitutionem pu-
blicatam: affirmatiuè est tenendum, quia dicit *retro-
cesserit, aut retrocedat in futurum*: ergo comprehendit
tempus præsens, præteritum, & futurum, quod potuit
facere ex rationibus, quas ponam aliàs.

Septimò quæro, an requiratur, vt in retrocessione
aliquid reseruetur, vt iudicetur confidentialis? respon-
deo affirmatiuè, quia expressè dicitur de reseruatione
omnium frnctũ, aut parte vel pensione, aut regressu, vel
43 accessu vnde nullũ cadit † dubium l. illam, C. de collat.
l. ancillæ, C. de furt. Ex quo infertur, quòd si retroces-
sio esset facta absque reseruatione prædicta non esset
44 confidentialis, quia cessant verba, & † præsuppositum
dispositionis, l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. & cessat
ratio fraudis, quæ consistit in reseruatione, vt supra di-
ctum est, & per consequens huiusmodi retrocessio præ-
sumetur facta ex alia causa, tum vt excludatur † deli- 45
ctum, iuxta. l. merito, ff. pro soc. tum etiam, quia ad quid
ita conuenirent prædicti, nam nulla vtilitas eis oritur
ex dictis circuitibus, quare omne aliud quam delictum
est præsumendum, latè Gabr. de malef. concl. 2.

Octauò quæro, an requiratur, vt omnia nominata in
hoc §. reseruentur retrocedenti vt habeat locum hæc
conclusio? respondeo negatiuè, vnum sufficere scili-
cet, vel reseruationem fructuum, aut pensionis, vel re-
gressus, & accessus, quia vtitur † dictionib. *vel* aut *seu*, 46
quæ id significant, l. si hæredi plures ff. de cond. inst.
cum aliis, vt per Iac. Nouell. de iur. protomis. §. quod
si forte, col. 7. & hoc nullum habet dubium.

Nonò quæro, à quo tempore computetur huiusmodi
tempus duorum, vel trium mensium? respondeo à pri-
ma resignatione.

Decimò quæro, an hoc quod dicitur de exemptis iu-
rium Cameræ, & Cancellariæ, vt sit confidentialis re-
trocessio facta cum reseruatione infra tres menses, à
prima resignatione, procedat etiam in retrocessione fa-
cta per non exemptos, cum dicta reseruatione: exem-
plum, Titius resignauit Mæuio beneficium simpliciter,
Mæuius postea infra tres menses, vel minus illud re-
trocedit Titio. cum reseruatione pensionis dubitatur
an hæc sit confidentia? Pro negatiua primo adducitur,
quia vbi verba legis non competunt, neque † dispositio, 47
l. 4. §. toties, ff. de damn. infec. sed prædictis non exem-
ptis à iuribus Cameræ, & Cancellariæ non competunt
verba constitutionis vt ex lectura patet, ergo, &c.

Secundò, quia huic casui non applicatur ratio præ-
sentis constitutionis, quæ fundatur in fraude, quæ fit
Officialib. Cameræ, & Cancellariæ, vt in constitu-
tione Pij IV. & hoc expressè dicitur, ergo neque con-
stitutio lege illud, ff. ad lege Aquil. c. cum cessante,
de appel.

Tertiò, quia consultò exprimit de exemptis ob di-
ctam rationem fraudis Officialium, ergo † excludit 48
alios l. cum prætor, ff. de iud.

Quartò, quia sumus in pœnalibus, & odiosis, in qui-
bus verba strictè sunt accipienda, & restringenda qua-
tenus proprietas verborum † suadet, ad no. in reg. odia, 49
de reg. iur. Et regulariter verba posita in l. verè, † & 50
propriè capiuntur. l. 1. §. fi. is qui nauem, ff. de exercit.
l. quod constitutum, ff. de testam. milit. c. ad audien-
tiam, de decim.

Quintò ob generalem illam præsumptionem exclu-
dendi delictum l. merito, ff. pro soc.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem
existimo veriorem, & † tenendam in iudicando, ac cõ- 52
sulendo, vt retrocessio facta a quolibet, cum prædicta
reseruatione intra dies, mensem, duos menses, vel tres
sit præsumenda confidentialis, vt fuit pluries iudicatũ
per tribunal confidentiarum, & aliàs tenuit Rota, in
vna Reatin. pensionis de anno 1588. Veneris 11. Martij
coram R.P.D. Pamphilio, nam resignatio non fuit in ve-
sed simulata, facta ad effectum vt fieret dicta reserua-
tio, quæ sine causa non obtineretur, vnde intrant verba,
& rationes consideratæ per Pium IV. in sua Constitu-
tione in §. *& insuper*, ac etiam ratio considerata hic
per Pium V. qui loquitur de exemptis iurium Cameræ,
& Cancellariæ, cùm tunc esset hic casus frequentior,
& quia facilius hoc eueniebat, eò quia non expende-
bant in expeditione litterarum, non propterea sequi-
tur, quòd non comprehendat alios casus, in quibus mi-
litat eadem ratio simulationis, fictionis, & fraudis, l.
his solis, C. de reuoc. dona. Paris. cons. 83. numer. 21.
volum. 3. & cons. 69. numero 3. volum. 4. Et ita etiam
vidi alias fuisse pronunciatum, nam 10. Ianuarij Ioann.
Andreas resignauit beneficium simplex, quod obtine-
bat in fauorem Fabij, qui Fabius 22. Ianuarij, & sic in-
fra 12. dies post dictam renunciationem, antequam lit-
teræ essent expeditæ, retrocessit dictum beneficium ei-
dem reseruata pensione 50. duc. fuit resolutum retro-
cessionem confidentialem, & pensionem reseruatam

esse nullam, eò magis, quia causa solita exprimi in reseruatione pensionis ea causa resignationis, ne nimium dispendium patiatur, vt dixi de resig. benefi. li. 6. qu. 2. non est vera, cùm nullum dispendium patiatur ex tam modico temporis interuallo, vt etiam fuit consideratū in d. Reatin. pensionis per Rotam coram Pamphilio 11. Martij 1588.

Ad contraria sic respondetur.

Ad primum dico satis includi in ratione, vt latè prosequitur Tiraq. in l. si vnquam, ver. liberis oume. 37. C. de reuoc. don. & de vtroq. retract. tit. de retra. lign. §. 20. n. 2. & 3. Crau. cons. 128. n. 15.

Ad secundum respondeo, quòd non vna est ratio, sed plures, vt supra dixi.

Ad tertium respondeo inclusionem vnius non esse
52 exclusionem alterius, quando † casus exclusus includitur alia via, & ratione, Fel. in c. nonne, 4. limitatione, de præsump. Paris. cons. 100. n. 39. vol. 1. & neque quoties vnus casus includitur ratione frequentioris contingentiæ, vt est iste, Gl. in clem. 1. ver. præsidentes, de rescr. Ias. in l. 1. n. 33. ff. sol. matr. & in l. 4. n. 10. ff. de vulg. & pup. Bellon. cons. 81. n. 18.

Ad quartum respondeo hic non tractari de extensione, sed de comprehensione ex eadem ratione, Dec. in c. at si clerici, §. de adulteriis, num. 18. de iud. & consi 284. col. 2. & cons. 301. col. etiam 2.

Quintum autem non applicatur, cum constet de delicto. quod venit puniendum, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. l. capitalium, ff. de poen. c. vt famæ. de sen. excom. & communiter alij, &c.

Concludendum igitur est, quod hic dicitur de exemptis iurium Cameræ, & cancellariæ habere locum etiā in non exemptis concurrentibus qualitatibus hic requisitis, & hoc præterea ex argumento à maiori, quod validissimum est, Auth. multò magis, C. de sacrosanct.
53 Eccl. c. illorum, de sen. excom. Crau. consi. 290. sub n. 2. & cons. 326. num. 10. & alij omnes, & ponderando verba posita in §. multi, in vers. plerique, ibi, *Præsertim ab illis, qui præstandorum iurium Cameræ Apostolicæ sunt immunes*, dictio enim illa *præsertim* † includit alias per-
54 sonas, & casus, sicut dictio præcipuè, & dictio maximè, Gl. in l. illud in fine, ff. ad l. Aquil. Gl. in ca. ad abolendum, de fil. presbyt. Cepoll. de simulat. contract. num. 216. & per consequens reseruationes factas in prædicta retrocessione esse nullas, inualidasq. tanquam prouenientes ex fonte, & radice infecta, vt fuit pluries resolutum.

Quæst. 29. num. 51. Vt retrocessio facta à quolibet cum prædicta reseruatione intra duos menses vel tres sit præsumenda confidentialis.

¶ EX hoc tertio confidentiæ casu ex persona recipientis beneficium desumpto sic ab Auctore declarato, facile diluuntur dubitationes, quas mihi quotidie proponi contingit, an beneficium resignatum possit resignanti licitè retrocedi? aut enim retrocessio fit intra tres menses, aut post. Primo casu si fiat absque reseruatione fructuum vel pensionis licita est: si verò cum dicta reseruatione, illicita & confidentialis censetur, vt hic habes. Secundo casu indistinctè licita est, siue interueniat aliqua reseruatio, siue nulla, vt plenè deducit Auctor à num. 39. Limita primò nisi retrocederetur beneficium post absolutionem à crimine vel irregularitate per eum, cui fit retrocessio obtentam; tunc enim omni casu præsumeretur confidentialis vt quæstione proximè sequenti dicetur. Limita Secundò, vbi in primo casu Resignatarius post susceptos ad titulum beneficij resignati ordines, maximè si alterius sit diœcesis, ratione originis, vel domicilij, vel post sibi datum Defensoris, quem Syndicum vocant Cleri diœcesani ministeriū, ad quod non nisi certi generis beneficiati assumuntur, illicò, vel infra memoratum duorum aut trium mensium spatium, etiam absque reseruatione retrocedit; tunc enim viget eadem ratio. ac si fructus aut pensio reseruarentur & resignatio præsumenda non seria, sed beneficium fuisse mutuatum ad effectum ordinationis vel syndicatus, quod satis ostendit euentus & subita retrocessio.

QVÆSTIO XXX.

De confidentia, quæ committitur, vt perpetrentur delicta.

SVMMARIVM.

1. *Accipiens denuo beneficium post absolutionem à crimine præsumitur fraudulenter cessisse.*
2. *Ex sequentibus colligitur animus.*
3. *Alienatio omnium bonorum facta ante delictum præsumitur fraudulenta.*
4. *Alienatio maioris partis bonorum etiam.*
5. *Ex magna alienatione semper præsumitur fraus.*
6. *Beneficium acquiritur cum labore.*
7. *Alienatio post delictum est nulla.*
8. *Fraus ex coniecturis colligitur.*
9. *Fraus ex verisimilitudine colligitur.*
10. *Alienatio fraudulenta quoties alienans remansit in possessione.*
11. *Simulatio quomodo probetur.*
12. *Contractus facti in suppositas personas fraudulenti.*
13. *Dictio,* Ante, *quid significat.*
14. *Ex vicinitate actus fraus.*
15. *Delictum perpetratum ex rixa non inficit facta prius.*
16. *Arbitrio iudicis remittitur, quando delictum dicatur fieri de proximo.*
17. *Alienatio facta in fauorem coniunctæ personæ fraudulenta.*
18. *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.*
19. *Coniunctus dicitur consanguineus, vel ille, qui est sub potestate.*
20. *Amicitia est magna fraternitas.*
21. *Alienatio facta clam fraudulenta.*
22. *Dictio,* Post, *quid significat.*
23. *Dictio,* Vel, *alternatiua.*
24. *Ex timore amissionis colligitur fraus.*
25. *Alienatio in fraudem fisci quæ.*
26. *Relatiuum,* si quis, *omnes personas comprehendit.*
27. *Subsequentia intelliguntur secundum præcedentia.*
28. *Vna pars legis declarat aliam*
29. *Verba,* quacunque auctoritate, *quomodo intelligantur.*
30. *Delicta quædam priuant à beneficio, quædam non.*
31. *Delicta quædam inducunt irregularitatem, quædam non.*
32. *Delicta quæ inducunt irregularitatem.*
33. *Irregularitas quæ.*
34. *Irregularis non potest obtinere beneficia sine dispensatione.*
35. *Dispensatio in irregularitate quando detur.*
36. *In homicidio voluntario non datur dispensatio.*
37. *Papa potest dispensare in homicidio voluntario.*
38. *Irregularitates omnes de iure positiuo.*
39. *Papa super iure positiuo habet plenariam potestatem.*
40. *Super irregularitate, quæ surgit ex impossibilitate non datur dispensatio.*
41. *Absolutio quid.*
42. *Rehabilitatio quid.*
43. *Absolutio datur peccati.*
44. *Absolutio non conceditur motu proprio.*
45. *Dispensatio quid.*

QVartus casus confidentiæ beneficialis positus in d. Constitutione in §. postremò est, vt sit confidentia recipere id beneficium † quacunque auctoritate post absolutionem à crimine 1
& dispensationem ab irregularitate, quod ante, vel, post commissum delictum, & contractam irregularitatem fuit renunciatum his verbis. *Postremò si quis à crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitata*

Digitized by Google

dispensatum est denuo receperit quatunque auctoritate Ecclesiam, Monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum aut contractam irregularitatem dimiserit. Et tradunt simpliciter Maiol. de irreg. lib. 5. c. 45. sub num. 5. colum. pen. vers. si quis criminosus, Mascard. de probat. conclusi. 1306. num. 21. & ratio huius conclusionis colligitur ex §. multi, vbi Pius V. assignat rationes, ex quibus solet committi confidentia, interque alias hæc est, quòd nequeuntes iure retinere beneficia, & incapaces propter crimina, vel vt inimicos occidant, aliaque delicta perpetrentur, in alios deponunt eorum beneficia, vt purgato delicto, vel absolutione consequuta, illa repetant. Ideo iusta, & probabili ratione hic statuitur, vt recipere beneficium post absolutionem, quod ante absolutionem, vel delictum renunciatum fuit sit confidentia, cùm ex eo colligatur animus prauus ipsius, & qua ratione renunciauit, & quid actum sit in renunciatione, & propterea quod renunciatio non fuerit vera, sed pal-
2 liata, ne beneficium amittatur † ex illo delicto, l. quædam, ff. de reb. dub. l. sed Iulianus §. proinde, ff. ad Macedo, & semper inspici debet, cur aliquid sit factum, l. verum. 2 ff. de furt. l cum tale. §. vlt. ff. de cond. & demonst. c. Intelligentia, ubi Gl in ver. ex causis. de verb. signific. ex quo potest ius præsumere, & statuere, l. in fundo, in princ. ff. de rei vend. l. vlt. in fin. ff. de act. & obliga. Menoch. de præsumpt. quæst. 17. nume. 2. lib. 1. & faciunt not. per Crau. consi. 304. num. 3. & cons. 319. num. 7.

Et videtur habere magnam conformitatem cum iure communi, quod hic dicitur tam de renunciatione facta ante delictum, quàm de facta post, ante verò absolutionem, quia communiter receptum est alienationem
3 factam † ante delictum omnium bonorum censeri fraudulentam, & nullam, l. omnes §. Lucius ff. de his quæ in fraud. cred. & ibi Dyn. & Bar. in l. in fraudem, in prin. ff. de iur. fisc. Gl. in l. qui testamen. ff. de testam. Bar. in l. post contractum, numero. 2. ff. de dona. Dec. cons. 235. nu. 2. etiam vbi dicit idem esse in alienatio-
4 ne maioris † partis bonorum, Gl. in l. nomen, § filio, ff. de leg. 2 Bal. in l. si vnquam C. de reuoc. donat. Ang. in l. 2 colum. 1. C. de dona. int. vir. & vx. Ale. cons. 55. col. pen. li. 1. & cons. 108. col. 1. l. 4. & omnes volunt ex magna † alienatione colligi fraudem Bart. in l. si patro-
5 nus, nu. 2. ff de prob. corn. consi. 140. li 2. Nat. consi. 162. n. 6 li. 1. Afflict. decis. 370. post nu. 13. latè Soc. iun. consi. 7. num. 6. vol. 4. Card. Paris consi 72. num. 68. vol. 3. Io. de Amic. cons. 29. quæ ratio magnæ alienationis militat in eo, qui habet beneficium tot laboribus, & expensis ac-
6 quisitum, † & illud renunciat iuxta ea, quæ scribunt Ant. de Butr. Inno. Host. Abba. & alij in c. super hoc, de renunciat. Io. Annib. in d. l. post contractum, n. 93. Paul. de Monte Pico n. 22. & 24. ff. de dona. Ale. cons. 47. col. 3. num. 5. vol. 1.

7 Et communiter etiam receptum est, alienationem † factam post delictum perpetratum esse nullam, & censeri factam in fraudem, Bar. in d. l. post contractum n. 12. 13. 14 & 15. & in l. si quis maior, C. de transac. & in l. Mæuius §. duob. col. vlt. ff. de lega. 2 Bal. in l. iubemus, §. sanè, col. 4. C. de sacrosan. Eccles. cum aliis, vt per Dec. cons. 235. num. 4. vers. venio igitur, & nu. 5. Pet. de Ancha. cons. 215. & probatur in l. in fraudem, in prin ff. de iur. fisc l. auferiot §. 1 ff. eo tit. l. in fraudem, l. sed & si maritus §. vlt. ff. qui & a quibus, l. si aliquis in fine, ff. de donat. caus. mor. l. si quis post hac. §. si quid etiam, C. de bonis præscrip. l. donationes §. vlt. ff. de donat. l. vlt. C, ad l. Iul. maiesta cum aliis, vt per Ale. cons. 84. li. 3. Ideò non mirum, si pari ratione hic statuitur esse confidentiam recipere, habita absolutione, be-
8 neficium renunciatum post delictum: fraus enim ex coniecturis, & indiciis † deprehenditur, c. 2. vbi omnes; de renunc. li 6. l. dolum, C. de dol. Gl. in l. apud Celsum in princip ff. de dol. mal. Paris. cons. 97. num. 17, vol. 3. Crauet. consil. 10 num. 3. Grat consi. 81. num. 42.
9 lib. 2. Idque satis ostendit verisimilitodo, ex qua † fraudem colligi scripsere Paul. de Castr. cons. 58. num. 9. lib 2. Dec. cons. 644. num. 6 Crau. consi. 73. num. 16. & 41. & cons. 252. num. 11. Con probantur hæc quia fraudulenta præsumitur alienatio, quoties qui alienauit re-
mansit † in possessione rei alienatæ, vel illam breui 10
tempore apprehendit, aut vsum ex ea capit, l. sicut §. superuacuum, ff. quibus modis pig. vel hypot. sol. l. si is qui, l. vlt. ff. de acq. hæred. l. si quis § pen. C. de donat. libe. Bar. in d. l. post contractum, num. 4. ff. de donat. Idem Bar. in d. l. sicut. §. superuacuum, vers. venio ad tertium, Spec. in tit. de donat. vers. item. pone, Bar. consi. 70. in 2. dubio. li. 1. & cons. 438. li. 5. Imol. cons. 55. Ale. cons. 28 & 57. li. 5. Corn. cons. 203. li. 3 cum aliis, vt per Dec d. cons. 235. numer. 2. vers. 3. præsumptio. Paris. cons. 83. num. 11. & cons. 54. num. 71. vol. 1. Gozad. cons. 94. num. 55. Neui. cons. 8. numer. 52. Afflict. decis. 40. num. 17. Alci. respons. 379. n. 2. Crau. cons. 100. num. 7. Ioan. Annibal. d. l. post contractum, num. 135. Mascard. de probat. concl. 815. num. 48. Abb. cons. 97. num. 5. Iura enim admodum abhorrent simulationem, Bald. in l. illud, C. de sacrosan. Eccles. & in l. multum, C. si quis alteri, vel sibi, & in l. cum precibus, C. de probat & in l. emptionem, C. plus val. quod agit. & in l. ordo, & l. etiam, C. de exec. rei iudic.
Bart. in l. ab Athanasio, in fine, C. mand. Et de † modo 11
probandi hanc simulationem, Bald. cons. 83. & cons. 447. lib. 4. & cons. 18. lib. 3. Roman. cons. 304. Ioan. Annibal. in d. l. post contractum, numer. 135. & ibi Paul. de Monte Pico numero. 55. eadem ergo ratione præsumetur fraus ex hac renunciatione beneficij ante, vel post delictum, & restitutione ad illud post absolutionem.

Accedit, quia de fraude constat cùm contractus est
factus † in suppositas personas, l. pupillus §. sed & si 12
per interpositam, ff. de auct. tut. l. 2. C. de nat. lib. Calcan. cons. 35. col. 1. Ruin. cons. 130 num. 6. libr. 2. Crau. cons. 122. num. 10. Abb. cons. 97. num. 5. & communiter Doct. in d. l. post contractum. At in casu proposito videtur facta renunciatio, vt deponatur beneficium ad dictum effectum, vt dicitur in §. multi, huius constitutionis; Ergo fraudulenta erit renunciatio talis, & confidentialis, arg. l. 3. ff. de liber. causa, l. is, ff. de acq. hære. Guid Pap. de præsump. sub n. 47.

Duæ principales conclusiones colliguntur ex hoc §. Quarum prima erit, quòd dimittens beneficium ante delictum, & postea illud recipiens habita absolutione à delicto commisso, committit confidentiam, vt ex di-
ctione illa, † *ante delictum*, colligitur. Bar. in l. 1. §. cre- 13
ditum, num. 6. ff. si cert. pet. Ang. consi. 274. Alexan. consi. 143. lib. 2. Barbat. cons. 30. col. 6. lib. 1. Oldrad. cons. 49. col. vlt. Alberic. in auth. hoc ius, col. 2. C. de procur. Doct. in l. qui ante calend. ff. de verb. oblig. & rationem iam supra posuimus. Et hæc conclusio tunc procedit, si post resignationem dicti beneficij, de proximo sequatur delictum iuxta ea, quæ vult. Fulgos. cons. 198. in quæstione proposita, in princ. Bart. consi. 17. colu. pen. nam ex eadem ratione alienatio præsumitur fraudulenta, & facta in fraudem fisci, l. si ventri §. vlt. ff. de priuileg. cred. vbi Bart. Ange. & alij omnes, l. sed Iulianus §. sed et si filius, ad Macedon. cap. officij de elect. Bart. in d. leg post contractum, num. 8. ff. de donat. Ange. in l. si quis posthac, C. de bon. præscr. Idem Ange. in l. res vxoris, C. de donat. int. vir. & vxo. Dec. d. cons. 235. numer. 2. vers. quinto præsumitur, & alios citat Mascard. de pro-
bat. conclu. 815. num. 34. Ex † vicinitate enim actus con- 14
iectura fraudis præsumitur, Specu. in §. 1. nume. 7. tit. de donat. Card. Paris. cons. 143. numer. 21. vol. 4. Rui cons. 130. nume. 2. vol. 2. & cons. 117. num. 14. vol. 1. Crot. consi. 13. nume. 26. Ioan. Annibal. in d. l. post. contractum, nu. 163. Crau. consi. 153. num. 9. Gabr. de præsump. conclusio. 13. num. 7. & seq. Roma. consi. 68 Anchar. cons. 251. Aret. consi. 72. Barba. consi. 21. & 22. Vol. 1. Et hoc casu videtur committere confidentiam etiam ille, qui tunc habuit beneficium ex resignatione illius, qui commisit delictum, & postea, eidem illud retrocedit sequuta absolo-

tione

Digitized by Google

tione, nam videtur fuisse particeps, & conscius omnium
sequutorum, vt firmat Bar. de emptore in d. l. post con-
tractum, nu. 8. post Cyn. in l. si quis posthac, Cod. de bon.
damn. dicens, quòd ex quo de propinquo sequutum est
delictum, legis præsumptione præsumitur animum præ-
cessisse, aut minoris, Cod. qui dar. tuto. poss. & in corpo-
re vnde sumitur, nisi, subdit Bartol. manifestè appareat
15 delictum fuisse perpetratum ex inopinata rixa, † & ibi
sequitur Alcia. num. 37. vers. cæterum, Io. Annibal. nume-
ro 127. Menoch. de præsumpt. libro 3. præsumpt. 124. nu-
mer. 6. Ant. Gomez. tom. 3. var. resolut. cap. 14. de confis-
catione bonorum numero 4. & quòmodo dicatur de pro-
16 ximo fieri delictum † remittitur arbitrio iudicis, vt scri-
bit Ang. in d. l. si venter, §. vlt. Dec. d. consi. 235. colum. 2.
vers. quinto in fin.

Secundò, eò magis hæc conclusio procedit, si resigna-
tio fuerit facta coniunctæ personæ iuxta ea quæ haben-
tur in cap. 2. de renunc. libro 6. Pet. de Ancha. consil. 251.
nam hac ratione alienatio præsumitur fraudulenta, &
17 facta in fraudem fisci, quia † fuit facta in fauorem con-
iunctæ personæ, l. data, Cod. de dona. l. penul. circa prin-
cipium, de bon. lib. l. si quis posthac, Cod. de bon. proscr.
vel damn. l. ait prætor, §. si quis, ff. quæ in fraud. cred. Bart.
in d. l. post contractum numer. 3. & ibi sequuntur, Imol.
Roma. Io. Annibal. numer. 105. Paul. de Monte Pico nu-
mer. 45. Alciat. numer. 41. Anchar. consi. 251. numer. 5. Ro-
man. consi. 367. numer. 15. Alex. consil. 54. numer. 19. libr.
7. Ceph. consi. 325. numer. 53. libr. 3. Natt. consi. 549. nu-
mer. 3. 4. & 9. Goza. consil. 1. numer. 34. Aret. consil. 2. nu-
mer. 3. Paris. consil. 143. numer. 2. volum. 4. Dec. d. consil.
235. numer. 2. vers. 2. cum aliis, vt per Mascard. de probat.
d. conclus. 815. n. 10. Menoch. de præs. lib. ... præs. 124. nu-
me. 24. & est communis omnium Doct. sententia. Et nunc
aderant graues inimicitiæ. Dec. consil. 587. num. 9. Curt.
Iun. consil. 6. numer. 6. Natt. consil. 549. num. 11. Et quam-
uis verum sit, quòd ipsa consanguinitas non arguat frau-
dem, tamē illa operatur, vt facilius præsumatur, l. si quis
donationis, ff. de cont. empt. Gl. in cap. 1. in verb. carna-
litatem, vt Eccles. benef. Alciat. in d. l. post contractum,
numer. 41. Picus numer. 45. Io. Annibal. numer. 112. Con-
18 iunctus enim præsumitur scite facta coniuncti, † l. Octa-
ui, ff. vnde cog. l. tutela, Cod. de in integr. rest. min. Dec.
consil. 64. & coniunctus dicitur hoc casu, vel sanguine
iunctus, l. in testamento, Cod. de fideicom. liberto. iun-
ctæ, l. hac consultissima, §. ex imperfecto, Cod. de testam.
cap. si requisisti, de testam. Ias. in l. exigendi, numer. 7. de
19 procur. aut † sub potestate, l. penu. ff. de bon. libert. Imol.
d. l. post contractum, nu. 9. Alciat. nu. 42. aut procurator,
vel amicus, Io. Annibal. in d. l. post contractum, nu. 118.
20 Picus nu. 46. Alciat. nu. 42. nam amicitia † est plusquam
fraternitas, Alberic. in l. sed & hæ, ff. de procu. cum aliis,
vt per Menoch. d. lib. 3. de præsumpt. præsumpt. 24. nu.
28. & 29. & lib. 4. præsumpt. 75.

Tertiò eò magis hæc conclusio procedit, quoties
constat resignationem fuisse factam clam: nam eadem
21 ratione ea † alienatione facta clam præsumitur fraus,
argum. l. vlt. ff. de rit. nupt. l. non existimo, ff. de adminis.
tut. l. ait prætor, §. si quis particeps, ff. quæ in fraud. cred.
Bart. in d. l. post contractum, numer. 7. ff. de donat. & ibi
sequitur Imol. Io. Annibal. numer. 158. Picus numer. 54.
Alci. numer. 48. Bal. per illum tex. in l. ab Athanasio, not.
5. Cod. mand. cum aliis, vt per Dec. d. consil. 235. numero
2. vers. quarta est, Gloss. in cap. consuluit in verb. odit. lu-
cem. Fel. numer. 20. Dec. numer. 44. de off. de leg. Card.
Paris. consil. 52. numer. 32. volum. 4. Crauet. consil. 205.
num. 5. Sigismund. Goffre. consil. 21. col. 2. & hæc est com-
munis opinio, vt patet ex adductis per Mascard. d. con-
clus. 815. numer. 33. Menoc. d. præsumpt. 124. nume. 40. 41.
42. 43. Et hoc posset contingere, cum celarent resigna-
tionem, Card. Paris. cons. 57. nu. 18. vol. 4. Dec. cons. 399.
Fel. in d. c. consuluit de off. deleg.

Quartò eò magis hæc conclusio procedit quoties
constat expressè de fraude. Anch. consil. 227. n. 3. Paul. de
Cast. consi. 58. n. 4. lib. 2. Natt. cons. 549. n. 1. lib. 3. Pic. in d.
l. post contractum, n. 68.

Secunda conclusio dimittens beneficium post deli-
ctum, & postea habita absolutione a delicto commisso
illud recipiens, committit confidentiam, vt probat illa
dictio † *post.* Bart. in l. quoties, §. si quis ita, numer. 1. ff. de 22
hæred. inst. Bald. cons. 179. numer. 2. libr. 2. Alex. in l. 2. §.
creditum num. 2. ff. si cert. pet. & cons. 141. col. 2. lib. 2. Ias.
in l. fructus, nume. 5. ff. sol. mat. Aret. in l. si cui legetur, ff.
de leg. 1. Dec. in l. certi condictio, §. deponi, in princ. ff. si
cert. pet. & in l. mutui datio, §. creditum nu. 1. ff. eo tit. Et
dictio, † *et* posita inter dictionem, ante, vel, post, deno- 23
tat vt sufficiat vnum eorum verificari l. si hæredi plures,
ff. de cond. insti. Cor. cons. 237. col. 4. vol. 4. Et ratio huius
conclusionis est, vt etiam dixi supra, quia censetur re-
signare metu imminentis † priuationis, Bald. in l. si quis 24
posthac n. 2. vers. 5. C. de bon. proscr. Alc. in d. l. post con-
tractum, n. 29. & ex hoc fraus deprehenditur, vt latè Bar.
in d. l. post contractum, nu. 12. cum seq. ff. de donat. & ibi
Imol. in fi. Picus nu. 68. Alc. nu. 29. Ang. & Sal. in l. si quis
posthac, col. pe. C. de bon. proscr. Gem. & alij in ca. cum
secundum in fi. pr. de hæret. libr. 6. Hac enim ratione do-
natio, & alienatio dicitur fraudulenta, † & in fraudem 25
fisci, latè Dec. con. 235. n. 4. vers. venio igitur ad illa qua-
tuor tempora Io. Annibal. in d. l. post contractum, num.
183. Blanc. in tract. de indic. n. 88. Boss. in praxi crim. tit. de
publ. cens. nu. 51. Et Bar. in d. l. post contractum, num. 12.
13. cum sequent. considerat tempus ante accusationem,
post accusationem, post litis contestationem, & post
sententiam, de quibus Dec. d. cons. 235. col. 2. Menoch. de
præsumpt. dict. præsumpt. 124. à numero 46. vsque ad
finem.

Restat vt pro intelligentia omnium casuum, qui pos-
sunt accidere aliquas subijciamus quæstiones. Et primò
quæro an hæc conclusio habeat locum in omnibus qui-
buscunque personis? affirmatiuè est respondendum, nam
dicit generaliter, *si quis,* & † relatiuum, *si quis,* videtur 26
omnes, & quascumque personas comprehendere, l. si is
id quod, ff. de iurisd. omnium iud. l. omnes populi, ff. de
iust. iur. Ias. in l. cunctos populos, num. 2. Cod. de sum. &
Trin. Bal. cons. 447. nu. 7. lib. 5. Corn. cons. 224. col. 4. lib. 4.
Dec. cons. 289. & 297. col. 1. Etiā fœminas, Bar. in l. iura in
fine, ff. de le. & in l. 1. in fi. ff. de pecul. Bald. in l. in multis,
ff. de stat. hom. Alex. cons. 135. lib. 1. Anch. cons. 112. Ange
con. 191. Soc. Sen. con. 55. lib. 3. Ro. cons. 98. circa fin. Fulg.
consi. 203. & alij omnes; Comprobatur, quia iam in pro-
œmio & in §. multi exprimuntur etiam Episcopi, Ar-
chiepiscopi, Patriarchæ, & Cardinales S. R. E. ergo
iste, §. subsequens debet intelligi iuxta terminos di-
ctorum §§. etiam in prædictis personis, iuxta ea, † quæ 27
scribunt Bal. in l. domum, colum. 1. in fin. Cod. de rei
vend. Ias. cons. 215. colum. 2. circa medium libr. 2. & con-
sil. 5. colum. 2. in fine libr. 3. Soc. Iun. cons. 15. num. 17. vo-
lum. 1. Crau. cons. 313. numer. 5. vers. decimo. Vna enim † 28
pars legis declarat aliam, l. vtrum, ff. de petit. hær. l. pe. C.
de inst. & subst. l. qui filiabus, ff. de leg. 1. l. non est nouum
ff. de legibus.

Accedat prætereà, quia eadem ratio fraudis vi-
get in omnibus prædictis casibus, nam siue priuata per-
sona, siue constituta in dignitate etiam maxima id fa-
ciat, animo fraudandi videtur committere confiden-
tiam. Inficiari tamen non potest, quin id de raro pos-
set contingere in Episcopis, & Cardinalibus, qui
vt experientia docet, nunquam siue rarò perpetrant
delicta.

Secundò quæro in quibus beneficiis hæc conclusio
habeat locum? responde in omnibus etiam in dignitati-
bus, nam inquit, *Ecclesiam, Monasterium, aut aliud bene-
ficium Ecclesiasticum*, quæ verba sunt apta compre-
hendere Ecclesias Cathedrales: & Metropolitanas,
& omnia alia genera beneficiorum, vt ex his, quæ
diximus superioribus, §§. supradictis colligitur etiam
generalitate, Bald. in leg. in fraudem, ff. de mil. test.
facit l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præst. & quia mi-
litat eadem ratio fraudis in omnibus. Ideò cum com-
petant verba & ratio constitutionis absque dubio debet
verificari constitutio, leg. 4. §. toties, ff. de damn. infect. l.

Digitized by Google

his solis, C.de reuoc.don. & est communiter receptum
per omnes.
Tertiò quæro, an hæc conclusio procedat in eo, qui
recepit beneficium, quod dimisit ante vel post delictum
per collationem factam à collatoribus ordinarijs, &
inferioribus, an verò in eo duntaxat qui habuit bene-
ficium a Papa? Responde intelligendam esse hanc con-
clusionem generaliter tam de collatione Papæ, quàm
de collatione ordinarij, & alterius collatoris, vt pro-
29 bant illa † verba. *Quacumque authoritate*, Rebuff. in
prax.benef.gl.12.reg.de infirm.nume.3. & suadet ratio,
quæ militat omnibus prædictis casibus, ergo idem ius
statui debet.l.illud,ff.ad l.Aquil.l.a Titio, ff. de verbor.
obligat.l.his solis, C. de reuocand. donat. & hæc con-
clusio nullum dubium habet cum exprimatur Laocillæ,
C.de furt.l.illam, C.de collation.
Quartò quæro pro complemento quomodo contra-
hatur irregularitas? & quando detur absolutio à deli-
cto, & dispensatio ab irregularitate? respondeo deli-
cta perpetrata esse in duplici differentia, quædam red-
30 dunt indignum, † inhabilem, & priuant beneficiatum,
quædam secus. Bellam.decis.697.num.5.Fel.in c.postula-
stis colum. 4. de rescr. Selu. de benef.p.3.q.11.n.157.Me-
noch.de arbitr.iud.cas.202.num.37.Put.decis.514.libr.1.
cum aliis, quæ adduxi de resign. benef. lib. 4. quæst. 3.
numer. 3. & 4. cum seq. & exempla habes per Lambert.
tract.iur.patr.pat.1.2.lib.q.9.per omnes art.
31 Rursus quædam crimina efficiunt irregularem † com-
mittentem, quædam verò secus. Nauarr. cons.35.nu.37.
de hom. & quæ crimina inducant irregularitatem ha-
32 bes plenè per Summistas † in verbo, Irregularitas, &
per Burg. & Maiol.in tract.de irregularitate. Et irregu-
laritas est nota, seu impedimentum Canonicum proue-
33 niens † in clerico ex violatione censuræ Ecclesiasticæ,
vel ex alia notabili inobedientia, Ioan. Andr. & Arch.
in c.1.de iureiur.lib.6.& in Clem.si furiosus, de homic.
Mar.Soc.sen.in c.sententiam, col.1. ne clerici, vel Mo-
nach.cum aliis, vt per Maiol.de irreg.lib.1.c.1.numer.1.
cum seq. cap. cum ergo aliquis committit delictum di-
gnum priuatione vel incidit in irregularitatem & pro-
pterea effectus est indignus Ecclesiasticis ministeriis,
oportet, si velit retinere beneficium, si reperiatur habe-
re, vel consequi, si non habeat, quod à Summo Pontif.
34 impetret † absolutionem, rehabilitationem, & dispensa-
tionem, Nau.cons.2.de homic. & cons.34.eo.tit.Rebuff.
in concord.rubr.de electionis derogatione in vers.reha-
bilitationib. Quæ conceduntur † ex iusta causa, Glos.
35 in c. si quis diaconus, dist. 50. Burgas. de irreg. tit. de
dispens.p.6.tit.de adult.numero 15.Maiol.eo.tract.lib.3.
cap.17.facit quod dicit Glo.in c.priscis, dist. 55. & ha-
bita pace à proximioribus, Mandos. de sign. grat. tit.
absolutio & rehabilitatio ab homicidio, & videmus
de stylo dari in signatura gratiæ, vel per speciale re-
scriptum Papæ, & nunquam conceditur absolutio, dis-
pensatio, & rehabilitatio ad ordines & beneficia ob
homicidium † voluntarium, Gl. in c.sicut dignum, &
36 ibi Abb.de homic.Siluest.in sum.verbo, homicidium 2.
B.Thom.2.2.q 64.art.7.Maiol.de irreg.libr.5.cap 51. nu-
mero 3.quamuis possit id † facere Summ. Pont. Hostie.
37 Innoc.Anan.Abb.numero 12.qui dicit hanc opinionem
communem, d. cap.sicut dignum, Cardin. Alexand. in
cap. lector, dist.34.Anto.de Butr. & Abb.in c. super eo,
de bigam. Felin. in cap. ad audientiam, numero 1. &
3. de hom. Siluestr. in verb. irregularitas, ad finem,
38 Thom. Ferrar. cant. 44. nam omnes irregularitates †
sunt redactæ sub iure positiuo, Anch. in Clemen. 1. de
hom. & ibi Card. colum.6.Abb.in cap.ego, de iureiur.
Silu. in d. verb. irregularitas, & Papa † super eo habet
39 plenariam potestatem, c. proposuit, de conces. præben.
Abb. in cap. super eo, de schismat. Spec. in tit. de dis-
pens. §. Iusta, versic. Papa autem in omnibus: omnes
Summistæ in verbo dispensatio, & in verbo, irregula-
ritas, neque in ea quæ insanabilis irregularitas dicitur,
40 quæ surgit † ex impossibilitate vt in cæco, surdo, mu-
to, amputatis manibus vel pedibus, nam his casibus
Ecclesiastica medela nequaquam est speranda ad tollen-
dum huiusmodi defectum, D. Thom.3. quæstio. 82.art.
vlt. ad 3. & in 4. dist. 25. quæst. 2. in fin. Maiol. de cap.
51. colum.1.
Et absolutio † est restitutio quædam, Spec. tit. de 41
contumac. § sequitur, numer. 12. Rehabilitatio † est ad 42
pristinam habilitatem, & priorem statum repositio, &
dispensatio, c. de irregularibus, c. de simoniaco, cum
Gl.de sim.Rebuff.in prax.tit.de rescr.rehabil.mix. Card.
Paris.cons.88.num.19.vol.4.
Et datur absolutio † & rehabilitatio petenti, Innoc. 43
in c.Romanam, in vers.instantiam de sent. excomm.lib.6.
Bal.in marg.in vers.absolutio, Ioan. Andr.in c.1.de sent.
excomm.lib.6.D.Thom.in 4. scot. & ideò non concedi-
tur de stylo motu † proprio. Mandos. de signat. grat.
titul. absolutiones, colum. 2. limita, vt poteris colli- 44
gere ex Abb. in cap.ab excommunicato, de rescr. Felin.
in c.veniens 2.num.12.de testibus.
Dispensatio † est iuris communis relaxatio prouidè 45
facta, vtilitate vel necessitate pensata, vel est rigoris
iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione,
cap.nisi rigori, & cap.seq. & ibi Glo. & Doct.7. quæst.1.
Specul.de dispens. in princ. Abb. in cap. de multa, vbi
alij de præb.Ioan.Monach.de dispens. p.1. §. ingredien-
do, numero 1. Gammar. de author. Leg. à lat. libr. 12.
numero 31. cum sequent.

Quæst 30. in princ. Quartus casus confidentiæ &c.

¶ QVartus & vltimus confidentiæ casus est quoties quis
idem beneficium quauis auctoritate recipit post
absolutionem à crimine, vel irregularitate, quod ante, vel
post commissum delictum, vel contractam irregularita-
tem renuntiauerat, quod indistinctè non procedit in Gal-
lia, vbi resignanti de crimine capitali accusato datur re-
gressus post absolutionem ex interpretatione extensiua
placiti Henrici II. ad fauorem infirmorum resignantium
promulgati, vt non semel pronunciauit Senatus Tolosa-
nus, teste Oliueo, lib. 1. quæstionum notabilium cap. 29.
Sed cum aliud sit legis auxilium aduersus resignationem
metu mortis præsumptiue extortam palam, & publicè im-
plorare; aliud verò priuatis & occultis pactionibus de be-
neficio ad libitum, contra leges disponere, beneficium
ulla via, quam per regressum, à resignante post absolu-
tionem receptum, dicerem confidentialiter resignatum, &
retrocessum, iuxta Constitutionem Pij V. eo autem per
regressum recepto confidentiam cessare, propter auctori-
tatem Iudicis, l. furti §. qui iussu Prætoris. ff. de his qui
not. infam. Aliam insuper adderem limitationem, vt sci-
licet casus non sit confidentialis, quoties medij persona,
cessante alias fraude, beneficium obtinuit (maximè si
per obitum resignatarij) & ipse resignans per cessum, vel
decessum huius tertij seu vlterioris possessoris, quin etiam,
& per obitum prioris resignatarij, nullo intermedio, ad
idem beneficium reassumitur, neque forsan verisi-
mile est Pium V. voluisse perpetuam, ex quacunque re-
ceptione eiusdem beneficij per dimittentem post absolu-
tionem, plenam hanc confidentiæ probationem resultare;
sed solum modò cum ab eadem persona per retrocessionem
tacitam, vel expressam recipit: quia tunc solum ita vide-
tur conuentum, vt inhabilitate per absolutionem sublata,
beneficium restituatur, quæ ratio cessat, vbi beneficium
recipitur per obitum resignatarij, vel renunciationem vl-
terius. Inficiari tamen non potest, quin littera constitutio-
nis huic propositæ limitationi vtcumque aduersetur: in-
distinctè enim loquitur de receptione beneficij, & per ver-
ba, *denuo receperit*, *& quacunque auctoritate*, insinuare
videtur, satis esse ad casum hunc confidentialem, quod
quandocunque, & quomodocunque receperit: quasi ite-
rum recipiendo significet se non habuisse animum absolu-
tè dimittendi, & quia durum est ita sentire, & forsan te-
merarium, aliud dicere, noluit Flaminius casum huno
in persona, & renunciatione resignatarij restringere, nec
ad receptionem per illius obitum, aut etiam renunciatio-
nem alterius expressè ampliare, sed verbis generalibus
generaliter adhæsit; nec nos decidendo aliud agimus, sed
dubitando, quod nobis æquius videtur, indicamus.

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXI.

Agitur de confidentia quæ frequentiùs solet committi, quando resignans post resignationem se ingerit beneficio resignato, & percipit fructus, & hæc est prima coniectura posita in hac Constitutione Pij V.

SVMMARIVM.

1 *Resignans ingerens se in beneficio resignato aut percipiens fructus committit confidentiam.*
2 *Actus subsequens indicat animum, & quid actum est in cessione demonstrat.*
3 *Talia subiecta, qualia prædicata.*
4 *Resignans post cessionem amittit omne ius, & possessionem beneficij resignati.*
5 *Verbum, beneficium, accipitur latissimè.*
6 *Resignans, cum beneficio amittit omnia bona beneficij.*
7 *Resignans non potest percipere fructus.*
8 *Fructus sunt accessorij dominij.*
9 *Principale sequitur accessorium.*
10 *Non Dominus non percipit fructus.*
11 *Fructus veniunt appellatione bonorum.*
12 *Qui per alium facit per se facere videtur.*
13 *Mandans fieri delictum, & mandatarius puniuntur eadem pœna delicto sequuto.*
14 *Res quisque suæ est moderator & arbiter regulariter, etiam abutendo, & num seq.*
16 *Leges permittunt vnicuique dispositionem liberam rei propriæ, per viam venditionis, donationis, & alienationis.*
17 *Resignatarius dicitur successor in beneficio eidem resignato.*
18 *Verba debent aliquid operari, & posita esse cum effectu.*
19 *Nullum verbum debet esse superfluum, si alius intellectus sanus dari potest.*
20 *In parte etiam delictum committitur.*
21 *Ingerere se quando quis dicatur in beneficio.*
22 *Hæres ingerens se in bonis præsumitur adiuisse hæreditatem.*
23 *Verbum remiserit, importat donationem.*
24 *Qui non potest donare non potest remittere.*
25 *Lex, si vnquam, quæ loquitur in donationibus, habet locum in simplici, etiam remissione.*
26 *Remittens debitum Ecclesiæ punitur sicuti donans.*
27 *Ex donatione & remissione committitur simonia.*
28 *Donatio facta à resignatario longo tempore post resignationem non est confidentialis.*
29 *Perceptio fructuum post resignationem inducit præsumptionem tantum confidentiæ.*
30 *De facto percipit qui absque causa id facit.*
31 *De facto fit quod de iure non potest fieri.*
32 *Ex causa percipiens fructus post resignationem, non committit confidentiam.*
33 *Ex causa fit aliquando illicitum.*
34 *Præsumptio cedit veritati, & fortiori præsumptioni.*
35 *Ex causa pluribus modis potest Resignans percipere fructus post resignationem.*
36 *Authoritas Papæ facit cessare vitium confidentiæ.*
37 *Cardinali creditur.*
38 *Deficiente qualitate legis cessat lex.*
39 *Gratia Papæ probatur etiam per testes.*
40 *Resignans percipiens fructus pro debito non committit confidentiam.*
41 *Episcopus conferens beneficium potest multis casibus percipere fructus.*
42 *Resignatarius non committit confidentiam si resignans eo ignorante se ingerat.*
43 *Ignorans non punitur.*
44 *Factum vnius non nocet alteri.*
45 *Cessante ratione cessat dispositio.*
46 *Præsumptio fraudis cessat in faciente actum ex necessitate.*

TRigesimoprimò. Quæro. An sit probabilis coniectura in hac materia confidentiæ quoties resi-
gnans post resignationem † percipit fructus aut 1
se ingerit in beneficio cesso? affirmatiuè est respondendum, quia hoc est expressum in d. Constitutione Pij V. in §. *Quare*, ibi, *Aut illius fructus vel eorum partem*, &c. & melius in §. ad probandam in versi. *Videlicet si quis post cessam absque Ecclesiam, vel monasterium aut beneficium & publicatam resignationem: seu cessionem captamque à successore possessionem sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se vel alium, seu alios de facto ingesserit: aut fructus perceperit: aut quicunque successor illi vel eius propinquis, ipsos aut partem aliquam remiserit eorundem.* Et per hæc verba, ita tenet Nauar. in Man. cap. 23. sub numero 100. 107. 111. Gabriellus infra citandus, Maiol. de irreg. libro 5. cap. 45. sub numero 5. Mascard. de probat. cas. 1306. Nauar. cons. 48. titul. de simon. Et huiusmodi coniectura secundum Gabr. consil. 172. numero 11. libro 2. fundata est ex eo quia actus sub-
sequens † indicat animum & quid actum est in cessione 2
demonstrat, l. quædam, ff. de reb. dub. leg. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced. Paul. de Castr. consil. 247. numer. 5.
libro 1. nam talia subiecta † qualia prædicata, l. si de- 3
functo, ff. de interroga. act. l. 3. vbi Barto. ff. de fund. instru. cap. inter dilectos, §. cæterum, de fid. instrum. Crau. consil. 286. numero 6. Accedit quia cum resignans post
cessionem † amittat omne ius & possessionem, Innoc. 4
Hostie. Card. Abb. Imol. & alij in cap. quod in dubiis, ca. super hoc & cap. admonet, de renuoc. Rot. dec. 6. in fin. de rer. permu. in nou. Cassad. dec. 2. numero 3. de renun. Card. Paris. consil. 39. numero 2. volum. 4. Nauar. in cap. accepta, opp. 8. numero 11. de rest. spol. & communiter Doct. vt latè adduxi de resig. benef. libro 1. quæst. 5. non potest amplius se ingerere, & percipere fructus, sicuti non posset quæ libet extranea persona, & aliter faciendo, præsumptio fraudis & renunciationis prohibitæ simoniacæ & confidentialis intrabit, argu. eorum quæ habentur per Doctor. in cap. 2. de renunc. libro sexto, volunt enim Canones vt habentes titulum beneficij fruantur fructibus, & non alij: Ideò, &c.

Et hanc conclusionem intellige, nedum in simplici clerico resignante sua beneficia, sed etiam in habente dignitatem, ac etiam in Abbate, Episcopo, Archiepiscopo, & Patriarcha, vt constat ex illis verbis, *Ecclesiam, Monasterium aut beneficia*, vt latè per Rebuff. super Concord. tit. de mand. apostol. §. statuimus, verbo Monasteria, & sub tit. de collat. §. 1. sub verbo statuimus, & ratione suadetur, quia eadem viget ratio in omnibus prædictis casibus, argum. l. illud, ff. ad l. Aquil. l. a Titio, ff. de
verb. oblig. & verbum *Beneficia* † positum ibi accipitur 5
latissimè, vt per Io. Selu. in suo tract. de benef. p. 1. io 1. & 2. q.

Secundò intellige hanc conclusionem procedere tàm si resignans ingerat se in beneficio resignato, quàm in rebus ipsius beneficij, vt probatur illis verbis, seu rebus illius, & ratio est, quia resignans post resignationem non solùm amittit, & perdit beneficium resignatum, Card. Paris. consil. 143. nu. 19. volu. 4. Bisignet. dec. 5. nu. 2. de re-
nunc. Butr. in cap. sollicitè, nu. 15. de rest. spol. sed † bona 6
ipsius, Io. Monac. in cap. si te, nu. 30. de renunc. lib. 6. & † 7
fructus, Rot. dec. 1. de renunc. in nou. Ideò receptum est post cessionem resignantem non posse in Ecclesia se ingerere, nec de rebus disponere, nec fructus percipere, Card. Paris. consil. 39. volum. 4. Rebuff. consil. 22. numero 19. Gabr. cons. 192. colu. 1. volum. 1. Cassad. dec. 4. numero 6. de rest. spol. Sarn. de publ. q. 7. & alij, quos citaui de resign. benef. libro 1. quæst. 6. & ratio est euidens, quia
hæc sunt accessoria † dominij, vt communiter om- 8

nes Doct concludunt, & omnibus apertum est, extrin-
9 cto igitur dominio, tanquam † principali, quod fit
mediante cessione, Abba. d. c. quod in dubiis, de re-
ounc. cessant prædicta, reg. acccessorium, cum, ibi no-
tatis per Dyd. de reg. iur. lib. 6. & ideò qui non est do-
10 minus, regulariter non potest fructus † accipere, Paris.
11 consi. 94. num. 15. vol. 2. vbi † quod veniunt appellatio-
ne bonor. l. viufr. legato, ff. de vsufr. l. vsuræ, ff. de vsur.
Tertio intelligenda est huiusmodi conclusio, vt ha-
beat locum siue resignans se ingerat, & percipiat di-
ctos fructus per se, siue per alium, vt probatur illis
verbis *Per se, vel alium*, & est ratio, quia qui per alium
12 facit, † per se ipsum facere videtur, regul. vulgar. qui
per alium de regu. iur. libro 6. & ideo mandans deli-
ctum committi, † eo sequuto punitur eadem pœna, qua
13 principalis delinquens, Glo. magna in l. 1. §. persuade-
re, ff. de seru. corrupt. Bart. in l. 1. §. persuadere, ff. de
seru. corrupt. Bart. in l. non. solùm, §. si mandato, nu.
19. ff. de iniur. Gandin. de malef. tit. de transact. & tit.
de pœn. Ias. in l. si quis mihi bona, §. sed quid si man-
dauit, numero. 16. ff. de acq. hæred. & in l. 1. numero
22. C. de seru. fug. communis opinio, de qua atte-
stantur Gomes. in §. pœnales, numero 10. insti. de ac-
tion. Curt. iun. cons. 237. numero. Clar. lib. 5. recept.
sent. §. vlt. quæst. 89. in principio, vbi refert ita serua-
ri. Et hoc exemplificatur, quoties id facit per procura-
torem, vel consanguineos, aut alios amicos, & quod
dicitur de vno, idem erit in pluribus, vt patet ibi, *aut
alios*, & quia eadem est ratio.
Quarto intelligenda erit huiusmodi conclusio, vt
procedat non solum, quando resignans per se, per
alium fructus beneficij resignati percipiat, sed etiam
quando successor in eo beneficio ipsos, aut partem, ali-
quam ei remiserit, vt probatur illis verbis, *aut quicun-
que successor, &c.* & hoc ex eo, quia viget eadem ratio
fraudis, & simoniacæ cessionis. Verum notandum est
14 quia regulariter quisque rei suæ est † moderator, & ar-
biter, l. in re mandata, C. mandata. l. nemo exterus. C. de
iu. §. per traditionem, Insti. de rer. diu. Soc. cons. 53. n. 8. l.
15 1. & cons. 100. col. 2. lt. 2. Dec. cons. 419. n. 3. etiam † abu-
tendo l. sed, & si lege §. consuluit, ff. de petit. hæred.
Crau. cons. 268. n. 15. vers. & si dicas, Roland. à Vall. cons.
16 61. nu. 23. lib. 1. & quisque potest de re sua † liberè dispo-
nere per viam venditionis, donationis, & alienationis, l.
dudum, C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de iur. de-
lib. Card. Paris. cons. 82. in princ. vol. 3. & cons. 124.
col. 1. vol. 4. Craue. cons. 263. col. 2. fallit tamé in casu no-
stro ex ratione suprapositia. Et in his verbis vidi fieri du-
bium, cur dicat *Quicunque successor*, nonne sufficiebat
17 facere mentionem de resignatario, qui † successor di-
citur, Doct. omnes in c. susceptum, de rescru. lib. 6. sed
respondi cum mysterio Pium V. ita dixisse, vt compre-
hendat omné casú & sic resignationé non solùm, eam
quæ fit in fauorem alicuius, vt si tunc resignatarius, qui
etiam dicitur successor remittat fructus resignanti
committatur confidentia ob præsumptam fraudem, &
pactum simoniacum, sed etiam resignationem simplici-
ter factam in manibus Ordinarij: nam si dicti Ordina-
rij conferant beneficia resignata, & hi quibus collata
sunt beneficia prædicta non possunt propriè dici resi-
gnatarij: sed bene propriè dicentur successores, si ergo
omnes fructus, aut partem remiserint resignantibus
coniectura probabilis confidentiæ intrabit ob præsum-
ptam fraudem, ideo concludendum est huiusmodi ver-
ba fuisse posita cum mysterio, & illis consideratis
comprehenduntur, casus, qui alias non comprehen-
deretur, quod eò magis suadetur, quia verba de-
18 bent aliquid † operari, & debent esse posita cum effectu
l. si quando, ff. de leg. 1. l. si per alium, ff. de quis eum,
c. si Papa, de priuile. in 6. l. 1. §. hæc verba, ff. quod quis-
que iur. c. relatum de cler. non resid. Bal. in rub. C. de
contr. empt. q. 6. Laur. Siluan. consi. 30. nu. 10. Gomes. in §.
ex maleficiis num. 47. Inst. de action. & nullum verbum
19 † debet esse superfluum. si alius intellectus sanus dari
potest, l. 1. in prin. & ibi not. ff. quod metus causa, l. in fin

cum ibi not. ff. ad municip. l. 3. §. 1. ff. de iureiur. Crau.
cons. 294. n. 3.
Quintò intelligenda erit hæc conclusio, nam si resi-
gnans per se, vel alium percipiat omnes fructus benefi-
cij resignati, quam si partem illorum perceperit. Naua.
cons. 41. de simon. num. 1. vt patet ibi *ipsos aut partem ali-
quam, &c.* quæ verba etsi loquantur in successore re-
mittere omnes, aut partem, tamen idem erit in resig-
nante percipiente, cum eadem sit ratio, l. illud. ff. ad l.
Aquil. & communis conclusio recepta ab omnibus sit,
etiam † in parte delictum committi, & expresse hoc 10
probatur in eadem constitutione in §. Quare nos vo-
lentes, ibi *aut illius fructus, vel eorum pars, &c.*
Sed primò contigit dubitare quomodo intelligatur
illud verbum *ingesserit*? respondeo verificari, † quo- 21
ties resignans post cessionem ea faciat in beneficio resi-
gnato, quæ spectant ad resignatarium, & ipse faciebat
ante resignationem, nam hoc modo dicitur se ingere-
re, &c. vt Doctores latè concludunt in l. gerit, & ibi
Bar. num. 18. ff. de acq. hær. Ias. cons. 122. num. 2. lib.
3. Docto. in l. 1. & 2. C. de repud. hæred. & in l. potuit,
C. de iur. delib. & ideò adiuisse præsumitur † hæres in- 22
gerens se in bona defuncti, Crau. cons. 148. numer. 10.
Mantica in tracta. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. titu. 11.
nume. 9. Anch. cons. 324. Natt. cons. 140. numer. 12. lib. 1.
Soc. iun. cons. 69. num. 7. vol. 1. Ceph. cons. 294. num. 19.
vol. 2. latè Mascard. de prob. conclu. 42. 43. 44. & 45. cum
sequenti. Ruin. cons. 168. num. 1. lib. 4. Mant. cons. 34. nu.
20. lib. 3. Et hoc quàm malum sit docet Sarn. de publ. q. 9.
num. 3. dum scribit; quòd aliquando resignatur dignitas
habens iurisdictionem temporalem, & spiritualem, cui
subditi tenentur præstare iuramentum obedientiæ, vel
aliquid facere, nam tunc interest subditorum, ne alius
præter titularem se ingerat, ne fierent fraudes, intru-
siones, & vsurpationes beneficiorum in graue anima-
rum periculum, & ne postea fructus erigantur iuxta ea
quæ dicta sunt, &c.
Secundo dubitatur an illud verbum *remiserit* † impo- 23
portet donationem? Affirmatiuè est respondendum vt
probatur in l. contra, §. filius, ff. de pact. l. 1. ff. de
transact. l. si mulier, & ibi Bald. ff. de condit ob caus. l.
peculium 1. & ibi Barto. ff. de peccul. l. sicut §. an pa-
cisci, ff. quibus mod. pignus vel hypot. Glo. in l. si in-
ter, C. de solut. Abb. in c. ex insinuatione, de iur. patr.
Signor. cons. 26. col. 2. Ang. cons. 94. col. pen. Anch.
cons. 306. col. 2. & ideò qui non potest donare, non po-
test † gratis remittere, Bald. & Sal. in l. 1. C. de pact. 24
Paul. de Castr. cons. 342. col. 1. 10 fio. lib. 1. Abb. in c. ve-
niens 1. in 3. not. de testibus Bal. in l. præses, col. 2. de
transact. Alex. cons. 115. colum. 1. lib. 5. Cor. cons. 274. col.
2. lib. 3. & ideò. l. si vnquam C. de don. quæ loquitur in
donationibus habet etiam locum in simplici remissio-
ne, † Corn. cons. 14. col. pe. li. 3. Soc. Sen. cons. 20. col. vlt. 25
lib. 3. Ruin. cons. 98. col. 8. lib. 1. & cons. 60. num. 14. lib. 3.
Tiraq in d. l. si. vnquam, in verbo. donatione largitus, n.
173. Hinc etiam non minus punitur, qui remittit deb-
tum Ecclesiæ, quàm † qui donat. Io. And. in c. si quorun- 26
dam & ibi Ant. de Butr. col. 1. de solut. Ex his igitur con-
cludendum est ex donatione omnium fructuum, aut
partis, facta à resignatario resignanti intrare præsum-
ptionem confidentiæ, quod comprobatur, quia tam
committit simoniam, qui remittit, quàm qui † donat.
c. veniens, & ibi Glo. Abb. in 3. not. & alij de testibus, 27
Barb. consilio. 41. colum. 16. lib. 1. cum aliis, & per
Tiraq. in d. l. si vnquam verbo, donatione largitus, nu.
175. intellige tamen hoc, quoties remissio, seu dona-
tio † fuit facta illico post resignationem, secus si postea 28
aliquo tempore interiecto, vel ex aliqua causa, nam
hoc casu nulla committitur confidentia, vt fuit resolu-
tum in Rota in vna Cosentin. Archiepiscopatus sub die
Lunæ 3. Februarij 1591. coram R. P. D. Orano, & in
alia Oriolen. confidentiæ 1. Februarij 1591. coram R.
P. D. Bubalo.
Tertiò dubitatur an hæc prima coniectura posita
in hac Constitutione Pij V. vers. Si quis post cessam,

Digitized by Google

29 inducat veram confidentiam? Pro affirmatina † vidi
consulrum de anno 1583. dum de hoc controuerteretur
in quadam Mediolanensi. Ergo autem cùm de hoc in-
terrogatus fuissem còttariam ium sequutus sententiam,
sed ne meæ sententiæ plus æquo viderer acquiescere,
cum per illustri. & Reuerendissimo Domino Io. Ange-
lo Papio, qui tunc temporis omnium I.C. celeberrimus
babebatur, hac de re sermooem babui, qui paulò ante
Bononia, vbi multos annos legum fuerat interpres pri-
marius, & præcipuus, vt & antea apud patauinos, à
Gregorio decimo tertio, Romam vocatus ioter vtriuf-
que signatura Referendarios ascriptus est: vir fama
præclarus, cruditione insignis, pietateque oulli infe-
rior, maximisque muneribus, & iis quidem maioribus,
quæ in vrbe sunt functus, in meam venit sententiam:
nam mens Pij V. non fuit, veram ea hac coniectura in-
ducere confidentiam, sed ea ea colligi coniecturam, &
præsumptionem ea qua, aliis concurrentibus, vult de-
licti commissi resultare probationem, & ita postea fuit
resolutum in Rota, in dicta Cosentin. prætensæ confi-
dentiæ, coram Orano, die Lunæ 4. Februarij 1591. &
in alia Brixien. præteosæ confidentiæ, coram Pegna 5.
Iunij eodem aono, & colligitur ea lectura, & inferius
lariùs dicetur.

Quartò dubitatur, quomodo intelligitur illud ver-
bum, *de facto*? crederem intelligendum esse quoties
30 resignans absque † causa, vel oouo tit. id faceret, iuxta
ea, quæ habentur per Glo. & Io. Monach. col. 1. Gem.
Franc. in c. cupientes §. cæterum, de elect. libr. 6. Glo.
Card. Ioiol. in clem. 1. de vir. & honest. Cler. Corn.
conf. 65. col. 6. lib. 5. Dec. in ca. cæterum col. pe. de
31 iud. Vel melius † de facto, quia de iure id non poterat
fieri, vide gl. & DD. in cap. 1. de presbyt. non ord.
Nunc autem pro declaratione huius ootabilis, & pra-
cticabilis coniecturæ aliquæ limitationes sunt ponen-
dæ quas notaui in disputatiooibus diuersarum causa-
rum, & quotidie possunt occurrere.

Primò igitur limitanda est huiusmodi conclusio vt
non procedat, quoties resignans post resignationem per-
32 cepit † fructus beneficij resignati ex aliqua causa, nam
hoc casu nulla oritur præsumprio confidentiæ, & ces-
sat dicta coniectura, ita in terminis, Gabriel. conf. 175.
numero 8. ver. 1. lib. 2. & fuit resolutum in Rota in d.
Cosent. prætensæ confidentiæ sub die Lunæ 4. Februa-
rij 1591. coram Orano, & io alia Brixien. prætensæ
confidentiæ 5. Iunij eo. anno coram Pegna, in qua fuit
dictum, quòd non omois perceptio fructuum inducit
confidentiam, sed animus & conueotio hoc faciendi
ab initio.

33 Et ratio est, quia potuit ex causa superueniente † fa-
cere resignans, quod sibi erat prohibitum, l. si homi-
nem, cum ibi oor. ff. mand. Dec. in c. cum sit Romana, n.
13. de appell.

34 Quo staote † præsumptio cedit veritati vel fortiori
præsumptioni, l. vlt. in princ. ff. quod met. cau. l. domus,
ff de in integr. rest. c. litteras de præs. l. diuus, ff. de in
integr. rest. l. 1. in fi. ff. qui, & aduersus, &c. l. non solum,
ff. de rit. nupt. c. accedens de fals. Bal. io l. siue possideris,
circa finem, C. de probat. Crauet. conf. 313. sub num.
3. vers. 4. & sub o. 5. vers. 11. Rolao conf. 16. n. 2. lib. 1.

Et hæc limitatio potest exęplificari pluribus modis.

35 Primò quotiescunque † recepisset fructus post resig-
nationem ex conuentione facta cum resignatario con-
sensu Papæ interueniente, nam hoc casu nullam oriri
præsumptionem confidentiæ fuit resolutum in d. Co-
sent. prætensæ confidentiæ coram R. P. D. Orano, facit
quod scribit Nauarr. conf. 41. num. 1. de simon. & ra-
36 tio est, quia anctoritas Papæ facit cessare † vitium si-
moniæ: & confidentiæ, Abb. in ca. cum pridem, in fi. de
pact. Cassad. decis. 2. de simon. & decis. 3. oume. 4. de
renunc. Card. Paris. consi. 30. num. 3. volu. 4. nam ibi
Archiepiscopus Cosentinus percepit omnes fructus,
Archiepiscopatus post cessionem de consensu Fel. Rec.
Sixti V. vt attestatus fuit Serenissimus magnus Dux Etru-
riæ, cui tanquam de re à se in præsentia Principis gesta
(dum esset Cardinalis) fuit † adhibita fides, c. nobi- 37
lissimus dist. 92. Alexand. conf. 106. nu. 19. lib. 2. Put.
decis. 2. num. 5. lib. 1. Caputaq. decis. 95. p. 1. cum aliis,
vt per Gabr. de probat. conclu. 3. num. 14. & commu-
niter DD. & etiam depoluerunt duo alij testes de audi-
tu a bo. mem. Donato Cardinali de Cesis, qui pro ad-
missione dictæ cessionis cum prædicto Serenissimo apud
Papam intercesserat & pro verisimili etiam scientia Pa-
pæ adducebatur dilatio pensionis reseruatæ in cessione
d. Archiepiscopatus de mense Maij 1585. in annum se-
quentem vt ea scedula consistoriali constabat, ea qui-
bus, & aliis, Rota censuit non adesse confidentiam ne-
que præsumptionem. Et comprobatur hæc conclusio
ea notabili argumento considerato per Rotam in d.
causa, quia cum perceptio fructuum fit cum licentia
Papæ, non potest dici fieri de facto: deficiente igitur
qualitate illa, *de facto* considerata, & requisita à Pio V.
in allegatis verbis oon iotrabit † extrauagantis dispo- 38
sitio, Bart. in l. 1. ne quid in flum. pub. Alexand. conf.
161. in prioc. lib. 5. Quod etiam posset considerari, quo-
ties tempore resignationis fructus essent, vel maturi, vel
esset inceptum exigi, vel retardaretur expeditio, &
his casibus, & aliis possunt de Papæ licentia exigi illi
fructus absque vitio confidentiæ, nam per scientiam Pa-
pæ cessat, iuxta communē opinionem supra relatam; &
de huiusmodi scientia Papæ, & gratia constabit, etiam
per testes, † iuxta stylum Rotæ, vt per Soc. conf. 60. n. 39
14. lib. 1. & quanquam alij tenuerint contrarium, tamen
ita fuerit resolutum in d. Cosent. 4. Feb. 1591. coram
Orano. Et hæc sunt notanda quia sæpe eueniunt, & plu-
ries de hoc controuertitur.

Secundum exemplum erit quoties resignans percipit 40
fructus beneficij resignati, quia resignatarius † donauit
post resignationem, in extinctionem debiti antiqui, vel
pensionis decursæ, aut decurrendæ ex alia simili causa,
vt fuit resolutum in d. Cosent. 4. Febr. 1591. coram R.
P. D. Orano. cum enim constar de causa perceptionis
fructuum cessat coniectura coofidentiæ, vt fuit conclu-
sum in vna Imolen. confidentiæ, 24. Febr. 1591. coram
Pamphilio.

Tertium exemplum, quoties resignatarius illos gra-
tis donaret, & antea non fuit de hoc conuentum vt fuit
resolutum in ead. Cosent. nam non omnis perceptio fru-
ctuum post renunciationem factam à resignante, vt post
renunciationem factam à resignante vt post præsenta-
tionem, est confidentia sed ea quæ præcedente pacto, &
conuentione, vt fuit resolutum in vna Imolen. Lunæ
24. Febr. 1591. coram Pamphilio.

Quartum exemplum, in Episcopo collatore, † qui 41
absque scrupulo confidentiæ potest fructus beneficij
collati percipere pro decimis, seminario, & reparatio-
ne Ecclesiæ, & illos percipiens ex hac causa oullam
committit confidentiam, vt in terminis, consuluit Gab.
conf. 172. n. 9. cum seq. vol. 2.

Secundò limitatur huiusmodi conclusio vt resignans
percipiens fructus beneficij resignati committat confi-
dentiam, seu oriatur ex hoc præsumptio confidentiæ si
huiusmodi perceptio fuit facta post perfectam resigna-
tionem, post captam per successorem possessionem, &
factam publicationem, vt fuit resolutum io d. Cosent.
prætensæ confidentiæ die Lunæ. 4. Febr. 1591. coram R.
P. D. Orano, & hanc opinionem consulendo videtur fir-
mare, Nauar. consi. 28 nu 2 de sim & consi 26 ante nu 16
en. tit. & probatur in verbis allegatis Const. Pij V. vbi,
*post cessam. &c. publicatam, &c. captamque à successore
possessionem*, & de hoc dicetur infra.

Tertiò limitatur vt non committatur confidentia ex
parte resignatarij, quoties resignans post resignationem
se † ingerit, & fructus percipit ignorante ipso resigna- 42
tario: ita in terminis limitat Gabr. conf. 172. num. 10. in
fi. & num. 13. lib. 2. quam opinionem puto esse sequen-
dam in iudicando, & consulendo. Et ratio est, quia si
ignorat Resignatarius fructuum perceptionem, quæ fit
à resignante post cessionem, † quomodo ei nocere de- 43
bet, Craue. conf. 171. num. 18. conf. 201. num 26. & conf.

203. num. 5. factum enim alterius post ius plenè quæsitum, impossibile est, † vt noceat persertim ignoranti,
42 c. Matthæus, ea. sicut iuris, vbi DD. de simon. Anth. cons. 271. col. pe. Ideò ne iniquitatem huiusmodi Constitutio Pij V. contineat, interpetanda erit in perceptione fructuum, quæ permittente, & sciente beneficiato sit, eum ignorans non delinquat.

Accedit, quia ratio dictæ coniecturæ, vt præsumatur confidentia, quoties resignans percipit fructus post resignationem fundatur in eo, quia actus subsequens indicat animum & pactionem præcedentem, l. quædam. ff. de reb. dub. quæ ratio prorsus cessat in ignorante, Crau. cons. 203. num. 5. Ideò &c.

Quartò limitatur huiusmodi conclusio vt non sit confidentia ex parte resignatarij quoties resignans percipit fructus post cessionem, eò tamen sciente, & nolente, ita declarat in terminis, Gabr. d. cons. 172. nu. 10. in fi. & n. 13. lib. 2. hoc potest exemplificari quoties vis infertur, aut simili modo.

Et ratio est quia hoc casu cessat ratio cõiecturæ, ideò
45 debet cessare † dispositio, c. cum cessante, de appel. & regulare est vt præsumptio fraudis, & doli cesset quo-
46 ties † fit actus ex necessitate, Ange. in l. si quis, post numero 3. C. de bon. præscrip. quem commendat Paul de Monte Pico, in l. post contractum, numero 79. ff. de donat. dum concludit, quod qui facit actum ex necessitate in quo alias dolus & fraus præsumeretur, cessat talis præsumptio, argument. l. quoties, § qui dolo. ff. de prob. Mascard. de proba. conclusio. 531. vbi plures in terminis citat.

Accidit quia aliàs sequeretor quòd esset in potestate resignantis vel conferentis vim inferendo rectori facere vt beneficium ille amittat, quod est absurdum.

Et hæc distinctio ex parte recipiẽtis & dantis in hac materia est trita, Abb. in c. cum in Ecclesiæ, in fi. vbi Anan. de sim. Ang. in verbo simon. 2. n. 15.

Quæst. 31. num. 44. Quartò limitatur &c.

¶ ADde & quintam multumque notabilem limitationem, vt non eliciatur coniectura confidentiæ, quamuis patruus aut frater, qui resignauit, se ingerat post resignationẽ beneficio resignato, aut fructus percipiat, etiam sciente & volente nepote, vel fratre resignatario, si videlicet cohabitent in eadem domo, vt infra quæst. 56. ex determinatione Gregorij XIII. concludit Auctor; quia tunc eliditur coniectura hæc per alias in contrarium ex coniunctione & cohabitatione emergentes, vt potius naturali affectioni, quam delicto donatio resignatarij adscribatur, iuxta l. seruus communis ff. de donat. int. vir. & vxor. fructusque non tam ad proprium resignantis compendium, quam ad cõmunes rei domesticæ impensas iure familiaritatis percipi censeantur. Cessaret tamen limitatio hæc, vbi tanquam titulario resignans, post captam à resignatario possessionem, beneficio se ingereret; tunc enim fraus subesset, & confidentia, vt nuper aduersus Petrum Lefont nepotem resignatarium prioratus secularis simplicis beatæ Mariæ de Marbalz Tolosan. diœcesis iudicauit Senatus Parisiensis; Ex quo enim post captam à nepote beneficii possessionem patruus resignans tanquam titularis & prior concordiam circa ipsius possessorium cum cognominato Lagarrigue inierat, quantumuis insimul commorarentur, beneficium Deuolutario ex hoc capite impetranti, alijs concurrentibus adminiculis, fuit adiudicatum.

QVÆSTIO XXXII.

De confidentia, quæ committitur quando prouisus constituit procuratorem dimittentem, vel eius parentes.

SVMMARIVM.

1 *Præsumitur confidentia in resignatione, si resignatarius constituat resignantem Procuratorem, vel Consanguineos.*
2 *Actus subsequens indicat animum.*
3 *Ex causa ius præsumit.*
4 *Ex facto lex colligit mentem.*
5 *Præsumptio Iuris dicitur necessaria.*
6 *Ex coniecturis statuitur aliquid.*
7 *Resignans amittit omne ius.*
8 *Resignans non potest percipere fructus.*
9 *Ex datione fructuum facta Venditori arguitur fraus.*
10 *Ex coniunctione sanguinis arguitur fraus.*
11 *Dictio,* Si, *exponitur pro quando.*
12 *Dictio,* Si, *denotat conditionem.*
13 *Dictio,* Si, *capitur multis modis.*
14 *Verba generalia generaliter accipiuntur.*
15 *Locutio generalis nihil relinquit intactum.*
16 *A proprietate verborum non est recedendum.*
17 *Constituens Procuratorem collatorem ad percipiendum fructus ex hoc non præsumitur confidentia.*
18 *In claris non cadit dubium.*
19 *Coniecturæ cessant vbi est veritas.*
20 *Vnius inclusio est alterius exclusio.*
21 *In pœnalibus stricta fit interpretatio.*
22 *Verba generalia restringuntur ad specificata.*
23 *Verba generalia recipiunt restrictionem à sequentibus.*
24 *Vna pars legis declarat aliam.*
25 *Posteriora declarant priora.*
26 *Verbis & ratione comprehenditur aliquid in lege.*
27 *In lege fit expressio exemplariter, & non restrictiuè.*
28 *Exempla non restringunt regulam.*
29 *Ratio disponit sicut lex.*
30 *Plus attenditur ratio quàm lex.*
31 *Ratio extendit legem.*
32 *Regula de inclusione vnius non habet locum quando in exclusis militat eadem ratio.*
33 *Experientia est rerum magistra.*
34 *Vnius inclusio non est alterius exclusio quando aliquid includitur ratione maioris frequentiæ.*
35 *Verbum,* Beneficium, *est generale.*
36 *Fauorabile est vt puniantur delicta.*
37 *Verba sequentia intelliguntur continuatiuè.*
38 *Dictio* Vel, *stat alternatiuè.*
39 *Donatio facta coniunctæ personæ præsumitur fraudulenta.*
40 *Dictio* Aut, *disiungit.*
41 *Sub verbo* Parentes, *intelliguntur vtriusque sexus.*
42 *Verbum* Parentes, *quid significet.*
43 *Verbum parentela, refertur ad Agnatos & Cognatos.*
44 *Propinqui qui sint.*
45 *Affines an sint propinqui.*
46 *Procurator potest constitui instrumento & per literas.*
47 *Paria sunt habere de præsenti & de futuro.*
48 *Habens obligationem videtur habere rem.*
49 *Assassinus dicitur ex promissione & datione.*
50 *Locatio quid sit.*
51 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
52 *Beneficiatus potest expendere fructus beneficiorum construando patrimoniam.*
53 *In re sua quisque est moderator & arbiter.*
54 *Rei suæ potest quis eam legem apponere quam vult.*
55 *Beneficiatus non potest disponere de fructibus benef. pro re illicita.*
56 *Neque prore profana.*
57 *Aliàs peccaret mortiferè.*
58 *Et teneretur ad restitutionem.*
59 *Donatio non præsumitur.*
60 *Capitur præsumptio pro non donatione.*
61 *Malitijs est occurrendum.*
62 *Radix mala amputanda.*
63 *Fraus colligitur quando emptor daret fructus venditori.*
64 *Dictio,* &, *coniungit.*
65 *Dictio,* &, *& includit principium & finem.*
66 *Dictio,* &, *continuat.*

Digitized by Google

67 *Argumentum à verisimili validum.*
68 *Dictio, &, copulat etiam diuersa.*
69 *Conclusio huius quæstionis non inducit veram confidentiam.*

1 SEcunda coniectura, & præsumptio ex qua probatur confidentia est quoties prouisus de beneficio constituit procuratorem ad percipiendum, † vel
locandum fructus illius beneficij, dimittentem, vel illius parentes propinquosque, & illi vel illis donauerit huiusmodi fructus perceptos, vel percipiendos vt dicitur in §. *si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit*, & sequuntur Maiol. de irreg. lib. 5. c. 45. sub num. 5. ver. idem est si prouisus. Mascard. de probat. concl. 1306. num. 29. 30. & 31. & causa committendi hanc confidentiam ponitur in §. multi, vers. plerisque.
2 Et ratio est, quia huiusmodi actus † subsequens indicat animum prauum ipsorum & quid actum fuerit demonstrat, l. quædam, ff. de rebus dub. l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. Paul. de Castr. cons. 247. nume. 5. lib. 1.
3 cum aliis vt per Crau. cons. 584. num. 6. Et ex † causa ius præsumere colligitur ex l. in fundo in princ ff. de rei vend. & ex l. vlt. in fi. ff. de action. & oblig. Menoch. de præsum. q. 17. num. 2. & etiam ex facto, legem colligere
4 † mentem animumq; agentis constat, ex l. Paulus ff. rem rat. hab. l. si tamen §. ei qui ff. de ædil. edict. §. pauonum, vbi Gl. inst. de rer. diuis. latè Menoch. de præs. q. 19. num. 1. Dec. cons. 421. num. 13. Crau. cons. 87. num. 10. Alc. de præs. reg. 2. præsu. 16. & reg. 3. præsumpt. 33. & ideò
5 præsumptio iuris † necessaria dicitur. Spec. tit. de præsu. §. species numer. 5. Menoch. d. tract. de præsum. quæst. 3. col. 1. & iusta ratione potuit hic Pius V. ex huiusmodi constitutione procuratorum, & donatione fructuum
6 statuere confidentiam ex † coniecturis, & indiciis humana lege, & ratione probatis, Bal. in rub. C. de probat. num. 6. vers. exemplum, Idem Bal. in l. ea quidem num. 5. C. de accus. Alc. de præsum. in prælud. par. 3. in princ. maximè in dimittente, qui post resignationem, non potest se in beneficio resignato amplius intromittere, & ingerere, cùm amiserit omne † ius, Innoc. Host. Abb. & alij
7 omnes in cap. quod in dubiis, de renunc. Rot. decis. 6. in fin. de rer. permut. in nou. Cassad. decis. 1. nu. 3. de renunc. & communiter alij, vt probaui latissimè de resig. benef.
8 lib. 1. quæst. 4. & 5. neque aliquos fructus † percipere vt latè etiam dixi d. lib. 1. de resignat. benef. quæst. 6. Ex hac ergo constitutione, & mandato procuratorio & donatione fructuum arguitur fraus iuxta ea, quæ dicuntur in cap. 2. de renunc. in 6. in l. dolum, C. de dol. Gl. in l. apud Celsum, in princ. ff. de dol. mal. Bart. in l. post contractum, ff. de don. Dec. cons. 235. in princ. Paris. cons. 97. numero 17. vol. 3. Grat. cons. 81. num. 45. lib. 2. Et propterea
9 † ex datione fructuum facta venditori arguitur fraus, Bart. in l. post contractum nume. 4. Ioan. Annibal. nu. 135. ff. de dona. cum aliis, vt per Mascard. de probat. conclu. 815. num. 48. Et de parentibus, & propinquis statuitur ea ratione; namque ex coniunctione † sanguinis depre-
10 henditur fraus, Bar. in l. non solum, num. 1. ff. de rit. nupt. Are. cons. 1. post num. 5. & cons. 17. post num. 7. Castrens. cons. 337. numer. 16. cum seq. vol. 1. Rom. in l. post contractum, num. 4. & ibi Ioan. de Annibal. num. 62. ff. de don. Card. Paris. cons. 143. nume. 22. vol. 4. Dec. cons. 235. col. 2. & cons. 629. nume. 2. Gozad. cons. 1. post numer. 34. Grat. cons. 53. num. 68. vol. 1. Crau. cons. 82. num. 5. Et ideò in §. superiori incip. *Ad probandum*, statuit, vt legitima sit coniectura, si resignans se ingerat post resignationem beneficio resignato, vel fructus percipiat per se vel alium, & ibi explicaui causam, & adduxi concordantia.
11 Et ex verbis positis in hoc §. primò nota, quòd † dictio *si*, exponitur pro quando, vt per Bartol. in l. hæc
12 verba num. 4. ff. de leg. 1. & denotat † conditionem, vt sit confidentia, quando quod subdit, interuenerit, Bar. in l. si ita quis promisit, numer. 1. ff. de verb. oblig. & in l.
mutuu. §. sub conditione, num. 2. ff. de tut. & † capitur 13
aliis modis vt per Ias. in l. 1. numero. 69. ff. de off. eius cui mand. est iurisd.

Secundò nota, quòd verbum *recipiens*, positum in hoc §. posset ex sui generalitate verificari in recipiente beneficium vacans quocumque modo, siue per obitum,
siue per renunciationem iuxta ea quæ scribit † Bald. in l. 14
in fraudem, in fi. ff. de mili. testam. & cons. 191. libr. 1. lo-
cutio enim † generalis nihil relinquit intactum, Bald. 15
cons. 205. lib. 1. Crauc. cons. 118. num. 14. & cons. 113. nu. 5. & cons. 308. numer. 3. eò magis cùm id verbi proprietas
suadeat. l. non aliter, ff de lega. 3. à qua non † est rece- 16
dendum, l. alij, ff. de vsufruct. leg. Crau. cons. 188. col. 2. Bald. consil. 452. statuto, colum. vlt. libr. 1. Decian. resp. 47. num. 8. volum. 3. Menoch. cons. 97. num. 40. volum. 1. & consil. 215. num. 9. & 11.

Et hoc modo accipiendo esset sensus, vt committatur confidentia si recipiens beneficium constituerit procuratorem, ad percipiendum vel locandum, resignantem, collatorem, & præsentantem, & ita videtur intelligere hunc tex. Maiol. d. lib. 5. de irreg. c. 45. sub numero 5. colum. vlt. vers. Idem est si, esse confidentiam si prouisus constituat procuratorem, ad percipiendum fructus vel locandum, resignantem, prouisorem vel propinquum resignantis prouisoris, aut præsentantis, sequitur eisdem verbis, Mascard. d. concl. 1306. num. 29. & 30. & hæc conclusio posset comprobari ratione, quia ratio quæ militat inter resignantem & resignatarium, militat inter conferentem & prouisum, inter præsentantem, & præsentatum, electorem & electum, ergo idem ius debet statui, vulg. l. à Titio, ff. de verb. oblig. l. illud, ff. ad l. Aquil.

Sed his non obstantibus pro contraria opinione alias in facti contingentia respondi, vt hic §. debeat intelligi dumtaxat in eo prouiso qui constituit renunciantem procuratorem, ad percipiendum & locandum fructus
illius beneficij, & non in eo qui constituit † collato- 17
rem, præsentantem & electorem, mouebat primò: Quia id expressè exprimitur in eodem §. ibi: *constituerit di-*
mittentem, vel eius parentes, &c. ergo nullum cadit † 18
dubium, l. ancillæ. C. de furt. Corn. cons. 109. lib. 1. Dec. cons. 484. num. 1. Rolan. à Vall. cons. 77. num. 5. lib. 1. vnde
cessant coniecturæ & † argumenta, l. continuus, §. cum 19
ita, ff. de verbo. oblig. Soc. iun. cons. 22. num. 2. libr. 2. Cephal. cons. 138. num. 20. volum. 1.

Secundò, quia in hac parte constitutionis dum agit Pius de præsumptionibus, & coniecturis sufficientibus ad arguendam & probandam confidentiam à §. *ad probandam*, vsque ad §. *si vel sola*, loquitur de resignatione vt patet ibi: *si quis post cessam*, & ibi: *publicatam resignationem*, ergo non debent includi ordinarij præ-
sentantes & electores, cum vnius inclusio † alterius, l. 20
cum prætor, vbi Glo. & alij ff. de iud. Fel. in c. nonne, de præsump. Iaso. in l. 1. col. 4. ff. solut. matrim.

Tertiò, quia hæc est materia † pœnalis, & admodum 21
odiosa, & ideò strictè intelligenda, & quantum sonat, Din. in regul. odia, ff. de regul. iur. cap. 15. qui de sentent. excom. lib. 6.

Ad contrarium respondebam, quod generalitas illius verbi, *recipiens*, debet restringi ex verbo subsequenti, *dimittentem*, quod excludit aliam vacationem quàm re-
signationis vt supra dixi, & regulare est, vt verba † ge- 22
neralia restringantur ad specificata l. si de certa, C. de transact. l. si ex maiore, C. de excep. Crau. cons. 308. sub
num. 5. col. pe. vers. inde videmus & ex † sequentibus, 23
Glo. in auth. offeratur, C. de lit. contest. & in l. sciendum, in princ ff. qui satisd. cog. Dec. cons. 179. colum. vlt. vers. nec obstat, & regulare est vt vna pars legis de-
claret † aliam l. non est nouum, l. nam & posteriores, 24
ff. de legibus, l. verum, ff. de pet. hær. l. qui filiab. ff. de le-
gat. 1. & posteriora † declarant priora Crauet. cons. 86. 25
num. 5. & cons. 221. num. 15.

Et hanc opinionem existimo esse veriorem, in puncto iuris verò à contraria non recederem in iudicando ex identitate rationis, vt si prouisus constituat procura-

torem collatorem præsentantem, illisque donet fructus
perceptos, & percipiendus, vt colligatur coniectura
confidentiæ, nam eadem viget ratio, & pacti præsum-
ptu; Ideo præsens casus videtur inclusus: quamuis non
26 exprimatur verbis, quod non est necessarium cum
comprehendatur ratione, l. his solis. C. de reuoc. donat.
Paris. cons. 83. num. 21. vol. 3. & cons. 69. nu. 3. vol. 4. Dec.
cons. 284. colum. 2. & cons. 301. col. etiam 2. & receptum
est, vt si ratio legis comprehendit plures casus, si de
27 vno in ea fit mentio, videtur † factum exemplariter non
restrictiuè, Tiraquel. in l. si vnquam, verb. libertis nu. 37.
C. de reuoc. dona. & de vtr. retr. Lignag. §. 10. nume. 2 &
28 3. nam exempla † non restringunt regulam, l. regula §.
vlt. ff. de iur. & fact. ignor. l. scire oportet, §. penult. ff. de
excus. tut. Bal. in l. 1. in 1. lect. sub num. 1. ff. de iust. & iur.
Ex quo videtur responsum ad argumentum primum,
quod adducebam consulendo de verbo, *dimittentem*,
29 cum exempla non restringant regulam, & ratio † dis-
ponat sicut lex, Bal. in c. dilectus filius colu. 1. de rescr.
Dec. cons. 284. col. 2. Crau. cons. 183. colu. 2. Dec. etiam in
cap. 2. requiris, num. 8. de appellat. & in c. at si clerici.
30 §. de adulteriis, numer. 18. de iudic. imò plus † est atten-
denda ratio legis, quàm lex, l. 1. C. quæ sit longa con-
suet. c. consuetudo, prima dist. Gemin. in cap. vbi pericu-
lum, num. 1. de elect. lib. 6.

Ad secundum respondeo quòd licet verba §. *ad pro-
bandum*, sonent in resignatione, tamen verba huius §.
31 *si recipiens*, ea ratione habent hanc † extensionem l.
cum pater §. dulcissimis, ff. de leg. 2. Are. cons. 143. colu.
4. & 5. Gemin. cons. 39. col. 1. & cons. 40. colu. 2. optimè
Bar. in l. pater filium § fundum in fine, de leg. 3. Glo. in
Clem. 1. de elect. Non obstat argumentum de inclusio-
32 ne, quia respondeo regulam † illam communem non
habere locum, quoties in exclusis militat eadem ratio,
quæ in inclusis, Glo. in d. l. cum prætor, ff. de iud. Fel. in
c. nonne in 4. lim. de præsum. Gerard. de petra sancta sin-
gu. 7. Riminal. sen. cons. 251. num. 44. & cons. 529. num. 25.
Dec. in l. 1. in 3. lect. numer. 84 ff. si cert. petat. Card. Paris.
cons. 111. num. 39. vol. 1. Menoch. de arbit. iud. cas. 64. n. 18.
Eoque magis, quia potest dici, quod id quod dicitur
hic de resignatione exprimitur ratione frequentioris
contingentiæ, nam re vera frequentius potest accide-
re, & experientia docet, † quæ est rerum magistra §.
33 sed hodie. Instit. de satisd. cap. quam sit, de electio. lib. 6.
Paris. in rub. ff. sol. matrim. num. 6. & communiter est re-
ceptum, vt vnius inclusio non sit alterius exclusio, quan-
do id quod † exprimitur, deciditur ratione maioris
34 frequentiæ, & contingentiæ, Gl. not. in Clem. 1. verbo,
præsidentes, in fine, de rescr. & ibi illam not. Ant. de
Butr. & Imol. Ias. in l. 1. num. 33. ff. solut. matrimo. & in
l. 2. num. 12. ff. de vulga. & pupil. Fel. in c. nonne in 5. li-
mit. de præsumpt. Bellon. cons. 52. num. 10.

Ideò conclusio huius tex. siue §. intelligenda erit vt
non solum sit confidentia quando resignatarius consti-
tuit procuratorem resignantem, vel eius propinquum
ad percipiendum, vel locandum fructus illius beneficij
resignati illisque donando dictos fructus; sed etiam
quando prouisus, præsentatus, nominatus, vel electus, id
facit constituendo collatorem, præsentantem, nomi-
nantem, & eligentem, eisque donando fructus, nam ex
hoc colligitur confidentia.

Tertiò intellige hanc conclusionem in quocumque
beneficio tam simplici, quàm requirente residentiam,
& curato, ac habente dignitatem quamtumuis maxi-
35 mam, quod probat tum generalitas dicti † verbi *bene-
ficium*, Gem. in c. quamuis 1. de præb. libr. 6. Anan quem
refert, & sequitur Caccial. de pens. q. 30. num. 6. Bart. in
Clem. causam §. quod si forsan, num. 28. & 29. ac 30. de
elect. & colligitur ex his quæ scribit Ioannes Selua de
benef. part. 1. 2. & 3. & latè tradidimus de resig. benefic.
li. 2. quæst. 1. vbi explicauimus omnia genera beneficio-
rum, tum etiam ratio, quæ militat in omni beneficio,
& dignitate, vt censeatur punibilis, & prohibita con-
fidentia ibi commissa. Accedit tertio, quia fauorabile
36 est vt puniantur † delicta, & sit lata interpretatio, l. si

quis ingenuum §. in ciuilibus, ff. de capt. & post lim. l. si
ita vulneratus ff. ad l. Aquil. Bart. in l. quemadmodum,
C. de agric. & cens. lib. 11. Blanc. in prax. crim. §. datis de-
fensionibus num. 49.

Quartò quia in §. præcedenti incip. *ad probandum*,
iam expresserat Ecclesiam, aut Monasterium, & aliud
beneficium vnde hic non erat necessarium id repetere,
cum eadem sit materia, & continuet, ac intelligatur, † 37
quod hic dicitur iuxta terminos præcedentis orationis,
de Episcopatibus, Abbatiis, & reliquis sacerdotiis, Bal.
in l. domum col. 1. in fine, C. de rei vendic. Ias. cons. 125.
col. 2. lib. 2. & cons. 5. col. 3. lib. 3. Soc. Sen. cons. 15. nu. 17.
lib. 1. Crau cons. 313. num. 5. & in principio iam expresse-
rat de omnibus personis, etiam S. R. E. Cardinalibus, de
quibus poterat fieri dubium.

Quintò intellige hanc conclusionem, colligi confi-
dentiam siue prouisus constituerit procuratorem resi-
gnantem, siue eius parentes aut consanguineos, nam
hæc parificantur, vt probant expressè illa verba, *con-
stituerit dimittentem, vel eius parentes aut propinquos
procuratores*, l. si hæredi plures, ff. de cond. & demon.
Dictio enim, *vel* operatur, vt † sufficiat vnam partem 38
esse veram ad effectum, vt ex hoc oriatur coniectura
confidentiæ, tam si fuerit constitutus procurator resi-
gnans quàm si fuerint constituti propinqui vel paren-
tes, Corn. cons. 237. col. 4. lib. 4. Ang. de Gam. de testam.
num. 2. & in hoc nullum cadit dubium, quia verba sunt
clara, l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. & ratio-
nem supra deduximus, quare æquiparentur hi duo ca-
sus, nam ex eò quia sunt constituti procuratores, paren-
tes, & propinqui videtur constitutus ipse resignans ob
coniunctionem sanguinis, quæ inter illos adest, & me-
rito arguitur coniectura fraudis, Rom. in l. post contra-
ctum num. 4. ff. de donat. vbi Ioan. Annib. numer. 62. vers.
nec obstat, Are. cons. 2. num. 5. Calcan. cons. 25. col. 12. in
princ. cum aliis vt per Mascard. de probat. concl. 815. nu.
10. & ideo donatio † facta coniunctæ personæ præsumi- 39
tur fraudulenta, ac simulata, & non vera, vt est tex. opti-
mus in l data opera, C. de don. l. pe. in princ. ff. de bo. li-
bert. Bar. in l. non solum in prin. ff. de rit. nupt. Bald. cons.
438. lib. 5. Cuman. cons. 155. colum. 2. Petr. de Anch. cons.
251. Dec. cons. 235. numer. 2. vers. secunda præsumptio,
Card. Paris. cons. 143. num. 22. volum. 4. & faciunt notata
in c. 2. de renunc. lib. 6. & quod dicitur de parentibus,
aut propinquis dimittentis beneficium, vt sit coniectu-
ra confidentiæ si constituantur procuratores à resigna-
tario illisque donentur fructus, intellige disiunctiuè,
nam non requiritur, vt sint constituti parentes, & pro-
pinqui; sufficit enim quod alter eorum fuerit constitu-
tus, vt colligitur ex dictione *Aut*, quæ ponitur inter
prædictos quæ † disiungit, & operatur, vt vnum sufficiat, 40
Bar. in l. 12 qui ducenta §. verum num. 2 ff. de reb. dub. Bal.
in l. cum quædam nu. 6. C. de verb. signif. vbi dicit quod
si dictum fuerit, volo pecuniam deponi in manibus Ti-
tij aut Sempronij, videtur tacitè procuratoris officium
cuilibet de per se in solidum esse commissum idem vo-
luit Bar. in auth. si quando, C. de const. pecu. Et dum
Pius V. nominat in hac cōstitutione parentes, videtur in-
telligere de parentibus † vtriusque sexus, Glo. in appel- 41
latione parentis, ff. de verb. sign. & ibi Alc. Gl. & Bald.
in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. Et quamuis propriè pa-
ter, & mater † significetur, cum veniat à verbo, pario, 42
tamen apud Iurisconsultos teste Festo etiam auus &
proauus, & alij superiores vtriusque sexus vsque ad tri-
tauos & tritauias intelliguntur, & vltra hos maiores
appellantur, vt tradit Paul. I. C. de grad. affinit. l. Iuris-
cons. Caius in d. l. parentis appellatione, ff. de verb. sign.
& optimè intrat huiusmodi coniectura, quoties fuit
constitutus procurator, Pater, Auus, tam paternus,
quàm maternus resignantis, vt præsumatur confidentia
ex præsumpta fraude vel intellige latiùs, nam parentum
vocabulum ad quoslibet consanguineos extensum in-
uenimus, vt Plin. lib. 18. cap. 1. Cic. 1. de Ora. & 2. de Fi-
nib. & lib. 9. ad Atti. Ouid. 1. Metam. & alij tradunt re-
lati à Calepin. in Dictionario, verbo, parens, & sequitur

Digitized by Google

Iac.Spieg.in Dictionario in eodem verbo parens, verſ.
at latius hodie vtrumque, Iaſ. in l. in ius vocari §. præ-
ter.num.8.ff.de in ius voc.Affl.deciſ.178.numer.2. Hinc
43 verbum † parentela adaptatur ad Agnatos, & Cogna-
tos, Corn.conſ.133.colum.1.lib.2.Cardin. in Clem.1.§.
vlt.de iureiur. & omnes collaterales, Abb. in c. frater-
nitatis, de vſuris, Bald.conſ.334. num.5.lib.3.Ang.conſ.
289.Butr.conſil.9.Ancha.conſ.239.colum.4.Alexa.conſ.
160.lib.2.

44 Dum autem nominat propinquos † videtur intellige-
re de conſanguineis,& ſic de omnibus ſanguine coniun-
ctis cum reſignante, Cic.ad Cæl.lib.2. Epiſt. & habetur
ea Dictionario in verbo propinquus,Bar.in l. vlt.nu.4.
45 C.de verb. ſign. An affines dicantur † propinqui, Idem
Barto.in l. 1. C. vnde vi. & va. & in l.cui eorum §. affi-
nitatis, ff.de poſt Bal.in l.vlt.C.de ind.vid.

Quintò hanc concluſionem intellige, ſiue prædicti
conſtituantur procuratores per inſtrumentum, ſiue per
46 literas: nam vtroque modo poſſe † conſtitui tradit
Card.Pariſ.conſ.47.num.14.volu.1. cum aliis adductis à
me de reſign.beneſ.lib.9.q.6.col.1. eadem ratio viget in
vtroque caſu, Ant.de But.in c.a.num.4.de renunc.lib.6.
ergo idem ius, l.illud, ff. ad l. Aquil. & hoc nullum ha-
bet dubium.

Sextò hanc concluſionem intellige, vt committatur
confidentia tali caſu, ſiue fuerint à reſignatario conſti-
tui procuratores, parentes,aut propinqui reſignantis ad
percipiendum fructus beneficij reſignati, ſiue ad locan-
dum fructus percipiendos, vt patet illis verbis *Ad per-
cipiendum, vel locandum fructus beneficy dimiſſi.* Hi enim
caſus æquiparantur, & ratio eſt, quia paria ſunt quòd
47 quis percipiat fructus de præſenti, † vel habeat promiſ-
ſionem illos conſequendi infra certum tempus, vt dicit
Salic.in l.non ideò minùs,in fine, C.de accuſ.Gramma.
Vot.9.colum.1. qui enim habet obligationem, & pro-
48 miſſionem videtur habere † rem ipſam, Curt.Senſ.conſ.
20.colum.18.verſ.omitto poſtremò, Aret.conſ.164.col.
11. & ſeq. Pariſ.de Put.in tract.de ſynd.fol.57.nume.14.
49 Et ideo aſſaſſinus dicitur tam † ex datione, quàm ex
promiſſione, Archid.in c.pro humani, colum.1.in fine,
Gemin.in §.cum igitur in primo not.Petr.de Anch.in 6.
not.de homic.libr.6.Dec.conſ.327.in princ. Corn.conſ.
249.col.1.vol.4.Carrer.in prax.crimin. in tit.de homic.
§.circa tertium, in princ. vbi atteſtatur de communi,
quam promiſſionem videtur habere ex locatione facta,
50 cùm locatio † ſit ad rei vſum conceſſio pro mercede,
vel pecunia numeranda conuenta, Azo in princ. loc. in
ſum.Gl.Bar. & Salic.in l.excepto, ff. loc. Doct.commu-
niter in rubri.ff. & C.ac Inſtit.loc.Et hoc intellige,quo-
ties iſte procurator locauit fructus dicti beneficij pa-
ciſcendo, vt ſibi reſpondeatur de pecunia, nam hanc
videtur habere mentem Pius V. quia ſi pecunia erit ſol-
uenda domino beneficij, ceſſat omnis fraus, cum nul-
lam vtilitatem habeat ipſe procurator.

Septimò intellige hanc concluſionem procedere
quoties fuerunt conſtituti procuratores dicti parentes,
vel propinqui ad locandum, vel percipiendum fructus
beneficij dimiſſi, nam ita declarat tex. ibi: *beneficii di-
miſſi,* & eſt ratio, quia tunc poteſt ex eo præſumi fraus
conuentionis illicitæ iam factæ, vt ſupra dictum eſt,
ergo ſecus erit, ſi fuerint conſtituti prædicti procura-
tores ad percipiendum, vel locandum fructus alterius
beneficij non dimiſſi, quia huic caſui verba tex. non ap-
plicantur, l.4.§. toties, ff.de damn.infect.Si autem con-
ſtat pecunias verſas ad vtilitatem reſignantis, inficiari
non poteſt, quin ex illa perceptione fructuum non ar-
guatur ad actum illicitum, & ad præſumptionem con-
fidentiæ, quotiès verè conſtat fructus illos verti in vti-
litatem illius, & actum eſſe correſpectiuum iuxta ea,
quæ ſcribit Pariſ.conſ 143.num.21.vol.4.cum aliis, vt
per Maſcard.de probat.concl.815.num. 4. & fraudulen-
tum, nam dicitur in §. quare nos volentes, & in §. iti-
dem, ſiue per ſe, ſiue per alium, &c.

Octauò intellige, ſiue huiuſmodi fructus beneficij
dimiſſi fuerint dati reſignanti, ſiue prædictis procurato-
ribus, nam hos duos caſus æquiparat Pius V. illis ver-
bis, *& illi: vel illis donationem fecerit,* & ratio eſt, quia
vtroque caſu poteſt fraus deprehendi iuxta ea, quæ ſu-
pra deduximus latiſſime.

Nonò intellige hanc concluſionem in fructibus tam
perceptis, quam percipiendis, vt patet ibi: *de fructibus
perceptis, aut percipiendis,* & ratio eſt, quia eadem vi-
get ratio in vtroque caſu, namque eadem fraus depre-
henditur, ergo idem ius † debet ſtatui, l. illud, ff. ad l. 51
Aquil.l.a Titio,ff.de verb.obliga.Et ſufficit alterutrum,
vt patet ex dictione illa, *aut*, Bart.in l.ſi is, qui ducen-
ta §. vtrum num.2.ff.de reb.dub.Bald. in l.cum quædam
numero 6. C. de verb. obligat. & communiter Doctor.
ſequuntur.

Decimò nota caſum, in quo quis non poteſt diſpo-
nere de fructibus beneficij abſque periculo committen-
di confidentiam, cùm regulariter clericus beneficiatus
poſſit expendere fructus beneficij, quomodocumque
voluerit † etiam bona propria conſeruando, Innoc. in 52
c.Epiſcopum, de præb. & ibi Abb. & alij Card. Zabar.
& Abb.in c.poſtulaſti de reſcript.vbi Fel.numer.6. Soc.
Sen. conſ.91.vol.3.Caiet.2.2.q.185.art.7. reſp.ad 3.com-
munis opin. teſte Feli. in d. c.Epiſcopus, & comprobat
latè Couar.in cap.1.colu. 3.de teſtam. ſub nu.2.cùm ſint
domini, & in re ſua quiſque ſit moderator, † & arbiter, 53
l. in re mandata,C.mand.l.nemo cæterus, C. de iudic.§.
per traditionem, Inſtit.de rer.diuiſ.Soc.Sen.conſ.53.n.8.
lib.1.rei ſuæ poteſt, quis eam legem † apponere, quam 54
voluerit, cap.verum, de cond.appoſit.c.1.de monachis,
de præb.c. cum Bertoldus, de re iudic.l.quoties, C. de
don quæ ſub mod.l.ob res, §.1.ff.de pact. dotal.l.legem,
C.de pact.Bald.in l.hac edictali in princ. col.5. C.de ſe-
cun.ſtab.Card.Pariſ.conſ.72.in prin. vol.1.& conſ.24.n.
24. vol. 2.

Et ratiò huius concluſionis eſt, quia non poteſt cle-
ricus fructus beneficij expendere pro re † illicita, Ar- 55
chiep.Florent.in 3.par.ſumm.tit.15.c.1.§.19.& in 2.par.
tit.2.c.2.§.vlt.Silueſtr.in verb.clericus 4.Ange. in verb.
clericus 4.§.4.Palud.in 4. ſent.diſt.24.q.3.art.3.& pro † 56
re profana, Richard.in 4.ſent. diſtin. 55. art. 3.q.1.ad 1.
Caiet.2.2.q.185.art.7,alias peccaret † mortiferè, Archi. 57
& Gem. in princ. diſt 44. Abba. in c.cum ſecundum de
præb.Fel. in c.poſtulaſti nu.6.de reſcr.Dec.in c. Epiſco-
pus de præb.& ſecundum vnam opinionem † tenetur ad 58
illorum reſtitutionem, vt latè tradunt Aluarus. Pela-
gius de planctu Eccleſiæ lib.2. cap.28.col.8. Maior in 4.
diſt.24.q.27. & communiter, vt atteſtatur Nauarr. qui
hanc opinionem pluribus rationibus, & auctoritatib.
defendit in tract.de reddit.Eccl. q.2.in 7.monit.fo.mihi
179 colum. 4.

Vndecimò intellige, ſiue huiuſmodi donatio facta
fuerit ſcriptura, ſiue abſque ſcriptura, nam vtroque ca-
ſu exiſtimo colligi ex hoc confidentiam quod probo,
Primò ex generalitate huius verbi apti comprehende-
re vtrumque caſum, Bal. in l. in fraudem, in fin. ff. de
mil. teſtam. l.1.§. generaliter, ff. de le. præſt. Secundò
quia in §. itidem dicitur *ſcripto, vel verbo ſignificauerit,*
& ibi latè dixi. Tertiò, quia eadem eſt ratio, vt patet,
ergo idem ius vtroque caſu, l. illud, ff. ad l. Aquil.
Quartò, quia mens Pij V. non eſt loqui de donatione
formali, quæ prouenit ex mera liberalitate, de qua in
l. donari, ff. de don. & in l. donari, ff. de reg. in Hoſt.
in ſum.tit. de dona. ſed de ea, quæ fit fraudulenter pro
conſequendo beneficio, vt verba oſtendunt, l. Labeo
in fi. ff. de ſupel. le. Dec. in l. ſemper in ſtipulationib.
numero. 4. ff. de reg. io. Crau. conſ. 20. numero. 2. &
conſi. 290. in fi. & regulariter donatio non † præſumi- 59
tur, cum poteſt capi alia coniectura, vel conſtat de
cauſa, l. cum de indebito, ff. de probat. l. ſi eum an-
num, ff. de ſolu. Ale. in l. ſi is qui quadringenta, §. doa
legata. numer. 4. ff. ad l. Falci. Corn. conſ. 64. nume.
2. volum. 2. Goz. conſ. 94. numer. 28. Imò in dubio † 60
capitur alia præſumptio datum ob aliam cauſam. Bal.
in l. generaliter col.4. C.de non num. pec. Iaſ. in l. ſi à
ſubſtit §. vlt. in fi.ff.de le.1.Malitiis † n. occurrendum 61

Digitized by Google

est, l.cum hi, §. si cum lis de dol.ff.de transact.l. magis,
62 §. si pupillus, ff. de reb. eor. & omnis radix † mala amputanda, l. in fundo, de rei vend. l. quæstionis, in fi. C. de fideico. Ang. de malef. in verbo fama publica sub num. 118. in fine.

Hinc communiter receptum est, fraudem præsumi, quando possessor venditor responderet de fructibus
63 emptori, † vel è contra, Bart.in l.post contractum, post num. 4.vers.respondeo, non puto sufficere, ff.de donat. Crot. cons. 141. Bart.in l.sicut, §.superuacaneum in fine, ff. quibus modis pign. vel hypot. solu. Mascard.de probat.concl.815.nu.55. Ita pari ratione fraus debet deprehendi ex datione fructuum beneficij, quaio facit resignatarius resignanti.

Sed dubium cadit, an hæc debeant coniungi, vt scilicet requiratur ad effectum, vt hæc coniectura confidentiæ intret, quòd recipiens beneficium constituerit procuratorem resignantem, vel eius parentes, & propinquos ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi, vel illis de prædictis fructibus donationem fecerit, vel alterutrum sufficiat, vt ex constitutione sola arguatur confidentia, & ex donatione sola? Mihi videtur alterutrum non sufficere, vt habeat locum hæc coniectura posita in hoc §. Si recipiens, sed coniunctim requiri constitutionem procuratoris ad percipiendum & locandum fructus, & illorum donationem resignanti, vel eius propinquis, & parentibus. Quod
64 probo, quia copula, *&*, † quæ ponitur inter hæc duo, coniungit, l. si hæredi, ff. de cond. inst. vbi Glo alij latissime, Fel. in c. ex par. 2. num. 21. de rescri. Et operatur, vt requiratur verificatio vtriusque requisiti, Ias. in l. fluminib. num. 64. ff. de flum. Fel.loc. cit. Imol.in clem. in plerisque in 8. col. de elect. Bart. in l. si is, qui ducenta, §. proinde, de reb. dub. & in d.l. qui hæredi.
65 Adeo, quòd quoties ponitur inter † principium, & finem habet includere medium. Host. in c. licèt causam, Fel. num 10. vers. tertia causa, de probat Bald. in l. 2. num.4.C.de iur.emphyt.Abb. cons. 11. num 26. sub eadem qualitate, l. nam, quod liquidè, ff. de pœn. leg. l. Seiæ, §.Caio, ff de fund. instr. l. si quis Titio, ff.de vsufr. accresc.Pauin.de potest.cap.sed.vacant.in præl. 3. num.
66 3.cum seq. Et eius natura † est, vt continuet præcedentia, Bar.in l.1.in fine, ff de his, qui not. infam. & in l.Seiæ, §.Caio nu.3.ff.de fund.instr.Roman.consil.104.num. 4. Alex. cons. 101. num. 8. lib. 3. Corn. consi. 126. in fine lib. 2.

Eòque magis, cùm materia sit connexa, & posita in eodem §.Soc.Sen.cons.53.n 9.lib. 1. Paris.cons.38.nu.25. lib. 2. Curt. iuo. in l.1.§. vlt num. 27.ff.si cert.pet.Dec. cons. 314. colum pen.Anchar.in clem.in plerisque. col. vlt. de elect.

67 Quod comprobat etiam verisimilitudo, † cuius argumentum validissimum est, Bal. cons. 180. lib.3.Olde. cons. 13. Crau. cons. 597. num. 6.19. Hæc enim dictio,
68 *Et*, copulat omnino † diuersa, vt vtrumque copulatum veniat principaliter, Gl.in rub.ff. de iur. & fact. ignor. Bar. in l. si finita, §. si elegantes, ff. de dam. infect. Archid. in c. cupientes, in princ. de elect. Eòque magis, cum vtrumque est necessarium. Perr. de Anch. in c.præsentium, § testes, de testibus l.6. Bar. & alij in l. diuus, ff. de re iud.c. Gemin. in ca. quoties in fine 2. qu. 1.Roman. cons. 369. in antepe. col. cum aliis, vt per Felin. d. c. ex parte num. 23. & excludit, quæ non narrantur. Lud. Rom. cons. 146. viso, col.3. latè Fel. d. c. ex parte num. 22. de rescr.

Rursus contingit dubitare, an hæc coniectura præsentis §. inducat veram confidentiam? prima facie videretur dicendum, quòd sic, ex verbis positis in superiori §. Ad probandum, ibi: *ad probandum verè plenè confidentiarum abusum inter alias etiam præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ, &c.*
69 In contrarium tamen est veritas, quod † huiusmodi præsumptio non inducat veram confidentiam, sed tantum præsumptionem, vt fuit resolutum in vna Cosentin. prætensæ confidentiæ coram R.P.D. Orano 4.Febr. 1591. & probatur expressè in §. Testes ea ratione, quia aliud est præsumptio, aliud veritas. Nec obstant verba supra posita ex §. ad probandum, quia solum probant, vt huiusmodi præsumptio, & coniectura sit legitima inter alias, non autem quod sit veritas.

70 Postremò dubitatur, quid † si resignatarius post plures annos post resignationem donet resignanti aliquam quantitatem pecuniarum, an ex hoc arguatur confidentia, cum hic casus proponeretur in Rota a bo. mem. D. Bubalo in vna Oriolen. 1. Februarij 1591. de ordine fel. rec. Gregorij XIII. fuit resolutum ab omnibus negatiue, scilicet, quod donatio facta post multos annos post resignationem non arguat simoniam neque confidentiam, nisi probetur præcessisse pactum illicitum super huiusmodi donatione facienda in ipsa resignatione, c. Artaldus, 1. antequam eligeretur 8. q. 3. Ioan. Andr. Abb. Fel. & Dec. in c. veniens, l. 2. de testib. Abb. in cap. cum M. nu. 24. de const. Dec. cons. 118. num. 4. Mohed. decis. 116. Put. decis. 172. numer. 9. lib. 2. Caputaq. decis. 239. num. 7. par. 3.

Quæst. 32. num. 63. Mihi videtur alterutrum non sufficere.

PRima confidentiæ coniectura superiori quæstione exposita insurgit, quoties resignans post resignationem fructus percipit, aut alias se beneficio immiscet, aut quicumque successor, id est, per conditionalem vel etiam simplicem renunciationem, illi vel eius propinquis prædictos fructus, aut partem aliquam remittit: Secunda verò coniectura ex quatuor positis in Constitutione Pij V. hic explanatur, quæ elicitur ex quo recipiens beneficium constituit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum vel locandum fructus, & de ipsis illi, vel illis donationem facit, quod Flaminius notanter extendit ad quouis modo prouisum respectu Collatoris, præsentantis, & eligentis, vt sit iudicium confidentiæ, nedum quoties resignantem, sed etiam, quoties Collatorem, patronum, aut eligentem constituit procuratores ad dictum effectum cum donatione memorata, & omni casu vtrumque, scilicet constitutionem & donationem huiusmodi copulatiuè requirit, quod vltimum vix admitterem, cum ex sola fructuum perceptione, vel donatione, & remissione subintret coniectura confidentiæ, vt superiori quæstione vidimus; sed quia quæsito procuratoris colore donatio facile celari poterat & coniectura excludi, voluit Pius V. quod constitutio procuratoris donationem arguat, & in consequens confidentiam, sicut fraudem arguit in electo, fructus prælaturæ ante confirmationem procuratorio nomine percipiente, cap. Auaritiæ. de elect. in 6. donatio igitur sola sufficit absque constitutione procuratoris, quamuis constitutio sine donatione vera, vel præsumpta non sufficiat. Sed occurrit dubium num prior coniectura, sicut & hæc secunda, extendatur ad Collatorem, præsentantem & eligentem, vt ex quo fructus beneficij percipiunt post collationem, præsentationem, aut electionem oriatur præsumptio confidentiæ? Et credo oriri, propter identitatem rationis, vt de secunda coniectura, illorum respectu, ait Flaminio. hic, quamuis idem infra quæstio. 53. numer. 3. dicat contrarium posse sustineri, prout sustinet Hieronymus Gabriel. cons. 172. quos ibi refellimus.

QVÆSTIO XXXIII.

De Confidentia, quæ committitur ex expeditione litterarum.

SVMMARIVM.

1 *Resignans expendens pecuniam pro litteris Resignatorii committit confidentiam.*
2 *Ex solutione pecuniæ intrat fraus.*
3 *Ex facto ad quod quis non tenetur, oritur fraus.*
4 *Ex facto insolito intrat fraus.*
5 *Insolita venditio facit præsumere fraudem.*
6 *Fraus ex coniecturis.*

7 *Actus præsumitur factus ad instantiam, illius in cuius vtilitatem vertitur.*
8 *Citatio præsumitur facta ad instantiam partis.*
9 *Mutuum præsumitur factum gratia recipientis.*
10 *Contractus simulatur si impensa quæ debet fieri per venditorem, fiat ab emptore.*
11 *Impensa instrumentorum fiunt ab emptore.*
12 *Resignatarius expediens in literis Resignantis committit confidentiam.*
13 *Casus non expressus non includitur in lege.*
14 *In pœnalibus fit stricta interpretatio.*
15 *Causa principalis quæ.*
16 *Impensa probatur per dictum Procuratoris.*
17 *De facto proprio quis potest testificari.*
18 *Dictum vnius non probat.*
19 *Libris mensariorum creditur.*
20 *In habentibus officium publicum, non cadit suspicio.*
21 *Libri scripti auctoritate priuata non probant.*
22 *Interest Reipublicæ vt delicta puniantur.*
23 *Regula* Vnius inclusio, *fallit pluribus modis.*
24 *Expensa probantur pluribus modis.*
25 *Expensa probantur ex coniecturis arbitrio iudicis.*
26 *Expensa præsumuntur facta animo repetendi.*
27 *Dictio,* Simulque, *coniungit.*
28 *Dictio,* Vnà, *coniungit.*
29 *Vbi verba sunt clara, nullum cadit dubium.*
30 *Dum duo requiruntur vnum non sufficit.*
31 *Capienda interpretatio pro non delicto.*
32 *Sine pecunia non fit expeditio.*
33 *Ingerit se in hæreditate qui soluit æs alienum.*
34 *Sub titulo beneficij includuntur annexa.*
35 *Fideiubens resignans pro Resignatario non committit confidentiam.*
36 *Qualitas legis debet in primis verificari.*
37 *Actus fideiussionis quomodo non est prohibitus.*
38 *Dictio,* Si, *venit coniunctiuè.*
39 *Sequentia declarantur ex præcedentibus.*
40 *Lex generalis comprehendit omnes casus, & personas.*
41 *Actus attribuitur mandanti.*
42 *Mandans & Mandatarius puniuntur.*
43 *Ex coniectura huius quæstionis non oritur vera confidentia.*
44 *Scientia Papæ facit cessare omne vitium.*

TRigesimotertiò quæro, &c. Tertia conie-
ctura, & præsumptio ex qua probatur confi-
1 dentia † colligitur ex totali expeditione lite-
rarum resignationis pro resignatario facta a resignante
de suis propriis pecuniis, vt patet in §. *si vel sola procu-
ratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum
ex parte dimittentis expeditio, quæ personam recipientis
concernit, prosecuta sit: simulque expensa pro ea necessa-
ria ab illo facta fuerint.* & causa id faciendi ponitur in
§. multi, de qua dixi. Et ratio est quia quoties resigna-
tur beneficium in fauorem alicuius fit supplicatio, qua
signata, datata, ac registrata, præstito consensu, litteræ
expediuntur vt latè tradidi de resign. benef. lib. 8. & si
illa resignatione aliquid reseruatur resignanti, scilicet
pensio, vel fructus, ipse expedit suas bullas reseruatio-
nis pensionis, aut fructuum, & soluit de suo composi-
tionem, & alia necessaria, quæ expenduntur pro expe-
ditione dictæ reseruationis pensionis, aut fructuum, vt
resignatarius expediat suas litteras resignationis, scili-
cet prouisionis factæ per S.D.N. in personam suam, sol-
uendo de suo annatam, & alia necessaria in Camera,
vel Cancellario expendi, & dari solita, ac in plumbo,
& ita seruat stylus vulgaris Curiæ omnib. notissimus,
& de eo etiam attestatur Nauarr. cons. 5. num. 1. vers. res-
pondeo, de Simon. Si ergo resignans se ingerit in expe-
ditione, quæ pertinet ad resignatarium, expendatque
2 pro illa † pecunias proprias, ex hoc oritur præsumptio
fraudis iuxta ea, quæ ponit Ioan. Annib. in l. post con-
tractum num. 138. ver. item fraus, tamen præsumitur, &
numer. 140. ff. de donat. per Glo. primam in l. si quis sub
conditione, de condit. & inst. Et regulare est vt oriatur
† coniectura fraudis, quoties fiunt ea, ad quæ quis non 3
tenetur, Paul. de Castr. in d. l. si quis sub conditione
post numerum primum ex l. vnde propter, ff. de condi.
& demon. Crauet. cons. 321. num. 3. vers. præsumitur con-
tra eum, & quoties quis facit † insolita, Guid. Pap. de 4
præsumptionibus. num. 51. vers. ex cautelis. Crauet. cons.
44. num. 5. Mascard. de probat. concl. 815. numer. 40. Hinc
† insolita venditio facit præsumere fraudem contra- 5
ctus, Bald. in d. l. si quis sub conditione, Ioan. Annib. d. l.
post contractum, num. 139. Crauet. cons. 100. Titius post
num. 5. ver. itaq. ex actu. Fraus enim ex coniecturis † de- 6
ducitur c. 2. de renunc. in 6. vbi omnis DD. Glo. in l. apud
Celsum in princ. ff. de dol. mal. Paris. cons. 97. nu. 17. volu.
3. Crau. cons. 10. num. 3. Grat. cons. 81. num. 42. libr. 2. Dec.
cons. 235. in princ. & cons. 659. etiam in princ. Et huius-
modi fraus potest hac de causa, & ratione, interuenire,
vt resignans deponat illud beneficium penès resignata-
rium ex vna vndecim, vel duodecim causarum posita-
rum in eadem Constitutione Pij V. in §. multi, vt quia
non potest retinere illud beneficium, vel ne cogatur ad
sacros ordines, aut ad residentiam, vel ad incedendum
in habitu clericali, vel vt possit proficisci ad bellum,
aut inimicum occidere, vel vt alieno nomine lites agat,
& defendat, vel ob crimen cum sit inhabilis, quærat
purgationem, vel absolutionem, aut vt vxorem capiat,
non recitet horas canonicas: his enim de causis & si-
milibus, potest verificari hæc conclusio nostra, vt ex
aliqua ipsarum quærat resignans deponere beneficium
penès aliquem, ad effectum, vt postea illud possit con-
sequi ad suum beneplacitum, & ideò facit expeditio-
nem, & expendit pro resignatario, cùm resignatio respi-
ciat potius commodum, & interesse suum, quàm resigna-
tarij, qui est suppositus, & propterea non mirum, si non
curat expedire literas suæ resignationis in sui fauorem,
& in illis expendere, ad not. in l. pupillus §. sed & si per
interpositam. ff. de auct. tut. Et ex hoc oriri fraudem eui-
dentem colligitur ex his, quæ scribit Guid. Pap. tract. de
præsumpt. nu. 47. Calca. cons. 35. col. 1. vers. & fraus, Cra-
uet. cons. 122. num. 10. Ruin. cons. 130. numero 2. volum. 2.
& non mirum est si resignans est tam diligens, & prose-
quitur, ac facit expeditionem, quæ non spectat ad ip-
sum, sed ad resignatarium, cùm res sua agatur, & de suo
interesse, faciunt not. per Abba. & alios in c. constitu-
tus de testibus, per Bart. in l. de pupillo §. si quis ipsi
Prætori num. 19. ff. de ope. nou. nun. vbi dicit actum præ-
sumi factum de voluntate, & ad instantiam illius, ad
cuius fauorem, & vtilitatem † versatur, hoc idem vo- 7
lunt Roman. cons. 68. col. 1. & cons. 152. col. vlt. Ale.
cons. 69. num. 5. li. 2. Rui. cons. 47. num. 12. lib. 2. Menoch.
de præsumpt. lib. 2. quæst. 23. num. 7. & est communis
omnium Doctorum sententia, vt per eundem Menoch.
de recupe. poss. rem. 5. num. 58. Et hac ratione citatio
præsumitur facta ad † partis instantiam, Abb. in c. 1. de 8
iud. vbi Rip. nu. 20. dicit hanc esse communem, Franc.
in c. cum parati col. 3. de appe. Fel. in c. sicut num. 15.
de re iudi. Capic. decis. 4. n. 20. Soc. Iun. cons. 97. num 14.
lib. 2. & simili ratione mutuum sub vsuris † præsumi- 9
tur factum causa & gratia recipientis, qui habet
commodum, Gl. 1. in l. si quis nec causam, ff. si cert.
petatur, & ibi Dec. col. 1. attestatur de communi, Me-
noc. de præsump. lib. 3. præsumpt. 70. Optima igitur
ratione Summ. Pont. ex hoc oriri coniecturā confiden-
tiæ hic statuit. Ita in simili contractus simulatus depre-
henditur, si impensa, quæ † spectat ad emptorem, fiat 10
à venditore, Abb. cons. 76. in præsenti, colum. 2. versic.
quarta coniectura libr. 1. Alex. cons. 54. nume. 2. lib.
6. Card. Paris. cons. 55. num. 56. vol. 1. Bertrand. cons. 186.
in fine, & cons. 287. etiam in fin. lib. 2. par. 1. Natt.
cons. 198. num. 13. lib. 1. Roland. à Vall. cons. 40. num. 33.
lib. 2. Cepoll. tract. de simular. contract. num. 41. vers.
sexta præsumptio, Ioan. Baptista Lupus in l. 2. in 2. par.
§. 1. num. 45. C. de pac. Ber. cons. 165. num 14. lib. 1. Tiraq.
in tract de retr. conuent. §. 6. Gl. 2. in fi & est commu-
nis omnium Doct. sententia, & ibi assignant rationem

Digitized by Google

11 nam cùm de stylo emptor debeat soluere impensam †
instrumenturum, si à venditore, ad quem non pertinet,
fiat, arguitur, quod emere noluerit, sed potius pignori
recipere Alberic. in l. eos, in fine, C. de vsur. & in l.
dissolutè, C. de cond. ea lege, Menoch. de præsumpt.
præsumpt. 122. nu. 58. eadem ratione præsumetur, quod
ille noluerit resignare, & quòd actus fuerit simulatus,
faciunt, quæ scribunt Dec. cons. 543. num. 18. Afflict. in
ca. 1. in princ. num. 13. tit. de fend. dat. in vicem legis
Commiss.

Ex his igitur colligitur conclusio, quòd si resig-
nans beneficium in fauorem alicuius, scilicer Titij,
prosequutus fuerit expeditionem illius, & expensas
necessarias pro ea expenderit, ex hoc probatur confi-
dentia.

Dubium tamen est, quid ècontra, si resignatarius fe-
cerit omnes expensas etiam pertinentes ad resignantem
ratione reseruationis fructuum, aut pensionis, an itidem
12 sit confidentia? Et quidem quoties † constat de pacto,
absque dubio est confidentia, vt in facti contingentia
respondit Nau. in cons. 5. cons. 46 in prin. tit. de sim. arg.
not. in c. quàm pio 1. q. 2. c. vlt. de pact. c. quæsitum, de
rerũ permuta. Si verò non constat de huiusmodi pacto,
controuersum est, an ex hoc colligatur coniectura con-
fidentiæ? Quidam voluerunt, quòd non. Primò, Quia
constitutio exprimit tantum expensas factas à resignan-
13 te pro litteris resignatarij, ergo præsens † casus non in-
cluditur, l. in præuaricationis, §. vlt. ff. de præuatic.
l. dissentientem, C. de diuor. si voluisset expressisset, l.
illam, C. de coll. ca. ad audientiam, de decim. c. illa
ne sed, vac. Oldr. consilio. 202. Vnius enim inclusio
est alterius exclusio, l. cum prætor, ff. de iudic. Secun-
dò quia sumus in materia pœnali, ergo stricta debet fie-
14 ri † interpretatio, Docto. in l. si verò §. de viro, ff. sol.
matrimoni & in l. constante, ff. eod. Dyn. in regul. odia,
de reg. iur. lib 6.

His non obstantibus, contrariã existimo opinionem
veram, vt ex expensis factis à resignatario in litteris
pensionis reseruatæ resignanti arguatur confidentia,
quam opinionem probo. Primò quia hoc casu eadem
adest ratio fraudis, ergo idem ius, l. illud, ff. ad l. Aquil.
l. his solis, C. de reuoc. donat. Et cùm fraus coniectu-
ris probetur, communiter DD. per illum tex. in c. 2. de
renunc. lib. 6. Bart. in l. post contractum col. 1. & 2.
ff de donat. Dec. consi. 235. col. 2. quæ coniectura erit
validior ista? cùm faciat eam impensam, ad quam non
tenetur, vt in contractu simulato argumentantur, Abb.
consi. 76. colum. 2. libr. 1. Cepol. tractat. de simulat. con-
tract. num. 41. Roland. cons. 40. num. 33. lib. 2. Quare
præsumitur, ita actum, & conuentum, vt omnis impen-
sa fiat per resignatarium, iuxta ea, quæ scribit Paris.
cons. 55. nu. 56. vol. 1. Tiraq. in tract. de retract. conuent.
§. 6. Gl. 2. in fin. Natt. cons. 198. num. 13. lib. 1. & colligi-
tur hanc fuisse causam principalem, quasi sine ea non
fieret resignatio, Bar. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. Nauar. in c.
cum minister, num. 39. 23. q. 5. & cons. 50. nume. 5. tit. de
simon. namque multi, vt tota die experimur, non re-
nunciant beneficia pro recompensa proposita propter
pecunias expendendas in reseruatione pensionum, si
ergo resignatarius pro facilitanda, & obtinenda resigna-
tione illius beneficij, quod desiderat, dicat se velle face-
re omnem expensam, etiam ad ipsum resignantem per-
tinentem, vtique ex hoc committitur confidentia, quia
sine huiusmodi conuentione non fieret resignatio, & id
15 † est causa principalis, Nauarr. cons. 50. & 51. tit. de sim.
& competit definitio simoniæ, Gl. in sum. 1. q. 1. D. Thom.
2. 2. quæstio. 100. art. 1. & per consequens ex hoc oritur
coniectura confidentiæ, & in contrarium allegata ex
hoc tolluntur.

Concludendum est igitur esse confidentiam, si ex
pacto resignatarius faciat impensam pertinentem ad re-
signantem, & si non constet de pacto ex impensa facta
oriri confidentiam. Hanc autem conclusionem poste-
riorem intellige, quoties fecit totalem impensam: nam
resignatarius de stylo, quando expedit suas literas, ex-
pendit etiam aliquid necessariò pro reseruatione resi-
gnantis, quod solet retinere in primò termino solutio-
nis pensionis, & si non retinet id, vel fecit omnem im-
pensam, cum illa non soleat fieri, etiam vt retineatur,
& non constat ex alia causa fecisse, vel habuisse pecu-
niam, oritur coniectura confidentiæ, vt supra dictum,
& conclusum est, & ita vidi alias respondere per do-
ctissimum virum.

Amplia, prædictas conclusiones etiam in foro Poli,
procedere, ita Nauarr. d. cons. 5. de simon. & communi-
ter sequuntur Doctores.

Amplia secundò, etiam si resignatarius velit id gra-
tuito dono donare resignanti, & sic soluere pro eo
compositionem, & alias expensas necessarias, vel cau-
sa eleuandæ paupertatis id facere, nam nihilominus est
confidentia, ita Nauarr. d. cons. 5. de simon. nam inquit,
id non faceret, si ille renunciaret in fauorem alterius,
ergo non solum vult soluere illi propter gratitudinem,
& paupertatem, sed etiam ex eo, quòd resignat benefi-
cium in fauorem suum.

Sed poterat oriri dubium, quomodo probetur resi-
gnantem expendisse pro literis resignatarij? Ideò hoc
declarat probari ex depositione sola procuratoris, vel
ex libris rationalibus mensariorum, vt patet illis ver-
bis, *si vel sola procuratoris depositione: vel libris ratio-
nalibus mensariorum*; ex quibus verbis duæ colliguntur
conclusiones, Prima per solam depositionem procura-
toris probari, per quem † fuerit facta impensa necessa- 16
ria in literis resignationis, & quis dederit pecuniam, &
ratio est, quia ipsa pecunia deuenit ad ipsum, & expen-
ditur per ipsum, ideò poterit de hoc testificari tanquam
de facto proprio, † iuxtà ea, quæ scribunt Abb. in c. cum 17
in sua, quem omnes sequuntur de sponsal. & in c. vlt.
num. 9. de præscrip. Bar. in l. quæ tutores, C. de administr.
tut. Angel. in l. sciendum colum. 1. C. de vsur. Quis enim
melius poterit id scire? Alex. cons. 24. col. 4. libr. 2. Salic.
in l. vlt. C. de fic. Vnum autem est notandum, quod est
contra regulas iuris communis: nam vult, vt dictum
illius sufficiat, vt probatur ibi: *vel sola*, regulariter
enim dictum vnius † non probat c. licet, c. veniens, c. 18
iusiurandi de testib. c. admonere 33. q. 2. Ias. in l. si quando
numero 11. C. vnde vi, & hoc ob atrocitatem criminis,
vel ob difficilem probationem, Doct. in l. 1. §. vlt. ff. de
verb. oblig. Marsil. in l. si quis, ne quæstio. colum. 52. ff.
de quæstio.

Secunda conclusio per libros rationales mensario-
rum, i. argentariorum probari pecuniam expensam in
literis, cuius fuerit, quod habet rationem, quia libris
prædictorum plenè creditur, † vt voluit Menoch. de 19
arbit. iudic. cas. 91. num. 15. vers. vera itaque, Mascard. de
probat. concl. 973. num. 87. Ias. in l. admonendi nume. 19.
ff. de iureiur. & ita consuetudine receptum est, Castr. in
d. l. admonendi, num. 42. Ias. num. 120. l. ede. de Sen. cons.
118. Boer. decis. 105. Coua. lib. prac. qq. c. 22. nam propter
eorum officium † publicum non cadit suspicio, Felin. in 20
cap. 2. numero 21. de fid. instrum. Ias. cons. 103. colum. 1.
lib. 1. Rip. in d. l. admonendi, numero 121. ff. de iureiur.
& alij omnes.

Sed contingit dubitare, an aliæ probationes sint sub-
latæ, vt hoc non possit alio modo probari? aliqui te-
nent, quòd sic, quia vnius inclusio, est alterius exclu-
sio, l. cum Prætor, ff. de iudic. sed exprimuntur hæ duæ
dumtaxat, ergo, &c. l. illam, C. de coll. Contrarium ta-
men existimo verum tum quia huiusmodi expressio vi-
detur facta ad augendam probationem delicti, vt sola
depositio procuratoris sufficiat, & soli libri argenta-
riorum, primum erat dubium propter illam regulam
generalem supra positam, quod dictum vnius sit nullius:
secundum etiam habebat aliquale dubium ex his, quæ
scripsere plures DD. libros conscriptos auctoritate pri-
uata † non probare plenè, Bar. in l. nuda ratio, numer. 7. 21
ff. de donat. & in l. admonendi numero 26. ff. de iureiur.
Ant. de Butr. in c. 2. & ibi Abb. num. 9. de fid. instru. Card.
Paris. cons. 90 num. 1. volum. 1. Anan. cons. 53. circa prin-
cipium. Ergo non debet operari diminutionem, l. legata

inutiliter,

Digitized by Google

Inotiliter, ff. de leg. præstao. Tum etiam quia, vt puniantur delicta, materia dicitur fauorabilis, & propterea extendenda, vt pluribus modis † possit probari, leg. ita
22 vulneratus, ff. ad leg. Aquil. & ibi notat Bald. & alij leg. licitatio, §. quod illicitè, ff. de publ. leg. capitalium, ff. de pœn. cap. vt famæ, de sent. excomm. Tertiò confirmatur, quia præsentis constitutionis mens non est tollere ius commune, nisi in his, quæ repugnant, vt ex verisimilitudine, & alijs adminiculis colligitur. Et ita tenendo, ad argumentum in contrarium adductum respondetur expressionem de dictis duabus probationibus esse factam ad augendum, vel exempli gratia, ideò non esse restringendam, leg. regula, §. vlt. de iur. & fact. ignor. leg. scire oportet, §. pen. ff. de excus. tut. Bal. in leg. 1. in 1. lect. num.
23 1. ff. de iust. & iur. Et † vnius inclusio non est alterius exclusio, quando casus exclusus includitur alia via scilicet lege vel ratione, Dec. in leg. 1. in 3. lect. num. 83. ff. si cert. pet. Card. Paris. consil. 101. numer. 39. volum. 1. Fel. in cap. nonne, in 4. limit. de præsumpt. Dec. consil. 11.
24 num. 18. Riminal. sen. consil. 251. numer. 44. Quare † concludendum est huiusmodi expensas posse probari aliis modis. Et, primò per euidentiam rei, Barbat. consil. 46. n. 24. libr. 4. Bal. in l. 1. num. 26. Cod. de fruct. & lit. expen. & in l. scimus, §. computatione, nume. 2. Cod. de iur. de lib. & cons. 353. numer. 2. volum. 3. Secundò per testes etiam domesticos, Feder. de Sen. cons. 119. Mascard. de proba. conclus. 721. numer. 1. & 2. Tertiò per libros, in quibus descriptæ sunt, Barba. d. consil. 46. numer. 21. cum seq. vol.
25 4. Mascard. conclus. 723. de prob. Quartò ex coniecturis † arbitrio iudicis approbandis, leg. ius alimentorum, ff. vbi pupill. educ. deb. leg. si filium, leg. si ita fuerit, §. in reliquis, ff. de manumiss. test. l. vlt. §. inter cætera, ff. de liber. legat. latè Mascard. de probat. concl. 715. col. 1. & 2. Qui iudex debet ad id aduertere, quòd expensæ præsu-
26 muntur † factæ animo repetendi, Mascard. de probat. concl. 727. col. 1. vbi comprobat.

Secundò contingit dubitare, quid si resignans se ingessit expeditioni litterarum ad fauorem resignatarij, non autem expendit pecuniam de suo, an ex hoc oriatur coniectura confidentiæ? pro affirmatiua. Primò facit quia dicit constitutio. *Expeditio*, &c. *prosecuta sit*, &c. ergo ex hoc oritur præsumptio argum. leg. 4. §. toties, ff. de damn. infect. Secundò, quia huiusmodi diligentia ad ipsum non pertinens videtur suspecta, vt latè prosequitur, Cepoll. in tract. de simula. contract.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem existimo veriorem, ex huiusmodi prosequutione expeditionis non oriri præsumptionem confidentiæ, quia Pius V. hic requirit vltra prosecutionem expeditionis, expensas, & in illis, se fundat ob orationes allegatas, ergo sola expeditio non causat prædictam coniecturam iuxta tradita in leg. si domus, vbi Bartol. ff. de seru. vrb. præd. l. si mihi in princ. ff. de seru. rust. præd. Iason. in l. nec eis, §. 1. in 1. not. ff. de aequi. hæred. Anch. consil. 391.
27 colum. 3. Craue. consil. 290. col. 1. Et patet ex illa † dictione, *simulque* quæ coniungit præcedentibus l. in operis, ff. loc. l. 3. ff. si fam. furt. fecis. cap. nouimus 3. quæst. 9.
28 Innoc. in cap. dilectus filius, de præb. sicuti dictio † *vnà*, l. vlt. Cod. de impub. & aliis subst. l. vlt. ad l. Aquil. DD. in l. huius, §. quisque, ff. de leg. 2. Pauio. de potest, cap. sed
29 vac. præl. 3. num. 14. Ideò † cum verba sint clara, nullum cadit dubium, cap. is, qui fidem, de sponsal. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. Oldr. consil. 558. col. 2. Bal. consil. 342. col. etiam 2. libr. 1. Curt. Sen. consil. 29. col. 3. Et patet responsum ad primum argumentum in contrarium adductum, quia post illa verba *prosecuta sit*, subsequitur dictio illa, *simulque*, quæ coniungit, vt dictum est: Non obstat secundum, quia cessat, cum hoc requirat constitutio iuxta not. in leg. 2. ff. de orig. iur. Sed cadit dubium, quod è contra si resignans expenderit pecunias necessarias pro expeditione resignatarij non tamen se ingessit in expeditione? aliàs vidi consulium pro negatiua, ex hoc non oriri præsumptionem confidentiæ ex eo, quia cùm constitutio, vt dixi duo requirat, in vno
30 nequaquam † verificabitur, l. vbi numerus, ff. de test. &

vt capiamus interpretationem pro † non delicto leg. 31
merito, ff. pro soc. His autem non obstantibus contraria opinio mihi semper visa fuit verior, vt ex sola impensa facta per resignantem in litteris resignatarij oriatur præsumptio confidentiæ, & mouet me primò ratio valde concludens, quia expendens de suis pecunijs in expeditione, satis dicitur prosequi illam, cùm huiusmodi expensa consideretur, vt causa principalis, sine
qua † non fieret expeditio, Bartol. in l. 2. §. vlt. ff. de 32
dona. namque vt stylus vulgaris docet sine pecunijs promptis non expediuntur litteræ: soluitur enim officialibus constitutis, & habentibus officia titulo oneroso in Cancellaria, satis enim dicitur se ingerere in
hæreditate, qui soluit æs alienum † creditorib. Bart. in 33
leg. 2. Cod. de iur. de lib. Bal. in leg. potuit, quæst. 9. Cod. eod. tit. idem consil. 71. numer. 1. libr. 5. Card. Paris. consil. 16. numer. 41. volum. 2. Corn. cons. 82. numer. 2. & consil. 272. numer. 6. volum. 2. Soc. Sen. consil. 45. col. 2. numer. 4. volu. 4. Ale. consil. 32. col. 1. libr. 3. Natt. cons. 140. numer. 12. libr. 1. Secundò, quia Pius V. in hoc §. videtur hoc præcipuè habere in consideratione, vt colligitur, dum vult huiusmodi expensas factas fuisse probari ex solo dicto procuratoris, aut libris mensariorum, ergo colligitur, quòd solæ expensæ faciunt oriri coniecturam confidentiæ, cum sub illis contineatur aliud ex verisimilitudine, & ex oratione præsumpta, ac eo, quod solet fieri, vnde non obstat argumentum in contrarium adductum, quòd duo requirantur, nam respondetur sub
hoc includi aliud, vnde vtrumque probatur iuxta ea, † 34
quæ de beneficio annexo alteri, scribunt Gemin. & Ioann. Andr. in cap. super eo, de præbend. in 6. Felin. in capitu. in nostra, num. 30. de rescript. Rot. dec. 46. de rescript. in antiqu. Ioan. Selu. de benefic. part. 3. quæstio 22. num. 64.

Rursus cadit dubium, si resignans fideiusserit pro pecunia, quæ fuit impensa per resignatarium in expeditione litterarum an ex hoc oriatur præsumptio confidentiæ, aliàs in facti contingentia euenit hic casus, nam cedens Ecclesiam Metropolitanam de ann. 1585. fideiussor accessit pecunijs ad societatem officij per cessionarium acceptis, qui cedens postea fassus fuit prædictas pecunias fuisse expensas in expeditione litterarum Archie-
piscopatus, dubitabatur an ex hoc oriatur † coniectura 35
confidentiæ, fuit resolutum in Rota negatiuè in d. Cosentin. prætensæ confidentiæ, coram R. P. D. Orano 4. Febru. 1591. ex eo quòd cedens non se intromisit in expeditione, neque ipse impendit, vt requiritur in hoc §. qui-
bus qualitatibus cessantibus, † non habebit locum dis- 36
positio ad not. in l. quicumque, C. de seru. fug. eò magis in materia odiosa, reg. odia, de reg. iur. lib. 6. sed tantum fideiussor intercessit, qui actus de per se simpliciter non
† est prohibitus, vt prosequitur Archiepiscopus Flo- 37
rent. in tract. de vsur.

Et hanc conclusionem huius, §. intellige primò, procedere in quibuscunque beneficiis etiam habentibus dignitatem, quod probo, tum, quia id explicatur in §§. præcedentibus, & præcipuè in proximo superiore, §. ad pro-
bandum, & hic cùm veniat continuatiuè, † vt colligitur 38
ex dictione. *Si*, quæ exponitur pro quando, & continuat eandem materiam, Bart. in leg. hæc verba, numer. 4. ff. de leg. 1. Iac. Nouell. de Iur. protomiseos, §. 4. numer. 5. & ex dictione, *vel*, Bald. consil. 98. num. 6. volum. 1. Archid. in cap. ego, dist. 63. Marc. Ant. Marsil. de Ecclesiast. reddit. cap. 23. numer. 59. videtur disponere, cum eadem qualitate, ad tradita in cap. translato, de const. in cap. quanto, de iud. in l. nam hoc iure, ff. de vulg. & pup. l. quamuis, C. de impub. & aliis substit. nam admodum tritum est, se-
quentia declarari † ex præcedentib. leg. qui filiab. ff. de 39
leg. 1. l. vtrum, ff. de petit. hæred. l. non est nouum, ff. de legibus; tum etiam quia viget eadem ratio fraudis considerata ex multis capitibus in hac constitutione in omnib. beneficiis, & dignitatibus, ideò idem ius debet statui l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. oblig. Et hæc conclusio nullum habet dubium, vt præsens coniectura initer in beneficiis simplicibus, in Curatis re-

K

Digitized by Google

quirentibus residentiam, Dignitatibus, Prioratibus. Abbatiis, Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanis, & ita vidi de stylo seruari.

Secundo intellige hanc conclusionem procedere in quibuscunque personis etiam constitutis in dignitate, etiam S. R. E. Cardinalibus, quod probo, tum quia generaliter dicit, *ex parte dimittentis expeditio quæ personam recipientis tanterit*, &c. & receptum
40 est legem generaliter loquentem comprehendere † omnes casus speciales, & personas priuilegiatas, Sal. in l.vlt. Cod. de iu. dot. Ias. in leg. 1. colum. 3. ff. sol. matr. & consil. 157. colum. 3. lib. 2. Calcan. consil. 13. colum. 2. Gorad. cons. 43. colum. 2. Ruin. consil. 136. colum. 4. volum. 3. Paris. cons. 17. colum. vlt. volum. 1. Cagno. in l. 1. nu. 16 ff. de reg. iur. Tum etiam, quia constitutio exprimit in principio omnes, & quascumque personas, etiam Episcopos, Archiepiscopos, & Cardinales, imo constitutio Pij IV. emanauit contra Cardinales potissimum, vt ex proœmio colligitur, & hæc conclusio nullam videtur habere difficultatem, attenta etiam ratione, quæ militat etiam in prædictis.

Tertiò intellige hanc conclusionem procedere, siue resignans se intromiserit in expeditione litterarum pro resignatario, & expenderit pro illa pecunias per se, siue per alium, quod probo. Primò, quia dicit constitutio, *ex parte dimittentis*, &c. quæ verba comprehendunt principalem, & quemlibet alium nomine suo facientem iuxta tradita per Batt. in leg. non solum, §. mandato, ff. de iniur. Clar. lib. 5. recept. sent. §. vlt. quæ. 89. regulare enim
41 est, vt actus † attribuatur non exequenti, sed mandati, leg. item eorum, §. decuriones, ff. quod cuiusque vniuers. nomin. Barto. in leg. vnum ex familia, §. si de Falcidia, ff. de leg. 2. Craue. cons. 314. sub numer. 2. Secundò probo, quia id expressè dicitur, in §§. præcedentibus ibi, *per se, siue per alium*. Tertiò, quia eadem viget ratio, vt per Gl. in leg. 1. §. persuadere ff de seru. corrup. Iason. in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, numer. 16. de acq. hæred. Quartò, quia paria sunt, quod aliquis faciat, † vel
42 mandet, vt incurratur pœna imposita circa illum actum Gandin. de malef. titul. de transact. & titul. de pœn. Gomea. in §. pœnales numer. 10. Institut. de action. Et necessario erit hæc conclusio intelligenda etiam in aliis, quia, vt stylus docet, solet per alios id exequi, & non per Episcopos, Prælatos, & Cardinales, aliàs enim sequeretur absurdum, quod in paucis casibus hoc verificaretur, & hac via fieret fraue huic constitutioni.

Dubium tamen est, an hæc sit ita sufficiens, vt ex ea colligatur vera confidentia? Pro affirmatiua vidi ponderari illa verba, *ad probandum verò plenè confidentiarum abusum, inter alias etiam hæ præsumptiones, & coniectura habeantur legitima, &c.*

Contraria tamen opinio est vera, & tenenda in iudi-
43 cando, & consulendo, † vt ex huiusmodi coniectura non inducatur vera confidentia, sed ex ea oriatur præsumptio, qua aliis concurrentibus resultet probatio commissi delicti, & in his terminis fuit resolutum in vna Consentin. prætensæ confidentiæ coram R. P. D. Orano die Lunæ 4. Februarij 1591. Et hæc conclusio potest tum probari ex verbis positis in §. testes, ibi, *pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniectura plenam faciant probationem in prædictis*, &c. Tunc etiam quia aliud est coniectura, & aliud veritas, & latè comprobaui alias, & hæc erit prima limitatio ad hunc §. & eius conclusionem.

Secundò, limita non procedere, quoties expressum fuit in supplicatione expensas totales resignationis esse faciendas per resignantem, vel resignatarium, nam tali casu cessat coniectura confidentiæ, attenta scientia
44 Papæ, quæ facit cessare † omne vitium, Abb. in cap. cum pridem in fin. de pact. Cassad. decision. 2. de sim. & dec. 3. numer. 4. de renunc. Card. Paris. cons. 30. num. 3. volum. 4. & id tempore Sixti V. concedebatur multoties, hodie autem tempore S. D. N. Clementis VIII. nequaquam, & hoc procedit in beneficiis, quæ expediuntur extra Consistorium, in his verò, quæ expediuntur in Consistorio, idem erit, si permissione, & licentia Papæ de fiat, vt in simili de perceptione fructuum Archiepiscopatus cessi, post cessionem ex scientia Papæ, tenuit Rota, & excusauit cedentem à confidentia in dic. Consentin. 4. Februarij 1591.

Quæst. 33. num. 12. Et quidem quoties constat de pacto absque dubio est confidentia.

¶ IN hac quæstione intendit Flaminius committi, & conuinci confidentiam ex impensis facta per resignantem pro Resignatario, & econtra, quoties constat de pacto: Si verò non constet, vult vtroque casu colligi coniecturam confidentiæ. Sed, pace illius dixerim, longe aliter, se res habet; nam vbi partes de hoc præcisè conueniunt simoniam quidem committunt; Nauarr. consil. 15. & 30. de simon. confidentiam verò nequaquam: Ratio est, quia beneficium, vel eius fructus pro resignatione non rependuntur, absque quo impossibile est confidentiam committi, vt nos supra, quæst. 1. & infra, quæst. 36. monstramus: procedit enim constitutio Pij V. in dispositione tituli, vel pensionis propter auctoritate reseruatæ in resignatione, collatione, præsentatione, vel electione, teste ipso Flaminio, infra quæst. 47. num. 6. fatemur tamen solutionem expensarum à resignante pro expeditione resignationis factam, coniecturam confidentiæ inducere iuxta constitutionem Pij V. non quod talis solutio ex se sit confidentia, vt perperam infert, Nauarr consil. 74. de simon. loquens etiam de ipso Resignatario pro Resignante impensas faciente, sed quia suspicio ex ea oritur quod Resignans deposuerit custodiendum beneficium, sibi aut alteri repetiturus, & nihilominus fructus interim percepturus: atque ita rem suam agere præsumitur, expendendo pro expeditione prouisionis Resignatarii, iuxta ea, quæ deducit Auctor, num. 6. At hæc ratio cessat in conuerso casu, vbi scilicet Resignatarius facit expensas pertinentes ad Resignantem ratione reseruationis fructuum, aut pensionis: quia potius verisimile non est resignatarium velle, de suo nedum pro expeditione resignationis, cuius vtilitas in casu confidentiæ huiusmodi cederet ad fauorem alterius, sed etiam reseruationis fructuum, aut pensionis pro ipso Resignante impendere: ergo tantum abest vt ea impensa huiusmodi etiam facta precedente pacto committatur confidentia, vt ne quidem ex ea elici possit coniectura confidentiæ: cum cesset ibi ratio considerata per Pium V. in priori casu, & adsit contraria: vnde videa iure meritò Pium V. primum illum casum, non etiam hunc secundum, in sua constitutione expressisse, & in illo non confidentiam committi, sed solummodò coniici decreuisse.

QVÆSTIO XXXIV.

Intercedens pro alio beneficium, & postea ingerens se in illa committit confidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Faciens conferri alicui beneficium, & postea percipiens fructus committit confidentiam.*
2 *Beneficiatus debet habere fructus beneficij.*
3 *Beneficiatus habet ius in re.*
4 *Beneficiatus est dominus.*
5 *Talia subiecta, qualia prædicata.*
6 *Animus soli Deo notus.*
7 *Conuentio secreta est difficilis probationis.*
8 *Animus declaratur ex facto.*
9 *Fraus probatur coniecturis.*
10 *Fraus colligitur ex præcedentibus, & sequentibus.*
11 *Nemo præsumitur iactare proprium.*
12 *Nequis donare.*
13 *Donatio præsumitur ob causam.*
14 *Donatio nunquam præsumitur.*
15 *Factum refertur ad causam necessariam.*
16 *Potius error quàm donatio præsumitur.*

TRigesimoquartò quæro, &c. Quarta coniectura, seu præsumptio, ex qua probatur Confidentia colligitur ex eo, quòd quis intercesserit, vt alicui beneficium conferatur, aut aliàs quomodo in negocio se immiscuerit, & postea perceperit † fructus illius
1 beneficij, aut de eo arbitrio suo fuerit dispositum, vt dicitur in §. *Denique si quis pro concessione alicui facta quacunque auctoritate de beneficio Ecclesiastico per se, vel alium, seu alio intercesserit, vel aliàs in negocio concessionis sese immiscuerit, quoquo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per munus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quaadcunque.* Et ratio huius conclusionis est, quia huiusmodi perceptio fructuum, & dispositio de beneficio quid actum sit in collatione, institutione, confirmatione nominatione, præsentatione, & electione, ostendit, l. quædam mulier, ff. de rei vend. l. 2. C. de æq. poss. cap. inter dilectos de fid. instrum. quandoquidem
2 fructus beneficij nullus † possit habere, nisi beneficiatus, Ioann. Monac. in cap. ritè, numer. 30. de renunc. lib. 6. Rot. decis. 1. de renunc. in nou. Card. Paris. consil. 39. volum. 4. Rebuff. consil. 22. numer. 19. Port. Imol. consil. 25. Gabriel. consil. 192. numer. 1. volum. 1. Cassad. dec. 4. numer. 6. de restitut. spol. † qui habet ius in re, cap. conque- 3
stus de vsur. l. Herennius, ff. de euict. Grat. consil. 18. numer. 2. libr. 1. Ruin. consil. 25. numer. 2. & consil. 53. numero 23. libr. 2. Cephal. consil. 131. numer. 14. Bursat. consil. 11. numer. 7. volum. 1. & latè comprobaui de resign. benef. libr. 1. quæst. 6. Nec aliter potest de beneficio disponere, † 4
quàm habens ius, & possidens, Rot. decis. 5. de re iud. in antiq. per Bisigoet. Fel. in cap. in nostra, colum. 37. ver. fellit 5. de rescript. cum aliis, vt per Boer. dec. 205. numer. 8. Rebuff. consil. 64. Put. dec. 266. libr. 1. Ant. August. dec. 17. libr. 1. & est communis omnium Doctor. sententia, vt dixi de resignat. benefic. libr. 3. quæst. 1. colum. 1. & colum. 4. Ideò ex hac perceptione fructuum, & dispositione beneficij, quæ fit contra naturam actus, colligitur prauus animus eorum, & conuentio illicita, quæ intercessit in ipsa collatione, argument. leg. quædam. ff. de rebus dub. leg. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. iux. illud, talia subiecta, † qualia prædicata, leg. si defensor, 5
ff. de interrogat. act. leg. 3. vbi Bartol. ff. de fundat. instrument. Crau. consil. 284. numer. 6. Animus † enim qui soli 6
Deo notissimus est, leg. 2. ff. de interrogat. act. clem. exiui de Paradiso, de verb. signific. Gloss. in §. aliæ Institut. de actio. Ang. consil. 93. & conuentio secreta, quæ † est 7
difficilis probationis DD. omnes per illum text. in cap. 2. de renunc. lib. 6. Ang. consil. 160. & consil. 190. & consil. 236 & 291. Bologn. consil. 6. in pr. declaratur ex † fa- 8
cto, §. seruos, Inst. de rer. diuis. Imo. quem refert, & sequitur, Anchar. consil. 302. materia de qua agitur, colum. 1. Crauet. consil. 150. sub numer. 4. & ex sequentibus gestis, Bald. in leg. quamuis, Cod. de fideicomm. Nam fraus
† probatur coniecturis, leg. dolum, Cod. de dol. Bart. & 9
omnes in leg. post contractum, ff. de donat. colum. 1. & 2. Dec. consil. 235. colum. 1. Paris. consil. 97. numer. 17. volum. 3. cum aliis, vt per Mascard. de probat. conclus. 815. numer. 1. Et propterea deprehenditur † ex præcedenti- 10
bus, & sequentibus dolosè gestis, Gloss. in l. apud Celsum, in verbo causa de dol. excep. Castr. consil. 337. numer. 23. volum. 1. Crau. consil. 143. numer. 9. Menoch. de arbitr. iud. cas. 470. numer. 10. Accedit præterea ad comprobationem, quia nemo præsumitur iactare † pro- 11
prium. l. cum de indebito, ff. de donat. † nec donare, leg. 12
Campanus, ff. de oper. liber. Bartol. in leg. 1. numer. 6. C. ad Vell. Iason. consil. 53. numer. 2. libr. 1. quare † potius 13
censetur ob causam datum, Cepoll. in tracta. de simul. contract. in 7. præsumpt. numer. 3. Bald. consil. 189. libr. 2. Cuman. consil. 37. in fin. Abb. consil. 13. numer. 3. libr. 1. & omnis alia coniectura potius, † quàm donatio, Anchar. 14
consil. 7. colum. 2. Bald. in l. si ex Senatus, Cod. de incest. nupt. Ruin. consil. 171. numer. 7. volum. 1. Natt. consil. 73. numer. 9. Ideò prædicta datio fructuum facta à possessore beneficij, ei qui intercesserit pro ipso dictum beneficium, aut aliàs se immiscuerit, & dispositio de dicto beneficio ad voluntatem antedicti intercessoris, videtur facta ex conuentione illicita, quæ emanauit in collatione, institutione, confirmatione, nominatione, præsentatione, & electione, argu. l. 1. Cod. de imponen. lucr. descript. libr. 10. cap. inter dilectos de fid. instrum. & fie
ob † causam necessariam l. vlt. Cod. de aliment. pupill. 15
præst. vbi Bart. & idem Bart. in l. cum seruus, ff. de verb. oblig. & in l. 2. ff. de cond. & demonst. Abb. consi. 116. ad fin. libr. 2. Roman. consil 247. colum. 2. Corn. consil. 316. col. 5. libr. 1. Cau consil. 106. numer. 8. & consil. 149. numer. 12. & consil. 282. numer. 4. Præsumitur enim † potius 16
error quam donatio, Gl. in l. generaliter, verbo, causa, C. de non numer. pecu. cum aliis, vt per Dec. consil. 177. numer. 1. Gramma. 66. nu. 3. † & potius stultitia, Bald. con- 17
sil. 189. in fin. lib. 2. Card. Paris. cons. 88. num. 13. lib. 3. comprobatur, quia communiter receptum est ex insolitis colligi † fraudem, simulationemque, Butr. in c. illo vos de 18
pign. Anchar. consil. 247. nume. 5. Cepoll. de simulat. contract. ver nona præsumptio, numer. 48. Soc. Sen. cons. 262. numer. 4. libr. 2. Natt. consil. 198. numer. 12. libr. 1. De-

cianus conf.2.nume.37.& conf.105.numer.18.libr.2.Caf-
fan.conf.25.colom.2. Roland.conf.40. numer.39.libr.2.
Postremò corroboratur huiusmodi conclusio,quia cum
fructus beneficij collati dantur intercessori,aut dispo-
nitur de beneficio ad eius nutum, is cui collatum fuit
beneficium ea ipsa collatione nihil acquirit,vt patet ad
sensum,immo deterioratur eius conscientia,ea hoc ergo
19 colligitur fraus quæ deprehenditur ex actu, † qui nihil
prodest facienti,Rui.conf.78.numer.9.libr.3.Mantica in
tract. de coniecturis vltim. volunt. libr.10.titul.13. nu-
mer.5.Mascard.de probat. conclus. 815. numero 2. Ideò
venditio præsumitur fraudulenta, & simulata, quoties
20 venditur possidet post † venditionem, aut percipit red-
ditus,Bar.in d.l.post contract.num.4.Ioan.Annib.nume-
ro 135. & communiter alij de donat. cum aliis, vt per
Dec.consil.235.colum.1.& 2.Craue. conf.100. numer.7.
21 Et itidem donatio † præsumitur simulata ex eadem cau-
sa Specul.in titul.de donat.§.1.numer.7.& ibi Ioan.Andr.
in addit Abb.conf.97.numer.5.Ex his ergo patet de con-
uentione illicita, & quod fuerit supposita persona ip-
22 sius, quod † semper solet de per se arguere fraudem,
Guid.Pap.de præsumpt.numer.47.Ruin.conf.130.nume-
ro 2.libr.2.Calcan. conf.35. colum. 1. cum aliis, vt per
Mascard.de probat. conclus.815. numer. 43. Duæ colli-
guntur conclusiones principales,prima,quod si ille,qui
intercesserit percipiat fructus oritur, præsumptio con-
fidentiæ. Secunda, quòd si fuerit dispositum de benefi-
cio ad voluntatem suam, oritur etiam coniectura con-
fidentiæ, & sic sufficit, quòd vnum eorum interueniat,
23 vt probatur ex illa dictione, † *seu*, quæ stat alternati-
uè.Bart.in l.si quis ita legauerit,ff.de aur.& arg.leg Abb.
Imol.& alij in cap.inter cæteras,de rescr.& ibi Fel. nu.
29.Euerard.in sua centur.loc.49.Alc.in l.sæpe,ff.de verb.
signif.

Sed quæro, quomodo intelligatur illud verbum, in-
tercesserit?Pro intelligentia est sciendum,quod verbum
24 † intercedo sumitur pro intromittere, vt Cic.libr.2. de
Or.& Cæsar.libr.1.Comm.& alij tradunt,vt refert Am-
bros.Calep.in d.verbo, & pro omnib.qui alieno nomi-
ne aliquid procurant,not.in l.1.ff.de procur.tradit Io.de
Grass.tract.de substantiali procur. in ver. intercessores.
Aliquando autem accipitur pro spondere, fidem suam
interponere,seu fide iubere,Cic.ad Att.libr.1.accersiuit
ad te,promisit,intercessit, dedit, idem Philip.2.tantum
pro te intercessisse dicebant,& dicit Bar.in l.2.§.omnis,
ff ad Velleian. quòd verbum *intercedit*, comprehendit
25 omnem † obligationem, quam quis pro alio suscipit,
sequitur Bertach. in verb. Intercedere, addens quomo-
documque quis faciat pro alio,allegat.d.l.2.§.omnis,ff.
ad Velleian.Et inquit Io. de Grassis loc. cit. quod pro-
26 priè † intercessores sunt fideiussores. Dubium tamen
est, quomodo hic accipiatur, aliàs ego accipiebam se-
cundo modo pro fideiuss.Primò,quia verba legis in du-
27 bio propriè debent † capi,l.ferri,ff.de verbo.sign.not.in
28 l.hoc legatum, ff. de leg.3.& in † potentiori significatu
l.1.§.qui in perpetuum, ff. si ager vectig. Secundo, quia
subdit,*aut aliàs quoquomodo se immiscuerit*, quæ verba
29 includunt se intromittentem, ergo præcedentia † de-
bent aliquid operari, leg.si quando, ff. de leg.1.l.si per
alium,ff.si quis eum,&c.cap. si Papa, de priuileg.libr.6.
Bald. in rub.Cod.de contrah.empt.quæst.9. Crau.consi.
30 297.numer.4.Tertiò,vt verba capiantur in † specie, ma-
gis quàm in genere.Cardi.Par.in rub.ff.de leg.1. sub nu-
mer. 12. Nunc autem his non obstantibus mihi placet
contraria sententia, vt huiusmodi verbum *intercesserit*
hic positum capiatur primo modo pro se intromittente
& hanc opinionem comprobo. Primò ea §.multi eius-
dem constitutionis, vbi traduntur causæ, ea quibus
potest & solet committi confidentia, & prope finem in
versi.*alij.aut incapaces*,&c.ponitur casus huius, §. ideò
qui procurat alteri conferri beneficium, vt postmo-
dum de illo disponat,vel fructus capiat,à quo versi. de-
pendet præsens,§ & secundum illum erit intelligendus,
argument.l.qui filiabus, ff.de leg.1.l.verum ,ff.de petit.
hæred.

Secundò, ex eo,quia nulla oritur præsumptio confi-
dentiæ ex fideiussione facta, etiam si fuerit † facta resi- 31
gnatario, à resignante, vt fuit resolutum in vna Con-
sentin. prætensæ confidentiæ 4.Febr. 1591. coram R. P.
D.Orano,& consuluit Nauarr.consf.50. de simon.& latè
dixi.

Tertiò, quia absurdum esset,vt si quis fideiusserit pro
pecuniis expendendis in litteris resignationis, vel pro
cautione bancheria danda pro pensione, aut pro simili
alia re contigente occasione collationis, vel resignatio-
nis committat confidentiam,quando quidem huiusmodi
actus videntur permissi,Ioann. Gutter. de contract. iur.
cap.22.numer.1. DD. in cap.1.de fideiuss. & fuit dictum
to d.Consenti, & † tamen absurda, & extranea sunt ab 32
omni dispositione aliena,l.nam & absurdum, ff. de bon.
libert.l furto,§.pactus,& ibi Bartol.ff de pact. l. sed &
si hoc, §. liberorum, ff.de in ius voc. Card. Paris.conf.8.
numer.4.& 111.numer.35.volum.1.& consil.71. nume.9.
volum. 4.

Quartò,quia Constitutiones Pij IV.& Pij V. non in-
tendunt prohibere opera charitatis,† vt tradit Nauarr. 33
consil.68.numer.5.de simon. quod est transpositum, so-
lio 479.quia fuisset statuere † contra legem naturalem, 34
quod non fit,cap.sunt quidam,25.qo.1. charitas enim est
forma omnium virtutum,vt tradit D.Ambros. relatus à
Nauarr.in c.charitas est,n.19.dist.2.de pœn.& voluit D.
Tho.2.2.q.23.art 6.

Non obstant argumenta in contrarium allegata, ad
primum respondetur subiectam materiam suadere † ita 35
esse interpretandum illud verbum,argu.no.per Gloss.in
cap dilecto de sent.excomm. Gemin. consi.29. Siluan.
consi.17.num.19.& texturam, ac naturam huius disposi-
tionis,iuxta ea,quæ dicit Bald. conf.67. colum.1. libr.3.
Calc.consil.1.colum.15.Dec.in l.1.colu.7. circa medium
Cod qui admit. Accedit quòd verba non sunt curanda,
quando apparet de voluntate, † cap. cum expediat, de 36
verb.signif.cap.intelligentia,eo.tit.l. omne verbum, C.
com.de leg.Cæph.consi.110.numer.23.& consil.149 nu-
mer.2.libr.1.Paris.consil.3.numer.57. volum.3. Cur.Sen.
conf.51.colum.1.Ias.in l.3.Cod.de lib.præter.de qua hic
constat vt colligitur ex vers.alij,aut incapaces,§.multi,
vbi referuntur causæ. Et causa † in primis est spectanda, 37
vt dixi latè de resign.benef.libr.5. in princ. primæ quæ-
stionis,& regulariter verba sunt capienda, vt compre-
hendant ea,† quæ moris sunt,argum.l.pe.ff.de aur.& ar- 38
gum.leg.1.si prius,§ placuit,ff.de acq.plu.arc.Oldr.con-
sil.198.colum.2.Siluan.consil.56.numer.27. eo respectu,
quo † prolata fuerunt, l. si quis domum,§.quod autem, 39
ff loc.l.profectitia,§.vlt ff.de iur.dot.l.debitor, §.vlt.ff.
ad Treb.Dec.in c.si pro debilitate,col.5.de off.deleg.&
conf.283.col.1.

Nec obstat secundum argumentum, quòd aliàs verba
sequentia nihil operarentur, nam respondetur id esse
falsum,vt infra dicam,cùm casus possit diuersificari.Ac-
cedat, quia verba non debent aliquid operari, quando
operando resultaret intellectus † iuri communi contra- 40
rius,Ge.in c.si Papa de priuil.lib.6.Alex.conf.33.colu.2.
vers.item respondeo lib.1.Paris.conf.110.num.48. vol.1.
Ruin.cons.59.n.19.lib.3.tunc enim debent operari, cùm
sanus † intellectus dari potest,l.1.in pr.& ibi no.ff.quod 41
met.causa.l.1.in fi.cum ibi not. ff. de munic. l.3.§.1.ff. de
iureiur.cum aliis,vt per Crau.conf.294.numer.3.& cum
adest † verisimilitudo,l.obligatione generali,ff de pign. 42
l.solutum,§.solutum, ff.de pign.act.l.si ita quis, §.vlt.ff.
de test.tut.

Non obstat tertium,quia respondeo procedere in du-
bio,Bart.in l.hoc legatum,ff.de leg.3.Sebast.Sapia in l.
imperium n.15.ff.de iurisd. omnium ind.

Vnde concludendum est, verbum *intercesserit* ac-
cipi pro se intromittente, & procurante: idque potest
exemplificari casibus expressis in d.§ multi,ver.*Alij aut
incapaces,aut aliis beneficiis Ecclesiasticis onusti,aut Ec-
clesiastico ordini se mancipare refugiraret, aut meré laici
beneficia Ecclesiastica aliis conferenda procurant, vt de
illis postmodum ad libitum suum disponatur,fructus etiam*

Digitized by Google

percipiendo illorum : poteſt enim euenire, quòd aliquis
43 vel ſit mere laicus † & propterea non poſſit habere be-
neficium Eccleſiaſticum, iux. communem opinionem
late comprobatam a me lib. 4. de reſign. benef. quæſt.
44 3. aut alias incapax propter ætatem, vel crimen, † Fel.
in cap. ex parte, numer. 5. de reſcr. Menoch. de arbitr.
iud. caſ. 202. num. 37. vel onuſtus beneficiis Eccleſia-
ſticis, quia multos titulos habeat, iux. not. in c. de mul-
ta, de præbe. aut refugiens mancipari ordini Eccleſia-
ſtico, & ideo non poſſit habere beneficia † curata, &
45 dignitates, c. licèt canon. de ele. & c. 12. Concil. Trid.
ſeſſ. 24. de reform.

Quare, ſi accidat hunc habere nuntium vacationis
alicuius beneficij, & cùm illud obtinere poſſit à S.D.N.
vel R.P.D. Datario, nolit, vel non poſſit ob cauſas præ-
dictas recurrit ad fraudem, illud intercedendo pro ami-
co, familiari, conſanguineoque; ſi ergo poſt expeditas
litteras captamque poſſeſſionem percipiat fructus il-
lius, vel de eo diſponat, intrat coniectura confidentiæ.
quòd nõ ex charitate intercesſerit, & impetrauerit illud
pro amico, ſed malo animo ac praua intentione, & quod
hoc modo conuenerint: fraus enim colligitur ex prece-
46 dentibus, & ſequentibus † doloſè geſtis, Crau. conſil.
543. num. 9. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 470. num. 10.
47 fructus enim † beneficij non poſſunt ad alium ſpectare
niſi ad dominum, vt dixi de reſign. benef. lib. 1. quæſt. 6.
& proximis diebus quidam amicus meus V.I.D. interro-
gauit me, an poſſet iuxta conſcientiam procurare col-
lationem cuiuſdam beneficij in perſonam N. conſan-
guinei ſui cùm haberet Datarium propitium, & non
poſſet expedire ſupplicationem in perſonam ſuam ob
multos titulos, quos habet, & S.D.N. Clem. VIII. ha-
bentibus quinque titulos, non vult alia beneficia con-
ferre, & poſtea percipere aliquam partem fructuum?
Ego reſpondi non poſſe, & non eſſe tutum in foro ſori,
ob præſumptionem confidentiæ orientem ex hoc §. qui
in his terminis intelligitur: poſſet etiam exemplifica-
ri aliis ſimilibus modis: & Nauarr. conſ. 62. de ſimon.
ſcribit committi ſimoniam realem, ſi laicus procura-
uit, vt beneficium vacans conferatur clerico cum pa-
cto, vt ipſe haberet dimidium fructuum Idemque erit
in eo, qui intercesſerit præſentationem, vel nominatio-
nem vt infra dicetur.

Secundò, quæro quomodo intelligantur verba ſe-
quentia, *vel aliàs in negotio conceſſionis ſe immiſcuerit
quoquomodo*? reſpondeo, eſſe capienda, vt includant
non intercesſorem beneficij, de quo proximè dixerat,
ſed intromittentem ſe in collatione præſentatione, ac
nominatione, vt ſi poſtea perceperit fructus illius bene-
ficij vel de eo diſpoſuerit ad ſuum libitum oriatur con-
iectura confidentiæ, & poteſt exemplificari pluribus
modis quando familiaris Epiſcopi vel alterius collato-
ris, vel præſentantis ſe ingerit in negotio conceſſionis,
& poſtea percipit fructus, vel diſponit de beneficio, aut
alter intromittit ſe in expeditione, vel in nominatione,
vt infra dicam vel aliis modis, vt dictio illa, *quoquomo-*
48 *do* † oſtendit, vt probant iura quæ citat Gem. conſ. 115.
col. 2. Staphil. de lit. grat. titul. de vi, & effectu clauſula-
rum §. ſubſequenter, num. 30.

Et concluſionem huius §. primò intellige procedere
in quocumque vt oſtendunt illa verba poſita in princi-
49 pio † *ſi quis*, quæ ſunt generalia, & apta comprehende-
re omnem caſum, omneſque perſonas Bal. in l. in frau-
dem ff. de mil. teſt. Iudex autem debet cuncta rimari &
hoc facere iudicium ſecundum diuerſas perſonas &
qualitates perſonarum.

Secundò, intellige hanc concluſionem in quolibet
beneficio nam dicit generaliter de benef. Eccleſiaſtico,
Rebuff. in concord. tit. de mand. apoſt. §. ſtatuimus, &
ſub tit. de collat. §. 1. Et ratio viget in quocumque be-
neficio, ideò idem ius ſtatuendum, l. illud, ff. ad l. Aquil.
l. à Titio ff. de verb. oblig.

Tertiò, intellige in eo qui intercesſerit tam ipſe quàm
ſi alius hoc fecerit nomine ipſius: nam dicit *per ſe, vel
per alium, vel alios*, & ratio quia æquiparantur hæc duo,
quod quis faciat per ſe, vel per alium reg qui per alium,
de reg. iur. lib. 6.

Quartò intellige hanc concluſionem procedere non
ſolùm in collatione, ſed etiam in præſentatione, & no-
minatione, nam dicit generaliter *pro conceſſione*, &c.
Verbum enim † *concedo*, generale eſt, vim ſumens à na- 50
tura rei cui adiicitur, Bald. in l. non ambigitur in ſi. ff. de
leg. Soci. Sen conſ. 93. numero 4. lib. primo. Iaſ. in l.
quod principali, nume. 4. poſt. Glo. ff. de conſt. pecun.
Imol in c. primo, col. 1. commod. Abb. in c. Pallo-
ralis, nu. 7. de don. Alex. in l. ſi quis antea, n. 18. ff. de acq.
poſſ. & aptum comprehendere omnes caſus ſecundum
ſubiectam materiam, Bal. in c. 1. §. ſi Titius, num. primo,
ſi de feud. fuerit contro. inter dom. & agn. Luc. de Pen.
in l. vlt. col. vlt. C. de loc. præd. Ciuil. lib. 11. Aret. conſ.
159. num. 15. Fel. in c. cum venerabilis, num. 5. de except.
latè Sarn. in §. ſic itaque, nume. 6. de act. Et † inducit 51
donationem, Bar. in l. vxorem, §. in teſtamento, ff. de
leg. 3. Sebaſt. Medices de compenſ. quæſt. 21. num. 2. ſed
collatio † eſt donatio, & conceſſio, not. in cap. cum ac- 52
ceſſiſſent de conſtitut. Et etiam præſentatio, & nomina-
tio ergo, &c.

Comprobatur quia eadẽ viget ratio in omnibus his
caſibus, ideò, &c, Poſſet enim non ſolum quis interce-
dere collationem beneficij pro amico ad effectum fru-
ctus percipiendi, ſed etiam præſentationem ad eundem
effectum cum ſubſequatur neceſſariò confirmatio, ne
patroni † retrahantur à fundatione, & donatione Glo. 53
in c. cum dilectus, de iur. patr. Lap. alleg. 96. num. 3.
Gemin. in cap. 2. numer. 11. de præben. lib. 6. Roch. in
tract. Iur. patr. verbo. honorificum. Ac nominationem
quoties quis potens apud Pontificem intercesſerit no-
minationem, vt N. nominetur ad tale beneficium, vel
ad dignitatem, & poſtea percipiat fructus, cùm ſubſe-
quatur prouiſio latè Rebuff. in tracta. de nom. Et ne-
ceſſaria eſt prouiſio huius §. in his qui procurant nomi-
nationes à Pontificibus, pro perſonis minus idoneis, ob
dictum effectum.

Quintò, intellige hanc concluſionem procedere ſi-
ue prouiſio, conceſſio, collatio, & confirmatio fiat per
Papam, & ſedem Apoſtolicam ſiue per alios puta Car-
dinales, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac alios Colla-
tores inferiores, nam dicit *quacumque auctoritate*, ergo
omnes prædictos includit, vt probaui de reſig. benefic.
li. 12. quæſt. 13. circa verba regulæ de infirm. quacumque
auctoritate.

Sextò, intellige hanc concluſionem procedere ſiue
iſte qui intercesſerit, aut ſe immiſcuerit percipiat om-
nes fructus, ſiue partem, nam dicit deinde, *aliquid* vt
dictio *aliquid* verificetur in † qualibet parte fructuum, 54
Gl. in clem. 1. verbo aut earum parte de for. compet.
Alb. in cap. paſtoralis in principio de off. deleg. An-
char. conſ. 160. præſupponitur, Staphil. de lit. & grat.
expect. in noua forma nu. 49. & in §. circa tertiam par-
tem regulæ num. 51.

Septimò, intellige hanc concluſionem procedere tam
ſi percipiat hos fructus propria auctoritate quàm ſi per
manus poſſeſſoris, nam parificat hic §. hos caſus, cum
dicat etiam per manus poſſeſſoris, & dictio † *etiam* im- 55
plicat, Gemin. conſ. 120. in ſi. & conſ. 125. nam eadem
ratio viget.

Octauò, intellige hanc concluſionem etiam ſi huiuſ-
modi fructus intercesſori fuerunt dati titulo donatio-
nis, ex quo nota caſum, quem prohiberi rem ſuam dare,
contra l. in re mandata, C. mand. quod intellige cum
grano ſalis, multis concurrentibus ſcilicet breuitate
temporis, actu clandeſtino, qualitate perſonarum, &
aliis ſimilib. vt colligitur, ex his quæ ſuperius ſunt ex-
plicata in §§. præcedentibus.

Nonò intellige ſi prædictus intercesſor perceperit
fructus, ſiue diſpoſuerit de eo beneficio ad libitũ ſuum,
vt dicitur in finalibus verbis, quòd poteſt exemplificari
quoties fecit illud reſignare ob fauorem perſonæ bene
ſibi viſæ, nam hi duo caſus parificantur in hoc §. & fa-
ciunt quæ ſcripſimus in §. Quare nos volentes.

Digitized by Google

Declara tamen hanc conclusionem cum prædictis intelligentiis seu ampliationibus procedere dummodo non constet ex alia causa fuisse fructus perceptos per dictum intercessorem, nam hoc casu cessat præsumptio,
56 & coniectura † confidentiæ, vt tradit Gabriel. cons. 172. numer. 8. lib. 2. Et fuit resolutum in vna Cosent. prætensæ confidentiæ, 4. Februarij 1591. coram R.P.D. Orano, & est communiter receptum in praxi in Rom. curia. Quæ conclusio, primò, probatur in verbo posito in hoc §. de facto, quod verbum declarat conclusionem intelligendam in percipiente de facto, & sic absque causa † & titulo, Gl. Ioan. Monach. Gem. Franc.
57 in c. cupientes §. cæterum de elect. lib. 6. Glo, Card. Imol. in Clem. prima, de vit. & honest. clericorum Dec. in c. cæterum colum. pe. de Iud. Corn. cons. 165. col. 6. lib. 2.

58 Secundo quia causa † superueniens facit cessare quod erat prohibitum, l. si hominem, cum ibi not. ff. mand. Dec. in c. cum sit Romana, nu. 53. de appellat. & præsumptio † cedit veritati, & fortiori præsumptioni, l. vlt.
59 in principio ff. quod metus causa, l. domus ff. de in integ. restitut. cap. literas de præsumption.

Et potest exemplificari quoties debebat pecunias ab antiquo tempore, vel fuerunt factæ expensæ, aut aliàs, &c.

Insuper intellige vt hæc coniectura non inducat veram confidentiam, nam Pius V. ex ea tantum elicit præsumptionem, & ex qua, aliis concurrentibus vult delicti commissi resultare probationem, vt fuit resolutum in d. Cosent. & ita communiter tenetur.

Quæst. 34. numer. 23. Sufficit quod vnum eorum interueniat.

¶ SI is, qui beneficium cuipiam conferri curauit, fructus percipiat, vel si ad eius voluntatem fuerit de beneficio dispositum oritur hinc coniectura confidentiæ; Et sufficit quod alterutrum interueniat, vt hic dicitur. Insurgit ergò duplex coniectura, si vtrumque concurrat: ita vt cum tertiò quodam adminiculo resultet plena confidentiæ probatio, prout in facti contingentia iudicauit Senatus Parisiensis die 24. Aprilis 1597. Louet. litera B. tit. 9. Sed quamuis alterutrum sufficiat ad coniecturam, non tamen sufficit ad probationem, vt subdit Auctor in fine quæstionis: vnde aliàs in secretiori Regis consilio iudicatum fuit non esse confidentiarium Abbatem, qui à quadam Potentia, cuius gratia & fauore Abbatiam fuerat assecutus fructus annuatim percipi passus esset, vt refert Charond. in respons. resp. 5. quia scilicet hoc fieri potuit absque pacto, modo, vel conditione & in consequens absque confidentia, titularis enim est dominus fructuum, & de his ad libitum disponit: cum rei suæ quisque sit moderator, & arbiter, l. in re mandata. Cod. mandati etiam abutendo, l. sed etsi §. consuluit, ff. de petit. hered. vbi autem idem actus potest esse bonus, vel malus, præsumitur esse bonus vt delictum excludatur, l. merito ff. pro Socio, quæ quidem præsumptio eliditur hic per contrariam inefficacem tamen ad conuictionem, vt dixi.

QVÆSTIO XXXV.

An resignans possit se ingerere beneficio resignato, antequam resignatarius publicet resignationem & capiat possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Resignans percipiens fructus antequam Resignatarius capiat possessionem non committit confidentiam.*
2 *Præsuppositum legis debet in primis verificari.*
3 *Vbi non conueniunt verba legis, neque dispositio.*
4 *Qualitas legis verificanda.*
5 *Resignans ante captam possessionem habet colorem, & si spolietur debet restitui.*
6 *Resignans potest omnia facere donec resignatarius capiat possessionem.*
7 *Resignans potest conferre beneficia donec resignatarius capiat possessionem.*
8 *Resignatarius non potest se ingerere in beneficio resignato ante captam possessionem.*
9 *Resignatarius quando possit percipere fructus.*
10 *Collatio quod ius tribuat.*
11 *Ius quod acquiritur ex collatione efficitur firmum per possessionem.*
12 *Possessio corporalis est apprehendenda.*
13 *Possessio non transfertur per collationem.*
14 *Resignans vsque ad quod tempus possit recipere fructus.*
15 *Non abdicatur ius à resignante si non acquiritur Resignatario.*
16 *Verba intelliguntur cum effectu.*
17 *Acceptans beneficium quando possit variare.*
18 *Optans quando possit variare.*
19 *Habens ius percipit fructus.*
20 *Pius V. damnat confidentiam illicitam.*
21 *Quisque potest percipere fructus ad se spectantes.*
22 *Factum permissum non punitur.*
23 *Absque superiore quis potest capere rem suam.*
24 *Quandiu quis sustinetur in officio est officialis.*
25 *Perfecta Resignatio quando appellatur.*
26 *Post consensum præstitum non datur pœnitentia.*
27 *Pactum gratuitum inter Resignantem, & Resignatarium est licitum.*
28 *Pactum super his quæ tacitè insunt est permissum.*
29 *Pacisci super re propria est licitum.*
30 *Quæ super abundant non vitiant.*
31 *Expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur.*
32 *Fructus vnius anni sunt deputati pro oneribus eiusdem anni.*
33 *Verbum Fructus, intelligitur deductis expensis.*
34 *Siue proferatur à lege siue ab homine.*
35 *Dos relicta de omnibus intelligitur deducto ære alieno.*
36 *Impensæ sunt multiplicis differentiæ.*
37 *Impensæ necessariò debent fieri.*
38 *Vsufructuarius tenetur conseruare in bono statu bona sibi concessa.*
39 *Beneficiarius æquiparatur Vsufructuario.*
40 *Beneficiarius tenetur reaptare & agros, & domus.*
41 *Impensæ ex causa alimentorum præseruatur.*
42 *Impensæ necessariæ in primis retinentur.*
43 *Qui sentit onus debet sentire commodum.*
44 *Sequester est legitimus administrator.*
45 *Sicuti diuiduntur fructus inter resignantem, & Resignatarium, ita & impensæ.*
46 *Ratione temporum fit diuisio fructuum.*
47 *Legatarius tenetur ad onera cum consequitur rem.*
48 *Onus est fructuum, & non proprietatis.*
49 *Fructus beneficiati defuncti spectans ad hæredes pro ratæ ratione seruitij.*
50 *Nouus possessor tenetur ad onera.*
51 *Nouus possessor potest conuenire antiquum vt contribuat ratione temporis.*
52 *Titularis & non Vicarius perpetuus tenetur ad onera visitationis.*
53 *Fructus venient consequutiui ad beneficium.*
54 *Fructus percipiuntur ex beneficio.*
55 *Ex facto permisso non committitur confidentia.*
56 *Quis tenetur restituere rem alienam.*
57 *Resignatio simplex statim abdicat ius.*
58 *Facta resignatione libera statim potest conferri beneficium.*
59 *Intellectus §. quare, Constitutionis Pij V.*
60 *Verbum, receperit, importat factum.*
61 *Resignatarius efficitur dominus absque possessione.*
62 *Resignatarius tenetur soluere pensionem.*
63 *Pactio firma inducit simoniam.*
64 *In delicto respicitur animus.*
65 *Dolus consideratur in delictis.*
66 *Fructus an sint quid temporale.*

Digitized by Google

67 *Temporale non poteſt dari pro ſpirituali.*
68 *Spirituale non poteſt dari pro ſpirituali.*
69 *Ex proœmio colligitur ratio.*
70 *Malitiis via eſt claudenda.*
71 *Scriptura probatur pactum.*
72 *Confeſſione probatur pactum.*
73 *Quæ fiunt occultè coniecturis probantur.*
74 *Factum clam præſumitur malum.*
75 *Pactum de retrocedendo quomodo colligatur.*
76 *Qui malè agit, odit lucem.*
77 *Qui odit lucem, præſumitur in mala fide.*
78 *Ex ſolitis fit coniectura mali.*
79 *Præſumitur contra ſolitum.*
80 *Delictum non præſumitur.*
81 *Semel malus, &c.*
82 *Contractus ſimulatus quomodo colligatur.*
83 *Retroceſſio coniectura mali.*
84 *Qualitas perſonæ excludit delictum.*
85 *Bona fama tollit præſumptionem delicti.*
86 *Ob paupertatem fiunt delicta.*

TRigeſimo quintò quæro, An hæc Conſtitutio
Pij V. habeat locum in eo, qui poſt reſignatio-
nem ſe intromiſſit aliquo mudo, & fructus be-
neficij reſignati percepit antequam reſignatarius pu-
blicaret illam reſignationem, & illius beneficij poſ-
ſeſſionem caperet, vt ex hoc reſignatio iudicetur con-
fidentialis.
1 Negatiua opinio † eſt verior, & tenenda in iudican-
do, ac conſulendo, ſecundum quam pronunciauit Rota
in vna Coſentin. prætenſæ confidentiæ coram R. P. D.
Orano die Lunæ 4. Februarij 1591. & illam videtur fir-
mare Nauar. conſ. 26. & conſ. 28. de ſimon. & expreſ-
ſiùs in Man. cap. 23. ſub num. 116. verſ. noto 7. & ful-
citur auctoritate, & ratione: Auctoritas depromitur
ex dicta Conſtitutione Pij V. in §. ad probandum, illis
verbis, *Si quis poſt ceſſum ob ſe Eccleſiam, vel Monaſte-
rium, aut beneficium, & publicatam reſignationem, ſeu
ceſſionem capiumque à ſucceſſore poſſeſſionem de facto ſe
ingeſſerit, aut fructus, &c.* quæ verba requirunt,
vt fructus percipiantur, poſtquam reſignatarius cepit
poſſeſſionem, & regulare eſt, vt lex loquens cum ali-
quo præſuppoſito ad hoc, vt habeat locum debeat in
2 primis præſuppoſitum illud † verificari ad not. in l. vbi-
cumque, C. de ſeru. fugit. Vbi enim verba legis non
3 conueniunt, † neque etiam diſpoſitio habebit locum l.
4. §. toties. ff. de damno infecto, l. ita autem in princi-
pio ff. de adminiſt. tutelæ, Crau. conſ. 10. numero 7.
& cum qualitas † alicuius diſpoſitionis non verifica-
4 tur, ceſſat illius diſpoſitio l. pater §. Tuſculanus, ff. de
leg. 3. Cardinal. Pariſ. conſilio. 49. numer. 10. cum ſe-
qu. volum. 3. & ceſſante ea qualitate ceſſat ſtatutum,
l. ſi vſufruct. ff. quibus modis vſuſ. amitt. l. tutelas in
principio, ff. de cap. dim. Sign. conſ. 92. colum 3. in
fine ver. præterea, ideo reſignans percipiens fructus an-
te captam poſſeſſionem per reſignatarium non commit-
tet confidentiam.
Ratio colligitur ex illa communi & recepta ſenten-
tia, reſignantem ante captam per reſignatarium poſſeſ-
ſionem, etiam poſt conſenſum præſtitum per ipſum, vel
procuratorem in Camera, & Cancellaria habere co-
5 lorem, † cuius vigore ſi ſpolietur poſſet reſtitui, Sarn.
de trien. quæſt. 54. numer. 8. Creſcent. deciſ. 158. in
fin. in recollect. manuſcr. Pontan. de ſpol. cap. 13. nu.
56. & num 143.
Et comprobatur hæc ſententia ex his, quæ voluere
Roſſin. de benef. cap. 14. nu. 26. & cap. 53. num. 10. Rebuff.
in praxi, de ſimon. reſignatio. num. 27. & 31. & in tract.
nomina. quæſt. 14. num. 157. vbi ſcribunt reſignantem poſt
reſignationem admiſſam, & etiam conſenſum præſti-
tum poſſe incumbere poſſeſſioni, & omnia pertinentia
6 ratione illius beneficij exercere, donec † reſignatarius
capiat poſſeſſionem, quorum ſententiam ipſe ſum ſe-
quutus in tracta. de reſign. beneſ. lib. 1. quæſt. 7. num. 9. &
ibi num. 15. poſt Rebuff. ſcripſi poſſe conſerre beneficia
ſpectantia ad collationem † illius beneficij reſignati ex 7
rationib. ibi deductis.
Accedit præterea efficax ratio quæ videtur tollere
omnem difficultatem, quia reſignatarius non poteſt ſe
ingerere in beneficio reſignato ante captam poſſeſſio-
nem † Aufrer. deciſ. Tholoſana 444. Franc. de March. q. 8
49. in 2. part. Ioan. Sel. de beneſ. p. 2 q. 15. & alij, quos re-
tuli d. q. 7. nu. 12. & minus † percipere fructus, Rebuff. in 9
prax. tit. de ſimo. reſignat. num. 31. Abb. in c. tranſmiſſa
col. 3. de elect. Feder. de Sen. conſ. 234 Franc. in c. eum qui
de præbend. in 6. Card. Pariſ. conſ. 5. numer. 21. & 55. &
conſ. 39. num. 7. cum ſeq. vol. 4. tritum enim eſt in praxi,
ius quod acquiritur prouiſo † de beneſ. ex ipſa collatio- 10
ne, c. vlt. & ibi omnes de conceſſio, præben. lib. 6. Abb.
in c. cum autem, & in c. ſuggeſtum de iur. patr. non eſſe
firmum, † & efficax antequam prouiſus capiat poſſeſ- 11
ſionem, Rebuff. conſ. 186. num. 19. latè dixi de reſign. be-
nefic. lib. 10. q. 6. numer. 3. Ideò poſſeſſio † corporalis in 12
primis eſt apprebendenda, Couar. latè lib. 3. variarum
reſolut. c. 16. num. 6. Pontan. de ſpol. lib. 1. cap. 9. num. 94.
Put. deciſ. 405. lib. 1. quæ nequaquam † transfertur per 13
collationem, cap. cum Bertoldus de re iudic. Rebuff. in
prax. tit. requiſita ad collat. num. 52. Ergo ne Eccleſia re-
maneat deſtituta, & viduata, poterit continuare reſi-
gnans, donec reſignatarius ceperit poſſeſſionem, arg. l.
meminiſſe, ff. de off. proconſ. §. vlt. Auth. de adminiſtr.
extrauag. iniunctæ, de elect. c. ne pro defectu, eo. tit. &
hoc firmaui de reſign. beneſ. lib. 1. q. 7. num. 13. & ſerua-
tur in praxi.
Poſtremò huiuſmodi concluſio ſuadetur, quia vide-
tur permiſſum reſignanti capere fructus † beneficij re- 14
ſignati donec reſignatarius capiat poſſeſſionem vt tenet
Rebuff. in tit. de publicat. gloſ. 18. num. 7. & tract. de no-
minat. q. 17. num. 157. cuius opinionem declaraui in tract.
de reſig. benefic. libr. 1. q. 6. numer. 60. Et ius nequaquam
abdicatur à reſignante, niſi beneficium reſignatum † ac- 15
quiratur reſignatario, in cuius fauorem facta fuit ceſ-
ſio, Rebuff. conſ. 4. num. 13. & conſ. 192. numer. 8. Burſat.
conſ. 412. num. 4. & 5. vol. 4. Put. deciſ. 158. nume. 2. lib. 3.
& deciſ. 523. lib. 2. Caputaque deciſ. 84. numer. 5. par. 3. &
fuit pluries reſolutum in Rota, vt latè ſcripſi, & com-
probaui de reſignat. benefic. lib. 1. q. 3. num. 47. cum ſequ.
quod intelligitur, ſi cum effectu ius fuerit acquiſitum,
quod ſuccedit capiendo poſſeſſionem, vt ſcripſi d. lib.
1. q. 7. num. 10. Nam verba intelliguntur, cum † effectu. 16
l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque iur. cap. relatum de cle-
ric. non reſiden. Sarn. in §. ex maleficiis num. 47. Inſtitut.
de act. Et ideò ex hac ratione communiter tradunt Do-
ctores habentem facultatem acceptandi aliquod bene-
ficium, & vigore huiuſmodi facultatis acceptantem
poſſe variare, ſi talis acceptatio † non tenet. Hoſtienſ. 17
in c. cum in multis, num. 11. Petr. de Ancha. num. 4. verſ. 5.
quæro Gemin. num. 14. Franc. col. vlt. prope finem & alij
omnes de reſcr. lib. 6. latè Lap. alleg. 150. Oldr. conſ. 307.
num. 3. Gemin. conſ. 103. latiſſimè Roman. conſ. 329. col. 1.
& 2. Ioan. Baptiſta Ferretus conſ. 96. num. 3. vbi alios ci-
tat, licet contrarium voluerit † in optione. Cald. conſ. 18
6. in tit. de conſuetu. Æneas de Falconibus de reſeruat.
benefic. in quinquageſimo effectu, ex his quæ ſcribunt
DD. in cap. vlt. de conſuet lib. 6. & Cald. conſ. 7. eo. tit.
Ex quo ſequitur, quòd ſi habet † ius in beneficio lici- 19
tè, & lege permittente percipiet fructus, c. conqueſtus,
de vſur. l. Herennius, ff. de euict. Alex. conſ. 120. numer. 5.
volum. Ruin. conſ. 25. num. 2. lib. 2. Burſat. conſ. 11. num. 7.
volum. 1. & quidquid fit lege permittente, pœnam non
meretur. l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adul. & nulla pote-
rit colligi ex hoc confidentia prohibita per conſtitu-
tionem hanc Pij V. quæ damnat confidentiam † illici- 20
tam, & in iure deteſtatam, Nauar. in Man. cap. 23. ſub
numero 110.
Declara hanc concluſionem procedere, Primò in eo
caſu, quando reſignans poſt reſignationem, & conſen-
ſum in ea præſtitum percepit fructus ad ſe ſpectantes;
nam tali caſu nulla committitur confidentia, cum hu-
iuſmodi perceptio non † ſolum non ſit prohibita, ſed 21

Digitized by Google

permissa in omni iure, l.fructus, l.in fundo, l. ex diuer-
so, & l.non solum, §.meum ff. de vsur. l.si dominum, C.
de pignor.Ruin.cons.25.numer.2.lib.2. Nauar.cons.7.de
sent. excom. & regulare est in hac materia, vt nulla
22 committatur confidentia ex facto permisso, & † appro-
bato à iure, ad notat. in l. Gracchus C. ad l. Iul. de
adulter. & Constitutiones Pij IV. & Pij V. emanarunt
non contra omnem confidentiam, sed dumtaxat contra
illicitam.Nauar.in Man.c.23.sub num.109.vers.quod au-
tem extrauagantes, & rem suam, vel ad se spectantem
23 licitè quis capit etiam † absque superiore, quamuis de-
tineatur ab alio, vt voluit Hostiens.Ioan.And. & Abb.
quos refert. & sequitur Ioan. Lup. in tract.de bello, &
bellator. §.si simus num. 2. & faciunt notata, & scripta
per Gemin. & Franc.ac alios in cap.pri.de iniur. libr.6.
D. Thomas 2.2.q.40.art.1. & 2. ergo eò magis hoc casu
cùm iste incumbat possessioni, & sustineatur in officio,
24 ex quo magni effectus † sequuntur vt per Innoc. in c. si
verè in fin.de sent.excom. Abb.in cap. ad probandum,
col.3.de re iud.Rebuff.quem citaui de resig.benef.lib.1.
q.7.numer.16. Et si aliquis quærat, qui sint isti fructus?
respondeo fructus annorum præteritorum, & fructus
illius anni vsque ad diem consensus præstiti, nam vsque
ad illud tempus debentur fructus resignanti, & ab illo
incipiunt deberi resignatario effecto tunc domino, vt
firmaui ex pluribus rationibus, & auctoritatibus, de re-
signat.benef lib.1.q.6.num.38.nam tunc potest appellari
25 † perfecta resignatio, Put.decis.106. lib 3. & ideò ab eo
26 tempore dicitur irreuocabilis, † vt pluries tenuit Rota,
vt dixi de resignat.benef.lib.1.q.12.Et hæc cóclusio hu-
ius primæ declarationis, procedit etiam si in hoc pacti
fuissent resignans, & resignatarius ante resignationem,
vt resignans perciperet fructus sibi debitos pro annis
præteritis, & fructus vsque ad diem resignationis, nam
hæc non esset confidentia, ex pluribus. Primò, quia
27 pactum gratuitum inter resignantem, † & resignatarium
est licitum Anto.de Butr. & Anan.in c.ex parte 1. de off.
deleg.vbi Felin.colum.5. circa medium, idem Fel. in c.
ad audientiam, de rescr.Boët.de potest. Leg. a latare n.
322.Redoan.de sim.p.2.c.11.num.11. & 12. & communi-
ter DD. vt dixi de resig.benef.lib.14.quæst.7.numero 7.
28 Secundò, quia pactum super his, † quæ tacitè insunt, &
de iure permittuntur itidem est licitum, Nauar.in Man.
c.23.sub numero.100.vers.quæ tamen.Ioan.Petr. Bim. in
cons.15.Glo.Abb.Fel. num. 8. & alij omnes in c. ad au-
dientiam, de rescr.Redoan.de Simon. p.2. c.11.in fin. &
est communis opinio, vt explicaui de resignat.benefic.
lib.14.q.7. num.22. & 23. cum seq. vbi posui exemplum
in eo, qui promisit soluere pensionem, reparare Eccle-
siam, administrare Sacramenta, & similia & in eadem
quæst.num.65.alia ad propositum retuli. Tertiò, quo-
29 niam non est illicitum, † pacisci super re propria, &
eius solutione ad notat.in cap.1.de iniur.li.6.Quæ enim
30 † superabundant non vitiant, l. testamentum, C. de te-
31 stam. & expressio eorum, quæ tacitè † insunt, nihil
operatur, l. conditiones, quæ, ff. de conditio. & de-
monstr. Et huiusmodi fructus debet recipere resignans
deductis oneribus, & impensis, nam fructus cuiuscum-
32 que anni sunt obnoxij, & deputati pro oneribus † il-
lius, Gem.in c.præsenti §.porro, de offic.ord.lib.6.Gig.
de pens.q.72.ante num. 1. & cons.124.num. 3. & verbum
33 † *Fructus* intelligitur deductis expensis Clem.1.cum ibi
not.per DD.de cens.Gl.Bar. & Ang.in l. in fundo, ff. de
rei vendi.Spec.in tit.de expens.§.primo.Deg.de pign. in
6.mem.2.part.nume.12.Pontan.in l.diuortio. numer.8.ff.
solut.matr.Ces.de Grassis decis.117. num. 2. Siue profe-
34 satur † à lege, siue ab homine, Iason in l. fructus, num.
16.ff.solut matrim.etiam in lucratiuis, Glo. in l. si quis
argentum §. primo, ff. de donat. quam dicit singularem
Gig.cons.134.num.2. Bar.in l. non amplius, ff. de leg. 1.
Iul.Ferret.de gabell.num.546. & patet in dote data de
35 omnibus, & singulis bonis, † nam intelligitur deducto
ære alieno, l. mulier ff. sol. mat. etiam si addatur dictio
integri, Bald. & Sal.in l. 2. C.de fructi. & liti. expens.
quam opinionem sequitur Alex. in d. l. fructus, illam
comprobando ex pluribus, vt latè etiam per Giga. d.
cons.134. num. 8. & 9. Et hoc intelligendum † est tam 36
de expensis, quæ colligendorum fructuum gratia fieri
solent, iuxta not.in c.tua nobis, de decim.Affl.decis.252.
col.4.cum alijs, vt per Boer.decis.44.nu.11. & 13. quam
de alijs, quæ conseruandorum eorundem fructuum fa-
ctæ sunt, ad tradita per DD. in l.diuortio §. impendia,
ff.sol.matr. & etiam de his, quæ ad Ecclesiæ vtilitatem,
scilicet reparationem, & alias res † necessarias, ad quæ 37
tenetur habens titulum, c.1. & c.de his, de Ecclesi. ædi-
fic.Dec.cons.118.numer. 5. ver.3.principaliter, Paul.de
Cittad de iur.pat.in 5.princ.art.num.123.communis opi-
nio, vt dixi in tract.de resignat.benef lib.3. q.15.num.1.
nam sicuti vsufructuarius tenetur conseruare in bono † 38
statu bona sibi concessa ad vtendum l.1.§. hactenus, ff.
de vsufruct.l.2.C.eo.ita, & Beneficiarius, qui † ei æqui- 39
paratur, c.requisiuisti, de testam.d.c.præsenti, de officio
ord.lib.6.Corset.in vers.Clericus, Affl. in c. primo §.
his consequenter, titulo hic fin.lex.communis opinio,
vt per Alb.in diuortio, num.12.ff.solu matr.late Grego.
cons.24.Ferr.cons.256.Et de impensis pro vtilitate agro-
rum, & domorum ipsius Ecclesiæ, quas tenetur benefi-
ciarius conseruare, † & reparare, vt per Bar.in l.impen- 40
sæ, ff.de imp.in rep.dotal.Ruin.cons.157.num.23.libr.1.
Menoch.cons.64.nu.17.vol.1. & faciunt notata in c.alia,
de officio ord.libr.6.vbi de fructibus debitis alicui de-
trahuntur salaria seruorum, & expensæ factæ ex causa
alimentorum † ipsorum, & ibi Gem. Anch & Franc. 41
Gem.cons.78.colum.vlti. Tiraq. in tractatu de ret. con-
sang.§.15.gl.1.num.7.Et expensis pro Capellanis, & alijs
similibus, Menoch.d.cons.64.num.20. & ob id condem-
natus ad restitutionem fructuum potest † retinere im- 42
pensas prædictas enumeratas, vt fuit resolutum in vna
Placent, 19.Octobris 1545.teste Puteo decis 314. nu. 6.
lib.2 nam onera ratione fructuum imponuntur, l. hacte-
nus, & l.arbores in fin. iuncta glo. de vsufruct. Gig. de
pens.q.28. num.1. Et æquum est vt is † sentiat onus, qui 43
sentit commodum, l. si pendentis. §. si quid cloacarij
ff.de vsuf. & quemad.quis vt, fr.l.secundum naturam ff.
de reg.iur.Et respectu anni præteriti, vel annorum præ-
teritorum hoc sine difficultate transit, vt impensæ one-
rum illorum annorum spectent ad resignantem, & de
fructibus spectantibus ad ipsum sint detrahendæ, quod
posset multis modis habere locum eo præsertim cum
fructus sint sequestrati, cum sequester ad illas teneatur,
nam est legitimus † administrator, sicuti is qui sede va- 44
cante administrat, cap.quoniam, e.statutum de elect. in
6. Gl.in Clem.prima, in verb.benef.de sequest.possessio-
nis, & fruct.quem sequitur ibi Card.in 2.col.not.10. &
quæst.27.Fel.in cap.cum Bertoldus, col.vltima, de iure
patr.Gig.d. quæst. 72. vbi ex communi dicit posse præ-
sentare. Dubium tamen est quid in oneribus illius anni,
in quibus, ipse sum huius sententiæ, vt impensæ præfa-
tæ diuidantur inter † resignantem, & resignatarium, 45
sicuti diuiduntur fructus, vt circa fructus in restitutio-
ne fundi dotalis concludit Bald. Nou.in tracta. de dot.
priuil. 75. post medium. Campeg. in eodem tractatu in
55. quæsti. Et in terminis quæstionis nostræ voluit Gig.
de pensio.dict.quæstio.72.Et communiter receptum est
generaliter, in oneribus habendam esse rationem tem-
poris, † & sic secundum illud faciendam esse diuisio- 46
nem vt post Barbat.respondit Menoch.cons 64.num.35.
volum.primo, & facit quod scribit Soc.senior cons.247.
num.3.Vers. aliquando, lib. 2. quòd donec res est penès
hæredem, ipse debet subire onus sed postquam tradita
est legatario, hæres liberatur † ab onere, & incipit te- 47
neri legatarius tex. cum ibi not. in l.apud Iulianum §.
hæres ff.de legat.primo, tex. & ibi Gl.Barto.in l.quæro,
ff.de vsufruct.leg. subdit Soc.quia onus est † potius fru- 48
ctuum, quàm proprietatis l.nec stipendium ff de impens.
Et propterea vult, vt hæres teneatur ad onera pro tem-
pore quo consequitur fructus, & legatarius ad reliqua.
Hinc est, quod secundum receptiorem sententiam mor-
tuo beneficiario fructus eius anni quo mortem obierit
pro rata temporis ad hæredes defuncti pertinent pro

Digitized by Google

49 seruitio, & oneribus vsque † ad illud tempus factis,
Alber. in l. diuortio nuoi. 12. ff. sol. mat. ex ratione il-
lius legis de communi, attestatur Couar. lib. primo
var. resol. c. 15. sub nu. 12. Et resoluit alias Rot. teste
Gabr. consi. 191. oum. 6. vol. 2. nam si fructus totius
anni sunt deputati pro oneribus, Gem. in d. cap. præ-
senti §. porro. Gig. in princ. d. quæstio. 72. ergo vt fru-
ctus diuiduntur, ita & onera, ad tradita per Card. Za-
bare. in Cle. prima, numero 6. in fi. de cens. Bonif. ibi-
dem numero 56. Et ratio naturalis id dictat l. secun-
dum naturam ff. de reg. iu. Hinc dicit Ancharan. in d.
clemen. prima de censib. quòd nouus possessor tenetur
ad onera, cùm res transeat cum onere, potest tamen
50 ipse antiquum possessorem † conuenire, vt ratione tem-
51 poris, quo fructus habuit, contribuat, † vt ibi voluit
Car. sub numero 6. Et voluit latè Bellenzin. in tracta-
tu de charij. subsid. quæstio. 37. & 75. de pensionario
qui tenetur contribuere ad onera Deci. consi. 157. Gig.
cons. 217. num. 5.

Et qui maiorem partem percipit, tenetur plus con-
tribuere dic. clem. prima, de cens. vbi Card. in tertio
not. Imol. numero. 4. & facit quod resolutum fuit in
vna Vlisbonens. impositionis onerum Veneris 25. Fe-
bruarij 1575. perceptoré, & non Vicarium perpetuum
52 † teneri ad salarium deputatum per visitatorem Ca-
pellano, teste Cæsare de Gras. d. decis. 117. Et in alia
Legionen. congruarum coram R. P D. Seraphino, quod
qui percipit maiores fructus Ecclesiæ, teneatur ad om-
53 nia onera, & in proposito maiorem partem debet habe-
re, qui plus habet beneficium, cùm fructus † veniant
consecutiuè ad beneficium, Put. decis. 374. nu. 9. libr. 1.
54 Et percipiantur † ex eo Oldr. consi. 118. Put. decis. 464.
num. 2. lib. 2. Et ita in facti contingentia in quadam
Brixien. Parochiali mihi commissa pronunciaui, & par-
tes acquieuerunt.

Declara secundò hanc conclusionem procedere
etiam in eo casu, quando resignans post resignationem,
& consensum in ea præstitum ante tamen quam resigna-
tarius caperet possessionem, perciperet fructus etiam
ad se non spectantes, animo illos restituendi; nam ex
hoc nulla confidentia committeretur, & hanc senten-
tiam probo, quia si vsque ad illud tempus resignans
potest incumbere possessioni, & omnia facere, sicuti
anteà poterat, Rebuff. de Simon. resign. num. 27. & 31.
Et in tractatu de Nomin. quæst. 14. num. 157. cum aliis
quos citaui de resignat. benef. quæst. 7. colum. 2. lib.
primo. ergo poterit fructus exigere, Rossiniac. de be-
nefi. c. 14. num. 26. & ca. 23. nu. 10. Franc. de March.
quæst. 49. in secunda parte. Nam illo tempore resigna-
tarius non potest, vt ex communi dixi dicta quæstio. 7.
neque alius, & per consequens ex facto permisso à iure
55 † non committitur confidentia prohibita per Constitu-
tiones Pij IV. & Pij V. Nauarr. in Man. c. 23. sub num.
109. neque etiam committeretur confidentia, si resi-
gnans eo tempore locaret possessiones beneficij faceret
quictantias debitoribus, aliosque contractus iniret ra-
tione illius beneficij cũ vt dixi, hi actus sint ei permissi,
Rebuff. in praxi de resign. simon. num. 27. cum multis
sequentibus. Poterit tamen resignatarius capta posses-
sione illos fructus perceptos per resignantem, & ad se
spectantes repetere ab ipso resignante, qui resignans te-
56 nebitur illos † restituere in foro fori, & poli. c. sæpe,
cum ibi not. de rest. spol. c. si res 14. quæstio. 6. not.
per omnes in Regula, peccatum, de regul. iur. lib. 6.
D. Thomas 2. 2. quæstio. 25. art. 4. Caiet. 2. 2. quæst.
62. artic. 6. latè Nauarr. in Man. cap. 17. & Summistæ
omnes in verbo Restitutio immo omnino debebit resi-
gnatarius illos repetere, ne ex hoc colligatur conie-
ctura pacti illiciti initi ante resignationem, vt infra di-
cam in limitatione 4. Et faciunt quæ scribit Gabr. cons.
192. num. 6. vol. primo.

Declara tertiò, hanc conclusionem procedere in re-
signatione, quæ fit in fauorem alicuius, nam tunc resi-
gnans poterit ea quæ dicta sunt facere, cum anteà non
abdicetur ius ab ipso, nisi cum effectu quæratur resigna-
tario, vt latè dixi de resignat. benef. lib. 1. quæst. 3. &
quæst. 7. numer. 9. & alibi pluries. Secus autem erit in
resignatione facta simpliciter, nam hæc statim abdicat
† ius à resignante, qui remanet sine titulo etiam colo- 57
rato, & videtur habere illud beneficium pro derelicto
adeò vt statim possit liberè impetrari, & † conferri, 58
Abb. Ant de Butr. Imol. & alij omnes in ca. sollicitè, &
cap. accepta, de restit. spol. Cassad. decis. 4. eo tit.
Put. decis. 158. num. 4. lib. 3. vbi refert ita fuisse decis.
in vna Burgen. præstimoniorũ coram Fabio 15. Octo-
bris 1548. & latè dixi lib. primo de resign. benef. q. 3. n.
5. & 6. Et nequaquam possit resignans ita incumbere
possessioni, vt comprobaui dict. qu. 7. col. 1. lib. 1. de
resig. benef. Et ideò non potest percipere fructus post
resignationem siue resignauerit coram ordinario, co-
ram quo omnes resignationes fiunt ita scilicet simplici-
ter, siue coram Papa.

Limita quartò, vt non procedat, quando resignans
post resignationem, sed antequam resignatarius capiat
possessionem percipiat fructus spectantes ad ipsum re-
signatarium vigore pacti initi ante dictam resignatio-
nem: nam hæc esset confidentia punibilis per dictas
Constitutiones Pij IV. & Pij V. & hanc sententiam de-
duco ex verbis positis in eadem Constitutione Pij V. in
§. *Quare nos volentes*, vbi statuitur, vt sit confidentia
quando quis recipit beneficium ex resignatione cum
pacto illud retrocedendi, aut omnes fructus, vel par-
tem dimittendi & concedendi, ergo resignans perci-
piens fructus spectantes ad resignatarium ex pacto,
etiam si illos recipiat ante possessionem captam per
ipsum resignatarium committit confidentiam prohibi-
tam, & punibilem. Nec † dicas, quod dictus §. intelli- 59
gitur capta possessione, vt aliàs existimabam, ex duo-
bus: Primò scilicet ne sit contrarius §. *ad probandum*,
vbi vt dixi loquitur post captam possessionem arg. l.
prima. C. de inoff. test. Bart. in l. vlt. §. idem quærit, ff.
de cond. indeb. Dec. in l. vbi repugnantia ff. de reg.
iur. & in c. gratum de off. deleg. Secundò, ex verbo
receperit † posito ibi, quod importat factum, not. in c. 60
eam te, de rescr. & in c. bonæ 2. de elect. Nam ad pri-
mum respondetur prædictos duos §§. non esse contra-
rios, nam §. *Quare nos volentes*, ponit casum confiden-
tialem ex pacto faciendi ea, quæ ibi exprimimuntur, §.
verò *Ad probandum*, loquitur de coniecturis, vt illa sit
valida coniectura, quoties post captam possessionem,
&c. In casu verò nostro cessant coniecturæ, & præsum-
ptiones, & illis non egemus, cum habeamus pactũ præ-
suppositũ, quod sonat in simoniam & confidentiam ad
traditæ per Bart. & alios in l. filio ff. de lib. & posth. l.
non solum ff. de rit. nupt. Card. Paris. cons. 54. numer. 19.
cum sequ. vol. primo. Non obstat secundum de verbo,
receperit, quia illud verbum intelligitur de iure ipsius
ben. vt in terminis tradit Imol. in c. maioribus, num. 5.
vers. item ideo dixi, de præbend. latè Gem. post alios
per illum tex. in c. cum in Eccles. numer. 8. eod. tit. lib. 6.
faciunt quæ scribit Gemin. cons. 103. Ioan. Selua de be-
nefic. par. 3. q. prim. num. 33. quod quidem ius consequitur
irreuocabiliter post præstitum consensum per resignan-
tem, Sarn. de infirm. resign. quæst. 31. Put. decis. 106. lib. 3.
Gabr. cons. 102. volum. primo, & est communis omnium
Doctorum sententia, vt latè dixi de resignat. benef. lib.
primò per plures quæstiones; Et ideò ab eo tempore
ei debentur fructus, quamuis per aliquod tempus distu-
lerit ob impedimenta, vel ob aliud capere possessio-
nem, vt signanter tradit Gabr. cons. 192. num. 6. volum. 1.
& dixi, quæst. num. 72. de resig. benef. & quæst. 8. num. 3.
vbi attestatus sum de communi lib. 1. cum iam fuerit ef-
fectus dominus absque † possessione, Arch. in c. si tibi, 61
col. 1. Gemin. num. 2. Franc. num. 7. de præb. lib. 6. & com-
muniter, & ideò ab eo tempore tenetur † soluere pen- 62
sionem impositam super illo beneficio Gammar. de au-
ctor. Leg. a lat. lib. 6. tit. de pens. numer. 421. Bursat. cons.
361. vol. 4. & fuit resolutum in Rota in vna Terdunen.
pensionis coram Mohedano. 11. Februarij 1538. & in alia
Oxomen. teste eodem Mohedano, decis. 2. in col. manusc.

& ad alia onera, vt latè retuli de resign.benefic.libr.1.
q.9. & 10. Concludendum est igitur dictum §. *Quare nos volenter*, expressè oon obstantibus in contrarium deductis probari, esse commissam confidentiam ex perceptione fructuum spectantium ad resignatarium facta per resignantem etiam anre apprehensam possessionem, per ipsum resignatarium pacto præcedente ante resignationem, vel in actu.

Comprobatur secundò, hæc sententia ex ratione, quia
63 pactio firma † in beneficialibus inducit Simoniam, cap.
cum vniuersorum, de rer.permutat.DD.in cap.ex parte.
1.de off.deleg.Nauarr.in Man.c.23.num.100 Redoan.de
simon.par.2.c.10. & omnes alij, & pactio de percipiendis fructibus spectantibus ad resignatarium est simoniaca, & confidentialis, non facta distinctione de possessione capta, nec ne per ipsum resignatarium. Oldrad. cons.
224.num.2. Abb.in c.non satis, oumero 7. & 8. de simon.
Cald.cons.p.d.simon.Cardin.Paris.cons.143.numero 12.
volum.4. & plures, vt adduxi de resign.benef.libr.14.q.
5.num.1. Ergo, &c.

Tertiò, accedit quia in vnaquaque materia, & præ-
64 sertim cùm agitur de puniendis delictis inspiciendus †
est animus, & factum sequutum, Bar.in l. diuus, ff. ad l.
Corne.de Sicar.Paul.de Castr. cons. 192. incip. in causa
incarceratorum.Ater.cons.147.incip.visa, consultatione
colum. 5. Sign. de Homed. cons 50. Felin. in tractat. de
conatu, col pen. August. in addit.ad Angc. de malef. in
verbo, & appensate, in fine, & communiter alij, sed
hic adest animus, nempe pactum illicitum, quod in-
65 cladit dolum, qui in † primis consideratur in delictis,
Bald.in l.quicumque in quinta colu.C.de ser.fugit. idem
Bald. in l. data opera, colum.4. C. qui accus. non poss.
Paul de Castr.in l.1. C. vbi Senator vel clariss. Cepol.
cons 29.ante penul.colu.Bart.in l.1.§.p.ff. si quis testam.
lib esse iussus fuerit DD. omnes in l.1.§. præterea, ff. de
sicariis. Adest etiam factum scilicet perceptio fructuum
spectantium ad resignatarium, facta per resignantem,
66 Fructus autem sunt quid temporale † ad notat.per Abb.
Fel. & Dec.num.99.in c M.Ferrariensis, de const. & non
67 erit licitum † dare temporale pro spirituali scilicet pro
ipsa resigoatione, Hostiens.in c.ad audientiam 2. num.
3.Bald.num.6.Anchar.nume.1.de rescript.Præpos.in c.1.
num.6.7. q.1. & est communis opinio quam comprobaui de resignat.benef.lib.14.q.3.oum.2. Aut sunt quid spirituale ratione connexitatis ad no. in cap. maioribus &
68 c.dilecto de præb. & neque † erit licitum dare spirituale pro spirituali, Ioan. Caraf.de simon.ment.num.6. &
comprobaui de resig.beoefic.libr.14. q. 4. Ergo videtur
eommissa confidentia.

Quartò, præterea accedat, quia quòd resignans non capiat possessionem nihil facit ad excusandum pactum de sui natura illicitum, & reprobatum, nam posset consultò differre vsque ad vltimum diem, & hac ratione aperiretur via faciendi plures confidentias, quod est contra intentionem Pij V. qui sanctissimè rigorosam hanc constitutionem promulgauit, vt exularet hoc atrocissimum delictum suo tempore, & successorum, à Curia Rom. & Ecclesiasticis viris, vt colligitur ex
69 procemio † l.1.in principio, ff.ad Maced.Bart.in l.cum
quid ff. si certum pet. & in l. ambitiosa ff. de decret. ab
ordine fac. Abb.in c.ex multa, de voto, Bald.in l.prima,
ff.de Iust.& iur.quare ne in hoc casu frustretur huiusmodi constitutio Pij V. concludendum erit, & pariter iu-
70 dicandum pro coofidentia, cum maliriis † via sit claudenda, l.cum hi.§.si cum his, ff.de transact. l. quoties in fine, C.de fideicom.l.si legatarius, C. de legat. & inter sit reipublicæ, vt delicta puniantur, l.ita vulneratus, ff. ad l.Aquil.Bart.in l.quemadmodum C.de agric. & cens. lib.11. prodest dumtaxat possessio non capta, vt non intret coniectura confidentiæ, cum de pacto non constat, neque de perceptione fructuum spectantium ad resignatarium, & ita intelligendus erit §. *Ad probandum*, vt supra dixi. Sed posset aliquis quærere, quomodo constabit de huiusmodi pacto? respondeo multis modis, vt aliàs in facti contingentia respondi.

Primò, per scripturam iuxta † tradita per Bald. in l. 71
Imperator, ff. de statu homin. & io l. quoties in vltimis
verbis C. de Iud. cum aliis cumulatis per Mars. in rub.
C.de prob. num.3.

Secundò, per Confessionem † vt est clarum, & di- 72
cam suo loco.

Tertiò, per Coniecturas, & iudicia, vt habetur in hac Constitutio. Pij V. & in vnoquoque §. explicauimus coniecturam ibi positam, † cum sit de his quæ so- 73
lent occultè fieri, ad tradita per Cynum in l. prima, C.
ad l.Corne.de Sicar.Paul.de Castr.cons.58.colum.2.lib.
2.Crauet.cons.156.nume.7. & ponderabam quam plurimas coniecturas, quia clam resignans & resignatarius
† id tractarunt, Salicer.in l.si quis posthac, in princ.col. 74
5.C.de bonis proscrip.Paul.de Castr. in l. prima, C. de
fur.nam pactum † de retrocedendo ex hoc sumitur, 75
Glos.in c.vt oostram §.porrò in verbo, *occultè*, vt Eccl.
benef. Bar. in l.post contractum, ff. de donat.nam qui † 76
malè agit odit lucem. Glo. in l.donatio, in verb.occultè
C.de donat.glo.in cap.coosuluit de off.deleg. & in cap.
periculosum 13. q. 2. & præsumitur † in mala fide Paul.
de Castr.in l. vlt.ff de Rit.nupt.Fel.in cap.cum ex iniun- 77
cto, in principio, ff.de hæret. & in c. porto, de sentent.
excomm. & in d.cap consuluit colum.penult. Quia resignans † erat solitus id facere iux. trad. per Bar. Ang.
Alex. & Ias.in l.certi condictio, §. si nummos, ff. si cer- 78
tum per. cum aliis, & per Euerar. in locis communibus
in loco à solitis, & regulare est, vt præsumatur contra
† solitum, l. non omnes §. à barbaris ff. de re mil. l.qui
semisses, §.1.ff.de vsur.l.item §.quod dicitur, & ibi DD. 79
ff. ad Macedon. Hinc delictum quod regulariter † non 80
præsumitur, l.merito.ff.pro soc.Bald.in l.precibus num.
21. C. de impub. & aliis substitut. præsumitur † contra 81
solitum committere, Gozad.cons.66.num.7.vers. secundo respondeo. Mascard.de probat.conclus.495. num. 20.
Et quia fuit beneficium per resignatarium locatum resignanti, nam probatur contractus simulatus † per loca- 82
tionem factam ab emptore venditori, Bald. cons. 311.
incip.in quæstione, colum.2.lib.5.Cephol.in tract.de simul.cont.præscripti.26. & 27.Craue.cons.156.nume.12.
Et etiam quia noo dimiserat resignans possessionem stante prædicta locatione facta statim, sed continuauerat, ex quo præsumitur fraus, & simulatio, l.sicut §. superuacuum, & ibi gl. & Bar ff.quibus mod.pign.vel hypot. solut.Afflict.in cap.1.tit.de feud. datis in vicem l. commissor.num.25.Fulgo.cons.42.Anchar.cons.237.num.4.
Soc.cons.84.num.6.lib.3.Bald.cons.438.lib.3.Ruin.cons.
94.num.9.volum.4.latè Decia.cons.62.num.39. volum.
3. Et in alia facti contiogentia, aliàs ad hoc considerabam retrocessionem † iuxta ea, quæ latè post alios con- 83
siderat Mascard.de probat.conclus.441. & magnos redditus beneficij, Barbat.cons.22.num.8.lib.4.Afflict.loco
cit.num.63.& 68.Aoge.in l. summa cum ratione, ff. de
pecu. & ex paucitate pensionis reseruatæ, Paul.de Castr.
cons.74.lib.3.Tiraq.de vtroque retract.consang.§.1.glo.
14.num. 37. & quasdam depositiones fictuarij, qui hoc
attestabatur, scilicet respondere resignanti, & aliorum
testium dicentium hoc audiuisse ab eodem. Et in alia
ponderabam, quia paulò ante resignationem, resignans
locauerat beneficium anticipatis solutionibus, & resignatarius non petierat, nam ex hoc nemo negabit argui pactum illicitum, iux.trad.per Bart. & alios in d.l.
post contractum ff. de donat. sed aliàs posteà ponderabam pro absolutione qualitatem personæ, nam erat
Episcopus, vt præsumatur † aliam ob causam fecisse, 84
quam ratione confidentiæ, & in terminis argumentatur
Gabr.cons.172.num.14. lib. 2. Et qualitatem, & bonam
famam recipientis, vt illam ad hoc etiam ponderat Gabriel.d.cons.172.num.18. Et regulare est, † vt bona fa- 85
ma tollat præsumptionem delicti, l vlt.ff. de quæst. vbi
DD. Bar. in l. diui, ff. de in integr.restit.Marsil.cons.74.
Grammat.cons.13.num.7. & cons.31.nume.12.Tiraqu.de
pen.tempor.caosa 15. nume.2.consideratis etiam diuitiis
nam † pauperes sunt, qui regulariter id faciunt iuxt. 86
gloss.in l.prima, C.de comit. & Tribun.lib.12. per text.

Digitized by Google

singularem in l.cum societas, ff. pro soc. & habetur Eccles.cap.27.prouerb.cap 30.Faciunt notata per Mar.Soc. sen.in cap. & si quæstionis colum.prima de simon.Hinc Salomon prouer. 30. scriptum reliquit; Mendicitatem non dederis mihi, ne egestate compulsus furer, & periuret nomen Dei mei, nam propter inopiam multi deliquerunt.Eccl.cap.27.Valer.Max.lib.2.c.1. Lactant.Firmian.lib.de Ira Dei, capit.20.latè Lucas de Penna multa cumulat in l.eos qui, C.de his qui numero liber. col. 3.lib.10.fol.91.Tiraq.de Nobilit.capit. 3. num.25. cum seq.Et plura exempla deduxit Excellentissimus, & eruditissimus D. Thomas Parisius I.C. Consentinus, Sacri Regij Consilij Neapolitani, Consiliarius integerrimus in tract. quem composuit de paupertatis priuilegiis & incommodis, quem vidi manuscriptum diebus elapsis penès Excel. V.I.D. Dominum Prosperum Parisium Consentinum, & Patritium Romanum.

Quæst. 35. *num.* 58. Nam hæc esset Confidentia punibilis per dictas Constitutiones Pij IV. & Pij V.

¶ SVpponit Auctor quod fructus beneficij resignati spectent ad resignatarium à die consensus in Curia Romana præstiti; vnde ait esse confidentiam punibilem, vbi resignans post dictum consensum, sed ante captam à Resignatario possessionem, percipit fructus vigore pacti initi ante resignationem. Verum cum suppositum huiusmodi verum non sit in Gallia, vbi resignans facit fructus suos vsque ad aduentum, & possessionem resignatarij, vt contra Flaminium ad quæstio. 7. lib. 6. de resignat. firmauimus, consequens est vt dicamus nullam in perceptione, & pacto prædictis interuenire confidentiam per easdem rationes, quibus probat Auctor à numero 16. nullam interuenisse, vbi pacti fuissent resignans, & resignatarius ante resignationem, quod resignans perciperet fructus sibi debitos vsque ad diem resignationis, seu præstandi consensus.

QVÆSTIO XXXVI.

Quando ex mutuo committatur confidentia in foro, & foro Poli.

SVMMARIVM.

1 *Ex mutuo facto ante resignationem, nulla committitur confidentia.*
2 *Cessante deffinitione Simoniæ, cessat Simonia.*
3 *Cessante deffinitione, cessat deffinitum.*
4 *Vbi non habent locum verba, neque dispositio.*
5 *Mutuum de per se non inducit vsuram.*
6 *Mutuum non aduersatur amicitiæ, sed illam conciliat.*
7 *Mutuans potest accipere munus à mutuatario.*
8 *Mutuatarius obligatur ad antidora.*
9 *Non est peccatum expectare aliquid ex mutuo.*
10 *Intentio secundaria non est in consideratione in vsura, & simonia.*
11 *Licitum est seruire Prælato, & Ecclesiæ cum spe secundaria consequendi beneficia.*
12 *Non est simonia renunciare beneficium cum intentione, vt conferatur Nepoti.*
13 *Distributiones quotidianæ debentur ex seruitio.*
14 *Deus qua de causa sit amandus.*
15 *Licitum est sperare à Deo remunerationem,*
16 *Potest quis seruire Deo intuitu præmij.*
17 *Finis principalis est in consideratione in qualibet re.*
18 *Ex intentione secundaria non arguitur vsura.*
19 *Vsura requirit pactum expressum, & num.25.*
20 *Magna similitudo inter Vsuram, & Simoniam.*
21 *Semper attendendum quod principaliter agitur.*
22 *Absque pacto expresso, vel tacito non committitur Simonia.*
23 *Ex longinquitate actus excluditur fraus.*
24 *Quando ex vicinitate actuum colligatur correspectiuitas.*
26 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
27 *Mutuans pecuniam ob præsentationem committit simoniam.*
28 *Pactum appositum in contractu probat simoniam.*
29 *Mutuans Regi cum pacto, quod ei conferat officium, facit Vsuram.*
30 *Quando committatur Vsura, & simonia.*
31 *Ex pacto tacito etiam committitur confidentia.*
32 *Ex actu principaliter facto committitur simonia, & vsura.*
33 *De spiritualibus quando possit haberi spes.*
34 *Sperans principaliter ex mutuo committit Vsuram.*
35 *Est simonia seruire principaliter ob beneficium.*
36 *Ex actibus reciprocis colligitur fraus.*
37 *Actus præsumitur fieri ad exequutionem dispositionis precedentis.*
38 *Talia subsecta, qualia prædicunt.*
39 *Ex mutuo facto in resignatione an colligatur confidentia.*
40 *Correspectiuitas quando colligatur.*
41 *Constitutio de confidentiis est odiosa, & pœnalis.*
42 *Pœnæ non imponuntur nisi in casibus expressis.*
43 *Delictum debet excludi.*
44 *Interpretatio, vt actus valeant.*
45 *Vt actus valeat receditur à natura dispositionis.*
46 *Et improprientur verba.*
47 *Et hæc præsumptio præualet alijs præsumptionib.*
48 *Ex conuentione prohibetur dispositio beneficij Ecclesiastici.*
49 *Ex ratione lex ampliatur.*
50 *Taciti, & expressi eadem est ratio.*
51 *Resignans potest pœnitere donec fuerit præstitus consensus.*
52 *Causa principalis quæ.*
53 *Simonia sine pacto non committitur.*
54 *Causa ostendit, quod factum est.*
55 *Præsumptio fortior facit cessare minus fortem.*
56 *Actus correspectiuis in eodem loco, & coram eisdem personis.*
57 *Mutuum factum post resignationem quando inducat confidentiam.*
58 *Vicinitas actuum arguit fraudem.*
59 *Quisque tenetur iuuare proximum.*
60 *In foro conscientiæ quando sit simonia mutuare in resignatione.*
61 *Ex intentione colligitur peccatum.*
62 *Spes quando inducat peccatum.*
63 *In foro conscientiæ inspicitur quod verè actum est.*

TRigesimosextò Quæro, An ex mutuo facto à Resignatario Resignanti committatur simonia & confidentia? Quia varias repetio sententias pro resolutione distinguendum existimo, aut loquimur in foro fori, aut verò in foro Poli, id est interiori, & conscientiæ.

In primò casu de foro exteriori, constituenda sunt & examinanda tria capita, Primum, in mutuo facto ante resignationem. Secundum, in mutuo facto in ipsa resignatione, Tertium, in mutuo facto post resignationem.

Circa primum caput, in mutuo facto ante resignationem, quia Titius mutuauit Mæuio pecunias, & postea subsequuta fuit resignatio beneficij obtéti per Meuium
in fauorem Titij, videtur dicendum nullam esse com-
missam simoniam † vel confidentiam vt consuluit Al- 1
ciat. Resp. 2. num. 9. vers. circa secundum lib. primo,
& docui de resign. benef. lib. 14. quæst. 7. num. 2. ex
his quæ à fortiori scribit Nauarr. consil. 50. de simon.
quia cessat deffinitio simoniæ † posita per gloss.commu- 2
nem in summ. 1. quæstio. 1. & per D. Thom. 2. 2. quæst.
100.art. 1. & in 4. dist. 21. Nauarr. in Man. capit 23.nu.
100. Cessat quoque deffinitio confidentiæ † quam po- 3

Digitized by Google

ſuimus in prima quæſtione, ergo ceſſabit deffinitum,
Dec. & Cagno. in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur.
Comprobatur quia non poſſunt huic capiti applicari
verba, & caſus confidentiales poſiti per Conſtitutio-
4 nem Pij IV. & Pij V. vt patet ex lectura, & infra expreſ-
ſiua demonſtrabitur: ideò non † habebunt locum, l. 4.
§. totica, ff. de damno infect. capit. indemnitatibus, de
5 elect. libr. 6. Accedit, quia mutuum de per ſe non in-
ducit aliquam † vſuram neque ſimoniam, vt volunt
omnes Theologi in 4. diſt. 15. Summiſtæ in verb. mu-
tuum, & verbo vſura, D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 2. vbi
latè Caiet. Dom. Sot. de Iuſt. & iur. lib. 6. art. 2. Et
quod ſequitur ex mutuo non conuentionis nexu, vel
tacitè, vel expreſsè, ſed quod gratuitò mutuanti repen-
ditur nullam impingit vſuræ labem, cùm beneficium
6 mutuandi non ſolùm non † aduerſetur amicitiæ, ſed
eam conciliet, & firmet, ergo mutuator poteſt munus
quodcumque ſuſcipere, quo ſoleot amici amicorum be-
neficia repenſare, ita poſt D. Thom. tradit Dom. Soto
lib. 6. de iuſt. & iur. art. 2. verſ. ſecunda concluſio, &
dicit D. Thom. communiter receptus in 2. 2. quæſt. 78.
art. 2. verſicu. reſpondeo, quòd mutuator poteſt acci-
7 pere munus aut beneficium à † mutuatario, non quaſi
exigens, nec quaſi ea aliqua obligatione tacita vel ex-
preſſa, ſed ſicut gratuitum donum, & non peccat, quia
etiam antequam pecuniam mutuaſſet licitè poterat
aliquod donum gratis, & beneficium accipere, nec pe-
ioris conditionis efficitur per hoc quod mutuauit, hæc
enim ſunt verba D. Thom. Eoque magis cum mutuata-
8 rius poſt mutuum obligetur † ad antidora, Archiep.
Flor. de vſur. c. 3. numero 81. Ant. Roſel. in eo tract.
9 numer. 22. Et ideò non eſt peccatum † expectare ali-
quid ex mutuo ob amicitiam & gratitudinem Nauar. d.
c. ſi fœneraueris, n. 22.

Amplia primò, hanc concluſionẽ procedere, vt non
committatur vſura, & confidentia, etiam ſi mutuans
habuit hanc intentionem ſecundariam conſequendi be-
10 neficium † illius, mediante reſignatione per eum fa-
cienda, vt videtur firmare Nauarr. conſil. 50. numer. 3.
de ſimon. & in comment. de vſur. in c. ſi fœneraueris,
num. 17. 14. quæſtio. 3. vbi dicit, quod licitum eſt mu-
tuare alteri ad conſequendam eius amicitiam ex qua ei
proueniat aliquod beneficium, allegat D. Thom. 2. 2. q.
78. art. 2. in corpore quæſtionis, vbi clarius id explicat
Caieta. & probatur quia licitum eſt Eccleſiæ, & Præ-
11 lato ſeruire † cum ſpe ſecundaria licèt non principali,
aliquod beneficium obtinendi c. ſi officia. diſt. 59. c.
quid proderit, diſt. 61. cum ſuis Glo. Nauarr. in Man.
cap. 17. numero 209. verſ. tunc quia, Idem Nauarr. in
Comment. de vſur. in c. ſi fœneraueris 14. quæſt. 3. nu.
19. in fin. verſ. Tertiò, Idem Nauarr. conſ. 50. nume. 4.
de ſimon. Dom. Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 6. art. 2. col. 2.
verſ. dum æquiſſimum; probatur etiam, quia non eſt
ſimonia neque confidentia renunciare beneficium cum
12 intentione † quòd conferatur Nepoti, Gl. in c. ordi-
nationes, 1. quæſt. 1. Abb. in c. dilecto. de præben. Fel.
in c. ad audientiam 2. colu. 4. de reſcr. D. Ant. 2. par.
tit. 1. c. 5. §. 11. Nauarr. in Man. c. 23. nume. 107. & in
d. c. ſi fœneraueris, num. 9. verſ. Quartò accedit. Quia
quam plurima ſunt, quæ quamuis non poſſint eſſe fines
principales, & primarij operis, poſſunt tamen eſſe
minus principales, & ſecundarij, exemplum, non licet
dicere miſſas, & diuina officia audire principaliter pro-
13 pter † diſtributiones quotidianas, minus autem princi-
paliter ſic, iuxta gl. ſingu. in c. primo, de cler. non reſig.
lib. 6. & ibi omnes ſequuntur, non licet etiam principa-
liter ſeruire Deo intuitu remunerationis terrenæ, ne-
14 que amare illum principaliter ob hanc cauſam, quia †
eſt vltimus finis, & propter ſeipſum tantum amabilis,
D. Thom. 2. 2. quæſt. 27. art. primo, Nauarr. in c. cum mi-
niſter, 23. q. 5. nume. 4. Et ſic eſſet facere de vltimo fine
15 medium, licet tamen amare Deum, & illi ſeruire † mi-
nus principaliter propter remunerationem iuxta illud,
Pſal. 118. Inclinaui cor meum ad cuſtodiendas Iuſtifica-
tiones tuas, propter retributionem, & Conc. Trid. Seſſ.
6. can. 31. diffiniuit contrarium dicere eſſe hæreticum, &
anathematizat eum, qui dixerit peccare † iuſtum, qui 16
Deo intuitu præmij ſeruit, quoniam tam merces tem-
poraria, quàm æterna aſſumi poteſt in finem minus prin-
cipalem, & primarium. Et ideò egregiè Adrian. quod-
libet 10. column. 4. firmat omnem actum cuiuſcumque
virtutis cuius totus finis, aut pars principalis, eſt
bonum aliquod † temporarium, eſſe vitioſum, & ex- 17
cludit ſecundariam intentionem, vt etiam explicat
Nauarr. d. c. cum miniſter, numero 39. 23. quæſt. 5. & in c.
inter verba, concluſ. 5. num. 12. & 13. 11. quæſt. 3. Durand.
lib. 2. ſentent. diſt. 38. q. 2. Caiet. in ſum. ca. 7. & in tomo 1.
opuſc. tract. primo reſpon. 13. & in 2. 2. q. 78. art. 4. nnt. in
c. vlt. 23. quæſt. 6. in c. ad fidem 23. q. 5. in c. ſi quid verius,
33. quæſt. 5.

Hinc intentiò minus principalis, & ſecundaria lu-
crandi ex pecunia mutuata non † ſufficit ad conſtituen- 18
dam vſuram, gl. & Innoc. in c. conſuluit, de vſur. & alij
omnes D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. Caiet. tom. 3. q. 3. de Vſur.
dicit nunquam de hoc dubitaſſe D. Thom. & eſt com-
munis opinio teſte Nauarr. in d. Comment. de vſuris, ad
c. ſi fœneraueris 14. q. 3. num. 19. vbi defendit hanc ſen-
tentiam contra Dom. Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. tenen-
tem oppoſitum, & de communi Theolog. & Canoniſt.
atteſtatur in Man. idem Nauarr. c. 17. num. 209. & col-
ligitur ea Capiſtr. de vſuris, p. prima. numer. 52. ex
poſitis per Gui. Pont. de Vſur. numero. 56. Vſura enim
† requirit pactum expreſſum, vel tacitum, aut inten- 19
tionem principalem lucrandi ex mutuo aliquid, cap.
conſuluit vbi omnes de Vſuris, D. Thom. 2. 2. quæſtio.
78. art. 2. verſ. Reſpondeo, & ibi Caiet. D. Anton. in
in 2. par. ſum titu. 1. cap. 7. §. 6. Laurent. in ca. ſalu-
briter, de Vſur.

Ita pari ratione huiuſmodi intentio non inducet ſi-
moniam neque confidentiam, tum quia adeſt eadem
ratio, vt ſupra deductum eſt, tum etiam, quia magna in
hac † materia eſt ſimilitudo inter ſimoniam, & vſuram, 20
vt licet colligere per Nauarr. d. c. ſi fœneraueris. num.
57. in fin. 14. q. 3.

Præterea hæc concluſio confirmatur, quia ſemper in
vnaquaque materia debet † attendi, quod principaliter 21
agitur, l. ſi quis nec cauſam, vbi omnes, ff. ſi cer. pet.
Ruinal † ſen. conſ. 161. num. 14.

Comprobatur etiam † quia abſque pacto expreſſo 22
vel tacito non committitur confidentia, vt fuit reſolu-
tum in Rota in vna Coſentin. prætenſæ confidentiæ co-
ram R. P. D. Orano 4. Februar. 1591. Gabr. conſ. 175. n.
4. & 12. cum ſeq. lib. 2 Nauarr. conſ. 27. & 30. & 33. de
ſim. Accedat quia pauci ſunt, qui ex ſuis honeſtis actio-
nibus aliquod bonum temporarium honoris, famæ,
gloriæ, ſalutis, rei familliatis, victus ſui aut aliorum in
finem minus principalem non præſtituant, quos nemo
Catholicorum peccare dicit, ita Nauarr. in comment.
de vſur. in d. c. ſi fœneraueris, n. 20. prope finem, ver-
ſic. & patet. 14. q. 3.

Amplia ſecundò, hanc concluſionem procedere non
ſolùm quoties reſignatio fuit ſubſequuta longo tempo-
re poſt mutuum, quo caſu nullum adeſt dubium ex lon-
ginquitate actus † iuxta not. per Bal. in l. penul. §. mu- 23
lier. circa finem. ff. ſolut. matrim. & in l. petens. col.
penu. num. 49. C. de pact. & in l. prima, numer. 4. ver-
ſicu. ſecundo nota, Cod. de operis noui nunciat. Cor-
neæ conſi. 192. numero. 2. libro nono, Iaſon. in l. pri-
ma, §. primo, num. 9. ff. de verbor. obliga. Sed etiam
ſi fuit ſubſequuta modico tempore interiecto poſt mu-
tuum, nam nihilominus non erit iudicandum ex hoc ſi-
monia, & confidentia, ex his, quæ in fortioribus ter-
minis dicit Nauarr. conſi. 50. in princip. de ſimon. Tum
ex prædictis adductis ſupra; tum etiam, quia præſuppo-
nimus non adeſſe pactum expreſſum, vel tacitum, ſine
quo non committi confidentiam eſt communiter rece-
ptum & fuit reſolutum in dicta Coſentin. 4. Februarij
1591. Vt dixi ſupra, quæſtio. 26. Accedat præterea,
quia vicinitas huiuſmodi actus non eſt talis, vt ex ea 24
colligatur † correſpectiuitas, Corne. conſil. 10 nu. 14.

llbro 2. Decius in l.certi condictio, §. ſi nummos, nu.14.
vbi plures citat, ff. ſi certom petat. Marſil. in rubr. C.de
probat. num. 394. Et de communi atteſtatur Tiraq. in l. ſi
vnquam, verb. Donatione largitus, n.119. Cod. de reuoc.
donat.

Amplia tertiò : hanc concluſionem procedere, ſiue
mutuum fuerit magnæ quantitatis, ſiue minimæ, nam
vtroque caſu viget eadem ratio, vt abſque pacto tacito,
vel expreſſo, & intentione principaliter lucrandi non
25 committatur † vſura, neque confidentia, Nauarrus, d.c.
ſi fœnerаueris, n.19.14. quæſt. 3. Et probatur ea his, quæ
ſupra deduximus.

Quartò. Amplia hanc concluſionem procedere in
mutuo facto collatori ab eo cui poſtea confertur bene-
ficium, & patrono habenti facultatem præſentandi,
ac electori, vt ea, quæ ſupra ſunt dicta, de Reſignan-
26 te, procedant in prædictis perſonis, quia viget † ea-
dem ratio, leg. illud, ff. ad leg. Aquil. l. a Titio, ff. de verb.
obligat.

Limita primò, hanc concluſionem non procedere,
quoties in mutuo inter mutuantem, & mutuatarium
emanauit pactum de reſignando, de conferendo,
præſentando, aut nominando, & eligendo, nam ea hoc
committitur vſura, & confidentia, vt tradit Nauar. in
comment. de vſur. ad d. cap. ſi fœnerauetis, numero 16.
14. quæſtio 3. Idem Nauarr. conſilio decimo, de pecun.
27 † mutuata ad præſentationem, conſilio 37. de Simon.
videtur eſſe de mente Alciat. reſponſ. ſecundo, colum.
ſecundo, libro primo, numero decimoſexto. Idque iuſti-
28 ficatur † ea pacto præſuppoſito, quod facit commit-
tere confidentiam, vt ea lectura huius conſtitutionis
Pij V. licet videre, Nauarr. conſilio 30. 33. & 36. de Si-
mon. in Man. cap. 23. numero 107. verſic. ad decimum,
& numeto 109. & 110. Hinc in ſimili ſcribit idem Na-
uarr. in eodem Man. cap. decimoſeptimo numero 222.
verſicul. 85. quod mutuans Regi, vel Magnati cum pa-
29 cto quòd ſibi conferat † aliquod officium committit
vſuram. Cùm ergo diffinitio Simoniæ, tradita per
Gloſſ. in ſumm. 1. quæſtio 1. & diffinitio confidentiæ
de qua loquuti fuimus quæſt. prima, habeat locum hoc
caſu, nullum erit dubium quin etiam habeat locum
diffinitum, Decius in leg. omnis diffinitio, ff. de regu.
iur.

30 Et ex hoc quod eſt † Simonia, & Confidentia, non
definit eſſe vſura, erit ergo vſura ſimoniaca, vel ſimo-
monia vſuraria, vt tradit. Nauarr. d. cap. ſi fœnerаue-
ris, numero 17. verſicul. neque dicens eſſe duplex pec-
catum.

Et in hoc omnes communiter reſident, vt quotiès
mutuum fuerit cauſa immediara, & principalis expreſſa
pacto conferendi, præſentandi, eligendi, nominandi,
& reſignandi, beneficium Eccleſiaſticum, committatur
Simonia, & confidentia, conſideratis omnibus conſi-
derandis.

31 Et hæc concluſio procedit, † ſiue pactum fuerit ex-
preſſum, ſiue tacitum nam ea vtroque committitur
confidentia, vt dicitur in d. Conſtitutione Pij Quinti,
in §. Itidem, vbi declarauimus, & tradidimus rationem
in pacto autem tacito eaiſtimo eſſe conſiderandam qua-
litatem perſonarum, quantitatem mutui, tempus de-
curſum inter prædictos actus, & alia ſimilia, quæ illud
probent.

Limita ſecundò, hanc concluſionem non procede-
re quoties cauſa principalis, & primaria mutuandi fuit
ob beneficium Eccleſiaſticum obtinendum per viam
collationis, præſentationis, electionis, reſignationis,
32 nam tali caſu † committitur Simonia, & Vſura, vt ſcri-
bit, & probat Nauarr. in dict. cap. ſi fœnarаueris, nume-
33 ro 17.14. quæſt. 3. De ſpiritualibus neque ſpem † princi-
paliter, neque prouiſionem habere poſſumus, cap. per
laïcos, 16. quæſt. ſeptimò cap. cum ad noſtram, de elect.
cap. cum eſſent, vbi Abb. & alij de Simon. cap. non eſt,
prima, quæſt. 1. cap. quàm Pio, prima, quæſt. 2. & ibi Gloſſ.
& alij, & ita optimè declarat Redoan. de Simon. part. 2.
cap. 7. numero 37. cum ſequent. ambitio enim reproba-
tur, cap. miramur, in fin. diſtinct. 50. cap. ſicut his, pri-
ma, quæſtio ſeato, cap. vltim. de Simon. D. Thom.
in 4. diſtinct. 25. quæſt. ſecun. Selu. de benefic. part. prima,
quæſt. 7.

Et ſperare † aliquid principaliter ea mutuo, eſſe. 34
Vſuram omnes tradunt per illum teat. in cap. conſu-
luit de Vſur. Ioann. Andr. Archidiacon. Gemin. in ca-
pitul. primò, de vſur. libro ſeato. Theologi in 4. di-
ſtinctio. 15. & ibi latè Richard. quæſt. 5. Hinc ſcribit
Nauarr. in Man. capitul. 17. numero 222. verſicul. 85.
quòd mutuans Regi principaliter, vt conferat ſibi ali-
quod officium committit Vſuram. Hinc etiam eſt re-
ceptum non licere principaliter ſeruire † ob benefi- 35
cium, Innocent. in capitul. vltim. de Simon. Ioann.
Selu. de benefic. part. 1. quæſtio ſeptimo colum. octauò
numero 47. Redoan. de Simon. part. 2. cap. 7. co-
lum. penultim. & vltim. & eſt communis opinio. Con-
fidentia autem nequaquam committitur, quando non
exprimitur, vt ſupra.

Limita tertiò, non procedere, quoties petens pecu-
nias mutuò à Titio, vt illas facilius habeat, ei diait
velle ſuum beneficium reſignare, & Titius ſtatim por-
reait aures, & cogitauit habere illud beneficium pro
ſe vel filio, mediante reſignatione, & ſic conuene-
runt. nam hæc eſt confidentia, vt ſcribit Nauarr. con-
ſilio 37. titulo de Simon. & probatur ea multiplici
ponderatione: Primò, inſpecta mente volentis mu-
tuare: Secundò, inſpecta mente accipientis pecuniam
mutuò: Tertiò, inſpecta conuentione, & † actibus 36
reciprocis ea quibus colligitur fraus, Bald. in leg. pa-
cta conuenta, numero primo, ff. de pact. in leg. iuris
gentium, ff. eodem. Dec. conſilio 264. numero tertio,
& quarto. Crauet. conſilio 141. columna tertia & quar-
ta, cum aliis, vt per Caputaq. deciſ. 307. numero 1.
part. 2. Et quia præſumitur actus factus ad eaecutionem
† diſpoſitionis præcedentis, leg. qui in aliena, §. ſi is qui 37
putabat, ff. de acquir. hæred. Alciat. de præſumpt. regul. 3.
præſumpt. 24. Caputaque, deciſ. 226. numer. 2. part. 2. Et
ea cauſa præcedenti, leg. quædam mulier, ff. de rei ven-
dic. leg. 2. ff. de acquirend. poſſeſſ. à primordio enim ti-
tuli poſterior formatur euentus, leg. prima, circa finem,
Cod de impon. lucrat. deſcript. libro decimo. Et hoc eſt
quod dicitur talia † ſubiecta qualia prædicata, leg. ſi de- 38
fenſor. ff. de interrog. act. leg. 3. vbi Bartol. ff. de fund. in-
ſtruct. cap. inter dilectos, verſic. cæterum, de fide inſtru-
ment. Crauet. conſil. 224. num. 6. & ob cauſam neceſſa-
riam, l. vlt. Cod. de aliment. pupill. præſt. Barto. in l. cum
ſeruus, ff. de verb. oblig. Roma. conſ. 247. colum. 2. Corn.
conſ. 316. col. 5. lib. 1.

Circa verò ſecundum † caput in mutuo facto in ipſa 39
reſignatione: Nauarr. conſil. 50. & 51. titul. de ſimon.
tenet ea hoc eſſe commiſſam confidentiam, cuius opi-
nio poteſt probari ac iuſtificari ex † correſpectiuitate, 40
Creſcent. deciſion. 78. in manuſcript. Mohedan. deciſi.
manuſcript. 124. Sarn. deciſ. 4. libr. 1. Pereg. deciſio.
81. & 82. Cardinalis Palentt. deciſ. 101. aliàs 150. in re-
coll. manuſcript.

Negatiuam autem opinionem ea hoc non eſſe com-
miſſam confidentiam vidi conſultum per peritiſſimos
viros in facti contingentia, qui moucbantur. Primò, quia
verba Conſtitutionis huic caſui non applicantur, vt ex
eius lectura patet, ergo neque diſpoſitio ipſius Conſti-
tutionis, l. 4. §. toties, vbi Bart. ff. de damn. infect. cap. in-
demnitatibus, § penult. de elect. lib. 6.

Secundò, quia imò verba Conſtitutionis probant
contrarium, quia loquuntur, & diſponunt, vt ſit confi-
dentia quando propter beneficium diſponitur de titu-
lo, fructibus, penſione, quod ceſſat caſui propoſito.

Tertiò, quia huiuſmodi conſtitutio † eſt odioſa, & 41
pœnalis, ideò reſtringenda, cap. odia. vbi Dyn. de
regul. iur. lib. 6. Bartol. & alij in l. ſi verò, §. de viro, ff.
ſolut. matrim. Cardin. Pariſ. conſil. 16. numer. 17. volu. 3.
Et receptum eſt pœnas non eſſe imponendas † niſi in 42
caſibus à iure expreſſis, cap. is qui, de ſent. eacomm. lib.
6. l. & ſi quis, §. diuus, ff. de religioſ.

Digitized by Google

43 Quarto, vt fiat interpretatio, † vt actus careat de-
licto, iuxt. leg. merito, ff. pro soc. cum aliis, quæ adducit
Gabr. libr. comm. conclus. de malefic. conclus. 2. colum.
44 prima, & secunda: ac vt † actus valeat, leg. quoties, ff.
de reb. dub. leg quoties, ff. de verb. obligat. Vt enim actus
valeat receditur à natura dispositionis, leg. qui concu-
binam, §. qui hæres, ff. de legatis, tertiò. Decius, in l. post-
45 quam liti. numer. 23. Cod. de pact. & impropriantur †
46 verba, Sarn. in §. Æquè, numer. 19. Institut. de act. Et ideò
hæc præsumptio † præualet aliis præsumptionibus,
Paul. de Castr. in leg. ea imperfecto, Cod. de testament.
47 Decius † in cap. quoniam Abbas, numer. 16. de officio
deleg. Alciat. reg. tertia, præsumpt. 34. de præsumpt. Ce-
phal. consil. 138. num. 13. lib. 1.

Pro resolutione ergo existimo esse distinguendum, &
facio duas conclusiones; quarum Prima, est quoties
adest pactum expressum, vel tacitum, & hoc casu ve-
ra est prior sententia, vt fuerit ex dicto mutuo com-
missa Simonia, & confidentia, & ita intelligo quod
dicit Nauarr. loco citato, vt infra dicam, & tenet idem
Nauarr. in cap. si fœnerauetis, nume. 17. 14. quæst. ter-
tia, in Comment. de Vsur. Et tradidimus supra in præ-
cedenti capite, & ratio est quia verba Constitutionis
48 sunt clara, cùm adest pactum, ac itidem ratio, quæ †
prohibet dispositionem beneficij Ecclasiastici, ex con-
uentione, quæ vendicat sibi locum hoc casu, cùm ex
conuentione disponatur de beneficio per viam colla-
tionis, electionis, confirmationis, præsentationis, ac
49 resignationis: Ideò videtur præsens Constitutio † in-
cludere specificè hunc casum in indiuiduo, leg. his
solis, Cod. de reuocan. donat. Dec. latè in cap. secun-
dò requiris, numero secundò, de appellat. & consilio
301. colum. secunda. Cardinal. Parisius, consil. 83.
numero vigesimoprimò, volum. tertiò, & consil. 69.
numer. tertiò, volum. quartò. Cranet. consil. 118. nu-
mer. decimoquintò. Lex enim solet facere mentio-
nem de aliquibus casibus exemplariter, & non restri-
ctiuè: Ideò recurritur ad rationem: latè Tiraquell. in
leg. si vnquam, in verb. liberis, numer. trigesimosepti-
mò, Cod. de reuocan. dona. & de vtroque retract. ti-
tul. de retra. lignag. §. vigesimo, numer. secund. Oldrad.
consil. 185. in fin. quam sententiam ipse tenui de resignat.
benefic. libro 14. quæst. septimo, numer. quinto. Et hanc
conclusionem intelligo in pacto expresso, & tacito,
quia de vtroque loquitur constitutio, vt latè explicaui.
50 in §. itidem, & eadem est † ratio vtriusque, l. cùm quid, ff.
si cert. pet.

Ex quo infero, quod si fuisset facta supplicatio, vel
tradita ac resignata, & resignans non vellet præstare
consensum, qui necessarius est pro perfectione Resigna-
tionis, & expeditione litterarum, Sarnen. de infirmia re-
signant. quæst. 31. Et latè probauimus de resignat. bene-
fic. libr. 1. quæst. 12. & libr. 8. quæst. 8. nam donec fuerit
51 præstitus dictus consensus † potest pœnitere, Put. deci-
sion. 106. libr. 3. Anton. Augustin. decision. 150. libr. 3.
Cott. decision. 16. Accoramb. decisio. 48. omnes in re-
collect. manuscript. Gabriell. consil. 198. numero ter-
tio, libr. primo, Bursat consil. 393. volum. quarto. Et fuit
resolutum in vna Camaricen. Canonicatus coram Qui-
roga, de Mense Octobris 1556. Et in vna Placentin. de
anno 1557. & in alia Gerunden. de anno 1558. & aliàs, vt
latè retuli dicto lib. 1. de resignat. benefic. quæst. 12. co-
lum. 3. numer. 16. cum sequent. & est communis opinio
Doctorum recepta in praxi. vt ex hoc quædam pactio
tacita colligeretur, & per consequens confidentia com-
mitteretur, & ita videtur tenere Nauarr. dicto consil. 51.
de Simon. quia sine mutuo, non fieret resignatio, vnde
52 hæc videtur causa † principalis, Bartol. in leg. 2. §. vltim.
ff. de donatio. de qua doctrina vide Nauarr. in capitul.
cum minister, num. 22. quæst. 3. nume. 39. Idemque posset
dici, & firmari in collatione, quoties collator dixisset
velle conferre Titio, sed ei non daret litteras, nisi mu-
tuaret in præsentatione ac electione, quia eadem ratio
viget. vt supra probaui.

Secunda conclusio, quoties non adest pactum ex-
pressum, vel tacitum & tali casu dicendum est † non esse 53
esse commissam confidentiam, sicuti ex mutuo facto ea-
dem die qua fuit datum mandatum ad resignandum non
esse commissam Simoniam fuit resolutum in Rota, in
vna Aquen Simoniæ Mercurij 19. Ianuarij 1594. Coram
Reuerend. Patre D. Blanchetto, nam vtrumque est
permissum scilicet resignare liberè, & dare pecunias
mutuò, & propterea non potest inferri ad delictum,
vt fuit resolutum in illa Calaguritan. confidentiæ 14.
Octobris 1592. coram Pegna. Accedit quia Confiden-
tia, absque pacto non committitur, vt fuit resolutum in
vna Consentin. prætensæ confidentiæ coram Reueren.
P. D. Orano 4. Februarij 1591. & tradit Nauarr. in
Man. cap. 23. numer. 107. versi. ad decimum, & nume-
ro 109. 110. & consil. 27. & 30. 33. & 36. de Simon.
Gabr. cons. 172. numer. 4. cum sequent. libr. 2. Et est
communis opinio, vt probaui ex multis rationibus,
& auctoritatibus, quæst. 26. Sicut etiam lucrum ex
mutuo non inducit vsuram absque pacto expresso, vel
tacito, vt est communis opinio, vt supra ostendimus,
& tradit Nauarr. d. cap. si fœneraueris, numer. 19.
Accedit etiam, quia datio temporalium etiam corre-
latiua ad spiritualia absque pactione non inducit Si-
moniam nisi mentalem, Anton. de Butr. in cap. tua nos,
in fin. & ibi Zabarell. qui loquitur quando dantur tem-
poralia, tempore, quo recipiuntur spiritualia, &
egregiè sequitur Mar. Soc. Sen. ibidem numer. 5. quem
vide.

Quoties verò non apparet de huiusmodi pacto ex-
presso vel tacito, mutuum autem fuit factum post signa-
tam supplicationem resignationis, antè verò consensum
præstitum, tunc videtur dicendum non esse commissam
confidentiam, quæ sine pacto, vt dixi committi non po-
test ita videtur tenere Nauarr. consil. 50. de Simon. Ve-
rùm ex eo oritur præsumptio confidentiæ quasi sine eo
non sortiretur effectum resignatio. Bart. in leg. 2. §. vlt. ff.
de donat. Et ita in terminis consuluit Nauarr. consil.
51. in princip. titul. de Simon. Quæ potest elidi si appa-
reat mutuatarium, se obligasse soluere pecunias illas
mutuo acceptas idque eò magis si pro eo intercessit
fideiussor. causa † enim quid factum sit ostendit, Bar- 54
tol. in leg. ... §. remouet, de pact. num. 5. Bald. in leg.
non verò ff. ex quibus caus. maio. Et in cap. dilecti de
appe. & excludit delictum, leg. igitur, §. causæ, ff. de lib.
cau. Gloss. in leg. plagij Cod. ad leg. Flau. de plagiar. Et
in leg. 1. ff. de vi, & vi arm. Bald. in leg. 1. §. vlt. colum pe-
nul. ff. si quis ius dicent. non obtemper. Soc. Sen. consil.
45. numer. 16. volum. 1 Felin. in cap. cum contingat, co-
lum. 3. de rescr. non enim mutuans faceret eum obligare
mediante Notario, minus vellet fideiussorem nisi habe-
ret animum consequendi illas, iuxt. ea quæ Paul. de
Castr. in leg. Celsus, ff. de vsucap. Alex. consil. 125. colum.
3. libr. 4. Bertrand. consil. 84. libr. 2. & alij volunt: Et re-
leuabit probare alias mutuantem, mutuasse absque alio
& esse solitum mutuare, & hæ præsumptiones tan-
quam fortiores † facient cessare illam minus fortem, 55
DD. omnes in cap. in præsentia de probat. Et si mu-
tuum fuit factum eodem die præstiti consensus eodem
loco, † coram eisdem personis, absque dubio actus 56
videntur correspectiui, Bald. in leg. penult. §. mu-
lier, ff. solut. matrimon. Decius, in leg. certi condi-
ctio, §. si nummos, numer. 14. ff. si certum pet. Cres.
decis. manuscr. 18. Mordan. decision. etiam manuscr. 124.
Sarn. decision. 4. libro primo. Peregrin. decisio. 81 & 82.
Cardin. Paleot. decision. 102. in manuscr. alias secus, vt
patet per dictos, & faciunt, quæ scribunt Cardin. in cap.
tua nos, de Simon. Felin. in cap. ad audientiam, l. 2. nume.
3. de rescr. Put. decision. 271. libr. 2. & in dubio capitur
præsumptio, vt actus non sint correspectiui, Put. decisi.
344. & 385. lib. 1.

Circa tertium caput, in † mutuo facto post resignatio- 57
nem, collationem, electionem, & præsentationem tres
conclusiones sunt firmandæ. Prima quoties mutuum fit
in continenti, scilicet eadem die post resignationem ad-
missam per ordinarium, vel consensum præstitum

Digitized by Google

in resignatione coram Papa, & eadem die collationis;
præsentationis ac electionis,& coram eisdem,& ea hoc
cùm actus sint correspectiui, vt supra proximè dictum
58 est, oritur præsumptio confidentiæ, vicinitas † enim
actus arguit fraudem, Bart. in l. post contractum, num. 8.
ff. de donatio, & ibi Anniba. numer. 163. Cardin. Parisius
consil. 143. numer. 21. volum. 4. Ruin. consil. 130. numer. 2.
libro 2. Crott. consil. 13. numero 26. Limita nisi con-
trarium fuerit per argumenta, indicia, coniecturas,
vel veritatem monstratum, iuxta ea, quæ supra dedu-
ximus.

Secunda, quoties fuit mutuata pecunia longo tem-
pore post resignationem, collationem, præsentatio-
nem, ac electionem, verùm ad executionem pacti ex-
presè vel tacitè appositi, & conuenti inter eos tem-
pore collationis, resignationis, præsentationis, ac
electionis, nam in hoc nemo negabit esse com-
missam Simoniam, & confidentiam, iuxta ea quæ tra-
dit Nauarr. in Man. cap. 23. num. 107. & 110. & cons. 27. 30.
33. & 36 tit. de Simon.

Tertia conclusio, quoties fuit mutuata dicta pecu-
nia absque pacto expresso, vel tacito apposito, in col-
latione, resignatione, præsentatione, & electione, & hoc
casu nulla committitur confidentia, neque aliqua ori-
59 tur præsumptio, cum quisque teneatur † iuuare proxi-
mum, & exercere opera charitatis, ac officia, quæ inter
amicos sunt communia, D. Thom. 2. 2. quæst. 14. art. 6. &
art... q. 81. & quæst. 85. Nauarr. in cap. libenter, nume. 3. de
pœnitent. distinct. 1. Et faciunt, quæ supra adduximus ex
D. Thom. 2. 2. quæst. 78. articul 2. Dom. Sot. de Iust. & Iur.
libr. sexto, art. primo, cum sequent. Nauarr. in comment.
de Vsur. ad d. cap. si fœneraueris numer. 17. 18. 19. cum se-
quent. decimoquartò, quæst. tertiò. Et fuit pluries con-
clusum in Rota: Quod procedit etiam si post resignatio-
nem fuit facta remissio illius debiti, vt consuluit Al-
ciat. respons. secundò, numer. 27. versic & istud, libro pri-
mo, vbi loquitur de remissione facta triennio post resi-
gnationem, & concludit ex hoc nullam colligi simo-
niam, non propter longinquitatem temporis, non potest
præsumi facta contemplatione resignationis, argument.
Gloss in §. Ope. Institut. de obligat. quæ ex delict. Ro-
man. in leg. quæ in aliena, §. si is qui putabat, ff. de acqui-
rend. hæred. & vt vitetur delictum, iuxta leg. merito, ff.
pro soc. pro quo vitando aliquid non præsumitur fa-
ctum contemplatione actus aliquo tempore antece-
dentis, Bald. in leg. felicissima, Cod. de his, qui a non do-
mino: Aret. in d. §. si is qui putabat: & maximè in præ-
iudicium tertij, argument. leg. si partem, §. primo, ff.
quemadmodum seruitut. leg. sed Iulianus, §. primo, ff. ad
Macedon. Et ad vitandum delictum capitur præsumptio
donationis, leg. si seruus seruum, §. si oliuam, ff. ad leg.
Aquiliam, & præcipuè inter amicos, vt latè per Alciat.
d. resp. 2. col. 3.

In secundo autem casu principali, de foro interio-
ri, id est foro Poli: duo capita existimo esse facienda.
60 † Primum erit quoties pecunia fuit mutuata quocun-
que tempore, siue ante collationem, resignationem,
præsentationem, & electionem, siue in actu, siue post,
absque emptione formali, vel æquipollenti, & absque
conuentione illicita, & absque intentione principali
consequendi beneficium, sed verus intercessit contra-
ctus mutui, vt solet fieri inter amicos, & in hoc ca-
pite nullam esse commissam Simoniam, & confiden-
61 tiam in foro Poli, & nullum committere † peccatum
mortiferum mutuantem, & mutuatarium scribit Na-
uarr. consil. 51. numero primo, vers. in foro autem inte-
riori, titul. de simon. Idem consil. 23. numero secundo,
eodem titul. Et ratio est, quia nullum pactum illicitum
interuenit, sed verus contractus mutui, & potest quis
licitè mutuare ad augendum, vel contrahendum cum
mutuatario amicitiam vel subleuandum eius necessita-
62 tem absque simonia absque vsura, † & absque peccato,
quamuis speret ab eo secundariò gratitudinem. D.
Thom. 2. 2. quæst. 78. artic. secundò, ad tertium. Et in
corpore quæstionis, vbi latè Caietan. Sot. libr. sexto,
de Iust. & Iur. quæst. primo, art. secundo. Nauarr. in Man.
cap. decimoseptimo, numer 209. Et in d. cap. si fœnera-
ueris, numer. decimonono, cum sequent. 14. quæst. tertio,
& consil. 50. numer. 3. & consil. 51. numer. 1. vers. tum quia
de simonia. Et in foro † interiori quid verè actum sit 63
inspiciatur, D. Thom. libr. 2. sent. dist. 42. quæst. 1. art. 1. &
in 3. sent. dist. 4. quæst. 1. art. 1. & 1. 2. quæst. 20. art. 4. & 2. 2.
quæst. 81. art. 6. ad primum. Dom. Sot. in quolibet qu. 18.
art. 3.

Secundum caput quoties mutuum intercessit cum
pacto illicito, vel intentione principali consequendi
beneficium quo casu illi tenentur in foro Poli, vt ex su-
pradictis colligitur, & debent pœnitere, ac hoc con-
fessariis confiteri, qui debent esse cauti pro pœnitentia
iniungenda. Nauarr. consil. 21. num. 7. de simon. quem ad
hoc vide, & nota.

Quæst. 36. num. 47. Facio duas conclusiones.

¶ IN his conclusionib. vult auctor quod ex mutuo in ipsa
resignatione facto committatur simonia, & confidentia,
quoties adest pactum expressum, vel tacitum de resignan-
do mediante mutuo: si verò de pacto huiusmodi non con-
stet, oriatur tantùm præsumptio confidentiæ, quam vult
elidi, si appareat mutuarium se obligasse de soluendis
mutuò acceptis pecuniis. Sed cum venia dixerim dupli-
ter mihi videtur à vero deuiare: Primò enim mutuum pro
resignando, aut recipiendo beneficio, cum sit quid tem-
porale, satis quidem induit rationem pretij, & in conse-
quens stante pacto simoniam inducit, vt omnes fatentur,
& probat præ cæteris Suarez. de Relig. tract. 3 lib. 4. cap.
33. num. 7. At confidentiam minimè, Garc. de benefic. part.
12. cap. 3. num. 171. ratio est, quia ad simoniam inducendam
sufficit quodcumque pretium, Lotter. de re benefic. li. 3 qu.
27. num. 100. ad confidentiam verò, quæ & ipsa simonia est,
requiritur quod pretium resignationis, collationis, electio-
nis, confirmationis, & præsentationis sit ipsum beneficium,
vel illius fructus, vt videre est in vtraque Piana constitu-
tione: si enim de rebus aliis temporalibus, vel spirituali-
bus pro beneficio præstandis conuentio interueniat, non
erit simonia confidentialis, etiamsi alias simonia sit, &
Paciscentium alter alteri confidat: quia Piorum constitu-
tiones hoc tantum genus confidentiæ coërcent, in quo
beneficium ipsum, aut eius fructus, & non aliæ res, stant
loco pretij, vt supra, quæst. 1. etiam diximus. Ratio dif-
ferentiæ est, quia de iure communi omne pactum in bene-
ficialibus simoniacum est, cap. vlt. de pact. cumque nul-
lum esset deterius, & frequentius confidentiali per quod
deponebantur beneficia, vt dimittenti ad nutum restitue-
rentur, vel alteri etiam incapaci, vel nondum nato trans-
mitterentur, vel eorumdem fructus, aut illorum pars alij,
vel aliis darentur, vel ex iis pensiones soluerentur, vo-
luit vterque Pius huiusmodi fraudes arcere, quæ cum
cessent vbi renuntiatio, vel prouisio beneficij verè, & in-
tegrè, ac perpetuò fit absque confidentia, quæ circa ip-
sum beneficium, vel eius fructus versetur, cessat tunc
quoque illorum dispositio, & remanet ius antiquum. Sua-
rez vbi supra, cap. 43. num. 5. hinc fiduciarios titulares
fideicommissarios appellat Flamin. supra quæstion. 2.
Ostensionales, D. Nicol. Langlier. Episc. bitcocen. in sua
pro Clero Gallicano ad Henricum III. admonitoria ora-
tione. Clitellarios Asinos alienis mercibus onustos, Chop.
de Sacra polit. lib. 1. tit. 7. num. 27. & ipsam confidentiam
depositum, Flam. sup. quæst. 1. numer. 81. custodiam;
Pius IV. in sua constit. venditionem sub redimendi lege,
Mascard. de probat. conclus. 1142. locationem sub certa
merced. & pensione annua, Melch. pastor. de benefic. li-
bro 1. tit. 18. num. 12. quæ locutiones miseram in prouiso
seruitutem denotant, & specialem beneficij pro merce &
mercede stantis nundinationem important. Secundò non
eliditur meo iudicio coniectura simoniæ ex mutuo in ipsa
resignatione facto resultans, quamuis de restituenda mu-
tuata pecunia Resignatario à Resignante cautum fit, vt
vult Flaminius; cautio enim probat quidem pecuniam
non donatam, sed probat tamen mutuatam, quod suffi-
cit: alias dicendum esset ex donatione solùm, non etiam
ex mutuo Simoniæ præsumptionem oriri, quod tamen de
mutuo æque firmat ipse Flaminius, & optimè confirmatur
ex lege quisque, Cod. si certum petat. vbi qui Iudici
mutuat exilio punitur, quasi emptor legum, & pro-
uinciæ.

QVÆSTIO XXXVII.

Quando ex fideiussione committatur confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Ex fideiussione non colligitur confidentia in resignatione.*
2 *Cessante diffinitione, cessat diffinitum.*
3 *Vbi verba non habent locum, neque dispositio.*
4 *Actus fideiussionis est permissorius.*
5 *Qui potest promittere, potest fideiubere.*
6 *Clericus potest fideiubere.*
7 *Quisque tenetur diligere proximum suum.*
8 *Quisque tenetur subuenire in necessitatibus.*
9 *Vsura, qua ratione prohibetur.*
10 *Iuramentum de non fideiubendo non tenet.*
11 *Iuramentum de non mutuando non tenet.*
12 *Iuramentum de non ingrediendo Religionem nullum*
13 *Fideiubens non peccat.*
14 *Constitutio Pij V. non prohibet opera charitatis.*
15 *Quæ minus principaliter fiunt, non inducunt Simoniam.*
16 *Potest quis licitè accedere ad Officia ob distributiones.*
17 *Ingratitudo à iure reprobatur.*
18 *Ingratitudo vitium detestabile.*
19 *Ingratitudo annullat donationes.*
20 *Ingratitudo priuat feudo Vassallum.*
21 *Resignatio ob fideiussionem confidentialis.*
22 *Intentio emendi in Simonia consideratur.*
23 *Causa principalis, quæ.*
24 *Ex fideiussione non licet accipere lucrum.*
25 *In foro conscientiæ inspicitur quid verè actum est.*

TRigesimo septimò quæro, An ex fideiussione facta à resignatario pro resignante, à Præsentato pro præsentante, ab eo, cui fuit collatum beneficium collatori colligatur confidentia? Negatiuè
1 est concludendum, vt in † terminis consuluit Nauarr. consil. 50. de sim. & fuit resolutum in vna Consentin. prætensæ Confidentiæ coram Orano 4. Februarij 1591.
2 Et probatur, tum quia cessat † diffinitio Simoniæ, de qua per Gloss. in sum. 1. quæst. 5. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 1. & in 4. dist. 21. Nauarr. in Man. cap. 23. numer. 100. Et diffinitio confidentiæ, de qua in 1. quæst. Tum etiam quia huic casui non applicantur verba constitutionis Pij IV. & Pij V. vt licet videre, ergo cessante diffinitione, & cessantib. verbis constitutionum, di-
3 cendum erit, nullam esse † præsumendam confidentiam, DD. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. l. 4. §. toties, ff. de dam. infect.
Accedit, quia actus fideiussionis † est permissorius, vt
4 patet toto titulo, Cod. & ff. de ext. de fideiuss. & ideo quilibet, qui potest facere, † promissionem, potest pro
5 alio intercedere, vt prosequitur Ioan. Gutter. de contractib. iurat. cap. 22. num. 1. etiam Clericus ex magis com-
6 muni opinione, † quamuis non debeat fideiussionib. inseruire, cap. 1. vbi Abb. & alij de fideiuss. Ias. in leg. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, nam quilibet tenetur dilige-
7 re † proximum suum, cap. charitas, 1. vers. proximus, de pœni dist. 2. cum aliis, vt per Dec. in l. vt vim, numer. 13.
8 ff. de iust. & iur. Et ei subuenire † in necessitatib. leg. non tantum, & ibi Gloss. de appe. leg. seruus ea lege, in fin. ff. de seru. export. cap non satis, dist. 86. & hac ratione prin-
9 cipaliter prohibetur † vsura, Abb. in rub. de vsur. D. Th. 22. quæst. 78. art. 1. Scot. in 4. sent. dist. 15. quæst. 2. Petrus de Palud. in 3. sent. dist. 37. quæst. 2. late Conrad. de con-
10 tract. quæst. 22. Et ideò iuramentum de non † fide iubendo non tenet, vbicunque proximus indiget fideiussione, Abb. in cap. si verò, de iureiur. quem refert. & sequitur Syluest. in verb. Iuramentum 4. numer. 29 Conarr. de pact. in 1. part. relect. § 6. numer. 7. Menoch. de recup. c. rem, numer. 289. & communiter alij, quicquid in con-
trarium scripserit Oldr. consil. 90. sicuti iuramentum † de 11
non mutuando, aut non dando eleemosynam verè indi-
geoti, aut de non † ingrediendo religionem, & de non 12
suscipiendo ordinationes sacras, beneficia ac Episcopatum, & alia similia, D. Thom. 22. quæst. 89. art. 7. ad 1. D. Anton. 2. par. tit. 10. cap. 6. vers. tertius casus. Caieta. in d. art. 7. ad 6. Tabien. in verb. iurare, §. 10. & alij multi, quos refert, & sequitur Nauarr. in Manu. cap. 12. numero 16. & 17.
Et licitè potest quis pro † alio fideiubere ob amici- 13
tiam, & spem gratitudinis iux. ea, quæ scribit D. Tho. 2. 2. q. 78 art. 2. & ibi Caiet.
Ideò concludendum est, nullam præsumi ex tali fideiussione confidentiam: Nam prædictæ constitutiones
Pij IV. & Pij V. non intendunt prohibere † opera chari- 14
tatis, vt tradit Nauarr. in consil. 68. num. 5. de Sim. quod est transpositum fol. 799. Quia id fuisset statuere contra legem naturalem, quod non poterant, cap. sunt quidam 25. qu. 1.
Amplia hanc conclusionem procedere, seu fideiussio fuerit facta ante resignationem, & collationem, vel præsentationem, vel post resignationem, collationemque, nam hoc non videtur habere dubium, siue fuerit facta in actu resignationis, & collationis, & vt consuluit Nauar. d. consil. 50. de sim. vbi dicit, quod erat signata supplicatio resignationis, & resignatarius antequam esset extensus consensus, intercessit fideiussor pro resignante, partim ob amicitiam, inter eos iamdiu contractam, partim, vt ostendat se gratum resignanti volenti ei resignare beneficium, partim, ne discedat a proposito resignandi: Nam inquit Nauar. hoc non respicit in se spem habendi beneficium, & quæ minus principaliter fiunt,
non † inducunt simon. cap. si offic. dist. 59. cap. quid pro- 15
derit. dist. 60. vbi cum Gloss. volunt, obsequia eorum qui principaliter inseruiunt Ecclesiæ, & Prælatis propter Deum, & aliam ob causam, licèt minus principaliter ad consequendum aliquod beneficium Ecclesiasticum, non inducere simoniam, sicuti patet in eo, qui principali-
ter accedit † ad Diuina propter Deum, & minus prin- 16
cipaliter propter distributiones quotidianas, iuxta Gloss. in cap. primo, de cleric. non resid. libr. 6. & ibi omnes sequuntur. Turrecrem. in cap. Clericus, numer. 2. & 3. dist. 91.
Gratitudo enim † valdè commendatur à legibus, & 17
hominibus, & ingratitudo omni iure reprobatur cap. Octaua discussio 12. qu. 2. Dec. cons. 686. nu. 13. Et vitium
detestabile † appellatur Io. Andr. Abb. & alij in c. vlt. de 18
donat Gul. Benedict. in cap. Raynutius in verbo, in eodem testamento, numer. 35. de testam. & in quæstione de
homic. num. 31. D. Thom. 2. 2. qu. 106. Et ideò infirmat † 19
donationem, l. vlt. C. de reuoc. donat. l. vnica, Cod. de in-
gratis liber. §. primo. Inst de donat. & d. c. vlt. Et priuat † 20
feudo vasallum, c. de forma, circa finem 22. qu. vlt. cap. primo, quæ fuerit prima causa benef. amitt. Afflict. decis. 282. Secundò, dubio. Card. Paris. cons. 1. n. 10. vol. 3. & alij omnes.
Limita primò, hanc conclusionem non procedere † 21
quotiescunque fideiussio facta fuisset præcedente conuentione resignandi, præsentandi, conferendique beneficium, & postea soluendi illam fideiussionem, nam hoc casu absque dubio committitur Simonia, & confidentia, nam competit diffinitio Simoniæ, cùm adsit intentio emendi, & † vendendi, ac confidendi D. 22
Antonin. in sum. part. 2. tit. primo, cap. 8. §. 11. Nauarr. in Manua. d. cap 23. numer. 110. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. primo. Hoc enim casu fideiussio, & promissio
solutionis, videtur esse causa principalis, siue qua † non 23
fieret resignatio, præsentatio, & collatio, Bald. d. l. 2. §. vlt. ff. de donat. pacto enim committi Simoniam omnes DD. volunt in cap. cum pridem de pact. in cap. quæsitum, ac rer. permut. in cap. ex parte 1. de offic. deleg. Gl. in sum. 1. quæst. 1. Et confidentiam, tradit Nauarr. consil. 27. 33 & 36. tit. de Simo. & alij omnes, vt dixi aliàs quæst. 26.

Digitized by Google

Comprobatur itidem hæc conclusio, quia fideiussor videtur capere lucrum, scilicet beneficium ex ipsa fideiussione, quod nequaquam licet, nam dicit D. Antonin. in tract. de vsu. c. 2. num. 74. post Laur. de Rodul. quem re-
24 fert, & sequitur, quod non sit licitum † accipere vnum, vel duos ducatos pro quolibet centenario ea fideiussione facta.

25 Limita secundò, vt in foro † conscientiæ teneatur ille fideiussor non solum in casu supeapposito, sed etiam si quoties præstitit illam fideiussionem, habuit intentionem principalem id faciendi, causa consequendi beneficium iuxta ea, quæ scribit. Nauarr. cons. 21. de simon.
26 Nam in foro † interiori quid verè actum sit, inspicitur, D. Thom. in 2. sentent. distinct. 42. quæst prima, art. primo, & in tertio sentent. distinct. 4. quæst. 1. art. 1. & 1. 2. quæstio. 20. art. 4. & 2. 2. quæst. 81. art. 6. Dom. Sotus, in quolibet. quæst. 18. art. 3. Et in hoc debent aduertere Confessarij.

quæst 37. num. 21. Limita quotiescumque fideiussio facta fuisset precedente conuentione resignandi, &c. nam hoc casu committitur simonia & confidentia.

¶ Simoniam tunc committi concedimus: confidentiam verò negamus, per ea, quæ superiori quæstione diximus, & ad illam, non etiam ad hanc, militant rationes a Flaminio adductæ, citatique per eum Doctores, & præcipue Nauarrus, cuius auctoritate potissimum nititur, qui tamen nihil tale dicit saltem in locis allegatis, & nullibi de confidentia mentionem facit, nisi vbi beneficium datur, vel recipitur, aut recipi intelligitur vt postea dimmittatur, vel fructus dentur, aut pensiones soluantur (excepto quod de expensis pro Resignante à Resignatario factis ait cons. 74. de simon à nobis supra q. 33. improbatus) quia tunc solum committitur confidentia punibilis per Piorum constitutiones, vt ex earum contextu patet; Et sic expunge quæstionem hanc, & qq 36. 38, 42, 43, 48, & 50. tanquam ad illam peculiarem simoniam non spectantes, aut quoad ipsam negatiuè indistinctè resolue.

QVÆSTIO XXXVIII.

Confidentia est soluere aliquid pro collatione, & præsentatione, etiam vigore statuti, & consuetudinis.

SVMMARIVM.

1 *An sit confidentia solutio facta vigore consuetudinis, statuti, constitutionis, &c. & num. 22.*
2 *Statutum recipiendi fructus primi, & secundi Anni, an valeat.*
3 *Ratione cultus diuini multa specialia sunt introducta.*
4 *Confirmatio Papæ corroborat ius.*
5 *Natura confirmationis quæ.*
6 *Consuetudo potest inducere, vt fructus vnius beneficij ad tempus, alteri applicentur.*
7 *Consuetudo appelletur ius non scriptum.*
8 *Consuetudo loci semper attenditur.*
9 *Actus recipit interpretationem à consuetudine.*
10 *Ex consuetudine permittitur actus.*
11 *Consuetudo facit licitum, quod erat illicitum.*
12 *Consuetudo excusat à pœna, & à peccatu.*
13 *Consuetudo immemorabilis habet vim priuilegij.*
14 *Immemorabilis comparatur priuilegio.*
15 *Immemorabilis inducit iustam causam.*
16 *Ex priuilegio possunt percipi fructus beneficij.*
17 *Argumentum de consuetudine ad priuilegium valet.*
18 *Quæ sunt solita, non debent mutari.*
19 *Populi possunt cogi ad seruandam consuetudinem de dando quid in exequijs mortuorum.*
20 *Consuetudo contra canones valet.*
21 *Valet consuetudo de dando candelas de cera alba.*
23 *Simoniaca datio pro electione, collatione, & præsentatione.*
24 *Constitutio Pij IV. & Pij V. de confidentijs collit consuetudinem.*
25 *Clausula,* non obstantibus, *quid importet.*
26 *Textus Concilij Tridentini habet decretum irritans.*
27 *Vbi lex est clara, nulla difficultas.*
28 *Deductiones fructuum beneficiorum pro vsibus pijs permissa.*
29 *Consuetudo, vt Canonicus nouus soluat primos fructus pro anniuersario improbatur.*
30 *Collator non potest aliquid sibi retinere ex fructibus beneficiorum.*
31 *Notarius pro collatione beneficij non potest recipere plusquam aureum.*
32 *Episcopus non potest quidquam recipere ex collatione.*
33 *Iura tollentia Simoniam, non tolluntur ex non vsu.*
34 *Quadraginta anni ad præscribendum contra legem.*
35 *Secretarius Episcopi non potest recipere vnum scutum pro sigillo in collatione beneficij.*
36 *Nihil recipiendum pro introducendis presbyteris in Ecclesia.*
37 *Consuetudo non excusat delictum, sed illud aggrauat.*
38 *Archidiaconus non potest recipere aliquid pro inuestitura.*
39 *Pro consecratione Episcoporum, & benedictione Abbatum non potest recipi aliquid.*
40 *Reuocatum censetur ac si non esset.*
41 *Statutum in electione Abbatis, quòd sit triennalis, an simoniacum.*
42 *Statutum factum sede vacante absque necessitate nullum.*
43 *Ex inualido statuto non committitur simonia.*
44 *Onus impositum præbendæ vacanti, quando simoniacum.*
45 *Capitula Constanit non sunt simoniaca.*
46 *Ex diuersis non infertur.*

TRigesimo octauò Quæro, An sit confidentia seu simonia solutio omnium, vel partis fructuum facta collatori, electori, Præsentanti, & simil. vigore statuti, constitutionis etiam Apostolica auctoritate confirmatæ, vel consuetudinis, etiam immemorabilis pro electione, præsentatione, Nominatione, Institutione, Confirmatione, Collatione, vel alia prouisione beneficij Ecclesiastici, aut dignitatis?

Negatiuam opinionem videtur † firmare Nauar. cons. 1 1. de simon. per totum, & præcipuè num. 2. & 3.

Et mouetur ex Extrauag. suscepti, quæ est prima, sub titu. ne sede vacante aliquid innouetur, in extrauag. com. Ioan. XXII. improbat Priuilegia, & Consuetudines, ac statuta recipiendi † fructus beneficij collati in primo, 2 & secundo ac sequentibus annis ne cultus diuinus minuatur, & ideò illa restringit ad partem aliquam fructuum, vt reliqua remaneat, ei, cui collatum est beneficium, his verbis: *Suscepti regiminis cura nos sollicitat, vt quæ in Ecclesijs non absque dispendio ministrorum, & cultus detrimento diuini seruari videmus per appositionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque in nonnullis Ecclesijs obseruetur, quod fructus primi, vel secundi, aut alterius cuiusque sequentis anni beneficiorum vacantium in eisdem defuncto, vel fabricæ, aut Ecclesijs, vel personis habentibus annalia de consuetudine priuilegio, vel statu applicentur in totum. Ita quod illi, qui huiusmodi beneficia canonicè obtinent, & ad quos aliàs de iure fructus ipsi spectare deberent, nihil inde percipiunt, &c.* sequitur vsque ad vers. Nisi forsan.

Et ibi Ienselin. dicit causam finalem restrictionis esse fauorem cultus diuini pro quo multa specialia † sunt in- 3 ducta, c. ex parte, de Const. cap. quia per ambitiosam, de rescr. lib. 6.

Comprobatur hæc conclusio considerando statuta, & constitutiones Ecclesiarum id permittentes ad not.

per Bartol. in l. omnes populi, ff. de iusti. & iur. & in l.
Philippus Barbarius, ff. de offic. præsidis maximè cum
4 sint a sede Apostolica confirmatæ quæ corroborat † ius,
Alexand. consi. 122. viso puncto, colum. penul. l. 4. Bald.
in l. falsus colum. 2. C. de furt. Idem Bald. in l. nominatio-
5 nis, circa finem, C. de appellat. nam hæc est natura †
confirmationis vt addat rei confirmatæ, Bald. in l. ad-
uersus, in fine, C. si aduers. rem iudic. Cuma. cons. 97.
Corn. cons. 278. lib. 1. cum aliis, vt per Dec. in rub. de
confirmat. vtil. vel inutil. num. 3. cum seq.

Accedat consuetudo præsupposita, quæ potest indu-
6 cere, vt fructus vnius beneficij ad tempus † alij appli-
centur, vel dentur, vt dicit Zeo. de cassan. extrauaga.
prima, verbo de consuetudine, ne sed. vac. allegat.
oot. in cap. cum non deceat de elect. libro. 6. consue-
7 tudo enim ius non † scriptum appellatur §. constat, &
§. ex non scripto de iur. natur. gent. & ciuil. Institut.
cap. consuetudo §. cum itaque, dist. prima. Dec. in
rub. de consuetudine, colum. prima, & ideo attendi-
8 tur in vnoquoque loco consuetudo illius † loci l. si
fundus ff de euic. l. semper in stipulationib. ff. de reg.
iur. Bald. in l. cunctos populos, colum. 11. C. de sum.
Trin. & fid. Cath. cum aliis, & per Gabr. con. concl. de
9 consuetudine, concl. 2. colum. 1. & ab ea † recipit in-
terpretationem actus, l. quod si nolit. §. quia assidua. ff.
de ædil. edict. Ioann. Andr. in reg. quod facit, circa fi-
nem, de regu. iur. Bar. in l. nemo. colum. 1. ff. de duo-
bus reis. Abb. in c. cum M. col. 2. de consti. Aret. cons.
10 11. col. vlt. & ex ea infertur ad † permissionem actus, Ro-
man. consi. 114. colum. 2. Alc. cons. 107. col. penul. li.
2. Imol. in cap. potuit, locat. Iason. in l. vt liberis col.
3. C. de collat. Bertrand, consi. 126. lib. 1. Ruin. consi.
74. colum. 1. volum. 2. & consi. 104. col. prima, vol. 5.
Cardin. Paris. consi. 13. col. 3. volu. primo, cum aliis,
vt per Tiraquell. de retract. ligna. §. primo. Gloss. 18.
11 nu. 79. Consuetudo enim facit † illicitum, quod alias
erat licitum. Auth. de consu. ciui. §. quia verò, Archid.
in cap. quia sancta, dist. 63. & è contra facit delictum
quod alias minimè erat l. salutari §. sunt quidam ff. de
extraord. crim. & ideò communiter receptum est con-
suetudinem excusare è pœna, Glo. in c. venerabilis de
consecr. Rom. sing. 19. & ideo dicit D. Thom. 2. 2. q. 110.
12 ad secundum quod † consuetudo facit vt non sit pecca-
tum quòd erat alias.

13 Eòque magis cum sit † immemorabilis, vt præsup-
ponitur, quæ habet vim priuilegij, cap. super quibus-
dam §. præterea, & ibi Glo. de verb. signifi. Gemin. in
cap. Catholica. in fine dist. 11. Alc. cons. 6. colum. 2. li.
1. Cuman. cons. 83. circa finem, Dec. consi. 368. num.
1. & 496. nume. 5. Aret. cons. 15. colum. vlt. cum infi-
nitis adductis per Gabr. com. conclu. de præscript.
14 conclu. 1. num. 1. & † comparetur priuilegio, Barbac.
consi. 35. col. 4. lib. 2. Alex. cons. 70. col. 2. lib. 4. An-
char. cons. 142. colum. 1. Oldrad. cons. 72. colu. prima.
15 Bald. consi. 49. lib. primo & inducat † iustam causam,
l. hoc iure §. ductus aquæ, ff. de aq. æst. & quot. Bart.
in l. quominus in 2. q. ff. de flumin. & in l. si publicanus
§. in vectigalibus ff. de public. Soc. Sen. cons. 7. nume.
4. lib. 3. Guid. Pap. cons. 65. in princ. Loffr. cons. 40.
num. 48. Grat. cons. 61. num. 21. vol. 1. Bellamer. cons.
27. col. prima. Signorol. consi. 249. col. 4. Card. cons. 28.
colum. 1.

16 Accedat præterea quia hoc potest † concedi priuile-
gio vt firmat Nauar. d. cons. primo num. 2. versi. at pa-
lam, tit. de simon. & prius hoc tenuit Zenzelin. de Cas-
san. in d. extrauag. prima verbo priuilegio. ne sed. va-
cant. ex tex. in c. si Papa, de priuileg. c. sua. de verbor.
17 signific. & ex aliis vt ibi: ergo, & † consuetudine im-
memorabili. Affl. super constit. regn. titu. de probat.
per Instr. num. 11. & tit. de præscript. num. 19. Abb. in
c. 2. num. 11. de immu. Eccl. Io. Prob. in addit. ad Ioan.
Monach. in ca. primo num. 23. de præscr. lib. 6. Card.
Paris. in cap. cum vobis, numero 4. de præscr. & cons.
101. numero 6. volum. 1. Franc. in c. primo, in secun-
do not. de consuetudine, l. 6. Anchar. cons. 142. col. 1.
Felin. in cap. si diligenti, colum. pen. de præsc. & com-
muniter Doct.

Comprobatur ex l. Priuilegia in fine. C. de sacrosan.
Eccl. vbi habetur, quòd ea quæ ab antiquo sunt solita
† in Ecclesiis, seu monasteriis non debent aliquomodo 18
immutari, & ibi Bar. alij, Abb. in c. abolendæ de se-
pult. facit c. nec numerus 10. q. 3. vbi mandat seruari,
quæ de consuetudine seruantur in Ecclesiis: Hinc dicit
Glo. in c. suam. de simon. quod possunt † cogi populi 19
ad seruandam consuetudinem de dando quid sacerdoti
in Exequiis mortuorum, & faciunt c. quæsitum, prima
quæst. 3. c. Agatosa dist. 63. cap. conquestus 9. quæst. 3.
& consuetudo † etiam contra Canones valet, Abb. in 20
cap. vlt. de consuet. Ac Doctor. in c. ad Apostolicam,
de simon. scribunt valere consuetudinem † vt à clericis 21
dentur quolibet anno candelæ de cera alba. Abb. in c.
cum ab omni. col. 4. de vit. & honest. cler. Arch. in c.
si quis, dist. 41. Feder. de Sen. cons. 250. Redoan. de sim.
p. 1. c. 4. n. 4. cum seq.

His tamen non † obstantibus contrariam opinionem 22
existimo veriorem & receptam in Praxi, vt sit confi-
dentia, & simonia, solutio fructuum facta collatori,
electori, & præsentatori, pro collatione, electione, &
præsentatione vigore statui, constitutionis etiam iura-
tæ, & à sede Apostolica confirmatæ, ac etiam consuetu-
dinis etiam immemorabilis. Et moueor primò quia da-
tio, vel promissio † pro electione, præsentatione, aut 23
collatione est confidentia, vt dicitur expressè in d.
Constit. Pij V. in §. Itidem, in cuius interpretatione de-
duxi rationes, & corroborationes, erit que etiam hæc
confidentia non obstantibus statutis iuratis, & confir-
matis, ac consuetudinib. etiam immemorabilibus, nam
prædicta sunt sublata quatenus repugnant † crimini con- 24
fidentiæ, vt dicitur in Constitutione Pij IV. 109. inci-
pient. Romanum contra confidentarios edita, vt patet
ibi, *non obstantibus, &c.* ac aliis constitutionibus, nec
non collegij præfati iuramento confirmatione Aposto-
lica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & con-
suetudinibus contrariis quibuscumque &c. & in d. con-
stitutione Pij V. ibi *non* † *obstantibus* & faciunt quæ 25
scribunt Riminal. iunior cons. 23. num. 177. & sequen.
volu. 1. Burs. cons. 79. nu. 19. vol. 1. & cons. 349. num.
23. volum. 4. Cephal. consil. 133. numer. 94. & Goza.
consi. 5. num. 16.

Secundò, & fortiùs ex decreto Concil. Trident. ca.
14. sess. 24. de reformat. vbi hoc expressè dicitur per
hæc verba. *In pluribus Ecclesiis* & ea quæ sequuntur,
quod Decretum, habet decretum † irritans, vt alia om- 26
nia ex Constitutione Pij IV. super eius confirmatione,
vt omnes tenent, & fuit resolutum in Rot. in vna Seg-
nin. vnionis coram Blanchetto prima Iulij, 1595. pro
cuius decreti comprobatione, maiorique obseruantia,
& ampliatione, sanc. mem. Pius V. edidit constitutio-
nem anno 5. Pontificatus incipien. *Durum nimis*, quæ in
Bullario reperitur in ordin. 106. fol. 1081.

Ex prædictis decreto Concilij, & Constitutione Pij
V. satis expressè præsens quæstio dicitur, vt nulla re-
maneat † difficultas. l. Ancillæ, C. de furt. Namque 27
prohibentur solutiones, promissiones, conditiones, &
deductiones ex fructibus, compensationes & alia huius
generis, pro Electione, Præsentatione, Nominatione,
Institutione, Confirmatione, Collatione, vel alia Pro-
uisione, vel Admissione ad possessionem, etiam si fue-
rint introductæ huiusmodi solutiones pro soluendis Ec-
clesiæ debitis, vel pro supportandis oneribus illarum,
aut aliis etiam vrgentissimis causis, non obstantibus,
quibuscumque statutis, constitutionibus, & consuetu-
dinibus etiam immemorabilibus etiam Apostolica au-
ctoritate confirmatis, quas etiam cum Priuilegiis con-
cessis, etiam multiplicatis vicibus innouatis, reuocat,
& abolet Pius V. per amplissima verba sub pœna ex-
communicationis, & aliis pœnis contra simoniacos: Et
ea dumtaxat consuetudo videtur permissa, quæ vult vt
huiusmodi solutiones conuertantur † in vsus pios, vt 28
dicitur d. decreto Concilij, ibi, *vt quæcumque huius-*

modi in vsus pios non conuertuntur, &c. Et alias censuit sacra Congregatio Concilij, dummodo non petantur pro pretio, vt declarat Nauarr. cons. 66. numer. 2. de simon. quæ Congregatio alias damnauit consuetu-
29 dinem Ecclesiæ Vtinens. soluendi integros † fructus vnius anni Canonicatus pro anniuersario celebrando, vt vidi ex literis sub dat. 23. Augusti 1591 subscriptis ab Illustrissimo Card. Matthæo, Et hodie receptum est
30 collatorem non posse † aliquid sibi retinere ex fructibus beneficij, vt etiam respondit sacra Congregatio Et ideò recol. memor. Greg. XIII. ex sententia prædictæ,
31 sacræ Congregationis Concilij censuit Notarium† pro collatione beneficiorum & institutione nihil aliud recipere posse, quam aureum, vbi aliunde salarium non habet, ita tamen vt de eo nihil percipet Episcopus, idque iuxta distinctionem quæ fit in ca. primo, sess. 21. de reformat. in eo quod debet Notarius recipere ex collatione ordinum, & ideò consuluit Nauarr. cons. 13. tit. de simon. illicitè, & non absque labe simoniæ N. Epis-
32 copum pro † collatione beneficij percipere tertiam partem fructuum illius cùm nihil sit dandum pro collationibus, vt latè ostendit Cosm. in Gl. Consilij Bituricen. tit. de annat. in princ. Nauarr. in Man. ca. 23. num. 103. & 111. ex tat. in ca. primo de simon. & improbat allegationem de non vsu d. decreti Concilij, cum iura
33 simoniacam labem vetantia non possint tolli † per non vsum, quia sunt conformia iuri diuino, & naturali, contra quæ præscribi non potest, vt latè dicitur in c. vlt. de consuetu. eoque magis cum non sint elapsi 40. anni,
34 † vt requiritur ad præscribendum contra legem Canonicam, vt latè probat Fel. in c. primo. numer. 7. de treug. & pace, & aliàs rectè consuluit idem Nauarr. cons. 7. de simon. Secretarium Episcopi, Archiepiscopi, vel Cardinalis, non posse cum conscientia accipere vnum scutum pro subscriptione, & registratura bullæ prouisionis beneficij. in qua nullum alium laborem
35 habuit, & pro appensione † sigili in eadem bulla alterum scutum, non obstante consuetudine præsupposita; ex eodem c. 14. sess. 24. de reform. c. ex multis 1. quæst. 3. c. instituatur, & c. cum in Ecclesiæ, & c. Iacobus, de sim. vbi dicitur nihil posse accipi à quopiam pro collationibus beneficij, & Concilium innouat Canones, qui iam abierant in desuetudinem, scilicet c. primum, de simon. c. sicut Episcopum, prima quæstio. 2. & Concilium sustulit consuetudines quod nota, quia multi decipiuntur.

Hoc dicitur in cap. cum Ecclesia de Simon. quòd
36 nihil recipiendum est pro introducendis presbyteris † in Ecclesiam, & c. non satis, eo. tit. vbi Abb. dicit con-
37 suetudinem non excusare, † sed aggrauare delictum & peccatum, & Sum. Pont. in cap. non tantum eo. tit. mandat. de ea Prouincia abolendam quandam consuetudi-
38 nem recipiendi ab Archidiacono marcham argenti† pro inuestitura, & cap. sicut pro certo, eo. tolluntur consuetudines exigendi pro Consecrationibus †Episcoporum,
39 Benedictionibus Abbatum, & ordinibus, & in cap. pen. de sepult. aboletur consuetudo soluendi aliquid pro sepultura, cap. questa. 13. q. 2.

Non obstant contraria, nam ad ea breuiter respondetur esse derogata per huiusmodi decretum Concilij, & dictam constitutionem, nam sunt sublata statuta, & constitutiones etiam iuratæ, & confirmatæ à sede Apostolica, & consuetudines etiam immemorabiles. Ideò
40 super eis non potest fieri consideratio, & iudicantur † ac si non essent, iuxta ea, quæ scribunt Dec. consil. 469. num. 8. Card. Paris. cons. 104. numer. 69. volum. primo, & cons. 105. num. 8. volu. 4. Cephal. cons. 136. nume. 18. lib. 1. Ruin. cons. 13. num. 27. lib. 2.

Nec huic conclusioni obstat decis. 344. Achil. de Gra. in impres. nam loquitur in diuersis terminis, nam ibi vacante Abbatia per obitum Abbatis, fuit factum statu-
41 tum, quòd † Abbas eligendus esset triennalis, qui prius erat perpetuus, item quòd bona quæ erant Abbatis, essent totius Conuentus, quærebatur an electio subsequuta esset simoniaca, & Rota in illa Ciuitate, coram Fabio tenuit negatiuam ex duobus, primò quia huiusmodi statutum factum sede vacante absque aliqua ne-
cessitate † fuit nullum, Lap. alleg. 20. Doct. in c. primo 42
ne sed. vacant. aliq. innou. Pauin. de potest. c. sed. vac. par. prima quæst. 7. num. 8. par. 2. q. 8. num. 7. Card. Paris. consil.
90. num. 3. & 26. volum. 4. & ex inualido statuto † non 43
committitur simonia. Abb. post Innoc. in c. cum M. num. 24. ver. in fin. glo. de Const.

Secundò, quia quando per viam statuti imponitur † 44
onus præbendæ vacanti non dicitur simonia c. significatum, vbi Abb. de præb. Bellam. in c. significasti col. 2. ver. de statuto, vbi Hen. Boich. vers. si per modum de elect. Idque comprobat ipse Achil. ex dicto Gammar. in extrauag. Iulij 2. in gl. super simonia vbi vult, capitula
conclauis non † esse simoniaca vt sit differentia inter 45
dantem, & recipientem.

In casu illius decisionis nemini fuit datum, vel promissum, vt ibi in fine Arch. tradit. Quod secus est in ca-
su quæstionis nostræ. Ideò ex diuersis non infertur † 46
vulg. l. Papinianus ff. de minor. Et primo anno quo veni Romam, scilicet 1580. ita vidi consultum per plures Doctissimos viros.

Quæst. 38. nu. 25. Secundo & fortius ex decreto Concil. Trid. cap. 14. sess. 24. de Reformat.

¶ IVre communi non possunt Canonici in vim statuti aliquid accipere à Recipiendo, vel Recepto, etiam applicandum fabricæ, vel aliàs vtilitati Ecclesiæ, textus est apertus in can. ex multis 1. q. 3. ne videantur beneficia pretio concedi, vt inquit idem textus; Secus verò ex consuetudine, per textum, & Gloss. in cap. ad Apostolicam de Simon. differentiæ ratio est, quia statutum non habet principium voluntarium, sed necessitatiuum: consuetudo autem contra; potuerunt enim nouiter recepti aliquid dare ex pietate, vel liberalitate vtilitati Ecclesiæ applicandum & ex istis voluntariis solutionibus poterit iudici laudabilis consuetudo, iuxta d. cap. ad Apostolicam, quam etiam probat Concilium Tridentinum, damnando solùm prauas consuetudines exigendi ad propriam vtilitatem, & non ad vsus pios, quod certe Simoniacum est, maximè cum collatori soluitur, electori, vel præsentanti, non tamen confidentiarium, si solutum sit aliud à fructibus beneficij, per ea quæ diximus sup. q. 1. & q. 5. Imo quamuis sint ipsi fructus; quia ex alia causa dantur, quam confidentiæ, nec adest pactum, absque quo tritum est confidentiam non committi.

QVÆSTIO XXXIX.

Quando tractatus illicitus ante renunciationem sit punibilis.

SVMMARIVM.

1 *Affectus punitur etiam non sequuto effectu.*
2 *Maximè in atrocissimis.*
3 *Assassinus punitur etiam si non perfecerit.*
4 *Simoniacus punitur non sequuta effectu.*
5 *Confidentia est species simoniæ.*
6 *Tractatus super Confidentia, ita non sequuta non punitur.*
7 *De generali consuetudine contra non punitur.*
8 *Conclusio attenditur, & non tractatus.*
9 *Conclusio dicitur contractus, & actus.*
10 *Multa tractantur quæ non fiunt.*
11 *Multa dicuntur, quæ non fiunt.*
12 *Testes deponentes de tractatu non probant actum.*
13 *Ex tractatu nullum quæritur ius.*
14 *Consuetudo seruanda.*
15 *In Simonia mentali sufficit sola mens.*
16 *Tractantes de simonia possunt recedere.*
17 *Pœnitentia excusat à delicto.*
18 *Scriptura fit ad probationem.*
19 *Vt sit simonia, debet compleri quod tractatum fuit.*

TRigesimo oonò quæro, An Tractatus de renun-
ciando beneficium sub confidentia, sit punibi-
lis per has Constitutiones Pij IV. & Pij V. non
sequuta resignatione?

1 Pro affirmatiua primò facit, quia de iure communi †
punitur affectus, & conatus ad delinquendum, etiam si
non sequatur delictum Communis opinio, teste Ioann.
de Lignano cons.20.numer.15. inter consilia ceiminalia
2 diuers.lib.primo,& maximè in † atrocissimis, in quibus
regulariter punitur affectus, etiam non sequuto affectu,
glo.in l.prima §. hæc autem verba, in versiculo puta-
mus, ff. quod quisque iur. communis opinio teste Felin.
in cap.primo, post num.9.vers. limita 2. de off. delegat.
Igneus in l.prima, §.occisorum num.41. ff.ad Sillan. re-
fert etiam Papo lib 23.tit.10. per totum, & ideo com-
3 munis opinio est in † assassinio puniri affectum etiam
non sequuto effectu.Angel.in cons.14.Afff.super prima,
par.constit.reg rubr.12.numer.11.Grammat.vot.9.Clar.
lib.5.recept.sentent.§.Assassinium vers.scias etiam.Et in
homicidio, l.is qui cum telo, ff.ad l.Corn.de Sicar.Cla-
rus §.homicidium, vers. vlt. quæro, & tamen hoc deli-
ctum est atrocissimum, iuxta ea quæ diai aliàs.

4 Secundò, quia in crimine † simoniæ punitur affectus
non sequuto effectu, communis opinio teste Boer. de
seditiosis, in septimo præsupposito, num.42. Igneus d.
l.prima §.occisorum num.41.ff.ad Sillan. Ergo & in cri-
mine confidentiæ, cum confidentia sit species simoniæ,
5 iuata † communem opinionem.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionem
existimo de iure veriorem & tenendam in iudicando,
6 & consulendo, vt tractatus † super confidentia, ea non
commissa realiter non sit punibilis, quod videtur ex-
pressè firmare Nauar.cons.48.de simon. Et hanc senten-
tiam probo.

Primò ex eo, quia Constitutiones prædictæ Pij IV,
& Pij V. loquuntur in casibus, in quibus fuerit coose-
ctus actus, puta collatio, renunciatio, perceptio fru-
ctuum vt ea eorum lectura licet videre. Ergo cùm non
puniant expressè conatum, standum erit generali con-
7 suetudini, † ita expressè Clar.§.vlt.q.92.vers.sciat. Vt
etiam in atrocissimis non puniatur affectus, non sequuto
effectu prout de hac generali consuetudine attestatur
Specul.in tit.de accus.§.primo, num.7. in fi.quem refert
Alex.cons.15.num.2.lib.1. & cons.140.nume.2. lib.2.Ias.
in l.prima, §.vlt.in fi.ff.quod quisque iur.Boër.decis.316.
num.3.Bal.cons.361.in fi.lib.1. & cons.443. num.3.lib.3.
Fulgos.cons.149.post num.4. Grammat.decis.2.nume.1.
Mars.cons.51.num.14.Mantua.cons.31.num.2.libr.2.Barb.
cons.33.libr.2.Grammat.cons.8.numer.15.& ita pluries
fuisse iudicatum attestatur Clar. d. quæstio. 92. colum.
prima, 2. & 3.

Secundò quia regulariter semper attenditur conclu-
8 sio, † ac effectus, & non tractatus l. si voluntate C. de
9 resc. vend. sola enim conclusio dicitur † contractus, &
actus, Bal. in l. contractus per illum tex. C. de fid.instr.
Bal. in l. in præscriptione, in fi. C. si contra ius Ioann.
Andr. & alij in cap. super litteris de rescript. nam mul-
10 ta † tractantur inter partes, quæ non veniunt ad con-
clusionem, nec effectum l. si ex causa §. nec videndum
in fi. ff. de minor e. dudum, de reb. Eccl. non alienand.
11 & multa † dicuntur, quæ non fiunt l. sciendum §. pri-
mo, ff. de ædil. edic. Bal. in l. moltum per illum text.
C. si quis alteri, vel sibi. Dec.cons. 11. colum. prima &
12 ideò testes de ponentes de tractatu † contractus non
sufficiunt, & non probant contractum, Ias. consi 12. in
quæstione, in fine, & cons. 24. in causa. col. 3. libr. 3.
13 Hinc ea tractatu † nullum quæritur ius parti donec fue-
rit res firmata, c. tua de his quæ fiunt à piæ l. respondit
Alex.cons.18.col.1.lib.1.

Non obstant contraria, nam ad primum respondetur,
de generali consuetudine diu obseruata per totum fere
orbem non puniri affectum, non sequuto effectu, teste
14 Clar. d. q. 92. in principio, quæ † consuetudo potius
quàm ius erit seruanda, ad not.in cap.vlt.de consuetud.

Ad secundum respondetur, id procedere in simonia
mentali, in qua † sola mens & voluntas sufficit, c. vlt. 15
de simon.gl. & DD.in c.consulere, Ioan.Andr. & Abb.
in c.tua oos, eo tit. c. reperiuntur, & ibi gl.c.quæcum-
que, & ibi glo. 1. q. 1. Arch.in c.eos 1. q. 1. & latissimè
comprobat Guiliel.Redoan.de simon.parte, 1.c.5. 6. 7.
cum sequent.

Amplia primò, hanc conclusionem † procedere etiam 16
si sequuta sit renunciatio, sed non eo modo, vt fuit tra-
ctatum, ita Nauar.cons.48.de simon. vbi respondet nul-
lam fuisse commissam simoniam, & confidentiam ex
tractatu illicito facto antea de reseruandis quibusdam,
à quibus fuit recessum aduertentes pactionem esse illi-
citam.

Amplia secundò, hanc conclusionem procedere etiam
si post tractatum illicitum resignatarius, vel alius pro
eo tradidisset resignanti chirographum continens pro-
missionem illicitorum, nam si recesserunt ab huiusmo-
di pactionibus illicitis, nulla committitur confidentia,
ita respondet Nauar.d.cons.48.de simon.

Et regulare est, vt pœnitentia ante patratum † deli- 17
ctum excuset in delictis, Ioan.Andr.in c.cum laici, de
iure patr. Aug. ad Angel.de malef. in verbo, & vestem
cælestem, numero 39.

Nec ex datione illius scripturæ videtur consummata
confidentia, cùm id fecerit, vt dicit Nauar.numer.3. ad
probationem promissorum, sed tradere scripturam pro
probatione promissi, † non est implere partem promissi. 18
Nauar.in Man.c.23.num.106.ergo.

Et ad comprobationem prædictarum conclusionum
adducitur, quod scribit Rebuff.cons.63.num.13. vt non
sit simoniaca resignatio, si resignatarius non compleuit,
& non peruenit ad faciendum, quod in pactum deduxit,
quam opinionem dixi veram, de resign. benefic.lib.14.
q.7.num.71.

Et hanc etiam sententiam videtur firmare, Nauarr.
consil.42. de simon. vbi firmauit non esse simoniam ad-
missam, si non fuit † completum, id quod deductum 19
fuit in pactum.

Quæst. 39. *num.* 18. Vt non sit Simoniaca resignatio si
Resignatarius non compleuit, & non peruenit
ad faciendum quod in pactum deduxit.

¶ IStud à vero alienum est: nam ex quo renunciatio fuit
subsecuta, simoniaca est, & ipso iure nulla, Rosiniac.
de re sacerdot. lib. 3. cap. 18. etiamsi Resignatarius non-
dum impleuerit quod promisit, vt clare probant can. ea
quæ. 2. quæst. 3. & alia iura relata per Garc. de benefic.p.
8. cap. 2. num. 20. quibus accedat quod emptio & vendi-
tio contrahitur simulatque de pretio conuenit, quamuis
nondum pretium numeratum sit, Instit. de empt. & vendit.
in princ. ergo & simonia cum sit species emptionis & ven-
ditionis, Gloss. in Summa 1. quæst. 1. & sicut electio in-
terueniente pecuniæ promissione est simoniaca, cap. nobis,
de simon. & cap. 1. de confess. ita pariter resignatio: cum
nulla subesse possit ratio differentiæ. Dic igitur quod per
solam pactionem, etiam citra vllam executionem, simo-
niam committi: cum nihil aliud sit, quam studiosa vo-
luntas emendi, vel vendendi spiritualia; pœnas autem si-
moniæ non incurri nisi secuto effectu, sub multiplici tamen
distinctione à nobis allata, ad quæst. 7. lib. 14. de resign.
Paciscentes tamen reddunt se indignos ad acquirendum
beneficium, Garc. vbi supra num. 67. & pactum est ipso
iure nullum, cap. vlt. de pact. & si ex eo ad resignationem
deuentum sit, quamuis res temporalis minimè sit tradita,
talis resignatio, & inde secuta collatio, est simoniaca, &
penitus nulla, Gloss. prag. Sanct. tit. de elect. cap. 1. §.
deinde eligant, in verb. ipso iure, Corras. in paraphrasi
benefic. p. 3. cap. vlt. num. 13. Duaren. de benefic. lib. 6.
cap. 2. & lib. 8. cap. 6. quod Rebuffus in praxi tit. de si-
mon. in resig. à num. 9. ait verum esse iure nouo, non au-
tem iure decretorum, & decretalium, in quo reprehendi-
tur à Garcia num. 29. Idem & fortius in materia confi-
dentiæ, in qua statim atque quis accepit beneficium in
confidentiam antequam impleat quod promisit, non solum
collatio ei facta est nulla, sed & ipse est ipso iure excom-
municatus, & in alias confidentiæ pœnas incidit, Nauarr.
in manual. cap. 23. num. 100.

Digitized by Google

QVÆSTIO XL.

Tractatus inter Resignantem, & Resignatarium quando sint exprimendi, & quomodo in supplicatione.

SVMMARIVM.

1 *An in supplicatione sit exprimendus Papa tractatus illicitus & num.10.*
2 *Papa modus facti narrandus.*
3 *Rescriptum nullum tacendo modum.*
4 *Ex generalitate potest quis circumueniri.*
5 *Ignorans non confirmat.*
6 *Papa non dispensat super vitio ignorato.*
7 *Flagitiosi sunt indigni beneficijs.*
8 *Ignorantia præsumitur nisi scientia probetur.*
9 *Dispensatio strictè interpretetur quatenus sonat.*
11 *Authoritas Papæ excusat etiam si subsequatur.*
12 *Pactio firma est simoniaca.*
13 *Tractare est in medio ponere.*
14 *Tractatus possunt fieri circa beneficia.*
15 *Ex scientia in genere Papa videtur approbare.*
16 *Certa scientia Papa importat dispensationem.*
17 *Promouens inhabilem ex certa scientia, videtur dispensare.*
18 *Ex certa scientia Papa constat, quando est expressum.*
19 *Ex narratis constat ex certa scientia.*
20 *Ex verbis supplicationis colligitur scientia.*
21 *Ex tenore concessionis certa scientia.*
22 *In dubio præsumitur fauore Principis ex certa scientia.*
23 *Certa scientia probatur coniecturis.*
24 *Ita etiam scientia alicuius.*
25 *Habens præ manibus scripturam, videtur habere scientiam illius.*
26 *Scientia potest probari testibus.*
27 *Papa reseruat pensionem in resignatione, & non partes.*
28 *Rescriptum nullum, cum non narrantur quæ debent.*
29 *Quod colligitur ex vi verborum censetur expressum.*
30 *Quod est verisimile est attendendum.*
31 *Cessat præsumptio ignorantiæ probata scientia.*
32 *Non præsumitur ignorantia in his quæ spectant ad aliquem ratione officij.*
33 *A stylo non est recedendum.*
34 *Resignans potest licitè tractare de reseruatione fructuum.*
35 *Pactum de soluendo certam pensionem, quando simoniacum.*
36 *Beneficia absque diminutione danda.*
37 *Et absque pactione.*
38 *Resignans potest tractare de pensione soluenda.*
39 *Permutatio reciproca quando licita.*
40 *Et quando coram Ordinarijs.*
41 *Cedens Episcopatum ob recompensam non committit simoniam.*
42 *Non omnis correspectiuitas inducit confidentiam.*
43 *Authoritas Papæ tollit simoniam prohibitam.*
44 *Actus attribuitur concedenti.*
45 *Bonum est in tractatu remittere negotium Sanctissimo.*
46 *Scriptura super tractatu resignationis non inducit simoniam.*
47 *Actus subsequens ostendit animum præcedentem.*
48 *In actu censetur præseruata authoritas superioris.*
49 *Pactum de soluendo plusquam Papa ordinat, est simoniacum, & num 53.*
50 *In foro Conscientiæ, quis non tenetur ex actu concesso à superiori.*
51 *Ex tractatu non committitur nec etiam simonia mentalis.*
52 *Consummantes tractatum ante concessionem Papæ committunt simoniam.*
54 *Narrans falsam causam pro obtinenda concessione Papæ non excusatur à simonia.*
55 *Ex falsa causa literæ sunt ipso iure nullæ.*
56 *Dispensatio obtenta ex falsa causa nullum producit effectum.*
57 *Faciens illicitum ex licentia inualida non excusatur à pœna.*
58 *Coniecturæ quæ probent fraudem.*
59 *Beneplacitum non obtentum non excusat.*
60 *Cessio vigore concordiæ quando simoniaca.*

QVadragesimò quæro, An resignans, & resignatarius debeant exprimere Summo Pontifici tractatus simoniacos, & confidentiales initos ante resignationem inter ipsos, vt excusentur à confidentia, & pœnis pro ea impositis, vel sufficiat Papam de eo tractatu habere scientiam in genere.

Et esse † Papæ narrandum factum explicitè, & om- 1
nem conuentionem; ac pactionem illicitam firmatam
inter partes exprimendam in supplicatione, vt excusentur resignans & resignatarius à Simonia, & confidentia, videtur firmare Caccial. post Glo. quam citat in c. cum pridem, in tract. de pens. q.19. num.20. in fine, vbi dicit illam communiter approbatam, & Oldr. quem refert, & sequitur Card. Parisi. consil.143. numero 25. volum.4. Et hæc sententia.

Primò probatur, quia regulare est, vt Papæ etiam
modus † facti narretur, Glo. Innoc. & Abb. & alij in 2
cap. dilectus filius, de rescr. Et ideò vitiatur † rescri- 3
ptum non solùm tacendo id quod est factum, sed etiam tacendo, quo modo, & ex qua causa Gloss. per illum tex in c. c. dilectus filius, & ibi Fel. singulariter, num. 8. vbi dicit, quod Rom. extollit hanc conclusionem, Card. Zabar. cons. 141.

Secundò comprobatur, quia ex generalitate, quæ † 4
obscuritatem parit, potest Princeps facilè circumueniri, l. vlt. ad fi. ibi, falso sermone se iectat. C. de dot. promiss. facit, c. cum olim, de re iud.

Tertiò accedat quia pactio confidentialis, & simo-
niaca, non potest à Papa † hoc ignorante confirmari, 5
l. seruus in princip. ff. de bon. poss. l. bonorum, C. qui
admit. Princeps enim non dispensat super † vitio ig- 6
norato, arg. l. sed si hac §. patronum, ff. de in ius vocan. quam in hoc Bal. allegat in c. super literis de rescr.
Imo Summus Pontifex existimabat † flagitiosos indig- 7
nos beneficio, c. cum in cunctis, cum ibi not. de elect. arg. l. Lucius, §. Lotius Titius, ff. de leg. 2. dixi latè de resig. benef. lib. 4. q. 1. cum seq.

Quartò confirmatur quia † regulare est, vt ignoran- 8
tia præsumatur nisi scientia probetur cap. præsumitur de reg. iur. l. verius in princ. & ibi Gl. ff. de prob. Bar. in l. is potest nu. 18. ff. de acq. hær. Bal. in l. 1. num. 7. C. ad Macedo. Card. Parisi. consi. 65. in fin. vol. 3. Balla, decis. 562. num. 1.

Quintò, quia dispensatio strictè † interpretatur, qua- 9
tenus sonat & exprimit ca. 1. de fil. presb. libr. 6. Cald. cons. ff. de consang. & affin. Doct. in c. at si clerici, §. de adulteriis, de Iud.

Sextò faciunt rationes deductæ per Cald. consi. 8. de rescr. vbi nu. 4. dicit seruari de stylo, & Bursa. idem vult. cons. 393. numer. 15. volu. 4. & latè Gabr. de præsum. concl. 7. num. 6.

His tamen non obstantibus † contrariam opinionem 10
existimo veriorem, & tenendam in iudicando & consulendo, scilicet sufficere habere Papam scientiam in genere, & non requiri, vt tractatus Simoniacus, & confidentialis exprimatur punctualiter, quam sententiam videntur firmare Fel. in c. ad audientiam, 2. num. 3. de rescrip. Sarn. de trien. quæst. 12. col. 3. Redo. de simo. par 2. c. 16. numer. 32. & 43. Naoar. in Man. c. 23. sub num. 107. & alij quos retoli in tract. de resign. benef. lib. 14. quæst. 5. colum. pe. & vlt. Card. Parisi. cons. 30.

11 num.5. volu. 4. vbi consuluit authoritatem Papæ † non
solum si præcedat eacusare, sed etiam si subsequatur,
Glos. Imol. & alij omnes in c. cùm pridem de pact. &
in c. ex diligenti, de simon. Fel. in c. de cætero, colum.
vlt. de re iud. Dec, cons. 141. nu. 2. & 4. & de stylo atte-
statur Redoan. d. tract. de simon. part. 2. c. 13. numer.
4. & num. 7. dicit, quòd si non sufficeret, & redderet tu-
tos resignantem, & resignatarium huiusmodi scientia
Papæ saltem in genere, immineret laqueus valde vni-
uersalis, & hanc opinionem, ego etiam tenui de resig.
benef. lib. 6. quæstio. 2. num. 71. vbi dixi ita seruari,
& teneri de stylo antiquissimo, & numer. 69. & 75. Et
12 primò facit, quia pactio sima est illa, quæ est † simo-
niaca, & confidentialis, d. c. cum pridem, & cap. cum
vniuersorum, de rer. perm. Doct. in c. ex parte primo,
de off. deleg. sed tractatus nullam includit pactionem
13 firmam, cùm tractare, nihil aliud sit, † quàm in medio
ponere, l. cum hic status, §. ambo, & ibi Glo. in verb.
tractare, ff. de don. inter vir. & vaor. l. naturalis, §. sed
si facio, ff. de præscr. ver. Ideò non mirum si huius-
14 modi tractatus, in Curia, de stylo sunt † recepti vt
scripsi d. lib 14. quæstio. 5. numer. 9. & possunt absque
scrupulo tractare resignans, & resignatarius, dummodo
non compleant conuentionem, ante concessionem Pa-
pæ, Nauarr. consilio. 48. numero 3. de simon. & suffi-
ciet habere signatam supplicationem cum modis con-
uentis absque quo eaprimatur, nam ea præsumpta men-
te, & communi consuetudine, censetur eapressum, &
approbatum.

Secundò facit, quia eo ipso, quod Papa habuit noti-
tiam renuntiationis factæ sub modo, & forma eapressis,
secundum quam extitit supplicatum à resignante, & re-
signatario, admittendo, & signando supplicationem, vi-
detur purgare omne vitium præcedens, & etiam appro-
15 bare, quod † fuit tractatum, ita Caccialup. de pens.
quæstio. 19. numer. 17. ex Gl. & tex. in c. nisi essent, de
præben. & quod habetur, 1. quæstio. prima, cap. si quis,
& numero. 18. dicit Papam videri dispensare ex certa
scientia, argum. not. in cap. veniens de fil. presbyt. &
16 communiter est receptum, certam † scientiam Papæ im-
portare dispensationem, Gloss. vlt. in Clem. Et si prin-
cipalis, de rescrip. & in clem. prima, de elect. Abb. &
Fel. in c. si quando, de resc. Gemin. in d. c. veniens. Et
17 ideò promouens, † aliquem inhabilem ex certa scien-
tia, videtur secum dispensare, l. quidam consulebant
in fi. ff. de re Iudic. & ibi Bar. in 2. not. & Imol. colu-
2. l. imperiales, §. similes, & ibi Bal. C. de nupt. Gem.
in c. si eo tempore, col. prima. de rescr. lib. 6. Io. Andr.
in c. vlt. colu. 2. de Iud. lib. 6. Old. cons. 329. colum. 2.
Fel. in c. præterea, col. 3. de testibus cogend. Bella. dec.
698 col. 2. & decis. 346. Card. Paris. cons. 44. num. 15. &
seq. vol 4.

Ex quo sequitur tertium argumentum, quia si suffi-
cit, certa scientia Papæ, vt illa tollat omne vitium si-
moniæ, vt etiam, in hac materia latissimè per Cardin.
Paris. cons. 30. colum. 2. num. 3. & 4. volum. 4. & alij
omnes communiter. Ergo cùm in casu nostro de ea
constet aliud non est exigendum, & id probo, quia de
18 certa scientia Papæ constat, non solùm quando † id est
eapressum, Glo. vlt. in clem. & si principalis, de res-
crip. Abb. in c. examinata, in fine. de confir. vtil. vel
inutil. Alexan. consi. 39. lib. 4. quod dicit esse clarum,
Deci. in c. cum inter, num. 19. de except. Paris. cons. 3,
num. 55. & 57. vol, 4. & cons. 19. numer. 13. volum 5.
Alex. cons. 122. num. 23. lib. 4. sed etiam quando col-
19 ligitur ea † narratis, Abb. in d. ca. cum inter, vbi alle-
gat Innoc. in c. statutum, de rescr. lib. 6. Imol. in cle.
2. in fi. eo tit. Abb. in c. ad hæc in fi. & in c. nonnulli
eo tit. Arch. in c. seruatis, 25. quæst. 2. Ant. de Buti. in
c. porrecta, colum. 2. de confirmat. vtil. vel inut. Aret.
cons. 77. col. 4. Bellam decis. 363. & 698. Rot. decis.
22. de rescrip. in nou. Zabar. cons. 11. Franc. Cur. cons.
1. cons. 13. & cons. 35. Affl. decis. 235. cum aliis quæ ad
hoc congerit egregiè more suo Fel. in c. cum inter, col.
prima, & 2. vbi tandem, vers. multi, dicit non esse re-
cedendum ab hac opinione Rotæ, & sequacium, & res-
pondet contrariis, & ibidem Dec. nume. 20. con probat
hanc sententiam, & Paris. num. 9. dicit eam veriorem
& tenendam, & in proposito tradit alios, allegando
Ioann. Selu. de benef. part. 3. quæstio. 8. numero. 41.
cum sequen. puta, quia de ea apparet ex verbis positis
† in supplicatione, Gloss. in c. pastoralis, §. preterea 20
verb. ex certa scientia, de off, deleg. & in clem. 1. de
Iud. Ioann. Andr. in c. nonnulli, de rescr. & ibi Abb.
col. 2. Alex. consi. 59. num. 8. lib. 1. vel ea tenore † 21
concessionis, licèt illa non fuerit express. Aret. cons. 15.
num. 5. & cons. 58. numer. etiam, 5. vel quia eapressit
omnem tractatum iux, c. pen. de confirm. vtil. vel
inut. Are cons. 8. col. 2. Paris. cons. 3. num. 48. vol. 4.
Dec. in c. porrecta, num. 15. de confirm. vtil. vel inut.
Et in dubio, vt sustineatur actus: & vitetur pœna, † præ- 22
sumitur Princeps facere ea certa scientia. Alex. consi.
1. num. 35. lib. 5. Aret cons. 8. numer. 3. Abb. cons. 65.
num. 40. Dec. in l. morte, num. 21. ff. de iurisd. om. Iud.
Et dicit signanter Paris. in cap. cum inter, num. 8. quod
† probatur coniecturis, ac communiter traditum est à 23
Doct. scientiam alicuius † rei probari coniecturis, Alex. 24
cons. 187. numer. 3. lib. 2. Corn. cons. 85. num. 12. lib.
3. Paris. cons. 91. num. 47. vol. 2. Craue. consi. 193. nu.
6. Soc. iun. consi. 116. nu. 42. lib. 1. & inter alias con-
iecturas approbatas à Doctoribus, & relatas à Mascard.
de probat. concl. 1293. illa est recepta, vt colligatur
quoties quis habuit præ manibus † scripturam, vt præ- 25
sumatur habere scientiam de contentis in illa. Paul. de
Castr. cons. 59. in 3. dubio, libro. primo, Crau. consi.
193. numer. 7. Alex. consi. 39. colum. 2. lib. 2. Card.
Paris. consi. 100. num. 87. libr. primo, Dec. consi. 328.
lib. 3. Anch. consi. 170. colum. 2. & secundum aliquos
huiusmodi scientia † potest probari Testibus, Bellam. 26
decis. 746. Rot. decis. 532. num. primo, in nou. Fran. in
c. si motu, col. prima, de præb. Fel. in c. præterea colu.
pen. de test. cog. Roman. consi. 327. nu. 8 Affl. decis. 253.
n. 8. Sarn. in c. statutum nu. 11. de rescr. lib. 6. Soc. iun. cons.
65. num. 54. vol. 1.

Accedat communis obseruantia, quòd huiusmodi
tractatus non perficiuntur à partibus, sed remittuntur
S. D. N qui si concedit, & signat supplicationem, vi-
detur ipse reseruare pensionem, † vel fructus & non 27
partes, Cassad. decis. 4. loc. Gig. de pens. q. 1. & quæst.
83. num. 9.

Non obstant contraria, nam ad primum respondetur
procedere in his, quæ quis tenetur narrare † in rescri- 28
pto, vt docet Felin. in cap. dilectus filius, 1. numero
8. de resc.

Ad secundum respondetur, cessare fraudem, cum
colligatur quod actum est ea vi verborum, vnde ex-
pressum † censetur, Bart. in l. vxorem, §. agri plag. ff.
de lega. 3. & in l. fideiussor, §. meminisse ff. de leg. 29
primo, Ceph. consi. 133. numer. 8. & consi. 135. nume-
ro primo, volu. primo. Et ex alijs, Bartol. in l. prætor,
ait, in princip. ff. de oper. nou. nunciat. Crau. consilio.
162. num. 2. in fi.

Ad tertium respondetur, negando ignorantiam vt ex
prædictis apparet, & eò maximè, quia de consuetudi-
ne inueterata præsumitur scire, & est verisimile, vnde
hoc † attendendum, Bald. consilio. 180. lib. 3. Oldra. 30
consi. 13. in fi.

Ad quartum respondetur, argumentum de præsum-
ptione ignorantiæ cessare probato aliquo, ex quo † 31
scientia præsumitur, vt supra fuit deductum, Bar. in l. is
potest, n. 18. ff. de acq. hær. Bal. in l. 1. n. 11. C. de cad. toll.
Bellam. decis. 659. Fel. in ca. quosdam de præsumpt. Me-
noch de arbitr. Iud. cas. 185. num. 1. Et quod sit de his, † 32
quæ spectant ad eum ratione offici), Doct. in c. Inno-
tuit, de elect. Io. Andr. in reg. quod quis mandato, nu 3.
de reg. iur. lib. 6. Roma. cons. 481. num. 8. Grat. cons. 12.
num. 39. lib. 2.

Ad quintum respondetur, huiusmodi scientiam
æquipollere dispensationi ea stylo inueterato Roman.
Curiæ.

Digitized by Google

Ad ſextum dicitur Conſilium Cald. 8. de reſctip. &
quæ ibi dicit non tranſire abſque difficultate, nam con-
trarium tenuerunt infiniti Doctor. quos citat Gabriel.
communi. concluſ. tit. de præſum. concl. 8. num. 1. vel
etiam reſpondetur, non procedere in caſu noſtro ob ſty-
33 lum contrarium à † quo minimè erit recedendum, vt
dixi de reſignat. benef. lib. primo, q. 2. n. 8. & lib. 10.
quæſt. 2. num. 15.

Concludendum eſt igitur, ſufficere ſcientiam Papæ
in genere, ſcilicet, vt colligitur ex narratis, & poſitis
in ſupplicatione, vt reſignans, & reſignatarius excuſen-
tur a ſimoniaco, & confidentiali tractatu inito inter eos
ante reſignationem.

Ex qua concluſione aliquæ deducendæ erunt illatio-
nes, vt omnes caſus particulares includamus. Quarum
prima erit, quòd licitè poteſt reſignans tractare de re-
34 ſeruatione omnium, † vel partis fructuum ſuper benefi-
cio reſignato, & poſtea facere conficere ſupplicatio-
nem, cum narratiua tamen, quòd reſignat ex certis cau-
ſis, & ſupplicat pro huiuſmodi reſeruatione, iuxta for-
mam, quam poſui de reſignat. benef. lib. 8. quæſt. 7. nu.
76. abſque alia expreſſione tractatus & ipſe ac reſigna-
tarius excuſabitur à ſimonia, & confidentia, vt etiam
ſcripſi de reſign. benef. lib. 6. quæſt. prima, num. 25. Et
ita communiter ſeruatur de ſtylo antiquiſſimo, vt per
Nauarr. in Man. ca. 23. num. 107. verſ. ad ſecundum, vt
atteſtatus ſum libr. 6. de reſign. benefic. quæſtio. 2. nu-
mero 69. 71. & 75. verſi. Et quicquid, quod eſt notan-
dum, quia pactin de fructibus retinendis à reſignante
eſt ſimoniaca communis, vt dixi lib. 14. d. tract. quæſt.
5. num. 1.

35 Secundò infertur, quod quamuis pactum † de ſol-
uenda certa penſione, occaſione reſignationis ſit ſimo-
niacum, de iure communi, Gl. & Doc. in c. ex parte,
de off. deleg. Abb. in c. non ſatis, numer. 8. de ſimon.
Cald. conſ. 1. de vſor. Pariſ. conſ. 143. numer. 12. cum
36 ſequ. volu. 4. cùm beneficia † ſint abſque diminutione
37 danda c. 1. vt Eccleſ. benefi. in ſin. dimin. & abſque † pa-
ctione, cap. quam pio 1. quæſt. 2. cap. cum pridem de pa-
ctis, c. quæſitum de rer. permut. nihilominus poterit re-
ſignans tractare ante reſignationem cum reſignatario,
38 de imponenda penſione † ſuper beneficio reſignato, &
poſtea facere conficere ſupplicationem, in qua non re-
quiritur, vt exprimatur dicta conuentio, ſed ſufficit in
genere renunciare, & ſupplicare pro penſione tractata,
& ſignata ſupplicatione erunt tuti reſignans, & reſigna-
tarius, & nulla poteſt ei opponi ſimonia, vel confiden-
tia, Fel. d. c. ad audientiam, 2. nu. 21. de reſcr. Arch. Flor.
in 2. par. ſuæ ſummæ tit. primo, c. 6. Gammar. de anthor.
Leg. a lat. tit. de penſ. num. 116. cum aliis relatis à me d.
lib. 6. de reſignat. benef. quæſt. 2. numer. 70. vbi atteſtatus
ſum de communi & recepto ſtylo.

Tertiò infertur idem eſſe in tractatu inito inter reſi-
gnantem, & reſignatarium de imponenda penſione ſu-
per alio beneficio reſignatarij, occaſione illius reſigna-
tionis, nam ſignata ſupplicatione à Papa erit, purga-
rum omne vitium ſimoniæ, & confidentiæ, Gig. de penſ.
q. 4. & eſt communis, & recepta etiam à ſtylo antiquiſ-
ſimo, vt dixi d. lib. 6. quæſt. 7. num. 70. cum ſeq. & magis
in ſpecie hanc tertiam illationem probaui in eod. tract.
de reſignat. benef. lib. 14. q. 5. num. 4.

Quartò infertur, idem eſſe in tractatu facto de re-
ſeruando regreſſu, acceſſu, & ingreſſu, iuxtà ea quæ
ſcripſi de reſign. benef. lib. 6. q. 5.

Quintò infertur, tractatum initum inter Titium, &
Mæuium, quòd Titius reſignabit tale beneficium Mæuio,
ſi ipſe Mæuius ei reſignet aliud beneficium quod poſſi-
39 det, non eſſe ſimoniacum, † neque confidentialem, ſi
poſtea porreaerunt ſupplicationem Papæ, in qua erat
facta huiuſmodi permutatio abſque alia expreſſione
tractatus antea facti & ita communiter practicatur, &
quotidie ſeruatur, vt colligitur ex Doct. allegatis à me
de reſign. benef. d. lib. 6. quæſt. 2. num. 70. Et omnes Curia-
40 les ſciunt, quod † intelligo etiam ſi permutatio fiat co-
ram ordinariis, nam ita vſus obtinuit.

Sextò infertur, cedentem Archiepiſcopatum, vel
Epiſcopatum in manibus ſanctiſſimi, vt prouideatur in
perſonam N. qui ei promiſit cedere quandam Abbatiam
& illam iam ceſſit, & fuit facta prouiſio Eccleſiæ in
Conſiſtorio, & ſignata ſupplicatio ceſſionis à Papa abſ-
que narratiua dicti tractatus, non committere aliquam
Simoniam vel confidentiam, vt fuit reſolutum in vna
Coſentin. prætenſæ confidentiæ, 4. Februarij 1591. in
qua inter alia hoc opponebatur à Fiſco Archiepiſcopo
cedenti Archiepiſcopatum ob recompenſam † cuiuſdam 41
prioratus: nam ita paſſim fiunt renunciationes benefi-
ciorum, quæ dantur tota die in recompenſam, & quia
de ſtylo ſufficit ſcientia Papæ in genere, de qua etiam
ibi conſtabat per derogationem regulæ de vacaturis.
Et non omnis correſpectiuitas inducit præſumptionem,
confidentiæ, & maximè quia non fuit facta † inconti- 42
nenti, Bal. in l. pen. §. Mulier, circa finem, ff. ſol. matrim.
Dec. in l. certi condictio, §. ſi nummos, num. 14. ff. ſi cert.
pet. Creſc. deciſ. 78. Mohedan. deciſ. 124. Sarn. deciſ. 4. lib.
1. Peregrin. deciſ. 81. & 82. Chiſan. deciſ. 32. Paleot. deciſ.
301. aliàs 150. omnes in recollect. manuſc. Put. deciſ. 344.
& 385. libr. 1. & hoc erit ampliandum in qualibet alia
recompenſa.

Septimò infertur, tractatum initum inter reſignan-
tem, & reſignatarium, quòd omnes expenſæ faciendæ,
in expeditione literarum ſpectarent ad vnum, ſcilicet
ad reſignantem, vel ad reſignatarium, non eſſe ſimonia-
cum, & confidentiale, ſi in ſupplicatione hanc faculta-
tem obtinuerunt à Papa cuius † auctoritas tollit om- 43
nem ſimoniam prohibitam, latè Card. Pariſ. conſ. 39. col.
2. volum. 4. Et communiter alij, etiam ſi non expreſſiſ-
ſent quòd hoc tractarunt, & quòd alias non deuenirent
ad reſignationem, nam ita practicatur, & ita vſus ob-
tinuit, vt ex prædictis patet, & dixi latiùs aliàs.

Octauò infertur, pari ratione alios tractatus aliàs
illicitos non inducere confidentiam, ſi Papa eo modo
concedat, † cùm actus ei attribuatur, Caſſ. deciſ. 4. loc. 44
qui poteſt omnia in beneficialibus Redoan. de ſimo. p. 2.
c. 18. num. 3. vbi latè de hac re.

Et hæc concluſio cum prædictis illationibus amplia-
tur primò procedere: etiam ſi inter reſignantem & re-
ſignatarium fuerit id tractatum ea intentione quòd alias
reſignans non reſignaret vt ſcripſi de reſignat. benef. lib.
14. q. 5. num. 5. poſt Fel. & Card. Pariſ. & alios, quos ci-
taui, & ratio colligitur ex allegatis.

Secundò ampliatur procedere, etiam ſi id, quod tra-
ctatum fuit inter reſignantem, & reſignatarium fuiſſet
redactum in ſcripturam factam vel à Notario vel ab
alio, vt poſt alios ſcripſi de reſig. benef. lib. 6. q. 2. nu. 73.
& lib. 14. q. 5. num. 9. in fi. Nauar. conſ. 48. num. 3. de ſimo.
vbi dicit, quòd tradere ſcripturam pro probatione
promiſſi non eſt implere partem promiſſi; bonum au-
tem eſt † in ſcriptura remittere negotium Sanctiſſimo, 45
& quod ipſæ partes cogitant ita facere, ſi ſanctiſſimus
D. N. conſentiat, vt admonet Card. Alex. in c. a. num. 5.
1. q. 3. Sarn. de trien. q. 12. colum. 3. Redoan. de ſimo. par. 2.
c. 15. numero. 37. & 43. & ſcripſi locis allegatis, vbi id
quoque firmaui.

Sed dubium eſt, quid ſi non adſit huiuſmodi clauſu-
la, an illa ſcriptura reddat illos ſimoniacos, & confi-
dentiarios? Et † ego firmarem negatiuam opinionem ſi 46
poſtea iuxta tractatum porreaerunt ſupplicationem PP.
à quo obtinuerunt gratiam, & hoc primò quia ante
conſummationem tractatos obtinuerunt beneplacitum
Papæ, quod debet illos excuſare, vt ex allegatis patet.
Secundò, quia firma pactio eſt illa, quæ facit commit-
tere confidentiam, & ſimoniam, vt eſt communis om-
nium ſententia, & tractare non eſt firmare pactionem,
ſed ponere in medium negotium, quatenus Sanctiſſimus
approbabit perficere, l. cum hic ſtatus §. ambo, & ibi
Gl. ff. de donat. inter virum, & vxorem.

Tertiò, quia actus ſubſequens, ſcilicet porrectio ſup-
plicationis omnium contentorum in ſcriptura † oſten- 47
dit animum præcedentem nihil habere in animo firma-
re, niſi Papa concedat, l. quædam mulier, ff. de rei vend.

Digitized by Google

l.si pecuniam,§.vlt.ff.de cond.ob cauſ. l.2. ff. de acquir. possess.Bat.in l.3.ff.de fund.instrum.
48 Quartò comprobatur, quia in ea † censetur præser-
uata auctoritas superiorum, 25. q. 1. §. his ita, cap. venientes de iureiuran.Ioan. And. in cap.non est, de vot. Mil.in ver.Papa, num. 3. & dixi de resign. benefic.libr. 3.q.18.num.109.

Amplia tertiò, procedere etiam, si id tractatum fuisset cum procuratore, vel amico, vt etiam scripsi d. lib. 14.quæstio.5.quia eadem est ratio, argum.l.illud, ff. ad l.Aquil.

Amplia quartò, procedere etiam si tractatus inter resignantem, & resignatarium fuisset de pensione centum ducatorum de Camera, vel de reseruatione omnium fructuum,& postea Papa signasset supplicationem cum pensione quinquaginta ducatorum, aut cum medietate fructuum, nam huiusmodi tractatus de maiori summa nullam inducit confidentiam, si postea non soluatur, nisi id, quod Papa concessit, & id quod volui de resign.benefic.d.lib.6.q.2.numer.75.pactum enim de sol-
49 uendo plusquam † Papa ordinauit est simonia, communis opinio, vt per Fel.in cap.ad audientiam, sub num.3. col.3.vers.si autem præcederet, de rescr.

Amplia quintò, hanc conclusionem procedere etiam in foro Poli, vt in conscientia quis nullum detrimen-
50 tum patiatur † ex huiusmodi tractatu secuta concessione Papæ, Abb. Anan. & Fel. in cap. non satis de simon. & volui id expressè de resig benef.d.lib.6.q 2. num.67. & ita in facti contingentia respondi de Anno 1582.Quo anno suscepi gradum Doctoratus, & incœpi publicè Romæ legere in Gymnasio, ita iubente Fel. rec. Gregorio XIII. & eram viginti annorum.
51 Amplia sextò, vt ex dicto tractatu non † committatur etiam simonia mentalis, Fel.in d.cap.ad audientiam num.3.cum aliis adductis a me, d.q.2.numero.70. & est communiter per omnes receptum.

Limita primò, nisi tractantes ante quàm Papa signa-
52 ret supplicationem, deuenissent ad consummationem † tractatus vt videtur concludere Præpos. in c.2. nume.5 in prin.1.q.3.Nauar.cons.48 de simon. & cons. 4.in fine eo.tit.Sarn.de trien.q.12.sub num.7.Mohedan.decis.167. August.lib.3.decis.615.
53 Limita secundò, nisi plus † fuisset datum, quàm per Papam concessum, Felin. & vt dixi in 4. ampliatione.
54 Limita tertiò, nisi fuisset † narrata falsa causa pro obtinendo huiusmodi beneplacito Papæ, nam tunc li-
55 teræ essent † ipso iure nullæ ob obreptionem, vt fuit pluries resolutum in Rota teste Caput.decis.215.part.3. Put. decis. 255. lib. primo, communis opinio teste Menoch.de arbitr.Iud.cas.201.colum.prima, & dispensatio
56 † nullum produceret effectum, Abb.in c.quia circa,n.5. de consang. & affin.Dec.cons.363.num.13.Paris.cons.51. num.27.volum.4.& a pœna non excusatur faciens † ali-
57 quid illitum ex licentia inualida, Fel. in c. cum causa, num.7.vers.2.not.de offic. deleg.

Limita quartò nisi adsit aliqua alia fraus, quæ colli-
58 geretur ex † coniecturis positis per Mascard. de probat. conclus. 815.
59 Limita quintò,nisi huiusmodi beneplacitum † posteà non fuisset obtentum à Papa, vt fuit aliàs resolutum in vna Conch.26.Octobr.1539.teste Mohed. decis. 165. in recoll. manuscr. quam limitationem poteris subtiliter sublimitare ex dec.firmata per DD.de Rota in vna Astoricen. pensionis coram Achille de Graff. teste eodem
60 decis.342.impressa, vt si ille, cui debebat cedi vigore † concordiæ beneficium, reperiatur in possessione,& non constet de beneplacitò Papæ, ex hoc non præsumatur simonia ex rationibus ibi positis.

Quæst. 40. num. 10. Sufficere habere Papam scientiam in genere & non requiri vt tractatus simoniacus & confidentialis exprimatur punctualiter ei.

¶ IMò debere omnia bene explicari, vt nihil possit videri contra Papæ mentem extortum asserit Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 29. num. 179. quemadmodum,inquit, in confirmatione permutationis, in qua fuerat sub inuolucro verborum narrata permutatio quadrangularia, cuius termini significatio non satis est perita,respondit Rota apud verall. decis. 201. parte 1. & in confirmatione eiusdem concordiæ, in qua narrata aliquibus pactis illicitis reliqua magis illicita tacita fuerunt, & prætendebatur eorum narratiuam suppleri ex clausula relatiua ad instrumentum concordiæ cum clausula quorum tenores, quæ non trahitur ad maiora expressis respondit apud eundem decis. 204. ead. p. 1. hæc Lotter. & rectè: actus enim non operantur vltra agentis intentionem, cap. si sacerdos. de offic. Ordin. l. non omnis. ff. si certum petat. Papa autem non intendit confirmare quod ignorat cum voluntas non feratur in incognitum. Fatemur tamen ad expurgandum omne simoniæ vitium satis esse, si quod in pactum deductum fuit, Papa concedat, licet ita inter partes conuentum fuisse sibi narratum non fuerit. Quod verò de recompensa ait Auctor num. 40. 41. & 42. tunc solum obtinere credimus, cum Papa scientiam correspectiuitatis habuit, saltem in genere, vel quando pactum non interuenit, alias secus, per ea quæ diximus ad q. 4. lib. 14. de resignat. & dicemus infra q. 42. in fine annotationis.

QVÆSTIO XLI.

Exprimentes beneficium plusquàm valet qua pœna puniantur.

SVMMARIVM.

1 *An expressio beneficij valoris vero maioris ad effectum imponenda pensionis sit confidentialis, & num. 8.*
2 *Parochiales Ecclesiæ non grauantur nisi excedant centum.*
3 *Conuentio circa beneficia simoniaca.*
4 *Pactum dandi temporale pro spirituali, vel è contra simoniacum.*
5 *Beneficia exprimuntur minus quàm valent.*
6 *Intentio principalis fuit committere simoniam.*
7 *Eadem ratio de æquipollentibus.*
9 *Simonia quid sit.*
10 *Actus agentium iudicantur secundum intentionem.*
11 *Totum aliquid rescriptum annullatur.*
12 *Pœna non habet locum, nisi in casibus à iure expressis.*
13 *Simonia accedit hæresi.*
14 *Æquiparatur sacrilegio, & Idolatriæ.*
15 *Crimen simoniæ est maius quolibet alio.*
16 *Simonia requirit pactum.*
17 *Odia debent restringi.*
18 *Attenditur quod principaliter agitur.*
19 *Mendacium non inducit simoniam.*
20 *Absurdum tollendum.*
21 *Mendacium quid sit.*
22 *Mentiens peccat mortaliter.*
23 *Ex expressione facta, pensio annullatur, vel reducitur.*
24 *Soluens pensionem non expeditis litteris committit simoniam.*
25 *Nemo præsumitur iactare proprium.*
26 *Actus præsumitur factus, vt sit vtilis.*

QVadragesimò primò quæro, An expressio valoris vero maioris beneficij resignanti facta à resignante, & Resignatario, ad effectum vt Sum-
mus Pontifex signet supplicationem † cum pensione su- 1
per dicto beneficio pro ipso resignante, efficiat eos simoniacos, vel confidentiarios? Exemplum, parochia-
les Ecclesiæ de stylo non grauantur † pensione, nisi ex- 2
cedant centum, & pro ea summa, quam excedent, si obtinens parochialem fructuum ducentorum, & velit illam resignare cum pensione centum quinquaginta, & conuenit cum resignatario de exprimendo illam CCL. aut plus, vt pensio possit imponi. Ita etiam nunc. S.D. N.non imponit pensiones excedentes medietatem super

alias

Digitized by Google

aliis beneficiis, si exprimant Resignans, & Resignatarius
maiorem valorem, vt pensio opulentior imponatur, &
resignatio cum huiusmodi pensione admittatur, quo ca-
su resignans videtur satisfactus ob pensionem deside ra-
tam, & paulominus vero valore beneficij, & Resigna-
rarius itidem cum consequator titulum, & habeat spem
adipiscendi omnes fructus moriente pensionario, ea qua
ratione magnoperè desideraotur tituli, & eniaè procu-
raotur resignationes, eoque magis cùm longè plus va-
leat beneficium in manibus vnius quàm alterius, maxi-
mè ratione distantiæ à patria & loco domicilij, ob quod
plures resignant.

Pro affirmatiua huius opioioois scilicet esse com-
missam simoniam, vel confidentiam. Primò, addocitur
3 † quia conueotio circa beneficia Ecclesiastica est simo-
niaca, cap. cum pridem, vbi Gl. & alij, cap. vlt. de pact.
Doct. omnes in cap ex parte de off. deleg. Anan. in c. oon
satis, de sim. & est communis opinio Doctorum, sed in-
ter prædictos fuit coouentio, vt meotirentur valorem
beneficij Papæ. Ergo.

4 Secuodò, omne pactum † expressum, vel tacitum
dandi temporale pro spirituali, vel è contra sine bene-
placito summi Pontificis est simoniacum, cap. quam
Pio I. quæst. 1. Abb. io d. cap. cum pridem, & alij DD. Gl.
in summa 1. quæst. 1. At conuentio talis inter resignan-
rem, & resignatarium, vt exprimatur maior valor bene-
ficij ad constituendum maiorem pensionem, quàm aliàs
constitueretur, est pactum, vel connentio dandi ali-
quod spirituale scilicet beneficium ipsum resignatum,
pro temporali scilicet pro pensione malè imposita, &
sine conseoso Papæ, quia summus Pontifex id igno-
rauit, immo credebat vel verum valorem eapressum,
vel beneficium valere minus, oam de stylo omnibus
poto beneficia exprimuntur minus quàm † valent,
vt eò mioùs soluatur in Cancellaria, & Dataria. Er-
go exprimens, valorem vero maiorem ad minus vt
fiat, & admittatur renunciatio, videtur dare ali-
quid profanum, & temporale pro renunciatione be-
neficij, dat eoim verba mendacia quæ non solùm sunt
profana, sed etiam falsa, ergo committit simoniam
& similiter renuncians, quia videtur renunciare ob ali-
quid profanum malum, & temporale, prædictum scili-
cet mendacium.

Tertiò, quia mendacium fuit causa principalis, vt
Papa admitteret resignationem cum tanta peosione
(quam aliàs eaposita veritate non reseruasset.) & vt re-
signans resignaret, cùm ipse non resignasset nisi reserua-
ta illa pensione, & sic in casu proposito fuit facta con-
uentio mentiendi, ad effectum, vt Papa admitteret resi-
gnationem cum prædicta pensione. Ergo fuit commissa
simonia, quæ nedum requirit dationem, & promissio-
nem pecuniæ aut alterius rei pro beneficio, sed etiam
sufficit ad eam committendam, quòd fiat aliquid tao-
6 quam quoddam pactum, & causa † principalis promit-
tendi rem spiritualem, vt colligitur ex his quæ scribit
Nauar. in Man. cap. 23. sub num. 107.

Quartò, quia sicuti esset simoniaca renunciatio facta
de beneficio centum ducatorum, cum pensione quin-
quaginta conuenta inter ipsos sine consensu Papæ, vt su-
pra dixi, ita & hæc quæ æquipollet illi casui. nam si fuis-
set eapressa veritas, Papa illam non reseruasset, & nihil
7 refert † quòd de æquipollentibus fiat, vt quis incidat io
pœnam, leg. vlt. ff. mand. cap. licèt ea quadam. de testib.
DD. in l. Gallus §. & quid si tamen, ff. de lib. & posth.

Quinto, quia hanc opinionem videtur firmare Gig. de
pensio, quæst. 41. dum scribit clericum promittentem, vt
faciliùs beneficium consequatur soluere maiorem pen-
sionem, quàm beneficium ferre consueuit & possit,
committere Simoniam.

His tamen non obstantibus, negatiuam opinionem
8 existimo esse veriorem, † in casu proposito nullam
fuisse commissam Simoniam, vel confidentiam quam
opiotonem in facti cootingentia tenet Nauarr. cons.
74. & cons. 75. in tit. de Simoo. & ita etiam ego bis aliàs
respondi.

Et hanc opinionem primò probat illud tritum,
& vulgare in huiusmodi materia fundamentum de-
promptum à diffinitione Simoniæ, vt Simonia sit † 9
studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale vel
spirituali annexum, Gloss in sum. 1. quæst. 1. & communi-
ter ibi DD. tradunt: sed in casu prædicto nulla adest
voluntas studiosa emendi, vel vendendi, vt animus,
intentio, & verba præfatorum conuenientium decla-
rant, ergo, &c. nam actus agentium sunt iudicandi † 10
secundum iotentionem principalem eorum, leg. si quis
nec causam, ff. de rebus cred. Intentio autem prædicto-
ruoi principalis fuit vt resignatio admittatur cum re-
seruatione dictæ pensionis, & oulla pecunia, aut res in-
teruenit. Ideò, &c.

Secondò, quia nullibi cauetur, vt voluotas tacendi
aliquid verum, vel exprimendi falsum ad obtinendum
beneficium aut pensionem, quo non expresso Papa non
concessit illud, vt in casu nostro, sit Simonia. Iura
enim loquentia de talibus impetrantibus dicuot dum-
taxat gratiam esse obreptiam, † aut subreptitiam, & 11
nullam cap. ad aures, cap. super litteris, cap. postulasti, de
rescr. libr. 6. cap. si motu proprio, cap non potest de præ-
bend. eo. lib. Fel. io cap. in nostra de rescr. Ergo prædicti,
de qoibus in casu nostro, non debent iudicari simonia-
ci, quandoquidem vulgatom sit io iure, pœnam † non 12
habere locum nisi io casibus expressis, leg. at si quis, §.
diuus, ff. de relig. & sumpt. funer. §. cum igitor. auth.
de non eligendo sec. nub. cap. si cui, de sentent. exc.
lib. 6. Menoch. de arbitr. Iud. casu 275. numer. 1. Eoque
magis in hoc atrocissimo crimine Simoniæ, quæ acce-
dit hæresi, † Torrecrem. in cap. eos, num. 1. 1. quæst. 1. & 13
sacrilegiis, † Turrecrem. in cap. audiuimus, numer. 2. 1. 14
quæst. 3. & Idolatriæ, Turrecrem. in cap. cito, numer. 1.
prima quæst 1. & est maius quolibet † alio crimine, Tor- 15
recrem. in cap. patet, num. 1. prima, quæst. 2. & rationes
ponit in c. ea multis. num. 1. prima, quæst. 5.

Tertiò, quia Simonia propriè requirit contractum
vel voluntatem cootrahendi super re spirituali, vt id
quod datur, detur io verum pretium, vel in similitudi-
nem aut in causam principalem pro re spirituali, vel † 16
illi annexa, vt latè probat Nauarr. in Man. c. 23. n. 100. &
cons. 58. n. 2. de Sim.

Quod hic non contigit, quia nullus contractus inter-
uenit inter Resignantem, & Resignatariom, quo alter
alteri daret, vel pro altero faceret tanquam io quod-
dam pretium, vel causam priocipalem rei spiritualis,
sed solùm conuentio fuit inter eos, vt mentirentur Pa-
pæ pretium.

Quartò, qoia nihil de hoc in hac Constitutione, vt
licet videre, ergo leg. illam, C. de colla. eoque magis † 17
cùm simus in odiosis, Din. in regul. odia, de regul. iur.
libr. 6.

Aliis etiam rationibus posset hæc sententia compro-
bari, vt per Nauar. d. cons. 74. à num. 4. vsque ad finem, &
coos. 75. n. 7. tit. de Sim.

Non obstant cootraria. Ad primum respondetur non
omnem conuentionem circa spiritualia esse Simoniam,
sed eam dumtaxat, quæ à iure reprobatur, & ita proce-
dunt allegata in contrarium, vt licet videre, aliàs enim
sequererur quòd locatio, & conductio fructuum bene-
ficij, & conoentio, vt ambo supplicent pro resignatio-
ne, & id genus aliæ conuentiones essent Simoniacæ,
Fel. in c. ad audientiam de rescr. 1. col.

Ad secundum respoodetur admittendo maiorem de-
clarando tamen minorem, quòd intentio principalis
prædictorum non fuit paciscendi in casib. prohibitis su-
per re spirituali, sed vt resignatio admitteretur cum illa
reseruatione pensionis. & sic non quod constitutio pen-
sionis esset pretium renunciationis, & neutra pars dedit
aut promisit alteri quicquam ob pretium rei spiritualis,
ideò attendendum erit quod principaliter agitur, † & 18
pronunciandum pro simonia, ita resp. Nauarr. d. cons. 74.
n. 7. & d. cons. 75. n. 9. de sim.

Ad tertiom respondetur, † mendacium non indocere 19
Simoniam, nam aliàs sequeretur quòd omnis subreptio

ni

facta in materia impetrationis beneficij esset simoniaca, quia est quid temporale quod fit, vt detur spirituale,
20 quod sine illo non daretur, idque videtur † absurdum, l. nam quid absurdum, ff. de bonis lib. & à nemine hactenus firmatum, vt dicit Nauar. d. cons. 75. numer. 9. de sim. Verum est, & non potest inficiari, esse mendacium,
21 cùm causa † fallendi falsum enunciauerunt, D. August. in lib. de Mendac. D. Tho. 2. 2. quæst. 110. art. 1. Turrecrem. in cap. is autem, num. 1. 22. quæst. 2. & quòd commiserint
22 peccatum mortale, † cùm res sit grauis, & tractetur de imponendo seruitutem rei spirituali, D. Tho. d. q. art. 4. & plures citat Turrecrem. d. c. is autem, 10 secunda q. nu. 4. & in c. primum est, n. 1. 22. qu. 2. & 10 cap. ne quis, n. 2. eadem caus. & q.

Ad quartum respondetur, diuersam esse rationem vt patet ex his quæ dixi suprà in responsione ad primum argumentum, & respondit etiam Nauarr. d. cons. 75. n. 8. & 9. tit. de sim.

23 Et satis est quòd resignans puniatur † in eo, quòd pensio potest, vel annullari, vt dicit Nauarr. loc. cit. vel reduci secundum æquiorem sententiam aliàs obseruatam.

Ad quintum respondetur, Gig. esse intelligendum
24 quando non fuerunt expeditæ literæ super † pensione, nam tunc esset simonia. Et ita procedunt allegata per ipsum.

Et stante hac conclusione ita etiam potest responderi quibusdam alijs casibus similibus, quoties non valor verus beneficij resignati fuit auctus, sed aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, super quibus fuit imposita pensio pro resignante vt consentiret resignationi, nam frequenter euenit vt pensio reseruata pro resignante imponatur, & super fructibus beneficij resignanti, & super fructibus alterius, vel aliorum beneficiorum obtentorum per resignatarium, nam si ipse resignatarius exprimat maiorem valorem, vt pensio reseruetur nulla videtur commissa simonia, eóque magis si id fuit factum absque scientia resignantis, vt multoties fit ad effectum percipiendæ resignationis.

Et in dubio omni casu crederem huiusmodi expressionem fieri absque consensu resignantis, cum pensio
25 reseruata non sit in totum valida, & nemo præsumitur † iactare proprium, leg. cum de indebito, ff. de probat. & quisque velit facere actum omni meliori modo, vt magis prosit, † & sit vtilis sibi, leg. prima, & 2. ff. de
26 solu. Bar. in l. gerit, nu. 21. ff. de acq. hæred. Soc. Iun. cons. 113. num. 3. lib. 4.

Quæst. 42. *numer.* 23. Satis est quod resignans puniatur in eo quod pensio potest vel annullari vel reduci.

¶ NOn solùm annullandam, sed & nullam in totum ipso iure pensionem reseruatam cum falsa narratiua quod tertiam seu aliam partem fructuum non excedat pronuntiat Gigas de pensionib. quæst. 35. numer 3. quem sequitur Garcias de benef. part. 1. cap. 5. numer. 418. propter subreptionem, quæ literas beneficiales reddit ipso iure nullas, cap. ad audientiam. Et 2. de rescript. At pensio non est beneficium, nec verum est quod reguletur ad instar beneficij l. Item in omnibus, cap. quamuis de preb. in 6. Ideò annullandam tenent aliqui, vt de Nauarro dicit Auctor. Alij veriùs reducendam asserunt, vt hic Flaminius, quia adest consensus Papæ, & Resignatarij, qui si voluerunt reseruari maiorem summam tanto magis, & minorem: cum in maiori summa insit minor. l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. obligat. Sed quicquid sit de iure, talis pensio moribus nostris ad instantiam Resignatarij non reducitur in odium perfidiæ, Louet. Litera, P. num 4. Papon lib. 3. tit. 5. numer. 8. Sed successores Resignatarij per appellationem tanquàm ab abusu possunt petere pensionem nulli: causa tamen grauaminis & appellationis cessat si pensionarius reduci consentiat, Molin de infirm. resig. num. 1 3 Chop. de Sacra polit. lib 3 cap. 7. numer 14. In Senatu Tholosano successor etiam per obitum vix auditur agens non ad cassationem, sed ne quidem ad reductionem immoderatæ pensionis: quis pensionarius resignauit reseruata tanta pensione & non alias, aliter, nec alio modo, & sic pensio iudicatur indiuidua, eo quod in minori summa deficit consensus Resignantis. & consequenter Papæ super eo fundatus.

QVÆSTIO XLII.

Quando Resignatarius committat confidentiam, constituendo pensionem super beneficio tertij, & paciscatur cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Vbi non competunt verba legis, neque lex.*
2 *Transferentes pensionem per confidentiam non puniuntur.*
3 *Simonia deducitur ex spiritualitate.*
4 *Pensio est merè temporalis.*
5 *Pensio quid sit.*
6 *Cessante ratione, cessat lex.*
7 *Ratio est anima legis.*
8 *Ratio disponit sicut lex.*
9 *Odiosa restringenda.*
10 *Licitum est emere constitutionem vel extinctionem pensionis.*
11 *Procurans, vt tertius consentiat, & promittens illum releuare committit confidentiam.*
12 *Promissio pecuniæ facta alicui, vt faciat resignare beneficium est simoniaca.*
13 *Series negotij ostendit, quod actum est.*
14 *Si pensio est causa, vt disponatur de beneficio committitur confidentia.*
15 *Dans temporale pro spirituali, committit simoniam.*
16 *Vbi competit diffinitio, ibi diffinitum.*
17 *Contractus simulatus inducit fraudem.*
18 *Resignatio simulata est confidentialis.*
19 *Solutio pensionis spectat ad habentem beneficium.*
20 *Attendi debet quod principaliter agitur.*
21 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
22 *Quod prohibetur mediatè, prohibetur immediatè.*
23 *Pensio in confidentiam illicita.*
24 *Pensio est annexa spirituali.*
25 *In annexis spiritualibus committitur simonia.*
26 *Cum comprehendantur casus expressi, lex non dicitur extendi.*
27 *Non licet constituere, vel redimere pensionem sine auctoritate Papæ.*
28 *Consentiens pensioni ob remissionem debiti, committit simoniam.*
29 *Hodiè non reseruatur pensio super beneficiis Tertij.*
30 *Stylus Datariæ sæpè mutatur.*

QVadragesimo secundò quæro. An sit confidentia, si Titius pro facilitanda, & obtinenda resignatione beneficij sancti Andreæ, quam vult facere Mæuius eius possessor in eius fauorē, roget Ioannem, vt consentiat constitutioni cuiusdam pensionis super beneficio suo, soluendæ Mæuio resignanti, quam pensionem ipse Titius promittat verbo, vel scriptura, aut instrumento publico soluere ipsi Mæuio de suis pecuniis, vt eum seruaret indemnem.

Pro negatiua adducitur argumentum desumptum † 1
à verbis, quia vbi non competunt verba constitutionis, neque ipsa constitutio ibi habet locum, leg. 4. §. toties, de damn. inf. & ibi Bart. in vltim. not. nu. 25. leg. ab omnibus. ff. de lega. 1. l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accus. Sed huic casui non competunt verba constitutionis Pij IV. neque constitutionis Pij V. vt licet ex lectura videre, ergo, &c.

Secundò, quia pœnæ † impositæ per has Bullas Pij 2
IV. & Pij V. contra confidentiarios non habent locum contrà transferentes pensiones per confidentiam, vt tenuit Nauar. cons. 2. num. 6. & cons. 16. de Sim. ac firmauit

Rot. vt latè deduxi suprà comprobando auctoritatibus,
& rationibus, ergo neque habebunt locum contra
supponentes beneficia pro soluendis pensionibus, cum
pacto quòd alter illas soluat, vt in præsenti disce-
ptatione.

Tertiò, quia cessat ratio constitutionum quæ funda-
tur † in spirituale beneficiorum, iuxta definitionem re-
3 ceptam, Gloss. in Sum. 1. quæst. 1. declaratam à D. Thom.
2. 2. quæst. 100. art. primo, & per Nauar. in Man. cap. 23. sub
num. 100. vt sit simonia: quoties datur, vel accipitur spi-
rituale pro temporali: sed quoties agitur de pensione,
nulla spiritualitas consideratur, cum † sit merè tempo-
4 ralis, Caietan. Tom. primo opuscul. tract. 17. quæst. 10. &
5 tract. 31. nam est certa portio † fructuum ex aliquo be-
neficio ad tempus separata, Card. & Imol. in clem. 1. de
suppl. prælat. negl. Fel. in cap. audientiam, x. de rescr. cum
aliis quoque, vt per Gig. de pens. q. 1. Nauarr. cons. 2. nu.
2. de præbend. & cessante ratione constitutionis cessat
6 † constitutio, cap. cum cessante, de appella. l. adigere, §.
quamuis, de iur. patr. Ratio enim † est anima dispositio-
7 nis, Bald in l. maximum vitium, col. 3. C. de lib. prer. & in
l. si quis setuo, C. de fur. Din. c. vlt. de reg. iur. in 6. Dec.
cons. 227. num. 7. cum aliis adductis per Card. Paris. con-
8 sil. 78. num. 13. volum. 1. & disponit sicut † lex, Bal. in c.
dilectus filius, col. 1. de rescr. Dec. cons. 284. col. 2. Crau.
cons. 183. col. 2.

Quartò, quia prædictæ constitutiones Pij IV. & Pij V.
sunt odiosæ, vt probauimus supra, ergo restringendæ, †
7 in quantum fieri potest, reg. odia, & ibi Din. de reg. iur.
lib. 6. Bart. & alij in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matr. &
in l. si constante, ff. eo Card. Paris. cons. 16. n. 17. vol. 3. &
per consequens non debent extendi ad hunc casum, l. &
si quis, §. diuus, ff. de relig & sumpt. fun. Paris. in rubr. ff.
solu. matr. n. 21.

Quintò comprobatur, quia licitum est emere consti-
tutionem, vel extinctionem † pensionis super beneficio
10 Ecclesiastico, vt tenet Caiet. in opuscul. d. tract. 10. qu.
20. & tract. 31.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionem
existimo veriorem, esse commissam Simoniam, † & con-
11 fidentiam per promissionem factam à Titio de soluendo
ex suo pensionem constitutam super beneficio Ioannis
ad fauorem Mæuij pro facilitanda, & obtinenda resigna-
tione beneficij obtenti per ipsum Mæuium ad fauorem
ipsius Titij: & hanc opinionem in indiuiduo, videtur fir-
mare Nauarr. cons. 52. tit. de simon.

Et mouet me primò, quia quoties pensio, vel consti-
tutio pensionis emitur, vel venditur, tanquam gradus,
seu medium acquirendi aliquando beneficium Ecclesia-
sticum, vel ordinem, tunc censetur commissa simonia su-
per beneficio, & ordine, vt vult Nauarr. d. cons. 52. nu. 2.
vers. 3. sicuti traditio, vel promissio pecuniæ † facta ali-
12 cui, vt sit mediator ad resignandum, vel dandum bene-
ficium, censetur simonia. Innoc. cap. suam, de æta. & qual.
Nauarr. in Manu. cap. 23. sub num. 106. idem Nauarr. con-
sil. 59. tit. de Sim. & communiter alij. Sed huiusmodi cō-
stitutio pensionis fuit facta ad effectum, & finem, quæ-
rendi ius spirituale, id est beneficia, nam aliàs ille non
resignasset beneficium siue reseruatione prædictæ pen-
sionis, nec alter consentiret, vt super suo beneficio re-
seruaretur pensio nisi fuisset ei promissum, quòd eam
non solueret, arg. l. rem legatam, in fin. ff. de adim. lega.
l. cum de indebito, ff. de probat. & series negotij osten-
dit † quid actum fuerit, l. verum, ff. de furt. leg. cum tale,
13 §. vltimo, ff. de cond. & dem. leg legata inutiliter, ff de
adim. leg. cap. intelligentia, vbi Gl. in verb. ex causis, de
verb. sign. cap. & si Christus, §. quædam, vbi Gl in verb.
ex causa, de iureiur., præsupponimus enim super bene-
ficio resignato non posse imponi pensionem, neque resi-
gnatarium habere beneficium, super quo posset dicta
pensio reseruari. Pro facilitanda igitur resignatione, &
obtinendo eo beneficio, quod aliqua ex causa deside-
tur, vt quia sit in patria, aut in loco optimo, recurritur
ad amicum, vt consentiat reseruationi dictæ pensionis
super suo beneficio, promittendo, quòd nullum dam-
num patietur, nam ipse eam soluet anno quolibet,
ergo, cum fiat ad finem, quærendi ius spirituale,
erit simonia, & confidentia, sicuti est simonia, quod
datur mediatori ob eandem causam, quærendi ius spi-
rituale.

Secundò quia, quoties pensio habet aliquam † con- 14
nexitatem cum tituli beneficij, puta quia per pensio-
nem subsequitur dispositio tituli, tunc pactum super
pensione est confidentiale, vt colligitur ex his, quæ di-
cunt Nauarr. in Man. cap. 23. sub nume. 109. cum sequent.
Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 45. col. pen, Mascard de pro-
bat. concl. 1306. & probatur expressè in d. const. Pij V.
in §. Quare nos volentes, vbi dicitur, promissionem pen-
sionis absque consensu Papæ pro resignatione beneficij,
esse confidentiam, & in §. sequent. incip. Itidem vbi ca-
uetur promissionem pensionis pro collatione, electio-
ne, & præsentatione esse confidentiam, & in interpreta-
tione vtriusque, §. adduximus rationes, & concordan-
tes, idque ostenditur ratione manifesta, quia tunc datur
spirituale i. beneficium, pro temporali i. pensione, &
per † consequens absque dubio committitur confiden- 15
tia, & simonia, Gloss. in Sum. 1. quæst. 1. cum aliis suprà
allegatis, sed in casu nostro pensio est causa, quòd ille
resignat beneficium in fauorem Titij, & sic per eam sub-
sequitur dispositio tituli, ergo committitur confiden-
tia: nec obstat, si dicatur quòd pensio reseruatur aucto-
ritate Papæ, nam respondetur, non fieri super hoc fun-
damentum sed super pacto soluendi illam pensionem
ab alio, qui ad eam non tenetur, iuxta ea, quæ habentur
per Mohedan. dec. 214. manuscrip.

Tertiò, quia hoc casu consideratur fides promissa per
pactum, nam confidit, quod ille soluet, quamuis non te-
neatur iuxta ea, quæ scripsi in 1 qu. & faciunt quæ vult
Caputaq. decis. 201. part. 1. & sic habet locum diffinitio
confidentiæ de qua per Mascar. de probat concl. 1306 n.
2. ergo † & diffinitum quoque habebit locum, Bart. & 16
alij, in l. 1. ff. de testa. & in l. 1. ff. de acq. poss Dec. & Cagn.
in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. Habet etiam locum
definitio Simoniæ, vt supra deduxi, nam adest pactum,
quod est de re temporali pro spirituali, D. Thom. 2. 2. qu.
100. art. 1. sub qua definitione includitur omnis contra-
ctus non gratuitus, in quo temporale datur pro spiritua-
li, vel ei annexo Nauarr. d. cons. 52. num. 3.

Quartò, quia huiusmodi reseruatio pensionis, inspe-
cta persona Titij, & Ioannis, & pacto ipsorum, non fuit 17
vera † sed simulata, ad effectum, vt beneficium resigne-
tur ipsi Titio, Argum. not. in l. qui sic soluit, ff. de sol. Mo-
hedan. decis. 224. manuscr. & per consequens confiden-
tialis, sicut in simili Rota in vna Reatin. pensionis die
Veneris 11. Martij 1588. coram R. P. D. Pamphilio iudi-
cauit simoniacam resignationem quandam cum retro-
cessione, quia non fuit vera, † sed simulata resignatio, ad 18
effectum, vt reseruaretur pensio nepoti, & fraus tali casu
satis deprehenditur.

Quintò: hæc conclusio probatur, quia solutio pensio-
nis spectat ad illum, qui possidet beneficium pensione † 19
grauatum ad not per Bart. in l. quæro, ff. de vsufr leg. &
in l. 1. C. de annon. & trib. lib. 10. Castren. cons. 310. & fuit
pluries resolutum in Rota, vt tradunt Mohedan. dec. 214.
pensio, & 216. Put. dec. 11. de pens. in manuscr. cum aliis à
me adductis, de resig. benef. lib. 1. qu. 8. nu. 44. & 45. cum
seq. & lib. 6. qu. 2. n. 42. & est communis opinio omnium
Doctorum, ergo promittens soluere pensionem imposi-
tam super beneficio obtento per N. cùm ipse promit-
tens, non habeat beneficium neque fructus videtur fa-
cere contra naturam ipsius pensionis, Gig de pensionib.
qu. 1. cum seq. & per consequens videtur id facere pro
consequendo beneficio per viam resignationis, vt in ca-
su nostro & sic committere confidentiam cum semper
debeat attendi, quod † principaliter agitur, l. si quis nec 20
causam, ff si cer. pet. & ibi late Ias n. 24. Rimin. sent. con-
sil. 561. num. 14. Rimin. Iun in l. imperium, n 588. ff de iu-
risd. omn. iudic. Et accedat, quia, sicuti est confidentia
promissio pro resignatione facta resignanti, vt dici-
tur expressè in §. *Quare nos volentes*, ita promissio facta

Digitized by Google

alteri ad finem eiusdem resignationis, nam viget eadem
21 ratio: † ergo idem ius, l. illud, ff. ad leg. Aquil. leg. a Titio,
22 ff. de verbor. obligat. & quod prohibetur † mediatè prohibetur etiam immediatè, leg. auia, §. Titio, ff. de conditio, & demonstrat. cap. cùm quid vna via, de reg. iur. lib. 6. Crau. cons. 137. in princ. Hinc dicit. Mascard. post Maiol. de prob. concl. 1306. num. 31. committi confidentiam quomodocumque tertia persona supposita sit: Nauarr.
23 dicit † pensionem esse illicitam, si fuit constituta per confidentiam, cons. 31. in fin. de Simon. Remanet nunc, vt contraria tollamus.

Ad primum respondetur, retorquendo in contrarium, quia immo competunt verba Const. vt patet ex supradictis, & præcipuè ex secundo fundamento.

Ad secundum respondetur, diuersos esse terminos transferentium pensionem; nam tunc nullus titulus beneficialis consideratur, ideò non committitur confidentia, Nauarr. cons. 2. & 16. de Sim. & dixi supra, & paciscentium super pensione pro consequendo beneficio, quo casu, cum consideretur titulus, committitur confidentia, Nauarr. in Man. cap. 23. sub nu. 109. & ex diuersis non infertur, l. Papinian. ff. de minor.

Ad tertium respondetur, retorquendo in contrarium quia ratio constitutionis, & spiritualitas consideratur, vt dixi supra, & maximè in primo, quarto, & quinto funda-
24 mento. Accedat, quia pensio non est merè temporalis, † sed annexa temporali, sicut ius patronatus, D. Thom. 2. 2. qu. 100. art. 4. Nauarr. consil. 52. nume. 4. de præbend. & in
25 annexis spiritualibus † committitur Simonia, & confidentia, cap. cum sæculum, & cap. ex litteris, de iur. patr. vbi omnes: & tritum est, annexorum eandem esse rationem, cap. quanto, vbi DD. de Iud. & diffinitio illa pensionis allata non est bona, vt ostendit Nauar. d. consi. 52. nu. 6. de præbend. bona autem definitio est illa, quam ponit Nauarr. in Man. c. 23. nu. 111. vt sit ius temporarium, sed spirituale, aut illi annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, sed dependenter, aut consequenter, instar beneficij, vt probat idem Nauarr. d. cons. 52. nu. 7. de præbend.

Ad quartum respondetur, hic non agi de extendendis constitutionibus odiosis, sed vt comprehendant casus expressos, & contentos sub ratione, quo casu non dicun-
26 tur † extendi leges, l. his solis, C. de reuoc. dona. Dec. in cap. at si clerici, §. de adulteriis, n. 18. de iud. & in cap. secundo requiris, n. 2. de appe. Card. Paris. cons. 83. num. 21. vol. 3. Craue. cons. 118. num. 15.

Ad quintum respondetur, communem opinionem esse in contrarium, scilicet, non licere constituere, vel redi-
27 mere pensionem † sine auctoritate Papæ, & de constituenda pensione tradit Rebuff. de pacif. poss. nu. 105. secundum paruam impressionem: solus enim Papa id potest facere, vt latè deduxi in secundo casu confidentiali, circa, §. itidem, & est communis opinio, de redimenda vero; vt non possit redimi pensio absque auctoritate Papæ, est communiter receptum, & consuluit Nauarr. cons. 52. vbi probat argumentis, & rationibus, de præb. Et ita seruat stylus Curiæ, vt alias docuimus, aliàs committitur simonia, Nauarr. cons. 63. de simon. Ideò scribit idem Nauarr. cons. 39. de sim. esse simoniam, si N. consen-
28 tit reseruationi certæ pensionis † in fauorem Titij, qui ex hoc ei remittat obligationem cuiusdam debiti.

Concludendum est igitur, &c. Et hæc conclusio aliàs frequenter poterat accidere: nam reseruabatur pensio super beneficio tertij, vt dixi de resignat. benefic. libr. 6.
29 q. 1. n. 10. Hodie autem tempore S. D. N. † Clement. VIII. cùm non imponatur pensio super beneficio ulterius ex sententia Congregationis super negotiis Datariæ, immò difficulter super beneficiis, quę obtinet resignans, sed tamen super beneficio resignato, & in fauorem dumtaxat resignantis, præsens quæstio erit de rarò contingenti-
30 bus, nisi mutetur stylus Datariæ, qui † mutatur ex voluntate Papæ, & Datarij pro tempore existentis.

Quæst. 42. numer. 11. Contrariam opinionem existimo veriorem esse commissam simoniam & confidentiam.

¶ CAsus huius quæstionis nequit in Gallia contingere, vbi non nisi ea causa resignationis, permutationis, & concordiæ pensio super beneficio resignato, permutato, vel litigioso, non autem super alio, & multò minùs super beneficio tertij imponi potest, vt palam est. Sed citra hanc inspectionem aduerto resolutionem Flaminij esse ex parte à vero deuiam: neque enim in memorato casu cadit confidentia, vt ipse vult, sed tantum simonia, provt reprobando Flaminium obseruat Garc. de benefic. part. 1. cap. 5. numer. 57. & 61. nec obstare ait constitutionem Pij V. §. quare nos, & §. itidem: quia, inquit, loquitur, de paciscentibus pro consequendo beneficio super pensione soluenda ipsi resignanti, vel collatori, vel alijs eorum respectu: sed hæc ratio non placet: quia etiam in subiecto casu agitur de paciscentibus Titio, Mæuio, & Ioanne, pro beneficio consequendo, quod Mæuius resignat Titio, super pensione beneficij Ioannis soluenda ipsi resignanti scilicet Mæuio. Ideò dico casum hunc non esse confidentialem ea vna ratione, quia pensio, de qua agitur, non est super beneficio resignato absque consensu Papæ assignata, sed super alio, & de consensu Papæ, & in consequentia non potest esse materia confidentiæ, nec de ea dicta constitutio intelligi: solutio autem facta per Titium resignatarium, non est pensio: cum non sit portio ex beneficio, sed est mera emptio, & pretium pensionis pro indemnitate Ioannis. Nec obstat Nauarrus consil. 60. ab Auctore laudatus: quia de simonia dicit, non etiam de confidentia: quinimò additio consilij Nauarri ait aduertendum referri aliàs ab Officialibus Sacræ pœnitentiariæ responsum quod ego, si Papa sciente in tui resignatarij gratiam consentio, vt meum beneficium pẽsione grauetur possum à te recipere etiam ex pacto indemnitatem: ratio est: quia cum communiter beneficiarij non patiantur sua beneficia pensione in gratiam tertij grauari, nisi recepta promissione indemnitatis, & hoc non lateat Pontificem: vtique admittendo huiusmodi pensionum reseruationes, tacite etiam consentit vt fiat conuentio: quod tamen tutum non putat Garcias, num. 60. cui accedimus ea ratione Nauarri: quia emptio, & venditio pensionis facta tanquam medium, seu ad finem quærendi beneficium censetur simonia facta super beneficio: sicut traditio, vel promissio pecuniæ facta alicui, vt sit mediator ad quærendum beneficium, censetur simonia facta super beneficio, Nauarr. dict. consil. 60. numer. 3.

QVÆSTIO XLIII.

Quando sit Confidentia soluere pensionem non expeditis litteris.

SVMMARIVM.

1 *Pacta de soluenda pensione non expeditis litteris; quando sit confidentialis.*
2 *An huiusmodi pacta sit simoniaca.*
3 *Simonia ex pacto.*
4 *Simonia committitur dando, & remittendo.*
5 *Remittere est dare.*
6 *Prælatus remittens debita Ecclesiæ incurrit pœnam.*
7 *In remissione excedente quingentos aureos, requiritur insinuatio.*
8 *Remissio in institutione beneficij est simonia.*
9 *In litteris apponitur clausula quod pensio sit nulla litteris non expeditis.*
10 *Promissio pensionis absque auctoritate Papæ est simoniaca.*
11 *Supplicatio sola aliàs reddebat ius.*
12 *Hodie Bullæ debent expediri.*
13 *Salua conscientia, an possit solui pensio litteris non expeditis.*

14 *Papa censetur concedere gratiam per modum limitandum a Cancellaria.*
15 *Prouisus de beneficio, an possit soluere pensionem ante captam possessionem.*
16 *Simonia quando.*
17 *Possessio beneficij est ius spirituale, vel annexum.*

QVadragesimò tertiò quæro, An sit confidentialis pactio de soluendo pensionem auctoritate
1 Apostolica reseruatam, † non expeditis, literis?
Videtur concludendum negatiuè, quia huiusmodi casus
non comprehenditur neque sub verbis, neque sub ratione dictarum Constitutionum Pij IV. & V. vt licet
videre; & cùm sint odiosæ, & pœnales, erunt intelligendæ, & restringendæ ad casus expressos. Declara, vt
huiusmodi pactio de soluendo pensionem non expedi-
2 tis † literis sit simoniaca, vt in facti contingentia respondit Nauar. cons. 19. per totum, & cons. 46. tit. de sim.
namque huiusmodi pactum reddit faciliorem solutionem, & receptionem pensionis, & prodest pensionario,
qui ex eo non grauatur dispendio in expeditione, &
nocet beneficiario pensionem soluturo, cum regulariter
ante expeditionem ad eam non teneatur, & per huius-
3 modi pactum † arctatur, vnde videtur colligi simonia,
argum. cap. quàm pio, 1. quæst. 2. cap. vlt. cum ibi notat.
de pact. simonia enim committitur non solum dando,
4 sed, † etiam remittendo, c. veniens, 1. & ibi Glo. Abb.
Fel. num. 5. & alij, de testib. & ratio ponitur in Gl. ibi,
5 quia remittere est † dare, l. si fundum, §. Titio fundum,
ff. de leg. 1. l. in ædib. & ibi Gl. ff. de donat. & ideò dicit
Anton. de Butr. in c. si quorundam in 1. col. de sol. quòd
6 eandem pœnam † incurrit Prælatus, qui remittit debita Ecclesiæ, sicuti in donatione excedente quingentos
7 aureos † requiritur insinuatio, ita & in remissione, Gl.
in l. si quis obligatione, ff. de reg. iur. eò magis, cùm ex
remissione, commodum applicetur parti, Abb. in d. c.
veniens, & Fel. col. 1. post Bat. & Bald. Ideò pactio in
8 constitutione † de remittendo aliquid spectans ad Ecclesiam est simoniaca, Abb. & Fel. num. 3. in fi. in d. c. veniens, ideò concludit Nauarr. d. cons. 19. gratiam esse
nullam, & nihil acquiri promittenti, & promissario, &
egere absolutione ab excommunicatione incursa.

Et hanc conclusionem intellige stante stylo notissimo in Curia apponendi clausulam in supplicatione reseruationis pensionis, quæ literis non expeditis reserua-
9 tio illa sit † nulla, ac si non fuisset facta, nam huiusmodi prohibitio impedit ius ante expeditionem literarum
ideò, firmarem committi non solum simoniam, sed
etiam confidentiam, nam, sicuti promissio solutionis
10 pensionis facta à resignatario resignanti absque † auctoritate Papæ est confidentia, vt colligitur ex constitutione Pij V. & nemo dubitat, ita & ea promissio, quæ
fit de pensione reseruata à Papa, etiam literis non expeditis, cùm stante dicta clausula pensio ante expeditionem literarum habeatur, ac si non esset reseruata.

11 Quod ius ea ipsa † supplicatione reseruationis aliàs
acquirebatur absque alijs literis, Card. in procem. Clem.
vers. nec sanè, in fin. Bald. in l. vlt. in princ. C. commun.
seru. man. cum alijs, vt per Sarnen. de non iud. iux. form.
supplic. q. 1. num. 7. & 8. quod procedit etiam in supplicatione collationis beneficij. Hodie autem in collationibus, & prouisionibus, quorumcumque beneficiorum
12 debent literæ † expediri, vt statuerunt Bonif. VIII. Alex.
V. Pius II. Innoc. III. Iul. II. const. 4 Clemen. 7. const. 5.
Paul. III. const. 5. & Iul. III. const. 3. & magna est altercatio, an salua conscientia possit peti, & exigi, & solui
13 pensio literis † non expeditis, Hier. Paul. in praxi Cancellariæ. fol. 48. tenet negatiuam. Sed Gig. de pens. q. 34.
num. 3. vers. contraria, & num. 6. vers. ego. Sarn. in regul.
de non iudican. iuxt. form. supplic. q. 14. num. 3. tenet contrariam, communis distinctio est, vt in foro iudiciali
procedat prior sententia, in foro Poli posterior, vt
conciliando, tradit idem Gig. cons. 151. num. 8. & regu-
14 lare est, vt Papa † censeatur concedere gratiam per modum limitandum a Cancellaria: & ideò requiritur expeditio literarum, Bellam. dec. 15. 698. Oldra. cons. 229.
Mil. in repert. in verb. gratia.

Sed dubium est, si prouisus de beneficio impediatur
à pensionario, id est ab habente pensionem auctoritate Apostolica super illo beneficio, expedire literas antequam soluat pensiones decursas, possit eas iustè sol-
uere, vt † expeditis bullis capiat possessionem, Nauarr. 15
cons. 17. titu. de simon. in facti contingentia firmauit hu-
iusmodi solutionem redolere simoniam, nam † non li- 16
cet dare aliquid temporale pro iure spirituali quærendo, neque pro quæsito nondum possesso conseruando,
Gloss. in cap. decimas, 16. quæst. 7. Abb. in capitul. dile-
ctus, num. 4. de simon. † & possessio beneficij secundum 17
Nauarr. ibidem, num. 2. est quid spirituale, vel annexum
spirituali, & communiter est receptum, dare aliquid
temporale pro quærendo spirituali, vel ei annexum,
esse simoniam, iux. Glos. 1. q. 1. in summ.

Quæst. 43. in princ. An sit confidentialis pactio de soluendo pensionem non expeditis literis.

¶ ALiquando apponitur clausula in supplicatione pensionis quod sola signatura sufficiat, quæ apponi solet
ad fauorem Palatinorum, teste Garcia, de benef. p. 4. cap.
2. num. 34. & tunc pactio de soluendo pensionem in vim illius signaturæ non est confidentialis, vel simoniaca, ita
Papa concedente, cui licet pactum hoc non fuerit narratum, sufficit tamen ad excludendam omnem simoniam, &
confidentiam, quod concessit fieri sicut conuenerat faciendum, iuxta ea quæ tradidit Auctor supra q. 42. num. 34. si
verò non adsit hæc clausula, tunc sola signatura suffragatur quidem in foro interiori, Gygas de pensionib. q. 2. 4.
Nauar. cons. 37. quamuis hoc neget Hieronymus Paulus antiquus literarum Apostolicarum Vicecorrector in libro cui
titulus est praxis Cancellariæ, versic. vbi Papa concedit
gratiam, (quem refellit Gomesius ad Regul. de non iudic.
iuxta formam supplicat. quæst. 14. & nouissimè Pyrrhus
Corrad. in praxi dispens. Apost. lib. 1. cap. 6. num. 12.) sed in
foro exteriori sine literis nō potest cogi Titularius ad solutionem pensionis ex dicta regula: nisi alias se obligasset
de illam soluendo absque literis, glossator Regulæ Cancell. 25. ad finem, Gygas. de pensionib. vbi supra, Rebuff.
de pacif. poss. num. 256. quod tamen cessaret stante clausula in supplicatione pensionis, *vigore literarum desuper expeditarum nec alias persoluenda*, quæ tempore Gregorij
XIII. apponi cœpit, teste Salustio Tiberio, in practica Auditoris Cameræ, lib. 3. cap. 4. aut alia à tempore Sixti V.
apponi solita, *vigore literarum Apostolicarum desuper conficiendarum*, nec anteà; alias præsens reseruatio nulla sit
eo ipso; persoluenda, Salust. d. cap. 4. quibus clausulla
ambæ partes renunciare non possunt: quia ad fauorem
Officialium Cancellariæ, ne defraudentur, sunt introductæ, Garc. vbi supra num. 40. & 41. vbi in illis verbis, illa
clausula apposita est fauore partis, interponenda est negatiua, non, & legendum, apposita non est fauore partis:
alias ei ab ipsa parte renunciari posset, quòd dictis Garciæ & rationi aduersatur: quamobrem, vt memorata pactio ab omni simoniæ, & confidentiæ labe expurgetur, tria
copulatiuè requiruntur: primò quod sub Papæ beneplacito fiat: Secundo quod beneplacitū huiusmodi obtineatur:
Tertiò quod interim ab omni executione partes hinc inde
abstineant. Limita in Gallia vbi ex sola signatura facultas exigendi & soluendi pensionem competit libera ab omni clausula & decreto: vnde quamuis ibi partes de soluenda pensione literis non expeditis conuenirent, nullam simoniam aut confidentiam committerent: quia nulla committitur deducendo in pactum id, quod de iure permittitur;
vt docet Auctor. q. seq. nu. 2.

QVÆSTIO XLIV.

Quando prædia possint assignari loco pensionis.

SVMMARIVM.

1 *In resignatione nulla pactis.*
2 *Resignans recipiens fructus post resignationem committit confidentiam.*

3 *Spirituale non potest dari pro spirituali.*
4 *Pactum est vitiosum, vt qui tenetur dicere primam missam, dicat secundam.*
5 *Assignare possessiones loco pensionis non est confidentia.*
6 *Fructus beneficiorum consistunt in mera temporalitate.*
7 *Confidentia non committitur nisi in re spirituali.*
8 *Fructus possunt in conuentionem deduci absque vitio.*
9 *Præbendæ possunt vendi.*
10 *Fructus beneficij possunt creditoribus assignari.*
11 *Pensionarius habet fructus loco hypothecæ.*
12 *Nulla fit simonia deducendo in pactum, quod à iure permittitur.*
13 *Pensio de fructibus solui debet.*

QVadragesimo quartò, quæro, An, facta resignatione, & reseruata pensione resignanti, si fiat conuentio inter resignantem & resignatarium, vt assignentur à resignatario resignanti certi, & denominati fructus, loco pensionis, fit confidentia punibilis per has Constitutiones?

Pro affirmatiua adducitur, quia in resignationibus
1 nulla pactio, & conuentio debet † interuenire, cap. tua nos, cum ibi not. de simon.

Secundò, quia resignans percipiens fructus post resi-
2 gnationem committit confidentiam, † vt dicitur in dict. Bul. Pij V. ergo, &c.

Tertiò, affertur id, quod reliquit scriptum, Ang. in
3 Summ. in verb. simonia, 2. numer. 32. vt sit † vitiosum pactum exactionis spiritualis pro spirituali, allegat. D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad tertium, vbi videtur innuere,
4 quod pactum est vitiosum, vt, qui tenetur † dicere primam Missam, dicat secundam, & è contra.

5 His tamen non obstantibus, † contraria opinio est tenenda, quam in facti contingentia tenuit Rota, in vna Cosentina prætensæ confidentiæ die Lunæ 4. Februarij 1591. coram R. P. D. Orano, nam ibi post cessionem Archepiscopatus, & reseruationem duorum millium procedente fuerunt ei ab Archiepiscopo electo, assignata quædam feuda loco pensionis; prætendebatur à fisco ex hoc fuisse commissam confidentiam fuit negatiuè resolutum, & pro hac parte multi doctissimi viri responderunt. Et huiusmodi sententia.

Primò probatur, quia fructus omnium beneficiorum
6 † consistunt in mera temporalitate, Roman. cons. 328. post numer. 5. & est communis opinio, vt per Caputaq.
7 decis. 237. sub num. 3. p. 3. sed simonia, † & confidentia non committitur nisi in re spirituali. Innoc. in cap. quæsitum, de rer. permut. Card. cons. 136. num. 4. cum aliis, vt per Felin. in rubr. de simon. & est communis opinio Doctorum.

8 Hinc fructus, tam † percepti, quàm percipiendi, sine vitio simoniæ, & confidentiæ, possunt in conuentionem deduci, Archid. in cap. sed ad hoc, 10. q. 1. & ibi Præpo. in cap. primo, numero. primo, in fi. q. 3. Gig. de pens. q. 87. num. 2.

9 Hinc est, quòd cùm præbendæ † in mera temporalitate consistant, vendi possunt, vt fuit resolutum in vna Toletana pecuniarum, siue præbendarum, coram Reomano 4. Aprilis 1552. teste Caputaq. d decis. 237. p. 3.
10 Hinc etiam est, quòd fructus † beneficiorum possunt creditoribus assignari pro satisfactione debiti. Abb. in cap. peruenit, num. 12. de fideiuss. & communiter in praxi seruatur.

11 Secundò, quia, cum pensionarius † capere possit fructus beneficij, super quo pensio est imposita, vigore hypothecæ, quæ sibi super illis competit, Rom. consil. 388. num. 3. Natt. cons. 341. post num. 6. & cons. 346. lib. 3. Et communiter alij: ergo, si deducatur hoc in pactum, non erit simonia, neque confidentia, cum insit de iure, quod pensionarius possit habere fructus beneficij pro satisfactione suæ pensionis, ac omnes Doctores concludunt, vt patet ex allegatis per Dec. cons. 128. post nu. 5.
vers. 3. principaliter, nulla enim † simonia committitur 12
deducendo in pactum id, quod à iure permittitur, Abb. in c. 1. de eo, qui mittit in poss. idem Abb. in c. olim, 1. de rest. spol. Ang. in verb. sim. 2. num. 18. late Fel. in c. ad audientiam, col. 1. & 2. de rescri.

Tertiò, quia, si fructus beneficij possunt assignari satisfactione debiti, iuxta communem praxim, Abb. in c. peruenit, num. 12. de fideiuss. multò magis pro soluenda pensione, quæ de fructibus solui debet, † super illis est imposita, Dec cons. 155. num. 3. Ber. cons. 17. numer. 8. lib. 1. Gig. cons. 134. num. 9. & cons. 136. num. 8.

Non obstant contraria, nam ad primum respondetur, 13
pactionem ante resignationem; vel in actu resignationis esse illicitam, & prohibitam; non autem, quæ fit post, & de re licita, scilicet de re temporali.

Ad secundum respondetur, perceptionem fructuum absque consensu Papæ esse confidentialem, secus cum consensu, vt in casu nostro, namque iste illos percipit mediante reseruatione facta à Papa, vnde cessat argumentum.

Ad tertium respondetur, Ang. loqui quando fit pactum super iure exigendi aliquod spirituale, quod in fructibus cessat, cùm consistant in mera temporalitate, iuxta communem opinionem, vt per Caputaq. d. decis. 237. p. 3. Et ita tenendum, & iudicandum esset.

Limitarem tamen, hanc conclusionem non procedere, quoties constaret, redditus assignatos multum excedere pensionem reseruatam, nam ex hoc oriretur suspicio, quæ, iuncta aliis adminiculis, redderet iudicem certum de confidentia, & pactione facta in actu resignationis. Et, ad euitandum lites, consulerem, huiusmodi conuentionem non esse faciendam.

Quæst. 44. num. 5. Contraria opinio est tenenda.

¶ REgula est indubitata pactum circa pensionem initum, quod non fit pro acquirendo beneficio non esse simoniacum: quia pensio est quid mere temporale non annexum spirituali, per ea quæ ad quæst. 4. lib. 6. de resignat. tradidimus: cum autem post resignationem, & reseruationem pensionis conuenit inter partes super solutione in terminis designandis aut assignanda materia solutionis, conuentio hæc pro acquirendo beneficio non fit cum sit iam quæsitum: ergo simoniaca non est, nec in consequens confidentialis; nec dictis aduersatur quod redemptio pensionis inconsulto Papa censeatur simoniaca, vt volunt omnes, quamuis non fiat pro acquirendo beneficio: quia imò ita conuentum ab initio præsumitur. sicuti quoties in casu huius principalis quæstionis redditus assignati multùm excedunt pensionem reseruatam: nam tunc ait Auctor, & bene, hinc oriri suspicionem & confidentiæ pactionis factæ in actu resignationis.

QVÆSTIO XLV.

Quod aliquæ conuentiones inter resignantem, & resignatarium non sunt confidentiales.

SVMMARIVM.

1 *Pactio facta inter resignantem, & resignatarium de exigendis fructibus vsque ad diem consensus præstiti, non est confidentialis.*
2 *Confidentia non committitur super pacto, quod inest à iure.*
3 *Fructus spectant ad resignantem, vsque ad diem consensus præstiti.*
4 *Vsque ad diem consensus resignans est Dominus.*
5 *Fructus spectant ad Dominum.*
6 *Collatio cum promissione reparandi Ecclesias non est simoniaca.*
7 *Beneficiatus tenetur ad reparationem Ecclesiæ.*
8 *Expressio facta in collatione aliter, quàm insit de iure est simoniaca.*
9 *Electio facta, vt electus teneatur habere duos cleri-*

Digitized by Google

cos secum, est simoniaca.
10 *Promittens in collatione reparare aliam Ecclesiam committit simoniam.*
11 *Collatio facta cum onere legendi sacram Scripturam est simoniaca.*
12 *Collatio debet esse libera.*
13 *Onus legendi sacram Scripturam est pium.*
14 *Conditio, quæ tacitè inest, non vitiat.*
15 *Præbenda Theologalis erigenda in qualibet Ecclesia.*
16 *Pœnitentiarius instituendus.*
17 *Episcopus absque Capitulo potest instituere Pœnitentiarium.*
18 *Tractatus inter resignantem, & resignatarium, vt resignans possit capere fructus vsque ad diem consensus præstiti est licitus.*
19 *Resignans potest percipere fructus sibi competentes etiam post captam possessionem à resignatario.*
20 *Resignans potest percipere huiusmodi fructus etiam de manu resignatarij.*
21 *Faciens actum permissum non incurrit pœnam.*
22 *Resignans potest dictos fructus vendere cuicumque.*
23 *Resignans potest exigere à firmario, etiam post publicatam resignationem.*

QVadragesimo quintò quæro, An pactio facta
inter resignantem, & resignatarium, vt ipse re-
signans possit exigere fructus beneficij resigna-
ti vsque ad diem consensus præstiti, sit confidentia?
1 Negatiuè † est respondendum, vt conclusit Rot. in
vna Cosentina prætensæ confidentiæ coram R.P.D.
Orano Auditore Rotæ doctissimo die Lunæ 4.Feb 1591.
nam ibi Archiepiscopus cedens, cum promouendo ad
Archiepiscopatum conuenerat, & in instrumento præ-
seruauerat sibi ius, & actionem ad fructos ante resigna-
tionem decursos, & inexactos recuperandos, quæreba-
tur, an hac pactio sit confidentialis? fuit conclusum
negatiuè. Et ratio huius conclusionis est, quia pactio
continens id, quod ius commune dictat, non est simo-
2 niaca, † neque confidentialis, Glos.not. in cap.cum M.
in verbo, perciperet, & ibi Ant.de Butr.de const. Gloss.
& Archid.8.q.3.in summa, Glo. & Doctores in cap. sig-
nificasti, de elect. & in cap.ad audientiam, 2. de rescri.
Federic.de Sen.de permut.benef.q.penul.Alexan.consil.
84.colum.5.vers.ad longum disputationem, num.17.&
est communis, & recepta per omnes DD. conclusio, vt
patet ex adductis per Felin.in d.cap.ad audientiam, sed
3 de iure communi fructus beneficij resignati spectant †
ad resignantem vsque ad diem præstiti consensus, vt
consuluit Gabr.cons.191.num.3.4. & 5. & latè compro-
baui in d.tract.de resign.benef. q.6.num.38. Et est com-
4 munis opinio, quia vsque ad illud tempus resignans † est
dominus, cùm possit pœnitere, Ant.Aug.decis.250 li.3.
& decis.186.eod.libr.Sarn.decis.20.libr.1.Cote decis.16.
Puti decis.29. de renunc.Accoramb.decis.48.Mohedan.
decis.11.Card.Paleot.decis.70.Caputaque.decis.55.li.1.
omnes in manuscr.Bursat.cons.393.vol.4. Et est commu-
nis opinio, secundùm quam fuit pluries resolutum in
Rota, vt latè dixi in tract.de resign. benef.lib.1.q.12.nu.
5 16.cum seq. Et fructus † regulariter spectant, ad domi-
num, l.fructus, l.in fundo, l.ex diuerso, l.non solum, §.
meum, ff de vsur.l.si dominum, C.de pign.Ruin.cons.25.
num.1. & cons.53 num.23.lib.2.Nauar.cons.7.de sentent.
excomm.num.2.Cephal.cons.49.numer.13.volum.1. Et
communiter alij Doct. ergo pactum, in quo reseruatur
ius, & actio exigendi, & recuperandi dictos fructus non
erit simoniacum, nec confidentiale, & ita communiter
practicatur. Idque posset comprobari ex multis ratio-
nibus, quas posui in d.tract.de resig.benef. lib.1.prædi-
cta, quæstio. 12.
Hinc est quod collatio facta cum promissione de re-
6 parando Ecclesiam non est † simoniaca, vt in facti con-
tingentia respondit Dec.cons.118.nu.5.vers. tertiò prin-
7 cipaliter, quia possidens beneficium de iure communi †
tenetur ad reparationem Ecclesiæ, c. quatuor 12. q. 2. c.
si Monachus, 16.q.1.c.1. & c.de his, de Eccl.ædif.Cæpol.
de seruit.vrb.præd.c.19.num.14.Paul.de Cittad.in tract.
de iurispatron.in 5.princ.art.num.173.communis opinio
teste Ioan.Pet.Surd.cons.62.num.4.dixi in tract.de resig.
benef.lib.3.q.15.
Declara tamen, hanc conclusionem non procedere,
quoties in pactione facta inter resignantem, & resi-
gnatarium, exponitur aliter, † quàm sit de iure, vt in 8
simili fuit resolutum in Rota in vna Bononien. D.Tho.
23.Martij 1549.teste Put.decis.234.libro 3.vbi fuit con-
clusum, electionem esse simoniacam, namque fuit di-
ctum, quod electus deberet habere secum duos cleri-
cos Bononien. & † inter alios vnum filium ex vno de 9
electoribus, nam, licet rector tenebatur de iure habere
duos clericos, tamen, quia expressio fuit facta aliter,
quàm de iure insit, fuit resolutum esse simoniacam, ad
notat.in cap.consuluit de vsur. Gloss. in cap. si fœnaue-
ris, 14.quæst.3. & in Clement.prima, vers.onera de vsur.
Dec.in cap.significasti, num.37.de elect. & cons.118.n.5.
vers.nec obstat si dicatur.
Hinc promittens † reparationem alterius Ecclesiæ 10
committit simoniam, cùm ad eam reparandam de iu-
re non teneatur, c. ex multis, prima, q. 3. quem tex. ita
intelligit Dec.dict.cons.118.numero 5.versic.non obstat
tex.
Hinc simoniaca est collatio † facta per Episcopum 11
Titio, cum onere Theologali, scilicet legendi sacram
Scripturam, vt fuit resolutum in Rota in vna Pampilo-
nensi Prioratus, 20. Martij 1551. coram Vestano, teste
Caput.decis.241.p.3 quia collatio debet esse libera, &
non debet † continere modum, & conditionem, aut 12
onus, Gloss. & Doct in c.2.de elect.lib. 6. & in cap. ex
parte, primo, de off. deleg. & communiter Doctores,
vt dixi in tract.de resig.benef. lib. vlt.q. 1. & onus † le- 13
gendi quamuis sit pium, non tamen debet adijci in col-
latione beneficij. Gloss.in cap.penult.in Gloss.magna de
magistr. & ibi Anan.col.vlt.Imol. in cap. significatum,
col.2.vers.in Gloss.prima, Abb.numer.7. Card.Zabarel.
col.2.de præbend. Nisi appareat in fundatione huiusmo-
di onus legendi sacram Scripturam esse adiectum: nam
tunc potest conferri cum dicto onere, & conditione, vt
fuit conclusum in dict.Pampilonen.Prioratus 20.Martij
1551. ex not. in dict. cap. significatum, per illum tex.
Franc.in cap.2.in 6.not.de elect.lib.6. & est communis
opinio ex illa vulgari regula, quòd † conditio, quæ 14
tacitè in est, non vitiet, cap. relatum, & ibi Doctores
de præben.Feder.de Sen.de permut.benef.q.penult.Dec.
in cap.M.in verb.Vacaturas, de const. & in c. significa-
sti, num.37.de electio.
Et ideò hodie præbenda † Theologalis erecta in Ec- 15
clesia Metropolitana, vel Cathedrali, iuxta decretum
Concilij Tridentini, capit. primo, sess. V. de reformat,
cap. quia, & c. vlt. de magistr. Concil Magunt, cap.65.
Tom. 3. fol. 945. August. cap. 26. eodem, Tom. 3. fol.
880. Colonien. de Scholis, & Typogr. cap. 1. & seq.
eod. tom. 3. fol. 812. potest conferri cum hoc onere, &
conditione. Ita etiam præbenda instituta pro pœniten-
tiario potest cum hac conditione dari. Namque ex de-
creto Conc. Tridentini, cap. 8. sess. 24. de reform. in
omnibus Cathedralibus Ecclesiis, vbi id commodè fie-
ri poterit, Pœnitentiarius † aliquis cum vnione præ- 16
bendæ proximè vacaturæ ab Episcopo institui debet,
qui sit magister, aut doctor, vel licentiatus in Theolo-
gia, vel iure Canonico, & annorum 40. qui dum confes-
siones audit interim præsens in choro censeatur, & hic
pœnitentiarius potest institui ab Episcopo duntaxat,
quamuis de consuetudine præbendæ debeant conferri
† ab Episco. & cap. vt censuit Sacra Congregatio Con- 17
cilij Trident. sub die 24. Iulij 1572.
Ex his ergo collige, conclusionem † licitum esse 18
tractatum inter resignantem, & resignatarium, vt li-
ceat resignanti post resignationem capere fructus, ei
competentes vsque ad diem consensus præstiti ex ra-
tionibus allegatis, & ita communiter tenetur, & vidi
alias iudicari secundum hanc sententiam.

Amplia primò, vt possit resignans illos fructus percipere, & ante quàm resignatarius expediat bullas & post expeditas literas, & ante captam possessionem, pu-
19 blicatamque † resignationem, & postea, cum eadem sit ratio: nam est dominus illorum, Ru. cons. 25. numer. 2. & cons. 53. numer. 23. lib. 2. Nauarr. cons. 7. num. 2. de sent. excom.

20 Amplia secundò, vt possit dictos fructus resignans † capere tam de manu resignatarij, quam de mano coloni, aut fictuarij, quia ex hoc nullam incurrit pœnam,
21 † cum actus sit permissus, leg. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulte.

Amplia tertiò, vt possit resignans dictos fructus ven-
22 dere † cuicumque pro pretio conuento tam sciente, quàm ignorante resignatario, cùm quisque possit vendere, & alienare rem suam vulgatis iuribus.

23 Amplia quartò, vt, si beneficium sit locatum † certa mercede soluenda, quæ cadit post admissam resignationem, & captam possessionem, vt resignans possit pro rata temporis petere partem dictæ mercedis, & exigere ab affictuario adueniente tempore solutionis, non obstante, quòd ipse resignauerit, & resignatarius ceperit possessionem, vel, si non velit expectare vsque ad illud tempus, poterit resignans hanc partem fructuum ad se spectantium vendere resignatario, vel alij, cui magis placuerit, & inuenerit, cui poterit cedere suam actionem per litteras, vel instrumenta, qui subrogatus adueniente dicto tempore poterit a fictuario hos fructus exigere, vel a resignatario, qui exigit à dicto fictuario, & faciunt, quæ scripsi de resig. benef. lib. primo, quæst. 6. & quæst. 12. & amplè in hoc tract. supra, quæst. 29. & 30. de hoc communiter tenetur per omnes, & secundum hanc sententiam, vidi aliàs consultum per peritissimos viros, & etiam iudicatum in facti contingentia: nam dictæ Constitutionis Pij V. & Pij IV. sunt restringendæ, cùm sint odiosæ, & exorbitantes, eoque magis, cùm Fel. record. Gregor. VIII. voluit illas reformare, & postea Sixtus V. & Gregor. XIII. & nunc tempore Sanctissimi D. N. Clementis VIII. iam est reformata in compilatione septimi Decretal. & hic casus nullo modo est comprehensus, neque in verbis neque in ratione, neque alio modo, & ita fuit pluries iudicatum.

Et procedit hæc conclusio, etiam si in illo beneficio resignato imponeretur pensio, & in ea soluendus erat primus terminus paulò post resignationem, nam id non impedit, quominus resignans debeat habere partem fructuum vsque ad diem cõsensus præstiti in resignatione, vel partem mercedis fictus, nam plerumque primus terminus pensionis, solet solui anticipatè, vt ex stylo, & praxi notaria vrbis patet, & ita vidi pluries practicari, & seruari.

Quæst. 45. In rubrica. Quod aliquæ conuentiones inter Resignantem & Resignatarium non sint confidentiales.

¶ REgulam omni exceptione Maiorem ad dignoscendas conuentiones confidentiales à non confidentialibus facilè colliges ex his, quæ à nobis supra quæst. 1. & quæst. 36. tradita sunt. Maiori negotio distingues simoniacas à non simoniacis: quocirca, ex dictis hic ab Auctore nostro erue, & forma conclusionem, quod omnis pactio facta inter resignantem, & resignatarium aliter, quam de iure inest, est simoniaca. al as non, & per ipsam resolue, quam inter nostri ordinis Primarios controuersam nuper vidi quæstionem, an resignatio, quæ fit in casu mortis, & non alias hoc expresso in mandato, inscio Papa sit apud nos censenda simoniaca vel confidentialis? Cum enim iure nostro talis resignatio habeat ex se tacitam cõditionem, si resignans decedat, vt tradit Oliueus, lib. 1. cap. 9. consequens est conditionem hanc licite exprimi. Et inde est quod etiam pactum scriptum de restituendo beneficio in casu restitutæ sanitatis in iudicio canonizetur, vel saltem toleretur, vt apud eundem videre est, cessantibus per non vsum hoc vno casu, aut per legem Regni elisis Piorum Constitutionibus.

QVÆSTIO XLVI.

An gratia obtenta ex falsa causa expressa in resignatione præcedente tractatu sit confidentialis.

SVMMARIVM.

Digitized by Google

57 *Impetrans debet probare non dolum.*
58 *Dolus non præſumitur.*
59 *Mendacium præſumitur doloſum.*
60 *Ignorantia an excuſat in ſubreptione.*
61 *Veritas ſectanda.*
62 *Ignorantia in delictis quando excuſet.*
63 *Dolus in quibus caſibus præſumatur.*
64 *Et in quibus ignorantia.*

QVadrageſimoſextò, quæro de notabili quæ-
ſtione Reſignans & Reſignatarius ante reſig-
nationem pacti fuerunt de quibuſdam rebus,
& conditionibus prohibitis, & ſimoniacis, &
poſtea porrexerunt ſupplicationem Papæ pro obtinen-
do beneplacitum in illis modis, & conditionibus illi-
citis, ex falſa tamen cauſa expreſſa, an ſint confidentia-
1 les, Exemplum ex impenſis factis à reſignante pro ſe, †
& reſignatario committitur confidentia, vt probetur in
Conſtitutione Pij V. in §. *vel ſola procuratoris*, & pari
ratione expenſis factis à Reſignatario pro ſe & reſignan-
te, committitur confidentia, vt dixi in interpretatione
dixi §. *vel ſolu procuratoris*, & de reſign. benefic. lib. 14.
quæſt. 7. num. 9. Nauarr. conſ. 5. de ſimon. euenit, quòd
reſignans, & reſignatarius hoc pacti fuerunt vt omnes
expenſæ faciendæ in expeditione fierent per vnum eo-
rum, abſque dubio ex hoc contrahitur crimen confi-
dentiæ, ſed porrecta ſupplicatione Papæ procurarunt;
vt Papa id promitteret, qui id concedendo videtur tol-
lere omne vitium ſimoniæ, & confidentiæ, apparet ta-
men in conceſſione expreſſam fuiſſe cauſam falſam, quâ
motus id Summus Pontifex conceſſit, puta quia fuit di-
ctum attenta paupertate reſignantis, vt poſſit reſignata-
rios facere expenſas omnes ſpectâtes ad ipſum, & illum;
vel è contra, & conſtat liquidiſſimè contrarium, an
hæc ſit confidentia.

Prò negatiua primò conſideratur, quòd in huiuſmo-
2 di cauſa conſtat Papam † ſciuiſſe dictum pactum illici-
tum ad not. per Aret. conſ. 11. ad fin. Anch. conſi. 170.
colum. 2. Caſtr. conſ. 94. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 100.
numer. 87. volum. 1. Crau. conſi. 597. numer. 3. non
fuit ei expreſſum in ſupplicatione, Gl. in c. ſtatutum in
verb. literarum, de reſcr. in 6. Abba. num. 8. Fel. num.
2. & Dec. num. 15. Pariſ. in c. cum inter, num. 2. de ex-
cept. Ale. conſ. 122. numer. 23. lib. 4. Card. Pariſ. latè
conſ. 3. num. 55. & 57. volum. 4. ſed ſcientia Papæ tol-
3 lit ſimoniam, † & confidentiam, Hoſtien. in cap. pri-
mo, ne præla. vic. ſuas. Ioann. Andr. & Cardin. in cap.
primo, de ſimon D. Anton. in 2. par. ſuæ ſummæ, titu.
4. cap. 5. verſic. de renunciatione. Felin. in cap. ad au-
dientiam, 2. num. 3. de reſcr. communis opinio, vt dixi
de reſign. benefic. lib. 14. quæſt. 3. num. 10. & num. 15.
4 dixi † videri diſpenſatum, Caſſado. deciſ. 2. de ſimon.
Caccialup. de penſ. quæſt. 19. num. 17. & 18. Redoan.
de ſimon. p. prima, cap. 25. num. 27. & par. 2. cap. 12.
num. 19. Ideò, cùm ſit executum huiuſmodi pactum au-
5 ctoritate ſuperioris, nulla pœna ex eo † ſequi debet,
vulgat. l. Gracchus, C. de adulte. & regulare eſt, vt
6 voluntas † declaretur etiam ex actu inualido, & nullo,
ſicut ex valido, l. vlt. C. de reb. cor. l. 3. §. vlt. ff. de fund.
inſtr. l. legatum, §. vlt. ff. de adimen. legat. Card. Pariſ.
in l. prima num. 125. ff. de ope. nou. nunc. eoque magis
7 ad effugiendum pœnas, & excludendum tam † graue
delictum, l. merito, ff. pro ſoc. Barbat. conſ. 18. col. vlt.
Boër. deciſ. 215. num. 22.

Secundò comprobatur, quia quælibet cauſa, iuſta,
8 ſiue † iniuſta, excuſat à dolo, l. igitur, §. primo, ff. de
lib. cauſ. Gl. in l. plagij, in verb. iuſtas, ad leg. Flau.
de plag. & in l. prima, verb. iuſtis, de abig. Ale. conſ.
160. col. prima, lib. 7. Felin. in c. cum contingat. colu.
3. de reſer. Dec. conſ. 170. num. 2. etiam beſtialis, Are.
in l. clam. poſſidere, §. ad nundinas, vbi Iaſ. de ſequ.
9 poſſ. & ſemper capitur præſumptio † pro non falſa, Ale.
conſ. 70. col. 1. lib. 1. Card. Pariſ. conſ. 169. num. 58. vol.
10 4. etiam ſi aliquo † modo verba improprientur, Ruin.
11 conſi. 14. col. penul. lib. 5. & potius præſumitur error, †
quàm falſum, Barto. in l. quoties, §. primo, ff. de hæ-
red. inſtitut. Ioan. Anan. in c. cum dilecti, col. 2. de ac-
cuſat. Aretin. conſ. 47. col. prima, Dec. conſ. 175. col.
4. ergo, ſi non adeſt dolus falſum non erit punibile. † 12
vt eſt communis opinio, teſte Socin. iun. conſ. 39. num.
83. lib. 2. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. falſum, verſ. excu-
ſatur autem, & per conſequens non erit ſimoniacus, ne-
que confidentialis.

Tertiò fortiùs hanc partem corrobora, quia cauſa
iniuſta, non ſolùm excuſat à dolo, vt proximè dictum
eſt, ſed etiam † à pœna doli, Bertrand. conſil. 34. col. 13
vlt. lib. 3. & conſ. ſen. ac conſ. 61. eod. li. 3. communis
opinio, teſte Curtio Iun. conſ. 19. nume. 4. & a † mul- 14
cta. Gloſſ. in l. prima, in fin. ff. ſi quis ius dicenti non
obtemp. & ibi Bart. col. vlt. & Alex. Iaſ. num. 24. ac alij.
Idem Alex. conſ. 125. col. 3. lib. 4. Fel. conſi. 34. numer. 18.
Calcan. conſ. 28. col. 5. communis opinio, teſte Curt. Iun.
conſ. 132. num. primo, & † à mora. Menoch. in 5. remed. 15
recup. poſſ. numer. 56. & 58. & plura huius generis con-
gerit Tiraque. de pœn. le. cauſ. 43. & de cauſa iniuſta ho-
micidij, † vt homicida excuſetur, tradit Afflict. deciſ. 16
360. num. 6. Gramm. deciſ 29. num. 19. Soc. iun. conſ. 37.
num. 23. lib. 2. & de crimine læſæ maieſtatis, Crau. conſ. 6.
numer. 90. & crimine falſi, Cardin. Pariſ. conſ. 151. nume-
ro 29. lib. 4.

Quartò, fortiſſimè deducitur doctrina Gemi. in cap.
non poteſt, §. primo, num 6 de præben. lib. 6. vbi vult,
quòd licet diſpenſatio † inſufficiens ad duo incompati- 17
bilia non tribuat ius retinendi beneficia, excuſat ta-
men aſſequentem ſecundum curatum à pœna Extrauag.
Execrabilis, quod dictum ſæpæ approbaſſe Rotam, tra-
dit Sarn. in regul. de annal. quæſtio. 14. numero 4. præ-
ſertim cùm ſimus procliuiores ad † abſoluendum, 18
quàm ad condemnandum, iuxta l. Arrianus, ff. de act.
& oblig.

His tamen non obſtantibus, † contrariam opinionem 19
exiſtimo in puncto iuris veriorem, & tenendam, ſcili-
cet, eſſe tali caſu commiſſam confidentiam, & moueor
quia inficiari minimè poteſt, literas expeditas vigore
ſupplicationis, in qua erat huiuſmodi conceſſio, quòd
reſignans faceret omnes impenſas ſpectantes ad ſe, & ad
reſignatarium, attenta paupertate illius, vel è contra,
cum clarè conſtet de contrario, eſſe obreptitias, † cum 20
fuerit expreſſum falſum, Abb. in c. cum dilecta, num. 15.
de reſcrip. Gem. conſi. 128. in fin Ale. conſ. 60. in fin. lib. 2.
Bal. conſ. 152. col. 2. lib. 2. communis opinio, teſte Ber. in
ca. ſuper literis, de reſcr. & per conſequens nullas † ip- 21
ſo iure, Felin. in c. ad audientiam, 2. num. 22. de reſer.
Socin. Sen. conſ. 13. colum. 3. lib. 1. & conſ. 164. col. 2. &
169. in princ. lib. primo, Soc. Iun. conſ. 77. num. 83. 84. lib.
primo, Card. Pariſ. conſ. 31. num. 22. vol. primo, & conſi.
51. num. 27. volu. 4. Craue. conſ. 68. numer. 2. & 79. num. 2.
& 296. volu. 4. Gozad. conſ. 26. numer. 21. Brun. conſ. 12.
numer. 17. & conſ. 17. numer. 14. Ruin. conſ. 28. num. 8. lib.
primo, Tiraquel. in tract. de pen. le. cauſ. 44. num. 21. latè
Rebuff. in praa. tit. different. inter reſer. iuſt. & grat. nu-
mer. 22. & fuit die 11. Martij 1552. coram Veſtano reſo-
lutum † in Rota in ſubreptione, teſte Caput. deciſ. 215. 22
p. 3. Put. deciſ. 215. nume. 7. lib. primo, quæ eſt minor † 23
obreptione, Abb. in cap. quia circa. num. 5. de conſang.
& affin. Gemi. de conſil. 128. in fin. & alij, quos refert
Menoch. dicens eſſe communem de arbit. iud. caſ. 201.
numero 9. Gozad. conſilio. 26. numer. 22 ergo aliquem
non poſſunt † producere effectum, l. 4. §. condemnatus, 24
ff. de re iudic. l. non putauit, §. non quouis, ff. de bon.
poſſ. c. illud de iur. patron. reg. non præſtat, de reg. iur.
lib. 6. Neque † quidquam etiam minimum operari, leg. 25
quoties, ff. qui ſatiſdar. cogan. c. primo, de accuſat. c.
quæ ſine, &c. poſtulatus, 4. quæſt. 7. Gloſ. in l. 2. C. de
hæred. & Glo. in c. vera iuſtitia diſt. 45. Marſi. conſ. 130.
numero 46. lib. 2. & in l. vlt. in 3. col. ff. de quæſtio. &
ſingu. 274.

Et regulare eſt, ac paſſim receptum, vt conceſſio cu-
iuſcumque Principis nunquam, & nihil operetur in † 26
caſu vitioſo, doloſo, & obreptitio, ſeu ſubreptitio, l.

Digitized by Google

non solùm, §.si hæres, & §.ea liberatio, iuncta l.seq. ff.
de liber.leg.Soc.Sen.cons.13.col.2.vers.secundò princi-
paliter, num.8.lib.1.loquens de dispensatione subrepti-
27 tia facta a Papa Monacho, ex Glo.in † Clem.prima verb.
vel alteri, de præbend. & in c.dudum, de elect. & in c.
vlt.de fil.presb.& in c.non potest, & c.si motu proprio,
de præb.lib.6.c.postulasti, c.referente, c.ad audientiam,
de rescr.& ibidem Fel latissimè ea pluribus comprobat.
28 Et ideo de rescripto nullo † est facienda mentio, Ge-
min.in c.quoniam, col.4.dist.18.Felin.in cap. primo nu.
r 3.de rescr. & faciunt, quæ scribit Tindar.de testib.lib.
2.c.1.num.8. & Lanstan. de testib. num.53.Sebast.Vant.
de nullit.verb.hæc est antiqua, num.5.Redoan.de simo.
p.2.c.2.num.4.vbi inferunt ad plures illationes, nullum
29 enim † & inutile idem est, c. inter corporalia de trasl.
30 prælat. & nulla, † & non facta parificantur c. proue-
niens, de fil.presbyt not.per omnes, Doctores, in c. in
præsentia, de probat. quandoquidem quod nullum est,
31 non dicitur † imaginem rei habere, l. vnic.C.de delat.
lib.11.Bald.quem refert Nicol.Moron.de fid. tre. & pac.
q.165.num.4.cum seq. Hinc communis opinio est abso-
32 lutionem ea falsa † causa non prodesse, Gl. in c. ea par-
te, in verb.redire, de off. ordi. & ibi Abb. num. 1. & 3.
Imo.num.1.Præpos.num.5.& alij omnes, nam expressio
33 falsæ † causæ vitiat dispensationem, literas, & quamli-
bet concessionem ipso facto, Abb. signanter per illum
tex.in c.quia circa, numer.5. de consang. & affin. & per
tex.quem dicit apertum in c.2.in fi. de fil. presb. lib.6.
Siluest.in Sum.verb.dispensatio, num.2.vers. ex quibus
Dec.cons.373.numer.13.qui etiam adducit Zaba. & Pa-
34 norm. volentes vnionem † ex falsa causa esse nullam,
Card.Paris.cons.51.num.27.vol.4.vbi deducit plures, &
faciunt notat. in l. præscriptione, vbi Bar. & alij C. si
contra ius vel vtil.pub.& in l.vlt.C.de diuers.rescr.Idem
Paris.cons.136.num 24.volum.4.Rom.cons.194.latè Fel.
in c.postulasti, numer.18.de rescr.Fran.Cur.sen.cons.16.
colum.3.& passim est approbatum vno ore, literas con-
35 cessas † expressa causa falsa, non esse literas, stante
36 ipsarum inualiditate ipso † iure, sicuti procurator falsus
non dicitur procurator, neque dat aliquam iurisdictio-
nem, Fel.post Innoc. & Bellam. in c.ad audientiam, 2.
num.21.de rescr.quod procedit etiam in totum, Bar.Fel.
& alij relati per Paris.alleg.cons.51.nu. 27. ver. constat.
37 volum.4.nb id dicimus cessante causa † dispensationis,
quia non adest vel est falsa, cessare dispensationem,
Arch. & Gem.in c.priscis dist. 55. Fel. in c.quæ in Ec-
clesiarum, num.29.de constit.Rom.cons.404.Rui.cons.
3.numer.14.volum.1. Per. de Anch.cons.242.exteriore,
Dec.cons.318.num.5.Fel.in c.super his de fid.instrum. &
in d.c.quæ in Ecclesiarum, nume.43.Card.Paris.d.cons.
51.num.31.& 31.volum.4.latè Dec.in c. cum cessante,
col.prima post alios, de appellat. Quod vendicat sibi lo-
cum non solum in causa finali, in qua omnes commu-
38 niter conueniunt, sed etiam † in causa impulsiua, se-
cundum magis receptam sententiam, testibus Couar.
lib.primo var.resol.c.vlt.in princ.Menoch.de arbit.Iud.
cas.201.numero 2.Oldra.cons.256.vers.ad primum, Dec.
in c.cum cessante, numero 7.de appell.& in c. postula-
sti, in 4.not.post Abb.in vlt.not.de rescr.fuit resolutum
in vna Pientin. parochialis de Monticello, die 19. Fe-
bruarij 1554.teste Caputaq.decis.274.p.1.eoque magis,
39 si ex illa † mouetur Princeps ad concedendum etiam
facilius, ad not.in c.dudum, de elect.c.super literis, &
c.postulasti, de rescr.Dec.cons.541.numer.20.Curt.Iun.
cons.27.in fin.Crau.cons.296. colum. 4. Barbat.cons.46.
col.2.lib.2.Et inficiari non potest, in casu, de quo agi-
tur, paupertatem expressam induxisse Summum Ponti-
ficem ad id concedendum, nam huiusmodi concessio,
vt Resignatarius impendat pro Resignante, vel è contra
de raro conceditur, & tunc cum magna difficultate ne
vendantur beneficia, & ne approbentur pacta illicita,
& simoniaca, vt omnibus notum est in Curia, imo sci-
mus, multos sanctissimos Pontifices, nunquam voluisse
id concedere, vt Pius V. Gregor.XIII. Gregor.XIV. &
Innoc.IX. & nunc Sanctissimus D.N.Clemens Octauus,

etsi aliqui Pontifices id concesserunt per rarò, & cum
difficultate, ac cum causa, quæ nihil aliud est, quam
motiuum quo quis inducitur ad † aliquid faciendum, 40
vel principaliter, vel minus, Card.Zabar.quem refert,
& sequitur Præpos.in c.quia circa, nume.4. de consang.
& affin. idque verificatur hic, ad tradita per Caputaq.
decis.274.p.1.vbi refert. fuisse resolutum de anno 1554.
in vna Pietin.gratiam nullam de commenda, factam N.
quod existeret in 15.ann. cum haberet 14. cum PP. faci-
liùs † commendet maioribus quam minoribus, ita fa- 41
cilius concedit hoc attenta paupertate alterius faciunt
quæ scribit Fel.in c.postulasti, in 10.concl.num.9.de res-
cript. & prudens Iudex id rectè absque scrupulo poterit
iudicare hoc casu scilicet ex coniecturata mente conce-
dentis, ex qua colligitur, vel propterea hoc concessis-
se, vel faciliùs: nam arbitrio Iudicis prædictæ conie-
cturæ † positæ sunt, Barbat.cons.46.colum.2.lib.2. Feli. 42
in c.cæterum, num.4.de rescrip. Dec.in c.super literis,
num.9.co.Soc.iun.cons.95.num.71.lib 3.Et prima regu-
la hoc cognoscendi † est stylus, Lap.alleg.89. latè Fel. 43
in c.super literis, num.8.vers.prima regula de rescr.

Nulla igitur existente ipso iure huiusmodi conces-
sione, & per consequens supplicatione. & literis desu-
per expeditis, negocium remanet in statu, quo erat an-
te dictam concessionem, quo considerato, constat de
pacto illicito prohibito, & confidentiali, quod sortitum
est effectum suum, & fuit consummatum, nam fuerunt
factæ expensæ: ex quo sequitur esse commissam con-
fidentiam, sicuti esset commissa, non obtenta prædicta
concessione faciendi prædictas expensas, sequuto effe-
ctu, vt ex prædictis patet, & fuit resolutum in vna Con-
chen.29.Octobris 1539. teste Mohedan. decis. 105. dixi
de resignar.benef.lib.14.q.9.num. 3. & accedit, quia li-
centia data aliquid illicitum faciendi, existente † nul- 44
la, non excusat facientem à pœna, Pet.de Aochar.cons.
401.incip.Si propositus, quem refert, & sequitur Felin.in c.
cum causa, num.7.vers.secundo nota, de off.deleg.Gab.
de malef.concl.8.num.86.

Remanet, vt contraria tollamus. Non obstat primum,
de scientia Papæ, nam verissimum est, & approbatum
ab omnibus, Papæ scientiam tollere omne vitium si-
moniæ, & confidentiæ: sed id procedit, quoties ei ve-
rum narratur: secus, si falsum, quia tunc offenduntur
eius aures, & maiestas, & frustra petit, auxilium, & fa-
uorem à gratia nulla, † & obreptitia, Glo.Abb, & alij 45
omnes, in c.quia circa, de consang. & affin. Felin. in c.
significante, num.4 de rescr.huiusmodi enim † scientia, 46
& concessio perinde habetur, ac si non adesset, ad tra-
dit.per Redoan.de simon.p.2. cap.2. num.4. & compro-
bauimus supra; nam aliàs daretur causa committendi
obreptiones, tam detestatas à sacris Canonibus.

Ad secundum respondetur, quamlibet causam excu-
sare à dolo. procedere vt quis non puniatur pœna cor-
porali, vt patet per Doctores relator per Gabriel. de
malef.concl.8.num.primo, vel melius respondetur, non
habere † locum in obreptione, vt fuit resolutum in 47
Rota, teste Caputaq.decis. 274. p. prima, Paris.cons.51.
num.31.volum.4.aliud est enim adesse causam, sed le-
uem, vel iniustam, & bestialem, prout loquuntur Do-
ctores firmantes hanc conclusionem, & aliud est, cau-
sam esse falsam, vt ex prædictis liquet, & corrobora-
tur, quia, vt quælibet causa excuset à dolo, requiritur,
vt illa non solum allegetur, † sed probetur, Corn.cons. 48
243.colum.5.lib.3. & cons.280.colum.2.lib.4 Sarn.in §.
ex maleficiis, colum.14.Inst.de action. Maran. cons.27.
Curt.iun.cons.132 Aret cons.80.colum.prima, &, quod
fuerit motus ob illam causam, ille qui prætendit excu-
sationem, Ang. & Imo.in l.ex consensu, §. vlt.ff.de ap-
pel.Alex.cons.103.col. penult. lib. primo, & cons.115.
colum.penult.lib.4.Corn.cons 33.col.penult. volum.4.
Dec.cons.452.col.2.Ruin.cons.33.col.penult.volu.4. &
eodem modo tollitur tertium argumentum.

Non obstat quartum, de doctrina Gemi. approbata
à Rota, nam respondetur primò loqui in subreptione,
non autem in obreptione, quæ distant inter se, & longè

maiorem vim habet obreptio, quàm subreptio, Abb.in
c.quia circa, de consang. & affin. cum aliis vt per Me-
noch.de arbitr.Iudic.cat.201.colum.penult.nam hic ex-
pressit falsum, quod non crat ibi. Secundò respondetur,
quod non fuit sortita effectum, cùm literæ secundi be-
neficij curati essent nullæ, & inualidæ, quòd non veri-
ficatur in casu nostro, quia iam pactum de expensis fuit
49 consummatum, & licentia habita † fuit inualida, &
ideo non considerabilis, Felin.signanter in d.c.cum cau-
sa, num.7.vers. secundo noto de offic. deleg. post Petr.
de Ancharan.quem citat.

Concludendum est igitur, esse ex hoc commissam
confidentiam.

Amplia primò, etiam si obreptio fuit in minimo, nam
tritum est, in beneficialibus obreptionem, & subreptio-
50 nem quantumuis † minimam vitiare literas, cap. si pro-
pernote de rescriptis, c.si motu proprio, de præbend. &
& fuit resolutum in Rota in vna Bellicen. Prioratus co-
ram Marsican.29.Aprilis 1541. teste Put.decis.131. lib. 1.
in eo, qui in impetratione nouæ prouisionis non expres-
sit quantitatem fructuum indebitè perceptorum etiam
consistentem in vno aureo.

Amplia secundò, etiam si fuisset expressa falsa causa
absque dolo, nam in beneficialibus obreptio, & sub-
51 reptio, etiam † non dolosa vitiat gratiam, & reddit li-
teras inualidas, c.super literis, vbi Butr.Abb.Imol.Fel.
& omnes de rescriptis, Card.Paris.cons.51.num.35.vol.
4.communis opinio, teste Felin.in d.c.super literis,nu.1.
vers.in literis gratiæ, & ita fuit resolutum in Rota, teste
Capuaq.decis.274.p.prima, Mandos.in regul.de impe-
tr.benef.vacant.per obit.fam.Card.q.25. num.7. nam in
literis † beneficialibus mens Papæ est præcisa, Imol. in
52 c.super literis, & ibi Fel.num.3.vers.sed caue: & quali-
53 tas, † quæ de iure venit exprimenda, si non exprimatur,
vitiat, etiam si aliàs Papa omnino literas concessisset,
c.si motu proprio, & ibi Gl. & alij, de præbend. lib.6.
Gem.in c.dudum col.5.eo.tit.& lib. Card. cons.34. vbi
54 dicit, subreptionem † vitiare in beneficialibus, etiam
si surgat ex simplicitate, allegat Glo. in d. c. si motu
proprio, & ibi Gem.col.3. & Rot.decis. 19. de præben.
in antiquior. Fel.d.c.super literis numer.3, vers. limita
quartò † quod rescriptum beneficiale non potest reduci
ad ea, quæ si fuissent bene expressa, vel aliter expressa,
retardassent: Et comprobatur ex eo, quod scripsit
Innoc. in c. accedens, de crim. fals. quod in gratiosis †
55 falsitas semper præsumitur expressa cum dolo, sequitur
Fel.in d.c.super literis num.5.Mandos.d.q.25. numero 7.
56 nam sic impetrans debebat se informare prius de † ve-
ritate, Card.in d.c.accedens, & idem Innoc. in c. dile-
ctus, primo, de rescr.voluit, quod in gratiosis in dubio
præsumatur dolus, & Fel.in d.cap.super literis, num. 5.
vers.ne dicas, quod potest hoc negans probare contra-
rium, quia non est præsumptio iuris, & de iure, & ei
57 incumbit onus probandi, † quòd caruit dolo, & regu-
58 lare est, ac communiter receptum, vt dolus, † qui non
præsumatur, l.quoties §.qui dolo,ff.de probat. & l.non
omnis, §.a barbaris ff.de re milit.Dec.cons.175. num.5.
Alex.cons.65.num.11.lib.primo, Gramm.decis.60. num.
6.præsumitur in eo qui dixit mendacium, l. si quis affir-
59 mauerit, §.primo, l.quod †venditor,& l. & eleganter §.
Itidem Pomponius, ff. de dol. l. falsus, §. si quis, ff. de
furt.Gig.cons.40.num.5.Fel.in c.literas, ante num.2. de
præsum.Alex.cons.63.lib.primo, Dec. in l.2. colum.2 ff.
quod quisque iur.Crau.cons.2.nume.13. & cons.192. no.
13. & de antiq.temp.par.1.vers.vidimus, num. 16.& 18.
& præcipuè, quando commodum ex mendacio quis
consequitur, Card.Paris.cons.8.num.5.vol. 4.Bald.cons.
250.& 382.lib.5.Cra.cons.18.num. 12. & simplicitas al-
legata, & probata, quæ secundum aliquos excusat in
60 subreptione, proximè proueniens ex † ignorantia, Ioan.
Andr.Ant de Butr.Imol. Abb. Gem. & alij omnes in c.
gratia, col.2.de rescr. lib. 6.non excusabit in obreptio-
61 ne, nam quis † tenebatur veritatem Papæ exprimere:
faciunt quæ scribit Luc.de Pen.in l.quoties colo.7.vers.
quòd si reus accusatus, C.de dign.lib.12.Barba.cons.43.
col.4.vol.1.Soc.sen.cons.54.num.13. libr.3.neque habet
locum in præiudicium tertij, quia tunc ignorantia,
quamuis † probabilis non excusat, Abb.quem refert,& 62
sequitur Fel.in d.c.super literis, numer.6.de rescr. & in
quibus casibus dolus † præsumitur, vide latissimè Mas- 63
card.de probat.conclus.531. & in quibus casibus præsu-
matur, † vel non ignorantia, vide eundem Mascard.de 64
probat.cas.879.vbi latè.

Limita hanc conclusionem non procedere quoties
illa clausula attent. paupertate fuisset posita in suppli-
catione a reuisoribus intentis resignante, & resignatario,
nam hoc casu excusarentur à confidentia, vt in terminis
fuit resolutum in Rota, dum imprimeretur hæc quæstio,
in vna Aretin. confidentiæ coram R.P.D. Seraphino lu-
næ 23. Ianuarij, hoc anno 1595. licet antea contrarium
sententiasset R.P.D. Iudex confidentiarum.

quæst. 46. eem. 47. Respondetur loqui in subreptione
non autem in obreptione.

¶ PEr subreptionem exprimenda silentio prætermittun-
tur: per obreptionem requisita falsò supponuntur,
Lotter.de re benefic.lib.2.q.34 numer.9. vult Auctor quod
ex impensis factis à Resignatario in expeditione pensionis
pro Resignante, præcedente tractatu, Papa ita, ex falsa
causa concedente, committatur confidentia: quia concas-
sio est obreptitia & nulla, & tamen supra quæ.41. negauit
cum Nauarro esse confidentiales resignantem & resigna-
tarium exprimentes ex pacto valorem beneficij vero maio-
rem ad effectum reseruandi maiorem pensionem inter
ipsos conuentam, quamuis hoc casu gratia sit æque obre-
ptitia, & Flaminio adhæret Garcias de benef p.11. cap.3. à
num 1.9 qui contrarietatem hanc nititur sic conciliare, vt
in hoc posteriori casu pactum sit de exprimendo falso va-
lore ad effectum reseruandæ immoderatæ pensionis, non
autem de illa nulla, & inualidè reseruata soluenda: in
priori verò tractatum sit, non simpliciter de petendo à Papa
quod solutio expensarum fiat per Resignatarium attenta
paupertate Resignantis, sed de expensis faciendis per Re-
signatarium obtento beneplacito Papæ cum dicta causa
falsa. Sed hæc distinctio verbalis est & mera vanitas, qua-
si tractare de reseruanda tali pensione, tractare non sit de
illa soluenda. nec in idem reincidat conuenire de peten-
do à Papa, quod expensæ fiant à Resignatario, vel de ex-
pensis faciendis per ipsum Resignatarium obtento bene-
placito Papæ. Dico igitur vtrobique cessare confidentiam.
Primò quidem illam non cadere in pactum de expensis, vt
præfertur, soluendis etiam inscio Papa initum & execu-
tum supra q. 33. palam fecimus. Secundò esto quod cir-
cumscripta Papæ approbatione esset confidentiale, cessaret
tamen confidentia ex ipsius beneplacito etiam obreptio:
quia beneplacitum mero iure tenet; obreptio enim non
est circa substantialia, sed tantum circa accidentalia resi-
gnationis, vel pensionis, quo casu gratia non corruit, donec
Iudex declaret an contra mentem concedentis per falsi ex-
pressionem fuerit extorta, vt egregiè declarat, præ cæte-
ris, Lotter. de re benef. lib.2. q.34, à num. 15. Nec putes
annullandam quidem resignationem, & pensionem; facul-
tatem verò licite soluendi expensas pro Resignante penitus
nullam ab obreptione: quia imo gratia est indiuidua, nec
debet eadem res diuerso iure censeri, can cognouimus 12.
q. 2. & clausulæ accessoriæ, dum agitur de nullitate per
obreptionem, induunt naturam gratiæ principalis, Fla-
min de resig.lib.8.q.51 num.46. & Lotter.lib.3. q.8. num.
71. Tertiò non est cur in vno potius quam in altero casu
duret per obreptionem confidentia: ergo idem ius statuen-
dum, nec alia sunt iura de obreptione, & alia de subrep-
tione: imò leges promiscue his verbis vtuntur, & de his
disponunt, vt in l si quis obrepserit ff. de falsis, & omnes
rationes ab Auctore consideratæ in obreptione, habent lo-
cum in subreptione, in qua tamen innuit cessare con-
fidentiam.

Digitized by Google

QVÆSTIO XLVII.

An sit confidentia, pactio, quòd alter alteri defectus non opponet in concursu; & an sit simonia.

SVMMARIVM.

1 *Examen per concursum fit in beneficijs curatis.*
2 *Pactio inter concurrentes in beneficio, vt vnus alteri non opponat defectus an sit confidentialis.*
3 *Pactum consideratur in confidentia.*
4 *Cessante diffinitione, cessat diffinitum.*
5 *Lex pœnalis non habet locum nisi in casibus expressis.*
6 *Beneplacitum Papæ tollit omne vitium.*
7 *Ex diuersis non infertur.*
8 *Pensio non debet solui sine beneplacito Papæ.*
9 *Pactum inter concurrentes in beneficio quando sit simoniacum.*
10 *Simonia committitur etiam absque datione pecuniæ.*
11 *Impediens aliquem ab officio, vel beneficio quando peccet.*

QVadragesimoseptimò quæro, An, si plures concurrant in aliquo beneficio, & se inscribant, vt subijciantur examini, quod fit † per
1 concursum iuxta cap. 18. sess. 24. de Reform. in Concil. Trident. & inter illos fiat pactio, quòd alteri defectus non opponet cum realiter possunt obijcere, & vt, qui iudicaretur dignior per superiorem, haberet beneficium, & solueret alteri pensionem annuam cum beneplacito sedis Apostolicæ, numquid huiusmodi pactio sit confidentialis, & inter Constitutio Pij V.

2 Pro affirmatiua ponderantur † verba dictæ Constitutionis Pij V. volentis esse confidentiam dispositio-
3 nem de beneficio, vel pensione † cum pacto, & tradunt Nauarr. in Man. cap. 23. numero 110. cum sequ. Idem Nauarr. consi. 77. numero 30. 33. & 36. de simon. Masca. de probat conclusi. 1506. Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 45. col. pe. Sed inter dictos concurrentes disponitur de beneficio & pensione ex pacto, namque stante prædicta conuentione beneficium potest deuenire ad personam, ad quàm aliàs non deueniret opposito defectu, & pensio reseruatur pro eo, pro quo alias non reseruaretur.

Sed hoc non obstante negatiua opinio est verior & tenenda, secundum quam consuluit Nauar. cons. 3. tit. de sim. quæ probatur.

4 Primò, quia cessat diffinitio confidentiæ hoc casu † cum nulla intercedat fides, arg. not. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.

Secundò, quia dicta Constitutio Pij V. est admodum pœnalis, & odiosa, & non debet habere locum nisi in
5 casibus † expressis, Nauar. cons. 66. de simo inter quos iste non reputatur.

Tertiò, consideratur beneplacitum Apostolicum in
6 reseruatione pensionis quod tollit † maculam, vt dixi de resign. benef. lib. 6. q. 2.

Nec obstat argumentum in contrarium adductum quia procedit Constitutio in dispositione tituli, vel pensionis, quæ fit in resignatione, collatione, & præsentatione, & quæ fit absque beneplacito Sedis Apostolicæ, quod præsupponimus adesse hic in reseruatione
7 dictæ pensionis., vnde sumus in diuersis, † ex quibus non infertur, vulg. l. Papinianus, ff. de minor.

Limita primò, hanc conclusionem non procedere, quoties fuisset pensio illa conuenta inter dictos
8 concurrentes † soluta absque reseruatione Papæ: nam hæc esset confidentia, cùm dispositio omnis de pensione absque beneplacito Papæ sit confidentia, vt ex verbis Constitutionis prædictæ Pij V. supra deduximus.

Limita secundò, vt quamuis firmauerimus tali casu non committi confidentiam ex dicto pacto, vt † com- 9
mittatur simonia, Nauarr. d. cons. 3. in fi. num. 1. de simon. nam simonia committitur etiam sine interuentu pecuniæ numeratæ, vel rei æstimabilis, & sufficit onus † fa- 10
ciendi, vel non faciendi, quasi pro pretio rei spiritualis, vel causa principali meditata beneficium consequendi, c. sicut 3. c. non satis de simon. c. quàm pio, 1. qu. 2. vlt. de pact. c. ex parte 1. de offi. deleg. c. significasti de elect. Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num. 100. colu. 2. & 3. & est communis omnium Doctorum sententia, & huiusmodi pactum de non opponendo exceptiones fuit causa, vt promissor ei conferret beneficium. An autem hæc sit simonia realis vel conuentionalis, ponit Nauarr. d. cons. 3. num. 2. & num. 3. dicit prouisum teneri ad restitutio-
nem eo modo, quo impediens † aliquem ab officio, vel 11
beneficio consequendo tenetur, iuxta ea, quæ scribunt Adrian. in 4. sent. de rest. q. 10. Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 2. Soc. lib. 4. de iust. & iur. q. 7. art. 2. latè. Nauar. in Manual. c. 17. num. 69

Quæst. 47. num. 8. Cum dispositio omnis de pensione absque beneplacito Papæ sit confidentia.

¶NOn omnis dispositio pensionis inconsulto Papa dici potest confidentialis, sed illa tantum, quæ fit aut de qua conuenit in resignatione collat. præsentat. aut electio, vt patet in ipsius constitutionibus, & fatentur omnes. Si ergo ex post facto canonicè prouisus pensionem annuam super beneficio suo promittat, & soluat alicui, puta fratri vxorem ducenti, aut cuiuis extraneo, non est confidentiæ quia titulus beneficialis non tangitur. Plus dico quod etiamsi beneficium ipsum promittat se eidem, aut alteri ad nutum renunciaturum nihilo magis erit confidentialis: quia pactum non adfuit ab initio expresse, nec tacitè, vt supponitur, id est non interuenit in ipsa prouisione promittentis, seu in actibus ad prouisionem concurrentibus, & si ad id per promissionem hanc se arctare non intendit quamuis illicite sit promissio, ob prohibitionem iuris in cap. 2. de concess. præb. non tamen est simoniaca, vt alibi diximus.

QVÆSTIO XLVIII.

Donans aliquid examinatoribus pro approbatione obtinenda non committit confidentiam, sed Simoniam, & incidit in alias pœnas.

SVMMARIVM.

1 *Donans aliquid examinatoribus pro approbatione non committit confidentiam.*
2 *Committit tamen simoniam.*
3 *Approbatus in Concursu acquirit Ius.*
4 *Dans pecuniam pro beneficio tentat emere Gratiam Spiritus sancti.*
5 *Dantes pro acquirendo beneficio sunt ipso iure suspensi.*
6 *Dans pro dimissorijs ad quid teneatur.*
7 *Resignatio cum pacto, vt Resignatarius ei suffragetur in alio beneficio non est confidentialis, sed simoniaca.*

QVadragesimooctauò quæro, An donans aliquid examinatoribus occasione examinis ad beneficium, vt ipsum approbent, vel præferant digniori, aut æquè digno, committat
confidentiam. Negatiua † opinio est vera, quia iste ca- 1
sus non comprehenditur neque in ratione, neque in verbis harum Constitutionum Pij IV. & Pij V. vt ex lectura verborum patet, & ex his, quæ scripsimus in §. *quato nos valeates.* ideò, &c.

Accedit, quia prædictæ Constitutiones sunt pœnales, & odiosæ quare restringendæ erunt in casibus dumtaxat

taxat

taxat expressis. Committitur autem ex hoc † simonia,
vt tradit Nauarr. consi. 58. vers. ad quartum, tit. de si-
mo. & probatur in c. 18. sess. 24. de reform. Conc. Tri-
dent. ibi, *caueantque ne quicquam prorsus occasione hu-
ius examinis, nec ante, nec post accipiant alioquin simo-
niæ vitium tam ipsi, quàm alij dantes incurrant, à qua
absolui nequeant nisi amissis beneficiis, quæ quomodo-
cumque etiam anteà obtinebant, & ad alia in posterum
inhabiles reddantur. &c.* Quod decretum ligat exami-
natores, accipientes & eos, qui dant, & loquitur de do-
natione ante examen, vel post, dummodo occasione
examinis detur, nihil refert quando præstetur, & pri-
uat non solùm illo beneficio, ita obtento, sed etiam
aliis obtentis antea, & obtinendis, & ideo inquit Na-
uarr. d. cons. 58. colum. 1. quòd pœnæ simoniæ realis
habent locum hoc casu, nam vt dicit idem Nauarr. co-
lum. 3. per approbationem factam in concursu acquiri-
3 tur approbato † ius in illo beneficio, & pro illo bene-
ficio, & pro illo iure spirituali fuit datum, & ideò scri-
bit idem Nauarr. prædicto cons. 58. col. prima, vers.
tertiò, quòd dantes pecunias examinatoribus, vt eos
tanquam idoneos præsentent Episcopo ad effectum, vt
4 ab eo ordinetur, quòd emant † mere gratiam Spiri-
tus Sancti id est ordinationem, vt dicit text. in c. quan-
5 do, distin. 24. & propterea sunt † ipso iure suspensi, vt
vult ibi Glo. per c. reperiuntur, 1 quæst. 1. quid autem
6 in dantibus mediatoribus † pro impetrandis dimisso-
riis, disputat, & resoluit Nauarr. alleg. consi. 58. Et,
hac sumpta occasione.

Quæro, an resignatio beneficij sit confidentialis fa-
cta cum pacto, vt resignatarius suffragetur resignanti,
vel alteri in aliqua electione, in qua ipse habet vocem,
7 vel multum potest? Negatiua opinio † mihi videtur
verior, quia præsens casus non comprehenditur in ver-
bis, neque in rationibus Constitutionum Pij IV. & Pij
V. quæ cùm sint pœnales, & odiosæ intelligendæ sunt
in suis limitibus, & eatenùs, quatenus exprimunt, ve-
rùm ex hoc committitur simonia vt tradit in specie Na-
uarr. in Man. c. 23. n. 106. col. 2. vers. Nam cùm quis re-
nunciat, vt not. in cap. quàm pio, prima, q. 2. c. sicut, &
c. non satis, de sim. c. ex parte de off. deleg. c. cùm pri-
dem, de pact.

Quæst. 48. in princ. An donans aliquid examinatoribus
1 occasione examinis ad beneficium committat
confidentiam? Negatiua opinio est vera.

Quæstio hæc absque distinctione resolui nequit: si
enim aliud à beneficio; vel eius fructibus donetur,
aut promittatur examinatoribus, simonia quidem est, quia
tentant donantes emere gratiam spiritus sancti, id est, or-
dinationem ad beneficium; confidentia autem non est;
quia verba constitutionum Pij IV. & Pij V. huic casui
non conueniunt: ergo nec dispositio, l. 4. §. toties. ff. de
damno infect. l. ita autem in princ. ff. de administ. tut. si
verò beneficium ipsum, vel eius fructus, aut pensiones,
quod idem est, promittantur, dicendum est casum esse
confidentialem, & vti tale expresse damnatum per consti-
tutionem Pij V. §. itidem, ibi: *& pariter si à patrono, vel
alteri præsentatori.* Examinatores enim, quos in examine
tanquam idoneos approbant Episcopo præsentant ordi-
nandos, & quamuis verbum præsentatori hic aliquatenus
impropriaretur, vigeret tamen, & disponeret ratio consti-
tutionis, quæ omnem fiduciariam beneficiorum custo-
diam circa dispositionem tituli, vel fructuum cohibere
intendit.

QVÆSTIO XLIX.

*Quando resignatarius donans resignanti post resigna-
tionem committat confidentiam.*

SVMMARIVM.

1 *An dans post resignationem committat confidentiam,
& num. 5.*
2 *Verbum* remittere *importat donationem.*
3 *Simonia committitur ex donatione, & remissione.*
4 *Causa indicat, quid actum sit.*
6 *Post actum, quis libere dare in beneficialibus.*
7 *Beneficiatus potest liberè disponere de fructibus be-
neficij.*
8 *Quisque tenetur diligere proximum.*
9 *Eleemosyna inter bona opera computatur.*
10 *Aduerbium adiunctum dispositioni qualificat.*
11 *Præsumptio cessat data causa.*
12 *Electus dans post electionem non incurrit pœnam.*
13 *Non statuitur contra legem naturalem.*
14 *Grati esse debemus.*
15 *Absurdum tollendum.*
16 *Sanguis non est eliciendus.*
17 *Fideicommissum fit in fraudem fisci tàm fit inconti-
nenti.*
18 *Remissio debiti facta à resignatario resignanti non est
simonia.*
19 *Distantia temporis excludit delictum.*
20 *Actus subsequens quando non retrotrahatur ad præce-
dentem.*
21 *Datio temporalium relatiuè facta ad spiritualia abs-
que pactione non est simonia.*

Quadragesimo nonò quæro, An si resignata-
rius post resignationem donet aliquid resig-
nanti aut consanguineo ipsius, puta † ex fru- 1
ctibus ipsius beneficij, vel alterius sponte, vel
ex aliqua iusta causa, committat confidentiam prohi-
bitam his Constitutionibus?

Pro affirmatiua, primò ponderatur Constitutio Pij
V. in §. Quare, ibi, *Aut quicumque successor illi, vel eius
propinquis ipsos fructus, aut partem aliquam remiserit
eorundem.* Pondero verbum *Remiserit*, † quod impor- 2
tat donationem, lege contra §. si filius, ff. de pact. lege
1. ff. de transactio. lege si mulier, & ibi Bal. & Alexan.
ff. de cond. ob caus. l. si fundum sub conditione §. Ti-
tio, & ibi Glo. ff. de leg. 1. l. si donationis, & ibi Bal.
C. de don. Ioan. Andr. & Abb. in c. ex insinuatione, de
iur. patr. cum infinitis aliis, quæ ad hoc congerit Ti-
raq. in rep. l. si vnquam, verb. donatione largitus num.
173. C. de reu. don. qui num. 173. dicit tam committe-
re simoniam remittentem, † quàm donantem, c. veniens, 3
& ibi Glo. & Abb. in 2. not. de testib. Barb. cons. 4. col.
16. lib. 1.

Secundò, quia huiusmodi donatio videtur facta ob
causam † præcedentem, & sic ob cessionem, & ideò in- 4
dicat, quid in ea actum sit, lege sed Iulianus, §. proin-
de, ff. ad Maced. leg. quædam, ff. de rebus dubiis. Paul.
de Castr. consi. 247. numer. 5. lib. 1. & ex hoc oritur præ-
sumptio.

His tamen non obstantibus, contraria opinio † est 5
verior, quam tenuit Rot. coram R. P. D. Orano Au-
ditore Rotæ in vna Cosentina prætensæ confidentiæ,
die Lunæ, 4. Februarij. 1591. vt donatio omnium fru-
ctuum, vel partis beneficij resignati post resignatio-
nem factam à resignatario resignanti non sit confiden-
tia, si resignatio beneficij non sit facta hac intentione,
vt id fiat, & cum pacto, nam potest, quis, postquam est
beneficium assecutus, sponte, aut ex aliqua causa iu-
sta, fructibus, aut eorum partem resignanti, † aut alte- 6
ri donare, absque vitio simoniæ, vel confidentiæ, c.
Artaldus, ibi, antequam eligeretur, §. 8. quæstio. 3. Gl.
in c. quamuis in verb. postmodum, 3. quæstio. 2. Ioann.
Andr. Abb. Fel. & Dec. in c. veniens, primo, de testi-
bus, Abb. in c. cum M. numer. 14. de const. Dec. cons.
118. num. 4. Sarn. de trienn. quæst. 12. vers. secundò prin-
cipaliter, Put. decis. 171. nu. 9. li. 2. Mohed. decis. 166. in-
cip. permutatio, Card. Paris. cons. 30. num. 21. vol. 4. Nat.
cons. 529. numer. 11. Ferret. cons. 393. nu. 8. & commu-
niter Doctores, vt habetur in d. c. veniens, Accedit,
quia aliàs sequeretur absurdum, quòd beneficiarius de
fructibus beneficij † non posset liberè disponere, quod
esset contra veram, & receptam omnium Canonista- 7
rum sententiam. Glo. in c. præsenti verb. nostrarum, de

Digitized by Google

off.ord.in 6.Imol.in cap.cæterum de don. & in cap.vlt.
de pecul.cleric.latè aursat.consi.376.nume.19. cum seq.
vol.4.Comprobatur etiam,quia hoc esset contra chari-
8 tatem, qua tenemur subuenire proximo , † iuxta illud,
Homini homo Deus.

Ita etiam in simili in Euangelio prohibemur eleemo-
synam facere , vt videamur ab hominibus. Ex quibus
verbis non damnatur eleemosyna , quæ inter bona ope-
9 ra † connumeratur , vt latè per Nauarr. in cap. si aga-
mus, numer. 8. de pœnit.dist.prima, sed tunc demum si
facta sit ea intentione , vt ab hominibus videamur, ita
non sola fructuum concessio inducit simoniam & con-
fidentiam,sed ea,quæ fuit facta intentione praua,& pa-
cto, vt etiam aduerbium adiunctum dispositioni osten-
10 dit,cuius natura † est qualificare factum , l. Pomponius,
& ibi Barr.n.19.ff.de neg. gest.Vltimò,id certificatur ex
recepta Doctorum omnium sententia,simoniam,& con-
fidentiam non committi sine pacto vt dixi suprà.

Ad contraria respondetur.Ad primum , Bullam illis
verbis non dicere huiusmodi donationem esse confi-
dentiam,& sic verè commissum esse delictum,sed dicit,
ex ea remissione & donatione oriri præsumptionem ex
qua aliis coniecturis concurrentibus vult delicti com-
11 missi resultare probationem quæ † præsumptio cessat
quoties causa constat donasse,vt latè fuit dictum in alia
quæstione.

Sicut neque constitutio hæc Pij V.procedit, quoties
fuit datum resignanti a resignatario,collatori ab eo,cui
fuit beneficium collatum,præsentanti a præsentato,eli-
genti ab electo , post longum tempus à resignatione,
12 collatione, † præsentatione , vel electione , vt spatio
trium annorum consuluit in terminis Nauarr. cons.66.
incip. R. Domine , titul. de simon quod est transposi-
tum. fol.893. in secundo Tom. & numer. 5. dicit,Con-
stitutiones has Pij IV.& Pij V. non intendere prohibere
beneficiariis,ne quid vnquam donent eis , per quorum
resignationem , collationem , electionem , & præsen-
tationem obtinuerunt beneficia : quia id fuisset statue-
13 re contrà legem naturalem † quod non poterant , cap.
sunt quædam 25. quæst.1. nam quisque obligatur bene-
facere potius illis, à quibus talia beneficia acceperunt,
14 quam aliis , iuxta † notabilia verba posita in cap. cum
in officiis , de testament. *cum in officiis charitatis pri-
mo loco illis teneamur obnoxy , à quibus beneficium aut
cognoscimus accepisse.* Nam alioquin sequeretur , quòd
nulla renunciatio , vel collatio reperiretur facta ab
vno amico alteri in eadem ciuitate degente , quæ non
posset iudicari confidentialis , si aliquot annis in eadem
conuixerint quandoquidem via reperiretur vllus adeò
ingratus , vt nulla munera , vel obsequia , aut officia
tribuerit ei intra tantum tempus,argum.not. per Gloss.
in leg.si non sortem,§.libertus,ff.de cond. indeb. & sub-
dit Nauarr. quòd via vllus Cardinalis , Archiepisco-
pus , vel Episcopus , habens ius conferendi beneficia
pinguia inueniretur , qui non deberet præsumi confi-
dentiarius , si retributio facta post collationem post
duos vel tres annos argueret confidentiam , quod est
absurdum , † & nullatenus dicendum , leg. nam quod
15 absurdum , ff. de bon. libet & huiusmodi Constitutio-
nes non pias, sed pœnalissimas , & odiosas extendere
16 ad hunc casum esset elicere sanguinem, † inquit Nauar.
ex cap.38. prouerb.cap.denique,dist.30. ideò alias vidi
per doctissimos consultum coniecturam illam , de qua
in hac Constitutione Pij V. de resignatione facta à resi-
gnatario nepoti , aut consanguineo resignantis non
procedere , quoties post longum tempus fuit facta re-
signatio puta spatio alicuius anni. Nam in alia conie-
ctura Pius V. ponit modicum tempus , id est duorum,
aut trium mensium & tacita fides de restituendo inca-
paci & tacitum † fideicommissum in fraudem fisci tunc
arguitur , cùm fit incontinenti , vt tradunt Bartol.cons.
194. in fin. Palatinus Ru. in rubr. de don. inter. vir. &
vxor.§.5. numer.13. cum aliis,vt per Couarr.in Epit.de
sponf.c.8.§.8.num.5.Bald.in l.cum quam,nu.40.C.de fi-
deicomm.

Sic in facti contingentia consuluit Alciat. respons.
secundo,col.secundo,num.16.& 17.cum † sequent.libr. 18
1.non esse simoniam remissionem debiti factam à Resi-
gnatario Resignanti longo tempore post Resignatio-
nem , nam huiusmodi distantia † temporis excludit 19
omnem præsumptionem Rom. & alij,leg.qui in aliena,
§.si is qui putabat,ff.de acquir.hær.nec actus subsequens
potest præsumi factus ad executionem † actus præce- 20
dentis,cum sequeretur delictum,Bald.in l. fœlicissima,
C. de his qui à non. dom. Et solent omnes inter se vti
hac liberalitate , not. per Bart.in l. quæ dotis, ff. solut.
matr.Nec est obliuioni tradendum in hac materia,quod
scribit Ant.de Butr.in cap.tua nos,in fi.de simon.datio-
nem temporalium etiam correlatiuè † factam ad obti- 21
nenda spiritualia absque pactione non inducere simo-
niam,sequitur Socin.sen.num.5. Amplia etiam si eodem
tempore,vt ibi Zabarel.

Quæst.49.num.13. Quia id fuisset statuere contrà legem
naturalem quod non poterant.

¶ NEgat Auctor. esse sub potestate legis humanæ pro-
hibere gratuitam largitionē ex gratitudine accepti
beneficij : quia obligatio antidotalis est de iure naturali ,
contra quod statui non potest,& tamen Concilium Triden-
tinum sess.25.c.1.de reformat. prohibet spontaneas obla-
tiones & donationes pro collatione quorumcumque ordi-
num, illasque vt simoniacas pœnis iuris subijcit, iuxta c.
placuit vt de 1.q.1 & idem Concilium districtè inhibet ex-
aminatoribus promouendorum ad Parochiales ne quic-
quam prorsus occasione examinis, vel ante, vel post acci-
piant : alioquin vult quod simoniæ vitium tam ipsi , quam
dantes incurrant,à qua absolui nequeant, nisi dimissis be-
neficiis,quæ quomodocumque,etiam antea obtinebant, &
ad alia in posterum inhabiles reddantur, sess.24.c.18. de
reformat. Vnde vides gratuitam liberalitatem occasione
spiritualis ministerij factam à iure positiuo, nedum simpli-
citer , sed tanquam simoniacam prohiberi , quod vltimum
sanè mirum videri potest : nam donum gratis datum non
habet rationem pretij , sine quo impossibile est simoniam
committi:quia tamen illa donatio rei temporalis ex grati-
tudine,non sit seu non videtur fieri sine respectu & ordine
ad spiritualem , habet quandam vmbram & suspicionem
permutationis: ideo potuit Canonica lex propter reueren-
tiam rerum sacrarum, & ad vitanda simoniæ pericula , &
scandala illam dationem tanquam simoniam prohibere, &
licet illa apparens commutatio non sit vera venditio , est
tamen vera simonia : quia ad id satis est quod sit apparens,
seu præsūpta, aut suspecta venditio rei spiritualis, & quod
eo titulo sit lege prohibita, vt subtiliter considerat Suarez
de Relig tit.de simon.cap.49. tunc itaque donum gratui-
tum induit rationem pretij propter relationem & respe-
ctum ad donum spirituale ita lege statuente & illa imago
venditionis , per prohibitionem . constituitur in ratione
veræ simoniæ. In proposito tamen non habet locum talis
prohibitio non ex defectu potestatis, sed intentionis: id enim
poterant pontificiæ, æque ac conciliares constitutiones , &
aliquando contra ius naturale statuitur , vt videre est in
seruitute vsucapione, &c.

QVÆSTIO L.

Quando ex datione ante Resignationem arguatur confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Dans ante resignationem non committit confiden-
tiam,nec simoniam.*
2 *Alienans ante delictum non videtur facere in frau-
dem.*
3 *Simonia, quando exactio dat causam collationi.*
4 *Alienatio modico tempore ante delictum præsumitur
fraudulenta.*
5 *Ex verbis & signis colligitur fraus.*

Digitized by Google

QVinquagesimo quæro. An arguatur confiden-
tia ex datione facta ante collationem, præsen-
tationem, resignationem, electionem, &c.
1 Huiusmodi dationem non esse Simoniam †
scribit Redoan. de simon. part. 3. c. vlt. n. 2. vide Abb. in c.
tuam de sim.

Nam datio temporalium libera non relatiuè facta
ad causandam dationem spiritualium non inducit simo-
niam, Butr. per illum tex. io c. tua nos, n. 3. & in c. dilectus
secundo, oumer. 3. vbi etiam Zabarell. eodem oumero,
de sim.

2 Ideò alienatio etiam omnium bonorum facta † ante
delictum non præsumitur facta in fraudem fisci Batt. in
l. post contractum, nume. 2. Alc. nu. 37. vers. cæterum, ff. de
donat. Sal. in leg. si quis posthac, colum. 4. Cod. de bon.
proscr.

Limita, nisi exactio † dederit causam collationi præ-
3 sentationi, & resignationi, Redoan. d. part. 3. cap. vlt. ou-
mer. 5. vbi loquitur de consuetudine habente hoc funda-
damentum, vt sit vitiosa, Abb. in cap. cum in Ecclesia, de
consuetu.

Limita, nisi paulò ante resignationem fuisset datom
cum conuentione, nam colligeretur ex hoc dedisse cau-
sa Resignationis, nam etiam alienatio modico tempore
ante delictum † præsumitur fraudulenta, Dec. cons. 235.
4 col. 2. vers. 5. præsumitur. Nat. cons. 549. n. 9. libr. 3. Anch.
cons. 251. n. 3 Blanch. tract. de indic. n. 58. Pic. in d. l. post
contractum, o. 36. Io. Anib. n. 163. vel colligeretur ex ali-
quibus verbis, † aut signis, Alciat. in l. si maior prima,
5 vers. 7. C. de transact. Pic. d. l. post contractum, n. 68. Me-
noch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 124. n. 69.

Quæst. 50. num. 3. Limita oisi exactio dederit causam
collationi, præsentationi & Resignationi.

¶ DIc tuoc non esse confidentiam, sed simoniam, per ea
quæ nos, supra, quæst. 1. & quæst. 36. diximus.

QVÆSTIO LI.

Quando ex mandatis correspectiuis arguatur confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Ex Resignationibus reciprocis factis inuicem filiis, an colligatur confidentia, & num. 13.*
2 *Actus reciproci inducunt Simoniam.*
3 *Conuentiones in beneficialibus prohibentur.*
4 *Correspectiuitas ex mandatis datis vni procuratori.*
5 *An colligatur correspectiuitas, si consensus fuerunt præstiti eodem tempore.*
6 *Resignationes in fraudem qua.*
7 *Fraus ex causa præsumitur.*
8 *Filius in beneficio non potest succedere Patri.*
9 *Ex mandatis datis eadem die colligitur correspectiuitas.*
10 *Qui ex mandatis datis modico tempore interiecto.*
11 *Fama facit semiplenam probationem.*
12 *An fama probet simoniam.*
14 *Interpretatio capienda, vt delictum excludatur.*
15 *Quisque potest Resignare suum beneficium.*
16 *Lege naturali quis est obligatus ad gratiam referendam.*
17 *Regula de triennali reddit tutos.*
18 *Correspectiuitas non consideratur, cum digressum est ad actus extraneos.*
19 *Fama non probat confidentiam.*
20 *Fama debet à probis prouenire.*

QVinquagesimoprimò, quæro, de notabili quæ-
stione, quæ diu fuit disputata in Romana Cu-
ria. An ea duobus mandatis confectis in par-
tibus, vno, die primo, in quo Titius consti-
tuebat procuratorem N. ad resignandum in fauorem
M. filij Mæuij Canonicatum Ecclesiæ Calagurrian. al-
tero die 3. io quo Mæuius constituit eundem procura-
torem ad resignandum † Canonicatum, quem obtine- 1
bat in eadem Ecclesia in fauorem G. filij Titij, vigore
quorum mandatorum fuerunt admissæ resignationes,
expeditæ litteræ, & captæ possessiones, & prius habue-
rat dispensationem, vt possent consequi quemcumque
Canonicatum io Ecclesia, in qua patres eorum, dummo-
do non succedant patri, colligatur confidentia prohi-
bita per has Constitutiones?

Pro affirmatina, primò adducitur, quia † omnes actus 2
reciproci in beneficialibus inducunt simoniam Sarn. de
trien. q. 12. n. 13. Cresc. dec. 78. Paleot. dec. 150. Et commu-
niter alij, sed hæ resignationes sunt correspectiuæ, & re-
ciprocæ, *resigno in fauorem filij tui, vt resignes in fauorem
filij mei*. Ergo simoniacæ, vt sunt omnes aliæ † conuen- 3
tiones, quæ prohibentur in beneficialibus, cap. cum pri-
dem, c. pactiones, de pact. & fuit resolutum de ann. 1583.
in vna Astoricen. de Villarin. & in alia Gesunden. præ-
ceptoriæ, coram Reuer. Patre D. Gypsio.

Et de huiusmodi correspectiuitate satis constat.

Primò ex mandatis datis † vni & eidem procuratori, 4
Peregr. dec. 83. libr. 1. Rot. dec. diuers. 234. ad fi. pag. 2. in
impress.

Secondò, quia ambæ supplicationes fuerunt † 5
eodem tempore datæ, & consensus præstiti, Put. dec.
492. libr. secundo. Achil. dec. 1. de simon. Peregrin. d.
dec. 83. & fuit dictum in præfata Gerunden. & de duo-
bus consensibus eadem die præstitis habetur inter de-
cisiones diuers. 446. part. prima, in vna Bononiensis pen-
sionis.

Tertiò, quia fuerunt factæ in filiis vtriusque, & sic † 6
in fraudem, c. 2. de fil. presbyt. c. 15. sess. 25. Concil. Trid.
nam data causa probabili sic simulandi de facili præsu-
mitur talis † fraus, Bart. io l. post contractum, nu. 1. ff. de 7
donat. Rot. dec. 1. de don. in nou. Et hoc facit præsumere
decretum Concilij, d. c. 15. sess. 25. ad tradita per Alci. de
præsumpt. part. 2. n. 4. non enim poterant filij succedere
† patri, ideò, vt euitarent hoc, videntur ita consensisse, 8
Anch. cons. 434. n. 3. vers. præterea, Crau. cons. 153. n. 8. &
9. Et fuit resolutum in vna Oscen. Prioratus, vt habetur
dec. 234. prope fi. in impress. part. 2. & faciunt tradita per
Gloss. in cap. vnico, & ibi Abb. num. 14. & 29. vt Eccles.
benefic.

Quartò, quia, quamuis mandata non fuerint † data 9
eodem die, ex quo induceretur correspectiuitas pro-
culdubio, Put. dec. 525. libr. secundo. Mohedan. dec. 224.
Achill. dec. 4. de renunc. tamen idem erit, quando fue-
runt data † modico tempore interiecto, & sic ex inter- 10
uallo, Capotaq. dec. 297. pag. 2. habetur inter dec. diuers.
234. in fin pag. 2. & fuit resolutum in vna Placen. bono-
rum coram R. P. D. Seraphino 11. Maij 1583. Et in alia
Reatin. pensionis coram R. P. D. Pamphilio 10. Iun. 1588.
vbi aderat interuallum trium dierum, & alia Gerun-
den. præceptoriæ, intercesserant 15. dies, & ita tradit
Sarn. quæst. 12. de trienn. iudicasse Rotam: Ac in alia
Hispalen. & Corduben. beneficiorum, coram supra-
dicto Gypsio, per not. per Ancbar. cons. 434. numer. 3.
Cran. d. cons. 143. numer. 8. & 9. Vt consultò volentes
fraudare interponant huiusmodi interuallum temporis
Alex. cons. 51. oumer. 2. lib. 4. Crauc. cons. 156. n. 18, Acce-
dat vnitas, & actus sequens, latè Capuaq. dec. 235. p. 2.
numer. 3.

Quintò, ponderabatur etiam fama, quæ † regulariter 11
facit semiplenam probationem, & cùm Bullæ sint con-
tentæ præsumptionibus, ergo & ea, & ita alias Rota fa-
mam probauit † in vna Caurien. Canonicatus, coram 12
R. P. D. Rubeo, de anno 1581. eò magis in his quæ sunt
difficilis probationis, Butr. in cap. veniens primo, nu-
mer. 10. de testib. Roman. cons. 76. nume. 6. Alex. cons. 88.

num.11.lib.7.Dec.in cap.1.nume.10.de appell.facit dec. Caputaq.199. in impress. & quod in vna Calagurtian. beneficiorum, coram R.P. D. Blaochetio fuit decisum de ann. 1575.

Et pro hac sententia iudicauit Iudea confidentiatum.

His tamen non † obstantibus, contrarium deter-
13 minauit Rota in dict. Calaguritan. Die Lunæ 14. Decembris, 1591. coram R. P. D. Pegna Auditore Rotæ, & iterum proposita eadem causa coram R. P. D. Pamphilio Veneris 25. Iunij 1593. Domini steterunt in decisis.

Primò, quia non constabat primum resignantem dedisse mandatum sub confidentia, vel præcedente pactione, vt alter posteà simile mandatum daret ad resignandum suum Canonicatum eius filio. Vnde, cùm fieri potuerit, vt huiusmodi primum mandatum fuerit sponte, & nulla præcedente pactione confidentiaria datum, & posteà alter idem quoque sponte præstiterit, in dubio
14 ea † interpretatio est capienda, quæ delictum excludit, l. merito, ff. pro soc. cap. estote, de regul. iur. D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 4. Primus enim actus resignationis seclusa pactione non erat illicitus, cùm quisque possit resigna-
15 re † suum beneficium: Et latè dixi de resign. benef. libr. 3. quæst. 1. neque secundus gratuitò, & sponte factus fuerat simoniacus, Fehnis, & alij in cap. tua nos, de Simon.
16 nam potuit manare a fonte gratitudinis, cùm lege † naturali, quis sit obligatus, ad gratiam referendam opportuno tempore, leg. sed & si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred. leg. si non sortem, §. libertus, vbi Gloss. in verb. natura, ff. de condict. indebit. cap. cum in officiis, de testam. D. Thom. 2. 2. quæst. 106. art. 5. Nauarr. in consta. de dat. & promiss. not. 1. Ergo sequitur, cessante pactione, modo, & conditione, non posse hos actus confidentiales reputari.

Secundò quia, esto, quòd aliqua posset considerari confidentia inter illos resignantes, tamen, cum hodie sint defuncti, non debet præiudicare illis, qui tuti red-
17 duntur † regula de triennali, vt per Sarn. d. quæst. 12. reg. de trienn. & fuit decisum in vna Hispalen. beneficij de Ecija, die 16. Nouemb. 1579. coram S.D.N. tunc Auditore Rotæ.

Et ad contraria respondetur, mandata non esse correspectiua, cùm non sint eadem die rogata, Caputaq. decis. 197. & 234. part. 2. Peregr. decis. 289. libro 3. quia
18 contrahentes digressi † fuerunt ad alios actus extraneos, vt latè etiam comprobaui de resignat. benefic. libro 14.

Non obstat decisio allegata in illa Gerund. Præceptoriæ, quia respondetur ibi non fuisse decisum, actus fuisse correspectiuos propter mandata facta inter paucos dies, sed quia erat locus Constitut. Pij IV. & Pij V.

Nec etiam obstat decisio in illa Bononien. translationis pensionis 29. Ianuarij 1579. coram S. D. N. quia loquitur de consensib. præstitis per principales præsentes in Curia, non autem per procuratores, vt nos.

Minùs obstat alia decisio in illa Oscen. Prioratus coram Reuer. Oriolen. 20. Iun. 1582. nam loquitur ad alium effectum, & in fine dicitur, quòd prædicta fortasse non sufficerent ad inducendam simoniam.

Non obstat alia decisio in illa Reatin. pensionis, quia respondetur, multa in ea affuisse indicia, & præsumptiones confidentiam probantia.

Nec ex eo, quod essent filij, concludebatur confidentia, ad tradita in c. in præsentia de probat.

19 Nec famæ multùm in hac † materia est tribuendum, cùm sit indicium inconstans, vagum, & à delicto longè remotum, maximè non concurrentib. aliis, Gra. cons. 57. n. 8. lib. 2. Clar. §. vlt. q. 21. vers. fama, Caputaq. dec. 299. li-
20 bro 1. in manuscr. & si non emanauit † à probis, c. qualiter 2. de accus. c. licèt Heli, de sim. Et fuit resolutum, in his terminis in causa Firman. Capellaniæ coram Sanctiss. D.N. 7. Maij, 1582.

Et ita vt dixi resoluit Rota coram R. P. D. Pegna, & etiam confirmauit denuò proposita causa hoc anno 1593. coram Reuerend. P. D. Pamphilio, vt supra retuli.

Quæst. 51. In rubrica Quando ex mandatis correspectiuis arguatur confidentia.

¶ CErtissimum est ex correspectiuitate mãdatorũ, quæ circa idem beneficium non sint; nunquã argui confidentiam, etiam si de correspectiuitate constet, quicquid in contrarium hic supponat Auctor; ratio est, quia non est confidentia nisi vbi de vno, & eodem beneficio restituendo sibi, aut alteri, vel fructibus dandis, aut pensione soluenda inter partes conuenit vt sæpe monuimus. Vnde, inquit Suarez de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 43. num. 5. licet aliquis renunciet in alium beneficium suum confidẽs ex pacto illum daturum alteri tertio beneficium aliud, quod ipse possidet, erit quædam simoniaca permutatio, reciproca, vel triangularis non tamen erit confidentialis. Idem dico quando fructus alterius beneficij darentur, aut promitterentur per eandem rationem, vide à nobis dicta sup. q. 2. & q. 36.

QVÆSTIO LII.

Collatio Ordinarij cum iuramento de non Resignando non est confidentialis, sed simoniaca.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta ab Ordinario recipiendo iuramentum à collatorio, quòd non Resignabit, an sit confidentialis, & n. 6.*
2 *Quisque potest Resignare beneficia.*
3 *Confidentia ex pacto etiam tacito colligitur.*
4 *Collator non potest paciscere cum collatario.*
5 *Pactum, quod non est à iure non est apponendum in collatione.*
7 *Intellectus, §. Itidem, constitutionis Pij V.*
8 *Lex pœnalis loquens de affirmatiua non habet locum in negatiua.*
9 *Beneficia sunt conferenda sine diminutione.*
10 *Onus impositum minuit pretium.*
11 *Iuramentum non debet esse impedimentum maioris boni.*

QVinquagesimosecundò quæro. An sit confidentialis collatio facta ab Ordinario, vel alio collatore, recipiendo iuramentum à collatario
quòd ipse non resignabit † illud beneficium cum pensio- 1
ne, nec in fauorem alicuius, nec etiam permutabit illud, sed tantum purè, & liberè, ac simpliciter in manibus Papæ, vel ipsius Ordinarij, quoties id voluerit facere?

Aliàs, cum hic casus accidisset, pro affirmatiua ponderabatur, §. Itidem, huius Constitutionis Pij V. vbi iudicat confidentialem collationem factam ab ordinario, vel alio Collatore cum conditione tacita, vel expressa, contra iuris communis dispositionem, vt expressè dicitur illis verbis. *Contra iuris communis ordinationem*, &c. Sed huiusmodi conditio est contra ius commune, secundum
quod potest quia † resignare beneficia quæ obtinet, Io. 2
Andr. in rub de renũc. n. 4. Rot. dec. 26. in fi. de pro. in antiq. & dec. 31. n. 4. de re Iud. eo lib. Ber. in c. cum omnes, n. 24. de const. Boër. dec. 205. n. 4. cum aliis adductis à me lib. 3. de resign. benef. qu. 1. n. 1. cum seq ergo, &c.

Secundò afferebatur quia † confidentia ex pacto, & 3
conditione etiam tacita deprehenditur, siue in collatione, siue in resignatione, aut præsentatione interuenerat, Nauar. in Man. c. 23. n. 107. vers. ad decimum & nu. 109. & 110. Idem Nauarr. cons. 27. de simon. Gabr. cons. 172. numer. 4. & 12. cum sequ. volum. 2. sed in casu nostro adest in collatione conditio, modus, pacti inexpressum, ergo collatio est confidentialis, cùm collator nequaquam
possit pacisci cum eo, cui collaturus † est beneficium, 4

c.quàm pio 1.q.2.c.vlt. de pact. aliàs communiter simo-
nia, DD. in c.ea parte 1.de offic.deleg. & in cap.quæsi-
5 tum, de rer.permut.Eòque magis, cùm † non insit a iu-
re huiusmodi pactum, iux. Gl. & tradita per Fel. in d.
cap.ad audientiam de rescr. imo sit contra ius, vt supra.
deduxi.

6 His tamen † non obstantibus, contrariam opinionem
7 existimo veriorem, quia d. §. Itidem, huius † Constitu-
tionis Pij V. loquitur de conditione tacita, vel expres-
sa, apposita ab Ordinarijs in collatione, vt illi, quibus
conferuntur beneficia, resignent ea beneficia, quibus
ipsi voluerint, aut pensiones, vel fructus ipsis, aut aliis
dent, vt ea verbis expressis colligitur & tradit Nauarr.
in Man.c.23.sub num.110.vers.noto septimò, Maiol. de
irreg.lib.5.c.45.sub num.5.Mascard.de probat.conclus.
1306.col.antepen. & pen. & alij quos in interpretatione
d.§.citaui, & attuli rationes, sed conditio, de qua in
casu nostro, est admodum diuersa, cùm sit de non resi-
gnando.Ergo non debet comprehendi sub lege pœnali,
& odiosa,reg.odia, cum ibi notatis de reg.iur.lib.6.

8 Constitutio enim † pœnalis comprehendens affirma-
tiuam, non habet locum in negatiua, Doct.in l.si vero
§.de viro, ff. solut.matr.

Eò magis, cùm adsit diuersa ratio inter vtrumque
casum, vt patet ex his, quæ scripsi in §.itidem.

Non obstat id, quod ponderabatur dict.§. itidem,illis
verbis, *Contra iuris ordinationem*,nam refertur ad con-
ditionem de resignando cui voluerit collator, quod est
contra iuris communis ordinationem, vt patet, ibi : *ex
conditione tacita, vel expressa, vt postea, in alterum pro
arbitrio collatoris seu alterius cuiuscumque contra iuris
communis ordinationem disponatur* : nam, aliàs sequere-
tur, quòd omnis conditio contra ius apposita in colla-
tione esset confidentia, quod est falsum, & absurdum.
Ad secundum respondetur, quod pactum tacitum, &
expressum inducit confidentiam in casibus confidentia-
libus, non autem in aliis.

Concludo igitur hanc non esse confidentiam, cùm
non colligatur neque ex verbis, neque ex ratione Con-
stitutionum Pij IV. & Pij V.

Declara tamen, vt huiusmodi conditio, apposita in
collatione per Ordinarium, vel alium collatorem sit
illicita, vt consuluit Nauar.cons.1. de concess. præben.
& omnes in hoc consentiunt.

9 Et ratio est, quia † beneficia sunt conferenda sine di-
minutione, c.primo, vt Eccles. benef. & conferens be-
neficium cum prædictis oneribus videtur conferre cum
diminutione, nam regulare est, vt onus impositum rei
10 minuat † pretium eius, c.cum Ioan.cum ibi not.de Fid.
instr.l.fundi partem, ff.de contrah.emp.Gl. & Bar.in l.
mortis causa capimus, §.vlt.ff. de donat. causa mort. &
tradit Bal.in d.l fundi,fel.in d. c. cum. Ioan. numero 4.
& num. 33.cum seq.

Accedit, quia collator prohibetur aliam conditio-
nem in collatione adijcere, quàm eam, quæ de iure
inest, Fel. & alij in c. ad audientiam, de rescr. Nauarr.
cons.45.num.2.de præb.

Declara secundò, vt huiusmodi conditio, redoleat
simoniam, nam inquit Nauar.d.cons.1.nu. 2. de concess.
præb.non auderem excusare conferentem nec collata-
rium à simonia, nam inficiari non potest, interuenire
in huiusmodi collatione conditionem, & modum, qui
iure non inest.Et faciunt quæ, habentur in c.quàm pio,
1.q.2.cap.vlt.de pact. & numer.3. Idem Nauar.d.cons.1.
concludit, huiusmodi iuramentum non esse validum, &
posse eo non obstante resignare cui voluerit, & cum
11 pensione : nam iuramentum non debet † esse impedi-
mentum maioris boni, D.Thom.2.2.q.89.art.7. Abb.Fel.
& alij in c. si verò, de iureiur. Idem Fel. in cap. si debi-
tores,num.9. de iureiur. vbi latè, & scripsi alias.

quæst. 52. num.6. Contrariam opinionem existi-
mo veriorem.

¶ TAmen definitio confidentiæ ab Auctore adducta
supra q.1.num.49.huic casui conuenit, in quo col-
lator spem habet quod collatarius beneficium accipiat
pacto, modo, & conditione expressa quod non resignabit
cum pensione, nec in fauorem, nec permutabit beneficium
collatum : ideò nos definitionem illam iure ibidem repro-
bauimus, & hic cum Auctore dicimus nullam in specie
quæstionis cadere confidentiam : cum cessent verba, & ra-
tio dispositioni, imò forte nec Simoniam : quia de iure
beneficium non potest, nisi dispensatiue, resignari in fa-
uorem c.Episcopo & c plerique 7.q. 1. nec cum pensione 3
toto tit.vt benef. Eccles. sine diminut. confer. nec permu-
tari, cap quæsitum de rerum permut.ergo conditio memo-
rata videtur inesse de iure. Quia tamen per illam exclu-
ditur dispensatio de iure & consuetudine permissa, illam
vti Simoniacam, vel saltem quoddam huiusce prauitatis
spectum præ se ferentem omnino reprobandam censemus.

QVÆSTIO LIII.

*Intentio praua Ordinarij collatoris quando faciat
vacare beneficium.*

SVMMARIVM.

1 *An praua intentio Ordinarij in collatione annullet collationem, & num. 3.*

2 *Collator non potest recipere fructus beneficij collati.*

4 *Constitutio Pij V. super confidentiis loquitur de resi-
gnante, & non de Ordinario.*

5 *Lex odiosa non debet extendi.*

6 *Absque pacto non committitur confidentia.*

7 *Non qualibet intentio inducit confidentiam, sed ea
quæ est nota alteri.*

8 *Intentio praua eligentium, non nocet electo.*

9 *Intentio praua præsentantis, non nocet præsentato.*

10 *Collator habens prauam intentionem exigendi fru-
ctus, si postea illos consequatur ex donatione col-
latarij, non committitur confidentia.*

11 *Collator defendens litem beneficij collati, & expen-
dens, non committit confidentiam.*

12 *Causa præsumitur vt excludatur delictum.*

13 *Ex actibus factis longo tempore cessat correspectiui-
tas.*

14 *Et pacto in collatione, simonia & confidentia.*

15 *Pactum, vt noceat, est probandum.*

QVinquagesimotertiò quæro, An, si Ordinarius
conferat beneficium & habeat prauam inten-
tionem recipiendi fructus † post collationem 1
ex hoc commitatur confidentia, vt ex ea vacet be-
neficium ?

Pro affirmatiua, Primò adducitur Constitutio præ-
dicta Pij V. in §. Quare, ibi : *etiam sub dimittentis in-
tentione receperit*, &c.

Secundò, quia prohibetur collator recipere † fru- 2
ctus beneficij collati, vt communiter est receptum, &
practicatur.

His tamen † non obstantibus, contraria opinio est 3
verior, quam in terminis tenuit Hier.Gabrie. cons. 172.
in princ.lib.2.Nauar.cons.33.numero.4.de simon. Idem
Nauarr. in c.23.num.109.& probatur huiusmodi opinio,
tum quia potest sustineri, vt facit Gabr. loc. cit. quod
hæc extrauag.Pij V.loco citato loquatur de resignante,
† non autem de Ordinario, qui cum nullum ius habeat 4
in beneficio, cessabit Constitutio, quæ cum contineat
odium, non debet † extendi ad hunc casum, cap.odia, 5
c.in pœnis, de regu.Iur.lib.6. & multò maior ratio mi-
litat, vt spectetur mens resignantis habentis ius, quam
Ordinarij nullum habentis ad effectum, vt noceat resi-
gnatario.Tum etiam quia absque pacto † modo,& con- 6

ditione non committitur confidentia, Nauar.io Man. c.
23.num.107. & oum.109. & nomer.110.Nauatr.conf.27.
& conf.30. & 33. & 36.de fimon. & communiter Doct.
vt ex pluribos rationibus conclufi fupra, & tameo io
hoc cafu præfupponimus nullom adeffe pactum, nullamque
conditionem, fed dumtaxat Ordinarium habuiffe
hanc intentionem prauam.

Non obftant contraria: nam ad primum refpondetur,
7 illa † verba effe iotelligenda de intentione nota ei,
qui receperit beneficium, vt tradit Gabriel.loco cit. &
dixi fupra.

Secundum, remanet fublatum ex prædictis.

Concludendum eft igitur, intentionem prauam Ordinarij
non nocere ei, cui collatum eft beneficium.

8 Amplia primò, vt nec etiam noceat electo † intentio
praua eligentium, ad effectum reducendi confidentiam,
vt in terminis fcriptum reliquit Nauar.conf.33.nume.4.
verf.tum quia, de fimon.

9 Amplia fecundò, vt nec etiam noceat † præfentato
intentio praua præfentantis ad effectum inducendi coofidentiam,
vt in termiois etiam fcripfit Nauar.d.coof.33.
num.4.de fimon.

Amplia tertiò, vt nec etiam tali cafu committatur
confideotia, fi poftea ille cui fuit collatum beneficium
10 † permittat vt Ordinarius recipiat fructus beneficij
collati. Ita in facti contingentia refpondit Gabr.d. conf.
172.oum.10.14. & 23.lib. 2. Dummodo primò, id faciat
Epifcopus nullo intercedente anteà pacto, vt latè conclufi
ea pluribus rationibus in d.quæft.fecunda, vt adfit
caofa, quæ cacludat omnem præfumptionem, & fufpicionem,
vt in cafu Gabr.nam ibi Epifcopus contulit
beneficium fuo familiari, fuper quo beneficio cùm effet
11 mota lis, Epifcopus † collator litem defendit, & aliquid
eapendit tuendo iurifdictionem fuam ratione proprij
intereffe: potuit igitur percipere fructus expenfos,
vel etiam, quia haberet longo tempore poft collationem
aliquid ex fructibus ab eo, cui contulit, nam hoc
cafu nulla committitur confideotia, vt exprefsè fcripfit
Gabriel.d.conf.72.num.14.verf.teftat.lib.2.Idque potuit
fieri vel ratione gratitudinis, quæ tali cafo non eft prohibita,
vt probat Nauar.conf.33.num.4.de fimon. vel ex
12 alia caufa, quæ præfumitur, † vt excludatur delictum l.
meriro, ff. pro foc. &, quoties apparet alia caufa,
ceffat confidentia, Put. decif.385. lib. 1. & decif. 489.
lib. 2. Dec. conf.218. numero 3. Sarnen. de trien.quæft.
32.num. 11, & 12.

13 Et regulare eft, vt ceffet † correfpectiuitas, quando
actus fit longo tempore poft, Feder. de Seo. conf.258.
Dec.conf.218.num.4.Sarnen.de trien.q.22.num.12.Achil.
decif.353.io nouifs.

Limita, non procedere, quoties interceffit pactum
inter Ordinarium, & eum, cui fuit collatum benefi-
14 ciom: naio hæc effet fimonia, & confidentia, vt † omnes
Doct.concludunt, in c.cum nifi pridem, de pact. io cap.
quæ fitum de rer permut.dixi amplè in d.q. & probatur
in d. Bulla Pij V.

Huiufmodi autem pactom fine intentio mala, quæ
15 nocet, de qua loqoitur dicta Conftitutio, eft † probanda,
vt io terminis firmat Gabr.d.conf.172.num.12.lib.2
quod eft per omnes receptum.

Quæft. 53. num. 3. Contraria opinio eft verior.

¶ ATtentis tamen verbis conftitutionis Pij V. prior opinio videtur indubitata, vt ex fola collatoris praua intentione fructus percipiendi committatur confidentia; conftitutio enim vult illam admitti etiam fola dimittentis intentione & alterius tantum partis confcientia, & ita tenent Mafcardus de probat.conclus.1312.nu.33. Menoch. de præfumpt.lib.5.præfumpt.9.num.11. & Garc. de benefi. p.1 .cap.3.num.188.nec fuftineri poteft, vt vult Auctor poft Hieronymum Gabriel.quod extrauagans Pij V. loquatur de folo Refignante, non autem de collatore: quia imò etiam loquitur de quocumque alio, ea enim eft vis illius dictionis, partis, qua vtitur aptæ comprehendere quemuis confidentiæ reum: nec poteft collatio effe confidentialis, & non effe nulla, per ea, quæ habentur infra, q.57.Sed afperum legis rigorem benigna prudentum interpretatio mitigauit, vt de praua intentione vnius partis, quæ nota fit alteri intelligatur, iuxta a nobis dicta, fupra, q. 26. licet illam refpuat Garcias, d.cap.3.num. 189. nifi mauis cum Nauarro conf.79 de fimonia, & alibi paffim verba conftitutionis ad forum externũ reftringere, vt ex probata vnius intentione confidentia præfumatur, quod fatis placet.

QVÆSTIO LIV.

Quando collatio fit confidentialis, fi conferens aliquid dicit ei cui confert beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta à Cardinali familiari, cui dixit, vt illud refignaret cum penfione, an fit confidentia, & numero 4.*
2 *Simonia realis quæ.*
3 *Conuentio inducit confidentiam.*
5 *Significatio modi non eft pactum.*
6 *Beneficium Curatum cogit ad refidentiam.*
7 *Canonicatus requirit refidentiam.*
8 *Confidentia fine pacto non committitur.*
9 *Vbi non comprtunt verba neque difpofitio.*
10 *Confilium non obligat.*
11 *Confilium quando fit punibile.*
12 *Confilium in dubio præfumitur bonum.*
13 *Malum excludendum.*
14 *Cafus omiffus relinquitur difpofitioni Iuris.*
15 *Pœnalis lex non extenditur.*
16 *Error circa Ius humanum obfcurum, non eft peccatum mortale.*

QVinquagefimoquartò quæro, An committatur
confidentia ea collatione facta à Cardinali,
habente indultum fuper aliqua Ecclefia † ali- 2
cui ex fuis familiaribus, cui dixit, vt illud refignaret
referuata penfione?

Pro affirmatiua primò facit, quòd Nauar.conf.8.tit.
de fimon.io facti contingentia refpondit, ex renunciatione
fequuta cum referuatione prædictæ penfionis effe
commiffam fimoniam realem, ex his, quæ dicit pofuiffe
in Man.c.23.num.105.vbi fcribit, fimoniam realem † effe 3
conuentionem exprefsè, vel tacitè, ex vtraque parte
completam, faltem quoad aliquam partem promifforum
vtriufque partis.

Secundo ponderatur Conftitutio Pij V. fuper confidentia
in §. itidem, vbi ftatuit collatiooem factam ab
Ordinario, vel alio collatore cum conditione tacita
vel expreffa, vt poftea illud beneficium alteri refignetur,
effe confidentialem, fed hæc eft huiufmodi, & clarum
eft fub illo verbo, collatorem, comprimi, & intelligi
etiam S.R.E. Cardinales, vt fcripfi interpretatione dicti
§. itidem.

Tertiò, accedit expreffa conuentio quæ videtur † 3
confidentiam inducere io huiufcemodi materijs, Nauarr.conf.
27.30. & 33.de fimon. & alij omnes citati à
me fupra.

His tamen non † obftantibus, contrariam opinio- 4
nem, non committi ex hoc confidentiam, exiftimo firmandam,
& fecundum eam pronunciandum. Et primò
moueor, quia non videtur interueniffe vllam pactionem,
fed tantum quandam monitionem, & fignificationem
modi, quo † poffet habere familiaris penfionem 5
prædictam, argum.not.in l.prima, ff. de pact. Nam mens
Cardinalis eft, aliquid dare familiari, & magis penfionem,
quam beneficium, quia illud beneficium vel eft
curatum, & familiaris, cui confertur, † cogeretur ad 6
refideotiam accedere, c. extirpandæ, c. qui verò, de
præb.c.is cui.de offi. deleg.lib.6.Rebuff in praxi beneficiorum
titul.de difpenf.de non refiden.numer.10.vel eft
Caoonicatus † aut dignitas, & etiam cogeretur ad re- 7

Digitized by Google

ſidentiam, Abb. in c. dilecti , numero primo, cum
ſeq. & ibi Bald. & Dec. numer. primo, de appel. Arch.
cap. ſi qui, oumero. t. 7. quæſtio. 1. Abb. in c. inter
quatuor, oum. 1. de cleric. non reſiden. vel eſt ſimplex,
& adſtrigeretur ab habitum clericalem, & ad dicendum
officium.

Domini autem ægrè priuantur bonis familiaribus, &
multotіes nolunt illos veſtiri habitu claricali, vt ſint
magis prompti ad ſeruitium ; Ideò cos ſolent admoue-
re, quo pacto poſſint ex illo beneficio ab eis illis col-
lato habere penſionem , nullum ergo pactum coofiden-
tiale adeſt, nullaque conuentio illicita, nullumque de-
lictum. Et communiter omnes in hoc conueniunt , vt
8 confidentia ſine † pacto non committatur , vt latè ſcri-
pſi ſupra. Et clari ioris eſt Conſtitutiooem hanc Pij
V. oon habere locum in concilio collatoris, cùm lo-
9 quatur de pacto, & conuentione tacita, & vbi verba †
non habent locum, neque diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de
damo. infect.

10 Et regulare eſt , vt conſilium non † obliget, l. conſi-
11 lij, vbi omnes, ff. de reg. iur. & etiam in delictis † non
puniatur, niſi fuerit datum ei, qoi aliàs ooo erat patra-
turus delictum , Abb. & alij in c. primu, de officio de-
leg. Imol numero 9. Fel. numero 8. Dec. num. 9. Ber.
oumero 85. Fel. in c. ſicut dignum, numero 7. de hom.
Dec. in l. conſilij, numero 4. ff de regu. iur. & ibi Cagn.
numer. 6. Duen. regu. 149. Pla. lib. 1. delict. c. 17. numer. 1.
& 7. Boër. deciſ. 262. numer. 7. & eſt communis opinio,
teſte Ber. loc. tit. Clarus lib. 5. recep. ſent. §. vlt. quæſt.
88. in princ. Ac ab omnibus approbatum eſt, vt conſi-
lium quod poteſt eſſe malum, & bonum , & ad vtrum-
12 que ea diuerſis rationibus trahi, præſumatur † bonum,
& ita eſſe interpretandum, Bal. in l. ſeruum fugitiuum
colu. 3. verſ. nota quod conſilium , & ibi etiam Iaſo.
col. 5. verſ. 3. multum nota, de ſeru. fugit. Alex. conſ.
13 125. col. 4. in fi. lib. 4 Ex illa volgari præſumptione, vt †
malum excludatur, l. merito, ff. pro ſoc. cum aliis vt per
Alc. de præſum. 3. reg. 1. præiu. Craue. conſi. 18. colum. vlt.
Marſ. conſ. 2. col. 1. & ſeq.

Vlterius , hanc concloſiooem comprobo, quia Pius
V. in d. §. Itidem , dum loquitur de confidentia Ordi-
narij, & collatoris, habet correſpectum ad diſpoſitio-
nem tituli illius beneficij collati in fauorem perſonæ,
tunc expreſſæ , aut exprimendæ , & ad perceptionem
fructuum , vt ea lectura patet , ſed hic non diſponitur
de beneficio collato in perſonam expreſſam aliquo tē-
pore per collatorem, quia præſupponimus in quæſtione
id non adeſſe, neque de fructibus, ideò verba huic quæ-
ſtioni non habebunt locum , & per conſequens neque
14 Conſtitutio. quæ tanquam caſus omiſſus relinquitur †
diſpoſitioni iuris communis , l. commodiſſimè. ff. de
15 lib. & poſth. & optima ratione † noo continebitur ſub
conſtitutione pœnali, & ſtrictiſſima ad not. in reg. odia
de reg. iur. li. 6. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. hic
autem ſolus modus eſt expreſſus oon per modum con-
ditionis, ſed conſilij habendi penſionem ex eo benefi-
cio, Vnde , &c.

Ad contraria nunc eſt reſpondendum.

Non obſtat primò Conſilium Nauarr. 8. de ſimon.
qoia illud procedit ex eo, quia ille Cardinalis qui con-
tulit Canonicatum familiari, vltra quod ſignificauit &
dixi eidem, vt illud reſignaret alteri reſeruata penſione
centum ducatorum, expreſſit , vt minor penſio , quàm
poſſet ſuper eodem reſeruari , reſeruaretur cui vellet
ipſe collator: ratione igitur illius penſionis reſeruandæ
io reſignatione facienda ad fauorem perſonæ nominan-
dæ per ipſum Cardinalem collatorem, videtur non ſo-
lum admiſſa Simonia vt tenet Nauarr. ſed etiam cooſi-
dentia. Nam ab omoibus receptum eſt, collatorem poſt
collationem amplius oon poſſe ſe intromittere de illo
beneficio collato , & , quamuis ob huiuſmodi expreſ-
ſionem conſtet de confidentia expreſsè, nihilominus ip-
ſe Nauarr. reſpondit, porrigendam eſſe Summo Pœni-
tentiario petitionem , cum his verbis, attento , quod
prædicta Simonia adeò ſubtilis videator , quòd à pau-
cis niſi valde eruditis iudicabitur eſſe talis, & ideò ora-
tor non iudicauit eam fuiſſe talem , & quòd non eſt ſi-
monia à iure naturali , vel diuino prohibita ſed ſolum
iure humano Canonico inducta, & quod error circa ius
humanum obſcurum , & difficile intellectu , noo eſt
peccatum † mortale , Iooc. in cap. per tuas, ſecundo, 16
de ſimon. receptum à Fel. & aliis relatis per eum in c.
primo, colum pen. de re Iud. Attento denique , quod
huiuſmodi conſenſus inter conferentes , & familiares,
quibus conferunt , ſolent interuenire quaſi quædam
gratiarum actiones , ſine cogitatu ſimoniæ , & hæc
verba volui ponere , quia Nauarr. erat verſatiſſimus
in ſacra Pœnitentiaria , nam in ea fuit conſultor per
multos annos.

Non obſtat ſecundum argumentum de ponderatio-
ne , ex §. itidem Conſtitutione Pij V. nam ille, §. vt
ſupra dixi , procedit , quoties diſponitur de titulo &
exprimitur perſona in cuius fauorem debet fieri diſpo-
ſitio, vt verba, ibi poſita expreſsè ſignificant, quæ per-
ſona hic oon adeſt, ideò ceſſant verba , & ratio dict. §.
Quare &c.

Ad tertium reſpondetur , negando eſſe conuentio-
nem, ſed potius cooſilium vt ſupra deduxi.

Concludendum eſt igitur nullam committi ex hoc
confidentiam.

Limita, non procedere , quoties collator expreſſit
aliud, vt de perſona cui ſit reſignandum illud benefi-
cium, vel de penſione conſtituenda alicui in reſigna-
tione , nam hæc eſſet confideotia : vt expreſsè dicitur
in dict. §. itidem, & ibi latè comprobaui.

Quæſt. 54. n. 4. Quia non videtur interueniſſe vllam pa-
ctionem, ſed tantom quandam monitionem.

¶ NOo erit ergo pacti ratione confidentia, licet Colla-
tor, Patronus, eligens, aut renuntians dicat pro-
uiſo ſeu prouidendo quod de fructibus beneficij egeſtatem
parentis ipſius prouidendi ſubleuet, vel ei penſitationem
aliquam ſubminiſtret, vel beneficium pro nepotibus aſſer-
uet : quia hæc omnia, & alia id genus, Sonant in monitio-
nem, & oon in conditionem , & habent locum omnes
ab Auctore conſideratæ rationes ad excludendum deli-
ctum.

QVÆSTIO LV.

*Habens beneficium ab Ordinario , an illud abſque
incurſu pœna poſſit reſignare conſanguineis ,
vel familiaribus eiuſdem Ordinarij.*

SVMMARIVM.

1 *Habens beneficia ab Ordinariis, an poſsit ea reſigna-
re conſanguineis ipſius Ordinarij , & num. 4.*
2 *Ordinarius non poteſt beneficia reſignata conferre
ſuis familliaribus.*
3 *Coniectura in confidentiis ſufficiant.*
5 *Caſus non expreſſus in lege non comprehenditur.*
6 *Reſignatio in manibus Ordinarij liberè eſt fa-
cienda.*

QVinquageſimoqnintò, quæro, de notabili caſu
ſuper quo vidi aliàs dubitari , An ex hac Con-
ſtitutione Pij V. edita contra confidentiarios
prohibeatur his , qui habuerunt beneficia ab Ordina-
riis collatoribus , ea † reſignare conſanguineis, aut fa- 1
miliaribus collatorum ſub pœnis contra committentes
confidentiam inflictis?

Pro affirmatiua primò affertur, Conſtitutio eiuſdem
Pij V. 58. incip. *Quanta Eccleſia* , edita anno tertio, in
§. cæterum, dum † voluit, Ordinarium non poſſe bene- 2
ficia in manibus ipſius liberè reſignata , conferre ſuis
conſanguineis, aut familiaribus, vel conſanguineis, aut
familiaribus reſignantis ea præſumpta fraude , vt latè

Digitized by Google

scripsi in tract. de resign. benefic. lib. 5. qu. 6. num.288. Ita ea eadem ratione recipientes beneficia ab Ordinarijs non poterunt ea resignare consanguineis, aut familiaribus ipsius.

3 Secundò, quia in hac materia † proceditur per coniecturas, & præsumptiones, vt dicitur in dictis extrauagantibus Pij IV. & Pij V. sed coniectura præsumptæ fraudis est notabilis, ac considerabilis, ad tradita per Doctor. in cap. secundo, de renuncia. lib. 6. Ergo.

Et his rationibus vidi aliàs sustinere contraria opinionem.

4 His tamen non obstantibus, † ego existimo contrariam sententiam negatiuam esse veram, vt prædicto casu nulla committatur confidentia. Et moueor quia in d. Constitutione Pij V. confidentiarios edita, huiusmodi
5 casus non exprimitur, ergo in illa † Constitutione non comprehenditur, l. illam C. de collat. l. in præuaricationis, §. vlt. ff. de præuric. l. dissentientem, C. de diuort. & ita argumentatur, Oldrad. consi. 202. quidam Monachus, ita etiam argumentatur Cæpoll. consil. 26. colum. secunda. ad fin. ver. 6. & Crauett. consil, 90. num.2.vers.2.valet: nam si Summus Pontifex id voluisset, vtique expressisset, argum. l. vnica, C. de cad. tollend. non expressit, ergo, noluit, cap. ad audientiam, de decim.

Secundò quia non solùm hic casu non comprehenditur in verbis dictæ extrauagantis, sed nec etiam in ratione, quàm ratio fraudis cesset, eò quia posset Ordinarius, si vellet conferre suis consanguineis, ac etiam familiaribus.

Non obstant contraria. Ad primum respondetur, illud statui in ea Constitutione Pij V. quia præsumitur ea resignatio facta in fraudem resignationis liberè faciendæ † in manibus Ordinarij iux. text. in cap. ex
6 parte, de offic. deleg. quia censeretur talis resignatio facta in fauorem illius familiaris, aut consanguinei, nam, si posset Ordinarius conferre beneficia resignata consanguineis resignantis, aut suis, videtur tacitè, & indirectè admittere resignationem in fauorem, iuxt. ea quæ scripsi de resign. benefic. lib. 5. quæstio. vlt. numero 186. cum sequen. quod non vendicat sibi locum in casu nostro.

Ad secundum respondetur, quòd cessat fraus iux. ea, quæ diximus supra.

Limita tamen, non procedere, quoties contrarium constaret: vt quia Ordinarius volebat conferre nepoti suo, & non poterat, quia nondum habebat ætatem requisitam: nam, si hoc casu contulit alteri, qui resignauit postea dicto nepoti, ex hoc eliceretur coniectura præsumptæ fraudis, iuxt. ea, quæ habentur in c. 2. de renunc. lib. 6.

Quæst. 55. nu. 5. Cum ratio fraudis cesset eò quia posset Ordinarius si vellet conferre suis consanguineis ac etiam familiaribus.

¶SVpponit Flaminius beneficium non vacare per renunciationem, sed alio modo puta per obitum: tunc enim liberum est Ordinario conferre cui voluerit, etiam nepoti, vel familiari; nec habet locum Constitutio Pij V. 5d. quæ in casu renunciationis dumtaxat loquitur. Cum itaque ad hoc liberas ædes habeat si extraneo conferat, is verò resignet nepoti ipsius collatoris cessat omnis ratio fraudis & confidentiæ ex quo ipse collator eidem nepoti conferre poterat. Sed pone quod Ordinarius per renunciationem extraneo contulerit, cum non posset consanguineo ex dicta constitutione, quæ tamen apud nos non seruatur, collatarius verò nepoti vel familiari collatoris resignet; dico hinc elici coniecturam fraudis, & confidentiæ, vbi memorata viget constitutio quasi ea lege beneficium fuerit collatum, iuxta limitationem ab Auctore in fine quæst. positam, quæ à fortiori in hoc casu sibi locum vindicat.

QVÆSTIO LVI.

Confidentia non committitur inter patruum Resignantem, & nepotem resignatarium ac inter fratres.

SVMMARIVM.

1 *An committitur confidentia inter patruum resignantem, nepotem resignatarium. & num. 6.*
2 *Lex generaliter loquens, generaliter est intelligenda.*
3 *In delictis non fit distinctio personarum.*
4 *Respub. interest, vt delicta puniantur.*
5 *Ex coniunctione sanguinis arguitur fraus.*
6 *Sententia Iudicis confidentiarum de ordine Grego. XIII. super hac re.*

QVinquagesimosextò quæro, An committatur confidentia inter resignantem patruum & resignatarium nepotem, † si resignans se ingerat post resignationem beneficio resignato, 1
aut, fructus percipiat, vel quid aliud faciat?

Pro affirmatiua, primò adducitur quia Constitutio pij V. loquitur generaliter, ergo generaliter est intel-
ligenda, † ad not. in l. in fraudem, ff. de mili, testa. & 2
non distinguit, neque nos distinguere debemus.

Secundò, quia in delictis non fit distinctio † perso- 3
narum, ad not. in cap. nouit, de Iudic. & interest
reipublicæ, vt delicta † puniantur, l. ita vulneratus, ff. 4
ad l. Aquil.

Tertiò, quia ex coniunctione sanguinis † arguitur 5
fraus, Crauet consi. 82. numer. 5. vers. tertio arguitur, Gozad. cons. 1. num. 34. consi. 2. numer. 5. Grat. cons. 53. num. 68. vol. 1.

His non obstantibus contrarium † est verius hodie, 6
ex determinatione san. mem. Gregorij XIII. de anno 1575. in vna Fauentin. prætensæ confidentiæ, vt, si cohabitant in eadem domo, non possit prætendi confidentia inter patruum, & nepotem, & inter fratres, & patet ex verbis sequentibus, quæ ad vnguem refero, vt illa habui à R.P.D. Currusaureo Iudice confidentiarum.

Die 27. Mensis Iunij 1575. Fauentina prætensæ confidentiæ.

Pro Domino Iulio Cocciano contra Fiscum.

Petrus Sprengherius Cursor. retulit in iudicio coram R.D. Annibale de Grassis causarũ confidentiarum Iudice, Die 25. præsentis Mensis citasse Magn. D. Io. Felicem Saluatorium, procuratorem Fiscalem, ad videndum absolui infrascriptum instantem ad effectum deferri iuramentum in supplementum, ac concludendum, & audiendum sententiam diffinitiuam ad p. d. Instante D. Iulio Cocciano, siue eius Procuratore.

In cuius relationis pede taliter erat scriptum.

Ex aduerso Fiscus protestatur, ad petita non deueniri, sed ante omnia sibi transmitti processum in causa factum, vt super eo possit in iure, & in facto informari, & interim aliàs, &c. Io Felix Fiscalis.

Relatione facta, comparuit in eodem iudicio coram prædicto R. D. Annibale. de Grassis Iudice meque, &c. Idem D. Iulius principalis citta, &c. Et data sedula pe-
titionis † sententiæ petiit, vt supra. Ex tunc prædictus 7
Reuerend. D. Annibal. Iudex, attento, quod legitimè probatum est, D. Ioan Franciscum Corneum esse nepotem carnalem ipsius D. Iudij, & cum eo per multos annos in domo sua hic in vrbe commorasse per totum illud tempus, quo ipse D. Iulius exegit pensiones, de quibus agitur, tanquam procurator ipsius Ioann. Francisci nepotis. Cum aliàs S.D.N. Gregorius diuina prouidentia Papa XIII. eidem R. Do. Iudici mandauerit, vt Sua R. D. dixit, vt quando Confidentiæ prætenderentur factæ inter patruum, seu auunculum resignantem, & nepotem, seu inter fratres resignatarios, quando verè, & effectualiter in eadem domo cohabitabunt, vt

Digitized by Google

à præsumptionibus, quæ fundatæ sunt in perceptione fructuum facta a dimittente beneficium, positis in literis Pij V. fel. rec. non læderentur, & particulariter facta relatione huius causæ Suæ Sanctitati prædictus D. Iudex pronunciauit prout in scedula, quá mihi notario consignauit, tenoris, &c.

Et æqua est huiusmodi declaratio, & omnes curiales illam approbarunt, ratione coniunctionis, & cohabitationis.

Qua declaratione Papæ sic stante, cessat argumentum in contrarium, primo loco adductum de generalitate, quam dictus Gregorius XIII. prudentissimè restrinxit; quo casu non obstat: cessat quoque secundum, & tertium, & propterea secundum hanc sententiam est pronunciandum, & consulendum.

Quæst. 56. numer. 6. Contrarium est verius.

¶ INter Patruum Resignantem, & nepotem Resignatarium, ac inter fratres in eadem domo cohabitantes, cessat coniectura confidentiæ, quam constitutio Pij V. ex perceptione fructuum à Resignante post resignationem facta elici vult, vt viuo vocis oraculo Gregorius decimus tertius æquissimè & prudentissimè determinauit: Ratio est coniunctio & cohabitatio personarum, & hanc quam omnes Curiales Romanos vti æquam approbasse testatur Auctor approbarunt & ipsa Franciæ summa tribunalia, vt a peritissimis audiui, excepto tamen casu in quo Resignans, nedum fructus perciperet, sed & ipse pro Titulari se gereret, & eo nomine ageret. & contraheret iuxta præiudicium à nobis supra, q. 31. relatum in fine annotationis. Idem pari ratione dicendum venit de coniectura ex perceptione fructuum ab intercessore concessionis beneficii facta, concurrentibus scilicet consanguinitate & cohabitatione, & multò fortius cessabit vtraque coniectura inter patrem & filium ad paternum beneficium dispensatum aut inter Avum & ex filio nepotem supposita alterius in alterum resignatione, aut pro concedendo beneficio intercessione; alias enim deficiente vtroque supposito deficeret omnis confidentiæ coniectura super eo fundata etiam inter extraneos & seorsim degentes: quia constitutio illam non inducit ex perceptione fructuum, nisi fiat ab ipso Resignante, vel eo qui pro concessione beneficii intercessit, aut ipsorum consanguineis.

QVÆSTIO LVII.

Quod collatio & resignatio, per confidentiam fit nulla.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio, & collatio per confidentiam est nulla.*
2 *Resignatio, & collatio debent fieri purè.*
3 *Resignatio, & collatio per simoniam est nulla.*
4 *In Simonia nullitas venit ipso iure.*
5 *Accessus, regressus, pensiones reseruata per confidentiam, & simoniam nulla.*

1 QVinquagesimoseptimò quæro. An resignatio, † & collatio per confidentiam facta sit nulla? Affirmatiuè est respondendum, quia ita tenent omnes, vt per Nauarr. in Manual, cap. 23. sub numer. 110. Idem Nauarr. cons. 16 num. 5. de testam. & cons. 31. num. primo, & 40. num. 2. de simonia, & ratio est, quia colla-
2 tio, & resignatio debent fieri purè † Rot. decis. 6. num. 2. de renunc. per resignat. Imol. in c. cum inter, num. 5. de elect. & in c. 6. numero. 7. de rer. permut. Calder. in cap. mandatum, num. 4. de rescr. Oldrad. cons. 324. sub num. 5. DD. communiter in cap. ex parte 1. de offic. delegat. & in cap. cùm pridem de pact. Crauet. cons. 122. num. 2. Et ideò
3 collatio, † & resignatio per simoniam est nulla. Bellam. in cap. Ordinationes, num. 4. 1. quæst. 1. Gemin. in cap. dudum, num. 12. de præbend. libro 6. Caecialop. de pens. quæst. 19. & est communis opinio, vt dixi de resignat. benef. lib. 14 quæst. prima & hæc conclusio expressè probatur in dict. Constitut. Pij IV. in §. quare, ibi, *ipso iure à die receptionis earundem vacauisse, & vacare, &c.* & in const. Pij V. in principio, ibi: *statuit, & decreuit, vt ipso iure vacatent Ecclesia, Monasteria cæteraque beneficia Ecclesiastica, in confidentiam à quibuscumque, etiam S.R.E. Cardinalibus,* si enim ea beneficia vacant, ergo nulla est collatio, & resignatio, & huiusmodi nullitas infertur ipso iure, Nauar. d. cons. 40. num. 2. de sim. quia prædicti Summi Pontifices decernunt vacare ipso iure. Ita renunciatio facta simoniacè est † nulla ipso iure, Redoan. de simon. par. 2. cap. 10. num. 35. & par. 4. cap. 11. col. 3. Rebuff. de simon. resign. num. 7. & cons. 143. nu. 13. Nauarr. in cap. si quando, excep. 4. latè scripsi de resignat. benefic. lib. 14. quæst. 1. cum sequent. 4

Ampliatur hæc conclusio, vt non solùm sint nullæ collationes, & resignationes, per huiusmodi confidentiam factæ, vt dictum est, sed etiam omnes accessus, regressus, † pensiones, & alia quæcumque, etiam auctoritate Apostolica reseruata confidentiariis, in cessionibus, & retrocessionibus, vt optimè tuetur Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num. 110. versic. quarto, quod non solum, & cons. 31. num. primo, de simon. Et probatur expresse in dict. Constit. Pij IV. 108. §. *Ac fructuum, & pensionum reseruationes ac facultates transferendi, & collationes beneficiorum concessiones, als vt præmittitur, factos, & regressus, siue accessus, & ingressus concessos huiusmodi, cessasse, & cessare, ac extinctus esse, &c.* & in §. *Ac quascumque collationes, prouisiones, professiones, commendas, reseruationes, facultates, etiam transferendi, & ingrediendi, ac alias dispositiones de Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus, & aliis beneficiis, eorumque fructibus & beneficiorum collationibus, per nos, & alios Romanos Pontifices successores nostros, etiam Motu proprio, seu Consistorialiter, aut etiam per Ordinarios, & alios inferiores collatores, etiam ad patronorum eorundem præsentationem, & aliàs quomodolibet, cum interuentu confidentiæ huiusmodi, expressè siue occultè, ac de iure præsumpto. & aliàs contra præmissa pro tempore factas, nullas & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, nec cuiquam suffragari, sed Ecclesias & Monasteria, dignitates, ac alia beneficia, &c.* Et cum prædictis verbis annullentur omnes prouisiones cum interuentu confidentiæ, constat quod ius nunquam est quæsitum. 5

Et hoc de resignatione simoniaca ferè scripserat Bellam. in cap. si quis obiecerit, 1. q. 3. Præpos. in cap. ordinationes, num. 35. 1. q. 3.

Quæst. 57. numer. 5. Vt non solum sint nullæ collationes & resignationes per confidentiam factæ sed etiam omnes pensiones.

¶ AD hæc cum alias cognominatus Lafont, qui Prioratum Beatæ Mariæ de Marbols Tolosan. Diœcesis nepoti retenta pensione resignauerat, & nihilominus post captam à nepote possessionem fructus beneficij percepisset, & vti Prior & Titularis concordiam cum alio super ipsius Prioratus possessorio iniuisset, beneficio ex hoc capite impetranti adiudicato, respondi memoratum Lafont in petenda dicta pensione non audiendum.

QVÆSTIO LVIII.

Quibus beneficijs, & officijs priuentur Confidentiarij, quando, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Confidentiam committentes priuantur beneficijs.*
2 *Beneficia data per confidentiam vacant.*
3 *Confidentia est simonia conuentionalis.*
4 *Delictum confidentiæ grauissimum.*
5 *Pœna iuxta mensuram delicti.*
6 *Pœna in casibus expressis.*

7 *An Confidentiarij sint priuati ipso iure & num.10.*
8 *In simonia conuentionali priuatio non infertur ipso iure.*
9 *Constitutio Pauli secundi,* Cum detestabile, *loquitur de reali.*
11 *Inter simoniam realem, & confidentiam nulla differentia.*
12 *Simoniacus realis priuatur ipso iure.*
13 *Simoniacus conuentionalis non excommunicatur.*
14 *Confidentiarius excommunicatur.*
15 *Confidentiarius in foro conscientiæ obligatur dimittere beneficium.*
16 *Priuatus ipso iure non potest alienare.*
17 *Confidentiarius non potest resignare, & permutare.*
18 *Cum vacant beneficia ipso iure potest deueniri ad collationem, electionem & præsentationem.*
19 *Parochiani possunt se subtrahere ab obedientia illorum, qui sunt priuati ipso iure.*
20 *Conductores non possunt cogi soluere priuatis ipso iure.*
21 *Effectus priuationis ipso iure.*
22 *Confidentiarius non potest tenere beneficia.*
23 *Simoniacus realis non potest tenere beneficia.*
24 *Simonia conuentionalis æquiparatur reali.*
25 *Confidentiarius nullum ius quærit in beneficio acquisito per confidentiam.*
26 *Confidentiarius an priuetur aliis beneficiis obtentis.*
27 *Dictio,* Aliis, *est repetitiua similium.*
28 *Nulla cadit dubitatio, vbi lex loquitur.*
29 *Dictio,* Vsquequaque, *quid importet.*
30 *Priuatio ipso iure non infertur.*
31 *Confidentiarius priuatur beneficijs obtentis ipso iure.*
32 *Dictio,* Etiam, *implicat.*
33 *Dictio,* Alij, *includit similes casus.*
34 *Vna pars legis declarat aliam.*
35 *Præcedentia declarant sequentia.*
36 *Verbum,* Priuamus, *est præsentis temporis.*
37 *Verba præsentis temporis important, vt non requiratur sententia.*
38 *Verba futuri temporis requirunt sententiam.*
39 *Expressum, quod ex vi verborum.*
40 *Priuatus ipso iure nullum habet ius.*
41 *Beneficia Confidentiarij sunt reseruata Sedi Apostolicæ. & num.66.*
42 *Dictio,* Pariter, *quid importet.*
43 *Confidentiarij sunt inhabiles ad beneficia in futurum.*
44 *Verbum,* decernimus, *inducit nouum ius.*
45 *Confidentiarij non possunt dari beneficia.*
46 *Relatio ad omnia refertur.*
47 *Clausula in fine posita refertur ad præcedentia.*
48 *Infans est inhabilis ad beneficia.*
49 *Collatio facta inhabili est nulla.*
50 *Inhabiles non iuuantur regula de Triennali.*
51 *Verbum,* Quicumque, *intelligitur de habili.*
52 *Ex dispensatione inhabiles fiunt habiles.*
53 *Mediante dispensatione fit licitum, quod erat illicitum.*
54 *Confidentiarij non possunt impetrare beneficia.*
55 *Dispensatio retinendæ beneficia per confidentiam non datur.*
56 *Pœnitentiarius an dispenset in simonia.*
57 *Confidentiarij priuantur etiam pensionibus.*
58 *Pensio non venit sub priuatione beneficiorum.*
59 *In crimine atroci datur priuatio.*
60 *Confidentiarij priuantur etiam reseruationibus fructuum.*
61 *Fructus reseruantur loco pensionis.*
62 *Confidentiarij priuantur officijs Rom. Cur.*
63 *Officia Rom. Cur. sunt quodammodo beneficia.*
64 *Officia Rom. Cur. venduntur etiam laicis.*
65 *Confidentiarij priuantur etiam fructibus officiorum.*
66 *Simoniacus in vno beneficio, redditur inhabilis ad aliud.*

QVinquagesimo-octauò quæro. An Confidentiarij priuentur? & an ipso iure? quibus beneficiis, & officiis?

Recepta omnium sententia est, committentes confi- 1
dentiam prohibitam, & simoniacam † priuari beneficiis, vt latè per Sarn. de trienn. quæst. 12. per Card. Paris. cons. 20. & 30. volum. 4. magis in terminis Caputaq. de-
cis. 201. part. 1. & nullum ius, ex illis quæri, cùm † va- 2
cent, fuit pluries resolutum in Rot. teste Pelegrin. decis. 358. lib. 3. in manuscrip. Idque probatur, tum quia committentes simoniam priuantur, latè Cassador. decis. 5. de constitut. Redoan. de simon. lib. 4. cap. 11. num. ... Et communiter Doctores alias citati, ergo & committentes
confidentiam, cum confidentia † sit simonia conuentio- 3
nalis, Caputaq. dic. decis. 201. par. prima, & decis. 238. in princip. par. 3. tum etiam, quia hoc expressè volunt extrauagantes Summorum Pontificum Pij IV. & Pij V. ille Constitut. 108. iste Constitut. 87. vt ex eorum lectura clarissimè patet, & infra referemus verba, & colligitur ex Nauarr. cons. 31. & 40. de simon. Nec immeritò,
cum huiusmodi delictum † grauissimum reputetur, vt 4
per Mascard. de probat. conclus. 1306. faciunt tradita per Aretin. in cap. cum P. Manconella, num. 28. de accusat. Clar. §. simonia, versic. scias etiam, lib. 5. recept. sentent. Ideò perpetrantes illud debent hac pœna priuationis
puniri, iuxta † mensuram delicti, cap. non afferamus, 5
dist. 34. Marsil. cons. 6. in fin. & , cùm casus sit expressus,
pœna † imponi debet, capit. is qui, de sentent. excom. 6
lib. 6. Paris. in Rubr. ff. de ope. nou. nunciat. num. 40.

Dubium tamen est, non negligendum, An huiusmo-
di confidentiarij sint priuati ipso † iure, vel priuandi, 7
cùm maxima sit differentia inter vtrumque casum? Esse priuandos, tenet Caputaq. decis. 201. par. 1. motus, quia crimen confidentiæ est simonia conuentionalis, Caputaq. decis. 238. in princi. pag. 3. sed propter simoniam con-
uentionalem non infligitur † pœna ipso facto, vt plu- 8
ries fuit resolutum in Rota, cum censuerunt Constitutionem Pauli II. incip. Cum detestabile, in tit. de simon.
loqui † de simonia reali, cùm imponit pœnam priua- 9
tionis ipso facto, & attestatur Cassad. decis. 5. de constit. vbi adducit rationes, & auctoritates, decis. 1. de simon. & est communis opinio omnium Doctorum latè Card. Paris. cons. 29. & 30. volum. 4. & plura adducit Sarnen. de triennali, q. 12.

In contrarium † tamen hodie est veritas, vt scilicet 10
confidentiarij sint priuati ipso iure, vt apertè exprimit Pius IV. in d. sua Const. 108. ibi: *Idcirco omnes, & singulas Ecclesias, etiam Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac Monasteria, etiam Consistorialia Prioratus, præposituras dignitates, etiam maiores, & principales, etiam conuentuales, &c. ipso iure à die receptionis eorundem vacauisse, & vacare,* & cætera & Pius V. in dicta Constitut. 87. in princ. ibi: *Vt ipso iure vacarent Ecclesiæ, Monasteria, cæteraque beneficia Ecclesiastica, in confidentiam à quibuscumque etiam Sanct. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, &c.* Et colligitur ex Nauarr. cons. 31. de simon. Quod ea ratione existimo esse hoc statutum, vt eò magis homines abstineant ab hoc crimine, tam graui, dirumpente neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, iuxta ea, quæ scribit Menoch. de arbit. Iud. cas. 266. num. 1. & ita nunc est tenendum, & iudicandum.

Ex hac conclusione primò infero, nullam esse diffe-
rentiam, quoad hoc inter simoniam † realem, & confi- 11
dentiam beneficialem prohibitam, quia, sicuti simonia-
cus † realis priuatur ipso iure, extrauag. Paul. 2. Cum 12
detestabile, de simon. & est communis omnium Doctorum opinio, ita qui commisit confidentiam.

Secundò infero, simoniam conuentionalem confidentiæ beneficialis esse peiorem alia simonia conuentionali beneficiali, quâ palàm emitur, vel venditur beneficium, quia per illam non annullatur actus, nec in-
ducitur † censura antequam ab vtraque parte, scilicet 13

vendente, & emente adimpleatur, Caſſador. dict. decis.
5. de constitut. Saru. de trienn. quæst. 12. Caietan. 2. 2. quæ.
100. articul. 6. Sot. de iust. & iur. quæst. 8. lib. 9. Nauarr. in
Manual. cap. 23. num. 103. Et communiter Doctores. Per
hanc autem confidentialem sic, quia hac accipit quis
beneficium in confidentiam, † etiam ante implemen-
14 tum, quod promisit, collatio, siue resignatio ei facta,
est ipso iure nulla, & incurrit excommunicationem, &
tenetur ad restitutionem fructuum, quos percepit à die
receptionis, & hanc differentiam notabiliter animad-
uertit Nauarr. in Manual. cap. 23. num. 110. vers. secundò,
quòd simonia.

15 Tertiò infero, Confidentiatium † obligari in foro
conscientiæ dimittere beneficium, vel beneficia, cùm
sit priuatus eo, aut illis ipso iure, Felin. in capit. 1. co-
lum. 13. versic. incipit, de constitut. & in capitul. Rodul-
phus, in penultim. colum. versic. limita tertiò, de præs-
cript. & in capitul. cum nobis, colum. penult. eodem
titul. & in cap. inquisitionis, in princip. colum. 5. de ac-
cusat. Cardinal. Alexand. in capitul. fraternitatis, co-
lum. penult. 12. quæst. 2. Ruin. cons. 4. numero. 12. volum. 5.
cum aliis, quæ latè congerit Alphons. Hoied. de incom-
pat. benef. par. 1. capitul. 13. num. 61. & ratio est, quia non
videtur in eo iustè intitulatus, & ideò priuatus ipso iure
16 non † potest alienare, etiam si non præcesserit sententia
declaratoria, Bal. in authen. incestas, C. de incest. nupt.
Collect. in capitul. in quibusdam, colum. 1. de pœnis,
Barbat. consil. vltim. colum. 3. lib. 1. Dec. consil. 136. colu.
3. Aretin. in l. si quis post accusationem, colum. 2. ff. de
17 testament. & ex hac etiam ratione non poterit † con-
fidentiarius resignare, & permutare, Alfon. Hoied. de
incompat. benefic. p. 1. cap. 13. num. 65. & numero 64.
dixi alias.

18 Quartò infero, stante hac priuatione † ipso iure
posse fieri collationem illorum beneficiorum, & præ-
sentationem, ac electionem, Abb. in cap. 2. in not. 3. de
feud. Idem Abb. & alij in cap. cum in cunctis, de elect.
Card. in Clement. 1. in 25. not. de pœnis, Anan. consi. 35.
colum. 2. Gemin. cap. fundamenta, §. quod si secus,
notat. 2. de elect. lib. 6. & communiter alij Doctores,
vt patet ex adductis per Alfons. Hoied. tract. de in com-
pat. benefic. par. 1. ca. 4. num. 7.

Quintò infero, stante hac priuatione ipso iure, pos-
19 se parochianos se subtrahere † ab obedientia dictorum
confidentiariorum, vt per Petr. de Aochat. in cap. ad
Apostolicæ, in not. 20. de senten. & re iudic. lib. 6. Ti-
raquell. latè in l. si vnquam, in verb. reuertatur, num. 36.
C. de reuocand. donat. Hinc etiam est, quòd conducto-
res rerum dictorum beneficiorum, quæ vacant ipso iu-
20 re, non possunt cogi ad soluendum † dictis beneficiatis,
vt latè per Tiraquel. loco cit. num. 36.

Aliæ etiam illationes possent fieri, quæ colliguntur
21 ex effectibus priuationis ipso iure, † quos effectus re-
fert Tiraquell. in repetit. dic. l. si vnquam, verbo, *reuer-
tatur* à numero 368. vsque ad num. 468. Hoied. dict. tract.
de incompat. benef. p. 1. cap. 4. num. 7. 8. & 11. & cap. 13.
à num. 59. ad numer. 40. Sarnen. in cap. ipso iure, de rescr.
lib. 6.

Sextò, & vltimò infero, quod si tenetur Confiden-
22 tiatius in conscientia dimittere † beneficium, vt dixi
supra in tertia illatione, minus poterit retinere ea be-
neficia, super quibus commisit confidentiam, cum hoc
sit effectus priuationis ipso iure, vt ex prædictis satis li-
quet, & ex his, quæ longa serie more solito congerit
Tiraquel. loc. citat. & de simoniaco tradunt Abb. in cap.
cum essent, in 5. not. de simon. & in capit. cum ad no-
stram, in 3 not. de elect. Felin. in cap. tua nos, in Gloss.
vltim. de simon. Sarnen. de trienn. quæst. 12. colum. 3.
versicu. quid dicendum, Redoan. de simon. lib. 4. cap. 9.
sub numer. 4. & hi vltimi loquuntur etiam in † simonia
23 reali, dantes rationes, quia ita simoniacus est commit-
tens simoniam conuentionalem, sicut committens †
24 realem, vt tradit Bald. qui dicit ita iudicatum fuisse in
ciuitate Florentiæ, in cap. 1. de testibus libr. 6. vbi Petr.
de Aochar. Philipp. Franc. Roman. sing. 307. Dec. in
cap. veniens, in Gloss. 1. de testibus, Felin. in dic. c.
tua nos, de simon. & ita fuit sententiatum in Rota die
11. Martij 1538. in vna Conchen. fructuum, coram
Ioann. Paul. & rationes habes per Sarnen. dic. quæstio.
12. colum. prima, de trienn. Redoan. d. cap. 9. colum.
1. de simon. par. 4. & Pius IV. in Constitut. 69. incip.
In sublimi, edita anno tertio, ad reformationem offi-
cij Pœnitentiariæ parificauit simoniam realem, & con-
uentionalem, statuens in vtraque, vt in absolutionibus
à simonia reali, vel conuentionali non concedatur, vt
ipsi simoniaci beneficia, super quibus simoniam commi-
serunt, possint retinere.

Secundò contigit dubitare, An committentes con-
fidentiam priuentur non solùm beneficiis, super quibus
commiserunt confidentiam, in quibus nullum ius † 25
quæsiuerunt, Nauarr. in Manual. capitul. 23. sub num.
111. versicu. 11. sed etiam † aliis antea rite obtentis? 26
Pro negatiua facit, quia in simonia conuentionali hoc
non est statutum, vt per Caſſador. decis. 5. de constitut.
Sarnen. de trienn. quæst. 12. Dec. & Felin. in cap. 5. de
rescrip. Ioann. Selua. de benefic. par. 3. quæst. 2. de colum.
4. Achil. de Grass. decis. 341. Et ideò non imponatur, l.
in præuaricationis, §. vlt. ff. de præuaricat. l. dissentien-
tem, C. de diuort. Oldrad. cons. 202. Cæpoll. cons. cri-
min. 16. colum. 5. ad fin. versicu. 6. Crauett. cons. 90. col. 5.
sed confidentia est simonia conuentionalis, vt dictum
est supra pluries: ergo.

Hoc tamen non obstante, affirmatiua opinio est ve-
ra, & communiter recepta, vt committentes confiden-
tiam priuentur non solum his beneficiis, super quibus
commiserunt confidentiam, sed etiam obtentis ante
commissam confidentia, ritè, & licitè, vt clarissimè, &
expressè voluit Pius V. dicta sua Constitutione 108. in
§. Sed ne quisquam, ibi: *Et qui quid tale admiserint, futuram etiam omnibus, & singulis aliis Ecclesiis, Mo-
nasteriis, dignitatibus, administrationibus, officiis,
& beneficiis absentis, quæ pariter sub dicta reseruatio-
ne comprehendi volumus, &c.* Pondero dictionem,
Aliis, quæ † est repetitiua similium, ad not. in cap. 27
Sedes Apostolica, de rescr. l. si fugitiui, C. de seru.
fugiti & sic disponit, de obtentis ante rite, sicuti de ob-
tentis tunc per confidentiam, ad not. per Paris. cons. 29.
num. 75. volum. 2. & cons. 72. nume. 33. volum. 4. & cum
habeamus legis casum, nulla † cadit dubitatio, l. il- 28
lam, vers. de modo, C. de collat. l. Ancillæ, C. de furt.
Corn. cons. 13. colum. 2. lib. 2. Dec. cons. 484. numero 1.
Roland. cons. 77. num. 5. lib. primo, Cephal. cons. 158. nu.
20. lib. 1. & tradit Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num.
111. & ratio ponitur in princ. dicti §. sed ne quisquam,
ibi: *Vtque hoc malum grauioris censuræ stimulo vsque-
quaque prohibeatur, &c.* scilicet, vt omni modo extir-
petur hoc crimen, nam hoc importat dictio, *Vsquequa-
que* † vt per Card. Paris. cons. 6. num. 14. 15. 16. cum se- 29
quent. volum primo. Et hæc conclusio procedit nedum
in Clericis habentibus beneficia simplicia, aut curata,
vel requirentia residentiam, sed etiam in habentibus
dignitatem, quantumuis maximam, nam nominat Pius
V. in allegatis verbis non solùm beneficia, sed etiam
monasteria, vt comprehendat Abbates Commendata-
rios: Dignitates, vt comprehendat Priores, Præposi-
tos, Decanos, Canonicos, & alios huius generis: &
Ecclesias, vt complectatur Episcopos, Archiepiscopos,
& ideò Archiepiscopus, Episcopus, & alij supra nomi-
nati committentes confidentiam non solum priuantur
beneficiis, super quibus commiserunt confidentiam,
sed etiam Archiepiscopatu, Episcopatu, Prioratu, De-
canatu, Canonicatu, & alia dignitate ante commissam
confidentiam, rite obtenta, & in hoc resident omnes
Doctores.

Sed circa hanc conclusionem, vidi dubitari, An
huiusmodi priuatio, quæ fit de beneficiis, & dignitati-
bus obtentis ante commissam confidentiam, infligatur
ipso iure, sicuti priuatio beneficiorum, super qui-
bus committitur confidentia, vt ante dictum est? Pro
negatiua facit, quia priuatio ipso iure † non infertur, 30

Digitized by Google

nisi expresse sit apposita, Abb. in cap. vlt. num. 51. de
iuramen. calumn. & in cap. primò, numero 3. ne præ-
lat vic. suas, Angel. consilio. 36. Calder. consilio.
10. de verb. signific. Sarnen. in cap. ipso inte, de re-
script. lib. 6. sed in dicta Constitutione Pij V. non legi-
tur: ergo, &c.
Hoc tamen non obstante: contraria opinio est ve-
31 rior, vt confidentiarius † priuetur ipso iure non solum
beneficiis, super quibus commissa est confidentia, sed
etiam aliis & dignitatibus obtentis ante, quam probo
ea verbis positis in dicta Constitutione Pij V. in §. sed
32 ne quisquam, primò ex dictione *Etiam*, † quæ impli-
cat, vt habetur in rubr. Codic. de seruitut. & aqu. Se-
33 cundò, ex dictione † *Aliis*, quæ includit similes casus,
not. in c. sedes Apostolica, de rescr. Tertiò, vt con-
gruat sensus præcedentibus verbis & pœnis, nam † vna
34 pars legis declarat aliam, l. Vtrum, ff. de pet. hæred. &
35 † præcedentia declarant subsequentia, l. qui filiabus, ff.
de lega. 1. cum simil. Quartò, fortiùs, & meliùs ex il-
lis verbis positis in eodem §. Sed ne quisquam, ibi, *Præ-
sentium auctoritate priuamus*, &c. verbum enim *Priua-*
36 *mus* † est præsentis temporis, & ideò inducit priuatio-
37 nem ipso iure, & operatur, vt non requiratur † senten-
tia ad notat. in cap. quisquis, de elect. & in cap. vlt.
eod. titu. libro 6. optimè Abbas in cap. nouit, num. 8.
de his, quæ fi. à Prælat. sin. cons. cap. vbi citat ea, quæ
scripsit in cap. 15. diligenti, de for. compet. & in cap.
cum olim, de Arbitr. Idem Abb. in cap. 1. nume. 3. vbi
Apostill. de Sagitt. & est communis opinio omn. Doct.
38 nam verbum † *Futuri temporis*, requirit sententiam. Ab-
ba. in cap. in quibusdam, numer. 7. de pœnis, Ant. de
Burg. in cap. ex parte, num. 31. de rescrip. & in cap. se-
cus Romanum, 103. eod. tit. Stephan. de Gaet. in cap.
ad limina, §. 4. num. 123. 30 quæst. 1. Philip. Franc. in c.
1. num. 123. 30. q. 1. Phil. Franc. in c. num. 5. de vita, & hon.
cleric. latè Fel. in cap. de regularib. de simo. Matthesil.
singu. 112. incip. nota, quod vbicumque, & ita ex his con-
cludendum est.
Ex quibus patet responsum ad contrarium, quia satis
39 videtur hæc pœna expressa, cùm colligatur † ex vi ver-
borum, Bar. in l. vxorem, §. auri plagam, ff. de legat. 3.
Cephal. cons. 133. num. 8.
40 Ex qua conclusione infero, posse huiusmodi benefi-
cia conferri, cùm priuatio infligatur ipso iure, † & po-
terit deueniri ad electionem, & præsentationem, Abba.
in cap. 2. not. 3. de feud. Card. in clem. 1. num. 15. not....
de pœnis, Gemin. in cap. fundamenta, §. quòd si secus,
not. 2. de elect. lib. 6. & alij omnes, vt per Alphons.
Hoied. de incompat. benef. pa. prima, cap. 4. numer. 7. Et
non omittam, quòd collatio horum beneficiorum spe-
ctat ad Sedem Apostolicam sicuti eorum, super quibus
41 commissa † fuit confidentia, vt expressè probat dicta
Constitutio Pij V. in prædicto §. Sed ne quisquam, ibi,
quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi Volumus,
&c. Ex quibus verbis concludendum est, omnia benefi-
cia vacantia: propter crimen confidentiæ, esse reserua-
42 ta nam ita innuit dictio † *Pariter*, cum parificet vtrum-
que casum, & disponat idem in vtroque, & per Bar.
Alex. Ias. & alios, in l. 1. ff. de leg. 1.
Tertiò dubitatur, An committentes confidentiam si-
cuti priuantur ipso iure beneficiis super quib. commissa
est confidentia, & obtentis antea, ita sint quoque inha-
biles ad alia obtinenda in futurum? Communis, & re-
cepta Doctorum sententia, etiam in praxi, est affirmati-
43 ua, † vt colligitur ex Anton. de Butr. post Io. Andr. in
cap. penult. colu. 1. versic. ad secundum, de elect. ex
Mil. in reperto. in verb. simoniacus, in beneficio & in
terminis Caputaque. decis. 201. par. 1. decis. 238. par. 3.
Nauarr. in Manual. cap. 23. sub num. 115. versic. 14. &
secundum hanc opinionem resoluit Rot. in vna S. An-
dreæ Canonicatus, & præbendæ 2. Ianuarij, 1544. vt
attestantur Put. decis. 80. libro 2. in impress. & decis.
5. de simon. in manuscr. Peregr. decis. 83. lib. 1. & ex-
pressè statuitur in dicta Const. Pij V. in dict. §. Sed ne
quisquam, ibi, *Præsentium auctoritate priuamus, & ad
futura inhabiles decernimus*, &c. verbum enim *Decer-
nimus* inducit † nouum ius, & declarat antiquum, Abb.
in c. decernimus, post Card. Zabarel. de iud. & ibi 44
Dec. in fi. Gl. in clem. per litteras, in verbo, decerni-
mus, de præb. Gl. in clem. 5. in verb. decernimus, de
reb. Eccl. non alien. Card. in c. ad audientiam, de cle-
ric. non residen. sicuti verbum *Indulgemus*, *& diffini-
mus*, Gem. cons. 72. col. 2. & *Statuimus*, Abb. col. 67.
Fel. in c. super quæstionum, §. verum, de off. dele. &
verbum *Volumus*, Gl. in Clem. 1. de rer. permut. Abb. in
ca. Sedes Apostolica, de rescr. Barba. in clem. litteras,
in 4. col. de rescr.
Nec huic conclusioni obstat decis. Cassado. 5. de
const. quia loquitur quando agitur ad pœnam priuatio-
nis, quia tunc bene requiritur, quòd simonia sit realia,
vt dictum est etiam supra, secus quoad inhabilitandum
aliquem ad obtinendum beneficia, in futurum, quia hoc
casu sufficit simonia conuentionalis, & sic confidentia,
vt in terminis fuit resolutum, & declaratum in Rota in
vna Cæsaraugustana confidentiæ, die 20. Martij 1551.
coram D. Guidobono, teste Caputaq. decis. 205. nu. 5.
pag. 1. & d. decis. 238. num. 3. p. 3. vbi ita declarat prædi-
ctam decisionē Cassad. sicuti etiam facit Put. alleg. de-
cis. 80. lib. 2. in fin. & hæc est communis opinio omnium
Doctorum.
Ex quo infertur, committentes confidentiam non
posse præsentari, eligi, neque eis † conferri beneficia: 45
Et ratio est, quia inhabilibus beneficia non dantur,
ad plenè not. in cap. cum in cunctis, de elect. sed isti
sunt inhabiles, & incapaces, vt dictum est supra, er-
go, &c.
Et hoc procedit nedum in beneficiis simplicib. sed
etiam in requirentibus residentiam, & curatis, ac per-
sonatibus, & dignitatibus, Ecclesiis, & monasteriis,
quod probatur in ead. Const. Pij V. in d. §. Sed ne quis-
quam, vbi, postquam locutus est de omnib. prædictis
obtentis iam, subdit, *Et ad futura inhabiles esse decer-
nimus*, quæ verba referuntur † ad omnia proximè ex- 46
pressa, iuxta tradita in l. si idem, cum eodem, §. vlt. ff.
de iurisd. omn. iudic. c. secundo requiris, de appell.
vbi Abb. & alij, sicuti dicimus de clausula in fine posi-
ta, vt debeat referri † ad iam præcedentia proxima, l.
talia scriptura, §. vlt. de lega. 1. vbi Bart. & alij Do- 47
cto. l. 3. §. filius, ff. de lib. & posthu. l. 1. C. eod. Alex.
cons. 213. lib. 2. latè Dec. in d. c. secundo requiris, col.
2. vers. in Glo. 2. Card. Paris. consi. 53. num. 31. & 32.
cum seq. volu. 2. Et si his inhabilibus conferantur be-
neficia per Ordinarios, vel per Sedem Apostolicam,
collatio est nulla, non facta mentione de dicta confi-
dentia, vt in casu dictæ deci. Caputq. 201 p. 1. & Put.
Decis. 80. lib. 2. sicuti collatio facta infanti, qui quo-
que est † inhabilis, c. indecorum, de ætat. & qualit. & 48
aliis inhabilibus, quos omnes refert Rebuff. in tract. de
pacif. poss. secundum † paruam impressionem, numero 49
272. cum multis sequentib. vbi etiam concludit inhabi-
les non iuuari † regula de triennali, nam verbum, *qui-* 50
cumque † ibi positum intelligitur de habili. l. emanci- 51
pati, iuncta Gloss. ff. de adopt. l. 1. C. de sacrosan. Eccl.
l. 3. ff. de fid. instrum. l. vt gradatim, ff. de munerib. &
bonoribus.
Limita tamen, nisi illi, qui commiserunt confiden-
tiam, habuerint † dispensationem, vt post Io. Andr. 52
Ant. de Butr. & alios tradit Caputaq. d. decis. 201. p. 1.
& decis. 238. p. 3. & est communis opinio recepta ab
omnibus, quamuis difficulter dentur hodie huiusmodi
dispensationes.
Et ratio est, quia, mediante dispensatione, fit lici-
tum, quod aliàs † erat illicitum, & prohibitum, vt per 53
Specul. in tit. de dispens. & Doctores omnes in ca. at si
clerici, §. de adulteriis, de iudic. Redoan. de simon. p.
4. cap. 16.
Et ex his etiam infertur, committentes confidentiam
non posse generaliter impetrare beneficia, cùm ad illa
sint inhabiles, & incapaces, † vt ex communi dictum est 54
est supra, immo non poterunt beneficia, quæ dimise-
runt,

Digitized by Google

runt, de nouo impetrare, & illa detinere ex nouo titulo,
vt dicit egregiè Caputaq. dec. 201. n. 2. part. 1.

Et de stylo Dataria non solet concedere dispensatio-
nem vt committentes, † confidentiam possint retinere
55 beneficia, super quibus illa commiserunt.

Et ideò Pius IV. in Const. 59. incip. In sublimi, edita,
ad reformandum officium Pœnitentiariæ anno 3. in §.
Caueat, voluit, vt simoniacis realibus, vel conuentiona-
56 libus † non concedatur, vt possint retinere beneficia, su-
per quibus commiserunt simoniam, ac fructus perceptos
post simoniam, subdit. *Quinimmo in absolutionibus hu-
iusmodi apponatur clausula, quod vterque ad beneficium,
super quo fuit commissa simonia, perpetuò inhabiles exi-
stant, &c.* Idque optima ratione statutum est, quia valdè
scandalosum videtur, & mali exempli, vt quis possit re-
tinere beneficium, quod iniustè habuit, ad not. in c. 1. de
reg. iur. lib. 6. in c. in cunctis, de elect.

Quartò, dubitatur. An etiam committentes confiden-
tiam priuentur, non solùm beneficiis, & dignitatibus, vt
dictum est supra, sed etiam pensionibus? Communis opi-
57 nio † est affirmatiua, quam expressè probat Pius V. dict.
Const. in §. Sed ne quisquam, ibi. *Nec non, &c. pensionibus*,
&c. quod erat necessarium exprimere, quia pensio non
58 veniebat, sub priuatione † beneficiorum, Abb. in c. ad au-
dientiam, 2. de rescr. vbi Fel. & alij, & est communis opi-
nio, de qua attestantur, Io. Selua in tract. de benefic. p. 1.
q. 3. n. 11. Hoied. de incomp. benef. in præfat. num. 3. & 4. &
p. 2. cap. 7. nu. 4. & fuit pluries resolutum in Rot. vt latè
scripsi de resign. benefic. libro 2. quæst. 15. Et ratio huius
59 priuationis † est atrocitas criminis, iuxta dictum Inno-
cent. in c. 1. de Const. & voluntas Papæ volentis, vt con-
fidentiæ exulent ab hac Curia, & si confidentiarij pri-
uantur beneficijs, eò magis pensionibus, cùm pensio
sit minus beneficio, vt per Gig. in suo tract. de pension.
Amplia, hanc conclusionem procedere etiam in pen-
sione temporali, tum ex generalitate, tum arg. auth.
multò magis, C. de sacrosanct. Eccl.

Quintò, dubitatur, An huiusmodi committentes confi-
dentiam priuentur reseruationibus fructuum? Respon-
60 deo affirmatiuè, quia † hoc est expressum in d. Const.
Pij V. in §. Sed ne quisquam, ibi, *nec non fructibus pen-
sionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis.* sub his enim ver-
bis., *Et alijs rebus Ecclesiasticis* existimo comprehen-
61 di † reseruationes fructuum, quæ reseruantur loco
pensionis, Sarnen. de annal. quæstio 60. Mandos. in
eadem regul. quæstio. 30 Rebuff. in praxi benefic. titu.
de reseruat. tam general. &c. numero 13. & latè dixi
in tracta de resignat. benefic. libro 6. quæst. prima.

Sexto dubitatur, An Confidentiarij priuentur, etiã
62 officiis Romanæ Curiæ, & † temporalibus? Affirma-
tiuè est respondendum, quia hoc exprimit Pius V. in
dict. Constit. iocitas. § Sed ne quisquam, ibi, *ac etiam
Romana Curia, & alijs officijs temporalibus*, &c. & hoc
ex ratione superius dicta, vt extirpetur omnino hoc
crimen. Propter igitur confidentiam habentes officia
temporalia illis priuantur, ac officijs Curiæ vt sunt
officia, quæ dantur Cardinalibus, Vicecancellariatus,
Pœnitentiaria, & Camerariatus, ac Vicariatus, &
alia, vt sunt Auditoratus Rotæ, Clericatus Cameræ,
& similia, vt Scriptores, Abbreuiatores, Protonotarij
Cubicularij, Milites, & alij, vt longa serie refert
Pius II. in Apologia ad Martinum M. impressa post com-
mentarios folio mihi 737. Sarn. in procem. regu. quæst. 1.
63 Namque huiusmodi officia † sunt beneficia quodammo-
do, vt Paul. Roman. de pension. c. 7. n. 11. licet consuetu-
64 dine curiæ soleant vendi † etiam laicis, Matt. Lauden. de
offic. q. 7.

65 Septimò dubitatur. An † priuentur etiam fructibus?
Respondeo affirmatiuè: quia id expressè exprimitur in
Const. Pij V. in d. §. Sed ne quisquam, ibi, *nec non & fru-
ctibus, &c.*

66 Octauò dubitatur, † ad quem spectet collatio horum
beneficiorum vacantium per confidentiam? Respondeo
spectare ad Sedem Apostolicam: namque sunt reserua-
ta, vt censuit Pius IV. in d. Const. in §. *Ac quæcunque ipso
iure vacare, ac nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositioni re-
seruata, &c.* & in d. Const. Pij V. in princ. ibi, *liberam illo-
rum dispositionem sibi, & Apostolicæ Sedi reseruanda, &c.*
& hoc scripsi in tractat. de resig. benefic. libr. 2. quæst. 16.
numer. 28. vbi etiam retuli omnia benefic. reseruata,
&c.

Et non solùm confidentiarij, priuantur obtentis, sed
efficiuntur inhabiles, vt non possint alia habere, vt dici-
tur in d. Const. Pij V. & dixi supra.

Ita Simoniacus † in vno beneficio redditur inha-
bilis ad aliud quodcumque, Mil. in repert. in verbo. 67
simoniacus in beneficio, Anton. de Butr. in cap. penu.
colum. 2. vers. ad secundum, de electio, & firmauit. Ro-
ta post multas informationes in vna Toletan. Thesaura-
riæ coram Peregrin. & in alia S. Andreæ coram Puteo,
teste Achill. de Grass. dec. 341. alias 2. de Sim. in impres-
sis, vbi hoc comprobat.

Quæst. 58. numer. 4. Nec immeritò cum huiusmodi deli-
ctum grauissimum reputetur.

¶ SImoniæ confidentialis grauitatem ex multiplici, ea-
que grauissima, qua plectitur pœna, ponderabis:
primò enim confidentiarius priuatur ipso iure beneficio,
super quo confidentiam commisit, vt hic tradit Flaminius,
num. 1. cum perpetua inhabilitate ad illud, & absque spe
dispensationis, quæ inflexibiliter denegatur, non solùm per
Datariam in vtroque foro, sed etiam per Pœnitentiariam
in foro interiori ex constitutione 59. Pij V. quæ mihi est 53.
quod optima ratione, inquit Auctor, statutum est, quia val-
de scandalosum videtur, & mali exempli: vt quis possit re-
tinere beneficium, quod iniustè habuit: quæ ratio cessat,
vbi delictum est occultum, & tamen hoc casu, etiam per
Pœnitentiariam denegatur facultas retinendi, aut obtinē-
di in futurũ, vt sæpe sumus experti: Ideo dico potissimam
rationem denegandæ dispensationis, hanc esse, ne sub illius
spe, & facilitate via ad beneficia per simoniam, & confi-
dentiam comparanda aperiatur. Et beneficium sic vacans
est Papæ reseruatum, vt deducitur. hic nu. 6. Secundò pri-
uatur etiam ipso iure omnibus beneficiis ante commissam
confidentiam ritè & canonicè obtentis, num. 36. quæ pari-
ter dispositioni Apostolicæ reseruantur d. nume. 66. Tertiò
similiter ipso iure priuatur omnibus fructuum reseruatio-
nibus, & pensionibus, etiam antea sibi legitimè concessis,
aliisque rebus Ecclesiasticis, num. 60. Quartò de omnibus
officiis Romanæ Curiæ, ac temporalibus ipso iure iacturã
facit. Quintò inhabilitatur ad quæcumque beneficia in fu-
turum obtinenda, num. 43. Sextò ipso facto excommunica-
tur, à solo Papa absoluendus, præterquam in mortis arti-
culo constitutus, de quo q. sequenti dicetur. Septimò resti-
tutioni fructuum & pensionum interim perceptorum Ca-
meræ Apostolicæ faciendæ subiacet, & de hoc articulo vi-
de infra, quæst. 60. Octauò efficitur irregularis, vt vult Au-
ctor, infra, q. 61. quem tamen improbat Garcias de benefic.
p. 8. c. 1. n. 64. iuuene an iniuria sibi dicemus Nonò venit per
sententiam deponendus cum nota infamiæ, can. reperiun-
tur 2. q. 1. can. vlt. eod. causa q. 3. Decimò in æternum dam-
natur, can. si quis neque 1. q. 1. can. si quis dator q. 3. Caue
igitur, & tantam admissi vnius perhorresce malorum
syluam.

QVÆSTIO LIX.

De excommunicatione, quam incurrunt confidentiarij, & à quo debeant absolui.

SVMMARIVM.

1 *Confidentiarij sunt excommunicati.*
2 *Excommunicati non possunt absolui nisi à Papa.*
3 *Confidentiarij sunt excommunicati ipso iure.*
4 *Confessorius non absoluit à reseruatis.*
5 *Absolutio in confidentia datur in Dataria, & Pœni-
tentiaria.*
6 *Excommunicati celebrantes sunt irregulares.*

O

7 *In mortis articulo nulla est reseruatio.*
8 *Confidentiarij absoluuntur virtute Iubilei plenissimi.*
9 *Celebrans ignoranter in censura non efficitur irregularis.*
10 *Errans circa ius dubium excusatur.*
11 *Irregularitas non contrahitur sine dolo.*
12 *Simoniaci occulti licitè celebrant post pænitentiam.*

QVinquagesimoeonò quæro. An committentes
confideotiam, vltra pœnas priuationis bene-
ficiorum, dignitatum, & officiorum, incidant
1 in aliquam † censuram? Affirmatiuè est respoo-
dendum quia ita tenent omoes, vt per Nauarr. in Man c.
23. sub oum. 111. vers. 11. & expressè probatur d. Consti-
tutione Pij V. in §. Sed ne quisquam, ibi, *& in iuris subsi-*
dium excommunicationis sententia innodomus, à quo nul-
lus nisi in mortis articulo constitutus ab alio quàm à Ro-
2 *mano † Pontifice obsolutionis beneficium valeat obtine-*
re, &c. Et in d. Constitut. Pij IV. §. & insuper, vbi mandat,
ne quis audeat hoc crimen perpetrare, subdit. *Cardina-*
libus videlicet, & aliis Prælatis in virtute sanctæ obe-
dientia & sub interdicto ingressus Ecclesiæ, reliquis verò
sub maioris excommunicationis lata sententia pœna per
contrafacientes eo ipso incurrenda, à qua nisi à nobis, aut
Romano Pontifice pro tempore existente præterquàm in
mortis articulo constitute absolui nequeant, districtius
inhibemus, &c. Ex quibus verbis coostat, hanc cen-
3 suram † inferri ipso iure, vt in terminis Nauar. in di-
cto Man. c. 23. sub nom. 100. vers. secundo quod.

A qua excommuoicatione Confidentiarij non pos-
4 sunt absolui à Coofessariis, vt expressè † dicitor in d.
Constitutionibus & facit, quod scribitur io c. pastoralis,
c. præterea, de offic. deleg.

5 Quare debent illam † petere, vel à Dataria in foro
interiori, & exteriori, vel à Pœniteotiaria io foro in-
teriori dumtaxat, Nauar. cons. 21. num. 7. & 23. de Sim. &
cons. 69. o. 4. eo. tit. Et, si ante dictam absolutionem cele-
6 brent, efficiuntur † irregulares, Nauar. d. cons. 21. num. 6.
de sim. & probatur, in cap. 1. & cap. si celebrat. de Cler.
excom. ministr. Nauarr, in Man. cap. 27. nu. 18. & 20. cum
sequent.

Limita primò, io mortis articulo, vt dicitur io Bulla,
7 ratio, quia in mortis articulo † oulla est reseruatio quia
8 in mortis articulo † nulla est reseruatio, vt in Conc.
Trid. c. 7. sess. 14.

9 Limita secundò, nisi virtute † alicuius Iubilei plenis-
simi, vel virtute Bullæ Cruciatæ, quæ si ad id se exten-
deret fuisset absolutus, Nauar. cons. 18. de Sim. vbi etiam
scribit, quod celebrando post dictam absolutionem oon
efficitur irregularis, faciunt, quæ scribit idem Nauar. in
Man. c. 29. & 26. n. 13.

Limita tertiò, oisi missasset ante absolutionem igno-
10 ranter, nam attenta ignorantia, & bona fide non † effi-
ceretur irregularis, vt dicit Nauarr. d. cons. 18. nu. 5. cum
Simonia huiusmodi sit iuris humani, & errans circa ios
11 dubium, obscurum, difficile, iointelligibile † excusatur,
Innoc. io c. per tuas el 2. de Simo. cum aliis, vt per Fel. in
c 1. n. 15. de re iud.

Irregularitas enim oon † contrahitur sioe dolo, Abb.
in cap. pastoralis, & cap. verum, de appell. Gem. io cap.
solet, de sent. excom. lib. 6. & ideo dicit Nauar. d. cons. in
fin. quod potest retinere in foro conscientiæ beneficia,
quæ habet, &c.

Ideò dicit Archid. io cap. quibusdam, 1. qu. 1. quod si-
12 moniaci in beneficio occulti, & criminosi † licitè, cele-
brant post pœnitentiam, quia neque sunt suspensi de iu-
re, neque impediuntur exequi officium suum post pœni-
tentiam, sequitur Turrecrem. ibid. n. 3. & est communis
opinio Doctorum.

Quæst. 59. num. 8. Limita nisi virtute alicuius Iubilei plenissimi fuisset absolutus.

¶ HÆc tamen absolutio in foro externo non suffragaretur, quamuis Confessarij probata literis: quia Iudex fori exterioris nedum non teneretur, sed nec posset in præiudicium partis illi credere. Nauar. consi. 4. de sid. inst. posset tamen dissimulare se nescire confidentiam, & excommunicationem, cuius absolutio ostenderetur facta, quoad forum conscientiæ tantum, ad effectum dimittendi Reum impunitum, si ex suo tãtum officio sine vllo præiudicio publico & priuato Iudex procederet; quia dissimulatio vtilis licita est, can. vtilem 22. qu. 2. secus si ad instantiam partis, vel fisci, vt subdit, ibid. Nauar. Ait tamen idem Doctor. cons. 3. eod. tit. excommunicato vel irregulari multum expedire fidem absolutionis obtentæ io foro conscientiæ habere à Confessario per schedulam clausam, & à Notario publico indorso saper scriptam, eo quo in testamento obsignato fieri modo consueuit ad euitandam pœnam, quæ ei posset imponi io exteriori foro propter insordescentiam, aut contemptum excommunicationis, vel legis.

QVÆSTIO LX.

Fructus, quos tenentur restituere Confidentiarij, quibus, & quando, & quomodo restituuntur.

SVMMARIVM.

1 *Confidentiarij tenentur restituere fructus perceptos.*
2 *Simoniacus debet restituere fructus perceptos.*
3 *Iniustè acceptum est restituendum.*
4 *Non remittitur peccatum, si non restituatur ablatum.*
5 *Vsurarius tenetur restituere.*
6 *Restitutio est actus iustitia.*
7 *Debet omnino fieri.*
8 *Debet restitui res principalis, & etiam fructus.*
9 *Restitutio quid sit.*
10 *Fur tenetur restituere.*
11 *Confidentiarij appellantur fures.*
12 *Confidentiarij debent fructus restituere, etiamsi eos expenderint.*
13 *Occupans rem iniustè tenetur ad æstimationem etiam post interitum.*
14 *Habens malam fidem semper est in mora.*
15 *Moroso imputatur rei interitus.*
16 *Etiam fructus per industriam sunt restituendi.*
17 *Confidentiarij tenentur ad fructus, qui potuissent à dne diligenti percipi.*
18 *Vbi eadem ratio, ibi idem ius.*
19 *Confidentiarij tenentur restituere fructus à prima receptione beneficij.*
20 *Fur à quo tempore teneatur restituere.*
21 *Restitutio fructuum obligat in vtroque foro.*
22 *Integrè factum, quod dicatur.*
23 *Integrè quid.*
24 *Hæredes obligantur ad restitutionem fructuum malè perceptorum.*
25 *Hæredes tenentur defuncti conscientiam exonerare.*
26 *Successor iunatur eisdem legibus quibus auctor.*
27 *Hæres eadem censetur persona cum defuncto.*
28 *Hæres tenetur ad interesse ex delicto defuncti.*
29 *Confidentiarij hæredes possunt compelli ad restitutionem faciendam.*
30 *Sunt tamen vitandi.*
31 *Confessarij non debent absoluere confidentiarios nisi facta restitutione.*
32 *Confessarij peccant, si absoluant ante restitutionem.*
33 *Non debet aliquis absolui, nisi fuerit attritus, vel contritus.*

Digitized by Google

SExagesimò quæro. An confidentiarij teneantur restituere fructus perceptos ex illis beneficiis, quos
habuerunt in confidentia? Communis opinio est † 1
affirmatiua, quæ colligitur ex Inno. in cap. cum pridem,
de pact. Cassad. dec. 1. de simon. Ange. Syluest. in verbo,
Simonia, cum aliis allegatis per Redoan. de sim. part. 4.
cap. 11. num. 30. cum sequent. & cap. 14. nu. 20. dum com-
2 muniter volunt. Simoniacum debere † fructus restituere, & expressè probatur in d. Constit. Pij IV. §. *& eosdem Cardinales, seu quosuis alios, à prima die receptionis huiusmodi citra fructus, redditus, & prouentus earundem Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum ac pensiones prædictos indebitè percipere, suosque fructus facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes, & singulos ad Cameram eandem deuolutos fuisse, & esse, illisque deberi ac ipsos Cardinales, & alios, ad quorum manus, quomodolibet peruenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum restitutionem in vtroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remediis compelli debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, decernimus, declaramus, &c.* Et in d. Constitutione Pij V. in princ. in §. nec valerent, ibi, *illaque recipientes fructus, pensiones, &c.* & 10 §. sed ne quisquam, ibi, *nec non fructibus, &c.* & tradit Nauarr. cons. 13. & 21. & 23. & 46. 47. 69. & 73. de Simon.

Et ratio colligitur ex eo, tum quia omnia peccata
3 iniustitiæ obligant ad restituendum † iniustè acceptum
in foro conscientiæ, cap. peccatum, de reg. iur. lib. 6. cap.
si res aliena, 14. quæst. 6. Nauarr. in Man. cap. 17. & de red-
dit. Eccles. quæst. 2. numer. 7. & 12. tum etiam quia tene-
4 tur, quis restituere † ablatum ratione acceptionis iniu-
stæ, siue ea sit iniusta in iniuriam proximi, siue quia lege
prohibita, D. Thom. & Caietan. 2. 2. quæst. 62. art. 1. 5 & 6.
not. in leg. non dubium, Cod. de leg. l. quemadmodum,
Cod. de agric. & cens. lib. 11 & cap. qui contra iura de re-
5 gul. iur. lib. 6. & ideò Vsurarius † tenetur ad restitutio-
nem, D. Thom. d. quæst. 62. art. 6. Couarr. lib. 3. var. resol.
cap. 1. & communiter alij. Restitutio enim est † actus iu-
6 stitiæ commutatiuæ, D. Thom. d. quæst. 62. art. 1. Dom. Sot.
libr. 4. de Iust. & iur. quæst. 7. art. 2. Couarr. in cap. pecca-
tum in initio relectionis secundæ partis, num. 2. & ideò
debet omnino † fieri. Archiep. Flor. 2. part. tit. 2. cap. 8. in
7 prin. Syluest. in verbo, Restitutio, 5. §. 1. non solùm de re
8 † principali, sed etiam de fructibus, Caie. d. 2. 2. quæst. 62.
art. 6. Syluest. verbo, Restitutio, quæst. 7. Io Mai. in 4. sen.
dist. 15. quæst. 26. ad finem, Couarr. libr. 1. var. resolut. c. 3.
9 nume. 6. & in 3. part. relectionis, numer. 1. cum sequent. †
& diffinitur à Nauarr. in Man. cap. 17. numer. 6. quòd sit actus iustitiæ specialis commutatiuæ, quo redditur alteri, quod suum est, vel quod ei debetur ex lege veræ iustitiæ formaliter, vel virtualiter de bonis animi, corporis, honoris, vel pecuniæ.

Comprobatur hæc sententia, quia, sicut fur † tenetur 10
restituere, cap. si res, 14. quæst. 6. cap. sæpe, de rest. spol. l.
sed & si prinio, & l. item veniunt, §. 1. ff. de petit. hæred. l.
mater, & l. mancipium, Cod. de rei vend. l. in creditore,
& l. cum ea, ff. de euic. reg. peccatum, de reg. iur. libr. 6.
latè Nauarr. in Man. c. 17. nu. 6. 7. & 8. cum sequent. Caiet.
latè 2. 2. qu. 62. Couarr. libr. 3. var. resolut. cap. 14. & in 2.
part. relect. §. 1. reg. peccatum, n. 1. & est communis om-
nium Doctorum sententia. Ita & Simoniacus ac † confi- 11
dentiarius, qui appellantur fures, Turrecrem. in c. ordi-
nationes, n. 18. & in c. statuimus n. 3. q. 1. Redoan. de sim.
p. 4. c. 14. n. 21. Durand. de mod. congr. Conc. rub. 20. n. 5.
& quia Pius IV. in d. Constitutione, §. & eosdem, statuit,
Confidentiarios fructus suos non facere, ergo vt res
aliena restituendi.

Amplia primò, vt confidentiarij teneantur fructus † 12
restituere, etiamsi expenderint illos, vt colligitur ex
his, quæ dicit Gloss. in l. 1. §. rectissimè, ff. de vi, & vi arm.
Bart. post Gl. in l. quod te mihi, n. 10. ff si cer. pet. Io. à Me-
din. de rest. qu. 6. communis opinio teste Couarr. in regu.
peccatum, §. 6. n. 1. vers. nam receptum est, occupantem
rem per crimen teneri ad eius æstimationem post eius † 13
interitum etiam absque culpa ipsius, Glo. in reg. pecca-
tum, Anch. & alij, Syluest. in verbo furtum, §. 16. D. Tho.
2. 2. q. 62. art. 6. nam habens † malam fidem semper est in 14
mora, l. in re furtiua, ff. de condic. furt. l. vlt. Co. eo. tit. &
moroso semper imputatur rei † interitus, etiam absque 15
eius culpa contingens, l. nemo, §. vlt. & l. si seruum, ff. de verb. obl. l. 1 §. rectissimè, & l. meritò, ff. de vi, & vi arm. l. vlt. C. de cond. furt. l. cum res, §. vlt. ff. de leg. 1. l. 1. Cod. quod met. causa Bald. in rub. de re iud. in princ. Et hanc conclusionem videntur probare verba posita in hac Constitutione Pij IV. d. §. & eosdem, ibi, *suosque facere non potuisse, nec debuisse.*

Amplia secundò, vt Confidentiarij teneantur resti-
tuere fructus etiam perceptos propter † eorum indu- 16
striam, deducta huius solicitudinis iusta mercede, ex his quæ scribit Bart. in leg. ratio, §. 1. ff. de act. empt. & faciunt notata in l. si me, & Titium, ff. si cer. pet. & in l. videamus, §. si actionem, ff. de vsur. nec videtur discrepare Couarr. in §. 6. regul. peccatum, numer. 4. vers. & profectò. Impensæ enim necessariæ secundum communiorem possunt deduci à malæ fidei possessore, Salic. in leg. domum, pen. col. C. de rei vendic. Bar. in leg. in fundo, ff. de rei vend.

Amplia tertiò, vt confidentiarij teneantur in foro
conscientiæ restituere etiam fructus, qui † potuissent à 17
diligenti percipi: nam ad illos tenetur fur, & iniustus rei alienæ possessor, leg. si nauis, ff. de rei vend. Abb. in c. grauis, de rest. spol. Alex. & Iason. in l. apud Iulianum, §. 1. ff. de leg. 1. communis teste Dec. in l. generaliter, ff. de reg. iur. Couarr. in §. 6. regu. peccatum, in fi. ver. & eadem ratione.

Amplia quartò, vt non solùm fructus, quos percipit
Beneficiarius de beneficio accepto in confidentiam de-
beant restitui, sed etiam, quod percipit pensionarius de
pensione ita reseruata, aut reseruatarius omnium fru-
ctuum, vt probatur in eadem Constitutione Pij IV. d. §.
& eosdem, ibi, *fructus, redditus, prouentus ac pensiones*
prædictos indebitè percipere, suosque facere non potuisse,
nec debuisse, &c. Idque quia eadem militat ratio, ideò, † 18
idem ius statuendum, l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. obl. cùm pensio sit portio, quædam fructuum, Giga. de pens. q. 1.

Amplia quintò, hanc conclusionem procedere, siue huiusmodi fructus percipiantur per priuatam personam, siue per constitutam in dignitate: nam Pius IV. in allegato, § & eosdem, loquitur de Cardinalibus, & statuit, illos esse, vt alios, obligatos ad restituendum huiusmodi fructus perceptos, & non potuisse suos facere, quod deducitur ex eadem ratione, quæ viget in omnibus, D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. 2. cum sequent.

Amplia sextò, vt Confidentiarij teneantur ad resti- 19
tutionem fructuum perceptorum à † prima die rece-
ptionis beneficij in confidentiam, vt probatur in eadem

Constitutione Pij IV. §. & eosdem, ibi, *à prima die receptionis huiusmodi, &c.* & ratio est, quia, si a prima die
perceptionis non potuit illos suos facere, ergo ab eo
20 tempore tenetur restituere, sicuti arctatur fur, † & alienæ rei occupator, vt traditur in d.reg.peccatum, de regul.iur.lib.6.& faciunt, quæ scribit D.Thom.d.2.2.q.62.
art. vlt.

21 Amplia septimò, vt restitutio † huiusmodi fructuum
facienda per confidentiarium obliget in vtroque foro,
scilicet in foro fori, & foro poli, vt exprimitur in eod.
§. & eosdem, dict. Const. Pij V. ibi, *in vtroque foro teneri,*
quod fuit consultò expressum ad tollendas distinctiones, quas in quibusdam casibus particularibus afferunt
DD. d. reg peccatum, & ibi Coua. post Petr. de Anch. &
aliqua circa hanc materiam ponam infra.

Amplia octauò, vt omnes fructus percepti per confidentiarios debeant restitui integrè, vt probatur in eodem, § Et eosdem d. Const. Pij V. ibi, *ad integram illorum restitutionem, &c.* integrè enim dicitur fieri, quod fit vs-
22 que ad † vnum quadrantem, Bal. in cap. conquerente, de
rest. spol. Aut. Cotiet. de Treb. §. 2. n. 4. & est text. in cap.
cum liberum, in vers. cum integritate restituant, de sepult. & cap. tua nobis, vers. cum integritate persoluitur,
de decim. & cap. commissam, vers. ea integro non persoluunt, & cap. in aliquibus, de dec. leg. vlt. Cod. ad leg.
Falc. & Bal. in cap. accedens in 2. col. vt lit. non cont. exponit verbum positum ibi, integrè, id est plenariè, Gl. in
l. nihil aliud, ff. de verb. sign. Card. in c. pastoralis, de de-
23 cim. Et integrum esse aliquid dignoscitur, † quod nulla
sui parte sit mancum, diminutum aut debilitatum, l. prima, §. cùm dicitur, & §. sequent. ff. si cui plus quàm per l.
Falc. l. vlt. C. ad l. Falc. d. l. 2. C. de bon. vacan. lib. 6. l. 9. §.
vlt. ff. de fideicom. libert.

Amplia nonò, vt hæredes illorum, qui commiserunt
24 confidentiam, teneantur restituere fructus † perceptos
per dictos Confidentiarios, vt fuit dispositum per eundem Pium IV. in d. Const. §. & eosdem, ibi, *& eorum hære-*
25 *des.* Hæres enim tenetur † defuncti conscientiam exonerare, & pro eo satisfacere, cap. vlt. de sepult. cap. literis,
de raptor. Abb. in cap. cùm sit generale, num. 22. de for.
compet. Rom. cons. 146. conclusionum, num. 4. Dec. cons.
282. nu. 6. & cons. 303. o. etiam 6. Rui. cons. 26. nu. 2. libr. 2.
Cur t. Iun. cons. 181. prope fin. Soc. cons. 203. n. 2. libr. 2. &
26 communiter DD. nam hæres & successor † adstringitur, &
iuuatur eisdem legibus, quibus eius auctor, l. hæredem,
l. in omnibus officiis, §. non debet, ff. de regul. iur. Aretin.
cons. 36. num. 3. & cons. 112. col. 2. Soc. cons. 82. n. 3. libr. 3.
27 cùm † censeatur eadem persona cum defuncto, Auth. de
iureiur. à morient. præst. circa princ. collat v. Bart. in l. 2.
§. 1. colum. secundo, de prætor. stipul. Hinc est quòd hæ-
28 res tenetur † ad interesse pro delicto defuncti, etiam de
Iure Pontificio, Bald. in leg. 1. col. vlt. Cod. ne ex delict.
defunct. & in leg. furti actione, C. de furt. Paul. de Castr.
in leg. postulanti, in princ. ff. ad Trebell. Iason. in l. sicuti
legerur, §. vlt. in 3. oot. ff. de leg. 1. cons. 212. col. secundo,
libr. 2.

29 Amplia decimò, vt ad huiusmodi restitutionem † faciendam Confidentiarij compelli possint, vt dicitur in
eodem, §. eosdem, ibi, *opportunis iuris remediis compelli debere auctoritate Apostolica, &c.*

30 Declara, vt quando hæredes † compelluntur auctoritate Apostolica ad dictam restitutionem, debeant citari, argumento eorum, quæ habentur in tex. in c. a nobis
2. in fi. de sent. excom. Bald. in l. per diuersas, in 10. quæst.
C. mand. Fel. in c. quia G. num. 4. Dec. col. 7. de Iud. Rui.
cons. 152. col. 2 & 5. libr. 4. Boet. dec. 295. nu. 15. cum aliis
cumulatis per Mar. tract. de monitoriis, q. 24. num. 5. cum
sequent.

Amplia vndecimò, Confidentiarios non debere à
31 Confessariis absolui nisi huiusmodi restitutionem † fructuum fecerit, vt colligitur ex Nauar. cons. 21. de Sim.
num. 6. & 7 & hoc potest deduci ex eo, quia Constitutio
Pij IV. dum mandat huiusmodi restitutionem, arctat
etiam in foro conscientiæ, & sic interiori, & diximus in
7. ampl. & tradunt communiter DD. in d. reg. peccatum,
de regul. iur. libr. 6. & omnes Summistæ in verbo, Restitutio.

Alioquin Confessarij, qui per ignorantiam crassam,
aut affectatam absoluunt ante restitutionem, vel antequam præcipiat eam confitenti ad id parato, peccarent,
† quia fuerunt in causa, ne alienum restituatur, Rose. in 32
verbo restitutio, 2. §. 5. Ang. in eo. verb. vlt. §. 5. Maior in
4. dist. 20. quæst. 3. col. 4. Nauarr. in Man. cap. 17. numer. 22.
Debent igitur cautè Confessarij præcipere confidentiariis restitutionem, & vt eligant viam conscientiæ, & forum interius per Pœnitentiariam, Nauarr. cons. 23. in fin.
de sim. vel viam Datariæ, idem Nauarr. cons. 69. n. 4. eo.
tit. & infra dicemus, & idem Nauarr. cons. 21. nume. 7. de
sim. dicit, Confessarios non debere absoluere confidentiarios nisi fuerint contriti, aut certè adeò attriti, quòd
pœniteant peccati, & proponant ab illo cessare, † il- 33
ludque amplius non committere, cap. peccatum, de reg.
iur. lib. 6. cap. firmissimè, 15. quæst. 1. cap. omnis de consecr. dist. 4. & prius habuerint absolutionem ab excommunicatione reseruata & nu. 6. dicit confidentiarios debere pœnitere tam grauis peccati.

Declara hæc, vt ad restitutionem hi non teneantur 34
propter inopiam, necessitatemque † extremam, Gloss. &
DD. in cap. quanquam, & in cap. cum tu, de vsur. in 6. Gl.
Din. Anch. colum. 9. Couar in princ. numer. 2 & communiter alij in regul. peccatum, de regul. iur. libr. 6. D. Tho.
2. 2. quæst. 62. art. vlt. Nauar. in Man. cap. 17. num. 60. Summist. in verbo, Restitutio. Dom. Sot. libr. 4. de iust. & iur.
q 7. art. 4. & alia similia cumulat Nauarr. d. cap. 17. n. 75.
cum sequent.

Sed poterat dubitari, quibus essent restituendi fructus percepti per confidentiarios, ideò Pius IV. in ead.
Const. in d. §. eosdem, declarat & statuit, † ad Cameram
Apostolicam spectare, vt patet ibi, *sed illos omnes & singulos ad Cameram eandem deuolutos fuisse, & esse, illique deberi, &c.* & ita hodie practicatur, & tradit Nauarr. 35
cons. 23. in fin. & cons. 69. num. 4. & 73. numer. 2. tit. de Simon. & cons. 62. de præben. nam fit supplicatio, in qua
narratur confidentia commissa, & petitur absolutio, &
dispensatio, Nauarr. d. cons. 69. num. 4. de sim. quæ porrigitur Datariæ, & ab Officiali præposito ad hoc mandatur exprimi, si non est expressum, quos fructus ex illo,
vel illis beneficiis perceperit, quo facto taxatur supplicatio & soluitur compositio pro dictis fructibus malè
& indebitè perceptis, & postea supplicatio relaxatur,
vt transeat, iux. solitum per quasdam alias manus Officialium, & reuisorum, à quibus admittatur ad Registrum, & vulgari vocabulo appellatur Officium Componentis, nam compositio † nihil aliud est quàm gra- 36
tuita conuentio. Rebuff. de decim. quæst. 13. numer. 14. &
debent, ac tenentur coram Deo supplicantes confidentiarij † exprimere in Dataria verè fructus perceptos, 37
Nauar. cons. 73. numer. 3. vers. 3 de simon. alioquin, si minus expresserunt, non sunt tuti in foro conscientiæ, vt
explicat idem Nauarr. loco proximè citato, & ratio est
expressa, quia, quoad partem fructuum non expressorum
dicuntur detentores rei alienæ, cùm illos non fecerint
suos, vt supra deductum est, & ita videtur tenere Mandos. in tract. signat. grat. titul. absolutio à mala fructus
percept. colum. 2. vers. amplia, vbi dicit, expressionem
fructuum malè perceptorum esse faciendam, etiam si
huiusmodi fructus fuissent † modici, & fuit resolutum 38
in Rota 26. Aprilis 1541. coram Marsican. in vna Bellic. prioratus teste Peregr. dec. 42. libr. 1. Put. dec. 12.
de præben. in manuscr. nam in beneficialibus † subre- 39
ptio etiam in minimo vitiat, cap. si motu proprio, de
præben. in 6. & de oblationibus perceptis debet fieri
mentio, Fel. in cap. ad aures numer. 13. de rescr. Put. dec.
180. libr. 1. Man dos. loc. cit. colum. 4. & Dataria non solet omnes fructus malè perceptos exigere, sed contentatur de aliqua parte, vt de stylo videmus, & condonat reliquos, Nauarr. cons. 67. de præbend & idem Nauar. de spol. super d. cap. non liceat Papæ, §. 12. num. 4. dicit, quod in compositione facta cum Camera Apostolica
magna † pars solet remitti, & mandos. in Sig. grat. titul. 40

absolutio à malorum fructuum perceptione colum. 1. dicit dumtaxat medietatem, vel tertiam partem fructuum malè perceptorum, & expressorum, iuxta ea, quæ scribit Ang. in verbo Restitutio 2. §. 4. Nauarr. in Man. c. 17. num. 31. & cons. 47. num. 3. in fin. & postea dat absolutionem ab excommunicatione, refectionem tituli, & nouam prouisionem, Nauar. cons. 23. in fin. de simon. Idem Nauarr. cons. 3. num. 2. de præb. Idemque seruatur in alia refectionibus titulorum, & nouis prouisionibus, quæ petuntur ob diuersas causas,
41 † vel propter aliquam subreptionem, aut obreptionem, vel propter aliquod delictum, aut irregularitatem, aut contemptum legis in casu expresso, vt in cap. licet Canon. de elect. lib. 6. ac in c. de multa, de præb. in extrauagan. execrabilis Ioan. 22. eo. tit. de præb. in c. 2. de hæret. lib. 6. & similibus, vel quia non habent Canonicum titulum ab initio, nam tunc reualidatur gratia à Papa, & conceditur absolutio, vel noua prouisio super noua refectione tit. inualidi, cum noua collatione quæ requiritur, Nauarr. cons. 73. num. 1. de simon. soluta compositione fructuum malè, & indebitè perceptorum, Nauarr. cons. 62. & 67. de præben. idem Nauar. de spol. super c. non liceat Papæ §. 12. num. 2. & num. 4. & tota die practicatur & fundatur super ratione, quia percipiens fructus indebitè, efficitur inhabilis, ac rehabilitatione indiget, cap. in literis, de rest. spol. c. dudum 2. & ibi Host. colum. 4. & Abb. & alij de elect. Specu. in tit. de dispens. §. videndum, circa fi. Fel. in c. in nostra, io 2. corol. de rescr. Cass. decis. 7. num. primo, & 4. de præb. Franc. in c. eum qui, col. 2. eo. tit. in 6. Rebuff. in pra a. in 3. parte sign. num. 56. Selu. de benef. p. 3. quæst. 2. post num. 4. & quan-
42 doque solet Papa dare † hanc facultatem alicui Nuncio Sedis Apostolicæ aut alteri, vt reficiat titulos inualidos alicuius prouinciæ, aut Regni, & componat super fructibus indebitè perceptis: vt annis elapsis, fuit seruatum in Regno Neapolitano: quo casu minor summa pecuniarum solet expendi, quia mitius agunt, & tum etiã quia ipsi expediunt literas refectionis titulorum, & propterea Beneficiati non grauantur in expediendis li-
43 teris, in vrbe † vbi expenduntur multæ pecuniæ ob annatas, Nauarr. cons. 23. in fin. de simon. Et fructus condonatos, seu ei remissos vltra summam in compositione solutam in Dataria poterit beneficiarius impendere, ac si illos à principio suos fecisset, vt tradit Nauar. de spol. d. c. non liceat, §. 12. num. 14. versiculo, subinfertur, idemque firmarem, si ea gratia, vt quandocumque conceditur, præsertim benemeritis Curialibus, & Palatinis remittitur compositio, condonantur omnes fructus malè & indebitè percepti. Idque fundatur super propositione communiter recepta, satisfacere in foro interiori, & exteriori obligatum restituere fructus beneficij,
44 malè perceptos † impetrando donationem ab eo, cui pecunia erat restituenda, & non teneri ad aliam restitutionem, Ange. in verbo, Restitutio 2. §. 4. arg. c. non sanè 14. q. 5. Nauarr. in Man. c. 17. num. 31. & cons. 47. numero 3. in fin. de simon. & cons. 3. numer. 2. de præb. Ideò remissio libera vsurarum facta per debitorem creditori, etiam non habenti animum restituendi eas sed retinendi, absoluit eum ab obligatione restituendi, Gl. Anch. & Franc. in reg. peccatum de reg. iur. libr. 6. Laurent. de Rodul. in cap. consoluit, numer. 9. de vsur. Arch. Flor. in 2. par. tit. 2. c. 6. colum. 3. Feder. de Sen. cons. 22. Alex. consil. 91. colum. 1. lib. 2. Cald. cons. 10. de vsur. Abb. in c. cùm tu, eo. tit. de vsur. Ioan. à Medin. de rest. q. 3. caus. 2. Tiraq. lib. 2. de retract. q. 28. num. 51. Et communiter alij, vt de communi testatur Coua. d. regu. peccatum in initio, 2. par. relect. num. 5.

Et bonum fuit declarare hos fructus malè perceptos per confidentiarios spectare ad Cameram Apostolicam,
45 nam fuit dubium, & est admodum à Doctoribus † controuersum, cui spectent fructus beneficij quæsiti per simoniam? aliqui enim voluerunt spectare ad Ecclesiam, cui illata fuit iniuria, Nauarr. cons. 47. nume. 2. de simon. & scribentes fere omnes in c. de hoc, de simon. per illum tex. quem Nauarr. in allegato cons. 47. declarat procedere specialiter, de restitutione pecuniæ acceptæ per simoniam commissam circa beneficium.

Alij scripserunt, spectare ad successorem in beneficiis, in quibus fuit commissa simonia, Nauarr. cons. 46. num. 2. vers. tum quod, de simon.

Alij vero firmarunt esse conuertendos in vsum Ecclesiæ, latè Nauarr. de spol. super d. c. non liceat Papæ §. 12. numer. 4. vers. secundum, vel pro fabrica, Nauarr. cons. 62. de præb. Gem. in c. si propter, num. 8. de rescrip. lib. 6. Old. cons. 112. Lamber. de iur. patr. lib. 3. quæst. 2. art. 8. num. 1.

Quidam voluerunt restituendos pauperibus, Nauarr. cons. 47. num. 3. de simon. & cons. 18. nume. 4. vers. eo. tit. vbi etiam dicit, ex illis posse iuuare aliquas cognatas, pauperes videlicet scholasticos, & probat hoc ex quatuor fundamentis idem Nauar. in Man. c. 17. numero 30. quem poteris videre, de cuius veritate vide Couar. in reg. peccatum, in initio 2. per relect. sub num. 6. Alij restituendos danti, Caiet. in vers. simon. in summa, iuxta c. veniens, de simon. cui textui respondet optimè Coua. in §. 2. d. reg. peccatum, de reg. iur. lib. 6. num. 8. & firmat contrariam sententiam scilicet, turpiter datum, & turpiter acceptum non esse necessariò restituendum turpiter danti, sed fisco, vel pauperibus, Palu. in 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 5. vers. tertia conclusio, Ioan. à Med. de rest. q. 2. c. 2. vbi testatur de communi. Nauarr. cons. 47. nume. 3. de simon. in Man. c. 17. numer. 23. cum seq. cum aliis quæ adducit Coua. loc. cit. num. 6. vers. ex tertia conclusione, & Nauarr. cons. 3. num. 2. de pact. Et ideò necessarium fuit ad tollenda dubia hoc declarare, scilicet spectare ad
Cameram, idque fundatur, quia omnium † bonorum 46
Ecclesiasticorum, & fructuum eorum administratio, quæ non est concessa alicui particulari à Papa immediatè vel mediatè, pertinet ad ipsum solum Papam vt firmat Nauarr. de spol. super c. non liceat Papæ, §. 12. nu. 2. Ac nullo iure concessa videtur dispensatio fructuum prædictorum malè perceptorum per Confidentarios, vlli alij, quàm Papæ, quia nullus alius habet titulum Canonicum, ergo pertinet ad ipsum, nam Conc. Lateran. sub Leone X. declarauit, administrationem bonorum omnium Ecclesiasticorum, spectare ad Sanctam Sedem Apost. sess. 9. §. & cum fructuum, de res. idque priuilegio
diuino † esse concessum Papæ firmauit Innoc. in c. noue- 47
rit, de sent. excom. Card. in c. perpendimus, numer. 12. eo. tit. cum aliis, quos citat, attestans de communi Nauarr. dict. tract. de spol. §. 10. colum. 1. & secunda, Papa
enim est omnium bonorum † Ecclesiæ summus admini- 48
strator Arch. in c. non decet, dist. 12. Abb. in c. constitutus colum. 3. de relig. domibus D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 1. ad tertium. Et ideò omnia spolia per specialem disposi-
tionem † sunt Papæ reseruata, Cald. cons. 1. de pecul. 49
cler. Card. in c. nisi cum pridem, §. intueri de renuncia. Guid. Pap. decis. 100. Boer. decis. 124. Sarn. in tract. breuium, num. 16. cum aliis, vt per Nauarr. dic. tract. de spol. §. 9. col. prima, & 2. & §. 13. vbi refert. Constitutiones Pauli III. Iulij III. Pauli IV. Pij IV. & Pij V.

Possunt etiam † Confidentiarij eligere viam con- 50
scientiæ, & forum interius, Nauarr. cons. 23. in fin. de simon. & petere absolutionem à Sacra Pœnitentiaria quæ dat solum absolutionem in foro Poli, Nauar. cons. 69. num. 4. de simon. & frequenter remittit huiusmodi confidentiarios ad componendum cum Camera Apostolica, Nauarr. de spol. ad c. non liceat Papæ §. 12. numero 3. in fin. nam summi Pœnitentiarij potestatem, facultatemque circa hoc, & alia restrinxit Pius IV. Constitut. 69. Pius V. const. 84. in Bullario, ille fol. 744. iste 1047. Sacra Pœnitentiaria in absolutionibus petitis committit Confessariis, vt absoluant & nihil tunc
soluitur † nam gratis omnia conceduntur. Sarnen. de 51
non iud. iuxta formam supplicatio. quæstio. 14. numero 4.

Quæst.60.num.35. Pius IV. in eadem constitut. declarat & statuit ad Cameram Apostolicam spectare.

¶ CONstitutio, quoad bone fructuum per confidentiarios perceptorum faciendam Cameræ Apostolicæ restitutionem, non recipitur in Gallia, quæ Bullales Papæ constitutiones non admittit, Rebuff. in concord. de collat. §. præfatique Ordinarij: quare Sextus V. quo facilius Piorum constitutiones ibi executioni demandarentur in ea illa per suam constitutionem, quem supra commemorauit Auctor, q.61. num. 29. adhibito temperamento, hoc etiam adiecit, vt huiusmodi fructus per confidentiam malè percepti possint ab Ordinariis applicari in vsum, & reparationem Ecclesiarum, in quibus confidentia fuit commissa: nam ita de iure communi fieri debere scribunt Doctores, per illum textum in cap. de hoc de simon. & factum fuisse Senatusconsulto Parisiensi legimus apud Louetium litera B. numero 9.

QVÆSTIO LXI.

An confidentiarij, & simoniaci incidant in irregularitatem, & quid est irregularitas.

SVMMARIVM.

1 *An confidentiarij sint irregulares, & num. 9.*
2 *Irregularitas in casibus expressis à iure tantum.*
3 *Pœnæ non imponuntur ipso iure.*
4 *Nemo in dubio est iudicandus irregularis.*
5 *Collatio facta simoniaco, an teneat.*
6 *Collatio facta irregulari est nulla.*
7 *Simoniacus in beneficio non est suspensus.*
8 *Irregularis non potest celebrare.*
9 *Confidentiarius priuatur in futurum.*
10 *Irregulari non possunt conferri beneficia.*
11 *Excommunicatus maiori excommunicatione est irregularis.*
12 *Excommunicatus non potest promoueri.*
13 *Simoniacus est irregularis.*
15 *Simoniacus amittit executionem ordinis.*
16 *Simoniacus redditur inhabilis ad alia.*
17 *Expressum quod dicatur.*
18 *In dubio quis debet se iudicare Irregularem.*
19 *Collatio facta homicida est nulla.*
20 *In foro conscientia delictum præsumitur.*
21 *In foro conscientia tutior via capienda.*
22 *Doctor contrarius debet repelli.*
23 *Simoniacus est irregularis.*
24 *Irregularis quid est.*
25 *Irregularitas cur dicitur.*
26 *In Decreto non fit mentio de Irregularitate.*
27 *Irregularitates quot sunt.*

SExagesimoprimò quæro, An committentes confidentiam sint irregulares?
1 Negatiuam † opinionem videtur firmare Naua. conf.35. in tit. de simo. dum respondit simoniacum etiam scienter non esse irregularem.
Cuius scientia primò potest probari, quia Irregula-
2 ritas non incurritur nisi in casibus expressis † in iure, Spec. de dispensat. §. Iuxta, Maiol. de irregu. lib. primo, c.1. Nauarr. conf.35. num. 37. de hom. & est communis opinio, vt dixi de resign. benef. libr.4. quæst.3. num. 38. ad exemplum aliarum pœnarum, quæ nunquam ipso iu-
3 re dicuntur † impositæ, nisi exprimatur, Gl. communiter recepta in ca. vlt. de Iur. patr. & in clem. 1. de vit. & honest. cler. Bal. in l. 1. in fi. C. de legibus, Alex. cons.103. col. pe. lib. 1. cum aliis vt scripsi de resig. benef. lib.14. q.2. col.2.
4 Et propterea nemo † in dubio est iudicandus irregularis, Specul. in d. §. Iuxta, vers. generaliter, facit tex. in c. significasti 2. de homi. & quod notat Abb. in c. ad audientiam, de hom. Nauarr. consi. 1. de cler. non ord. min. sed nullibi exprimitur fieri quem irregularem, ob crimen simoniæ, vel confidentiæ commissum in beneficio. Ergo, &c.
Secundò, comprobatur, quia collatio facta † simo- 5
niacè tenet, vt post Innoc. in ca. in nostris, de concess. præb. tenet Fel. in c. insinuatum col. 1. ante medium, de sim. & nullo iure cauetur, dicit Nauarr. d. consi. num. 5. quòd adeptus aliquod beneficiũ per simoniam etiam à semetipso, non possit adipisci aliud, etiam absque dispensatione: Ergo simoniacus non est irregularis: nam, si esset † irregularis, collatio non teneret c. cum in cũ-
ctis, §. vlt. de elect. Fel. in ca. 2. col. 2. de rescr. & in c. in- 6
quisitionis, Rebuff. de pacif. poss. num. 280. Couar. in c. alma mater. par. 1. §. 7. sub numer. 1. Nauarr. consilio. 1. & consil. 17. numer. 2. de hom. & consil. 44. eo. tit. communis opinio vt dixi de resign. benef. lib. 4. q. 3. nu. 33. & 34.
Tertiò accedat, quia simoniacus in beneficio † non 7
est suspensus, nam peracta pœnitentia eo relicto, potest celebrare: Innoc. quem refert Nauarr. in Man. cap. 23.
num. 111. quod non posset facere si esset † Irregularis, gl. 8
& Doct. in clem. generalem de ætat. & qualit. Gem. consi. 33. Anan. in rubr. de cler. excom. min. Nau. in Man. c. 27. num. 194. & dixi d. q. 3. lib. 4. de resign. benef. nu. 60. cum seq.
His tamen non obstantibus, † contrariam opinio-
nem existimo verissimam, & tenendam in iudicando, 9
& consulendo, quam videtur firmare Maiol. de irregular. libr. 5. cap. 45. sub numer. 5. & moueor primò ex verbis positis in d. Constitutio Pij V. in §. sed ne quisquam, ibi, *Et adfutura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus ad alio, quàm à Rom. Pontif. absolutionis beneficium valeat obtinere.* Ponderò primò, quia priuat obtentis, & reddit inhabilem
futura, vt non possit † in futurum obtinere beneficia, 10
Maiol. de irreg. lib. 5. c. 45. sub num. 5. Ex quo satis videtur constare de irregularitate, quæ inter præcipuos ef-
fectus hunc inducit, vt irregulari † non possit beneficia 11
conferri Abb. in c. cum nostris, de concess. præb. Naua. cons. 17. de sim. & alij supra allegati.
Secundò dum excommunicat confidentiarios & reseruat absolutionem Papæ: excommunicatus enim ma-
iori excommunicatione † est irregularis, vt latè probat 12
Maiol. de irregul. libr. 3. cap. 21. nume. 17. & nume. 19. cùm
non possit promoueri † nec promotus exercere, cap. po- 13
stulasti, de cler. excom. minis. & ibi Gl. & Doct. latè Couarr. in cap. alma mater, part. 1. cap. 6. prope finem, Summistæ omnes in verbo Excommunicatio, cap. si quis Episcopus, 11. quæst. 3. Specul. dit. titul. de dispens. §. iuxta.
Secundò mouent, quia ex receptiore sententia Si-
moniacus † etiam in beneficio est irregularis, vt latè 14
probat Lambertin. de iur. patr. p. 1. libr. 2. quæst. 9. art. 10. Maiol. de irregul. libr. 5. cap. 45. sub numer. 1. Achill. de Grass. dec. 341. vol. 2. de simon. in impres-
sis, numer. 4. cùm amittat † executionem ordinis, & 15
non possit promoueri, cap. si quis, de simo. cap. statuimus, 1. quæst. 1. Specul. d. §. Iuxta. D. Thom. in 4. dist. 25. art. 0. & ideò communis est opinio Simonia-
cum, † in vno reddi inhabilem ad aliud, Mil. in repert. 16
in verbo. Simoniacus in beneficio, Antonius de But. in cap. pen. col. 2. vers. ad secundum, de elect. & fuit pluries resolutum in Rota, scilicet in vna Toletan. Thesaurariæ, coram Pelegrino, & in alia S. Andreæ, coram Put. teste Achill. de Grass. dict. decis. 341. Et facit Constitutio. Pij Quinti, §. quicunque, quam declarat Nauarr. cons. 34. de simon. ergo eò fortius Confidentiarius.
Tertiò, ex aliis argumentis, quæ adducit, licèt illis respondeat Nauarr. d. cons. 35. numer. 2. & 2. de simon.
Non obstant argumenta in contrarium adducta: nam ad primum respondetur, verissimum esse, irregularem

non censeri aliquem nisi fuerit expressum, sed nega-
mus in casu nostro non esse expressum, cum contra-
rium constet ex ponderationibus factis in constitutio-
ne Pij V. vt in primo argumento fuit deductum, nam
17 † expressum dicitur, quod colligitur ex verbis, vel ra-
tione, aut ex antecedentibus, vel subsequentibus,
Bartol. in l. vxorem, §. agri plagam, ff. de leg. tertio,
& in leg. fideiussor, §. meminisse, ff. de leg. 1. Curt.
Iun. cons. 160. num. 9. Cephal. cons. 133. numer. 20. &
cons. 137. numer. 30. Crauet. cons. 162. numer. in fin. &
& 190. numer. 5. Card. Paris. cons. 32. nume. 78. vol. 1.
& cons. 71. numer. 5. vol. 4. Vnde argumentum potius
retorquetur in contrarium, eò magis, quia id, quod
dicebat Nauarr. procedit in Simonia, quod firmaue-
rat ante editam Constitutionem a Pio V. vt ipse dicit
cons. 35. in fin. quasi, quod posteà contrarium firma-
ret. Et id, quod retulimus, quod nemo in dubio sit
iudicandus irregularis, procedit, vt superior non pos-
sit ei prohibere, & interdicere susceptionem, vel ad-
ministrationem ordinum, sed quoad eum, qui vel pro-
18 moueri, vel promotus ministrare vult, in dubio † se
irregularem præsumere debet, vt petat se ad caute-
lam dispensari, Gloss. in cap. si quis, dist. 2. Gloss. &
Ang. in cap. si quis ebrietatem, de consecra. dist. 2. Ta-
bien. in verbo Irregularitas, num. 3. Armill. in verbo,
Irregularitas, num. 8. & 9. Syluest. in verbo Dubium, q. 4.
& in verbo, Homicidium 3. quæst. 1. in princ. Nauarr.
cons. 1. numer. 2. de cleric. non ordin. ministr. & cons. 12.
numer. 2. & cons. 22. de homic. Et ideò in Irregulari, &
19 † homicidia securior est opinio collationem esse nul-
lam, vt post omnes tradunt Dec. & Fel. in cap. 2. de
rescrip. cum aliis citatis per Achill. de Graff. de dec.
20 341. num. 3. Et in foro conscientiæ in dubio † delictum
21 præsumitur, vt tutior via pro † anima capiatur, Gloss.
in cap. veniens, de sponsal. Dec. in cap. in præsentia, nu-
mer. 13. de probat. Soc. Iun. cons. 29. numer. 31. volum. 2.
Marsil. singul. 151.

Ad secundum argumentum respondetur, Fel in d.
cap. insinuatum fundari in doctrina Innoc. in cap. cum
in nostris, de concess. præb. quam doctrinam aliter de-
clarari idem Felin. in cap. inquisitionis, de homic. post
Abb. numer. 12. & idem Fel. est sibi contrarius in cap.
2. de rescrip. vbi scriptum reliquit doctrinam prædi-
ctam Innoc. vulgò non benè intelligi, ideò tanquam
22 contrarius † debet repelli, vt de Inno. in quodam casu
dicit Abb. in cap. extirpandæ, §. quia verò in repet. nu.
51. de præb. & de Bar. dicit Sarn. in §. superest numer.
39. de act. & de Ias. idem Sarn. in §. in personam nu-
mer. 47. eo. tit. Et ita Rota in illa Toletan. Thesaura-
riæ respondit ad Fel. teste Cæs. de Graff. d. decis. 341.
numer. 7.

Ad tertium respondetur, loqui in simoniaco, non in
confidentiario, inter quos magna est differentia cùm
23 in † confidentiario casus sit expressus in iure l. ancillæ,
C. de furt. vel respondetur, illud non esse verum, ne-
que in simonia, & confuodi ea adductis, & patet in al-
legata decis. Cæs. de Graf. 341. vbi ponuntur rationes,
& auctoritates, & illa sententia Rotæ comprobatur à
praxi, & ab ea non est recedendum, & eam tenui in
tract. de resign. benef. lib. 14. quæstio. 2. numero 14.
cum seq.

Et hæc sumpta occasione, non est omittendum quòd
24 irregularitas nihil aliud est, quàm nota, † seu impedi-
mentum Canonicum ex facto, vel defectu proueniens,
quo quis prohibetur ad Ecclesiasticos ordines promo-
ueri & in eisdem ministrare, ita Spec. in tit. de dispens.
§. Iuxta, in principio, Syluest. in verbo, Irregularitas,
num. 1. Ang. Tabien. & alij Summistæ in eodem verbo.
Turrecrem. in cap. si quis Episcopus, 11. quæstion. 3.
Hostien. in ca. 2. de cler. excom. ministr. Nauar. in Man.
c. 27. num. 192. Ioann. Andr. Archid. in c. 1. de re iud.
libr. 6. Lap. in clem. si furiosus, de hom. Mar. Soc. Sen.
in c. sententiam, colum. 2. Ne cler. vel. Monac. & pro-
batur in c. vlt. de temp. ord. c. præcepimus, & c. curan-
dum, dist. 34. c. tanta, dist. 86. c. Episcopi 11. q. 4. Et di-
citur † Irregularitas, vel contra regulam Apostoli de 25
vitiis vitandis in Episcopo, §. nunc autem id verbo re-
gula, dist. 25. Arch. in ca. quoniam, dist. 48. vel con-
tra regulam Ecclesiæ, Innoc. in c. nisi cum pridem,
num. 6. vbi Host. Abb. & alij de ren. & in antiquis ca-
nonibus de ea nulla reperitur mentio, † scilicet in libris 26
Decretorum, Ioann. Andr. in d. cap. 1. de iud. lib. 6. Ant.
de Butr in ca. vlt. de cler. excom. minist. in Decretalibus
autem sæpe, Præp. in sum. dist. 80. Spect. d. §. Iuxta, Host.
in c. 2. de cler. excom. ministr. & in d. c. nisi cum pridem,
§. personæ vbi Abb. num. 17. Card. q. 1. & alij, de renunc.
Et tot † sunt irregularitates, vt omnes congerere sit 27
impossibile, vt per Pelag. de planct. Eccl. lib. 1. art.
48. Nauarr. quem refert. Maiol. de Irreg. lib. 1. c. 1. num.
1. & in illo tractatu referuntur omnes, & habetur etiam
latissimè per Burgas in eodem tract. Specu. vbi suprà
dicto §. Iuxta.

Quæst. 61. numer. 9. Contrariam opinionem existimo verïorem.

¶ MAgna est confidentiariorum calamitas, & stupen-
da in eos exasperatæ legis Sæuitia. Vidimus supra
omnibus beneficiis, pensionibus, aliisque bonis Ecclesia-
sticis, nec non officiis etiam temporalibus ipso iure nuda-
tos, vniuersis viribus ad quæcumque beneficia assequen-
da in perpetuum debilitatos, & fulmineo anathematis ictu
infeliciter prostratos; superesse tamen videbatur spiritus
ad ordines exercendos & suscipiendos sublata per absolu-
tionem excommunicatione & peracta pœnitentia. Hunc
præfocat in hac quæstione Flaminius, & irregulares pro-
nunciat. Sed apage à miseris adiectitium vltra legam ma-
lorum cumulum: cum irregularitas non incurratur nisi in
casibus à iure expressis. cap. is qui, de sent. excom. nec ex-
pressio huiusmodi ex inhabilitate ad beneficia, & excom-
municatione inferri possit: illa enim sunt diuersa & irre-
gularitas non solum includit inhabilitatem ad beneficia
sed etiam ad ordines, ad quos tamen confidentiarius non
est inhabilis, sed habita excommunicationis absolutione
illos licite exercet, & suscipit, Nauarr. consi. 50. num. 7.
de simon. quod tamen facere non posset sine dispensatione,
si esset irregularis, & ad eos inhabilis, sicut sine dispensa-
tione quantumuis ab excommunicatione absolutus ad be-
neficia assumi nequit; Nec iura subsistit quod ait Auctor
excommunicatum Maiori excommunicatione esse irregu-
larem. quia sequeretur excommunicationem esse irregu-
laritatem quod dici non potest nam excommunicatio est
censura; irregularitas est impedimentum: illa sine peccato
lethali non incurritur; ista quandoque sine aliqua culpa:
illa per Prælatos etiam inferiores regulariter tolli potest,
licet hoc non possint in crimine confidentiæ; ista est Papæ
reseruata, nisi insurgat ex delicto occulto, excepto homi-
cidio voluntario, Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. illa per
absolutionem; ista per dispensationem amouetur, Con-
rad. in praxi dispensat. apostol. Et hinc est quod impe-
tratio beneficij facta à Papa per excommunicatum valet
propter clausulam, & cum absolutione à censuris ad ef-
fectum Boër decis. 190. Rebuff. in praxi in forma & decla-
rat. nonæ prouisionis in verb. teque absoluentes, Garc. de
benefi. p. 7. cap. 13. numer. 59. per irregularem verò facta
non valet, Nauarr. cons. 27. num. 1. de Clerico excommun.
Flamin. de resign. lib. 4. quæst. 3. num. 40. & lib. 8. qu.
7. à num. 220. Garc. p. 7. cap. 12. num 56. quia irregulari-
tas non est censura cap. quærenti de verb. signifi. Pari ra-
tione facultas absoluendi à censuris & pœnis non includit
potestatem dispensandi ab irregularitate, Nauarr. in Ma-
nual. cap. 27. num. 194. Zerola in praxi Episc. p. 1. in verb.
Irregularitas, Flamin. d. q. 7. num. 121. quia dispensatio est
Maior. & difficilior absolutione, Conrad. vbi sup. nec re-
fert quod excommunicatio impediat vsum, & susceptionem
ordinum, sicut irregularitas: quia non impedit directè,
quatenus sunt ordines vt facit irregularitas, sed indirectè
quatenus sunt communio, aut sacramenta; ita Nauar. in
Manual. d. cap. 27. numer. 191. vbi Speculatorem sugillat
quod incautius sign ficet omnem excommunicatum sus-
pensum, aut interdictum esse irregularem, & negant si-
moniacos etiam reales esse irregulares quamuis ad bene-
ficia inhabiles & ipso iure excommunicatos Nauarrus
consi. 91. de simon. & Suarez de Religion. eod. tit. cap. 56.
num. 20. Atque ita iuremeritò Flaminium Illudmet de
confidentiariis asserentem improbat Garcias de beneficiis

Digitized by Google

part. 8. esp. 1. à num. 64. limita nisi in excommunicatione celebrauerint, tot. tit. de Cleric. excom. minist. vel per sententiam infamis fuerit: notat, vt sicei præcipit can vlt. 2. quæst. 3. quæ ideò non incurritur ipso facto, sed accusatio & condemnatio præcequiritur, can. sane 16. quæstio. 3.

QVÆSTIO LXII.

Quod sit munus Confessarij in absoluendis confidentiariis.

SVMMARIVM.

1 *An Confidentiario debeat à Confessionario imponi onus monendi socium sceleris, & num. 6.*
2 *Inducens aliquem ad peccandum ad quid teneatur.*
3 *Confessorij Regum quid debeant facere.*
4 *Proximus amandus.*
5 *Peccat, qui proximum non defendit.*
7 *Lex charitatis non obligat ad mortale.*

SExagesimosecundò quæro, An petenti absolutionem a peccato, & Censuris simoniæ, seu confiden-
1 tiæ debeat imponi onus monendi eum, † cum quo admisit illud scelus, vt faciat eius pœnitentiam, & restitutionem, quam ob id facere tenetur?

Pro affirmatiua primò facit id, quod scribunt Scot. in 4. dist. 15. qu. 7. art. 1. & Adrian. in 4. de rest. quæst.
2 3. quod inducens † aliquem ad peccandum retenetur ei restituere omnia bona, in quibus ei nocuit, inducendo eum ad pœnitentiam illumque exhortando ad opera bona.

Secundò potest ponderari, quod dicitur in c. de hoc, de simon. vbi Alexand. III. Iussit iudici, vt induceret principes, qui aliquid acceperunt ab electo in Episcopum Oxonien. ad restituendum eidem Ecclesiæ Oxoni. & Abb. ibi numero 6. reprehendit Confessa-
3 rios Regum, ac Principium eos non † hortantes, & monentes restituere accepta ab electis, & promotis ad dignitatem.

4 Tertiò comprobatur ex charitate, & † amore, quem debet proximo, præsertim socio in delicto, S. Bonau. & Rich. in 3. dist. 29. Nauar. in Man. c. 14. n. 23. & ideò pec-
5 cat, qui proximum † non defendit, cap. pasce, dist. 86. c. Symmachus, dist. 83. c. quantæ de sent. excom. D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 7.

6 His non obstantibus, contrariam † opinionem existimo veriorem, secundum quam consuluit in facti contingentiam Nauar. cons. 2. de simo.

Et primò quia nullo Canone, nullaque lege determinatur, vt onus admonendi imponatur ei, qui petit absolutionem à peccato, & attestatur. Nauarr. loc. cit. ante num. 3. vers. secundo, ergo non est dicendum, l. illam, C. de collat. auth. de trien. & semiss. §. consideremus, c. legatur, 24. quæst. 2. Ideò neque simoniaco, & confidentiario debet huiusmodi onus imponi; nam nulla ratio, nullo iure naturali diuino, & humano fundata reddi potest, cur magis debeat simoniacus admonere toi peccati consortes, quàm alij, qui aliquando multò maiora peccata commiserunt, censurasque grauiores incurrerunt. Quare non mirum, si c. quoniam, c. de irregulari, c. cum essent, c. nobis de simon. quæ loquuntur de pœna & absolutione simoniacorum, nullam faciunt mentionem de pœnitentia, & onere huiusmodi monitionis. Non obstant argumenta in contrarium adducta. Nam primum respondetur, illud procedere, quando is induxit aliquem ad peccandum vi, metu, & dolo, aut fraude, nam tunc tenetur illum monere, & ei restituere, aliàs secus, vt per Sot. lib. 4. de iust. & int. q. 4. art. 3. & ita declarat Nauar. afferendo exempla in Man. c. 14. nu. 32.

Ad secundum, respondetur, c. de hoc non probare quòd Confessarij, & alij absoluentes a simonia in foro Conscientiæ debeant imponere absolutio pœnitētiam, & onus vtendi præfata monitione nam loquitur de Iudice delegato à Papa in foro exteriori, & vult quòd ipsemet restituat.

Ad tertium respondetur, quòd Lex charitatis † non obligat ad mortale peccatum, ideò concludendum 7
est &c.

Sacra verò Pœnitentiaria in litteris, quib. dat, vel committit absolutionem solet hoc onus imponere, vt attestatur Nauar. d. cons. 2. n. 1. de sim.

quæst. 62. numer. 6. Nulla lege determinatur vt onus admonendi imponatur ei qui petit absolutionem.

¶ IMò sacra Pœnitentiaria solet hoc onus imponere, vt ex Nauarro tradit Auctor in fine quæstionis: ergo cōfessarij idem facere debent; stylus enim Romanæ Curiæ pro lege est habendus, cap. quam graui. de crimine falsi. cap. ex literis. de constit. & facit ius vniuersale etiam in partibus, Gare. de benefic. p. 2. cap. 5. num. 88. contra Ferretum, consil. 51. num. 3. qui ait stylum Romanæ Curiæ non esse sequendum in partibus, nisi sit firmatus speciali decisione Papæ, cum sit varius, modo albus, modo niger, maximè cum confessarij non, nisi de mandato, & in vim breuis Pœnitentiarij ab hoc crimine Papæ reseruato absoluant: delegatus enim debet procedere secundum stylum delegantis Puteus decis. 515. Lotterius de re benefic. in apparatu. num. 73. quia tamen hæc indagatio in proposito respicit forum interius, Theologis est relinquenda.

QVÆSTIO LXIII.

Quòd confidentia, neque simonia præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *In dubio confidentia præsumitur.*
2 *Confidentia est delictum.*
3 *Quisque præsumitur bonus.*
4 *Contractus præsumitur licitus.*
5 *Actus præsumitur factus prout ius disponit.*
6 *Habens litteras expeditas videtur habere intentionem fundatam.*
7 *Bulla facit probationem probatam.*
8 *Bulla facit manifestum.*
9 *Tractatus præsumitur bonus.*
10 *Reseruatio videtur ritè facta.*
11 *Præsentatio, & electio in dubio censetur bona.*
12 *Interpretatio fit semper, vt confidentia excludatur.*
13 *Præsumptio quod omne delictum excludatur.*
14 *Præsumptio excludens turpitudinem cupienda.*
15 *Qualibet causa excusat à dolo.*
16 *Præsumptio sustinens actum est fortior alia.*
17 *Præsumptio sustinens actum amplectenda.*
18 *Præsumptio excludens simulationem, & fraudem est cupienda.*
19 *Vnum indicium tollit aliud.*
20 *Coniectura vna excludit aliam.*
21 *Præsumptio fortior tollit minus fortem.*
22 *Absolutio danda, cum constat de confidentia.*
23 *Actore non probante, Reus absoluitur.*
24 *Iudices debent esse prompti ad absoluendum.*

SExagesimotertiò quæro, An confidentia in dubio
† præsumatur? Negatiua opinio vera est, quam 1
tenent communiter omnes in terminis, Put. decis. 385. lib. 1. Caputaque. decis. 202. num. 6. Gabr. consi. 172. in principio, lib. 2. idque probatur ex eo, quia confi-
dentia est † delictum, Caputaq. decis. 202. num. 5. par. 2
1. & decis. 238. par. 3. in principio, sed delictum in dubio non præsumitur, Barb. cons. 77. in princip. vol. 4. Boër. decis. 215. num. 22. Alex. cons. 125. col. 4. in princ. & seq. vol. 4. Soc. Iun. cons. 83. col. 1. vol. 2. latè Crau. cons.

Digitized by Google

18. col. vlt. & communiter Doct. tradunt, ergo & confidentia, &c. Et ratio rationis est, quia quisque † præ-
3 sumitur bonus nisi malus probetur, c. vlt. de Scrutin. in ordin. facien, l. omnimodo C. de inoff testam. Gl. in c. super literis de resc. Innoc. in c. 8. col. 3. de in integr. rest. Marsil. consi. 2. numer. 9. & iustè possidere, Bar. in l. commune, §. inter prædones, ff. comm. diuid. Gl. in c. 1. §. si duo, de pact. tenen. cum alij vt per Gabr. tract. commun. opin. titu. de malef. concl. 2. num. 7. & sicuti con-
4 tractus, qui potest censeri † licitus, & vsurarius, præsumitur licitus, & non vsurarius, Bal. in l. rogasti, §. si tibi. col. vlt. ff. si cert. petat. Gl. Host. & Io. And. in c. Naui. de vsur. Ales. cons. 190. col. 1. ver. accedit lib. 6. Ias. l. seruum fugitiuum col. 5. de ser. fug. & quilibet etiam actus, Bar. in l. non solum, § sed vt probari, ff. de op. nou. nunc. Fel. in c. ex parte colum. 2. de offic. deleg. Cassiad. super reg. canc. decis. 4. numer. 5. Ita in casu nostro resignatio præsentatio & collatio præsumentur absque confidentia factæ, & sicut Ius † disponit, c. ex literis
5 de constit. c. sedes de rescrip. ca. venientes de Iureiur. Cald. cons. 11. in fi. de feud. Crau. cons. 186. numer. 9. vt prosint Bar. in l. gerit, numer. 21. ff de aqu. hær. Soc. Iun, consi. 113. num. 3. libr. 4. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 186. numer. 8.

Ex qua conclusione primò infero, quòd habens literas beneficij resignati expeditas, habet fundatam in-
6 tentionem † ob non confidentiam, vt in terminis scriptum reliquit Caputaque. decis. 202. num. 6. Et ratio etiam est, quia Bulla † facit probationem probatam,
7 Bald. in l. quoties, in vltimis verbis, C. de Iudici & in l. intest, C. de solution & cons. 176. lib. 1. Calcan. consi. 77. Alex. consi. 134. col. vlt. lib. 2. & inducit † manifestum,
8 Bar. in l. 1. colum. 2. ff. de oper. nou. nunc. Alex. cons. 59. lib. 2. cum aliis, vt per Dec. consi 36. num. 6. Card. Paris. cons. 77. num. 4. vol. 3.

Secundò infero, tractatum præcedentem inter re-
9 signantem, & resignatarium præsumi † bonum, Bald. in l. rogasti, §. si tibi ff. si cert. pet. Soc. consilio. 83. pro certo numer. 11. lib. 3 Idem Soc. cons. 59. num. 6. lib. 3. Dec. d. consilio. 36. colum. 3. Card. Paris. de consi. 77. numer. 5.

Tertiò infero, reseruationem factam in resignatione,
10 & literis resignationis præsumi † factam absque vitio confidentiæ, & vt ius disponit, vt per Calder. cons. 12. in fi. de feud. & supra deductum est.

11 Quartò infero, præsentationem, † electionem, collationem præsumi factam absque confidentia, iuxta ea, quæ tradit. Alc. de præsum. reg. 3. præsum. 2.

12 Quintò infero, generaliter in hac materia confidentiæ esse capiendum interpretationem, vt † confidentia, & simonia excludatur, Put. dec. 385. lib. 1.

13 Et hoc regulare est in quibuscumque casibus, vt capiatur præsumptio, ob quam † delictum excludatur, leg. merito, ff. pro Soc. Marsil. consil. 2. column. 1. & seq. Cæpol. consi. crim. 21. num. 16. Barb. cons. 77. in prin. vol. 4. Crau. cons. 18. in fi. latè Alc. de præs. reg. 3. præs. prima. Et ob id causa excludens simoniam, &
14 turpitudinem † est capienda, iux. not. in c. dilectus, 1. de simon. Fel. in c. tua nos, in princ. & numer. 5. eo. tit Anch. cons. 271. nu. 1. Put. decis. 489. lib. 2. Dec. cons. 218. numer. 5. Sarn. de trien. quæst. 12. numer. 11. & 12.
15 & communiter Doct. & quælibet † causa excusat à pœna, communis opinio, teste Cur. Iun. cons. 132. nume. primo, etiam colorata, Gl. in l. Plagij, verbo, Iusta, C. de plagiat communis opinio teste Ioan. de Amic. cons. 84. numer. 5. Boër decis. 168. nume. 11. Soc. Innoc. cons. 45. num. 16. lib. 1. Dec. cons. 170. post nu. 2 Grat. cons. 37. num. 21. lib. 2.

Sexto infero, hanc præsumptionem, quæ excludit confidentiam, sustinere actum, & ideò esse fortiorem
16 † contraria, vt post alios optimè deducit Io. Annibal.
17 in l. post contractum, numer. 107. de donar. & † esse capiendam, Grat. cons. 41. num. 14. lib. primo, & cons. 43. num. 4. lib. 2. Et satis vulgare est, vt præsumptio, quæ
18 est † exclusiua delicti, sit sumenda, Thom. Grama. decis. 18. & cons. 31. num. 11. & in materia simulationis & fraudis deducit Io. Annib. d. l. post contractum, nu. 18. ff. de don.

Et regulare etiam est, vt † vnum indicium tollat 19
aliud, Alex. 77. in fi. lib. primo.

Et vt vna coniectura † tollat aliam, Bal. cons. 32. lib.
2. Fulg. cons. 173. Thom. Gramm. vot. 23. num. 12. & vot. 20
13. nu. 28. Bal. in l. prima. in fi. C. loc. & in materia confidentiæ receptissimum est, vt præsumptio † fortior tol- 21
lat minus fortem, Caputaque. decis. 202. par. 1. quod etiam in probationibus vendicare sibi locum est communis opin. in ca. in præsentia, de probat.

Septimo infero, quod cum non præsumatur confidentia, & præsumptio sit in contrarium, vt patet ex superius adductis, quòd si sufficienter non constat de ea, ab-
solutio † est danda, vt in terminis scribit Gabriel. cons. 22
171. in princ. lib. 2. Et ratio est, quia auctore non probante, reus † est absoluendus, l. qui accusare, vbi commu- 23
niter Doct. C. de accusat. c. vlt. de iureiur. Card. Paris. cons. 1. num. 9. vol. 1. & cons. 158. num. 25. vol. 4. & iudi-
ces debent † esse prompti ad absoluendum. Dec. & 24
Cagn. latè in reg. fauorabiliores, de reg. iur. lib. 6. Paris. in rub. ff. de oper. nou. nunciat. num. 105.

Octauò infero, Verba † semper esse interpretanda 25
pro non simonia, & confidentia, vt fuit resolutum in vna Firman. Capellaniæ, Lunæ 10. Maij 1582. coram R. P. D. Aldobrandino tunc Auditore Rotæ nunc S. D. N. nam ibi inter alia adducebantur, ad probandam simoniam, quædam verba resignatarij, *le dona per vna certa rosa*, & fuit conclusum, esse interpretanda ex causa resignationis spontaneæ, non autem quòd præcederet conuentio: Et aliàs in vna Lucana Canonicatus, die 19. Decembris de anno 1555. & 1557. coram
Cardinali S. Crucis fuit resolutum † quòd si executio non sit conformis tractatui præcedenti, non probetur simonia. 26

Quæst. 63. In prin. An confidentia in dubio præsumatur? negatiua opinio est vera.

¶ QVomodo ergo solis præsumptionibus conuinci poterit nisi præsumatur? Si enim, vt Auctor vult, capienda sit interpretatio pro non confidentia quotiescumque potest esse & non esse, nunquam fiet locus coniecturis in constitutione Pij V. expressur, quibus statuit confidentiam probari; neque enim adeò concludenter & necessariò confidentiam important, vt sine ipsa esse non possint: quandoquidem coniecturæ & præsumptiones versantur circa rem dubiam, ipso Flaminio teste, infra quæst. 71 nu. 33. nam in claris non est opus coniecturis, l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig. Dico igitur, cæteris paribus pro non confidentia præsumi, per ea quæ adducit Auctor in principio q. etiam stante in contrariũ coniectura ex relatis in d. constit vel similibus: quia cum hinc inde stat præsumptio, præualet exclusiua delicti, quæ tamen nedum eliditur per duas aut plures contrarias, sed etiam ex his ad confidentiam concluditur ita lege statuente: nisi contrarium probetur, iuxta inferius dicenda q. 77.

QVÆSTIO LXIV.

Quibus probationibus constat de confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secundum allegata debet iudicare.*
2 *Actor debet probare quod intendit.*
3 *Sententia lata absque probationibus iniusta.*
4 *Per probationes constat de confidentia.*
5 *Ex probationibus veritas apparet.*
6 *Probatio quid est.*
7 *Notorium non indiget probatione.*
8 *In claris non est opus coniecturis.*
9 *Quæ Iudici sunt aperta nulla indigent probatione.*
10 *Argumentum quid.*

11 *Probationum species duodecim.*
12 *Et quæ?*
13 *Confidentiæ crimen plenè & concludenter probari debet quamuis ciuiliter agatur.*
14 *Simonia cum agitur ad priuationem plenè probari debet.*
15 *Simonia leuioribus probationibus probatur quoties agitur ad repellendum aliquem ob assequutione beneficij.*
16 *Impetrantes beneficia per simoniam & confidentiam sunt odiosi.*
17 *Actus interpretari debet in bonam partem.*
18 *Verba*, gli ho dato tanto, *&c. important simoniam.*
19 *In simonia requiritur conuentio.*
20 *Vnus testis cum fama non probat simoniam.*
21 *Dictum vnius testis cum alio socio criminis non probat simoniam*
22 *Testis socius criminis non probat simoniam.*
23 *Fama publica non probat confidentiam.*
24 *Dictum resignantis post resignationem non probat simoniam.*
25 *Verba* futurum gratum *non probant simoniam.*
26 *Verba generalia non probant simoniam.*
27 *Testes deponentes de solutione facta resignanti non probant simoniam.*
28 *Testes deponentes de perceptione fructuum facta à Resignante post resignationem non probant simoniam.*
29 *Ex perceptione facta cum causa non probatur simonia.*
30 *Ex mandatis reciprocis non colligitur confidentia.*
31 *Ignorantia an excuset à confidentia.*
32 *Petens absolutionem non censetur fateri simoniam.*
33 *Bonarum mentium est culpam timere vbi non est.*
34 *Probationes interpretantur pro non confidentia.*

SExagesimoquartò, Quæro. &c. Nunc autem de
1 probationibus confidentiæ agendum est, cum iu-
dex secundum illas debeat † iudicare, cap. iudi-
cantem 30. q.5. l. illicitas, §. veritas, ff. de præsid.
cap. 1. vbi Ioan. Andr. de off. or. Glo. in primo verbo con-
tra, de re. Ind. lib. 6. & non possit aliter, Abb. cons. 1. in-
cipit, tria, col. 1. & 2. lib. 2. Barbat. in c. cum in iure, col.
28. de off. & potest. iud. deleg. Fel. in c. quoniam contra
num. 3. de probat. Paris. cons. 153. num. 4. & 5. vol. 4. Cra-
ue. cons. 171. num. 7. Cephal. cons. 421. num. 61. & cons. 265.
num. 14. & 16. Clar. lib. 5. recept. sent. §. vltim. quæst. 31.
2 numer. 10. ideò receptum est actorem † debere proba-
re quod intendit, l. qui accusare, C. de eden. l. 2. ff. de
probat. l. negantes, C. de accus. in c. primo, vt Eccles.
benef. c. circa, de elect. lib. 6. Abb. cons. 9. num. 54. Her-
cul. de proba. nega. num. 30. Rip. de peste, par. 2. num.
3 125. Dec. in l. culpa caret, numer. 9. ff. de reg. iur. Hinc †
sententia lata absque probationibus dicitur iniusta, l.
probatam, & ibi Bart. C. de sent. Ruin. cons. 117. in lite
vertente, num. 17. & 20. lib. 5. Vant. in tract. de null. sente.
ex defectu proc. num. 37. Mars. in rubr. C. de probat. num.
67. Ideò huiusmodi inuestigatio vtilia erit, & necessa-
ria l. 1. ff. de in integr. rest. c. mittere, 16. q. 1. c. si quis 2. q. 4.
latè tradit Masc. de probat. q. 1. col. 1.

Quæro igitur, quomodo constet de confidentia ad
effectum, vt iudex possit iudicare, & declarare confi-
4 dentiarios, &c. communis opinio † est, de ea constare
5 per probationes, quia per illas † veritas apparet l. nec
commissa, C. de liber. caus. Couar. in c. 1. var. resol. vers.
septimo, & manifestè Abb. in ca. licet nu. 20. de probat.
6 Masc. de probat. Tom. quæst. 3. numer. 2. Probatio † autem
nihil aliud est, nisi rei dubiæ per argumenta ostensio, vt
placuit Az. & Accurs. in rubr. de probat, Host. in sum.
eod. titu. in principio, & communiter alij, vt per Abb.
Deciù, & alios nouiss. in rub. tit. de probat, dicitur rei
7 dubiæ, quia † Notorium non indiget probatione, ad
8 not. in l. prima. ff de rest. in integrum. l. prima, ff. de dot.
præleg. c. vlt. de cohab. mulier. & in clatis non † est
opus coniectura, l. continuus, §. cum ita, ff. de verbo,
obligat. quæ enim iudici sunt aperta, nulla indigent
probatione, l. si vero §. Qui pro rei, ff. qui satisd. cog.
& illud verbum, *per argumenta*, sumitur † generaliter. 9
& largo modo, vt in l. 1. C. quomodo † appel. non recip. 10
c. si pro humanis, de homi. lib. 6. & latè per Mandos. in
d. rub. de probat. numer. 8. & facit argu. §. 1. de act. com-
prehendit igitur omnes probationum species, quæ se-
cundum Spec. in tit. de probat. §. videndum, sunt † duo- 11
decim, scilicet † per testes, per confessionem partium, 12
per instrumenta, per euidentiam facti, per præsumptio-
nes, per famam, per iuramentum, per libros antiquos,
& scripturas antiquas in lapidibus sculptas, per literas
sigillatas sigillo Episcopi, per denunciationem publi-
carum personarum, per communem opinionem, per
indicia indubitata: secundum autem Host. nouem se-
cundum Tancre. sex: secundum Masc. septem & om-
nes has enumerat Masc. d. tract. de prob. tom. 1. quæ-
stio. 5.

Illud autem in primis est considerandum, receptum
esse in sacro Rotæ Auditorio, & comprobatum ex sty-
lo hoc crimen confidentiæ probandum † esse plenè & 13
concludenter, quamuis ciuiliter agatur, vt fuit resolu-
tum in vna Imolen. confidentiæ Lunæ 14. Februarij
1591. coram R. P. D. Pamphilio & in vna Calaguri-
tan. confidentiæ 25. Iunij 1593. coram eodem, & no-
uissimè in vna Arèt. confidentiæ Lunæ 13. Ianuarij
1595. & aliàs pluries. Et has decisiones habui a R. P.
D. Varela nobilissimo, & Doctissimo viro meique
amantissimo.

Et hoc ad exemplum simoniæ, in qua communis opi-
nio est requiri plenam, & concludentem probationem,
cùm agitur † ad effectum priuationis, Gl. in c. veniens 14
primo, verb. illorum, de testibus, & ibi Abb. num. 4.
Dec. num 8. & alij omnes, Card. Zabarell. c. sicut, &
ibi Marian. Soc. sen. sub num. 5. versi. sed plus placet,
de simo. Corr. decis. 173. Mohedan. decis. 184. communis
opinio reste Alc. cons. secundo colum. 2. & 3. tom. 1. de
communi etiam Natt. cons. 199. num. 3. in fi. vers. quia
respondit, lib. 2. & fuit resolutum in Rota in vna Fir-
man. Capellaniæ 7. Maij 1582. coram S. D. N. tunc Audi-
tore Rotæ, & in vna Britonori. Commendæ Lunæ 12.
Decembris 1588. & Die tertia Maij iterum 1589. coram
R. P. D. Gipsio & in Tulle parochialis coram R. P. D. De-
cano 18. Maij 1593. Licet secus sit quoties agitur † ad 15
repellendum aliquem ab assequutione beneficij nondum
obtenti, nam tunc sufficiunt probationes leuiores, Fab.
decis. 47. li. 1. resoluit Rota in vna Caurien. Canonica-
tus x. Maij 1581. coram R. P. D. Seraphino, & in alia
Calag. de Naro 20. Maij 1590. coram Comitulo. Ideò,
sicuti in simonia, quoties agitur ad priuationem, quam-
uis agatur ciuiliter, requiritur probatio plena, & con-
cludens, ita & in confidentia, ex interpretatione Rotæ,
& ex stylo recepto, requiritur plena, & concludens
probatio, &, vbi non est talis, Rota semper pronuncia-
uit pro non confidentia; & multoties fuit in hac sen-
tentia contra Iudicem confidentiarum, & secundum
determinationem Rotæ fuerunt finitæ causæ, & hoc,
tum quia vigent eædem rationes, quæ in simonia, tum
prætetea ad compescendam audaciam illorum, qui mo-
uent has lites, & volunt beneficia viuorum, genus
enim † hoc hominum valdè odiosum est in Curia, ac- 16
cedat, quia semper debet capi præsumptio excludendi
delictum. l. merito, ff. pro soc. Et actus debet † in- 17
terpretari in bonam partem, Put. decis. 181. & 440. lib.
primo & promptiores debemus esse ad absoluendum
quam ad condemnandum iuxta vulgatum, prout recti
iudicis partes in dubio esse debent, Ange. in l. dedit,
num. primo, ff. qui satisd. cog.

Et ideò illa verba (*gli † ho dato tanto, non gli vo- 18
glio dar piuniente*) Rota in dicta Firmana Capellaniæ
coram S. D. N. de anno 1582. interpretata est, vt non
importent simoniam, quia potuit esse, quòd non dede-
rit ex conuentione, vt † requiritur, Glos. in c. quam 19
pio 1. quæst. 2. Dec. cons. 118. numer. 4. Card. Paris.

Digitized by Google

conf. 30. num.21. volum. 4. & communiter alij.
Et in eadem Firmana fuit resolutum, non esse † con-
20 cludendum probationem in hac materia, dictum vnius
testis cum fama, Gl. in c. veniens 1. de testibus commu-
nis opinio teste Dec. cons. 210. prope fi.
Et in vna Ciuitaten. confidentiæ sabbati 23. Ianuarij
21 1593. coram R. P. D. Mantica fuit resolutum, dictum †
vnius testia non sufficere etiam cum præsumptione, quæ
oritur ex dictio alterius, qui particeps fuit criminis,
Doct. in c. sicut, de test.
Et in dicta Tullen. parochialis 18. Maij 1593. resol-
22 nit dictum Socij criminis non † admitti, & hoc latè
comprobaui, quæstio. 66. numero 21. cum sequen. in
hoc tractat.
23 In eadem Tullen. fuit resolutum † famam publicam
non probare: quod etiam fuerat dictum in illa Imo-
len. confidentiæ, coram R.P.D. Pamphilio, 14. Februa-
rij 1582. Glo. in c. veniens, & ibi Abb. nu. 8. Dec. num.
22. de Testibus, Gabr. concl. 1. de prob. num. 12. Put. decis.
271. in fi. lib. 2.
24 Et in eadem Tullen. fuit firmatum, † dictum resig-
nantis post resignationem dicentis se resignasse sub qui-
busdam conditionibus, & modis, non probare. De qua-
re dixi, q. 68. n. 22.
Et in eadem Tullen. fuit dictum, quòd testes depo-
25 nentes audiuisse N. dicentem fututum † gratum, &c.
non probare simoniam, & fuerat decisum in dicta Brit-
tonorien. Commendæ 12. Decembris 1588. quia verba
26 generalia non probant † simoniam, Sot. de iusti. & iur.
lib. 9. q. 8. art. 6. concl. 3.
27 Et in eadem Tullen. fuit resolutum, † testes deponē-
tes de solutione facta resignanti non probare simoniam
quia potuit resignatarius soluere ex alia causa, & non
constabat de pacto.
Et in dicta Imolen. confidentiæ Lunæ 14. Februarij
28 1592. fuit resolutum, testes deponentes † de perceptio-
ne fructuum facta à resignante post resignationem non
probare confidentiam, nisi deponat de præcedente con-
uentione. Nam poterit dari casus, quòd est post pacto
resignatarius sponte, & ex aliqua causa, illos soluerit
ac tradita per Gl. in c. præsenti, de off. ordina. lib. 6. de
qua re vide ea quæ supra scripsi q. 31.
Et in illa Consentin. prætensæ confidentiæ 4. Fe-
bruarij 1591. coram R. P. D. Oraoo fuit resolutum
29 † non constare de confidentia ex perceptione facta
post resignationem, cùm constaret de causa perce-
ptionis.
Et in illa Calaguritan. confidentiæ die Lunæ 14. De-
cembris 1592. coram R.P.D. Penia, ac in eadem Vene-
ris 25. Iunij 1593. coram R.P.D. Pamphilio fuit decisum,
30 ex illis † mandatis reciprocis non colligi confidentiam
cùm non constet de pacto.
Et in dicta Aretin. confidentiæ coram R.P.D. Decea-
31 no Rota excludit confidentiam ex verisimili † ignoran-
tia clausulæ appositæ in supplicatione *attenta paupertate*, tetigi q. 46. num. 64. vet. lim. Et in præfata Brittonor.
commendæ Lunæ 12. Decembris 1588. fuit resolutum
32 non constare de simonia per † supplicationem in qua N.
petebat absolutionem ab ea, cum petens absolutionem
non videatur confiteri simoniam, quia eius confessio
præsumitur ad cautelam, ad tollendum scrupolum, nam
33 bonarum mentium est culpam † timere etiam vbi non
est, c. 2 de obseru. ieiun. Natt. cons. 161. num. 15. Quod no-
ta, quia est valde singulare.
Et propterea in hac materia, vbi agitur ad priuan-
dum aliquem beneficiis propter confidentiam commis-
sam, debet huiusmodi confidentia probari plenè, &
concludenter, & ita vsus obtinuit, quòd posset aliis
multis modis, & rationibus comprobari, quas consul-
tò omittam breuitas causa, eoque maximè, quia in quæ-
stionibus præcedentibus, & sequentibus latè omnes
casus posui. Et Probationes in crimine hoc confidentiæ
in mitiorem partem interpretantur pro non confiden-
tia, iuxta tradita per Barbat. cons. 12. num. 34. vol. 2.

Quæst. 64. num 13. Hoc crimen confidentiæ probandum esse plenè & concludenter.

¶ PRobatur autem ita, etiam per coniecturas, vt statu-
tur in constitutione Pij V. & iudicauit Senatus Pa-
risiensis, Louet. litera B. numer. 9. quia coniecturæ sunt
liquidissimæ probationes, l. si locuples ff. de manumiss.
testam. in fine. Plures tamen debent concurrere, vt passim
inculcat Auctor, & habetur expressè in constitutione Pij
V. ibi plures huiusmodi præsumptiones & coniecturæ ple-
nam probationem faciant in prædictis, quod an verificetur
in duabus dicam infra, q. 73. Quamuis tamen singulæ non
plene probent, aliquatenus tamen probant, licet insuffi-
cientes ad condemnationem, & ita intellige, quod ex deci-
sione Rotæ ait Auctor num. 28. testes deponentes de perce-
ptione fructuum facta à Resignante post resignationem non
probare confidentiam, nisi deponant de præcedente con-
uentione, mens enim Rotæ non fuit hanc coniecturam in-
distinctè excludere, nisi constet de pacto, sed solam non
sufficere ad plenam probationem, quoties de pacto non
constat. Ratio est, quia vbi constat de pacto, casus est con-
fidentialis, & quidem primus positus in d. constitutione
Pij V. & non simplex coniectura; ita vt nihil amplius sit
quærendum: vbi verò non constat, est solum coniectura,
& quidem prima in eadem constitutione posita aliis egens
adminiculis.

QVÆSTIO LXV.

An per testes probetur confidentia,

SVMMARIVM.

1 *Per Testes probatur confidentia.*
2 *Omnia possunt Testibus probari.*
3 *Probatio per Testes est naturalis.*
4 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
5 *Probatio per Testes est dignior aliis.*
6 *Viua vox est firmior.*
7 *Viua vox mouet animum Auditoris.*
8 *Plura sunt quæ non possunt, nisi per testes probari.*
9 *Testeficari est actus à lege.*
10 *Necessarius est vsus testium.*
11 *Ferre testimonium dignitas dicitur.*
12 *Officium testium ad quid versetur.*
13 *Veritas amanda.*
14 *Testes debent deponere per sensum corporis.*
15 *Testes absque Iuramento non probant in confidentia.*
16 *Nullum est dictum testis absque iuramento.*
17 *Papa non dispensat, vt credatur testibus absque iuramento.*
18 *Pars aduersa in receptione testium debet citari.*
19 *Quando iudex procedit ex officio non est necessaria citatio partis in receptione testium.*
20 *An Testes debeant citari ad perhiben. testimonium.*
21 *Testes inimici nullatenus probant.*

SExagesimoquintò quæro, An per testes probetur
confidentia? Communis opinio omnium Docto.
est affirmatiua quæ in praxi tota die † obseruatur 1
& probatur, tum auctoritate, tum etiam ratione: au-
ctoritate, ex d. Constit. Pij V. in §. Testes, ratione, quia
omnia possunt † testib. probari, Innoc. in c. cum P. de fid. 2
instrum. vbi dicit hanc † probationem naturalem, etiam 3
congruere cum iure diuino, Abb. in c. tertio loco, num.
5. vers. vltimum tamen dictum, de probat propter illud
diuinæ vocis testimonium. In † ore duorum, vel trium 4
stat omne verbum, c. cum esset, de testam. Et ob id hu-
iusmodi probatio omnibus aliis † validior, & dignior 5
existimatur, Abb. in rub. de testib. c. cum Ioan. de fid.
Inst. Fel. post Barbat. in rub. de fid. instrum. nume. 1. Dec.
in d. rub. de testib. & est communis opinio, vt per Doct.
in d. c. cum P. de fid. instrum. Viuius in com. opin. ver. te-
stis, de magis communi attestatur Mascard. de probat.

Digitized by Google

9 tom.1.q.5.numer. 3. Et hoc tum quia † viua vox firmior
est, quam mortua, vt in auth.de instrum.cau. & fid.§. si
quis igitur, cap.tertio loco, de probat. Az.in sum.tit.de
testib. cum viuæ vocis sonus fortius, ac efficacius per-
7 mouet † auditoris animum, l. si in tres, ff. de arbit.l.1.
C.de sent.ex breui recit.l.de minore, §. tormenta, ff.
8 de quæst. & ideò plura probantur testib. † quæ non pro-
bantur aliter, vt patet ex citat per Ro. cons.349.incip.
dum quæritur, Fede.de Sen.q.211.Old.cons.199.Bald. in
9 l.sciunt, colum.2.C.de probat.tum etiam quia † testifi-
cari est actus, à lege inuentus, l. quoniam circa fin. C.
de hæret propter bonum publicum, Barbat.in cap.2. de
10 probat. & est munus publicum, & † necessarium, l.1.ff.
de testib.l.vlt.C.si cer.pet.Barb.in c.testimonium,nu.16.
11 de testib. & ideò ferre † testimonium dicitur dignitas,
c.præceptum, 32.q.5.Spec.de testib.§. apponitur, nu.29.
12 eum officium † testium versetur ad veritatem detegen-
13 dam, quæ super † omnia amari debet l. cum ita lega-
tum, ff.de cond.& demon.c.quisquis 10.q.1.

14 Qui testes debent causam † afferre in eorum deposi-
tionib.per illum corporis sensum, quo percipitur id, de
quo rogantur, l.qui testamento hæres instituitur, §.vlt.
vers.si vel sensu percipiatur, ff.de testam.Abb. in c.cum
causam, de testib.Tindar.in suo tract.de testib.numer.9.

Aliqua tamen dubia oriuntur in hac materia, quæ
necessariò explicanda. Primum erit, an testes absque
iuramento probent in hac materia confidentiæ? Respon-
15 deo † negatiuè, vt in terminis tenet Gabr.cons.184.nu.
9.lib.1.namque testes antequam perhibeant testimoniũ,
debent à Iudice arctari iusiurandi religione, l.iusiuran-
16 di, C.de testib.Spec.eo.tit.in vers.sequitur, alias † nul-
lum est eorum dictum, d. l.iusiurandi, c. tuis, de testib.
vbi omnes Lanfr.de testib.in principio, Crot.in eo.tract.
p.7.num.227.Grauatius, Calaber ad Vestr. in sua praxi,
c.1.lib 6.num.34.cum seq decis.Pedem.79.num. 18. Imo
17 aliqui scribunt Summum † Pontificem non dispensare,
vt credatur testib.absque iuramento, Felin.in cap. con-
stitutus, in 6.col.de rescr.Rol.à Vall.cons.8.num.14.lib.
4.Aug.de Ancon.de potest.Eccles quæst.55.art.4.

Secundum erit dubium, an pars aduersa debeat citari
18 in eorum receptionem. Respondeo † affirmatiuè, vt
etiam tenet Gabr.d.cons.148.num.9.lib.2. & ratio est,
quia dicta testium pro nihilo reputantur, si pars cuius
interest, non fuerit vocata, c.1 de testib.l.si quando, C.
eo.l.iudices, C.de fid.Instrum.Dec. in c. in nomine Do-
mini, num.28.de testib.communiter ita praxis obseruat,
teste Viu.in com.opin.ver. Testis.

Limita tamen, vt per Mascard.de probat. tom.1.q.5.
num.87.vsque ad num. 107. & per eundem Mascard. eo.
tract.conclus.431.& per Abb.in c.1.num.7.de testib.vbi
alij. Et præcipuè in casu, quando iudex procederet ex
19 officio, † vt praxis etiam in hac materia obseruat, in
processu informatiuo, Bald.in l.non dubium, col. 6. C.
de legib. Ioan. Andr. in c. vlt. de præsumpt.Fel.d.cap.2.
col.1.in prima lim.de testib.

20 Tertium dubium, an testes † debeant citari ad perhi-
bendum testimonium? Affirmatiuam opinionem te-
nuerunt Alex.cons.180.num.7.lib.5.Rui.cons.10.num.5.
lib. 5. & alij multi. Contraria tamen opinio est vera,
quam tenent Lanfran.in tract.de testib.in princ.sub n. 5.
vers.quintò quæro, Gl.in l.post legatum, §. his verò, ff.
de his, quib.vt indig.Bal.in l.presbyteri, C.de Episc. &
cler. sufficit enim, vt testes producantur ad iudicem,
Bald.in auth.sed nouo iure, C.si cert. pet. Ioan. Baptist.
Asin.in prax.§.7.c.5. limit. 91. & communiter obserua-
tur. Et cum hic casus alias fuisset propositus ab ornatis-
simo, & nobilissimo D. Fabritio Caietana Consentino,
mihi maxima, & antiqua coniunctio, ita respondi & po-
stea ita fuit iudicatum.

Testes autem inimici, deponentes nimis audacter,
suspecti & socij criminis non probant, vt dicam infra
quæstione sequenti.

Quæst. 65. num.2. Quia omnia possunt testibus probari.

¶ MVlta tamen apud nos non testibus, sed literis ve-
niunt probanda, & eiusmodi sunt: Primò res valo-
re centum librarum maiores ordinat. Molinensi. art. 54.
Secundò Tonsura Clericalis, & professio Monachalis,
ibid. art. 55. vt de ingenuitate probanda dicitur in l.si tibi
Cod. de testib. Tertiò sententiæ iudicialis, d. art. 55. iuxta
leges ciuiles, tot.tit.de sent.ex peric.recitand. Sed contra
ius canonicum in cap. sicut de re iudic. Quartò quæstio
matrimonialis ordinat. parisiensi, art. 40. Quintò contra
scriptum testimonium non admittitur non scriptum, l. 2.
Cod.de testi.Declara vt his casibus amissio, & tenor litera-
rum, vel instrumenti testibus probari possint, Guid. Pap.
& Ferer q.474. iuxta l. testium Cod. de testib.& cap. cum
olim. de priuileg.Sextò & vt ad materiam nostram redea-
mus.Simonia & confidentia apud nos testibus non proban-
tur: nisi adsint coniecturæ validæ semiplenam probatio-
nem facientes ex actis vel instrumentis causæ resultan-
tes, Pastor.de benef.lib.3.tit.18.num.28.propter testium fa-
cilitatem. Et ita in magno Regis Consilio ac in Senatu
Aquiscatien.iudicatum refert. Quas tamen Bullæ & con-
stitutiones canonicæ horum criminum probationes inue-
xere recipiendas præcipit Ordinatio Parisiensis art.28.in-
telligenda quoad solos testes admittendos, vbi crimi-
naliter coram Iudice Ecclesiastico ageretur. secus autem
si de beneficio in foro seculari.

QVÆSTIO LXVI.

An testes debeant esse omni receptione maiores?

SVMMARIVM.

1 *Vbi requiritur legitima probatio, Testes debent esse omni exceptione maiores.*
2 *Verbum legitimæ quid importet.*
3 *Semper Testes debent esse omni exceptione maiores.*
4 *In causa criminali Testes debent esse luce meridiana clariores.*
5 *In causa matrimoniali Testes quomodo debent esse.*
6 *In confidentia admittuntur testes criminosi, & inhabiles.*
7 *In simonia, qualibet persona admittitur.*
8 *Exceptio capitalis inimicitiæ admittitur in simonia.*
9 *Simonia est maius crimen omnibus alijs.*
10 *Qualibet persona admittitur ad probandum hæresim.*
11 *Confidentia & simonia, solent committi occultè.*
12 *Quoties aliter Veritas haberi non potest Testes minus idonei admittuntur.*
13 *Minor 25. annis in criminalibus admittitur.*
14 *Laicus quando admittatur contra Clericum.*
15 *Meretrices, & lenones, quando admittantur.*
16 *Ob atrocitatem delicti licitum est transgredi Iura.*
17 *Hæretitus, & paganus non probant simoniam.*
18 *Iudæus non probat contra Christianum.*
19 *Deo infidelis, est quoque alijs.*
20 *Confidentia probatur per testes socios criminis.*
21 *In tribus criminibus socius criminis probat.*
22 *Socij criminis, & muneris non probant simoniam.*
23 *Promissio, & datio in simonia æquiparantur.*
24 *Assassinus etiam ex promissione.*
25 *Testes inimici non probant confidentiam.*
26 *Testes deponentes audacter repelluntur.*
27 *Testes de auditu, & publica voce & fama non probant simoniam.*

SExagesimosextò quæro, An ad probandam con-
fidentiam testes debeant esse omni exceptione
maiores?

Pro affirmatiua primò ponderantur quædam
verba posita in d Constit.Pij IV.in § sicque, ibi: *etiam
per præsumptiones, & coniecturas legitimas, &c.* ver-
bum enim legitimas videtur requirere, † vt testes sint 2
omni exceptione maiores, Host. Innoc. Ioan. de Anan.

Abb.

Abb. & alij in c.Fraternitatis, de testib. & est notabilis
decisio Rotæ, quam ad hoc refert Marsi. cons.2.num.51.
lib. 1.nam alias non posset dici legitima probatio, ad
latè tradita per Fel. in c. 2. numer.12. de testib. verbum
2 enim † *legitima* est magnæ importantiæ vt in casu, de
quo per Bald. in l. vnica, colum.9. vers. quæro debitor,
C. de confess.

Secundò affertur, quia regulariter in omni materia
3 debent esse † testes omni exceptione maiores, vt habe-
tur sexcentis in locis in tit.de testib. in ff. & Doct. in c.
2.de testib. & eò magis in causa criminali, vbi proba-
4 tiones debent esse † luce meridiana clariores, l. sciant
cuncti, C. de probat. & omnes Doct. tradunt, vt per
Boss. in tit.de conuict.num.8.in prax. crim. & in simo-
nia to terminis Marsi.cons.2.num.46.47.48. Fel.in cap.2.
num.12.vbi Dec.num.27.attestatur de communi, de te-
stib.Grat.cons.2.col.vlt.lib.2.Card.Paris.cons.57. col.2.
lib.1.Corn.cons.28.colum.2.lib. 3.& cons. 134.in prioc.
5 lib.1.sicuti † in causa matrimoniali, Gl.in c. 1. verbo,
maiores, de consang. & affin. vbi Abb. num. 5.& alij.
Crau.cons.169.colum.1.Grat.cons.2.num.3.& 54. lib.2.
Zas.cons.4.num.11.lib.2.Dec.cons.310.col.1. & commu-
niter Doct.vt per Gabriel.lib.commun.opin.conclus.8.
in principio.

His tamen non obstantibus, contraria opinio nega-
tiua est vera, & communiter recepta, vt ad probandam
confidentiam non requirantur testes omni exceptione
6 maiores, sed sufficiant † criminosi, & aliàs inhabiles,
Nau.in Man c.23.sub num.110.versic.not.9. Mascard. de
probat.concl.1306. num.16.

Quæ conclusio probatur expressè in d. constitut. Pij
V. in §. *cæterum criminosi, & cæteri omnes qui ad perhi-
bendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt ad
prædicta omnia admittuntur &c.* nam in crimine simo-
7 niæ quælibet † persona indistinctè admittitur in testem,
& ad testificandum, & exceptiones cuiuscumque gene-
ris, & qualitatis repelluntur, & non admittuntur, præ-
8 terquam exceptio † capitalis inimicitiæ, & conspira-
tionis, vt probat tex.in c.licet Heli, de simon. vbi Glo.
Ant.de Butr.Abb.Anan.Fel.& communiter Doct.& est
etiam tex.in c.per tuas, el 1.eo.titu.vbi Gl.Abb.Feli.&
alij omnes, Gl.in c.cum P.de accusat. Redoan.de simo.
p.4.c.5.numer. 7. & 9.cum seq Nauar.in Man.d.c.23.sub
9 num.110. & ratio ibi ponitur, quia simonia est maius †
crimen omnib.aliis criminib.d.c.per tuas, c.vlt.1.q.vlt.
& quasi maius hæresi, c.eo.1.q.1. sed ad probandam hæ-
10 resim quælibet † persona admittitur etiam crimine irre-
tita, & inhabilis, c.tanta, de hæret.c.si quis Papa.di.79.
l.si quemquam, C.de Episc. & Cler. Gl.in c.veniens, 2.
in fin.de testib.Lap.alleg. 94. colum. 1. vers. & ideò in-
surgit Ioan.Andr.in addit.ad Spec.tit.de teste, §.1.decis.
Tholos.3.in fin.Abb.in c.cum in tua, num.7. de sponsa.
Marsi.cons.102.colum.1.vers.opponit.Grat.cons.59.col.
2.vers.accedit quoque lib.2.

Accedit, quia simonia, & confidentia est de illis cri-
11 minib.quæ solent committi † occultè, vt per Redoan.
de simon.p.4.cap.6.colum.3.& 4. est communis opinio
Doct. & tamen, quoties sumus in his criminib. & veri-
12 tas aliter † haberi non potest, tunc testes minus idonei
fidem faciunt, c.veniens, 2. in fine de testib.& ibi Glo.
vlt.c.cum dilecti, & ibi Gl.de elect.Glo.in c.tertio lo-
co, in verbo iurare, de prob.Lap.alleg.94. col.1.Marsi.
sing.73.& cons.31.nu.32.& cons.42.num.5.& cons.102.
colum.1.nam ratione difficultatis illi testes recipiuntur,
qui aliàs à testificando reiicerentur, vt optimè scribit
Rom.cons.76.colum. 2. vers.2. Idem probatur. Et ideò
13 minor † 25.ano.in criminalibus admittitur, quando ali-
ter veritas haberi non potest Ias.in l.vlt.colum.1. C.de
his, quib. vt indig. Marsil. in leg. Diuus, colum.2. vers.
nota etiam, ff.de quæstionib.

14 Hinc laicus admittitur † contra Clericum, quando
veritas aliter probari non potest, Abb.Ant.de But.Fel.
& alij omnes in c.de cætero, de testib. Alex. cons. 64.
col.1.lib.1.Gramm.vot.45.num. 20.Marsil.in prax.§.di-
ligenter, num.81. communis opinio teste Gabr. comm.
conclus. de testib. conclus. 7. numero 6. Hinc † mere- 15
trices, lenones, & alij infames, quando veritas aliter
haberi non potest in criminalib. admittuntur. Salic. in
l.ea quidem, colum.1.C.de accusat.Marsil. in d. §. dili-
genter, num.8.
Comprobatur ex atrocitate delicti, ob quam causam li-
cere iura transgredi † scriptum reliquit Innoc.commu- 16
niter receptus in c. 1. de constit. vt refert Clar. libr.5.
recept.sent.§.1.

Dubium tamen oritur, an ad probandam simoniam,
& confidentiam admittatur hæreticus, † & paganus? 17
Responde negatiuè, Gl. in c. si dominus, de simon. in
verb. catholicus, Redoan.de simon.p.4.c.5.nu.13. cum
seq. Hinc Iudæus non † est idoneus testis contra Chri- 18
stianum in causis criminalib.c.1. & 2.c. Iudei de testib.
c.si paganus, & c.si hæreticus, 2.q.7.l. quoniam, C. de
hæret. Marsi. cons. 12. colum. 3. quia qui Deo † est infi- 19
delis, non potest homini esse fidelis, cap. non potest,
2. quæstio.7.

Secundò dubitatur an probetur confidentia per te-
stes socios criminis? communis opinio est † affirmati- 20
ua in simonia, quam tenent, Gl.in c. vlt.15. q.3. & in c.
si quis Papa, di.79.Doct.omnes, in c. 1. de testib.libr.6.
Ang.in sum.in verbo testis, cum aliis, vt per Redoan.de
simon.p.4.c.5.nu.28. speciale enim est in trib. criminib.
exceptis, vt socius criminis admittatur in testem, scili-
cet † in causa hæresis, læsæ maiestatis, & simoniæ, d.c. 21
1.de testib.li.6.vbi omnes Doct.nam in aliis secus, com-
munis opinio, vt per Ioan.de Amic.cons.27.nu. primo,
Gl.in l.vlt.C.de accus.Clar.lib.5. recept.sentent.§.vlt.
quæst.21.vers.Dictum socij, In confidentia autem plu-
ries resoluit Rota testes socios criminis repelli in vna
Aquen. Beneficij Lunæ 17. Maij 1593. coram R. P. D.
Blanchetto, & alias, & in simonia fuit dictum in illa
Firman. Capellaniæ de anno 1582. coram S. D. N. Et in
illa Tullen. Parochialis coram Decano, veneris 28.
Maij 1593.

Et hoc procedit, quoties essent socij criminis, & † 22
muneris, nam tunc absque dubio non admitterentur in
confidentia, sicuti neque admittuntur hoc casu in simo-
nia, vt fuit resolutum in Rota in vna Pampilonen. Pa-
rochialis de Paterna coram D. Fabio Accorambono
Decano 13. Iunij 1552. teste Caputaque. decis. 244.par.
3.& ratio est, quæ ponitur per Doct. in d.c.1.de testib.
li.6.& in c.veniens el 1.de testibus.Et quoties agitur ad
effectum priuationis, & ita distinguit, Fab.decis.47. lib.
2.not.in d.Tullen.

Et ampliatur hoc procedere, etiam si ageretur de si-
monia ciuiliter, Redoan. de simon. p. 4. d. c. 5.numer.
28. Sal. in l. quando liberi, num.6. C. de testib.Dec.in
c.2.de confess.

Ampliatur secundò, procedere, etiam si testes so-
cij criminis, & muneris nihil receperint, quia sufficit
quod eis fuerit † promissum, vt fuit resolutum in d. 23
Pampilonen. teste Caputaq. citata decis.244 p.3.num.3.
& etiam tradit, Gl.in d.c.1.de testib. in 6. Dec. in c. ve-
niens, el 1.nu. 9. ante finem de testib. Ita in simili dici-
tur assassinus, si tantum fuit † promissum, vt occidat, 24
licet nihil habuerit, Sali. in l. non ideo minus, in fin. C.
de accusat. Curt. Sen. cons. 20. colum. 18. vers. omitto
postremo, Grammat.vot.9.col.1.communis opinio, vt
latè resoluit alios allegando Gabriel, de malef. concl.
1.num.1.cum seq.

Et hunc criminis participem à testimonio repelli
scribunt Fulg.cons.136.colum.2.fin.Cor. cons.112.nu.5.
lib.3.cons.58.num.2.lib.1.Gramm.decis.25.num.1.& de-
cis.40.num.16.Card.Paris.cons 53.num.15.volum.4.cum
aliis, vt per Mascard.de probat.concl.466.

Et reliqua circa materiam hanc vide quæ posui de
resig.benef.lib.14. quæst. 10. vbi latissimè tractaui hanc
quæstionem.

Testes † autem inimici repellentur, vt fuit resolu- 25
tum in Rota, in vna Aquen. Lunæ 17. Maij 1593. co-
ram R. P. D. Blanchetto, & in illa Imolen. proximè
citanda.

26 Ita † etiam qui nimis audacter deponunt, ac animosè loquuntur, Anch.cons.227.sub num.5.Alc.cons.5.n.4.lib.3.Gramm.cons.12.n.14.Crauet.cons.1.nu.9.& ita fuit resolutum in vna Imolen.confidentiæ Lunæ 24.Febr.1592.coram R.P.D.Pamphilio.

27 Ita † pariter non probant testes de auditu, etiam de publica voce & fama, etiamsi cum hac publica voce, & fama adsit vnus testis, nam pluries fuit resolutum, ex hoc non probari simoniam, in illa Firm.de ann.1582.coram S.D.N.in d.Imolen.& Aqu.Gl.in c.veniens 1.de testib.Dec.cons.210.in fi.

Quæst. 66. numero 6. Criminosi & cæteri omnes qui in casibus simoniæ recipi possunt ad prædicta omnia admittuntur.

¶ REgulariter criminosi neque in ciuili, neque in criminali causa testes admittuntur, nisi fuerint emendati, & tunc in causa ciuili tantum, vel etiam criminali mota ciuiliter ad deponendum recipiuntur, cap.testimonium de testib. Ab hac regula excipiuntur quædam crimina atrocissima, vt hæresis, perduellio, & simonia, & vt de ista solum verba faciam, dico in simonia testes criminosos etiam non emendatos admitti, propter immanitatem sceleris, cap.per tuas. *Le premier.* De simon.concurrentibus tamen qualitatibus, & considerationibus, de quibus in dict. cap. per tuas, vbi scilicet agitur de crimine simoniæ ciuiliter, & non criminaliter, & reus est regularis, inferioris gradus, & malæ famæ, ac sine scandalo potest à beneficio remoueri, subiunique alia adminicula: alias secus, vt colligitur ex cap.Heli iuncto dict.cap. per tuas de simon. Sed quanta fides sit eis adhibenda Iudex considerabit secundum qualitatem & quantitatem criminum obiectorum: minor enim fides adhibetur vbi obijciuntur crimina maiora, quam parua, vel minora: & minor quando paria, quam quando minora, text.Innoc. & Abba.in dict. cap. per tuas. Item in hoc crimine testes admittuntur mediatores, & socij pretij non participes, si agatur ciuiliter; alias non, cap. 1 de testib in 6. Sed à testimonio repelluntur periuri, etiam emendati, dict cap testimonium de testib. Gloss. in dict.cap. per tuas. *Le premier.* De simon. Item excommunicati, Abbas *in* cap.licet Heli. eod.tit.contra Glo.ibid.in verb indifferenter: quia nullibi ad hoc reperiuntur habilitati, testes autem esse non possunt, nisi in casibus à iure expressis, cap decernimus de sent.excomm in 6. Item infames, Gloss. in dict. cap.per tuas, in verb.emendati. Idem de Inimicis, hæreticis & paganis tradit Auctor.hic num.17. & 25. Poterunt itaque criminosi, & mediatores, ac socij eodem modo ad confidentiam probandam admitti, quo posse ad Simoniam dictum est. Cæterique verò qui inhabiles sunt ad deponendum in simonia, erunt pariter in confidentia. Dicit tamen Pastor de benefic.libr.3. tit.18. numer.27. constitutionem Pij V. dum vult criminosos ad probandam confidentiam admittendos intelligi debere de his, qui se emendauerunt, & quorum fides alijs adminiculis adiuuatur, quod licet iuri communi vtcumque aduersetur, moribus tamen nostris satis consentaneum est. Faciunt quæ superiori quæst. diximus.

QVÆSTIO LXVII.

Confidentia probatur per testes singulares.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnus non probat.*
2 *Etiamsi esset in dignitate.*
3 *Vbi causa est commissa conscientia alicuius vnus testis non sufficit.*
4 *Plures testes singulares nihil probant.*
5 *Testes singulares probant confidentiam.*
6 *Ob difficultatem probandi sufficit vnus testis.*
7 *In criminalibus dua probationes imperfecta, non iunguntur.*
8 *In ciuilibus secùs.*
9 *In crimine Vsurarum coniunguntur probationes imperfecta.*
10 *In confidentia iunguntur præsumptiones.*
11 *Qualibet probatio, qua iungi debet est semiplenè probata.*
12 *Cum agitur de probando quid in genere, sufficiunt testes singulares.*
13 *Iurisdictio probatur per testes singulares.*
14 *Consuetudo quoque.*
15 *Possessio etiam.*
16 *Et fama.*
17 *Et hareticus.*
18 *Adulterium.*
19 *Furor.*
20 *Electio sepultura.*
21 *Qualibet coniectura probanda per duos Testes.*
22 *Papa potest statuere in certis casibus, vt stetur dicto vnius Testis.*
23 *De iure Diuino requiruntur duo Testes.*
24 *Papa non potest dispensare super iure diuino.*

SExagesimoseptimò quæro, Quot testes probent
coniecturas, seu præsumptiones confidentiæ positas in Constitutione Pij V.& an testes singulares
sufficiant? Et quidem videtur dicendum, requiri
duos ad minus testes, & singulares non probare: nam
recepta est Doctorum sententia testi vnico non adhiberi 1
† fidem, cap.licèt, c.veniens, c.iusiurandi, de testib.cu.
admonere, 33.qu.2.c.in nomine Domini, de testib. etiam
si ille esset † in dignitate quantumuis maximâ constitu- 2
tus, Bellam.dec.628.cum tribus seq.Fel.in c.quod super,
colum.4.de fid.instr.idem Fel.in c. post cessionem, colum.4.de proba.Soc.Sen.reg.423. & etiam si causa esset
commissa conscientiæ † alicuius Alex.cons.209.col.vlt. 3
libro 6. & etiamsi sit iudicandum inspecta veritate, &
æquitate, Corn.cons.165.volum.4. & recepta pariter est
Doctorum sententia testes singulares non probare, cap.
nihilominus, vbi Gl.3.q.9.c.tam litteris, vbi etiam Gl.2.
de testib.c.cum dilecti, de elect.c.licèt causam, vbi Abb.
colu.2. de probat. Petr.de Anchar.cons.276. Corn.cons.
286.col.2.lib.3.Alex.cons.3.in fi.libr.1. Card.Paris.cons.
57.col.2.vol.1.etiam si essent † plures, Bald.in l.iusiuran- 4
di, col.2.C.de testib. Alex.cons.18.colu.vlt.lib.4.& cons.
20.& cons.71.eo.libr.Card.Paris.d. cons.57.loc.cit.Soc.
Iun.cons.90.num.8.volum.2. Et in crimine simoniæ fuit
resolutum in illa Firman.Capellaniæ 10. Maij 1582. coram S.D.N.

His tamen non obstantibus, contraria opinio communiter est recepta, sufficere testes † singulares, vt tra- 5
dunt Nauar.in Man.c.23.sub n.110. vers.nota 9.Mascard.
de probat.concl.1306.numer.15.& probatur expressè in
dict.const.Pij V.in §. *testes autem de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas,* &c. quæ verba probant, quòd licèt de iure communi, quælibet præsumptio esset probanda per duos testes contestes, hodie autem sufficit, vt probetur per testes singulares, & sic Pius V. dimidio minori probatione contentatur, quæ de iure communi requiritur. Et ratio huius conclusionis ponitur in eadem Constitutione Pij V.in §.siquidem, ibi, *Sed plerisque causis præsumptiones, & coniecturas, quæ ad illud probandum deducantur minimè sufficere, eiusque rei causa plurimos, qui ante litterarum prædictarum editionem huiusmodi confidentiam exercebant, vbi cognouerunt obstructam veritatem ob difficultates probandi in radicis confidentias ipsas contempta Constitutione prædicta, Ecclesias, monasteria, & beneficia sic recepta, vt prius retinere, alios fructus, pensiones, & alias res accipere, alios eorum exemplo ad similia, & grauiora fidentius commoueri,* &c. Dif-
ficultas igitur probandi operatur, vt † sufficiat vnus te- 6
stis, Doct.in l.prima, §.vltimo, ff.de verb.oblig. Marsi. in
l.si quis, de quæstio.colum.32.versicul & respondendo, ff.de quæst.& latè deducit Gabriell.de testibus conclus. 1. & 2.

Et facit, quod fuit decisum in vna Bisinianen. pensionis de anno 1574. coram Illustrissimo Lancelotto. Vnde hic et in criminalibus regulariter duæ probationes

imperfectæ non iungantur † ad faciendam plenam pro-
bationem, Gloss. Anton. de Butr. Imol. Felin. & alij in c.
veniens, 1. de testibus Anan. consi. 59. colum. 2. in fin. Ar-
chid. 10 cap. sciant, 2. quæst. 8. Oldrad. cons. 192. post med.
Ias. consil. 167. colum. vltim. lib. 4. communis, de qua at-
testatur Marsi. in l. de minore, §. plurimum, num. 55. ff. de
quæst. Dec. consi. 429. num. 9. & cons. 210. in fin. fallit ta-
men in hoc crimine, in quo speciale est, propter eius
grauitatem, vt probationes imperfectæ simul iungan-
8 tur ad constituendam plenam probationem, sicuti in †
ciuilibus iunguntur, Bart. in leg. secundo, §. primo, ff. de
excus. tut. & in leg. prima, §. idem Cornelio, ff. de quæst.
Alex. cons. 20. libro quarto. Anch. cons. 276. colu. prima,
Imo. cons. 138. colum. prima, Curd. paris. consi. 3. num. 95.
volum. 4. Marsil. consil. 20. numer. 47. communis opinio
teste Grammat. consil. ciuil. 45. numero nono. Gabriel.
de probat. conclus. prima, numero primo, vbi infinitos
9 congerit, & in † crimine vsurarum, Baldus, in leg. prima,
colum. penultim. & vltim. Cod. de testament. Ias. cons.
11. libr. 2. Crauett. cons. 73. colu. prima, Soc. Iun. cons. 97.
libr. 2.

10 Eò magis cùm † facilius iungantur plures præsum-
ptiones ad plenam probationem (vt in casu nostro An-
ton. de Burr. in cap. el veniens primo. col. vltim. de te-
stibus, Gabriell. d. conclus. prima, numero 63. & ideò re-
ceptum est iungi duas præsumptiones ad plenam pro-
bationem, Gloss. in c. accedens el 2. vt lit. non contest. &
in cap. cum causam, in Gloss. 2. de probat. Ioao. de Anan.
cons. 49. col. 1. versic. eu quibus: Roman. cons. 7. colu. 1. &
cons. 54. in fi. Cruue. cons. 35. n. 6. & cons. 73. n. 20 & cons.
159. n. 11.

Accedit, quia hæ præsumptiones, quæ iunguntur in
casu nostro, vnaquæque probatur semiplenè, & tamen
probationes imperfectæ indistinctè iunguntur, cum
11 quælibet probatio, quæ iungi debet, fit semiplenè † pro-
batu, Bartol. in leg. spadonem, §. qui iura, de excusat. tu-
to. Paul. de Castro. cons. 92. in fin. libro secundo. Ancha-
ran. cons. 276. colum. prima, Aretin. consil. 65. colum. se-
cundo. Alexand. cons. 20. colum. prima, versicul. finaliter
libro quarto, sufficiunt etiam testes singulares, cum agi-
12 tur de probando † quid in genere. Gloss. in leg. ob car-
men, §. vltim ff de test. Abba. in capitul. cum dilecti, de
elect. Ancharan consil. 277. colum. quarto. Franc. Curt.
consil. 64. colum. secundo. Grur. cons. 150. colum. secun-
do, libro secundo. Communis opinio teste Corne. cons.
34. colum. penult. & cons. 247. colum. 8. libro 2. vt habe-
13 mus exemplum in probanda † iurisdictione, in qua suf-
ficiunt testes singulares, Innoc. in cap. qualiter, & quan-
do, de accusat. Alexand. consil. 3. colum. 4. libro quarto.
Bald. in leg. prima, colum. vlt. Cod. de testibus, Socin.
Iun. consi. 92. colum. 3. libro secundo. Et ad probandam
14 † consuetudinem, Alexand. consil. 172, colum. 3. libro se-
cundo. Guid. Pap. consil. 116. & consil. 131. Cardin. Paris.
15 consil. 25. colum. vlt. volum. quarto. Et ad † probandam
possessionem, Fel. in cap. licèt ex quadam, colum. quar-
to, in fin. de testibus, Bald. in leg. actor. colum. 3. Cod. de
probat, Alexand. consi. 64. colum. 1. libro secundo. Ruin.
cons. 44. numero quarto, volum. quarto, & cons. 67. nu-
16 mero 15. volum. 5. Et ad probandam † famam Bartol.
in leg. plurimum, §. tormenta, colum. 5. de quæ-
stio. Cornel. consil. 34. colum. penult. libro 2. Alexand.
consil. 51. colum. penult. libro primo. Franc. Curt. consil.
17 64. colum. 4. Et ad probandum † quem hæreticum, Ioan.
Anan. in cap. primo, in fin. de hæret. Calcao. cons. 19. col.
6. & sequent. Alexand. cons. 85. colum. vltim. libro 2. Soc.
Iun. cons. 99. colum. 3. libro 2. Ad probandam confessio-
nem, Card. Paris. cons. 57. colum. penult. volum. primo, ad
18 probandum † adulterium Ias. consil. 11. libro 2. & stu-
prum, Soc. Iun. dict. cons. 99. colum. prima, libro 2. Boër.
dec. 23. numero 44. Alexand. cons. 13. colum. vltim. libro
septimo, & ad probandum censum, Cassan. cons. 16. col.
19 vltim & ad probandum † furorem, Alex. cons. 85. colum.
vlt. libro 2. Paris. cons. 87. colum. 2. volum. 3. Ruin. consi.
20 67. colum. 4. volum. 1. & ad probandum † electionem se-
pulturæ, Guid. Pap. quæst. 544. His igitur, & aliis casib. vt

per Mascard. de probat. tom. 1. quæst. 5. nume. 118. Gabr. de
test. d. concl. 2. sufficiunt testes singulares, ideò non mi-
nonum, vt etiam in casu nostro sufficiant ob rationem
allegatam supra.

Et, licèt regulariter quælibet † coniectura sit pro- 21
banda per duos testes ad minus, Gloss. in leg. vltim. in
verbo, vel indiciis, Cod. fam. ercis. communis opinio
teste Soc. consil. 54. numer. 2. libro quarto. Io. de Amiu.
cons. 127. numer. decimo, vbi dicit, non legisse contradi-
ctorem, tamen in casu nostro vnus testis probabit vnam
coniecturam, ad not. per Clar. libro 5. recept. sent. §. vlt.
quæst. 22. & dicit Fel. in cap. humilis, nume. 1e primo, vers.
non possit, de maio. & obed. in certis casibus posse sta-
tui per Papam, vt † stetur dicto vnius testis, Spec. de te- 22
stib. §. restat, non tamen generaliter statuere hoc in om-
ni casu, cum sit de iure diuino † vt duo testes requiran- 23
tur, cap. in omni, de test. cap. cùm esses, cap. relatum, de
testa. & in his, quæ sunt iuris diuini, non potest dispen-
sare, cap. litteras, & ibi omnes, de rest. spol. cap. vlt. §. is 24
itaque, dist. 6. Gem. & Præpos. in cap. sicut, dist. 14. D.
Th. 4. quodli. q. 14. & in 4. sent. dist. 27. q. 14. Hodie autem
7. lib. Decretalium in hac parte reformatur constitutio
hæc, & statuitur, vt duo testes requirantur, & optima
ratione

Quæst. 67. in fin. Hodie autem septimo, lib. de-
cretalium in hac parte reformatur
constitutio hæc.

¶ Ille liber Gallicum littus saltem quoad praxim non appulit: quamuis Chop. de Sacra polit. libro 1. tit. 1. num. 22. publicatum dicat nec de facili S. primus recipe-retur, vbi Sexto vix locus est, cumque Regia ordinatio Parisiensis art. 18. probationes simoniæ & confidentiæ iuxta Bullas Apostolicas recipi velit, nec extet aliqua quæ prauam in hac parte reformet, puto vt originaliter iacet illi adhærendum, & sic singulis confidentiæ probandis coniecturis testes, sicut ipsa præcipit, sufficere singulares.

QVÆSTIO LXVIII.

Confessione, quando probetur confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia probatur confessione partium.*
2 *Confessio est vera, & propria probatio.*
3 *Confessio maior probatio, quàm per testes.*
4 *Et validior.*
5 *Confessio superat omnes probationes.*
6 *Confidentia est Simonia conuentionalis.*
7 *Simonia probatur confessione.*
8 *Confessio superat coniecturas.*
9 *An confessio resignantis ante resignationem noceat resignatario.*
10 *Resignans quando possit praeiudicare resignatario.*
11 *An confessio resignantis post resignationem noceat resignatario, & num. 21.*
12 *Confessio probat contra confitentem.*
13 *An confessio facta in vno iudicio probet in alio.*
14 *Confessio in iudicio est illa, quæ praeiudicat.*
15 *Inimico non creditur.*
16 *Confessio vnius partis in materia confidentia, an possit diuidi.*
17 *Testes de confessione resignatarij non probant.*
18 *Dicta testium in dubio interpretantur contra producentem.*
19 *Indicia in Simonia debent esse concludentia.*
20 *Fama cum Testibus singularibus non probant Simoniam.*
21 *Confessio de Simonia, quando probat.*
22 *Ex supplicatione absolutionis à simonia vna probatur simonia.*

Digitized by Google

1 SExagesimooctauò quæro, An confidentia probetur ex confessione partium, resignantis vel † resignatarij? Communis opinio est affirmatiua, secundum quam fuit resolutum in vna Cæsaraugust. teste Pelegr. decis. 358. lib. 2. in recollect. manuf. & tradit R.P.D. Seraphinus decis. 90. lib. primo, manuscr. & colligitur ex Caputaq. decis. 242. p. 3.

2 Primo, probatur, quia † confessio est verè, & propriè probatio, Salice. in rubr. C. de probat. col. vlt. Barto. in l. si duo Patroni, §. Idem Iulianus, ff. de petit. hæred. Hostien. in summ. de probat. §. vlt. Speculat. eo. tit. §. videndum, & hanc esse veram opinionem attestatur Dec. in rubr. ext. de probat. numero 77. & ibi hanc defendit ex pluribus rationibus, & auctoritatibus, confutando
3 contrarias: immo est fortior probatione † per testes, & instrum. Gramm. decis. 36. num. 66. Soc. iun. consi.
4 39. numero 18. lib. 2. & † validior, l. generaliter. C. de rebus credit. l. Publia, in fin. ff. de pos. ca. Lotharius. 30. quæst. 2. Abba. cons. vlt. colum. vlt. lib. 2. Bald. in l. Deo nobis, in 5. not. C. de Episc. & Cler. Cran. consil. 60. numero 3. & maior, Crane. consi. 217. numer. 10. & consil. 221. numer. 4. Zasi. cons. primo, numer. 4. & 5. lib. primo, Menoch de recuper. poss. rem. primo, num. 217. Tancred.
5 de ordr. Iudic. lib. 3. titu. de confess. & verè † superat omnes alias probationes, Dec. consilio. 38. numero 6. Cardi. Paris. cons. 121. num. 42. vol. 4. Ergo confessione potest probari confidentia cùm possit probari testibus, & Instrumentis. Auth. multò magis, C. de Sacrosan. Eccles.

6 Secundo, quia † confidentia est simonia conuentio-
7 nalis, vt ex communi sæpius est dictum, sed simonia † probatur per confessionem factam in iudicio criminali per eum, qui ante resignationem conuenit cum resignante de dando illi pensionem, & posteà beneficium fuit resignatum in manibus Ordinarij simpliciter, & postea Resignatarius consensit pensioni, cùm iste tractatus sit simoniacus, Bellam. decis. 12. & ita fuit resolutum in vna Vlixbonen. Quartariæ coram Accorambono Lunæ die 16. Maij 1552. teste Caputaq. decis. 242. par. tertia, & tradit Bald. cons. 31. nume. primo, lib. 3. Mascard. de probat. concl. 1305. nu. 7. ex c. presbyter; 15. q. 5. & est communis opinio. Ergo, &c.

Tertiò, quia si extrauagantes Pij IV. & Pij V. volunt sufficere coniecturas, & præsumptiones ad probandam confidentiam, ergò eò magis sufficiet confessio, quæ
8 non solùm superat † coniecturas, sed omnes alias probationes, Dec. cons. 38. num. 6. & communiter Doct. vt supra adduxi.

9 Dubium tamen † est, an confessio resignantis confitentis de confidentia ante perfectam resignationem noceat resignatario?

Pro negatiua adducitur decis. Put. 6. de confes. in recollect. manu. Et ratio est, quia regulariter confessio cedentis non probat contra cessionarium, nec ei nocere potest. Paul. de Castr. consi. 134. nu. 3. lib. primo, Corn. cons. 139. num. 4. lib. 3. vbi attestantur hanc esse communem opinionem. Cardin. Paris. cons. 58. numer. 8. & 12. & sequen. vol. primo, & cons. 19. num. 59. volum. 3. Raff. Cuman. consi. 79. col. 1. Gozad. cons. 3. num. 8. Affl. decis. 163. in fin. Aleiat. in l. 1. §. sed si mihi, nu. 41. ff. de verb. oblig. Salice. in l. vlt. C. de procur. & communiter Doct. vt per Tiraqu. de vtroque retr. tit. de retr. lign. §. 1. glo. 2. num. 54. Et probatur in leg. facta, §. si hæres cum ibi plenè not. ff. ad Trebell. leg. pat. tem, §. vlt. ff. quemadmo. seruit. amitt. & ita fuit resolutum in vna Mediolan. hospitalis, 8. Iunij 1551. coram Reumano vt retuli, lib. 1. de resign. benef. q. 16. n. 24.

Contraria tamen opinio affirmatiua est vera, vt huiusmodi confessio resignantis noceat Resignatario, secundum quam iudicauit Rot. in vna Legionen. Canonicatus, & præbendæ Die Veneris 2. Decembris 1569. coram R. P. D. Seraphino, vt ipse attestatur dicta decisi. 90. libr. 1. in recoll. manuscrip. quamuis Rota die 17. Nouembris 1568. coram Oradino nihil resoluerit, & in similibus terminis fuit resolutum in vna Tirasonen. Archipresbyteratus coram Marsicano, 27. Maij 1541. teste Put. dec. 141. lib. 1. & ratio est, quia resignans ante perfectam resignationem † potuit resignatario præiudicare, 10
communis opinio teste Caputaq. dec. 93. nu. 4. part. 1. & dixi de resign. benef. lib. 1. q. 16. n. 20.

Non obstant argumenta in contrarium allegata, quia procedunt in confessione facta post resignationem, vt declaraui, d. quæst. 16. lib. 1. de resign. benef. colum. 2. & 3.

Aliqui ampliant hanc † conclusionem, vt con- 11
fessio formalis resignantis de confidentia commissa noceat resignatario, etiam si sit facta post resignationem, & ita intelligunt, decisi. Rot. supra allegata, cùm aliter non posset verificari: quia confidentia committitur in ipso actu cessionis, & mouentur etiam, quia sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones ad probandum hoc crimen, ergo eò magis confessio, tum etiam, quia cum præsupponamus huiusmodi confessionem non concernere commodum cedentis, ergo nocabit resignatario, tam si sit facta ante resignationem, vel in actu resignationis, quàm si post, quia fere in his casibus eadem est ratio, vt egregiè declarat Corn. cons. 129. sub numero quarto, libro tertio. Doctores igitur supra allegati dicentes confessionem cedentis post cessionem non nocere cessionario loquuntur in casu, quando illa confessio tenderet ad commodum resignantis, vt per Mascard. de probat. conclus. 374. numero tertio, sed à contraria opinione non est recedendum, quia ita tenuit Rota sæpe, vt dicam infra, numero 22. Et nota, quòd omnes in
hoc conueniunt, vt confessio † resignantis, quando- 12
cunque facta contra ipsum inducat effectualem probationem, vt tradit Card. Paris. cons. 58. num. 8. volum. 1. vbi alios allegat.

Amplia tem procedere si confessio fuisset facta in
alio iudicio, nam regulariter confessio † facta in vno 13
iudicio probat in alio, nisi contra confessionem illam fuisset iudicatum, Alexand. in l. 2. numero 27. Cod. de edeo. vbi Rip. numero 21. Dec. numero 62. Et fuit ita resolutum in vna Terdon. Archipresbyteratus Veneris 15. ann. 1552. coram D. Capisucco, teste Caputaq. decis. 197. part. 1.

Et quod dictum est de confessione resignantis, vt præiudicet sibi & resignatario.

Intelligitur a Doctoribus in confessione facta in iu-
dicio, quam † præiudicare est tex. in cap. vlt. & cap. ve- 14
stra vbi Gloss. de cohab. cler. cap. cùm olim, in fin. de verb. signif. c. vlt. de rest. spol. l. prima, C. de confess. l. 1. §. diuus, ff. de q. l. generaliter, C. de non n. pec. Corn. cons. 224. lib. 4. Salic. in l. vnica, C. de confess. communis opinio, vt per Mascard. de prob. concl. 348.

Ideò scribit Nauarr. in cons. 66. in tit. de simo. Incip. Reuerendiss. Pater, num. 4. quod est transpositum, fol. 299. tom. 2. num. 4. quòd confessio resignantis dicentis, & publicantis, quòd in tractatibus super resignatione interuenerunt illicita pacta, ac simoniaca, & confidentialia, non probet confidentiam, quia emanauit huiusmodi confessio extra iudicium, & nullus præter ipsum id te-
stificatur, arg. c. à nobis de testibus. Et quia erat † tunc 15
inimicus, cui non creditur etiam in crimine simoniæ, c. per tuas, versic. hæc omnia, de Sim. Et quia contrarium postea in iudicio deposuit.

Dubium est, si vnus eorum in iudicio confiteatur perceptionem fructuum fuisse factam post resignationem, sed ex tali causa, an huiusmodi confessio possit
diuidi per Iudicem? Pro † vtraque parte possent addu- 16
ci argumenta, & doctrinæ, Rota tamen in vna Brixien. prætensæ confidentiæ 5. Iunij 1591. coram R.P.D. Pegna videtur tenuisse non debere diuidi ex Abb. in cap. bonæ, n. 29. de rest. spol.

Et Rota in vna Firman. Capellaniæ S. Mariæ, Lunæ 7. Maij 1582. coram R. P. D. Aldobrandino, nunc S.D.N. tenuit quosdam testes deponentes de confessio-
ne † resignatarij de datione facta resignanti non probare 17

simoniam, cùm specificè non deponerent causam, & potuerit esse, dedisse causa remunerationis, aut ex
18 alia causa, ex qua excluderetur delictum, & dicta † testium semper interpretantur contra producentem, Rot. decisio. sexta de testibus. Tiraquell. de retract. lign. §. primo. Gloss. 6. numero quarto. Dec. in cap.
19 veniens 1. de testibus. Et in eadem fuit dictum † indicia, & coniecturas in crimine simon. debere esse euiden-
20 tia, & concludentia, & propterea famam † cum testibus singularibus de confessione non probare simon. Dec. dict. cap. veniens, numer. 12. in fin. versicul. non obstant. Put. decis. 171. in fin. de simon. In eadem etiam
21 fuit dictum † confessionem cedentis post cessionem non præiudicare cessionario. Paul. de Castr. in leg. facta, §. si hæres, ff. ad Trebell. Afflict. decis. 265. numer. 5. Riminald. consil. 151. numer. 12. libr. prim. & consil. 381. numer. 21. & 23. libro secundo. Et in
22 terminis de † Simonia, quòd confessio resignantis de Simonia non probet aduersus resignatarium consuluit Alciat. responso secundo, libro primo, colum. prima, vbi hoc probat pluribus argumentis, & fuit resolutum in Rota in vna Tullen. parochialis coram Decano, Veneris 18. Maij 1593. per doctrinas allegatas, quibus adde, Caputaq. decis. 185. part. 1. Idem quoque dicendum erit in confidentia, quia viget eadem ratio.

23 Et hanc † conclusionem amplia, etiam si Resignans post resignationem supplicasset Papæ pro absolutione à Simonia commissa cum resignatario, vel à confidentia, nam ex hoc non arguitur, & probatur Simonia, & confidentia, vt fuit dictum in dicta Tullen. parochialis coram Decano: nam cum ea confessio emanauerit à Resignante, non potest præiudicare resignatario, Bald. in leg. in bonæ fidei, colum. 5. versic. expedita est tertia pars, Cod. de rebus cred. Felin. cap. si constiterit, colum. 2. de accusat. Dec. in rub. de const. num. 54.

Immò nec contra ipsum talis confessio petendo absolutionem probat Simoniam & confidentiam, vt fuit dictum in vna Britonorien. Commendæ Lunæ 12. Decembris 1588. coram Gipsio, quia videtur ad cautelam petere pro scrupulo, quem habet, faciunt not. per Angel. in verbo conscientia, numero primo: bonarum mentium enim est, culpam timere, vbi non est, cap. 2. de obseruat. ieiun.

Quæst. 68. numer. 12. Omnes in hoc conueniunt vt confessio Resignantis inducat probationem.

¶ AB hac communi sententia discrepare videtur decisio Rotæ in fine quæstionis ab Auctore relata, in qua petitio absolutionis à simonia, vel confidentia illam non probat, etiam contra petentem. Vtramque tamen existimo verissimam in diuersis scilicet casibus: vbi enim in supplicatione absolutionis factum verè confidentiale ita dilucidè exponitur, vt nulla possit tergiuersatione celari, procedit communis opinio ex illa confessione contra ipsum oratorem resultare criminis probationem: modo constet per ipsum, vel de ipsius mandato porrectam fuisse supplicationem Papæ signandam, aut Ordinario exequendam: quia tunc non potest prætendi simplex scrupulus, & timor culpæ, quæ non sit: Si autem in genere narrata fuerit simonia, vel confidentia, aut etiam factum aliquod expressum quod alteram necessario non includat, locum habet decisio rotalis, vt ad cautelam pro scrupulo videatur petita absolutio: quia tunc subintrat consideratio capituli 2. de obseruat. ieiunij. bonæ mentis est ibi timere culpam vbi culpa non est: Numquam tamen alteri nocet ista confessio: nisi ante perfectam resignationem à Resignante fieret: tunc enim noceret Resignatario: secus autem si post, vt tradit Auctor.

QVÆSTIO LXIX.

Confidentia, quando probetur ex Epistolis.

SVMMARIVM.

1 *Delicta non probantur instrumentis, & scripturis, & num. 7.*
2 *Confidentia probatur per Epistolas.*
3 *Oratio declarat factum.*
4 *Litteræ probant mentem nostram.*
5 *Ex litteris missis ad hostes probatur crimen læsæ Maiestatis.*
6 *Ex Epistola probatur mandatum ad delictum.*
8 *Conspiratio probatur instrumentis & litteris.*
9 *Litteræ probant contra scribentem.*
10 *Litteræ debent recognosci.*
11 *Litteræ amatoriæ repertæ penes mulierem probant.*
12 *Litteræ in cifra scripta non probant Simoniam.*

SExagesimonono quæro. An confidentia probetur per litteras Resignatarij scriptas resignanti, aut alteri.

Pro negatiua facit, quia delicta non probantur † in- 1
strumentis & scripturis. Bart. in dict. leg. in senatus, numer. 2. ff. ad Senatusc. Turp. Communis opinio, de qua attestantur Ber. in cap. at si clerici, num. 14. de iud. Curt. Iun. in auth. si quis in aliquo, post num. 34. Cod. de eden. & seruari in praxi attestatur Gand. de malef. tit. de pœnit. n. 15.

Affirmatiua tamen opinio est vera, & communiter
recepta † per Doctores, & secundùm eam in facti 2
contingentia iudicauit Rota in vna Mendonien. Canonicatus, & præbendæ, coram D. Antonio Augustino die 25. Octobris 1551. teste Caputaque. decisio 200. part. prima, nam ibi resignans habebat debitum 500. ducatorum cum quodam mercatore, pro quo fideiussit resignatarius futurus, & tunc pro cautela, & indemnitate resignatarij qui fideiusserat resignans constituit Procuratorem ad resignandum liberè in manibus Papæ quendam Canonicatum, & præbendam in sui fauorem, qui Canonicatus, & Præbenda postea fuerunt resignati per illum procuratorem fideiussori, & in suis litteris directis resignanti, resignatarius fatebatur, dicendo sibi fecisse resignare Canonicatum, & Præbendam ex eo, quia ipse resignans non soluerat pecunias,
quas debeat: quæ ratio † declarat huiusmodi confiden- 3
tiam, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. & ita resoluit Rota.

Et probatur hæc opinio, primo, quia si Confidentia probatur per coniecturas, & præsumptiones secundum extrauagantes Pij IV. & Pij V. ergo sufficiunt litteræ,
quæ satis clarè mentem nostram † aperiunt, DD. in cap. 4
post cessionem, de probat.

Accedit, quia cum hoc delictum inter amicos tractetur, litteræ debent sufficere, cum aliæ probationes minores sufficiant, DD. in cap. propterea, de testibus, Marsil. in Rubr. Cod. de probat, num. 312. Dec. cons. 543.

Hinc ex litteris missis ad hostes † committi crimen, 5
læsæ maiest. tradunt DD. in l. 1. ff. ad l. Iul. maiesta. Boss. de crimin. læs. maiest. num. 12. fol. 132. col. 4. Hinc ex litteris
probari † mandatum datum ad committendum delictum 6
receptum est a Doctoribus.

Non obstat argumentum in contrarium adductum,
quòd delicta non probentur scripturis, † quia respon- 7
detur illud procedere quando delictum consistit in facto separato à scriptura, vt est homicidium, furtum, adulterium, & similia, secus autem si delictum consistit in facto Coniuncto cum scriptura, vt est hæresis, & Simonia, ac confidentia: nam tunc potest scriptura probari, ita notabiliter declarat Clar. lib. 5. recept. sent. §. vlt. qu. 54. in princ. fol. 146. & est communis opinio in

Digitized by Google

praai recepta, vt quoties ex tenore scripturæ constat de delicto, tuoc probetur ex ea, ita notabiliter Abb. in c. cum in Eccles. num. 2. de maio, & obed. ponens
8 exemplum in obligatione facta † per Cunonicos de conspitando in Episcopum, vt ex illo instrumento probetut coniurutionis crimen, & alia eaempla, vt per ipsum.

Et huiusmodi conclusio comptobatur, quia regulari-
9 ter literæ missiuæ probant † contra scribentem, vt per Bald. in rubr. C. de fid. instrum. Bartol. & alij in l. admonendi, ff. de Iureiur. Alex. in l. prima, C. de eden. Card. Paris. cons. 90. n. 7. & 12. vol. 1.

Declata ramen hanc conclusionem procedere dum-
10 modo illæ literæ missiuæ fuerint † recognitæ, vt egregiè declarat Card. Paris. cons. 54. nu. 6. vol. 4. dicens,
11 quòd literæ † amatoriæ repertæ penès mulieres, apertam coniecturam inducunt si fuerint recognitæ, l. non epistolis, C. de probat. l. publica, ff. deposit. l. cum de indebito, ff. de probat, cum aliis, vt per Felin. in cup. scripta. num. 12. de fid. instr. Barro. post. gl. in l. capite quinto, ff. de adulter. Modern in rubr. C. de edendo. Declara secundò, dummodo literæ sint claræ, secus si in
12 cifra † loquaotur nam hoc casu non probant simoniam, & confidentiam, vt fuit resolutum in vna Britronorien. Commendæ Lunæ 12. Decembris 1588. coram Gipsio, & 3. Maij. 1589.

Quæst. 69. num. 2. Affirmatiua tamen opinio est vera & communiter recepta.

¶ EPistolæ probant contra ipsum scribentem, l. Publia §. vlt. ff. depositi, modo fuerint recognitæ, Flaminios hic num 10 vel etiam non recognitæ, si habeant sigillum scribentis, Bellr. decis. 2 4. & decis. 282. nume 6. etiamsi data dici careant, rip. in l. admonendi num. 15. de iureiur. vel etiam loci: quia præsumitur data è loco domicilij, arg. l. quæ condit. §. cum ita da condit. & demonst. Ripa ibid. vel non habeant subscriptionem, dummodo mittentis nomen contineant, Bald. in proœm. ff. num. 19. per l. cum antiquitas Cod. de testam. non tamen probant contra Tertium, Menoch. de Arbit. iud. cas. 94. num. 22. nisi sint Epistolæ Bancariorum qui ea more literas transmittunt de receptis: nam quemadmodum eorum codices contra tertium aliquem probationem faciunt vt late Menoch. ibid. cas. 93. ita & eorum Epistolæ. Sic ratiocinatur Card. Zabar. consi. penult. col. 8. & Menoch d. cas. 94. vid. Mascard. de probat. conclus. 627. Et caue ne verba curialis in Epistolis innocuè apponi solita cum firma & simoniacu vel confidentiali pactione confundas.

QVÆSTIO LXX.

Instrumentis, an probetur confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia probatur instrumentis:*
2 *Confidentia est species simonia.*
3 *Simonia probatur instrumentis.*
4 *Quæ delicta probentur instrumentis.*
5 *Probatio per instrumentum dicitur propria probatio.*
6 *Ac vera, & firma.*
7 *Instrumentum dicitur veritas euidens.*
8 *Quod constat per instrumentum, dicitur manifestum.*
9 *Probatio per instrumentum est firmior probatione per testes.*
10 *Ex remissione debiti probatur simonia.*
11 *Instrumenta correspectiua probant simoniam.*

SEptuagesimò quæro, An confidentia probetur instrumentis? communis opinio omnium Doctorum,
1 est affirmatiua, vt patet † ex his, quæ scribunt Crescent. decis. 78. Mohedan. decis. 124. Sarn. decis. 4. lib. 2. Peleg. decis. 81. & 82. omnes in recollectis manuscr. & secundum hanc opinionem fuit iudicatum in Rota die 19. Nouembris 1560. teste Caputaq. decisi. 142. lib. 2. etiam in recoll. manuscr.

Et hanc conclusionem primò probo, quia † confi- 2
dentia est species simoniæ, & dicitur simonia conuentionalis, Capotaq, decis. 201. num. primo, par. 1. Sed
simonia † probatur instrumentis, capit. placuit, 16. q. 3. 3
Decius cons. 118. num 1 Menoc. cons. 67. num. 8. lib. 1. Mascard. de probat. conclu. 1305. num. 2. & 3. & est communis opinio.

Secundò, quia simonia, & confidentia probantur his modis, quibus alia crimina, Redoan. de simonia, par. 4. cap. 6. num. 1 Mascard. de probat. concl. 1305. num. 1. sed alia crimina probantur instrumento, quoties deli-
ctum consistit in facto incorporato, vel conneao † ipsi 4
instrumento, vt in vsura, hæresi, & aliis casibus tradit, Clar. libe. 5. recepr. sent. §. vlt. q. 54. in principio. Ergo confidentia poterit probari instrumentis, cum possit esse conneaa, & incorporata ipsi instrumento.

Tertiò, quia probatio per instrumentum † dicitur 5
propriè probatio, cap. forus, §. Causa autem, de verb. signific. glo. in rub. ff. de fid. instrum. Innoc. in cap. cum Ioannea, num. 6. eod. tit. in 6. Dec. in rub. de pro-
bat. ex. num. 44. ac † vera, & firma, Gloss. in cap. pri- 6
mo, de censi b. ipsum enim instrumentù habens sua re-
quisita dicitur probatio probata, & veritas † euidens 7
non probanda, Bald. in l. quoties in vltimis verbis, de Iudic. & consi. 176. libro primo, Calcan. consi. 75. nam
quod constat per instrumentum † dicitur manifestum, 8
capitul. cum olim, de verbot. significa. Aleaand. consi. 37. col. 1. lib. 2. & certum. Ioann. Andræ. in capitul. vlti.
de libell. oblatio. & ob id probatio per instrumenta † 9
dicitur firmior probatione per testes, l. hac consultissima, C. qui testament. facer. poss. l. si alterius, C. si minor maior. se esse dixerit, l. testium, C. de testibus, l. census, ff de probat.

Exemplum huius Constitutionis posset dari in instru-
mento remissionis debiti, ex quo probari † simoniam 10
scripsit Dec. in l. si quis obligatione, num. 1. ff. de regul. iur. & in capitul. veniens de testibus. Dummodò probetur præcessisse conuentionem, Alciat. consi. 2. nu. 10. libr. primò. & num. 18. & 20. Mascard. de probat. conclu. 1305. num. 5. & 6. vt dixi alias.

Exemplum etiam erit in instrumentis † correspecti- 11
uis Caputaq. decis. 142. lib. 2. in manuscr.

Quæst. 70. num. 2. Et hanc conclusionem probo quia confidentia est species simoniæ sed simonia probatur instrumentis.

¶ COnfirmatur ulia simili inspectione Simonia enim est species emptionis, & venditionis, vt paret ex eius definitione: confidentia vero assimilatur fiduciariæ mancipationi, seu venditioni factæ sub redimendi lege, Mascard. de probat. conclus. 114. nec non deposito, quod fit ad custodiam, & ita hoc crimen appellat Pius IV. in sua constit. ibi huic aliena beneficia custodiendi modo ne assuescerent: nam depositum est quod custodiendum alicui datum est, l. 1. ff. de poss. & sapit naturam locationis, quæ fit sub certa mercede, & pensione annua, vt egregiè considerat Pastor. de benefic. lib. 3. tit. 18. numer 22. huiusmodi autem contractus præcipuè probantur instrumentis, de hisce enim fiunt scripturæ, vt quod actum est per eas facilius probari possit, l. in re ff. de fid. instrum.

QVÆSTIO LXXI.

Quomodo sufficiant coniecturæ, & præsumptiones ad probandam confidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia probatur per coniecturas, & signa.*

2 *Nulla cadit dubitatio, vbi lex loquitur.*
3 *Confidentia est species simoniæ.*
4 *Simonia probatur coniecturis.*
5 *Coniecturæ sufficiunt, cum aliquid secretè solet tractari.*
6 *Donatio in fraudem fisci probatur coniecturis.*
7 *Donatio est causa lucratiua.*
8 *Titulus beneficialis dicitur lucratiuus.*
9 *Tacitum fideicommissum, vt incapaci reddatur probatur.*
10 *Renunciatio dolo facta probantur signis.*
11 *Omnia, quæ fiunt dolo, probantur coniecturis.*
12 *Legatum probatur per præsumptiones.*
13 *Contractus simulatus probatur signis.*
14 *Confidentia est de his, quæ secretè fiunt.*
15 *Quæ secretè fiunt sunt difficilis probationis.*
16 *Quæ sunt difficilis probationis probantur coniecturis.*
17 *Fama probat in his, quæ sunt difficilis probationis.*
18 *In antiquis sufficit probatio per indicia.*
19 *Simonia probatur præsumptionibus.*
20 *Adulterium probatur præsumptionibus.*
21 *Hæresis quoque.*
22 *At crimen partus suppositi.*
23 *Probationes debent esse luce meridiana clariores.*
24 *Simonia est de criminibus exceptis.*
25 *Simonia est crimen detestabile.*
26 *Cætera crimina ad comparationem simoniæ pro nihilo reputantur.*
27 *Hæresis est de criminibus exceptis.*
28 *Probatio per coniecturas est vera probatio.*
29 *Qua ratione dicantur coniectura.*
30 *Coniectura quid sit.*
31 *Coniectura conycit, & colligit.*
32 *Præsumptiones quare dicuntur.*
33 *Præsumptio differt à fictione.*
34 *Præsumptio versatur circa rem dubiam.*
35 *Fictio versatur in re certa.*
36 *Fictio nunquam conuenit cum veritate.*
37 *Præsumptiones, & coniecturæ ex tribus constant.*
38 *Argumentum quid sit.*
39 *Argumentum sumitur ex prius positis.*
40 *Signum quid sit.*
41 *Præsumptiones & coniecturæ versantur circa decem prædicamenta.*
42 *Quoties præsumptio est posita in lege, ex ea potest sequi condemnatio.*
43 *Ex præsumptionibus etiam indubitatis non potest sequi condemnatio.*
44 *Præsumptio inducit veritatem, donec contrarium probetur.*
45 *Præsumptio iuris quid sit.*
46 *Ex facto colligitur præsumptio, & coniectura.*
47 *Ex gestis, mens & animus colligitur.*
48 *Ex facto sequenti declaratur voluntas præcedens.*
49 *Ex præteritis æstimantur præsentia.*
50 *Ex his, quæ non apparent, nulla præsumptio colligitur.*
51 *Ex causa sumitur coniectura.*
52 *Causa significat, quid actum sit.*
53 *Coniecturæ, vt probent confidentiam debent esse euidentes, & vrgentes.*
54 *Simonia probatur per coniecturas.*
55 *Coniecturæ in simonia debent esse claræ, & sufficienter concludentes.*
56 *Signa de quibus fit mentio in cap.* sicut, de simon. *debent esse euidentia.*

SEptuagesimoprimò quæro, An confidentia probetur per coniecturas, præsumptiones, & signa.
Communis omnium Doctorum sententia recepta
1 etiam in praxi est † affirmatiua, vt per Caputaque. decis. 200 num. 6. part. prima, Gabr. cons. 184. num. 10. lib. 2. Nauar in Man. c. 23. sub num. 100.

Quæ sententia primò probatur, in dicta Constitutione Pij IV. §. sicque in præmissis, ibi: *etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, &c.* & in dicta Constitutione Pij V. in principio, & in §. testes, ibi: *præsumptiones, & coniecturas, &c.* & sic, cum habeamus
casum legis, nulla † cadit dubitatio, l. ancillæ, C. de 2
furt. Secundò probatur, quia confidentia est species † 3
simoniæ, & est simonia conuentionalis, vt sæpe dixi
ex communi, sed simonia probatur signis, † indicijs, & 4
præsumptionibus, cap. sicut, de simonia, ibi: *nam vt eius signa per aliquam personam &c.* & ibi omnes Doct. Alex. de Neuo. cons. 97. inter cons. crim. lib. primo, Oldrad. cons. 324. Sarn. de trienn. quæstio. 18. Diaz. in prax. crim. cap. 85. Menoch. de præsumpt. lib. primo, quæst. 58. num. 3. Redoan. de simon. par. 4. cap. 6. numer. 24. 25. cum seq. communis opin. teste Clar. lib. 5. recept. sentent. §. simon. in fin. & dicetur infra. Et ratio est, quia secretè inter coniunctos, & amicos tractatus, ideò præsum-
ptiones † & coniecturæ sufficiunt, iuxta ea, quæ scri- 5
bunt Doct. in c. præterea, de test. Paul. de Cast. cons. 82. visis his, col. vlt. & cons. 327. in causa mota, colum. 3. Petr. de Anchar. cons. 257. si prædicta. colum. 2. Alexand. cons. 292. visis, colum. vlt. libr. 7. cum aliis per Dec. cons. 543. numero 13. & 14. Mascard. de probat. conclus. 1304. num. 12.

Ita donatio in fraudem fisci, † & creditorem proba- 6
tur indicijs, & præsumptionibus, l. post contractum, ff. de donat. vbi Bartol. & alij Doctor. qui text. loquitur
in donatione, & sic in causa lucratiua, vt ibi Ioann. 7
Annibal. num. 515. & omnes alij Doctores sequuntur, &
tamen titulus beneficialis dicitur † lucratiuus, cap. du- 8
dum, de præbend. lib. 6. vbi Gloss. communiter Doctor.
Ita tacitum fideicommissum, vt indigno, † & incapaci 9
fiat restitutio in fraudem legis, probatur signis & coniecturis, l. in tacitis, ff. de leg. primo, l. in fraudem, ff. de his quibus, vt indign. vbi Bartol. cum aliis, quæ latè congerit Mantica in tract. de coniectu. vltim. volunt. lib. 10. titu. 4.

Ita renunciatio † dolo facta in fraudem expectan- 10
tium, signis, & coniecturis probatur, cap. 2. de renunc. lib. 6. vbi Docto. & præcipuè, Gloss. in verbo coniectu-
ris, Oldrad. cons. 324. & omnia alia, quæ fiunt † dolo, 11
probantur coniecturis, l. dolum, C. de dol. cum aliis, vt per Mascard. de probat. conclus. 350. & ideò præsum-
ptiones † afferuntur in testamentis, ad dandum, vel adi- 12
mendum legatum. Peralta, in rubr. ff. de hæred. instit.
numero 172. vbi multa adducit, & ob id contractus † 13
simulatus probatur signis, & coniecturis, Archidiac. in cap. quia plerique. 14. q. 3. Paul. de Castr. in l. cogasti, §. si tibi, ff. si cert. pet. Archidiacon. cons. 257. numero primo, & secundo Ias. cons. 152. numero primo, lib. 4. Boer. decis. 102. numero 5. Grammat. decis. 76. numero 16. Rolan. à Vall. cons. 40. & cons. 92. lib. 2. Guid. Pap. in tract. præsumptio. cum aliis infinitis, quæ congerit Mascard. conclus. 447. Confidentia igitur, cum sit de his, quæ dolo, & fraude perpatrantur, non mirum si coniecturis probatur. Et etiam, quia confidentia est de his,
quæ † secretè fiunt, & occultè committuntur, vt in 14
specie Cra. cons. 122. num. 8. Corn. cons. 340. col. pen. ad fin. volum. 1. Dec. quem refert, & sequitur. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 116. num. 2. Et patet in constitutione Pij V. in principio ibi: *Vitium quidem confidentiæ occultè irrepsisse &c.* vt per Redoan. de simon. p. 4. c. 6. colum. 3.
& 4. cum sequent. & quæ secretè, & occultè fiunt, † 15
sunt difficilis probationis, Ias. cons. 141. colum. 3. libr. 4. Boer. decis. 101 numer. 3. & 4. Affl. decis. 57. num. 3. Card. Paris. cons. 57. num. 34. & cons. 54. num. 61. volum. 4. Soc. Iun. cons. 32. numero 12. lib. 2. & cons. 90. num. 17. eo. lib. 2. & receptum est per omnes in his, quæ sunt difficilis
probationis admitti probationem † per coniecturas, & 16
præsumptiones, Arch. in c. intermemoratos 16. quæst. 3. Imol. in c. veniens, de verb. sign. Ioan. Andr. in c. 1. de dol. & contum. libr. 6. Anto de Butr. in c. ex ratione de appellat. Barbat. in c. fin. constiterit, column. pe. de accusat. Sal. in l. prima, C. de dilation. Roman. consil. 76. column. 3. communis omnium Docto. sen-

Digitized by Google

tentia, vt latè resoluit, infinitos adducẽdo, Marſ. in reb.
C. de proba. numer. 313. verſ. etiam idem. Hinc in his,
17 quæ ſunt difficilis probationis, fama cum aliquibus †
adminiculis plenè probat, cap. propterea de teſtibus,
Fed. de Sen. conſ. 119. nulli dubium. Hoſt. in c. vlt. quod
met. cauſ. Ant. de Butr. in c. veniens 2. de teſtibus, latè
Alex. conſ. 53. lib. 2.
18 Hinc in antiquis † ſufficit probatio per indicia, &
coniecturas, Paul. Caſtren. conſ. 164. in præſenti, colu.
prima, lib. 2. Ancha. conſ. 310. & conſ. vlt. Alex. conſ.
187. num. 3. lib. 2. Soc. Sen. conſ. 205. col. 2. ver. 4. lib. 2.
Card. Pariſ. conſ. 104. num. 42. 43. vol. primo & conſ.
67. num. 14. & conſ. 83. num. 47. col. 3. Crau. conſ. 8.
num. 1. & alij omnes. Et hac ratione ad probandam ſi-
19 moniam ſufficiunt † coniecturæ, & præſumptiones, Abb.
in c. ſicut ſimoniaca, per illum text. de ſimon. poſt. Inn.
eſt etiam tex. vbi Fel. latè in c. ſicut eo. tit. Arch. in c.
qui ſtudet, in verbo de templo, prima quæſtio. prima,
Ioan. And. in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. com-
munis opinio teſte Clar. lib. 5. recept. ſent. §. Simonia,
in fi. Roland. à Vall. conſ. 31. num. 17. lib. 3. cum aliis,
vt per Maſcar. de probat. concluſ. 1304. num. 9. Menoch.
conſ. 67. num. 7. libr. 1. Corn. conſ. 341. ſub num. 6. lib.
primo, Craue. conſ. 122. ſub num. 8. licèt multi relati per
Maſc. loc. cit. ſub num. 14. teneant contrarium. Hac ra-
20 tione adulterium, quia ſecretè † ſolet committi proba-
tur præſumptionibus, c. preterea, de teſtibus, c. tertio
loco, & c. litteris de prob. Bar. in l. 2. §. vlt. in fi. ad l. Iul.
de adul. & in l. prima, ff. de extraord. crim. Brun. de ind.
21 par. 1. q. 4. num. 7. & hæreſis † etiam, c. cum contumacia,
de hæret. libr. 6. vbi Ioan. Andr. Gl. in cap. 1. de teſti-
22 bus lib. 6. Ac crimen † partus ſuppoſiti, Baſſ. in prax.
titu. de par. ſuppoſ. num. 13. Falſum, Dec. in c. porre-
cta colum. 1. de confir. vtil. vel inutil. & conſ. 189. co-
lum. 1. & alios multos caſus refert. Menoc. de præſum.
lib. 1. q. 58.
Vnde, licèt regulariter in criminibus requiratur †
23 probationes luce meridiana clariores, l. ſciant cun-
cti, C. de proba, & eſt communis opinio, teſte Claro.
5. recept. ſent. §. vlt. quæſt. 66. verſ. debent, tamen in
hoc ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, propter
24 eius atrocitatem, cùm ſit de criminibus exceptis, † ſi-
monia etiam commiſſa tantùm in beneficio communis
opinio teſte Aret. in c. cum P. Maneonella, num. 27. de
accuſ. de communi etiam Clar. d. §. Simonia, verſ. ſcias
25 autem, & ſic † crimen deteſtabile, c. ſicut ſimoniacæ,
26 de ſim. & cætera, † quoad illud pro nihilo reputantur,
c. per tuas. de ſimon. c. vlt. 1. quæſtio vlt. Diaz in prax.
crim. c. 85. in prine. vbi refert terribilia verba Paſcha-
lis Papæ, Maſcar. d. concl. 1304. num. 2. & 3. Menoch.
27 conſ. 67. lib. 1. Ita tamen in † crimine excepto hæreſis
ſufficiunt præſumptiones & coniecturæ: c. cum contu-
macia, de hæred. lib. 6. vbi communiter Doct. c. in fi-
dei. eo. titu. & lib. Abb. in d. c. ſicut ſimoniacæ, nu-
mer. 3. de ſimon. communis opinio teſte Boſſ. in prax.
titu. de hæreticis num. 5. latè Simanch. de hær. c. & eſt
communis opinio.
28 Tertiò, comprobatur hæc † ſententia, quia proba-
tio per coniecturas, & præſumptiones eſt vera, & pro-
pria probatio, Gl. in l. ſi tutor, vbi Bal. C. de peric.
tut. Abb. in c. 1. in ſecundo not. per illum tex. de cler.
non reſid. & in c. cùm dilecti in 1. notab. de donat. Fel.
numero 3. in rubr. de prob. Dec. numero 147. Tiraqu.
in leg. ſi vnquam, verbo donatione, numero. 158. C.
de reu. donat. & communiter alij, vt latè deduxi in d.
rubr. de prob.
29 Et ideò coniecturæ dicuntur, † quia coniunguntur
origini, & ſunt quædam connexuræ, & colligaturæ,
Bald. in l. non hæc, C. vnde legit. & in rubr. C. de pro-
bat. num. 4. & in l. prima col. 3. verſ. vnde quæritur C.
de priuil. dot. Ideò Menoch. de præſum. lib. primo, q.
30 7. num. 27. dixit coniecturam † eſſe latentis rei indi-
cium. Cur. ſen. in l. admonendi, nu. 290. ff. de iureiur.
nam per rationes, ſigna, & tempora, & huiuſmodi con-
31 iicit, & † colligit, & Bal. in l. ea quidem, num. 10. C.
de accuſ. ſcriptum reliquit, coniecturam eſſe reputa-
tionem veri ex aliquo alio ſic veriſimiliter ordinato.
Et præſumptiones † dicuntur, quia ante legitimas pro- 32
bationes aliquid ſumunt pro vero, Simanc. lib. Catho-
lic. Inſt. tit. 50. de præſumpt. num. 4. & differre † à fi- 33
ctione omnes conueniunt: nam coniecturæ & præſum-
ptiones verſantur circa rem dubiam quæ eſſe † vel non 34
eſſe poteſt, Bald. in rubr. C. de probat. Mar. Salam. in
l. Gallus, §. quædam rectè, numero. 32. ff. de libe. &
poſth. fictio verò eſt in re † certa eius, quod eſt poſſible 35
contra veritatem pro veritate a iure ficti aſſumptio,
Bar. in l. ſi is qui pro emptore, numer. 21. ff. de vſucap.
& ibi Iaſ. numer. 169. Alc. lib. parerg. Iuris, c. primo.
Quare fictio † nunquam conuenit cum veritate, conie- 36
ctura, ſed præſumptio ſæpe, Turrecrem. in c. ferrum, diſt.
50. Fel. in c. quanto, num. 2. de præſumpt. Bar. in c. at
ſi clerici, num. 110. de iud. Alex. conſ. 158. num. 7. Hinc
etiam fictio non admittit probationem contra ſe, Soc.
Sen. in l. cum auus, num. 7. ff. de cond. & demonſtr. Gl.
in ca. 2. de arbitr. libr. 6. alias autem differentias inter
præſumptionem, & fictionem ponit Menoc. de tract.
præſum. lib. primo q. 8. per totum.
Et coniecturæ, ac præſumptiones † ex tribus con- 37
ſtant, ſcilicet argumentis, exemplis, & ſignis, Fabi.
Quintil. lib. 5. inſt. Orator. ca. 9. Alex. lib. 5. rector. c.
5. Menoch. d. lib. 1. de præſump. quæſt. 6. in princ. Ar-
gumentum eſt ratio, † quæ rei dubiæ facit fidem. vt vo- 38
luit Tull. in Topicis, & in Partitionibus dixit, argumen-
tum eſſe probabile inuentum ad faciendam fidem, vel
ſecundum Bal. in l. ea quidem numer. 9. C. de accuſat.
eſt propoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſultans ad
propoſitum oſtendendum, ſeu concludendum, ſubdit
eſſe collationem plurium ad vnam concluſionem, nam
ſumitur ex † prius poſitis, l. 3. §. primo, l. ob carmen, 39
ff. de teſtibus, l. cum res. C. de probat. l. non omnes §.
à Barbaris, ff. de re mil. ſignum, autem † eſt, quod ſub 40
ſenſum aliquem cadit, & quiddam ſignificat c. ſignum,
de reſcrip. diſt. 2. & vbi Turrecrem, & alij.
Ac huiuſmodi præſumptiones, & coniecturæ † ver- 41
ſantur circa decem prædicamenta, Bal. in l. ex perſo-
na, C. de probat. Alc. in tract. de præſumpt. regu. 3.
præſumpt. 25. Euerard. in Cent. legal. in loco à tempo-
re ad temp. num. 6. latè. Menoch. lib. 1. tract. præſumpt.
quæſt. 14.
Concludendum igitur eſt, ex præſumptionibus, &
coniecturis, poſſe Iudicem procedere ad condemna-
tionem, & declarare collationem, & præſentationem
confidentiariam, & committentes incidiſſe in pœnas
contentas in dict. Conſtitutione Pij V. & ita commu-
niter per omnes obſeruatur, ac practicatur, nam quo-
ties † præſumptio eſt poſita à lege, (vt in caſu noſtro) 42
tunc ex ea poteſt ſequi condemnatio etiam capitalis,
communis opinio, de qua atteſtatur Boſſ. in tit. de con-
uict. num. 29. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. vlt. q. 20. ver.
etiam ſcias: licèt regulariter ex præſumptionibus etiam
indubitatis non debeat quis † condemnari, communis 43
opinio, vt per Dec. conſ. 175. poſt. num. 8. Clar. d. q. 20.
verſ. ſcias tamen.
Declara vt probetur confidentia per coniecturas, &
præſumptiones poſitas in hac Conſtitutione Pij V. in
§. *ad probandum verò*, vbi in quatuor caſibus Pius V. ex
veriſimili præſumit, & habet pro veritate, & confiden-
tia, illud factum, donec † contrarium probetur, Bal. in 44
rubr. C. de probat. num. 4. & in l. ea quidem, nume. 5.
C. de accuſ. Alci. de præſu. in tertia par. in præl. num.
Menoch. qui refert omnes diffinitiones præſumptiones
† iuris, libr. primo de præſu. q. 4. Quæ quidem præſum- 45
ptiones, & coniecturæ ſumuntur in dicto §. *ad proban-
dum verò*, ex eo quod factum eſt poſt reſignationem
circa perceptionem fructuum, aut aliàs vt ibi, &
regula ſatis trita eſt; in iure colligi præſumptionem,
& coniecturam ex † facto, l. eum qui, C. de Epiſ. & 46
Cler. & ibi Bald. & alij l. ſi tamen §. ei qui, ff. de ædil.
edict. l. ſi vt certo, §. cuſtodiam ff. commod. §. vlt. glo.
Inſt. de iniur. nam ex geſtis † mens & animus coniicitur,

§. pauonum, & ibi Glo. Instit. de rer. diuis. l. Paulus, ff.
48 rem rat. hab. & ea facto sequenti declaratur voluntas
præcedens, & è contra, l. sed & Iulianus, §. interdum,
ff. ad Senatuscons. Maced. l. si concubinam, §. res amotas,
ff. rer. amot. l. cum quis, in fi. C. de natur. liber. & ex præ-
49 teritis æstimari † solent præsentia, Fab. Quint. lib. 7. Inst.
Orator. c. 3. Alc. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 25. Ideo
50 ea his, quæ non apparent, † nulla præsumptio colligi-
tur, Anch. cons. 302. materia &c. Craue. cons. 202. num. 9.
& cons. 319. num. 13. Menoch. cons. 121. nume. 84. lib. 2. de
præsump. lib. 1. q. 23. Eoque magis, quia adest causa fa-
ciendi id, & resignandi illud beneficium, ob pactam
confidentiam, & perceptionem illicitam fructuum, &
51 ex causa † sumi coniecturam communiter est receptum
vt colligit Menoch. d. lib. primo de præsumpt. q. 17. &
probatur in l. in fundo, in princip. ff. de rei vend. & in l.
vlt. in fin. ff. de act. & oblig. nam causa est illa, quæ signi-
52 ficat † an aliquid actum sit, vel non, Doct. in l. verum, ff.
de furt. Bald. in l. siue possidetis, col. vl. C. de prob.

Declara præterea, vt coniecturæ, ad hoc vt probent
53 confidentiam, debeant esse † euidentes, ac vrgentes,
quæ reum ipsum de tali crimine conuincant, vt fuit re-
solutum in vna Calaguritan. confidentiæ 25. Iunij 1593.
coram R. P. D. Pamphilio, & nouissimè in vna Aretin.
confidentiæ Lunæ 23. Ianuarij hoc anno 1595. coram
Decano.

54 Ita etiam, quamuis † in simonia coniecturæ, & in-
dicia sufficiant ad condemnandum, c. per tuas, de simi.
c. 1. de testibus in sexto, Corn. cons. 348. numer. 18. lib. 1.
Crau. cons. 121. num. 8. Clar. in §. simonia vers. Item scias.
55 Tamen huiusmodi coniecturæ debent esse claræ, † &
sufficienter concludentes, Zaba. in c. sicut. in fi. de simo.
Alex. de Neuo, cons. 64. numer. 2. Caputaque. decis. 203.
par. prima & fuit pluries resolutum in Rota, & præser-
tim in illa Tullen. parochialis coram Decano 28. Maij
1593. & in vna Brittonorien. Commendæ 12. Decembris
1588. coram Gypsio, & illa Aquen. coram Blanchetto.

Ac simoniam necessariò importantes ita, vt nihil
aliud importare possint, Fel. in c. super his, numer. 17. de
accus. Natt. cons. 199. num. 23. Nam id, quod dicit textus
56 in c. sicut, de simon. quod crimen simoniæ † probatur
per signa, intelligitur de signis euidentibus, & reum de
crimine conuincentibus, c. eorum 11 q. 3. c. euidentia de
accus. & ita sentiunt Goffr. Ostien. Ioan. Andr. Butr. Za-
bar. & alij in d. c. sicut, qui subaudiunt signa, id est eui-
dentia, & reum conuincentia, & sequitur Alex. de Ne-
uo, d. cons. 64. num. 2. Quod consilium sæpius canoniza-
uit Rota, vt fuit dictum in præfata Aret.

q. 71. num. 43. Declara vt probetur confidentia per con-
iecturas positas in hac constitutione Pij V.

¶ QVid si desint num poterunt aliæ adduci? dico posse
vt clare demonstrant verba hæc constitutionis: ad probandum vero plenè confidentiarum abusum inter alias etiam hæ præsumptiones & coniecturæ habeantur legitimæ. Aliæ autem coniecturæ sunt. Primò remissio debiti, Decius in cap. veniens *le premier* de testib. Secundò magnum munus inspecta personarum qualitate, cap. etsi quæstiones de Simon. Tertiò mutuum in ipsa resignatione factum, Nauarr. cons. 50. de Simon. Flamin. supra q. 6. numero 52. Quartò fideiussio. Hæc coniectura non admittitur, nisi constet de pacto, vt auctor supra tradidit, q. 37. num. 21 Sed istæ sunt coniecturæ Simoniæ & non confidentiæ præter ea, quæ supra diximus q. t. & q. 36. Quintò fama, cap. dilectio. 4. q. 3. Sextò correspectiuitas actuum illata ex vicinitate, Flamin. supra q. 36. num 57. & 58. Septimò resignatio Collatarij, aut Resignantis ad fauorem consanguinei Collatoris, aut Resignantis, cui collator conferre aut prior Resignans non poterat resignare, idem supra q. 51 in fine. Octauò retentio possessionis, Pastor de benefic. lib. 3. tit. 18. num. 13. Nonò nimia cautela adhibita, Molin. de public Resign. num. 831. Decimò clausulæ insolitæ, Molin. ibid. Vndecimò mandatum ad resignandum in fauorem personæ ab ipso procuratore eligendæ, Louet litera B numero 9. Duodecimò assignatio redituum in solutionem pensionis illam multò excedentium, Flam. supra quæst. 44. Decimotertiò retrocessio illicò facta ab ordinato ad titulum beneficij resignati maximè in aliena diœcesi, vel à Parrocho ad defensionem seu Syndicatum cleri diœcesani assumpto. Sed hæc coniectura proximè accedit ad casum confidentialem vt supra q. 29. diximus.

QVÆSTIO LXXII.

An vnicus testis probet vnam coniecturam.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ probantur per duos testes contestes, & numero 5.*
2 *Coniecturæ in simonia debent plenè probari.*
3 *Fama, & testes singulares non probant simoniam.*
4 *Coniecturæ euidentes conuincunt Reum.*
6 *Probatio per duos testes facit plenam probationem.*
7 *Quod probatur duobus testibus, euidenter apparet.*
8 *Confidentia probatur coniecturis probatis per testes singulares.*

SEptuagesimo secundò, Quæro, cum sufficiant coniecturæ, & præsumptiones in hoc crimine confidentiæ, quomodo debeam probari huiusmodi coniecturæ? Videtur prima facie dicendum, plenè esse probandas.

Primo ex dicta constitutione Pij IV. §. sicque in præ-
missis, ibi: *per præsumptiones, & coniecturas legitimas*
&c. pondero verbum, *legitimas*, quod innuit, vt con-
iecturæ debeant legitimè, id est plenè probari prout de
iure requiritur † scilicet per duos testes contestes, Glo. 1
communiter recepta in l. vl. C. fa. hærcis. c. cum aliis quæ
ad hæc congerit Menoch. de præsum. lib. 1. quæst. 51. col.
prima & secunda.

Secundò quia in simonia coniecturæ, † & indicia 2
debent probari, Innoc. in c. sicut, de simon. Innoc. in c.
per literas, de præsum Ioan Andr. in c. vt officium, §.
primo, de hæret. lib. 6 Fel. in d. c. sicut in principio, Re-
doan. de simon. par. 4. c. 6. num. 22. & num. 51. & ideo non
sufficere † publicam famam, & testes singulares. in ter- 3
minis scribit Put. decis. 171. numer. 12. lib. 2. Fel. in c. cùm
oporteat, num. 6. de accus.

Tertiò, Quia receptum est in iure, vt illæ præsum-
ptiones & coniecturæ conuincant reum de crimine, quæ
sunt † euidentes, Gl. vlt. in c. insinuatum, de simon. lo- 4
quens de simonia communis opinio. teste Alex. de Ne-
uo, cons. 64. num. 2. & seq. de communi etiam attestatur
Clar. lib. 5. recept. sentent. §. simonia in fine, & tradunt
Corn. cons. 340. col. pen. ad fin. lib. 2. Crau. cons. 122. nu. 8.
latè Mascard. de probat. conclus. 1304. num. 33. & 34. &
fuit resolutum in vna Brittonorien. commendæ 12. De-
cembris 1588. coram Gipsio.

Quartò, quia regulare est, vt quælibet coniectura
debeat probari † per duos testes contestes, Gloss. in l. 5
vlt. verbo *vel indicijs*, C. Famil. Erciscunde. communis opi-
nio, teste Ioan. de Amicis cons. 127. num. 10. Soc. cons. 54.
num. 2. lib. 4. Clar. lib. 5. recept. sent. §. vlt. quæst. 22. Ant.
de But. in c. licet ex quadam, de testibus, Abb. in c. cum
causam, de probat. cum aliis vt per Mars. in rubr. de pro-
bat. num. 311. Burs. cons. 280. num. 116. & cons. 239. num.
26. lib. 3. de communi etiam Paris. cons. 13. num. 14. vol. 3.
& cons. 34. num. 36. & cons. 94. num. 6. volum. 2. Et huius-
modi probatio per duos testes contestes † facit plenam 6
probationem Doct. in c. propterea de testibus. Fed. de
Sen. cons. 119. nulli dubium, Bal. in auth. quas actiones,
ad fi. C. de sacrosanct. Eccles. Bar. in l. de pupillo, §. si
quis ipsi Prætori, in quæst. 6. ff. de oper. nou. nunc. & id
quod taliter † probatur dicitur euidenter apparere. Bar. 7
in l. licet imperator, ff. de leg. 1. Rom. in l. prima, C. de
testament. milit. Ioan. de Anan. col. 3. col. 2. & cons. 49.
Roman. cons. 271.

His tamen non obstantibus, † contraria opinio vera 8
est, quæ probatur expressè in d. Constitutione Pij V. in

Digitized by Google

§. *testes autem, de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, &c.* ea quibus verbis elatè constat, hodie, stante hac extrauag. præsumptiones, & coniecturas probari per testes singulares, & per consequens non requiri plenam probationem, namque dispensat in hoc Pius V. & videtur contentari semiplena probatione, vt latè explicaui adducendo rationes q.28.

Non obstant argumenta in contrarium adducta: nam ad primum respondetur, Constitutionem Pij IV. quatenus requirit probationes legitimas, secundum opinionem quorundam derogari per hanc Constitutionem Pij V. quæ est posterior, & habet clausulas derogatorias, & ita etiam respondetur ad alia argumenta adducta, quia illud procedit de iure communi.

Vnde concludendum est coniecturas, & præsumptiones in crimine confidentiæ probari per testes singulares, & non requiri plenam probationem. Et, quia pluries fuit dictum hanc constitutionem in hoc esse reducendam ad terminos iuris communis, vt duo testes requirantur. Ideò die 5. Augusti 1593. in Congregatione Septimi, fuit resolutum, reformandam hanc constitutionem in hoc, vt dicam infra quæstione vltima.

Quæst. 72. numero 8. Quia illud procedit de iure communi.

QVamuis testis vnicus probationem non faciat, l. iurisiurandi Cod. de testib. præsumptionem tamen inducit l. 1. § fin. ff. quemad. testam. aper. Gloss. in l. in bonæ fidei cod. de reb. credit. vnde cum hic quæstio sit, non de plena probatione, sed de simplici præsumptione & coniectura videtur testis singularis ad id etiam de iure communi sufficere. Sed aduerte quod ex præsumptione præsumptio non est deducenda, l. 1. Cod. de dot. promiss. deduceretur autem si ea quo testis vnus super facto vnius coniecturæ deponeret, & sic præsumptionem huius facti induceret, præsumendum esset ipsum delictum: vt enim ex facto oriatur præsumptio, debet factum concludenter, & sic per duos contestes probari, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. num. 81 in 8. declarat. Sed aliud hic statuit Pius V. in odium confidentiæ, & ob difficultatem probationum. Nec ideò propterè statur dicto vnius testis: quia licet ei soli credatur ad præsumptionem, præsumptioni tamen soli non creditur ad condemnationem, sed aliis præsumptionibus & testibus opus est; ita vt quamuis idem testis de duabus aut pluribus coniecturis deponeret. non tamen confidentiam, sed tantum simplicem, & quidem vnicam confidentiæ præsumptionem, & coniecturam propter ipsius singularitatem probaret: Ratio est, quia de iure communi, vt diximus, depositio testis vnici, non nisi præsumptionem inducit, & licet hic iure speciali plene probet non tamen probat nisi præsumptionem, nec mens constitutionis est quod duas aut plures probare possit sed singulas singulis probandas assignat testibus coniecturas: alioquin ex depositione vnius testis, absque aliis adminiculis, sequi posset conuictio & condemnatio contra ius etiam diuinum, & verba ipsius constitutionis.

QVÆSTIO LXXIII.

Quod coniecturæ requirantur ad probandam confidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Vnica coniectura probata per vnum testem non probat confidentiam.*
2 *Vbi plures requiruntur, vna non sufficit.*
3 *Vna coniectura non sufficit in simonia.*
4 *Contractus fœneratitius non probatur vna coniectura.*
5 *Duæ coniecturæ constituunt veram probationem.*
6 *Probationes imperfectæ non iunguntur.*
7 *Duæ præsumptiones quando iungantur.*
8 *Dicta huiusmodi, est similitudinaria.*
9 *Plus creditur duobus Testibus contestibus, quàm mille singularibus.*
10 *In simonia vna præsumptio Violenta sufficit ad condemnandum.*
11 *Præsumptio violenta habetur pro concludente probatione.*
12 *Præsumptio iuris dicitur vera probatio.*
13 *Præsumptio iuris dicitur liquidissima probatio.*
14 *In statuto requirente probationem instrumentalem sufficiunt coniecturæ.*
15 *In statuto requirente probationes apertissimas sufficiunt coniecturæ.*
16 *In præsumptionibus arbitrium iudicis versatur.*
17 *Arbitrium iudicis de probationibus.*
18 *Quæ præsumptiones sint fortiores in arbitrio Iudicis.*

SEptuagesimotertiò quæro, An vnica coniectura
seu præsumptio probata per vnicum testem iuxta
ea, quæ dicta sunt supra, † sufficiat ad plenam 1
probationem confidentiæ, vt iudex possit deuenire ad condemnationem? negatiuè videtur respondendum vt tenent Nauarr. in Manu. c. 23. sub numero 110. Mascard. de probat. conclus. 1306. num. 17. Gabriel. cons. 184. num. 10. lib. 2. nam ita disposuit Pius V. in dicta eius constitutione, in § testes, ibi: *pluresque huiusmodi præsumptiones & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis, &c.* si ergo plures requiruntur, † vna non 2
sufficit, Bar. in l. vlt. num. 6. ff. de quæst. Sal. in l. vlt. nu. 8. C eo. tit. Ruin. cons. 168. num. 12. lib. 2. cum aliis, vt per Cephal. cons. 37. num. 39. & cons. 105. nu. 4. & cons. 149. numer. 6. lib. 1. & hoc æquum esse scribit Nauar. d. c. 23. sub num. 110. vers. oct. octauò. Nam valde durum videtur, vt vna præsumptio probata per vnum testem sufficiat, qualis est prima & quædam aliæ positæ per Pium
Quintum, cum neque in grauiori crimine † simoniæ 3
sufficiant, Glo. vlt. in c. insinuatum de sim. quam dicit receptam Alex. de Neuo, cons. 64. num. 2. & absurdum esset, in leuiori crimine durius agere, l. aut facta, ff. de pœn. Auth. omnes, vbi Bald. C. com. de suc. & hoc esse de iure tradit Gabr. cons. 184. num. 10. lib. 2.

Hinc contractus fœneratitius † non probatur vna 4
coniectura, Cæphol, in tract. de simon. contract. num. 108. in quinta conclusione, in nona, & decima, Couar. lib. 3. Var. resol. c. 8. num. 4. vers. cæterum, Gabr. cons. 74. num. 5. volum. primo, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 7.

Duæ igitur ad minus præsumptiones, seu coniecturæ probatæ per testes singulares sufficiunt, vt Iudex possit pronunciare super confidentia, vt disponit Pius V. &
patet ex verbis supra relatis, quia † Iudex ex illis po- 5
test esse certus cùm constituant plenam probationem, Gloss. in c. veniens primo, de testibus, & in c. cum dilectus, de success. ab intest. Rom. cons. 54. in fin. Petr. de Anch. cons. 177.

Communis opinio, vt patet ex his, quæ congerit Mars. in rubr. C. de probat. num. 309.

Et singulare est in hoc crimine, vt probationes imperfectæ iungantur simul ad constituendum plenam probationem, nam quælibet coniectura, attento iure communi, dicitur imperfectè probata cùm sit per testem vnum probata, Mars. cons. 10. num. 47. nam regulariter in
criminalibus probationes imperfectæ non iunguntur † 6
ad constituendam plenam, Docto. omnes, & præcipuè Abb. & Felin. in cap. veniens, primo, de testibus. Anan. cons. 59. colum. 2. Oldr. cons. 192. post medium, Marsi. latè in l. de minore, §. plurimum, num. 55. ff. de quæstio. Bal. in l. si quis ea argentariis, §. primo, nu. 4. ff. de eden. & in l. 3. §. eiusdem, ff. de testibus. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 10 num. 10. licet in ciuilibus secus, Bart. in l. 2. §. primo, ff. de excus. tut. Alex. cons. 20. lib. 4. Imol. cons. 138. col. prima, cum aliis, vt per Gabr. lib. 1. com. concl. tit. de probat, concl. prima, num. primo. Et faciliùs iungun-
tur † duæ præsumptiones, vt in casu nostro, ad consti- 7
tuendam plenam probationem quàm aliæ probationes imperfectæ, Gl. in c. accedens secundo, in verbo, ostun-

Digitized by Google

dum, vt lit. non contest. Rom. conf. 7. colu. 1. Crau. conf. 35. num. 6. & conf. 73. num. 50. Ioan. Anan. conf. 49. col. 1. Parif. conf. 152. colum. 5. volum. 4. Alex. conf. 24. num. 41. libr. 2. Limitant tamen aliqui hanc conclusionem non procedere, quoties vna præsumptio, seu coniectura esset probata per duos testes contestes, nam hoc casu dicunt illam sufficere pro plena probatione & moueotur.

Primò, quia dum Pius V. requirit plures præsumptiones, & coniecturas, intelligit de his, quæ probantur
8 per vnum testem, vt colligitur ex dictione † huiusmodi, quæ est similitudinaria, ad not. in c. sedes, de resc. in 6. nam inquit, *testes singulares valeant probare coniecturas*, subdit, *pluresque huiusmodi*, &c. ergo quando præsumptio, seu coniectura non est huiusmodi, vt quia est probata per duos testes ad minus sufficiet.

Secundò quia de iure communi requirebatur, quòd præsumptiones probentur per testes contestes, Gl. in l. vlt. C. fam. ercis. & tamen Pius V. vult vt sufficiant testes singulares, & sic dimidio minori probatione contentatur, quam de iure communi requiritur, cum ergo secundum vnam opinionem de iure communi requirantur duæ coniecturæ probandæ per quatuor testes contestes, duo pro qualibet, ergo hodie sufficit probare vnam coniecturam per duos testes contestes, cùm constitutio contentetur dimidia probatione.

Tertiò, quia maior probatio est illa, quæ fit per vnam præsumptionem firmiter probatam, scilicet per duos testes, vt præsupponimus, quàm per duas coniecturas per testes singulares probatas, vt contentatur Pius V. cùm regulariter de iure communi tantum probent mille testes singulares, quantum vnus: & duobus
9 testibus † contestibus plus creditur, quàm decem millibus singularibus, Bal. in l. iusiur. col. 5. C. de test. Alcaan. conf. 18. colum. vlt. lib. 4. & conf. 20. & conf. 71. eo. lib. 4. Card. Parif. conf. 57. col. 2. vol. 1. Matia. Soc. Iun. conf. 90. num. 8. volum. 5.

10 Quartò, quia in crimine † simoniæ vna præsumptio, si est violenta, sufficit ad condemnandum, Abb. post Gl. in c. insinuatum num. 4. de simon. vbi Fel. & alij omnes Red. de simon. par. 4. c. 6. num. 35. & c. 11. num. 24. & est communis opinio, quia præsumptio violenta habe-
11 tur pro concludenti probatione, † etiam in criminalibus, dummodo non agatur de pœna corporali inferenda, cap. afferte, vbi communiter de præsumpt. l. indicia, C. de rei vend. Glo. in c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. Doct. in c. literas, de præsumpt. Bal. conf. 264. colum. 5. lib. 3. Abb. conf. 113. lib. 2. Calder. conf. 22. de constit. Bellam. decis. 689. Alexan. conf. 15. colum. 2. lib. 1. communis opin. de qua attestatur Grat. conf. 136. num. 55. lib. primo Craue. conf. 6. num. 42. & conf. 73. nume. 19. Gram. decis. 42. Gabrie. de prob. conclus. prima, num. 70. si ergo in simonia sufficit vna violenta, ergo in confidentia sufficiet vna probata per duos testes, cùm minor probatio stante Bulla Pij V. requiratur in crimine confidentiæ, quàm simoniæ.

Quintò, quia cùm præsupponamus coniecturam illam probatam per duos testes, quam tenemus sufficere pro plena probatione, esse de illis approbatis & positis à Pio V. in d. constitutione, sequitur, sufficere duos testes, c. veniens, c. iusiurandi, c. in nomine Domini, de testib. c. admonere, 33. q. 5. c. cùm esses, de testam. cum alijs, vt per Marf. in Rubr. C. de probat. num. 313.

Magnæ enim importantiæ est, vt coniecturæ, & præsumptiones sint approbatæ à iure, nam tunc ex com-
12 muni omnium opinione dicuntur veræ & † propriæ probationes, Docto. omnes in Rubr. de probat. vbi Fel.
13 num. 2. Dec. num. 149. Et † dicuntur liquidissimæ probationes, l. licet Imperator, ff. de leg. 1. l. si quis locuples, in fin. ff. de manumis. test. l. quidam testamento in fine, ff. de vulg. & pupill.

14 Hinc si statutum requirat † probationem instrumentalem, sufficiunt, coniecturæ approbatæ a iure, Bal. in l. prima, num. 18. C. de fideicom. Dec. conf. 54. num 3. & si statutum requirit probationes liquidissimas, sufficiunt coniecturæ approbatæ à iure, Bald. in l. si tutor, de peric. tut. & si statutum requirit probationes apertissimas
† etiam sufficiunt coniecturæ approbatæ a iure, Affl. 15
decis. 44. num. 15. Tiraq. in repet. l. si vnquam, verbo donatione, numero 158. C. de reu. donat. Menoch. de Arbitr. iud. cas. 115. numero 6. Alc. in tract. præsumpt. prælud. 3. num. 5.

Concludo igitur, vel vnam illarum præsumptionum, probatam per duos testes contestes sufficere & probare confidentiam, * vel duas probatas per testes singulares. Et hoc, donec Septimus Decretalium publicetur, vbi in hoc, & rectè, hæc Constitutio reformatur, vt dicam infra, q. vlt.

* sed à contraria opinione non est recedendum.

Et non omittam, quod scriptum reliquit Nauarr. in Man. c. 23. sub num. 110. verb. not. 8. quod in istis præsum-
ptionibus † arbitrium Iudicis versatur, quod probatur em 16
tum ea dicta Constitutione Pij IV. §. sicque in præmissis, ibi: *& eorum arbitrio*, &c. tum etiam quia in istis pœnis arbitrium iudicis versatur, & in cognoscendis
& † diiudicandis probationibus, leg. 3. ff. de testibus, 17
Guliel. Mynsingerus in l. non est novum, §. quoties, num. 12. ff. de reg. iur. latè Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 1. q. 11. & in iudicis arbitrio etiam erit, an præsumptiones pro
reo † sint fortiores, Abb. in c. cum R. num. 5. de elect. & 18
in c. accedens, nu. 4. de crim. fals. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 475. num. 1. & de præsumpt. lib. 1. q. 29. num. 2.

q. 73. num. 15. In nota marginali. Sed à contraria opinione non est recedendum.

¶ ADditiunculam hanc canonizat. Garc. de benefic. p. 11. cap. 3. num. 201 vt vera sit sententia non sufficere vnam ex coniecturis positis in constitutione Pij V. etiam probatam per duos testes contestes ad concludendum ex ea commissum fuisse confidentiæ delictum, sed plures requiri probatas saltem per testes singulares, iuxta eandem constitutionem. Quot autem coniecturæ requirantur numerus non est determinatus. Auctor noster contentatur duabus. Ego tres ad minus dico accessarias, & moueor primò dictione plures in constitutione posita, quæ tres ad minus significat. Gloss. & Bart. in Auth. de triente & semiss. §. & hoc sæpe in verb filiorum. Panorm in cap. ad nostram num. 5. de reb. Eccles. non alienand. & est text. in cap. Christiano dist. 34. Secundò, quia regulare est vt tres præsumptiones simul iunctæ sint necessariæ ad fraudem, & simulationem conuincendam, Gloss. pragmat. Sanct. tit de collat. §. item quod omnia in verbo permutat, Math. ab Afflict. decis. 30. num. 18. Molin. post alios quos citat ad regul. de public. resign. num. 363. Tertiò, quia graue nimis esset, & periculosum tot tantisque confidentiæ pœnis locum facere per vnam, aut alteram coniecturam etiam semiplenè probatam, quandoquidem in alijs actibus vbi nulla cadit pœna præter actus nullitatem requiruntur tres plenissimè probatæ, vt tradunt Auctores citati.

QVÆSTIO LXXIV.

Quæ præsumptiones moueant iudicem ad excludendam confidentiam.

SVMMARIVM.

1 *Probitas, & optima conditio excludit confidentiam.*
2 *Bona fama excludit præsumptiones malas.*
3 *Bona fama thesaurus inæstimabilis.*
4 *Diues præsumitur non committere delictum.*
5 *A persona sumitur præsumptio.*

SEptuagesimoquartò quæro, quæ præsumptiones possint animum iudicis mouere ad pronunciandum pro non confidentia? Respondeo, plures
scilicet † probitas, & optima conditio dantis, re- 1
signantis, & recipientis beneficium, ita in terminis Gabrie. conf. 175. num. 18. lib. 2. nam facit præsumere non esse verisimile fuisse acceptatum illicitè illud beneficiũ,

Digitized by Google

ad noe. in l.vlt.ff. de quæst.receptum est enim in iure, vt
2 bona fama † excludat præsumptiones malas, latè Tiraq.
de pœnis temper. caus. 15. num. 2. Calefat. cons. 108.
num. 9. & tollat præsumptionem delicti, vt latè probat Marf. cons. 74. ex Ang. & Augu. in tract. de Malef.
in verbo, fama publica, latè Gram. consi.13.num. 7. &
consi. 31. oum. 12. & tradunt communiter Doct. in d.l.
3 vlt.ff. de quæst. nam fama bona, est † thesaurus inæstimabilis, & sicut lilium, dans suauitatem odoris, Bal.in
l.1.col.5.C.de confess.Roland.à Vall.cons. 47. oum. 41.
lib. primo, Brun. de indic. & tort. par.1.q.5.nu.2. Item
qualitas dantis, vt quia sit Episcopus, vel Arciespiscopus, & parua quantitat, ita Gabr.d.cons.172.num.14.lib.
4 2. Vt quia etiam dans, vel recipiens sit diues, quo † casu noo est præsumendum tale crimen perpetrasse, cùm
potius pauperes propter egestatem id cogirent, Gl. in
l. prima: C. de Com. & trebun.lib. 12. per tea. singularem in l. cum societas, ff. pro soc. multi enim propter
inopiam deliquerunt, vt habetur Eccl. c.27. & Proverb.
c. 30. tradit latè Glo. ord. ad Thes. 5. à personis enim
5 sumi † præsumptionem receptissimum est in iure, l. in
fundo, in principio, ff. de rei vend. l.vlt.in fi.de acti.&
oblig. l. de mioor. §. tormenta, ff. de quæstio. l. oon
omnes, §. à barbaris, ff. de re mil. c. decenter, dist.
89.c. Lotharius, 31. quæst.2. latè Menoch. de præsump.
lib.1.q.15.

Declara hanc conclusionem, vt dictæ circunstantiæ moueant animum Iudicis, vt sit circumspectùs ad credendum testibus, ad dandum remissorias & sententiam ferendam.

Non autem elidunt coniecturas io totum.

Plures aliæ sunt circunstaotiæ quæ excludunt confidentiam, & colliguntur ex dictis in quæstionibus præcedentibus.

Quæst. 74. In fine plures aliæ sunt circunstantiæ quæ excludunt confidentiam, quæ colliguntur ex dictis io qq. præcedentibus.

¶ PRima est naturalis illa in vnoquoque præsumpta probitas donec contrarium probetur, cap. vlt. de serut. io ordin. faciend. l. omnimodo. Cod de inoff. testam. Gloss. in cap. super litibus de rescript. & Flamin. sup. q. 63. nume. 5. ite vt in dubio semper capiatur præsumptio exclusiua delicti, l. merito ff. pro socio, Flamin. ibid. num. 11. Secunda est causa aliqua confidentiam & turpitudinem excludens, quæ pariter est capienda, Gomes. de trienn. q. 12. num. 21. & 22, quælibet enim causa etiam colorata excusat à pœna, Glossa l. Plagii, in verb. iusta, Cod. de plagiar. Flamin. ibid. num. 14. Tertia cessatio pacti modi vel conditionis. Idem sup qu. 26. à numero 4. quia absque pacto, modo, vel conditione simonie punibilis noe comitetur, Gloss. in cap. ordinationes in verb. pretij. 1. q. 5. Quarta generalitas & curialitas verborum, quibus quis se fore gratum promittit: quia nihilo plus obligant quam si non proferrentur, cap. cum venissent de instit. Flamin. supra q. 28. nume. 148. Quinta gratuita largitio, idem sup. q. 31. num. 40. Sexta ioexecutio tractatus, idem q. 39. à num. 6. Septima pactum quod de iure inest, idem. q. 45: num. 2. Octaua interuallum temporis. idem. q. 40. num. 12. Nona simplex monitio & consilium, idem q. 54. oum. 4. Decima coniunctio & cohabitatio personarum, idem q. 56. à num. 6. de bona fama, dignitate, ac diuitiis habes in hac quæst. quod etiam pro non crimine præsumptionem inducant.

QVÆSTIO LXXV.

Ex amicitia, & consanguinitate an colligatur confidentia.

SVMMARIVM.

1 *Fraus, & simulatio præsumitur ratione coniunctionis.*
2 *Amicitia, & coniunctio resignantis, & resignatarij non probant confidentias.*
3 *Probatio debet esse concludens.*
4 *Non probat hoc esse &c.*
5 *Donatio facta amico, & consanguineo non præsumitur fraudulenta.*
6 *Donatio præsumitur libera.*
7 *Collusio non præsumitur ex amicitia.*
8 *Præsumptio vt delictum excludatur.*
9 *Consilium præsumitur bonum.*

SEptuagesimoquintò Quæro, Ao coniectura, quòd resignans & resignatarius essent amici, vel consanguinei tempore resignationis, arguat confidentiam.

Pro affirmatiua facit, quia inter coniunctos sangui- 1
ne, & amicos facilius † præsumitur fraus, & simulatio, quam inter extraneos, l. pe. §. facilior, ff. de bonis damn. Rom cons. 24. in prin. Io. Annib. in l. post. contractum, n. 118. ff. de don.

Hoc tamen non obstante, negatiua opinio est verior, & communiter ab omnibus recepta, vt amicitia, 2
& coniunctio † resignantis, & resignatarij non faciant præsumere confidentiam, & ita alias fuit resolutum per Rotam coram D. Montis Flascon. in vna Gerunden. priuationis regressus die 26. Octobris 1551. teste Caputaq. decis. 202. part. 1. Idem Caputaque decis. 210. lib. 5. in manusc.

Et huiusmodi sententia primò probatur, quia huiusmodi coniectura non ponitur in Constitutione Pij V. ergo, arg. l. illam, C. de collat.

Secundò, quia omnes fere resignationes præsumerentur confidentiariæ: nam resignationes solent tractati, & fieri inter amicos, & consanguineos, & inter quos liberalitas exercetur.

Tertiò, Quia huiusmodi † probatio necessariò non 3
concludit confidentiam, argu. not. in c. in præsentia, de probat. & tamen delictum probatur per probationem, quæ non potest aliud importare, Felin. in c. super his, col. 8. vers. quarto conclusio, de accus. & vulgare est † 4
non probare hoc esse, quod ab hoc contigit abesse, l. nam hoc, C. vnde legit.

Quartò, Quia amicitia, & coniunctio non sunt indicium sufficiens ad simulationem, & fraudem † præsu- 5
mendam in donationibus, Bal. in l. post. contractum, col. 2. num. 3. ff. de donat. & cons. 149. in principio, tex. in l. si quis posthac, C. de bon proscr. Io. de Imol. io d. l. post contractum, col. 2. amicitia enim, & coniunctio ad donandum potius liberaliter, quam ad delictum sunt iudicanda, l. seruus communis ff. de don. int. vir. & vxor. vbi donatio † præsumitur libera propter amicitiam, & 6
coniunctionem tertij, vt latè per Imol. loco citato, Roman. consi. 172. num. 2. cum aliis, vt per Palet. Rui. in rubr. de don. §. 44.

Quintò, quia † collusio non præsumitur ex amici- 7
tia, Sal. in l. 2. C. de collusio. deteg. Natt. consilio. 537. oumero 31. Masc. de probationibus, concl. 222. numer. 6.

Vltimò, quia capitur † semper præsumptio, vt delictum excludatur, l. meritò, ff. pro Soc. cum aliis, vt per Alciat. tract. præsumpt. 3. reg. 1. præsum. Crau. cons. 18. col. vlt. Et ob id consilium, quod potest esse malum, & boeum, præsumitur † bonum, Bal. in l. seruum fu- 9
git, colom. 3. vers. nota. C. de seru. fug. Ita actus, Abb. consilio. 68. colum. 3. vers. tertiò probo. lib. 1. Romanus cons. 353. in finalibus verbis, Marsil. coos. 2. n. 1. & 3. cum aliis, quæ latè post alios congerit Gabr. de Males. concl. 2. per totam.

Ex quibus patet responsum ad argumentum in contrarium adductum.

Quæst. 75. numer. 5. Quia amicitia & coniunctio non sunt indicium sufficiens ad simulationem & fraudem præsumendam.

¶ QVin potius aliquando persona coniuncta facit cessare fraudis suspicionem. Ita rescripsit Iustinianus in leg. cum in adoptionis, §. si verò, Cod. de adopt. ac ita respondit Tryphoninus Iurisconsul. in l. penult. §. de vno de tem nupt quia par inquit affectionis causa suspicionē fraudis amouet, & ad idem videtur respondisse Vlpianus in l. si vxor §. vlt. ff. de adult. & Marcel. in leg. in Senatusconsultum, § eos, ff. ad Turpil. vbi cautum reliquere non probantem accusationem excusari à calumnia ratione coniunctionis sanguinis. Sic consanguinitas excludit suspicionem in cap. à nobis & cap. tua, de cohabit. cleric. & mulier. Illud tamen perpetuo non est verum, sed ex negotiorum varietate mutari posse & re vera mutari quoties fraus tendit ad proprium vel consanguinei commodum; siquidem clandestinis ac domesticis fraudibus facile quiduis pro negotij opportunitate confingi potest, vel id quod vere gestum est aboleri, test. in leg. data, Cod. de donat. hinc præsumitur fraus si alienatio facta sit in coniunctum, cap. 1. vt Eccles. benefic. in verb. carnalitatem, vel donatio, cap. Episcopus 10. quæst. 2. vel administratio ei delata cap. dicentes dist. 89 vel permutatio cum eo inita. Rebuff. de collat. § volumus in verb, vacantia. Et idem videtur dicendum in proposito & tenent Mulin. de public. resig. num. 361. Pastor de benefic. lib. 3. tit. 58. num. 9 Et tantem inficiari non potest quin itantem aliunde confidentiæ præsumptionem ratio carnalitatis augeat, vt in permutatione ait Mascard. de probat. conclus. 1175. numer. 32. licet sola præsumptionem forsan non faciat per tradita hic ab Auctore & à nobis in tract. de resig. lib. 4. quæst. 8.

QVÆSTIO LXXVI.

An admittatur probatio in Contrarium contra præsumptiones Constitutionis Pij V.

SVMMARIVM.

1 *Contra quatuor casus confidentiales positos in constitutione Pij V. non admittitur probatio in contrarium.*
2 *Præsumptio iuris habetur pro Veritate.*
3 *Contra Principis ordinationem, vel mandatum non admittitur probatio in contrarium.*
4 *Lex quantumuis dura, seruanda est.*
5 *Contra Veritatem non admittitur probatio.*
6 *Præsumptio iuris & de iure, quid sit.*
7 *Contra præsumptionem iuris non admittitur probatio in contrarium.*
8 *Præsumptio iuris & de iure, procedit secundum veritatem.*
9 *Præsumptio iuris & de iure, manifestam inducit probationem, & de iure.*
10 *Præsumptio iuris, dicitur indubitata probatio, ita lege disponente.*
11 *Præsumptio iuris, dicitur propria probatio.*
12 *Præsumptio iuris & de iure, comprehenditur in dispositione requirente probationem per modum conditionis.*
13 *Præsumptio iuris dicitur legitima probatio, & manifesta veritas.*
14 *Præsumptio iuris, quomodo sumatur.*
15 *Præsumptio iuris, vocatur necessaria.*
16 *Ex lacte in mammis, præsumitur mulier corrupta.*
17 *Probatio indirecta admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*
18 *Quomodo probandum contra quatuor casus confidentiales positos per Pium V.*
19 *Quomodo probatur, quod quis non possidet.*
20 *Admittitur probatio contra instrumentum, quod non sit publicum, sed simulatum.*
21 *Indirecte aliquando conceditur, quod directè negatur.*
22 *Indirecta probatio contra præsumptiones iuris & de iure, probatur per duos testes.*
23 *Vbi requiruntur instrumenta, admittuntur etiam testes, valde, & multum legales.*
24 *Ob honestatem personæ admittitur probatio contra præsumptionem directam iuris & de iure.*
25 *Quinque testes requiruntur contra probationem iuris & de iure.*
26 *Confessio admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*
27 *Notorium admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.*

SEptuagesimosextò. Quæro, an contra quatuor casus Confidentiales propositos à Pio V. in sua Constitutione, in §. Quare nos volentes, vsque ad §. probandum, admittatur probatio in Contrarium? Negatiuè † est respondendum. 1

Primò, quia in dictis casibus illis concurrentibus Pius V. induxit firmum † ius, quod habuit pro veritate, 2 iuxta ea, quæ tradit Bald. in leg. siue possideris, numer. 6. Cod. de probat. Fel. in cap. quanto, numer. 3. de præsump. Roman. in leg. si duo, numer. 8. ff. de acq. hæred. Præpos. in cap. is qui fidem, colum. 3. & 4. de sponsa. & colligitur ex traditis per Abb. Imol. Dec. & Fel. in rubr. ex de confitt. Sed contra Principis ordinationem, † & mandatum 3 non admittitur probatio in contrarium, vt tradunt, DD. in leg. rescripta, Cod. de precib. Imp. off. Card. Iacobat. de Conc. libr. 7. art. 7. numer. 29. Bartol. in proœm. ff. & in l. 2. §. si quis a Principe, ff. ne quid in loco publ.

Lex enim quamtumuis dura † seruanda est, leg. 4 prospexit, ff. qui & à quibus, cap. in illis, dist. 4. Natt. consil. 480. numer. 9. & præsumitur iusta, ac cum causa lata.

Et contra veritatem † non admittitur probatio 5 vulgaris iuribus.

Secundò, quia prædicti quatuor casus confidentiales possunt appellari quatuor præsumptiones iuris, & de iure, cum Pius V. illos firmet, & statuat, ex præsumptionibus habentibus ortum ab humanis principiis. Nam præsumptio iuris & de iure, † si credimus Bal. in 6 rub. Cod. de prob. numer. 4. est animi legislatoris applicatio ad verisimile, confirmata sanctione, Curt. Iun. consil. 4. numer. 15. & consi. 50. numer. 15. & idem Bald. in l. ea quidem, numero sexto, Cod. de accusat. est status à iure promulgatus ex indubia coniectura, ex leg. cum ostendimus, §. vltim. ff. de fideiussor. tut. DD. omnes in rub. extr. de probat. ac Alc. in tract. præsumpt. part. 2. in prælud. numer. 3. est dispositio legis aliquid præsumentis, & super præsumpto tanquam sibi comperto, statuentis, ex cap. is qui fidem de spons. faciunt tradita per Fel. in c. quanto, col. 2. de præsumpt. post Abb. & alios: sed vulgatum, & receptum est contra præsumptionem † iu- 7 ris, & de iure non admitti probationem in contrarium: Ergo & neque contra prædictos quatuor casus, minorem propositionem recipiunt omnes DD. in l. vlt. in pr. in verbo, præsumptionem, ff quod metus causa, Gl. in c. sertum, dist. 50. & in c. fraternitatem, dist. 54. Abb. Anto. de Butr. Ancb. Fel. Præpos. numer. 8. & alij omnes in c. is qui fidem, de spons. Sal. in rub. Cod. de prob. Cæpoll. de simul. contract. num. 17. Cur. Iun. consil. 50. numer. 5. Vital. de Camban de claus. vers. restat vt videamus, nu. 1. Guid. Pap. de præsumpt. vers. quia, numer. 8. & probat ex pluribus testibus Menoch. de præsump. libr. 1. quæst. 60. prope finem.

Præsumptio enim iuris, & de † iure procedit 8 secundum veritatem, l. vlt. ff. de eo, quod metus causa, l. siue possidetis, Cod. de probat. Menoch. de præsumpt. libr. 1. præsumpt. 47. numer. 5. Et propterea manifestè, & liquidè apparere dicitur, quod apparet † præsumptione 9 prædicta, leg. si locuples, ff. de manumiss. testament. leg. licèt Imperator, ff. de leg. 1. & ideò dicitur † indubitata 10

QVÆSTIO LXXVII.

Contra quatuor coniecturas positas in constitutione Pij V. an admittatur probatio, & qualis.

SVMMARIVM.

1 *Coniecture legis est liquidissima probatio.*
2 *Contra præsumptionem iuris non admittitur probatio in contrarium.*
3 *Præsumptio iuris quæ.*
4 *Coniectura etiam est præsumptio.*
5 *Vbi lex requirit probationem instrumentalem sufficiunt coniectura legis.*
6 *Coniectura legis probat delictum.*
7 *Coniectura habet locum etiam in materia correctoria.*
8 *Contra coniecturas positas in constitutione Pij V. admittitur probatio in contrarium.*
9 *Quod ex coniectura capitur non propositione sumitur.*
10 *Coniectura iuris versantur circa rem dubiam.*
11 *Præsumptio circa quid versetur.*
12 *Præsumptio iuris quid.*
13 *Præsumptio iuris à quibus habeat ortum.*
14 *Contra iuris præsumptionem quando admittatur probatio, & n. 17.*
15 *Vbi offertur vnica sententia probationes debent esse aperta.*
16 *Coniectura legis non est veritas.*
18 *Contra præsumptionem iuris, & de iure in pluribus casibus admittitur probatio.*
19 *Probatio in contrarium tollit præsumptionem.*
20 *Veritas in probationibus.*
21 *Probatio per testes prævalet aliis.*
22 *Præsumptio validior tollit minus validam.*
23 *Coniectura fortior tollit minus fortem.*
24 *Indicium efficacius tollit minus efficax.*
25 *Duæ præsumptiones tollunt vnam.*
26 *Et vna efficax tollit plures.*
27 *Præsumptio legis tollitur per præsumptionem hominis.*
28 *Probatio contra præsumptionem iuris debet esse sufficiens.*
29 *Debet probari per tres testes.*
30 *In ore duorum omne verbum.*
31 *Præsumptio legis habetur pro veritate vbi contrarium non probatur.*
32 *Natura præsumptionis vt reijciet probandi onus in aduersarium.*
33 *Præsumptio iuris dicitur legitima probatio.*
34 *Lex requirens probationem admittit præsumptionem iuris.*
35 *Præsumptio prævalet proprietati sermonis.*

SEptuagesimoseptimò quæro. An contra quatuor
coniecturas positas in §. *ad probandum verò*, in
dicta Constitutione Pij V. ex quibus præsumitur
confidentia, admittatur probatio in contrarium.

Pro negatiua facit primò. Quia coniecturæ legis vt
1 sunt prædictæ, † liquidissimæ probationes sunt, leg. si locuples, ff. de manumiss. testam. in fin. ibi, apertissimè, Sebast. Sapia, in repet. leg. primæ, numer. 101. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. & habentur loco plenæ probationis, Ias. in leg. si quis ex argentariis, §. Prætor, colum. 3. ff. de edend. Ias. in rep. leg. non dubium, numer. 7. ff. de leg. Mascard. de probat. tom. 1. in pr. q. 14. nu. 13. & communiter DD.
2 Secundò. Quia contra † præsumptionem iuris non
admittitur probatio in contrarium, l. antiquæ, C. ad Vel-
lei. l. vlt. C. ad Maced. l. à Diuo Pio, §. si pignora, ff. de re
iud. Soc. in fall. regu. 384. communis opinio teste Mascar.
de prob. tom. 1. in princ. quæst. 10. num. 49. Iacob. Nouel.
in reg. 160. & præsumptio iuris illa † vocatur, quando 3
lex aliquid de aliquo præsumit, l. siue possidetis, Co. de
probat. l. prima, C. ad exhib. l. Quintus Mutius, ff. de dona. inter vir. & vxor. l. pactum, ff. de pact. Bart. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. Abb. in cap. is qui, de sponsal. & ta-
men † coniectura etiam est præsumptio, Bald. in l. si con- 4
stante, §. si maritus, in fi. ff. sol. matr. Corn. cons. 329. n. 38.
vol. 1. Fel. in c. si autem, num. 3. de rescr. Hinc coniecturæ
positæ à lege sufficiunt etiam in casibus, in quibus † lex 5
requirit probationem instrumentalem, leg. quæcumque,
iuncta, l. C. de apoch. publ. lib. 10. Bald. in l. 1. C. de fidei-
com. Hinc etiam huiusmodi coniecturæ probant † deli- 6
ctum Bal. cons. 364. quinta quæstio lib. 3. Oldr. cons. 192.
viso diligenter, Crau. cons. 6. n. 42. & procedere in ma-
teria pœnali, & correctoria † scribunt Bar. & Alex. in l. 1. 7
ff. de l. 1. Fulgos. in l. 1. C. de testam. milit.

His tamen non obstantibus, † contraria opinio est 8
verior & communiter recepta in praxi vt videmus tota die, & in terminis firmauit Gabr. cons. 172. numero 9. & numero 12. libro 2. & fuit dictum in Rota in vna Cosentin. prætensæ confidentiæ, die Lunæ 4. Februarij 1591. coram R. P. D. Orano, dum Domini concluserunt, coniecturas positas in d. Constitutione Pij V non concludere necessariò, vt ex illis constet commissum fuisse delictum confidentiæ & simoniæ, sed ex vna illarum elicitur præsumptio ex qua, pluribus aliis coniecturis concurrentibus, vult Pius V. delicti commissi resultare probationem, & fuit resolutum in illa Brixiens. prætensæ confidentiæ 5. Iunij 1591. coram R. P. D. Pegna, vbi in specie fuit dictum & conclusum, coniecturam illam perceptionis fructuum cessare ex probatione, quod ex alia causa fuerint fructus percepti, & fuit dictum illas coniecturas non esse præsumptiones iuris & de iu-
re: Nam, quod ex † coniectura capitur, non propriè 9
sumitur, vt dicit text. in leg. prima, ff. si tab. testam. Rom. in leg. si cum dotem, in princ. numer. 47. ff. solu. matr. Cur. sen. cons. 78. numer. 9. vbi dicit illum textum aureum, Lanc. Dec. in leg. omnes populi, numer. 7. ff. de Iust. & iur. est etiam tex. in cap. ad Apostolicam, in verbo, indirectè de his quæ fiunt à Prælatis sin. cons. cap. &
receptum est coniecturas iuris † versari circa rem du- 10
biam, quæ esse, vel non esse potest, Bald. in rubr. Cod. de probat. & propterea dicit Mar. Salomon. in leg. Gallus,
§. quidam rectè, n. 32. Cod. de lib. & posth. præsumptio † 11
versatur circa id quod est gestum, sed ignoratur, qualiter fuerit gestum.

Præsumptio enim iuris † est illa, cùm aliquibus posi- 12
tis verisimiliter, ac ita probabiliter, non autem necessariò sequitur quod intendimus, vt Fabius libro 5. inst. Orat. c. 9. tradit, quem ad hoc refert, & sequitur Menoc. de præsum. lib. 1. qu. 4. nu. 1. & ideò dicit Bal. in rub. C. de probat. nu. 4. Præsumptio iuris est animi legislatoris ad verisimile applicatio, onus probandi transferens & itidem Bal. in l. ea quidem, nu. 5. Co. de accus. dicit, est quædam coniectura, sufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur, credenda, l. iuris gentium, §. quod fere, de pact. l. prima, C. de contr. & commit. stipul. & Alc. de præsump. 3. part. in prælu. num. 1. inquit Præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto pro veritate habetur, sequitur Simanc. lib. Cath. institut. titul. 50. numer. 6. Ac Salicetus in Rubr. Cod. de proba. scriptum reliquit, præsumptionem iuris esse animi publicationem quandam ad alteram partium quem sequutus est Gul. Maynerius in leg. in obscuris, numer. 4. ff. de regul. iur. & faciunt exempla quæ colliguntur ex cap. tuam, de probat. leg. filium, ff. de his qui sunt sui. vel ali. iur. leg. si chirographum, ff. de probat. & hæc
præsumptio iuris ortum habet † in probabilibus vt Me- 13
noch. dict. quæst. 4. ostendit, & quæst. 7. in principio. Accedit, quia hoc suadet iuris naturalis ratio, vt possit accusatus, vel inquisitus de hoc crimine se defendere
& tali casu admitti † probationem, etiam contra iuris 14

q 2

Digitized by Google

præsumptionem scribit, Iac. Butr. in leg. siue possidetis,
Cod. de proba. Soc. Sen. d. regul. 384. fall. 6. Eoque magis
cùm agatur inter Clericos, & sic inter honestas perso-
nas, quo casu admitti respondit Dec. cons. 575. colo. 2. io
princ. n. 6. quem sequitur Alber. cons. 95. n. 9. eo etiam ma-
15 gis, quia vnica fertur sententia in hoc crimine, † ad tra-
dita per Gem. in c. Ordinarij in verbo, liberè, de off. ord.
in 6. Fel. quem refert Masc. de proba. tom. 1. in pr. qu. 10.
num. 66.

Ad argumenta in contrarium adducta respondendum
est: & non obstat primum quia verum est coniecturas
legis esse proprias probationes, & liquidissimas, sed
16 consequentia non valet vt coniectura legis † sit veritas
vt egregiè scriptum reliquit, Corn. cons. 185. nu. 6. vol. 2.
& non admittat probationem in contrarium Masc. loc.
cit. q. 14. n. 10. in fi.

Ad secundum respondetur, quòd magis communis
opinio est, vt coniectura, & præsumptio iuris admittat
17 † probationem in contrarium vt patet ex his, quæ scri-
bit Masc. loc. alleg. quæst. 10. colu. 4. 5. ac 6. tradit Spec.
in tit. de præsumpt. §. species sub numer. 4. versicul Nam
contra DD. in c. proposuisti, de probat. & eodem loco
Mascard. num. 48. explicat, quæ dicatur præsumptio iuris
& de iure, & hanc esse communem sententiam attesta-
tur Menoch. de præsu. quæst. 31. nu. 2. Accedit quia etiam
18 & contra præsumptionem iuris, & de iure in pluribus †
casibus admittitur probatio & exemplum in probatio-
ne per confessionem, Ias. in leg. cùm te, numer. 7. Cod. de
transact. Com. cons. 39. colum. vlt. libr. 4. Dec. in rubr. de
probat. numer. 160. & numer. 161. exemplum etiam in rei
euidentia, in Notorio, Roma. cons. 350. colu. 8. cum alijs,
vt per Fel. in cap. Quanto, de præsumpt. & in his, quæ à
patris consensu pendent, & lex eius consensum non
perpendat, vt in matrimonio, Abb. & alij in cap.
is qui fidem, de sponsal. Felin. loco citato, Alc.
quem refert, & sequitur Mascard. quæst. 10. nume-
ro 54. vbi etiam alias adducit limitationes, & de-
clarationes.

Concludendum est igitur, contra coniecturas confi-
dentiales positas in Constitutione Pij V. admitti proba-
tionem in contrarium, & ita communiter seruatur, ac
practicatur tota die, & tenetur per omnes.

19 Concludendum est quoque, ipsam † probationem fa-
ctam in contrarium tollere, & perimere coniecturas
prædictas, vt voluerunt Abb. in cons. 61. colum. vlt. ver-
sicu. Item antiquitas, libro primo, Dec. in leg. prima, nu-
mero 68. versicu. & prædicta, in 3. lectu. ff. si certum pe-
tatur. & consil. 400. numer. 8. Crauet. de antiqu. temp. in
3. parte princ. in principio, numero 28 & consil. 258. nu-
mer. 13. & est ratio, quia, quod probationibus constat,
20 † dicitur ipsa veritas, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff.
de leg. tertio, leg. continuus, §. cum ita, ff de verb. oblig.
sed veritas semper præualet, leg. penult. §. mulier, ff. de
probat. Bald. in leg. filium, in prima lectura, numer. 4. ff.
de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Card. Paris. consi. 29. nu-
mer. 82. libro 7. Ergo: idque eò magis quia fides, quæ à
probatione prouenit, dicitur magis certa, & hac ratio-
21 ne † debet præualere, Roman consil. 156. numer. 4. Soc.
Sen. cons. 270. colum. 2. libr. 2. & consi. 67. numer. 2. libr.
3. Paris. cons. 29. numer. 85. volum. 2. & expressè hoc col-
ligitur ex leg. vlt. Cod. si minor se maio. dix. ex leg. vlt.
in principio, ff. eod. & leg. si chirographum, ac leg. cum
de indebito, ff. de probat. leg. nuptura, in fin. ff. de iur. dot.
cap. is qui fidem, de sponsal. eo modo, vt indocit Meno-
ch. tractat. de præsumpt. libro primo, quæst. 31. numer.
7. & 8. cum seqn. Quod comprobatur etiam, quia, si præ-
22 sumptio validior tollit † minus validam, leg. Diuus, ff.
de in integr. restitut. & ibi Gloss. leg. non solùm, ff. de ri-
tu. nuptia. leg. mare, Cod. de calumniat. cap. ex transmis-
sa qui filij sint legit. Bald. in rub. extra, de præsumpt. nu-
mero primo, Salicet. in leg. prima, in fin. Cod. qui aduer-
23 sus quos, & coniectora † fortior tollit minus fortem,
leg. quia autem, §. non simpliciter, ff. si quis omiss. causa
testam. Bald. consi. 301. libr. 2. Fulgo. cons. 173. Et indi-
24 cium efficacius tollit minus † efficax Bartol. in leg. pri-
ma, §. primo, ff. de quæst. Paris. consil. 153. numer. 54. libr.
4. Gramm. vot. 3. num. 15. & hac ratione duæ † præsum- 25
ptiones tollunt vnam, Bald. in leg. non ignorat, nume. 5.
Cod. qui accusa. non poss. Alexan. consil. 30. nu. 12. libr. 7.
Dec. consi. 470. n. 10. & consi. 619. col. vlt. Crauet. consil.
149. numer. 17. Natt. consi. 29. num. 14. libr. primo, & vna
efficax † tollit plures, quæ infirmiores, & debiles essent, 16
Paris. consil. 10. numer. 25. & consil. 11. numer. 26. & con-
sil. 29. numer. 84. volum. secundo. Ergo & huiusmodi
probatio.

Accedat, quia præsumptio † legis tollitur per præ- 27
sumptionem hominis, Soc. Sen. in leg. cùm auus, nume-
ro 80. versicul. 12. ff. de cond. & demonstrat. post Bartol.
quem citat Ruin. cons. 39. numer. 10. & consi. 40. nume. 4.
libro primo, Soc. Iun. consi. 58. num. 7. lib. 1. Dec. cons. 15.
numer. 2.

Probatio tamen in contrarium debet esse sufficiens,
& aduertant patrocinantes, vt sit † validior, iuxta ea, 28
quæ habentur, in leg. vlt. in principio, & ibi, Bart. nume-
ro primo, ff. quod metus causa, Cur. Iun. in leg. prima, nu-
mer. 28. Cod qui admitti, & consi. 52. numer. 7. Alexand.
consil. 99. in fin. libr. 3. & vt sit probata per † tres testes 29
idoneos, Specul. in titul. de probat. §. vltim. versicul. vlt.
Alex. in leg. transactionem, numer. 3. Cod. de transact.
Ias. in leg. sciendum, numer. 10. ff. de verbor. oblig. licèt
secundum aliquos duo sufficiant, iuxta illud. In ore duo-
rum † vel trium stat omne verbum, c. cum esses, & c. re- 30
latum, de testam.

Et si contrarium non fuerit probatum, quod lex
præsumit in istis quatuor coniecturis, habetur pro veri-
tate, † vt fuerit admissa confidentia, iuxta ea, quæ scri- 31
bunt Cald. consil. 5. de probat. Guid. Pap. tractat. de præ-
sumpt. numer. 61. Oldrad. consil 261. Nam hæc est natu-
ra præsumptionis iuris, vt reijciat probandi onus in † 32
aduersarium, leg. generaliter, §. si petitum, in fin. ff de fi-
dei. libert. leg. vlt. in principio, ff. de eo, quod met. causa,
leg. cum de indebito, in princ. ff de probat. leg. siue pos-
sidetis, Cod. eod. titul. cap. ex insinuatione, de procur. ca.
vnico, vt Eccles. benef. Dec. consil. 540. numer. 11. Fel. in
cap. super his, numer. 16. de accusat. Ceph. consil. 138 nu-
mer. 18. Crau. de antiq. temp. part. 1. princ. p. 11. nume. 16.
Nec mirum, quia præsumptio iuris † dicitur vera, & 33
propria probatio, Abb. in cap. veniens, el 2. n. 6. de spon-
sa. Aret. in rub extra, de probat. nom. 7. & ibi Dec. nu. 13.
Ber. num. 55 Bal. in l. 1. n. 18. Cod. de fideic. Ias. in leg. licèt
Imper. n. 13. ff. de leg. 1. Card. Paris. cons. 80. n. 15. & consi.
97. nu. 7. vol. 1. Grat. cons. 54. n. 52. lib. 1. quam conclusio-
nem plurib. exemplis comprobat Menoc. de præsumpt.
lib. 1. q. 36. num 4. cum seq. Et ideò continetur sub dis-
positione legis requirentis † probationes, Ro. in leg. 1. 34
num. 7. C. de testam mil. Etiam in vim conditionis, Bald.
in l. id quod pauperibus, n. 24. Co. de Episc. & Cler. Dec.
d. rub de proba. n. 13 & in l. qui accusare, in fi. C. de eden.
de qua re latè Menoc. d. tra. q. 37. & 38. libr. 1. Hinc dicunt
DD. præsumptionem † præualere proprietati sermo- 35
nis, Bald. cons. 452. statuto, col. vlt. vers. ad vlt. lib. 1. Ang.
cons. 161 col. 3 Alex. cons. 55. nu. 8. libr. 3. Cian. cons. 161.
numer. 13.

Quæst. 77. His tamen non obstantibus contraria opinio
est verior.

¶ LIcet contrà quatuor casus confidentiales in con-
stit. Pij V. positos non possit probatio admitti, vt
superiori quæst. dictum fuit, tamen aduersus quatuor con-
iecturas, ibid. expressas admittitur: Ratio differentiæ est,
quia casus huiusmodi sunt præsumptiones iuris. & de iu-
re: cum in illis nedum lex præsumat, sed etiam super fa-
cto præsumpto statuat, quod est proprium præsumptionis
iuris & de iure, Masc. de probat. conclus. 1227. numero 51.
quæ omnem in contrarium probationem excludit, Gloss. in
leg. vltim. in verb. præsumptioni ff. quod met. caus. conie-
cturæ verò sunt quidem iuris: quia lex illas inducit &
ex his factum præsumit, non tamen sunt de iure: quamuis
vtrasque confundat Gloss. in cap. is qui. de sponsal. quia
lex nihil statuit super singulis, sed tantum ex pluribus

inducit probationem coniecturalem, & præsumptiuam, quæ contrariam non excludit, vt patet in l. si chyrographum, & in l. cum de indebito. ff. de probat, in l. Labeo, in l. postquam de pact. l. vlt. ff. quod metus caus. & l. siue possidetis, Cod. de probat. & probatio huiusmodi dicitur liquida donec contrarium probetur, Mascard. ibid. num. 93. nedum simpliciter, sed etiam apertissimè, & efficaciori probatione: huiusmodi enim præsumptioni debet aduersa pars apertissimas probationes opponere inquit textus in d. l. vlt. in princ. ff quod metus caus. alias damnabitur: quia in probatione deficit, cap. inter in fine de purgat. canonic. licet lex absentem. ff. de pœnis neminem velit ex suspicionibus damnari, & satius esse dicat impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem condemnari: quia intelligenda est de coniecturis hominis, & non legis vt obseruat Gloss.

QVÆSTIO LXXVIII.

In confidentia an detur remissoria.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria pro examinandis testibus, quando detur.*
2 *Non debet dari materia calumniandi.*
3 *Remissoria non datur in prima instantia.*
4 *In secunda instantia remissoria quando detur.*
5 *In simonia non datur remissoria.*
6 *Ad probandum delictum non datur remissoria.*
7 *Ad probandum attentata non datur remissoria.*
8 *In iudicio confidentiæ datur remissoria.*
9 *Causa confidentiæ est profana.*
10 *In causis profanis conceditur remissoria.*
11 *Sine fumo datur remissoria in profanis.*
12 *Stylus quid in remissorijs.*
13 *Stylus stricti iuris est.*
14 *Stylus non excedit terminos.*
15 *Seruatur ius commune, vbi stylus non intrat.*
16 *Compulsoriales dantur ad probandum attentata.*
17 *Ex impedimento conceditur remissoria, vbi aliàs non datur.*
18 *Et propter columniam in his casibus conceditur.*
19 *Frustra datur, quod non releuat.*
20 *Post rem iudicatam remissoria nunquam conceditur.*
21 *Res iudicata imponit finem litibus.*
22 *Ad purgandam innocentiam, quando remissoria detur.*
23 *Remissoria solet dari cum rotulo in forma.*
24 *Et quid aliud seruetur.*

SEptuagesimo octauò quæro, An in iudicio confidentiæ detur remissoria in partibus ad examinandum testes?

Pro negatiua adducitur stylus Curiæ Romanæ, vt
non dentur remissoriæ pro examinandis testibus in
1 partibus subditis, † vel forsitan in regione aliena, Rot.
decisio. 10. nota. de appellat. in ant. Rot. decis. 7. de
2 appellat. eo. libr. ne detur materia † calumniandi, &
lites prorogandi. Addentes ad decisio. 4. Rot. vt lit.
penden. in nou. quod elicitur ex iure communi; ex
auth. apud eloquentissimum, C. de fid. Instrum. Felin.
in cap. cum causam, de testibus, Rot. decisio. 3. de offic.
delegat. in nou. cum aliis, vt per Fran. Hercul. de
attent. cap. 16. colum. prima, Vestr. in praxi. Rom.
Cur. libr. 6. cap vlt. num. 1. Cassad. decisio. 4. de delation.
in principio, & ita fuit resolutum in vna Calaguritan.
coram R. P. Dom. Robusterio 11. Aprilis 1527. & est
communis opinio, vt per Lancellot. de attent. 2. part.
c. 26. num. 109.

Secundò, affertur recepta conclusio etiam in praxi
3 remissoriam non dari, quando sumus † in prima instantia
in beneficialibus, vt per Put. decis. 54. num. 3. libr. 1.
4 neque etiam in secunda † instantia dari fuit resolutum
in vna Legionen. Archidiaconatus, 11. Nouembris 1540.
teste Put. decis. 45. libr. primo, sed in crimine confidentiæ,
non datur appellatio, & sic vnica est instantia, ergo
in eo non datur remissoria.

Tertiò, Quia † pro simonia non datur remissoria, vt 5
fuit resolutum in vna Mediolanen. Præpositurę coram
Cardinali sanctæ Crucis, 11. Ianuarij 1555. & coram
eodem 21. Nouembris 1558. fuit resolutum, non
esse dandam remissoriam in partibus ad recognoscendum
apocham simoniacam, quæ per vnum testem tantum
est recognita, vt habetur libr. diuers. decis. 142.
in manuscript. & habetur per Cassador. decis. 3. & 4.
de dilat. Ioan. Paul. decisio. 123. Crescent. decisio.
132. in manuscr.

Et in his terminis simoniæ, vt non detur remissoria,
fuit etiam resolutum in vna Tullen. Canonicatus coram
D. Decano 18. Ianuarij 1553. teste Caputaque. decis. 62
part. 3. quia datetur † ad probandum delictum si- 6
moniæ, ad quod non solet dari, & tamen confidentia est
species simoniæ.

Et non dari remissoriam ad probandum † attentata 7
fuit pluries resolutum in Rota, etiam si constaret de fumo
attentatorum, in vna Oximen. Archipresbyteratus
coram Dom. Antonio Augustin. sub die 19. Decembris
1545. & 26. Martij 1546. teste eodem Augustin. decisi.
4. incip. fuit dubitatum.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est
verior & in praxi obseruata, vt in iudicio confiden-
tiæ † detur remissoria in partibus ad examinandum te- 8
stes, quam primò probo, quia causa confidentiæ, est
profana, vt † fuit resolutum bis in Rota, teste Cott. 9
decisio. 387. in manuscript. sed in † causis profanis con- 10
ceditur remissoria etiam in prima instantia, vt fuit re-
solutum in vna Gerunden. prætensæ priuationis regres-
sus, coram Accorambono die 15. Ianuarij 1552. teste
Cott. d. decis. 387.

Et est regulare, vt † detur in profanis remissoria in 11
qualibet instantia, etiam sine fumo, vt fuit pluries
resolutum in Rota in vna Oueten. Abbatissatus de
Oleto, coram Dom. Montisflascon. die Mercurij, 26.
Octobris 1552. & in vna Valentin. subsidiorum coram
D. Capisucco Veneris 7. Aprilis 1552. teste Caputaq. de-
cis. 68. par. 3. & coram Mohedan. 11. Nouembris 1542. te-
ste Put. decis. 201. lib. 1.

Secundò, Quia quòd non detur remissoria, † proce- 12
dit de stylo, vt notabiliter explicat Lancellot. d. cap. 26.
n. 134. cùm de iure secus sit, Cassador. decis. 4. num. 2. &
seq. de dilat. vbi hoc egregiè probat, & præsertim quia
probandi facultas † non est coarctanda, sed amplianda: 13
stylus autem est stricti iuris, Fel. in cap. in nostra corol-
lat. 21. de rescr. Card. Paris. cons. 112. nu. 12. volu. 4. & non
excedit † terminos, Bald. cons. 275. colum. vlt. lib. 2. & 14
in l. vlt. C. com. ver. iud.

Ergo, cùm non reperiatur introductus in hoc iudicio
confidentiæ, seruabitur ius † commune, Bellame. decis. 15
66. & decis. 461. Dec. cons. 72. col. 2. circa medium, & in
simili casu scripsi in tracta. de resignat. benef. libr. 3. q. 18.
num. 75. 76. 77. cum seq.

Quibus stantibus, argumentum primum, in contrarium adductum remouetur.

Secundum etiam non obstat cùm hæc sit causa profana, vt concludit Rota.

Ad tertium respondetur, id esse ex stylo, qui cessat hoc casu, vt dictum est.

Ad quartum, & vltimum, eodem modo respon-
deo, illa conclusio limitatur pluribus modis, vt per
Lancellot. d. cap. 16. à num. 113. vsque ad num. 138. & per
Hercul. d. c. 16. & quandoque dantur compulsoriales
speciales ad partes, † ad probandum attentata, vt fuit 16
dictum in vna Asturicen. Abbatiæ, coram Gradino 18.
Ianuarij 1555.

His ergo solutis, concludendum est, remissoriam
dari in iudicio confidentiæ, & id vidi seruari, quod eo 17
magis procedit, cum testes essent in remotissimis regio-
nibus, ita vt, nisi cum maximo dispendio, ad locum
iudicij adduci possent, vel aliquo iusto impedimento

detinerentur ex morbo, aut aliàs: nam hoc casu con-
17 cedenda est remissoria, etiam in casibus, in quibus ex † stylo non solet concedi, Fel. in cap. cùm causa, num. 27. & 31. de testib. Beointend. decis. 74. num. 4. Cassad. decis. 4. de dilation. Menoch. de recuperan. poss. rem. 15. nume. 346. & 348. quæst. 25. & rem. 17. q 15. num. 46.

Et eò etiam magis huiusmodi conclusio procedit, cùm constat in petente calumniam abesse, nam hoc ca-
18 su † conceditur etiam in casibus, in quibus de stylo non solet concedi, Cassad. deci. 5. de sequestr. possess. & fruct. & faciunt, quæ scribit Caputaq. decis. 136. par. 1.

Prudens autem, & circumspectus iudex illam dabit,
19 cùm iudicauerit illam releuantem, quia † frustra expectatur probatio, quæ cùm probaretur non releuaret, Cassad. decis. 2. de dilat. Caputaq. decis. 68. & decis. 70. p. 3. Put. decis. 366. lib. 2. & fuit resolutum in vna Segobien. spolij beneficij coram Guidobono 27. Iunij 1552. teste Caputaq. decis. 66. parte 3. & in vna Pampilonen. Prioratus coram Puteo 1. Iunij 1551. teste Caput. dec. 60. p. 3. & hac ratione remissoria non conceditur post rem
20 † iudicatam, vt fuit resolutum in vna Toletan. Die 11. Maij 1551. coram Grass. teste Caputaque. decis. 51. par. 3.
21 quia per rem iudicatam est impositus finis † litibus, & probationes non sunt recipiendæ, cap. cum Bertoldus, de re iudic. & hoc eò maximè, cùm aliter veritas haberi non potest. Socin. Iunior cons. 90. nume. 4. volum. 2. Gabriel de Malcf. conclus. 25 num. 7. & cum agitur ad
22 purgandam innocentiam, nam tali casu, † remissoria, quæ non conceditur, in criminalibus regulariter datur. Abb. in cap. cùm causam, de testibus, colum. penult. Archidiacon. in cap. præsentium, §. testes, colum. penult. eod. titu. in 6. & ibi Gemin. in Gl. prima, datur vt innocentia purgetur, Salic. in Auth. apud eloquentissimum, prope fin. C. de fid. Instrum. Soc. Iun. cons. 60. num. 7. vol. 2. vel quia agitur de crimine ciuiliter, Soc. Iun. loc. citat. Gabriel d. conclus. 25. n. 12.

23 Et huiusmodi remissoria de stylo solet dari † cum rotolo in forma, iuxta ea, quæ habentur, in cap. præsentium, de testibus, libro 6. cap. forus, de verbor. significa. cap. venerabili, de testibus, vbi Abb. num. 2. & alij Docto. vbi destinatur Notarius ad recipiendum proba-
24 tiones, vel ad recognoscendum, † & ita vidisse obseruari attestatur Lancellot. dict. tracta. de attinn. d. cap. 26. numer. 137. & ita etiam vidi seruari à Iudice Confidentiarum ann. 1590. cum destinauit Notarium, in causa Cosentin. prætensæ confidentiæ ad Serenissimum Magnum Ducem Etruriæ ad iurandum, quasdam literas, & in eadem causa fuerunt datæ remissoriæ ad examinandum testes Cremonæ, & Cosentiæ, & ita communiter seruatur.

q. 78, num. 8. Vt in iudicio confidentiæ detur remissoria in partibus ad examinandum testes.

¶ Siue agatur ciuiliter siue criminaliter: quamuis enim non detur remissio de iure nisi in casibus ciuilibus, non autem in criminalibus, vt cauetur Nouel. 90 cap. & quoniam 6. & Auth. apud eloquentissimum, Cod. de fide instrum. hæc tamen distinctio non seruatur, Mynsinger cent. 3. obser. 40. saltem apud nos, vt quotidiana docet praxis.

QVÆSTIO LXXIX.

Quis possit cognoscere, de causis confidentialibus, & an Episcopi possint.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi sunt Ordinarij in eorum diœcesibus.*
2 *Possunt omnia crimina cognoscere.*
3 *Abbates sunt Ordinarij.*
4 *Auditor Cameræ est Ordinarius.*
5 *Mandatum videtur datum Iudicibus, qui habent facultatem.*
6 *Cum non est reseruata Papæ potestas, videtur concessa Episcopis.*
7 *Verba referuntur ad intellectum iuris.*
8 *Pius V. sibi reseruauit cognitionem causarum confidentialium.*
9 *Ex qua causa.*
10 *Delicta non debent remanere impunita.*
11 *Per delictum offenditur Deus, & Respublica.*
12 *Parum est iura condere, nisi debitæ mandentur executioni.*
13 *Idem Pius V. restrinxit dictam auocationem.*
14 *Quibus commiserit huiusmodi causas Pius V.*
15 *Sixtus Quintus erexit officium causarum confidentialium.*
16 *Confidentia solet committi inter potentes viros.*
17 *Iustitia debet ministrari æqua lance.*
18 *Iudex est in executionem iuris.*
19 *In causis reseruatis Ordinarij nulliter procedunt.*
20 *Sententia lata in causis reseruatis est nulla.*
21 *Per reseruationem limitatur Ordinarij iurisdictio.*
22 *Iurisdictio est fundamentum iudicij.*
23 *Iudicatum non dicitur, quod factum fuit ab eo, qui non habet potestatem.*
24 *Nullitas ex defectu iurisdictionis reputatur insanabilis.*
25 *Statutum reijciens nullitatem non comprehendit hanc ex defectu iurisdictionis.*
26 *Vltima ostendenda.*
27 *Lex vltimo seruanda.*
28 *Vnius inclusio est alterius exclusio.*
29 *Inferior non potest se intromittere vbi Papa ponit manus.*
30 *Episcopi, & alij Ordinarij possunt cognoscere in causis confidentialibus.*
31 *Relaxata prohibitione actus potest fieri.*
32 *Fauorabilis iudicatur reductio ad ius commune.*
33 *Exceptio format regulam in casibus non exceptuatis.*
34 *Intellectus ad vitandam correctionem recipiendus.*
35 *Odiosa quatenus loquuntur intelligenda.*
36 *Relatum in referente.*
37 *Cum eisdem qualitatibus.*
38 *Relatio nunquam ad inutilia.*
39 *Generalis dispositio nunquam refertur ad contraria.*
40 *Lex intelligenda, vt alteri non præiudicet.*
41 *Iurisdictio censetur concessa cumulatiuè, & non priuatiuè.*
42 *Ac etiam per consuetudinem.*
43 *Princeps concedens Iurisdictionem alicui non videtur derogare iurisdictioni Ordinarij.*
44 *Etiam si concessio sit facta per dictionem taxatiuam.*
45 *Iurisdictioni Ciuitatis non censetur derogatum per deputationes alterius officialis.*
46 *Per deputationem alicuius visitatoris non prohibentur Episcopis visitare.*
47 *Causæ confidentiariæ, vt plurimum solent in Vrbe tractari.*
48 *In causa confidentiali solet dari adiunctus.*

SEptuagesimonono quæro, Quis cognoscat de confidentiis beneficialibus? Attento iure communi, esset respondendum, Ordinarios iudices, † vt sunt 1
Episcopi in eorum Diœcesibus, cap. cum Episcopis, de off. ord. lib. 6. c. decretum, 10. q. 1. c. omnes, 16. quæ. 7. c. perlectis, 25. dist. qui habent fundatam intentionem inquirendi, † cognoscendi, & puniendi omnia, & quæ- 2
cumque crimina, vt dicit Summ. Pont. in c. 1. de off. ord. vbi Abb. & alij omnes hoc notant, Gl. in cap. peruenit, dist. 95. Dec. in c. post cessionem, colum. 1. de probat. Bertachin. in tract. de Episc. par. 2. numero 89. quæst. 35. Corrad. in templ. omnium Iud. lib. 2. c. 5. §. 4. de dignitate, & potentia Episcopi, num. 4. cum seq. Burs. cons. 405. num. 1. & 2. volum. 4. Abbates, † & alij inferiores ordi- 3
narij in eorum iurisdictionib. tex. cum gl. in c. ordinarij

verbo, locorum, de off. iud. in 6. Gloss. io c. quan-
quam in verbo, loco oidinario de vsur. lib. 6. Glo. in
cle. 1. de sequestr. poss. & fruc. oot. in c. cum con-
tiogat, de off. or.

Ac iudices Ordinarij, existentes io Rom. Curia qua-
4 les suot † Audit. Cameræ, & alij, vt per Host. in sum.
de off. ord. post principium, §. quis possit esse Ordina-
rius, Arch. in c. experientiæ, post medium. 11 q. 1. Gl. 1. in
Clem. Auditor, & ibi Card. Zabar. nu. 5. Bonif. de Vitall.
nu. 25. de rescr. Maodos. in Gl. facult. §. sanè in verbo ge-
neralis, & in reg. 7. Cancellariæ, q. 2. col. 4. & io tract.
de Monit. q. 44.

Idque etiam procedit, attenta Constitutione Pij
Quarti prohibentis, hoc crimen, namque videtur man-
5 dare his iudicibus, qui de iure habent † hanc faculta-
tem, iuxta ea quæ habentur, io l. Gallus, §. quidam
rectè, ff. de liber. & posthum. cum in eius constitutione
6 sibi non reseruauerit cognitionem, † & dictarum li-
terarum executionem, Doct. omnes in cap. at si clerici,
§. de adulteriis, de iudic. & verba generalia referuntur
7 ad † intellectum iuris, & de his intelliguntur, cap. 2. de
Bigam. Baldus, in l. apertissimum, C. de iudic. Dec. d. §.
de adulteriis, num. 41.

Sed Pius V. per eius Constitutionem, 52. incip. *Licèt
felic. recor.* anno secundo, anocauit ad se omnes causas
8 † confidentiarum beneficialium, & earundem cognitio-
nem & literarum Pij IV. executionem sibi, & successo-
ribus reseruauit, etiam contra, quoscumque Cardina-
les, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios
quoscumque motas, pendentes, & mouendas coram
quibuscumque iudicibus, etiam ad hoc specialiter de-
legatis, etiam Auditorib. Rotæ, & S.R.E. Cardinalibus,
cuius Constitutionis tenorem habes in Bullario folio
1007. vbi potes videre.

Et ratio huius auocationis ponitur in d. Constitutio-
9 ne in §. tamen, pro eo, quia istæ confidentiæ, † vt plu-
rimum inter Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, &
alios potentes viros committuntur, quibus pro eorum
dignitatibus, gradibus, & officiis, aut potentia infe-
riores Iudices respectum habent, & ob eandem ratio-
nem noo reperiuntur instigatores & accusatores, qui
velint propalare iustitiam desuper exhibendam, & mi-
10 nistrandam, ex quo delictum remanet † impunitum,
contra l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. vbi Bald. dicebat,
publicæ disciplinæ fauorem dictare ac suadere, vt deli-
cta perpetrata puniantur, l. licitatio, §. quod illicitè, ff.
de public. & vectiga. l. capitalium, ff. de pœn. capit. vt
famæ, de seotent. excommun. & ratione posita in leg.
prima, Cod. ad leg. Iul. repetund. quem textum au-
reum appellat. Iodocus in prax. crimin. io procem. nu-
mero 9. & habetur per Marian. Soc. Sen. in cap. veniens,
numero 587. de accusa. nam non solùm Deus, sed etiam
11 Respubl. offenditur † per delictum l. si quis ingenuum,
§. io ciuilibus, ff. de capt. & postlim. reuer. Mar. Anton.
Blanc. in praxi crimin. §. datis defensionibus, num. 44.
12 & parum est iura condere, nisi debitæ mandentur † exe-
quutioni, ad not. in l. 2. ff. de orig iur. Soc. in l. si filius,
num. 7. ff. de lib. & post. Cardin. Paris. consil. 104. numer.
69. vol. 1. Cephal. consi. 136. num. 18. lib. 1. Ruin. consi. 13
num. 17. vol. 2.

Idem Pius V. in Constitutione 87. relaxauit huius-
modi auocationem causarum confidentialium, & man-
dauit locorum Ordinariis, vt in suis Diœcesibus, &
13 locis exemptis † studiosè attendant, & io delinquen-
tes seuerè animaduertant. Quæ relaxatio fuit facta de
omnibus causis, præterquàm de pendentib. coram eo,
& de Consistorialibus contra Episcopos, Archiepisco-
pos, & Cardinales, in quibus etiam possunt inquirere,
& inquisitionem sigillo obsignatam ad Romanam Se-
dem transmittere, vt dicitor in §. Nos enim, & in §.
Quocirca.

Sed quia non poterat d. Pius V. huiusmodi causas
14 cognoscere, & decidere ob ardua, & grauissima † to-
tius Reipub. Christianæ negocia, ideò eas commisit
Onuphrio Cameræ Apostolicæ Præsidenti vsque ad sen-
tentiam exclusiuè, quam sibi, & successoribus reserua-
uit, vt patet in Motu proprio 158. incip. *Cum sicut ac-
cepimus*, cuius tenorem habes in Bullario fol. 1165.

Et cùm nec etiam posset audire relationem omnium
istarum causarum, & postea senteotiare, ideò idem Pius
V. ampliauit iurisdictionem prædicti iudicis, vt con-
iunctim cum alio possit omnes causas audire, & deci-
dere, etiam vsque ad sententiam inclusiuè, exceptis
causis contra Cardinalem, Patriarcham, Archiepisco-
pum, & Episcopum, vt patet in Motu proprio 159. in-
cip. Cum aliàs cuius etiam tenorem habes in Bullario,
fol. 1166. Et ita vsque ad annum 1586. fuit seruatum.
Namque à Sum. Pont. pro tempore existenti deputaba-
tur Prælatus doctus, & integerrimus, & inter alios à
Gregor. XIII. Fel. recor. fuit electus Illustrissimus, &
Reuerendissimus D. Benedictus Iustinianus nunc S.R.E.
Presbyter Cardinalis amplissimus, qui prudentia, in-
tegritate, legum, & literarum scientia, ac rerum agen-
darum experientia, & dexteritate nulli secundus Et quia
ita deputabatur secùdum facultates concessas per Pium
Quintum procedebat. Posteà verò Fel. recor. Sixtus
Quintus erexit † officium Auditoratus causarum con- 15
fidentialium, assignando Auditori decimam partem pro-
uentuum, eique concedendo familiaritatem, continuam-
que commensalitatem, & prælaturam domesticam &
facultatem procedendi contra omnes etiam Cardina-
les, & Auditorem constituit Reuerend. P. Do. Alexan-
drum Catalanum pro duobus millibus ducatis auri de
Camera, vt patet in constitutione eiusdem Sixti Quin-
ti, 51. incip. Diuina, ann. secundo, cuius tenorem habea
in Bullario. fol. 271. Quo auditore vita functo, deputa-
tus est R.P.D. Currusaureus.

Sed dubitari contingit, an hodiè Episcopi, & alij
Ordinarij possint huiusmodi causas confidentiales co-
gnoscere, & per sententiam diffinitiuam absolutoriam,
aut condemnatoriam illas terminare?

Pro negatiua, quam à multis vidi pertinaciter de-
fendi, Primò adducitur allegata Constitutio 52. Pij V.
incip. *Licèt Felic. record.* publicata ann. secundo, qua
omnes causas confidentiales inter quoscumque verteo-
tes, & vertendas cognitioni suæ, & successorum Rom.
Pontif. reseruat. & dicit, quod Pius IV. qui confiden-
tias prohibuit, debebat hoc facere, & affert tres ratio-
nes. Prima, Quia confidentiæ solent, vt plurimum
committi † inter potentes viros, & Prælatos in digni- 16
tate maxima constitutos, & S.R.E. Cardinales, quarum
personarum causæ, non possunt ab inferioribus iudici-
bus cognosci, nec expediri, quia dicti iudices his pro
eorum dignitatibus, gradibus, & officiis habent respe-
ctum, & propria iustitia non ministratur † æqua lance, 17
vt debet, cap. Deus noster, distinct. 13 Bald. io l. 2. Cod.
de sentent. ex breui. recit. & in l. 2. in 4. not. Cod. de
fideicomm. in † executionem iuris, l. ius autem, ff. de 18
leg. l. nam prætorium, ff. de iusti. & iur. capit. 1. de sen-
tent. & re iudic. cap. cum Ioan. de fid. Instr. cap. iudi-
cantem. 30. quæstio 5. l. 2. §. parum est condere, ff. de
iust. & iur. Secunda quia contra tales personas nullus
est, qui instigatorem, aut accusatorem se ostendere, aut
propalare velit in iustitia desuper exhibenda, & mini-
stranda, ex quo sequitur, delicta remanere impunita,
contra ea, quæ habentur, in l. ita vulneratus, ff. ad l.
Aquil. Tertia, quia iudices minores se reddunt circa
puniendos confidentiarios negligentes & morosi. Qua
reseruatione sic stante Ordinarij cognoscere, & deci-
dere non poterunt huiusmodi causas, & inualidè, &
nulliter procedent, sicut in aliis causis † reseruatis, & 19
faciunt, quæ habentur in decisio. 169 in nou. Ballamer.
decis. 576. vt per Hostien. de offic. delegat. §. quid per-
tinet, col. 2. Gloss. in cap. 1. de translat. Episcop. & in cap.
quod translationem, de off. leg. Specul. de off. lega. §.
nunc ostendendum, in princ. cum sequen. colum. cum
sint iurisdictioni Papæ specialiter reseruatæ, & si secus
faciat sententia ab eo lata ex defectu † suæ potestatis 20
erit inutilis, & nulla, vt egregiè scriptum reliquit Ho-
stien. in sum. titu. de seotent. §. quis debeat, verbo ratio-

ne rei faciunt quæ scribit Bartol. in l. omnes populi,
in 3.q.4.quæst. principalis,in fin.de iust. & iur.Bald.in l.
pri.C.de iur.aur.annul.Anton. de Butr. in cap.per vene-
tabilem, colum.4 & ibi Abb.colum.3.qui fil.sint legit,
21 & reseruatione limitati ordinariam † iurisdictionem
scribit. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex de-
fectu iurisdic.num.98.& 99.cum seq. & tamen basis, &
22 fundamentum iudicij † reputatur iurisdictio, Bald. in
rubr. C. si a competen. iud. Ideo iudicatum dici non
23 potest ab eo, qui ius dicendi † non habuit, l. prima,§.
primo, ff. ad Tertull. l. prima, §. hæc autem verba, ff.
quo quisque tut. l. 2. in fin. ff. de pœn. Hinc huiusmodi
24 nullitas reputatur † irreparabilis, & insanabilis defe-
ctus, Staphyl. de lit.grat. & iusti. fol. 145. secundum
primam impressionem, Sarn. quem refert, & sequitur
25 Vant.loco citato, num. 6. & hac ratione dicta nullitas
non comprehenditur † sub statuto, seu alia dispositio-
ne nullitatem reiiciente, Glo. vltim. in Clemen. vnica
de sequestr.poss & facit Angel.in l. non erit, §.dato,ff.
de iureiur Fel. in c.ex parte el.2.in septima fall. de offi.
delega.& in rubr. de for. competen. versicu. tertium
fundamentum, & est communis opinio teste Alexand.
consi.79.in causa. & lit.in fin. lib.7.

Secundò, comprobatur ex alia Constitutione Pij
Quinti, 158. incip. *Cum sicut accepimus*, vbi refert di-
ctam reseruationem a se factam omnium causarum con-
fidentiarum, & illas committit cuidem Prælato, quod
etiam subsequens Constitutio 159. probat & tamen hæ
Constitutiones sunt posteriores Constitutione 87. Pij
Quinti, vt ordo ipsarum demonstrat, ergo in hoc ipsæ
potius attendendæ, quàm dicta Constitutio 87. vbi re-
26 lasat reseruationem † præterquam in duobus casibus,
l. pacta nouissima, C. de pact. l. si vnus §. pactum ne pe-
teret, ff. eod. titu, Gloss. in l. inciuile, ff. de lega.&
ibi Angel. egregiè scriptum reliquit, quòd si quæ repu-
27 gnantes municipales leges † extent, in Statutorum li-
bro esse eam seruandam, quæ vltimo loco scripta sit re-
gulare enim est, vt posterior ordo scripturæ attendatur
Alfan.in l.c.nu.19 ff.si cert. petat.

Tertiò, accedat Constitutio quæ incip. *Diuina Dei
prouidentia* Sixti Quinti, in primo libro suarum extra-
uag. vbi in princip. ita dicit. *Cum itaquè nuper fel. rec.
Pius Papa Quintus prædecessor noster omnium causarum
confidentiarum pro tempore mouendarum cognitionem, &
decisionem, ac literarum Apostolicarum à pia mem. Pio
Papa IV. etiam prædecessore nostro super huiusmodi con-
fidentiis emanaturarum executionem sibi, & successoribus
suis reseruauit*, &c. ex quibus verbis satis hoc depre-
henditur.

Quartò, quia prædictus Sixtus V. præfata constitu-
tione erexit officium iudicis confidentiarium & voca-
uit illum Auditorem, cui per clausulas generales, & fa-
cultates amplissimam omnium causarum cognitionem,
& decisionem mandauit. Quare videtur auferre pote-
statem, quæ potest competere Ordinariis: tum ex re-
28 gul. vulgari, Vnius inclusio † est alterius exclusio, l.
cùm Prætor, ff. de iudic. cum ibi not. tum etiam, quia
29 Papa apposuit manus † ergo inferior non potest se in-
tromittere, cap. vt nostrum, de appell. Bald. in cap.
primo, §. ad hæc, colum. 3. de pact. iur. firm. Calder.
consi.7.de præbend. Roman.consi.335.col.1. Dec.consi.
137.colum.2. versicul. non obst. & in capitu.cùm acces-
sissent,num.44.de constit.

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam
affirmatiuam existimo veriorem, & tenendam, vt Epis-
30 copi, † & alij Ordinarij possint hodie omnes causas
confidentiales, cognoscere, & decidere, & mouet me,
1. Constitut. dicta 87.Pij V. in §. Nos enim vbi relaxat
huiusmodi reseruationem, & cognitionem dictarum
causarum, exceptis duntaxat illis causis, quæ tunc co-
ram ipso pendebant, & illis quarum dispositio ratione
Ecclesiarum, & Monasterium in Consistorio fieri con-
sueuit, aut debet, & illis, quas contra ordinarios colla-
tores Episcopos, & alios Superiores Prælatos, etiam
Cardinales haberi contigerit. Ideò in §. Quocirca,
mandat omnibus locorum Ordinariis vt seuerè in eo-
rum iurisdictionibus animaduertant aduersus confiden-
tiarios, & omnes illorum causas, præterquàm dictas re-
seruatas specialiter, in quibus habeant nihilominus fa-
cultatem inquirendi, & inquisitionem sigillo signatam
transmittant ad Sedem Apostolicam, & vt vnusquisque
verba possit considerare, illa apponere placuit. *Nos
enim singulis Ordinariis ipsis, prædictos omnes, & quos-
cumque alios, etiam exemptos, etiam per edictum publi-
cum, constito prius summariè, & extraiudicialiter, de non
tuto ad illos accessu, citandi, & monendi, eisque, ac iu-
dicibus Ordinariis, & delegatis, aliisque personis quibus-
cumque, ne prædictorum executionem, quoquomodo impe-
diant, vel aliàs in illis sese interponant, etiam per simi-
le edictum inhibendi, eosdemque, ac alios contradictores,
& rebelles, quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasti-
cas, ac omnia alia iuris, & facti remedia oportuna com-
pellendi, & auxilium brachij sæcularis quandocumque o-
pus erit, inuocandi, cæteraque in prædictis omnib. & sin-
gulis necessaria faciendi, & exequendi, plenam, & libe-
ram tenore præsentium concedimus facultatem.*

Ex quibus verbis apertè patet, Ordinarios posse
procedere, & decidere, in omnibus, & in exceptuatis
inquirere, nam reseruatio facta per eundem Pium V.
in Constitutione 52. est relaxata per † hanc, vnde pro- 31
hibitio, & reseruatio amplius non attenditur, l. si quis
priore, ff ad Trebell. l. si iure, ff. de leg. tertio, §. poste-
riore, Institu. quibus mod. testam. infirm. Et remotio
obstaculorum, ac reductio ad ius commune † fauorabi- 32
lis iudicatur, cap. ab exordio dist. 35. Gl. in cap. statu-
tum, de præb. lib.6. Anchar. consi. 131. Cassador. decis.
4.num.2.de priuile.& faciunt not.in l.si vnus, §.pactum,
ne peteret, ff.de pact. Et exceptio facta in illis casibus † 33
firmat regulam in casib. non exceptuatis, l. quæsitum,
§.idem respondit. ff. de instr. vel instrum. lega. l. nam
quod liquidè, in fine, ff. de penul. leg. Silu. consi. 56
num.20.Dec.in l.vlt. num. 45. in prin. C. de edict. Diu
Adr. tollen.

Concludo igitur, hanc opinionem esse veriorem vt
hodie Ordinarij possint omnes causas confidentiales
cognoscere, & per sententiam diffinitiuam terminare,
præterquam pendentes tunc temporis. Et contra Epis-
copos, & Cardinales, & de Ecclesiis, & Monasteriis
Consistorialibus, in quibus poterunt inquirere, &
formare processum, illosque transmittere ad Sedem
Apostolicam.

Non obstant in contrarium allegata. Nam ad pri-
mum, de Constitutione 52. Pij V. iam respondimus,
illam esse relaxatam per Constitutionem 87. dantem
certam formam, & regulam, vnde hæc, & non illa at-
tendenda est, sicut in simili idem Pius V. suspendit per
Constitutionem 42. facultatem Ordinariorum admit-
tendi resignationes beneficiorum, per Constitutionem
58. relaxat huiusmodi suspensionem datis quibusdam
regulis, vt latè explicaui in tractu de resig. benef. lib.
5. quæst. 6.

Non obstat secundum de Constitutione Pij V. 158.
Nam vel respondetur, huiusmodi Bullam esse anterio-
rem dicta Constitutione 87. eiusdem Pij V. id est ante
factam, & publicatam, quamuis in ordine ipsarum con-
stitutionum sit posterior, quod factum fuit inertia, &
ignorantia illius, qui ordinauit compilationem, & fre-
quenter experimur in aliis Constitutionibus, idque
comprobatur, quia dicta Constitutio 158. non habet da-
tam in fine, neque publicationem, cùm sit simplex Mo-
tus proprius. Ideò ad euitandam correctionem, & † 34
contrarietatem legum, hic intellectus recipiendus erit,
l. præcipimus, C. de appel. l. prima, C. de inoff. dot. vel
etiam dicimus, esto quòd si posterior loqui respectu
aliorum iudicium, non tamen Ordinariorum. Vel po-
stremò respondemus, per eam non derogari iurisdi-
ctioni Ordinariorum, cum nihil de hoc ibi dicatur, &
tamen communis est conclusio requiri in hoc deroga-
tionem particularem, cùm potestas Ordinariorum sit
fauorabilis, & Constitutio loquatur in casu odioso;

Digitized by Google

35 vnde † quatenùs fonat, & exprimit, intelligenda, Dyo.
in reg.odia, de reg.iur.in 6.

Poteſt inſuper dici, quod Pius V. ibi commitrit cauſas, quas ſibi referuauit, præter relaxationem factam Ordinariis, vt intelligatut quaotum minus poteſt derogatum iuriſdictioni ipſorum.

Non obſtat tertiò, Conſtitutio Sixti V. Nam reſpoodetur, illam Conſtitutionem referre dictas Conſtitu-
36 tiones Pij V. † & ſecundum illas erit intelligenda, l. aſſe toto, ff.de hæred.inſtit.not.in l.ſi ita ſcripſero, ff.de cond. & demonſtr. & in authen. ſi quis in aliquo documento, C. de eden. Nam relatum cenſetur eſſe in refe-
37 rente cum eiſdem † qualitatibus, de quibus in telato, Dec.conſ.47.num.primo, Pariſ.conſ.21.nume.39.volum.
3. Et relatio numquam cenſetur facta ad ea, quæ, ſi fie-
38 ret, diſpoſitio redderetur † inutilis, vel contineret repugnantia, l.cum vulgati, ff. de dot. præleg. l. vltim. in fin.Cod de fideicomm. libert.Bartol. io l.prima, §. hoc edicto, ff.de poſtula, & in l.talis ſcriptura, §. vltim. ff. de leg.primo, Gozadin.conſ.87.numer.19.Cardin.Pariſ. conſ.41.numeto.65.volum.2 ſicuti generalis diſpoſitio
39 numquam refertur † ad contraria, & prohibita, ac inutilia, l.quanquam, ff.de titu nupt.capit. à nobis, de ſentent.eacommunicat.capitu.1.de iureiur.libro 6. Bartol. in l.ſi quis ſub conditione, in fine, ff.de condit.inſtitut. Bald in l.vltim.§.in computatione, C.de iur.deliberan. Iaſon. in l.filius à patre, §. vltim. in ſecundo not. ff. de liberis, & poſthum. Deputatio enim iudicis facta per Pium Quintum, dicta Conſtitutione 158. & per Sixtum Quintum præfata Conſtitutione 51. debet intelligi, vt
40 alteri vim, † & præiudicium non inferat. l. 2. §. quod ſi à Principe, ff. ne quid in loc. publ.ſe, cap. ſuggeſtum, de decim.cap.cùm dilectus, de conſuetud. cap. dudum, de priuil.

41 Et communis eſt concluſio, iuriſdictionem † vni particulariter conceſſam non intelligi priuatiuè, quoad habentem eam, ſed cumulatiuè, l. vltim. C. de iuriſdict. omnium iudic.l.in ſacris ſcriniis 3.C.de prox.ſacr.ſcrin. libro 12.l.1.C Quando Imper.inter pupil. & vidua. vel miſer perſon.cognoſcen.l.3.C.de off. præfect.vrb.capit. cum ab Eccleſiarum, c.irrefragabili, §.exceſſus, de offi. ordin.capitul.vt debitus, de appellatio. Roman. conſil. 393.num 3.Aretin.conſ.102.oum.1. & 2. Ancharan.conſ. 264.nume.5.Riminal.iunior conſ.164.nu.5.in fin.Barbat. in capitul.2.de offic.delegat. Ideò conſuetudo etiam ita
42 interpretatur, vt per eam acquiratur † iuriſdictio cumulatiuè, & non priuatiuè, vt latiſſimè deducit Felin. in capitul.paſtoralis, num.2.de offic.ordina. Et regulare eſt, ac ab omnibus approbatum, per iuriſdictionem, ac
43 poteſtatem in ſpecie alteri à Principe conceſſam † iuriſdictioni Ordinarij derogatum non cenſeri, ſed eam accumulatiuè tantum traditam iudicari, Dec.conſ.3. nu.3. & conſ.542.num.7.Grat.conſ.71.numer.2. & 26. libro 2. Ruin.conſ.7.num.8.volum.4.Berous conſ.22. oumer.25. & ſeq.volum.primo, Ferrett.conſ.142.num.14.Rolland. à Vall.conſ.48.num.55.volum.2.Couarr.in capitul.alma mater, part.prima, §.vltim.numer.3 de ſentent. excommunic. libro 6. & alij, de magis communi atteſtantur Aretin.conſ.102.Burſat.conſil.391. numer.15. volum. 4.
44 Quod ampliatur etiam ſi ſit † conceſſa per dictionem taxatiuam, Tiber.Decian.conſ.35.nume.59.volum.2. & conſ.118.nume.21.22 cum ſequ. colum.3. & ita iudicandum eſt in iuriſdictione competente inferioribus Prælatis in aliqoa Diœceſi, docet Ruin.dicto conſ.7.num.6. qui dicit hanc communem Dec.in capitul.cæterum, numero 5.de iud.Covar.d.§.vltim.num.3.Iaſ.in l. quod te-rum, §. ſi quis poſt, num.9.ff.de legat.1.latè Felin.dicto cap.paſtoralis, de offic.delegat.Grammat.vot.28. nu 4. & 6.Riminald.ſent.conſ.373.Riminald.Iun.in §. primo, num.178.Inſtitu.de act. Et ita aliàs conſului in quadam
45 Marſican. Ideò Ciuitati, quæ poteſt cognoſcere † de damnis datis, non derogatur per deputationem alterius officialis ſuper hoc in ſpecie factam, Bened. de Plumbi. & Bald.in l.Thais, §. vlt, ff.de fideicom.libert. Barbat.in c.2.nu.33. de off. deleg. Aocha.conſ.153.incip. de iurib. & efficacia. Hinc ex ſpeciali deputatione vnius viſitatoris cuiuſdam religionis facta † oon prohibetur
Epiſcopus quoque viſitare, Anch. in cap. tibi qui, de 46
reſcr.lib.6.Barbat.d.cap.2.nume. 37.

Et ita io puncto iuris concluderem, & licet R. P. D. Auditor confidentiarum prætendat contrariam ſeotentiam eſſe veriotem, ſcilicet, oullum iudicem præter ipſum poſſe cognoſcere, & decidere has cauſas, & quod ſolitus eſt inhibere omnibus Epiſcopis, & Rotæ Auditoribus, ac aliis Iudicibus, & ita mihi retulit. Ego autem, reſpectu ſacræ Rotæ Auditorum, & aliorum Iudicum Romæ eaiſtentium, ſum in ſua ſententia, reſpectu autem Ordinariorum, ſecus, per ſupradicta, & ratio differentiæ inter Epiſcopos, & Iudices vrbis, hæc eſt: Quia Pius V.d.Conſtitutione 87. relaxauit quoad Epiſcopos, vt patet per verba ſupra relata. Ergo, quoad alios remanet auocatio & reſeruatio, §. Affinitatis, Inſtitut. de nupt.

Nec omirtam teferre, quod vidi aliquas ſententias quorumdam Vicariotum priuantium quoſdam ob confidentiam commiſſam, & ab vna ipſarum, cum fuiſſet appellatum, locum tenens criminalis Auditotis Cameræ abſoluit condemnatum.

Non negabo tamen, vt plurimum, † has cauſas in 47
Vrbe tractari coram dicto iudice deputato, tum ob præfatam deputationem, tum etiam, quia cum impetrentur à Papa beneficia, in quibus commiſſa eſt confidentia, Romæ ſolet incipi cauſa ob faciliorem eapeditionem, & vſus obtinuit, vt qooties cauſa eſt grauis, Papa ad
inſtantiam partis det Auditori † confidentiarum in ea 48
caoſa adiunctum aliquem Iudicem, vel vnum ex Auditoribus Rotæ, qui iuxta ſtylum Rotæ, ſolet communicare dubium io plena Rota, & à DD. habere votom, quo facto dictus Auditor deuenit ad ſententiam, iuxta mentem Rotæ.

Quæſt. 79. in rubro. Quis poſſit cognoſcere de cauſis confidentialibus.

¶ IN Gallia quando ciuiliter agitur de confidentia occaſione poſſeſſorij beneficialis cauſa ventilatur coram Iudice regio, ad quem eo caſu ſpectat huius cognitio criminis: quia illud non ſolum inficit titulum, ſed etiam poſſeſſionem beneficij, Molin ad reg.de public.reſig.num.31. Melchior Paſtor de benef lib.3.tit.18.n. 28. Si vero quæſtio non ſit de poſſeſſorio beneficii, ſed de delicto confidentiæ, tunc agitur criminaliter in foro Eccleſiaſtico, & ſi de crimine conſter, Reus, pendente accuſatione, ſuſpenditur à ſolemni celebratione Miſſæ, & conuictus deponitur, cap accuſatum de Simon. quo caſu non niſi poſtquam de crimine conſtat ex ipſius confeſſione, aut Iudicis ſententia illius beneficium impetrare licet, Paſtor ibid. quod vltimum limitarem niſi impetrans de crimine aliunde docere poſſit.

QVÆSTIO LXXX.

De modo procedendi in crimine confidentiæ, quomodo ſumatur informatio, fiat citatio ad comparendum, ſequeſtrum, & detur ſententia abſolutaria, vel condemnatoria.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo procedatur in iudicio confidentiarum.*
2 *Litteræ pro ſumendis indicijs in crimine confidentiæ, quomodo fiant.*
3 *Monitorium ad comparendum in crimine confidentiæ, quomodo expediatur.*
4 *Sequeſtrum in cauſis confidentiæ, quomodo fiat.*
5 *Sequeſtrum, quando & quomodo detur.*
6 *Forma ſententiæ condemnatoriæ in crimine confidentiæ.*
7 *Forma ſententiæ abſolutoriæ.*

Digitized by Google

OCtuagesimò quarto, Quomodo Iudex Confidentiarum procedat in his causis? Stylus est, quod volens impetrare aliquod Beneficium, super quo
1 commissa fuit confidentia, porrigit † supplicationem R.P.D. Datario, & facit instantiam penès iudicem confidentiarum, a quo, constito sibi de aliquo sumo confidentiæ admissæ, solent concedi literæ pro sumendis indicijs: quibus receptis, si in aliquo modo constat, expeditur mandatum ad personaliter comparendum, & postea datur sequestrum, si adest causa, & demum causa ventilatur, ac disputatur, & solet dari adiunctus per S.D.N. vel Auditor Rotæ, vel aliquis Prælatus, & seruatis de iure seruandis, fertur sententia absolutoria, vel condemnatoria, & pro totali informatione nouitiorum placuit nobis hic inserere formulas literarum pro sumendis indicijs, pro comparitione personali, & pro sequestro ac formulas sententiæ absolutoriæ, & condemnatoriæ, quas omnes habui à R.P.D. Lælio Currusaureo V.I.D. integro iudice ad præsens confidentiarum

Die 20. Martij 1592.

Taruisin. Confident.

Literæ pro sumendis iudicijs.

2 LÆlius † Currusaureus, &c. Admodum R.P.D. N.N.N. & eorum alteri salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imò veriùs Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, qualiter fel. rec. Sixtus Papa V. omnes, & singulas causas confidentiales nobis commisit viden. nec non literas, seu constitutiones per fel. rec. Pium IV. & Pium Papam V. super confidentiis beneficialib. editas summariè, simpliciter, & de plano, & manu Regia, quacumque appellatione, & alias de iure admissibili reiecta, & postposita, plenariè, & totaliter exequen. & executioni mandan. & nos ad vniuersas causas in iudicem, seu Auditorem generalem deputauit, aliaque fecit, prout in suis desuper sub plumbo expeditis literis pleniùs continetur, post quas comparuit coram nobis magnificus, & Excellens Dom. Natalis Rondeninus V.I.D. sanctissimi D.N. Papæ, & R. Cameræ Apostolicæ Procurator fiscalis generalis, querelanter exponens, ad eius aures peruenisse, qualiter R. D. N. olim prouisus de beneficio magnæ mansionariæ S. Vitalis nuncupat. in Ecclesia Taruisio. confidenter illud resignauit ad fauorem R.D.M. sibi sanguine coniuncti cum pactis, & conuentionibus infrascriptis, videlicet quod dictus D.N. resignans possit omnes fructus dicti beneficij percipere, & in suos vsus conuertere prout illos post dictam resignationem percepit, & quia in eius propria domo ipsum R. D. M. resignatarium retineret, & illi victum subministraret prout illum retinuit, & victum subministrauit, & nonnullas alias pactiones confidentiarias, simoniacam prauitatem sapientes, inter eos super dicto beneficio. fecerunt, sententias, censuras, & pœnas tam a sacris Canonibus promulgatas, quam in literis Apostolicis fel. rec. dictorum Summorum Pontificum Pij IV. & Pij V. super confidentiis beneficialibus emanatis contentas, temerè, & damnabiliter incurren. vt autem prædictæ probationes habeantur, & desuper procedi possit, pro parte dicti D. Procuratoris Fiscalis instanter requisiti, Nos Lælius Auditor antedictus, attenden. requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonant, & quod iusta petenti non est denegandus assensus, attento quod super præmissis ex parte eiusdem D. Procuratoris Fiscalis aliqua informatio data extitit, Vos D.D.D. N.N.N. & vestrum quemlibet insolidum, de vestra fide, prudentia, & integritate confisi, ad infrascripta peragend. eligen. duximus. Idcirco, auctoritate Apostolica, nobis concessa, & qua fungimur in hac parte, & in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub mille ducatorum auri de Camera, eidem Cameræ Apostolicæ applic. & pro illis mandati executiui ac in iuris subsidium excommunicationis priuationis, quorumcumque beneficiorum, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis per nos imponen. & augendis, statim visis, & receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore requisiti fueritis pro eiusdem d. Procuratoris Fiscalis parte, accedendo propterea, quò fuerit accedendum quoscumque testes, qui coram vobis inducti fuerint super præmissis, ac aliis articulis forsan coram nobis pro parte eiusdem D. Procuratoris Fiscalis exhibendis, mediis eorum iuramentis, in manibus vestris præstandis, secretè, & diligenter, ac etiam, si opus fuerit, citatis præfatis N. & M. & quibuscumque interesse habentibus examinetis, seu per vestrum fidum, & legalem notarium examinari faciatis, ac ab eisdem supradictis testibus, quomodolibet inductis eorum dicta fideliter recipiatis, & illos examini se subiicere cogatis, & compellatis, sub pœnis, & censuris arbitrio vestro imponendis, eorumque dicta & dispositiones, postquam in scriptis redacta fuerint, & quæcumque Instrumenta, processus, iura, & munimenta, & alias cuiuscumque generis scripturas probationum, & informationum genera, præmissorum, seu eorum aliqua quomodolibet concernentia coram vobis pro eiusdem D. Procuratoris Fiscalis parte producta recipiatis, & admittatis, & de omnibus fieri, claudique vestro sigillo sigillari faciatis, & ad nos quanto citiùs secretè, & fideliter transmittatis. Testes verò, qui se examini subiicere, & Notarios cæterasque quascumque personas, quæ scripturas, & informationes dare recusauerint, seu distulerint, per oportuna iuris, & facti remedia, & legitimis habitis processibus per censuras Ecclesiasticas, & pœnas pecuniarias arbitrio vestro imponen. & applican. seruata forma à Conc. Trid. præscripta, appellatione postposita, cogatis, & compellatis in his vos taliter habentes, quod nota contemptus, siue contumeliæ vobis nullatenus adscribatur. In quorum, &c.

Die 20. Mensis Martij 1592.

REuerendus magnificus & Excellens D. Natalis Rondeninus, Procurator Fiscalis generalis, citra, sponte, ac omni meliori modo substituie Dom. Dionysium N. In Ciuitate Taruisin. commorantem, absentem, ita tamen, specialiter, & expresè ad ipsius magnifici D. Procuratoris Fiscalis nomine, & pro eo retroscriptas literas Commissoriales exequen. & suæ debitæ executioni demandari peten. & obtinen. & omnes actus circa id necessarios, & oportunos facien. & generaliter transferen. Protestans, & super quibus &c. Actum Romæ, in Domo solitæ habit. eiusdem magnifici Dom. Procuratoris Fiscalis, præsentibus ibidem N. N. testibus, &c.

Die 12. Mensis Februarij 1592.

Aretin. Plebaniæ.

Monitorium ad legitimè comparendum.

LÆlius † Currusaureus &c. Vniuersis, salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imo verius, Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis qualiter fel. rec. Sixtus Papa V. omnes, & singulas causas nobis commisit viden. nec non literas seu constitutiones per fel. rec. Pium Papam IV. & Pium Papam V. super Confidentiis beneficialibus editas summariè, & ad nos vniuersas Confidentiarum causas huiusmodi, vt præfertur, audiendas, in iudicem, & Auditorem generalem deputauit, aliaque voluit, fecit, & decreuit, prout in suis desuper sub plumbo expeditis literis sub Dat. Romæ Anno Incarnationis Dominicæ 1586. Calend. Nouembr. Pontificatus sui anno 2. pleniùs continetur, quas quidem literas hic breuitatis causa inser- 3

ommisimus. Post hæc, comparuit coram nobis magn. & Exc. Dominus Rondeninus V.I.D.S. D.N. Papæ, & R.C. Apostolicæ Procurator Fiscalis generalis, querelanter exponens, ad eius aures peruenisse, qualiter de anno 1590. & mense Augusti D. N. olim Plebanus Plebaniæ Sancti N. Diœcesis N. resignauit dictam Plebaniam ad fauorem D. M. cum pacto quod dictus D.N. posset exigere fructus illos annorum, 1591. & 1592. & quod dictus N. teneretur suis impensis expedire Bullas tam resignationis, quam pensionis scutorum ducenturum auri in auro ipsi D. N. reseruatæ prout iam dictus N. fructus anni præteriti exegit post dictam resignationem, & nonnullas alias pactiones confidentiarias, simoniacam prauitatem sapien. tam super dicta plebania, & illius fructibus, redditibus, & prouentibus, quam super dicta præiensa pensione, inter eos fecerunt, sententias censuras, & pœnas, tam a sacris, Canonibus promulgatas, quàm in literis Apostolicis Fel. rec. Pij IV. & Pij V. super confidentiis beneficialibus emanatis contemnis temerè, & damnabiliter incurrendas, & vt qui talia facere suaserint, debitas luant pœnas, ne, illorum castigatione omissa, similia, vel peiora facere præsumant, quare, pro eiusdem D. Procuratoris Fiscalis parte instanter requisiti, discretioni vestræ, & quilibet vestrum, tenore præsentium, committimus, & mandamus, quatenus, receptis præsentibus, & postquam pro parte supradicti D. Procuratoris Fiscalis præsentium vigore fueritis requisiti, moneatis, & requiratis primò, secundò, & tertiò, & peremptoriè dictum Dominum N. ex aduersu principalem eidemque præcipiatis, & mandetis, cui nos etiam tenore præsentium, præcipimus, & mandamus, quatenus infra triginta dies post præsentium præsentationem ei faciendam, quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo, decem pro tertio, & percotpiorio terminis, & monitione Canonica assignamus, & vos eidem assignetis sub priuatione omnium, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, & officiorum, ac pensionum annuarum, quæ, & quas in eius persons attinet, & habet, & præsertim dictæ plebaniæ, & supradictæ pensionis, inhabilitatis ad illas, & alia quæcumque beneficia in posterum obtinenda, Confiscatorumque criminis, confidentialis simoniæ huiusmodi perpetuæ infamiæ, & mille ducatorum auri eidem R. Cameræ Apostolicæ applica. & pro illis mandati execuitut, & in subsidium excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis legitimè debeat Romæ coram nobis ad se à præmissis criminibus, excessibus. & delictis excusandum, & defendendum, & cum dicto D. Procuratore Fiscali tam super præmissis, quàm pœnis, & censuris in præenarratis literis Apostolicis contentis contra tales inflictis, & promulgatis stare iuri, & iudicatum soluere realiter, & cum effectu comparuisse, & comparere, & si prædictus D. N. sic monitus præmissa omnia, & singula, prout ei committitur, & mandatur, non adimpleuerit, vel adimplere recusauerit, seu distulerit, eundem peremptoriè citari curetis, prout & nos citamus, quatenus prima die iuridica, post lapsum dictorum trigiota dierum compareat Romæ legitimè coram nobis ad viden. sententias, censuras, & pœnas prædictas incidisse, & incurrisse declarari, & in causa, & causis prædictis ad omnes, & singulos actus incumbentes vsque ad sententiam diffinitiuam, & illius execu. inclusiuè processuri, & procedi visuri, aliaque dicturi, facturi allegaturi, ostensuri, & recepturi, quæ Iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis, certificantes eundem N. quòd, si in dicto citationis termino, vt præmissum est, comparere non curauerit, seu si comparuerit, & præmissis non paruerit, nos ad dictarum sententiarum, & pœnarum incursus declaratoriam procedemus, iustitia mediante, dicti sic moniti, & citati contumaciam in aliquo non obstare Diem verò &c. In quorum &c.

Die 22. Mensis May 1591.

Placentin. Pro Compostell.

Sequestrum in cuius confidentia prout infra.

LÆlius Currusaurus R.R.DD. Doctu. N. Placentin. Prouinciæ † Compostellanæ, & Doctori, N. & 4
eurum cuilibet in solidum salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis: Noueritis, qualiter Fel. rec. Sixtus Papa V. per suas sub plumbo expeditas literas omnes & singulas causas confidentiarum, beneficialium tam motas, & pendentes, quam in futurum mouen. quomo- 7
dolibet inter quasuis personas nobis commisit viden. audien. deciden. & sine dubio terminan. nec non literas, seu constitutiones per Fel. rec. Pium IV. & Pium V. super confidentiis beneficialibus editas summariè, simpliciter, & de plano, & manu Regia, quacumque appellatione, etiam de iure admissibili, recepta, & postposita plenariè, & totaliter, exequi voluit, nosque in iudicem, & Auditorem generalem deputauit, aliaque fecit, prout in suis desuper sub plumbo expeditis literis plenius continetur. Pro parte autem, & ad instantiam magnifici D. Ioann. Iacobi Panici sanctissimi D. N. Papæ, & Reuer. Cameræ Apostolicæ Procuratoris Fiscalis generalis, fuit coram nobis introducta lis, & causa contra R.R. DD. N. nullius diœc. & N. de & super confidentia commissa & pactionibus confidentiariis, simoniacam prauitatem sapien. fact. inter ipsos N. & N. de & super annua pensione ducatorum mille, & septingentorum auri in auro imposita super fructibus, redditibus, & forsan distributionibus quotidianis Decanatus Ecclesiæ Placentin. Prouinciæ Compostellanæ sub conditione dandi singulo anno eidem N. ducatos quingentos auri, & ad effectum illos exigendi procuratorem irreuocabilem, vt in rem propriam, ipse N. eundem N. constituit in dictu pacto simoniam committendo, de quibus omnibus in actis nostri infrascripti Notarij constat, decretoque per nos contra eosdem N. & N. pro parte eiusdem D. Procuratoris Fiscalis Monitorio extra Rom. curiam, & ad partes legitimè comparen. & se super præmissis expurgan. prout in dictu Monitorio continetur, pro parte eiusdem Domini Procuratoris Fiscalis fuimus instanter requisiti, quatenus stantibus præmissis, ac nullitate dictæ Procuræ, & Pensionis factæ per d. N. infrascriptum, sequestrum decernere, & relaxare dignaremur. Nos igitur, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam, & rationi consonam, quòdque iusta petenti non est denegan. assensus, maximè stante, quòd huiusmodi lite pendente non videtur honestum, quod D.N. alias illicitas pactiones prædictas vlterius exequatur, sequestrum prædictum decernendum, & relaxandum duximus, prout decernimus, & relaxamus per præsentes, quocirca vobis R.R. DD. Doctoribus N. & N. prædictis, & vestrum cuilibet in solidum in virtute sanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, quatenus statim visis præsentibus, & postquam vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra immò veriùs Apostolica auctoritate, omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus decimales beneficij simplicis loci seu oppidi de locis, quos ipse N. exigere prætendit, & à prædicto N. possessi per quasuis personas hactenus debitos, & in futurum deben. & soluen. respectiuè penès & apud quoscumque eos soluere deben. existen. à debitoribus prædicti beneficij simplicis, loci, seu oppidi locos, quibuscumque non obstantibus, auctoritate Apostolica, exigatis, & recuperetis, dictosque omnes respectiuè fructus, redditus, prouentus, decimales beneficij, simplicis prædictis postquam recuperati fuerint penes Vos, seu alterum vestrum, aut aliam personam fide, & facultatibus idoneam per vos eligendam deponatis, seu deponi faciatis, illosque sub

Digitized by Google

firmo, validο, & arcto sequestro teneatis, & custodiatis nemini, consignan. vel relaxan. sine speciali, & expressa nostra ordinatione: & quoscumque contradictores dictos fructus soluere tradere, & consignare recusan. vel differen. per oportuna iuris, & facti remedia legitimis habitis processibus per pœnas pecuniarias, arbitrio nostro imponen. & applican. & in iuris subsidium excommunicationis, seruato ordine à Concilio. Trident. præscripto etiam per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita cogatis, & compellatis, ac cogi & compelli faciatis, & mandetis in præmissis, In quorum, &c.

Aduertendum tamen est Iudicem non debere deuenire ad sequestrationem fructuum de facili, sed cum
5 causæ magna, & summaria cognitione causæ, Bald. l. fideiussor. §. vlt. ff. qui satis. cog. & l. 1. C. de prohib. seq. pec. Abb. in c. dilectus in fin. de seq. posses. Berous in c. quoniam contra, num. 157. de probat. cum aliis, vt per Bursat. cons. 423. numer. 1. nam regulariter sequestrum, est prohibitum, & de genere prohibitorum à lege, rub. l. 1. & toto tit. C. prohibita sequestratione, cum aliis vt per Soc. Iun. consi. 68. num. 163. & est admodum odiosum, & propterea frequenter reuocatur, vt habetur decis. 97. numer. 1. lib. 2. & decis. 59. lib. 3. & multoties annullatur ex causis, vt per Dec. consi. 368. num. 13. Fel. in ca. examinata, de iud. Viuius com. opin. verbo sequestrum Iacob. Nouell. regu. 199. idque præsertim in prima instantia in qua pars grauanda non est sequestro, vt habetur dec. 634. numer. 4. lib. 3. Decis. Thol. 477. Paris. cons. 41. numer. 45. & seq. volum. 1. Nati. cons. 584. Craue. cons. 275. numero. 13. Beroux cons. 116. nume. 6. lib. 3. Dari igitur debet cùm adest causæ legitima, & non aliàs, vt per Doctores. io cap. 2. de sequestr. posses. & causas dandi sequestrum ponit Salice. in l. 1. & ibi latè Curt. Sen. in secundo notab. C. de sequestr. prohibit. pecun. & eo casu ob causam cum cautione relaxari debet, vt habetur decis. 16. numer. 2. libro primo, & stylus hoc etiam admittit. Et quando ex officio iudex possit apponere sequestrum, vide Cassador, decis. tertia, de restitut. spol. io fin. & habes in decisio. 469. numero 4. & quæstio. lib. 3. in impress. nouiter. Et in hoc prudens iudex debet esse circumspectus.

Sententia condemnatoria.

6 CHristi nomine inuocato &c. Pro Tribunali seden. & Deum solum præ oculis haben. † per hanc nostram sententiam, diffinitiuam, quam de Voto Reuerend. Domini Marci Antonii Episcopi Sorani Vicegerentis Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Cardinalis, Vicarij de consensu partium per nos deputati virtute memorialium S.D.N. Papæ transmissorum, & Iurisperitorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis coram nobis in prima, vel alia veriori verten. instantia inter magnificum & Ecc. D. Ioan. Iacobum Nerottum S. D. N. Papæ, & R. Cameræ Apostolicæ Procuratorem fiscalem, & R.D.N. illi pro omni suo iure, & interesse adhæren. ex vna, necnon D. N. presbyterum reum conuentum & processatum de & super crimine simoniæ, & confidentiæ per ipsum N. commissæ cum quodam N. in resignatione Parochialis Ecclesiæ ad eiusdem N. fauorem aliàs facta, rebusque aliis in actis causæ, & causarum huiusmodi latiùs deductis, & expressis, ac illorum occasione partibus ex altera dicimus, pronunciamus, diffinitiuè sententiamus, decernimus, & declaramus dictum N. reum conuentum dicto crimine simoniæ, seu confidentiæ repertum culpabilem, & de iure punibilem, & incidisse in pœnas, sententias, & censuras in Bullis Fel. rec. Pij Papæ IV. & Pij Papæ V. super Simoniis & Confidentiis editis contentas & inflictas dictumque beneficium a die commissæ confidentiæ vacauisse, & vacare, & illius prouisionem ad Sedem Apostolicam, etiam priuatiuè, quoad omnes spectare, & pertinere, omnesque, & singulos fructus ab eodem à dicta die commissæ confidentiæ citra perceptos, ad R. Cameram deuolutos, dictoque N. super præmissis omnibus, & singulis perpetuum silentium imponen. fore, & esse, prout imponimus, eundemque in expensis coram nobis legitimè factis condemnamus, quorum fructuum liquidationem, & expensarum taxationem, mandati executiui relaxationem, ac totalem executionem huiusmodi nostræ sententiæ nobis in posterum reseruamus & ita dicimus sententiamus, & pronunciamus non solum modo prædicto, sed alio omni meliori modo, &c.

Ita pronunciaui Ego Lælius Currusaureus, Auditor, de Voto supradicti Reuerendissi. Domini Marci Antonij Episcopi Sorani Vicesgerentis &c.

Sententia absolutoria.

CHristi nomine inuocato, pro tribunali seden. & solum Deum præ oculis habent. † Per hanc 7
nostram diffinitiuam sententiam quam de Iurisperitorum consilio ferimus in his scriptis in causa, & causis coram nobis inter magnificum D. Ioan. Iacobum Nerottum S. D. N. Papæ & R. Cameræ Apostolicæ Procuratorem Fiscalem ac R. D. Franciscum N. instigatorem seu querelantem ex vna, & Nob. virum R.D. Paulum M. reum conuentum & se defendentem de & super prætenso crimine confidentiæ vt prætendebatur commisso, & perpetrato inter prædictum D. Paulum & quendam Bernardinum N. occasione resignationis perpetuæ Capellaniæ sitæ in Ecclesia Sancti Antonij de Carnario Portus Naonis Concordien. diœc. ac perpetui simplicis beneficij Ecclesiastici Clericatus nuncupati in Parochiali loci de Conclada Paduanæ diœc. alia per D. Bernardinum in fauorem prædicti Pauli factæ, & per Fel. rec. Iulium Papam tertium, admissæ, rebusque aliis in actis, & processu causæ, & causarum huiusmodi latiùs deductis, eorum occasione, partibus ex altera, dicimus, pronunciamus, sententiamus, & declaramus prædictum D. Paulum non repertum culpabilem, neque de iure punibilem, propterea ipsum fore liberan. & absoluen. prout absoluimus, & liberamus, & pro absoluto, & liberato haberi volumus, & mandamus à prædicta querela, seu imputatione confidentiæ, & in futurum hac de causa non posse nec debere amplius molestari, & processum, inquisitionem, querelam, fideiussionis sequestra, & acta quæcumque contra ipsum facta & respectiuè emanata cum omnibus inde sequutis fore, & esse cassan. circumduc. abolen. & irritan. prout cassamus, circumducimus & abolemus, ac irritamus, & pro cessatis, & circumductis, abolitis, & irritatis haberi volumus, & mandamus, appositiones, perturbationes, vexationes, querelas, inquisitiones, & impedimenta quæcumque de & super præmissis dicto D. Paulo factas, & illatas facta, & illata fuisse, & esse temerarias, illicitas, iniquas, indebitas, & iniustas, temerariaque, illicita, iniqua, indebita, & iniusta, ac de facto præsumptas, ac præsumpta, illasque & illa prædicta, d. Fiscali, & Francisco minimè facere licuisse, nec licere, & propterea de & super illis & aliis prædictis perpetuum silentium imponen. fore, & esse: prout imponimus omni meliori modo, &c.

Ita pronunciaui, Ego Lælius Currusaureo Auditor &c.

Quæst. 80. *numer.* 1. Stylus est quod volens impetrare aliquod beneficium super quo commissa fuit confidentia porrigit supplicationem.

¶ CVi non semper eadem forma apponitur: vbi enim nullo impetrationis seu vacationis modo expresso generaliter concipitur per incapacitatem, inhabilitatem, titulorumque nullitatem, ac indebitam possessionis detentionem gratia conceditur in forma dignum, de qua dixi li. 8. q. 7. de resign. qua obtenta apud nos aditur Ordinarius ad collationem obtinendam, suscipitur possessio, & possessor lite

for lite pulsatur super possessorio coram Iudice Regio, vbi allegandа, & probanda venit confidentia, cessante interim omni sequestro. Si autem fiat impetratio de vacante nuncupatim per confidentiam, aut aliud expressum crimen, apponitur forma iuris, per quam mandatur Ordinario vt de crimine huiusmodi auctoritate Apostolica diligenter inquirat, & conuictum possessorem beneficio priuet, seu priuatum declaret, & impetranti prouideat. Sed hæc forma in Gallia non recipitur, Molin. ad regul. de infir. Resign. num. 381. Louet. ad reg. de public. resig. num. 103 & Oliueus in notis ad cap. 16. lib. 1. suarum quæstionum, & dicit etiam vbi supra: ratio est quia commissiones sub hac forma sunt potius rescripta ad lites, quam beneficiorum prouisiones; Papa autem in prima instantia de causis regni non cognoscit obstante decreto de causis in concordato, sicut nec in secunda, omisso medio. tit. de friuolis appellat. in princ. ibid. Si tamen Ordinarius ex potestate ordinaria tanquam excitata ex tali rescripto, non autem vt delegatus, nec auctoritate Apostolica procedat, cessabit quidem hic abusus, sed remanebit alter, ex quo Papa sibi præcipit futuram vacationem beneficij per sententiam priuationis inducendam, seu declarandam, contra idem concordatum tit. de reseruat. sublat. Molin d. num. 381. de infirm. resig. Quod limitarem nisi etiam Ordinarius iure suo, Impetranti aut alij post priuationem conferat: si autem prius conferat, siue Ordinaria, siue Apostolica auctoritate, siue impetranti, siue alij nihil agit, licet aliqui velint eandem esse vim istius, ac prioris formæ, & eodem modo ab executore ad collationem (constito sibi solùm per præuium examen de idoneitate impetrantis) illicò absque vlla criminis cognitione deueniendum, quod verum non puto & negat Louetius post longam disputationem vbi supra.

QVÆSTIO LXXXI.

ET VLTIMA.

Ponuntur verba Extrauag. Pij IV. & Pij V. & earum reformatio.

SVMMARIVM.

1 *Verba constitutionis Pij IV. super confidentijs.*

2 *Constitutio Pij IV. super confidentijs quomodo est compilata in septimo libro Decretalium.*

3 *Verba constitutionis Pij V. super confidentijs.*

4 *Sepe fuit tractatum de moderanda hac constitutione.*

5 *Compilatio huius constitutionis in septimo libro Decretalium.*

6 *Scripta sunt submittenda correctioni Sedis Apostolicæ.*

ET, quia supra in quæstione septima erant ponenda verba Constitut. Pij IV. & Pij V. fuerunt omissa, ideò, pro commoditate habentium hunc librum, placuit in calce huius operis verba ipsarum hic inserere: dicta Constitutio Pij Quarti in Bullario est in ordine 109. cuius hæc sunt verba.
1 † Romanum Pontificem in excelsa militantis Ecclesiæ specula constitutum, vigiles mentis oculos, non solùm in absentium extendere, sed potissimum in præsentium, domesticorumque fratrum & filiorum suorum mores diligenter perscrutandos aliquando reflectere, ac eos præsertim quos in Apostolicæ sollicitudinis partem euocauit Altissimus, ne dum ab omni pactionis illicitæ contagione, verùm etiam ab eius omnimoda suspicione vacuos & immunes conseruare decet, vt qui cæteros illustris officij sublimitate antecellunt, eosdem prisca etiam illa morum integritate præstare dignoscantur. Sanè, licet dudum, cùm certam simoniacæ prauitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, etiam Rom. Cur. atque adeo in sacrum ven. fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Collegium, quasi per cuniculos irrepsisse, ac nonnullos ex ipsis fratribus nimia quadam facilitate, seu potius importunis amicorum familiariumque precibus adductos, beneficia Ecclesiastica in confidentiam huiusmodi recepisse, & frequenter recipere intelleximus, hanc illicitam beneficentiæ exercendæ, seu amicitiæ colendæ viam, à tanto saltem Collegio prorsus eliminare cupientes, eosdem fratres in consistorio nostro secretò, non semel admonuerimus, huic aliena beneficia custodiendi modo ne assuescerent, neue illa hoc pacto reciperent, vtque sic recepta dimitterent; nihilominus nuper ad aures nostras peruenit eorum aliquos, monitionis nostræ, imò potius suimet oblitos, ea, quæ custodienda receperant beneficia, nondum tamen dimisisse. Et insuper illos, & nonnullos alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, Ecclesias, Monasteria, dignitates, & alia beneficia huiusmodi in sui fauorem resignata cessa, vel aliàs dimissa, acceptasse, aut de illis per obitum, vel alias vacantibus, à nobis & prædecessoribus nostris, seu etiam ab Ordinarijs & alijs inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præsentationem ad alterius commodum sibi prouideri obtinuisse, illaque, ac etiam alia aliter vacantia, sibi in titulum, commendam administrationem, aut alias dicta auctoritate concessa, quandoque in resignantium, vel cedentium, seu etiam aliorum fauore cessisse, vel alias dimisisse ac sibi propterea pensiones annuas, ac fructus, redditus, & prouentus Ecclesiarum Monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, huiusmodi in toto, vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas, & illos transferendi, ac etiam collationem, prouisionem, præsentationem, & aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum ad earundem Ecclesiarum, Monasteriorum, & dignitatum Prælatos pro tempore existentes, ac alios huiusmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentium, nec non regressus, siue accessus, & ingressus ad Ecclesias etiam Cathedrales, Monasteria ac alia diuersa beneficia Ecclesiastica, sibi reseruari procurasse, & obtinuisse ad hoc videlicet, vt confidentes sic decimarum Apostolicarum vel communis dicti collegij & annatæ, aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum solutionem eludant, integrisque beneficiorum, etiam in mensibus Apostolicis vacantium, aliàs dispositioni Sedis Apostolicæ generaliter reseruatorum collatoribus, ac interdum vt beneficia ipsa, tempore procedente in aliquorum tunc forsan de iure inhabilium, & incapacium, vel nondum adhuc natorum, fauorem cedantur, seu resignentur, vel vt personæ inhabiles, & incapaces huiusmodi, etiam laici, pensionibus, ac fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis fruantur & gaudeant, seu potius illis, & facultate transferendi prædicta abutantur, in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplũ. Quare nos, hanc Cardinalium eorundem monitionibus nostris parendo Incurism, & tam illorum, quàm cæterorum Prælatorum, etiam Clericorum, ac aliorum quorumcumque indignam fallaciam conniuentibus oculis diutius omnimè dissimulandam, sed huic errori, ne radices altiùs agat, occurrendum tandem esse censentes: Et, quoniam hanc ipsorum, qui monitioni nostræ non parentes beneficia huiusmodi in confidentiam, vt præfertur retinuerunt, & fructus ex eis indebitè, vel percipiendo, vel per alios nomine suo etiam per simulatas illorũ locationes, & fictas de receptis quietantias ac donationes, & remissiones percipi sinendo grauiter excesserunt, Cardinalium metam potius, ex immoderata erga suos indulgentia, quam aliquo præceptorum nostrorum spretu processisse facilè reputamus, idcirco omnes, & singulas Ecclesias etiam Metropolitanas, & & alias Cathedrales, ac Monasteria etiam Consistorialia, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Dignitates etiam maiores, & principales etiam conuentuales, personatus, administrationes, & officia cæteraque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam de iure patronatus, etiam laicorum, etiam nobilium, & illustrium, etiam ex fundatione, & dotatione existentia, per eiusdem Romanæ Ecclesiæ etiam Episcopos, Cardinales, &

Digitized by Google

quoscumque alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam eiusdem Cameræ Clericos in titulum, commendam, vel administrationem, aut alios, in huiusmodi confidentiam iure prohibitam cuiusuis personæ, vt præfertur, contemplatione, vel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberam collationem, & dispositionem nobis, & Sedi Apostolicæ harum serie reseruantes, ipso iure à die receptionis eorundem vacauisse, & vacare. Ac fructuum, & pensionum, reseruationes, ac facultates transferendi, & collationes beneficiorum & concessiones, eis, vt præmittitur, factas, ac regressus, siue accessus, & ingressus concessos huiusmodi cessasse, & cessare, ac extinctos esse, & eosdem Cardinales, seu quosuis alios à prima die receptionis beneficiorum huiusmodi citra, fructus, redditus & prouentus earundem Eccles. Monast. Dignitatum, & aliorum benef. ac pensionis prædictas indebitè percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes, & singulos ad Cameram eandem deuolutos fuisse, & esse, illique deberi, ac ipsos Cardinales, & alios ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, & eorum hæredes ad integram illorum restitutionem in vtroque foro teneri, & ad id oportunis iuris remediis compelli debere auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus & declaramus, & insuper vniuersis & singulis, tam eiusdem Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, & Episcopis, quam Prælatis & Clericis, & aliis prædictis præsentibus, & futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore aliquas Ecclesias, Monast. Dignitates, vel alia beneficia, etiam de dicto iure patronatus vti præfertur existentia, aut fructus, vel pensiones, aut regressus, seu accessus in confidentiam prædictam, aut ad effectum reseruationum huiusmodi sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere præsumant, Cardinalibus videlicet, & alijs prælatis huiusmodi in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus Ecclesiæ, reliquis verò sub maioris excommunicationis latæ sententiæ pœna per contrafacientes eo ipso incurrenda, a qua, nisi à nobis, aut Romano Pont. pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant districtius inhibemus. Ac quascumque collationes, prouisiones præfectiones, commendas, reseruationes, facultates etiam transferendi ac regrediendi, siue accedendi & ingrediendi, ac alias dispositiones de Eccles. Mon. Dignitatibus, & aliis beneficiis, eorumque fructibus & beneficiorum collationibus per nos & alios Roman. Pont. successores nostros, etiam motu proprio seu consistor. aut etiam per ordinarios & alios infer. collatores etiam ad patronorum commodum, præsentationem, & aliàs quomodolibet cum interuentu confidentiæ huiusmodi expresè, siue occultè, ac de iure præsumpto, & aliàs contra præmissa pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam suffragari, sed Ecclesi. Mon. Dignitates, ac alia benef. huiusmodi ipso iure vacare, ac nostræ, & Sedis Apost. dispositioni reseruata, fructusque, & pensiones Cameræ Apostol. applicatos, vt præfertur, esse, & censeri. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices, & Camerarios, etiam ipsius Ecclesiæ Rom. Cardinales sublata eis quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & eorum arbitrio (cùm alias confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constet) procedendo iudicari, & diffiniri debere. Ac quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane similiter decernimus. Non obstantib. fel. rec. &c..

Et de hac constitutione cùm fuisset facta mentio in congregatione septimi libri Decretalis in qua ego intersum, fuit per Illustrissimos, & Reuerendiss. D. D. Card. mihi demandatum, vt illam breuibus verbis compilarem non facta mentione de S. R. E. Cardinalibus,
a & ego illam compilaui † breuiter hoc modo.

Vt simoniacæ prauitatis species, quam beneficiorum Confidentiam vocant, penitus tollatur, statuimus omnes, & singulas Ecclesias Metropolitanas, Cathedrales, Monasteria, etiam Consistorialia, Prioratus, cæteraque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, per quoscumque etiam Cardinales in titulum, commendam, etiam administrationem, aut aliàs in confidentiam iure prohibitam data, ac quouismodo recepta, ipso iure, à die receptionis eorundem vacauisse, & vacare, & ipsorum dispositionem ad Sedem Apostolicam spectare. Volumus præterea, prouisiones, collationes, commendas, & alias dispositiones etiam ad præsentationem patronorum, de huiusmodi Ecclesiis, Monasteriis ac beneficiis, nec non reseruationes fructuum pensionum cum interuentu confidentiæ factas, nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari, ac id perpetrantes esse excommunicatos, tenerique ad fructuum restitutionem. Decernimus insuper, præsumptiones, & coniecturas legitimas sufficere ad detegendum hoc scelus.

Et cùm haberem onus imprimendi dictum librum, ita illam imprimi feci sub libro quinto, titul. de simo. cap. 4. ac in Congregatione facta in domo Illustriss. Cardinalis Pinelli sub die 7. Augusti 1593. cùm esset lecta placuit omnibus, & fuit resolutum verbum aliquod non esse addendum, neque mouendum.

Constitutio verò Pij V. in Bullario est in ordine 87.
Et hæc sunt eius verba. Intolerabilis † multorum per- 3
uersitas, quæ sacrosanctas Constitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, sæpe illarum authores in necessitatem adducit cautius prouidendi, quò pertinacium animi ab improbis conatib. grauiore sanctione proposita, reprimantur. Bene quidem, & prouidenter fel. record. Pius Papa IV. prædecessor noster ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam, statuit, & decreuit vt ipso iure vacarent Ecclesiæ, Monasteria, cæteraque beneficia Ecclesiastica in confidentiam à quibuscumque etiam S. R. E. Cardinalibus, cuiusuis personæ contemplatione, vel intuitu recepta, liberam illorum dispositionem sibi, & Apostolicæ Sedi reseruando, nec valerent ipsorum collationes seu concessiones, nec fructuum, nec pensionis reseruationes nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, seu accedendi, & ingrediendi ad Ecclesias, Monasteria, & beneficia supradicta, illasque recipientes fructus, pensiones, & alias res eorundem indebitè perciperent. Prohibens quibuscumque, etiam sub censuris Ecclesiasticis, ne quid huiusmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit, omnes & quascumque prouisiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias dispositiones de Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs nec non reseruationes fructuum, pensionum, rerum, & iurium, ac etiam transferendi, regrediendi accedendi, & ingrediendi, aliasque facultates siue per se, siue futuros Romanos Pontifices etiam Motu proprio ac Consistorialiter, siue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præsentationem, cum interuentu confidentiæ huiusmodi, siue expresè siue occultè, ac de iure præsumpto, & aliàs contra prædicta pro tempore factas nullius momenti fore, nec cuiquam suffragari, sed Ecclesias, Monasteria, & beneficia huiusmodi ipso iure vacare, ac prædictæ dispositioni reseruata esse, sicque per quoscumque etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cùm alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constaret) iudicari, & diffiniri debere. Nec non irritum, & inane, quidquid secus contigeret attentari. Quemadmodum confectis super his literis suis pleniùs continetur. Verumtamen, propter improbas multorum cupiditates, prædicta, quæ ad purgandam hac pernicie Ecclesiam, & animarum salutem ab ipso Prædecessore edita sunt in multis deprehendimus viam aperuisse grauiùs delinquendi, si quidem cùm frequentibus plurium querelis pridem concitati, quòd iudices in causis huiusmodi confidentiarum expediendis remissiores essent, omnes, & singulas causas ipsas vbicumque,

Digitized by Google

& ioter quoscomque motas ad noa aduocauissemus, ac omnimodam huiusmodi causarum præsentium, & futurarum rerumque omnium ex ipsis resultantium cognitionem nobis, & successoribus nostris reseruauissemus, & super quibusdam, coram nobis processum iuster, varijs inde nec leuibus coniecturis intelleximus, vitium quidem confidentiæ occultè irrepsisse, sed in plerisque causis præsumptiones, & coniecturas, quæ ad illud probandum deducuntur, minimè sufficere, eiusque rei causa plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem huiusmodi confidentias exercebant, vbi cognouerunt obstructam veritatem propter difficultates probandi in iudicio confidentias ipsas, contempta constitutione prædicta, Ecclesias, Monasteria, & beneficia sic recepta, vt prius retinere, alios fructus, pensiones, & alias res accipere, alios, eorum exemplo, ad similia, & grauiora fidentiùs commoueri. Multi, n. ipsa beneficia iure retinere nequeuntes, alij, ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu Clericali, vt ad bellum proficiscantur, vt inimicos occidant, alij propter crimina incapaces, quidam, vt, purgato delicto, vel absolutione consecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum, aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpe laicis, & inhabilibus. Plerique vel senes, vel infirmi, vt beneficia in dominib. suis perpetuent illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus Ecclesiasticis alant vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris asseruent, facto interdum circuitu retrocessionis cum reseruatione fructuum, & aliarum rerum, aut accessu præsertim ab illis, qoi præstandorum iurium Cameræ Apostolicæ sunt immunes, alij, aut incapaces, aut alijs beneficijs Ecclesiasticis onusti, aut Ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes, aut merè laici beneficia Ecclesiastica alijs conferenda procurant, vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique Ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia: vt fructus, seu pensiones capiant eorundem, alijsue faciant ministrari, alia item permulta eiuscemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impiè violatur, disciplinæ Ecclesiasticæ neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare, nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere præsentium auctoritate, statuimus, vt si quis, quacumque auctoritate, Ecclesiam, vel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum qualecumque ex resignatione, vel cessione cuiuscumque personæ simpliciter aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illa vel illud etiam in euentum regressus, vel accessus, eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij vel alijs concedantur vel pensiones soluantur ex eisdem, hæc confidentia censeatur. Itidem, si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut confesat in futurum beneficium Ecclesiasticum qoopis modo vacans, ea conditione tacita vel expressa vt postea in alterum, pro arbitrio collatoris, seu alterius cuiuscumque contra iuris communis ordinationem, disponatur, siue vt de eo prouisus fructus illius, vel partem, ad vtilitatem, vel libitum conferentis vel cedentis, aut alterius relinquat & remittat, seu pensionem illi, vel illis, qoem vel quos idem collator aut cedens, vel alius per se, vel alium scripto, aut verbo iusserit, seu significauerit, persoluat, & pariter si a patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit aut contingat id fieri. Ad hæc, si Clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius a solutione iurium ipsius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ, exemptus, post resignationem, vel cessionem alicuius extranei, de Ecclesia, Monasterio, vel alio beneficio Ecclesiastico in se, Apostolica, vel alia auctoritate factam, & admissam, illam, vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, io eundem resignantem, vel cedentem, modico spatio interiecto, veluti duorum, aut trium mensium, retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ, seu Monasterij aut beneficij vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum, aut regressus, accessus, & ingressus ad illam, vel illud, ipsi clerico, vel Cardinali, aut alij exempto sit, fueritve concessus. Postremò si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est denuò receperit, quacumque auctoritate, Ecclesiam Monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis specialiter expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandum verò plenè confidentiarum abusum, inter alias etiam hæ præsumptiones, & coniecturæ habeantur legitimæ, videlicet. Si quis post cessam ab se Ecclesiam, vel Monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem, seu cessionem, captamque a successore possessionem, sese in illa, vel illo, seu rebus illius, per se vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicumque successor illi, vel eius propinquis, ipsos, aut partem aliquam remiserit eorumdem. Si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parentes aut propinquos, procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorū ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique, si quis pro concessione alicui facta quacumque auctoritate de beneficio Ecclesiastico per se, vel alium, seu alios intercesserit, vel aliàs in negocio concessionis sese immiscuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo, perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem iorercessoris fuerit dispositum quandocumque: Testes autem de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminosi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum io casib. simoniæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquam, etiam vana fiducia fretus non intendendi contra se iudicij, in crimine perseueret, vtque hoc malum grauioris censuræ stimulo vsquequaque prohibeatur, omnes, & singulos, qui hucusque Ecclesias, Monasteria, & beneficia, fructus, pensiones, aliasve res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, nisi statim ad se reuersi, & resipiscentes, celeri dimissione sibi prospexerint, & quicquid tale admiserint in futurum etiam omnibus, & singulis alijs Ecclesijs, Monasterijs dignitatibus, administrationibus, officijs, & beneficijs obtentis quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus, nec non fructibus pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis ac etiam Romanæ Curiæ, & alijs officijs temporalibus præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio, quam à Romano Pontifice, absolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim, aduocatione causarum huiusmodi, & reseruatione cognitionis illarum, rerumque omnium inde emergentium nobis, & prædictis successoribus, vt prædictum est facta, causis illis dumtaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam iis, quas nomine Ecclesiarum, & Monasteriorū, quorum dispositio in Consistorio fieri consueuit, aut debet itemque contra Ordinarios collatores Episcopos & alios supe-

Digitized by Google

riores Prælatos, etiam Cardinales haberi contigerit, vti iam alus nostris literis statutum est, audiendis, dicendis, & terminandis, harum serie prorsus relaxata decernimus, ita deinceps quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores ac prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & ipsorum cuicumque quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicati, interpretari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane, quicquid secus in prædictis per quoscumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum Ordinarijs districtius iniungimus vt in suis quisque Ecclesijs, Ciuitatibus, Diœcesibus & locis, etiam exemptis, ad prædicta studiosè attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes seuerè animaduertant, si Diuinæ Maiestatis iudicium, dictæque Sedis censuram voluerint euitare. In cæteris verò causis, & negotijs, nobis, & prædictis successoribus exceptis eosdem locorum Ordinarios præsentium auctoritate delegamus, vt gratia, & fauore postpositis, pro se quisque, cum venerit vsus, contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos diligenter inquirant, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas ad prædictam Sedem quàm primùm transferant, vt nos, & prædicti successores in causis huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit decernemus. Nos enim singulis Ordinarijs ipsis prædictos omnes, & quoscumque alios etiam exemptos, etiam per edictum publicum, constito prius summariè, & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu citandi, & monendi, eisque ac iudicibus Ordinarijs, & delegatis, alijsque personis quibuscumque ne prædictorum executionem quoquomodo impediant vel alias sese interponant, & etiam per simile edictum inhibendi, eosdemque ac alios contradictores, & rebelles quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac omnia alia iuris, & facti remedia oportuna compellendi auxilium brachij sæcularis, quandocumque opus erit, inuocandi, cæteraque in prædictis omnibus, & singulis necessaria faciendi, & exequendi, plenam, & liberam tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstan. Fel. record. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, alijsque Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, quodque Episcopis Collatoribus & prælatis prædictis etiam Cardinalibus, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim a prædicta sit Sede indultum vel in posterum indulgeri contingat, quòd interdici suspendi, vel excommunicari aut contra indulta huiusmodi ad iudicium trahi non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, aut in totum non inserta, effectus præsentium aut attributæ prædictis Ordinarijs iurisdictionis explicatio, seu exercitium vel executio impediri valeat, quomodocumque vel differri, & de quibus quorúcúque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, cæterisque contrarijs quibuscumque literis prædecessoris huiusmodi nihilominus in suo robore duraturis. Volumus autem, vt præsentium exempla, etiam impressa edantur, eaque notarij publici manu, & cuiuscumque Curiæ Ecclesiasticæ eiusve Prælati sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem in iudicio & extra vbique locorum faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo.

4 Constitutio ista † Pij V. est procul dubio rigorosa nimis atque terribilis, sed huiusmodi rigor tunc nempe necessarius, quando confidentiæ crimen sic vbique locorũ vagabatur, vt ab omnibus fere pro non crimine haberetur. Hodie autem cùm propter sancitas pœnas cõfidentia non sic laxis committatur habenis, imò perpauci sint qui huiusmodi vitio laborent, communis omnium opinio fuit hanc Pij V. constitutionem in quibusdam Iuri cõmuni repugnantibus capitibus reformandam, & iam sub Gregorio XIII. Fel. mem. de hoc tractatum fuit, sed nil conclusum: Posteà sub Sixto V. Fel. rec. pluries similiter de hoc fuit dictum, nec non commissum duobus, Rotæ Auditoribus, vt ea illa, quæ reformanda viderentur capita elicerent, sed Sixto morte præuento res ad nihilum deducta. Demum cùm S. D. N. Clemens VIII. vt septimi Decretalium compilatio ex sacrorum Floren. Lateranen. vltimi, ac Tridentin. Conciliorum textibus & summarum Pontificum constitutionibus per proprios titulos diuisis atque dispositis non intermitteretur iusserit, tres iam sunt anni circa illam consumpti, Congregatis vnaquaque hebdomada doctissimis pluribus viris, coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinal Pinello, doctrina, prudentia, & experientia claro, assistentibus etiam Illustriss. & RR. DD. S. R. E. Cardinalibus eruditissimis Matthæo, & Ascanio Columna, huic autem Congregationi cum & ipse interessem, fuit interdum tractatum de hac Pij V. Constitutione, & vt compilationi immisceretur (sed reformata) conclusum. Sed tandem cùm multi multa dixissent super hoc, censuit Congregatio vt sub his sequentibus verbis apponeretur, & sic ego curam gerens vt septimus Decretalium huiusmodi ad ostendendum tantummodo imprimeretur, illam sic apponi curaui sub lib. 5. tit. de simon. cap. 5. Nunc Deum optimum rogandum censeo, vt S. D. N. tam vtile quod extat opus totque laboribus perfectum non sinat occultum, sed in lucem emittat: reor enim non minorem illud allaturum vtilitatem quam attulit Decretalium compilatio sub Gregorio IX. Sexti sub Bonifacio VIII. Clementinarumque sub Clemente V. Hoc enim opus non vtile quidem solùm, sed necessarium videtur vt in lucem emittatur, inter tot enim summorum Pontificum constitutiones tribus voluminibus dispositas multæ sunt peculiares, nonnullæ superfluæ, plurimæ abrogatæ, reiectæ aliquæ. Sperandum igitur est S. D. N. tanta cum vigilantia, prudentia, ac sanctitate Vniuersalis Ecclesiæ ad gubernationem incumbentem, non passurum vtilissimum necessariumque huiusmodi opus clam esse, eoque magis quia Illustris. Card. Pinellus, qui magnopere in eo elaborauit id eidem S. D. N. memorare non desistet Interea hic subjiciam tenorem compilationis huius Const. Pij V.

Quanquam † Fel. reco. Pius IV. sapienter prouidit 5
ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam, comperimus tamen plerosque huius criminis probandi difficultate confisos non desistere id patrare.

Quare, Nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, vt si quis quacumque auctoritate Ecclesiam vel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum qualecumque ex resignatione, vel cessione cuiuscumque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, receperit, vt illa, vel illud etiam in euentum regressus vel accessus vel dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars illi, vel aliis concedantur, vel pensiones soluantur, ex eisdem hæc confidentia censeatur.

Itidem si Ordinarius, vel alius Collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans ea conditione tacita vel expressa, vt postea in alterum pro arbitrio Collatoris seu alterius cuiuscumque contra iuris communis Ordinationem disponatur, siue vt de eo prouisus fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum conferentis, vel cedentis aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi, vel illis, quem, vel quos idem collator aut cedens, vel alias per se, vel alium scripto aut verbo iusserit, seu significauerit, persoluat & pariter si à patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri.

Ad hæc si à solutione iurium ipsius Cameræ, vel

etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus post resignationem, vel cessionem alicuius extranei de Ecclesia, Monasterio, vel alio beneficio Ecclesiastico in se, Apostolica, vel alia auctoritate factam & admissam illam, vel illud etiam confectis literis Apostolicis, possessione apprehensa, in eundem resignantem, vel cedentem modico spatio intersecto veluti duorum, aut trium mensium retrocesserit aut retrocedat in futurum & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ seu Monasterij, aut beneficij, vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super illis reseruatum aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam, vel illud ipsi Clerico, vel Cardinali, aut alij exempto sit, fueritve concessus.

Postremò si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est denuò receperit quacunque auctoritate Ecclesiam, Monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante, vel post commissum delictum aut contractam irregularitatem dimiserit in quouis horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur ac si illis speciatim expressi fuissent.

Ad probandum verò plenè confidentiarum abusum inter alias etiā hæ præsumptiones & coiecturæ habeantur legitimæ, videlicet. Si quis post cessam ab se Ecclesiam, vel Monasterium, aut beneficium, & publicatam resignationem seu cessionem captamque à successore possessionem, se in illa, vel illo, seu rebus illius per se, vel per alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicumque successor illi, vel eius propinquis ipsos, aut partem aliquam remiserit eorundem.

Si recipiens beneficium constituerit dimittentem, vel eius parentes aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimissi, & illi vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit.

Si vel sola procuratoris depositione, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint.

Denique si quis pro concessione facta quacumque auctoritate de beneficio Ecclesiastico per se, vel alium, seu alias in negotio concessionis sese immiscuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quandocumque.

Testes autem duo, singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas. Pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis.

Cæterum criminosi, & ceteri omnes qui ad perhibendum in casibus simoniæ testimonium recipi possunt ad prædicta omnia admittantur.

Vt hoc malum grauioris censuræ stimulo vsque quaque prohibeatur omnes & singulos qui Ecclesias, Monasteria, Beneficia, fructus, pensiones, aliasve re intercedente hoc confidentiæ vitio receperint etiam omnibus & singulis alijs Ecclesijs, Monasterijs dignitatibus, administrationibus, officijs & beneficijs obtentis, quæ reseruata esse volumus nec non fructibus pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis præsentium auctoritate priuamus & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus ab alio quàm à Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere.

Et die 7. Augusti 1593. compilatio placuit omnibus, fuit tandem dictum quod fiat verbum cum S.D.N. circa quatuor coniecturas positas per Pium V. in versiculo *Ad probandam*, nam melius esset illas tollere & remittere hoc sub dispositione iuris communis. Et in hac compilatione sunt sublata illa verba, *sola dimittentis intentione*, & est sublatum *vt testes singulares singulas probare valeant coniecturas*.

Et ex his sic absolutus est iste tractatus de confidentijs beneficialibus ad laudem omnipotentis Dei, gloriosissimæ B. Mariæ semper Virginis, ac beatorum & Sanctorum Ioan. Baptistæ, & Franscisci de Paula Protectorum, cuius omnia dicta submitto correctioni Sedis
† Apostolicæ, & scripta esse volo præmissa protestatione de qua per Card. Parisium cons. 68. num. 417. volu. 4. 6
& vos lectores attendite alios vtilissimos tractatus, quos magno cum labore perfeci ad laudem prædictorum, & vtilitatem communem, illosque quam primum imprimere faciam.

q. 81. In fine melius esset illas tollere & remittere hoc sub dispositione iuris communis.

¶ CVr Auctor sublatas velit has quatuor in constitutione Pii V. positas Confidentiæ coniecturas non video: fit enim pactum confidentiale inter coniunctos, & amicos remotis arbitris, nec requiritur expressum, sed tacitum sufficit, & interna hinc inde praua intentio alterius alteri nota, vt supra q. 28. cum Auctore diximus quis ergo tacentem audiet? quis inexpressa percipiet, aut sensibus occulta testabitur? Certe necesse est aut impunitum relinqui facinus, aut ex effectu subsecuto, quasi ex emergenti fumo, inuestigari: quod regulare est in omni crimine clanculum patrari solito. & difficilis probationis, vt scilicet solis possit coniecturis vindicari, iuxta tradita à Flaminio supra quæst. 71. & expresse cautum reperitur in simonia, cap. sicut de simon. & ibi DD. alia etiam speciali ratione, videlicet propter illius atrocitatem, cap. sicut simoniaca eod. tit. simoniæ autem species est confidentia, cap. vnic. vt Eccles. benef. sine diminut. confer. nec ita debiles videri debent præfatæ quatuor coniecturæ, vt ex pluribus simul iunctis nequeat confidentia sufficienter probari: vt edixere Pius V. præfata constitutione & Ludouicus XIII. Ordin. Parisiensi art. 55. pone enim quod Resignans post resignationem, & captam à Resignatario possessionem fructus nihilominus percipiat beneficij resignati, sciente & non contradicente resignatario, an dicemus nullam hic exoriri confidentiæ suspicionem? imò vix, at ne vix quidem, dari potest magis genuina, & vrgens, quam aliqui vnam sufficere ad plenam fidem sunt opinati, teste Flamino supra q. 71. numero 19. Quid, si retento eodem themata idem resignans totales resignationis impensas fecerit, maxime vbi sunt notabiles, vt in plumbaris prouisionibus, quæ est tertia coniectura in dicta constitutione expressa ex qua oriri fraudem euidentem supra dixit Auctor q. 33. num. 6. num geminata suspicio violentam pariet præsumptionem? Perfice & fac Resignantem constitui procuratorem ad resignandum in fauorem personæ ab ipsomet nominandæ, & dic ex triplici argumento huiusmodi sufficientem confidentiæ resultare probationem, vt etiam in alio ab ipso resignante iudicauit Senatus Parisiensis apud Louetium Litera B. numero 9. Maneant igitur tanquam legitimæ coniecturæ, quas inuexit auctoritas Apostolica, recepit pietas Regia, & summa primarij Galliæ Senatus agnouit æquitas, quibus adde zelatas à nobis supra q. 71. quo pestifera prauitas facilius eliminetur & mundum à sordida nundinatione seruetur Sanctuarium Dei, cui sit Honor, & Gloria.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISS.
MATERIARVM,

Decisionum, Quæstionum, Memorabilium, ac Omnium, quæ continentur.

IN HOC TRACTATV DE CONFIDENTIIS Excellentissimi, & Præclariss. I. C.

D. FLAMINII PARISII
EPISCOPI BITONTINI,

ET NVPER IN ALMO VRBIS GYMNASIO Iuris Pontificij interpretis eminentissimi.

A

INDEX.

INDEX.

C.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

Distributiones

Digitized by Google

INDEX.

E

f

INDEX.

Digitized by Google

G

H

I

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

L

Digitized by Google

INDEX.

M

N

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

INDEX.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Q

R

Google

INDEX.

S

Scientia

Digitized by Google

INDEX.

t

Digitized by Google

INDEX.

Digitized by Google

INDEX.

INDEX.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

OBSERVATIONVM IOANNIS SOLIER,

AD FLAMINIVM PARISIVM

DE CONFIDENT. BENEFICIALIBVS.

A

B

C

INDEX.

INDEX.

D

E

F

O

H

I

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Q

R

S

INDEX.

Digitized by Google

PRAECIPVA QVAE IN OBSERVATIONIBVS

IOANNIS SOLIER,

AD TRACTATVM FLAMINII PARISII

De Reſig. Beneſic. ex minus explorata manuſcripti Litera facilius irrepſere.

Pag.	Col.	Lin.	ERRATA. — Sic	Corrigito.
8	1	13	omuino	non
15	1	4	intendere	intrudere
22	2	6	regularem	regulam
27	2	15	renunciatione	renunciationis
31	2	20	legat	ligat
52	2	4	ante priuationem	aut priuationem
54	1	3.10	caractera caracterem	characteri characterem
61	2	4	liuum	Linum
62	2	7.12.25	ducatus	ducatos
ibid.		12	certius	tertiis
63	1	2.4	ducatus	ducatos
ibid.		3	pingui	pinguia
91	2	31	confertis	confectis
97	2	46	irritat	ius irritat
ibid.		48	qui ipſam	quin ipſam
121	2	4	inter tres menſes	poſt tres menſes
135	2	24	intelligibilis eſt	intelligi debet
136	2	2	ſacra recta	ſarta recta
150	2	47	neuter non	neuter enim
161	2	9	data clauſula	dicta clauſula
163	2	16	vtitur	vtuntur
257	1	17	poſſint	poſſim
260	2	45	negalia	regalia
269	1	17	regularis	regularia
273	1	30	ſed iſte	ſed an iſte
278	1	1	liuum	Linum
289	2	1	quia	qua
290	1	19	præceptariis	præceptoriis
ibid.	2	5	quantamuis	quotumuis
313	1	2	difficiliores	difficilioris
ibid.	1	7	Antonij	Antonius
367	2	20	de Clementina	dicta Clementina
375	2	2	procurator	procuratorem
445	1	1	regula	regulam
487	2	1	penitur	penitus
515	1	2	datur	data
562	1	7	progrediretur	progrederetur
ibid.		64	artatur	arctatur
569	2	2	ſtatus	ſtatur

Ad tractat. de Confid. Beneſic.

9	2	25	reſeruant	reſeruat
10	1	7	fideicommiſſum	fidei commiſſum
13	1	11	ipſo	ipſe
ibid.		12	expreſſa	expreſsè

Digitized by Google

ERRATA.

22	5	in fine	dispensabili	dispensabilis
39	2	[illegible]	confidens	confidens
40	1	1	parua	pœna
91	1	18	ipsius	ipsis
106	2	13	iudicium	iudicium
128	2	13	quod per solam	expunge quod
146	2	7	paruis	pœnis
ibid.		8	de imminatoribus	examinatoribus
ibid.		12	dimissus	dimissis
ibid.		18	domum	donum
149	2	9	dispositioni	dispositionis
164	1	3	fuerim	fuerint
165	2	5	expressus	expressis
ibid.		6	concludentur	concludemet
170	1	34	cæteriquc	cæteri
171	2	6.7	praua	piata
174	1	18	curialis	curialis
197	2	25	hic	hinc

FINIS.

XV. G. 14.

Digitized by Google